INSTITUTUM IURIDICUM CLARETIANUM

LEGES ECCLESIAE

post Codicem iuris canonici editae

collegit, digessit notisque ornavit

Xaverius Ochoa

In Universitate Urbaniana Professor

Volumen III

LEGES ANNIS 1959 - 1968 EDITAE

ROMA

Commentarium pro Religiosis
Via Giacomo Medici, 3 - 5
1972

http://www.obrascatolicas.com

KBU
31
.C38
1966

V.3

© by Commentarium pro Religiosis

ALDUS, S. A. - Artes Gráficas - Castelló, 120 - Madrid

Depósito legal: M. 7.904.-1969

DECLARATIO

Proposueram animo *Leges Ecclesiae post Codicem iuris canonici editas* colligere in paucis omnino voluminibus ordinatas. At, dum in Volumine I viginti et quinque annos legislationis et documentationis postcodicialis comprehendere facile potui, Voluminis II ad decem et septem subsequentes annos materiam restringere, ob copiam amplitudinemque documentorum, coactus sum, spe tamen allectus reducendi ad Volumen III, *conciliare* nuncupandum, reliquam intentam materiam.

Documenta et leges celebrationem Concilii Vaticani secundi inducentia et concomitantia, una cum ipsis documentis conciliaribus et normis secuturis, immensae paene molis praevidebantur; at spem meam non fallerent et novum non requirerent addendum Volumen, nisi promulgatio novi recogniti Codicis iuris canonici nimis in dies protraheretur.

Urgebat sane, post clausum Concilium Vaticanum II, arduum opus, Pontificiae Commissioni Codici iuris canonici recognoscendo concreditum, cuncta ecclesiastica instituta condicionibus ac necessitatibus nostrorum temporum accommodandi legesque Ecclesiae, secundum praescripta Concilii, renovandi. Attamen plures, ipsaemet gravissimae, obstarunt causae quominus Pontificia Commissio munus suum usque ad praesentem diem plene absolvere potuisset.

Premebat vero tempus instabantque plures ubique voces pro alacri Concilii Vaticani II applicatione. Ita factum est ut innumerae ederentur normae et leges pontificiae quae principia conciliaria in omnibus fere provinciis doctrinae et disciplinae ecclesiasticae exsecutioni mandarent *ad tempus*, id est donec recognoscendus Codex iuris canonici promulgatus vigere incipiat. Hinc latus copiosusque documentorum ingens acervus.

Nec oblivisci aut praeterire licebat, ingentem activitatem legislativam, ante Concilium Vaticanum II firmiter inceptam, ab eodem Concilio solemniter sancitam et auctam, atque a competenti pontificia auctoritate sollicite ac fideliter exsecutam, in materia amplissima reformationis sacrae et universae liturgiae, quae in his collectaneis locum praecipuum, proprio iure, obtinere merebatur.

Reformatio Curiae Romanae, per Constitutionem Apostolicam *Regimini Ecclesiae* introducta, plures variationes sive per mutationem vel divisionem, sive per suppressionem vel novam creationem, induxit in denominationem Congregationum, Officiorum aliorumque organorum ipsius Curiae. Has novas denominationes introducere censui cum documentis inde ab anno 1968 editis, quamvis praedicta Constitutio longiorem deinde adepta fuerit vacationem.

Praesens Vol. III merito nuncupari posset *conciliare* in eoque collectae *Leges Ecclesiae annis 1959-1968 editae*, fontes constituunt immediatos et praecursores disciplinae in novum recognitum Codicem iuris canonici inducendae.

Continet etiam in plurimis materiis normas hodie in Ecclesia, post Concilium Vaticanum II, vigentes et donec novus iuris canonici Codex promulgetur datas atque tenendas. Unde momento *disciplinari* et actuali non caret, etiam sub respectu *pastorali*, quatenus haud dubie demonstrat spiritum quo Leges Ecclesiae hodie sunt ferendae, intellegendae et applicandae, nam id proprium legum ecclesiasticarum est opus, ut eae probe respondeant variis ac multiplicibus necessitatibus actionis pastoralis, apertas ostendens vias quibus ipsa disposite ad effectum deducatur.

Confirmat pariter Ecclesiam hisce temporibus, leges renovantem suas, efficaciter prosequi sinceram illam novamque impulsionem ad vitam christianam instaurandam, quam Concilium Vaticanum II exoptavit atque promovit quamque novae leges, si in rectum usum deducantur, minus fluxam, evanidam vel incertam reddent.

Praedictum tandem Volumen III haud minimae efficacitatis erit instrumentum, ut magistri et alumni, sacerdotes et laici viri, iuxta votum Summi Pontificis Pauli VI, «valeant Ecclesiae leges in Populi Dei notitiam latius usque perferre, curare pariter, ut verum earum officium et munus perspiciatur, eaedemque leges magis magisque colantur atque fidenti laetoque animo accipiantur» (PAULUS VI, *Alloc.* diei 25 maii 1968: LE n. 3659 col. 5380).

Scribebam Romae, die 25 iulii 1972, in festo S. Jacobi Apostoli et Hispaniarum Patroni, et die memoriae desideratissimae matris meae sacra.

XAVERIUS OCHOA

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

NOVAE ABBREVIATIONES ET SIGNA

An. Can.	= Année Canonique. Recueil d'études et de informations. Paris. Citantur volumen, annus et paginae.
Com. Centr. Conc.	= Commissio centralis coordinandis post Concilium laboribus et Concilii decretis interpretandis.
Com. Int. Conc.	= Pontificia Commissio Decretis Concilii Vaticani II interpretandis.
Com. Ius.-Pax	= Pontificia Commissio «Iustitia et Pax».
Conc. Vat. II	= Concilium Vaticanum Secundum.
Conc. Vat. II interpr.	= Pontificia Commissio Decretis Concilii Vaticani II interpretandis.
Cons. Com. Soc.	= Consilium Pontificium Instrumentis communicationis socialis praepositum.
Cons. Eccl. Neg.	= Sacrum Consilium pro Publicis Ecclesiae negotiis.
Cons. Laic.	= Consilium de Laicis et Pontificia Commissio Studiorum a «Iustitia et Pace».
Cons. Liturgiae	= Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia.
Cons. Tabul.	= Pontificium Consilium ecclesiasticis Italiae Tabulariis curandis.
Ius Can.	= Ius canonicum. Pamplona. Citantur volumen, annus et paginae.
Notit.	= Notitiae. Commentarii ad nuntia de re liturgica edenda, cura «Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia». Città del Vaticano. Citantur volumen, annus et paginae.
Riv. dioc. Roma	= Rivista diocesana di Roma, Ufficiale per gli Atti del Vicariato di Roma. Roma. Citantur volumen, annus et paginae.
SC Caus. Sanct.	= Sacra Congregatio pro Causis Sanctorum.
SC Cleri	= Sacra Congregatio pro Clericis.
SC Cultus	= Sacra Congregatio pro Cultu Divino.
SC Doctr. Fidei	= Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei.
SC Gent. evang.	= Sacra Congregatio pro Gentium evangelizatione seu de Propaganda Fide.
SC Eccl. Orient.	= Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus.
SC Epis.	= Sacra Congregatio pro Episcopis.
SC Inst. Cath.	= Sacra Congregatio pro Institutione Catholica.
SC Rel.	= Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus.
Secr. Christ. Un.	= Secretariatus ad Christianorum unitatem fovendam.
SC Sacr.	= Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum.
Secr. non-Christ.	= Secretariatus pro non christianis.
Secr. non-Cred.	= Secretariatus pro non credentibus.
Secr. Status	= Secretaria Status seu Papalis.
Semin.	= Seminarium. Romae. Citantur volumen, annus et paginae.
Vida rel.	= Vida religiosa. Madrid. Citantur volumen, annus et paginae.
Vita Rel.	= Vita religiosa. Roma. Citantur volumen, annus et paginae.

DOCUMENTA AD ANNOS 1921-1958 PERTINENTIA

379n

1921 NOV 21.-SC PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR CONSTITUENDI TRIBUNALIA UNIUS TANTUM IUDICIS PRO CAUSIS ECCLESIASTICIS, ETIAM MATRIMONIALIBUS, CUM POTESTATE PROCEDENDI SUMMARIE, SOLA SUBSTANTIA SERVATA

Son Emin. le Cardinal Van Rossum autorisait pour les Vicariats Apostoliques de Madagascar:

1. La constitution d'un tribunal avec un seul juge, un défenseur du lien et un notaire;

2. La procédure simplifiée dans les affaires matrimoniales, *servata substantia*, prévue par le Pape Benoit XIV (Const. *Dei miseratione* du 3 novembre 1741 [CICF n. 318]).

* Ordinariis insulae Madascarianae iuxta summarium traditum a J. GRECO, **Vingt cinq ans de pastorale missionnaire**, Issy les Mulinaux 1958, p. 109.

1110n

1932 IUL 20.-S. PAENITENTIARIA, RESPONSUM. PART.*

CIRCA LICEITATEM PRAXIS CONTINENTIAE PERIODICAE IN USU MATRIMONII

DUBIUM—An licita in se sit praxis coniugum qui, cum ob iustas et graves causas prolem honesto modo evitare malint, ex mutuo consensu et motivo honesto a matrimonio utendo abstinent praeterquam diebus quibus secundum quorundam recentiorum theoremata ob rationes naturales conceptio haberi non potest?

RESP.—Provisum est per responsionem S. Paenitentiariae d. d. 16 iunii 1880 datam.

* F. X. HÜRTH, **De re matrimoniali**, Roma 1955, p. 111.

1548n

1940 IUN 29.-SC PROP. FIDE, NORMAE. PART.*

NORMAE PRO CONSTITUTIONIBUS CONFICIENDIS CONGREGATIONUM IURIS DIOECESANI A S. CONG. DE PROP. FIDE DEPENDENTIUM

I—Decretum approbationis normarum

Cum numerus Congregationum indigenarum, in territoriis ab hac Sacra Congregatione Christiano Nomini Propagando dependentibus, in dies, Deo superne favente, augeretur, *Instructio* peculiaris die 19 martii a. 1937 [LE 1373] ab hac eadem Sacra Congregatione edita est, qua regulae generales tradebantur tum pro Congregationibus supra memoratis condendis tum pro earundem Constitutionibus ad normam iuri exarandis.

Nuper vero opportunum visum est *Instructionem* illam integrare, normis peculiaribus datis circa textum Constitutionum conficiendum, quae exemplum essent a Missionum Rectoribus prae oculis habendum in Constitutionibus praeparandis. Res autem peculiari Revmorum Consultorum examini commissa est. Quo diligentissime peracto, *Normae* quae sequuntur ab hac S. Congregatione approbatae sunt atque, praemissa *Instructione* supra dicta, in vulgus eduntur.

Faxit Deus O. M. ut hoc opus in Suam gloriam divinam et in animarum sanctificationem feliciter cedat.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Christiano Nomini Propagando, die 29 iunii a. D. 1940, in festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli.—Petrus Card. FUMASONI BIONDI, *Praef.* Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secr.*

II—Normae pro Constitutionibus conficiendis

N.B.—Hoc schema non est textus *adoptandus pro Constitutionibus, sed* exemplar *iuxta quod Constitutiones conficiendae sunt.*

Pars Prima

DE NATURA ET FINE CONGREGATIONIS AC DE RATIONE IN EAM INGREDIENDI IN EAQUE VIVENDI

CAP. I—DE CONGREGATIONIS NOMINE, NATURA ET FINE

1. Nomen seu titulus Congregationis est: Congregatio Sororum (*)...

2. Haec Congregatio religiosa est iuris dioecesani cum votis simplicibus tum temporariis tum perpetuis.

3. Finis primarius et generalis Congregationis est gloria Dei et sanctificatio membrorum Congregationis per observantiam votorum paupertatis, castitatis et obedientiae (et Regulae Sancti...) necnon harum Constitutionum.

4. Finis secundarius et specialis est: cooperatio ad fidem catholicam propagandam per ... sive per alia opera quae iudicio Superiorum sunt Missioni utilia.

5. Congregatio tamquam Patronos principales sibi eligit... et tamquam patronos speciales veneratur..., ad quos omnes sodales teneram foveant devotionem et quorum festa speciali modo celebrent diebus...

CAP. II—DE MEMBRIS CONGREGATIONIS

6. Membra huius Congregationis sunt omnes quae emissione votorum Congregationi sunt aggregatae; quae aggregatio vel temporaria vel perpetua est pro natura votorum quae emissa sunt.

7. Ordo praecedentiae erit: *a)* Moderatrix generalis, *b)* Prima Assistens vel Vicaria generalis, *c)* Ceterae Assistentes ordine quo electae sunt, *d)* Ex-Superiorissae generales, *e)* Secretaria generalis, *f)* Oeconoma generalis, *g)* Superiorissa

* Schema praesens pro Congregationibus sororum confectum est, quia eiusmodi Congregationes numerosiores eriguntur; sed etiam, mutatis mutandis, pro Congregationibus virorum adoptari poterit. Si agatur de Tertiariis in communi viventibus, requiritur ut Congregatio a Supremo Moderatore Primo Ordini aggregetur (can. 492, 1).

http://www.obrascatolicas.com

localis in domo sua, *h)* Superiorissae locales iuxta antiquitatem primae professionis, *i)* Magistra novitiarum, *l)* Sorores a votis perpetuis prima professione seniores (in paritate professionis seniores aetate), *m)* Sorores a votis temporariis professione seniores, *n)* Novitiae sec. ordinem admissionis ad habitum, *o)* Postulantes sec. ordinem admissionis.

8. Superiorissa localis in domo sua iis tantum locum cedit quae in suas ipsius subditas sorores maiore pollent auctoritate (i. e. Superiorissae generali, et Visitatrici delegatae).

9. Cessante munere unaquaeque soror locum in Congregatione obtinet quem antea habuit, absque titulo et privilegiis; exceptis tantum Superiorissis generalibus.

10. Sorores cessant esse membra huius Congregationis: transitu ad aliam Congregationem, egressu, dimissione.

Cap. III—De admissione in Congregationem

11. Qualitates pro aspirantibus requisitae sunt: *a)* vera vocatio a supernaturali motivo procedens; *b)* valetudo corporis sufficiens ad onera Congregationis perferenda et opera perficienda.

12. Aspirantes antequam admittantur, exhibeant: *a)* testimonium recepti Baptismatis et Confirmationis; *b)* testimonium recens de bonis moribus (clausum et sigillo signatum) a parocho vel ab alio sacerdote bene noto; *c)* testimonium circa valetudinem a medico recenter exaratum; *d)* litteras testimoniales, iuramento firmatas, Superiorissae maioris, si aspirans fuerit postulans vel novitia in alia Congregatione; *e)* alia testimonia quae necessaria aut opportuna videntur (e. gr. si sit vidua, testimonium mortis coniugis, etc.).

13. Invalide in Congregationem admittuntur: *a)* quae a fide defecerunt et sectae acatholicae voluntarie adhaeserunt; *b)* quae aetatem quindecim annorum nondum compleverunt; *c)* quae Congregationem ingrediuntur vi, metu gravi aut dolo inductae vel quas Superiorissa eodem modo inducta recipit; *d)* coniux durante matrimonio; *e)* quae obstringuntur vel obstrictae fuerunt vinculo professionis religiosae; *f)* illae quibus imminet poena ob grave delictum commissum de quo accusatae sunt vel accusari possunt.

14. Illicite sed valide admittuntur: *a)* aere alieno gravatae, quae solvendo pares non sint; *b)* reddendae rationi obnoxiae aut aliis saecularibus negotiis implicatae, ex quibus lites et molestias Congregatio timere possit; *c)* filiae quae patri vel matri, avo vel aviae, in gravi necessitate constitutis, opitulari debent, et matres quarum opera sit ad liberos alendos vel educandos necessaria; *d)* Ritui Orientali adscriptae in Congregationem ritus latini sine venia scripto data a Sancta Sede.

15. In nostra Congregatione absque praevia licentia Consilii generalis admitti nequeunt: ...

16. Candidatae declaretur eam quovis tempore, etiam post professionem, dimitti posse, si ingrediens de impedimento excludente vel de morbo et defectu gravi tacuerit.

Cap. IV—De Habitu

17. Congregationis habitus constat ex ... Caput velo operitur.

18. Velo *(sel ...)* novitiae distinguuntur a professis.

19. Habitus simplex esto, et usibus gentis et aeris qualitati non vero moribus europaeis accommodatus atque omnino idem pro omnibus sororibus.

20. Sorores habitum religiosum deferant tum intra tum extra domum, nisi gravis causa excuset, iudicio Superiorissae generalis aut etiam localis.

Cap. V—De Postulatu

21. Ius admittendi aspirantes ad postulatum et ex eo dimittendi ad Superiorissam generalem spectat. Superiorissae vero locales possunt aspirantes accipere.

22. Postulatus peragi debet vel in domo novitiatus sub directione magistrae novitiarum ejusque sociae vel in alia religionis domo in qua disciplina secundum Constitutiones accurate servetur sub speciali cura probatae religiosae.

23. Postulantes vestem induant modestam ac diversam a veste novitiarum.

24. Postulatus tempus ad sex saltem integros menses durabit, quod tempus Superiorissa generalis prorogare potest, non tamen ultra aliud semestre.

25. Postulantes supellectilem secum ferant iuxta normas Congregationis.

26. Postulans in ingressu ad postulatum scripto declaret se nihil pro suis laboribus in Congregatione peractis petituram.

27. Si dos a postulante afferenda sit, ea determinetur a Capitulo generali. Dos tamen ab Ordinario loci ex toto vel ex parte condonari potest, praesertim si postulans qualitates habet aequivalentes.

28. Dos ante susceptionem habitus Congregationi tradatur aut saltem eius traditio tuta reddatur forma iure civili valida.

29. Post primam religiosae professionem dos in tutis, liquidis ac fructiferis nominibus collocetur a Superiorissa generali cum suo Consilio de consensu Ordinarii loci. Omnino prohibetur eam quoquo modo ante religiosae obitum impendi, ne ad aedificandam quidem domum aut ad aes alienum extinguendum.

30. Dotes caute et integre administrentur apud domum habitualis residentiae supremae Moderatricis sub vigilantia Ordinarii loci.

31. Dos religiosae professae quavis de causa discedenti integra restituenda est sine fructibus iam maturis.

Dos vero Congregationi irrevocabiliter acquiritur per obitum religiosae, licet haec nonnisi vota temporaria nuncupaverit.

32. Superiorissa debet Ordinarium loci, duobus saltem mensibus ante, certiorem facere de proxima admissione ad novitiatum, ut instituatur exploratio voluntatis aspirantium.

33. Postulantes antequam novitiatum incipiant, exercitiis spiritualibus vacent per octo saltem integros dies, et, iuxta prudens confessarii iudicium, praemittant generalem anteactae vitae confessionem.

Cap. VI—De Novitiatu

34. Ius admittendi ad novitiatum est apud Superiorissam generalem cum voto deliberativo Consilii sui.

35. Novitiatus incipit *vel* susceptione habitus *vel...*

36. Novitiae privilegiis omnibus ac spiritualibus gratiis religioni concessis gaudent; et si morte praeveniantur, ad eadem suffragia ius habent, quae pro professis praescripta sunt.

37. Novitiatus ut sit validus peragi debet: *a)* post completum decimum quintum saltem aetatis annum; *b)* per annum integrum et continuum (si novitiatus duos annos durat, annus primus tamquam canonicus habetur; *c)* in domo noviatus.

38. Annus canonicus interrumpitur ita ut denuo incipiendus ac perficiendus sit, si novitia a Superiorissa dimissa e domo exierit aut domum sine illius licentia non reversura deseruerit aut extra domum etsi reversura ultra triginta dies sive continuos sive non continuos permanserit quacumque ex causa, etiam de Superiorissae licentia.

Si novitia ultra quindecim sed non ultra triginta dies etiam non continuos, de Superiorissae licentia vel vi coacta extra domus septa permanserit sub Superiorissae obedientia, ad validitatem novitiatus necesse et satis est dies hoc modo translatitium supplere; si non ultra quindecim dies, supplementum potest a Superiorissis praescribi, sed non est necessarium ad validitatem.

39. Novitia potest religionem libere deserere aut a Superiorissis iusta de causa dimitti, quin Superiorissa teneatur dimissionis causam dimissae patefacere.

40. Annus novitiatus finitur expleto die anniversario incepti novitiatus, proinde professio fieri valide non potest nisi die sequenti.

41. Exacto novitiatu si iudicetur idonea, novitia ad professionem admittatur, secus dimittatur; si dubium supersit sitne idonea, potest a Superiorissa generali, cum voto deliberativo Consilii sui, probationis tempus, non tamen ultra sex menses, prorogari.

42. Novitiatus ab ea parte domus, in qua degunt professae, sit, quantum fieri potest, segregatus ita ut, sine speciali causa ac Superiorissae vel Magistrae licentia, novitiae nullam habeant communicationem cum professis, nisi in ecclesia et in refectorio.

43. Annus novitiatus debet sub disciplina Magistrae hoc habere propositum, ut informetur alumnae animus studio (Regulae ac) Constitutionum, piis meditationibus assiduaque precatione, ils perdiscendis quae ad vota et ad virtutes pertinent, exercitationibus opportunis ad vitiorum semina radicitus exstirpanda, ad compescendos animi motus, ad virtutes acquirendas

Proinde novitiae primo novitiatus anno ne dedita opera studiis vacent litterarum, scientiarum aut artium, neque exterioribus Congregationis officiis destinentur. Secundo vero anno novitiatus (si habetur) novitiae studiis vel Instituti operibus vacare possunt etiam extra domum novitiatus. Sed duobus mensibus ante professionem omnes in domum novitiatus redeant et ab omni opere externo sese abstineant, ut ad professionem emittendam sedulo sese praeparent.

44. Ante professionem novitia debet, ad totum tempus quo votis adstringitur, bonorum suorum administrationem cedere cui maluerit et de eorum usu et usufructu libere disponere.

Ea cessio ac dispositio si praetermissa fuerit ob defectum bonorum et haec postea supervenerint, aut si facta fuerit et postea alia bona quovis titulo obvenerint, fiat aut iteretur non obstante professione emissa.

Istam cessionem vel dispositionem professa mutare potest, non autem proprio arbitrio sed de Superiorissae generalis licentia, dummodo mutatio, saltem de notabili bonorum parte, non fiat in favorem ipsius Congregationis. Per discessum autem a religione eiusmodi cessio ac dispositio habere vim desinit.

45. Novitia ante professionem votorum temporariorum testamentum de bonis praesentibus vel forte obventuris libere condat.

Testamentum conditum mutare non licet sine licentia Sanctae Sedis, vel, si res urgeat nec tempus suppetit ad eam recurrendi, sine licentia Superiorissae generalis aut, si nec illa adiri possit, localis.

46. Superiorissa debet Ordinarium loci, duobus saltem mensibus ante, certiorem facere de proxima admissione ad professionem, tum primam temporariam tum perpetuam.

47. Votis nuncupandis spiritualia exercitia novitia praemittat per octo saltem solidos dies.

48. Novitiae in periculo mortis constitutae facultas est emittendi professionem, quae tamen nulla validitate gaudet ad effectus iuridicos si novitia convalescat.

Cap. VII—De Professione

49. Ius admittendi ad primam professionem temporariam est apud Superiorissam generalem cum voto deliberativo Consilii sui, ad renovationem vero professionis temporariae et ad professionem perpetuam apud Superiorissam generalem cum voto consultivo tantum Consilii sui.

50. Tempore novitiatus expleto, quae idoneae inventae sunt, vota temporaria emittent et ordinarie quidem ter ad annum, deinde bis ad triennium, tum in perpetuum.

51. Renovationi votorum nulla est interponenda mora. Superioribus tamen facultas est ex iusta causa permittendi ut renovatio votorum temporariorum per aliquod tempus, non tamen ultra mensem, anticipetur.

52. Professa a votis temporariis, expleto votorum tempore, libere potest Congregationem deserere; pariter Congregatio potest eam ob iustas et rationabiles causas, a renovatione votorum temporariorum vel ab emittenda professione perpetua excludere, non tamen ratione infirmitatis, nisi certo probetur eam ante professionem fuisse dolose reticitam aut dissimulatam.

53. Professionem perpetuam emissura oportet ut vigesimum primum aetatis annum expleverit.

54. Formulae professionis exemplum: «In nomine Domini Nostri Iesu Christi. Amen. Ego, Soror N. N. voveo ac promitto Deo Omnipotenti, Beatae Mariae Virgini (Beato Patri Nostro Benedicto, Dominico, Francisco etc.), in manibus tuis, Mater N. N. et in praesentia nostri Ordinarii (vel Delegati), paupertatem, castitatem et obedientiam ad annum (ad triennium, in perpetuum) iuxta (Regulam Patris Nostri B. D. Fr. etc. et) Constitutiones Congregationis...».

55. Huius professionis documentum inseratur in libro ad hoc destinato et subsignetur a professa, ab ea quae professionem recepit et ab eo, in cuius praesentia professio emissa est.

56. Vota in nostra Congregatione Ordinario loci reservantur, a quo proinde dispensatio petenda est vel decretum dimissionis.

Cap. VIII—De Votis

De voto et virtute Paupertatis

57. Per votum paupertatis sorores abdicant ius disponendi de quacumque re pretio aestimabili sine Superiorum licentia.

Virtus paupertatis autem hoc etiam importat, ut sorores omni se exuant inordinato affectu erga res temporales, atque earum privationem, si accidat, alacri et forti animo ferant.

58. Quaelibet professa a votis sive temporariis sive perpetuis conservat proprietatem bonorum suorum et capacitatem alia bona acquirendi (Cfr. art. 44).

59. Nulli sorori professae licet per actum inter vivos dominium bonorum suorum titulo gratioso abdicare sine Ordinarii licentia.

60. Sorores non prohibentur exercere proprietatis actus, lege civili requisitos, de licentia tamen Superiorum.

61. Nullo modo possunt sorores dominium ac usum apud se retinere eorum omnium quae dono vel industria sua acquirunt; haec statim Superioribus tradenda sunt in communem proprietatem. Neque possunt donare, commodare vel alienare ullam rem sine licentia Superioraees.

62. Tota supellex et omnia vestimenta et utensilia sororum sint paupertati convenientia et, in quantum fieri potest, pro omnibus aequalia.

De voto et virtute Castitatis

63. Votum castitatis adstringit sorores ad servandum coelibatum et insuper novo titulo, id est ipsius voti, ad abstinendum ab omni actu castitati opposito tum interno tum externo. Unde omne peccatum contra castitatem est simul peccatum contra votum.

Ad virtutem autem castitatis hoc etiam pertinet, ut soror diligenter studeat tum ea devitare quae castitatem vel minimum laedere possunt, tum media adhibere ad eam perfecte custodiendam.

64. Quapropter sorores communicationes superfluas cum externis, praesertim viris, evitent, clausuram religiose observent, modestiam verbis et actibus custodiant, sensus cohibeant, humilitatem colant, preces fervidas fundant cum frequenti usu sacramentorum, ex animo devotionem erga Ssmam Eucharistiam et B. Mariam Virginem excolant.

65. Sorores omne familiaritatis genus et peculiares amicitias evitent, pericula tentationum effugiant, suis cogitationibus advigilent, seipsas semper in aliquo utili ac bono opere occupantes.

De voto et virtute Obedientiae

66. Per votum obedientiae sorores assumunt obligationem obediendi praecepto legitimi Superioris in iis, quae directe vel indirecte ad vitam Instituti, i. e. ad observantiam votorum et Constitutionum pertinent.

67. Superiores, qui vi voti obedientiae praecipere possunt, sunt Ordinarius loci et Superiorissa generalis, vel eius delegata.

68. Formale praeceptum raro imponatur et non nisi scripto vel coram duabus saltem testibus hisce verbis: «praecipimus in virtute sanctae obedientae *vel* sub formali praecepto».

69. Ex virtute obedientiae sorores obligatione tenentur implendi tum Statutorum tum Superiorum dispositiones. Studeant autem, ut perfecte id praestent, suumque iudicium ac voluntatem omni cum docilitate submittentes.

70. Si soror in Domino iudicet, adimpletionem alicuius praecepti nocere sibi vel alii vel operi vel Congregationi, humiliter opinionem suam Superiorissae communicet, parata interim eiusdem voluntati acquiescere, Deo omnia relinquens.

71. Si qua soror ad obtinendam peculiarem licentiam aut gratiam, a Superiorissa denegatam, Superiorem maiorem adeat, hunc doceat de accepta repulsa.

Cap. IX—De Exercitiis pietatis

72. Pro singulis communitatibus Superiorissa generalis disponat ordinem diurnum, in quo Superiorissa localis dispensare non potest nisi in casu particulari, et ad tempus.

73. Quotidie sorores S. Missae sacrificio, quantum fieri potest, intersint, per dimidiam horam meditationi incumbant et per aliquod tempus lectioni spirituali et examini conscientiae; tertiam partem sacratissimi Rosarii recitent, si fieri potest in communi, et Ssmum Sacramentum visitent.

74. Frequenter, imo quotidie si volunt, de consilio Confessarii ad sacram Euchristiae mensam accedant.

75. Superiorissa nullo modo se immisceat Communioni frequenti sororum; si qua tamen religiosa gravem et externam culpam patraverit ita ut communitati scandalum dederit, Superiorissa potest eam, ne ad sacram Communionem accedat, prohibere, donec ad poenitentiae sacramentum denuo accesserit.

76. Sorores semel saltem in hebdomade ad poenitentiae sacramentum accedant.

77. Singulis communitatibus confessarius ordinarius deputabitur et confessarius extraordinarius, qui quater saltem in anno domum veniat et cui omnes religiosae se sistere debent, saltem benedictionem recepturae.

78. Si qua religiosa, ad animi sui quietem et ad maiorem in via Dei progressum, aliquem specialem confessarium vel confessionem in qualibet ecclesia vel oratorio semipublico aut in loco ad audiendas confessiones mulierum legitime destinato peracta, valida et licita est; neque Superiorissa id prohibere potest aut de ea re inquirere, ne indirecte quidem; et religiosae nihil Superiorissae referre tenentur.

80. Cum graviter aegrotant, licet mortis periculum absit, possunt sorores quemlibet sacerdotem ad mulierum confessiones excipiendas approbatum, accessere eique perdurante gravi infirmitate, quoties voluerint, confiteri, nec Superiorissa potest eas sive directe sive indirecte prohibere.

81. Superiorissae omnes et magistrae novitiarum districte vetantur sorores sibi subditas quoquo modo inducere ad conscientiae manifestationem sibi peragendam. Non tamen prohibentur subditae religiosae quominus libere ac ultro animum suum aperiant Superioribus.

82. Si fieri potest, omnes sodales feria sexta, et tempore quadragesimali saepius, Viam Crucis peragere admonentur.

83. Semel in mense communis habetur Recollectio spiritualis cum praeparatione ad bonam mortem, et, si fieri potest, conferentia spiritualis habeatur a sacerdote.

84. Quotannis in communi habeantur Exercitia spiritualia per... solidos dies. Si qua religiosa rationabili de causa impedita fuerit, privatim suppleat tempore et loco a Superiorissa generali (vel locali) determinato.

Cap. X—De disciplina

85. Vita communis accurate a sororibus servetur, etiam in iis quae ad victum, ad vestitum et ad supellectilem pertinent.

86. In communi etiam sorores se reficiant simulque recreentur.

87. Sorores silentium observent in oratorio, sacristia, refectorio, dormitorio et ambulacris, ubi loquendum non est nisi in casu necessitatis et pauciribus quo fieri potest verbis ac submissa voce. In ceteris domus partibus permittitur colloqui tantummodo ex iusta causa et de expressa vel praesumpta

http://www.obrascatolicas.com

Superiorissae licentia. Post preces vespertinas usque ad Missam sequentis diei silentium strictum observandum est in tota domo.

88. Praeter ieiunia et abstinentias, quas Ecclesia omnibus christifidelibus imponit, sorores, quando in domo Congregationis commorantur, obligantur ad ieiunium diebus... ad abstinentiam diebus...

89. Quoad dormitorium singulae sorores aut cellam peculiarem aut lectum convenienter separatum habeant.

Superiorissa habeat quoque cubiculum ubi laborare et sorores recipere possit.

90. Clausura servetur in omnibus partibus domus, ad usum exclusivum sororum constitutis.

91. Intra clausuram nemo alterius sexus admittatur, exceptis, quoties necessitas id postulaverit, confessario, medico, operariis.

92. Tempore statuto omnes ianuae exteriores domus opportune obserentur.

93. Locus extra clausuram reservetur hospitibus quos soror, ad hoc destinata, recipiat et tractet cum Superiorissae licentia.

94. Prope atrium sit collocutorium, ubi sorores de venia Superiorissae illos recipere possunt, qui eas visere cupiunt, nunquam vero solae, nisi agatur de propinquis propriae familiae, et nunquam tempore communium exercitiorum.

95. Litterae, quae a sororibus mittuntur vel recipiuntur, Superiorissae tradantur ut ab ea inspici possint.

96. Omnes sorores libere possunt mittere litteras, nulli obnoxias inspectioni, ad Sanctam Sedem eiusque in natione Legatum, ad Ordinarium loci, ad proprias Superiorissas maiores et ad Superiorissam domus forte absentem, et ab istis omnibus litteras, item nemini inspiciendas, recipere.

97. Sine licentia Superiorissae sorores extra septa domus ne exeant, et nunquam solae.

98. Sorores, in aliis domibus propriae Congregationis commorantes, Superiorissae locali tamquam propriae se subiiciant et ab ea petant licentiam vel dispensationem qua forte indigent.

99. In itineribus sorores possunt cum praevia licentia suae Superiorissae visitare domos aliarum religiosarum ibique commorari. Deficiente domo religiosa ad pernoctandum, ad domos privatas omni suspicione carentes accedere possunt. Si vero neque hoc fieri poterit, ad diversorium honestum procedant.

100. Ad regularis disciplinae observantiam promovendam semel in hebdomade haberi potest Capitulum culparum, in quo sorores humiliter externas suas transgressiones et negligentias contra regularem disciplinam confiteantur et in satisfactionem poenam pro gravitate culpae accipiant.

101. Sorores inter se quam maxime caritatem foveant, altera alterius hilari animo onera ferentes.

Ut autem sibi mutuo spiritualiter auxilientur, unaquaeque soror praebeat alteri optima virtutum et religiosae observantiae exempla.

Cap. XI—De Operibus missionalibus

102. Sorores animo generoso omnes labores assumant, quos Ordinarius loci ab eis petiturus sit.

103. Superiorissa generalis (audito Consilio suo) singulis sororibus determinatam Congregationis domum, Superiorissa localis opus ibi perficiendum assignat.

104. Sustentatio sororum comparatur ex bonis et fundationibus, forte Instituto obvenientibus, et ex laboribus in quibus de mandato Ordinarii loci sorores occupantur.

105. Sorores ad missiones deputatae quoad opus missionis subiiciuntur Rectori districtus, qui tamen in admonitionibus dandis consultet Superiorissam.

106. Nunquam intrent cubiculum sacerdotis, cum ipse est praesens.

107. In omnibus scholis a sororibus administratis fundamentum sit educatio religiosa ac moralis.

108. Hinc non tantum docendo sed etiam exemplo suo alumnas instruant; caveant ab animi vehementia, iracundia, impatientia et omni amicitia privata.

109. Quae soror nominatur Praeses scholae regimen totius scholae habet. Subdita est autem quoad disciplinam religiosam Superiorissae locali et quoad scholas missionum Rectori stationis.

110. Sorores curam aegrotorum gerentes, adhibeant patientiam et benignitatem, quaerant opportunitatem loquendi de regno Dei, et infantes morientes baptizandi.

111. In domo infirmi sorores sint quasi caecae, surdae, mutae; praesertim ne enarrent aliis quod in earum praesentia dictum aut factum fuerit.

112. Si quaedam sorores libero studio sese dovevere maioribus iuvandis et infantibus periclitantibus desiderent, sedulo observentur regulae a S. Congr. de Prop. Fide die 11 februarii 1936 datae [LE 1315].

Cap. XII—De sororibus infirmis et defunctis

113. Soror aegrotans sine mora certiorem reddat Superiorissam, sine cuius licentia ne accedat ad medicum.

114. Sorori graviter aegrotanti Superiorissa curet ut tempore opportuno Viaticum et Extrema Unctio administrentur et Benedictio Apostolica impertiatur.

115. Mortua sorore Superiorissa localis statim Superiorissam generalem certiorem faciat et civilem auctoritatem, si opus sit, necnon alias domus Congregationis et familiam defunctae.

116. Dies quo soror decessit eiusque nomen in saeculo et in Congregatione adnotetur in peculiari libro, in archivo Congregationis servando; ibidem si opportunum visum fuerit, pauca de eius decursu vitae adnotentur.

117. Professae et novitiae habitu religioso indutae sepeliantur.

118. In domo ubi religiosa defuncta est, cantetur Missa solemnis de Requie et celebrentur... Missae. In omnibus aliis domibus Congregationis legatur saltem una S. Missa pro anima eius. Omnes sorores pro defuncta sodali ad minus ter accedant ad sacram Communionem et tertiam partem Rosarii recitent. Si defuncta fuerit Superiorissa generalis, in omnibus domibus Congregationis insuper Missa solemnis de Requie cantetur.

119. Pro defuncta postulante et pro defuncto patre et matre alicuius professae vel novitiae Congregatio suffragia fieri curet.

120. Pro omnibus sodalibus et benefactoribus defunctis...

121. Suffragia fiant etiam pro defuncto Summo Pontifice, pro defuncto Cardinali Praefecto S. Congregationis de Propaganda Fide et pro defuncto Ordinario loci.

Cap. XIII—De dimissione

122. Si qua soror professa Congregationem deserere cupiat, saecularizationis indultum ab Ordinario loci, in quo ipsa degit, petat.

123. Soror professa a votis temporariis dimitti potest per decretum Ordinarii loci, in quo religiosa domus istius sororis sita est. Ipse tamen iure suo ne utatur Superioribus insciis vel iuste dissentientibus.

124. Causae dimissionis debent esse graves. Possunt se habere vel ex parte Congregationis vel ex parte religiosae. Defectus spiritus religiosi qui aliis scandalo sit, est sufficiens dimissionis causa, si ter repetita monitio una cum salutari poenitentia incassum cesserit, non vero infirma valetudo, nisi certo constet eam ante professionem fuisse dolose reticitam aut dissimulatam.

125. Dimissionis causae semper manifestari debent professae, data eidem plena respondendi licentia; eiusque responsiones Ordinario loci fideliter subiiciantur.

126. Dimissio sororis a votis perpetuis exigit graves causas exteriores una cum incorrigibilitate, experimento prius habito ut, iudicio Superiorissae generalis et Consilii, maiore suffragiorum numero expresso, spes resipiscentiae evanuerit. Superiorissa generalis rem totam cum omnibus actis et documentis ad Ordinarium loci deferat, qui causas dimissionis expendat et decretum dimissionis ferat.

127. In casu gravis scandali exterioris vel gravissimi nocumenti communitati imminentis, religiosa potest a Superiorissa generali cum consensu Consilii sui vel etiam, si periculum sit in mora et tempus non adsit adeundi Superiorissam generalem, a Superiorissa locali cum consensu sui Consilii et Ordinarii loci, ad saeculum remitti, habitu religioso illico deposito.

128. Religiosa, etiam a votis perpetuis, ab Ordinario loci dimissa ipso facto ab omnibus votis religiosis solvitur.

129. Sorores egredientes, obtento ab Ordinario loci saecularizationis indulto, vel dimissae, nihil repetere possunt ob opera Congregationi praestita. Supelliex aliaeque res personales, quae adhuc supersunt, ei reddendae sunt in statu quo reperiuntur; itemque dos allata, sine fructibus iam maturis (cfr. n. 31).

130. Si qua soror sine dote recepta fuerit nec ex propriis bonis sibimet providere valeat, Congregatio ex caritate ei succurrat, ut convenienter domum redeat et per aliquod tempus (ab Ordinario loci determinandum) honeste vivere valeat.

131. Contra dimissionis decretum est religiosae facultae intra decem dies recurrendi ad Sedem Apostolicam, et pendents recursu, dimissio nullum habet iuridicum effectum.

132. Religiosa professa votorum perpetuorum, quae e domo religiosa illegitime egreditur cum animo non redeundi, contra vota graviter delinquit. Si tamen ipsa poenitens redeat et se submittat poenis debitis, iterum suscipi potest; ultimum vero locum obtinebit inter professas a votis perpetuis.

Quaelibet soror sive professa sive novitia legitime egressa vel dimissa, denuo ad Congregationem admitti non potest.

Pars Altera
DE REGIMINE CONGREGATIONIS

Cap. XIV—De suprema auctoritate in Congregatione

133. Sorores omnes subiiciuntur, tamquam Supremo Moderatori, Romano Pontifici, cui etiam vi voti obedientiae obedire tenentur. Subduntur quoque, ad normam sacrorum Canonum, Ordinariis locorum in quibus Institutum domos habet.

Iisdem Ordinariis sorores praestare debent reverentiam et obedientiam.

134. Suprema auctoritas interna in tota Congregatione ordinarie exercetur a Moderatrice generali cum suo Consilio; modo vero extraordinario a Capitulo generali.

Cap. XV—De Capitulo generali

135. Ad Capitulum generale pertinet eligere Superiorissam generalem et Consiliarias generales. In eo etiam tractantur principaliora negotia quae vitam et progressum Congregationis respiciunt.

136. Capitulum generale ordinarie celebrandum est quolibet sexennio, *vel* decennio, cum electio Superiorissae generalis facienda est. Extraordinarie vero celebratur, propter mortem Superiorissae generalis vel propter eius resignationem aut amotionem.

137. Convocandum est tribus mensibus ante eius celebrationem, a Superiorissa generali et ipsa deficiente a Vicaria generali. In litteris convocationis designetur tempus et locus Capituli celebrandi.

138. Membra Capituli generalis sunt: *a)* Superiorissa generalis; *b)* Consiliariae; *c)* Ex-Superiorissae generales; *d)* Secretaria et Oeconoma generales; *e)* Omnes Superiorissae domorum in quibus degunt 12 saltem sorores quae voce activa fruuntur; *f)* Singulae Delegatae a supradictis domibus electae; *g)* Delegatae domorum, quae 12 sorores vocales non habent.

139. Electio Delegatarum, de quibus sub litt. *f)*, fit per vota secreta, et electa censetur illa quae maioritatem relativam suffragiorum obtinuit.

Sorores parvarum domorum, de quibus sub litt. *g)*, distribuantur a Superiorissa generali, cum voto deliberativo sui Consilii, in diversa corpora electiva, saltem ex duodecim sororibus professis constituta, et quodvis corpus electivum duas Delegatas e suo gremio ad Capitulum mittet, quarum una sit Superiorissa localis, altera vero non. Electio autem fiat in singulis domibus per schedulas secretas, quas Superiorissa localis coram vocalibus illico involucro claudit et ad Superiorissam generalem transmittit. Eligi possunt eodem modo duae substitutae Delegatarum.

140. In electione Delegatarum ad Capitulum omnes professae, etiam a votis temporariis, gaudent voce activa; passivam vero tantum professae a votis perpetuis habent.

141. Omnes vocales tenentur Capitulo interesse. Ut autem libertati electionum consulatur, omnibus vocalibus interdicitur, sicut et aliis sororibus, ut in sui aut aliarum sororum favorem vota illicite procurent.

142. Superiorissa generalis munus suum retinet usque ad electionem novae Superiorissae et Ordinarius loci, in quo huius electio peragitur, per se vel per alium electioni praesidet; cui peractam electionem confirmare vel rescindere gravibus de causis integrum est.

143. Superiorissa generalis relationem completam et accuratam de statu religioso, disciplinari et oeconomico Congregationis, Capitulo exhibeat, ab initio usque ad finem sui regiminis.

Cap. XVI—De electione Superiorissae generalis

144. Electionis die, in domo Capituli, celebretur Missa de Spiritu Sancto (si rubricae permittunt) et sorores capitulares ad sacram Communionem accedant.

145. In sessione electiva eligantur in primis, per maioritatem relativam, e gremio ipsius Capituli duae scrutatrices et una Secretaria Capituli, et in hac electione duae vocales seniores professione sint scrutatrices.

146. Scrutatrices diligenter colligant vota vocalium —si autem sit aliqua vocalis infirma, scrutatrices votum eius exquirant et cum aliis in urna reponant— et coram Praeside inspiciant an vota numero vocalium correspondeant; vota postea scrutentur et palam faciant quot quaeque retulerit. Si numerus suffragiorum superet numerum eligentium nihil est actum. Suffragia post scrutinium statim comburantur.

147. Suffragium debet esse liberum, secretum, certum, absolutum et determinatum. Nemo sibi suffragium valide dare potest.

148. Superiorissa generalis eligitur ad sexennium *(vel* decennium); ipsaque ad validitatem habere debet decem annos a prima professione, saltem triginta quinque annos aetatis completos, et esse ex legitimo matrimonio nata. Potest ad idem munus iterum eligi, sed non ultra sine speciali approbatione Ordinarii.

149. Ad validitatem electionis requiritur maioritas absoluta suffragiorum. Si post tertium scrutinium non habetur electio, ad quartum procedendum erit in quo vocem passivam (non vero activam) illae duae sorores seniores professione vel aetate dumtaxat habebunt quae in tertio scrutinio maiorem prae ceteris suffragiorum numerum obtinuerint. Quod si in quarto scrutinio aequalem numerum suffragiorum obtinuerint, electa habebitur soror prima professione et, in paritate professionis, senior aetate.

150. Secretaria Capituli redigat processum electionis qui a Praeside, scrutatricibus et ab ipsa Secretaria subscribatur, ac in tabulario Congregationis asservetur.

151. Si Superiorissa electa non fuerit praesens in domo electionis, statim advocetur et negotia Capituli differantur usque ad eius adventum.

Cap. XVII—De electione Consiliariarum, Secretariae et Oeconomae generalium

152. Superiorissa generali electa, eligantur (separatis scrutiniis) quatuor sorores Consiliariae generales. Ad validitatem requiritur maioritas absoluta; attamen si in tertio scrutinio nemo maioritatem absolutam retulerit, electae habeantur quae maioritatem relativam retulerunt. In aequalitate suffragiorum electa habeatur senior prima professione, et, in paritate professionis, senior aetate.

153. Sorores sic electae in suo officio perdurant usque ad proximum Capitulum generale, nec deponi possunt nisi ex gravi causa a Consilio generali examinata et ab Ordinario adprobata. Pro validitate electionis requiritur ut electa sit a decem annis professa et saltem triginta annos nata. Consiliariae semper reelegi possunt. Prima electa ex Consiliariis erit Vicaria Superiorissae generalis eiusque vices geret quoties illa a domo generalitia sit absens vel quocumque modo impedita.

154. Superiorissa generalis et Consiliariae eligant Secretariam generalem et Oeconomam generalem, quae in suo munere manent ad nutum Consilii generalis. Secretaria e numero Consiliariarum desumi potest (nunquam vero prima Consiliaria), non tamen Oeconoma generalis, nisi in casu extraordinario et ad tempus.

Cap. XVIII—De negotiis in Capitulo generali tractandis

155. Praecipua negotia in Capitulo tractanda sunt: *a)* media opportuna ad disciplinam et vitam religiosam instauranda vel promovendam; *b)* determinatio contributionum quas singulae domus solvere debent in bonum generale Congregationis in fine cuiuslibet anni; *c)* determinatio dotis aspirantium; *d)* summa de qua Superiorissa generalis per seipsam disponere potest, sine voto sui Consilii; summa de qua disponere possunt Superiorissae locales sive per se sive cum voto Consilii domus; *e)* debita et alienationes pro quibus exquirendum est votum deliberativum Consilii generalis; *f)* propositiones Capitulo per delegatas exhibitae.

156. Ordinationes et decisiones Capituli generalis vigorem habent usque ad proximum Capitulum generale, in quo immutari, revocari aut confirmari possunt.

157. Negotia Capituli approbantur per maioritatem absolutam suffragiorum secretorum.

158. Acta Capituli rediguntur a Secretaria; in fine Capituli subscribuntur a Superiorissa generali, a prima Consiliaria generali et a Secretaria et Actorum exemplar mittendum est ad omnes domos Congregationis.

Cap. XIX—De iuribus et officiis Superiorissae generalis

159. Superiorissa generalis rite electa gubernat et administrat universam Congregationem sibi concreditam iuxta Constitutiones. Primum locum tenet ubicumque in Congregatione, et proprium habet sigillum pro actibus officialibus suis. Habitualiter residere debet cum suo Consilio in domo generalitia, nec residentiam mutare potest sine assensu deliberativo sui Consilii, et approbatione Ordinarii loci.

160. Ipsius est disciplinae totius Congregationis advigilare, progressum spiritualem promovere, bona temporalia per respectivas officiales administrare, secundum sacros canones et Congregationis Constitutiones.

161. Quolibet saltem triennio, sive per se, sive per Visitatricem a se delegatam, totam visitet Congregationem et praecipue domum novitiatus. Finis autem visitationis est praesertim: conditionem et statum domorum ac sororum cognoscere, abusus reprimere, regularem observantiam promovere, vitam communem et mutuam charitatem fovere, opera missionalia curare, administrationem bonorum inspicere, an officiales et singulae religiosae muneribus et obligationibus suis fideliter satisfaciant cognoscere. Superiorissa vel Visitatrix ne omittat singulas sorores seorsim interrogare et audire de omnibus quae ad bonum visitationis conferre poterunt.

162. Superiorissa generalis interpretationem authenticam Constitutionum dare non potest, nec additiones, mutationes vel derogationes facere. A Constitutionibus generaliter dispensare non potest; attamen dispensare potest in casibus particularibus etiam integras domos iusta et rationabili causa.

163. Officium Superiorissae generalis ordinarie componi non potest cum munere Superiorissae localis etiam in domo generalitia, et cum cuiuslibet officialis munere sive generalis sive localis.

164. Si necessarium videatur Superiorissam generalem officio privare, Consiliariae generales rem ad Ordinarium deferant; et si ipsa a munere suo abdicare velit, voluntatem suam pariter Ordinario exprimat.

Cap. XX—De Consilio generali

165. Consilium generale constat ex Consiliariis et Superiorissa (vel Vicaria generali) cuius est illud convocare eique praeesse. Convocetur autem ordinarie quolibet mense et quoties negotia Congregationis id exigant.

http://www.obrascatolicas.com

166. Munus Consilii est Superiorissam generalem in gubernio et administratione Congregationis adiuvare, nec non suffragium deliberativum vel consultivum ferre ad normam Iuris et Constitutionum. Superiorissa autem generalis Consilio uti debet pariter ad normam sacrorum Canonum et Constitutionum in omnibus gravibus negotiis Congregationis; contra votum deliberativum Consilii Superiorissa invalide agit.

167. Negotia graviora per suffragia secreta decernantur et per maioritatem suffragiorum. Si suffragia sint aequalia, Superiorissa generalis rem dirimat. Processus verbales et acta Consiliorum describantur a Secretaria generali quae tamen votum in deliberationibus non habet nisi sit una e Consiliariis. Omnes sorores Consiliariae ad secretum tenentur circa ea quae in sessionibus tractata fuerunt.

168. Praecipua negotia pro quibus requiritur suffragium deliberativum Consilii generalis sunt sequentia: *a)* erectio vel suppressio domorum Congregationis, consensu scripto praehabito Ordinarii loci; *b)* erectio novitiatus et eius translatio in aliam domum, habita prius Ordinarii loci adprobatione; *c)* electio, remotio Superiorissae localis et Magistrae novitiarum; *d)* electio et, si casus ferat, remotio Sororum Consiliariarum et Secretariae atque Oeconomae generalium; *e)* admissio postulantium ad novitiarum ad professionem et harum dimissio; *f)* translatio residentiae Superiorissae generalis ad aliam domum; *g)* contractus nomine Congregationis ineundi, alienationes faciendae, debita contrahenda et hypothecae, quae excedunt summam in Capitulo generali statutam; *h)* negotia pro quibus absolvendis licentia vel confirmatio S. Sedis vel Ordinarii loci requiritur.

169. Pro alienationibus et debitis contrahendis, quae excedunt summam triginta millium libellarum requiritur licentia Ordinarii et Sanctae Sedis et in petitione pro debitis contrahendis declaranda sunt alia debita et obligationes Congregationis vel domus pro qua petitur.

170. Vacante quacumque ex causa officio Superiorissae generalis, Vicaria generalis Congregationem gubernat usque ad Capitulum generale quod ipsa quamprimum, et non ultra sex menses, convocare tenetur. Si quocumque modo alicui e Consiliariis officio suo excedere contigerit, eligatur in Consilio alia, quae ultimum locum inter Consiliarias teneat et officium suum retineat usque ad sequens Capitulum generale.

Cap. XXI—De Secretaria et Oeconoma generali

171. Secretariae generalis est omnia documenta et acta Congregationis administrationem concernentia, statum personalem sororum, processus verbales Consiliorum generalium et similia redigere et servare; item iussu et nomine Superiorissae generalis epistolas et acta scribere quae Congregationis negotia respiciunt; archivum Congregationis ordinare et custodire. Sine Superiorissae generalis licentia documenta vel scripta nemini tradat. Ad secretum tenetur.

172. Oeconomae generalis est omnia bona tam mobilia quam immobilia Congregationis administrare sub directione Superiorissae generalis et Consilii generalis; libros de acceptis et expensis accurate conscribere; redditus, titulos, debita contracta et caetera adnotare in propriis regestis. Statuto tempore, de sua administratione rationem reddat Superiorissae generali et Consilio.

173. Non modo Congregatio sed etiam singulae domus formaliter erectae sunt capaces acquirendi, possidendi et administrandi bona temporalia cuiusvis generis. Bona autem Congregationis praesertim destinata sunt: ad novas domos fundandas, ad sustentandos novitiatum et postulatum et generalium ad subveniendum generalibus necessitatibus Congregationis.

Bona vero localia pro indigentiis domus respectivae destinata sunt.

174. Adsit etiam in domibus maioribus Oeconoma localis, quae curam habeat bonorum ipsius domus et omnia peragat ad exemplum Oeconomae generalis, mutatis vero mutandis.

175. In Domo generalitia adsit arca bene clausa, in qua asserventur tituli proprietatis, syngraphae argentariae et pecunia non necessaria pro expensis quotidianis, necnon alia obiecta pretiosa.

176. Eodem fere modo etiam in singulis domibus bona communia asserventur et administrentur.

177. Dotes sororum administrentur separatim a ceteris bonis, ab Oeconoma generali sub directione Superiorissae generalis et sub vigilantia Ordinarii loci.

178. Quaelibet domus quotannis solvat Superiorissae generali summam a Capitulo generali determinatam, pro expensis communibus Congregationis.

Cap. XXII—De Domibus earumque Superiorissis

179. Ad erigendam quamcumque domum requiritur votum deliberativum Consilii generalis et consensus Ordinarii loci in scriptis datus (et si agatur de erectione domus in nova missione, in locis S. Congregationi de Propaganda Fide subiectis, insuper beneplacitum huius Congregationis).

180. Domus potest esse formata vel non formata. Domus formata est quae saltem sex religiosas professas habet.

181. Unicuique domui, etiam generalitiae, praeest Superiorissa localis; quae eligitur a Superiorissa generali cum voto

deliberativo sui Consilii ad triennium; quo exacto ipsamet potest ad idem munus iterum assumi, sed non tertio immediate in eadem domo nisi de speciali approbatione Ordinarii. Nequit eligi ad hoc officium nisi soror a votis perpetuis et triginta saltem annos nata, quae sit prudentia, charitate et aliis qualitatibus requisitis ornata.

182. Superiorissa domus formatae, in regenda Communitate iuvatur a duabus Consiliariis, a Superiorissa generali cum suo Consilio designatis, quarum prima, Vicariae nomine, vices Superiorissae gerat quoties haec a domo aberit. Superiorissa localis potest in casibus particularibus religiosas sibi subditas eximere ab aliqua disciplinari praescriptione Regulae et Constitutionum, iusta de causa.

183. Ipsa quoque dirigat administrationem oeconomicam domus, quae in domibus maioribus gerenda est ab Oeconoma sub vigilantia Consilii. Administrationis ratio habenda est in Consilio quolibet mense et quolibet semestri praesentanda Superiorissae generali.

184. Superiorissa localis in fine anni relationem super statu suae Communitatis mittat ad Moderatricem generalem, et ad Ordinarium loci.

Cap. XXIII—De Magistra novitiarum eiusque Socia

185. Magistra novitiarum nominatur ad tempus et amovetur a Superiorissa generali de consensu sui Consilii; debet esse a decem annis professa et triginta quinque annos nata, necnon praedita qualitatibus ad munus suum exercendum.

186. Uni Magistrae ius est et officium consulendi novitiarum institutioni ad ipsamque pertinet regimen novitiatus, ita ut nemini, Superiorissa generali et Visitatrice tempore visitationis exceptis, liceat hisce sese immiscere quovis colore; ad disciplinam vero et ordinem domesticum quod spectat, Magistra aeque ac novitiae Superiorissae domus sunt subiectae.

187. Magistra novitias suas informet ad religiosam disciplinam secundum Constitutiones, illasque in virtutibus religiosis exerceat, et praesertim in votorum obligationibus, in sui abnegatione, in rerum mundanarum contemptu, in humilitate et fraterna charitate.

Per congruas conferentias illas instruat et informet de Constitutionibus Congregationis et de principiis vitae religiosae; earum religiosam vocationem, indolem et propensiones examinet et de iis ad Superiorissam generalem opportuno tempore referat.

188. Si ob numerum novitiarum vel alia de causa necessarium visum fuerit, Magistrae detur adiutrix, seu Socia, quae sit saltem triginta annos nata et a quinque annis professa, ac da et bene ordinata; ut vestes liturgicae, vasa sacra et omnis supellex diligenter serventur; ut altaria sint convenienter et liturgice praeparata et ornata; curam specialem habeat de sacro Tabernaculo et de clavi eius necnon de lampade quae coram Sanctissimo semper collucere debet.

189. In omnibus domibus adsit aliqua soror Sacrista, curae ecclesiae vel oratorii destinata, quae instituitur a Superiorissa locali. Ipsa curare debet ut ecclesia semper sit munda et bene ordinata; ut vestes liturgicae, vasa sacra et omnis supellex diligenter serventur; ut altaria sint convenienter et liturgice praeparata et ornata; curam specialem habeat de sacro Tabernaculo et de clavi eius necnon de lampade quae coram Sanctissimo semper collucere debet.

190. Sacerdotes omnes magna cum reverentia prosequatur; sedulo tamen vitans, sive cum eis sive cum saecularibus, colloquia inutilia. Silentium tam in sacrario quam in ecclesia exemplariter custodiat.

191. Si fieri possit adsit in omnibus domibus formatis aliqua soror custodiae ianuae deputata. Instituitur a Superiorissa locali; curam ianuae habere debet, hospites cum urbanitate, religiosa gravitate et modestia recipere. Silentium custodiat, nec plus necessario cum advenientibus loquatur; Superiorissam semper moneat de negotiis extraordinariis eique directe remittat litteras et alia quae ab extraneis ad sorores mittuntur.

Cap. XXV—De obligatione Constitutionum

192. Omnes et singulae sorores, Superiorissae sicut et subditae, debent non solum, quae nuncuparunt, vota fideliter observare, sed etiam secundum has Constitutiones vitam componere atque ad perfectionem sui status totis viribus contendere.

193. Cum non ex timore sed ex amore Constitutiones sint servandae, hae per se sub peccato non obligant, nisi pro obiecto habeant vota religiosa, praecepta divina aut leges ecclesiasticas, vel aliquid expresse ipsae Constitutiones statuant. Attamen sorores non erunt a peccato immunes si Constitutiones ex contemptu vel alio inordinato affectu, aut cum scandalo violaverint.

194. Superiorissae obligatione tenentur monendi, corrigendi et etiam puniendi sorores quae Constitutiones violant; et sorores correctiones vel poenitentias cum humilitate acceptare debent.

195. Omnes et singulae sorores, tam professae quam novitiae, exemplar habeant Constitutionum; et integer textus Constitutionum semel saltem in anno legatur coram tota Communitate.

* Prot. N. 1158/40: Typis Polyglottis Vaticanis 1940. Adn. LAZARUS D'ARBONNE in Laurentianum 5 (1964) 283-290.

1960n

1947 NOV 12.-SC S. OFFICII, DECRETUM. PART.*

Facultas datur Vicario Apostolico Sueciae causas nullitatis matrimonii acatholicorum pertractandi ad disciplinae tramitem, omissa forma stricte iudiciali

Suprema haec S. Congregatio, susceptis precibus instanter sibi oblatis ab Exc^mo Vicario Apostolico Sueciae, atque prae oculis habitis Instructionibus in similibus datis, feria V, die 6 aprilis 1843, ad Vicarium Apostolicum Oceaniae, et die 24 ianuarii 1877, ad Episcopum Nesqualilen. in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, quae prostant in appendice I, easdem preces deferendas censuit supremo Sanctitatis Suae oraculo, et Ss^mus D. N. Pius Div. Prov. Pp. XII, in Audientia diei 12 novembris 1947, sequentia indulgere dignatus est.

1. Spectata peculiari difficultate constituendi ecclesiasticum Tribunal ad normam iuris communis ob ministrorum inopiam, in conficiendis canonicis processibus de matrimoniorum nullitate ab acatholicis initorum, quorum alter nunc ad fidem catholicam converti vult, ex vitiato consensu ob initum pactum vel ob conditionem appositam et non revocatam contra coniugii indissolubilitatem, aut ob elicitam positivo voluntatis actu intentionem explicitam, aut implicitam sed praevalentem, eidem nuptiarum perpetuitati contrariam, praefato Vicario Sueciae, tamquam loci Ordinario pro universo territorio suae ditionis, facultas committitur utendi in processuum confectione forma oeconomica seu ad disciplinae tramitem nuncupata, omissa proinde forma stricte iudiciali, de qua in cann. 1960-1989 C. I. C.

Hac autem facultate ipse Vicarius utatur tantum si alterutra pars ad fidem catholicam convertatur.

2. Quandonam nullitas matrimoniorum ex vitiato consensu ob exclusam perpetuitatem, uti in praecedenti numero, satis probata pro foro externo habenda sit fuse exponitur in Instructione et in interrogatoriis huic decreto adiectis.

3. Sententia autem prolata de matrimonii nullitate, Vicarius Apostolicus onere semper tenetur recurrendi ad S. Officium, omnia acta sive causae sive processus in authentico exemplari mittendo, ad normam n. 15 Instructionis.

4. Vi huius decreti enunciata facultas Vicario Apostolico commissa *ad quinquennium* erit valitura, contrariis quibuscumque minime obstantibus etiam speciali mentione dignis.

5. Eadem Sanctitas Sua iubere dignata insuper est ut, quo facilius atque securius Exc^mus Vicarius Apostolicus muneri suo explendo par evadat in hisce magni momenti processibus conficiendis et definiendis, Eidem mittatur sequens Instructio ad rem exarata atque adamussim servanda, una cum consentaneis quaestionibus quae ad veritatem eruendam partibus et testibus erunt proponendae.

* An. can. 8 (1963) 328-329. In appendice allegantur: Instructio S. C. Sti Officii d. 8 apr. 1843 [CPF n. 975] et Instructio eiusdem S. Congregationis d. 24 ian. 1877 [CPF n. 1465]. Normae servandae in his causis matrimonialibus pertractandis proponuntur in Instructione S.C. Sti Officii d. 21 iun. 1951 infra edita: LE 2222n col. 3900.

1978n

1948 FEB 17.-SC PROP. FIDE, INSTRUCTIO. PART.*

Instructio S. Congregationis de Prop. Fide: de relatione singulis quinquenniis a Missionum Ordinariis eidem S. Congregationi exhibenda (cann. 300 et 340 C. I. C.)

Animadvertenda

I. Relatio latina lingua, nitidis characteribus, in charta non transparente conscribenda erit et ab ipso Ordinario et ab uno saltem ex Canonicis vel Consultoribus *(in dioecesibus)* aut ex Consiliariis Missionis subsignanda, adiectis die, mense et anno quibus data fuerit.

II. Singulis huius Instructionis articulis quolibet quinquennio integre respondendum est.

III. Quinquennia computanda erunt secundum can. 340, 2.

Quaestiones ad quas missionum Ordinarii respondere tenentur

Cap. I—Generales notitiae missionis

1. *a)* Breve *compendium historicum* circa originem, progressus ac mutationes Missionis, et si casus ferat, de illustribus martyribus. *b) Superficies, confinia administrativa* regionis, descripta in charta geographica, referente lineas meridianas et parallelas, atque modulum (scala, échelle, scale). In hac charta signentur stationes missionariae saltem primariae. *c)* Brevis notitia detur *de natura loci caelique temperie*, ac de fertilitate terrae, de ratione et mediis itinerum. Quinam morbi in ea forte praevaleant.

2. *a)* De *divisionibus civilibus territorii*, de principalioribus civitatibus, de Gubernii civilis forma. *b)* De *incolarum moribus* indole, origine; de praecipuis commerciis, et industriis regionis ac de varietate stirpium, linguarum ac religionum. *c)* Quinam *incolarum numerus: quot* inter incolas sint *catholici*; si autem varii adsint ritus, quot catholici pro singulis; et inter non catholicos quot ethnici, mahumetani, haeretici, etc., et quae eorum sectae praecipuae in territorio Missionis adlaborantes.

Cap. II—De constitutione missionis

3. Quinam *Ordini* vel *Congregationi religiosae* vel *Societati clericali (sine votis)* Missio forte concredita sit. Quinam *locus residentiae Ordinarii* cum omnibus indicationibus ad epistolas inscribendas necessariis.

4. In quot *christianitates* vel *sectiones* seu *districtus* aliasque circumscriptiones Missio divisa sit, et an ibi sacerdotum residentiae sint stabiles, et an facilis ad eas accessus.

5. *a)* An et quot adsint in Missione *paroeciae* vel *quasi paroeciae* cum propria ecclesia, territorio et rectore. An erectio paroeciarum et quasi paroeciarum facta fuerit per decretum asservatum in archivo Missionis. An observentur Instructiones huius S. C. diei 25 iulii a. 1920 [LE 288] et diei 9 dec. a. 1920 [LE 311] circa erectionem paroeciarum vel quasi-paroeciarum. *b)* An parochi, vel quasi-parochi applicent missam *pro populo* (c. 306), *tribulum* solvant pro seminario (can. 1356 §), alias suas obligationes servent, et libero exercitio in cura animarum gaudeant.

6. An habeantur *vicarii foranei* (can. 217, 445 seq.) et Missionis districtus ita ordinati sint, ut plures uni sacerdoti tamquam superiori subsint.

7. *a)* An spes affulgeat Missionem in posterum *dividendi*, et quomodo hanc divisionem Ordinarius praeparet, instituendo in unaquaque parte illa opera, quibus opus erit ut Missio independens haberi possit iuxta Instr. S. C. P. F. a. 1942 [LE 1690] datam. *b)* An et quaenam *pars* Missionis *nunquam fuerit evangelizata*; an et quomodo provideri possit eius evangelizationi.

8. Utrum in singulis districtibus, paroeciis, quasi-paroeciis vel christianitatibus diligenter serventur *libri* baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum et defunctorum, nec non status animarum, ad normam can. 470.

9. An quae in can. 375 et seqq. de *archivo dioecesano* habentur, habita ratione locorum et personarum, in Missione constituta sint (can. 304 § 1).

10. An habeatur *directorium* seu collectio regularum et consuetudinum Missionis circa ea, quae a sacerdotibus tum in sua vitae ratione tum in fidelium regimine sint servanda; illudque S. C. exhibeatur.

11. Utrum adsit *catechismus*; an sit communis cum aliis missionibus eiusdem regionis; an in variis libris huius generis servetur uniformitas circa doctrinae expositionem. Catechismi exemplar ad hanc S. C. mittatur.

Cap. III—De ordinario eiusque praecipuis adiutoribus

12. *a)* Indicet *Ordinarius* nomen et cognomen suum, aetatem, originis locum et Ordinem vel Congregationem religiosam vel Societatem clericalem ad quam forte pertineat, et quasnam facultates et indulta a S. Sede receperit. *b)* Pro dioecesibus, dicat Ordinarius, an sedes *metropolitana* sit, an et quas habeat suffraganeas sedes; et quem Ordinarium appellationis Metropolita, probante Sede Apostolica, sibi elegerit; si vero suffraganea, quem Metropolitam habeat; si denique nulli Metropolitae suffragetur, quem Metropolitam pro Concilio provinciali et pro iudicio appellationis sibi constituerit iuxta can. 285, 292 et 1954 § 3. *c)* An Episcopum *auxiliarem* vel *coadiutorem* cum futura successione habeat, et indicet eius nomen, aetatem, locum originis, Ordinem vel Congregationem religiosam vel Societatem clericalem ad quam forte pertineat. *d)* An secundum praescriptum can. 309 constituerit suum *Pro-Vicarium* vel *Pro-Praefectum*, et indicet eius nomen, aetatem, nationem, Ordinem vel Congregationem religiosam vel Societatem clericalem; atque de eius qualitatibus et opera doceat. *e)* Pro dioecesibus vero, quaenam vigeat ratio providendi, sede episcopali *vacante*, dioecesis regimini (can. 429-443). *f)* Utrum constituerit *Vicarium generalem* (in dioecesibus) vel *Vicarium Delegatum* (in aliis Missionibus), et an plures et ob quam rationem (can. 366 § 3); ac similiter referat de eorum nomine, aetate, natione, an ad aliquem Ordinem vel Congregationem religiosam vel Societatem clericalem pertineant, de eorum qualitate et activitate.

http://www.obrascatolicas.com

13. *a)* Pro dioecesibus, utrum adsint *capitulum cathedrale* et alia capitula insignia an *Communiae* cleri ad modum capitulorum; utrum Episcopus nominet Consultores dioecesanos (can. 423), et quinam eorum numerus. *b)* Pro aliis Missionibus vero, utrum adsit *Consilium Missionis* ad normam can. 302, quot in eo exteri et quot indigenae sacerdotes habeantur.

14. *a)* An Ordinarius in regione sibi commissa *commoretur* et observantiam legum ecclesiasticarum urgeat (can. 386); an et quando *Missionem visitaverit* iuxta can. 301; an praeter loca, res, libros et archiva, clericos examinaverit, eos singillatim audiendo ut cognosceret uniuscuiusque vitae rationem, confessionis sacramentalis frequentiam et alia huiusmodi; an in visitatione inspexerit quoque quae referuntur ad pia legata adimplenda et an circa missarum manualium satisfactionem ac stipem omnia constituerit ad normam can. 824-844. *b)* An *visitationem Ss. Liminum* suo tempore ipse vel per procuratorem perfecerit.

15. An praecipuos presbyteros indigenas et exteros *congregei* semel saltem in anno ut possit ex singulorum experientia et consilio deducere, quae sint perfectius in Missione ordinanda (can. 303).

16. *a)* Utrum et quomodo *synodum* celebraverit, et quando novissima synodus congregata fuerit (can. 304 § 2). *b)* An aliquando *consilium lineat* cum Ordinariis vicinioribus in maioribus negotiis pertractandis. *c)* Quando Missionum *Concilium nationale vel regionale* celebratum fuerit, et an opportunum sit illud iterum convocari (can. 304, 2).

17. *a)* Quae *mutua relatio* intercedat inter Ordinarium et Superiores Religiosos (cfr. Instr. S. C. F. a. 1929 datam) [LE 935]. *b)* Utrum missionarii ipsi Ordinario etiam ut religiosi subsint. *c)* An ipse Ordinarius officia et residentias clericis assignet (can. 296 § 1 coll. can. 454 § 5).

18. Quomodo se habeat Ordinarius *cum civili loci auctoritate*: an eius dignitas et iurisdictio sarta tectaque ita semper servari potuerit, ut nunquam detrimentum libertati et immunitati ecclesiae obvenerit.

Cap. IV—De adiutoribus sacri ministerii

§ 1. *De sacerdotibus in genere*

19. *a)* Numerus, nomina et praecipuae notae singulorum *sacerdotum* exterorum et indigenarum dentur. De iis, qui zelo, pietate, scientia et disciplina eminent, specialiter dicatur. *b)* Quam *idoneitatem* ad sacra ministeria atque ecclesiastica officia et quam vivendi rationem clerici praeseferant. An obligationes clericorum, iuxta Ss. Canones ipsi adimpleant.

20. *a)* Utrum occasio detur saltem semel in mense ad sacramentum *Confessionis* accedendi aliosque presbyteros *invitandi* et mutuo adiumento fruendi. *b)* An omnes sacerdotes iuxta praescripta can. 126 et 595 § 1, n. 1 *exercitia spiritualia* peragant. *c)* Si in Missione ecclesiastici viri habeantur qui aliqua dignitate a Sancta Sede *decorati sint*, titulus quo exornati sint atque concessionis dies, officium et gradus quibus gaudeant in clero Missionis, aliaeque notitiae opportunae dentur.

21. Utrum omnes sacerdotes *studio theologicae moralis* incumbant, et utrum ad hoc studium fovendum habeantur conventus pro casuum moralium examine (can. 131, 448).

22. An *praedicationi verbi Dei* (can. 1337 sq., 1347), praesertim inter acatholicos, assidue incumbant; an sint aliqui ex missionariis huic operi exclusive addicti; vel hoc ministerium catechistis remittant, de suis fidelibus tantum solliciti.

23. Num *negligentia vel otiositas* aliquem ecclesiasticum in suo munere obeundo detineat; num hic *inobedientiae* vel *apostasiae* vel *incontinentiae* speciem in sua vita praeseferat.

24. An sacerdotes miti ratione *erga christianos* se gerant; an circa modum sacri ministerii exercendi uniformitatem curent.

25. An *charitas et concordia* inter ecclesiasticos regulares et saeculares, exteros et indigenas foveatur.

26. An a rerum *politicarum* studio et a negotiis saecularibus se abstineant (cfr. can. 139 §§ 3, 4; Instr. S. C. P. F. diei 6 ianuarii a. 1920) [LE 229].

27. An et qualia vulgentur in Missione *diaria catholica* et quo anno singulorum editio inceperit; an recte dirigantur, an sacerdotes operam suam ipsis praebeant, et in casu affirmativo, an ad normam can. 1386 et Instr. S. C. P. F. 9 iunii 1930.

An *Unio Missionaria Cleri* in Missione instituta sit (Instr. S. C. P. F. 14 apr. 1937) [Le 1379].

§ 2. *De missionariis exteris*

28. An *missionarii exteri* sint saeculares vel regulares, et cuius Ordinis vel Congregationis religiosae vel Societatis clericalis; utrum et quot fratres laicos addictos habeant. An sufficiens eorum *numerus* sit pro necessitate Missionis.

29. An singuli missionarii exteri *studio linguae vernaculae Missionis* sedulam dent operam et an eam ad praedicandum verbum Dei inter indigenas et in audiendis confessionibus indigenarum adhibeant.

30. *a)* An missionarii *bona immobilia possideant*; an *industriam* vel *commercium* exerceant (can. 142). *b)* An missionarii religiosi fidelibus et infidelibus exemplo sint regularis

observantiae praesertim trium votorum paupertatis, castitatis et obedientiae.

31. An in aedificandis et ornandis sacris aedibus et residentiis missionariorum peregrinae *artis* forma adhibeatur, vel, quantum fieri potest, nativae etiam ipsius gentis artis species servetur.

32. De qualitate et opere *praecipuorum missionariorum* referatur: de singulis edicatur locus originis, aetas, et quot iam ab annis in Missione versentur.

§ 3. *De clero indigena*

33. *a)* Singulariter sermo instituendus de *clero indigena*, ac imprimis de *idoneitate* sacerdotum, deque animi qualitatibus quibus praediti appareant. *b)* Utrum aliqua distinctio habeatur inter clerum indigenam et sacerdotes exteros, quibus in rebus et quam ob rationem (cfr. Decretum S. C. P. F. diei 16 ian. 1924) [LE 557]. *Quibus in officiis* indigenae sacerdotes adhibeantur; an ab aliquibus officiis arceantur.

34. Utrum sacerdotes indigenae cum suis familiaribus *cohabitent*, vel communem vitam agant.

35. An clerus indigena habeat *quo honeste vivere possit*. An pro senibus et infirmis domus aut saltem subsidia adsint, quibus adiuvari possint.

§ 4. *De Ordinibus, Congregationibus religiosis et Societatibus sine votis ac de aliis cooperatoribus*

36. *a)* An et qui *Ordines*, quae *Congregationes religiosae* vel *Societates sine votis* sive *clericales* sive *laicales*, iuris pontificii vel dioecesani, utriusque sexus adsint, *quot novitiatus, quot domus*, et quot in domibus et novitiatibus indigenae et exteri. An Ordinarius sive per se sive per alium *quinquennalem visitationem* domorum religiosarum cuiusque sexus peregerit, iuxta can. 296 § 1, 512, 513, et quae de iis magis notatu digna videantur. *b)* Utrum religiosi cuiusque sexus *vitam communem* respective ducant. *c)* An Ordines, Congregationes etc. *bona possideant*, nomine proprio, in *Missione*.

37. Quaenam eorum pro *Missione utilitas*; quae opera dirigant et quo successu; an indigenarum et pauperum curae atque institutioni praecipue attendant.

38. Pro *Congregationibus religiosis* dioecesani iuris vel *Societatibus* sive virorum sive mulierum in communi sine votis viventium, iuris etiam dioecesani, Ordinarius nomen dicat et utrum iuxta Normas a S. C. P. F. editas condita sint; insuper ad eandem S. C. *decreti exemplar de canonica erectione peracta* transmittat, nisi forte iam transmiserit.

39. De *religiosis mulieribus* Ordinarius referat: *a)* an observentur *canonicae leges* circa admissionem ad novitiatum, professionem, clausuram, confessarios ac bonorum temporalium administrationem; *b)* an sint quae *infirmis* in privatis domibus adsistant, aut *rem domesticam* in nosocomiis, seminariis, vel similibus virorum domibus gerant; an cautum sit de vitandis periculis, et an aliquid habeatur reprehendendum; an *matribus* forte assistant servata Instr. S. C. P. F. 11 februarii 1936 [LE 1315].

40. Utrum *virgines indigenae* extra claustra vivertes habeantur, et de earum vita et opera.

41. *Quot catechistae et magistri* scholarum utriusque sexus habeantur; an et quot viri et quot mulieres pueris moribundis baptismi collationi sint addicti; quomodo eorum honestae sustentationi provideatur.

Cap. V—De seminariis

42. An *Seminarium pro clero saeculari* adsit, et in casu affirmativo referatur: *a)* de *numero* et *statu* eorum qui externam disciplinam regunt, qui spiritualiter alumnos dirigunt, qui docent (can. 1358, 1361). *b)* de statu aedium; *de redditibus et oneribus*, hoc est de statu activo et passivo pii Instituti; et an solvatur ecclesiasticum tributum pro seminario (canon 1356); *c)* de iis quae videantur necessaria ad *meliorem* Seminarii statum.

43. An Collegium praeparatorium ad Seminarium habeatur; an distinctum sit Seminarium in *maius* et *minus* (canon 1354 § 2); *quot* alumni in singulis. An Missionis conditio exigat ut dumtaxat Seminarium minus habeatur et *Seminarium maius regionale* erigatur (can. 1354 § 3). An hoc aut *interdioecesanum* seu *intermissionale seminarium* iam sit erectum. An eiusdem erectio canonica et Rectoris nominatio *per decretum huius S. C.* factae sint.

44. *a)* An observentur can. 1363, 1371 circa alumnos *admittendos* vel *excludendos*. An servetur can. 1357 circa *visitationem alumnorum* et regulas internas. *b)* Quibus *studiis* ad *professoribus idoneis linguam latinam et patriam alumni* accedant, atque catechetica disciplina eruditantur (Instr. *curale addiscant*, atque catechetica disciplina eruditantur (Instr. S. C. de Seminariis 8 sept. 1926) [LE 717]. An pietate clerici se exerceant ut in can. 1367 praescribitur, et an spiritu ecclesiastico imbuantur urbanitatisque legibus excolantur (can. 1369).

45. *a)* Si Missio Seminario *careat*, quomodo consulatur pro comparandis sacerdotibus Missioni necessariis. *b)* An *studium habeatur seligendi bonae spei iuvenes* ad clerum indigenam creandum; ubinam et quo fructu educentur (can. 305).

46. An Ordinarius curet ut aliquis alumnus pietate et ingenio praestans peculiaria collegia *praesertim* quae *Romae* sunt adeat, ut ibidem in studiis perficiatur (can. 1380).

47. An ante ordinationem clerici ad *ministerium per aliquod tempus exercendum* apud presbyteros idoneos mittantur, *probationis causa*; et quibus sub cautelis, ne vocatio clericorum detrimentum aliquod patiatur.

Cap. VI—De acatholicorum conversione, et de catechumenis

48. Quanam *methodo* procedatur ad *propagandam fidem* inter ethnicos, in illis praesertim regionibus ubi christiani nondum habentur vel pauci tantum.

49. *a)* Utrum adsint *hospitia pro catechumenis* cuiusque sexus, et quomodo ordinata sint. An omnes statim ad catechumenatus mittantur, vel solum post congruum tempus probationis. Quantum temporis duret haec probatio. *b)* An pecunia vel alia beneficia *materialia* praebeantur infidelibus fidei ignaris, ut ad catechumenatum trahantur; vel solus finis catechumenatus sit praeparatio proxima ad baptismum pro illis qui iam dispositi sunt et veritates principaliores religionis iam cognoscant. *c)* Quantum temporis *instructio* catechumenorum duret, an sit sufficiens. An post baptismum neophytorum, instructio et educatio christiana perduret aliquot menses.

Cap. VII—De institutis dilatandae fidei utilibus

50. Utrum sit *nosocomium*, an dispensaria medicamentorum, et quomodo administrentur reditus pro infirmorum sustentatione.

51. *a)* An et quot adsint *orphanotrophia* pro pueris et puellis, et quibus subsidiis sustententur; an et quot *brephotrophia*. *b)* An et quaenam *opificia* habeantur ubi pueri et puellae aliquam artem addiscant.

52. *a)* Utrum et quae alia *Instituta charitatis* habeantur; ut hospitia leprosorum, gerontocomia et alia huiusmodi. *b)* An *officinae typographicae* habeantur, quo facilius libri sacri vel scholares in bonum religionis evulgentur (can. 1381 seq.). *c)* Quae aliae *officinae* in bonum Missionis institutae sint.

53. *a)* An adsint consociationes *Actionis Catholicae* et, praesertim in magnis civitatibus, *Uniones* illae quae *sociales* vocantur; an circuli pro iuventute etc.; an aggregationes operariorum, agricolarum etc. in aliquem charitatis finem vel mutuum subsidium; an directioni Ordinarii et Apostolicae Sedis dociles subsint; quaenam eorum beneficia moralia et temporalia. *b)* An cura sit ut huiusmodi associationibus *adscripti* in fidei doctrina instituantur et christianam vitam ducant.

Cap. VIII—De educatione iuventutis in scholis

54. *a)* Circa scholas pro indigenis, enucleate referatur tum de earum *numero*, tum de earum *qualitate, gradu* et *distributione* iuxta systema scholasticum vigens (relate ad alumnorum et alumnarum aetatem) in variis Missionis locis; an aliquod superioris instructionis Institutum adsit. An scholae sufficiant liberis fidelium (can. 1379), et an in ipsis christianae institutioni iuventutis apte provideatur. Numerus alumnorum dicatur. *b)* Quomodo *deficientiae* scholarum *superiorum* consuli possint. *c)* Quibus credita sit iuventutis *institutio*, quot sint magistri catholici et quot acatholici vel infideles; an ab auctoritate civili approbati et quomodo sustententur. An habeatur schola pro magistrorum formatione vel quomodo eius deficientiae provideatur.

55. *a)* An in scholas admittantur *etiam filii acatholicorum* et quibus cautelis ne fidei catholicorum nocere possint; quinam eorum numerus respectu catholicorum; quomodo instructioni religiosae catholicorum provideatur (can. 1373). *b)* An in meridianis scholis servetur omnimoda *separatio puerorum a puellis*.

56. An adsint in Missione *scholae ministrorum protestantium* vel *scholae paganae*; quinam earum numerus et gradus; an et quot adsint *scholae neutrae ab auctoritate civili* constitutae; utrum catholici eas frequentent, an iusta ratione et quomodo eorum instructioni religiosae provisum sit; et quaenam cautelae ad periculum perversionis arcendum adhibeantur, iuxta can. 1374.

Cap. IX—De educatione iuventutis in collegiis

57. *a)* An et quot adsint *convictus* seu *collegia*, sive pro masculis sive pro foeminis; cui eorum directio concredita sit; utrum pro solis catholicis an in ipsa admittantur infideles vel haeretici et quibus cautelis; quinam ipsorum numerus respectu catholicorum, quomodo provideatur educationi religiosae catholicorum; an aliqua institutio religiosa detur acatholicis. *b)* Quinam fructus pro religione habeatur ex *collegiis mixtis*; an potius aliquod ex his periculum pro fide habeatur. *c)* An collegium pro *catechistis* efformandis habeatur. *d)* An et quot sint collegia *acatholicorum*.

Cap. X—De populo fideli

58. Si laici *ad aulam Pontificiam* pertinentes habeantur, nomen et titulus honoris, dies concessionis aliaeque notitiae dentur.

59. Dicatur: *a)* quinam sint generatim *fidelium mores*; quaenam ratio vitae christianae in familiis; quaenam publica;

an in externis pompis et solemnitatibus magis consistat, quam in vero pietatis spiritu. *b)* An *massonicae* sectae addicti; an etiam massonicae vel socialismi aut communismi societates habeantur, quot, quanti momenti; et quid fiat ad occurrendum huic malo. *c)* Utrum in *exercitio iurium* politicorum et civilium fideles catholici religionis bono et Ecclesiae libertati pro viribus consulant.

60. Quomodo generatim parentes et qui loco parentum sunt *prolis educationi religiosae* prospiciant.

61. Num *fideles* cum paganis vel haereticis ita versentur, ut spirituale ipsis damnum vel religioni detrimentum obveniat.

Cap. XI—De sacramentorum administratione

62. An in *baptismate* administrando serventur omnia praecepta Ritualis Romani et Codicis I. C. Speciatim vero an fiat divisio caeremoniarum et quo idiomate interrogationes fiant (can. 755-761).

63. An sacerdotes antequam baptismum adultis conferant, de statu libero eorum vel legitimo matrimonio diligenter *inquirant* et quae sint inquirendi normae.

64. *a)* Utrum fideles solemni praeparatione et pompa ad *primam Communionem* admitti soleant; an excitentur ut frequenter et etiam quotidie, ubi sacerdos adest, pane eucharistico reficiantur. *b)* An fideles *praeceptum paschale* adimpleant.

65. An presbyteri diligentes se praebeant in reficiendis *moribundis* Extrema Unctione aliisque sacramentis.

66. An in Missione *forma celebrationis matrimonii* ad normam can. 1094 observetur. Et an ea praemittantur, quae in iure praescripta sunt (can. 1019 et seq.).

67. *a)* Quomodo se gerant sacerdotes in *dispensationibus* circa matrimonii impedimenta. *b)* An dispensationes matrimoniales gratis concedantur et in scriptis, et utrum exprimatur *delegatio apostolica* (can. 1057).

68. An abusus *matrimoniorum mixtorum* invaluerit, et quomodo circa ea presbyteri se gerant (can. 1060, 1064, 1065, 1071).

69. An in celebratione matrimoniorum christiani immisceant aliquas *caeremonias superstitiosas*.

Cap. XII—De rebus ad divinum cultum spectantibus

70. *a)* An in sacris functionibus ac praesertim in administratione sacramentorum, et in solemni missae celebratione *ritus omnes S. R. E.* fideliter serventur; utrum *cantus adhibeantur*, et an iuxta canonicas praescriptiones. *b)* An *ingressus* in ecclesiam sit, prout debet, semper gratuitus. *c)* Utrum et quinam *populares cantus* in ecclesiis admittantur.

71. An serventur, quod ad *custodiam Ss. Eucharistiae*, can. 1265-1271 et Instr. S. C. de Sacramentis in festo Ascens. a. 1938 data [LE 1435]; an caveatur quodcumque periculum irreverentiae; quaenam sit in tantum Sacramentum fidelium devotio.

72. *a)* Utrum ad maiorem divini cultus decorem et ad pia Opera exercenda, canonice instituti sint *Tertii Ordines* saeculares, *Confraternitates*, sive virorum sive mulierum, praesertim Ss. Sacramenti et Christianae Doctrinae (can. 711, § 2), aliaeque *piae Uniones* potissimum pro iuvenibus; quo numero et quo religionis profectu. *b)* An hae associationes servent praescripta can. 690 de *subiectione* erga Ordinarium, et can. 691 de *administrationis* ratione.

73. An in *cultu divino* ac *veneratione Sanctorum* aliquae superstitiones irrepserint et quae.

Cap. XIII—De festis, ieiuniis et abstinentiis

74. Quaenam *festa* de praecepto in Missione observentur et an peculiares difficultates habeantur ad alia introducenda quae in Codice praescripta sunt.

75. Quae *ieiunia*, quique *abstinentiae dies* serventur; an uniformitas habeatur respectu viciniorum Missionum et utrum introductioni legis communis (can. 1250 et seq.) obstet aliqua necessitas.

Cap. XIV—De sacris aedificiis

76. An sit in Missione *numerus* sufficiens *ecclesiarum* et *sacellorum*; utrum munda, decentia et saltem necessariis ad divinum cultum ornamentis instructa sint. Utrum sint *Sanctuaria*, quae peregrini adeant.

77. An ecclesiae rite custodiantur ne furtis et profanationibus obnoxiae fiant; et eae in quibus *Ss. Eucharistia* adservatur, quotidie, si fieri potest, per aliquas horas fidelibus pateant (can. 1266).

78. An catholicus cultus *libere* exerceatur, et quatenus negative, an ratio suppetat qua obstacula e medio auferantur.

79. An iuxta ecclesias, cappellas et oratoria adsit *residentia* pro sacerdote vel decens presbyterium; aut saltem aliquis locus ubi sacerdos convenienter manere possit. Num sacerdos necessitate compellatur cibum et somnum capere in domibus privatis, et an in hoc abusus habeantur.

http://www.obrascatolicas.com

CAP. XV—DE COEMETERIIS ET FUNERIBUS

80. *a)* Utrum et quae *superstitiones in funeribus* apud christianos invaluerint. *b)* An et quae *taxae* in funeribus exigantur.

81. An exsistant *coemeteria separata* pro christianis, clausa et benedicta; et an canonicae de his leges serventur (can. 1205 et seq.). Si non habeantur, ad id obtinendum quid tentari possit.

CAP. XV—DE BONIS ECCLESIAE TEMPORALIBUS

82. An et quibus limitationibus iuxta leges civiles Missio bona, sive mobilia sive immobilia, possit proprio nomine *possidere*, et quae cauteiae adhibeantur ut securitati ecclesiasticorum bonorum provideatur.

83. An institutum sit *Consilium Administrationis* et quot presbyteris constet; et an Ordinarius in negotiis maioris momenti illud audiat (can. 1520).

84. *a)* An *administratores particulares* sive ecclesiastici sive laici reddant quotannis Ordinario rationem suae administrationis (can. 1525) et servent iuris praescripta circa modum ipsius administrationis (can. 1523, 1526, 1527, 1544, 1516, 1530-1533, 1538-1542). *b)* An circa *oblationes* in commodum Missionis serventur praescripta can. 1182, 533 § 1, 4.°, 631 § 3, et 535 de earum administratione et de ratione Ordinario reddenda; an collectores se abstineant a vexatoria requisitione. *c)* An *inventaria* immobilium, mobilium et sacrae supellectilis uniuscuiusque ecclesiae vel pii loci confecta in duplici exemplari, altero pro pio Opere, altero pro curia Ordinarii, habeantur (can. 1926, 1300, 1302, 1522).

85. *a)* Utrum bona *immobilia* vel *reditus* in promptu Missio habeat ut sustentationi missionariorum, cleri indigenae et expensis pro divino cultu satisfaciat. *b)* Si bona immobilia non habeantur, *an spes adsit* ut pedetentim certi reditus sive per oblationes fidelium sive alio modo constitui possint. Cfr. Instr. S. C. de Prop. Fide 19 martii a. 1893.

86. *a)* Circa *missarum stipem*, quae taxa synodalis in Missione vigeat (can. 831). An sacerdotes missas colligant, quibus intra annum ipsi satisfacere nequeant (can. 835) et exuberantes ad Ordinarium transmittant (can. 841). *b)* Quomodo serventur quae a can. 843, 844 praescripta sunt de *libro* tam personali quam ecclesiarum proprio pro missis adnotandis.

CAP. XVII—IUDICIUM SUMMATIM EXPOSITUM CIRCA STATUM MISSIONIS

87. Ordinarius dicat quid actu sentiat de morali ac materiali condicione Missionis, quae spes melioris status effulgeat, quaenam maiora discrimina immineant; utrum Missio, vel pars Missionis ita exculta sit ut clero indigenae proximo tempore concredi possit.

Addat quomodo et quo fructu ad effectum perduxerit monita et mandata, si quae S. C. in sua responsione ad praecedentem relationem dederit; et utrum progressus, regressus, an potius idem ferme persistens status in rebus fidei et morum haberi videatur in Missione, et quaenam harum rerum censeantur causae, quaenam proponantur remedia.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congr. de Propaganda Fide, die 17 februarii a. D. 1948.—Petrus Card. FUMASONI BIONDI, *Praef.* Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secr.*

* Prot. N. 590/46, 714/48. Typis Polyglottis Vaticanis 1948. Adn. vide sub die 1846 Ian 28: LE 1849.

2121n

1950 APR 16.-SECRET. STATUS, FACULTATES. PART.*

NONNULLA PRIVILEGIA AUDITORIBUS ROTAE NUNTIATURAE APOSTOLICAE IN HISPANIA CONCEDUNTUR MELIUSQUE DECLARANTUR

Madrid, 16 de abril de 1950

Excelentísimo señor: La Secretaría de Estado de Su Santidad, por augusta disposición del Sumo Pontífice, me ha comunicado lo siguiente:

«1. Per ciò che riguarda la prima richiesta che, cioè, gli Uditori di Rota e l'Uditore Assessore non dipendano dai rispettivi Vescovi diocesani, ma dalla Santa Sede, mediante il Nunzio Apostolico, la risposta è: *satis provisum.*

Non trattandosi, infatti, di escardinazione, la questione si riduce alla obbedienza dovuta dagli Uditori e dall'Assessore al proprio Ordinario o a quello del luogo ove risiedono. Ora è chiaro che sia gli Uditori che l'Assessore, per quanto riguarda il proprio Ufficio, dipendono del Nunzio Apostolico e che questo Ufficio impedisce loro di ricevere altri incarichi dall'Ordinario proprio o da quello del luogo ove si trovano.

Ciò sembra bastare e non si vede la necessità di accordare altri privilegi od esenzioni.

2. Per ciò che si riferisce alle richieste NN. 2 e 5 del pro-memoria, il Santo Padre si è benignamente degnato di concedere che il Collegio Rotale abbia, in Ispagna, la precedenza su le altre Istituzioni ecclesiastiche (Congregazioni, Entità religiose, Capitoli, Istituti Religiosi, Associazioni Cattoliche ecc..); che, inoltre, gli Uditori emeriti godano dei medesimi privilegi degli Uditori «de numero» e nelle cerimonie e ricevimenti a cui partecipa il Collegio Rotale, seguano immediatamente di posto l'ultimo Uditore.

3. La medesima Santità Sua concede, poi, che gli Uditori e l'Uditore Assessore abia facoltà di leggere libri proibiti *relativi a materie giuridiche* e che possano autorizzare i loro aiutanti di studio, alle stesse condizoni, per la lettura diquesti stessi libri.

4. Non si è invece ravvisata l'opportunità di insignire il Promotore di Giustizia e il Difensore del Vincolo della dignità di Prelati Domestici «ratione officii», perchè essi non fanno parte del Collegio Rotale.

5. Nè si vede, in fine, sufficiente motivo per derogare «in casu» alla regola, secondo la quale i Prelati Domestici non sono compresi tra le persone cui vengono inviate gratuitamente le Lettere Apostoliche.»

Aprovecho la oportunidad para confirmarme con sentimientos de la más distinguida estima y consideración de V. E. devmo. s. s.—Cayetano CICOGNANI.

* Iuxta notificationem Nuntii Ap. in Hispania Decano Rotae Matritentis die 16 aprilis 1950, Prot. N. 16218, factam: ex opusculo a Rota Nuntiaturae Ap. in Hispania anno 1962 edito, pag. 47-48.

2222n

1951 IUN 21.-SC S. OFFICII, INSTRUCTIO. PART.*

INSTRUCTIO SERVANDA IN VICARIATU APOSTOLICO SUECIAE IN PERTRACTANTIS CAUSIS DE NULLITATE MATRIMONII EX VITIATO CONSENSU ACATHOLICORUM QUI AD FIDEM CATHOLICAM SE CONVERTERE VOLUNT, AD NORMAM DECRETI DIEI 12 NOVEMBRIS 1947 [LE 1960N]

1. Acatholicus sive baptizatus sive non baptizatus, sincere catholicam fidem amplecti desiderans, qui suum matrimonium initum ex defectu consensus ob pactum vel conditionem appositam, aut ob intentionem sive explicitam, sive implicitam sed praevalentem, contra indissolubilitatem coniugii, nullitatis accusare vult, debet supplicem libellum scripto exaratum ad Vicarium Apostolicum transmittere, qui contineat oportet plenam et accuratam factispeciem, adiectis die, mense, anno, et loco, in quo actor commoratur. Si scribere nesciat aut nequeat, potest suam petitionem Tribunali proponere, quam actuarius tenetur in scriptis redigere.

2. Accepto libello, Vicarius Apostolicus curabit Tribunal constituere ubi primum potest, ad id adhibendo ministros seu officiales, si qui sint in suo Vicariatu constituti, vel alios designare, eligendo quos maluerit, cauto ut hi qualitatibus a iure requisitis sint praediti, aut saltem idonei ad id munus reperiantur.

Vicarius ipse Apostolicus pro tempore potest iudicis in causa partes agere per se; sed id officium potest committere alteri sacerdoti probatae vitae et doctrinae, qui nomine *Officialis* seu *iudicis instructoris* venit, eidem subdelegando facultatem instruendi processum usque ad sententiam definitivam inclusive, facta mentione huius delegationis ab hac Suprema S. C. tributae cum addita potestate subdelegandi.

Deputare insuper debet *Actuarium* (can. 1585) et *sacri vinculi Defensorem* (can. 1586, 1967-69). Administri omnes, excepto Vicario Apostolico quando ipse personaliter fungitur munere Iudicis instructoris, in prima sessione iusiurandum de officio rite et fideliter implendo et de secreto servando emittere debent.

3. Inquisitio versari debet circa omnia quae nullitatem matrimonii probant aut impugnant. Porro argumenta ad veritatem detegendam in causis de vinculi nullitate praecipue recoluntur: *a)* utriusque coniugis iurata confessio; *b)* authentica documenta etiam extraiudicialia, omne genus, uti litterae, acta iudicialia in foro civili confecta, quatenus ad rem faciant; *d)* indicia et praesumptiones.

4. Spectata autem peculiari natura causarum, de quibus agitur, valde confert ad factorum veritatem eruendam praeterea attente perpendere: 1.° genuina statuta legis in secta acatholica partium vigentis, quae matrimonii doctrinam et celebrationem moderatur; 2.° libros de religione tractantes in re matrimoniali; 3.° formulas de ritu servando et caeremonias explendas in matrimonii celebratione; 4.° mores et consuetudines in regione forte vigentes inter acatholicos quoad eorum matrimonium; 5.° circumstantias sive loci sive personarum coniugii celebrationem comitantes; 6.° ipsum legum civilium codicem, decreta, instructiones ceteraque documenta civilia quod attinet ad solubilitatem matrimonii per completum divortium [1].

5. Quod vero attinet ad examen formularum et caeremoniarum, quibus uti solent acatholici in istis regionibus dum ritum nuptialem exercent; ad considerationem morum et consuetudinum istic forte vigentium inter eosdem acatholicos quoad eorum matrimonium; ad expendendas circumstantias sive locorum sive personarum nuptiarum celebrationem comitantes, prae oculis habeantur memoratae Instructiones H. S. C. ad Vicarium Apostolicum Oceaniae et ad Episcopum Nesquallien. in Appendice I relatae.

6. Praeterea iudex bene perspectam habeat naturam *simplicis erroris* circa matrimonii indissolubilitatem, qui etsi det causam contractui, ut edicitur in can. 1084, non vitiat consensum matrimonialem. In simplici errore solubilitas est obiectum intellectus, non item obiectum voluntatis: porro quae matrimonium facit est voluntas, iuxta illud: *matrimonium facit partium consensus.* Error dicitur dare causam contractui quando sine errore consensus praestitus non fuisset: *non contraxissem si matrimonium indissolubile scivissem.*

Equidem accidere utique potest ut acatholicus non dum taxat errore ductus circa matrimonii indissolubilitatem matrimonium contrahat solubile, sed etiam *excludat*, adiecto pacto aut conditione aut elicito positivo voluntatis actu, ipsam vinculi perpetuitatem.

Porro acatholici, qui ex errore *iudicant* matrimonium solubile, quando illud contrahunt, praesumuntur validum et ideo indissolubile inire connubium. Evenire tamen potest ut in contrahendo ipsi non dumtaxat *iudicent* aut *persuasi sint* se matrimonium solubile inire, sed reapse illud positivo voluntatis actu *faciant aut velint vinculum solubile qua tale*; quod quidem factum non est praesumendum, sed iuridice in foro externo probandum (can. 1086, § 2); aut solubilitas a coniugibus in pactum potest deduci aut poni uti *condicio sui consensus* (can. 1092, 2.°): et tunc invalide contrahunt [2].

7. Haec perpendenda sunt a iudice in huiusmodi controversiis. His adde quae De Lugo, *De sacr. in gen.*, disp. VIII, n. 13, docet cum aliis: «Si hic igitur animus fuit in utroque coniuge (scil. ut nonnisi conditionate matrimonium contrahere intenderint), ex utriusque confessione constabit sufficienter ut matrimonium possit declarari nullum etiam in foro externo, ut docet Sanchez, lib. II, disp. XLV, n. 15, nisi esset collusionis praesumptio. Si autem fuit in uno solo, sufficiet ipsi in foro interno, imo sufficiet etiam alteri coniugi, si concurrant rationes probabiles ad existimandum ipsum non mentiri, ut docet Sanchez, l. c., n. 4» [3].

8. Quod attinet ad *praesumptiones*, attendi debet statutum can. 1828: at in istis causis, quae spectant ad defectum consensus, potissimus locus est praesumptionibus *hominis*: ad quas constabiliendas proferantur in lucem, quae matrimonium praecesserunt, comitata vel subsecuta sunt.

9. Iudici sequenti ordine erit procedendum: primo iudicialiter excutiat actorem eique, praemisso iuramento, deferat interrogationes a vinculi Defensore concinnatas, quibus alias valet addere *ex officio*, si opportunum duxerit ad veritatem accuratius explorandam. Ad rem inservire poterunt specimina sub n. III relata. Dein pariter excutiat partem conventam.

Si utraque pars matrimonii nullitatem adstruat, e simultanea accusatione periculum collusionis adimat oportet percontando credibilitatem earumdem, conversionis actoris sinceritatem explorando, etiam per testes fidedignos.

Si casus ferat, iudex potest partem vel partes ad novum examen revocare, in quo novae interrogationes proponantur et etiam easdem inter se conferre ad difficultates et dubitationes diluendas.

[1] Haec omnia, etsi in casu cumulative occurrant, valde quidem conferunt ut supra dictum est, ad veritatem factorum eruendam, sed non sufficiunt ad nullitatem matrimonii declarandam, licet bene inservire possint ad eam, aliunde quasi certo probatam, confirmandam. Haec enim omnia coexistere possunt cum errore simplici, tum individuali tum communi.

10. Cum in hoc causarum genere, in quo nullitatis caput exhibitum afficit consensum, quae res est in interiori animo recondita, saepe difficultatibus scatet interrogationes devitare, quae responsionem suggerant (can. 1775): iudex priusquam ad interrogatorium actoris et ad eius iusiurandum recipiendum procedat, constito semper de eius veracitate, ut supra, ipsi solemniter in mentem revocet speciale *monitum* in Appendice II exaratum.

11. Si probationes facilius acquiruntur, quando defectus consensus asseritur *ex pacto* inito aut *ex conditione apposita et non retractata* contra matrimonii substantiam; difficilius vero comparantur, quando nuptiarum valor quia, *positivo voluntatis actu ob intentionem explicitam aut implicitam sed praevalentem* [4], exclusa fuerit earum indissolubilitas a partibus aut ab earum alterutra in limine celebrationis.

In hoc altero casu cum agatur de actu interne elicito, qui potest delitescere in solo cordis scrinio, absque ideo externa manifestatione, in foro iudiciali allegatae nullitatis difficilior fit probatio. Quam tamen prorsus impossibilem ne dicas ex his, quae supra relata sunt nn. 4-8. Alia media aptiora ad veritatem detegendam suppetere possunt: *praesumptio hominis* (can. 1828); *iuramentum suppletorium* ad normam iuris (can. 1829-1931), quando cetera adminicula desint; *accuratior partis actricis credibilitatis sinceritatisque eius conversionis investigatio.* Inspecto enim *uno naturae iure* vera atque plena moralis certitudo de nullitate matrimonii haberi potest a sola partium aut earum alterutrius emissa declaratione, dummodo earum credibilitas ac veracitas aestimari possit *omni exceptione maior*, talis nempe quae omne prudens contrarii dubium excludat: cui comparandae probe inservire possunt testes iurati ac fidedigni.

12. Praeter ea quae diximus n. 9, ad expendendam partis actricis confessionem, uti innuimus, attendi debet ad eius credibilitatem sinceritatemque conversionis ad veram fidem, auditis ad rem testibus fidedignis etiam *ex officio.*

Testimonium septimae manus est argumentum credibilitatis, quod robur addit depositionibus coniugum, etsi vim plenae probationis non contineat, nisi aliis adminiculis aut argumentis fulciatur (can. 1975, § 2); sed testes septimae manus, quatenus sunt de credibilitate, eo maiorem sibi conciliant fidem, quo potiora habent documenta de sua probitate et de requisitis bonae fidei (cfr. cann. 1789, 1790 et 1791).

In istis testibus excutiendis est maxime curandum ut, si quid protulerint causae meritum directe attingens, semper ab eius exquiratur *unde*, *quomodo* et *quando* haec didicerint, ut pateat an tempore non suspecto ea cognita habuerint (can. 1774): causam enim valde iuvant partium confessiones extraiudiciales tempore non suspecto prolatae.

[2] Cfr. S. Off., 4 februarii 1891 ad Vic. Apost. Iapon. merid. *(Collectanea S. C. de Prop. Fide*, n. 1746); et 9 decembris 1874 ad Episc. S. Alberti *(Collectanea*, n. 1427).

[3] Apud P. Card. GASPARRI, *Tract. can. de matrimonio*, vol. II, n. 912, ed. 1932, ubi memorat etiam Ballerini et Gury, t. II, n. 752.

[4] In diiudicanda exsistentia vel minus in casu *intentionis explicitae aut implicitae sed praevalentis* contra matrimonii valorem iudex prae oculis sequentia habeat necesse est.

Imprimis intentio praevalens idem non est ac *intentio conditionata seu interpretativa:* puta si nupturiens declaret: «matrimonium non contraxissem si illud scivissem esse indissolubile»; tunc haberetur intentio conditionata, quae impar omnino est ad matrimonii nullitatem declarandam.

In genere quando homines matrimonium contrahunt «verum matrimonium» inire volunt: ac in hac eorum voluntate continentur qualitates essentiales cum matrimonio inseparabiliter iunctae: v. g. unitas, indissolubilitas, et sacramentalitas quando initur inter duos baptizatos. Sed quando hi matrimonium ineunt non solent de eius qualitatibus cogitare: hic et nunc volunt *matrimonium* nulla ratione habita ideae aut theoriae quam forte circa matrimonium habent.

Quaestio *de praevalentia* oritur quando plures elicunt intentiones: v. g. quando intentio contrahentis simul fertur in *matrimonium verum* et in *matrimonium solubile*. Examinandum tunc erit utrum duae intentiones aeque principaliter ferantur in utrumque obiectum, an praevalenter in alterutrum et in quale. Solummodo casu, quo intentio contrahentium praevalenter fertur in matrimonium verum, haec voluntas absorbet intentionem matrimonii solubilis.

Terminus a quo procedere debet inquisitio retineri debet *praesumptio*, de qua supra, nempe homines serio contrahentes *voluntate praevalente* inire «matrimonium»: haec praesumptio, fundata in spontaneo humanae iudicio et communi generis humani opinione, creat etiam praesumptionem praevalentis intentionis ineundi «matrimonium verum» si in casu particulari intentio solubilitatis cointraverit in voluntatem contrahendi.

Haec praesumptio praevalentiae tamen vincitur contrario argumento, quo ostenditur solubilitatem serio et de industria (non solum superficialiter et per transennam) fuisse positam saltem tamquam conobiectum voluntatis in ipso actu contrahendi. Tunc enim voluntas solubilitatem (si non praevalenter saltem aeque principaliter) amplexa est et eo ipso matrimonii indissolubilitem foras misit et destruxit. De tali voluntate seria ultimatim notitia haberi nequit nisi ex declaratione partium.

http://www.obrascatolicas.com

Redditas attestationes magis explicant et corroborant *instrumenta*, quae publica vel privata sunt: ut fidem faciant constare debet ea esse authentica et genuina.

Partis conventae depositio, quae thesi actricis adversetur, erit libranda utrum scil. ex malo animo procedat, aut ax simultate vel odio contra coniugem, hac de causa quia ed veram fidem converti vult.

13. Clauso processu, vinculi defensor, cui acta tradenda sunt, suas animadversiones scripto exaret animadvertens etiam utrum hae regulae traditae in processus confectione servatae fuerint necne.

14. Dein iudex instructor, si post diligens causae examen moralem certitudinem sibi comparaverit ex actis et probatis reapse matrimonium ex enunciato capite vitii consensus nullum exstare, ad normam cann. 1868 et 1869, expositis rationibus tum iuris tum facti, sententiam pronunciat: *constare de nullitate matrimonii in casu.* Si e contra talem certitudinem non fuerit assecutus, sententiam edere debet: *non constare de nullitate matrimonii in casu.*

15. Sententia declarativa nullitatis matrimonii prolata, ipse Vicarius Apostolicus debet suum votum circa meritum quaestionis scripto conficere actisque sive causae sive processus (can 1642) adnectere eaque omnia in authentico exemplari, uti supra n. 3 Decreti dictum est, mittere ad hanc Supremam Sacram Congregationem cum indice actorum et documentorum, et eiusdem S. Congregationis debet exspectare decisionem, ut sententia executioni mandari possit.

Si valde grave sit, sive ob necessarias expensas, sive alia de causa exemplar autenticum ad S. Officium transmittere, fas erit mittere acta originalia cauto tamen meliori modo de tuta documentorum transmissione.

16. Impetrata sententia nullitatis matrimonii in haeresi vel schismate aut infidelitate contracti, parti acatholicae, quae converti vult, integrum est ad alia vota transire, aut alias forte nulliter initas nuptias convalidare ad normam iuris. Si vero iisdem obstet vinculum civiliter validum, per civile divortium illud rescindatur ut huiusmodi novae nuptiae etiam civiles effectus adipiscantur. Attenta vero opinione in istis regionibus vigente inter acatholicos de matrimonii dissolubilitate, Vicarius Apostolicus satagat ut novarum nuptiarum, post declaratam praecedentis matrimonii nullitatem, validitas et liceitas in tuto ponatur ad praecavendum periculum nullitatis et alterius connubii. Hinc ambo nupturientes sunt opportune erudiendi de genuina natura et qualitatibus essentialibus matrimonii a Christo Domino instituti: moneantur ut quamlibet intentionem aut conditionem contra coniugii substantiam vel essentiales proprietates, in particulari contra perpetuitatem, submoveant. Iuxta autem iuris praescripta, partem catholicam avertere curet a contrahendis mixtis nuptiis: quod si impedire non valeat, studeat ut hae rite ineantur praestitis suetis cautionibus et impetrata dispensatione super mixta religione vel cultus disparitate.

Specimina pro examine partium et testium

a) *Examen partis actricis*

Anno Domini..R.. d.... hora.... in.... urbe.... in aedibus.... coram di D. N. Iudice delegato (subdelegato), adstantibus R. D. N. Defensore vinculi et infrascripto Actuario, comparuit N. N. Actor (actrix) in causa nullitatis sui matrimonii pro hac die et hora citatus (a).

Iudex iusiurandum de veritate dicenda et de secreto servando ab actore (actrice) petit et accipit ad normam cann. 1744 et 1746.

Dein, postulante Defensore vinculi, iudex schedam, quam idem defensor clausam exhibuerat, interrogatoria continentem parti actrici proponenda, reserat, et statim procedit ad eius examen, iuxta ordinem qui sequitur.

Interrogationes generales

1. Iudex partem interroget circa nomen, cognomen, nomen patris, aetatem, religionem, domicilium (urbem, viam) locum hodiernae commorationis.

An catholicam doctrinam addiscat ut post eius peractam, consentaneam institutionem, in sinum verae Ecclesiae recipiatur.

Interrogationes particulares

Post interrogationes generales, quaestiones particulares, pro adiunctis variandae, deferantur. Specimenis gratia proponuntur plures circumstantiae, prae oculis habendae, in subiecta materia.

2. Utrum confirmet an non supplicem libellum *(qui, si opus fuerit, legetur)* in singulis partibus.

3. Quando matrimonium iniverit et in quanam secta; an unionem dumtaxat civilem contraxerit; utrum separationem legalem vel consensualem cum coniuge instituerit, aut plenum divortium; quis prior alterum deseruit; qua de causa aut occasione proxima.

4. Utrum, praeter opinionem in eius regione vigentem de coniugalis foederis dissolubilitate, voluerit positivo voluntatis actu excludere ipsam indissolubilitatem coniugii, ex. gr. ineundo pactum cum coniuge de resolvendo vinculo matrimoniali per divortium, si res male cessisset aut aliqua alia de causa. Velit edicere quibus verbis suum consensum manifestaverit.

5. An conditionem apposuerit contractui nuptiali contra eius indissolubilitatem; nempe an eius intentio fuerit ut nonnisi conditionate matrimonium, id est matrimonium solubile, contrahere voluerit.

6. Quaenam *liturgica formula* adhibita fuit in matrimonii celebratione. (Haec perpendenda erit a iudice utrum conditionem matrimonii irritantem contineat: cfr. Instr., nn. 4 et 5.)

7. Utrum fuerit a ministello requisitum iusiurandum post elicitum consensum, sed ritu adhuc perdurante, a contrahentibus de fidelitate servanda cum conditione: *«quousque altera pars in fidelitate permanserit».*

(Perspectum habeat iudex, habita ratione erroris, quem profitentur haeretici, nomine fidelitatis non posse venire nisi permanentiam in vinculo contracto: cfr. Instr., l. c.).

8. Quaenam *caeremoniae* peractae fuerint in celebratione matrimonii.

(Sedulo consideret iudex an ex precibus, quae praemissae aut sunt subsecutae formulam, aut ex mutuis promissionibus contrahentium aliquod vitium irritans deprehendat: plerumque enim formula iuramenti et mutuae promissiones aequivalere possunt pacto, quod scil. eorum violatio inducat cessationem iurium et obligationem inter coniuges et consequenter rescissionem vinculi matrimonialis: cfr. Instr., *nn. 4 et 5.)*

9. Utrum et quaenam rationes indolis moralis aut oeconomicae ad conditionatum coniugium ineundum eam impulerint.

10. Quaenam fuerit in subiecta materia intentio seu voluntas sui coniugis: an ipse pactum inierit aut conditionem apposuerit adversus bonum sacramenti, quod est eius indissolubitas.

11. An et quosnam testes adducere valeat (parentes, consanguineos aut affines, sin minus vicinos bonae famae, aut alioquin de re edoctos) qui testimonium perhibeant de partis actricis probitate et veracitate; praesertim si qui facta noverint, aut documenta scripto confecta possideant, a quibus huius causae solutio pendeat, et qui adiuncta ab actore (actrice) exposita confirmare valeant.

12. An et qua de causa sciat vel praevideat alteram partem praesenti petitioni consensuram aut sese opposituram esse.

13. *(Praesertim si reus contumax sit vel fore videatur):* Indicet orator (oratrix) rei conventi nomen et cognomen, locum eius actualis commorationis et etiam testes ex eius parte, qui probabiliter utile testimonium praestare valeant in casu.

14. An habeat instrumenta vel documenta, sive publica sive privata, litteras, etc., ad rem facientia. *(Si apud civilem iudicem de controverso matrimonio actum fuerit):* An exhibere possit authenticum exemplar actorum et sententiae iudicis civilis.

(Si nullitas matrimonii non comperiatur probata ex hucusque factis interrogationibus, iudex ulterius inquirat.)

15. Utrum pars in causa vel eius coniux aut uterque aliquam intentionem apposuerit in celebrando coniugio, quae eius valori adversetur, ex. gr. si exciuserit aut matrimonium ipsum, aut omne ius ad coniugalem actum vel essentialem unitatis vel fidelitatis matrimonii proprietatem (can. 1086 § 2); an conditionem adiecerit de futuro contra matrimonii substantiam, nempe contra alia duo bona conniugii, scil. *fidei* et *prolis* (can. 1092).

(Si ab hac responsione valde probabile dubium de matrimonii nullitate ex vitio consensus emerserit, ob intentionem elicitam contra valorem matrimonii aut ob conditionem de futuro appositam contra matrimonii substantiam, aut essentiales proprietates, excepta indissolubilitate, tunc iudex, intercepto hoc oeconomico processu, adeat S. Officium instructiones petiturus.)

16. Utrum habuerit intentionem ineundi verum matrimonium, sicut generatim homines assolent.

17. Utrum fuerit eius dispositio voluntatis ut nonnisi conditionatum matrimonium inire intenderit, ita ut matrimonium contraxerit ea praecipua voluntate transeundi ad alias nuptias, soluto vinculo prioris coniugii per divortium, si matrimonium non bene cesserit.

18. Utrum sciat eius coniugem intentionem aut voluntatem habuisse ineundi coniugium dumtaxat solubile ad nutum *(et casu affirmativo in iudicium eius coniugi vocato opportunae quaestiones ad veritatem detegendam deferantur).*

19. Absoluto examine, de mandato iudicis, integra depositio clara voce legatur parti actrici et iudex interroget eandem an aliquid habeat addeundum, supprimendum, corrigendum, variandum.

20. Dein petatur et praestetur iusiurandum de veritate dictorum et de secreto servando.

Praestito autem iureiurando, subscribunt actor (actrix), iudex, defensor vinculi et actuarius.

b) *Examen rei conventi*

Congrua congruis componendo iudex interrogationes parti actrici propositas deferat etiam parti conventae, quibus et alias iuxta rerum adiuncta magis accommodatas adiicere valet, pro suo et defensoris vinculi iudicio, ad veritatem in luce ponendam. Si partes concordant, collusionis periculum praecavere satagat; si vero inter se discrepent, in fine examinis contestationes fiant circa responsiones alterius partis, quae, si casus ferat, ad novum examen vocari poterit, iuxta n. 9 Instr., prae oculis habita animadversione in fine n. 12 Instr. exarata.

Si pars conventa in locum ubi Tribunal coadunatur ob distantiam, magnas impensas, etc., venire non possit, audiri potest in loco suae commorationis per sacerdotem dignum et idoneum ad hoc a iudice delegatum; idque servetur etiam quoad testes in ius vocatos, qui in similibus reperiantur adiunctis (can. 1770, 4.°).

Si pars conventa renuat coram iudice aut sacerdote, de quo supra, comparere, iusta causa absentiae non allata, iudex, audito vinculi Defensore, uti potest interventu personae amicitiae coniunctae vel auctoritate praestantis ad illam in ius ciendam; quod valet etiam pro testium adductorum excussione.

c) *Examen testium a parte actrice inductorum*

Servetur idem ordo ac pro excussione actoris (actricis) praescriptus. Iudex deferat testi iusiurandum ac reseret schedam exhibitam clausam a vinculi Defensore interrogatoria continentem, quae dein proponit:

AD GENERALIA:

1. Iudex testem interroget circa eius nomen, cognomen, nomen patris, aetatem, religionem, conditionem, domicilium (urbem, viam), locum actualis commorationis.

2. An sit consanguineus vel affinis alterutrius coniugis et quo gradu.

3. Quo ex tempore, qua occasione et quando noverit coniuges N. et N.

AD SPECIALIA:

4. An noverit honestatem ac credibilitatem coniugum et an putet unum alterumve vera dixisse; vel saltem eos habeat incapaces periurandi etiam in sui favorem et in re tam gravi de qua agitur.

5. An sciat utrum coniuges, de quibus agitur, iuxta morem patrium matrimonium iniverint.

6. An sit instructus ex confidentiis a coniugibus aut ab eorum alterutro vel ab aliis receptis et quando, utrum praeter opinionem universim in regione vigentem de matrimonii solubilitate iuxta doctrinam et praxim tum acatholicae confessionis tum legis civilis, ipsi coniuges, aut eorum alter, sese copulaverint adiecta etiam pactione aliqua aut conditione contra coniugii indissolubilitatem.

7. Utrum et quando scierit eosdem coniuges aut alterutrum ipsam coniugii indissolubilitatem aliquo positivo voluntatis actu aut signo vel declaratione excludere voluisse.

8. Quanto tempore cohabitaverint et an in praesentiarum separati vivant consensualiter, an legaliter etiam in perpetuum divortio impetrato quoad vinculum, qua de causa et an una pars ad alias nuptias, etiam civiles tantum, transierit.

9. Utrum cognoscant indicia, praesumptiones aut alia adminicula, eaque declaret, unde coniici potest coniuges matrimonium inivisse cum consensu, ut supra, vitiato.

10. An noverit alios sive ex parte actricis, sive ex parte conventi, qui sint de re instructi et deponere possint in processu.

11. An habeat aliquid addendum, variandum, supprimendum, corrigendum.

Tum iudex depositionem a coniuge redditam, qui testem induxit, ex integro aut ex parte, pro suo prudenti arbitrio, eidem testi legat ac petat:

12. An asserta in coniugis depositione veritati respondere in omnibus censeat.

Dein testi legentur omnia, quae ipse testatus est atque scripto redacta sunt ac rogetur:

13. An relatio responsiones redditas plene contineat.

Requiratur iusiurandum de veritate dictorum et de secreto servando. Praestito dein iureiurando, subscribunt testis et ministri Tribunalis. Simili modo procedatur oportet quoad ceteros testes droductos sive ad instantiam partium sive ex officio.

Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 21 iunii 1951.—Iosephus Card. PIZZARDO, *a Secr.* A. Ottaviani, *Adsessor.*

Appendix I

a) *Instructio S. C. S. Officii, feria V, die 6 aprilis 1843 data ad Vicarium Apostolicum Oceaniae* [CPF n. 965]

b) *Instructio S. C. S. Officii, die 24 ianuarii 1877 data ad Episcopum Nesqualiien. in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis* [CPF n. 1465]

Appendix II

Monitum actori sollemniter deferendum ante eius interrogatorium

Probe perspectum habeat actor, si in praesenti causa res aliter se habeat ac ab eodem asseritur, id est si matrimonium reapse validum fuerit et veritas in processu non detegatur ob veri reticentiam vel insinuationem falsi, sententiam inde proditam de eius nullitate nullius esse valoris et ideo irritam habendam esse. Hoc igitur coniugio in suo valore exstante, si ipse aliud matrimonium coram Ecclesia ineat, ipsum revera erit invalidum, et putati coniuges ac soboles forte progenita innodantur prope infinita malorum inexplicabilium congerie.

* **An. can.** 8 (1963) 329-337.

2328n

1952 .. .. -SECRETARIA STATUS, NORMAE. PART.*

ORDO PRO CAUSIS IUDICIALIBUS EXPEDIENDIS IN TRIBUNALI ROTAE NUNTIATURAE APOSTOLICAE IN HISPANIA

N. B. Cum servandum sit a Tribunali quidquid in Pontificiis Normis continetur, tum generalibus (e. gr. Codice Iuris Canonici, Instructione S. C. de Sacramentis, etc.) tum peculiaribus (Motu Proprio Apostolico Hispaniarum Nuntio), *silentio praetereuntur in hoc* Ordine *plura ibidem praescripta.*

Art. 1. Tribunal Rotae Nuntiaturae Apostolicae Matritensis constituitur iuxta Normas (art. 1-5) quae in Motu Proprio *Apostolico Hispaniarum Nuntio* [LE 1923] contínentur.

Art. 2. Tum Auditores, tum Promotor iustitiae et Defensor vinculi eorumque substituti munus obtinent per electionem a Romano Pontifice peractam, prout statuitur in arts. 6, 8 et 11 M. P. *Apostolico Hispaniarum Nuntio*; caeteri Tribunalis administri, per designationem seu deputationem a Nuntio Apostolico factam, spectato elencho candidatorum a Collegio Rotali exhibito.

Laici hispani ad munus Cursorum seu Apparitorum nominantur ab Apostolico Nuntio. Quod autem ad eorum qualitates, munus necnon et cessationem attinet, standum est art. 15 M. P. *Apostolico Hispaniarum Nuntio* et canonis 1591-1593, iisdem adsignata iusta et honesta mercede.

Art. 3. Quos Tribunalis administros Nuntius Apostolicus designat, eosdem ipse ab officio seu munere suo libere removet ex iusta causa, aequitate servata. Collegium autem Rotale Nuntium Apostolicum rogabit ut cessationem a munere non dedignetur decernere, quoties compererit quemlibet ex administris manifeste inidoneum esse, vel contumaciter negligentem in munere adimplendo, vel secretum officii graviter violasse.

Art. 4. Singulis annis sub initio curriculi iudicialis statuitur ab Apostolico Nuntio Kalendarium iudiciarium, quo indicantur dies et horae quibus Tribunal vacat causis agendis. Decretum Nuntii et Kalendarium supra memoratum tabellae publicae affiguntur.

Art. 5. Singuli Auditores semel saltem in hebdomada audientiam concedunt diebus et horis, probante Nuntio Apostolico, statuendis et per tabellam designandis; Decanus autem bis in hebdomada.

Omnes tamen Auditores sedes Tribunalis adeunt quoties necessarium vel conveniens videatur actibus processualibus explendis.

Art. 6. Promotor iustitiae et vinculi Defensor Auditorio intersunt quoties, pro suo munere, eos convenire necessarium vel opportunum sit.

Art. 7. Omnes vero administri muneribus suis, in sede Tribunalis explendis, quotidie et personaliter vacant; nec ipsi abeunt nisi de licentia Decani, pro casibus particularibus et per modum actus concedenda. Pro longioribus autem absentiis Nuntii Apostolici venia erit expetenda.

Art. 8. Collegium Rotale, semel in mense, convenit die et hora in antecessum praefixa, negotia expediturum quae Collegio intersint, et a quolibet ex Auditoribus sint proposita.

Quodsi agatur de consilio aliquo extraordinario capessendo, Decanus rem ad Collegium deferre non praetermittet.

http://www.obrascatolicas.com

De actis omnibus in praedictis coetibus referetur in libro speciali, in archivo decanatus sub secreto servando.

Art. 9. Sub initio mensium ianuarii et iulii cuiuslibet anni Collegio Rotali exhibebitur ratio tota expensi et accepti semestris proxime elapsi, prout constat in libris rationatoris.

Art. 10. Attento peculiari praescripto canonis 1588 § 1, impedito Promotore iustitiae eiusque substituto, si datus fuerit, eorum munus suppleat vinculi Defensor vel eius substitutus et vice versa, de mandato Nuntii Apostolici, modo in causa ipsorum officia incompatibilia non fuerint.

Art. 11. Interventus Promotoris iustitiae regitur articulo 27 Normarum. Quodsi in aliqua causa contentiosa praeter recensitas in eodem articulo opportunum existimet Turnus ut Promotor iustitiae interveniat ad bonum publicum tuendum, res ad Nuntium Apostolicum defertur. Integrum tamen est semper Turno, qualibet in causa, consilium Promotoris iustitiae, iuxta praxim hispanicam, exquirere.

Art. 12. Praetermissis hic ceteris officiis quae Promotori iustitiae, iure communi, competunt, conficit ipse interrogatoria pro examine testium in causis matrimonialibus separationis, perspectis positionibus seu articulis a partibus Tribunali exhibitis, eisdem superaddens quidquid bono publico tuendo opportunum censuerit.

Similiter ipsius erit: 1.° Examini partium, testium et peritorum adesse, novas interrogationes, ab examine emergentes, iudici suggerere, documenta a partibus exhibita recognoscere. 2.° Animadversiones, probationes et contradictiones scribere et allegare, eaque omnia deducere quae pro veritate, iustitia et bono publico necessaria et utilia aestimaverit. 3.° Semper et quolibet causae momento acta processus etsi nondum publicata inspicere potest, novos terminos ad scripta perficienda flagitare. 4.° De omnibus probationibus vel allegationibus ita certior fit ut contradicendi facultate uti possit. 5.° Nisi bonum publicum aliud exigat, probationes non suppleat, quas coniux pro separatione decertans forte non exhibuerit. Nec ius ipsi est, cum accusat, ut ultimus audiatur.

Art. 13. In Tribunali duo extant notarii seu cancellarii, quorum munera sunt ea quae tum iure communi tum art. 12 Normarum eis competunt.

Causae eisdem alternatim attribuuntur, ordine chronologico delationis legitimae ad Rotam; ita tamen ut, in casu appellationis contra sententiam Rotalem ad alium Turnum, alius interveniat notarius.

Art. 14. Unusquisque ex notariis librum diligenter conscriptum deferet, quo adnotare debet: *a)* parvam rubricam cuiusque causae sibi concreditae, indicatis obiecto litis necnon et nominibus dioecesium et partium; *b)* diem quo causa, officinae suae, fuit delata; *c)* nomina procuratorum et advocatorum; *d)* diem et modum quo causa vel instantia finem suscepit: an per desertionem, peremptionem vel sententiam definitivam; *e)* appellationem, si forte sit interposita; *f)* remissionem actorum tribunali a quo vel eorumdem repositionem in archivo generali Rotae.

Art. 15. Districte vetantur notarii ne in exemplaribus quibuslibet conficiendis opera utantur quorumlibet Tribunali non adscriptorum. Maxime autem caveant ne occasione religationis exemplarium secretum pandatur.

Art. 16. Partibus tradant notarii transcriptiones requisitas seu exemplaria authentica quorumcumque actorum in causa post publicationem, quin imo, decurrente processu, eorum quae ipsis notificantur. Nequeunt tamen exigere ut quae lingua latina sunt exarata, in vernacula a notariis vertantur. Quodsi, alterutra parte petente, versio ab actuario fiat, de versionis fidelitate ipse Ponens testetur. Secus versio nec Tribunalis aut Cancellariae sigillo muniri potest, nec fidem facit in foro externo. Pro hisce omnibus, utpote ad litem non necessariis, honoraria percipiet notarisu.

Art. 17. Curent notarii de terminorum fine Ponentem statim animadvertere.

Art. 18. Primo notario speciatim competit: 1) munus arcarii et rationatoris gerere; 2) causas omnes suscipere Tribunali delatas easque regestis inscribere libri specialis, quo adnotabit: *a)* parvas rubricas uniusciuisque causae; *b)* diem quo prima causae acta Tribunal pervenerint; *c)* diem quo Nuntius Apostolicus decretum subscripserit delationis causae ad Tribunal; *d)* nomen notarii, cui correspondet, ex turno, causae intervenire; 3) minores curare sumptus pro sedibus Tribunalis vel supellectili conservanda.

Art. 19. Secundo notario speciatim competit curam gerere archivi generalis Rotae, indicem ipsius habere digestum ac transcriptiones seu exemplaria conficere eorum quae in eodem asservantur, quoties instantiae partis legitime petentis Decanus annuerit, firmis, quoad versiones, supra statutis. Curabit itidem bibliothecae Tribunalis.

Art. 20. Scriptores munus suum exercebunt sub ductu cuiuslibet notarii, prout Decanus statuerit.

Art. 21. Cursor et apparitor debet: *a)* notificare citationes aliaque Tribunalis acta ac de traditione schedularum deque huius tempore ac modo fidem facere; *b)* epistolas et actorum fasciculos ad quos spectat vel ad stationes tabellarias ferre; *c)* alia peragere quae a Decano commissa habeat in ipsius Tribunalis commodum.

Art. 22. In Tribunali Rotae Nuntiaturae Apostolicae vel ex positivo iuris praescripto vel ex more Tribunalis, Turno reservantur: 1) Libellum litis introductorium et libellum reconventionalem admittere vel reiicere; 2) Patrocinium gratuitum aut expensarum deminutionem concedere, denegare aut concessa revocare; 3) Dubium, dissentientibus partibus, concordare; 4) Salva iurisdictione Nuntii Apostolici, procuratorem et advocatum repellere, deputare, substituere aut punire; 5) Rei conventi, post litis contestationem comparere renuentis, contumaciam declarare et pro adiunctis punire; 6) Discordibus partibus, peritiam decernere et peritos eligere; 7) Decernere iusiurandum suppletorium aut aestimatorium et admittere decisorium; 8) Actis a vinculi Defensore suggestis unanimi suffragio non annuere; 9) Concedere ut, in causis incidentibus, memoriali respondeant partes, Promotor iustitiae et Defensor vinculi aut discussio oralis habeatur; 10) Quaestiones incidentes v. gr. de reprobatione testium et attestationum, de interventu tertii, de attentatis, etc., admittere vel reiicere, eaque statim aut in die propositionis causae discutere ac decreto seu sententia definire; 11) Sententias interlocutorias corrigere vel revocare; 12) Discussionem oralem concedere coram se habendam; 13) Perpendere ac discutere omnia quae ad causae meritum attinent, causae decisionem differre, causamque ipsam definire ac de litis expensis decernere; 14) Publicationem partis dispositivae sententiae differre; 15) Decernere ut sententia per alium ac Ponentem extendatur aut post mensem publicetur; 16) Sententiam extensam ac scriptam examinare, probare et subscribere; 17) Errorem materialem in sententia corrigere; 18) Sententiae executionem iubere aut decernere inhibitionem exercitii iuris post primam vel secundam sententiam pro nullitate matrimonii appellatam; 19) Appellationem declarare recte interpositam, necne; 20) Sententiae nullitatem declarare; 21) Si natura causae patiatur, restitutionem in integrum concedere; 22) Instantiam declarare peremptam vel renuntiatam, aut appellationem desertam; 23) Expensas iudiciales vel honoraria a procuratoribus vel advocatis exhibita reducere vel moderari; 24) Si recursus fiat ad Turnum, quaelibet decreta a Ponente edita revocare vel confirmare.

Art. 23. Appellationes contra sententias tribunalium inferiorum apud Nuntium Apostolicum instaurantur (Norm. art. 50); qui eas Tribunali committit. Si tamen appellatio aliqua directe ad Rotam deferri contingat, curet Decanus ut ea quantocius Nuntio Apostolico referatur, cum indicatione diei quo appellatio ad Rotam pervenerit, ut ipse opportunum commissionis decretum subsignare velit. De appellatione vero contra sententiam rotalem necesse non est Nuntio referre.

In prima instantia causae tractari possunt iuxta art. 38, 2) Normarum.

Sive per appellationem, sive in prima instantia, tunc tantum causa censetur legitime Tribunali delata, cum primum Nuntius Apostolicus decretum subsignaverit, eamdem apud Tribunal tractari praecipiens, cuius normae habenda est ratio pro turnorum designatione a Decano facienda.

Art. 24. Turnorum et Ponentis designatio necnon et Auditorum substitutio fit iuxta art. 22-26 et 29 Normarum peculiarium Tribunalis.

Art. 25. Auditori impedito, Nuntius Apostolicus Auditorem non impeditum libere substituit (Norm. art. 25); ob substitutionem tamen factam cursus turnorum nullatenus immutatur.

Art. 26. Quoties Auditori impedito alius substitutus fuerit, postea, cessante impedimento, primus Auditor in Turnum restitui potest, accedente Nuntii Apostolici decreto, nisi substitutus partes habuerit in iudicanda aliqua quaestione incidentali, quae in sententia definitiva, sua natura, influat.

Art. 27. Auditor substitutus, etsi forte ceteris antiquior, non ideo assumit munus Ponentis, quoties Ponens antea designatus permaneat.

Art. 28. Introducta causa in gradu appellationis, curabit Ponens ut quamprimum conficiantur a notario, pro Iudicibus de turno necnon et pro vinculi Defensore ac Promotore iustitiae, si causae interveniant, exemplaria eorum actorum in gradibus inferioribus exaratorum, quae ipsemet Ponens iudicat necessarium vel opportunum esse ut prae manibus habeantur.

Quod si partes id ipsum expetant, pro earumdem commodo et utilitate, et honorarii's notario persolutis, possunt eis exemplaria tradi, nisi forte Ponens aliqua ex eis, quae in actis habentur, censeat excipienda.

Art. 29. Iudicare de competentia Tribunalis semper reservatur Turno a Decano designato.

Art. 30. Termini seu dilationes quae a Ponente concedantur longiores non sint. Salvo semper iudicio Ponentis, in unoquoque casu curandum est ut, ordinarie, probationibus proponendis et defensionibus post conclusionem in causa exarandis spatium concedatur viginti dies non excedens, et decem si de responsionibus agatur.

Art. 31. Termini seu dilationes sive legales sive voluntarii continuo decurrunt. At, si expirare deberent tempore interfecto feriarum Natalis Domini, Hebdomadae Maioris et Aestivarum, censentur prorogati, nisi contrarium dicatur, usque ad primam diem non feriatam ad normam Kalendarii a Nuntio Apostolico approbati.

Art. 32. In citandis personis quae extra Matritum degunt, si de causis matrimonialibus agatur, reus conventus monendus est ut, sub poena declarationis contumaciae, vel apud Tribunal compareat, sive per se sive per procuratorem, vel manifestet an iustitiae Tribunalis sese remittat et an pro vel contra vinculum stare velit, vel quid facere intendat.

Art. 33. Acta et decreta, quantum fieri possit, lingua latina redigentur; at citationes, interrogationes, testium responsiones et his similia, conficientur lingua vernacula.

Art. 34. Si pars citata se remittat iustitiae Tribunalis, ne declaretur contumax, nisi eius praesentia in iudicio Ponenti necessaria videatur.

Art. 35. Absenti declarato contumaci, nota fiat ex officio dubiorum formula, et nova forte ab actore facta petitio, assignato eidem congruo tempore ad contumaciam purgandam et exceptiones proponendas. Nullus actus eidem praeter sententiam definitivam notificabitur, nisi id pars aut bonum publicum postulaverit.

Simpliciter autem absenti et parti iustitiae Tribunalis remissae ex officio notificabitur tam dubiorum formula quam nova forte facta petitio et sententia definitiva.

Art. 36. In decreto quo dubiorum formula statuitur, mandabit Ponens vel Turnus congruam pecuniae summam ad occurrendum expensis iudicialibus universe sumptis in arca nummaria Tribunalis a partibus deponi; itemque cautionem, ad normam canonis 1909, § 2, si qua opportuna videatur, praestari iubebit.

Art. 37. Testes examini subiicientur ab ipso Ponente seu Instructore, nec litterae rogatoriales facile concedantur pro examine ab alio iudice non rotali perficiendo.

Quodsi partes, ob indemnitatem plurium fortasse testium vitandam, petant ut Ponens vel Instructor in locum commorationis testium extra Matritum se conferat ibique depositiones excipiat, petitioni poterit Ponens annuere, ita tamen ut omnes itineris et commorationis sumptus pars petens exolvat ac pro molestiis sublevatis ducentarum quinquaginta libellarum summam pro unaquaque die absentiae ipsi Ponenti retribuat, et similiter Promotori iustitiae et vinculi Defensori, si ipsos necesse sit iter arripere. Quod si de pauperibus agatur, eadem beneficia ipsis concedentur; quo in casu omnes itineris ac commorationis sumptus ex arca Tribunalis persolvenda erunt nullamque retributionem personalem obtinebunt ii de quibus supra.

Art. 38. Defensiones seu allegationes post conclusionem in causa viginti paginas non excedant, ita tamen ut unaquaeque pagina viginti et octo lineas habeat et unaquaeque linea sexaginta spatia. Responsiones decem paginas excedere nequeunt. Ponentis tamen erit, in unoquoque casu, maiorem extensionem indulgere.

Art. 39. Nisi aliud Ponenti videatur, partibus concedendus est terminus viginti dierum pro defensionibus exhibendis, decem vero pro responsionibus. Qui autem velit huius termini prorogationem, eam a Ponente expetere debet ut plurimum triduo ante termini lapsum. Prorogatio uni parti concessa censetur similiter et alteri parti concessa. Quae vero pars intra praestitutum tempus non allegaverit, censetur iuri allegandi renuntiasse et allegatio, fortasse postea exhibita, non est admittenda.

Art. 40. Quaestiones incidentes solvi possunt per merum decretum, si quaestio sit minoris momenti, aut servata iudicii forma:

1) Si primum, assignandus est terminus omnibus iudicio intervenientibus communis, tum pro memorialium exhibitione, tum pro exhibitione responsionum, salvo semper Defensoris vinculi iure. Quaestionem incidentalem solvit Turnus, rationes decidendi in iure et in facto breviter exponens.

2) Si secundum, ideoque cum dubiorum propositione, servandae sunt regulae quae vigent de causa principali; sed termini quam breviores sunto, prout quaestionis incidentis natura sinat.

Art. 41. Sententia lingua latina redigatur, nisi iusta causa, Turni iudicio, aliud suadeat.

Art. 42. Intra quindecim dies a causae definitione notarius Ponenti exhibebit expensarum iudicialium notulam, iis adnexis rationibus seu documentis quibus comprobetur expensas esse iustas et indici taxarum Tribunalis accommodatas. Idem peragent procurator et advocatus.

Art. 43. Procuratorum advocatorumque honoraria non alia admittentur nisi quae a Nuntio Apostolico sunt probata.

Art. 44. Tum advocatus tum procurator tradent notario summam (10 %) honorariorum ab iisdem perceptorum, in arca Tribunalis seponendam; ex huius generis summis, sic collectis, procuratoribus et advocatis elargietur quaedam retributio, quoties ex officio causas pauperum de mandato Tribunalis susceperint.

Art. 45. Ponentis est notulas quaslibet expensarum et honorariorum approbare; quod si reducendas esse censeat, rem deferet ad Turnum.

Art. 46. Omnes Tribunalis Auditores, Promotor iustitiae et vinculi Defensor, cum stipendia fixa obtineant, nullum omnino emolumentum ratione expensarum iudicialium, ex ordinarie contingentibus, percipiunt.

Sed, cum Tribunal Rotae sit potissime constitutum ad appellationes in Hispania suscipiendas, cumque in causis quas apud ipsum in prima instantia agitari contingat (Norm. art. 38, 2) in locum tribunalium dioecesanorum censeatur suffectum, hisce in causis tum Auditores de Turno, tum Promotor iustitiae et vinculi Defensor expensas percipere valent, iuxta indicem taxarum iudicialium pro dioecesi Matritensi, cum auctu 50 %.

Art. 47. Tribunalis administris, cum stipendia fixa minora percipiant, ius est ad ea etiam emolumenta quae in indice taxarum a Nuntio Apostolico approbato statuuntur.

Art. 48. Tum advocati tum procuratores iis qualitatibus ornati erunt, de quibus in art. 43 laudati «Motu proprio».

Cum primo munus exercere incipiant, iusiurandum coram Decano et notario praestabunt de munere fideliter et honeste exercendo, de diligentia in pauperibus ex officio defendendis ac de honorariis non augendis, qualibet sub specie aut praetextu, ultra indicem taxarum ab Excmo Nuntio approbatum.

Art. 49. Decanus caeterique Auditores sollertissime invigilabunt ne advocati et procuratores ea, de quibus in art. 48, quomodolibet transgrediantur; quodsi in aliquo deliquisse compererint, eos congrue puniant; si vero gravitas transgressionis exigat, Decanus rem Excmo Nuntio deferat, ut iidem a munere in Tribunali exercendo vel suspendantur ad tempus vel definitive removeantur.

Art. 50. Singulis annis, a die 1 octobris ad 31 mali, sub auctoritate et vigilantia Decani et moderante Auditore a Collegio rotali designato, habebitur in aedibus Tribunalis Studium, cui adscribi poterunt advocati et procuratores munus in Tribunali exercere cupientes, bono religiositatis ac moralitatis testimonio praediti. Qui Studii curriculis per triennium laudabiliter operam dabunt, superatis periculis ac firmo praescripto art. 43 M. P. *Apostolico Hispaniarum Nuntio*, diplomate peritiae processualis canonicae ab Excmo Nuntio Apostolico insigniri valebunt; quo mediante, ad normam art. 43 M. P., habitualem in

http://www.obrascatolicas.com

Albo advocatorum et procuratorum Rotae Hispanicae inclusionem postulare poterunt.

* Ex opusculo a Rota Nuntiaturae Ap. in Hispania anno 1962 Matriti edito, p. 28-43. Hic Ordo approbatus fuit a Sede Apostolica, iuxta litteras Secretariae Status, N. 6820/52, ad Nuntium Apostolicum in Hispania missas.

2375n

1953 OCT 19.-S. ROMANA ROTA, DECRETUM. PART.*

A Tribunali Rotae Nuntiaturae Hispaniae non datur appellatio directa ad Rotam Romanam

Die 19 octobris 1953

Exhibita a Procuratore D.ni J. González appellatione ad N. S. T. interposita adversus sententiam, quam die 11 julii 1953 dabat Rota Nuntiaturae Apostolicae in Hispania, in causa de qua supra;

Attento quod D.nus J. González, ad appellandum ad S. R. Rotam nititur, uti legitur in libello: «en el Canon 1569 y 1581, y especialmente en el artículo 216 en sus tres parágrafos de la Instrucción de la Santa Congregación de Sacramentos de 15 de agosto de 1936 y en el artículo 35 de las Normas que ha de observar la Rota de la Nunciatura Apostólica...»,

Viso art. 60 *Normarum S. Romanae Rotae Tribunalis*,

Attento: *a)* quoad can. C. I. C. 1569 et art. 35 Motu Proprio *Apostolico Hispaniarum*, 7 aprilis 1947, de Rota Nuntiaturae Apostolicae in Hispania: quod in hisce legibus, nomine Sanctae Sedis non venit nisi Romanus Pontifex ipse, ratione Primatus, ad exclusionem Tribunalium Romanae Curiae; *b)* quoad can. supra all. 1581: non spectare; *c)* quoad art. 216 Instructionis *Provida Mater*, data a *S. Congregatione de disciplina sacramentorum*, die 15 augusti 1936: quod per speciem Motu Proprio *Apostolico Hispaniarum* derogatur allegato articulo 216.

Attento autem quod causa de qua agitur iam a Rota Nuntiaturae Apostolicae in Hispania fuit iudicata in secunda instantia.

Viso art. 38, 1 *b)* citati Motu Proprio *Apostolico Hispaniarum*: «Rota Nuntiaturae Apostolicae iudicat... in tertia instantia...»:

Infrascriptus Decanus S. R. Rotae declarat: servandum esse cit. articulum 38 1 *b)*; constare de incompetentia S. Romanae Rotae; ideoque appellationem de qua supra reliciendam esse in casu.

Et notificetur.—Andreas Jullien, *Decanus*.

* Prot. N. 6707 et 6210: e documento originali. Adn. L. DEL AMO, La defensa del vínculo, Madrid 1954, p. 466; M. CABREROS DE ANTA, Estudios canónicos, p. 508-510; L. MIGUELEZ, El Concordato de 1953, Madrid 1956, p. 356.

2414n

1954 IAN 22.-SECRET. STATUS, RESPONSUM. PART.*

Solvitur dubium circa modum procedendi cum aliqua causa iudicialis a Tribunali Rotae Nuntiaturae Ap. in Hispania decisa devolvitur ad Sedem Apostolicam pro nova instantia

a) Verificandosi il caso previsto dall'art. 41 delle Norme, che ha dato motivo alla presente pratica, si dovrà, per il tramite della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari, indirizzare un'istanza al Santo Padre il Quale prenderà poi le decisioni che Gli sembreranno opportune.

b) Uguale prassi dovrà seguirsi anche nei casi cui agli art. 28, 29 e 34 delle Norme che contemplano parimenti la devoluzione del procedimento alla Santa Sede.

Sua Santità ha inoltre disposto che, in quanto necessario, sia riconosciuta piena validità ai procedimenti fino ad ora seguiti per quel che concerne le cause trattate in precedente istanza dal Tribunale della Rota della Nunziatura e che siano state poi definite dal Tribunale della Sacra Romana Rota o si trovino tuttora pendenti dinnanzi al giudizio di quest'ultima.

* Iuxta notificationem Nuntii Ap. in Hispania, Prot. N. 419/54, Rotae Matritensi factam: ex opusculo a Rota Nuntiaturae Ap. in Hispania anno 1962 edito, p. 44. Adn. vide sub die 1953 Oct. 19: LE 2375n.

2624n

1957 IAN 25.-SC PROP. FIDE, DECRETUM. PART.*

Tribunalia dioecesana primae instantiae unius tantum iudicis, et interdioecesana alterius instantiae constituuntur in Madagascariana Insula pro causis ecclesiasticis, etiam matrimonialibus

Par décision de la Sacrée Cong. de la Prop. de la Foi comuniquée le 25 Ianvier 1957, Prot. N. 5029/556, à Madagascar:

a) Des tribunaux de première instance: 1. seront constitués dans chaque diocèse; 2. ils comprendront trois membres: un juge unique, un défenseur du lien et un notaire;

b) Des tribunaux de deuxième instance seront établis: 1. à Tananarive, pour les diocèses de Fianarantsoa, Tamatave, Diégo-Suárez, Ambanja, Majunga, Miarinarivo et la Préf. Apostolique de Tsiroanomandidy; 2. à Fianarantsoa, pour les diocèses de Tananarive, Antsirabe, Morondava, Fort-Dauphin, Tuléar, Farafangana.—Petr. Card. Fumasoni-Biondi. Pièrre Segismondi, *a Secr.*

* Ordinariis locorum Insulae Madascarianae, Prot. N. 5029/556, iuxta summarium traditum a J. GRECO, Vingt cinq ans de pastorale missionnaire, Issy les Mulinaux 1958, p. 109.

2682n

1957 IUL 30.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas in perpetuum datur admittendi ad tonsuram et Ordines minores alumnos post expletum cursum philosophiae

Preces—*Beatissime Pater*, Procurator Generalis Societatis Jesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit prorogationem facultatis concessae ultima vice die 9 Junii 1947 ad decennium, qua Praeposito Generali Societatis Jesu potestas tribuebatur admittendi ad tonsuram et Ordines minores alumnos ejusdem Societatis post expletum cursum philosophiae, iisdem rationibus perdurantibus. Et Deus, etc...

Rescr.—*Ex Audientia Sanctissimi diei* 30 *julii* 1957. Sanctissimus Dominus Noters Pius, Divina Providentia Pp. XII, referente Eminentissimo Domino Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, perpensis omnibus ad rem facientibus, benigne tribuit in perpetuum Reverendissimo Praeposito Generali Societatis Jesu facultatem admittendi ad tonsuram et Ordines minores alumnos Societatis post expletum cursum philosophiae, servatis caeteris de jure servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die, mense et anno ut supra.—P. Arc. Larraona, *Secr.* P. Palazzini, *Subscr.*

* Procuratori Generali Societatis Iesu, Prot. N. 6527/57: Acta romana Societatis Iesu 13 (1958-60) 181.

2699n

1957 OCT 29.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

Conceditur documentum libertatis viro dubie baptizato et cum non-baptizata matrimonio coniungto, ut novas nuptias inire possit cum catholica

In Curia L... confectus est processus ad obtinendam dispensationem matrimonii anno 1935 contracti inter Edmundum W., dubie baptizatum et Olga W., non-baptizatam.

Actis maturo examini subjectis, expletisque omnibus in casu explendis, die 19 octobris 1957 quaestio proposita est in Hac Suprema Congregatione, quae ad dubium: «An consilium praestandum sit Ssmo, ut detur Dño Edmundo W... documentum libertatis, ita ut coram Ecclesia valide et licite novas nuptias inire valeat cum catholica»..., re*spondendum decrevit: Affirmative.*

Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Papa XII, in feria IV, die 27 octobris de 1957, de omnibus habita relatione, benigne adnuere dignatus est pro gratia juxta supra relatum Decretum.

In praesenti concessione, includitur quoque, quatenus opus sit, dispensatio ab impedimento criminis, de quo in can. 1075, n. 1.

Servatis de jure servandis; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 29 octobris 1957.—A. Card. Ottaviani, *Pro-Secr.*

* Prot. N. 2818/57: RDC 11 (1960-61) 75. Adn. A. BRIDE in RDC 11 (1960-61) 75-77.

2715n

1957 DEC 9.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

Unio Romana Superiorum Generalium in personam iuridicam collegialem erigitur

Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum praeposita, de spirituali bono et apostolico profectu sollicita eorum qui in Statibus christianae perfectionis acquirendae sese Deo vinculis obstrinxerunt, pluribus abhinc annis et cum optimo fructu, uniendos inter se censuit Supremos eorum Moderatores, in Urbe residentes, ut unicum simul ac stabile efformarent Consilium cum adnexis Commissionibus quae, pro rerum opportunitate, quaestiones de regimine, de disciplina, de studiis, de ministeriis, etc. agerent.

Triplicem in hoc sibi proponebat finem eadem Sacra Congregatio, scilicet: fraternam inter Supremos religionum Moderatores cooperationem fovere; arctiorem inter ipsos et Consilia Superiorum Maiorum ubique terrarum nunc exstantia coordinationem promovere; opportuna sibi consilia procurare, suisque mandatis exsequendis aptiorem parare viam.

Omnibus igitur mature perpensis, praesentis Decreti tenore, hoc S. Dicasterium praefatam Consociationem seu Unionem Superiorum Generalium Romae residentium, sub nomine seu titulo ex eius periodicis coetibus desumpto «Collationes» vocatam, approbat, in personam collegialem plene ad normam Codicis Iuris canonici (can. 100, 1) iuridica capacitate fruentem erigit, eamque a die huius Decreti erectam declarat.—Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, die 9 Decembris, A. D. 1957.

* CpR 39 (1960) 215. Adn. CpR 39 (1960) 215-217.

2738n

1958 MAR 7.-SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM. PART.*

Dubia solvuntur circa applicationem decreti de «religiosis servitio militari addictis» sodalibus votorum simplicium Societatis Iesu

Romae, die 7 martii 1958

Reverendissime Pater, Haec Sacra Congregatio, mature perpensis Tuis expositis, scilicet:

«quaedam dubia orta sunt de Decreto nuper edito (30 Iulii 1957) *De Religiosis servitio militari adstrictis* [LE 2680], deque eiusdem applicatione votis simplicibus in nostra Societate. Quae vota, ut notum est, sunt quidem perpetua et ex parte voventis incondicionata, ex parte autem Societatis conditionata, et quoad dimissionem votis temporariis aequiparanda. Sunt igitur perpetua, sed simul quodammodo induunt naturam votorum temporariorum.

Unde oriuntur circa Decreti aplicationem dubia quae sequuntur:

1. Utrum prima vota simplicia in Societate Iesu includantur in praescripto praefati Decreti, art. 2, an potius possint valide et licite pro Superiorum conscientia permitti ante servitium militare?

2. Utrum vota ipso facto suspendantur initio servitii militaris, iuxta praescriptum eiusdem Decreti pro votis temporariis, art. 3 § 1?

3. Utrum eadem vota suspendi possint a Superiore maiore durante servitio militari, itemque postea ab eodem Superiore restitui, iuxta Decretum, art. 3 § 3?»

attentis omnibus ad rem facientibus, rescribendum censuit prout rescribit:

Cuius Pontificii Consilii rei cinematographicae, radiophonicae ac televisificae praepositi inceptis et operibus ex animo Nos iuvat benedicere, qui praeterito iam tempore frugiferam eius navitatem valde probavimus.

Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Lit-

[5] Cfr. *Acta Ap. Sedis*, vol. XLIX, a. 1957, p. 783-784 [LE 2690].
[6] Cfr. *Acta Ap. Sedis*, vol. XLVI, a. 1954, p. 783-784 [LE 2451].
[7] Cfr. *Acta Ap. Sedis*, vol. XLIX, a. 1957, p. 780 ss. [LE 2690].
[8] Cfr. *Acta Ap. Sedis*, vol. XLIII, a. 1951, appendix fasciculi 8, p. (3).

teras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXII mensis Februarii, anno MDCCCCLVIIII, Pontificatus Nostri primo.—Ioannes Pp. XXIII.

Adn. E. B. in NrT 81 (1959) 417-418; A. M. DESKUR in Apoll. 32 (1659) 313-316 et in ME 84 (1959) 551-563.

2809

1959 FEB 28.-SC CONS., DECR. AAS 51 (1959) 272-274

Decretum de sacrorum liminum visitatione a vicariis castrensibus peragenda

Ad Sacra Limina properare, *non sine Spiritus Sancti instinctu*, universi locorum Ordinarii, priscis iam ab aevis, iussi sunt, quatenus iisdem licuit licebitque Ei, testante S. Gregorio PP. I, ex cuius largitate sunt Pastores gratiarum solvere actiones, Apostolorum Principum Petri et Pauli sepulcra, in *regia Urbe Roma*, tamquam fidei petram et sacerdotalis unitatis fontem, venerari, atque tandem de grege sibi commisso Romano Pontifici relationem facere.

Utrumque enim, et visitare Limina et relationem facere, in ipsa Ecclesiae natura et constitutione, ut notum est, nititur atque e *sacro Petri Primatu necessario fluit*.

Quandoquidem Vicarios Castrenses inter Praelatos Ordinarios accensendos esse neminem latet; iurisdictione enim ordinaria, personali, speciali, licet cumulativa, ad normam Instructionis De Vicariis Castren/sibus *Sollemne semper* [LE 2208], pollent et, quod maioris interest, unius Ordinarii Castrensis —Romani scilicet Pontificis— veri dicendi sunt Vicarii.

Dominici gregis portio, Vicariorum Castrensium iurisdictioni obnoxia, genere et copia vere conspicua censenda est, quippe quae iuvenibus redundet hominibus, Patriae decori, eidemque tutandae mancipatis et disciplinae rigore ad id instructis vel instruendis, quorum mores vitaeque instituta catholicae rei servandae ac in unaquaque natione fovendae maxime conferre solent.

De eorum animarum aeterna salute apprime sollicitam Apostolicam Sedem fuisse, plurimi canonice erecti in Orbe Vicariatus Castrenses atque haud rara, novissimis praesertim hisce annis, edita documenta perlucide testantur.

Imo, de copiarum spirituali condicione deque vitae ratione ut certior redderetur, Romanus Pontifex Pius PP. XII, fe. re., decrevit tertio quoque anno S. Congregationi Consistoriali de actis et de statu Vicariatus Castrensis relationem per Vicarios Castrenses exhibendam esse, atque Formulam in relatione conficienda, ex novo exaratam, servandam praescripsit.

Nunc autem, SSmus Dominus Noster Ioannes, Divina Providentia PP. XXIII, ne quidquam omnino Illum lateret earum rerum quas ad gloriam Dei augendam et ad animarum salutem procurandam necessario Eundem scire ac intelligere oportet; confisus insuper Vicarios Castrenses, si Summi Romanae Ecclesiae Pastoris complexu recreati eiusdemque colloquio confortati, alacriores instructioresque ad suos regendos greges perrecturos, de consilio infrascripti Cardinalis S. Congregationis Consistorialis Secretarii, derogando, quatenus opus sit, omnibus in re antea praescriptis, praesenti Consistoriali Decreto decernit ac mandat:

1. Omnes Vicarii Castrenses, in universo orbe Apostolica auctoritate constituti, ad Urbem, Beatissimorum Apostolorum Petri et Pauli Limina veneraturi, accedant et Romano Pontifici se sistant, de toto eorum pastorali munere rationem reddentes et vicissim mandata Apostolica recipientes.

2. Visitationis opus expleant anno quo locorum Ordinarii eiusdem nationis, cuius Vicarii Castrenses constituti sunt, ad normam can. 341, § 1, 2 C. I. C. tenentur. /

3. Licet Vicarius Castrensis dioecesim quandam simul regat, huiusmodi obligationi una eademque Visitatione satisfacere valet.

4. Vicarius Castrensis praedictae obligationi per se ipse satisfacere debet, aut, ex iustis causis, a S. Sede probandis, per Episcopum Auxiliarem vel Cappellanum Maiorem.

5. Relatio super statu Vicariatus Castrensis singulis quinquenniis fiat, eodem, scilicet, anno quo Sacrorum Liminum Visitatio peragi debet.

6. Si autem annus, pro Visitatione peragenda simulque Relatione exhibenda assignatus, inciderit ex toto vel ex parte in primum biennium ab inito Officii regimine, Vicarius Castrensis, pro ea vice, a Visitatione facienda et ab exhibenda Relatione abstinere potest.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Roma, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 28 mensis Februarii anno 1959.—Marcellus Card. Mimmi, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis*. Iosephus Ferretto, Archiep. tit. Serdicensis, *Adsessor*.

Adn. A. PUGLIESE in Apoll. 34 (1961) 227-237 et in ME 84 (1959) 566-576.

2810

1959 MAR 2.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

Canonice constituitur Confoederatio latino-americana religiosorum (clar) eiusdemque Statuta approbantur ad experimentum

La Sagrada Congregación de Religiosos tiene puesto todo su cuidado en que las personas de ambos sexos pertenecientes a los Institutos consagrados a Dios, que viven en los países de América Latina comuniquen una mayor eficacia a su vida y de este modo presten los más útiles servicios a los fieles y a la Iglesia si se esfuerzan en la perfección evangélica y si adaptan su vida sabiamente a las nuevas necesidades. Para lograr esto ha fomentado con vivo interés y ha aprobado con su autoridad todas las Federaciones o Uniones entre los Superiores Mayores aparecidas allí.

Para dar mayor solidez y ampliar el desarrollo de estas realizaciones, y para que los Superiores Mayores en nombre de los demás miembros pudieran tratar con más grande dignidad y resultado ante las autoridades legítimas, y sobre todo, para que los religiosos vinculados con una unión más estrecha, pudieran prestar su ayuda en tantas y tan grandes necesidades de los fieles al Clero diocesano y a las Asociaciones católicas, la S. Congregación ha decidido agrupar todas esas Federaciones o Uniones de Superiores Mayores, erigidas o por erigir en aquellos países, en una sola corporación que sobrepase los límites de esas naciones, dándole el nombre de *Confederación Latino-americana de religiosos* (CLAR).

Por esto, habiendo oído a los Delegados de las Conferencias de Superiores Mayores de América Latina, la Sagrada Congregación, consideradas maduramente las cosas, según el tenor del presente decreto:

1) Aprueba la *Confederación Latino-americana de religiosos* (CLAR), la erige plenamente en persona moral colegiada que disfruta de capacidad según las normas del Derecho Canónico y la declara erigida desde la fecha de este decreto.

2) En virtud de este Decreto aprueba durante un trienio, como experimento, los Estatutos adjuntos con los que se ha de ordenar y regir la Confederación, pasado el cual, se han de someter de nuevo éstos a la Sagrada Congregación para su revisión y ulterior confirmación. Sin que obste nada en contrario. Dado en Roma, 2 de marzo de 1959.—Valerio Card. Valeri, *Pref.* P. Arcadio Larraona, C. M. F., *Secretario*.

* Prot. N. S. R. 1375/59: Vinculum 7 (1959) 105-106

2811

1959 MAR 5.-SC PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur Superioribus Societatis Iesu erigendi stationes Viae Crucis in territoriis dependentibus a Sacra Cong. de Propaganda Fide

Romae, 5 Martii 1959

Reverendissime Pater, litteris die 18 februarii vertentis anni datis Paternitas Tua Reverendissima facultatem postulabat erigendi et benedicendi Stationes Viae Crucis eisque adnectendi solitas Indulgentias pro omnibus Superioribus domorum Societatis Iesu in territoriis a Sacra Congregatione de Propaganda Fide dependentibus et addita iisdem potestate delegandi ad eiusmodi erectionem et benedictionem duos alios e sua domo presbyteros, dummodo hisce in locis Seraphici Ordinis Minorum Conventus non existant.

Ad rem autem quod attinet tibi communicare satago hanc Sacram Congregationem, firmo manente Rescripto N. 300-59 diei 23 Ianuarii 1959, petitam facultatem concedere, attamen iis in territoriis tantum quae ab eadem Sacra Congregatione Societati Iesu concredita sunt.

Interea summa cum observantia subsignor addictissimus in Domino.—Petrus Sigismondi, *a Secr.*

* Procuratori Gen. S. I., Prot. N. 828/59: Acta romana Societatis Iesu 13 (1959-60) 572.

2812

1959 MAR 6.-SC S. OFFICII, NOTIF. AAS 51 (1959) 271

Quaedam formae devotionis et repraesentationis Divinae Misericordiae prohibentur

Si rende noto che la Suprema Sacra Congregazione del Sant'Offizio, prese in esame le asserite visioni e rivelazioni di Suor Faustina Kowalska, dell'Istituto di Nostra Signora della Misericordia, defunta nel 1938 presso Cracovia, ha stabilito quanto segue:

1. Doversi proibire la diffusione delle immagini e degli scritti che presentano la devozione della Divina Misericordia *nelle forme proposte dalla medesima Suor Faustina*;

2. essere demandato alla prudenza dei Vescovi il compito di rimuovere le predette immagini, che eventualmente fossero già esposte al culto.

Dal Palazzo del S. Offizio, 6 marzo 1959.—Ugo O'Flaherty, *Notaro*.

Adn. G. Mz. de A. in Vida rel. 16 (1959) 129-132; A. OLIVA in Pal. clero 38 (1959) 1172-1177.

2813

1959 MAR 9.-SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur adhibendi linguam vernaculam in Officiis Hebdomadae Sanctae

Preces—*Beatissime Pater*, Joseph Cardinalis Frings, Archiepiscopus Colonien. et Praeses Conferentiarum Episcopalium Fuldensium, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, unanime votum Praesulum ad has Conferentias pertinentium profert, nempe:

Cum in Missa Dominicae II Passionis seu in Palmis et in Solemni Actione Liturgica Feriae VI in Passione et Morte Domini, atque in Vigilia Paschali propter longitudinem textuum Lectionum, imprimis sic dictarum Prophetiarum et Evangeliorum Passionis Domini, has lingua Latina primum cantari, deinde lingua vernacula proclamari non expediat, humiliter postulatur, ut iisdem Praesulibus indultum concedatur, ad experimentum, ut sacerdotibus celebrantibus ipsis, vel ministris, in praedictis actionibus liturgicis textus de quibus agitur directe vel immediate lingua vernacula proferre liceat, ne fideles intellectu verbi Domini quo pascantur, praesertim diebus quibus maximum Redemptionis Mysterium recolitur, praeventur. Et Deus...

Rescr.—Sanctissimus Dominus noster Joannes Divina Providentia Papa XXIII, referente infrascripto S. Rituum Congregationis Praefecto in Audientia diei 9 Martii anni huius eidem concessa, omnibus mature perpensis, precibus supra descriptis ita rescribere benigne dignatus est: *Pro gratia ad experimentum, ad annum*. Contrariis non obstantibus quibuslibet.—C. Card. Cicognani, S. R. C. *Praef.*

* Conferentiae episcopali Fuldensi: PrM 48 (1959) 199-200.

2814

1959 APR 4.-SC S. OFFICII, RESP. AAS 51 (1959) 271-272

Non licet catholicis suffragium dare candidatis politicis qui doctrinae catholicae de facto non favent

Quaesitum est ab hac Suprema Sacra Congregatione utrum catholicis civibus in eligendis populi oratoribus li-

http://www.obrascatolicas.com

ceat suffragium dare iis partibus vel candidatis qui, etsi principia catholicae doctrinae opposita non pro/fiteantur, imo etiam christianum nomen sibi assumant, re tamen communistis sociantur et sua agendi ratione iisdem favent.

Feria IV, die 25 Martii 1959

Emi ac Revmi DD. Cardinales, rebus fidei ac morum tutandis praepositi, respondendum decreverunt:

Negative, ad normam Decreti S. Officii, diei 1 Iulii 1949, n. 1 *(A. A. S.*, vol. XLI, 1949, p. 334) [LE 2055].

Feria autem V, die 2 Aprilis eiusdem anni, SSmus D. N. D. Ioannes divina Providentia Papa XXIII, in Audientia Emo ac Revmo Do Cardinali Pro-Secretario S. Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit atque publicari iussit.

Datum Roma, ex Aedibus S. Officii, die 4 Aprilis 1959.—Hugo O'Flaherty, *Notarius.*

Adn. E. B. in NrT 81 (1959) 522-523; R. SPIAZZI in ME 84 (1959) 179-186.

2815

1959 APR 17.-IOAN. XXIII, CONST. AP. 51 (1959) 789-791

EXARCHIA IN GERMANIA

IN NATIONE GERMANICA EXARCHIA CONSTITUITUR PRO FIDELIBUS RUTHENIS BYZANTINI RITUS IBIDEM COMMORANTIBUS

IOANNES EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Cum ob immane bellum, quod novissimum per totam fere Europam pervasit, frequentissimi populi agmen Byzantini ritus, relicta patria, e Gallaecia atque Carpathia profugissent, neque iis, bello composito, datum esset in suam terram redire domumque petere, Apostolica haec Sedes non modo hos filios, quos semper carissimos habuit, omnimodis iuvit, sed etiam Apostolicum Visitatorem misit, Petrum videlicet Werhun, eos suo nomine curaturum. Qui ob integram atque incontaminatam fidem erga Romanam Ecclesiam est exsilio multatus in Siberiaeque regione, fractus laboribus, obiit. Quibus Christi fidelibus, sedem ac domicilium in Germania habentibus, aptiore cupiens provi-
videre ratione, Pius XII, Decessor Noster, post auditam sententiam Apostolici Nuntii in Germania atque consilium venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis S. Congregationis pro Ecclesia Orientali a Secretis, censuit magno
790 cum eorum fidelium commodo fieri, si alendae fidei et rituum / integritati servandae, simulque necessitudini cum hac Apostolica Sede augendae, Exarchia in ea Natione conderetur. Cum autem idem Summus Pontifex pia morte obiisset, nullis datis de ea re apostolicis Litteris, Nos, ne eius decreta in irritum cadant, quae ipse statuit ad exitum adducentes, ea quae sequuntur decernimus et iubemus. In Natione Germanica Exarchiam constituimus pro fidelibus Ruthenis Byzantini ritus ibidem commorantibus, cuius sedes in urbe Monachio erit, ubi plures eiusmodi ritus cives degunt; in qua civitate Exarchus domicilium suum collocabit, cathedra sui magisterii in templo ibidem struendo posita. Nova circumscriptio Apostolicae Sedi directo subiicietur, omniaque iura, honores, privilegia, quae talibus Ecclesiis cedunt, et huic damus; sacrorum vero Antistiti etiam onera iusta imponimus ad normam sacrorum canonum. Ceterum, in hac rerum ordinatione probati usus ac legitimae Orientalis Ecclesiae consuetudines omnino servabuntur. Quod ad iuvenes educandos attinet, qui sacerdotio initiari cupiant, ii Romam mittantur; ad consultores exarchales autem quod respicit, eo modo eligi statuimus quem legitima fert consuetudo. Exarchalem mensam, quam dicunt, sive populi collationes efficient, sive reditus bonorum Exarchatus. Volumus postremo ut haec Nostra decreta exsequenda curet venerabilis Frater Aloisius Iosephus Muench, Archiepiscopus-Episcopus Fargensis, idemque in Germania Apostolicus Nuntius, sive per se ipse, sive per alium, dummodo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Idem vero peracti negotii documenta exarabit, quorum exempla sincere scripta ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali cito mittet. Quod si eo tempore alius eidem Nuntiaturae praesit, hic iussa Nostra faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderen/tur. 791
Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.—*Pro S. R. E. Cancellario*: Dominicus Card. TARDINI, *a Publicis Ecclesiae Negotiis*. Eugenius Card. TISSERANT, *S. Congr. pro Eccl. Orient. a Secretis*. Hamletus Tondini, *Apostolicam Cancellariam Regens*. Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.* Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Adn. P. TOCANEL in Apoll. 34 (1961) 15-16.

2816

1959 APR 29. - SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

SOLVITUR IN FAVOREM FIDEI MATRIMONIUM VALIDE INITUM INTER DUAS PARTES NON BAPTIZATAS, QUARUM UNA, BAPTIZATA POSTEA ACATHOLICE, CONTRAHERE INTENDIT NUPTIAS CORAM ECCLESIA CUM PARTE CATHOLICA

CASUS—In a matrimonial case presented to the Supreme Sacred Congregation of the Holy Office by the Bishop of Alexandria, the petitioner was a recently baptized Presbyterian. In 1925 he had contracted marriage, while unbaptized, with an unbaptized woman. A civil divorce was obtained in 1937 and the petitioner, still unbaptized, attempted marriage with a Catholic. The unbaptized spouse was unwilling to become a Catholic, although he understood that his first marriage would then be dissoluble through use of the Pauline Privilege. Finally, in 1958, he recieved baptism in the Presbyterian Church.

SOLUTIO—The Holy Father was asked to dissolve the natural bond of the marriage contracted in infidelity, in favor of the faith of the Catholic with whom the Protestant petitioner had attempted marriage. An affirmative answer was given by the Holy Office to the *dubium*:

An consilium praestandum sit SSmo pro dissolutione, in favorem fidei, matrimonii, de quo supra, ut orator..., praevia dispensatione ab impedimento mixtae religionis et, ad cautelam, disparitatis cultus, coram Ecclesia valide et licite novas nuptias inire valeat cum catholica cui imponenda erit congrua poenitentia.

* Ordinario Alexandrino: Jurist 20 (1960) 106. Adn. . M. KUNTZ in Jurist 28 (1968) 488-498.

2817

1959 MAI 4.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 51 (1959) 630-633

CONFOEDERATIO CONGREGATIONUM ORDINIS CANONICORUM REGULARIUM S. AUGUSTINI APPROBATUR

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—«Caritatis unitas» et «communiter vivendi societas» a Sancto Augustino, praeclaro Ecclesiae lumine, clericis in monasterio constitutis impense mandantur *(Serm.* 356; *P. L.* 39, / 1577; cfr. *Serm.* 355; 631
ibid., 1573); qui de eiusmodi sanctitatis proposito haec etiam, quo est ingenio blandissimo, dicit: «Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum... Ista enim verba Psalterii, iste dulcis sonus, ista suavis melodia, tam in cantico quam in intellectu, etiam monasteria pepe-

rit. Ad hunc sonum excitati sunt fratres qui habitare in unum concuplerunt; iste versus fuit tuba ipsorum, et qui divisi erant congregati sunt» *(Enarr. in Ps.* 132; *P. L.*, 36, 1729). Huius autem animorum coniunctionis, huius communis vitae instituti Sanctus ille Praesul non solum magister fuit sed etiam effector, exemplum relinquens, in quod nullo non tempore filii eius universi respicerent. Qui clerici seu canonici, ideo degentes in coenobiis, ut, quod sibi imprimis esset propositum, cultus scilicet sollemnis in templis, quibus forent addicti, et cura animorum, perficerent sanctius, post varias vicissitudines rerum, permagnis aucti sunt incrementis, maxime postquam Synodus Lateranensis, anno MLVIIII celebrata, ad austeriorem formam eos redegit. Novo igitur praediti vigore, in eam excreverunt religiosam familiam, quae Ordo Canonicorum Regularium Sancti Augustini est dicta pluriumque virorum sanctimonia, doctrina, meritis in plebem Dei non paulum commendata. In qua multae temporum successu constitutae sunt sodalitates, suis quidem legibus viventes, sed unius comprehensae Ordinis nomine. Quarum nonnullae, Augustiniana incensae caritate, non omiserunt olim quominus maiore necessitudine sese attingerent ope confraternitatum et aggregationum, quibus inter se quodam modo continerentur pietatis et amicitiae vinculis. Nunc vero Congregationes, quae, post calamitates atque detrimenta, iniuria temporum familiae huic religiosae inflicta, superstites sunt eundemque efficiunt Ordinem, mutatis rerum adiunctis novisque impellentibus necessitatibus in Sancta Ecclesia, in veram Confoederationem coalescere optant, ut inter se artius caritatis nexu coiungantur, vires totius augeant Ornidis ac mutuum praebeant sibi adiumentum, praesertim quod ad rem spiritualem, iuvenum institutionem humanitatisque pertinet cultum. Nec aptiorem occasionem ad hoc peragendum propositum possunt nancisci quam revolutum saeculum nonum ex quo vetus institutum canonicorum, a Synodo Lateranensi praedicta salubri confirmatum disciplina, quasi nova veris tepore effloruit. Sedes autem Apostolica, de religiosorum sodalium sollicita profectu, foederibus inter monasteria et Congregationes, quae sui sunt iuris, libentissime favet eaque suadet et promovet, cum sit usu compertum ex huiusmodi consociationibus fructus oriri nec paucos nec leves hac praesertim aetate, qua vita
632 reli/giosa prudenter accommodanda esse videtur novis condicionibus rerum. Merito ergo Pius PP. XII, Decessor Noster imm. mem., ad Monachos Sancti Benedicti faciens verba, in hanc est locutus sententiam: «Nunc temporis eundi et redeundi expeditior copia, ad operum consortionem passim proclivior voluntas, copiosior scientiae, consilii, navitatis supellex, qua sacerdotes, missionales quoque, indigent, ut quam exspectationem sui fecerint, compleant, poscunt foedera, unitatem exigunt» *(Acta Ap. Sed.*, 1947, 39, p. 455). Itaque eiusdem Canonici Ordinis Congregationes seu Sodalitates Sanctissimi Salvatoris Lateranensis, Canonicorum Regularium Sancti Augustini Lateranensium Austriaca, Sanctorum Nicolai et Bernardi Montis Iovis et Helvetica a Sancto Mauritio Agaunensi, re in cuiusque Capitulis seu Consiliis expensa et habita rata, per dilectum filium Carolum Egger, Abbatem et Procuratorem Generalem, preces Nobis adhibuerunt submissas, ut Confoederationem, seu Foedus caritatis, inter se et, quibus inniteretur, principia, auctoritate Nostra benigne probaremus. Nos vero, Canonicos Regulares Sancti Augustini paterno complectentes amore, libenter votis huiusmodi obsecundare statuimus; ac fore confidimus, ut, quoniam veterum sapientia docet res parvas, nedum maiores, concordia crescere, haec Ordinis Canonici Sodalitatum coniunctio non solum eius decori et incremento conducat, sed etiam fructuum, quos efferet, copia in Ecclesiae hominumque societatis commodum, Dei aspirante numine, vertat. Quapropter, e Sacrae Congregationis negotiis Religiosorum Sodalium praepositae consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum *Confoederationem, seu Foedus caritatis, Congregationum vel Sodalitatum Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini approbamus et confirmamus* eique Apostolicae sanctionis robur adicimus. Praeterea eadem auctoritate Nostra *approbamus confirmamusque principia, quibus eadem Confoederatio regatur*, iuxta exemplum, quod in tabulario Sacri Consilii negotiis Religiosorum Sodalium praepositi asservatur quodque huius est tenoris: «I - Uniusculusque Congregationis foederatae autonomia seu propriis legibus vivendi potestas integra servatur. II - Creatur Abbas Primas Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini, qui per vices asciscitur e singulis Congregationibus foederatis eo ordine, quo in «Annuario Pontificio» recensentur, ita tamen ut ordo Abbatem Primatem e singulis Sodalitatibus constituendi a Congregatione Helvetica a Sancto Mauritio Agaunensi incipiat. Abbas Primas, ut talis, obtinet primatum honoris et locum / principem in toto Ordine foederato. Sexenne 633
est Abbatis Primatis officium, qui Canonicum Regularem e quavis Congregatione foederata, Procuratorem Generalem, ad tempus proprii muneris in officio duraturum, nominet, ut suam apud Romanam Curiam personam agat. Abbatis Primatis est Conventus Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini ex omnibus nationibus singulis triennIis convocare iisque moderari. Quibus in Conventibus agetur de re spirituali, institutione iuvenum et aliis negotiis, quae omnium intersint. III - In tota Confoederatione viget participatio omnium precum et bonorum operum, quae a sodalibus patrari contingit. IV - Unaquaeque Congregatio Foederata certa Missarum suffragia persolvet ad animas sodalium e Confoederatione mortuorum expiandas. V - Omnes Congregationes foederatae unum et commune habebunt Proprium Sanctorum et Beatorum Ordinis, cui officia peculiaria, singulis Congregationibus propria, adicientur. VI - Congregationes foederatae unicum Cardinalem Protectorem habebunt, quem communi consensu a Sede Apostolica postulaverint». Hisce principiis innixa Statuta peculiaria huius Confoederationis postea erunt perscribenda et eidem Apostolicae Sedi proponenda. Cum denique iuxta principia, quae probavimus, Confoederationi Sodalitatum Ordinis Canonici istius praeficiendus sit Abbas Primas, hac prima vice auctoritate Nostra Primatem eligimus et constituimus Venerabilem Fratrem Ludovicum Severinum Haller, Episcopum titulo Bethleemitanum et Abbatem Sancti Mauritii Agaunensis, sex annos in hoc munere duraturum, quo elapso tempore in eius locum, secundum Statuta approbanda, succedat Abbas Primas e Congregatione Sanctissimi Salvatoris Lateranensis, ac deinceps suo ordine e reliquis Congregationibus. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IV mensis Maii, in festo Sanctae Monicae, anno MDCCCCLVIIII, Pontificatus Nostri primo,—D. Card. TARDINI, *a publicis Ecclesiae negotis.*

2818

1959 MAI 5.-SC RELIGIOSORUM, NOTIFICATIO. PART.*

INSTITUTUM SPIRITUALITATIS O. C. D. IN URBE ALUMNIS EXTERNIS APERITUR

Roma, 5 maggio 1959

Reverendissimo Padre Generale, non è sfuggito a questa Sacra Congregazione il fatto che presso il Collegio Internazionale del Suo Ordine già da due anni è stato aperto un Istituto di Spiritualità riservato a sacerdoti alunni dell'Ordine, che abbiano debitamente compiuto il corso teologico nelle loro rispettive Provincie.

L'iniziativa, anche per l'organico e completo programma con cui viene attuata, non può mancare di riuscire utilissima, e merita perciò ogni plauso.

D'altra parte ciò è perfettamente consono alle gloriose tradizioni del Carmelo Teresiano, che per la sua peculiare preparazione nelle materie concernenti la Teologia spirituale ha dato, attraverso i secoli, prove luminose di esperienze solide profondamente sicure.

Questo Sacro Dicastero si compiace veramente dell'opera che, sotto la Sua alta direzione, l'Ordine ha voluto istituire, e non v'è dubbio che affidata alla guida di esperti maestri, che l'Ordine stesso possiede in larga misura, potrà svilupparsi a vantaggio di un argomento tanto importante e così necessario.

La medesima Sacra Congregazione, anzi, vuol richiamare l'attenzione della P. V. Rev.ma sull'opportunità di aprire i Corsi di tale Istituto anche ad alunni non appartenenti all'Ordine, per estenderne la benefica influenza.

Confido pertanto che nello spirito della *Sedes Sapientiae* [LE 2579], l'Ordine dei Carmelitani Scalzi farà tutto il possibile perchè, al più presto, ciò sia un fatto compiuto, realizzando così un'opera apostolica che, senza dubbio, è tra le più proprie dell'ideale e dello zelo dell'Ordine di Santa Teresa di Gesù e di San Giovanni della Croce, Maestri sommi di spiritualità.

http://www.obrascatolicas.com

Con sensi di religioso ossequio, mi confermo della P. V. Rev.ma dev.mo nel Signore.—Valerio Card. VALERI, *Prefetto.* P. Arcadio Larraona, *Segr.*

* Praeposito Gen. O. C. D., Prot. N. 5528/59: AOCD 4 (1959) 153. Adn. AOCD 4 (1959) 152.

2819

1959 MAI 6.-SC SANCTI OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

SOLVITUR IN FAVOREM FIDEI MATRIMONIUM VALIDE INITUM INTER DUAS PARTES NON BAPTIZATAS

CASUS—Herbert, unbaptized, and Odell, also unbaptized, contracted marriage in 1925. After about 10 years of marriage, Odell deserted Herbert and the two children born of the marriage. Herbert obtained a divorce in 1937. The two children were raised by his Protestant mother.

Both parties remarried. Odell at present is in her third marriage. She would like to become a Catholic but cannot because her present husband, a Catholic, was married previously and there is no way of either annulling or dissolving this previous marriage.

Herbert contracted marriage in 1938 before a Justice of the Peace with Floramye, a Catholic. One child was born of this union. The child was baptized Catholic and is being raised Catholic. Herbert has been very anxious to have his present marriage rectified for the sake of his Catholic wife, who is a very pious person and who attends Mass daily and even teaches catechism to the Public School children.

Herbert knew that his previous marriage to Odell could be dissolved through the Pauline Privilege if he became a Catholic, but, in spite of Floramye's constant persuasion, he refused to become a Catholic. Instead, he leaned for years towards the Presbyterian Church, and, in 1958, he finally received baptism in that Church.

In 1958, at the request of both Herbert and Floramye, the Most Reverend Bishop of Alexandria, La., asked the Holy Father to dissolve the natural bond of the marriage of Herbert and Odell, which, after Herbert's Protestant baptism, had come within the jurisdiction of the Holy Father. The request was made in favor of the faith of Floramye, Herbert's present Catholic wife.

IN IURE—It has been a controversial question whether the Pauline Privilege can be used by a convert to a Protestant or Schismatic religion. «The question, when examined by the Sacred Congregation of the Holy Office in 1859, was discussed before His Holiness on the 11th of August. Since the canonists consulted gave different opinions, the response was made: *Deferred.* This is still the present situation» (G. Vromant, C. I. C. M.: *De Matrimonio*, 1938, n. 284). As a result of this controversial aspect of the law on the Pauline Privilege, the court intentionally abstained from mentioning the Pauline Privilege in its request for a dissolution of the bond between Herbert and Odell.

SOLUTIO—Actis maturo examini subiectis, expletisque omnibus in casu explendis, die 22 aprilis 1959 quaestio proposita est in hac Suprema S. Congregatione, quae ad dubium: An consilium praestandum sit Ssmo pro dissolutione, in favorem fidei, matrimonii, de quo supra, ut orator praevia dispensatione ab impedimento mixtae religionis et, ad cautelam, disparitatis cultus, coram Ecclesia valide et licite novas nuptias inire valeat cum catholica cui imponenda erit congrua poenitentia, re iuxta certas statutas regulas discussa, respondendum decrevit: *Affirmative.*—Ssmus D. N. D. Joannes divina Providentia Papa XXIII, feria V die 29 aprilis 1959, de omnibus habita relatione, benigne adnuere dignatus est pro gratia iuxta supra relatum Decretum.

* Ordinario Alexandrino, Prot. N. 1721m/58: BOUSCAREN V, p. 534-535; A. ABATE, Lo scioglimento del vincolo coniugale, ed. Il Roma 165, p. 83 not. 15. Adn. A. ABATE, op. cit. p. 80-86; J. M. KUNTZ in Jurist 28 (1968) 470-496.

2820

1959 MAI 6.-S. PAENITENTIARIA, RESPONSUM. PART.*

INDULGENTIAE VIAE CURCIS ADNECTI POSSUNT CRUCIFIXIS EX MATERIA V. D. «PLASTICA» CONFECTIS

DUBIUM—*Beatissime Pater*, Matthaeus Miller, sacerdos Ordinis Fratrum Minorum, ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, sequens dubium pro opportuna solutione propo-

nit: An Indulgentiae Viae Crucis adnecti possint, pro legitime impeditis, Crucifixis, quorum cruces ex materia v. «Plastica» confectae sint. Et Deus, etc.

RESPONSUM diei 6 mali 1959.—Sacra Paenitentiaria Apostolica proposito dubio respondet: *Affirmative.*—S. Luzio, *Regens.* S. de Angelis, *Subst.*

* Cuidam sacerdoti O. F. M., Prot. N. 3178/59: AOFM 78 (1959) 287.

2821

1959 MAI 8.-SC S. OFFICII, MON. AAS 51 (1959) 484-485

ORDINES SACRI A QUODAM EPISCOPO ACATHOLICO COLLATI DECLARANTUR INEFFICACES

In data 31 luglio 1958 *L'Osservatore Romano* pubblicava il seguente *Comunicato*:

«Si rende noto che il Sac. Giovanni Taddei, della Diocesi di Biella, nato nel 1917, ordinato nel 1942, avendo carpito con false lettere commendatizie la nomina a Cameriere Segreto Soprannumerario di Sua Santità, nel 1945, fu sospeso *a divinis* per qualche tempo.

Nel 1952 fu diffidato il Taddei e la sua opera «La strada» bianca», con la seguente notificazione pubblicata su *L'Osservatore Romano* (1.° maggio):

Il Sac. Giovanni Taddei, della Diocesi di Biella attualmente sospeso *a divinis*, ha intrapreso una fondazione intitolata «La strada bianca». Si rende noto che da parte dell'Autorità ecclesiastica non è stata data al predetto Sacerdote alcuna autorizzazione per tale opera. Il medesimo Taddei è stato inoltre diffidato a non occuparsi del conferimento di pseudo-onorificenze cavalleresche.

Attesa, poi, la pertinace disobbedienza del Taddei alle legittime disposizioni dell'Autorità ecclesiastica, il Vescovo di Albano, nella cui diocesi il predetto Sacerdote aveva fissato la sua residenza, lo privò del diritto di indossare l'abito ecclesiastico, a norma del can. 2300 C. I. C.

Il provvedimento venne pubblicato in «Vita Diocesana» Bollettino ufficiale della diocesi suburbicaria di Albano (N. 7, novembre 1957, p. 8), nei seguenti termini:

«Con Decreto in data 29 ottobre 1957, a norma del can. 2300 C. I. C., il Sac. Giovanni Taddei è stato privato del diritto di portare l'abito ecclesiastico, con le conseguenze enunciate nel citato canone».

Questa notificazione venne riportata su *L'Osservatore Romano* (a. 1958, N. 1, p. 5).

Si apprende ora che il Taddei è passato ad una setta acattolica, in cui avrebbe ricevuto anche la consacrazione episcopale./

Pertanto egli è incorso nella scomunica e nelle altre pene comminate nel can. 2314 § 1».

Inoltre risulta che il predetto G. Taddei ha osato conferiri sacre ordinazioni a soggetti cattolici, per lo più respinti da loro legittimi Superiori.

Si avvertono gli Ordinari: *a)* che i soggetti così ordinati, a seconda delle circostanze dei diversi casi, vanno considerati come eretici, od almeno come sospetti di eresia; e quindi devono essere trattati a norma dei canoni 2314 e 2315 del Codice di Diritto Canonico; *b)* che tali ordinazioni non sono riconosciute dalla Chiesa, e quindi i soggetti sono da considerarsi come laici a tutti gli effetti canonici, inclusa la facoltà di contrarre matrimonio.

Dal Palazzo del S. Offizio, li 8 maggi 1959.—Ugo O'Flaherty, *Notaro.*

2822

1959 MAI 17.-IOANNES XXIII, MP. AAS 51 (1959) 401-403

PONTIFICIUM ATHENAEUM LATERANENSE UNIVERSITATIS TITULO ET HONORE DECORATUR

IOANNES PP. XXIII

Cum inde ab aetatis flore multiplices coniunctionis necessitudines Nobis intercedant cum praeclara illa studiorum sede, ubi sacra studia peregimus ac magistri munere functi sumus, sponte fit, idque grati animi suadet officium, ut Pontificium Athenaeum Lateranense propensissima voluntate complectamur. Qua quidem benevolentia —cuius singulare testimonium exhibere placuit in ipsis Pontificatus exordiis, cum Athenaeum praesentia Nostra et auspicali sermone honestavimus— tanto magis afficimur ad Petri Cathedram evecti, quanto Nos exinde artioribus vinculis illi iuventutis Nostrae veluti sacrario devinciri sentimus; inibi enim iuvenis huius almae Urbis Clerus suam habet studiorum altricem domum, ubi sanam doctrinam dignumque sacrorum ministris animi cultum accurata institutione

percipiat. Postulat igitur accepti beneficii memoria, postulat Romanae Sedis bonum et decus, ut omni ope Institutum tueamur ac promoveamus, quod quidem et loci sanctitas et plurima de doctrinae sacrae incremento promerita et indeclinata erga Apostolicam Sedem fidelitas omni tempore commendarunt. /

402 Haud quidem ignoramus sedulas curas a Decessoribus Nostris in id opus provide collatas, praesertim vero novas easque amplissimas ad Lateranum e solo exstructas aedes, itemque varia quae subinde accesserunt ibidem Instituta: Institutum dicimus Pastorale atque Institutum a *Iesu Magistro* nuncupatum, a proximo Decessore Nostro Pio XII fel. rec. recens condita, necnon Pontificiam Romanam Theologicam Academiam ab eodem Pio XII sapienter restauratam. Quae omnia procul dubio effecerunt, ut Lateranense Athenaeum maiora in dies caperet incrementa. Nihilominus peculiaris Noster amor erga eiusmodi studiorum domicilium aliud Nobis peragendum poscit, quo plenius eius decori consulatur. Scilicet probe novimus hucusque adhibitam Pontificii Athenaei Lateranensis appellationem haud satis respondere muneribus et officiis, quae eidem Athenaeo demandata ab eo egregie ac laudabiliter explentur. Nec de nomine tantum hic agitur, verum de re etiam, quae ipsam afficit debitam existimationem ei conciliandam. Habita enim nominum ratione, quibus apud varias Nationes altioris ordinis studiorum Instituta nuncupantur, eadem constat communiter, alicubi autem etiam unice, Universitatis donari nomine. Quapropter ut apud doctos viros Athenaeum Nostrum ea, qua par est, opinione floreat atque pro merito aestimetur —cum alumnorum etiam emolumento, exterorum praesertim, quibus magna ex parte illius studiosae iuventutis familia coalescit— plures Purpurati Patres de Athenaei dignitate solliciti, in quo vel studiorum curriculum emensi sunt vel magistros egerunt, flagrantibus optaverunt votis, ut Athenaeum Lateranense titulo Universitatis decoraretur; eo vel magis quod ea omnia iam amplectitur, quae ad Universitatis dignitatem pertinent, ad normam Constitutionis Apostolicae a Pio XI fel. rec. promulgatae, cui index *Deus scientiarum Dominus (A. A. S.* XXIII, 1931, p. 241-284) [LE 1030].

Itaque, omnibus mature perpensis, perplacet Nobis, ut Lateranense Athenaeum, sicut studiorum ratione, ita etiam pari/ nominis dignitate inter cetera eniteat Athenaea.
403 Motu autem proprio ac Nostra Apostolica Auctoritate decernimus atque declaramus Athenaeum ad Lateranum canonice erectum —quod Facultates complectitur Sacrae Theologiae ac Philosophiae, Pontificium Institutum Utriusque Iuris, Pontificium Institutum Pastorale, Pontificium Institutum a *Iesu Magistro*— nunc et in posterum *Pontificiam Universitatem Lateranensem* esse nuncupandum; simulque volumus ut nova haec appellatio Athenaei statutis ac legibus inseratur, quae quidem sua vi firma vigere pergunt.

Quaecumque vero a Nobis hisce litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Roma, apud S. Petrum, die XVII mensis Maii, in Festo Pentecostes, anno MDCCCCLIX, Pontificatus Nostri primo.—IOANNES PP. XXIII.

2823

1959 MAI 18.-SC RITUUM, DECLARATIO. PART.*

QUAEDAM INNOVATIONES IN CELEBRATIONE MISSAE NUPER INDUCTAE DECLARANTUR NON PROBATAE A COMPETENTI ECCLESIAE AUCTORITATE

Nonnulla commentaria liturgica nuper evulgaverunt in quadam Abbatia aliquas innovationes in celebratione Missae cantatae, ex peculiari concessione competentis Auctoritatis, inductas esse.

Huius Missae cantatae celebratio ita describitur:

«Chorus antiphonam ad Introitum canit ingrediente celebrante, et plebs fidelium incipit *Kyrie*, dum celebrans una cum ministro preces ad pedes altaris recitat. Celebrans neque Introitum, neque *Kyrie* dicit. Intonato hymno *Gloria in excelsis* et inclinatione cruci facta, accedit ad scamnum ubi sedet, dum fidelium communitas canere pergit hymnum angelicum. Ad altare reversus, celebrans collectam dicit et rursus ad sedile vadit, dum lector epistolam legit et chorus decantat Graduale et Alleluia. Celebrans canit evangelium, *Credo* intonat et statim ad sedile se confert. Dicto *Oremus*, preces offertorii incipit, dum chorus antiphonam ad offertorium exsequitur. Expleta praefatione, celebrans se iungit fidelibus ad canendum *Sanctus-Benedictus*, ac tantum post expletum cantum, inchoat *Te igitur*. *Agnus Dei* a coetu fidelium canitur, dum celebrans, eius recitatione omissa, dicit orationes praeparatorias ante Communionem. Nulla oratio Communionem Sacerdotis a Communione fidelium separat. Antiphona ad communionem cantatur a choro, dum sacra Communio distribuitur, sed non legitur a celebrante. Dicto *Ite, missa est* et benedictione impertita, celebrans signum crucis super altari a latere evangelii facit, et ultimum evangelium recitat ad sacrarium rediens.»

Cum competentem Auctoritatem apud Sacram Rituum Congregationem percontati simus, nobis constat nullam umquam concessionem factam esse, neque indultum aliquod, sive scripto sive «vivae vocis oraculo», ad rem datum; ac proinde huiusmodi innovationes, etsi optimo animo inductas, fructum tantum inceptus privati aut non probatae interpretationis, habendas esse.

Insuper nobis constat competentes Auctoritates magnopere dolere leges liturgicas, crebris monitis Auctoritatis ecclesiasticae posthabitis, ad usum minime deduci semper et ubique illa cum religiosa oboedientia, quae praescriptionibus S. Sedis debetur, quamque praecipue expostulat res tam sacra et tanti momenti.

* EL 73 (1959) 225-226.

2824

1959 MAI 19.-IOANNES XXIII, NOTIFICATIO. PART.*

MUTATUR FORMULA DEPRECATIONIS PRO CONVERSIONE IUDAEORUM FERIA VI IN PASSIONE DOMINI

Nunciatura Apostólica en España (N.° 817-59) Madrid, 29 de mayo de 1959 —*Emcia. Rvdma.*—: Tengo el honor de comunicar a V. Eminencia Rvdma. que, por soberana disposición de Su Santidad el Papa Juan XXIII, la plegaria litúrgica del Viernes Santo *pro conversione Iudaeorum* ha sido modificada en esta forma:

«Oremus et pro Iudaeis: ut Deus et Dominus noster auferat velamen de cordibus eorum; ut et ipsi agnoscant Iesum Christum Dominum nostrum.

Oremus —Flectamus genua— Levate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Iudaeos etiam a tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras, quas pro illius populi obcaecatione deferimus; ut agnita veritatis tuae luce, quae Christus est, a suis tenebris eruantur. Per eumdem Dominum.»

La Santa Sede ruega, por tanto, a V. Emcia. Rvdma. se digne dar las oportunas órdenes para que dicha modificación se inserte en el *Ordo Hebdomadae Sanctae*. Me honro en aprovechar esta oportunidad para reiterarme de V. Emcia. Rvdma. atto. s. s.—HILD. ANTONIUTTI, *Nuncio Ap.*

* Prot. N. U. 4/959, iuxta notificationem Nuntii Ap. Matritensis Ordinariis Hispaniarum die 29 Maii 1959, Prot. N. 817/59, factam: Sal terrae 48 (1960) 37; vide etiam EL 74 (1960) 133. Adn. ab in EL 74 (1960) 134.

2825

1959 MAI 23.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 51 (1959) 696-697

AD DIGNITATEM ET HONOREM BASILICAE MINORIS EVEHITUR ECCLESIA IMMACULATO CORDI B. MARIAE VIRGINIS IN URBE DICATA

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Urbs Roma, per sacram Beati Petri Sedem caput terrarum orbis effecta, templorum numero ac maiestate numquam non praeclara fuit atque illustris; at recentiore aetate, plurimum increscente multitudine civium, novae sacrae aedes haud paucae, ubi insulae surgunt populo perfrequentes, exstructae sunt, ne, siquidem habitantium commodis affatim esset consultum, animorum curae apta deessent domicilia. In quibus excellit ecclesia Immaculato Cordi Beatae Mariae Virginis dicata, ad quam excitandam perficiendamque Decessores Nostri Benedictus Pp. XV, Pius Pp. XI et Pius Pp. XII egregium contulerunt studium, labore impigro incubuere Missionarii Filii Immaculati Cordis eiusdem, quibus templum est concreditum. Eleganti manu et opere magnifico exaedificata moles quasi Romanam praefert maiestatem estque tanta eius amplitudo, ut permagnum Christifidelium numerum capere possit. Quae cum solum anno MDCCCCLII sit ad finem perducta, tamen sedes iam evasit illius pietatis formae, qua peculiari ratione excolitur Immaculatum Cor Beatae Mariae Virginis, cui, cum saeviente bello discordia totum quateret mundum, Pius Pp. XII, Decessor Noster imm. mem., piissimo sane ductus consilio, devotum voluit universum genus humanum. Ut autem

http://www.obrascatolicas.com

huic templo, non modica iam laude ornato, maior adiungeretur honor, dilectus filius Petrus Schweiger, religiosorum sodalium, qui supra sunt dicti, Moderator Generalis, / 697 submisse Nos rogavit, ut Basilicae Minoris nomine ac iure id donaremus. Quibus precibus, Venerabilis Fratris Nostri Clementis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Micara, Episcopi Veliterni Nostrique hac Alma in Urbe Generalis in spiritualibus Vicarii, commendatione suffultis, libenti animo statuimus obsecundare. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam Deo in honorem Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis in Urbe Roma consecratam, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae sacris aedibus eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Maii, anno MDCCCCLVIIII, Pontificatus Nostri primo.—D. Card. TARDINI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

2826

1959 IUN 5.-SC STUDIORUM, LIT. CIRCULARES. PART.*

DE RECTA INSTITUTIONE SACRORUM ALUMNIS IN SEMINARIIS TRADENDA

Agli Eccellentissimi Ordinari nel I Centenario della morte del Santo Curato d'Ars su alcuni problemi riguardanti la formazione ecclesiastica

Eccellenza Reverendissima, ancora non è spenta l'eco delle solenni celebrazioni del centenario delle apparizioni di Lourdes, che hanno convocato milioni di pellegrini di ogni lingua e stirpe ai piedi della grotta di Massabielle, e la nostra mente e il nostro cuore ritornano nuovamente alla terra di Francia, a un piccolo borgo che fu il teatro delle geste apostoliche di un umilissimo parroco di campagna, nel quale il Signore si degnò rinnovare i portenti della sua vita pubblica, effondendo con larga mano i benefici della Redenzione.

Questa Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi non vuole lasciar trascorrere il presente anno senza additare a coloro che sono chiamati ad essere un giorno i ministri della salvezza, questo figlio del popolo, che ha saputo corrispondere tanto fedelmente alla grazia della sua vocazione, da diventare nelle mani di Dio valido strumento per un profondo e vasto rinnovamento di vita cristiana.

Tante cose ha da dire ed insegnare il Santo Curato d'Ars ai giovani leviti del nostro tempo, da poter affermare che il messaggio ch'egli loro invia dagli splendori della gloria celeste è più attuale che mai.

I. Prima di tutto Egli brilla come esempio di fedeltà agli inviti della Grazia: una volta conosciuta la volontà di Dio a suo riguardo, persegul l'ideale sacerdotale con tenacia senza pari, non lasciandosi scoraggiare dalle molte difficoltà che sembravano sbarragli il passo verso una meta tanto umilmente ma anche tanto ardentemente desiderata, sempre guidato da una incommensurabile stima della dignità sacerdotale, sì da fargli esclamare rapito e come fuori di sè: «Oh, com'è grande il sacerdote! la sua grandezza non si vedrà bene che nel cielo. Se un sacerdote comprendesse in terra interamente la sua dignità, morrebbe non di spavento, ma di amore».

Questa stima, questa costanza, questa dedizione la Chiesa addita alla gioventù ecclesiastica dei nostri tempi, perchè ne prenda stimolo per coltivare il santo ideale cui il Signore l'ha chiamata. È ben nota la scarsezza di vocazioni che affligge oggi la Chiesa, mentre le necessità spirituali dei fedeli vanno aumentando ogni giorno più. Non che il Signore meno abbondantemente vada spargendo il seme della divina chiamata; ma, purtroppo, pochi la raccolgono e, fra questi, tanti sono coloro che, dopo aver posto mano all'aratro, si voltano indietro ed abbandonano il lavoro incominciato. A quanti dunque hanno sentito pressante l'invito del Maestro che li chiama ad essere i continuatori della sua opera di salvezza, il Santo Curato d'Ars torna a far loro considerare il dono inestimabile che posseggono: non permettano, per mancanza di generosità e di donazione, che il maligno, con vane lusinghe, loro sottragga la perla nascosta alla quale tutto deve essere gioiosamente sacrificato.

«Sorte» divina —come dice chiaramente il loro nome di «Chierici»— porzione prediletta nell'immensa famiglia di Dio, chiamata ad un destino speciale, ad una eredità particolare, essi debbono sempre ricordare, per trarne coraggio ed incitamento alla perseveranza, di che tenera bontà, benignità e munificenza sono stati oggetto da parte del Signore. Se l'Apostolo, ricordando ai semplici cristiani l'inestimabile beneficio della Redenzione, li esortava a vivere degnamente quali figli della luce, dimentichi per sempre delle opere della carne, quanto debbono sentire per sè tale invito i giovani chiamati, non solo a partecipare alla salvezza, ma, sulla scorta del Divino Maestro, ad esserne i dispensatori e i ministri! Pensino dunque continuamente al dono di Dio, a quell'atto di predilezione divina, e se ne rendano ogni giorno più degni con una condotta conforme, nella quotidiana offerta della loro giovinezza alla Chiesa, che la domanda per la salvezza loro e dei fratelli.

II. Se noi guardiamo alla fisionomia sacerdotale del Santo Curato d'Ars, ci rendiamo conto che essa brilla di tanto splendore, da farne un genuino archetipo di prima grandezza. Egli sapeva che il Sacerdozio lo aveva misteriosamente identificato con l'unico ed eterno Sacerdote, il Verbo Incarnato: ciò che gli faceva ripetere frasi come queste: «Quando vedete il sacerdote, pensate a Nostro Signore Gesù Cristo», oppure: «Il Sacerdozio è l'amore del Cuore di Gesù». Ma che importano le parole, sia pur belle ed espressive, con cui egli indicava questa divina realtà? L'essenziale per lui era di vivere il sacerdozio che il Signore esercitava per suo mezzo. Eccolo dunque il Santo Curato nell'atteggiamento, voluto dall'Apostolo, di mediatore per il suo popolo, votato per tutta la vita all'adorazione, all'intercessione, al sacrificio totale; anche lui vittima, come il Redentore, per implorare «con gemiti inenarrabili», giorno e notte, la remissione dei peccati, pronto sempre a compiere nel suo corpo quello che manca alla Passione di Cristo.

Questa aderenza perfetta a Dio, questa conformità all'Eterno Sacerdote, che gli facevano tanto stimare la preghiera e la vita interiore, furono anche il segreto dei suoi strepitosi successi. Sapeva egli perfettamente che l'efficacia dei sudori apostolici dipende innanzitutto dalla preghiera e dall'unione con Dio, e, conscio della sua umile quanto eccelsa condizione di strumento della grazia divina, da essa e da essa sola aspettò la riuscita della sua azione apostolica. Non senza ragione dunque il Sommo Pontefice Pio XI ha costituito il Santo Curato d'Ars Patrono speciale dei parroci e dei sacerdoti in cura d'anime, volendo sottolineare, con questo, che l'azione pastorale, per essere veramente efficace, deve appoggiarsi sulla santificazione personale ed ancorarsi ad una profonda vita interiore.

La Sacra Congregazione dei Seminari deve purtroppo constatare che tanto ancora resta da fare in merito negli Istituti di formazione ecclesiastica. Considerando, infatti, gli atteggiamenti e lo spirito con i quali, soprattutto da parte del clero giovane, si affrontano i problemi dell'azione apostolica, viene spontaneo di chiedersi se i tradizionali principi della formazione ecclesiastica non siano troppo trascurati. Nella maggioranza dei casi ci si dedica, è vero, con grande generosità al sacro ministero; ma, rallentando i dovuti contatti con la preghiera e non praticando la debita mortificazione e la custodia del cuore, ben presto ci si esaurisce in vani tentativi e si finisce nella tiepidezza e nello scoramento.

Il fatto si è che senza vita interiore non si dà vero apostolo, e che da tutto il chiasso che si può fare, anche con la più prestigiosa tecnica ed organizzazione esterna, ben poco si raccoglie di frutti durevoli e salutari. Il vero apostolo, conscio di essere un semplice strumento nelle mani di Dio, sa di avere a sua disposizione ben altri mezzi, non condizionati dal contingente della tecnica: egli sa che l'edificio spirituale si erge interamente sulla grazia e la preghiera, e che i frutti sono abbondanti nella misura che si confida nei mezzi spirituali e non si presume di sostituirvisi: «Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed, qui incrementum dat, Deus... Dei enim sumus adiutores» (*1 Cor.* 3, 7.9).

Il Sommo Pontefice Pio XI dice chiaramente: «Sarebbe un errore gravissimo se il sacerdote, trasportato da falso

zelo, trascurasse la propria santificazione per tutto immergersi nelle opere esteriori, per quanto buone, del ministero sacerdotale... Senza la pietà, le più sante pratiche, i più augusti riti del Sacro Ministero saranno eseguiti meccanicamente e per abitudine; mancherà loro lo spirito, l'unzione, la vita» (Litt. Enc. *Ad Cathol. Sacerdotii*, 20 dic. 1935; AAS, vol. 28, pag. 23 e 24) [LE 1302].

Più vicino a noi, Pio XII nella *Menti Nostrae* (23 sett. 1950) insiste sullo stesso concetto con grande vigore: «Un ardente spirito di orazione, se mai in altri tempi, oggi specialmente è necessario, quando il cosidetto «naturalismo» ha invaso le menti e gli animi, e la virtù è esposta a pericoli di ogni genere, pericoli che talvolta s'incontrano nell'esercizio dello stesso ministero. Che cosa potrà meglio premunire da queste insidie, che cosa potrà meglio elevare l'anima alle cose celesti e tenerla unita con Dio che l'assidua preghiera e l'invocazione del divino aiuto?» (*AAS*, vol. 42, pag. 673) [LE 2151].

Più recentemente ancora il Santo Padre Giovanni XXIII fel. regn., che tanto insiste perchè il Clero si dia con completa dedizione ad un proficuo ministero pastorale, nel Suo discorso alla Unione Apostolica del Clero (12 marzo 1959), additando precisamente la figura del Santo Curato d'Ars, ammonisce molto eloquentemente: «Come mai, dopo tanti sforzi e sacrifici, dopo innumerevoli seminagioni, il frutto raccolto è spesso tanto scarso? Come mai, pur adoperando tutti i mezzi dell'apostolato, non risorgono i morti figli della Chiesa? Forse perchè l'intenzione non è sempre pura; forse perchè non si cerca sempre e soltando il bene delle anime, forse perchè si confida troppo in mezzi simili a quelli umani, e perciò labili, senza fondarsi sulla preghiera e sul sacrificio».

Insistiamo pertanto nel modo più vivo perchè gli educatori dei nostri Seminari, soprattutto i Rettori e i Padri spirituali, istruiscano con la dovuta frequenza i loro alunni, specialmente coloro che sono vicini ai Sacri Ordini, sulla natura del Sacerdozio, gli scopi della sua missione e i mezzi dell'apostolato; e lo facciano sulla scorta della dottrina più sana e tradizionale, da mutuarsi dalla Rivelazione, interpretata dal pensiero dei Padri e dal magistero ecclesiastico, non indulgendo a novità che, su un argomento così delicato, spesso capovolgono o almeno sfigurano l'insegnamento della Chiesa. Si ritiene tutto questo di gran peso; poichè quali saranno le idee istillate in proposito fin dagli anni del Seminario, tale sarà il comportamento che gli alunni terranno una volta ordinati ed entrati nel Sacro Ministero.

III. È noto a tutti l'attaccamento senza riserva che il Curato d'Ars aveva per la Chiesa. Per questa Santa Madre di tutti i credenti egli aveva un amore tenerissimo, e quando ne parlava, con parola semplice ed ispirata, ai suoi numerosi ascoltatori, il suo volto si trasfigurava, la sua voce vibrava di zelo ardente. Ma se il cuore andava ben oltre gli angusti confini del suo piccolo borgo di Ars, abbracciando tutti i fratelli in Cristo —del resto non venivano da ogni plaga della terra i figli della Chiesa ad assiepare il suo pulpito o il suo confessionale?— la sua sottomissione, la sua venerazione, il suo amore puntavano soprattutto al vertice, al Capo visibile, al Papa. Dalle testimonianze dei processi di Canonizzazione risulta che egli cercava ogni occasione per testimoniare all'autorità del Sommo Pontefice la sua illimitata devozione; non poteva nascondere la sua emozione quando sentiva parlare o egli stesso parlava della Chiesa Madre e Maestra di tutte le Chiese. Al proprio Vescovo poi, testimoniava rispetto, amore ed obbedienza «tamquam Domino». E quale obbedienza! Tutti sanno come il Santo Curato, preso da un grande senso della propria indegnità e schiacciato da una responsabilità che vedeva aumentare ogni giorno, meditasse più volte di ritirarsi in un angolo nascosto a piangere quella che egli chiamava sua povera vita. Ma l'ubbidienza, manifestata dai Superiori, lo voleva ad Ars, ad Ars egli rimase, a portare la sua pesante croce, in quotidiana immolazione.

Gli educatori dei candidati al sacerdozio hanno qui un argomento di severa meditazione, perchè la virtù dell'obbedienza è uno dei cardini di tutta l'opera di formazione che essi debbono impartire agli alunni del Santuario. Si tratta invero di creare un abito profondo, che penetri fin nel più intimo delle convinzioni degli alunni affidati alle loro cure, in un tempo come il nostro che sente così forte il demone dell'orgoglio e che, con incredibile presunzione, pretenderebbe di non sottostare a norme di alcun genere se non a quella di un'illimitata indipendenza nel giudizio e nell'azione. E purtroppo tali principi, decantati come una conquista, si sono insinuati nei metodi di educazione, tentando di scardinare dalle sue stesse fondamenta la dottrina cattolica in materia pedagogica. Purtroppo anche negli Istituti di formazione ecclesiastica non è raro il caso —e questa Sacra Congregazione è dovuta volta a volta intervenire— di assistere ad esperimenti che troppo concedono all'indiscriminata iniziativa dell'educando e, quasi obliando la stessa condizione dell'inferma natura umana, si tenta di inaugurare più o meno velatamente i criteri della cosidetta «auto-educazione».

Legittima certamente e necessaria è l'opera di coloro che, solleciti di creare nei loro giovani robuste e sane convinzioni, si studiano di sviluppare in loro gradualmente il senso della responsabilità personale, la capacità di giudizio, lo spirito d'iniziativa sia individuale che collettiva; ma quello che si vuol denunciare come deleterio si è quell'atteggiamento passivo dell'educatore che, abdicando alla sua posizione di Superiore e capovolgendo con ciò stesso il vero concetto di disciplina, teme che il comando sia lesivo della personalità del discepolo, quasi costituisse una indebita interferenza nel santuario della coscienza altrui. Si tratta di una falsa impostazione; poichè solo attraverso una disciplina austera si può giungere al pieno possesso di una forte personalità, pronta al sacrificio e a quello spirito di abnegazione che è requisito essenziale per chi vuol seguire, senza compromessi o infingimenti, Nostro Signore Gesù Cristo, fino a dividere con Lui, se necessario, il calice del Getsemani e l'immolazione della Croce. Soltanto con tale disciplina si ottengono i veri apostoli, pronti a vincere il proprio gusto e i propri capricci per fare ciò che Dio, attraverso l'autorità dei Superiori, ci comanda. Sia pertanto la disciplina —amorosamente vissuta e non soltanto passivamente subita— la pietra di paragone sulla quale i Superiori comprovino la vocazione dei loro alunni. Domandino ad essi un'obbedienza, non solo teorica, ma effettiva, integra, limpida, senza sottintesi, quale la Regola del Seminario la viene ogni giorno proponendo, anche negli atti più piccoli e ordinari. I Superiori sappiano esigerla, ma la sappiano anche proporre, richiamandosi ai motivi soprannaturali che la giustificano, derivandola soprattutto dal Modello perfetto che in terra ebbe un solo ed unico programma: «Fare, o Dio, la tua volontà» (*Hebr.* 10, 7). Ricordino in ogni circostanza come l'obbedienza implichi essenzialmente l'«obsequium», cioè l'offerta della mente e della volontà, nel quale consiste proprio il gradimento delle nostre azioni presso Dio.

Se tanto i Superiori saranno in grado di ottenere, potranno essere sicuri della piena riuscita dei loro giovani, anche per quanto riguarda l'acquisto delle altre virtù sacerdotali, specialmente di quelle che, come la castità, esigono volontà robusta e perfetto dominio di sè.

Per tutti i Pii Istituti deve dunque valere il principio che la Regola è la volontà significata di Dio, e quindi obbligatoria come mezzo necessario per la formazione del Sacerdote. La presenza e l'opera del Superiore non deve essere considerata come diretta a mortificare la personalità, ma ad aiutarne lo sviluppo in tutto quanto di buono e di utile essa può offrire per il raggiungimento di quella pienezza spirituale, che è requisito e vanto della vocazione sacerdotale: «Omnia vestra sunt: vos autem Christi: Christus autem Dei» (*1 Cor.* 3, 22-23).

Rivolgendoci ora direttamente ai diletti alunni del Santuario, vorremmo esortarli a tenere sempre presente il costante insegnamento della Chiesa, che in numerosi documenti paragona il Clero ad una milizia scelta, ben attrezzata, temibile ai nemici soprattutto per la disciplina che la governa. Durante il lungo e severo tirocinio del Seminario, coltivino lo spirito di disciplina, nutrendosi di salde convinzioni, prestando ognora un'obbedienza a tutta prova a coloro che li dirigono, apprendendo così quel perfetto e incondizionato «sentire cum Ecclesia» che li farà, domani, capaci di combattere —con cuore» «pro salute communi fortia facere et pati paratum»— le pacifiche battaglie del regno di Dio (cfr. *Leone* XIII, Alloc. 18 genn. 1885; *Ench. Cler.* n. 458).

Se ardua può sembrare la preparazione al Sacerdozio e pieno di difficoltà, di fatiche, di sacrifici il futuro ministero, grande tuttavia e ricca di gioie consolanti è la ricompensa che il Signore promette a quanti militano con valore sotto le sue insegne. Lo afferma efficacemente il grande Sant'Agostino —anch'egli chiamato alle fatiche dell'apostolato in tempi difficili quanto quelli in cui viviamo— dichiarando: «Nihil esse in hac vita et maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio, sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur quo noster Imperator jubet» (*Epist.* 21, 1).

http://www.obrascatolicas.com

Eccellenza Reverendissima, molte cose ancora si sarebbero potute dire, seguendo le tracce luminose del Santo Curato d'Ars, in merito alla retta formazione dei candidati al Sacerdozio e, per conseguenza, al migliore andamento dei Seminari. Ma ci siamo limitati a sottolineare soltanto alcuni punti, che —sulla scorta di quanto ci viene segnalato per ragioni di ufficio, specialmente in occasione delle Visite Apostoliche— devono essere considerati della massima importanza, soprattutto nei tempi nostri. Si tratta dunque di rinvigorire il senso di responsabilità di fronte alla grazia della vocazione divina; di sostenere il primato della vita interiore come condizione essenziale del futuro ministero pastorale; di avvalorare il compito formativo della disciplina, accettata coscientemente e volenterosamente; di difendere in tal modo e sviluppare la vita veramente sacerdotale, che sa e deve sapientemente adeguarsi alle esigenze dei tempi e delle circostanze in cui deve inserirsi l'opera apostolica, ma che non può dimenticare le fonti eterne da cui ripete tutta la sua nobiltà e fecondità soprannaturali.

Siamo certi che tali principi, unitamente all'altro requisito essenziale della debita scienza —che nel Santo Curato d'Ars, ricordiamolo bene, non fece difetto, sì che Dio stesso ebbe ad arricchirlo mirabilmente con i doni del Suo Spirito— saranno la base solida su cui i futuri apostoli debbono costruire l'edificio della loro formazione sacerdotale. A queste precise condizioni soltanto essi saranno, come ammonisce l'Apostolo delle Genti, gli abili operai della Vigna del Signore, «ad omne opus bonum instructi», e, come comanda il Principe degli Apostoli, «forma facti gregis ex animo» (*Tim.* 3, 17; 1 *Petr.* 5, 3).

Mentre preghiamo Vostra Eccellenza di voler disporre che il contenuto di questa lettera sia convenientemente esposto e commentato agli alunni del Santuario, prendiamo l'occasione per esprimerLe i sentimenti della più deferente stima e ossequio, mentre ci confermiamo della stessa Eccellenza Vostra Rev.ma devotissimi nel Signore.— Giuseppe Card. Pizzardo, *Prefetto*. Dino Staffa, *Segretario*.

Roma, nella Festa del Sacro Cuore di Gesù, 5 giugno 1959.

* Ordinariis locorum, Prot. N. 541/59: CpR 38 (1959) 237-244. Adn. J. A. O'DONOHOE in Jurist 22 (1962) 27-38.

2827

1959 IUN 24.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

Ad impedimentum criminis incurrendum requiritur formale adulterium in utraque parte

Dubia—I. Utrum infidelis, qui bona fide putat suum matrimonium fuisse dissolutum civili divortio, et attentat et consummat matrimonium cum catholico, tamen indirecte contrahat impedimentum criminis secunda figura, non obstante illius bona fide circa dissolutionem matrimonii praevii.

II. Utrum catholicus, vivens in regione ubi multi catholici putant civile divortium valere pro acatholicis et solvere matrimoniale vinculum, qui committit adulterium cum infideli divortiato et promittit vel attentat matrimonium cum eo, possit esse in bona fide circa dissolutionem vinculi, ita ut sit excusatus a formali divortio ad mentem canonis 1075, n. 1.

Resp.—Ad I: *Negative*, deficiente adulterio utrique formali in casu.

Ad II: *Affirmative*, seu dari posse bonam fidem, quae in casu excuset ab utriusque formali adulterio, de quo in can. 1075, n. 1.

* Ordinario Peoriensi, Prot. N. 1394/57: Jurist 20 (1960) 106-107. Adn. A. ABATE, Lo scioglimento del vincolo coniugale, ed. II Roma 1965, p. 157-161.

2828

1959 IUN 24.-SC S. OFFICII, NOTIFICATIO. PART.*

Opus cui titulus «Maria en de verschningen te Amsterdam», a L. Knuvelder conscriptum super falso assertis revelationibus Amstellodamensibus Beatae Mariae Virginis damnatur

Le livre «*Maria en de verschningen Amsterdam*» du Dr. L. Knuvelder (La Haye, 1959) qui, selon le canon 1385, aurait dû avoir l'approbation ecclésiastique, mais qui, en fait, a paru sans cette approbation appartient *de facto*, suivant le canon 1399, à la catégorie des livres prohibés en vertu du droit *(ipso jure)*.

On peut bien comprendre qu'après les différentes et claires déclarations des autorités ecclésiastiques, qui sont négatives en ce qui concerne l'authenticité surnaturelle de ces prétendues apparitions, on ne pouvait pas donner l'*Imprimatur* à un livre qui depuis le commencement jusqu'à la fin se donnait pour tâche d'en propager l'origine surnaturelle. Après les déclarations clairement négatives de l'autorité ecclésiastique, un catholique n'est plus libre de propager publiquement une autre opinion. C'est pourquoi le Saint-Office, dans une nouvelle lettre du 24 juin 1959, a déclaré:

«Ne autem opuscula per modum manuscripti edita super falso assertis revelationibus Amstellodamensibus in errorem fideles inducere pergant, necesse est ut etiam illa expresse prohibeantur.» Nous faisons cela par ce document.

22 juillet 1959, *Les Evêques des Pays-Bas*.

* Ordinario Harlemensi, iuxta notificationem Episcoporum Hollandiae die 22 iulii 1959 factam: L'ami du clergé 78 (1968) 601. Adn. in L'ami du clergé 78 (1968) 601; 79 (1969) 504; vide etiam documentum sub die 1961 . . . positum: LE 3027.

2829

1959 IUN 29.-IOANNES XXIII, ENC. AAS 51 (1959) 497-531

Litterae Encyclicae

Ad Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios, pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes, itemque ad universum clerum et christifideles catholici orbis:

De veritate, unitate et pace caritatis afflatu provehendis

IOANNES PP. XXIII

Venerabiles Fratres, dilecti filii - Salutem et Apostolicam Benedictionem

Ad Petri Cathedram, etsi immerentes, evecti, ea iterum non sine admonitione, nec sine solacio consideramus, quae vidimus et audivimus cum proximum Decessorem Nostrum, vita functum, fere omnes cuiusvis gentis, cuiusvis opinationis complorarunt; et cum postea erga Nos, ad Summi Pontificatus apicem vocatos, itidem multitudines mentes animosque, quamquam aliis eventibus gravibusque rerum difficultatibus sollicitos et distentos, atque spem exspectationemque suam converterunt. Quod sine dubio propalam demonstrat Catholicam Ecclesiam perpetua florere iuventa, atque esse quasi signum levatum in nationes [1], ex eademque penetrantem lucem suavemque amorem effundi, qui omnes attingit populos. /

498 Ac praeterea, quod nuntiavimus, Nobis in animo esse Oecumenicum Concilium ac Romanam Synodum celebrare, itemque Codicem iuris canonici, hodiernis necessitatibus accommodatum apparare, novumque eiusdem generis Codicem pro Orientalis ritus Ecclesia edere, id placuit admodum multorum obtinuisse consensum, communemque aluisse spem fore ut omnium animi ad veritatem satius altiusque agnoscendam, ad redintegrandos salutariter christianos mores, et ad restituendam unitatem, concordiam et pacem feliciter excitarentur.

In praesens autem tribus hisce de causis, de veritate nempe, de unitate, ac de pace, caritatis afflatu adipiscendis promovendisque, per Encyclicas has Litteras, quas primas damus ad universum catholicum orbem, tractaturi sumus cum id potissimum a Nobis apostolicum munus, quo fungimur, postulare videatur. Adsit e caelo Nobis ascribentibus Sancti Spiritus lumen, adsit vobis legentibus; flexanima Dei gratia omnes ad haec assequenda permoveat, quae in communibus votis sunt, quamvis praeiudicatae opiniones, difficultates non paucae, ac repagula multa ad id assequendum opponantur.

I

Malorum omnium, quae cives, quae populos, quae gentes quasi quodam veneno inficiunt, multorumque animos perturbant, causa et quasi radix haec est: ignoratio veritatis,

[1] Cfr. Is. XI, 12. [2] *I Tim.* VI, 16. [3] Ioan. I, 14. [4] Ioan. I, 9. [5] *II Tim.* III, 7. [6] *Eph.* IV, 13-16.

immo non tantum eius ignoratio, sed interdum eius etiam despectio, ac temeraria aversio ab ea. Ex hoc enim errores omne genus proficiscuntur, qui quasi pestes in animorum penetralia et in ipsius humanae societatis venas invadunt, omniaque transversa agunt summo cum singulorum totiusque hominum consortionis discrimine. Atqui Deus mentem nobis indidit, naturalis veritatis adipiscendae capacem. Si hanc sequimur, Deum ipsum, eius auctorem nostraeque vitae ducem ac legislatorem, sequimur; si autem
499 ab ea, vel ob insipientiam, vel ob socordiam, ac / vel etiam ob nequitiam animi recedimus, a summo ipso bono et a recta vivendi norma animos avertimus nostros. Verumtamen, quamquam, ut diximus, naturales veritates, ipsius mentis ope attingere possumus, id nihilominus —praesertim quod spectat ad religionem rectosque mores— non facile ab omnibus, nec sine admixtione errorum saepe evenit; ac praeterea quae naturae vim rationisque captum exsuperant, ad ea, nisi divino illuminante afflanteque Numine, nullo modo pertingere possumus. Quamobrem Dei Verbum, quod «lucem inhabitat inaccessibilem» [2], hominum sortem immensa caritate miseratum, «caro factum est et habitavit in nobis» [3], ut illuminaret «omnem hominem venientem in hunc mundum» [4] omnesque ad integram plenamque veritatem non modo, sed ad virtutem etiam et ad beatitatem perduceret aeternam. Quapropter tenentur omnes Evangelicam amplecti doctrinam, qua reiecta, ipsa veritatis, probitatis civilisque cultus fundamenta labant.

Agitur, ut patet, de causa gravissima, quacum ipsa nostra salus sempiterna coniungitur quam maxime. Qui, ut gentium Apostolus admonet, sunt «semper discentes, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes» [5], qui nullum certum tutumque verum humanae menti patere posse asseverant, veritatesque a Deo revelatas repudiant aeternae saluti nostrae necessarias, ii procul dubio a doctrina Christi et ab eiusdem Apostoli gentium sententia misere aberrant, qui ait: «... Occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei... Ut iam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus; ex quo totum corpus compac-
500 tum et connexum per omnem iuncturam subministra-/ tionis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate» [6].

Qui vero consulto etiam ac temere cognitam veritatem impugnant, et loquendo, scribendo agendoque mendacii armis utuntur, ut ad se alliciant sibique concilient indoctam plebem, et ut ignaros cereosque adulescentium animos effingant et ad sententiam suam conforment, ii procul dubio aliorum inscitia innocentiaque abutuntur, atque reprobandum omnino commercium exercent.

Quam ad rem facere non possumus quin eos peculiari modo ad veritatem diligenter, caute, prudenterque proponendam adhortemur, qui libris, commentariis, diariisque editis, quorum hodie tam magna copia est, tantopere conferunt ad civium, iuvenum praesertim, mentes edocendas educandasque, et ad eorum efficiendas opiniones moderandosque mores. Gravissimo iidem officio tenentur non mendacia, non minus recta, non turpia propagandi, sed vera solummodo, sed ea potissimum, quae non ad vitia, sed ad probe facta ad virtutemque conducant.

Summo enim cum moerore cernimus, quod iam Decessor Noster imm. mem. Leo XIII conquerebatur, «serpere audacter mendacium ... per laboriosa volumina et exiles libros, per diariorum volitantes paginas et apparatas theatrorum illecebras» [7]; cernimus «volumina atque ephemeridas iudificandae virtuti, honestandae turpitudini composita» [8].

Atque in praesens huc accedunt, ut optime nostis, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, radiophonicae auditiones et cinematographica itemque televisifica spectacula —haec postrema spectacula domi facile habentur— ex quibus omnibus, si ad honesta, ad proba, et ad christianam etiam
501 virtutem invitamenta et adhortationes proficisci possunt, attamen non raro / ad pravos quoque mores, pro dolor, ad dehonestamenta vitae, ad errorum fallacias et ad lubrica vitia illecebrae, iuvenilibus praesertim animis, oriri queunt. Quamobrem detrimentosis hisce armis veritatis probitatisque arma opponenda sunt, eo nempe consilio ut huius tanti mali, quod serpit cotidie latius, vis sedulo diligenterque prohibeatur. Pravis igitur fallacibusque scriptis recta sinceraque scripta obsistere necesse est; radiophonicis autem auditionibus, cinematographicis ac televisificis spectaculis, quae ad errores vel ad blandimenta vitiorum alliciant, ea obiciantur oportet, quae veritatem tueantur, morumque integritatem incolumen servare contendant; ita quidem ut novae hae artes, quae plurimum possunt ad perniciem, eaedem ad hominum salutem et beneficium, una cum honesta delectatione, transferantur, atque inde remedia suppetant, unde mala venena saepe suppeditantur.

Non desunt praeterea qui, etsi veritatem consulto data opera non impugnant, neglegentia tamen atque incuria summa erga eam laborent, quasi mentem nobis ad pervestiganda et assequenda vera Deus non dederit. Qui pravus agendi habitus ad hanc usque prono quodam itinere perabsurdam adducit sententiam: cunctarum nempe religionum aequam habendam esse rationem sublato scilicet veri falsique discrimine. «Quae quidem ratio —ut eiusdem Decessoris Nostri verbis utamur— comparata ad interitum est religionum omnium, nominatim ad catholicae, quae cum una ex omnibus vera sit, exaequari cum ceteris sine iniuria summa non potest» [9]. Ac praeterea, reputare nihil inter contraria et adversa interesse, id profecto hunc exitialem habet exitum, nolle ullam religionem probare iudicio, nolle usu. Quomodo enim Deus, qui veritas est, potest eorum incuriam, neglegentiam, socordiam probare vel tolerare, qui, cum de quaestionibus agitur, ex quibus omnium nostrum aeterna pendet salus, nihil pensi habeant, nihil de ne/cessariis veritatibus inquirendis et adipiscendis, 502 nihil denique de tribuendo legitimo cultu soli Deo debito?

Si tantus labor, si diligentia tanta in humanis disciplinis addiscendis provehendisque hodie ponitur, ita ut saeculum hoc nostrum de mirabili eiusmodi, in noscendarum rerum rationumque campo, progressione facta, iure meritoque glorietur, cur non eandem, immo maiorem impigritatem, sollertiam navitatemque ponamus in doctrinis illis certo tutoque modo assequendis, quae non ad terrenam et mortalem hanc vitam, sed ad caelestem pertinent defuturam numquam? Tunc solummodo, cum ad veritatem perveneremus, quae ex Evangelio oritur, et quae in actionem vitae deducatur oportet, tunc solummodo, dicimus, pace et gaudio animus tranquillabitur noster; quod quidem gaudium laetitiam illam in immensum exsuperat, quae ex pervestigatis rebus humanis atque ex mirandis illis inventis, quibus hodie utimur, et quae cotidiana conclamatione ad caelum efferuntur, oriri potest.

II

Ex hac adepta veritate —quae sit plena, integra, sincera— in mentes, animos actionesque nostras unitas scatere atque emanare debet. Omnes enim discordiae, disconventiones, dissensionesque ex hoc, veluti ex prima scatebra, proficiscuntur: id est ex veritate vel non cognita, vel, quod deterius est, quamvis explorata ac perspecta, repulsa tamen sive ob commoda utilitatesque, quae saepe ex falsis opinationibus eventura esse sperantur, sive ob pravam caecitatem illam, qua hominum vitia et iniuste facta facile indulgenterque nimis excusationem quaerunt.

Necesse igitur est ut omnes, cum privati cives, tum ii, quorum e manibus populorum sortes pendent, veritatem sincere adament, si velint eam assequi concordiam et pacem ex qui/bus prosperitas veri nominis privatim publice 503 oriri potest.

Ad quam quidem concordiam et pacem eos nominatim adhortamur, qui publicae rei gubernacula moderantur. Nos, qui supra omnes populorum contentiones positi sumus, quique populos omnes pari caritate amplectimur, et qui nullis ducimur terrenis utilitatibus, nullis politici dominatus rationibus, nullis praesentis huius vitae cupiditatibus, videmur posse, hac de gravissima causa loquentes, ab omnibus cuiusvis gentis aequo animo iudicari, aequo animo exaudiri.

Creavit Deus homines non inimicos, sed fratres; terram dedit eis opera laboreque excolendam, ut ex ea singuli universi fructus caperent et ea omnia, quae ad victum et vitae usum essent necessaria. Variae autem nationes nihil aliud sunt, nisi hominum, hoc est fratrum, communitates, quae non modo ad proprium cuiusque finem, sed ad communem etiam totius humanae consortionis prosperitatem, fraterno coniunctae foedere, contendere debent.

Ac praeterea mortalis huius vitae iter non aliquid tantum est in semet ipso considerandum atque oblectationis causa suscipiendum, non ad interitum humanae carnis solummodo ducit, sed ad vitam etiam immortalem, sed ad patriam etiam perpetuo mansuram.

Si haec doctrina, si haec spes solacii plena ex hominum

[7] Epist. *Saepenumero considerantes; A. L.*, vol. III, 1883, p. 262.
[8] Epist. *Exeunte iam anno; A. L.*, vol. VIII, 1888, p. 396.

[9] Litt. Enc. *Humanum genus; A. L.*, vol. IV, 1884, p. 53.

http://www.obrascatolicas.com

animis evellitur, tota causa vivendi labitur; cupidines, dissensiones ac discidia necessario erumpunt e penetralibus nostris, nullo valido freno compescenda; non oliva pacis mentibus splendet, sed discordiarum faces flammescunt; sors nostra bestiarum sorti, quae sunt rationis expertes, quasi exaequatur; quin immo deterior est, quandoquidem, cum nos simus ratiocinandi vi praediti, ea abutentes possumus ad peiora eniti ac prolabi, quod saepius, pro dolor, evenit; atque, ut iam Cain, fraterno effuso sanguine gravique patrato crimine foedare terram.

Ante omnia igitur necessarium est ad recta eiusmodi principia revocare mentes, revocare animos, si volumus,
504 quod opor/tet, ut actiones quoque nostrae ad iustitiae viam reducantur.

Cur enim, si fratres nominamur et sumus, si communis sortis in hac vita et in futura participes efficimur, cur, dicimus, possumus ceterorum adversarios, inimicos et hostes agere? Cur aliis invidere, cur agitare odia, ac mortifera in fratres comparare arma? O iam satis dimicatum est inter homines; iam ingentes nimis iuvenum multitudines, in aetatis flore, suum effuderunt cruorem. Nimia iam sepulcreta bello caducorum occupant terram, ac severa voce admonent omnes ut ad concordiam, ad unitatem ad iustamque pacem tandem aliquando reducantur.

Animos igitur intendant omnes non ad ea, quibus homines invicem dividuntur ac dissociantur, sed ad ea potius quibus mutua et aequa sua cuiusque suarumque rerum rationumque aestimatione coniungi possunt.

Si paci, ut oportet, non bello studetur, si ad fraternam populorum concordiam sincero animo ab omnibus spectatur, tum solummodo contingere poterit, ut publicae res rationesque recte agnoscantur atque adeo feliciter componantur; itemque fieri poterit ut, communibus initis consiliis, ea quaerantur ac statuantur, quae universam hominum familiam ad optatissimam illam unitatem adducant, qua fruentes singulae nationes cernant propria libertatis iura, non ceteris obnoxia, sed omnino in tuto posita. Qui ceteros opprimunt, qui eos debita libertate expoliant, ii procul dubio ad hanc unitatem non possunt conferre operam. Quam ad rem optime quadrat eiusdem sapientissimi Decessoris Nostri imm. rec. Leonis XIII sententia: «Ad ambitionem, ad appetentiam alieni, ad aemulationem cohibendam, quae sunt maximae bellorum faces, christiana virtute, imprimisque iustitia, nihil est aptius»[10].

Ceteroquin, si hanc fraternam unitatem, quae iustitiae praeceptis innitatur et caritate alatur oportet, populi non assequuntur, res in gravissimo discrimine permanent; ex
505 quo evenit, ut / cordati omnes conquerantur ac lamententur, quod in incerto esse videatur utrum ad pacem solidam, veracem sinceramque constabiliendam, an potius ad vam taeterrimamque conflagrationem bellicam caecitate summa iidem prolabantur. Caecitate summa dicimus; nam si —quod Deus omnino avertat— novum erumpet bellum, ob armorum illa portenta, quae nostra invexit aetas, populos omnes, sive eos qui victi, sive eos etiam, qui victuri evadent, nihil aliud exspectabit atque excipiet, nisi immane excidium immanisque ruina.

Rogamus igitur omnes, eos potissimum, qui publicae rei moderantur, ut haec prudenti intentoque animo coram vindice Deo considerent; atque adeo volentes libentesque vias omnes ingrediantur, quae ad necessariam unitatem conducant. Quae quidem concors unitas, qua una, ut diximus, communis etiam populorum prosperitas procul dubio augebitur, tum solummodo redintegrari poterit, cum nempe pacatis animis ac iuribus omnium in tuto positis, debita ubique Ecclesiae, nationibus, singulisque civibus refulserit libertas.

Quae autem inter gentes populosque concors expetitur unitas, eandem inter civium etiam classes magis magisque provehere necesse est; quod nisi evenerit, mutua odia simultatesque, ut iam cernimus, haberi queunt; ex quibus tumultuosae turbae, infaustae rerum conversiones, atque interdum etiam excidia orientur, una cum extenuatis cotidie magis et in discrimen adductis publicis privatisque copiis. Ad rem idem Decessor Noster iure meritoque animadvertebat: «(Deus) in communitate generis humani esse iussit classium disparitatem et quandam inter ipsas ex amica conspiratione aequabilitatem»[11]. Etenim omnino patet «quo modo in corpore diversa inter se membra con-
506 veniunt, unde illud exsistit temperamentum habitudinis, quam symmetriam recte dixeris, eodem modo na/turam in civitate praecepisse ut... classes congruant inter se concorditer, sibique convenienter ad aequilibritatem respondeant. Omnino altera alterius indiget: non res sine opera,

[10] Epist. *Praclara gratulationis; A. L.*, vol. XIV, 1894, p. 210.
[11] Epist. *Permoti Nos; A. L.*, vol. XV, 1895, p. 259.

nec sine re potest opera consistere. Concordia gignit pulchritudinem rerum atque ordinem»[12]. Qui igitur hanc civilium classium disparitatem negare audent, ipsius naturae legibus repugnant; qui vero huic amicae necessariaeque inter civium ordines conspirationi et operae adversantur, ii procul dubio humanam societatem perturbare ac discindere conantur, summo cum privatae ac publicae utilitatis discrimine ac detrimento. Ceterum, ut alius Decessor Noster imm. mem. Pius XII sapienter asseveravit: «Apud populum hoc homine dignum civium ordinum inaequalitates, quae non ex hominum arbitrio, sed ex ipsa natura rerum oriantur —inaequalitates dicimus quae ad mentis animique culturam, ad rem oeconomicam, ad varias civium condiciones pertinent, salvis semper iustitiae mutuaeque caritatis rationibus— communis fraternitatis vinculis minime obstant»[13]. Possunt quidem singulae classes ac varii civium ordines iura sibi propria tueri, si modo id non vi, sed legitime fiat, neque in ceterorum iura, quae pariter indemnia sint oportet, per iniuriam invadant. Fratres sunt omnes; omnia igitur amico foedere et mutua fraternaque caritate componenda sunt.

Quam ad rem fatendum est, idque meliorum rerum spem inicit, recentioribus hisce temporibus alicubi inter civium classes necessitudines rationesque minus acres minusque difficiles intercedere; ut idem proximus Decessor Noster, catholicos Germaniae cives alloquens, hisce affirmabat verbis: «Taeterrima postremi belli calamitas, quae vos tam aerumnose perculit, id saltem commodi attulit, ut in pluribus populi vestri ordinibus, praeiudicatis opinionibus nimioque propriae utili/tatis amore posthabitis, classium 507
studia sibi invicem repugnantia aliquanto pacatiora devenirent, aptius invicem coalescentibus hominibus. Communis enim adversa fortuna omnibus est salutaris, etsi amarae, disciplinae magistra»[14].

Reapse imminutum est intervallum illud, quod inter civium classes intercedit, quae quidem cum iam non ad eos tantum spectent, qui vel rem vel dant operam, multiplices devenere, faciliusque civibus omnibus patent; iisque, qui operositate dexteritateque pollent, facultas datur ad evectiores quoque ascendendi civilis societatis gradus. Quod autem nominatim ad eos spectat, qui cotidiano labore vivunt, non sine solacio cernere est ea omnia incepta recens inita, quae humaniores reddunt condiciones quibus opifices in officinis in ceterisque laboris campis utuntur, id efficere, ut iidem opifices non tantum ad rem oeconomicam quod attinet aestimentur, sed ad elatius etiam digniusque humanae vitae genus.

Attamen longum adhuc restat faciendum iter. Siquidem nimiae adhuc supersunt rerum disparitates, nimiae inter varios coetus simultatis causae, ob mancam interdum vel non omnino iustam iuris proprietatis opinionem eorum, qui propriis utilitatibus commodisque plus aequo inhiant. Huc accedit formidolosa illa ab operibus vacatio, quae multos misere afficit vexatque nimis, et quae maiores saltem hodie difficultates parere potest ea etiam de causa, quod saepe opificum opera perfectioribus omne genus manentis demandatur. Eiusmodi ab operibus vacationem iam Decessor Noster f. r. Pius XI hisce verbis conquerebatur: «Etenim videre est ad inertiam coactum atque adeo extremam usque indigentiam, una cum subole cuiusque sua, paene infinitum honestorum artificum numerum qui nihil magis discupiunt quam ut honorate sibi panem comparare quaeant, quem cotidie a Caelesti Pa/tre, ex 508
divino mandato, comprecantur. Tangunt equidem animum Nostrum eorum gemitus; Nosque, eadem miseratione commotos, illum iubent iterare questum ex amantissimo Divini Magistri Corde coram hominum concursu fame languentium prolatum: *Misereor super turbam*[15]»[16].

Iamvero, si exoptatam volumus et quaerimus —quod reapse et velleet quaerere debemus omnes— mutuam inter civium classes coniunctionem, publica ac privata collata opera collatisque animosis inceptis, efficiendum pro viribus est, ut omnes infimae quoque plebis homines possint labore suo suaeque frontis sudore necessaria vitae sibi comparare, ac tuto honestoque modo in posterum quoque sibi suisque consulere. Ac praeterea nostrorum temporum conditiones multa in communem vitae usum invexere commoda, a quibus fruendis tenuioris etiam fortunae cives prohibere non licet.

Eos praeterea, qui in variis humani laboris campis rem sumunt vel dirigunt, et in quos opificum sors atque inter-

[12] Litt. Enc. *Rerum novarum; A. L.*, vol. XI, 1891, p. 109.
[13] «Radiomessaggio Natalizio 1944». *Discorsi e radiomessaggi di S. S. Pio XII*, vol. VI, pag. 239. *A. A. S.*, vol. XXXVII (1945), p. 14.
[14] «Radiomessaggio al 73.° Congresso dei cattolici Tedeschi»: *ibid.*, vol. XI, p. 159. *A. A. S.*, vol. XLI (1949), p. 460. [15] Marc. VIII, 2.
[16] *A. A. S.*, vol. XXIII, 1931, pp. 393-394.

dum vita ipsa recidit, enixe adhortamur ut non tantum perpendant quid lucri iidem opifices operando pariant, non tantum eorum iura in tuto ponant, ad mercedem quod spectat, sed eos etiam ut homines, immo ut fratres reapse considerent; atque id quoque efficiant ut opifices congruo convenientique modo magis magisque queant peracti laboris participare fructus, seseque sentiant totius gerendae causae quasi partes. Quod idcirco monemus, ut iura officiaque dominorum cum iuribus officiisque opificum magis magisque conveniant recteque componantur, utque variae hac de re consociationes «non quasi arma videantur ad iniurias vel inferendas vel propulsandas, quae obnixas aliorum voluntates contrariamque vim excitant, non quasi flumen quod proruptis impedimentis exundet, sed potius
509 veluti pons, qui contrarias ripas coniungat»[17]. Potissi/mum tamen curandum est ut progressioni in re oeconomica, de qua diximus, non minor —ut christianos, immo etiam ut homines prorsus addecet— progressio in re quoque morali respondeat. Quid enim opificibus proderit auctiorem adipisci rerum copiam, cultiorisque vitae beneficiis perfrui, si potiora bona, quae ad immortalem animum pertinent, amiserint, vel neglexerint? Id autem auspicato eveniet, si Catholicae Ecclesiae de re sociali doctrina, ut oportet, ad rem deducta fuerit; itemque si omnes «studeant et tueri in se, et excitare in aliis, summis iuxta atque infimis, omnium dominam ac reginam virtutum, caritatem. Optata quippe salus expectanda est praecipue ex magna effusione caritatis: christianae caritatis intelligimus, quae totius Evangelii compendiaria lex est, quaeque semetipsam pro aliorum commodis semper devovere parata, contra saeculi insolentiam atque immoderatum amorem sui certissima est homini antidotus: cuius virtutis partes ac lineamenta divina Paulus Apostolus iis verbis expressit: *Caritas patiens est, benigna est: non quaerit quae sua sunt: omnia suffert: omnia sustinet*[18]». [19]

Ac denique ad quam populos, eorum moderatores, omnesque civium ordines concordem advocavimus unitatem, ad eandem adipiscendam confirmandamque familias quoque omnes enixe paternoque animo adhortamur. Pax enim, unitas et concordia si in domestico non habentur convictu, quomodo in civili societate haberi possunt? Haec congruens et quasi concinens unitas, quae inter domesticos parietes consistere nullo non tempore debet, ex indissolubili ipso christiani connubii vinculo eiusque sanctitate oritur; magnamque partem totius civilis societatis ordinem, profectum, fortunam alit. Paterfamilias, Dei inter suos veluti
510 personam gerat, et non modo auctoritate, / sed rectae etiam suae vitae exemplo ceteris praeluceat ac praesit. Mater vero familias sua animi lenitate suaque virtute in domestico convictu fortiter suaviterque suae proli imperet; erga coniugem indulgenter amanterque se habeat; unaque cum eo subolem, pretiosissimum a Deo collatum donum, diligenter instituat atque educet ad probe religioseque vivendum. Qui autem ab eis gignuntur filii, semper parentibus, ut addecet, obtemperent, eos adament, eisque non tantum solacio, sed etiam, si opus erit, auxilio sunto. Spiret intra domesticos parietes ea, quae in Nazarethana familia flagrabat, caritas; christianae omnes virtutes efflorescant, unitas vigeat, probae vitae specimina refulgeant. O numquam eveniat —a Deo enixe precamur— ut haec tam bona, tam suavis, tam necessaria scindatur concordia; si enim christianae familiae sancta instituta labant, si praecepta a Divino Redemptore hac de re impertita reiciuntur vel pessumdantur, tum profecto ipsa publicae rei fundamenta vacillant et civilis ipsa societas corrumpitur, gravique in discrimine versatur, non sine civium omnium iactura ac detrimento.

III

Iam de ea unitate loquamur, quae peculiarissimo modo Nobis in votis est, et cum qua pastorale ipsum munus, Nobis a Deo concreditum, coniungitur quam maxime: hoc est de unitate Ecclesiae.

Norunt profecto omnes Divinum Redemptorem talem condidisse societatem, quae una esset ad obitum usque saeculorum, secundum illud: «Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi»[20]; et hac de causa ad caelestem Patrem incensissimas adhibuisse preces. Haec autem Iesu Christi precatio, quae accepta profecto fuit, et exaudita pro sua reverentia[21]: «Ut omnes
511 unum sint, sicut tu, Pa/ter, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint»[22], spem Nobis dulcissimam inicit atque confirmat fore ut tandem aliquando oves omnes, quae non sunt ex hoc ovili, ad illud redire exoptent; quapropter, secundum eiusdem Divini Redemptoris sententiam: «fiet unum ovile et unus pastor»[23].

Quae quidem suavissima spes iam Nos duxit vehementerque excitavit ad propositum illud publice enuntiandum, Oecumenicum videlicet cogendi Concilium, ad quod sacrorum Antistites, de gravibus religionis rebus tractaturi, ex universo terrarum orbe convenient, ea praesertim de causa ut ad Catholicae Fidei incrementum et ad rectam christiani populi morum renovationem deveniatur, utque ecclesiastica disciplina ad nostrorum temporum necessitates rationesque aptius accommodetur. Id profecto mirabile praebebit veritatis, unitatis caritatisque spectaculum; spectaculum dicimus, quod ii etiam cernentes, qui ab Apostolica hac Sede seiuncti sunt, suave, ut confidimus, invitamentum accipient ad illam unitatem quaerendam assequendamque, quam Iesus Christus a Caelesti Patre flagrantibus rogavit precibus.

Iamvero novimus, quod quidem Nobis solacio est, postremis hisce temporibus, apud non paucas communitates quae a Beati Petri Cathedra seiunctae sunt, quandam commotam esse animorum inclinationem erga fidem et instituta catholica, atque non parvam existimationem erga Apostolicam hanc Sedem exortam esse atque in dies increbruisse, praeiudicatas opiniones delente studio veritatis. Ac novimus etiam eos fere omnes, qui, etsi a Nobis et inter se disiuncti, christiano nomine decorantur, ad nectenda inter se vincula congressiones non semel habuisse, atque idcirco constituisse Consilia; quod quidem demonstrat eos vehementi permoveri desiderio ad quandam saltem deveniendi unitatem. / 512

Procul dubio Divinus Redemptor Ecclesiam suam constituit solidissima unitate suffultam ac praeditam; quodsi ceteroquin —ut per absurdum loquamur— non fecisset, rem profecto caducam et sibimet ipsi saltem in posterum repugnantem egisset, eodem quippe modo, quo philosophiae fere omnes, quae variarum hominum opinationum arbitrio permittuntur, aliae ex aliis decursu temporum enascuntur, transformantur, evanescunt. Id autem divino Iesu Christi magisterio, qui «via et veritas et vita»[24] est, adversari omnino, nemo est qui non videat.

Hanc autem unitatem, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, quae, ut diximus, non aliquid evanidum, incertum et labans, sed aliquid solidum, firmum et tutum esse debet[25], si ceteris christianorum communitatibus deest, Catholicae tamen non deesse Ecclesiae, facile profecto omnes cernere possunt, qui eam diligenter inspiciant. Ea enim talis est, quae tribus hisce notis distinguatur atque exornetur: unitate nempe doctrinae, regiminis et cultus; talis, quae adspectabili modo omnium obiciatur oculis, ut eam omnes agnoscere et sequi possint; talem dicimus, ut ex ipsius Divini Conditoris voluntate, in ea oves omnes in unum reapse congregentur ovile, sub unius ductu pastoris, ut ad unam paternam domum Petri fundamento innixam, filii advocentur universi, utque uni Dei regno populos omnes coagmentari fraterno foedere ab ea contendatur, cuius quidem cives concordi mente concordique animo inter se coniungantur in terris, ut aeterna aliquando beatitate fruantur in caelis.

Etenim Catholica Ecclesia ea omnia firmiter fideliterque credenda esse decernit, quae divinitus revelata sunt; quae nempe in Sacris Litteris continentur, aut ore tenus vel scriptis sunt tradita, atque inde ab apostolica aetate, per saeculorum / decursum a Summis Pontificibus et a legiti- 513
mis Conciliis Oecumenicis sancita ac definita sunt. Quotiescumque aliquis ab hac via aberravit, eum etiam atque etiam materna auctoritate sua ad rectum iter revocare numquam destitit. Ipsa siquidem probe novit ac retinet unam tantum esse veritatem, atque adeo contrarias «veritates» haberi non posse; ipsa gentium Apostoli sententiam ut suam asseverat ac testatur: «Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate»[26].

Sunt tamen non pauca, quae Catholica etiam Ecclesia theologis disputanda permittit, quatenus haec non omnino certa sint, et quatenus etiam, ut celeberrimus Angliae scriptor Ioannes Henricus Newman Cardinalis animadvertit, eiusmodi controversiae unitatem non discindant Ecclesiae, sed potius ad altiorem melioremque dogmatum intellegentiam, ex ipso variarum sententiarum attritu novum praebendo lumen, non parum conferant, ad eamque assequendam viam sternant ac muniant[27]. Verumtamen commune illud effatum, quod, aliis verbis interdum expressum, variis tribuitur auctoribus, semper retinendum pro-

[17] «Per un solido ordine sociale»: *Discorsi e radiomessaggi di S. S. Pio XII* vol. VII, p. 350. [18] *I Cor.* XIII, 4-7.
[19] Epist. *Inter graves; A. L.*, vol. XI, p. 143-144.
[20] Matth. XXVIII, 20. [21] Cfr. *Hebr.* V, 7. [22] Ioan. XVII, 21.

[23] Ioan. X,16. [24] Ioan. XIV, 6.
[25] Cfr. Litt. Enc. Pii XI: *Mortalium animos*, de vera religionis unitate fovenda; *A. A. S.*, vol. XX, 1928, p. 5 sq.
[26] *II Cor.* XIII, 8. [27] Cfr. J. H. Newman, *Difficulties of Anglicans*, vol. I,

http://www.obrascatolicas.com

bandumque est: In necessariis unitas, in dubiis libertas, in omnibus caritas.

Ac praeterea unitatem regiminis in Catholica esse Ecclesia nemo est qui non videat. Etenim, ut christifideles sacerdotibus, sacerdotes autem Episcopis subduntur, quos «Spiritus Sanctus posuit... regere Ecclesiam Dei» [28]; ita singuli universi sacrorum Antistites Romano subiciuntur Pontifici, utpote qui Petri successor sit habendus, quem Christus Dominus petram et Ecclesiae suae fundamentum posuit [29], et cui peculiariter uni facultatem dedit quidquid ligandi et solvendi in terris [30], confirmandi fratres suos [31],
514 totumque ovile pascendi [32]. /

Ad unitatem autem cultus quod attinet, quis ignorat Catholicam Ecclesiam, inde a primaeva aetate septem semper per saeculorum decursum, nec plura nec pauciora, habuisse sacramenta, quasi sacra hereditate a Iesu Christo accepta, quae in omni catholico orbe ad supernam alendam fovendamque christifidelium vitam impertire non destitit? Itemque quis ignorat unum tantum apud eam celebrari sacrificium, Eucharisticum nempe, quo Christus ipse, salus nostra ac Redemptor noster, incruento modo sed revera, ut quondam e cruce pendens in Calvariae loco, pro nobis omnibus cotidie immolatur, atque in nos immensos suae gratiae thesauros misericorditer effundit? Quamobrem iure meritoque S. Cyprianus haec animadvertit: «Aliud altare constitui aut sacerdotium novum fieri praeter unum altare et unum sacerdotium non potest» [33]. Id tamen, ut omnes norunt, non prohibet quominus varii in Catholica Ecclesia habeantur ac probentur ritus, quibus eadem pulchrior splendeat, et quasi filia Summi Regis videatur circumamicta varietatibus [34].

Ut hanc veram concordemque unitatem omnes adipiscantur, catholicus sacerdos, dum Eucharisticum celebrat Sacrificium, immaculatam hostiam offert clementissimo Deo imprimis supplicando «pro Ecclesia tua sancta Catholica: quam pacificare, custodire, adunare et regere digneris toto orbe terrarum: una cum famulo tuo Papa nostro, et omnibus orthodoxis, atque catholicae et apostolicae fidei cultoribus» [35].

Hoc igitur mirandum unitatis spectaculum, quo Catholica Ecclesia una praestat atque refulget, vota precesque, quibus eandem unitatem omnibus a Deo implorat, vestrum animum permoveat ac salutariter excitet, vestrum dici-
515 mus, qui ab hac Apostolica Sede seiuncti estis. /

Sinite fratres et filios dulci vos desiderio appellemus; sinite alamus spem, quam de reditu vestro paterno amantique animo fovemus. Placet vos alloqui eodem pastorali studio, quo Theophilus Episcopus Alexandrinus, cum infaustum schisma inconsutilem dilaceraret Ecclesiae vestem, suos fratres ac filios hisce verbis compellabat: «Imitemur dilectissimi et caelestis vocationis participes, pro sua cuiusque facultate, ducem nostrae salutis et consummatorem Iesum. Amplectamur eam, quae in altum evehit animi demissionem et caritatem, quae nos Deo coniungit, et erga divina mysteria sinceram fidem. Divisionem fugite, vitate discordiam... mutua vos caritate fovete: Christum audite dicentem: In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem» [36].

Animadvertite, precamur, cum vos ad unitatem Ecclesiae amantissime advocamus, non vos in alienam, sed in propriam, sed in communem paternamque domum invitari. Sinatis igitur vos adhortemur cupientes omnes «in visceribus Iesu Christi» [37], ut memores sitis patrum vestrorum, «qui vobis locuti sunt verbum Dei; quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem» [38]. Praeclara Sanctorum Caelitum cohors, quos iam gentes cuiusque vestrae transmiserunt in caelum, atque ii praesertim, qui suis editis scriptis recte luculenterque Iesu Christi tradiderunt atque explanarunt doctrinam, suae vitae exemplo animos vestros ad unitatem cum hac Apostolica Sede invitare videntur, cum qua christiana etiam communitas vestra per tot saeculorum decursum salubriter coniuncta fuit.

Eos igitur omnes, qui a Nobis seiuncti sunt, tamquam fratres verbis alloquimur S. Augustini dicentis: «Velint, nolint, fratres nostri sunt. Tunc esse desinent fratres nostri,
516 si desierint dicere: Pater noster» [39]. «Amemus Dominum Deum nostrum, amemus Ecclesiam eius: illum sicut patrem, istam sicut matrem; illum sicut dominum, hanc sicut ancillam eius; quia filii ancillae ipsius sumus. Sed matrimonium hoc magna caritate compaginatur; nemo offendit unum et promeretur alterum... Quid tibi prodest non offensus Pater, qui offensam vindicat matrem?... Tenete ergo, carissimi, tenete omnes unanimiter Deum patrem, et matrem Ecclesiam» [40].

Nos vero pro Ecclesiae unitate tutanda atque pro Christi ovili atque regno amplificando supplices preces hac de causa ad benignissimum Deum, caelestium luminum bonorumque omnium largitorem, admovemus, atque ut ab omnibus, quotquot habemus in Christo Fratres et filios carissimos, instanter admoveantur hortamur. Futuri enim Concilii Oecumenici exitus magis profecto, quam ex humana opera diligentique industria, ex flagrantissima communique precum quasi sacra facta contentione pendet; ad quas quidem adhibendas ad Deum preces eos quoque amantissimo invitamus animo, qui, etsi ex hoc ovili non sunt, Deum tamen reverentur et colunt, eiusque praeceptis obtemperare voluntate bona contendunt.

Augeat et expleat hanc spem, haec vota Nostra, divina obsecratio Christi: «Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos... Sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est... Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me; ... ut sint consummati in unum...» [41].

Haec Nos, una cum catholico orbe Nobiscum coniuncto, supplici iteramus prece; idque facimus non modo incensa erga omnes gentes caritate acti, sed etiam evangelica animi demissione permoti. Novimus enim humilitatem personae Nostrae, quam Deus, non meritis Nostris, sed arcano consilio suo, ad Summi Pontificatus apicem evehere dignatus est. Quamobrem / ad omnes Fratres ac filios Nostros, qui 517
ab hac Beati Petri Cathedra disiuncti sunt, haec repetimus verba: «Ego sum ... Ioseph, frater vester» [42]. Venite; «capite nos» [43]; nihil aliud cupimus, nihil aliud volumus, nihil aliud a Deo precamur, nisi salutem vestram, vestramque aeternam felicitatem. Venite; ex hac optatissima concordique unitate, quam fraterna alere ac fovere caritas debet, pax magna orietur: pax illa, «quae exsuperat omnem sensum» [44], cum e caelestibus sedibus oriatur; pax illa, quam Christus per concinentes angelos, super cunabula sua volitantes, nuntiavit hominibus bonae voluntatis [45], et quam, post institutum Eucharisticum Sacramentum et Sacrificium, hisce verbis impertiit: «Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis; non quomodo mundus dat, ego do vobis» [46]. Pax et gaudium; gaudium etiam, nam ii qui mystico Iesu Christi corpori, quod Catholica est Ecclesia, reapse et efficaciter coagmentati sunt, vitam illam participant, quae ex divino Capite in singula membra permanat, et ob quam il, qui omnibus Redemptoris Nostri praeceptis ac mandatis fideliter obtemperant, etiam hac in mortali vita laetitia illa perfrui queunt, quae auspex sit ac praenuntia caelestis sempiternaeque felicitatis.

Haec tamen pax, haec felicitas, dum terreni huius exsilii iter laborantes facimus, adhuc imperfecta est; est enim pax non omnino quieta, non omnino serena; pax est operosa, non otiosa, non iners; ac praesertim pax militans est adversus omnes errores, etsi fucata ac fallaci veri specie tectos, adversus vitiorum illecebras et blandimenta, adversus denique animi hostes cuiusvis generis, qui innocentiam vel catholicam fidem nostram extenuare, maculare, pessumdare queunt; et adversus quoque odia, simultates, dis- 518
cidia, quae eam diffringere ac lacerare pos/sunt. Hac de causa Divinus ipse Redemptor *suam* pacem nobis dedit et commendavit.

Pacem igitur, quam quaerere, et ad quam omni ope contendere debemus, ea sit oportet, ut diximus, quae nullis consentiat erroribus, vel cum eorum sectatoribus nullo modo colludat, quae ad vitia non declinet, quae denique omnes devitet discordias. Haec est pax, quam qui sequantur, propriis etiam utilitatibus et commodis, veritatis et iustitiae causa, renuntiare parati sint necesse est, secundum illud: «Quaerite... primum regnum Dei et iustitiam eius...» [47].

Hanc impetret a Deo, enixe precamur, unitatem concordem, ac pacem veram, operosam et militantem —tum iis, quos habemus in Christo filios, tum iis etiam omnibus, qui, etsi a Nobis seiuncti sunt, veritatem tamen, unitatem et concordiam non amare non possunt— Beata Virgo Maria, Regina pacis, cuius Immaculato Cordi Decessor Noster imm. rec. Pius XII universum consecravit hominum genus!

[28] Id., *In Ps.* 82, *Enarr.* II, 14; MIGNE, *PL*, XXXVII, 1140.
[29] IOAN. XVII, 11, 17, 20, 21, 23.
[30] *Gen.* XLV, 4. [31] *II Cor.* VII, 2. [32] *Phil.* IV, 7. [33] Cfr. LUC. II, 14.
[34] MATTH. XVI, 18. [35] Cfr. *Id.* XVI, 19. [36] Cfr. LUC. XXII, 32. [37] Cfr. IOAN. XXI, 15-17. [38] *Epist. XLIII*, 5; *Corp. Vind.* III, 2, 594; cfr. *Epist. XL*, apud MIGNE, *PL*, IV, 345.
[39] Cfr. *Ps. XLIV*, 15. [40] CANON Missae. [41] Cfr. *Hom. in mysticam caenam*; *PG*, LXXVII, 1027. [42] *Philip.* I, 8. [43] *Hebr.* XIII, 7.
[44] S. AUG., *In Ps.* 32, *Enarr. II*, 29; MIGNE, *PL*, XXXVI, 299.

IV

In praesens autem cupimus ad varios Catholicae Ecclesiae ordines nominatim paternoque animo verba facere. Atque imprimis «os nostrum patet ad vos» [48], Venerabiles in Episcopatu Fratres, cum Orientis, tum Occidentis Ecclesiae, qui ut christiani populi moderatores, una Nobiscum, pondus diei toleratis et aestus [49]. Novimus diligentiam vestram; apostolicum novimus studium, quo Dei regnum in dicione cuiusque vestra provehere, confirmare ad omnesque propagare contenditis. Ac novimus etiam angustias vestras, novimus moerores, quibus afficimini ob miserum tot filiorum discessum errorum fallaciis deceptorum, ob rerum
519 penuriam qua res catholica apud / vos maiora incrementa interdum capere non potest, ac praesertim ob sacerdotum numerum, multis in locis, necessitatibus succrescentibus imparem. Sed ei confidite, ex quo «omne datum optimum et omne donum perfectum» [50] oritur; Iesu Christo, instantibus rogato precibus, confidite, sine quo «nihil potestis facere» [51], sed cuius gratia eam Apostoli gentium sententiam repetere vobis singulis licet: «Omnia possum in eo, qui me confortat» [52]. «Deus autem... impleat omne desiderium vestrum, secundum divitias suas in gloria, in Christo Iesu» [53]; ita ut uberes possitis ex agro, labore sudoreque vestro exculto, metere messes, uberesque colligere fructus.

Eos etiam, qui in utroque cleri ordine militant, paterno appellamus animo; sive in curia proximi vobis, Venerabiles Fratres, adiutores sunt, sive in sacris Seminariis electae iuventuti, in sortem Domini vocatae, instituendae educandaeque tanti ponderis operam vobis navant, sive denique vel in frequentibus civitatibus, vel in pagis, vel in longinquis solitariisque vicis parochi munere funguntur, tam difficili hodie, tam arduo tantaeque gravitatis. Curent iidem —Nobis parcant si hoc in eorum memoriam revocamus, quod confidimus necesse non esse— ut Episcopo suo se obsequentes semper obtemperantesque praebeant, secundum illa S. Ignatii Antiocheni effata: «Cum Episcopo subiecti sitis ut Iesu Christo... Necessarium itaque est, quemadmodum facitis, ut sine Episcopo nihil agatis» [54]; «quotquot enim Dei et Iesu Christi sunt, hi sunt cum Episcopo» [55]. Ac meminerint etiam se non publicos officiales tantum, sed sacrorum praesertim administros esse; ideoque non labores, non temporis rerumque iacturas, non sumptus,
520 non sua / denique incommoda tanta umquam esse existiment, quae non possint esse maiora, cum ad mentes divina luce collustrandas, tum ad pravas superno auxilio fraternaque caritate flectendas voluntates, tum denique ad paciferum Iesu Christi regnum provehendum propagandumque. Ac magis quam operae laborique cuiusque suo, divinae gratiae confidant, quam supplicibus instantibusque precibus cotidie implorent.

Religiosos etiam sodales, qui, varios evangelicae perfectionis status amplexi, secundum peculiares Instituti sui leges se gerunt suisque obtemperant moderatoribus, paterno salutamus animo, eosque adhortamur ut in ea omnia, quae ipsorum Conditores, peculiaribus datis normis efficienda proposuere, impigro animo totisque viribus incumbant; in id potissimum ut precandi studio ferveant, paenitentiae operibus vacent, iuventutem recte instituendam educandamque suscipiant, eosque pro facultate adiuvent, qui quoquo modo necessitatibus vel angoribus afflictantur.

Novimus profecto non paucos ex his dilectis filiis ob rerum condiciones, quibus in praesens utimur, ad pastoralem etiam christifidelium curam saepissime advocari, non sine magno christiani nominis christianaeque virtutis emolumento. Hos igitur etiam atque etiam adhortamur —quamvis confidamus eos admonitione non indigere Nostra— ut praeclaris illis promeritis, quibus eorum Ordines vel Religiosae Sodalitates elapsis temporibus floruere, id quoque adiciant, ut nempe praesentibus populi necessitatibus —collata cum cetero clero studiosa opera diligentisque navitate— pro facultate sibi impertita, libentes volentesque respondeant.

Nunc autem ad eos animus pervolat Noster, qui paterna relicta domo carissimaque patria cuiusque sua, gravibusque toleratis incommodis superatisque difficultatibus, ad extera se contulerunt regiones; atque in praesens in longinquis
521 illis laboris campis desudant, ut ethnicorum gentes evangelica ve/ritate christianaque virtute excolantur, utque apud omnes «sermo Dei currat et clarificetur» [56]. Grande sane munus illis concreditum est, ad quod exsequendum amplificandumque omnes, qui christiano censentur et gloriantur nomine, sive precibus, sive collata stipe suam pro viribus opem conferant oportet. Nullum fortasse inceptum Deo tam gratum est, quam hoc, cum quo officium, quo tenemur omnes, Dei regni propagandi coniungitur quam maxime. Hi enim Evangelii praecones vitam Deo consecrant ac devovent suam ut Iesu Christi lux illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum [57], ut divina eius gratia omnes animos pervadat ac foveat, utque ad probe, exculte, christianeque vivendum salutariter cuncti excitentur. Hi non quaerunt quae sua sunt, sed quae Iesu Christi [58], Divinique Redemptoris vocem generoso exaudientes animo, sibi Apostoli gentium sententiam tribuere possunt: «Pro Christo... legatione fungimur» [59], et «in carne ... ambulantes, non secundum carnem militamus» [60]. Regionem illam, ad quam evangelicae veritatis lucem allaturi venerunt, quasi alteram patriam habent actuosaque adamant caritate; et quamvis dulcissimam terram suam ac Dioecesim propriam vel Religiosum Institutum cuiusque suum incenso semper amore prosequantur, perspectum tamen atque certum habent universae Ecclesiae bonum praeoptandum esse, eidemque imprimis omni ope serviendum.

Cupimus igitur ut hi dilecti filii —iique omnes, qui vel ut catecheseos magistri, vel alia de causa adiutricem Missionalibus generosamque in regionibus illis praestant operam— noscant sese animo Nostro peculiarissimo modo praesentes esse; Nosque ad Deum pro eis eorumque inceptis supplices cotidie adhibere preces; atque ea omnia auctoritate quoque Nostra / parique caritate confirmare 522
quae fel. rec. Decessores Nostri ac praesertim Pius XI [61], et Pius XII [62], Encyclicis hac de re datis Litteris, opportunissime statuerunt.

Neque heic silentio praeterire volumus sacras virgines, quae, nuncupatis votis, se Deo devoverunt ut ei unice famularentur, ac mysticis factis nuptiis, cum Divino Sponso artissime coniungerentur. Eae etenim —sive in monasticis claustris umbratilem vitam precando paenitendoque degunt, sive externis apostolatus operibus se dedunt— non modo facilius et felicius saluti suae prospicere possunt, sed Ecclesiam etiam, cum in christianorum nationibus, tum in dissitis etiam terris, ubi nondum Evangelii lumen refulsit, summopere iuvare queunt. O quanta faciunt hae sacrae virgines! O quanta et quam praeclara operantur, quae nemo alius eadem virginali maternaque cura agere potest! Idque non in uno, sed in multis laboris campis: hoc est in recte instituenda educandaque iuventute; in catechesi apud paroeciales aedes pueris puellisque impertienda; in valetudinariis, ubi aegrotos curare et ad caelestia erigere queunt; in hospitalibus senum domibus, quos patienti, hilari, misericordique caritate prosequi et ad aeternae vitae desideria miro quodam suavique modo convertere possunt; in brephotrophiis denique et in spuriae subolis hospitiis, in quibus maternum animum gerunt maternoque eos refovent amore, qui parentibus orbati, vel ab iisdem derelicti, matrem patremque non habent, qui eos enutriant, osculentur, amplectantur. Eae procul dubio non modo optime de Catholica Ecclesia, de christiana educatione, et de operibus quae a misericordia appellantur, sed de civili etiam societate merentur; atque incorruptibilem aliquando in 523
caelis adipiscendam sibi comparant coronam. /

Verumtamen, ut probe nostis, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, hodiernae hominum, ad christianam etiam causam quod attinet, necessitates tam ingentes, tam variae sunt, ut clerus, ut Religiosi Sodales, ut sacrae virgines iisdem plene medendis iam impares esse videantur. Huc accedit quod non ad omnes civium ordines possunt sacerdotes, Religiosi viri, virgines que Deo devotae aditum habere; non omnes viae iisdem perviae sunt; multi enim vel eos neglegunt, vel fugiunt, ac vel etiam, pro dolor, ii non desunt, qui eos despiciant et abhorreant.

Hac etiam de gravi causa, acerbitatis dolorisque plena, iam Decessores Nostri laicos etiam homines in pacificae militiae, hoc est in Actionis Catholicae, agmina eo sapienti consilio advocarunt, ut ecclesiasticae hierarchiae adiutricem apostolatus operam navarent; ita profecto ut id, quod eadem in praesentibus rerum adiunctis facere nequiret, hi catholici homines atque hae catholicae mulieres generoso agerent animo, collata cum sacris Pastoribus opera, iisdemque semper obtemperantes. Magno quidem Nobis solacio est ea considerare, quae per elapsum temporis decursum, in regionibus etiam ab Evangelii praeconibus adhuc excolendis, hi Episcoporum ac sacerdotum adiutores cuiusvis

[48] Cfr. IOAN. I, 9. [49] Cfr. *Philip.* II, 21. [50] *II Cor.* V, 20. [51] *Ibidem*, X, 3. [52] Litt. Enc. *Rerum Ecclesiae, A. A. S.*, vol. XVIII, 1926, p. 65 sq. [LE 693]. [53] Litt. Enc. *Evangelii praecones; A. A. S.*, vol. XLIII, 1951, p. 497 [LE 2218]; et Litt. Enc. *Fidei donum; A. A. S.*, vol. XLIX, 1957, p. 225 sq. [LE 2650].
[54] *II Cor.* VI, 11. [55] Cfr. MATTH. XX, 12. [56] IAC. I, 17. [57] IOAN. XV, 5. [58] *Phil.* IV, 13. [59] *Ibidem*, IV, 19. [60] FUNK, *Patres Apostolici* I, 243-245; cfr. MIGNE, *PG*, V, 675. [61] *Ibidem*, I, 267; cfr. MIGNE, *PG*, V, 699. [62] *II Thess.* III, 1.

http://www.obrascatolicas.com

aetatis, cuiusvis classis vel ordinis, alacri actuosaque voluntate exanclarunt opera ac proveserunt incepta, ut christiana veritas omnibus affulgeret, utque christianae virtutes omnes excitarent atque allicerent animos.

Attamen latissimus adhuc eis laboris campus patet; nimii adhuc sunt, qui eorum praelucenti exemplo eorumque apostolico labore indigent. Ad rem quod attinet, consilium Nobis est hac de causa, quam gravissimam summique momenti putamus, iterum in posterum, uberius ac fusius verba facere. Interea autem spem certam fovemus fore ut ii, qui vel in Actionis Catholicae agminibus militant vel in multiplicibus, quae in Ecclesia florent, piis Consociationibus, diligentia summa pergant tam necessarium opus persequi: quo ingentiores aetatis huius nostrae necessitates
524 sunt, eo maiores eorum sint nisus, / eorum curae, industriae ac navitates. Concordes omnino sint, quia, ut probe norunt, vis unita fortior; peculiares opinationes suas posthabeant, quotiescumque de Catholicae Ecclesiae causa agitur, qua nihil maius, nihil potius esse debet; idque non modo ad sacram doctrinam quod attinet, sed etiam ad ecclesiasticam christianamque disciplinam, quae obtemperationem semper ab omnibus postulat. Conferto agmine, et cum catholica hierarchia semper coniuncti eidemque obsequentes, ad auctiora procedant incrementa capessenda; nullisque parcant laboribus, nulla devitent incommoda ut Ecclesiae causa triumphet.

Quod quidem ut debito modo fieri queat, curent imprimis —quod procul dubio sibi persuasum habent— ut semet ipsos christiana doctrina christianaque virtute diligentissime conforment. Tum enim solummodo id ceteris impertire poterunt, quod ipsi iam sibi divina opitulante gratia comparaverint. Id autem peculiari modo adulescentibus et iuvenibus commendamus, quorum studiosa inflammatio animi ad optima quaeque facile incitatur, sed quibus potissimum prudentia, moderatio, et obtemperatio, iis qui praesunt debita, necessaria omnino est. Dilectissimis hisce filiis, qui in spem Ecclesiae succrescunt, et quorum salutifera actuosaque opera tantopere confidimus, gratissimum cupimus amantissimumque Nostrum pandere animum.

In praesens autem lamentabiles eorum voces ad Nos ascendere videntur, qui corporis, vel animi aegritudine laborantes, acerrimis anguntur doloribus, vel qui oeconomicis rerum angustiis ita conflictantur, ut tectum non habeant homine dignum, nec sibi queant prolique suae necessarium sudore suo comparare victum. Vehementer quidem haec voces tangunt et commovent animum Nostrum; atque imprimis aegrotis, infirmis senioque confectis solacium illud impertire cupimus, quod e caelestibus sedibus
525 oritur. Reminiscantur iidem nos / non habere hic manentem civitatem sed futuram inquirere [63]; reminiscantur mortalis huius vitae doloribus, qui animum expiant, elevant, nobilitant, sempiternum nos posse in caelis adipisci gaudium; reminiscantur Divinum ipsum Redemptorem, ut nostrorum peccatorum labes detergeret ac purificaret, crucis sublisse patibulum, et contumelias, cruciatus, angoresque crudelissimos libenter hac de causa tolerasse. Ut ipse, ita nos omnes a cruce ad lucem vocamur, secundum illud: «Si quis vult post me venire, abneget semet ipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me» [64]; et habebit thesaurum non deficientem in caelo [65].

Cupimus praeterea —ac fore omnino confidimus ut haec adhortatio Nostra libenter excipiatur— ut corporis animique angores non modo veluti gradus fiant, quibus in aeternam patriam hi scandere possint, sed ut etiam ad ceterorum expiationem, ad eorumque reditum in sinum Ecclesiae, qui ab ea infeliciter desciverint, et ad christiani nominis auspicatissimum triumphum summopere conferant.

Il autem tenuioris fortunae cives, qui de misera nimis sua vivendi ratione conqueruntur, noscant imprimis haud minore Nos dolore ob suam ipsorum sortem affici. Idque non modo quod paterno exoptamus animo ut iustitia, quae christiana virtus est, in causa etiam sociali, recte moderetur, regat atque conformet mutuas civium classium necessitudines, sed idcirco etiam quod acerrime dolemus Ecclesiae inimicos iniustis aerariae plebis condicionibus facile abuti, ut eam ad suas partes, fallacibus promissis fallaciisque erroribus, adsciscant.

Animadvertant, precamur, il filii Nostri carissimi Ecclesiam non ipsis, non ipsorum iuribus infensam esse, sed, utpote matrem amantissimam, eos tueri, ac doctrinam et
526 normas de re etiam sociali praedicare et inculcare tales, quae si omnino, ut / oportet, ad effectum deducta fuerint, cuiusvis generis iniustitiae de medio tollentur, et ad meliorem devenietur aequioremque bonorum distributionem [66]; itemque amica et adiutrix fovebitur inter varios civium ordines conspiratio et opera, ita ut omnes non modo liberi eiusdem societatis cives, sed eiusdem etiam familiae fratres vocari et esse reapse possint. Ceterum, si commoda utilitatesque, quae postremis hisce temporibus ii assecuti sunt, qui ex cotidiano labore vivunt, aequo perpendantur animo, fatendum est eadem ex actione illa praesertim oriri, quam catholici homines, sapientibus Decessorum Nostrorum praeceptis iteratisque hortamentis obsecuti, naviter in re sociali efficaciterque expleverunt. Ii igitur iam habent, qui aerariae plebis iura tueri contendunt, in christiana de re sociali doctrina certas rectasque normas, quas si modo debitaque ratione ad rem adduxerint, satis iam iisdem iuribus provisum erit. Quamobrem numquam debent ad doctrinae fautores ab Ecclesia reprobatae se convertere; qui quidem si fallacibus promissis eos alliciunt, revera tamen, ubicumque publicam rem moderantur, ea, quae suprema sunt animi bona —christianam fidem dicimus, christianam spem, christianaque praecepta— e civium animis temerario ausu evellere conantur, atque id etiam, quod hodiernae aetatis hodiernique civilis cultus homines ad caelum efferunt, iustam nempe libertatem veramque dignitatem humanae personae debitam, vel extenuant, vel omnino restinguunt; atque adeo ipsa civilis christianique cultus fundamenta subvertere nituntur. Ii igitur, qui christianum nomen reapse retinere volunt, haec fallacia commenta, quae iam Decessores Nostri ac nominatim Pius fel. rec. XI et Pius XII reprobarunt, ac Nos iterum reprobamus, pro gravissimi officii sui conscientia omnino devitare debent.

Novimus non paucos filios Nostros, qui vel tenuiore, vel misera nimis fortuna utuntur, saepe idcirco conqueri, quod / 527
christiana de re sociali praecepta non omnia adhuc sint ad effectum deducta. Elaborandum igitur est, idque studiose actuoseque —privatis non tantum civibus, sed iis praesertim suam navantibus operam, qui publicae rei praesunt—, ut christiana de re sociali doctrina, quam Decessores Nostri pluries, luculenter, sapienterque proposuerunt ac decreverunt, ac Nosmet ipsi confirmamus, quam primum, etsi gradatim, ad effectum reapse ac penitus deducatur [67].

Haud minore sollicitudine propter eorum sortem afficimur, qui ob victum quaeritandi necessitatem, vel ob tristes suarum Nationum condiciones vexationesque religionis causa obortas, patriam relinquere suam coacti sunt. Iis enim quot quantaque incommoda aerumnaeque idcirco toleranda sunt, quod e paterna domo in longinquas translati terras, saepenumero in frequentissimis urbibus sonantibusque officinis vitam degere debent ab avitis moribus tam alienam atque interdum, quod deterius est, haud parum christianae virtuti noxiam atque infensam. Quibus quidem rerum adiunctis haud raro efficitur, ut non pauci in grave discrimen adducantur, atque a sanis religiosisque vitae institutis a maioribus traditis pedetemptim aberrent. Huc accedit quod, cum coniuges saepe a coniugibus, parentes a filiis separentur, domestici convictus vincula necessitudinesque extenuantur, non sine familiarum compaginis detrimento.

Quamobrem sollertem actuosamque eorum sacerdotum operam paterno prosequimur animo, qui Iesu Christi amore ducti et Apostolicae Sedis normis votisque obsecuti, utpote voluntarii exsules, nullis parcunt laboribus, ut horum filiorum spirituali ac sociali bono prospiciant ac pro viribus consulant; idque efficiunt, ut iidem Ecclesiae ubique persentiant caritatem, eo praesentiorem efficacioremque, quo magis eius cura eiusque indigent auxilio. / 528

Parique modo non sine magna animi delectatione laudabiles consideramus aestimamusque nisus in hanc magni ponderis causam a variis Nationibus collatos, itemque ab iisdem recens quoque communiter suscepta consilia atque incepta, ut eiusmodi res, gravissima sane, quam primum ad optatum exitum deducatur. Haec omnia, ut fore omnino confidimus, non tantum conferent ad latiorem faciioremque aditum migrantibus patefaciendum, sed etiam ad parentum filiorumque feliciter redintegrandam domesticam societatem; quae recto, ut oportet, composita ordine, profecto potest eorundem migrantium bonum, ad religionem, ad probos mores et ad rem quoque oeconomicam quod attinet, efficaciter tutari, una cum hospitalium illarum regionum utilitatis incremento.

Dum ad funestos autem devitandos errores, qui religionem non modo, sed humanam etiam consortionem subver-

[63] Cfr. Litt. Enc. *Quadragesimo anno*, *A. A. S.*, vol. XXIII, 1931, pp. 196-198 [LE 1027].
[64] Cfr. Allocutio Pii XII ad adscriptos societatibus christianis operariorum Italicorum, die XI menais Martii habita, anno 1945; *A. A. S.*, volumen XXXVII, 1945, pp. 71-72 [LE 1820].

[66] *Cfr. Hebr.* XIII, 14. [65] Luc. IX, 23. [66] *Cfr. Id.*, XII, 33.

tere queunt, omnes quotquot habemus in Christo filios adhortamur, menti obversantur Nostrae tot Venerabiles in Episcopatu Fratres ac dilecti sacerdotes et christifideles, qui vel in exsilium coacti sunt, vel in custodiae locis et in carceribus detenti, idcirco quod Episcopali vel sacerdotali sibi credito muneri deesse et a catholica desciscere fide noluerunt.

Neminem Nos offendere volumus, quin immo veniam omnibus libenter dare cupimus a Deoque precari. Sed sacri officii Nostri conscientia postulat ut horum fratrum filiorumque iura pro facultate tueamur; utque legitima libertas, quae omnibus debetur ideoque etiam Ecclesiae Dei, omnibus, ut oportet, concedatur etiam atque etiam rogemus. Qui ea sequuntur, quae vera, quae iusta, quae utilia singulis hominibus et civitatibus sunt, libertatem non renuunt, libertatem non restinguunt, libertatem non opprimunt; non enim hac agendi ratione indigent. Quamobrem ad civium prosperitatem quae iusta sit, non vi, non men-
529 tium animorumque oppressione umquam deveniri potest. /

Atque id potissimum pro certo habendum esse putamus: neglectis nempe, vel proculcatis sacrosanctis Dei religionisque iuribus, ipsa humanae societatis fundamenta serius ocius labare ac pessumdari, secundum sapientissimam Decessoris Nostri imm. mem. Leonis XIII sententiam: «Consequens ... est, ut vis frangatur legum et omnis debilitetur auctoritas, si summa atque aeterna ratio iubentis vetantis Dei repudietur» [68]. Cui quidem sententiae illud Ciceronis effatum consonat: «Vos, Pontifices, ... diligentius ... urbem religione, quam ipsis moenibus cingitis» [69].

Haec Nos considerantes, eos singulos universos, quorum religio coarctatur et coangustatur, et qui saepe etiam «persecutionem patiuntur propter iustitiam» [70] et propter regnum Dei, summo moerore complectimur; eorum dolores, animi angustias aegritudinesque participamus; ac supplices ad caelum admovemus preces ut tandem aliquando iisdem aurora affulgeat meliorum temporum. Atque id ipsum optamus vehementer ut, una Nobiscum, ii etiam faciant omnes, quos habemus ubique terrarum in Christo Fratres vel filios; ita quidem ut ad misericordissimum Deum undique gentium admoveatur sacrarum supplicationum veluti concentus, quae uberem gratiarum imbrem infelicibus hisce mystici Iesu Christi corporis membris concilient.

Ac non modo preces a filiis Nostris carissimis petimus, sed eam etiam christianae vitae renovationem, quae magis quam supplicationes ipsae, Deum nobis fratribusque nostris propitiare possunt. Haec Apostoli gentium elata pulcherrimaque verba vobis omnibus iterare libet: «Quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque
530 bonae famae, si qua virtus, / si qua laus disciplinae, haec cogitate» [71]. «Induimini Dominum Iesum Christum» [72]. Hoc est: «Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam... Super omnia autem haec, caritatem habete, quod est vinculum perfectionis: et pax Christi exsultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore» [73].

Si quis igitur longe a Divino Redemptore ob admissa et peccata sua misere aberravit, ad eum redeat —enixe rogamus— qui est «via et veritas et vita» [74]; si quis ad religionem quod attinet, tepidus, languens, remissus ac negligens est, fidem suam excitet, virtutemque divina gratia alat, refoveat, confirmet; si quis denique, donante Deo, «iustus est, iustificetur adhuc; et sanctus, sanctificetur adhuc» [75].

Et quandoquidem hodie tam multi sunt, qui consilio nostro, qui nostro praelucenti exemplo, et qui etiam adiumentis nostris indigent, cum in infelici miseroque statu versentur, operibus illis, quae a misericordia nuncupantur, et quae Deo gratissima sunt, vos exercete omnes pro viribus ac facultate cuiusque vestra.

Si haec omnia singuli peragere contendetis, illud in Ecclesia renovato fulgore nitebit, quod in epistula ad Diognetum tam miro modo de christianis scribitur: «In carne sunt, sed non secundum carnem vivunt. In terra degunt, sed in caelo civitatem suam habent. Obsequuntur legibus constitutis, sed suo vitae genere superant leges ... Ignorantur, et condemnantur; morte afficiuntur, et vivificantur. Mendici sunt, et ditant multos; omnibus rebus indigent, et omnia illis redundant. Dedecorantur, et inter dedecora afficiuntur gloria; fama eorum laceratur, et iustitiae eo-
531 rum testimonium perhibetur. Obiurgantur, et / benedicunt; contumeliose tractantur, et honorem deferunt. Cum bonum faciant, tamquam improbi poniuntur; dum puniuntur, gaudent, tamquam vivificentur... Ut autem simpliciter dicam, quod est in corpore anima, hoc sunt in mundo Christiani» [76]. Quibus in elatis sententiis nonnulla de iis peculiari modo asseverari possunt, qui ad Ecclesiam pertinent, quae a «silentio» vocatur, et pro quibus potissimum tenemur omnes ad Deum supplices fundere preces, quemadmodum recens etiam, in allocutionibus, quas in Petriana Basilica die Pentecostes et in festo Sacratissimi Cordis Iesu habuimus, instanter christifidelibus omnibus commendavimus [77].

Hanc Nos christianae vitae renovationem, hanc virtutem sanctitatemque vobis omnibus ominamur, a Deoque constanter supplicando imploramus: non solum autem iis, qui in unitate Ecclesiae firmo animo perseverant, sed iis etiam, qui ad eam assequendam veritatis amore sinceraque voluntate contendunt.

Atque caelestium gratiarum conciliatrix et auspex esto Apostolica Benedictio, quam vobis singulis universis, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, paterna effusaque caritate impertimus.

Datum Roma, apud S. Petrum, die XXIX mensis Iunii, in festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, anno MDCCCCLIX, Pontificatus Nostri primo.—Ioannes PP. XXIII.

Adn. E. B. in NrT 81 (1959) 846-853.

2830

1959 IUL 1.-SC PROP. FIDE, EPISTULA. PART.*

SUSPENDITUR FACULTAS OLIM CONCESSA ORDINARIIS INDIAE PERMITTENDI UT ADULTI BAPTIZATI RETINERE POSSINT MULIEREM QUACUM NUNC VIVANT, NULLA FACTA INTERPELLATIONE PRIMAE UXORIS ADHUC INFIDELIS

... the Sacred Congregation de Propaganda Fide, in its letter Prot. N. 2938/59, dated 1 july 1959, has directed me to communicate the Most Reverend and Right Reverend Ordinaries of India that by virtue of this decree the above mentioned concession of the Holy Office given on 26 March 1952 [LE 2276], in reply to the 10th 'postulatum' of the First Plenary Council of India, is suspended.

* Internuntio Ap., Prot. N. 2938/59, iuxta huius communicationem Ordinariis Indiae die 13 iulii 1959 factam: **The Clergy Monthly** 23 (1959) 277. **Adn.** A. ABATE, **Lo scioglimento del vincolo coniugale**, ed. II Roma 1965, p. 100-109; J. SANDERS in **The Clergy Monthly** 23 (1959) 278-278.

2831

1959 IUL 3. - SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

EXPERIMENTUM APOSTOLATUS SACERDOTUM OPERARIORUM CESSARE DEBET, AB ALIIS FORMIS SUBSTITUENDUM

Le rapport que Votre Eminence Révérendissime m'a fait remettre sur l'apostolat ouvrier en France, et en particulier sur les «prêtres au travail», a fait l'objet d'une étude attentive de la part du Saint-Office.

Ce suprême Sacré Dicastère avait déjà appris avec satisfaction la constitution par l'Assemblée des cardinaux et archevêques de France, en mars 1957, sous la présidence de Votre Eminence, de la Mission ouvrière chargée de «coordonner tous les efforts apostoliques orientés vers le monde ouvrier, et en particulier l'action des laïcs militants de la J. O. C. et de l'A. C. O.». Il se réjouit maintenant de savoir que dix-neuf secteurs missionnaires ont déjà été établis dans quatorze diocèses, sous la direction effective d'un délégué de l'Ordinaire.

Mais la note remise par Votre Eminence demande que des prêtres, choisis par leur évêque, bien préparés, soutenus par une vie sacerdotale authentique et unis au clergé paroissial, puissent travailler en usine à plein temps et non plus seulement trois heures par jour.

Après avoir pris l'avis de tous les consulteurs, les Eminentissimes Pères de cette suprême Sacrée Congrégation ont examiné attentivement l'importante et délicate ques-

[67] Funk, *Patres Apostolici*, I, 399-401; cfr. Migne, *PG*, II, 1174-1175.
[68] *De N. D.* III, 40. [69] Matth. V, 10. [70] *Philip.* IV, 8. [71] *Rom.* XIII, 14. [72] *Col.* III, 12-15. [73] Ioan. XIV, 6. [74] *Apoc.* XXII, 11.

[77] Cfr. *A. A. S.*, vol. LI, 1959, p. 420 ss. *L'Osservatore Romano* 18-19 maggio 1959; 7 giugno 1959.

http://www.obrascatolicas.com

tion des «prêtres au travail» Voici les conclusions auxquelles ils sont parvenus dans leurs assemblées plénières del 10 et 24 juin 1959:

1. Le Saint-Siège partage la conviction des évêques de France au sujet de la nécessité d'un apostolat intense et efficace dans les milieux ouvriers pour les ramener à la foi et à la pratique de la vie chrétienne, dont ils se sont malheureusement éloignés.

Il félicite les évêques français de leur zèle pastoral et des grands efforts qu'ils ont faits et font encore pour résoudre le grave problème de l'évangélisation des milieux ouvriers.

Il est convaincu qu'avec la grâce de Dieu les prêtres qui, se dévouent à cet apostolat sauront réveiller dans le fond de l'âme des ouvriers français une aspiration chrétienne enracinée par la longue tradition catholique de leur pays. D'ailleurs, il est bien difficile de considérer comme totalement déchristianisées des masses d'hommes dont un très grand nombre encore ont reçu le caractère sacré et indélébile du baptême.

2. Le Saint-Siège estime que pour évangéliser les milieux ouvriers, il n'est pas indispensable d'envoyer des prêtres comme ouvriers dans les milieux de travail et qu'il n'est pas possible de sacrifier la conception traditionelle du sacerdoce à ce but, auquel pourtant l'Eglise tient comme à l'une de ses missions les plus chères.

En effet, c'est essentiellement pour exercer des fonctions sacrées que le prêtre est ordonné: offrir à Dieu le saint sacrifice de la messe et la prière publique de l'Eglise, distribuer aux fidèles les sacrements et la parole de Dieu. Toutes les autres activités du prêtre doivent être ordonnées en quelque manière à ces fonctions ou en découler comme des conséquences pratiques, et tout ce qui est incompatible avec elles doit être exclu de la vie du prêtre.

Il est bien vrai que le prêtre, comme les apôtres, est un témoin (cf. *Act.*, 1, 8), mais c'est pour attester de la résurrection du Christ (cf. *Act.*, 1, 22), et donc de sa mission divine et rédemptrice. Or, c'est avant tout par la parole qu'il doit témoigner, et non par le travail manuel accompli parmi les ouvriers comme s'il était l'un d'entre eux.

3. En outre, le Saint-Siège estime que le travail en usine ou en chantier est incompatible avec la vie et les obligations sacerdotales.

En effet, les jours de travail, il serait presque impossible au prêtre de remplir tous les devoirs de prière que l'Eglise exige de lui chaque jour: célébration de la sainte messe, récitation intégrale du bréviaire, oraison mentale, visite au Saint Sacrement et chapelet.

Et même si certains y arrivaient, il n'en resterait pas moins qu'ils consacreraient au travail manuel un temps qui devrait être employé au ministère sacerdotal ou à l'étude sacrée (cf. can. 120): les apôtres n'ont-ils pas précisément institué le diaconat pour se libérer des tâches temporelles et pour vaquer à la prière et à la prédication (cf. *Act.*, VI, 2, 4)?

D'autre part, le travail en usine ou même dans des entreprises moins importantes expose peu à peu le prêtre à subir l'influence du milieu. Le «prêtre au travail» ne se trouve pas seulement plongé dans une ambiance matérialisée, néfaste pour sa vie spirituelle et souvent même dangereuse pour sa chasteté, il est aussi amené même malgré lui à penser comme ses camarades de travail dans le domaine syndicat et social et à prendre part à leurs revendications: redoutable engrenage qui le mène rapidement à participer à la lutte des classes. Or, cela est inadmissible pour un prêtre.

Telles sont les raisons qui ont déterminé les Éminentissimes Cardinaux du Saint-Office à décider la cessation du travail des prêtres comme ouvriers ou employés dans les usines et dans les autres entreprises, ou comme marins sur les bateaux de pêche ou de transport, et la substitution des «prêtres au travail» par des groupes de prêtres et de laïcs spécialement consacrés à l'apostolat en milieux ouvriers.

Dans l'audience du 11 juin 1959, le Saint-Pére a daigné approuver ces décisions, et, lorsqu'il reçut Votre Eminence le même jour, il lui fit part de sa pensée à ce sujet. Après avoir lu le rapport que lui a remis Votre Eminence, Sa Sainteté a jugé devoir confirmer les décrets du Saint-Office des 10 et 24 juin.

Il appartient maintenant aux évêques de France de préparer les différentes formes que l'apostolat pourra prendre dans les milieux ouvriers.

A la suite du Pape Pie XI, ils n'ont pas cessè de rappeler aux ouvriers chrétiens leur «très noble mission»: «Sous la conduite de leurs évêques et de leurs prêtres, ce sont eux qui doivent ramener à l'Eglise et à Dieu les multitudes immenses de leurs frères de travail qui, exaspérés de n'avoir pas été compris ni traités avec le respect auquel ils avaient droit, se sont éloignés de Dieu.» (Encyclique *Divini Redemptoris)* [LE 949].

Depuis deux ans, sous l'impulsion des cardinaux et archevêques de France, la Mission ouvrière a réussi à coordonner cet apostolat laïc avec le ministère des prêtres de paroisse et des aumôniers d'Action catholique.

Le Saint-Siège demande aux évêques de France d'envisager si le moment n'est pas maintenant venu d'ajouter à ces excellentes initiatives la création d'un ou de plusieurs instituts séculiers composés de membres prêtres et de membres laïcs.

Ces derniers pourront travailler dans les usines sans autre limite de temps que celles qu'exigent la vie spirituelle et leur santé: membres d'une institution d'Eglise, ils porteront un témoignage particulièrement qualifié.

Dans cette nouvelle forme de Mission ouvrière, les prêtres auront un rôle important et efficace. A leurs confrères laïcs ils donneront une instruction religieuse et une formation spirituelle profondes et adaptées à leur état de vie et à leur condition ouvrière. Ils leur feront connaître toujours mieux la doctrine sociale de l'Eglise, en particulier sur les problèmes du travail. Ils les guideront dans leur action quotidienne auprès de leurs compagnons de travail, les conseilleront dans leurs problèmes et les soutiendront dans leurs difficultés.

Grâce au contact réalisé par ces membres laïcs de l'institut séculier, ils pourront commencer à exercer le ministère sacerdotal auprès des ouvriers, en dehors de l'usine, et auprès des familles et des enfants. Leur connaissance, approfondie et entretenue par l'étude, de la doctrine sociale de l'Eglise, leur permettra de conseiller les ouvriers en matière syndicale et en tant d'autres questions d'ordre temporel, sur lesquelles ils leur donneront la vraie solution chrétienne. Enfin et surtout, dans le climat de confiance réalisé par ces contacts, ils pourront peu à peu ouvrir ces âmes à la vérité surnaturelle et les amener à la pratique de la vie chrétienne.

Le Saint-Siège demande à Votre Eminence de bien vouloir étudier cette nouvelle forme d'apostolat, qui semble répondre aux exigences particulières de l'évangélisation des masses ouvrières: l'institut séculier, tel que l'a conçu le Pape Pie XII dans sa Constitution apostolique *Provida Mater Ecclesia* [LE 1908], n'est-il pas parfaitement adapté, dans sa nature comme dans ses méthodes, aux besoins de l'apostolat ouvrier?

Il va sans dire que la substitution des «prêtres au travail» par de nouvelles institutions devra s'accomplir graduellement, avec toute la prudence nécessaire, afin d'éviter tout changement improvisé et généralisé, ou de dangereuses perturbations dans l'apostolat auprès des ouvriers. Les Ordinaires sauront certainement saisir toutes les occasions opportunes pour les retirer du travail en les affectant à d'autres ministères auprès des ouvriers.

Quant aux prêtres qui travaillent en mer, ils ne devront pas signer de nouveaux engagements, et dès leur retour à terre, ils rompront ceux qu'ils avaient pris.

Je prie Votre Eminence de se mettre en relation avec S. Em. le cardinal Liénart, à qui j'envoie une copie de cette lettre en sa qualité de président de l'Assemblée des Cardinaux et Archevêques de France, et je demande à Votre Eminence, comme président de la Mission ouvrière, de bien vouloir communiquer ces décisions aux archevêques et évêques, ainsi qu'aux supérieurs religieux qui ont des «prêtres au travail» de leur diocèse ou de leur institut.

Le Saint-Siège sait qu'il impose aux «prêtres au travail» un réel sacrifice en leur demandant de renoncer à leur activité ouvrière. Mais il sait aussi qu'il peut compter sur leur *filiale soumission* à des décisions qui ont été prises dans leur intérêt et dans celui de leur apostolat auprès des ouvriers. Qu'ils aient confiance *dans la fécondité de leur obéissance* pour leur vie sacerdotale et pour leur ministère, et qu'ils sachent que le Saint-Père les entoure d'une très bienveillante sollicitude.

* Praesidi Conferentiae episcopali Galliae: Doc. Cath. 56 (1959) 1222-1226; CpR 33 (1959) 230-234. Adn. A. G. in CpR 38 (1959) 234; Doc. Cath. 56 (1959) 1226-1232, 1379-1390, 1511-1520; 57 (1960) 11-12.

2832

1959 IUL 8.-SC RITUUM, DECR. AAS 51 (1959) 592-593

OFFICIUM ET MISSA S. LAURENTII A BRUNDUSIO, CONFESSORIS DOCTORIS, ADPROBANTUR

URBIS ET ORBIS

Vir totus apostolicus, potens in opere ac magister in sermone, sanctus Laurentius a Brundusio, Confessor, ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, virtutibus meritisque clarus, a Summo Pontifice Leone Papa XIII inter sanctos caelites relatus, verbo praesertim innumerabilium animarum fidem aluit, pietatem fovit, doctrinam catholicam et Romanae Ecclesiae iura strenue defendit, christianam societatem valide tutatus est, atque in acerrimo certamine contra Protestantismi errores inito, intrepidus exstitit signifer. Eius scripta, nuper in lucem edita, quindecim amplis voluminibus collecta sunt, in quibus sermones continentur de variis argumentis; nempe de Beata Virgine Maria, de Tempore, de Sanctis, de Adventu, de Quadragesima, et commentarium in Genesim. In eis sanctus Laurentius eruditissimmus apparet concionator, praeclarus theologus strenuusque apologeta. Iure merito igitur, instantibus quamplurimis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Religiosorum Ordinum et Congregationum Moderatoribus, quos inter Revmus Pater Administer Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, aliisque doctissimis viris, Sanctissimus Dominus noster Ioannes Papa XXIII, per Apostolicas Litteras in forma Brevis die 19 Martii 1959 datas, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, sanctum Laurentium a Brundusio, Confessorem, Ecclesiae Doctorem declaravit atque constituit: eiusque festum recolendum indulsit die 21 Iulii mensis, sub ritu duplici, cum Officio et
593 Missa de Communi, / praeter Orationem et lectiones secundi Nocturni proprias et approbatas, uti in adiecto prostant exemplari. Servatis de cetero Rubricis aliisque de iure servandis. Quibuslibet contrariis non obstantibus.

Die 8 Iulii 1959.—C. Card. CICOGNANI, *Praef.* Henricus Dante, *Pro-Secr.*

2833

1959 IUL 10. - SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA CIRCA INTERPRETATIONEM INSTRUCTIONIS DE MUSICA SACRA DIE 3 SEP. 1958 DATAE

Excmus ac Revmus Dominus Aloisius Carli, episcopus Siguinus, post editam *Instructionem de Musica sacra et sacra Liturgia*, diei 3 septembris 1958 [LE 2774], S. Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna enodatione humiliter exposuit, nimirum:

1) Utrum, nonobstante praescripto n. 76 eiusdem Instructionis, loci Ordinarius simpliciter prohibere valeat quominus imagines photographicae imprimi possint in ecclesiis, sive intra sive extra Actiones liturgicas piave exercitia.

2) Utrum, attenta praescriptione n. 100 eiusdem Instructionis, permitti possit ut musicus chorus «mixtus», sive mulierum aut puellarum tantum musicam sacram exsequatur in locis tralicio more statutis (vulgo «dalle cantorie tradizionali»), in extrema ecclesiae parte vel ad latus presbyterii positis.

3) An, ad mentem dictae Instructionis, n. 18, licitum sit cantum musicae sacrae in Actionibus liturgicis perfici totum ab uno tantum cantore, vel ab una dumtaxat muliere.

4) Utrum, denique, intra unam eamdemque musicae sacrae compositionem a choro mixto vel ab homogeneo choro, sive sit hominum tantum sive mulierum, cantandam, permitti possit ut monodarius (= *un solista*) vel monodaria (= *una solista*) tantum partem aliquam exsequatur.

Et S. eadem Rituum Congregatio, audito peculiaris Commissionis Liturgicae suffragio, reque mature perpensa, respondere censuit:

Ad I. *Affirmative*. Ad II. *Affirmative*, sed in loco proprio, extra presbyterium seu extra cancellos posito. Ad III. *Negative*. Ad IV. *Affirmative* quoad monodarium, *negative* quoad monodariam.

Atque ita rescripsit et declaravit, die 10 mensis Iulii a. 1959. C. CICOGNANI, *Praef.* Henricus Dante, *Prosecr.*

* Ordinario Signino: EL 74 (1960) 457-458.

2834

1959 IUL 18.-SECRETARIA STATUS, LIT. CIRC. PART.*

MENS EXQUIRITUR UNIVERSITATUM ECCLESIASTICARUM CIRCA RES ET ARGUMENTA PROXIMO CONCILIO VATICANO II PROPONENDA

Die 18 Iulii 1959

Reverendissime Domine, probe compertum est Magnificentiae Tuae Revmae Summum Pontificem Ioannem XXIII fel. regn., die 17 maii 1959, in Festo Pentecostes, instituisse Commissionem Antepraeparatoriam pro Concilio Oecumenico celebrando: cui Commissioni praeesse infrascripto honorificum est.

De rebus et argumentis, quae ad Ecclesiae utilitatem et animarum bonum maxime hodie pertinent, desiderat in primis Summus Pontifex cognoscere mentem et animum eorum qui ex iure futuri Concilii Patres erunt. At magnum quoque Sanctitas Sua tribuit momentum sententiis et votis necnon studiis et scientificis investigationibus Universitatum et Athenaeorum Ecclesiasticorum et Catholicorum, cum futuri Concilii Patribus haec lumini esse queant et adiumento.

Rogo igitur Magnificentiam Tuam ut, collatis consiliis atque consociatis studiis cum Facultatum a Te dependentium Magistris, exponas Huic Commissioni quid videatur opportunius Concilii Patribus olim proponendum, quave scientifica ratione id possit expendi et enucleari, quibusve practicis modis ad exsecutionem perduci.

Materiae, in quas studium feratur, variae esse possunt: dogmaticae in primis, biblicae, liturgicae, philosophicae, morales et iuridicae, pastorales, sociales etc. Agi quoque potest de disciplina cleri et populi christiani: de seminariis, de scholis, de actione catholica: de aliisque rebus quae Tibi videantur Ecclesiae animarumque bono profuturae. Attamen, ut evidens est, non omnes materiae neque omnia argumenta ab omnibus examini et studio subiciantur: verum inter multa, ea seliget Magnificentia Tua quae cum maxime Ecclesiae prodesse existimantur tum etiam a Magistris Facultatum a Te dependentium melius et enucleatius tractari poterunt.

Studia et vota desiderantur brevia, clara, praecisa, conclusionem practicam demonstrantia et ad res exsequendas accomodata. Exarentur lingua latina et mittantur ad Hanc Pontificiam Commissionem (Città del Vaticano) non ultra mensem aprilem sequentis anni 1960.

Interim impensos animi sensus ex corde profiteor Magnificentiae Tuae, cui fausta quaeque a Domino adprecor.—Dominicus Card. TARDINI, *Praeses Pont. Comissionis Antepraeparatoriae pro Concilio Oecumenico Vaticano II.*

* Rectoribus Magnificis Universitatum ecclesiasticarum et catholicarum, Prot. N. 2 C/59: PrM 49 (1960) 99-100.

2835

1959 IUL 18.-S. PAENITENT., DECR. AAS 51 (1959) 595

NOVA FORMULA ACTUS DEDICATIONIS HUMANI GENERIS IESU CHRISTO REGI, SUPPRESSIS VERBIS DE IUDAEIS, ADPROBATUR

Iesu dulcissime, Redemptor humani generis, respice nos ad altare [1] tuum humillime provolutos. Tui sumus, tui esse volumus; quo autem tibi coniuncti firmius esse possimus, en hodie sacratissimo Cordi tuo se quisque nostrum sponte dedicat. Te quidem multi novere nunquam; te, spretis mandatis tuis, multi repudiarunt. Miserere utrorumque, benignissime Iesu, atque ad sanctum Cor tuum rape universos. Rex esto, Domine, nec fidelium tantum qui nullo tempore discessere a te, sed etiam prodigorum filiorum qui te reliquerunt: fac ut domum paternam cito repetant, ne miseria et fame pereant. Rex esto eorum, quos aut opinionum error deceptos habet, aut discordia separatos, eosque ad portum veritatis atque ad unitatem fidei revoca, ut brevi fiat unum ovile et unus pastor. Largire, Domine, Ecclesiae tuae securam cum incolumitate libertatem; largire cunctis gentibus tranquillitatem ordinis; perfice, ut ab utroque terrae vertice una resonet vox: Sit laus divino Cordi, per quod nobis parta salus: ipsi gloria et honor in saecula. Amen.

Adn. Vide indulgentias concessas sub die 18 Iulii 1958 apud AAS 51 (1959) 595-596.

[1] Extra ecclesiam vel oratorium, loco: *ad altare*, dicatur: *ante conspectum*.

http://www.obrascatolicas.com

2836

1959 IUL 23.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

APPROBATUR INSTITUTUM SPIRITUALITATIS ORDINIS CARMELITARUM DISCALCEATORUM IN URBE

Sacrae Congregationi de Religiosis quam maxime cordi est ut singulae Religiosorum familiae non solum proprium ac genuinum spiritum colant atque conservent, verum etiam ut pro suo cuiusque Religiosi Instituti fine ac peculiari vocatione propriam apostolicam actuositatem in Ecclesia Christi exercere pergant.

Inciti vero Carmeli Teresiani Ordinis peculiare ac proprium per aetatum decursum semper fuit ut viros ac feminas produceret in ascetica et mystica vita apprime versatos, ducibus legiferis Parentibus Ioanne a Cruce ac Teresia a Iesu, quorum doctrinae spiritualis thesaurum Spiritus Sanctus, eorum ope, universae Ecclesiae comparavit (cfr. PIUS XII, Alloc. *Magis quam*; *A. A. S.*, 1951, p. 734).

Quampropter haec eadem Sacra Congregatio Religiosorum, attentis expositis a Reviño Patre Anastasio a SS. Rosario, Praeposito Generali O. C. D., circa *Institutum Spiritualitatis* in Urbe iam erectum in quo alumni sacerdotes, expleto curriculo theologico, studiis specialibus theologiae spiritualis, seu ascetico-mysticae, incumbunt, praedictum Institutum erigit et approbat tamquam Scholam internam publicam, ad normam art. 41 Statutorum Generalium Constitutionis Apostolicae *Sedes Sapientiae* [LE 2579], simulque ad experimentum, ad triennium, approbat Statuta specialia a Supremo Ordinis Consilio pro eodem Instituto exarata.

Insuper ea quae sequuntur statuere decrevit:

1) Cursus praedicti Instituti Spiritualitatis pateant non solum sodalibus O. C. D., sed aliis quoque sacerdotibus utriusque Cleri, necnon clericis et religiosis etsi sacerdotio non insignitis, immo sororibus ac laicis exceltis, dummodo debita praeparatione polleant ad normam Statutorum Instituti.

2) Alumnis qui, cursu expleto, examina superaverint atque dissertationem scriptam rite exaraverint, authenticum documentum seu diploma de studiis in Instituto peractis conferatur, servatis de iure servandis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Religiosis, die 23 Iulii A. D. 1959, in festo Beatae Mariae Virginis omnium Gratiarum Mediatricis.—Valerius Card. VALERI, *Praef.* P. Arc. Larraona, *Secr.*

* Prot. N. 5528/59: AOCD 4 (1959) 154-155. *Vide* Statuta Instituti Spiritualitatis apud Collegium internationale O. C. D. de Urbe erectiin AOCD 4 (1959) 155-160. Adn. A. DIEZ in CpR 39 (1960) 247-248; AOCD 4 (1959) 152.

2837

1959 IUL 27.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR PERMITTENDI CELEBRATIONEM MISSAE HORIS VESPERTINIS IN DOMIBUS SOCIETATIS IESU

PRECES—*Beatissime Pater*, Praepositus Generalis Societatis Iesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit facultatem permittendi, in domibus Societatis et horis postmeridianis vel vespertinis, Sanctissimi Missae Sacrificii celebrationem pro alumnis et Scholasticis eiusdem Societatis Iesu. Et Deus...

RESCR.—*Ex Audientia Sanctissimi diei* 27 *iulii* 1959. Sanctissimus Dominus Noster Ioannes XXIII, in Audientia die vigesima septima mensis iulii anni 1959 infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae Praefecto concessa, Reverendissimo Patri Praeposito Generali Societatis Iesu facultatem benigne tribuit Sanctissimum Missae Sacrificium horis postmeridianis vel vespertinis permittendi in domibus Societatis cum alumnorum numerus vel spiritualis necessitas id exigere videtur et de consensu Ordinarii loci. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Die, mense et anno ut supra.—Valerius Card. VALERI, *Praef.* P. Arc. Larraona, *Secr.*

* Praeposito Gen. S. I., Prot. N. 6679/59: Acta romana Societatis Iesu 13 (1958-60) 573.

2838

1959 AUG 3.- SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

SOLVITUR IN FAVOREM FIDEI MATRIMONIUM VALIDE INITUM CUM DISPENSATIONE IMPEDIMENTI DISPARITATIS CULTUS INTER PARTEM BAPTIZATAM ET PARTEM NON BAPTIZATAM

In Curia Tokien. confectus est processus ad obtinendam dissolutionem, in favorem fidei, matrimonii anno 1938 contracti inter L... non baptizatum et M... acatholicam baptizatam.

Actis maturo examini subiectis, expletisque omnibus in casu explendis, die 27 Iulii 1959 quaestio proposita est in hac Suprema S. Congregatione, quae ad dubium: «An consilium praestandum sit Ssmo pro dissolutione in favorem fidei, matrimonii, de quo supra, ut orator etsi ad fidem catholicam non convertatur praevia dispensatione ab impedimento disparitatis cultus coram Ecclesia valide et licite novas nuptias inire valeat cum catholica muliere», re iuxta certas statutas regulas discussa, respondendum decrevit: *Affirmative.*

Ssmus D. N. D. Ioannes divina Providentia Papa XXIII in audientia impertita, feria sabbato die 1 Augusti 1959, de omnibus habita relatione, benigne adnuere dignatus est pro gratia...

In praesenti concessione includitur quoque, quatenus opus sit, dispensatio ab impedimento criminis, de quo in can. 1075, n. 1. Servatis de iure servandis; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, in aedibus S. Officii, die 3 Aug. 1959.

* Ordinario Tokiensi, Prot. N. 998/58 et 137m/59: **Sciences ecclésiastiques** 12 (1960) 267-268. Adn. A. BRIDE in **RDC** 10-11 (1960-61) 52-101; J. M. XUNTZ in **Jurist** 28 (1968) 486-496; L. C. DE LERY in **Sciences ecclésiastiques** 12 (1960) 267-289; E. F. REGATILLO in **Sal terrae** 49 (1961) 293-301; P. GARCIA BARRIUSO in **REDC** 16 (1961) 464-468.

2839

1959 AUG 3.-SC ORIENTALIS, DECLARATIO. PART.*

ORIENTALES EXTRA TERRITORIUM PROPRII PATRIARCHATUS COMMORANTES PROPRIOQUE RITUS ORDINARIO CARENTES, SUBSUNT ORDINARIO RITUS LATINI

All the Orientals, who do not have an Ordinary of their own rite and who are outside the Patriarchate of the Orient, are subject to the local Latin Ordinary in all respects. Therefore, the local Latin Ordinary has, with respect to the clergy and laity of an Oriental Rite resident in his jurisdiction, the same powers that he has over the clergy and faithful of the Latin Rite (cf. *Motu proprio, Cleri Sanctitati*, Can. 22, § 3) [LE 2664].

* Prot. N. 134/53, iuxta declarationen S. C. pro Ecclesia Orientali diei 3 aug. 1959, notificatam Ordinariis S. F. A. S. a Delegato Ap. die 4 sept. 1959, Prot. N. 280/35: BOUSCAREN V, p. 12.

2840

1959 AUG 8.-SC CONS., DECR. AAS 51 (1959) 915-918

DE FACULTATIBUS ET GRATIIS PRO AMERICA LATINA ET PRO INSULIS PHILIPPINIS

Privilegia et gratias per Apostolicas Litteras sub Anulo Piscatoris «Trans Oceanum», anno 1897 a Summo Pontifice Leone XIII, fel. rec., omnibus Ordinariis locorum, sacerdotibus et christifidelibus Americae Latinae ad triginta annorum spatium concessa, Summi Pontifices S. Pius X, Pius XI et Pius XII, rec. mem., sive ad Insulas Philippinas extenderunt sive, per subsequentia Apostolica documenta: «Litteris Apostolicis» [LE 898] et «Conspicua privilegia» [LE 2035], deinceps usque ad integrum annum 1959 benigne confirmarunt seu prorogarunt. Ea enim in evidentem christifidelium utilitatem feliciusque eorumdem regimen redundare compertum erat.

Cum autem hoc exeunte anno quos supra memoravimus Ordinarii —Americae Latinae scilicet et Insularum Philippinarum— iisdem permanentibus adiunctis, enixe postulaverint ut eadem privilegia, nonnullis inductis immutationibus, adhuc prorogarentur, Ssmus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, consultis Eminentissimis Patribus Sacrorum Romanae Curiae Dicasteriorum, pro rebus et causis ad unumquodque spectantibus, de consilio infrascripti Cardinalis S. Congregationis Consistorialis Secretarii, porrrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter praesenti Consistoriali Decreto eadem Sanctitas Sua, omnibus et singulis locorum Ordinariis, sacerdotibus et christifidelibus dioecesium et ditionum Americae et Insularum Philippinarum facultates et gratias, quae

infra edicuntur, benigne confirmat atque elargitur usque ad diem 31 mensis Decembris anni 1969.

1) Ordinarii locorum parochis vel missionariis, in regionibus seu locis in quibus, ob magnam distantiam vel ob aliud impedimentum, eisdem perdifficile sit, ex fontibus baptismalibus, ubi asservatur, desumere et secum ferre aquam Sabbato Sancto benedictam, possunt facultatem concedere aquam baptismalem benedicendi ea breviori formula, quae, a Summo Pontifice Paulo Pp. III missionariis in Peruvia apud Indos concessa, nunc in Appendice Ritualis Romani legitur.

2) Parochi et missionarii, si propter temporis defectum
916 improbam/que defatigationem, vel aliis gravibus de causis, omnes adhibere pro Baptismo adultorum praescriptas caeremonias haud facile valeant, solis ritibus, qui in Constitutione memorati Pauli Pp. III *Altitudo* die 1 mensis Iunii anno MDXXXVII data designantur, uti licite poterunt, praevio tamen Ordinarii consensu.

3) Item Ordinarii locorum, secluso Vicario Generali sine Episcopi speciali mandato, deputare possunt, ad Sacramentum Confirmationis administrandum, sacerdotes, quantum fieri potest in aliqua dignitate ecclesiastica constitutos, vel munere Vicarii foranei fungentes, numquam vero simplices sacerdotes commorantes illis in locis in quibus praedictum Sacramentum administrandum erit; servata Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum Instructione pro simplici sacerdote, ex Sedis Apostolicae delegatione, Sacramentum Confirmationis administrante *(A. A. S.*, XXVII, 11 seq.) [LE 1224].

4) Iidem Ordinarii ad assistendum nuptiis iuxta formam a iure statutam delegare possunt sacerdotes qui, Missionum causa, ad evangelizandos fideles vel ad aliud exercitium pietatis implendum in longinquas regiones, a parochiali sede dissitas, pergunt, iisdem Missionibus perdurantibus, atque iis servatis, quae, prouti res ferat et loci ac temporis conditiones observari permittant, matrimonii celebrationi, ad normam canonis 1019 et seq. Codicis Iuris Canonici, praemitti debent; facta tamen huius Apostolici Indulti expressa mentione in unoquoque casu et iugiter firmis sacrorum canonum praescriptionibus tum de iuribus parochi servandis tum de inscriptione in libris paroecialibus facienda.

5) Ordinarii pariter dispensare valent super matrimonialibus, iuris dumtaxat ecclesiastici, impedimentis, a quibus Sancta Sedes dispensare consuevit, exceptis proinde impedimentis, quae ex Sacris Ordinibus vel ex affinitate in linea recta consummato matrimonio proveniunt; excepto quoque, ob rei gravitatem, impedimento de quo in canone 1075, nn. 2, 3; exceptis denique mixtae religionis et cultus disparitatis impedimentis, nisi speciales a Suprema S. Congregatione Sancti Officii facultates obtentae fuerint.

Insuper venia iisdem conceditur decernendi atque declarandi legitimam prolem nupturientium, dummodo ipsa in adulterio ne sit concepta; facta tamen in unoquoque casu, etiam in concedendis dispensationibus, huius Apostolici Indulti expressa mentione.

6) Fidelibus autem matrimonium contrahentibus largitur ut quocumque anni tempore Nuptiarum benedictio-
917 nem accipere possint, dum/modo illis temporibus, in quibus ab Ecclesia nuptiae prohibentur, a nimia pompa abstineant; cauto tamen ut, si extra Missam benedictio nuptialis concedatur, formula in appendice «de Matrimonio» Ritualis Romani abhibeatur.

7) Conceditur pariter ut Sacra Olea etiam antiqua, non ultra duos annos, adhiberi possint, dummodo ne sint corrupta et nova vel recentiora Sacra Olea, peracta omni diligentia, haberi nequeant.

8) Ordinarii permittere queunt sacerdotibus usum altaris portatilis, ita tamen ut huiusmodi usus sit tantum in fidelium bonum atque illis in locis, in quibus ecclesia vel publica oratoria desint, aut paroecialis ecclesia sit longe distans, non vero in mari; dummodo celebrationis locus sit decens atque honestus, super petra sacra celebretur, et parochi ceterique sacerdotes quibus haec facultas tribuetur, Sancti Evangelii explicatione vel catechesis traditione fideles, sacro adstantes, instruant.

9) Ordinarii concedere possunt sacerdotibus facultatem celebrandi in navi sacrosanctum Missae Sacrificium, durante dumtaxat tempore itineris, dummodo locus, in quo Missa peragenda est, nihil indecens aut indecorum praeseferat, mare aut flumen sit adeo tranquillum, ut quodcumque e Calice effusionis Sacrarum Specierum periculum absit; atque alter sacerdos, superpelliceo indutus, si adsit, celebranti presbytero adsistat.

10) Ordinarii locorum sacerdotibus suae iurisdictioni obnoxiis, ubi viarum et curruum deest copia, facultatem concedere valent substituendi, loco altaris portatilis seu petrae sacrae, aliquod linteum ex lino vel cannabe confectum et ab Episcopo benedictum, in quo conditae sint Sanctorum Reliquiae ab eodem Episcopo recognitae, super quo iidem sacerdotes sacrosanctum Missae Sacrificium celebrare queant iis tantum in casibus, et onerata eorum conscientia, in quibus aut nulla ecclesia vel oratorium sive publicum sive privatum exstet, et valde incommodum sit lapideum altare secum in itinere transferre aut in promptu habere. Servatis de cetero servandis iuxta Rubricas, praesertim quoad tobaleas et corporale.

11) Omnibus autem Americae Latinae christifidelibus permittitur ut a dominica Septuagesimae usque ad diem 16 mensis Iulii, in Commemoratione B. M. V. de Monte Carmelo, praecepto annuae paschalis Communionis satisfacere possint.

12) Iisdem christifidelibus largitur, si loca inhabitent ubi prorsus impossibile vel saltem admodum sit difficile ad confessarium accedere, ut lucrari queant Indulgentias et Iubilaea quae Confessionem et Com/munionem et ieiunium 918
requirunt, dummodo, servato ieiunio, sint corde saltem contriti, addito firmo proposito admissa, quamprimum poterunt, confitendi.

Datum Roma, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 8 mensis Augusti anno 1959.—Marcellus Card. MIMMI, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis*. Iosephus Ferretto, Archiep. Serdicensis, *Adsessor*.

Adn. J. FERRETTO in ME 85 (1960) 224-270; U. NAVARRETE in PrM 49 (1960) 143-190, 245-250.

2841

1959 AUG 10.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

CONFIRMATUR IUS ET PRAXIS SECUNDUM QUAM VOTA SCHOLASTICORUM ET COADIUTORUM NON FORMATORUM SOCIETATIS IESU CESSANT EO IPSO QUO SODALIS DIMITTITUR

PRECES—*Beatissime Pater*, Praepositus Generalis Societatis Iesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter implorat confirmationem «Formulae Instituti» Societatis, a Iulio III *Exposcit debitum*, 21 iulii 1550, in forma specifica approbatae, modo iuri communi et pontificiis documentis consentaneo, in iis quae separationem ab Instituto alumnorum diversi votorum simplicium gradus spectant, prout infra exponitur.

I. *De natura Votorum et de iure quo regitur dimissio*

In Societate Iesu tria genera votorum religiosorum distinguuntur, scilicet:

1. Vota *Scholasticorum* (qui ad sacerdotium destinantur) et *Coadiutorum temporalium non formatorum* (qui sunt laici). Haec vota emittuntur statim post biennium Novitiatus, ideoque vocantur «vota biennii», iisque emissis vovens etiam tum censetur et est in statu probationis, ad vota ulteriora seu ultima, i. e. in gradu praeparatorio, non definitivo.

2. Vota *Coadiutorum formatorum*, sive spiritualium (qui sunt Sacerdotes) sive temporalium (qui sunt laici). Ad haec vota generatim non admittuntur nisi religiosi qui saltem annos vitae religiosae decem, aetatis triginta expleverunt.

3. *Professio sollemnis*. Vota *Scholasticorum*, *Coadiutorum temporalium non formatorum* (de quibus supra in 1) et *Coadiutorum formatorum*, tam spiritualium quam temporalium (de quibus supra in 2), sunt quidem vota substantialia religionis, et per ea vovens fit vere et proprie religiosus et regularis; sunt tamen simplicia, non sollemnia, et quidem condicionata ex parte Ordinis, condicione quae exprimi potest «si Societas eos tenere volet», vel aequivalenter (sicut saepe invenitur expressa in documentis pontificiis), «*tam diu* obligati sunt, *quam diu* Praepositus Generalis eos in Societate retinendos esse censuerit».

Ex quibus iam patet haec vota, etsi *ex parte voventis perpetua*, propter condicionem tamen, quae clare etsi implicite in eis continetur, esse *ex parte Societatis aequivalenter temporaria*.

Haec peculiaris natura iuridica votorum simplicium Societatis Iesu determinatur in ipsa «Formula Instituti», quae dicitur, seu «Regula» fundamentalis nostri Ordinis; ac propterea unum est ex iis Instituti capitibus, quae ad eius substantiam pertinent.

Neque dici potest mere ius particulare; est enim veri nominis privilegium, quod Summi Pontifices pluries atque specifice approbarunt.

Ad professos votorum *solemnium* quod attinet, canon 654 Codicis Iuris Canonici revocavit antiquum privilegium Societatis, a Gregorio XIV, Const. «Ecclesia Catholicae» (1591) confirmatum secundum quod Praepositus Generalis poterat quemcumque Societatis religiosum *cuiuscumque gradus* dimittere «sine aliquo processu, tela aut ordine iudiciario».

http://www.obrascatolicas.com

De religiosis votorum *simplicium* (de quibus solis hic agere intendimus), Pontificia Commissio ad Codicis Canones Authentice Interpretandos, a Praeposito Generali interrogata, respondit die 29 iunii 1918 [LE 103], his verbis:

«*Reverendissime Pater*: Dubiis a Paternitate Tua propositis, scilicet:

1. An in Societate Iesu professio triennalis, de qua in canone 574, praemitti debeat votis simplicibus perpetuis quidem sed condicionatis ex parte Religionis, quae in eadem Societate post Noviciatum emittuntur, ita ut professi votorum simplicium adhuc censeantur et sint in statu probationis.

2. Utrum il professi votorum simplicium, qui post Noviciatum vota emittunt, et Coadiutores formati, qui pariter vota simplicia perpetua sed eodem modo condicionata emittunt, dimitti e Societate nequeant nisi ad normam canonis 654 et sequentium:

Eminentissimi Patres in plenario coetu diei 3 iunii vert. ita responderunt: Ad 1. *Negative*. Ad 2. *Negative*, servato tamen praescripto canonis 647 § 2.»

Aliis verbis (si liceat mentem Commissionis explorare) haec quae sequuntur clare determinata sunt:

1. Votis simplicibus in Societate *praemitti non debet professio triennalis votorum temporariorum* ad normam canonis 573, cum ipsa vota simplicia, etsi perpetua, voventem tamen relinquant «in statu probationis» eodem fere modo ac vota temporaria.

2. *Dimissio* eorum qui haec vota simplicia emiserunt *non requirit processum iudicialem* ad normam canonis 654 et sequentium, sed eodem iure regitur ac dimissio a votis temporariis.

Ratio declarationis in utriusque dubii solutione videtur fuisse *peculiaris natura iuridica votorum simplicium* in Societate Iesu, scilicet quod sub duplici aspectu qui in his dubiis proponebatur, haec vota *aequivalent et aequiparanda sunt votis temporariis*.

II. *Applicatio huius Responsi alumnis Votorum simplicium diversi gradus*

Neque dubium propositum neque eius solutio a Pontificia Commissione distinctionem fecit inter *duos diversos gradus votorum simplicium* in Societate, nempe inter vota «biennii», quae dicuntur (de quibus supra in I, 1) et vota «ultima» non sollemnia *Coadiutorum formatorum* sive spiritualium sive temporalium (de quibus supra in I, 2). Cuius ratio facile cernitur; nam scopus principalis inquirentis erat praecavere *ut in neutro gradu votorum simplicium requireretur processus iudicialis*, qui per revocationem contrarii privilegii iam requirebatur pro dimissione eorum qui professionem sollemnem emiserunt.

Huic scopo, Commissio Pontificia benigne satisfecit, recte aestimans omnia vota simplicia Societatis esse quodam sensu temporaria, quia nempe voventes ligant tamdiu quamdiu Societas eos retinere volet et non ultra.

Sed discrimen quod intercedit in ipsis simplicibus Societatis votis, inter prima et ultima vota (de quo nihil expresse dicebatur sive in dubio proposito sive in responso Commissionis), iam paulo amplius exponendum videtur.

Prima nempe vota emittuntur in ordine ad ulteriora, id est ad ultima. Dum iis ligantur, Religiosi vero aliquo sensu sunt adhuc in periodo probationis, *num admittendi sint* ad gradum ulteriorem, et si affirmative ad quemnam (Coadiutoris vel Professi votorum sollemnium). A Societate pendet, per eius Praepositum Generalem, aut eos admittere ad vota ultima, aut eos ab iis definite excludere. Quo casu ipso facto excludendi sunt a perseverando in Ordine, et remittuntur in saeculum, votis solutis. Ea enim condicione vota emissa sunt. Quae condicio in ipsa formula votorum «biennii» clare exprimitur. Vovens enim ut vitam in ea perpetuo degam, omnia intellegendo iuxta ipsius Societatis Constitutiones». In formula votorum Coadiutorum formatorum, e contra, nihil huiusmodi invenitur, sed simpliciter vovent «perpetuam paupertatem, castitatem et obedientiam, iuxta modum in Litteris Apostolicis et Constitutionibus dictae Societatis expressum».

Qui ultima vota simplicia pronuntiaverunt, scilicet *Coadiutores formati*, iam ad Societatem pleno quodam sensu admissi sunt, positionem in ea fixam et determinatam sunt adepti; dum *Scholastici et Coadiutores non formati*, qui sola vota «biennii» emiserunt, adhuc in via existunt ad definitivam admissionem, quae pendet a voluntate Praepositi Generalis eos admittendi vel excludendi, prout durante probationis tempore se aptos ad vitam et munera Societatis probaverint vel non. Proinde rationabile videtur ut illi *(Coadiutores formati)* non-nisi per viam dimissionis a religione separentur; hi, e contra *(Scholastici et Coadiutores non formati)*, per modum exclusionis «ob iustas ac rationabiles causas» ad normam canonis 637 de professis a votis temporariis, expleto votorum tempore.

Talis dispositio plene concors est «Formulae Instituti» Societatis et privilegiis non revocatis, toties a Summis Pontificibus confirmatis; neque videtur contraria sincerae interpretationi citati responsi Pontificiae Commissionis, quae diversitatem votorum simplicium in Societate non consideravit.

Quare Orator humiliter implorat confirmationem doctrinae et praxis secundum quam prima vota *Scholasticorum et Coadiutorum non formatorum* eo ipso obligare cessant seu exspirant quando ob iustas ac rationabiles causas Praepositus Generalis definite declarat Societatem eos retinere non amplius

velle nec ad ulteriorem professionem admittere, sicut eo ipso cessant seu exspirant vota temporaria ad normam canonis 637; servato tamen praescripto canonis 647 pro dimissione *Coadiutorum formatorum* sive spiritualium sive temporalium.

RESCR.—*Ex Audientia Sanctissimi diei* 10 *augusti* 1959. Sanctissimus Dominus Noster Ioannes XXIII, in Audientia die decima mensis augusti anni 1959 infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae concessa, auditis et ponderatis rationibus allatis, decernit verba «servato tamen praescripto can. 647 § 2» responsi Pontificiae Commissionis Interpretationis diei 19 iunii 1918 intelligenda tantum esse de Coadiutoribus formatis; pro Scholasticis et Coadiutoribus temporalibus non formatis, servetur peculiare ius et praxis Societatis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die, mense et anno ut supra.—P. Arcadius LARRAONA, *Secr.* P. Verdelli, *Subs.*

* Praeposito Gen. S. I., Prot. N. 6711/59: **Acta romana Societatis Iesu** 13 (1959-60) 574-578.

2842

1959 AUG 10.-SC SACRAMENTORUM, RESCRIP. PART.*

FACULTAS DATUR ACCEDENDI AD S. COMMUNIONEM SEMEL IN HEBDOMADA, SERVATO IEIUNIO UNIUS TANTUM HORAE A CIBO SOLIDO

PRECES—Joanna, dioecesis Madisonen., ad pedes S. P. provoluta, humiliter exponit se causa male affectae valetudinis, non posse naturale ieiunium servare; hinc facultatem implorat aliquid sumendi per modum cibi solidi ante Ssmam Communionem.

RESCR.—*Ex Audientia Ssmi diei* 10 *augusti* 1959. Sanctissimus Dominus Noster Joannes Papa XXIII, audita relatione infrascripti Cardinalis Praefecti Sacrae Congregationis de Sacramentis, attentis expositis et commendatione Ordinarii Madisonen., eidem benigne committere dignatus est ut, pro suo arbitrio et conscientia, oratrici veniam largiatur aliquid sumendi per modum cibi solidi ante Ssmam Communionem, semel in hebdomada, servato ieiunio unius horae a cibo solido, remota quacumque scandali et admirationis occasione. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Praesentibus valituris *ad triennium*, si tandiu exposita causa perduraverit.

* Ordinario Madisonensi: **Jurist** 22 (1962) 98.

2843

1959 AUG 19.-SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

SOLVITUR IN FAVOREM FIDEI MATRIMONIUM DUORUM INFIDELIUM ABSQUE NEUTRIUS PRAEVIA CONVERSIONE

CASUS—Dorothy, of Indonesia, born 6 June, 1922 in the town of N., Indonesia and baptized there on 24 April, 1935, was given in marriage by her father to a non-baptized man, named Phan, in the said town of N. in 1944 during the Japanese occupation. This marriage was not contracted before the Church but, when the war ended, was recognized in 1946 by the civil authority through an official document.

The said Phan, born 2 January, 1911, in China, had already contracted a marriage after the manner of the Chinese with a certain girl, Lo Ma, from the same region.

In 1947 the aforesaid Phan was recalled to his fatherland by his mother, lived there for a short while, and fathered a daughter to his first wife. Soon afterwards, when his mother died, Phan returned to Indonesia and broke off all marital relations with his former wife in China with the exception that he gave some financial support for his daughter in school.

From the invalid marriage contracted between Phan and Dorothy five children were born, the oldest of whom is about fifteen years old. All five children were baptized in 1950 and attended the Catholic school for Chinese. However, after the government decreed that all students in non-communist schools for the Chinese must transfer to Indonesian schools, these children, who knew only the Chinese language, were sent by their father to a communist school. Notwithstanding this, all the children at the proper time were duly instructed for the reception of First Communion, regularly assist at Sunday Mass and often also at Lauds in the evening, and, moreover, every Sunday attend the catechetical instruction given those children who go to non-Catholic schools. As a result, the Catholic upbringing of the children has not only been promised but has also been effectively taken care of.

The father has no objections to the recitation of daily prayers in the family and allows his wife, Dorothy, full liberty in her exercises of piety, in attendance at church and in making donations to the church.

Despite all this, Phan has so far resisted all efforts to lead

him to embrace the Catholic religion. Therefore, the Pauline privilege offers no escape. On the other hand, Dorothy, now very pious, finds it very hard to live in the state of sin and not be able to receive the sacraments. Likewise, it appears very difficult and, as it were, morally impossible, especially because of the education of the children, to break up common life with Phan after fifteen years of it.

Wherefore, the said Dorothy, prostrate at the feet of Your Holiness, humbly and earnestly begs that the interests of her conscience be looked to. Against an ecclesiastical marriage with the aforesaid Phan stand: 1. the natural bond of marriage contracted in China between Phan and Lo Ma; 2. the impediment of disparity of cult; 3. the impediment of crimen mentioned in canon 1075, 1.°.

Furthermore, she petitions the legitimation of her children born of her civil marriage and, consequently, of adultery.

The following points remain to be noted:

1. The pastor is morally certain that neither Phan nor his wife in China were ever baptized.

2. The convalidation of the marriage would greatly help the Catholic education of the five children who are astonished that their very pious mother never approaches the sacred table.

3. Dissolution of common life with Phan is very hard for Dorothy, especially because of the children's education.

4. The marriage between Phan and Dorothy was contracted during the very turbulent time of the Japanese occupation, at which time fathers were wont to give their daughters in marriage as quickly as possible so that the daughters would not be violated by the Japanese soldiers. There is, then, an excusing factor for this marriage.

5. Another excusing factor is had from the fact that at the time of the Japanese occupation there was no priest free in N., with the result that the Catholics were abandoned there like sheep without a shepherd.

6. Phan in practice fulfils the guarantees concerning the Catholic education of the children and the freedom of his wife to fulfil her religious obligations.

7. No scandal is to be feared from the eventual concession of the favor of dissolution of the natural bond because the parties came here from N. fifteen years ago as lawfully married persons and only a very few, if any, know that Phan was previously joined in marriage in China.

8. The names together with dates of birth and baptism of the children for whom legitimation is requested, are: N., N., N., N., N.

SOLUTIO—In the Curia of Djkarta the process was drawn up for a dissolution, in favor of the faith, of the marriage contracted berween Phan, a pagan, and Lo Ma, a pagan.

Having subjected the proceedings to mature examination and fulfilled all that must be fulfilled in the case, this Supreme Sacred Congregation on 1 August, 1959, proposed the following question: «Should recommendation be made to His Holiness for a dissolution of the above marriage, in favor of the faith, so that the petitioner may, with a dispensation from the impediment of disparity of cult, validly and licitly enter into a new marriage before the Church with a Catholic woman?»

After discussion of the question according to certain established rules, it was decided to reply: *In the affirmative*.

In the audience on Wednesday, 12 Aug., 1959, His Holiness, Pope John XXIII, having heard the whole report, graciously deigned to grant the favor in accord with the above decision.

Together with this concession is included also, insofar as it is necessary, a dispensation from the impediment of crimen mentioned in canon 1075, 1.°

The children born of the invalid union of the petitioner with the Catholic woman are legitimated. A salutary penance is to be imposed on the Catholic woman because of the attempted marriage.

With due observance of the requirements of law and all things to the contrary notwithstanding.

Given at Rome, from the Holy Office, 19 August, 1959.

*Ordinario Djakartano, Prot. N. 1986/59: BOUSCAREN V, p. 543-548; **Sciences ecclésiastiques** 12 (1960) 268-269. **Adn. A. ABATE, Lo scioglimento del vincolo coniugale**, ed. II Roma 1965, p. 118-124; P. GARCIA BARRIUSO in **REDC** 16 (1961) 464-468; 20 (1965) 491-533; R. LEGUERRIER in **Jurist** 25 (1965) 453-465; L. C. DE LERY in **Sciences ecclésiastiques** 12 (1960) 268-269; E. F. REGATILLO in **Sal terrae** 49 (1961) 293-301).

2844

1959 AUG 19.-SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

SOLVITUR IN FAVOREM FIDEI MATRIMONIUM DUORUM INFIDELIUM ABSQUE NEUTRIUS PRAEVIA CONVERSIONE

CASUS—*Most Holy Father*, The pagan man D. of the village of Kangia, district of Kangia, in this Vicariate, having filed with me a petition requesting that I instruct the process for the dissolution of the non sacramental marriage of the pagan man M. with the pagan woman J. in favorem fidei, I instructed the process with the assistence of Rev. J. G. as Defensor vinculi and of Rev. E. M. as actuarius.

Careful investigation has shown the following facts: the pagan man M., born of pagan parents in 1921, married the pagan woman Ja. according to the native custom. They had no children, J. left M. and was living with the pagan man G. for a time. Then in 1942 she left G. and started to live with the pagan man D. who was single. They had 6 children. All those children died. The eldest daughter was already 15 years old. D. is attending the catecumenate and wants to be baptized. There are sufficient indications that the union D. — J. will last. There is no hope for J. to receive Baptism for the time being, because she does not know the lingua franca in New Guinea. But there is some hope for her Baptism in the future.

M. and J. were pagans at the time of their marriage, they were pagans during the whole time they lived together, and they are still pagans. This fact is testified by themselves, by Rev. S., the missionary of the district, and is generally know by all the people of the area. With due humility I submit the petition to you that you dissolve the non-sacramental marriage of the M. and J. in favorem fidei. The reasons for this request are:

1. In favour of the faith of the petitioner D., who wants to be baptized, have his marriage straightened, live a christian life and raise children in the catholic Faith.

2. In favour of the faith of their children, if any.

3. The youth and the danger of the incontinency for D. and J.

4. As it would be impossible for D. to find another marriage partner the requisite conditions seem to be present: *a)* M. and J. were unbaptized when they married, were unbaptized the whole time they lived together, and are still unbaptized. *b)* Reconciliation impossible. *c)* There is no danger of scandal or admiratio if the petition is granted. The natives know cases where pagan marriages were dissolved by the use of the Pauline Privilege or the Constitution «Romani Pontificis» (canon 1125, C. J. C.) on the occasion of the Baptism. All these things being so, I most humbly request your Holiness to grant this petition and to dissolve the M. — J. non — sacramental marriage in favorem Fidei.

SOLUTIO—In Curia Wewak confectus est processus ad obtinendam dissolutionem in favorem fidei, matrimonii anno... contracti inter J. paganam et M. paganum.

Actis maturi examini subiectis, expletisque omnibus in casu explendis, die VIII Aug. 1959 quaestio proposita est in hac Suprema Congregatione quae ad dubium: 'An consilium praestandum sit Ssmo pro dissolutione, in favorem fidei, matrimonii de quo supra, ut oratrix praevia dispensatione ab impedimento disparitatis cultus (si ipsa fidem catholicam non amplectetur tempore novi matrimonii) coram Ecclesia valide et licite nuptias inire valeat cum catholica...', re iuxta certas statutas regulas discussa, respondendum decrevit: '*Affirmative*'.

Ssmus D. N. D. Johannes divina Providentia Papa XXIII, in audientia impartita Feria IV, 12 VIII 1959, de omnibus habita relatione, benigne adnuere dignatus est pro gratia iuxta supra relatum Decretum.

* Ordinario Vevakensi, Prot. N. 2526/59: A. ABATE, **Lo scioglimento del vincolo coniugale**, ed. II Roma 1965, p. 122-123 not. 13. **Adn. A. ABATE, op. cit.** p. 118-127.

2845

1959 AUG 19.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

SCHOLA MATRITENSIS THEOLOGIAE «REGINA VIRGINUM» AGGREGATUR AD PONTIFICIUM INSTITUTUM ROMANUM «REGINA MUNDI»

Romae, die 19 augusti 1959

PRECES—*Beatissime Pater*, Praeses Confoederationis Hispanicae Religiosorum, de consensu Superiorissarum Maiorum illius Confoederationis, accuratam Religiosarum, earum praesertim quae ministerio docendi dicantur, institutionem in disciplinis potissimum sacris, promovere exop-

http://www.obrascatolicas.com

tans, Scholam Theologiae «Regina Virginum», in urbe Matrito, condidit.

Cum autem Ratio studiorum et disciplinarum programmata illius Scholae Rationi et programmati Instituti Pontificii «Regina Mundi» aptata sint, praefatus Praeses, ad pedes S. V. provolutus, suppliciter postulat aggregationem Scholae Theologiae Matritensis «Regina Virginum», quae cursibus ordinariis et curriculis aestivis constat, ad Pontificium Institutum «Regina Mundi», ita ut Diplomata pontificia habilitationis ad religiosam instructionem impertiendam in scholis conferre valeat. Et Deus, etc.

Rescr.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, cum certo ex pluribus allegatis constet intensionem, quae non modo in cursibus ordinariis sed in curriculis quoque aestivis in Schola «Regina Virginum» obtinetur, aequiparari posse intensioni primi et alterius anni Pontificii Instituti «Regina Mundi», precibus benigne annuens, Scholam Theologiae «Regina Virginum», quae Matriti exstat, ad Pontificium Institutum «Regina Mundi» aggregat, eique facultatem tribuit, secundum Normas ab hac Sacra Congregatione, die 12 Martii 1957, datas:

1) In fine primi cursus annualis vel duorum curriculorum aestivorum, Diplomata Pontificia conferendi ad scientias sacras tradendas in scholis inferioribus;

2) in fine alterius cursus annualis vel quattuor curriculorum aestivorum, Diplomata Pontificia conferendi ad scientias sacras tradendas in scholis mediis.

Haec gratia, ut merita exceptio concessa, in exemplum non est adducenda, atque conceditur tantum dummodo Confoederatio Hispanica Religiosorum de fideli programmatum praeparatione et exsecutione, imo etiam perfectione et ipsorum expolitione respondeat. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 19 augusti 1959.—P. Arc. Larraona, *Secr.* A. Gutiérrez, *A studiis.*

* Praesidi Confoederationis religiosorum Hispaniae. Prot. N. 8079/58: Confer 1 (1962-II) 117-118. Vide Statuta huius Scholae Theologiae apud Confer 1 (1962-II) 153-155. Adn. T. URQUIRI in Vida rel. 20 (1963) 323-329.

2846

1959 AUG 22.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur Ministro Generali O. F. M. Cap. ponendi, non obstante praecepto Regulae, actus civiles circa bona temporalia, atque recipiendi, expendendi et administrandi pecuniam et eleemosynas

Preces—*Beatissime Pater*, Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humillime implorat prorogationem Rescriptorum diei 20 Augusti 1954 et diei 1 Aprilis 1955, quibus, ad normam Sacrorum Canonum, eidem facultas concedebatur non obstante praecepto Regulae et Constitutionum:

a) Actus civiles circa bona temporalia in usum Ordinis concredita valide perficiendi; *b)* pecuniam recipiendi, expendendi et administrandi; *c)* eleemosynas pecuniae elargiendi, iisdem perdurantibus causis.

Ratio huius petitionis est propria et specialis conditio Ordinis quoad observantiam paupertatis seraphicae prouti in Regula et Constitutionibus continetur. Et dilucidatio ad singula:

a) *Facultas valide perficiendi actus civiles circa bona temporalia.* Ordo S. Francisci, fundatus super altissimam paupertatem, neque in particulari neque in communi ullam proprietatem habere potest (*Regula*, cap. VI: «quod nihil approprient sibi Fratres»), sed omnia bona in usum Ordinis concessa ad S. Sedem pertinent. Proinde non solum quilibet religiosus, sed etiam domus, Provinciae et ipsemet Ordo —vi Regulae— omnino incapax est bona temporalia iuridice acquirendi et possidendi.

Cum vero rationabiles temporum circumstantiae hodie exigant ut bona sive immobilia Ordinis tuto administrentur; proinde convenienter requiritur ut Superior Generalis Ordinis a S. Sede facultatem expostulet, vi cuius sive ipse Minister Generalis sive Ministri Provinciales et alii ad quos pertinet, possint valide et licite, non obstante praecepto Regulae, omnes illos actus seu contractus civiles administrationis ponere et perficere qui administratoribus ecclesiasticis, servatis servandis, competunt: uti vendere, alienare, permutare, locare etc... Clare autem patet semper recurri debere ad S. Sedem quoties necessaria est licentia ad normam iuris communis.

b) *Circa facultatem recipiendi, expendendi et administrandi pecuniam.* Regula S. Francisci hoc habet singulare in cap. IV: «quod Fratres non recipiant pecuniam», ac proinde specialissimum praeceptum Ordinis nostri est ne quilibet Frater sive per se sive per interpositam personam denarios vel pecuniam percipiat; ita ut circa pecuniam non solum dominium sed etiam usus Fratribus prohibeatur.

Hodiedum vero, mutatis temporum circumstantiis, pecunia est medium ordinarium et necessarium sive pro valoribus bonorum in re oeconomica dimetiendis sive pro necessitatibus vitae et operibus apostolatus subveniendis. Proinde convenienter Superior Generalis Ordinis facultatem expostulat circa usum pecuniae, scilicet acceptandi, expendendi et administrandi, semper ad normam iuris communis et particularis.

c) *Circa eleemosynas pecuniae elargiendas.* Haec facultas fortasse minus necessaria foret distinctim expostulanda, quia iam supponi poterat contenta in praecedenti facultate circa usum pecuniae. Attamen, quia eleemosyna est usus quidam specialis pecuniae, hodie revera facilis et communis, quia iam separatim haec facultas petita et concessa erat Rescripto diei 1 Aprilis 1955, hic etiam distinctim petitur ad Regulae transgressionem omnimode evitandam. Et Deus, etc...

Rescr.—Vigore facultatum a SSmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, mature perpensis expositis, benigne annuit pro gratia, iuxta preces, durante munere Ministri Generalis, et ad mentem. Mens est: hae facultates tantum uti delegatae a S. Sede et nomine eiusdem exercendae intelligi debent, et non officio Ministri Generalis adnexae; ita ut Ordo, qua talis, revera nullum ius ad eas habere posse dicatur et spiritus altissimae paupertatis in Ordine semper fideliter custodiatur et sancte servetur. Minister autem Generalis easdem facultates communicare potest cum Superioribus, Officialibus aliisque cum facultate etiam subdelegandi ad normam juris generalis (can. 199 § 5) et particularis.

Insuper supradictae facultates intellegi debent concessae ad tempus et non in perpetuum, ut salva maneat subiectio totalis Ordinis erga S. Sedem et quilibet Minister Generalis initio sui muneris ad eamdem S. Sedem pro iisdem facultatibus recurrere debeat. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 22 Augusti 1959.—Valerius Card. Valeri, *Praef.* P. Arc. Larraona, *Secr.*

* Ministro Gen. O. F. M. Cap., Prot. N. 5773/54: AOFMCap 75 (1959) 243-245. Rescriptum prorogatum est die 8 iun. 1964 ad quinquennium: AOFMCap 80 (1964) 157. Adn. AOFMCap 75 (1959) 245.

2847

1959 SEP 13.-SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur dioecesibus Italiae celebrandi Missam votivam de Imm. Corde B. M. V. primo cuiusvis mensis sabbato

Ex quo Summus Pontifex fel. rec. Pius Papa XII, novissimo immani bello furente, universum hominum genus Immaculato B. M. Virginis Cordi solemniter dedicavit, maiore fiducia Christifideles undique gentium gratiae thronum adire coeperunt atque largior itidem Mariae aperta est misericordiae vena. E plenitudine autem ac dulcedine materni Cordis Italica etiam natio abunde hausit. Hinc factum est, ut sacrorum Italiae Antistites in Eucharistico ex universa natione Congressu, Catanae habito, cunctam Italorum gentem Immaculato Cordi Mariae peculiariter consecratam voluerint.

Ad uberiora vero in dies beneficia ac caelestia munera impetranda, Emmus ac Revmus Dominus Iacobus Cardinalis Lercaro, Archiepiscopus Bononien. et Praeses Consilii conducendae Italiae Immaculato Cordi Mariae, vota quoque quamplurium sacrorum Antistitum expromens, Sanctitatem Suam enixe adprecatus est, ut facultatem indulgere benigne dignaretur quo, in ecclesiis et oratoriis Italicae Ditionis, celebrari possit primo cuiusvis mensis Sabbato Missa Votiva de Immaculato Corde B. M. Virginis.

Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi ab Ipso Ssmo Domino Nostro Joanne Divina Providentia Papa XXIII tributarum, attentis expositis, benigne annuit pro gratia iuxta preces, pro unica videlicet Missa Votiva de Immaculato Corde B. Mariae Virginis, in cantu seu lecta, primo Sabbato cuiusque mensis celebranda, in singulis ecclesiis vel oratoriis, ubi de consensu respectivi Ordinarii peculiaria pie-

tatis exercitia in honorem Beatae Mariae Virginis Immaculatae mane peraguntur: dummodo non occurrat festum duplex primae vel secundae classis, Octava, Vigilia et Feria, quae sint ex privilegiatis, necnon quodcumque Ipsius Deiparae festum: servatis de cetero Rubricis et novissimis Decretis.

Praesenti indulto ad proximum quinquennium valituro. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Die 13 mensis Septembris, A. D. 1959.—C. Card. Cicognani, *S. R. C. Praef.* Henricus Dante *S. R. C. Pro Secret.*

* Dioecesibus Italiae: Perfice munus 35 (1960) 131.

2848

1959 SEP 24.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur modificandi et unicam formam habitus adhibendi pro utriusque classis sororibus Dominicanis

Preces—*Beatissime Pater*, Patres Capitulares Ordinis Praedicatorum, novissimi Capituli Generalis Calarogae celebrati, ad pedes S. V. provoluti, cum uniformitas habitus Sororum nostrarum sit fere impossibilis, et alia ex parte plures Congregationes petant dispensationes quoad materiam habitus et colorem scapularis pro Conversis, humillime petunt ut concedatur una simul pro omnibus Sororum nostrarum Congregationibus, quod materia habitus sit ex lana vel ex aliqua materia magis paupertati conformi et color scapularis sit albus pro omnibus, etiam pro Conversis. Et Deus, etc.

Rescr.—Vigore facultatum concessarum, haec Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, necnon voto favorabili PP. Capitularium O. P. et Revmi Procuratoris Generalis, benigne annuit pro gratia modificationis habitus Sororum Dominicanarum, iuxta preces. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 24 mensis Septembris A. D. 1959.—P. Arc. Larraona, *Secr.* J. B. Verdelli, *Subsecr.*

* Capitulo Generali O. P., Prot. N. 15994/59: AOP 34 (1959-60) 175.

2849

1959 SEP 28. - SC CONCILII, NORMAE. PART.*

Normae quibus regitur ac ordinatur Studium penes Sacram Congregationem Concilii

Regolamento per lo «Studio» presso la S. C. del Concilio

A mente del Decreto [LE 217] di questa Sacra Congregazione del Concilio, in data 11 novembre 1919 —«ex Audientia Sanctisssimi diei 28 octobris 1919»—, emaniamo il presente Regolamento per l'opportuna osservanza.

1. Possono essere ammessi, come apprendisti dello Studio, i sacerdoti sia secolari che regolari, e i laici, i quali siano almeno iscritti alla Facoltà di Diritto Canonico.

2. La domanda per l'ammissione allo Studio presso la Sacra Congregazione del Concilio sarà diretta all'E.mo Card. Prefetto della medesima Sacra Congregazione.

Alla domanda bisogna allegare: *a)* La commendatizia del proprio Ordinario. *b)* I titoli di studio o almeno il certificato d'iscrizione alla Facoltà di diritto canonico. *c)* Il «Nihil obstat» del Vicariato di Roma.

3. Gli studenti, ammessi come apprendisti dello Studio, presteranno giuramento «de munere fideliter adimplendo et de secreto servando» secondo la forma stabilita.

Cum primum illud atque immane plurimarum totius orbis gentium bellum tandem conquievit, quod tot civibus ac nationibus ingentes attulerat luctus, vastationes, ac maerores, tum Apostolica, quam memoravimus, Bene-

[4] Cfr. *La propagazione della fede.* Scritti di A. G. RONCALLI. Roma, 1958, p. 103 sq. [5] Cfr. *A. A. S.*, XI, 1919, p. 440 sq. [LE 221].
[6] Cfr. Litt. Enc. PII XI *Rerum Ecclesiae*; *A. A. S.*, XVIII, 1926, p. 65 sq. [LE 2218]; Litt. Enc. PII XII *Evangelii praecones*; *A. A. S.*, XLIII, 1951, p. 497 sq. [LE 2218]; *Fidei donum*; *A. A. S.*, XLIX, p. 225 sq. [LE 2650].
[7] Litt. Enc. *Ad Petri Cathedram*; cfr. *A. A. S.*, LI, 1959, p. 497 sq. [LE 2829]. [8] Cfr. IOAN. X, 16. [9] Cfr. MATTH. XIII, 19.
[10] *Act. Ap.* XVI, 9. [11] *Ibid.* II, 5. [12] MATTH. XXVIII, 20. [13] IOAN. XVI 33.

dicti XV Epistula [14], veluti elatum paterna vocis invitamentum, catholicorum omnium excitavit animos ad pacierum Dei Regnum usquequaque gentium amplificandum; Dei Regnum dicimus, quod unum potest hominibus omnibus, caelestis Patris filiis, pacem defuturam numquam veramque prosperitatem dilargiri atque in tuto ponere. Ex eo tempore per quadraginta annos actuosissima Evangelii praeconum opera atque incepta cotidie magis floruere ube/rioresque ediderunt fructus; atque illud praesertim eve- 837
nit, ut Hierarchia et clerus, e regionibus orti, quae Missionalibus excolendae concreditae sunt, maiora in dies incrementa caperent.

Quandoquidem autem, ut proximi Decessoris Nostri imm. rec. Pii XII verbis utamur, Evangelii praecones «ad illud, ... extremam veluti metam, contendant necesse est —quod quidem semper ante mentis oculos esse debet— ut nempe Ecclesia apud alios populos firmiter constabiliatur, eisdemque propria, ex indigenis delecta, tribuatur Hierarchia» [15], haec Apostolica Sedes mature, opportune largiterque semper, praesertim vero postremis hisce temporibus, hac de re consuluit ut ecclesiastica statueretur, vel restitueretur Hierarchia in regionibus illis, in quibus rerum condiciones suaderent ut Episcopales conderentur sedes, eaedemque, si facultas esset, Praesulibus, in iisdem regionibus natis, regendae concrederentur. Nemo ceteroquin ignorat Sacrum etiam Consilium Propagandae Fidei propositum ad hoc idem exsequendum potissimum constanterque spectare. Sed tamen fatendum est per memoratam illam Apostolicam Epistulam in pleniore luce gravem instantemque eiusmodi causam positam esse, cum per eam fel. rec. Decessor Noster Benedictus XV eos omnes impensissime adhortatus esset, qui Catholicis Missionibus praerant, ut qui in regionibus evangelica doctrina excolendis divino quodam afflatu ad suscipiendum sacerdotium vocati essent, quam diligentissime instituerentur, atque adeo clerus ille numero virtuteque increbesceret, qui indigena dicebatur, quamvis hoc nomen nihil offensae, differentiae nihil significaret, quandoquidem id et Romanorum Pontificum eloquium, et ecclesiastica documenta numquam recipiunt.

Haec Benedicti XV adhortatio, quam Decessores Nostri imm. rec. Pius XI et Pius XII iterarunt, Providentissimi Dei favente gratia, perspicuos uberesque edidit fructus; quamobrem cupimus ut idcirco una Nobiscum immortales Deo agatis grates, quod / in terris a Missionalibus excultis 838
frequentes lectissimaeque consurrexerunt Episcoporum et sacerdotum cohortes, qui, Fratres ac filii Nostri dilectissimi, animum Nostrum ad bene sperandum excitarunt. Si enim vel cursim ecclesiastica illarum tantum regionum rationaria inspicimus, quae curis concreditae sunt Sacri Consilii Propagandae Fidei, iis exceptis, quae in praesens insectationibus opprimuntur, non sine summo solacio cernimus primum Episcopum genere Asianum anno MCMXXIII consecratum esse, primosque Vicarios Apostolicos ex Afrorum gente electos esse anno MCMXXXIX; usque ad annum autem MCMLIX octo et sexaginta numerari Episcopos genere Asianos, atque quinque et viginti ex Africae gentibus; ceterum vero clerum autochthonem, qui anno MCMXVIII numerum attingebat CMXIX sacerdotum, anno MCMLVII in Asia ad numerum quinque milium quingentorum quinquaginta trium sacrorum administrorum pervenisse, in Africa autem sacerdotes qui anno MCMXVIII habebantur nonaginta, anno MCMLVII iam complevisse numerum mille octingentorum undecim. Mirabili huiusmodi cleri incremento Dominus messis [16] laboribus ac promeritis eorum dignum voluit tribuere praemium, qui vel navitate cuiusque sua, vel qui multiplici adiutrice collata opera Catholicas Missiones, iteratis Apostolicae huius Sedis normis generoso respondentes animo, studiosissime adiuvarunt. Iure igitur meritoque proximus Decessor Noster v. m. Pius XII non sine animi solacio asseverare potuit: «Olim quae ad Ecclesiae vitam pertinent, quatenus perspicua est, in veteris Europae regionibus praesertim vigebant florebantque; exinde vero, veluti amplissimum exundans flumen, per ceteras terras, quae, ut graeco nomine utamur, quasi orbis terrarum peripheria videbantur, effluebant; sed hodie haec eadem Ecclesiae vita, mutuo quodam virium effluvio, cum singulis Mystici Iesu Christi Corporis membris communicatur. In aliis etiam non paucis continentium terrarum regionibus iam / diu populi non Missionalium curis exco- 839
lendi moderandique demandantur, sed propria gubernantur Hierarchia, ecclesiastica ordinatione propria fruuntur, et ceteris Ecclesiae communitatibus, a quibus iam fere omnia recipiebant, spiritualia ac terrena etiam dona li-

[14] Cfr. *A. A. S.*, XI, 1919, p. 440 sq. [LE 221].
[15] Litt. Enc. *Evangelii praecones*, *A. A. S.*, LIII, X, 1951, p. 507 [LE 2218].
[16] Cfr. MATTH. IX, 58.

http://www.obrascatolicas.com

benter impertiunt»[17]. Iamvero, Episcopos ceterumque clerum harum etiam novarum christianorum communitatum paterno adhortari animo cupimus, ut incensas ad Deum adhibeant preces, atque ita peculiari modo se gerant ut sacerdotale sibi creditum munus spirituali fecunditate polleat, utque, cum populo verba faciunt, quam saepissime de dignitate, de pulchritudine, de necessitate ac de promeritis loquantur sacerdotalis muneris; ita quidem ut ad illud prompto magnoque animo suscipiendum eos excitent, quos Deus ad tam excelsum honorem vocaverit. Idque efficiant ut eorum etiam preces qui suis curis creditis sunt, ad Deum hac de causa admoveantur una cum universa Ecclesia, quae, ut Divini Redemptoris hortamentis respondeat, rogat «Dominum messis ut mittat operarios in messem suam»[18], hisce praesertim temporibus, quibus est «mensis quidem multa, operarii autem pauci»[19].

Christianorum autem communitates, quibus adhuc Missionales suam praestant navitatem, quamvis iam a propria Hierarchia regantur, eorum etiamnunc opera profecto indigent, qui hac de causa ex aliis nationibus advenerunt, sive ob territorii amplitudinem, sive ob christifidelium succrescentem numerum, sive denique ob ingentem multitudinem eorum, qui nondum Evangelii doctrina exculti sunt. Eis procul dubio haec proximi Decessoris Nostri sententia tribui potest: «Ii quidem minime vocandi sunt extranei, cum quilibet catholicus sacerdos, in officio sui muneris
840 fideliter perstans, veluti sua in patria se habeat ubicumque Dei Regnum floret vel sumit exordia»[20]. / Singuli igitur una simul concordique fraternae illius sinceraeque caritatis vinculo coniuncti operentur, quae amorem in se referat, quo erga Divinum Redemptorem eiusque Ecclesiam flagrare debent; atque Episcopis prompti hilaresque filiorum animo obsequentes, «quos Spiritus Sanctus posuit ... regere Ecclesiam Dei»[21], sint «cor unum et anima una»[22], sibi invicem ob praestitam adiutricem operam semper grates agentes; ita quidem ut ex hac agendi ratione omnibus pateat oculis ipsos reapse esse illius discipulos, qui ad mutuam servandam augendamque caritatem, ut ad «novum», suum praecipuumque praeceptum, adhortatus est omnes[23].

II

Memoratus Decessor Noster fel. rec. Benedictus XV in Epistula Apostolica, quae a verbis initium sumit *Maximum illud*, Catholicarum Missionum moderatores peculiari cura adhortatus est ut cleri, e loci populo delecti, mentes animosque ita effingerent et conformarent, ut eorum institutio atque educatio «perfecta et numeris omnibus absoluta»[24] evaderet. «Nam —ita ipse scribebat— sacerdos indigena, utpote qui ortu, ingenio, sensibus studiisque cohaereat cum suis popularibus, mirum quantum valet ad Fidem eorum mentibus insinuandam: multo enim melius, quam quisquam alius novit quibus modis quidpiam eis persuaderi queat»[25].

Quam ad rem vix attinet in mentem revocare perfectam absolutamque sacerdotum institutionem educationemque eo spectare necesse esse, ut sacrorum alumni ad eas potis-
841 simum virtutes adipiscendas fortiter suaviterque permoveantur, quas primum postulat sacerdotale officium, «hoc est officium suae ipsius / procurandae sanctitatis»[26]. Novus autem illarum regionum clerus hac de causa pium quoddam certare certamen debet cum clero veterum illarum dioecesium, quae iam diu sacerdotes suo e gremio ediderunt virtutibus omnibus tam miro modo praestantes, ut sacrorum administris universae Ecclesiae imitandi proponerentur. Etenim sanctitate potissimum sacerdotes esse possunt ac debent lux mundi et sal terrae[27], hoc est suae ipsorum nationis totiusque orbis terrarum; sanctitate potissimum Evangelii pulchritudinem supernamque potentiam omnibus demonstrare possunt, itemque edocere omnes christianae vitae perfectionem metam esse, quam cuncti filii Dei viribus omnibus eluctando perseverandoque assequi queant ac debeant e quibusvis gentibus sint orti, in quolibet vivendi genere versentur, et quovis fruantur civili cultu.

Ac praeterea paternus animus Noster spem fovet bonam fore ut ubique ex clero cuiusvis nationis ii eligi possint, qui sacrorum alumnos suae cuiusque gentis regere, ac recte sancteque instituere atque educare valeant. Quin immo Episcopos et Catholicarum Missionum rectores iam nunc adhortamur ut e clero autochthone ne dubitent eos deligere sacerdotes, qui ob suam virtutem peculiaremque agendi prudentiam suorum popularium in sacro ephebeo degentium magistri atque ad sacerdotalem assequendam sanctitatem duces esse possint.

Ceterum Ecclesia, ut probe nostis, Venerabiles Fratres, nullo non tempore praecepit ut sacrorum administri solidam plenam mentis animique institutionem adipiscerentur. Iamvero nemo, hodie praesertim, in dubium revocaverit id e quavis stirpe et e quavis terrarum orbis regione ortos iuvenes assequi posse, cum hoc tam luculenter ac reapse demonstratum iam fuerit. Ac procul dubio institutio, quae huic clero impertienda est, peculiaribus etiam rerum condicionibus conformetur oportet, quae variis locis 842
variisque nationibus sint propriae. Attamen omnes sacrorum alumnos hanc sapientissimam sequi normam opportunum est: est nempe consulendum ut hi iuvenes ne «in locis educentur ab hominum societate paulo nimium seiunctis»[28], quandoquidem hoc modo, «cum in publicum prodibunt, haud ex facili sive cum minuta plebe, sive cum litteratis hominibus commercium habebunt, fietque eis plurimum, ut aut inconsiderate cum christiano populo se gerant, aut, quam acceperint institutionem, secus existiment»[29]. Hi autem iuvenes oportet ad plenam omnino sacerdotalem animi perfectionem conformentur, sed etiam «sensim prudenterque in intima populi consilia ac studia penetrent»[30]; illius populi dicimus, quem evangelica illuminare veritate, et ad sanctitatem vitae, divina favente gratia, conducere debent. Huic igitur instituendi educandique rationi etiam Seminarii moderatores obtemperare debent, quamquam ea omnia ultro libenterque accipiant 843
oportet, quae, ad res externas ac technicas quod attinet, nova ac progrediens in usum induxit aetas, utpote commune omnium gentium veluti patrimonium civilis cultus, quod ad melius faciliusque vivendi genus homines adduxit, et ad corporis valetudinem ac vires aptius servandas incolumes.

Cleri autochthonis institutio —quod ipse Decessor Noster imm. rec. Benedictus XV scripsit— eo spectare debet ut, ubi primum par divino muneri obeundo evasit, «recte possit populi sui gubernationem... suscipere»[31], popularesque suos ad aeternae salutis viam doctrina ministerioque suo adducere. Quam ad rem id summopere commendamus ut iis omnes, tam allogenae quam autochthones, qui sacrae huic institutioni dant operam, ex officii sui conscientia diligentissime curent ut sui alumni suscipiendi muneris gravitatem difficultatemque magis ma/gisque perpendere addiscant, ac licita prudenterque data fruantur cogitandi agendique libertate[32], qua facilius possint gradatim, sed quam primum maiora etiam ecclesiastica ministeria suscipere una et concordissime cum alienigena clero, sed pari omnino ratione. Id enim impertitae institutionis efficacitatem comprobabit, iisque ad quos sacrorum alumnorum educatio pertinet, summum debitumque attribuet praemium.

Iamvero iis rationibus perpensis, quae non modo ad sacrorum alumnorum mentes animosque recte instituendos pertinerent, sed ad peculiares etiam singulorum populorum necessitates peculiaremque eorum sentiendi agendique modum, haec Apostolica Sedes clerum allogenam clerumque autochthonem adhortata est ut in Missionologiae, quae dicitur, studia incumberent. Etenim Decessor Noster imm. rec. Benedictus XV huius quoque disciplinae magisteria in Urbaniano Propagandae Fidei Athenaeo constituit[33]; et proximus Decessor Noster v. m. Pius XII non sine animi gaudio animadvertit apud idem Urbanianum Athenaeum «Missionale Institutum» conditum esse; «itemque Romae alisque in locis «Missionologiae», quae dicitur, «Facultates» ac magisteria non pauca constituta esse»[34]. Quamobrem in Catholicarum Missionum seminariis studiorum curricula non deerunt, quibus ea opportune explanentur, quae et ad varias Missionologiae rationes pertineant, et ad technicam etiam cognitionem earum rerum, quae ad futurum illarum regionum cleri ministerium utilia videantur. Hac de causa omnino necesse est ut quae impertitur institutio non modo ad integram solidamque Ecclesiae doctrinam conformetur a maioribus traditam, sed etiam alumnorum mentes ita aperiat et exacuat, ut recte iudicare valeant suae cuiusque patriae peculiarem cultum, ad philosophicas

[16] Adhort. Apost. Pii XII *Menti Nostrae*; *A. A. S.*, XLII, 1950, p. 686 [LE 2151]. [17] *Ibid.* [18] *Ibid.*, p. 687.
[19] Epist. Apost. *Maximum illud*; *A. A. S.*, XI, 1919, p. 445 [LE 221].
[20] Cfr. Adhort. Apost. Pii XII *Menti Nostrae*; *A. A. S.*, XLII, 1950, p. 686 [LE 2151].
[21] Cfr. Epist. Apost. *Maximum illud*; *A. A. S.*, XI, 1919, p. 448 [LE 221].
[22] Litt. Enc. *Evangelii praecones*; *A. A. S.*, XLIII, 1951, p. 500 [LE 2218].

praesertim ac theologicas disciplinas quod attineat, item-
844 que peculiares rationes quae inter eas chri/stianemque religionem intercedant. «Catholica Ecclesia —ita idem Decessor Noster— ethnicorum doctrinas neque despexit neque respuit, sed eas potius, a quovis errore et a quavis impuritate liberatas, christiana sapientia consummavit atque perfecit. Ita pariter eorum ingenuas artes ac liberales disciplinas..., peculiares quoque populorum mores eorumque traditicia instituta... quodammodo sacravit; atque etiam eorum dies festos, immutata ratione ac forma, ad martyrum memorias et ad sacra mysteria celebranda traduxit»[35]. Ac Nosmet ipsi hac eadem de causa mentem Nostram hisce verbis aperuimus: «Quotiescumque auctiora verique nominis incrementa, ad liberales artes ingenuasque disciplinas quod spectat, possunt humanae familiae cultum ditare, Ecclesia eiusmodi ingenii nisus fovet et adiuvat. Ea enim, ut probe nostis, non unam tantum animorum culturam, despectis aliis, quasi propriam amplectitur, ne illam quidem, quam Europa ceterique occidentis populi pepererunt, etsi cum ea, historia teste, arctissime coniungitur; creditum enim Ecclesiae munus ad aliud potissimum pertinet, ad id nempe quod ad religionem et ad aeternam hominum salutem spectat. Verumtamen Ecclesia, utpote quae iuventute polleat perpetuoque Sancti Spiritus afflatu renovetur, nullo non tempore ea omnia agnoscit libenterque in se recipit, quin immo actuose excitat, quae humanae menti animoque honori vertant, etiamsi eadem ex aliis terrarum orbis partibus oriantur, non autem e regionibus, quae mediterraneo mari circumluuntur, et quae, ex providentis Dei consilio, quasi suae infantiae incunabula fuere»[36].

Sacerdotes auctochthones, si opportunis hisce modis gravibusque rationibus instituantur, atque, superatis difficultatibus, ad recte agendum comparentur, multum profecto poterunt, suis Antistitibus ducibus, in hanc rem conferre
845 utilitatis, ac praeser/tim poterunt a doctis suae patriae civibus facilius audiri, eosque, exemplum secuti celeberrimi Missionalis Matthaei Ricci, ad christianam veritatem allicere, in iis nominatim nationibus, quae inde a remotissimis temporibus civili cultu floruere. Siquidem sacerdotes etiam e suis territoriis orti, officio tenentur «in captivitatem redigendi omnem intellectum in obsequium Christi»[37], ut incomparabilis ille Evangelii praeco et gentium apostolus Paulus asseverat; ita enim etiam «apud suos, vel optimates litteratosve homines, in honore erunt»[38]. Quamobrem eorum sententia atque opera utentes curabunt Episcopi ut opportune matureque pro singularum vel plurium regionum necessitatibus constituantur sedes studiis provehendis aptaeque vulgandae doctrinae, in quibus cum allogenae, tum autochthones sacerdotes quae didicerint et experiundo noverint, ea omnia in illius nationis bonum utilitatemque convertant, in qua nati sunt vel ad quam christiana veritate excolendam adlecti. Quam ad rem in memoriam haec etiam revocare oportet, quae proximus Decessor Noster imm. rec. Pius XII hisce verbis edocuit: catholicorum nempe esse «scripta omne genus fusius in vulgus edenda ac disseminanda»[39]; itemque curandum esse ut omni ope provehatur «quidquid spectat ad recentiora artis inventa, quibus homines inter se communicant, quibusque doctrinae evulgantur, quandoquidem neminem latet quanti intersit vulgi opinionem ad se trahere recteque conformare»[40]. Non omnia profecto ubique ad effectum deduci possunt; omnes tamen opportunitates arripiendae sunt, quibus cuiusvis generis insurgentibus necessitatibus prospici queat, etiamsi interdum «alius est qui seminat, et alius est qui metit»[41].

Iesu Christi veritatis caritatisque propagatio ad pecu-
846 liare / pertinet Ecclesiae munus; atque etiam «sanctissimum Ecclesiae officium est... populis, quantum fieri possit, praestantissima vitae suae suaeque doctrinae beneficia impertire, ex quibus novus proficiscatur socialis ordo christianis principiis innixus»[42]. Hac de causa, in regionibus quoque evangelica doctrina excolendis, Ecclesia omni ope consulit ut incepta etiam de re sociali suscipiantur, utque opportuna adiumenta pro facultate indigentibus impertiantur, quae chstianorum communitates populosque, ad quos eaedem pertinent, adiuvent. Curandum tamen est ut apostolica Missionalium actio ne nimia profanorum operum congerie opprimatur vel praepediatur. Ea igitur tantum, quae necessaria sint et quae ex facili servari possint expediteque in usum deduci instituantur; atque eadem, quam primum fieri possit, eiusdem nationis viris vel mulieribus administranda ordinandaque concredantur, ita quidem ut Missionales viribus omnibus queant ministerio doctrinae impertiendae ac suae ceterorumque sanctitatis aeternaeque salutis procurandae se dedere.

Si, ut diximus, certo patet modo frugiferum apostolatum id omnino postulare, veluti rem praecipuae gravitatis, ut sacerdotes autochthones ea omnia noscant prudenterque perpendant, quae ad peculiaria patriae suae instituta spectent, potiore etiam ratione liquet iisdem hanc quam proximus Decessor Noster in universum edidit, sententiam esse tribuendam: «Ecclesiae prospectus atque proposita, quae universa complectuntur, suetae eorum christianae vitae prospectus consiliaque erunt»[43]. Hac igitur de causa idem clerus non modo pernoscat oportet universae Ecclesiae vices, condiciones verique nominis utilitates, sed necesse etiam est ut ea ducatur ac permoveatur caritate, qua omnes christifideles amplectatur. Quamobrem iure meritoque S. Ioannes Chrysostomus, de liturgicis celebrationibus agens, / haec asseveravit: «Accedentes enim [ad 847
altare], primum pro universo orbe communibusque commodis gratias agimus»[44]; atque S. Augustinus hanc pulcherrimam edidit sententiam: «Extende caritatem per totum orbem, si vis Christum amare, quia membra Christi per orbem iacent»[45].

Hoc profecto consilio ductus, ut integer nempe impensusque aleretur catholicae unitatis afflatus, quo Missionalium opera moveri atque animari debet, Decessor Noster fel. rec. Benedictus XV illam periculi rationem severe animadvertere hisce, quae sequuntur, verbis non dubitavit, quae ab Evangelii praeconum propositis omnino absit oportet, quandoquidem eorum actionis efficacitatem imminuere potest: «Miserum sane foret, si qui ex Missionariis ita suae dignitatis immemores viderentur, ut potius de terrena patria quam de caelesti cogitarent, eiusque plus aequo studerent potentiam dilatare gloriamque super omnia extendere. Esset haec quidem apostolatus pestis teterrima, quae in Evangelii praecone omnes caritatis animarum nervos elideret, ipsiusque vulgo debilitaret auctoritatem»[46].

Hoc idem periculum, etsi aliis modis rationibusque, hodie quoque haberi potest, eo vel magis quod nationes non paucae, a Missionalibus evangelica luce collustratae, acri studio plerumque moventur adipiscendae libertatis suoque pleno iure plenaque potestate viventi; atque politicae libertatis adeptio interdum motus concitare potest immodicos, qui communi bono et universae humanae familiae utilitati caritatique obsistant.

Nos autem fore omnino confidimus ut autochthon quoque clerus propositis illis consiliisque moveatur, quae generalibus christianae religionis rationibus respondeant, et cum doctrina Catholicae Ecclesiae penitus concordent, quae quidem universos homines pari amore complectitur, atque adeo veraci etiam uniuscuiusque patriae bono, pro sua parte, optime consulit. / 848

Hac de re iure meritoque idem Decessor Noster hisce verbis admonebat omnes: «Ecclesia Dei catholica est nullamque apud gentem vel nationem extranea»[47]; quamobrem nulla alicuius regionis christianorum communitas cum universa Ecclesia unitatem illam reapse manifestat, ex qua superna Iesu Christi vita oritur, si clerus populusque peculiari tantum suarum rerum studio moventur, si in ceteras gentes malevolentia concitantur, si nimio denique illo suae nationis studio ducuntur ac perturbantur, quod caritatem erga universos labefactare potest; qua quidem una caritate Ecclesia Dei constat ac vere «catholica» nuncupatur.

III

Decessor Noster fel. rec. Benedictus XV peculiarissimo modo necessitatem asseveravit, ut diximus, cleri autochthonis studiose, diligenter recteque instituendi, qui praesentibus par esset rerum condicionibus; attamen eius menti procul dubio alia quoque necessitas illuxit, eaque pariter gravissima, laicos etiam cuiusvis nationis homines ita educandi conformandique, ut non modo in sua privata vita christiano nomini responderent, sed in apostolatus etiam opera incumberent. Id luculenter admodum significanterque proximus Decessor Noster imm. mem. Pius XII commendavit[48], qui non semel, sed etiam atque etiam hac de

[35] *Ibid.*, p. 238. [36] Hom. II in *II Cor.*; MIGNE, *PG*, LXI, 398.
[37] *In Ep. Ioan. ad Parthos*, Tr. X, c. 5; MIGNE, *PL*, XXXV, 2060.
[38] Epist. Apost. *Maximum illud*; *A. A. S.*, XI, 1919, p. 446 [LE 221.]
[39] Epist. Apost. *Maximum illud*; *A. A. S.*, XI, 1919, p. 445 [LE 221].
[40] Litt. Enc. *Evangelii praecones*; *A. A. S.*, XLIII, 1951, p. 510 sq. [LE 2218].

http://www.obrascatolicas.com

re egit, quae hodie potissimum intento perpendatur animo oportet, atque quam maxime et quam primum ad effectum ubique deducatur.

Idem enim Decessor Noster v. m. Pius XII —idque non sine singulari merito ac laude— diserta copiosaque doctrina atque iteratis adhortamentis laicos viros admonuit ut quam libentissime studiosissimeque in apostolatus campum descenderent, suam ecclesiasticae Hierarchiae navitatem praestaturi, eodem nempe modo, quo inde a prisca aetate per saeculorum decursum christifideles Episcopis ceteroque
849 clero adiutricem navarunt operam, quo facilius ac maiore cum efficacitate christiana praecepta de re religiosa ac sociali ad rem deducerentur. Hoc autem non minus, sed multo magis nostra tempora postulant, cum id genus necessitates in dies succreverint, et cum increscentes numero multitudines spirituali rectae doctrinae pabulo indigeant, et cum denique earum condiciones difficiles ac magis implexae hodie videantur. Ceterum quocumque Ecclesia sua pacifica agmina inducit, ibi necesse est ut integra constitutio sua habeatur, quae non modo variis Hierarchiae gradibus constat, verum etiam laicorum ordine; pariterque necesse est ut per eos omnes salutariter operetur [49].

Quam ad rem assequendam, ad novas etiam christianorum communitates quod attinet, haud satis est homines ad catholicam religionem convertere, eosque, lustrali aqua expiatos, ingenti numero in Ecclesiae album referre; sed etiam omnino opus est, christiana impertita educatione rerum condicionibus ac temporibus consentanea, eos aptos efficere ad incepta illa pro sua cuiusque facultate suscipienda, quae conferre possint ad praesens ac futurum Ecclesiae bonum atque incrementum. Christianorum numerus parum significat, si eorum virtus deficit; hoc est si in profitendo catholico nomine iidem reapse inconcussa firmitate non pollent, si intus in eorum animis spiritualis vita non viget, atque foras non edit salutares fructus; si denique, postquam divina gratia renati sunt, florenti illa et matura iuventute non praestant, quae ad proba et frugifera patranda facinora semper parata sit. Etenim christianae Fidei professio non tantum ad civium anagraphen pertinet, sed potissimum debet novum creare hominem [50], eiusque actionibus omnibus, eas excitando, dirigendo moderando-
850 que, vim indere supernam. /

Verumtamen e laicorum ordine homines id plene adipisci difficile poterunt, si clerus, sive alienigena, sive autochthon, necessaria illa actionis proposita, de quibus supra diximus, et quae iam primus Iesu Christi Vicarius, hisce quae sequuntur verbis, praecipuis lineamentis attigit, sibi efficienda non attribuerit: «Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum» [51].

Verum enim vero christiana institutio atque educatio, quae ad impertiendas tantum christifidelibus catechismi formulas spectet, et ad praecipua moralis doctrinae praecepta, variis propositis casibus, summatim mentibus inculcanda, animos autem voluntatesque ad efficaciter secundum datas normas agendum non excitet, in grave potest incidere periculum inertem Ecclesiae procurandi gregem. At contra, oves christiani gregis non modo Pastori auscultent oportet, sed eum etiam eiusque vocem agnoscant [52], atque fideles volentesque eum sequantur per aeternae vitae pascua [53], ut aliquando possint a Pastorum Principe «immarcescibilem gloriae coronam» [54] accipere; oves scilicet, quae cum Pastorem, ut diximus, agnoscant et sequantur, qui animam suam dedit pro ovibus suis [55], eidem se totas dedant, eiusque divinae voluntati ultro libenterque obtemperantes, eo studiose operoseque contendant ut aliae etiam oves, quae eum non sequantur, sed ab eo longe aberrent, qui via, veritas et vita est [56], tandem aliquando unum atque unicum ingrediantur ovile.

Sine experrecto impensoque apostolatus studio professio christianae fidei ne intellegi quidem potest, nam «quilibet tenetur fidem suam aliis propalare, vel ad instructionem
851 aliorum fide/lium sive confirmationem, vel ad reprimendum infidelium insultationem» [57], idque praesertim nostris hisce temporibus, quibus Ecclesia universaque hominum consortio peculiaribus in difficultatibus versantur.

Ut autem plena actuosaque educatio christiana haberi possit, omnino oportet institutores educatoresque vias appositiores hac de causa ingrediantur, quibus aliorum animos

[49] Cfr. Litt. Enc. Pii XII *Mystici Corporis*; *A. A. S.*, XXXV, 1943, p. 200-201 [LE 1759]; Litt. Enc. Pii XI *Rerum Ecclesiae*; *A. A. S.*, XVIII, 1926, p. 78 [LE 693]. [50] Cfr. *Eph.* IV, 24. [51] *I Petr.* II, 9. [52] Cfr. Ioan. X, 4, 14. [53] Cfr. *Ibid.*, X, 9, 10. [54] *I Petr.* V, 4. [55] Cfr. Ioan. X, 11. [56] *Ibid.*, XIV, 6. [57] S. Thom., *Summa Theol.* II-II, q. 3, a. 2, ad 2. [58] Matth. XXII 37. [59] Cfr. *I Petr. II*, 21; Matth. XI, 29; Ioan. XIII, 15.

eorumque peculiaria ingenia, consilia et indolem attingere atque penitus intellegere queant; ita quidem ut evangelicae veritatis praecepta, una cum eorum normis ac postulatis, novi Iesu Christi asseclae imbibant, iisdemque prorsus conformentur. Divinus enim Redemptor id a nobis singulis postulat reapse efficiendum, quod est mandatum magnum; hoc est: «Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua» [58]. Oculis igitur eorum, qui catholicam amplectuntur religionem, christianae professionis granditas luce plena splendescere debet, ita ut eorum animi incenso desiderio efficacique proposito iugiter excitentur vitam ducendi virtutibus omnibus ornatam et apostolica navitate praestantem; vitam dicimus, quae imitanda proponat praeclara Iesu Christi exempla, qui, humana suscepta natura, nobis praecepit ut sequeremur vestigia eius [59].

Quicumque christiano censetur nomine, plane noverit se primario quodam ac praecipuo conscientiae officio obligari, ut testis sit veritatis, quam credit, et gratiae, qua eius animus est transformatus: «Ideo enim», quemadmodum ait eximius quidam Ecclesiae Pater, «ille [Christus] nos hic relinquit, ut sicut luminaria essemus, ut aliorum doctores constituamur, ut instar fermenti simus, ut sicut angeli cum hominibus versemur, ut sicut viri cum puerulis, ut spirituales cum animalibus, ut illi lucrentur, ut semina simus, ut fructum multum feramus. Non opus esset sermone, si vita nostra ita fulgeret; non opus esset verbis, / si opera 852
exhiberemus. Nullus esset gentilis, si nos essemus vere Christiani» [60].

Quodsi omnes Christifideles, qui in toto sunt orbe terrarum, ut liquet, id officium debent praestare, tamen non est quin videat in regionibus, Missionalium opera excolendis, ex eodem impleto fructus oriri posse singulares prorsus et uberrimos, quod ad propagandum attinet Regnum Dei, apud eos etiam, qui Fidei nostrae praeclarissimum donum ignorant, et vigoris, naturam excedentis, qui in gratia inest, exsortes sunt, hortante ipso Domino Iesu: «Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est» [61]; atque Petro Apostolo fidelibus praecipiente: «abstinere vos a carnalibus desideriis, quae militant adversus animam; conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detrectant de vobis, tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum» [62].

Testimonium vero a singulis datum confirmari debet et quasi dilatari testimonio totius communitatis christianae, eo fere modo, qui aetate recenti ab instituta Catholica Ecclesia obtinuit, qua scilicet conspiratio et consensus omnium Christifidelium, qui erant «perseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis et orationibus» [63], eorumque coniunctio in caritatis officiis studiosissime exhibendis maxima iis gaudia mutuaque pietatis incitamenta praebuerunt; nam erant «collaudantes Deum et habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salvi fierent cotidie in idipsum» [64].

Eo enim quod una simul preces Deo adhibentur et in sacra Liturgia divina mysteria actuose participantur, vita christiana singulorum ac totius communitatis valdissime ditatur et perficitur, idque plurimum valet ad conformandos animos ea caritate, / quae veri nominis christianorum 853
est insigne; caritatem dicimus, quae discrimina inter nationes et linguas exsuperat, omnesque, sive fratres sive adversarios, amice complectitur. Qua in re haec verba S. Clementis Pontificis Maximi, Decessoris Nostri, libet iterare: «Cum enim [ethnici] audiant a nobis, quod Deus dicit: *Non est gratia vobis, si eos diligitis, qui vos diligunt, sed gratia vobis, si diligitis inimicos vestros et qui vos oderunt* [65]: quae cum audiant, admirantur bonitatis sublimitatem; cum autem viderint, nos non tantum eos non diligere, qui nos oderunt, sed ne eos quidem, qui diligunt, irrident nos ac nomen [Dei] blasphematur» [66]. Omnium Evangelii praeconum summus, S. Paulus Apostolus, ad Romanos scribens, cum extremis occidentis populis verbum Domini esset annuntiaturus, de «dilectione sine simulatione» [67] monuit; cuius virtutis —sine qua christianus nihil est— [68] mirabilem laudem ante celebrarat.

Quae quidem caritas etiam collatis subsidiis patefit, quemadmodum ait Decessor Noster imm. mem. Pius XII: «Corpus multitudinem quoque membrorum exigit, quae inter se connectantur, ut mutuo auxilio sibi vivant. Et quemadmodum in mortali concretione nostra cum membrum dolet, cetera omnia condolescunt; et quae sana sunt

[58] S. Ioan. Chrys., *Hom. X in I Tim.*; Migne, *PG*, LXII, 551. [61] Matth. V, 16. [62] *I Petr.* II, 12. [63] *Act. Ap.* II, 42. [64] *Ibid.*, 47. [65] Cfr. Luc. VI, 32-35. [66] F. X. Funk, *Patres Apostolici*, vol. I, p. 201. [67] *Rom.* XII, 9 sq. [68] *I Cor.* XIII, 2.

aegrotantibus suppetias veniunt: ita in Ecclesia singula membra non sibi unice vivunt, sed aliis quoque opitulantur, atque omnia sibi invicem adiutricem operam praestant, cum ad mutuam consolationem, tum ad ampliorem usque aedificationem totius Corporis» [69].

Quoniam vero rerum necessitatibus, quibus christifideles premuntur, etiam Ecclesiae vita et instituta continentur, autochthones christiani assuescant oportet, quantum pro facultatibus possunt, templa, pios coetus, clerum, qui ipsis totum se devovit, suis opibus sponte sustentare; neque interest, si paulum ad hoc conferunt, cum id sit potissimum, ut, quod impertitur, innotescens sit testificatio con-
854 scientiae in christiana disciplina exercitatae. /

IV

Cum christifidelibus, unius viventis Corporis membris, non liceat se a ceteris seiungere atque adeo arbitrari se officio suo satisfecisse, si proprii tantum animi rationibus studuerint atque prospexerint, singuli universi, adiutricem operam, pro sua quisque parte, navent Regno Dei incrementis augendo et propagando. Ad quod generale servandum officium idem Decessor Noster Pius XII omnes est hisce verbis cohortatus: «Catholicam esse, praecipua Ecclesiae nota est, ita ut christianus homo et adstrictus Ecclesiae minime sit, nisi pariter sit addictus et adstrictus fidelium universitati, atque adeo percupiat ut eadem ubicumque gentium radices agat et florescat» [70].

Omnes igitur, sancta quadam incensi aemulatione, certatim testificentur oportet assiduum, quo ducantur, studium spirituale aliorum bonum comparandi, propriam tuendi Fidem, eamque eos docendi, qui eius expertes sunt aut eam non satis noscunt atque adeo setius de ea iudicant. Itaque sacrorum administri, familiae, coetus apostolatui dediti, qui variis in locis sunt constituti, faciant, ut huius officii religionem, etiam in communitatibus christianis recentissime ortis, animis hominum a prima eorum aetate et ab adulescentia defigant. Nec desunt peropportunae quaedam occasiones aptius et luculentius eos ad hoc munus apostolatus informandi, veluti cum pueri, vel baptismate nuper abluti homines ad Confirmationis Sacramentum suscipiendum componuntur, cuius «chrismate credentibus novum robur inditur, ut Ecclesiam Matrem et quam ab ea acceperint fidem, strenue tueantur ac defendant» [71]; quam quidem animorum praeparationem maxime apud eas gen-
855 tes expedit fieri, quae peculiares initiationis ritus pro lorum consuetudine celebrant, / per quos se parant adulescentes, ut suo tribulium ordini legitime ascribantur.

Facere autem hic non possumus, quin operam catecheseos institutorum in sua collocemus luce, quippe quos constet, si annales Missionum Catholicarum ab amota earum origine replicentur, iisdem adiumentum attulisse singulare prorsus ac necessarium. Qui cum nullo non tempore praesentissimi adiutores verbi divini praeconum essent, eorum participantes labores allevantesque, Decessores Nostri apertis verbis affirmaverunt, «quantum ad Evangelii propagationem referret eorum multiplicari numerum» eosque diligentissime institui [72], idemque munus habuerunt «praestantissimum fortasse exemplum apostolatus, qui a laicis exercetur» [73]. Nos autem, maximas laudes iis tributas iterantes, eos adhortamur, ut animi beatitatem, quae ex hoc proficiscatur munere, attentius considerent neve umquam eo desinant omni studio coniti, ut, ecclesiastica moderante Hierarchia, religionis disciplinam amplius excolant seque in hominum vere christianorum forment mores. Ab iis enim catechumeni non solum prima Fidei elementa condiscant oportet, sed etiam exercitationem virtutis et incensum sincerumque amorem erga Christum eiusque Ecclesiam. Quidquid curae impenditur in augendum numerum huiusmodi praestantium ecclesiasticae Hierarchiae adiutorum, et in congruentem eorundem institutionem, quidquid praeterea laboris fidem ipsi catholicae doctrinae praeceptores tolerant, ut hoc munus suum quam aptissime gerant et plenissime, sunt ad novas condendas communitates christianas easque prosperandas instrumenta praesentissima.

Primis quidem, quas edidimus, Litteris Encyclicis, de variis gravibusque commemoravimus causis, quae hac

[69] Litt. Enc. *Mystici Corporis*; *A. A. S.*, XXXV, 1943, p. 200 [LE 1759]. [70] Litt. Enc. *Fidei donum*; *A. A. S.*, XLIX, 1957, p. 237 [LE 2650]. [71] Litt. Enc. Pii XII: *Mystici Corporis*; *A. A. S.*, XXXV, 1943, p. 201 [LE 1759]. [72] Cfr. Litt. Enc. Pii XI: *Rerum Ecclesiae*; *A. A. S.*, XVIII, 1926, p. 78 [LE 693]. [73] Cfr. Sermonem a Pio XII anno 1957 habitum ad eos, qui alteri interfuerunt Conventui catholicorum ex universo orbe pro laicorum Apostolatu; *A. A. S.*, XLIX, 1957, p. 937.

aetate impel/lunt, ut in omnibus orbis terrarum partibus 856
«laici homines in pacificae militiae, hoc est in Actionis Catholicae agmina, eo sapienti consilio advocentur, ut ecclesiasticae Hierarchiae adiutricem operam navent» [74], quibus verbis haec subiecimus: «Magno quidem Nobis solacio est ea considerare, quae per elapsum temporis decursum, in regionibus etiam ab Evangelii praeconibus adhuc excolendis, hi Episcoporum ac sacerdotum adiutores... alacri actuosaque voluntate exanclarunt opera ac provexerunt incepta» [75]. Nunc vero affectu caritatis, «quae urget Nos» [76], haec Decessoris Nostri imm. mem. Pii XII hortamenta et inflammantia dicta volumus instantissime itesam, diligentem laboriosamque operositatem suam inibi cum hierarchico cleri apostolatu consocient, in Actionis Catholicae confertissima agmina confluentes» [77]. Quam voluntatem Antistitis Sacrorum Maximi ut ad effectum deducerent, Episcopi regionum, Missionalium curae creditarum, utriusque ordinis clerus et fideles generosiores atque christiana disciplina instructiores probatissimo cum studio sunt conisi; atque adeo licet asseverari ubique fere terrarum incepta feliciter esse patrata operaque egregia efflo-
ruisse. Tamen necesse est —de hoc etiam atque etiam monendum censemus— ut haec apostolatus ratio ad locorum condiciones et necessitates congruentes accommodetur. Non enim licet ea, quae in alia regione peracta sunt, ad aliam, nullo habito discrimine, transferre; sed ii, ad quos pertinet, moderationi ecclesiasticae Hierarchiae omnino subiecti sacrisque Pastoribus hilari animo obtemperantes, curare debent, ne multiplices apostolatus formae nimia quaedam onerum accessio evadant, qua vires praeclarae ita cohibeantur vel dissipentur, ut solum certa quaedam ac singularia suscipiantur, atque adeo quasi trunca et manca sit actio, cum plus aequo speciali cuidam rei studeatur; quod quidem, sicubi / opportunum esse videatur, tamen 857
minus utilitatis habet, ubi adiuncta et necessitates prorsus alia sunt. Primis iisdem Encyclicis Litteris etiam praediximus argumentum, quod in Actione Catholica versatur, Nos data occasione esse uberius et fusius pertractaturos; unde, ut probe confidimus, regiones quoque illae, in quibus Missionalium opus exercetur, commoda capient non modica novamque accipient impulsionem. Interea omnes, concordi voluntate ac spiritibus ducti supernis, in rem incumbant sibique persuasum habeant hac tantum condicione se posse gloriari causae divinae et ampliori animi culturae ac profectui suae gentis inservire.

Est quidem Actio Catholica laicorum hominum sodalitas, «cui propria sunt munera eaque cum officii onere coniuncta, in quibus obeundis moderationi auctoritatum obtemperetur oportet» [78], ita tamen ut laici ipsi moderatorum gradus in ea obtineant. Ad hoc necesse est homines instituantur, qui varias consociationes apostolico valeant inflammare ardore, et efficere, ut eaedem pleno polleant vigore; viros dicimus et mulieres, qui ut digni reddantur, quibus ab ecclesiastica Hierarchia credatur primaria vel secundaria consociationum moderatio, testatum proferre debent argumentum, quo constet christiana disciplina christianisque moribus se plane esse instructos et conformatos, adeo ut «id ceteris impertire possint, quod ipsi iam sibi divina opitulante gratia comparaverint» [79].

Non immerito autem asseverari licet sedem aptissimam et quasi palaestram, ubi huiusmodi moderatores laici Actionis Catholicae ad munus suum comparentur, scholam esse christianam; quam tum solum assequi propositum suum posse ac munus obire suum, cum veri nominis christiani a magistris, sive sint sacerdotes ex utroque clero sive homi-
nes ex ordine laicorum, ibidem educentur. / 858

Nec est qui ignoret, quanti momenti fuerit sitque schola in regionibus, Missionalium curae concreditis, quantum virium et laboris Ecclesia in ludis cuiusvis ordinis aperiendis insumpserit, quam acriter eos sit tutata et auxerit incrementis. Quoniam vero difficile, quemadmodum liquet, scholarum disciplinis addi potest ratio moderatores Actionis Catholicae instituendi, expedit saepe extra ludos bonae spei adulescentes congregari, ut ad apostolatus doctrinam exercitationemque informentur. Curent igitur Ordinarii locorum, ut, quo aptiore possint modo, pro suaque prudentia scholas apostolatus condiscendi aperiant, in quibus, uti patet, institutionis ratio ab ea differt, quae in scholis, quas vere proprieque dicas, obtinet. Interdum

[74] Cfr. Litt. Enc. *Ad Petri Cathedram*; *A. A. S.*, LI, 1959, p. 523 [LE 2829]. [75] *Ibid.*, p. 523. [76] Cfr. *II Cor.* V, 14. [77] Litt. Enc. *Evangelii praecones*; *A. A. S.*, XLIII, 1951, p. 513 [LE 2218]. [78] Cfr. Ep. Pii XII de Actione Catholica, die 11 Oct. 1946 data; *A. A. S.*, XXXVII, 1946, p. 422; *Discorsi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII*, vol. VIII, p. 468. [79] Litt. Enc. *Ad Petri Cathedram*; *A. A. S.*, LI, 1959, p. 524 [LE 2829].

http://www.obrascatolicas.com

tiam continget, ut pueri et adulescentes qui scholas non catholicas adire cogantur, a falsis doctrinis servandi sint immunes; semper autem necesse erit, ut ad institutionem, quae, ad humanitatis cultum artesque technicas pertinens, in publicis ludis impertitur, educatio accedat prudenter impenseque tradita, quae in re spirituali sita sit, ne e scholis illis homines proficiscantur perverse docti, arrogantia inflati, et qui Ecclesiae gentibusque suis magis noceant quam prosint. Quorum institutio in disciplina religionis cum ingenii progressione debet temperari, eo quidem consilio, ut ad vitam e catholicae Fidei ratione ducendam in sua cuiusque civili societate eoque in hominum coetu, inter quos sua munera gerent, rite comparentur, atque locum suo tempore in catholicis sodalitatibus possint obtinere. Quodsi iuvenes e sua coguntur communitate discedere, ut aliis in oppidis vel urbibus publicas obeant scholas, convictus sedes ibi expedit constitui aliaque domicilia, in quibus vita christiana moresque in tuto sint, illorumque ingenia et vires praeclaro apostolatus proposito conformentur. Vim igitur singularem et efficientissimam scholis huiusmodi tribuentes, quod ad instituendos moderatores Actionis Catholicae attinet, nolumus tamen familias onere officii, quo tenentur, eximere neque quidquam de earum auctoritate detrahere, cum interdum eaedem plus etiam
859 ad hanc / rem possint quam scholae, alendo scilicet in filiorum animis apostolatus ardorem eosque christianis praeceptis uberius in dies erudiendo et ad actionem vitae comparando. Est enim domesticus ipse convictus praestantissima quaedam schola, cum nulla prorsus re commutanda.

Verum «bonum certamen» [80] pro Fide christiana initum non solum in intimis fit conscientiae latebris, vel intra domesticos parietes, sed etiam in vita publica, ubicumque et quodmodocumque eam agi contingit. In omnibus orbis terrarum partibus variae nostra aetate exsistunt quaestiones, quas qui persolvere student, plerumque una humana innituntur sapientia et principia sequuntur, quae legis christianae praeceptis non raro adversantur; «re quidem vera pleraeque regiones tam gravibus rei socialis, oeconomicae et politicae immutationibus obnoxiae sunt, ut ex eis futuri temporis cursus maxima ex parte pendere videatur» [81]. Quaestiones vero, quae apud alias gentes aut iam solutae sunt aut iis rebus enodari queunt, quae in earum more usuque insunt, apud alias necessario sunt ac sine mora expediendae; quod quidem etiam periculi plenum est, cum fieri possit, ut praepropere agatur atque lamentabili cum levitate animi doctrinae mutuo recipiantur, quae rationes religiosas singulorum hominum ac gentium aut neglegant aut aversentur. Quas quaestiones catholicis, bono privato ac bono publico Ecclesiae intentis, nequaquam licet ignorare neque incuriose sinere damnose solvi, ita ut postea impensiore cum nisu errata sint corrigenda ampliusque impediatur christianae religionis propagatio terrarum in orbe.

Cum, vero, ad publica munera quod pertinet, actiones hominum laicorum in regionibus, ubi verbum Dei disseminatur, degentium, sint ipsis magis propriae ac potiores, christianae communitates quam maturrime et impensissime curent oportet, ut viros ad publicam rem in sua cuiusque
860 terra pro communi ipsius bono capessendam comparent, qui non solum credita sibi / officia et opera cum laude exsequantur, sed etiam, vita sua vere christiana, Ecclesiae, cuius beneficio renati sunt, honorem adiungant, ita ut sacri Pastores praeconium illud iis tribuere possint, quod apud S. Basilium scriptum videmus: «gratias egi Deo sanctissimo, quod rerum publicarum curis occupati, ecclesiasticas haud parvi penditis; sed de iis unusquisque velut de proprio negotio et ex quo vita sua pendeat, ita solliciti fuistis» [82].

Nominatim in iis, quae ad scholae negotia tractanda eamque recte componendam, ad subsidia egentium civium classibus disposite impertienda, ad cuiusvis generis operariorum consociationes recte ordinandas, et ad publicam rem administrandam pertinent, catholicorum autochthonum, peritia insignium, praecipuae erunt et egregiae partes, si —quemadmodum officii conscientia postulat, a qua sine violatae fidei crimine nequit declinari— in capiendis consiliis rebusque agendis christianae legis ducentur rationibus; quae quidem, ut multis saeculis comprobata experientia docet, maximam vim et momentum habent ad bonum commune comparandum.

Non est autem quin videat mutuum auxilium, fraterno affectu sociatum, catholicorum coetuum, qui ubivis in orbe terrarum sunt conditi, magnam afferre posse utilitatem plurimumque valere, ut idem Decessor Noster imm. mem. Pius XII monuit, ad apostolatum laicorum in regionibus, Missionalium curae concreditis, provehendum, sive quoad doctrinam, prout investigatur, quomodo nempe quaestiones praesertim sociales apud recens constitutas nationes queant expediri, sive quoad apostolatum, idque potissimum, prout consilia ineuntur, ut laicorum ordines sub Christi vexillis alacriter militantium recte componantur. Haud ignoramus quidem ea, quae laici Missionales iam egregie patrarint patrentque, qui ad tempus aut in vitam omnem patriam suam reliquerunt, ut in regionibus Evangelii lumine collustrandis ad bonum sociale et religiosum operam / conferent multiplicem; Deum vero enixis obsecramus precibus, 861
ut numerum huiusmodi adiutorum, magno praeditorum animo, laetis augeat incrementis, eosque in difficultatibus et laboribus, quae apostolico consilio perferunt, confirmet. Profecto Institutorum Saecularium sodales laicis ex iisdem regionibus ortis, Missionalium cura excolendis, auxilium ferent cum eximia et uberrima fructuum copia coniunctum, si ipsi suo exemplo alios ad sui imitationem provocabunt et Ordinariis locorum ingenium laboremque promptum atque ultro libenterque expositum praebebunt, quo citius communitates christianae recens ortae maturescant.

Iis etiam laicis omnibus, qui ubicumque terrarum muneribus, quae obeunt, vel publica re, quam tractant, altius eminent, admonitionem Nostram adhibemus, ut serio cum animo consideret, quomodo, licet e patria cuiusque sua non discedant, fratribus nomini christiano nuper ascriptis possint opitulari, quibus, consilia dantes, experientiam communicantes, artis technicae impertientes subsidia, sine magno labore neque gravi incommodo adiumentum afferre possunt, quod interdum maximum momentum faciat. Rationem haec, quae paterno exoptamus animo, ad effectum deducendi certe invenient homines bona praediti mente; qui curabunt, ut hoc desiderium aliis, quos propensos invenerint, innotescat, utque eorum voluntates permoveant et ad aggrediendum opus maxime idoneum dirigant.

Proximus Decessor Noster Episcopos est cohortatus, ut eo «animi affectu, qui fraterna consensione operam cum aliis sociat et sui commodum neglegit», in id incumberent, ut iuvenibus catholicis, qui e regionibus, Missionalium studio excolendis, in dioeceses ipsorum se conferunt doctrinae condiscendae ususque rerum adipiscendi causa, quibus habiles fiant ad publica munera in patria capessenda, spiritualis cura impertietur [83]. Nemo enim vestrum, Venerabiles Fratres, non videt, quot pericula eorum ingeniis mentibusque, quot discrimina impendeant moribus in hominum societate, quae non solum eorundum non est / propria sed 862
etiam —pro dolor!— nequaquam huiusmodi, ut Fidem eorum confirmet eosque ad christianam virtutem excitet; atque adeo unusquisque vestrum pro conscientia officii, quo omnes sacri Pastores, ad Missiones quod spectat, tenentur, caritate et sollicitudine summa et rationibus initis aptissimis, iis ferre opem studeat. Neque difficile erit hos iuvenes doctrinae studiosos exquirere, sacerdotibus vel laicis ad hoc ministerium imprimis idoneis committere, spirituali cura fovere, ac demum facere, ut suavitatem et adiumenta caritatis christianae persentiant usuque experiantur, qua omnes in fraternum foedus coeamus oportet et alter alterius commodis serviat. Itaque ad tot tantaque auxilia, quibus Missionalibus occurristis, hanc etiam adiutricem adiungite operam, qua regiones, in orbe terrarum dissitae quidem, sed curis etiam vestris quodam modo commendatae, ipsis animis vestris repraesentantur.

His vero iuvenibus doctrinae studiosis non solum amorem, quo in eos ferimur, patefacere volumus, sed eos etiam impense amanterque hortari, ut signum crucis, in frontibus suis conscriptum tinctione sanguinis Iesu et unctione chrismatis sancti, inviolate ubique prae se ferant, neve, dum apud exteras gentes commorantur, occasionem praetermittant, quin non solum ad munera recte gerenda se comparent, sed religionis etiam disciplinam altius comprehendant. Quamquam periculis malisque sunt obnoxii, habent tamen opportunitatem maximam ad multa capienda commoda spiritualia, dum apud catholicas degunt nationes, si meminerint omnes christifideles, quicumque sunt et undecumque duxerunt ortum, debere ceteris esse exemplo mutuaque inter se pietatis impertire adiumenta.

V

Postquam igitur, Venerabiles Fratres, de praecipuis magisque peculiaribus egimus necessitatibus, quibus Ecclesia in regionibus, Missionalium studio creditis, hisce temporibus premitur, facere non possumus, quin gratum animum sensusque commotos iis omnibus significemus, qui ad ultimos usque ter/rarum terminos in Fide propaganda, nulli 864

[80] *II Tim.* IV, 7. [81] Litt. Enc. Pii XII *Fidei donum*; *A. A. S.*, XLIX, p. 229 [LE 2650]. [82] *Ep.* 285; MIGNE, *PG*, 32, 855.

[83] Cfr. Litt. Enc. *Fidei donum*; *A. A. S.*, XLIX, 1957, p. 245 [LE 2650].

parcentes labori, desudant. Noverint Evangelii praecones ex utroque clero, quos habemus carissimos, noverint sacrae virgines, quae animo tam egregio et alacri tantaque cum fructuum ubertate ministerii Missionalis rationibus inserviunt, noverint laici, operis huius praeclarissimi consortes, qui impigri sunt profecti ad fines religionis proferendos, Nos enixas cotidianasque pro iis fundere preces, iisque omne, quod possumus, auxilium ferre percupere. Prosper exitus laborum, qui eo etiam apparet, quod communitates christianae recens constitutae spirituali pollent vigore, indicium est caelestis probationis favorisque atque testimonium sollertiae ac prudentiae, quibus Sacra Consilia nomini christiano propagando et Ecclesiae Orientali praeposita in negotiis suis accurandis utuntur.

Omnes vero Episcopos, sacrum clerum et christifideles dioecesium totius orbis terrarum, qui precationibus et collata stipe necessitates Missionalium, quae sive ad animos sive ad res pertinent, allevant, etiam atque etiam rogamus, ut haec subsidia, quibus opus est omnino, volentes adaugeant. Pastores dioecesium etiam antiquissimarum, quamquam sacerdotum exiguitas eos habet sollicitos, sine ulla tamen dubitatione foveant confirmentque eos, qui ad munus Missionale divinitus se sentiunt vocari, atque libenter patiantur se praestantissimos quosdam homines laicos amittere, ut novis dioecesibus addicantur; qua ex iactura, quam Dei causa fecerint, caelestia munera iis haud sero provenient. Quo magis vero necessitates increscunt continuo, eo promptior sit oportet liberalitas, qua omnes christifideles per orbem terrarum certatim studium et subsidia caritatis in Opera conferant, quae, Sacro Consilio nomini christiano propagando subiecta, auxilia undique accepta iis attribuunt, quibus utiliora sunt quique magis iis indigent. Quae officia et adiumenta, a fratribus sollerter actuoseque exhibita, christifideles communitatum recens conditarum ad christianam servandam disciplinam excitabunt,
864 iisque suavem affectum amoris, / humanam naturam excedentis, qui gratia in animis alitur, testatum facient.

Quoniam dioeceses non paucae christianaeque communitates in terris, Missionalium curae commissis, doloribus et insectationibus interdum cruentis vexantur, sacros Pastores, qui filiis suis in Domino exemplo Fidei praelucent, quae non flectitur, fidelitatis, quae ne vitae quidem periculo labat, et christifideles, rebus adversis tantopere exercitos ideoque Sacratissimo Cordi Iesu carissimos, qui persecutionem patientibus propter iustitiam est uberem mercedem pollicitus [84], cohortamur, ut alacres perstent in pugna, qua Dei causa decertant; quo sine dubio fit, ut Dominus, in consiliis suis inscrutabilibus numquam non misericors, praeclarissimis muneribus caelestibus et solacis gaudiisque eos impleat maximis. Cum iis, qui ita exagitantur, precum et dolorum communione coniuncta est universa Ecclesia Dei, quae pro certo habet exspectatam victoriam sibi non esse defuturam.

Missionibus igitur Catholicis Sanctorum earundem Patronorum et Martyrum firmissimum praesidium, singulari vero modo deprecationem amantissimae omnium Matris Mariae, Reginae Missionum, ex animo implorantes, Apostolicam Benedictionem, supernorum munerum Aeterni Patris, qui per Filium suum, hominum Servatorem, mundo apparuit, conciliatricem et auspicem, quae etiam cunctorum studia in Missiones accendat et augeat, vobis singulis universis, Venerabiles Fratres, iisque omnibus, qui Dei Regno propagando quovis modo dant operam, effusa caritate impertimus.

Datum Roma, apud S. Petrum, die XXVIII mensis Novembris, anno MDCCCCLIX, Pontificatus Nostri secundo.— IOANNES PP. XXIII.

[84] Cfr. MATTH. V, 10-12.

Adn. I. LEE in CpR 39 (1960) 26-30; J. M. in NrT 82 (1960) 70-77; E. PECORAIO in ME 85 (1960) 373-390.

2862

1959 DEC 1.-SC ORIENTALIS, RESPONSUM. PART.*

CANON 72 CONCILII TRULLANI STATUENS IMPEDIMENTUM MATRIMONIALE DIRIMENS MIXTAE RELIGIONIS NON APPLICATUR CATHOLICIS RITUS BYZANTINI

By order of the Holy Office, this Sacred Dicastery has attentively examined the marriage case of R-H presented by Your Excellency.

R. belongs to the Greek-Melchite rite because she was born of a Catholic of that rite; H. is a Protestant.

The declaration of nullity in this marriage would have to be based on defect of form or eventually on Trullan canon 72.

The first ground does not seem possible because the constitutive elements of form in the Byzantine Rite were not doctrinally certain prior to the legislation passed by the Holy See.

Neither does it help to have recourse to Trullan canon 72, which could be applied to declare null R's marriage with the Protestant, H. The reason is that among the Melchites the canon in question has fallen into disuse.

In conclusion, it does not appear possible to give a declaration of nullity for the marriage of R with H either because of defect of form or because of Trullan canon 72.

* Ordinario Vigorniensi. Prot. N. 167/58: BOUSCAREN V, p. 14. Adn. I. A. ARBO in PrM 58 (1969) 595-612; W. W. BASSET in Jurist 29 (1969) 383-415; 31 (1971) 402-405; BOUSCAREN V, p. 13; A. COUSSA in Apoll. 32 (1959) 170-181; P. M. SHANNON in Jurist 23 (1963) 340-351.

2863

1959 DEC 1. - SC CONCILII, DECR. AAS 51 (1959) 918

FACULTAS ANTICIPANDI OBLIGATIONEM ABSTINENTIAE ET IEIUNII PERVIGILII NATIVITATIS D. N. IESU CHRISTI

Plurimorum Episcoporum ex multis Nationibus votis obsecundans, Ssmus Dominus Noster Ioannes Pp. XXIII, praesenti Sacrae Congregationis Concilii Decreto, gratiam deinceps anticipandi obligationem abstinentiae et ieiunii a die vigesima quarta, pervigilio Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, ad diem vigesimam tertiam mensis Decembris omnibus orbis catholici fidelibus concedere dignatus est.

Datum Roma, die 3 Decembris 1959.—P. Card. CICIACI, *Praef.* P. Palazzini, *a Secretis.*

Adn. A. DIEZ in CpR 39 (1960) 47-49; DZIADOSZ in Jurist 20 (1960) 220-229.

2864

1959 DEC 8.-IOAN. XXIII, MOT. PR. AAS 52 (1960) 24-26

ACADEMIA MARIANA INTERNATIONALIS PONTIFICIAE ACADEMIAE TITULO DECORATUR

Maiora in dies sumere incrementa Marialem cultum hac nostra licet animadvertere aetate; nam et artes et theologicae potissimum disciplinae certatim contendere videntur, ut populi christiani fidem pietatemque suam roborent et augeant erga Virginem Mariam, quae divino Spiritu permota de se miro prorsus cantico vaticinata est: «Beatam me dicent, inquiens, omnes generationes» [1]. / 25

Ad rem aptissime imm. mem. proximus Decessor Noster Pius XII scripsit in Constitutione Apostolica *Munificentissimus Deus*: «Cernere... magno Nobis solacio est dum catholica fides publice actuoseque manifestatur, pietatem erga Deiparam Virginem vigere ac fervescere cotidie magis ac fere ubique terrarum melioris sanctiorisque vitae praebere auspicia. Quo fit ut, dum Beatissima Virgo sua materna munia pro Christi sanguine redemptis amantissime explet, filiorum mentes animique ad studiosiorem eius privilegiorum contemplationem impensius excitentur» [2].

Porro ex hoc Marialis sive doctrinae sive pietatis profectu Academia Mariana Internationalis ortum habuit. Ea enim condita est ut «efficaciter promoveret atque foveret studia potissimum scientifica tum speculativa tum historico-critica de Beatissima Virgine Maria» [3]; atque adeo hac de causa, scripta quaedam collectanea ad propositum finem assequendum edenda curavit. Aliud quoque susceptum consilium, scilicet «ut opportunis temporibus promoveantur conventus Mariales internationales, hebdomadae ac conferentiae, seu acroases Mariales» [4], prospero omnino exitu ad effectum perductum esse videtur, frequentibus praesertim ex universis gentibus conventibus habitis annis MCML, MCMLIV, MCMLVIII, quorum celebratorum coetuum edita egregie sunt acta in commentariis quae inscribuntur «Alma Socia Christi», «Virgo Immaculata», «Maria et Ecclesia» [5].

Ex quibus luculentissime sane apparet quam egregie haec Academia Mariana de Marialis doctrinae pietatisque profectu meruerit.

Exquisitissimis itaque fructibus, quos memorata Acade-

[1] Luc. I, 48.
[2] Pius XII, Const. Apost. *Munificentissimus Deus*; *A. A. S.*, XLII, 1950, p. 753 [LE 2158]. [3] *Statuta Acad. Mar. Inter.*, art. 1. [4] *Ibidem*, art. 2.
[5] Cfr. *Nuntia periodica*, n. 6, Romae, 1959, 78-84.

http://www.obrascatolicas.com

mia edere valuit, attente perpensis, ipsam titulo, iuribus et privilegiis *Pontificiae Academiae* decorandam esse censuimus.

Nobis autem in votis est ut haec Nostra Academia, quemadmodum hactenus ita et in posterum, cum aliis Academiis et Societatibus Marialibus, ubique terrarum exstantibus, consociatis viribus et collatis consiliis, in laudes
26 et honores Virgini / Mariae tribuendos, operam amice disponat, normis a Decessore Nostro Pio XII imm. record. datis, occasione secundi Conventus Mariologici Internationalis, diligenter servatis [6], quibus sane cavetur ne Mariologia, sanis solidisque nisa fundamentis sive falso immodicoque ausu veritatem supergrediatur, sive nimia prematur angustia in singulari illa consideranda dignitate Matris Dei almaeque Sociae Christi Redemptoris.

Praeterea, quo conventus ex omnibus nationibus Mariologico-Mariani certius et stabilius congregentur, illis ordinandis praeponi decernimus peculiare ac stabile Consilium, quod eidem Academiae ab actis erit.

Quae omnia ad honorem Domini Nostri Iesu Christi, qui unus est Mediator Dei et hominum, necnon in laudem Beatissimae Virginis Mariae Matris nostrae, edicere placet, quam Decessor Noster imm. record. Leo XIII appellat «permagnum unitatis christianae praesidium» [7], quamque iam antiquitus Ecclesia catholicae unitatis Matrem venerata est, Matrem videlicet unientem Caput Corpori, Christum Ecclesiae, Sponsum Sponsae, per quam —ut Damascenus nos edocet— «inter unius sanctae, catholicae atque apostolicae Ecclesiae cives adscripti sumus» [8].

Haec Nos hisce Litteris Motu Proprio datis statuimus ac decernimus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Roma, apud S. Petrum, die VIII mensis Decembris, in festo Immaculatae Virginis Mariae, anno MDCCCCLIX Pontificatus Nostri secundo.—IOANNES PP. XXIII.

[6] PIUS XII, Nuntius radiophonicus iis qui interfuerunt Conventui Internationali Mariologico-Mariano Romae habito; *A. A. S.*, XLVI, 1954, pp. 677-80.
[7] LEO XIII, Litt. Enc. *Adiutricem populi*, in *Leonis XIII Acta*, XV p. 308.
[8] S. IOHANNES DAMASCENUS, *In Annuntiationem sanctissimae Dominae nostrae Dei Genitricis sermo*; *PG*, 96, 656.

Adn. L. BABBINI in Pal. clero 39 (1960) 940-941.

2865

1959 DEC 8.-IOAN. XXIII, ALLOC. AAS 52 (1960) 45-50

Allocutio die 8 dec. habita iis qui interfuerunt Conventui X Romae habito ab Italica catholicorum iuris peritorum Sodalitate:

DE RECTO MODO ADIMPLENDI OFFICIUM IURIS PERITI CATHOLICI

Siamo particolarmente lieti di accogliere oggi la vostra distinta adunanza, diletti figli, che vi fregiate del titolo così onorifico e impegnativo di Giuristi Cattolici. Siete convenuti a Roma per celebrare insieme il decimo Convegno, che si aggiunge alla lunga serie degli incontri annuali, organizzati dalla vostra Unione; e questo denota la serietà del vostro dovere, e l'assiduità continuata e feconda del comune lavoro, assai proficuo.

Vi esprimiamo pertanto il più largo compiacimento per il programma che perseguite con tanta competenza, e nobiltà di sentire. Voi siete consapevoli della vostra alta missione, e volete viverla integralmente, alla luce di Dio e di una coscienza intemerata.

Giurista dice infatti anzitutto una persona altamente qualificata, di nobile fermezza e sensibilità: di profonda formazione interiore, intellettuale morale, che affonda le sue radici negli anni fertili e generosi della giovinezza penosa, e che continuamente si rinnova nello sforzo di un ininterrotto aggiornamento.

Giurista dice poi il severo interprete della legge: il custode e il difensore dei principî giuridici; l'insonne operatore e artefice di quello sviluppo del diritto, che sta ancorato alle due tavole della Legge divina nella quale trova espressione e suggello la legge naturale, scolpita dalla mano creatrice di Dio in ogni anima umana. Il giurista ne applica ancora i comandi ai determinati casi della sconfinata varietà della vita: e al tempo stesso ne deduce le sanzioni,

a immagine de quel Dio che è «giudice giusto, forte e sapiente» [1].

La vostra posizione di *Cattolici*, convinti e praticanti, illumina di una particolare luce questa vostra missione, che non esitiamo a definire una vera e alta vocazione. Essa trova nell'adesione fedele alle Leggi di Dio e della sua Chiesa la sua consacrazione e il suo coronamento.

Ma una prova particolare della vostra serietà di intenti e di lavoro Ci è stata offerta dal tema del Congresso, che ha attirato la Nostra viva attenzione: «La libertà di stampa nell'ordinamento giuridico». Su / questo argomento avete 46
fatto convergere da tempo i vostri studi, dedicandovi numerose e dotte trattazioni nelle pubblicazioni specializzate edite dalla Unione. Qui sta uno dei punti veramente cruciali della odierna vita sociale, e vi siamo grati per averlo nuovamente richiamato all'attenzione del mondo giuridico.

Già da molto tempo, quando, sedendo sulla Cattedra di S. Marco, avevamo la responsabilità e il servizio di Presidente della Conferenza Episcopale Triveneta, Ci era balenata alla mente l'idea di dedicare al molteplice problema della stampa un documento meditato e significativo, a nome di tutti i Vescovi delle Tre Venezie.

Ed ora che il Signore Ci ha voluti qui, vi pensiamo spesso; perchè anche davanti ai Nostri occhi passano quotidianamente fogli di carta stampata: quotidiani e periodici; libri e riviste; e ancora segnalazioni di libri, e relative valutazioni di indole religiosa e morale.

A questo proposito vorremmo dirvi un Nostro ricordo, con semplicità e paterna confidenza, come si fa tra una corona di figli attenti e cari. Abbiamo sempre in cuore l'ambiente semplice e sano nel quale il Signore ha voluto che aprissimo gli occhi a questa luce mortale. Fin dalla adolescenza Ci trovammo come immersi in una tradizione domestica e diocesana, che sempre fu aperta alla conoscenza del vero e del bello; amica delle tradizioni e delle fiorite cronache antiche e recenti di vita regionale, che documentano le consuetudini e i costumi dei popoli. Ebbene, riandando col pensiero alle cose viste e sentite, alle persone avvicinate, abbiamo la gioia di dire che mai, nei Nostri giovani anni, il Nostro spirito restò offeso da visioni, da parole, da racconti sconcertanti: e possiamo perciò rendere testimonianza alla rettitudine, alla onestà, alla delicatezza di coscienza dei familiari e della Nostra gente: e non soltanto, com'è naturale, del clero e degli educatori che avvicinammo, ma anche dei laici appartenenti ai più vari ceti; sì, anche laici, cui toccava in sorte di vivere in tempi burrascosi e polemici e, sotto certi riguardi, in condizioni più sfavorevoli di quelle in cui oggi vive il laicato cattolico!

Nel ricordo della sana dirittura di quei tempi, può il Papa —che sente gravare sul Suo cuore la responsabilità spirituale affidataGli, anche se l'abituale serenità può celarne le ansie agli occhi dei fedeli— può, diciamo, il Papa restare indifferente dinanzi al dilagare di una cronaca, di una pubblicità, di riesumazioni storiche romanzate, che nulla hanno a che vedere con la istruzione e con la onesta informazione? Non soffrirà il Suo cuore al pensiero del veleno, che con disinvolta larghezza / viene propinato a 47
tanti innocenti, ed alla adolescenza inesperta e tumultuosa, per mezzo di racconti, di esemplificazioni, di illustrazioni, in cui la conoscenza del vero, e il fascino del bene e la visione del bello non solo non c'entrano per niente, anzi ne sono piuttosto ostentatamente esclusi?

Chi ha il dovere di valutare le cose di questo mondo secondo l'alto criterio dei diritti di Dio e della salvaguardia della bellezza morale delle anime, non può non richiamare solennemente quelle terribili parole di Gesù: «Chi scandalizzerà qualcuno di questi piccoli, che credono in me, meglio per lui sarebbe che gli fosse appesa al collo una macina da asino, e fosse immerso nel profondo del mare. Guai al mondo per causa degli scandali... Guai all'uomo, per la cui colpa avviene lo scandalo!» [2].

Per questo Ci facciamo arditi: e con voce supplichevole, con petto forte, sottoponiamo alla attenzione dei genitori e degli educatori, degli uomini di governo e dei legislatori e giuristi, dei produttori e degli industriali, i seguenti punti, confidando nella buona volontà e rettitudine di ognuno.

1) Anzitutto è necessario avere una *coscienza chiara*, costantemente ispirata ad un retto equilibrio, e non portata alla insensibilità o al lassismo.

Il diritto alla verità ed alla orientazione verso una norma morale oggettiva, fondata su la perennità delle Leggi divine,

[1] *Ps.* 7, 11. [2] *Matth.* 18, 6-7.

è anteriore e superiore ad ogni altro diritto ed esigenza. La libertà di stampa deve inquadrarsi e disciplinarsi in questo rispetto delle Leggi divine, rispecchiantisi in quelle umane, come la libertà dei singoli è inquadrata e disciplinata dall'osservanza delle prescrizioni positive. E come non è lecito al libero cittadino —per il fatto che si proclama libero— portare offesa violenta e danno alla libertà, ai beni, alla vita del suo prossimo, così non può essere lecito alla stampa —sotto il pretesto che essa deve essere libera— attentare quotidianamente e sistematicamente alla sanità religiosa e morale della umanità.

Ogni altra esigenza, di lucro e di diffusione di notizie, deve essere soggetta a queste leggi basilari.

Questa coscienza chiara va unita alla esatta comprensione della missione propria di ciascuno. Essa infatti è non
48 soltanto informativa, / ma formativa, e cioè mira a dare una educazione. Nessuno può negare infatti che gli organi di stampa siano non solo mezzi con cui si esprime l'opinione pubblica, ma altresì strumenti di orientamento, di formazione, e quindi talora anche di deformazione dell'opinione pubblica.

Ora, l'educazione non è altro che rispetto dei valori dell'uomo, che viene lentamente formandosi, ma che può anche venir travolto, se non è sufficientemente difeso, dalle inclinazioni peccaminose. Questa educazione, secondo l'antico e sempre valido concetto socratico, è un trarre fuori dalla intimità dello spirito umano per portare alla luce, alla vita, alla perfezione: e quindi non sarà un immettere dentro veleno, un sollecitare consapevolmente le inclinazioni cattive, un contribuire ad offuscare, anzi ad opprimere ed avvilire la dignità umana!

2) Questa coscienza chiara invoca di per sè, e assume da sola delle *limitazioni doverose*, che debbono trattenere i diritti della stampa nel rispetto, nell'ordine, nella legalità. Tali limitazioni si impongono alla morbosità del dire e del tratteggiare; al solletico del sensazionale e dell'illecito; si impongono alla lusinga del guadagno: alla sconsideratezza ed alla leggerezza, che strappano violentemente l'innocenza del bimbo e dell'adolescente, giustificandosi col ritenere ciò inevitabile e fatale.

Su questo argomento è meglio essere espliciti, senza riguardi che vorrebbero dire rispetto umano, se non connivenza complice; non è l'amore del sapere, della cultura o della verità che guida alcune penne, ma il fuoco malsano di certe passioni: ma la immoderata brama di notorietà e di lucro, che passa sopra agli insopprimibili appelli della coscienza.

Può essere lecito che di punto in bianco si gettino alla cupidigia della curiosità particolari e descrizioni, che dovrebbero essere riservate alla polizia scientifica ed alla magistratura? È mai lecito che da ogni fatto criminoso, su cui meglio sarebbe gettare un velo pietoso, si tragga occasione per descrizioni e ricostruzioni che non sono altro che scuola di delitti e incentivo al vizio? La stessa pubblicità, specialmente in determinati campi, e obbedendo a nefaste regole, ha assunto aspetti sconcertanti e paurosi, che non si giustificano se non col deliberato proposito di colpire violentemente i sensi, penetrare a forza nelle menti, senza preoccuparsi della ferita lasciata nell'anima.

L'esame attento di una tale dolorosa situazione deve portare dunque autorità e organi responsabili ad una conclusione logica e doverosa: che cioè nell'esercizio della li-
49 bertà di stampa si impongono necessarie limi/tazioni. E queste debbono essere rigorosamente determinate, in base alla legge e per mezzo di essa, affinchè un campo così delicato, importante e decisivo per l'avvenire di ogni nazione, non sia lasciato in balìa dell'improvvisazione, del labile autocontrollo, di cui tanto si è parlato, o, peggio, della malafede e del lenocinio.

Spetta anche a voi, diletti figli, che ne avete fatto oggetto di studio e di costruttivo apporto durante questo Convegno, portare il contributo della vostra dottrina, e anche della vostra autorità di giuristi cattolici, alla soluzione del gravissimo problema.

3) Infine sono necessarie *posizioni nette e un programma positivo*.

Per naturale disposizione d'animo, Noi non amiamo applicare, se non raramente, i termini forti alle molteplici situazioni della vita sociale, quando nutriamo fiducia che si possano mutare in meglio. Ma qui sentiamo il dovere di dire tutto, e confidare le Nostre ansie e le Nostre speranze a coloro che Ci sono figli e fratelli, sia per la pratica della fede cattolica, sia anche per il consentimento sincero e umano su questo punto della stampa, che traligna, e su

la valutazione da farsi degli scrittori indegni di questo nome.

Le posizioni di fermezza, richieste ai cattolici, sono dunque le seguenti: non avere paura di venire tacciati di «scrupolosi» o di esagerati nel tenere un comportamento di riprovazione verso certa stampa. Quindi non comperare, non accreditare, non favorire e addirittura non nominare la stampa perversa. Non temere di valersi di tutti i mezzi per avviare questo settore a disciplina umana e civile, prima ancora che cristiana. A tale opera di difesa e di fermezza sono chiamati principalmente i cattolici, e tutti quanti abbiano una retta coscienza e una sincera volontà di essere utili alla società: perchè soprattutto in questo campo si deve sentire la gravità del peccato di omissione.

Quanto al programma positivo, da seguire, dopo avere rilevato come la legislazione abbia compiuto passi da gigante nella difesa dei diritti della persona umana, bisogna convenire che ciò non si può affermare del settore della stampa. Eppure anche qui si tratta di un fondamentale diritto, che riguarda la libertà personale: e «la tutela di questa libertà —come sottolineava il Nostro Predecessore Pio XII nel 1947— è lo scopo di ogni ordinamento giuridico meritevole di tal nome... Si verrebbe a legalizzare la licenza, se si permettesse alla stampa... di scalzare i fondamenti religiosi e morali della vita del popolo. Per comprendere ed ammettere un tale principio, non è neppure necessario di / essere cristiani. Basta l'uso, non turbato 50
dalle passioni, della ragione e del sano senso morale e giuridico» [3].

Ora lo scopo dei molti Congressi ed incontri individuali, degli studi e delle pubblicazioni, deve essere quello di illuminare, di convincere, di purificare l'aria nei riguardi di tale argomento.

La responsabilità di cui ciascuno si sente investito sarà per gli uomini di scienza —come per tutti gli altri di buona volontà e di lucida mente— un grave incentivo a fare presto e a fare bene; e a muoversi con sollecitudine e con spirito di apostolato.

L'amore alla verità, la saldezza delle proprie convinzioni, e un sincero zelo per le anime saranno di sprone a quanti hanno a cuore l'onore della Chiesa e la salvezza della società. Questo programma sia per voi animato dalle parole dell'Apostolo: «Non ci stanchiamo nel fare il bene: poichè, non stancandoci, mieteremo a suo tempo. Per la qual cosa, fino a che abbiamo tempo, facciamo bene a tutti, massimamente però a quelli che per la fede sono della stessa famiglia» [4].

Diletti figli! Vi abbiamo messi a parte delle Nostre profonde ansie e preoccupazioni, e l'averlo fatto Ci è motivo di qualque sollievo, come di chi si è tolto un peso che gravava sull'anima sua: *dixi et liberavi animam meam*. Ed ora Ci conforta il sapere che troviamo in voi una piena comprensione della gravità dei problemi, congiunta ad un volonteroso proposito di porvi rimedio.

Continuate nei vostri studi e nella luce dei vostri esempi! A sostegno delle fatiche, a incoraggiamento delle volontà, a sereno conforto delle coscienze, Noi invochiamo su di voi la pienezza dei doni divini per la materna intercessione della Vergine Immacolata, Madre del Buon Consiglio.

In pegno degli invocati favori celesti, siamo lieti di impartire a voi, unitamente al degno Presidente, a tutti i Soci dell'Unione dei Giuristi Cattolici Italiani, ed alle persone a voi care, la propiziatrice Benedizione Apostolica.

[3] *Discorsi e Radiomessaggi* VIII, 8 gennaio 1947, p. 369. [4] *Gal.* 6, 9-10

2866

1959 DEC 12. - SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR SUMENDI S. COMMUNIONEM SUB SPECIE TANTUM VINI OB QUANDAM FORMAM ALLERGIAE

12 Decembris 1959

Your Excellency, The Holy Office has received the petition of Anne T., who desires to receive Holy Communion, but finds it difficult to do so because she suffers from a severe allergy to wheat in all its forms.

After careful consideration of all the circumstances of the case, this Supreme S. Congregation has decreed:

«Pro gratia, qua oratrix S. Communionem sumere valeat sub specie vini tantum in ritu orientali, adhibitis opportunis

http://www.obrascatolicas.com

cautelis ad vitandam fidelium admirationem.»—A. Card. Ottaviani, *Secr.*

* Ordinario Washingtoniensi, iuxta textum datum a Jurist 21 (1961) 114.

2867

1959 DEC 21.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

DECLARATUR NULLUM, OB DEFECTUM FORMAE, MATRIMONIUM INITUM INTER PARTEM CATHOLICAM ET PARTEM METHODISTAM

CASUS—Glenn B. was born of a mother who was Catholic at least in name, and a non-Catholic father, who became a Catholic one week before he died in 1946. The parents were married outside the Catholic Church.

Glenn B. was baptized a Catholic but there is no evidence that he was ever raised in the Catholic religion, with the possible exception of learning a few prayers from his mother, which he continued to say for some time as a young person. Apparently, he did not join any other church.

Glenn B. married Ardis P., a baptized Methodist, in the Methodist Church on April 6, 1947. They lived together about seven years.

Ardis P. had become a sincere convert to the Catholic Faith and wished to have her previous marriage declared null and void so that she might marry a Catholic man, who had recently returned to the active practice of his religion.

This petition was accompanied by: the petitioner's records of Baptism in the Methodist and Catholic Churches; the respondent's record of Catholic baptism; the records of marriage and divorce; the depositions of the petitioner, respondent, and respondent's mother.

SOLUTIO S. C. SANCTI OFFICII—21 December 1959. This Supreme S. Congregation, having duly studied all the acts of the process for nullity of the marriage of Ardis P. and Glenn B., has replied to the doubt: «an constet de nullitate matrimonii in casu», as follows: «*Affirmative*: seu constat de nullitate matrimonii in casu, ex defectu formae canonicae.»—A. Card. OTTAVIANI, *Secr.*

* Ordinario Davenportensi: Jurist 21 (1961) 115-116.

2868

1959 DEC 29.-SC CONS., DECR. AAS 52 (1960) 164-165

COLUMBIAE

DECRETUM DE REGIMINE VICARIATUS CASTRENSIS

Cum Romano Pontifici nihil gratius, nihil optabilius sit quam ut in catholico Orbe quae ad fidem et pietatem quaeque ad ecclesiasticorum Institutorum regimen pertinent rectius disponantur, SSmus Dominus Noster Ioannes, Divina Providentia PP. XXIII, Vicariatus Castrensis Columbiae administrationi satius consulere cupiens, de consilio infrascripti Cardinalis S. Congregationis Consistorialis Secretarii, de plenitudine Apostolicae potestatis, quae sequuntur decernit.

1. Vacante, qualibet ex causa, officio Vicarii Castrensis, nisi aliter ab Apostolica Sede provisum fuerit, regimen Vicariatus Castrensis Columbiae, usquedum novus Archiepiscopus Bogotensis muneris possessionem ceperit, penes Cappellanum Generalem, seu Maiorem, si adfuerit, esto, secus penes Cappellanum, vulgo «primero», qui, ad normam canonis 106, 3.° C. I. C., ceteros praecedit.

2. Qui autem Vicariatus Castrensis regimen tunc assumpserit omnes et solas habebit facultates quae —congrua congruis referendo— Vicario Capitulari, iure communi, competunt, eiusdemque obligationibus obnoxius erit. Ipsius praesertim erit de assumpto munere S. Congregationem Consistorialem monere ab eaque instructiones impetrare.

3. Causas subditorum Vicariatus Castrensis Columbiae, sive contentiosas inter ipsos sive criminales, tribunal metropolitanum Ordinarii Medellensis in prima instantia, tribunal vero metropolitanum Ordinarii Bogotensis in altera instantia pertractabit.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua Exc^mum P. D. Iosephum Paupini, Archiepiscopum titularem Sebastopolitanum in Abasgia et in Columbia Nuntium Apostolicum, deputare dignata est, necessariis et opportunis ei tributis facultatibus etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, atque onere imposito ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. /

165

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent.

Datum Roma, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 29 mensis Decembris anno 1959.—Marcellus Card. MIMMI, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis*. Iosephus Ferretto, Archiep. Serdicen. *Adsessor*.

Adn. A. PUGLIESE in ME 85 (1960) 407-409 et in Apoll. 34 (1961) 305-307.

2869

1959 . . . . -SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

SANATUR IN RADICE MATRIMONIUM CUM IMPEDIMENTO IURIS NATURALIS CONTRACTUM

CASUS—Stella, a Catholic, attempted a civil marriage with Harry, a non-Catholic, while her former husband, John, was still living. After John died, Stella wished to revalidate her marriage to Harry; but Harry considered their marriage a valid one and refused to renew his consent. Stella and Harry had no children. There was no danger of Stella losing her faith and no danger of scandal in this case.

SOLUTIO—Ss^mus D. N. D. Joannes divina Providentia Papa XXIII per facultates speciales S. Congregationi S. Officii impertitas, attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus et indubiis resipiscentiae signis partis catholicae, benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii Dubuquen. qui, dummodo utriusque partis consensus perseveret, sanare valeat in radice matrimonium nulliter contractum a Catholica N. N. cum acatholico N. N., et quidem a tempore cessationis impedimenti ligaminis.

* Ordinario Dubuquensi: Jurist 20 (1960) 78-79. Adn. A. ABATE, Lo scioglimento del vincolo coniugale, ed. II Roma 1965, p. 164-168.

ANNUS 1960

2870

1960 IAN 1.-SC DE PROP. FIDE, FACULTATES. PART.*

FACULTATES DECENNALES QUAS S. C. DE PROP. FIDE ORDINARIIS SIBI SUBDITIS TRIBUIT PRO DECENNIO 1960-1970

I—FORMULA FACULTATUM DECENNALIUM

Vi potestatis sibi a SSmo D. N. Joanne Div. Prov. Pp. XXIII tributae, haec S. Congregatio Ordinario N. N. sequentes facultates concedit ad decennium, quod decurrit a die 1 *mensis Januarii anni* 1961 *ad diem* 31 *mensis Decembris anni* 1970

A) Circa Sacramenta et Sacros Ritus

1. *Aqua baptismalis*—Concedendi sacerdotibus atque diaconis facultatem benedicendi aquam baptismalem per formulam breviorem in Rituali Romano contentam.

2. *Olea Sacra*—Conficiendi, si sit Episcopus consecratus, olea sacra cum numero ministrorum quos haberi contigerit; et, si necessitas urgeat, etiam extra diem Coenae Domini.

3. Concedendi sacerdotibus facultatem conficiendi oleum infirmorum, in casu tamen verae necessitatis, id est, si oleum infirmorum, ab Episcopo benedictum, haberi nequeat.

4. *Sacramentum Confirmationis*—Concedendi facultatem administrandi Confirmationis Sacramentum nonnullis sacerdotibus, absente tamen aut longinque residente vel impedito quocumque Episcopo, et servato ritu in Rituali Romano contento [1].

5. *Missa*—Permittendi ut iusta de causa Missa celebrari possit, super altari portatili, sine ministrante, sub dio et in navi, dummodo, debitis cautelis adhibitis, nullum adsit irreverentiae periculum, et locus decens sit, etiamsi altare sit fractum vel sine Reliquiis Sanctorum; atque ut Missa inchoari queat post mediam noctem.

6. Permittendi ut sacerdotes substituere possint altari portatili seu petrae sacrae aliquod linteum ex lino vel cannabe confectum et rite benedictum, in quo conditae sint Sanctorum Reliquiae ab aliquo Ordinario loci recognitae, super quo iidem sacerdotes sacrosanctum Missae sacrificium celebrare queant iis tantum in casibus in quibus nulla ecclesia vel nullum oratorium publicum exstet, servatis de cetero servandis iuxta Rubricas, praesertim quoad tobaleas et corporale.

7. Permittendi ut Missa celebrari possit cum uno lumine cuiusvis generis; nec non permittendi ut Missa absque luminibus celebrari possit, in casu verae necessitatis.

8. Permittendi ut in utraque purificatione calicis aqua tantum adhiberi possit, dummodo tamen adsit vini penuria.

9 Permittendi thurificationem in Missis a solo celebrante cantatis vel etiam in Missis lectis cum cantu.

10. Concedendi ut Missa solemnis et aliae functiones liturgicae solemnes celebrari possint cum assistentia solius diaconi, si alii ministri sacri desint.

11. Permittendi ut adhibeantur paramenta, vestes sacrae et mappae altaris, confecta ex gossypio vel, exclusis corporalibus, pallis et purificatoriis, ex alia materia, quae deceat.

12. Concedendi sacerdotibus ut, iusta de causa, in celebrando Sancto Sacrificio, uti possint paramentis cuiusvis coloris liturgici.

13. Concedendi sacerdotibus ut bis vel ter in die Missam celebrare possint, si, iuxta prudens Ordinarii iudicium, notabilis pars fidelium bonum id postulet, servatis de caetero iure servandis.

14. Permittendi ut in ecclesiis et oratoriis publicis, quae privilegio iuris communis (can. 821 § § 2-3) non gaudeant, vel in locis ubi Missa pro fidelibus celebrari soleat, tres Missae statim post mediam noctem Nativitatis Domini celebrari possint, cauto tamen ut omnia cum omni reverentia fiant.

15. *Hebdomada sancta*—Permittendi ut functiones Hebdomadae sanctae, etiam bis, et ritu simplici, celebrari queant hora postmeridiana, prudenti Ordinarii iudicio statuta, in locis quoque ubi Missa pro fidelibus celebrari solet; et quatenus neque praedictae functiones fieri possint, permittendi ut in iisdem locis Missa lecta Feria Quinta in Coena Domini opportuniori hora litari possit.

16. *Missa de Requie*—Permittendi ut in ecclesiis ter infra hebdomadam, extra Quadragesimam, Missa lecta de Requie celebrari possit, etiam diebus ritus duplicis maioris et minoris, exceptis dominicis, octavis Navitatis Domini, Paschatis et Pentecostes nec non feriis ac vigiliis privilegiatis, diebus tamen, quibus eadem Missa a rubricis permittitur, computatis.

17. Concedendi ut toto anni tempore Missa de Dominica celebrari possit diebus infra Hebdomadam modo ne occurrat festum ritus duplicis primae classis.

18. *Missae Votivae*—Permittendi, etiam diebus festis et dominicis, Missam votivam de B. M. V., diebus autem ferialibus etiam Missam defunctorum, iis qui, ob defectum oculorum aliamve infirmitatem, legere nequeant vel nonnisi extremo cum labore Missas singulis diebus occurrentes iuxta Missalis Romani rubricas legere valeant.

19. *SSma Eucharistia*—Permittendi ut, iusta de causa, Sanctissimum Sacramentum cum duobus luminibus cuiusvis generis exponi possit. Quoad vero lumina in expositione perpetua et Quadraginta Horarum normas opportunas Ordinarius loci praescribere potest.

20. Permittendi ut, in locis ubi nulla prorsus materia ad lampades nutriendas haberi potest, Sanctissimum Sacramentum etiam sine lumine asservari possit, onerata conscientia ipsius Ordinarii.

21. Permittendi, si sit periculum irreverentiae vel sacrilegii, ut Sanctissimum Sacramentum in loco non sacro, decenti tamen, retineri possit, etiam sine lumine.

22. Permittendi ut Sanctissima Eucharistia asservari possit ad normam can. 1265, etiamsi sacerdos bis tantum in mense Missam in sacro loco celebret.

23. *Ablutio Corporalium, etc.*—Permittendi religiosis utriusque sexus ut pallas, corporalia et purificatoria primo abluere valeant *(subdelegabilis)*.

24. *S. Communio pro infirmis*—Permittendi sacerdotibus et diaconis ut, iusta de causa, deferre et administrare valeant christianis aegrotantibus Sanctissimam Eucharistiam sine superpelliceo et stola ac sine comite.

25. *Tempus Communionis Paschalis*—Permittendi ut tempus, quo Paschalis communio fieri potest, ad diem Cinerum anticipetur.

26. *S. Ordinatio*—Conferendi, rationabili de causa, omnes Ordines eadem die, etiam cum prima Tonsura.

27. Conferendi, si sit Episcopus, iusta de causa, omnes sacros Ordines etiam Presbyteratum, diebus ferialibus etsi continuis.

28. Permittendi, iusta de causa, ut suis subditis omnes sacri Ordines etiam Presbyteratus, diebus ferialibus etsi continuis conferri possint.

29. *Dispensationes Matrimoniales*—Dispensandi, canonicis exsistentibus causis, super impedimentis matrimonialibus sive minoris sive maioris gradus (can. 1042), tam publicis quam occultis, etiam multiplicibus, iuris tamen ecclesiastici, exceptis impedimentis provenientibus ex sacro Presbyteratus ordine, ex affinitate in linea recta, consummato matrimonio, et ex defectu praescriptae aetatis, quando sponsi ad aetatem ab antiquo iure praefixam non-

[1] Cfr. Sacra Congregatio de Propaganda Fide, *Decretum de Confirmatione administranda iis, qui in periculo mortis sunt constituti*, *A. A. S.*, 40 (1948), p. 41 [LE 1969].

http://www.obrascatolicas.com

dum pervenerint (idest ad annum 14 completum pro viris et ad 12 completum pro mulieribus).

Concedendo tamen has dispensationes, Ordinarius prae oculis habeat regulas statutas in Codice, a can. 1035 ad can. 1080, circa impedimenta in genere et in specie et, in impedimentis mixtae religionis et disparitatis cultus, servatis conditionibus ab Ecclesia praescriptis: videlicet de amovendo a catholico coniuge perversionis periculo, ac de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate tantum baptizanda et educanda [2], monita parte catholica de obligatione, qua tenetur, conversionem coniugis acatholici prudenter curandi: eaque lege ut, neque ante neque post matrimonium coram Ecclesia initum, partes adeant ministrum falsi cultus ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum. Si agatur vero de matrimoniis cum hebraeis vel mahumetanis, peculiari ratione oportet ut: constet de status libertate partis infidelis, ad removendum periculum polygamiae; absit periculum circumcisionis prolis; et si civilis actus sit ineundus, sit tantum caeremonia civilis nullaque Mahumetis invocatio aut aliud superstitionis genus interveniat *(subdelegabilis)*.

30. *Sanationes in radice*—Sanandi in radice, iuxta regulas in Codice a can. 1138 ad can 1141 statutas, matrimonia ob aliquod impedimentum, de quo supra (n. 29) vel ob defectum formae, nulliter contracta. Quoad vero attinet ad prolis legitimationem, Ordinarius prae oculis habeat canones 1051, 1138.

Facultas sanandi in radice non extenditur ad casus in quibus supervenerit amentia unius vel utriusque partis. In singulis hisce casibus igitur ad S. Sedem recurrendum erit *(subdelegabilis)*.

31. Sanandi pariter in radice matrimonia mixta attentata coram magistratu civili vel ministro acatholico, dummodo moraliter certum sit partem acatholicam universae prolis nasciturae catholicam educationem non esse impeditura*m (subdelegabilis)*.

32. *Privilegium Paulinum et Interpellationes*—Dispensandi super interpellatione coniugum in infidelitate relictorum [3] pro omnibus casibus ordinariis, quando scilicet adhibitis antea omnibus diligentiis, etiam per publicas ephemerides, ad reperiendum locum ubi coniux infidelis habitat, iisque in irritum cessis, constet ex processu saltem summario et extraiudicialiter coniugem absentem moneri legitime non posse aut monitum intra tempus in monitione praefixum suam voluntatem non significasse *(subdelegabilis)*.

33. Itemque dispensandi super interpellatione coniugis in infidelitate relicti, siquidem certo constiterit ex processu saltem summario et extraiudicialiter interpellationem fieri non posse sine evidenti gravis damni aut coniugi iam ad fidem converso (etsi nondum baptizato), aut christianis inferendi periculo *(subdelegabilis)*.

34. Permittendi ut, accedente gravi causa, interpellatio coniugis infidelis ante baptismum partis quae ad fidem convertitur fieri possit; nec non, gravi pariter de causa, ab eadem interpellatione, ante baptismum partis quae convertitur, dispensandi, dummodo hoc in casu ex processu saltem summario et extraiudiciali constet interpellationem fieri non posse, vel fore inutilem *(subdelegabilis)*.

35. *Assistentia matrimonii celebrationi*—Concedendi, etiam in dioecesibus, sacerdotibus qui, praedicationis cursibus, quibus vulgo nomen est «missiones», ad evangelizandos fideles vel ad aliud exercitium pietatis implendum in longinquas regiones a parochiali sede dissitas pergunt, iisdem Missionibus perdurantibus, licentiam matrimonii celebrationi valide assistendi, firmis sacrorum canonum praescriptionibus tum de iuribus parochi servandis tum de inscriptione in libris paroecialibus facienda *(subdelegabilis)*.

36. *Benedictio nuptialis*—Impertiendi benedictionem nuptialem extra Missam aut preces recitandi iuxta formulas in Rituali Romano contentas *(subdelegabilis)*.

37. *Circa religiosas*—Confirmandi Confessarium ordinarium etiam ad quartum et quintum triennium, servatis conditionibus in canone 526 praescriptis.

38. Permittendi, nomine Sanctae Sedis, ut Moniales e clausura maiore exeant pro brevibus egressibus et in casibus enumeratis in Instructione lata a S. C. de Religiosis die 25 martii 1956 [LE 2569] *(subdelegabilis)*.

[1] Cfr. Sylloge ad usum missionariorum. Romae, 1939, p. 561 et ss.
[2] Pro dispensandis infidelibus plures uxores habentibus, ut post baptismum quam ex illis maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possint, nisi prima voluerit converti, cfr. can. 1125.

B) Circa Absolutiones, Benedictiones, Indulgentias et Indulta varia

39. *Censurae*—Absolvendi ab omnibus censuris, sive simpliciter sive speciali modo Romano Pontifici reservatis, iuxta can. 2250 § 3 *(subdelegabilis)*.

40. *Vota*—Dispensandi vel commutandi, iusta de causa, vota privata, Sedi Apostolicae reservata, de quibus in can. 1309 *(subdelegabilis)*.

41. *Coronae, cruces, numismata*—Benedicendi solo crucis signo cum omnibus Indulgentiis a Sancta Sede concedi solitis, coronas precatorias, cruces, parvas statuas et sacra numismata, et adnectendi coronis Indulgentias, quae a S. Birgitta et quae a Patribus Crucigeris nuncupantur *(subdelegabilis)*.

42. *Consecratio calicis, patenae, etc.*—Conferendi uni alterive i. e. paucis ex sacerdotibus in casu necessitatis facultatem consecrandi, iuxta formam in Pontificali Romano praescriptam, calices, patenas et, iuxta formulam breviorem, altarium lapides, adhibitis tamen oleis ab Episcopo benedictis.

Pariter conferendi facultatem benedicendi linteum secundum formulam specialem in Rituali Romano contentam.

43. *Benedictio Papalis*—Impertiendi, praeter concessiones communes a Sancta Sede factas, ter in anno in solemnioribus festis Benedictionem Papalem iuxta praescriptam formulam cum Indulgentia plenaria ab iis lucranda, qui vere poenitentes, confessi et Sacra Communione refecti, eidem Benedictioni interfuerint, Deumque pro sanctae Fidei propagatione et iuxta mentem Summi Pontificis oraverint.

44. *Indulgentiae*—Concedendi ut, servatis consuetis conditionibus, Indulgentiam plenariam in primae Communionis solemni distributione et in Sacramenti Confirmationis administratione, christifideles omnes praesentes lucrari possint.

45. Concedendi Indulgentiam plenariam primo conversis ab haeresi, servatis consuetis conditionibus *(subdelegabilis)*.

46. Concedendi Indulgentiam plenariam singulis ex clero et ex religiosis utriusque sexus, qui per tres saltem integros dies spiritualibus Exercitiis interfuerint, ac sacrosanctum Missae sacrificium celebrantes vel saltem ad Sacram Synaxim accedentes, pias preces fuderint, ut supra (n. 43).

47. Impertiendi Benedictionem Apostolicam cum Indulgentia plenaria omnibus christifidelibus, qui spiritualibus Excercitiis seu sacris Missionibus, de quibus in canone 1349 § 1, ultra medietatem interfuerint, benedictioni cum Cruce in fine postremae concionis impertiendae vere poenitentes, confessi ac Sacra Communione refecti adstiterint, atque ecclesiam, in qua conciones huiusmodi habebuntur devote visitaverint, ibique pias ad Deum preces fuderint, ut supra (n. 43) *(subdelegabilis)*.

48. Concedendi in actu visitationis paroeciarum, quasiparoeciarum et missionum, nec non communitatum tam saecularium quam religiosorum, ut Indulgentiam plenariam una vice tantum lucrari possint christifideles, dummodo contriti, confessi ac Sacra Communione refecti ecclesiam vel oratorium visitaverint et pias ad Deum preces fuderint, ut supra (n. 43) *(subdelegabilis)*.

49. Concedendi christifidelibus ut Indulgentias, propter quas confessio saltem bis in mense requiritur, lucrari possint, etsi semel in mense ad poenitentiae sacramentum accesserint *(subdelegabilis)*.

50. Iisdem christifidelibus largiendi, si loca inhabitent ubi prorsus impossibile vel saltem sit difficile ad confessarium accedere, ut lucrari queant Indulgentias, quae Confessionem et Communionem requirunt, dummodo sint corde saltem contriti, addito firmo proposito peccata, quamprimum poterunt, confitendi *(subdelegabilis)*.

51. Benedicendi Christi crucifixi imagines sculptas cum Indulgentia plenaria a quocumque ex fidelibus in mortis periculo constitutis lucranda eas deosculando, vel Sanctissimum Iesu nomen corde saltem, si ore non potuerint, invocando *(subdelegabilis)*.

52. Erigendi, vel concedendi sacerdotibus facultatem erigendi, ritibus ab Ecclesia praescriptis, stationes Viae crucis, cum omnibus indulgentiis, quae huiusmodi pium exercitium peragentibus a Summis Pontificibus impertitae sunt; et applicandi easdem indulgentias crucibus et crucifixis, pro infirmis aliisque legitime impeditis, dummodo iidem crucifixum ad hoc benedictum cum affectu et animo

contrito osculentur vel etiam tantum intueantur, brevem insimul, si possint, aliquam orationem vel precem iaculatoriam in memoriam Passionis et Mortis Domini recitantes.

53. Erigendi illas etiam confraternitates a Sancta Sede adprobatas quarum instituendarum ius apostolico ex privilegio aliis reservatum est (can. 686 § 2) (una excepta confraternitate Sacratissimi Rosarii) iisque adscribendi christifideles.

Ad perpetuam rei memoriam.—«Omnibus mater», ut ait Sanctus Augustinus *(De cat. rud.*, 15; *P. L.*, 40, 328), est caritas, quae in Ecclesia catholica, divino afflante Numine, numquam non viguit neque desinit vigere, universam complectens hominum societatem, maxime eos, qui in difficultatibus versantur domesticae rei, morbo laborant, aliisque quibusvis premuntur aerumnis. Clementissimus igitur Redemptor per Ecclesiam suam haec verba, plena solacii, levationis efficientia, iterat semper: «Misereor super turbam» *(Marc.* 8, 2). Quod his temporibus luculentissime comprobatur, quibus, quo magis, technicae artis inventis mirum in modum adauctis, strages increverunt, propagatae sunt miseriae, eo plura, eiusdem Christi Sponsae impulsione, praebentur remedia, disponuntur auxiliaria instituta. Quae intuentibus expedire Nobis est visum eos, qui huiusmodi socialibus operibus insistunt, peculiari obtegi superno praesidio, quo satius valeant tam salutaria munera obire, et, cum alii subsidia aerumnosis impertita ad
557 humana tantum velint pertinere con/silia, ad verae caritatis rationem iidem evocentur. Inter eos autem, qui huius virtutis exercitatione praestiterunt, singulari est laude ferenda Sancta Ludovica de Marillac, inclita auctor, una cum Sancto Vincentio a Paulo, Puellarum a Caritate. Haec enim, caelesti quodam igne incensa, suas partes esse duxit hominibus omni ope destitutis, infirmis sive in valetudinariis sive domi decumbentibus, infantibus expositis, pueris derelictis et expertibus eruditionis, senibus carentibus solacio, viris datis ad remum, mente misere captis, omnibus demum se male habentibus opitulari matremque se praebere plentissimam. Ut autem par esset tot tantorumque onerum moli, Sancta Ludovica adiumento usa est matronarum in Vincentianos coetus ascriptarum, ac praesertim socio labore Puellarum a Caritate, quas ad eiusmodi gerenda officia rite instituit. Haec agens praenuntia fuit et, ut temporibus illis, iam effectrix operum eorum, quae, socialia christiana appellata, praeclare invaluisse diximus temporibus nostris. Hanc ob causam dilectus filius Supremus Congregationis Missionis Moderator submisse Nos rogavit, ut Sanctam Ludovicam de Marillac, cuius a piissimo obitu tertium saeculum mox revolvetur, eorum omnium, qui opera socialia christiana quoque modo exercent, caelestem renuntiaremus Patronam. Quibus precibus plurimi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Religiosorum Sodalitatum Generales Praepositi amplissime sunt suffragati atque etiam ex omnibus fere orbis terrarum partibus illustrissimi viri atque mulieres supplicationes suas addidere. Nos autem, quo sumus animo in eos benevolo, qui, christiana moti caritate, aerumnosis fletum abstergere nituntur, votis huiusmodi statuimus libenter obsecundare. Itaque, collatis consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Caietano Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Cicognani, Episcopo Tusculano, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctam Ludovicam de Marillac, Viduam, caelestem apud Deum *Patronam* omnium operibus socialibus christianis addictorum constituimus ac declaramus, cunctis adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam /secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, 558
scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Februarii, anno MDCCCCLX, Pontificatus Nostri secundo.—D. Card. TARDINI, *a publicis Ecclesiae negotiis*.

2886

1960 FEB 11.-SC CONS., DECR. AAS 52 (1960) 410-411

DE CLERICIS EX AMERICA LATINA NECNON EX INSULIS PHILIPPINIS IN AMERICAM SEPTEMTRIONALEM EMIGRANTIBUS

Ad fovendam ecclesiasticam disciplinam sacerdotum qui ex America Latina necnon ex Insulis Philippinis quacumque de causa, studiorum ratione non excepta, in Americam Septemtrionalem se conferunt, ad tempus vel in perpetuum permansuri, Sacrae huic Congregationi visum est pro iis easdem proferri leges quae vi Constitutionis Apostolicae «Exsul Familia» art. 3, tit. alt. *(A. A. S.* XLIV (1952) pp. 693-694 [LE 2304] pro sacerdotibus, qui ex Europa vel Mediterraneis oris ad exteras transmarinas regiones migrare desiderant, statuuntur.

Ideoque postac: § 1. 1) Unius Sacrae Congregationis Consistorialis est sacerdotibus, qui ex America Latina vel ex Insulis Philippinis ad exteras has regiones: Status Foederatos Americae Septemtrionalis et Canadensem Dicionem, per quodvis temporis spatium, sive breve sive longum sive indefinitum, aut in perpetuum, migrare desiderent, licentiam proficiscendi ibique manendi aut diutius commorandi concedere. / 411

2) Nuntii, Internuntii et Delegati Apostolici eandem licentiam concedere poterunt sacerdotibus illius nationis, apud quam legatione stabili funguntur, dummodo huiusmodi facultas eisdem attributa sit et reservata.

§ 2. 1) Quam licentiam obtinere debent sacerdotes, de quibus in § 1 n. 1), ut, servatis ceteris de iure servandis, alienae dioecesi in regionibus transmarinis incardinentur.

2) Eadem licentia religiosi quoque indigent, nisi agatur de iis qui a Superioribus ad alias religionis suae domus mittantur; pariterque exclaustrati durante exclaustrationis tempore; necnon saecularizati ab Episcopo benevolo, sive pure et simpliciter sive experimento, recepti.

§ 3. Haec autem licentia, firmis ceteris legibus in decreto *Magni semper negotii* [LE 140] statutis, ne concedatur nisi certo constet: 1) de bono oratoris vitae testimonio; 2) de iusta et rationabili migrandi causa; 3) de consensu tum Episcopi *a quo* discedit, aut Superioris si agatur de religiosis, tum Episcopi *ad quem* accedit; 4) de habito Sacrae Congregationis Concilii indulto si agatur de parochis, quoties absentia ultra duos menses protrahi debeat.

§ 4. Sacerdotes sive saeculares sive religiosi qui, obtenta praedicta migrandi licentia, de una in alteram dicionem demigrare desiderent, nova indigent licentia.

§ 5. Sacerdotes qui, his legibus non servatis, temere arroganterque demigraverint, suspensi a divinis ipso facto maneant: qui nihilominus sacris (quod Deus avertat) operari audeant, in irregularitatem incidant: a quibus poenis absolvi non possint nisi a Sacra hac Congregatione (Decretum *Magni semper negotii*, 30 Decembris 1918, III, 16 - *A. A. S.*, XI (1919)p. 43) [LE 140].

Quae, in Audientia diei 13 mensis Februarii huius anni SSmo D. N. Ioanni D. P. PP. XXIII ab infrascripto Cardinali a Secretis Sacrae huius Congregationis relata, Summus Pontifex rata habuit et confirmavit ac praesens ad rem Decretum expedire iussit.

Datum Roma, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 13 mensis Februarii 1960.—Marcellus Card.

http://www.obrascatolicas.com

Mimmi, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis.* Iosephus Ferretto, Archiep. Serdicen., *Adsessor.*

Adn. J. FERRETTO in ME 85 (1960) 543-576; Xav. OCHOA in CpR 43 (1964) 67-81; P. TOCANEL in Apoll. 35 (1962) 21-22.

2887

1960 FEB 17.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

Novus ordo eligendi Delegatos ad Capitulum Provinciale et normae servandae adprobantur ad experimentum

I—Rescriptum pontificium

Preces—*Beatissime Pater*, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humillime ea quae sequuntur exponit:

Capitulum Generale, a die 27 Maii ad diem 7 Iunii anni elapsi Romae celebratum, litteris S. Congregationis de Religiosis diei 28 Maii 1958, N. 978-58, obsequens, inter alias quaestiones, et illam de modo eligendi Discretos Capitulares seu Delegatos ad Capitulum Provinciale pertractavit. Modus enim nunc usitatus multis non placet, cum nec congruam nec aequam repraesentationem Provinciae praebeat, nec, in multis casibus, secretum et voti libertatem in tuto ponit.

Cum vero Vocales Capituli Generalis in varias abiissent sententias, ultimo mandatum dederunt Definitorio Generali ut rem expediret, peculiares normas condendo, quae, a S. Congregatione de Religiosis approbatae, experiri possent usque ad proximum Capitulum Generale.

Definitorium itaque Generale, omnibus mature perpensis, ratio seu normae pro Discretis Capitularibus eligendis, quas ipsum redegit quaeque in adnexo folio continentur, humillime expetit ut, experimenti causa, usque ad proximum Capitulum Generale, rite approbentur. Et Deus, etc...

Rescr.—Vigore facultatum a Ssmo Domino nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, re diligenter discussa, benigne adnuit pro gratia approbationis, experimenti causa, usque ad proximum Capitulum Generale, servatis reliquis de iure servandis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Religiosis, die 17 februarii 1960.—Fr. P. Philippe, O. P., *Secr.* Ioannes Baptista Verdelli, *Subst.*

II—Normae servandae

Statuta Capituli Generalis confirmata

1. In unaquaque Provincia tot eligantur Discreti quot sunt Guardiani.

2. In electione Discreti Capitularis vocem activam habent omnes sacerdotes qui professionem sollemnem emiserint necnon curriculum stud'orum rite expleverint, et Fratres laici, elapsis decem annis a prima professione in Ordine nostro; vocem vero passivam habent omnes sacerdotes qui facultate contionandi a Ministro Generali donati sunt, quique Capitulo Provinciali interveniendi ius ex alio titulo non habent.

3. Ad huiusmodi designationem faciendam, omnes Religiosi vocem activam habentes, distribuantur, iuxta antiquitatem primae professionis, in tot coetus quot sunt Discreti eligendi; qui supersunt sive ex sacerdotibus sive ex Fratribus laicis, prioribus coetibus addantur, unus sacerdos et unus Frater laicus unicuique coetui.

4. Vocales proprium candidatum ex suo cuiusque coetu seligere debent, eumque designare per lineam vel aliud signum in schedula sibi tradita, quam in involuero clausam, intra tempus in litteris convocationis Capituli Provincialis statutum, ad Ministrum Provincialem transmittant.

5. Minister Provincialis, transacto die statuto, praesentibus Definitoribus, singula involucra aperit et legit, Secretario Provinciali singula vota adnotante. Patres qui maiorem numerum votorum prae ceteris ex suo quisque coetu receperint, electi censentur; si plures in eodem coetu parem votorum numerum retulerint, electus censeatur senior professione, et si eodem die professionem emiserint, senior aetate.

Minister Provincialis quam primum electos Discretos Provinciae nuntiet.

* Procuratori Gen. O. F. M. Cap., Prot. N. 979/58. C. 37: AOFMCap 78 (1960) 291-292. Adn. AOFMCap 78 (1960) 290-294.

2888

1960 FEB 24.-SC RITUUM, DECR. AAS 52 (1960) 359

Oratio universalis sub nomine Clementis Pp. XI vulgata, orationibus inseritur pro opportunitate sacerdotis dicendis

Sanctissimus Dominus noster Ioannes Papa XXIII, per hoc Sacrae Rituum Congregationis Decretum, mandavit ut supra relata Oratio, sub nomine Clementis Papae XI vulgata, Orationibus inseratur pro opportunitate Sacerdotis dicendis in novis Missalis Romani editionibus, post Orationem ad D. N.I.C. Crucifixum *(En ego...)*. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Die 24 Februarii 1960.—C. Card. Cicognani, *Praef.* Henricus Dante, *a Secr.*

2889

1960 FEB 24.-SC RITUUM, DECR. AAS 52 (1960) 413

Litaniae Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. adprobantur et in Rituali Romano inseruntur

Pretiosissimi Sanguinis Agni immaculati Christi, quo redempti sumus, cultum in dies pie succrescere cupiens, Sanctissimus Dominus noster Ioannes Papa XXIII supra relatas Litanias, a Sacra Rituum Congregatione descripto ordine digestas, approbare dignatus est, easdemque in vulgus edi atque in Rituali Romano, Tit. XI, post Litanias Ssmi Cordis Iesu, inseri ita indulsit, ut in toto Orbe catholico a Christifidelibus cum private tum publice adhiberi valeant. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Die 24 Februarii 1960.—C. Card. Cicognani, *Praef.* Henricus Dante, *a Secr.*

2890

1960 FEB 25.-SC STUD., DECR. AAS 52 (1960) 492

Institutum Superius S. Theologiae, in Seminario regionali Tananarivensi erectum, Facultati Theologicae Neapolitanae aggregatur

Longinque magnum Oceani insulam Madecassensem, optimo florentem Clero, Apostolica Sedes altioribus ecclesiasticis scholis instruendam iamdiu censuit, quae et sacras disciplinas provehere et delectos viros doctrinae apprime peritos consentaneis gradibus decorare valeant. Cum autem theologica studia in Seminario Regionali Tananarivensi magis in dies augerentur, Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus theologicas elusdem sacri ephebei scholas Pontificiae Universitatis Gregorianae Urbis Theologicae Facultati d. XXIV m. Iunii a. D. MCMLVI ad quinquennium affiliavit, adeo ut academicus baccalaureatus S. Theologiae gradus, post emensum quadrienne theologicum ordinis superioris curriculum iuxta rationem studiorum ab eadem Sacra Congregatione approbatam, alumnis qui peculiaria pericula bene superaverint conferretur. Quod cum prospere cesserit, Sacra eadem Congregatio, optatis Praepositi Generalis Societatis Iesu, cuius magistris Studium Theologicum Tananarivense commissum est, integre obsecundans, idem Theologicum quadrienne Studium hisce constituit atque *erigit* «Institutum Superius Sacrae Theologiae, quod *aggregat* atque *aggregatum* declarat Facultati Theologicae Neapolitanae, quae, laudatae Societatis sodalibus quatenus concredita, Instituto Superiori Theologico Tananarivensi provehendo penitus prospiciat, ita ut, sub ductu et auctoritate Facultatis, idem Institutum academicos gradus tum baccalaureatus tum licentiae S. Theologiae ad normam approbatorum Statutorum alumnis conferre valeat, ceteris servatis de iure servandis, normis in primis quae Constitutione Apostolica *Deus scientiarum Dominus* [LE 1030] adnexisque *Ordinationibus* [LE 1033] tum de docentibus ac discentibus tum de scientifica methodo naviter sectanda praescripta sunt.

Romae, ex aedibus eiusdem S. Congregationis, d. XXV m. Februarii, in festo S. Matthiae Apostoli, a D. MCMLX.—I. Card. Pizzardo, Ep. Albanen., *Praef.* Dinus Staffa, *a Secretis.*

2891

1960 FEB 29.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 52 (1960) 338

Internuntiatura Apostolica in Turcarum Republica erigitur

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Diuturno usu est comprobatum permagnas utilitates e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi cum Nationibus intercedant, exsistere; siquidem necessitudines huiusmodi plurimum valent ad pacis bona firmanda verique nominis profectum adipiscendum. Cum igitur expedire visum sit Apostolicam Sedem et Turcarum Rempublicam publicis amicitiae vinculis inter se coniungi, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in Turcarum Republica Internuntiaturam Apostolicam erigimus, cuius sedem Constantinopoli constituimus. Eidem igitur sic per Nos erectae Internuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi sic constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Februarii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.—D. Card. Tardini, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

Adn. A. BARBARITO in Apoll. 34 (1961) 268-289.

2892

1960 FEB 29.-IOAN. XXIII, M. P. AAS 52 (1960) 997-1000

De Pontificio Consilio ecclesiasticis Italiae tabulariis curandis deque eiusdem Statutis adprobatis

IOANNES PP. XXIII

La sollecitudine pastorale dei Nostri Predecessori si è rivolta in diverse occasioni, specialmente nei tempi più recenti, ad assicurare la conservazione e la buona amministrazione degli archivi ecclesiastici d'Italia, i quali costituiscono tuttora, nonostante le perdite dovute a molteplici circostanze di varia natura, un patrimonio di valore inestimabile. Tanto i preziosi depositi di antichi documenti, quanto le carte moderne degli archivi correnti, sono la testimonianza della vita e delle opere della Chiesa, e formano nel loro insieme una documentazione unica, essenziale e insostituibile, che è destinata innanzi tutto a servire alla Chiesa stessa, e merita di essere conservata anche a vantaggio degli studi storici. È quindi doveroso che tali archivi siano convenientemente amministrati a cura delle persone e degli Enti che ne hanno la responsabilità, ai quali sono e, in linea di massima, è opportuno che restino affidati.

Desiderando Noi pertanto continuare l'opera dei Nostri Predecessori, e in particolare del Sommo Pontefice Pio XII di v. m., il quale, con lettera della Segreteria di Stato del 5 aprile 1955, indirizzata al compianto Cardinale Giovanni Mercati, istituì la *Pontificia Commissione per gli Archivi Ecclesiastici d'Italia* con carattere permanente, abbiamo
998 deliberato di *erigere ed erigiamo* la medesima Pontificia Commissione *in persona morale*, / mentre ne approviamo lo Statuto annesso al presente Nostro Motu Proprio.

Tutto ciò Noi abbiamo stabilito e stabiliamo, nonostante qualumque cosa in contrario, anche se degna di speciale menzione.

Dato del Nostro Palazzo Apostolico Vaticano, il giorno 29 Febbraio 1960, secondo del Nostro Pontificato.—Ioannes Pp. XIII.

STATUTO

della Pontificia Commissione per gli archivi Ecclesiastici d'Italia

1. La Pontificia Commissione per gli Archivi Ecclesiastici d'Italia, istituita dal Sommo Pontefice Pio XII di v. m. con carattere permanente, ha lo scopo di prestare assistenza e collaborazione agli Ordinari locali e ai Superiori degli Istituti Religiosi d'Italia per quanto riguarda la conservazione e l'amministrazione degli archivi da essi dipendenti.

A tal fine essa esercita azione di direzione, di consulenza e d'ispezione, ispirandosi alle disposizioni del Codice di Diritto Canonico ed alle altre successivamente emanate in materia dalla Santa Sede.

2. È Patrono della Commisione il Cardinale Archivista di Santa Romana Chiesa *pro tempore.*

3. La Commissione è retta dal Presidente, che è il Prefetto dell'Archivio Segreto Vaticano *pro tempore*; ed è composta di membri e di consulenti.

4. Il Presidente risponde al Santo Padre delle attività della Commissione; ne convoca e dirige le sedute; ed ha di essa la rappresentanza legale.

5. Sono membri della Commissione: *a)* il Segretario della Sacra Congregazione del Concilio; *b)* il Segretario della Sacra Congregazione dei Religiosi; *c)* il Segretario della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi; *d)* un rappresentante della Segreteria di Stato di Sua Santità; *e)* un rappresentante dell'Amministrazione de Beni della Santa Sede; *f)* il Direttore della Scuola Vaticana di Paleografia e Diplomatica e del Corso di Archivistica; / *g)* altri eventualmente nominati dal Santo Padre 999
su proposta del Presidente.

È compito dei membri di partecipare alle sedute della Commissione, di esaminare collegialmente le materie proposte ed esprimere su di esse il loro voto.

6. I consulenti sono nominati dal Santo Padre su proposta del Presidente.

Essi esprimono il loro voto su determinate materie, e partecipano a quelle sedute in cui la loro presenza sia ritenuta particolarmente utile.

7. Il Presidente ha la facoltà di nominare corrispondenti, udito il parere della Commissione, e richiesto, ove occorra, il nulla osta dell'Ordinario locale o Superiore, archivisti o persone di provata esperienza nel campo degli archivi.

Essi coadiuvano la Commissione specialmente per quanto concerne gli archivi locali, e partecipano alle sedute alle quali il Presidente ritenga opportuno invitarli. Durano in carica cinque anni.

8. Il Presidente nomina il Segretario scegliendolo tra i membri della Commissione.

Al Segretario spetta di preparare le materie da trattare nelle sedute, di redigerne il verbale e curare l'esecuzione delle deliberazioni prese.

9. È particolare compito della Commissione di: *a)* favorire ogni mezzo che assicuri la buona amministrazione e conservazione degli archivi, il loro ordinamento, il restauro del materiale documentario e il facile accesso degli studiosi; *b)* accertare lo stato e i bisogni degli archivi locali, anche mediante visite; *c)* completare e aggiornare le notizie sugli archivi raccolte con il censimento del 1942; *d)* provvedere che in ogni archivio si abbia un inventario, che renda possibili le revisioni e faciliti le ricerche; *e)* prestare aiuto ed intervenire, anche presso l'autorità civile, per eliminare eventuali difficoltà o inconvenienti; *f)* diffondere nel Clero una più profonda conoscenza della funzione degli archivi ecclesiastici, con lezioni da tenersi nelle sedi opportune; *g)* curare la preparazione del personale destinato agli archivi mediante corsi di archivistica; *h)* incoraggiare le attività degli archivisti locali ed accrescere la loro esperienza professionale per mezzo di convegni nazionali o regionali; / *i)* promuovere la pubblicazione di istruzioni, 1000
titolari e manuali pratici sulla manutenzione degli archivi.

10. La Commissione si riunirà almeno due volte l'anno e ogni altra volta che il Presidente lo ritenga necessario.

11. Qualora nelle iniziative o nei provvedimenti da prendere si trattino materie che interferiscano nelle compe-

http://www.obrascatolicas.com

tenze di Dicasteri Ecclesiastici o di Pontificie Commissioni, il Presidente ne darà comunicazione al Capo del Dicastero o della Commissione interessata per le opportune intese.

Adn. A. COCCIA in Apoll. 34 (1961) 315-316; M. FORNASARI in ME 88 (1963) 10-13; NrT 83 (1961) 405.

2893

1960 MAR 1.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 52 (1960) 559-560

DELEGATIO APOSTOLICA IN SCANDIA ERIGITUR PRO NORVEGIA, SUETIA, DANIA, FINNIA, ISLANDIA

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Apostolici muneris sarcina, Nostris imposita umeris, postulat, ut nomen christianum propagandum vel constabiliendum curemus omnibus in locis, maxime vero in iis regionibus, quae verae religionis sunt expertes et a Petri Cathedra, scilicet catholicae unitatis Sede, divulsae. Ad quod plurimum conferunt Apostolicae Legationes, quae e translaticio Romanorum Pontificum more variis in orbis terrarum partibus, pro rerum ac temporum opportunitate, sunt constitutae. Hac pastorali sollicitudine impulsis expedire Nobis visum est pro Civitatibus Europae Septentrionalis, pro Norvegia nempe, Suetia, Dania, Finnia, Islandia, Apostolicam erigi Delegationem; e cuius sede, ut probe speramus, spiritualia commoda et incrementa in regiones easdem proficiscentur. Itaque, omnibus rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi *Delegationem Apostolicam in Scandia* constituimus, cuius iurisdictioni Norvegiam, Suetiam, Daniam, Finniam atque Islandiam subicimus, et sedem Codaniae, in urbe principe Regni Daniae, collocamus. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite
560 iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex / nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die I mensis Martii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.—D. Card. TARDINI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

2894

1960 MAR 7.-SC STUD., DECR. AAS 52 (1960) 493

INSTITUTUM MARIOLOGIAE IN THEOLOGICA «MARIANUM» URBIS FACULTATE CANONICE ERIGITUR

Excelsam Matrem Domini Nostri Iesu Christi catholici theologi per omnem saeculorum cursum beatam praedicaverunt, singularia ipsius privilegia in divina salutis et gratiae oeconomia explanando, enucleando, illustrando, edisserendo. Beatae Virginis Mariae laudum impigri praecones per septem saecula Ordinis Servorum B. M. V. sodales exstiterunt, quorum Theologicum Studium in Alma Urbe Apostolica Sedes ad Facultatis Theologicae fastigium exeunte anno iubilaei MCML evexit, proprio ei concredito munere pressius penitiusque theologicam provinciam quae «Mariologia» vocari solet investigandi, quod nomine Facultati tributo iam significatur. Anno porro MCMLVII praelectiones inchoatae sunt, in Theologica Facultate alumnis Ordinis Servorum Beatae Mariae Virginis reservata, pro omnibus utriusque Cleri auditoribus, amplioris Institutionum Mariologicarum curriculi quod *Statuta* laudatae Facultatis, ab Apostolica Sede approbata, fuse describunt in artt. 1 § 2; 30 § 1; 32 § 3, vehementer plaudente Sacra Congregatione de Seminariis et studiorum Universitatibus. Postquam triennium harum praelectionum feliciter cesserit, non paucis ex utroque Clero alumnis convenientibus laetoque examinum ac dissertationum fructu percepto, eadem Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, optatis Superiorum Maiorum Ordinis Servorum B. M. V. necnon Praepositorum memoratae Facultatis

libenter obsecundans, in gloriam Dei O. M. atque in sacrarum disciplinarum proventum praesentibus in perpetuum *constituit* ac *constitutum* declarat «Institutum Mariologiae» in Facultate Theologica «Marianum» nuncupata, alumnis eiusdem religiosi Ordinis reservata, quod omnibus viris marialibus notionibus ac investigationibus studentibus pateat, facto iure diplomata eis decernendi ac conferendi qui integrum statutum curriculum frequentaverint atque dissertatione scientifica exhibita examina superaverint; ceteris servatis de iure servandis, normis praecipue quae tum Constitutione Apostolica *Deus scientiarum Dominus* [LE 1030] adnexisque *Ordinationibus* [LE 1033] tum Theologicae Facultatis *Statutis* ab eodem Sacro Dicasterio probatis edictae sunt.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, d. VII m. Martii, in festo S. Thomae Aquinatis, Doctoris Communis, a D. MCMLX.—I. Card. PIZZARDO, Ep. Alban., *Praef.* Dinus Staffa, *a Secretis.*

2895

1960 MAR 9.-SC RITUUM, DECR. AAS 52 (1960) 360

DECRETUM DE PRECIBUS POST MISSAE CELEBRATIONEM RECITANDIS

A nonnullis locorum Ordinariis Sacrae Rituum Congregationi quaesitum est, an Decretum n. 4035, diei 20 Iunii 1913, quod permittit preces in fine Missae omitti posse, quando Missa «cum aliqua solemnitate» celebratur, extendi possit etiam ad Missas sic dictas «dialogatas», quae fiunt iuxta Instructionem S. Rituum Congregationis, diei 3 Septembris 1958, n. 31 [LE 2774].

Et Sacra Rituum Congregatio, audito etiam Commissionis Liturgicae suffragio, ita rescribendum censuit: *Affirmative, et ad mentem.*

Mens autem est: Preces sic dictas Leoninas omitti posse:

1. Cum Missa celebretur pro Sponsis, aut occasione primae Communionis, Communionis Generalis, Sacrae Confirmationis, Sacrae Ordinationis, vel Religiosae Professionis;

2. cum Missam immediate ac rite subsequatur aliqua alia functio seu pium exercitium;

3. cum infra Missae celebrationem habeatur homilia;

4. cum fit Missa dialogata, diebus Dominicis et Festis tantum.

5. Insuper locorum Ordinarii permittere possunt ut praedictae preces dicantur lingua vernacula, textu ab ipsis approbato.

Facta demum de iis omnibus Sanctissimo Domino nostro Ioanni Papae XXIII per infrascriptum S. Rituum Congregationis Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua Sacrae ipsius Congregationis rescriptum probare et confirmare benigne dignata est. Quibuslibet contrariis non obstantibus.

Die 9 Martii anno 1960.—C. Card. CICOGNANI, *Praef.* Henricus Dante, *a Secr.*

Adn. ab in EL 74 (1960) 459-460; J. B. in NrT 82 (1960) 841; D. CORSELLINI in Perfice munus 38 (1961) 381-387; F. LISI in Pal. clero 40 (1961) 200-206.

2896

1960 MAR 16.-IOAN. XXIII, LIT. AAS 52 (1960) 560-561

MEDIOLANENSIS ARCHIEPISCOPUS «PRO TEMPORE» CONSTITUITUR PATRONUS BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Religio bonaeque artes ut proveherentur, praeclarum Ecclesiae lumen Fridericus Cardinalis Borromaeus, Mediolanensis Archiepiscopus, Ambrosianam Bibliothecam condidit, instruxit, locupletavit; quod opus temporum successu permagnis est auctum incrementis summaque ornatum claritudine, scilicet amplissima quaedam palaestra effectum, ubi homines doctrinis dediti, imprimis sacrorum administri, exercerent ingenia. Itaque ex hoc studiorum domicilio plurimi percepti sunt fructus ab ipsis veritatis cultoribus, plurima profecta commoda in christianam societatem ac litteratorum rem publicam. Sedes autem Apostolica, ingeniorum nobilium altrix, fautrix artium politiorum, Ambrosianam hanc doctrinarum veluti officinam praecipua benevolentia semper est prosecuta opportunisque confirmavit praesidiis. Cum igitur preces ad Nos essent admotae, ut eidem altiorum disci-

plinarum domicilio constitueremus Patronum, Nos Decessorum Nostrorum tenentes institutum, qui sollemne habuerunt ad studiorum sedes vigilem propensumque convertere animum, iisdem supplicationibus libenter decrevimus obsecundare. Quod munus ei placuit mandari, qui pro tempore Ambrosianam Cathedram obtineret, eo vel magis, quod Paulus PP. V, Decessor Noster, curatores insignis huius Bibliothecae studio, auctoritati et gratiae Archiepiscopi Mediolanensis voluisset commendatos atque statuisset, ut singulis biennis eandem pro potestate praesens ille inviseret. Quae cum ita sint, Nos certa scientia ac matura deliberatione Nostra, harum Litterarum vi Nostraque auctoritate, perpetuum in modum constituimus atque decernimus, ut *Mediolanensis* pro tempore *Archiepiscopus* sit Bibliothecae Ambrosianae *Patronus*. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis Martii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.—D. Card. TARDINI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

2897

1960 MAR 21.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 52 (1960) 355-356

DE S. COMMUNIONIS DISTRIBUTIONE POSTMERIDIANIS HORIS

Canon. 867, par. 4, statuit S. Communionem distribuendam non esse extra horas quibus Missae sacrificium offerri potest, *nisi aliud rationabilis causa suadeat.*

Constitutione autem «*Christus Dominus*» diei 6 Ianuarii 1953 [LE 2330], mitigata disciplina circa ieiunium eucharisticum, concessa fuit locorum Ordinariis facultas permittendi, certis diebus, Missae celebrationem horis vespertinis (n. VI); et Instructione eidem Constitutioni a S. Officio adnexa declaratum fuit fideles ad S. Synasim libere accedere posse *infra dictam Missam* vel *proxime ante* et *statim post*, servatis quoad ieiunium eucharisticum normis in praefata Constitutione statutis (n. 15).

Deinde Monito diei 22 Martii 1955 [LE 2491] confirmatum fuit huiusmodi concessionem factam fuisse *ad commune fidelium bonum*, et ideo intra limites communis boni continendam esse.

Postea Motu Proprio «*Sacram Communionem*» diei 19 Martii 1957 [LE 2639], locorum Ordinariis facta fuit facultas permittendae celebrationis Missae vespertinae etiam *quotidie, si bonum spirituale notabilis partis christifidelium id postulet.*

Quibus conlatis actis cum textu canonis supra relati, propositum fuit dubium an adhuc in suo pleno vigore maneat ultima clausula paragraphi, ita ut quaevis rationabilis causa sufficiat ad petendam et distribuendam S. Communionem horis postmeridianis etiam independenter a Missae celebratione.

Cui dubio Suprema haec S. Congregatio respondendum censuit praefatam clausulam, licet formaliter non abrogatam, iam rarius applicari posse, cum, mitigata lege ieiunii eucharistici, difficilius huiusmodi rationabilis causa occurrat; attamen cum hoc excludi omnino nequeat, Missasque
356 vespertinas nec semper nec ubique celebrare possibile sit, locorum Ordinarii permittere poterunt ut quae in praefatis S. Sedis docu/mentis statuta fuere quoad S. Communionis distributionem in Missis vespertinis, applicentur, ubi Missae non habeantur, etiam alicui sacrae functioni ab ipso loci Ordinario determinandae ac postmeridianis horis celebrandae in ecclesiis sive paroecialibus sive non paroecialibus aut in oratoriis nosocomiorum, carcerum, collegiorum.

Hac sane concessione, dum bono communi amplius provideatur, simul consulitur ne animarum pastores frequentibus fidelium petitionibus praepediantur quominus hodierni apostolatus necessitatibus satisfacere valeant.

Hanc relatam Sibi Emorum ac Revmorum Patrum Supremae Sacrae Congregationis S. Officii decisionem, in Conventu Plenario Feriae IV diei 16 Martii 1960 editam, SSmus Dñus N. D. Ioannes, Divina Providentia Papa XXIII, in Audientia Emo ac Revmo Dño Cardinali Secretario S. Officii, Feria VI, die 18 Martii impertita, confirmavit ac publicari iussit.

Datum Roma, ex Aedibus S. Officii, die 21 Martii 1960.—Sebastianus Masala, *Notarius.*

Adn. E. BERGH in NrT 82 (1960) 413-414; D. CORSELLINI in Perfice munus 38 (1961) 381-387; F. HUERTH in PrM 49 (1960) 322-340; A. PEINADOR in Vida rel. 17 (1960) 148-149; 19 (1962) 22-28; F. TIMMERMANS in The Clergy Monthly 24 (1960) 226-227; P. TOCANEL in Apoll. 34 (1961) 222-225.

2898

1960 MAR 25.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

APPROBATUR, UNA CUM SUIS STATUTIS, PONTIFICIUM INSTITUTUM CATECHETICAE ET SCIENTIARUM SACRARUM, A S. PIO X NUNCUPATUM ET FRATRIBUS SCHOLARUM CHRISTIANARUM CONCREDITUM

I—*Erectio Canonica Instituti*

Sollicite Religiosorum laicorum educationi iuventutis incumbentium integralem institutionem S. Sedes prosequitur, ad hoc ut peculiari sui status perfectionem adipiscantur uberesque fructus percipiant quos ex munere ipsis ab Ecclesia commisso sperare licet. Consulit proinde ut Religionum laicalium sodales ad arctiorem in dies cum Christo unionem efferantur, simulque profundiorem mysteriorum Dei cognitionem ex sacris doctrinis indesinenter hauriant.

Pervigilat etiam Apostolica Sedes ut tota adolescentiae et iuventutis educatio ipsis religiosis Institutis ab Ecclesia concredita, christiana veritate ac virtute imbuatur et veluti ad apicem perducatur. Curat propterea specificam Fratrum Institutionem perfectiorem in dies fieri, in iis maxime quae ad catecheticas aliasque sacras scientias pertinent, ut sicut in scientiarum humanarum provincia debitum gradum et congruam praeparationem adipisci conantur, ita etiam uberius, praesertim nostra aetate, in divinis eruditiantur, et hac ratione, gratiae auxiliis numquam deficientibus, iuvenum animi ad veram et plenam perfecti christiani imaginem evehantur.

Iamvero, Moderatores Congregationis Fratrum Scholarum Christianarum, his pontificiis normis obsequentes, anno 1955 apud Tejares Salmanticae in Hispania, Institutum a Sancto Pio X nuncupatum condiderunt, cuius finis in elevatione vocationis educatoris catechistae, speciatim religiosi laici consistit. Ad hunc scopum obtinendum praedictum Institutum scientiarum sacrarum studia in ordine ad catechesim necnon aliarum scientiarum, quae ipsam catechesim tamquam auxiliariae deserviunt, fovet et hac via alumnos parat ut apti educatores, praesertim optimi catechistae fiant, immo et catechistarum institutores evadant.

Quapropter, Sacra Congregatio de Religiosis, Moderatorum Congregationis Fratrum Scholarum Christianarum precibus annuens, prae oculis habitis sive qualitate scientifica studiorum sive incrementis quibus citatum Institutum Catecheticae et Scientiarum Sacrarum iam auctum est, fulta auctoritate ad hoc concessa a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne divina Providentia Pp. XXIII in Audientia pontificia habita die 8 mensis Februarii anni 1960, canonice in perpetuum erigit per praesens Decretum praedictum Institutum Sancti Pii X, titulo Pontificii decorat, atque sub moderamine ipsius Sacrae Congregationis constitutum declarat, omnia ei tribuens iura et privilegia quae ad normam Codicis et Const. Apost. *Sedes Sapientiae* [LE 2579] studiorum sedibus religiosis competunt.

Institutum Sancti Pii X duo Diplomata Pontificia confert, quorum primum post tertium annum conceditur, alterum vero post expletum quinque annorum curriculum. Prius Diploma idoneitatem declarat ad docendam religionem in scholis mediis primi gradus; altero Diplomate alumnus «Magister in scientiis sacris» renuntiatur, aptusque agnoscitur ad rite docendam scientiam religiosam in scholis secundariis superioribus aliisque similibus vel non stricte universitariis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Religiosis, die 25 mensis Martii a. D. 1960, in festo Annuntiationis B. V. Mariae.—Valerius Card. VALERI, *Praef.* Fr. P. Philippe, O. P., *Secretarius.*

http://www.obrascatolicas.com

II—*Approbatio Statutorum*

Sacra Congregatio de Religiosis, perpensis 77 articulis et Appendice Statutorum Pontificii Instituti «Sancti Pii X», hac ipsa die erecti apud Tejares Salmanticae in Hispania, cum eadem compererit ad normas Constitutionum Apostolicarum et Sacrorum Canonum fideliter digesta esse, ipsa pro munere rata habet atque approbat ad experimentum trienne. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Religiosis, die 25 mensis Martii A. D. 1960, in festo Annuntiationis B. V. Mariae.—Valerius Card. Valeri, *Praef.* Fr. P. Philippe, O. P., *Secretarius*

* CpR 39 (1960) 387-388. Adn. S. Gallego in CpR 39 (1960) 250-252.

2899

1960 APR 5.-SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur adhibendi linguam vernaculam in liturgia byzantina

Vide *textum* infra sub die 1960 Apr. 8: LE 2901.

* Card. Praefecto S. C. pro Ecclesia Orientali, Prot. N. 146/51 Doc. Cath. 57 (1960) 1492.

2900

1960 APR 7.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 53 (1960) 148-149

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris ecclesia Sanctae Crucis de Valle Occasorum, seu «Santa Cruz del Valle de los Caídos», apud Matritum, cohonestatur

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Salutiferae Crucis Dominicae signum in summo vertice montium, qui «Guadarrama» vulgo vocantur, non ita procul ab urbe Matrito positum, exsurgit ad auras quasi caelum demonstrans, scilicet cursus vitae terrenae praeclarissimam metam, ac late micat serentia brachia tendit veluti tegmen, sub quo mortui quiete perfruuntur sempiterna. Est autem mons, cui idem Redemptionis humanae superstat simulacrum, ingenti molitione ita effossus, ut in eius visceribus amplissimum templum pateret, ubi pro iis, qui bello civili Hispanico occuburunt, atque, confectis aerumnis, exhaustis laboribus, restinctis simultatibus, somno pacis consociantur, piacularia fierent sacrificia ac precationes, et pro tota Natione Hispanica rite supplicaretur. Hoc opus egregium et singulare, cui nomen «Santa Cruz del Valle de los Caídos» est, Franciscus Franco Bahamonde, Hispaniae Moderator, condidit, addito coenobio Monachorum Sancti Benedicti e Congregatione Solesmensi, qui cotidie ibi celebrant sacra Deumque propitiant precibus. Quod invisentes admiratio incedit non modica: excipit enim adeuntes porticus pergrata magna, utpote ingentem capiens multitudinem hominum; in fronte subterranei templi effigies conspicitur Virginis Perdolentis, exanimum corpus Divini Filii ulnis amplexae, quo simulacro summum artis specimen signifex edidit; per
149 vestibulum alterumque atrium et cancellos faberrime factos et politos in ipsam sacram aulam pervenitur, / picturis textilibus pretiosis ornatam, in qua Hispanorum pietas erga Beatam Mariam Virginem sex titulis eleganti manu sculptis celebratur. In media vero ala transversa princeps ara, ex uno lapide eximiae magnitudinis facta, locata est, quae exquisitis imaginibus symbolisque decoratur. Supra quod altare ad perpendiculum Crux altissima eminet, quam monti diximus esse impositam. Neque praetermittendum est opus musivum, Christum Dominum plenum majestatis, Matrem Dei pientissimam, Hispaniae Apostolos Iacobum et Paulum aliosque referens Caelites atque heroas, quo immensi huius hypogei tholus refulget. Est ergo hoc templum structurae genere, cultu rebusque artificiosis perquam insigne, et, quod plurimi sane facimus, religione imprimis nobile et Christifidelium concursibus celebre. Hac de causa libenter audivimus preces, quas dilectus filius Abbas coenobii Sanctae Crucis de Valle Occasorum Nobis adhibuit, submisse rogans, ut laudatum hoc templum Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Aprilis, anno MDCCCCLX, Pontificatus Nostri secundo.—D. Card. Tardini, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

2901

1960 APR 8.-SC ORIENTALIS, NOTIFICATIO. PART.*

Notificatur concessio usus linguae vernaculae in liturgia byzantina

Rome, le 8 avril 1960

Béatitude, dans mes précédentes lettres du 5 et du 28 mars dernier, j'ai eu l'occasion de dire à Votre Béatitude que je Lui communiquerais aussitôt les décisions qui seraient prises par la suprême sacrée congrégation du Saint-Office concernant l'usage de la langue vulgaire dans la liturgie, et cela à la suite de l'intervention de ce sacré dicastère.

Je suis maintenant en mesure de vous communiquer que le Saint-Office, par note n. 146-51, datée du 5 avril courant, m'a chargé de porter à la connaissance de Votre Béatitude la décision suivante, prise par les Eminentissimes Cardinaux dans la session plénière du 31 mars, et approuvée par le Saint-Père le 1er avril courant.

«On concède l'usage de la langue vulgaire dans la célébration de la sainte messe du rite byzantin, à l'exception de l'«anaphore» proprement dite qui commence par les mots «Tenons haut les coeurs» avant la consécration et se termine par les mots «dans les siècles des siècles» après la consécration. En outre, compte tenu de la coutume très ancienne, les deux commémoraisons de la Bienheureuse Vierge et du Souverain Pontife qui sont insérées, comme des «embolismes», dans la grande prière eucharistique, pourront également être récitées en langue vulgaire.»

En vous renouvelant les sentiments de mon profond respect, je profite de cette occasion pour me dire de Votre Béatitude le frère très dévoué.—A. G. Card. Cicognani, *Préf.* A. Coussa, *Assesseur.*

* Patriarchae Antiocheno, Prot. N. 134/53: Doc. Cath. 57 (1960) 1491-1493. Adn. V. Grumel in Doc. Cath. 57 (1960) 1493.

2902

1960 APR 26.-SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM. PART.*

Circa usum linguae vernaculae in ritu vestitionis et professionis sodalium Tertii Ordinis saecularis Sancti Francisci

Reverendissime Pater, Haec Sacra Congregatio, mature perpenso dubio utrum verba: Ritus professionis sicut et vestitionis etiam in lingua vernacula peragi potest (art. 27 Const. III Ordinis Saecul. S. Francisci) ita intellegenda sint ut omnes preces, ipsa rerum ac personarum benedictione inclusa, in lingua vernacula, dummodo versio sit ab Ordinario loci approbata recitari possint?

Attentis omnibus ad rem facientibus, rescribendum censuit prout rescribit: *Affirmative.*

Quae dum significo P. T. Revmae, Tibi fausta omnia adprecor a Domino, ac permaneo eidem Paternitati Tuae Revmae addictissimus.—P. Philippe, O. P. *Secr.* C. Addivinola, *ad. a studiis.*

* Procuratori Gen. O. F. M., Prot. N. 02116/57: AOFM 80 (1961) 134.

2903

1960 MAI 3.-IOAN. XXIII, LIT. AAS 52 (1960) 1000-1001

Delegatio Apostolica Mediae Africae occidentalis erigitur

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Ad universae Ecclesiae tractanda gubernacula, ex arcano divinae Providentiae consilio, asciti, Christifidelium, qui in longinquis regionibus, missionali opere excolendis, incolunt, necessitatibus spiritualibus pro re ac tempore prospicere maturamus. Ut ergo Fides in Mediae Africae partibus, ad occidentem spectantibus, amplioribus augeatur incrementis et Evangelii praeconum opus efficacius dirigatur, expedire videtur iisdem in terris, ubi Ecclesiae suboles feliciter succrescit, Apostolicam Delegationem institui. Collatis igitur consiliis cum Dilecto Filio Nostro Gregorio Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Agagianian, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Pro-Praefecto, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi *Delegationem Apostolicam Mediae Africae occidentalis*, iurisdictioni Sacri Consilii nomini christiano propagando obnoxiam, constituimus atque erigimus, cuius sedem in urbe «Lagos», ut dicitur, collocamus, cuique haec territoria subicimus, quae appellantur: «Nigeria, Camerum, Gabon, Oubangui-Chari, Tchad», nec non medias regiones Congi. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos
1101 spectant seu spectare pote/runt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quodquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Maii, anno MDCCCCLX, Pontificatus Nostri secundo.—D. Card. Tardini, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

2904

1960 MAI 3.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 52 (1960) 1001

Nova Delegatio Apostolica Insulae Madagascariae erigitur

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Quemadmodum Apostolici officii conscientia postulat, ea omnia mature seduloque praestanda sunt Nobis, quae ad fines religionis proferendos salutemque animarum procurandam satius valeant. Huiusmodi studio permoti, res in regione missionali opere excolenda, qua Madagascaria aliaeque insulae, «Reunion» et «Mauritius» vulgo appellatae, continentur, novo statuimus componere ordine. Itaque Nos, audito Dilecto Filio Nostro Gregorio Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Agagianian, Sacri Consilii nomini christiano propagando Pro-Praefecto, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum *Apostolicam Delegationem*, nomine *Insulae Madagascariae* appellandam, erigimus et constituimus, quae praedictum territorium complectatur, cuiusque sedem in urbe Tananariva collocamus. Eidem ergo sic per Nos erectae Delegationi Apostolicae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Delegationum propria sunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; memorataeque Delegationi ita constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Maii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.—D. Card. Tardini, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

2905

1960 MAI 3.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 52 (1960) 1002

Nomen Delegationis Apostolicae Africae Orientalis et Occidentalis Britannicae mutatur eaque appellabitur «Delegatio Apostolica Africae Orientalis»: eius insuper fines novo ordine statuuntur

IOANNES PP. XXIII

Ad futuram rei memoriam.—Eo intendentes, ut populi, relectis superstitionis ethnicae tenebris, ad unius veri Dei notitiam cultumque traducantur et Ecclesiae, Fidei custodi ac salutiferae Matri, aggregentur, sollicito studio ea praestamus, quae missionali operi provehendo moderandoque aptius conducere videantur. Quod ut in Africa propter mutatas rerum condiciones efficeretur, in animum induximus Delegationi Apostolicae, quae ab Africa Orientali et Occidentali Britannica appellabatur, novum nomen imponere eiusque fines accommodatiore constituere modo. Itaque, audito Dilecto Filio Nostro Gregorio Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Agagianian, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Pro-Praefecto, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi Decernimus ac definimus, ut Apostolica Delegatio Africae Orientalis et Occidentalis Britannicae in posterum appelletur *Delegatio Apostolica Africae Orientalis*, eidemque, Sacro Consilio nomini christiano propagando obnoxiae, has regiones subicimus, quae vulgo vocantur «Sudan, Kenya et Zanzibar, Uganda, Tanganika, North-Rhodesia, Nyassaland, Somalie Française et Seychelles». Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Maii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.—D. Card. Tardini, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

2906

1960 MAI 3.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 52 (1960) 1003

Delegationi Apostolicae «de Dakar» novo titulo «Delegationis Apostolicae Africae Occidentalis» indito, novi eius fines constituuntur

IOANNES PP. XXIII

Ad futuram rei memoriam.—Decet Nos, pro Apostolici muneris magnitudine, ea omnia sollicito praestare studio, quae regimini gregis Dominici, in longinquis regionibus opera Evangelii praeconum feliciter augescentis, aptius conducere videantur. Propter mutatas igitur condiciones Africae, quae ad occidentem vergit, expedit novo ordine res ibi componi, scilicet Delegationem Apostolicam, abolito nomine «de Dakar», ab Africa Occidentali appellari, eiusque fines aliter constitui. Quae cum ita sint, Nos, audito Dilecto Filio Nostro Gregorio Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Agagianian, Sacri Consilii nomini christiano propagando Pro-Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi Delegationem Apostolicam, quae «de Dakar» ad praesens usque dicebatur, appellandam esse decernimus *Delegationem Apostolicam Africae Occidentalis*, eique has, Sacrae Congregationi de Propaganda Fide obnoxias, regiones subicimus, quae vulgo appellantur: «Sénégal, Haute Volta, Côte d'Ivoire, Dahomey, Guinée, Mauritanie, Niger, Soudan, Togo, Ghana, Cambia, Sierra Leone». Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auc-

http://www.obrascatolicas.com

toritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Maii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.—D. Card. TARDINI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

2907

1960 IUN 3.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

SOLVITUR IN FAVOREM FIDEI MATRIMONIUM VALIDE INITUM INTER PARTEM NON BAPTIZATAM ET PARTEM ACATHOLICE BAPTIZATAM, UT ILLA POSSIT NOVAS NUPTIAS CONTRAHERE CUM PARTE CATHOLICA

In Curia Galvestonien. confectus est processus ad obtinendam dissolutionem, in favorem fidei, matrimonii anno 1923 contracti inter Carolum S., non baptizatum et Florentiam M., acatholice baptizatam.

Actis maturo examini subiectis, expletisque omnibus in casu explendis, die 30 maii 1960 quaestio proposita est in hac Suprema S. Congregatione, quae ad dubium: «An consilium praestandum sit Ssmo pro dissolutione, in favorem fidei, matrimonii, de quo supra, ut orator concessa a S. Officio dispensatione ab impedimento disp. cultus, dummmodo praestitae fuerint cautiones, coram Ecclesia valide et licite novas nuptias inire valeat cum catholica cui imponenda erit poenitentia congrua», re iuxta certas statutas regulas discussa, respondendum decrevit: «*Affirmative*».

Ssmus D. N. D. Ioannes divina Providentia Papa XXIII, Feria V die 2 iunii 1960, de omnibus habita relatione, benigne adnuere dignatus est pro gratia iuxta supra relatum Decretum.

In praesenti concessione includitur quoque, quatenus opus sit, dispensatio ab impedimento criminis, de quo in can. 1075, n. 1, Servatis de iure servandis; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 3 iunii, 1960.—A. Card. OTTAVIANI, *Secr.*

* Ordinario Galvestoniensi: Jurist 21 (1961) 123. Adn. Jurist 21 (1961) 122-123.

2908

1960 IUN 3.- SC CONSISTORIALIS, EPISTULA. PART.*

CLERICI ITINERANTES, BREVI TEMPORIS SPATIO CONSISTENTES IN AMERICA SEPTENTRIONALI, NON INDIGENT BENEPLACITO APOSTOLICO

Se si tratta di una breve sosta connessa con le necessità logistiche del viaggio i sacerdoti dell'America Latina che si fermano per breve tempo negli Stati Uniti d'America o in Canadà non sono tenuti ad adeguarsi alle prescrizioni del Decreto *Ad fovendam ecclesiasticam disciplinam* (prot. 185-60) [LE 2886].

* Delegato Ap. in dicione Mexicana, Prot. N. 185/60 iuxta summarium traditum a ME 85 (1960) 576 in not. 19. Adn. I. FERRETTO in ME 85 (1960) 575-576.

2909

1960 IUN 4.-SC DE PROP. FIDE, DECLARATIO. PART.*

IURA ORDINARII LOCI QUOAD VISITATIONEM DIRECTIONIS NATIONALIS ET DIRECTIONIS DIOECESANAE PONTIFICALIUM OPERUM MISSIONALIUM

Romae, 4 iunii 1960

Reverendissime Domine, per epistolam diei 24 maii vertentis anni, huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide notam fecisti voluntatem Exmi Domini Ordinarii dioecesis Aquisgranensis visitationi canonicae subiiciendi officia et administrationis rationem istius Directionis Nationalis Pontificalium Operum Missionalium.

Ad rem autem quod attinet, eadem Sacra Congregatio quae sequuntur tecum communicare satagit.

Attente consideratis praescriptis a Summo Pontifice Pio XI sancitis Motu Proprio «Romanorum Pontificum» (3 maii 1922) (*A. A. S.*, 14 (1922) pp. 321-333) [LE 414] scilicet:

Art. III Statutorum generalium: «Quare Pium Opus proxime nititur auctoritate Sanctae Sedis unde suam vim roburque mutuatur; domicilium auten praecipuum Romae habet in Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, a qua, licet seiunctum, tamen pendet.»

Art. VIII Statutorum generalium: «In singulis nationibus, in quibus Pium Opus viget, constituentur Nationalia Consilia quae Consilio Superiori Generali consistenti in Urbe subiecta erunt. Eorum Praesides a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, consideratis Episcoporum votis, eligentur.»

Art. IX Statutorum generalium: «Consilium Superius Generale curabit, ... 4) ut examini subiiciantur atque rata habeantur statuta, item rationum libri qui a Consiliis singularum nationum sibi oblati erunt.»

Art. X Statutorum pro Consilio Superiori Generali: «4) Praeterea Consilii Superioris Generalis est examini subiicere atque rata habere Consiliorum singularum nationum statuta: itidem rationum libros una cum pecunia quotannis sibi oblatos approbare»; insuper prae oculis habitis ceteris documentis pontificiis, nempe Motu Proprio *Vix ad summi* (24 iunii 1929) (*A. A. S.* 21 (1929) pp. 345-349) [LE 911] et Motu Proprio *Decessor Noster* (24 iunii 1929) (*A. A. S.*, 21 (1929) pp. 342-345) [LE 910], haec eadem Sacra Congregatio declarat Directiones Nationales Pontificalium Operum Missionalium directe ab ipsa Sacra Congregatione dependere, cui unice rationem administrationis reddere debeant.

Quapropter Ordinario loci, in quo sedem habet Directio Nationalis eorundem Operum, licet visitare officia suprae dictae Directionis Nationalis solum quoad personas relate ad ecclesiasticam disciplinam.

Idem vero Ordinarius loci quoad omnia ius habet visitandi Directionem dioecesanam Pontificalium Operum Missionalium, seclusa tamen facultate aliter disponendi de stipe quomodocumque pro missionibus collecta.

Dum interim omnia fausta feliciaque Tibi a Deo adprecor, summa cum observantia subsignor Dominationi Tuae Revmae addictissimus in Domino.—G. P. Card. AGAGIANIAN, *Pro-Praefectus*. P. Sigismondi, *a Secretis*.

* Directori Nationali Pont. Operum Missionalium in Germania, Prot. N. 2763/60: BiM 28 (1962) 178-179.

2910

1960 IUN 5.-IOAN. XXIII, MOT. PR. AAS 52 (1960) 433-437

COMMISSIONES CONCILIO VATICANO SECUNDO APPARANDO INSTITUUNTUR

IOANNES PP. XXIII

Superno Dei nutu factum esse reputavimus quod Nobis, ad Pontificale Solium vix evectis, Concilii Oecumenici celebrandi, veluti flos inexspectati veris, subiit cogitatio. Ex hoc quippe sollemni circa Pontificem Romanum sacrorum Antistitum coetu novum ampliorem que, in hisce perturbatis temporibus, Ecclesiae, dilecta Sponsa Christi, haurire potest splendorem, novaque spes affertur ut ii, qui christiano nomine decorantur, et sunt nihilo minus ab hac Sede Apostolica seiuncti, divini Pastoris vocem audientes, ad unicam Christi veniant Ecclesiam.

Postquam igitur, die XXV mensis Ianuarii, anno MCMLIX, in festo Conversionis S. Pauli Apostoli, sacris in Basilica Ostiensi interfuimus, Patrum purpuratorum Collegio significare Nobis placuit propositum Nostrum Concilii Oecumenici convocandi; quod Patres Cardinales laetantes omnantesque acceperunt. Die vero XVII mensis Maii insequentis, in festo Pentecostes, ut labores praevii accurate navigerque fierent, constituimus Commissionem Antepraeparatoriam pro Concilio Oecumenico, ex lectissimis Curiae Romanae Viris, cuius moderamen dilecto Filio Nostro Dominico S. R. E. Cardinali Tardini, a publicis Ecclesiae negotiis, commisimus. /

Deinde autem in Nostris primis Litteris Encyclicis pressius enuntiavimus Concilium Oecumenicum ea praesertim

de causa celebratum iri «ut ad Catholicae Fidei incrementum et ad rectam christiani populi morum renovationem deveniatur, utque ecclesiastica disciplina ad nostrorum temporum necessitates rationesque aptius accommodetur. Id profecto mirabile praebebit veritatis, unitatis caritatisque spectaculum: spectaculum dicimus, quod ii etiam cernentes, qui ab Apostolica hac Sede seiuncti sunt, suave, ut confidimus, invitamentum accipiant ad illam unitatem quaerendam assequendamque, quam Iesus Christus a Caelesti Patre flagrantibus rogavit precibus» [1].

Statuimus praeterea ut celebrandum Concilium, ex constituta iam sede, Vaticanum secundum nuncuparetur.

Commissio Antepraeparatoria maxima cum diligentia munus sibi demandatum explevit. Eadem enim, a sacrorum Antistitibus consilia et vota de rebus in Concilio tractandis postulavit, responsionesque omnes, quae plus bis mille numerantur, et sunt maximo gaudio et faustissimo omine datae, Sacris Dicasteriis Curiae Romanae, claro ordine digestas, notas fecit. Sacra autem Dicasteria multum sane utilitatis ex hisce consiliis et votis haurire potuerunt, indeque sua proposita et monita Nobis exhibuerunt. Denique ecclesiasticae et catholicae Studiorum Universitates, pari aemulatione ductae, vota et studia protulerunt de rebus Ecclesiae maxime profuturis.

Hos quidem labores investigationesque, alacri sedulitate peracta, Nos ipsi secuti sumus, Nostroque duximus muneri attentissime pervolutare cum sacrorum Antistitum consilia et vota, tum Sacrorum Dicasteriorum Curiae Romanae proposita et monita, tum denique Universitatum vota et studia. Maximas propterea gratias agimus Deo quod Nostris propositis tam generosa responderit Venerabilium Fratrum et Filiorum Nostrorum opera tamque fervens.

Nunc autem, cum ex affatim comparatis rebus et argumentis, clare pateat in quas res, pro Ecclesiae bono atque animarum salute, intendere debeat proxima Oecumenica Synodus, tempus iam est ut, adiuvante Dei gratia, ad con-
435 stituendos coetus procedamus, qui in studium rerum, quae in Concilio tractari / poterunt, sedulo incumbant. Volumus profecto ut eiusmodi coetus constent ex S. R. E. Cardinalibus, Episcopis et viris ecclesiasticis, virtute et doctrina praestantibus, cum ex clero saeculari tum ex religiosis familiis, ex variis terrae partibus ita delectis ut universale seu catholicum Ecclesiae decus atque munus inde quoque elucescat.

Per praesentes igitur Apostolicas Litteras, motu proprio datas, haec decernimus ac statuimus, quae sequuntur:

1. Ad apparandum Concilium Oecumenicum Vaticanum alterum instituuntur *Commissiones*, quae Praeparatoriae appellantur in idque tendunt ut res seu materias per Nos selectas studio et pervestigationi subiciant, rite perspectis sacrorum Antistitum votis atque Dicasteriorum Curiae Romanae monitis et propositis.

2. Commissiones singulae in varias Sectiones seu Subcommissiones pro necessitate dividi poterunt.

3. Unaquaelibet Commissio suum habeat Praesidem et certum membrorum numerum. Praeses erit unus ex S.R.E. Cardinalibus. Membra autem ex Episcopis et viris ecclesiasticis praeclaris deligentur.

4. Commissionibus singulis accedent aliquot Consultores ex viris rei peritis delecti.

5. Suum quaeque Commissio habeat Virum ab actis seu Secretarium.

6. Commissionum singularum Praesides et membra, necnon Consultores et Secretarii Nostra auctoritate eligentur.

7. Commissiones praeparatoriae constituuntur decem: aliae, si oporterit, ad beneplacitum Nostrum condentur. Commissiones igitur sunt, quae sequuntur:

a) Commissio theologica, cuius erit quaestiones ad Scripturam Sanctam, Sacram Traditionem, fidem moresque spectantes perpendere et pervestigare; *b)* Commissio de Episcopis et de dioeceseon regimine; *c)* Commissio de disciplina
436 cleri et populi christiani; *d)* Commissio de Religiosis; *e)* Commissio de disciplina Sacramentorum; *f)* Commissio de Sacra Liturgia; *g)* Commissio de Studiis et Seminariis; / *h)* Commissio de Ecclesiis orientalibus; *i)* Commissio de Missionibus; *l)* Commissio de apostolatu laicorum in omnibus quae ad actionem catholicam, religiosam atque socialem, spectant.

[1] Litt. Enc. *Ad Petri Cathedram*, d. 29 iun. 1959, *A. A. S.*, LI, p. 511 [LE 2829].

8. Secretariatus pariter instituitur quaestionibus omnibus expendendis, quae cum hodiernis vulgandarum sententiarum rationibus (ut sunt folia typis impressa, radiophonicae et televisificae transmissiones, cinematographica spectacula etc.) quoquo modo conectuntur. Hic Secretariatus praesidem habebit Praelatum, qui a Nobis eligetur, membra autem et consultores Nostra pariter auctoritate delectos.

9. Quo autem magis ostendatur Noster amor atque benevolentia erga eos, qui christiano nomine decorantur, sed ab hac Apostolica Sede sunt seiuncti: utque ii Concilii labores sequi possint viamque facilius invenire ad illam unitatem assequendam, quam «Iesus Christus a Caelesti Patre flagrantibus postulavit precibus», peculiaris Coetus seu Secretariatus instituitur, qui moderatorem habebit unum ex S. R. E. Cardinalibus, Nobis deligendum, eodemque modo ut Commissiones supra memoratae constituetur.

10. Instituitur demum *Commissio Centralis*, cui Nos praeerimus sive per Nosmet Ipsos sive per S. R. E. Cardinalem a Nobis designandum.

Membra Commissionis Centralis erunt Praesides Commissionum singularum; Moderatores Secretariatuum, de quibus in n. 8-9; aliquot alii S. R. E. Cardinales; aliqui pariter Episcopi ex variis terrae partibus delecti.

11. Commissioni Centrali accedet certus Consiliariorum numerus, ex Episcopis virisque ecclesiasticis perillustribus delectorum.

12. Commissio Centralis suum habeat Praelatum ab actis, qui erit Secretarius Generalis.

13. Commissionis Centralis Membra necnon Consiliarii et Praelatus ab actis a Nobis eligentur.

14. Commissionis Centralis munus esto sequi ac, si necesse sit, in ordinem disponere singularum Commissionum labores, atque illarum conclusiones, rite perpensas, ad Nos deferre, ut res in Concilio Oecumenico tractandas Nosmetipsi statuamus.

Commissioni Centrali munus quoque committitur propo/nendi normas, quae ad ordinem in Concilio servandum 437
pertineant.

15. Ad providendum denique rebus oeconomicis et technicis, quae Concilii celebrationi necessariae sint, peculiares coetus seu Secretariatus constituentur.

Quae Nobis decernere visum est utiliter in hac causa, ea omnia et singula, uti decreta sunt, ita rata et firma esse et manere volumus ac iubemus: contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die V mensis Iunii, in festo Pentecostes, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.—IOANNES PP. XXIII.

Adn. J. DENIS in An. Can. 8 (1963) 5-22.

2911

1960 IUN 5.-IOAN. XXIII, ALLOC. AAS 52 (1960) 517-526

Allocutio die 5 iun. 1960 habita in Petriana Basilica, die dominica Pentecostes, post sollemnes Vesperas, adstantibus Emis Patribus Cardinalibus, Romanae Curiae Praelatis permultisque christifidelibus:

DE OECUMENICO CELEBRANDO CONCILIO

Venerabili Fratelli e diletti figli!

Motivi di pena e di gioia

La Nostra prima Pentecoste, celebrata lo scorso anno qui a San Pietro, Ci aveva offerto l'occasione di esprimere motivi di pena e motivi di gioia.

Motivi di pena nel ricordo delle condizioni umilianti e sempre più insidiose, create dai nemici del nome cristiano contro la libertà religiosa dei cattolici —vescovi, clero, fedeli —in alcune nobili e grandi Nazioni.

Motivi di gioia per l'inizio degli studi della Commissione Antipreparatoria del Concilio Ecumenico Vaticano II, che era stata in progetto fin dal 25 di gennaio, confidato ai Signori Cardinali in quel giorno, convenuti come erano con Noi, presso la tomba del glorioso Apostolo delle Genti.

http://www.obrascatolicas.com

In questo pomeriggio della seconda Pentecoste, che il Signore Ci concede di festeggiare, le prove dolorose della S. Chiesa continuano, ad esercizio di grande pazienza, per
518 i tanti Nostri fratelli e figliuoli lon/tani, a cui ogni giorno va il Nostro pensiero. Nè minor pena Ci arrecano il turbamento e le incertezze della presente situazione internazionale.

Ma non meno grande è la consolazione: anzi, questa si accresce della grazia dello Spirito Santo, che Ci fa gustare la felice risposta, già venutaCi da tutti i punti della terra, in seguito alla Nostra prima esplorazione, circa la opportunità, la orientazione, il contenuto, i vantaggi e le speranze, che la celebrazione del Concilio Ecumenico offre a beneficio di tutto il popolo cristiano.

Si direbbe in verità che un'altra volta Paolo e Barnaba, arricchiti di esperienza circa le condizioni delle varie Chiese da loro visitate, siano tornati fra noi, qui alla città di Pietro, la Gerusalemme terrestre, e continuino ad allietarCi con le informazioni più sicure e promettenti, *facientes gaudium magnum omnibus fratribus* [1].

Il Concilio Ecumenico - Suo svolgimento in quattro tempi

Della felicità di questo primo assaggio potemmo dare comunicazione —pochi giorni or sono— ai Nostri venerabili Fratelli i Signori Cardinali, componenti il Sacro Collegio, sempre così amabilmente uniti alle Nostre sollecitudini pastorali: e Ci sentiamo incoraggiati a procedere animosamente, sotto gli auspici e per la grazia del Divino Spirito, al passaggio da una Commissione Antipreparatoria e di generale e minuta preinformazione, quale la vedemmo operare finora, alla costituzione di una Commissione Preparatoria, a cui verrà affidato il compito più grave ed importante di tutto disporre e condurre a concreta realizzazione.

Non sono superflue su questo punto alcune informazioni che amiamo comunicarvi con semplicità. Vi diciamo dunque: che un Concilio Ecumenico si svolge in quattro tempi.

1. Una introduzione, o presa di posizione, antipreparatoria e generale: quella fatta sin qui;

2. Una preparatoria propriamente detta: quella che ora si annunzia;

3. La celebrazione dell'augusto e generale convegno: il Concilio nella sua più splendente solennità;

4. Infine, la promulgazione degli *Acta Concilii*: cioè di quanto si è convenuto di constatare, di dichiarare e di
519 proporre in ordine e a sviluppo di pensiero e di vita, a progressiva elevazione di spirito e di / attività, a glorificazione di Vangelo di Cristo, applicato e vissuto nella Santa Chiesa sua.

Del primo tempo —la antipreparazione già avvenuta— voi aveste, venerabili Fratelli e diletti figli, già un saggio nel *Motu Proprio* comunicatovi ieri sera, nella grande vigilia di Pentecoste: rivelazione di un lavoro condotto con riverente riservatezza, ma riuscito a ricca e consolante constatazione di situazioni personali e locali ben precisate, o felicemente avvistate.

Il secondo tempo che ora si apre, Ci pone innanzi alla costituzione di parecchie Commissioni di lavoro Conciliare, di carattere saggiamente riservato, ma di importanza sostanziale, di impegno grave e sacro specialmente per quante energie saranno chiamate a cooperarvi, qui in Roma e da tutti i punti più lontani della terra, dove la Chiesa Santa di Gesù allarga i suoi vasti padiglioni, o deve limitarsi ancora ad umili tende.

Ciascuna di queste Commissioni —per intanto una diecina e gli speciali Segretariati da costituirsi eventualmente in seguito— verrà presieduta da un Cardinale: ed è chiamata a svolgere il suo lavoro, in perfetto riferimento alla Commissione Centrale. Questa ha al suo vertice il Papa, Vescovo di Roma, e Capo della Chiesa universale, a Cui compete, *nomine et facto*, la presidenza e la più alta direzione del Concilio, in esercizio, direbbe San Gregorio Magno, del titolo tanto celebre e pur così umile di *Servus Servorum Dei* della più augusta tradizione.

Il terzo tempo, cioè la celebrazione ufficiale del Concilio qui al Vaticano, sarà senza dubbio lo spettacolo più commovente e più solenne, offerto *mundo et angelis et hominibus* [2]. Ma la data della sua celebrazione dipenderà dalla misura e dal progresso della preparazione del secondo tempo, che ora si inizia.

[1] Cfr. *Act.* 15, 3. [2] 1 *Cor.* 4, 9. [3] *Ps.* 113, 16.

Al quarto tempo, il definitivo, il più pratico e fruttuoso, appartiene la promulgazione degli «Atti Conciliari», cioè le Costituzioni in cui sarà contenuta la *lex credendi*, la *lex supplicandi*, la *lex vivendi*.

Due punti degni di rilievo — Distinzione e cattolicità

A proposito di questo lavoro Conciliare, occorre segnare due punti degni di rilievo.

Primo.—Il Concilio Ecumenico ha una sua propria struttura ed organizzazione, che non può essere confusa con la funzione ordinaria e ca/ratteristisca dei vari Dicasteri o 520
Congregazioni, che costituiscono la Curia Romana, la quale procede, anche durante il Concilio, secondo il corso ordinario delle sue consuete attribuzioni di amministrazione generale della S. Chiesa. Distinzioni dunque precise: altro è il governo ordinario della Chiesa di cui si occupa la Curia Romana, ed altro il Concilio. Questo però non esclude, volta per volta, una cooperazione di illuminata saggezza da parte di ecclesiastici, invitati in vista di una loro personale competenza ben riconosciuta e apprezzata.

Secondo punto.—Il Concilio Ecumenico risulterà dalla presenza e partecipazione di Vescovi e Prelati che saranno la viva rappresentanza della Chiesa Cattolica, sparsa nel mondo intero. Alla preparazione del Concilio darà prezioso contributo una accolta di persone dotte, competentissime, di ogni regione e di ogni lingua. È questo ormai un principio entrato nello spirito di ogni fedele, appartenente alla Santa Chiesa Romana: di essere cioè e di ritenersi veramente, in quanto cattolico, cittadino del mondo intero, così come Gesù del mondo intero è l'adorato Salvatore: *Salvador mundi*. Un buon esercizio di vera cattolicità è questo, di cui tutti i cattolici devono rendersi conto e farsi come un precetto a luce della propria mentalità, e a direzione della propria condotta nei rapporti religiosi e sociali.

In questi mesi del Nostro Pontificato il Signore Gesù Ci ha dato la grazia di rendere dei buoni servizi a questo criterio di affermazione e di rispetto alla cattolicità della Santa Chiesa.

La creazione di parecchi Cardinali appartenenti a regioni lontane, che non ebbero mai sin qui l'onore della Porpora Romana: la consacrazione, ripetuta per le Nostre stesse mani, sotto queste volte della Basilica Vaticana, di parecchi nuovi Vescovi, in pochi mesi quasi una ventina, di varia stirpe e di vario colore: l'affluire divenuto più facile e frequente, non solo dei prelati e di alte personalità civili, ma di rappresentanti del popolo autentico e genuino, che ogni giorno attendono di vedere e di familiarizzare col Papa, contenti di riceverne parole di benedizione e di incoraggiamento; numerosi gli appartenenti a gruppi di comunità cristiane separate, e che una voce intima del cuore amabilmente sospinge verso l'accostamento della Nostra umile persona, come a confidarCi la gioia intima dell'incontro, e come il pregustamento di qualche cosa di più dolce e misterioso, che la Provvidenza Ci riserva per giorni migliori della Chiesa Santa di Gesù Salvatore di tutto il 521
mondo. /

Conviene insistere su questo nuovo solco, che accenna ad aprirsi in più vaste proporzioni, e su questa coltivazione della cattolicità, lieta promessa di frutti nobili e copiosi.

Forme di cooperazione al Concilio

Lasciate che vi diciamo che primo mezzo per farci onore da cattolici sinceri o di aspiranti alla perfezione della cattolica unità, è lavorare, *utilmente e con fiducia di abbondantissima messe: alimentando in tutti, clero e laicato, il senso del soprannaturale.*

a) *Senso e spirito soprannaturale.*

Diletti figli, questo è grave e importante: *lo spirito soprannaturale.* Niente di comparabile fra un Concilio Ecumenico, e un trattato di politica nazionale o internazionale!

Le due concezioni della vita umana, così dell'individuo come dell'uomo appartenente all'ordine sociale, vita dello spirito e vita del corpo, vita eterna e vita temporale, dovrebbero non difficilmente intendersi fra di loro, pur distinguendosi senza escludersi. Dice bene il Salmo: *Coelum coeli Domino: terram autem dedit filiis hominum* [3]. Ma spesso accade che cielo e terra, vita eterna e vicenda umana, vengano da taluno posti in combattimento ed in esclusione tra loro. La religione, il culto del Signore, la Santa Chiesa li accosta e li unisce. Oh! La Santa Chiesa Cattolica nella sua triplice espressione di vitalità divina e umana: Chiesa

militante, purgante, trionfante: che mistero di verità, di grazia e di salute è questo!

Ma non è superfluo il ripeterlo. La Chiesa si preoccupa innanzitutto dello spirito: le sollecitudini ordinarie della vita quotidiana la toccano pure e le può, e le vuole santificare; questo però ella compie nell'atto stesso di invitare il cristiano a tenersene in guardia, in quanto lo possono distrarre dalle elevazioni più alte, verso Iddio principio e fine, verso Gesù Salvatore, e tutto ciò che Gesù rappresenta: Vangelo: vita di Cristo in noi: vita nostra in Lui, sì, vita nostra in Cristo Gesù, mite, sofferente, glorioso. Questo significa, diletti Fratelli e figli, disporsi al Concilio con senso di elevazione soprannaturale secondo lo spirito della Santa Chiesa, guardandoci dal confondere il sacro col profano, le intenzioni dell'ordine spirituale e religioso con
522 gli sforzi umani —an/che se degni di rispetto— rivolti unicamente alla ricerca dei piaceri, onori, ricchezze, gloria e di altri beni di ordine naturale.

b) *Seguirne lo svolgimento con penetrazione di principî dottrinali, rilievi storici, giustezza di criterio pratico.*

Altra forma di cooperazione ai meriti e ai benefici del Concilio Ecumenico, è seguire il corso del suo svolgimento con profonda penetrazione di principî dotrinali, di cultura religiosa, di informazioni storiche, da cui lo spirito onesto e ben equilibrato trae giustezza di criterio pratico, e insegnamento prezioso.

L'ideale della vita quaggiù di ogni redento, l'ideale ultimo di ogni società sulla terra, famiglia, nazione, universo intero, soprattutto e eminentemente l'ideale della Santa Chiesa cattolica ed apostolica, a cui un Concilio Ecumenico può aspirare e collaborare, è il trionfo di Cristo Gesù. È col crescere di Cristo in noi: *veritatem facientes in caritate*, che noi troviamo il vero definitivo progresso. Oh! che parole e che elevazioni queste di San Paolo agli Efesini: «Lui, il Cristo è il capo. Da Lui discende la virtù su tutto il corpo ben composto e connesso, per l'utile concatenazione delle articolazioni, nella misura di ciascuna delle sue parti, le quali trovano in Lui il proprio accrescimento in una perfezione di amore».

Parole misteriose queste di San Paolo, che meriterebbero bene di figurare sulle porte del Concilio Ecumenico. Amiamo ripeterle nel loro testo sacro: chi sa di latino dovrebbe apprenderle a memoria: *Veritatem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit, in aedificationem sui in caritate* [4].

Attraverso le singole frasi di cui si compone questa citazione di San Paolo, ci è facile scorgere i punti luminosi da cui dovrebbe risultare la bellezza e lo splendore completo di questa grande affermazione della Chiesa cattolica, come il Concilio Ecumenico, in perfetta organizzazione, sempre pronta, come essa è —la Chiesa—, ai grandi successi del presente e dell'avvenire. Verità e carità: Cristo al vertice e capo del corpo mistico, che è la sua Chiesa, corpo compatto e connesso: per tutte le sue giunture, ciascuna al suo posto, tutto in edificazione ed in progresso
523 di carità fraterna, di pace santa e benedetta. /

Alle sorgenti della grazia - Lo Spirito Santo

Da questo richiamo dell'Apostolo delle Genti associato a San Pietro, la pietra fondamentale della Chiesa, quale Gesù lo proclamò, ci è facile elevare il nostro spirito alle sacre sorgenti della grazia, cioè allo Spirito Santo, a cui è dedicata in tutto il mondo l'odierna celebrazione liturgica.

È infatti nella dottrina e nella spirito della Pentecoste che il grande avvenimento del Concilio Ecumenico prende sostanza e vita. Nel *Credo Apostolico* due parole bastano ad esaltare la natura e la efficacia della irradiazione dello Spirito Santo: *Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem.*

Signore in quanto appartiene alla augusta Trinità. *Cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur.*

Signore e vivificatore in quanto penetra della sua virtù i due Testamenti, l'Antico e il Nuovo: in quanto continua e moltiplica la sua operazione di forza, di soavità e di grazia nella Santa Chiesa, che è la sua Sposa benedetta.

La prima operazione dello Spirito Santo nella Chiesa è la scelta e la elezione dei membri che la devono comporre.

[4] *Eph.* 3, 15-16. [5] *Act.* 1, 2. [6] Cfr. Tertull. *Apol.* I.; Migne PL 1, 534.

È tutto l'orizzonte missionario che si schiude innanzi - noi: ed è lo Spirito Santo che lo illumina e l'accende.

La sua luce irrompe dalle prime parole del *Libro degli Atti degli Apostoli*. Dei primi discepoli di Gesù, colonne e fondamento della Chiesa, è detto che egli li aveva scelti *praecipiens apostolis per Spiritum Sanctum, quos elegit* [5]. Lo stesso giorno della Pentecoste furono tremila gli eletti. Pochi giorni dopo altri cinquemila si aggiunsero per la predicazione di Pietro e di Giovanni sotto il portico del tempio. Dopo i Giudei, ecco la Gentilità che si aggiunge: ecco l'incontro del centurione Cornelio, che riceve il Battesimo con i suoi commilitoni. Dopo queste prime conquiste chi può seguire la marcia impetuosa del Divino Spirito, che precede, accompagna gli evangelizzatori penetrando nelle anime di chi li ascolta e dilatando le tende della Chiesa Cattolica sino agli ultimi confini della terra, trascorrendo per tutti i secoli della storia? Il cammino della Santa Chiesa di Cristo lungo questi suoi venti secoli è talora, è sovente, si può ben dire è quasi sempre segnato di lacrime e di sangue. / Ma torna sempre vera la testimo- 524
nianza dei primi scrittori ecclesiastici: *Sanguis martyrum, semen est Christianorum* [6].

Osservate bene ciò che avviene innanzi ai nostri occhi, ciò che le nostre orecchie ascoltano. In questi ultimi secoli che precedettero l'epoca contemporanea, indubbiamente la natura umana, prona alla prevaricazione dell'errore e del peccato, si è trovata in colluttazione violenta con la grazia spirituale e celeste, di cui la Santa Chiesa conserva pur sempre il deposito sacro. Ma vedete che cosa accade. Nelle nazioni che crebbero e furono grandi per l'azione di lei, a cui devono tutto ciò che ha loro fatto e continua a far più distinto onore, trovò e qua e là ancora incomprensioni, avversità, e persino dure oppressioni contro la propria libertà di culto, di pensiero e di insegnamento.

Non crediate che lo Spirito Santo sia per abbandonarla- alla minacciata rovina.

L'umile Successore di San Pietro non può recarsi personalmente a visitare le varie regioni della terra, di cui egli porta la grave sollecitudine: ma tutti i rappresentanti dei vari continenti conoscono la via di Roma, capitale del mondo cattolico, e, giusto come Paolo e Barnaba che vi accennammo a principio di questo colloquio, rivengono qui al Vaticano a narrarCi le meraviglie della grazia dell'apostolato, e i prodigi dell'esercizio che sempre prosegue il suo cammino delle virtù teologali e cardinali, delle opere della misericordia che sono il pegno della verace civiltà.

La Santa Chiesa Cattolica in parecchie regioni del mondo incontra dunque gravi e dolorose difficoltà ed avversioni da parte di coloro, i cui padri immediati e gli avi godettero della sua materna affezione. Non crediate che lo Spirito Santo l'abbia abbandonata o stia per abbandonarla. Come si può spiegare se non per il soffio di questo Spirito vivificante il crescere di anno in anno delle vocazioni all'apostolato? Come spiegare questo fervore di accostamento, di cui abbiamo le prove giorno per giorno, dei nostri fratelli separati al centro della unità religiosa: all'*unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam*? Questo felice fenomeno del volgersi più frequente delle anime verso Roma come a centro di unità religiosa si compone con l'altro delle regioni già infedeli, ed ora visitate dalla fiamma de Vangelo. / 525

Elevazioni spirituali: clero e fedeli di tutta la Chiesa in unione di preghiera con il Papa

Fratelli venerabili, e diletti figliuoli. *Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu.*

Le profonde emozioni di cui l'anima Nostra è particolarmente tocca in questi giorni, all'inizio del forte lavoro che Ci attende per il Concilio Ecumenico: il ricordo della pronta e così letificante risposta venutaCi dall'alto nella celebrazione del Sinodo Romano, di cui Ci proponiamo di promulgare le costituzioni nella festa dei Ss. Apostoli Pietro e Paolo: le vibranti manifestazioni di fede, di pietà popolare, di religiosa affezione filiale di cui la Nostra umile persona fu oggetto nelle visite che facemmo nei quartieri popolari del suburbio, nelle domeniche della scorsa Quaresima, avvolgono il Nostro Spirito in un'atmosfera così elevata di abbandono alla grazia dello Spirito Santo, di desiderio di santificazione, così da suggerirCi un invito ardente di padre e di pastore per quanti Ci sono più vicini e familiari qui nell'Urbe santa, per quanti fratelli e figli recitano con Noi lo stesso *Credo* apostolico, a volerCi seguire più intimamente in partecipazione dello stesso sentimento di fervorosa pietà, di opere sincere recanti luce

http://www.obrascatolicas.com

di purezza, grande edificazione di carità e di buon apostolato religioso e sociale.

Confidiamo lungo la via di potervi parlare ancora secondo la opportunità e nel comune intento di ottenere, anche in riferimento alla pace delle anime e delle nazioni, ogni grazia ed ogni benedizione.

Maria e i Santi del Signore ad incoraggiamento e intercessione

Maria, la dolce Madre di Gesù Verbo Divino, che per la grazia dello Spirito Santo in lei carne si fece, e divenne così Madre nostra, resti sempre con noi perseverante in preghiera, affinchè lo stesso Spirito Santo continui ad effondere nella vita della Chiesa i suoi doni e ad operare i suoi prodigi a salute del mondo intero.

E i Santi di Dio? Oh! ognuno dei Santi è un capolavoro di grazia dello Spirito Santo. Qui intorno a S. Pietro vigilano in preghiera per la Santa Chiesa i Santi che ne furono i primi ornamenti, discepoli immediati di Gesù, martiri e pontefici dai grandi nomi ai più modesti: appartenenti a tutte le età e a tutte le regioni del mondo. Talora le reliquie dei loro corpi sono ridotte a poca cosa, ma sempre qui palpita il loro ricordo e la loro preghiera. Anche in una recente occasione Ci accadde di rammentare alcuni tra
526 i più insigni, qui venuti dall'Oriente, dove avem/mo l'occasione felice di visitare le tracce dei monumenti ancora riconoscibili del loro passaggio: l'*anastasis*, tra di essi, dove tenne i suoi mirabili discorsi *de re Trinitaria* San Gregorio Nazianzeno, le cui spoglie mortali qui riposano sotto l'altare di questa ricca cappella Gregoriana, che si richiama all'altra sontuosa del coro canonicale, che avvolge di previoci più autorevoli, la sua e quella del Nazianzeno, ad auspicare, a benedire, ad intercedere per il ritorno delle Chiese di Oriente all'amplesso della Chiesa una, santa, cattolica ed apostolica.

Oh! che avvenimento prodigioso sarebbe questo, e quale fiore di umana e di celeste carità l'avviamento deciso al ricongiungimento dei fratelli separati dell'Oriente e dell'Occidente nell'unico ovile di Cristo, il Pastore eterno.

Ciò dovrebbe rappresentare uno dei frutti più preziosi del prossimo Concilio Ecumenico Vaticano II alla gloria del Signore sulla terra e nei cieli, alla esultanza universale nella completezza del misterio della Comunione dei Santi.

Oh! i Santi, i Santi del Signore, che dappertutto ci allietano, ci incoraggiano, ci benedicono.

Voi, dilettissimi figli, Ci comprendete bene se il Nostro cuore di pastore e di padre della cristianità è tocco in queste settimane da particolare emozione e tenerezza nella esaltazione dei nuovi Santi, che per virtù della Apostolica Autorità Ci è consentito di congiungere al corteo degli eletti e privilegiati ascendenti alla partecipazione del trionfo di Cristo.

Questa è buona e felicissima ventura per Noi. Questo santo Vescovo e Cardinale Gregorio Barbarigo, glorificato nella festa della Ascensione, e questo altro San Giovanni de Ribera, Arcivescovo di Valencia, sulla cui fronte porremo l'aureola della più alta esaltazione nella luce della Santissima Trinità, la prossima domenica, Ci richiamano alle parole incoraggianti di San Paolo nell'Areopago di Atene: È il Signore del cielo e della terra che dà a tutti noi la vita, il respiro e ogni altro bene. Noi siamo della sua stessa stirpe. E non dobbiamo però confonderci con l'oro e con l'argento e con la pietra e con tutto ciò che è fattura umana; ma farci onore nella nostra rassomiglianza con Lui, col Cristo Figliol suo e fratello nostro, datoci a nostra salute e santificazione.

Così sia, diletti figliuoli, ora e sempre; con intento e sforzo speciale di cristiana perfezione durante questi mesi di preparazione intensa al Concilio Ecumenico, a pace e a benedizione della Chiesa Santa e del mondo intero. Così sia.

2912

1960 IUN 7.-SC SACRAMENTORUM, RESCRIPTUM. PART.*

DISPENSATUR IRREGULARITAS EX DEFECTU NATALIUM FILII NATURALIS UT PROMOVERI POSSIT AD ORDINES SACROS

PRECES—*Beatissime Pater*, N. N., dioecesis Miamien., ad pedes S. V. provolutus, humiliter postulat dispensatio-

nem ab irregularitate ex defectu legitimorum natalium, cum sit filius naturalis, ut ad primam tonsuram atque Ordines licite promoveri possit.

RESC.—Die 7 junii 1960, Sacra Congregatio de Sacramentis, vigore facultatum sibi a Ssmo Dño Nostro Joanne Papa XXIII tributarum, attenta commendatione Ordinarii Miamien., eidem benigne committit ut, pro suo arbitrio et conscientia, gratiam dispensationis indulgeat ab enunciata irregularitate ad effectum suscipiendi primam tonsuram atque Ordines usque ad Presbyteratum inclusive dumtaxat, cauto tamen ut orator, postquam fuerit sacerdotio auctus, destinetur in locum ubi eius conditio prorsus ignota sit, quodlibet praecaveatur scandalum aut admiratio fidelium, servatis Instructione H. S. C. diei 27 decembris 1930 [LE 2542] necnon Litteris Circularibus H. S. C. diei 27 decembris 1955 [LE 2542] ceterisque de iure servandis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus

* Ordinario Miamiensi, Prot. N. 3824/60: Jurist 21 (1961) 113.

2913

1960 IUN 13.-SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR CELEBRANDI MISSAM CUM MATRIMONIUM CELEBRATUR INTER PARTEM CATHOLICAM ET PARTEM ADHUC CATECHUMENAM

Du palais du Saint-Office, le 13 juin 1960

Eminence Révérendissime, par sa lettre adressée au Saint-Office le 6 décembre 1959, Votre Eminence a sollicité la faculté de permettre, dans certains cas exceptionnels, la célébration de la Messe pour le mariage, lorsque l'un des fiancés est catholique et l'autre ne l'est pas, mais est instruit des vérités de la foi dans un centre diocésain de catéchuménat, sans être encore prêt à recevoir le baptême.

J'informe à ce sujet Votre Eminence Révérendissime que les Eminentissimes Pères de cette Suprême Congrégation, dans leur assemblée plénière du mercredi 8 juin, ont décrété ce qui suit:

a) Que la messe *pro sponsis* soit toujours exclue et que la bénédiction nuptiale soit omise au cours de la messe du jour;

b) que la célébration du mariage soit toujours faite hors du choeur;

c) que l'Ordinaire use de cette faculté uniquement lorsqu'il s'agit de catéchumènes vraiment prêts à recevoir le baptême.»

Je saisis cette occasion pour baiser humblement vos mains, vous exprimer mes sentiments de particulière vénération et me déclarer, de Votre Eminence Révérendissime le très dévoué.—P. PARENTE, *Assesseur*.

* Ordinario Parisiensi, Prot. N. 4111m/59: Doc. Cath. 58 (1961) 170. Adn. Doc. Cath. 58 (1961) 170-171.

2914

1960 IUN 14.-SC STUDIORUM, EPISTULA. PART.*

SECTIO BIBLICA PONT. ATHENAEI ANTONIANI URBIS TRANSFERTUR IN STUDIUM BIBLICUM HIEROSOLYMITANUM, FACULTATI THEOLOGIAE ATHENAEI ANTONIANI CANONICE ADSCRIPTUM

Roma, 14 giugno 1960

Reverendissimo Padre, abbiamo letto e considerato con la più benevola attenzione l'istanza che Ella ha rivolta a questa Sacra Congregazione, con lettera n. 155/60/6 in data 7 corrente, perchè venga autorizzata «la trasformazione dello Studio Biblico Francescano di Gerusalemme in sezione biblica della Facoltà Teologica del Pontificio Ateneo Antoniano».

I diligentissimi «Allegati» che illustrano la domanda, il primo circa l'ordinamento giuridico, didattico ed organizzativo, l'altro circa la storia e l'attività scientifica dello «Studio Biblico Francescano di Gerusalemme», confermano ampiamente l'alta stima che da tempo nutrivamo per la provvida Istituzione. Insigni studiosi quali i Revv. PP. Baldi, Bagatti, Saller, gli scavi da loro diretti ed illustrati, basterebbero ad assicurare il prestigio dello «Studio Biblico Francescano», sorto nel 1927 ed ora universalmente apprezzato. Il ricco Museo, la collana di archeologia e palestinologia «Pubblicazioni dello Studium Biblicum Fran-

ciscanum», e vari altri volumi tra cui spiccano le nove annate del «Liber Annuus», costituiscono un imponente complesso di realizzazioni scientifiche che onora non solo l'Ordine dei Frati Minori, ma l'intera cultura cattolica e la stessa Chiesa, la quale da ben sette secoli ha affidato ai Figli di San Francesco la «Custodia» della Terra Santa. La ringraziamo perciò della ricca «Documentazione fotografica», che conserveremo come testimonianza eloquente del rapido progresso dello Studio Biblico Francescano nei suoi trent'anni di vita.

Siamo pertanto lieti di significarLe che questo Sacro Dicastero approva la proposta della P. V. Rev.ma di trasferire dalla sua sede attuale in Roma allo Studio Biblico di Gerusalemme, giuridicamente e accademicamente incorporato alla Facoltà Teologica del Pont. Ateneo Antoniano, l'intera *Sezione Biblica* (di un triennio) della Facoltà medesima.

La P. V. Rev.ma potrà quindi procedere all'applicazione di quanto sopra. Se dopo un anno di «esperimento» i risultati appariranno, come speriamo, buoni e costruttivi, questa Sacra Congregazione potrà redigere senz'altro il «Decreto» che sancisca definitivamente questo nuovo ordinamento, e contemporaneamente approvare ufficialmente lo «Statuto-programma» della «Sezione Biblica» di Gerusalemme, che preghiamo di volere intanto far preparare (in base ai dati che ci ha già cortesemente comunicati sotto il titolo «Ordinamento degli studi») in lingua latina.

Frattanto di tutto cuore auguriamo alla P. V. Rev.ma ed agli ottimi Professori, che a Roma ed a Gerusalemme, avviano alla comprensione delle Divine Scritture coloro che dovranno farle conoscere ed utilizzare ai futuri sacerdoti ed apostoli, i più consolanti successi.

Siamo per altro ben certi che i docenti di S. Scrittura dell'«Antonianum», sia a Roma sia a Gerusalemme, continueranno ad infondere ai loro alunni, in fedele conformità allo spirito del loro Ordine «tutto serafico in ardore», quella luminosa convinzione che vince i dubbi e le negazioni del mondo, transformando ed orientando sicuramente la mente e il cuore, il pensiero e la vita (cf. Luc. 24, 32).

Con sensi di distinta stima e di cordiale ossequio, colgo volentieri la gradita occasione per nuovamente professarmi della P. V. Rev.ma dev. in G. C.—G. Card. PIZZARDO, *Praef.* Dino Staffa, *Segr.*

* Ministro Gen. O. F. M., Prot. N. 1366/60: AOFM 79 (1960) 303-304. Adn. AOFM 79 (1960) 304-305.

2915

1960 IUN 16.-SC STUD., DECR. AAS 52 (1960) 577-578

CATHOLICA STUDIORUM UNIVERSITAS «SANCTAE MARIAE BONORUM AËRUM» IN CAPITALI URBE ARGENTINAE REI PUBLICAE ERIGITUR

Catholici populi Argentinae Rei publicae comperta semper fuit studiosa voluntas tum altiorem iuventae institutionem tum catholicam veritatem et tuendam et latius propagandam et altius pervestigandam promovendi, praeeuntibus Episcopis ac presbyteris qui inde a saeculo XVI religione bonisque artibus succrescentes generationes imbuere nunquam destiterunt. Quod ut impensius in posterum fieret, omnes Argentinae Praesules per Emum ac Revmum Dominum D. Antonium Caggiano, S. R. E. Presbyterum Cardinalem, Archiepiscopum Bonaërensem, anno Domini MCMLIX suppliciter postulaverunt ut, ad normam catholicarum traditionum et peculiariter can. 1376 C. I. C., illa, quam concordi animo duobus ante annis ad experimentum inchoaverant ut catholicae veritatis humanarumque artium domicilium omnibus pateret, Catholica Studiorum Universitas plane tandem constitueretur, canonica erectione donaretur, ac in aevum Apostolica Auctoritate probata firmataque haberetur. Cuius Emi Cardinalis Archiepiscopi omniumque Argentinae Episcoporum precibus benignissime acceptis, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus de tanto negotio certiorem diligentissime fecit Augustum Pontificem feliciter regnantem. Cum autem Smus D. N. Ioannes Div. Prov. Pp. XXIII perlibenter annuere dignatus sit, eadem Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, post perspecta approbataque peculiaria exhibita Statuta, Athenaeum canonice erigendum ad normam allati can. 1376 C. I. C. pro munere deliberavit. Hisce igitur, ad gloriam Dei O. M., ad Sanctae Catholicae Ecclesiae decus et incrementum atque ad animarum salutem, *Catholicam Studiorum Universitatem «Sanctae Mariae Bonorum Aërum»* nuncupatam in Bonaërensi Metropoli vigentem, *Pontificiae* titulo decoratam, cum septem Facultatibus quibus nunc constat, scilicet Theologiae (quae in Metropolitano Seminario nunc sedem habet), Philosophiae, Iuris ac Politicarum Scientiarum (cum altera sectione in civitate Rosariensi), / Litterarum, Scientiarum Physico-Mathematicarum 578
ac Machinariorum artium («Ingeniería»), Oeconomiae ac Socialium Scientiarum (tribus sectionibus pollente: Oeconomia, Formatione Moderatorum officinarum, Sociologia), Artium pulchrarum ac in specie Musicae artis, *constituit erigitque* atque in perpetuum erectam declarat, ipsi prorsus agnitis iuribus, honoribus, privilegiis, quae ad huiusmodi Athenaea in universo Catholico Orbe de more pertinent. Sacra eadem Congregatio insuper praecipit ut omnia ad effectum traducantur quae memorata Statuta tum de coetu curatorum ac de moderatoribus definiunt tum de magistrorum alumnorumque officiis decernunt, in primis de Sacra eadem Congregatione statis temporibus edocenda eademque roganda de novo Rectore nominando, de nova Facultate forte erigenda, de quacumque in approbata Statuta mutatione inducenda. Sacrum denique idem Dicasterium Archiepiscopum Metropolitanum Bonaërensem pro tempore, Ordinarium loci, Pontificiae studiorum Universitatis «Sanctae Mariae Bonorum Aërum» *Magnum Cancellarium* de iure constituit edicitque, qui nomine Sanctae Sedis rite praesit invigiletque, ad normam (prout res ferat) art. 14 Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominus* [LE 1030] necnon art. 5 *Ordinationum* [LE 1033] ad eandem Constitutionem Apostolicam rite exsequendam. Ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Roma, ex aedibus S. Congregationis, d. XVI m. Iunii, in festo SS. Corporis Christi, a. D. MCMLX.—I. Card. PIZZARDO, Ep. Albanen., *Praef.* D. Staffa, *a Secretis*.

2916

1960 IUN 23.-CONVENTIO SOLLEMNIS CUM AUSTRIA. AAS 52 (1960) 933-941

Aeterni Pastoris imaginem exprimere cupientes, qui dispersas oves requirit pascitque congregatas (cfr. *Ez.* 34, 11-16), paternam curam intendimus in Ucrainos christifideles byzantini ritus in Gallia degentes, quorum coetum Pius XII Decessor Noster, die decimo sexto mensis Iunii anno 1954, in Ordinariatum pro catholicis orientalis ritus cooptavit. Qui cum sint numero frequentes sacerdotumque copia satis floreant, animorum bono conducere videtur simulque fidei alendae atque rituum integritati servandae si eosdem, ab Ordinariatu quem diximus seiunctos, in Apostolici Exarchatus formam redigamus. Quam ob rem, post auditum venerabilem Fratrem Ordinarium pro fidelibus orientalibus, atque Apostolicum in Gallia Nuntium, rogatamque sententiam venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali a Secretis, Nostra summa potestate ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. In natione Gallica *Exarchatum Apostolicum pro christifidelibus Ucrainis Byzantini ritus* ibidem commorantibus constituimus, cuius sedes in urbe Lutetia Parisiorum erit, in qua Exarchus domicilium suum collocabit, cathedra magisterii in templo S. Vladimiri posita. Novus Exarchatus Parisiensi metropolitanae Ecclesiae subicietur, suffraganei instar; quod autem ad iura et obligationes attinet, ea servanda censemus quae in Litteris Apostolicis «Cleri sanctitati» de Ritibus Orientalibus et de Personis, canonibus 366-387 describuntur; volumus tamen ut iurisdictionis potestatem Exarchus non exclusive sed cumulative cum potestate Ordinariorum locorum exerceat, quos tamen hortamur ut secundario tantum suo iure utantur, atque apostolicum Exarchum de rebus gravioris momenti quas egerint edoceant. Locis autem ubi paroecia pro christifidelibus Ucrainis desit, iubemus ut parochus latini ritus curam ipsorum gerat, donec parochus vel sa-
342 cerdos pro iis constituatur. Quod vero ad iuvenes educandos attinet, qui sacerdotio / initiari cupiant, ii Romam mittantur sacris disciplinis in Seminariis pro Ucrainis in Urbe conditis erudiendi. Consultores exarchales eligantur eo modo quem legitima fert consuetudo. Exarchalem mensam, quam vocant, sive populi collationes efficient, sive reditus bonorum Exarchatus. Volumus postremo ut haec Nostra decreta exsequenda curet qui Apostolicae in Gallia Nuntiaturae praeest, sive per se ipse, sive per alium, dummodo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Idem vero peracti negotii documenta exarabit, quorum exempla

sincere scripta ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die vicesimo secundo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.—Iacobus A. Card. COPELLO, *S. R. E. Cancellarius.* Ioannes H. Card. CICOGNANI, *S. Congr. pro Ecclesia Orientali a Secretis.* Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens.* Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.* Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Adn. D. FALTIN in Apoll. 34 (1961) 278-279.

2925

1960 IUL 22.-IOAN. XXIII, CONST. AAS 53 (1961) 343-344

EXARCHATUS PRO ARMENIS IN GALLIA

ARMENORUM COETUS IN GALLIA COMMORANTIUM AB ORDINARIATU PRO FIDELIBUS RITUS ORIENTALIS SEPARATUR ET IN EXARCHATUS FORMAM REDIGITUR

IOANNES EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Sacratissima atque gravissima verba, amoris ac sollicitudinis plena, quae beatus Paulus Apostolus, cum fere in eo esset ut a Iudaeis comprehenderetur in custodiamque daretur, ad Mileti oras maioribus Ecclesiae natu habuit: «Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei» (*Act.* 20, 28), tamquam ad nos facta existimantes, nihil praetermittimus ut singularum Ecclesiarum gregibus, quibus hac nostra aetate lupi rapaces acrius insidiantur, talia provideamus auxilia, qualia videntur ad fidem alendam religionemque intendendam aptiora. Cum ergo venerabilibus Fratribus, Armenorum Patriarchae, Parisiensi Archiepiscopo, Apostolicoque in Gallia Nuntio visum sit Armenorum coetum in Gallia degentium ab Ordinariatu pro fidelibus ritus orientalis separare eundemque in Exarchatus formam redigere, Nos, id consilium omnino probantes, post rem bene reputatam, de Nostra apostolica auctoritate haec decernimus ac iubemus. *Exarchatum Apostolicum pro fidelibus ritus Armeni in Gallia commorantibus* constituimus; cuius Sedes Lutetiae Parisiorum ponetur, in qua civitate Exarchus cathedram suae potestatis habebit, in templo scilicet a S. Cruce, quod exarchali dignitate decorabitur. Placet novam circumscriptionem ecclesiasticam metropolitanae Sedi Parisiensi, suffraganeae Ecclesiae instar, una cum Exarcho subici; qui praeterea consultores eliget, qui sibi assint, curabitque ut conditum Seminarium Minus summopere foveat atque alat. Mensa exarchalis, quae dicitur, sive pecunia efficietur quam populus dabit, sive reditibus bonorum Exarchatus propriorum. Novae Ecclesiae eiusque Praesulis iura canonibus 366-387 Litterarum Apostolicarum «Cleri sanctitati» describuntur, quae de Ritibus Orientalibus ac de Personis agunt. Qua in re id caveat Exarchus ne potestatem iurisdictionis exclusis exerceat, sed una cum ceteris Ordinariis locorum exclusis exerceat, sed una cum ipsis, seu, ut aiunt, cumulate; hos / autem hortamur ut 344 nonnisi secundo loco suo iure utantur, atque Exarchum, si quid gravioris momenti egerint, docere velint. Iis porro locis ubi curia seu paroecia pro fidelibus Armenis desit, curio latino rituus curam ipsorum gerat, quoadusque curio proprii eorum ritus constituatur aut alius sacerdos in id

designetur. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae ab Apostolico Nuntio in Gallia ad effectum deducantur, vel ab eo quem ille delegaverit, factis ad rem necessariis potestatibus. Re vero acta, idem documenta exarari faciet, quorum sincera exempla ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali cito mittet. Quod si alius tempore exsecutionis eidem Apostolicae Nuntiaturae praesit, hic eadem mandata Nostra faciet eademque auctoritate.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die vicesima secunda mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.—Iacobus A. Card. COPELLO, *S. R. E. Cancellarius.* Ioannes H. Card. CICOGNANI, *S. Congr. pro Ecclesia Orientali a Secretis.* Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens.* Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.* Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Adn. D. FALTIN in Apoll. 34 (1961) 278-279.

2926

1960 IUL 25.-IOAN. XXIII, M. PR. AAS 52 (1960) 593-595

NOVUM RUBRICARUM BREVIARII ET MISSALIS ROMANI CORPUS APPROBATUR

Rubricarum instructum, quo publicus Ecclesiae cultus ordinatur ac regitur, Apostolica Sedes, inde praesertim a Concilio Tridentino, continenter studuit et pressius definire et perfectius ordinare. Pluribus itaque emendationibus, variationibus et additamentis decursu temporis introductis, totum rubricarum systema abunde succrevit, non semper vero systematico ordine servato, et non sine primitivae perspicuitatis ac simplicitatis detrimento.

Nil proinde mirum quod Decessor Noster, Pius Papa XII, fel. rec., plurium Episcoporum precibus annuens, rubricas Breviarii ac Missalis Romani in quibusdam ad simpliciorem formam esse redigendas censuerit, quod generali Decreto S. Rituum Congregationis diei 23 Martii anni 1955 fuit peractum [LE 2492].

Anno vero sequenti 1956, cum interim studia praeparatoria pro generali liturgica instauratione maturescerent, idem Decessor Noster Episcoporum mentem explorandam decrevit, circa Breviarii Romani liturgicam emendationem. Episcoporum autem responsionibus mature perpensis, quaestionem de generali ac systematica rubricarum Breviarii ac Missalis emendatione aggrediendam esse censuit, eamque peculiari illi commisit virorum peritorum Commissioni, cui generalis instaurationis liturgicae studia demandata
594 fuerant. /

Nos autem, postquam, adspirante Deo, Concilium Oecumenicum coadunandum esse decrevimus, quid circa huiusmodi Praedecessoris Nostri inceptum agendum foret, haud semel recogitavimus. Re itaque diu ac mature examinata, in sententiam devenimus, altiora principia, generalem liturgicam instaurationem respicientia, in proximo Concilio Oecumenico Patribus esse proponenda; memoratam vero rubricarum Breviarii ac Missalis emendationem diutius non esse protrahendam.

Harum itaque rubricarum Breviarii ac Missalis Romani corpus, a peritis viris S. Rituum Congregationis praeparatum et a praefata Pontificia Commissione pro generali liturgica instauratione diligenter revisum, Nos ipsi, *motu proprio* et certa scientia, Apostolica Nostra Auctoritate, probandum censuimus, sequentia decernentes:

1) Novum rubricarum Breviarii ac Missalis Romani codicem, per tres partes digestum, scilicet: *Rubricae generales, Rubricae generales Breviarii Romani*, et *Rubricae generales Missalis Romani*, a Sacra Nostra Rituum Congregatione mox evulgandum, inde a die 1 Ianuarii proximi anni 1961, ab omnibus qui ritum romanum sequuntur, servandum esse praecipimus. Qui vero alium ritum latinum observant, quamprimum sive novo rubricarum codici, sive Calendario se conformare tenentur, in iis omnibus, quae illi ritui stricte propria non sunt.

2) Eodem die 1 Ianuarii anni 1961 vigere cessant *Rubricae generales* Breviarii et Missalis Romani, necnon *Additiones et Variationes* in rubricis Breviarii et Missalis Romani, ad normam Bullae Praedecessoris Nostri S. Pii X *Divino afflatu*, quae hucusque his libris praepositae habentur. Pariter vigere cessat Decretum generale S. R. C. diei 23 Martii anni 1955 *De rubricis ad simpliciorem formam redigendis* [LE 2492], in hac nova rubricarum redactione assumptum. Abrogantur denique eiusdem S. Congregationis decreta et ad dubia responsiones, quae cum nova hac rubricarum forma non conveniunt.

3) Item statuta, privilegia, indulta et consuetudines cuiuscumque generis, etiam saecularia et immemorabilia, immo specialissima atque individua mentione digna, quae his rubricis obstant, revocantur.

4) Librorum liturgicorum editores, rite a S. Sede approbati et admissi, novas parare possunt editiones Breviarii et Missalis Romani, iuxta novum rubricarum codicem 595
dispositas; ad necessariam vero novarum editionum uniformitatem praecavendam, S. Rituum Congregatio peculiares tradat instructiones.

5) In novis Breviarii vel Missalis Romani editionibus, omissis rubricarum textibus de quibus n. 2, novarum rubricarum textus praeponantur, Breviario quidem *Rubricae generales Breviarii Romani*; Missali autem item *Rubricae generales* et *Rubricae generales Missalis Romani*.

6) Omnes denique ad quos spectat quamprimum Calendaria et Propria, sive dioecesana sive religiosa, ad normam et mentem novae redactionis rubricarum et Calendarii conformari curent, a S. Rituum Congregatione approbanda.

His itaque firmiter statutis, muneri Nostro Apostolico consentaneum ducimus, nonnulla addere hortamenta.

Nova sane hac rubricarum dispositione, dum ex una parte universus rubricarum Breviarii et Missalis Romani instructus in meliorem formam est redactus, clariore ordine digestus et in unicum textum contractus, ex altera parte aliquae quoque introductae sunt peculiares modificationes, quibus Officium divinum paulisper contrahitur. Hoc siquidem quamplurium Episcoporum erat in votis, intuitu praesertim multorum sacerdotum, qui in dies magis magisque pastoralibus sollicitudinibus onerantur. Hos autem et omnes qui Officio divino persolvendo tenentur, paterno hortamur animo, ut si quid in eodem divino Officio breviatur, hoc maiore diligentia ac devotione compensetur. Cum porro lectio quoque sanctorum Patrum aliquantisper quandoque minuatur, omnes enixe clericos hortamur, ut volumina Patrum, tanta sapientia ac pietate referta, assidue prae manibus legenda ac meditanda teneant.

Quae autem per Nostras has Litteras, motu proprio datas, decrevimus ac statuimus, rata atque firma sunto, contrariis quibuslibet minime obstantibus, peculiarissima quoque et individua mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die 25 mensis Iulii, anno 1960, Pontificatus Nostri secundo.—IOANNES PP. XXIII.

Adn. D. BALBONI in Pal. clero 40 (1961) 21-29; J. BOUVY in NrT 82 (1960) 868-869; C. BRAGA in EL 74 (1960) 217-257; A. DE BONHOME in Rev. Comm. Rel. 32 (1960) 204-214; G. LOEW in Pal. clero 39 (1960) 934-937; G. MARTINEZ DE ANTOÑANA in Vida rel. 17 (1960) 379-387; M. NOIROT in An. can. 7 (1960) 137-143; I. TASSI in Apoll. 34 (1961) 271-272; L. TRIMELONI in BiM 26 (1962) 131-136; vide praecipuam bibliographiam apud EL 75 (1961) 257-259.

2927

1960 IUL 26.-SC RIT., DECR. AAS 52 (1960) 596-729

DECRETUM GENERALE QUO NOVUS RUBRICARUM BREVIARII AC MISSALIS ROMANI CODEX PROMULGATUR

Novum rubricarum Breviarii ac Missalis romani codicem, quem Ssmus Dominus Noster Ioannes Papa XXIII,

http://www.obrascatolicas.com

per Litteras Apostolicas *Rubricarum instructum*, die 25 iulii huius anni *motu proprio* datas approbavit [LE 2926] et huic S. Congregationi promulgandum mandavit, S. Rituum Congregatio, per hoc Decretum generale, et promulgat et promulgatum esse declarat, in novas Breviarii et Missalis romani editiones inserendum, et ab omnibus ad quos spectat, inde a die 1 ianuarii proximi anni 1961, servandum.

Ut autem libri liturgici qui in usu habentur adhuc adhiberi possint, rubricarum codici adduntur *Variationes* Breviariis et Missalibus necnon Martyrologio aptandis.

Ex aedibus S. Rituum Congregationis, die 26 iulii anni 1960.—Caietanus Card. Cicognani, Ep. Tusculanus, *Praef.*
597 Henricus Dante, *a Secretis.* /

RUBRICAE BREVIARII ET MISSALIS ROMANI

PARS I. Rubricae Generales

Cap. I. Normae generales

1. Rubricae quae sequuntur ritum romanum respiciunt.
2. Nomine calendarii veniunt tum calendarium in usum Ecclesiae universae, tum calendaria particularia.
3. Rubricae generales quae sequuntur, valent tam pro Breviario quam pro Missali. Ipsis tamen exceptiones dantur per particulares rubricas, quae aliquando in Breviario et in Missali ad normam harum rubricarum redactis occurrunt.

Cap. II. De die liturgico in genere

4. Dies liturgicus est dies sanctificatus actionibus liturgicis, praesertim Sacrificio eucharistico et publica Ecclesiae prece, id est Officio divino; et decurrit a media nocte ad mediam noctem.
5. Celebratio diei liturgici decurrit per se a Matutino ad Completorium. Sunt tamen dies solemniores, quorum Officium inchoatur a I Vesperis, die praecedenti.
Habetur denique celebratio liturgica non plena seu sola *commemoratio* in Officio et Missa diei liturgici currentis.
6. Singulis diebus fit aut de dominica, aut de feria, aut de vigilia, aut de festo, aut de octava, iuxta calendarium et praecedentiam dierum liturgicorum.
7. Praecedentia inter singulos dies liturgicos unice per peculiarem tabellam (n. 91) determinatur.
8. Dies liturgici sunt primae, secundae, tertiae aut quartae
598 classis. /

Cap. III. De Dominicis

9. Nomine dominicae intellegitur dies Domini initio cuiusque hebdomadae occurrens.
10. Dominicae sunt I aut II classis.
11. *Dominicae I classis* sunt: *a)* I-IV Adventus; *b)* I-IV Quadragesimae; *c)* I-II Passionis; *d)* dominica Resurrectionis seu Paschatis; *e)* dominica in albis; *f)* dominica Pentecostes.
Dominicae Paschatis et Pentecostes sunt pariter festa I classis cum octava.
12. Omnes aliae dominicae sunt *II classis.*
13. Officium dominicae incipit a I Vesperis, sabbato praecedenti, et explicit post Completorium dominicae.
14. Dominica celebratur suo die, iuxta rubricas. Officium et Missa dominicae impeditae nec anticipantur nec resumuntur.
15. *Dominica I classis*, in occurrentia, festis quibuslibet praefertur.
Festum tamen Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virg. praefertur occurrenti dominicae Adventus.
Ad concurrentiam vero quod attinet, servetur norma, quae nn. 104-105 traditur.
16. *Dominica II classis*, in occurrentia, festis II classis praefertur.
Attamen: *a)* festum Domini I aut II classis, in dominica II classis occurrens, locum tenet ipsius dominicae cum omnibus iuribus et privilegiis: de dominica, proinde, nulla fit commemoratio; *b)* dominica II classis praefertur Commemorationi omnium Fidelium defunctorum.
Ad concurrentiam vero quod attinet, servetur norma, quae
599 nn. 104-105 traditur.
17. Dominica excludit, per se, assignationem perpetuam festorum. /
Excipiuntur: *a)* festum Ssmi Nominis Iesu, celebrandum dominica quae occurrit a die 2 ad 5 ianuarii (secus die 2 ianuarii); *b)* festum S. Familiae Iesu, Mariae, Ioseph, celebrandum dominica prima post Epiphaniam; *c)* festum Ssmae Trinitatis, celebrandum dominica prima post Pentecosten; *d)* festum D. N. Iesu Christi Regis, celebrandum dominica ultima mensis octobris; *e)* festa Domini I classis quae, in calendariis particularibus, dominicae II classis nunc assignantur.
Haec festa locum tenent dominicae occurrentis cum omnibus iuribus et privilegiis: de dominica, proinde, nulla fit commemoratio.
18. Dominicae post Epiphaniam quae, superveniente Septuagesima, impediuntur, transferuntur post dominicam XXIII post Pentecosten, hoc ordine: *a)* si dominicae post Pentecosten fuerint 25, dominica XXIV erit quae inscribitur dominica VI post Epiphaniam; *b)* si dominicae fuerint 26, dominica XXIV erit quae inscribitur V post Epiphaniam; et XXV, quae inscribitur VI; *c)* si dominicae fuerint 27, dominica XXIV erit quae inscribitur IV post Epiphaniam; XXV, quae inscribitur V; et XXVI, quae inscribitur VI; *d)* si dominicae fuerint 28, dominica XXIV erit quae inscribitur III post Epiphaniam; XXV, quae inscribitur IV; XXVI, quae inscribitur V; et XVII, quae inscribitur VI.
Ultimo tamen loco semper ponitur ea quae in ordine est XXIV post Pentecosten, omissis, si opus sit, ceteris, quae aliquando locum habere non possunt.
19. Dominica prima mensis ea intellegitur, quae prima occurrit in mense, scilicet a die primo ad septimum mensis; dominica autem ultima, quae diem primum mensis sequentis proxime praecedit.
Item ad computandam primam dominicam mensium augusti, septembris, octobris et novembris, ratione lectionum Scripturae occurrentis, ea dicitur prima dominica mensis, quae cadit a die primo ad septimum mensis.
20. Dominica I Adventus ea est, quae cadit die 30 novembris vel est ipsi proximior. /

Cap. IV. De feriis

600

21. Nomine feriae intelleguntur singuli dies hebdomadae praeter dominicam.
22. Feriae sunt primae, secundae, tertiae aut quartae classis.
23. *Feriae I classis* sunt: *a)* feria IV cinerum; *b)* omnes feriae Hebdomadae sanctae.
Haec feriae festis quibuslibet praeferuntur, et nullam admittunt commemorationem, nisi unam privilegiatam.
24. *Feriae II classis* sunt: *a)* feriae Adventus a die 17 ad diem 23 decembris; *b)* feriae Quatuor Temporum Adventus, Quadragesimae et mensis septembris.
Hae feriae praeferuntur festis particularibus II classis; si vero impediuntur, commemorari debent.
25. *Feriae III classis* sunt: *a)* feriae Quadragesimae et Passionis, a feria V post cineres usque ad sabbatum ante dominicam II Passionis inclusive, superius non nominatae, quae praeferuntur festis III classis; *b)* feriae Adventus usque ad diem 16 decembris inclusive, superius non nominatae, quae cedunt festis III classis.
Hae feriae, si impediuntur, commemorari debent.
26. Omnes feriae, numeris 23-25 non nominatae, sunt *feriae IV classis*; quae, si impediuntur, numquam commemorantur.
27. Officium feriae incipit a Matutino et explicit per se post Completorium; Officium vero sabbati, excepto Officio sabbati sancti, explicit post Nonam. /
601

Cap. V. De vigiliis

28. Nomine vigiliae intellegitur dies liturgicus, qui aliquod festum praecedit, et rationem habet praeparationis ad illud.
Vigilia Paschatis vero, cum non sit dies liturgicus, modo sibi proprio, seu pervigilio, celebratur.
29. Vigiliae sunt primae, secundae aut tertiae classis.
30. *Vigiliae I classis* sunt: *a)* vigilia Nativitatis Domini quae, in occurrentia, locum tenet dominicae IV Adventus, de qua, proinde, nulla fit commemoratio; *b)* vigilia Pentecostes.
Hae vigiliae festis quibuslibet praeferuntur, et nullam admittunt commemorationem.
31. *Vigiliae II classis* sunt: *a)* vigilia Ascensionis Domini; *b)* vigilia Assumptionis B. Mariae Virg.; *c)* vigilia Nativitatis S. Ioannis Baptistae; *d)* vigilia Ss. Petri et Pauli Apostolorum.
Hae vigiliae praeferuntur diebus liturgicis III et IV classis; et, si impediuntur, commemorantur, iuxta rubricas.
32. *Vigilia III classis* est vigilia S. Laurentii.
Haec vigilia praefertur diebus liturgicis IV classis; et, si impeditur, commemoratur, iuxta rubricas.
33. Vigilia II aut III classis penitus omittitur, si occurrat in dominica quavis, aut in festo I classis, vel si festum cui praemittitur in alium diem transferri aut ad commemorationem reduci contingat.
34. Officium vigiliae incipit a Matutino et explicit quando initium habet Officium festi subsequentis.

Cap. VI. De Festis et Calendario

A) *De natura et proprietate festorum*

35. Nomine festi intellegitur dies liturgicus in quo cultus publicus Ecclesiae peculiari modo ad mysteria Domini recolenda, vel ad B. Mariam Virg., aut Angelos, aut Sanctos vel Beatos venerandos dirigitur. /
602
36. Festa sunt primae, secundae aut tertiae classis.
37. Ratio celebrationis festorum haec est: *a)* festa I classis inter dies solemniores adnumerantur, quorum Officium incipit a I Vesperis, die praecedenti; *b)* festa II et III classis Officium habent quod per se decurrit a Matutino ad Completorium ipsius diei; *c)* festa vero Domini II classis I Vesperas acquirunt, quoties, in occurrentia, locum tenent dominicae II classis.
38. *Festa* sunt *universalia* aut *particularia*; particularia autem sunt *propria* aut *indulta*.
39. Festa *universalia* ea sunt quae a Sancta Sede in calendario Ecclesiae universae inscribuntur.
Haec festa ab omnibus, qui ritum romanum sequuntur, celebrari debent, iuxta rubricas.
40. Festa *particularia* ea sunt quae ex iure aut ex indulto Sanctae Sedis in calendariis particularibus inscribuntur.
Haec festa ab omnibus, qui illo calendario tenentur, celebrari debent, iuxta rubricas, et nonnisi ex speciali Sanctae Sedis indulto e calendario expungi vel gradu mutari possunt.

41. Festa particularia, *ipso iure* in calendario inscribenda, sunt festa propria: *a)* cuiusque nationis et regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis (n. 42); *b)* cuiusque dioecesis seu territorii ecclesiastici cui praeficitur «Ordinarius loci» (n. 43); *c)* cuiusque loci seu oppidi vel civitatis (n. 14); *d)* cuiusque ecclesiae aut oratorii publici vel semipublici, quod locum tenet ecclesiae (n. 45); *e)* cuiusque Ordinis seu Congregationis n. (46).
42. *Festa propria cuiusque nationis et regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis* sunt: *a)* festum Patroni principalis rite constituti (I classis); *b)* festum Patroni secundarii rite constituti (II classis).
43. *Festa propria cuiusque dioecesis seu territorii ecclesiastici cui praeficitur «Ordinarius loci»* sunt: *a)* festum Patroni principalis rite constituti (I classis); / *b)* anniversarium Dedicationis
603 ecclesiae cathedralis (I classis); *c)* festum Patroni secundarii rite constituti (II classis); *d)* festa Sanctorum et Beatorum, qui in Martyrologio vel eius Appendice rite sunt inscripti, qui ad dioecesim peculiares habent relationes, ut sunt originis, commorationis longioris, obitus (II vel III classis, aut commemoratio).
44. *Festa propria cuiusque loci seu oppidi vel civitatis* sunt: *a)* festum Patroni principalis rite constituti (I classis); *b)* festum Patroni secundarii rite constituti (II classis).
45. *Festa propria cuiusque ecclesiae aut oratorii publici vel semipublici, quod locum tenet ecclesiae*, sunt: *a)* anniversarium Dedicationis, si sint consecrata (I classis); *b)* festum Tituli, si sint consecrata aut saltem solemniter benedicta (I classis); *c)* festum Sancti, in Martyrologio vel eius Appendice rite descripti, cuius corpus ibi asservatur (II classis); *d)* festum Beati, item in Martyrologio vel eius Appendice rite descripti, cuius corpus ibi asservatur (III classis).
46. *Festa propria cuiusque Ordinis seu Congregationis* sunt: *a)* festum Tituli (I classis); *b)* festum Fundatoris canonizati (I classis) vel beatificati (II cl.); *c)* festum Patroni principalis rite constituti totius Ordinis seu Congregationis, in universo vel Congregatione; aut Patroni principalis item rite constituti cuiusque provinciae religiosae, in singulis provinciis (I classis); *d)* festum Patroni secundarii, ut supra (II classis); *e)* festa Sanctorum et Beatorum, qui illius Ordinis vel Congregationis sodales fuerunt (II vel III classis, aut commemoratio).
47. Festa particularia *indulta* sunt festa quae, ex indulto Sanctae Sedis, in calendariis particularibus inscribuntur.

B) *De calendario et festis in eo inscribendis*

48. Calendarium est *universale* aut *particulare* seu proprium.
49. *Calendarium universale* est calendarium in usum Ecclesiae universae, quod Breviario ac Missali romano praeficitur.
50. *Calendarium particulare* seu proprium est dioecesanum aut religiosum; et conficitur inserendo calendario universali
604 festa particularia. /
Huiusmodi autem calendarium particulare perpetuum conficiendum est respective ab Ordinario loci aut a supremo Religionis Moderatore de consilio sui Capituli vel Consilii generalis, et approbari debet a S. Rituum Congregatione.
51. *Calendarium dioecesanum* habet quaelibet dioecesis et quodlibet aliud territorium ecclesiasticum cui praeficitur «Ordinarius loci».
52. In calendario *dioecesano*, praeter festa universalia, inscribi debent: *a)* festa propria (n. 42) et indulta universae nationi et regioni seu provinciae sive ecclesiasticae sive civili; *b)* festa propria (n. 43) et indulta universae dioecesi.
53. Super huiusmodi calendario *dioecesano* conficitur: *a)* calendarium cuiusque loci, addendo festa propria (n. 44) et indulta; *b)* calendarium cuiusque ecclesiae aut oratorii, item addendo festa loci propria (n. 44) et indulta, atque festa ipsi ecclesiae propria (n. 45) et indulta; *c)* calendarium Congregationum religiosarum seu Institutorum iuris pontificii, quae ad recitationem divini Officii non obligantur; et Congregationum iuris dioecesani, addendo festa loci propria (n. 44) et indulta; necnon et alia ipsis propria (nn. 45 et 46) et indulta.
54. *Calendarium religiosum* habent: *a)* Ordines regulares, et Moniales ac Sorores eiusdem Ordinis, necnon Tertiarii eidem aggregati in communi viventes et vota simplicia emittentes; *b)* Congregationes religiosae seu Instituta utriusque sexus, iuris pontificii, et sub regimine unius praesidis generalis constituta, si ad recitationem divini Officii, ex quovis capite, tenentur.
55. In calendario *religioso*, praeter festa universalia, inscribi debent festa propria (n. 46) et indulta ipsi Ordini seu Congregationi.
56. Super huiusmodi calendario *religioso* conficitur: *a)* calendarium cuiusque provinciae religiosae, addendo festa propria (n. 46) et indulta; *b)* calendarium cuiusque ecclesiae aut oratorii, item addendo festa propria (n. 45) et indulta, necnon et alia de quibus numero sequenti: quod calendarium vocatur
605 etiam domus religiosae. /
57. In singulis dioecesibus et locis, Religiosi, ii etiam qui aliunde ritum ac romanum sequuntur, celebrare tenentur, una cum clero dioecesano: *a)* festum Patroni principalis nationis, regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, dioecesis, loci seu oppidi vel civitatis (I classis) *b)* anniversarium Dedicationis ecclesiae cathedralis (I classis); *c)* alia festa actu feriata, si quae sint, eodem gradu quo in calendario dioecesano inscribuntur.
58. Religiosi, in celebrandis festis Sanctorum Ordinis seu Congregationis, quoad diem et Officium magis proprium, clero dioecesano se conformare tenentur, sicubi iidem Sancti tamquam Patroni principales (n. 57 *a)* recoluntur.
Item, si festa Sanctorum aut Beatorum alicuius Ordinis seu Congregationis gradu superiore aut Officio magis proprio a clero alicuius dioecesis vel loci celebrantur, ibidem etiam a Religiosis eiusdem Ordinis seu Congregationis eodem gradu superiore aut Officio magis proprio celebrari possunt, dummodo eadem festa, in utroque calendario, eodem die inscripta sint.

C) *De festorum die proprio*

59. Festa in calendaria iam inducta eo die celebrentur, quo nunc in calendariis inscripta inveniuntur.
60. Pro novis festis *universalibus* inducendis, haec serventur: *a)* festa Sanctorum ordinarie diei natalicio assignentur, diei nempe quo Sanctus aeternae vitae natus est; hoc die ex qualibet causa impedito, eadem festa assignentur diei a S. Sede determinando, qui proinde habebitur tamquam dies quasi-natalicius; *b)* pro ceteris festis, dies a S. Sede assignabitur.
61. Pro novis festis *particularibus* inducendis, haec serventur: *a)* festa propria Sanctorum vel Beatorum, ordinarie, diei natalicio assignentur, nisi sit impeditus aut aliter a S. Sede dispositum sit. Festa tamen alicuius loci vel ecclesiae propria, quae etiam in calendario universali vel dioecesano vel religioso gradu quidem inferiore inscribuntur, eodem die celebranda sunt ac in calendario universali vel dioecesano vel religioso; *b)* si dies natalicius ignoretur, festa assignentur, cum approbatione S. Sedis, diei qui, in calendario perpetuo dioecesano vel religioso, sit IV classis; / *c)* si vero dies natalicius perpetuo 606
impediatur pro universa dioecesi vel Religione vel ecclesia propria, festa in tali calendario particulari, si sint I vel II classis, assignentur proximiori diei sequenti qui non sit I vel II classis; si sint III classis, assignentur proximiori diei, qui ab aliis festis et Officiis paris aut superioris gradus liber exsistat; *d)* festa particularia indulta inscribantur in calendario die a S. Sede in concessione assignato.
62. Sancti vel Beati qui in calendario, ex quavis ratione, unico festo inscribuntur, semper simul celebrantur prout in Breviario habetur, quoties eodem gradu sunt colendi, etsi unus aut aliqui eorum sint magis proprii.
Proinde: *a)* si unus aut aliqui ex his Sanctis festo I classis essent colendi, fit Officium de his tantum, omissis sociis; *b)* si unus aut aliqui ex his Sanctis vel Beatis essent magis proprii et gradu superiore essent colendi, fit integrum Officium de magis propriis, cum commemoratione sociorum.

Cap. VII. De octavis

A) *De octavis in genere*

63. Octava est celebratio summorum festorum per octo dies continuos protracta.
64. Celebrantur tantum octavae Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes, exclusis omnibus aliis, sive in calendario universali sive in calendariis particularibus.
65. Octavae sunt I aut II classis.

B) *De octavis I classis*

66. Octavae I classis sunt octavae Paschatis et Pentecostes. Dies infra has octavas sunt I classis.

C) *De octava II classis*

67. Octava II classis est octava Nativitatis Domini. Dies infra octavam sunt II classis; dies autem octavus est I classis. / 607
68. Octava Nativitatis Domini modo peculiari ordinatur, scilicet: *a)* die 26 decembris, fit festum S. Stephani Protomar. (II classis); *b)* die 27 decembris, fit festum S. Ioannis Ap. et Evang. (II classis); *c)* die 28 decembris, fit festum Ss. Innocentium Mart. (II classis); *d)* die 29 decembris, fit commemoratio S. Thomae Episcopi et Mart.; *e)* die 31 decembris, fit commemoratio S. Silvestri I Papae et Conf.; *f)* ex festis particularibus ea tantum admittuntur quae sunt I classis et in honorem Sanctorum qui in calendario universali his diebus inscribuntur, etsi tantum ad modum commemorationis; cetera transferuntur post octavam.
69. De dominica infra octavam Nativitatis Domini, quae scilicet a die 26 ad 31 decembris occurrit, semper fit Officium cum commemoratione festi forte occurrentis, iuxta rubricas, nisi dominica incidat in festum I classis: quo in casu, fit de festo cum commemoratione dominicae.
70. Normae peculiares pro ordinandis Officio et Missa infra octavam Nativitatis Domini inveniuntur in rubricis Breviarii et Missalis.

Cap. VIII. De anni temporibus

A) *De tempore Adventus*

71. Tempus sacri Adventus decurrit a I Vesperis dominicae I Adventus usque ad Nonam inclusive vigiliae Nativitatis Domini.

B) *De tempore natalicio*

72. Tempus natalicium decurrit a I Vesperis Nativitatis Domini usque ad diem 13 ianuarii inclusive.
Huiusmodi autem temporis spatium comprehendit: *a) tempus Nativitatis*, quod decurrit a I Vesperis Nativitatis Domini usque ad Nonam inclusive diei 5 ianuarii; *b) tempus Epiphaniae*, quod decurrit a I Vesperis Epiphaniae Domini usque ad diem 13 ianuarii inclusive.

C) *De tempore Septuagesimae*

73. Tempus Septuagesimae decurrit a I Vesperis dominicae in Septuagesima usque post Completorium feriae III hebdomadae Quinquagesimae. / 608

http://www.obrascatolicas.com

D) *De tempore quadragesimali*

74. Tempus quadragesimale decurrit a Matutino feriae IV cinerum usque ad Missam Vigiliae paschalis exclusive.

Huiusmodi autem temporis spatium comprehendit: *a) tempus Quadragesimae*, quod decurrit a Matutino feriae IV cinerum usque ad Nonam inclusive sabbati ante dominicam I Passionis; *b) tempus Passionis*, quod decurrit a I Vesperis dominicae I Passionis usque ad Missam Vigiliae paschalis exclusive.

75. Hebdomada a dominica II Passionis seu in palmis usque ad Sabbatum sanctum inclusive dicitur *Hebdomada sancta*; tres autem ultimi dies eiusdem hebdomadae nomine *Tridui sacri* designantur.

E) *De tempore paschali*

76. Tempus paschale decurrit ab initio Missae Vigiliae paschalis usque ad Nonam inclusive sabbati in octava Pentecostes.

Huiusmodi autem temporis spatium comprehendit: *a) tempus Paschatis*, quod decurrit ab initio Missae Vigiliae paschalis usque ad Nonam inclusive vigiliae Ascensionis Domini; *b) tempus Ascensionis*, quod decurrit a I Vesperis Ascensionis Domini usque ad Nonam inclusive vigiliae Pentecostes; *c) octavam Pentecostes*, quae decurrit a Missa vigiliae Pentecostes usque ad Nonam inclusive sabbati sequentis.

F) *De tempore «per annum»*

77. Tempus «per annum» decurrit a die 14 ianuarii usque ad Nonam sabbati ante dominicam in Septuagesima, et a I Vesperis festi Ssmae Trinitatis, id est dominicae I post Pentecosten, usque ad Nonam inclusive sabbati ante dominicam I Adventus.

CAP. IX. DE SANCTA MARIA IN SABBATO

78. In sabbatis, in quibus occurrit Officium de feria IV classis, fit de sancta Maria in sabbato.

79. Officium sanctae Mariae in sabbato incipit a Matutino
609 et explicit post Nonam. /

CAP. X. DE LITANIIS MAIORIBUS ET MINORIBUS

A) *De Litaniis maioribus*

80. Litaniae maiores assignatae sunt diei 25 aprilis; si vero eo die occurrit dominica Paschatis vel feria II post Pascha, transferuntur in sequentem feriam III.

81. De Litaniis maioribus nihil fit in Officio, sed tantum in Missa. Earum autem commemoratio non est habenda commemoratio «de Tempore».

82. Iuxta ecclesiarum et locorum condiciones et consuetudines, cuius rei iudex est Ordinarius loci, hoc die fit processio, in qua dicuntur Litaniae Sanctorum (quae tamen non dupli-cantur) cum suis precibus.

83. Si autem processio fieri nequit, locorum Ordinarii instituant peculiares supplicationes, in quibus dicantur Litaniae Sanctorum et aliae preces in processione fieri solitae.

84. Omnes qui ad recitationem divini Officii obligantur, processioni vero aut aliis peculiaribus supplicationibus, de quibus numero praecedenti, non intersunt, tenentur dicere, hoc die, Litanias Sanctorum cum suis precibus, lingua latina.

85. Si Litaniae Sanctorum cum suis precibus, iuxta locorum consuetudinem, in processione vel aliis peculiaribus supplicationibus, lingua vernacula, una cum fidelibus dicuntur, illi qui ad recitationem divini Officii obligantur, et his supplicationibus rite intersunt, non tenentur has preces lingua latina iterare.

86. Missa de Rogationibus regulariter dicenda est expleta processione, iuxta ea quae in nn. 346-347 statuuntur. Convenit autem ut Missa de Rogationibus dicatur etiam post peculiares supplicationes, quae locum tenent processionis, etsi horis vespertinis peragantur.

B) *De Litaniis minoribus seu de Rogationibus*

87. Litaniae minores seu Rogationes, per se, assignantur feriis II, III et IV ante festum Ascensionis Domini.

Ordinariis autem locorum facultas tribuitur eas transferendi
610 ad alios / tres dies continuos magis opportunos iuxta regionum diversitatem aut consuetudinem aut necessitatem.

88. De Litaniis minoribus nihil fit in Officio, sed tantum in Missa quae connectitur cum processione aut aliis peculiaribus supplicationibus.

89. Ad processionem aut alias peculiares supplicationes et Missam aut commemorationem quod attinet, serventur quae supra de Litaniis maioribus statuta sunt (nn. 81-83 et 86).

90. Litaniae Sanctorum cum suis precibus, his diebus, dicuntur tantum in processione aut aliis supplicationibus (cfr. n. 85). Proinde, qui ad recitationem divini Officii obligantur, processioni vero aut aliis peculiaribus supplicationibus non intersunt, non tenentur dicere, his diebus, Litanias Sanctorum cum suis precibus.

CAP. XI. DE PRAECEDENTIA DIERUM LITURGICORUM

91. Praecedentia dierum liturgicorum, sublatis quibuslibet aliis titulis vel normis, unice regitur ex sequenti

TABELLA DIERUM LITURGICORUM SECUNDUM ORDINEM PRAECEDENTIAE DISPOSITA

Dies liturgici I classis

1. Festum Nativitatis Domini, dominica Resurrectionis et dominica Pentecostes (I classis cum octava).
2. Triduum sacrum.
3. Festa Epiphaniae et Ascensionis Domini, Ssmae Trinitatis, Corporis Christi, Cordis Iesu et Christi Regis.
4. Festa Immaculatae Conceptionis et Assumptionis B. Mariae Virg.
5. Vigilia et dies octavus Nativitatis Domini.
6. Dominicae Adventus, Quadragesimae et Passionis, et dominica in albis.
7. Feriae I classis superius non nominatae, nempe: IV cinerum et II, III et IV Hebdomadae sanctae.
8. Commemoratio omnium Fidelium defunctorum, quae tamen locum cedit dominicae occurrenti.
9. Vigilia Pentecostes. /
10. Dies infra octavas Paschatis et Pentecostes. 611
11. Festa I classis Ecclesiae universae superius non nominata.
12. Festa I classis *propria*, nempe:1) Festum Patroni principalis rite constituti: *a)* nationis, *b)* regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, *c)* dioecesis. 2) Anniversarium Dedicationis ecclesiae cathedralis. 3) Festum Patroni principalis rite constituti loci seu oppidi vel civitatis. 4) Festum et anniversarium Dedicationis ecclesiae propriae, aut oratorii publici vel semipulici, quod locum tenet ecclesiae. 5) Titulus ecclesiae propriae. 6) Festum Tituli Ordinis seu Congregationis. 7) Festum Fundatoris canonizati Ordinis seu Congregationis. 8) Festum Patroni principalis rite constituti Ordinis seu Congregationis, et provinciae religiosae.
13. Festa *indulta* I classis, primum mobilia, deinde fixa.

Dies liturgici II classis

14. Festa Domini II classis, primum mobilia, deinde fixa.
15. Dominicae II classis.
16. Festa II classis Ecclesiae universae, quae non sunt Domini.
17. Dies infra octavam Nativitatis Domini.
18. Feriae II classis, nempe: Adventus a die 17 ad diem 23 decembris inclusive, et feriae Quatuor Temporum Adventus, Quadragesimae et mensis septembris.
19. Festa *propria* II classis, nempe: 1) Festum Patroni secundarii rite constituti: *a)* nationis, *b)* regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, *c)* dioecesis, *d)* loci seu oppidi vel civitatis. 2) Festa Sanctorum aut Beatorum, de quibus n. 43 *d*. 3) Festa Sanctorum alicui ecclesiae propria (n. 45 *c*). 4) Festum Fundatoris beatificati Ordinis seu Congregationis (n. 46 *b*) 5) Festum Patroni secundarii rite constituti Ordinis seu Congregationis, et provinciae religiosae (n. 46 *d*). 6) Festa Sanctorum aut Beatorum, de quibus (n. 46 *e*).
20. Festa *indulta* II classis, primum mobilia, deinde fixa.
21. Vigiliae II classis. /
612

Die liturgici III classis

22. Feriae Quadragesimae et Passionis, a feria V post cineres usque ad sabbatum ante dominicam II Passionis inclusive, exceptis feriis Quatuor Temporum.
23. Festa III classis, in calendariis particularibus inscripta, et quidem primum festa *propria*, nempe: 1) Festa Sanctorum aut Beatorum, de quibus n. 43 *d*. 2) Festa Beatorum alicui ecclesiae propria (n. 45 *d*). 3) Festa Sanctorum aut Beatorum, de quibus n. 46 *e*; deinde festa *indulta*, primum mobilia, deinde fixa.
24. Festa III classis, in calendario Ecclesiae universae inscripta, primum mobilia, deinde fixa.
25. Feriae Adventus usque ad diem 16 decembris inclusive, exceptis feriis Quatuor Temporum.
26. Vigilia III classis.

Dies liturgici IV classis

27. Officium sanctae Mariae in sabbato.
28. Feriae IV classis.

CAP. XII. DE DIERUM LITURGICORUM OCCURRENTIA

92. *Occurrentia* dicitur occursus duorum vel plurium Officiorum uno eodemque die.

Occurrentia autem dicitur *accidentalis*, quando dies liturgicus mobilis et dies liturgicus fixus certis solummodo intervallis simul occurrunt; *perpetua* vero quando duo dies liturgici quotannis simul occurrunt.

93. Effectus occurrentiae est, ut Officium diei liturgici gradus inferioris Officio gradus superioris cedat: quod fieri potest per minus nobilis omissionem, aut commemorationem, aut translationem, aut repositionem, prout numeris sequentibus indicatur.

94. Commemoratio die fixo statuta non transfertur vel reponitur cum festo transferendo vel reponendo, sed fit suo die vel omittitur, iuxta rubricas. /
613

CAP. XIII. DE DIERUM LITURGICORUM OCCURRENTIA ACCIDENTALI EORUMQUE TRANSLATIONE

95. Ius translationis in alium diem ob occurrentiam accidentalem cum die liturgico, qui in tabella praecedentiae superiorem obtinet locum, competit solummodo festis I classis. Alia festa, ab Officio gradus superioris accidentaliter impedita, aut commemorantur aut, eo anno, penitus omittuntur, iuxta rubricas.

Si vero duo festa eiusdem Divinae Personae aut duo festa eiusdem Sancti vel Beati simul occurrunt, fit de festo, quod in tabella praecedentiae superiorem obtinet locum, et aliud omittitur.

96. Festum I classis impeditum a die qui in tabella praecedentiae superiorem obtinet locum, transfertur in proximum sequentem diem qui non sit I vel II classis.

Attamen: *a)* festum Annuntiationis B. Mariae Virg., quando est transferendum post Pascha, transfertur, tamquam in sedem propriam, in feriam II post dominicam in albis; *b)* Commemoratio omnium Fidelium defunctorum, quando occurrit cum dominica, transfertur, tamquam in sedem propriam, in feriam II sequentem.

97. Si *eodem die* plura festa I classis simul occurrant, ipso die celebratur festum, quod in tabella praecedentiae superiorem obtinet locum; et alia transferuntur secundum ordinem quo in eadem tabella praecedentiae inscripta sunt.

98. Item, si plura festa I classis transferri contingat, quae *diebus subsequentibus* occurrunt, servetur ordo quo in tabella praecedentiae inscribuntur; in paritate autem Officium prius impeditum praecedit.

614 99. Festa translata sunt eiusdem gradus ac in sede propria. /

CAP. XIV. DE DIERUM LITURGICORUM OCCURRENTIA PERPETUA EORUMQUE REPOSITIONE

100. Ius repositionis in alium diem, ob occurrentiam perpetuam cum die liturgico, qui in tabella praecedentiae superiorem obtinet locum, competit omnibus festis I et II classis, necnon festis particularibus III classis extra Adventum et Quadragesimam occurrentibus, quae in tota dioecesi vel in toto Ordine seu Congregatione vel in propria ecclesia impediuntur.

Festa autem III classis Ecclesiae universae, in aliquo calendario particulari, et festa III classis dioeceseos vel Ordinis seu Congregationis, in aliquibus tantum ecclesiis perpetuo impedita, perpetuo aut commemorantur aut penitus omittuntur, iuxta rubricas.

101. Festa reponenda, si sint I vel II classis, assignentur proximiori diei sequenti qui non sit I vel II classis; si sint III classis, assignentur proximiori diei sequenti, qui ab aliis Officiis paris aut superioris gradus liber exsistat.

102. Dies in quem festa perpetuo impedita reposita sunt, habetur tamquam dies proprius, in quo festum repositum celebratur sub eodem gradu ac in sede propria.

CAP. XV. DE CONCURRENTIA DIERUM LITURGICORUM

103. Concurrentia dicitur concursus Vesperarum diei liturgici currentis cum I Vesperis diei liturgici subsequentis.

104. In concurrentia praeferuntur Vesperae diei liturgici classis superioris, et alterae commemorantur vel non, iuxta rubricas.

105. Quando vero dies liturgici, quorum Vesperae concurrunt, sunt eiusdem classis, dicuntur integrae secundae Vesperae de Officio currenti et fit commemoratio sequentis, iuxta
615 rubricas. /

CAP. XVI. DE COMMEMORATIONIBUS

106. Quae hic de commemorationibus statuuntur, valent tam pro Missa quam pro Officio, sive in occurrentia sive in concurrentia.

107. Commemorationes sunt aut *privilegiatae* aut *ordinariae*.

108. Commemorationes *privilegiatae* fiunt in Laudibus et in Vesperis necnon in omnibus Missis; commemorationes vero *ordinariae* fiunt tantum in Laudibus, in Missis conventualibus et in omnibus Missis lectis.

109. Commemorationes *privilegiatae* sunt commemorationes: *a)* de dominica; *b)* de die liturgico I classis; *c)* de diebus infra octavam Nativitatis Domini; *d)* de feriis Quatuor Temporum mensis septembris; *e)* de feriis Adventus, Quadragesimae et Passionis; *f)* de Litaniis maioribus, in Missa.

Omnes aliae commemorationes sunt commemorationes *ordinariae*.

110. In Officio et Missa S. Petri semper fit commemoratio S. Pauli et vicissim. Haec commemoratio dicitur *inseparabilis* et duae orationes adeo in unam coalescere censentur ut, in numero orationum computando, pro unica habeantur. Proinde: *a) in Officio S. Petri aut S. Pauli*, oratio alterius Apostoli additur, ad Laudes et ad Vesperas, sub unica conclusione, orationi diei, absque antiphona et versu; *b) in Missa S. Petri aut S. Pauli*, oratio alterius Apostoli additur, sub unica conclusione, orationi diei; *c)* quoties vero oratio unius Apostoli addenda est *ad modum commemorationis*, huic orationi additur altera immediate, ante omnes alias commemorationes.

111. Ratio admittendi commemorationes haec est: *a)* in diebus liturgicis I classis et in Missis in cantu non conventualibus, nulla admittitur commemoratio, praeter unam privilegiatam; *b)* in dominicis II classis, una tantum admittitur commemoratio, scilicet de festo II classis, quae tamen omittitur si commemoratio privilegiata facienda sit; *c)* in aliis diebus liturgicis II classis, una tantum admittitur commemoratio, scilicet aut una privilegiata aut una ordinaria; / *d)* in die- 616
bus liturgicis III et IV classis, duae tantum admittuntur commemorationes.

112. Ad commemorationes et orationes quod attinet, haec insuper serventur: *a)* Officium, Missa aut commemoratio de aliquo festo vel mysterio unius Divinae Personae excludit commemorationem aut orationem de alio festo vel mysterio eiusdem Divinae Personae; *b)* Officium, Missa aut commemoratio de dominica excludit commemorationem aut orationem de festo vel mysterio Domini, et vicissim; *c)* Officium, Missa aut commemoratio de Tempore excludit aliam commemorationem de Tempore; *d)* item, Officium, Missa aut commemoratio de B. Maria Virg. aut de aliquo Sancto vel Beato excludit aliam commemorationem aut orationem in qua eiusdem B. Mariae Virg., vel Sancti aut Beati intercessio imploretur; quod tamen non valet de oratione dominicae vel feriae, in qua fit invocatio eiusdem Sancti.

113. Commemoratio de Tempore fit primo loco. In admittendis et ordinandis aliis commemorationibus, servetur ordo tabellae praecedentiae.

114. Quaelibet commemoratio, quae numerum pro singulis diebus liturgicis statutum superet, omittitur.

CAP. XVII. DE CONCLUSIONE ORATIONUM

115. Conclusio orationum tam in Missa quam in Officio haec est: *a)* si oratio dirigitur ad Patrem, concluditur: *Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen*; *b)* si oratio dirigitur ad Patrem, sed in eius principio fit mentio Filii, concluditur: *Per eundem Dominum nostrum*, etc. ut supra; *c)* si oratio dirigitur ad Patrem, sed in fine ipsius fit mentio Filii, concluditur: *Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen*; *d)* si oratio dirigitur ad Filium, concluditur: *Qui vivis et regnas* / *cum Deo Patre in unitate* 617
Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen; *e)* si in oratione facta est mentio Spiritus Sancti, in conclusione dicitur: ... *in unitate eiusdem Spiritus Sancti*, etc.

116. Servandae sunt etiam aliae peculiares conclusiones in libris liturgicis quandoque notatae.

CAP. XVIII. DE COLORIBUS PARAMENTORUM

A) *De coloribus paramentorum in genere*

117. Paramenta altaris, celebrantis et ministrorum debent esse coloris convenientis Officio et Missae diei aut alteri Missae celebrandae, secundum usum Romanae Ecclesiae, quae quinque coloribus uti consuevit: albo, rubro, viridi, violaceo et nigro.

Indulta tamen et consuetudines legitimae circa usum aliorum colorum in suo robore manent.

Sicubi vero in regionibus Missionum, ex probata et originali traditione gentis indigenae, significatio unius vel alterius coloris liturgici Ecclesiae Romanae cum significatione quae illis populis congenita est non congruit, Conferentiae episcopi eiusdem regionis, vel maioris territorii, si ita magis conveniat, facultas datur, ut in locum coloris inepti alium colorem magis aptum substituant; hoc tamen non fiat inconsulta S. Rituum Congregatione.

118. Ad colorem paramentorum in Missis votivis lectis IV classis quod attinet, ea quae, n. 323 traduntur, recolantur.

B) *De colore albo*

119. Colore albo utendum est in *Officio et Missa de Tempore*: *a)* a festo Nativitatis Domini usque ad expletum tempus Epiphaniae; *b)* a Missa Vigiliae paschalis usque ad Missam vigiliae Pentecostes exclusive.

120. Adhibetur color albus in *Officio et Missa de festis*: *a)* Domini, exceptis festis de mysteriis et instrumentis Passionis; *b)* B. Mariae Virg., etiam in benedictione et processione candelarum die 2 februarii; / *c)* Ss. Angelorum; *d)* Omnium 618
Sanctorum (1 novembris); *e)* Sanctorum non Martyrum; *f)* S. Ioannis Ap. et Ev. (27 decembris); Cathedrae S. Petri (22 februarii); Conversionis S. Pauli (25 ianuarii); Nativitatis S. Ioannis Baptistae (24 iunii).

121. Colorem album requirunt *Missae votivae*: *a)* quae respondent festis, de quibus numero praecedenti; *b)* de D. N. Iesu Christo, summo atque aeterno Sacerdote; *c)* de coronatione Summi Pontificis, et de anniversariis Summi Pontificis et Episcopi dioecesani; *d)* «Pro Sponsis».

122. Demum adhibetur color albus, feria V Hebdomadae sanctae, in Missa Chrismatis et in Missa in Cena Domini; necnon, a diacono, pro cantu praeconii paschalis et, a celebrante, ad renovationem promissionum baptismatis in Vigilia paschali.

C) *De colore rubro*

123. Rubro colore utendum est in *Officio et Missa de Tempore* a Missa vigiliae Pentecostes usque ad Nonam sabbati sequentis.

124. Item adhibetur color ruber in *Officio et Missa de festis*: *a)* mysteriorum et instrumentorum Passionis Domini; *b)* Sanctorum Apostolorum et Evangelistarum, in eorum die natalicio, excepto festo S. Ioannis (27 decembris); *c)* Commemorationis S. Pauli Apostoli (30 iunii); *d)* Commemorationis

http://www.obrascatolicas.com

omnium Ss. Summorum Pontificum; *e)* Sanctorum Martyrum, quorum colitur aut martyrium, aut inventio, aut translatio; *f)* Sanctarum Reliquiarum.

125. Colorem rubrum requirunt *Missae votivae*: *a)* de Passione Domini; *b)* de Spiritu Sancto; *c)* de Mysteriis et Sanctis, de quibus numero praecedenti; *d)* pro eligendo Summo Pontifice.

126. Demum adhibetur color ruber, dominica II Passionsi
619 seu in palmis, ad benedictionem et processionem ramorum. /

D) *De colore viridi*

127. Color viridis adhibetur *in Officio et Missa de Tempore*: *a)* a die 14 ianuarii usque ad sabbatum ante Septuagesimam; *b)* a feria II post dominicam I post Pentecosten, usque ad sabbatum ante Adventum.

Excipiuntur feriae Quatuor Temporum mensis septembris et vigiliae II et III classis, extra tempus paschale.

E) *De colore violaceo*

128. Color violaceus adhibetur *in Officio et Missa de Tempore*: *a)* a dominica I Adventus usque ad vigiliam Nativitatis Domini inclusive; *b)* a dominica in Septuagesima usque ad Vigiliam paschalem, exceptis: benedictione et processione ramorum in dominica II Passionis; Missa sive Chrismatis sive in Cena Domini feria V Hebdomadae sanctae; Actione liturgica feria VI in Passione et Morte Domini usque ad Communionem exclusive; necnon cantu praeconii paschalis, pro diacono, et renovatione promissionum baptismatis, pro celebrante, in Vigilia paschali; *c)* in feriis Quatuor Temporum mensis septembris; *d)* in vigiliis II et III classis, extra tempus paschale.

129. *Missae votivae*, quae colorem violaceum requirunt, sunt: *a)* Pro Fidei propagatione; *b)* Pro Ecclesiae defensione; *c)* Pro unitate Ecclesiae; *d)* Tempore belli; *e)* Pro pace; *f)* Pro vitanda mortalitate; *g)* Pro remissione peccatorum; *h)* Pro peregrinantibus et iter agentibus; *i)* Pro infirmis; *l)* Ad postulandam gratiam bene moriendi; *m)* Pro quacumque necessitate.

130. Adhibetur color violaceus etiam: *a)* ad processionem et Missam in Litaniis maioribus et minoribus; *b)* ad benedictio-
620 nem cinerum; *c)* ad Communionem in Actione liturgica feriae VI in Passione et Morte Domini; *d)* in Missis de Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, quae celebrantur tempore expositionis Ssmi Sacramenti pro oratione Quadraginta Horarum.

131. Paramenta *coloris rosacei* adhiberi possunt, dominica III Adventus et dominica IV Quadragesimae, sed in Officio et Missa diei dominici tantum.

F) *De colore nigro*

132. Nigro colore utendum est: *a)* in Actione liturgica feriae VI in Passione et Morte Domini, usque ad Communionem exclusive; *b)* in Officiis ac Missis defunctorum, excepto casu de quo supra n. 130 *d*.

CAP. XIX. DE USU ET QUALITATE PARAMENTORUM

133. In Missa, sacerdos celebrans semper utitur planeta seu casula.

134. Episcopus, et alii qui usu Pontificalium gaudent, si solemniter celebrant, planetam induunt super dalmaticam et tunicellam.

Item, planetam super dalmaticam et tunicellam induit Episcopus, etiam in Missa lecta: *a)* in consecratione Episcopi; *b)* in collatione sacrorum Ordinum; *c)* in benedictione Abbatis; *d)* in benedictione Abbatissae; *e)* in benedictione et consecratione Virginum; *f)* in consecratione ecclesiae et altaris.

Attamen Episcopus aliisque de quibus supra, ex rationabili causa, a sumenda tunicella et dalmatica subter planetam abstinere possunt.

135. Pluviale adhibetur: *a)* in Officio Laudum et Vesperarum, quando solemniter dicuntur; *b)* in benedictionibus quae
621 fiunt ad altare; *c)* in processionibus; *d)* in absolutione super cadaver aut super tumulum; *e)* in Missa pontificali, a presbytero assistente; *f)* ad «orationes solemnes» in Actione liturgica feriae VI in Passione et Morte Domini; *g)* in Vigilia paschali.

136. Cum celebrans utitur pluviali, numquam adhibet manipulum; et si pluviale haberi non potest, in benedictionibus quae fiunt ad altare, sacerdos stat in alba cum stola, sine planeta et manipulo.

137. Dalmatica et tunicella utuntur diaconus, respective subdiaconus, quando sacerdoti ministrant: *a)* in Missa; *b)* in benedictionibus ad altare; *c)* in processionibus.

Attamen cum sacerdos celebrans stat sine pluviali, etiam ministri stant sine dalmatica et tunicella.
622 Planetae plicatae et stola latior amplius non adhibentur. /

PARS II. Rubricae generales Breviarii Romani

CAP. I. NORMAE GENERALES

138. Horae canonicae Breviarii romani sunt: Matutinum, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperae et Completorium.

Ex his Matutinum, Laudes et Vesperae dicuntur *Horae maiores*; Prima, Tertia, Sexta, Nona et Completorium *Horae minores* appellantur. Completorium vero a rubricis plerumque separatim consideratur.

139. Obligatio dicendi divinum Officium comprehendit omnes Horas canonicas cursus quotidiani.

140. Officium divinum absolvitur aut *in choro*, aut *in communi*, aut *a solo*.

Dicitur autem *in choro*, si absolvitur a communitate per leges ecclesiasticas choro obligata; *in communi* vero, si idem fit a communitate, quae choro non est adstricta.

141. Normae quae sequuntur valent tam pro absolutione divini Officii *in choro* vel *in communi* (etsi fiat a duabus vel tribus personis tantum) quam pro absolutione *a solo*, nisi aliter expresse caveatur.

CAP. II. DE TEMPORE DICENDI HORAS CANONICAS

142. Horae canonicae Officii divini ordinantur, ex earum constitutione, ad sanctificationem diversarum horarum diei naturalis. Praestat, proinde, sive ad diem revera sanctificandum sive ad ipsas Horas cum fructu spirituali recitandas, ut in earum absolutione, tempus servetur quod proxime accedat ad tempus verum uniuscuiusque Horae canonicae. /

143. Attamen ad satisfaciendum obligationi divini Officii 623
recitandi, sufficit ut omnes Horae canonicae intra spatium viginti quatuor horarum diei dicantur.

144. *Matutinum*, ex iusta causa, horis postmeridianis diei praecedentis anticipare licet, non tamen ante horam quartamdecimam.

145. *Laudes*, cum sint precatio matutina, *in choro* et *in communi* primo mane dicuntur: quod convenienter servatur etiam in recitatione *a solo* facta.

146. *Vesperae*, etiam tempore Quadragesimae et Passionis, *in choro* et *in communi*, horis postmeridianis dicuntur: quod convenienter servatur etiam in recitatione *a solo* facta.

147. *Completorium*, ab omnibus qui ad recitationem divini Officii obligantur, praesertim autem in familiis religiosis, valde opportune dicitur tamquam ultima precatio in fine diei, etiam si, ob iustam causam, Matutinum diei sequentis iam anticipatum fuerit.

Hoc in casu, *Pater noster*, alias dicendum post versum *Adiutorium nostrum*, omittitur et eius loco, *in choro* et *in communi*, fit examen conscientiae per rationabile tempus protractum; deinde dicuntur *Confiteor* et reliqua, more solito; quod convenienter servatur etiam in recitatione *a solo* facta.

CAP. III. DE CALENDARIO ADHIBENDO IN RECITATIONE DIVINI OFFICII

148. Officium divinum absolvendum est iuxta calendarium proprium vel, eo deficiente, iuxta calendarium Ecclesiae universae, prout numeris sequentibus indicatur.

149. *Beneficiarii* sequi tenentur calendarium suae ecclesiae (n. 53 *b*).

150. *Clerici dioecesani* sequi debent calendarium ecclesiae vel oratorii cui stabiliter sunt addicti (n. 53 *b*); vel, si nulli ecclesiae vel oratorio sint stabiliter addicti, aut si extra suam dioecesim diutius versentur, calendarium suae dioecesis, additis festis loci in quo domicilium habent (n. 44), aut calendarium loci in quo commorantur. /

151. *Religiosi* utriusque sexus *choro adstricti* servant ca- 624
lendarium suae domus (n. 56 *b*); aut, quando choro intersunt in alia domo sui Ordinis, calendarium illius domus in qua actu versantur.

152. *Religiosi* calendarium proprium habentes, sed *choro non adstricti*, servant calendarium suae domus (n. 56 *b*); aut, si in alia domo suae Congregationis seu Instituti Officium in communi recitant, calendarium illius domus in qua actu versantur.

153. *Religiosi qui calendarium proprium non habent*, servant calendarium suae ecclesiae (n. 53 *b*), additis tamen festis propriis et indultis (n. 46).

154. In seminariis et collegiis clericorum dioecesanis, Religiosis commissis, pro absolutione divini Officii in communi, sive a clericis sive a Religiosis qui una cum clericis Officium in communi dicunt, adhibendum est calendarium loci (n. 53 *a*), additis festis ecclesiae seminarii vel collegii (n. 45), data insuper facultate adiungendi festa Tituli necnon sancti Fundatoris Religiosorum quibus regimen seminarii commissum est.

155. In seminariis et collegiis clericorum interdioecesanis, regionalibus, nationalibus et internationalibus, pro absolutione divini Officii in communi, adhibendum est calendarium Ecclesiae universae, additis festis Patroni principalis nationis, regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, dioecesis, oppidi seu civitatis, anniversario Dedicationis ecclesiae cathedralis dioecesis et aliis festis actu feriatis, si quae sint, necnon festis ecclesiae seminarii vel collegii (n. 45).

Si autem huiusmodi seminariorum regimen Religiosis commissum sit, calendarium Ecclesiae universae adhibendum est etiam a Religiosis qui una cum clericis Officium in communi absolvunt, data tamen facultate addendi festa tituli Ordinis seu Congregationis necnon sancti Fundatoris Religiosorum quibus regimen seminarii commissum est.

156. In collegiis et domibus interprovincialibus, nationalibus et internationalibus Religiosorum, pro absolutione divini Officii in choro vel in communi, adhibendum est calendarium proprium Ordinis seu Congregationis universae (n. 55), additis tantum festis propriae ecclesiae (n. 45) necnon festis de quibus n. 57.

157. Quivis tamen clericus dioecesanus, aut quivis religiosus utriusque sexus, Officio divino quolibet titulo adstrictus, qui Officio participat *in choro* vel *in communi* iuxta aliud calendarium aut alium ritum quam suum, hoc modo suo muneri, quoad hanc partem Officii, satisfacit. / 625

Item cum quis Vesperis votivis alicuius solemnitatis externae participat, suo muneri, quoad hanc partem Officii, satisfecit, dummodo praedictae Vesperae integrae et servatis rubricis celebratae fuerint.

CAP. IV. DE ORDINANDO DIVINO OFFICIO

A) *De ordinando divino Officio in genere*

158. De extensione divini Officio pro singulis diebus liturgicis, supra dictum est, numeris scilicet 13, 27, 34, 37.

159. De qualitate divini Officii recitandi, et de ratione sumendi singulas Horarum partes, iuxta dierum liturgicorum diversitatem, infra nn. 165-177 dicetur.

160. Ratio dicendi singulas Horas habetur in Ordinario divini Officii.

161. *Matutinum cum tribus Nocturnis*, scilicet *novem psalmorum cum novem lectionibus* habent: *a)* festa I et II classis; *b)* feriae Tridui sacri; *c)* dies octavus Nativitatis Domini; *d)* Commemoratio omnium Fidelium defunctorum.

162. *Matutinum cum unico Nocturno novem psalmorum et trium lectionum* habent: *a)* dominicae omnes, praeter dominicas Paschatis et Pentecostes; *b)* omnes feriae, exceptis feriis Tridui sacri; *c)* omnes vigiliae; *d)* festa III classis; *e)* dies infra octavam Nativitatis Domini; *f)* Officium sanctae Mariae in sabbato.

163. *Matutinum cum unico Nocturno trium psalmorum et trium lectionum* habent dominicae Paschatis et Pentecostes et dies infra earum octavas.

164. Festa quae non habent I Vesperas et, ob quamlibet causam, iuxta rubricas eas acquirunt, omnia sumunt e II Vesperis, iis tantum exceptis, quae forte pro I Vesperis propria
626 ponuntur. /

B) *De Officio dominicali*

165. *Officium dominicale* competit diebus dominicis, in quibus non occurrat festum quod ipsi dominicae praeferatur.

Habent tamen peculiarem ordinationem Officii: *a)* dominicae Paschatis et Pentecostes; *b)* dominica infra octavam Nativitatis Domini.

166. Officium dominicale ordinatur hoc modo: *a) Ad I Vesperas:* omnia ut in Ordinario et Psalterio, sabbato praecedenti, iis exceptis quae propria assignantur; *b) Completorium* subsequens: de sabbato; *c) Ad Matutinum:* invitatorium et hymnus ut in Ordinario vel Psalterio; antiphonae, psalmi et versus unici Nocturni, ut in Psalterio dominicae; absolutio *Exaudi*, benedictiones *Ille nos*, *Divinum auxilium*, *Per evangelica dicta*; lectiones prima et secunda, cum suis responsoriis, de Scriptura occurrenti (n. 220 *a)*; lectio tertia de homilia in Evangelium diei (n. 220 *b)*; hymnus *Te Deum*, qui omittitur in dominicis Adventus, et a dominica in Septuagesima usque ad dominicam II Passionis; quo in casu, dicitur tertium responsorium. *d) Ad Laudes:* antiphonae, nisi propriae assignentur, de Psalterio; psalmi e Psalterio dominicae, e I vel II schemate, iuxta diversitatem temporum (n. 197); capitulum, hymnus et versus, ut in Ordinario vel Psalterio aut Proprio de Tempore, reliqua ut in Proprio de Tempore. *e) Ad Primam:* antiphona nisi propria habeatur, et psalmi e Psalterio de dominica; capitulum et reliqua ut in Ordinario; lectio brevis de Tempore. *f) Ad Tertiam, Sextam et Nonam:* omnia ut in Ordinario et Psalterio, iis exceptis quae propria assignantur. *g) Ad II Vesperas:* omnia ut in Ordinario et Psalterio, iis exceptis quae propria assignantur. *h) Completorium:* de dominica.

C) *De Officio festivo*

167. *Officium festivum* competit festis I classis; et ordinatur hoc modo: *a) ad I Vesperas:* omnia e Proprio vel Communi; *b) Completorium* subsequens: de dominica; *c) ad Matutinum:*
627 omnia e Proprio vel Communi; et dicitur hymnus *Te Deum*; / *d) ad Laudes:* omnia e Proprio vel Communi, cum psalmis de dominica, primo loco; *e) ad Primam:* antiphona prima e Laudibus; psalmi 53, 118 [1] et 118 [2]; capitulum et reliqua, ut in Ordinario; lectio brevis de Tempore; *f) ad Tertiam, Sextam et Nonam:* antiphonae secunda, tertia et quinta e Laudibus, per ordinem; psalmi de dominica; reliqua e Proprio vel Communi; *g) ad II Vesperas:* omnia e Proprio vel Communi; *h) Completorium:* de dominica.

D) *De Officio semifestivo*

168. *Officium semifestivum* competit festis II classis; et ordinatur hoc modo: *a) ad Matutinum, Laudes et Vesperas:* omnia ut in Officio festivo; *b) ad Primam:* antiphona et psalmi e Psalterio, de currenti hebdomadae die; capitulum et reliqua, ut in Ordinario; lectio brevis de Tempore; *c) ad Tertiam, Sextam et Nonam:* antiphonae et psalmi e Psalterio de currenti hebdomadae die; reliqua de festo, ut in Proprio vel Communi; *d) Completorium:* de dominica.

E) *De Officio ordinario*

169. *Officium ordinarium* competit festis III classis necnon Officio sanctae Mariae in sabbato; et ordinatur hoc modo: *a) ad Matutinum:* invitatorium et hymnus e Proprio vel Communi; antiphonae, psalmi et versus unici Nocturni e Psalterio de currenti hebdomadae die, nisi propria aut de Communi assignentur (n. 177); lectiones prima et secunda, cum suis responsoriis, de Scriptura, ut n. 221 *a* indicatur; lectio tertia de festo (n. 221 *b)*; et dicitur hymnus *Te Deum*; *b) ad Laudes et ad Vesperas:* antiphonae et psalmi ut in Psalterio de currenti hebdomadae die, nisi propria aut de Communi assignentur (n. 177); reliqua ut in Proprio vel Communi; *c) ad Primam:* antiphona et psalmi e Psalterio de currenti hebdomadae die; capitulum et reliqua, ut in Ordinario; lectio brevis de Tempore; *d) ad Tertiam, Sextam et Nonam:* antiphonae et psalmi de currenti hebdomadae die; capitulum et reliqua, ut in Ordinario; lectio brevis de Tempore; reliqua ut in Proprio vel Communi; *e) Completorium:* de currenti hebdomadae die. 628

F) *De Officio feriali*

170. *Officium feriale* competit omnibus feriis et vigiliis, exceptis: *a)* Triduo sacro; *b)* vigilia Nativitatis Domini.

171. Officium feriale ordinatur hoc modo: *a) ad Matutinum:* invitatorium et hymnus e Psalterio vel Ordinario, iuxta diversitatem temporum; antiphonae, psalmi et versus unici Nocturni e Psalterio, de currenti hebdomadae die; *in feriis*, tres lectiones de Scriptura occurrenti vel de homilia in Evangelium diei cum suis responsoriis; *in vigiliis*, tres lectiones propriae de homilia cum responsoriis de feria currenti. Hymnus *Te Deum* dicitur in feriis temporis natalicii et paschalis; aliis temporibus dicitur tertium responsorium; *b) ad Laudes et ad Vesperas:* omnia ut in Psalterio, de currenti hebdomadae die, et in Ordinario, iuxta diversitatem temporum, iis exceptis quae propria assignantur. In feriis, sumitur oratio propria si habeatur, secus de dominica praecedenti, nisi alia assignetur; in vigiliis autem dicitur oratio propria; *c) ad Primam:* antiphona, nisi propria assignetur, et psalmi e Psalterio, de currenti hebdomadae die; capitulum et reliqua, ut in Ordinario; lectio brevis de Tempore; *d) ad Tertiam, Sextam et Nonam:* antiphona, nisi propria assignetur, et psalmi e Psalterio de currenti hebdomadae die; capitulum et reliqua, ut in Ordinario, iuxta diversitatem temporum; oratio ut ad Laudes; *e) Completorium:* de currenti hebdomadae die.

G) *De quibusdam peculiaritatibus in ordinando Officio divino*

172. *In dominicis Paschatis et Pentecostes*, et diebus infra earum octavas, ad Horas minores, dicuntur psalmi de dominica, ad Primam tamen ut in festis, scilicet psalmi 53, 118 [1] et 118 [2]. / 629

173. *In Triduo sacro, in vigilia Nativitatis Domini, et in Officiis defunctorum*, Officium ordinatur iuxta speciales rubricas quae, suis locis, in Breviario inveniuntur.

174. *In festis Domini II classis*, quae in dominicis Septuagesimae, Sexagesimae aut Quinquagesimae occurrant, ad Horas minores sumuntur antiphonae e Laudibus, ut in Officio festivo, retentis tamen, ad Primam, psalmis de dominica, scilicet psalmis 117, 118 [1] et 118 [2].

175. *Diebus infra octavam Nativitatis Domini*, liberis a festis Sanctorum, Officium ordinantur hoc modo: *a) Matutinum* habet novem psalmos cum tribus lectionibus. Invitatorium, hymnus, antiphonae et psalmi dicuntur ut in festo Nativitatis; versus, ut in tertio Nocturno festi; tres vero lectiones de Scriptura occurrenti cum suis responsoriis, ut singulis diebus indicatur; *b) ad Laudes:* omnia ut in festo Nativitatis Domini; *c) ad Horas minores* dicuntur antiphonae et psalmi de die currenti, ut in Psalterio; reliqua ut in festo Nativitatis; *d) ad Vesperas*, excepto die 31 decembris, antiphonae et psalmi sumuntur e II Vesperis diei Nativitatis; a capitulo autem fit de octava, ut in festo, nisi faciendum sit de sequenti dominica aut de sequenti festo I classis; *e) Completorium:* de dominica.

176. *In dominica infra octavam Nativitatis Domini*, Officium ordinatur eodem modo ac aliis diebus infra octavam (n. 175), retentis iis quae propria habentur.

Ad lectiones vero Matutini quod attinet, haec serventur: *a)* si dominica die 26, 27 aut 28 decembris occurrit, lectiones prima et secunda, cum suis responsoriis, sumuntur e primo Nocturno diei Nativitatis, modo in n. 221 indicato; tertia vero de homilia in evangelium diei (n. 220 *b)*; *b)* si aliis diebus occurrit, lectiones prima et secunda dicuntur de Scriptura occurrenti, et tertia de homilia in evangelium diei, ut in Officio dominicali (n. 220).

177. In festis III classis, tam universalibus quam particularibus, quae ad certas Horas habent aut antiphonas proprias et psalmos de Communi, aut antiphonas proprias et psalmos specialiter assignatos, serventur rubricae particulares quae, in Breviario, suis locis occurrunt. / 630

CAP. V. DE DIVERSIS OFFICII PARTIBUS

A) *De initio et fine Horarum*

178. Horae canonicae sive *in choro*, sive *in communi* sive *a solo*, inchoantur absolute hoc modo: *a) Matutinum* a versu *Domine, labia mea aperies; b) Laudes, Horae minores et Vesperae*, a versu *Deus, in adiutorium meum intende; c) Completorium* a versu *Iube, domne (Domine), benedicere*.

179. Item Horae canonicae sive *in choro*, sive *in communi*, sive *a solo*, absolvuntur hoc modo: *a) Matutinum* (si a Laudibus separetur), *Laudes, Tertia, Sexta, Nona et Vesperae*: versu *Fidelium animae; b) Prima*, benedictione *Dominus nos benedicat; c) Completorium*, benedictione *Benedicat et custodiat*.

180. In officio Tridui sacri et defunctorum, Horae inchoantur et absolvuntur ut in Breviario notatur. Item, Matutinum festi Epiphaniae Domini modo proprio inchoatur.

B) *De conclusione Officii*

181. Cursus quotidianus divini Officii concluditur, post Completorium, antiphona B. Mariae V. cum suo versu ac oratione, et cum versu *Divinum auxilium*, exceptis Officiis Tridui sacri et defunctorum.

http://www.obrascatolicas.com

C) *De invitatorio*

182. Invitatorium cum psalmo 94, *Venite, exsultemus*, dicitur, modo in Ordinario descripto, in initio Matutini cuiusque Officii, exceptis Officiis Tridui sacri, et festi Epiphaniae Domini.

183. In fine invitatorii, tempore paschali, additur *Alleluia*, nisi iam habeatur.

184. Ratio sumendi invitatorium, iuxta diversitatem dierum liturgicorum, habetur supra, ubi agitur de ordinando Officio (nn. 165-177). /

631

D) *De hymnis*

185. Hymni dicuntur in qualibet Hora, loco in Ordinario indicato. Omittuntur vero in Matutino Epiphaniae Domini, a Matutino feriae V in Cena Domini usque ad Nonam sabbati in albis, et in Officio defunctorum.

186. Ad Horas minores et ad Completorium semper dicuntur hymni in Ordinario pro iisdem Horis assignati, praeterquam in festo Pentecostes et infra octavam, ad Tertiam.

187. Hymni proprii, certis Horis assignati, numquam ad aliam Horam transferuntur.

188. Quilibet hymnus semper dicitur sub conclusione quae ipsi in Breviario assignatur, exclusa quavis conclusionis mutatione ratione festi vel Temporis.

189. Officium commemoratum numquam doxologiam propriam inducit in fine hymnorum Officii diei.

E) *De antiphonis*

190. Antiphonae dicuntur ad omnes Horas ante et post psalmos et cantica, una vel plures iuxta diversitatem Officii et Horarum, ut suis locis indicatur. Omittuntur vero, ad Horas minores et ad Completorium: in Triduo sacro, in dominica et per octavam Paschatis, et in Officio defunctorum diei 2 novembris.

191. Antiphonae dicuntur semper integrae ante et post psalmos et cantica, ad omnes Horas, tam maiores quam minores.

Asteriscus, qui post prima antiphonae verba notatur, indicat eousque intonationem esse producendam.

192. Antiphonae propriae certis Horis assignatae, si dici nequeunt, non transferuntur, sed omittuntur.

193. Antiphona *ad Magnificat* in I Vesperis dominicae primae mensis augusti, septembris, octobris et novembris ea est, quae in Breviario ante dominicam primam cuiusque mensis invenitur, et respondet libro sacrae Scripturae in dominica
632 legendo. /

194. Ad Vesperas feriae VI, tempore paschali, pro antiphona *ad Magnificat* resumitur antiphona *ad Magnificat* e II Vesperis dominicae praecedentis.

195. In fine antiphonarum, tempore paschali, additur *Alleluia*, nisi iam habeatur. A Septuagesima autem usque ad Sabbatum sanctum, *Alleluia*, si forte in antiphonis occurrat, omittitur.

F) *De psalmis et canticis*

196. Psalmi, ad singulas Horas, sumuntur secundum normas de ordinando Officio iuxta diversitatem dierum liturgicorum (nn. 165-177).

197. Ad Matutinum feriae IV et, singulis hebdomadae diebus, ad Laudes, in Psalterio, duplex ponitur psalmorum schema.

Alterum psalmorum schema adhibetur: *a)* in dominicis temporis Septuagesimae, Quadragesimae et Passionis; *b)* in omnibus feriis temporis Adventus, Septuagesimae, Quadragesimae et Passionis, Quatuor Temporum septembris, et in vigiliis II et III classis extra tempus paschale.

Reliquis diebus, sumitur primum psalmorum schema.

198. Quando psalmus vel canticum incipit per eadem verba quibus constat antiphona, haec verba omittuntur, et psalmus vel canticum inchoatur ab eo verbo ante quod desinit antiphona, dummodo post antiphonam non sit addendum *Alleluia*.

199. Psalmus, qui in Hora cui specialiter assignatur dici nequit, non transfertur, sed omittitur.

200. Cantica *Benedictus*, *Magnificat* et *Nunc dimittis* dicuntur suo loco, ut in Ordinario indicatur.

201. In fine psalmorum et canticorum, excepto cantico *Benedicite*, dicitur *Gloria Patri*, quod omittitur per Triduum sacrum.

In Officio defunctorum tamen, loco versus *Gloria Patri* dicitur versus *Requiem aeternam*, ut suo loco notatur.

202. Asteriscus in versibus psalmorum et canticorum denotat pausam cantus vel recitationis *in choro* et *in communi*
633 servandam. /

G) *De symbolo athanasiano*

203. Symbolum athanasianum dicitur solummodo in festo Ssmae Trinitatis, ad Primam, expletis psalmis, ante antiphonae repetitionem.

H) *De versibus*

204. Versus dicuntur ad Matutinum post repetitam antiphonam ultimi psalmi cuiusque Nocturni. Ad Laudes vero et ad Vesperas versus dicitur post hymnum; ad Horas minores et ad Completorium post responsorium breve.

205. In Triduo sacro, versus dicitur in singulis Nocturnis et Laudibus tantum; in festo et per octavam Paschatis in solo Nocturno; in Officio defunctorum ad singulos Nocturnos, Laudes et Vesperas, ut suis locis notatur.

206. Tempore paschali versibus additur *Alleluia*, nisi iam habeatur. Excipiuntur versus qui in Ordinario sine *Alleluia* ponuntur.

207. Ratio sumendi versus, iuxta diversitatem Officiorum et Horarum, habetur supra, ubi agitur de ordinando divino Officio (nn. 165-177).

I) *De absolutionibus et benedictionibus ante lectiones*

208. Absolutio et benedictiones dicuntur, ad Matutinum, ante lectiones cuiusque Nocturni, prout in Ordinario indicatur. Omittuntur in Officiis Tridui sacri et defunctorum.

209. In Matutino Officii S. Mariae in sabbato ponuntur absolutio et benedictiones propriae; item exstant benedictiones propriae in III Nocturno Matutini Nativitatis Domini.

210. Benedictiones propriae invariabiles habentur ante lectionem brevem ad Primam et ad Completorium.

L) *De lectionibus ad Matutinum*

I—De lectionibus in genere

211. In fine cuiusque Nocturni dicuntur tres lectiones. Proinde Officia cum tribus Nocturnis habent novem lectiones; Officia vero cum uno Nocturno tres. /

212. Nomine «Scripturae occurrentis» designantur lectiones 634
sacrae Scripturae primo vel unico Nocturno assignatae et certo ordine per singulos dies in Proprio de Tempore dispositae.

213. Lectiones de Scriptura occurrenti, si die assignato dici nequeunt, omittuntur, etsi agatur de initiis librorum, excepto initio Epistolae I ad Corinthios, quod, cum die 13 ianuarii occurrit dominica I post Epiphaniam, sabbato praecedenti legitur.

214. Officia commemorata non habent lectionem in Officio diei.

215. Lectiones de Scriptura leguntur cum titulo libri sacri e quo sumuntur, nisi aliter expresse notetur; item lectione de sermone vel tractatu vel documento pontificio, cum titulo et nomine auctoris; similiter praeponitur nomen auctoris lectionibus de homilia in Evangelium diei.

216. In fine cuiusque lectionis dicitur: *Tu autem, Domine, miserere nobis*, cui respondetur *Deo gratias:* quae conclusio omittitur in Officiis Tridui sacri et defunctorum.

II—De lectionibus Officii trium Nocturnorum

217. Tres lectiones *primi Nocturni* sunt de Scriptura, et quidem: *a) in Officio festivo et semifestivo*, aut propriae aut specialiter assignatae aut de Communi; *b) in Officiis Tridui sacri*, propriae.

218. Tres lectiones *secundi Nocturni* sunt: *a) in Officio festivo et semifestivo*, de vita Sancti, aut de sermone vel tractatu diei assignato, ut in Proprio vel in Communi; si vero una vel duae tantum lectiones propriae aut assignatae habeantur, numerus ternarius completur lectionibus de Communi; *b) in Officiis Tridui sacri*, de sermone diei assignato.

219. Tres lectiones *tertii Nocturni* sunt: *a) in Officio festivo et semifestivo*, de homilia in Evangelium diei; *b) in Officiis Tridui sacri*, de Epistolis B. Pauli Apostoli, ut in Proprio.

III—De lectionibus Officii unius Nocturni

220. *In Officio dominicali*, ordo trium lectionum hic est: *a) Lectio prima et secunda* dicuntur de Scriptura occurrenti, ut in Proprio. / Prima autem lectio Sacrae Scripturae ea est, 635
quae in Breviario nunc ut prima notatur; altera vero efficitur ex secunda et tertia in unam coniunctis, omisso responsorio intermedio; *b) Lectio tertia* dicitur de homilia in Evangelium diei; et sumitur ea quae nunc in Breviario ponitur tamquam prima tertii Nocturni.

221. *In Officio ordinario*, ordo trium lectionum hic est: *a) Lectio prima et secunda* dicuntur de Scriptura; et quidem ordinarie de Scriptura occurrenti, nisi propriae vel specialiter assignatae habeantur. Prima autem lectio Sacrae Scripturae ea est, quae in Breviario ut prima notatur; altera vero efficitur ex secunda et tertia in unam coniunctis, omisso responsorio intermedio; *b) Lectio tertia* dicitur de festo, scilicet propria, quae antea communiter vocabatur «contracta»; qua deficiente, dicuntur lectiones propriae (olim secundi Nocturni) simul coniunctae. Si vero festum careat lectionibus propriis, pro tertia lectione sumitur quarta de Communi.

222. *In Officio feriali*, ordo trium lectionum hic est: *a)* si agitur de Officio *vigiliae* vel *feriae cum homilia*, tres lectiones dicuntur de homilia in Evangelium diei; *b)* si agitur de Officio *feriae sine homilia*, leguntur tres lectiones de Scriptura occurrenti, prout in Breviario exhibentur.

IV—De quibusdam peculiaritatibus circa lectiones

223. Lectiones Officii defunctorum modo proprio ordinantur, ut suis locis notatur.

224. Per octavas Paschatis et Pentecostes dicuntur tres lectiones de homilia in Evangelium diei.

225. Superveniente dominica in Septuagesima, lectiones dominicis et feriis post Epiphaniam assignatae, quae locum habere non possunt, eo anno penitus omittuntur. Idem valet de lectionibus dominicarum post Pentecosten, et de lectionibus feriarum, easdem dominicas sequentium, quae impediuntur superveniente dominica mensis augusti; necnon de lectionibus mensium augusti, septembris, octobris et novembris quae impediuntur superveniente prima dominica mensis sequentis, vel prima dominica Adventus. / 636

M) *De responsoriis post lectiones Matutini*

I—De responsoriis in genere

226. Post quamlibet lectionem dicitur responsorium, praeterquam post ultimam, quando dicendus est hymnus *Te Deum*.

227. Responsoria adeo cum lectionibus connectuntur, ut eadem ratione ac lectiones sumenda sint, nisi aliter expresse caveatur.

228. Responsoria quae suo die dici nequeunt, non transferuntur, sed omittuntur.

229. Tempore paschali, in fine cuiuslibet responsorii, ante versum, additur *Alleluia*, nisi iam habeatur; minime vero additur *Alleluia* post versum.

230. In fine ultimi responsorii cuiusque Nocturni, post repetitam ultimam partem responsorii, dicitur *Gloria Patri*, et deinde iterum resumitur eadem ultima pars responsorii, nisi suo loco aliter notetur.

Attamen, in Officio temporis Passionis, in ultimo responsorio cuiusque Nocturni omittitur *Gloria Patri*, et eius loco resumitur integrum responsorium ab initio usque ad versum exclusive.

In Officio defunctorum autem, loco *Gloria Patri*, in ultimo responsorio cuiusque Nocturni, dicitur *Requiem aeternam*.

231. Peculiaritates in dicendis responsoriis forte occurentes, suis locis indicantur.

II—De responsoriis in Officiis trium Nocturnorum

232. Responsoria *trium Nocturnorum* hac ratione ordinantur: *a) in Officio festivo et semifestivo*, dicuntur propria aut de Communi; *b) in Officiis Tridui sacri*, dicuntur propria.

III—De responsoriis in Officiis unius Nocturni

233. *In Officio dominicali*, responsoria hoc modo ordinantur: *a)* primum, est responsorium quod ponitur post primam lectionem; *b)* secundum, est responsorium quod post tertiam lectionem olim inveniebatur. In fine huius responsorii omittitur *Gloria Patri* et repetitio ultimae partis responsorii, quando
637 dicendum est tertium responsorium; / *c)* tertium, quando dicendum occurrit, est responsorium quod post tertiam lectionem de homilia exstabat.

234. *In Officio ordinario* cum lectionibus de Scriptura occurrenti, responsoria hoc modo ordinantur: *a)* primum, est responsorium quod ponitur post primam lectionem; *b)* secundum, est responsorium quod post tertiam lectionem invenitur.

235. *In Officio ordinario* cum lectionibus de Scriptura propriis vel specialiter assignatis, responsoria dicuntur propria aut de Communi, eodem ordine ac supra (n. 234).

236. *In Officio feriali*, sive fiat de feria sive de vigilia, dicuntur responsoria de feria currenti, prout habentur in Proprio de Tempore.

N) *De hymno* Te Deum

237. Hymnus *Te Deum* dicitur ad Matutinum, post ultimam lectionem, loco noni vel tertii responsorii: *a)* in dominica in albis, in dominica Pentecostes, et in Matutino dominicae Resurrectionis, quod recitatur ab iis qui Vigiliae paschali non interfuerunt; *b)* in dominicis II classis, exceptis dominicis in Septuagesima, in Sexagesima et in Quinquagesima; *c)* in omnibus festis; *d)* per octavas Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes; *e)* in Officio feriali temporis natalicii et temporis paschalis; *f)* in vigiliis Ascensionis et Pentecostes; *g)* in Officio sanctae Mariae in sabbato.

238. Omittitur vero hymnus *Te Deum: a)* in Officiis de Tempore a dominica I Adventus usque ad vigiliam Nativitatis Domini inclusive; et a dominica in Septuagesima usque ad Sabbatum sanctum inclusive; *b)* in vigiliis II et III classis, excepta vigilia Ascensionis Domini; *c)* in omnibus feriis per annum; *d)* in Officio defunctorum.

239. Quando hymnus *Te Deum* omittitur, eius loco dicitur
638 nonum vel tertium responsorium. /

O) *De capitulis, et de lectione brevi ad Primam*

240. Capitulum dicitur ad omnes Horas, Matutino excepto, expletis psalmis cum suis antiphonis; ad Completorium autem post hymnum. Omittitur a Laudibus feriae V in Cena Domini usque ad Nonam sabbati in albis, et in Officio defunctorum.

241. Ad Primam semper dicitur capitulum *Regi saeculorum;* et ad Completorium *Tu autem in nobis*. Ad alias Horas sumitur ex Ordinario vel Psalterio, e Proprio vel Communis iuxta Officiorum diversitatem (nn. 165-177).

242. Lectio brevis ad Primam dicitur semper de Tempore prout in Ordinario.

P) *De responsoriis brevibus Horarum minorum*

243. Responsoria brevia dicuntur ad Horas minores et ad Completorium post capitulum; omittuntur vero a feria V in Cena Domini usque ad Nonam sabbati in albis, et in Officio defunctorum.

244. Ad Primam, in responsorio *Christe, Fili Dei vivi*, versus *Qui sedes* mutatur iis in Officiis et anni temporibus pro quibus proprius assignatur; numquam tamen dicitur versus proprius festi commemorati.

Responsorium breve Completorii numquam mutatur. Ad Tertiam, Sextam et Nonam responsoria brevia sumuntur ex eodem loco ac capitula.

245. Quomodo responsoria brevia dicenda sint, sive extra tempus paschale sive tempore paschali, sive in Officio feriali temporis Passionis, in Ordinario indicatur. Extra tempus paschale, quamvis in aliquibus festis addenda sint duo *Alleluia* in fine responsorii brevis ante versum ad Tertiam, Sextam et Nonam, non ideo addenda sunt etiam ad Primam et ad Completorium.

Q) *De orationibus*

246. Oratio dicitur in fine cuiuslibet Horae, loco in Ordinario indicato. Excipitur Matutinum, quando una cum Laudibus recitatur.

247. Orationi praemittitur, in recitatione *in choro* vel *in communi*, *Dominus vobiscum*, cui respondetur *Et cum spiritu tuo*. In recitatione *a solo* facta, et ab iis qui in ordine diaconatus non sunt constituti, dicitur, nisi iam praecedat, *Domine, exaudi orationem meam* et respondetur / *Et clamor meus ad te* 639
veniat. Deinde dicitur *Oremus*, et subiungitur oratio.

Et sic in recitatione *a solo*, loco *Dominus vobiscum*, semper dicitur *Domine, exaudi orationem meam*, ut supra.

248. Ad Primam et ad Completorium oratio numquam mutatur, nisi in Officio Commemorationis omnium Fidelium defunctorum et, in Triduo sacro, ad Primam. Ad alias Horas, sumitur oratio quae ponitur ad Laudes; in feriis Quadragesimae et Passionis tamen, ad Vesperas, exstat oratio propria.

249. Oratio Officii diei semper dicitur sub sua conclusione, salvo praescripto n. 110 *a*. Orationes vero, quae ad commemorationes pertinent, concluduntur in ultima tantum; attamen *Oremus* dicitur ante quamlibet orationem.

R) *De commemorationibus*

250. Commemorationes fiunt iuxta normas in rubricis generalibus, nn. 106-144, datas.

251. Commemorationes ponuntur post orationem Officii diei; et fiunt per antiphonam quae ponitur respective *ad Benedictus* vel *ad Magnificat* in Officio commemorato, per versum qui eam praecedit et per orationem, salvo praescripto n. 110 *c*.

252. Ad faciendam commemorationem Officii dominicae, feriae et vigiliae Ascensionis, antiphona et versus sumuntur e Proprio de Tempore, Psalterio vel Ordinario, oratio autem e Proprio de Tempore; ad faciendam commemorationem vero octavae Nativitatis vel Officii Sanctorum, antiphona, versus et oratio sumuntur e Proprio vel Communi; ad faciendam demum commemorationem vigiliae II et III classis, antiphona et versus sumuntur e Psalterio, oratio autem e Proprio.

253. In faciendis commemorationibus, haec animadvertantur: *a)* in eadem Hora numquam bis repetatur eadem antiphona; *b)* in eadem commemoratione antiphona et versus numquam constent iisdem verbis.

254. Si in Laudibus una tantum facienda est commemoratio, et antiphona ac versus sumenda sunt ex eodem Communi unde sumpta sunt in Officio diei, pro commemoratione sumuntur antiphona ac versus e I Vesperis. / 640

255. Si in Laudibus duae faciendae sunt commemorationes, et antiphona ac versus sumenda sunt ex eodem Communi: *a)* pro prima commemoratione, sumuntur antiphona et versus e Laudibus; *b)* pro altera, antiphona et versus e I Vesperis.

256. Si in Laudibus duae faciendae sunt commemorationes, et antiphona ac versus sumenda sunt ex eodem Communi unde sumpta sunt in Officio diei: *a)* pro prima commemoratione, sumuntur antiphona et versus e I Vesperis; *b)* pro altera, antiphona et versus e II Vesperis.

257. Ad ea quae nn. 253-256 habentur, animadvertatur: *a)* si antiphona eadem sit in I et II Vesperis, pro altera commemoratione sumitur antiphona e Laudibus, vel demum prima ant phona tertii Nocturni; *b)* textus antiphonae adhiberi potest, in eadem Hora, tamquam versus pro altera commemoratione, sumenda ex eodem Communi; *c)* antiphona *Euge, serve bone*, quae ponitur ad Laudes de Communi Confessoris Pontificis, censetur identica cum simili antiphona, quae habetur ad Laudes de Communi Confessoris non Pontificis.

258. Item, si eadem sit oratio festi de quo fit Officium et eius de quo fit commemoratio, oratio pro commemoratione mutatur in alteram de eodem vel simili Communi.

259. Antiphonae et versus propria, si in una Hora pro commemoratione adhiberi nequeunt, non transferuntur, sed omittuntur.

S) *De precibus*

260. Preces dicuntur tantum in Officiis de Tempore, et quidem: *a)* in Laudibus et Vesperis feriae IV et VI temporis Adventus, Quadragesimae et Passionis; *b)* in Laudibus et Vesperis feriae IV et VI Quatuor Temporum mensis septembris; *c)* in Laudibus sabbatorum Quatuor Temporum, excepto sabbato infra octavam Pentecostes. / 641

CAP. VI. DE RATIONE SIGNO CRUCIS SE MUNIENDI, STANDI, GENUFLECTENDI ET SEDENDI IN RECITATIONE DIVINI OFFICII

261. Quae hic dicuntur de signo crucis et de corporis situ in recitatione divini Officii, valent pro recitatione *in choro* vel *in communi;* convenit vero ut hi qui *a solo* divinum Officium recitant, iis quae de signo crucis dicuntur se conforment.

262. Normae peculiares quae ad hebdomadarium et cantores spectant, in caeremoniarum libris inveniuntur; proinde hic ea tantum indicantur quae «chorales» in genere respiciunt.

263. Omnes signant se signo crucis a fronte ad pectus et ab humero sinistro ad dexterum: *a)* in principio omnium Horarum, cum dicitur *Deus, in adiutorium;* *b)* ad versum *Adiutorium nostrum;* *c)* ad absolutionem *Indulgentiam* post *Confiteor* in Completorio; *d)* in principio canticorum *Benedictus, Magnificat* et *Nunc dimittis;* *e)* ad benedictionem in fine Primae et Completorii; *f)* ad versum *Divinum auxilium*, in fine divini Officii.

http://www.obrascatolicas.com

264. Signo crucis os sibi signant in principio Matutini, ad verba *Domine, labia mea aperies.*

265. Signo crucis pectus sibi signant ad verba *Converte nos* in Completorio.

266. Omnes stant: *a)* in principio cuiusque Horae, donec primus versus primi psalmi inchoatus sit; *b)* dum dicuntur hymni, et cantica evangelica; *c) ad Matutinum* etiam ad invitatorium cum suo psalmo et ab expleta ultima antiphona cuiusque Nocturni usque ad primam benedictionem ante lectiones inclusive; et dum legitur textus Evangelii ante homi-
642 liam; *d) ad Laudes et ad Vesperas* etiam ab expleta antiphona post ult/mum psalmum usque ad finem, nisi genuflectendum sit ad preces aut ad orationem, iuxta rubricas; *e) ad Primam*, ab expleta antiphona usque ad finem, praeterquam ad lectionem Martyrologii, nisi genuflectendum sit ad orationes; *f) ad Tertiam, Sextam et Nonam*, ab expleta antiphona usque ad finem, nisi genuflectendum sit ad orationem; *g) ad Completorium*, ab expleta antiphona post psalmos usque ad finem, nisi genuflectendum sit ad orationem; *h)* ad intonationem antiphonarum in Matutino, Laudibus et Vesperis cantatis, iuxta consuetudinem; *i)* ad antiphonam finalem B. Mariae Virg., post Completorium, sabbato et dominica, etiam si non fit Officium de dominica, et toto tempore paschali.

267. Omnes genua flectunt: *a)* ad verba *Venite, adoremus et procidamus*, etc. in psalmo *Venite, exsultemus* in initio Matutini; *b)* ad versum *Te ergo quaesumus* in hymno *Te Deum; c)* ad preces, quando dicendae sunt; *d)* in Officio feriali Adventus, Quadragesimae et Passionis necnon Quatuor Temporum mensis septembris, et de vigiliis II et III classis, excepta vigilia Ascensionis, in omnibus Horis ad orationem et commemorationes forsan sequentes; hebdomadarius autem stat; *e)* ad antiphonam finalem B. Mariae Virg., post Completorium, praeterquam sabbato et dominica et toto tempore paschali; hebdomadarius autem stat dum dicit orationem; *f)* in quibusdam aliis peculiaribus adiunctis, quae suis locis notantur.

268. Omnes sedent: *a)* in omni Hora, incepto primo versu primi psalmi, donec antiphona ultimi psalmi repetita sit; *b)* ad lectiones cum suis responsoriis ad Matutinum, praeter-
643 quam dum legitur textus evangelii ante homiliam; *c)* dum legitur Martyrologium, ad Primam, nisi aliter statuatur. /

PARS III. Rubricae generales Missalis Romani

Cap. I. Notiones et normae generales

269. Sacrosanctum Missae Sacrificium, iuxta canones et rubricas celebratum, est actus cultus publici, nomine Christi et Ecclesiae Deo redditi. Denominatio proinde «Missae privatae» vitetur.

270. Missa cum Officio divino summum totius christiani cultus constituit; Missa proinde per se cum Officio dici concordare debet.

Dantur tamen etiam Missae extra ordinem Officii, scilicet votivae aut defunctorum.

271. Missarum species duae sunt: *Missa in cantu* et *Missa lecta.*

Missa dicitur *in cantu*, si sacerdos celebrans partes ab ipso iuxta rubricas cantandas revera cantu profert; secus dicitur *lecta.*

Missa in cantu porro, si celebratur cum assistentia ministrorum sacrorum, appellatur *Missa solemnis*; si celebratur absque ministris sacris, vocatur *Missa cantata.*

Missa solemnis demum, quae ab Episcopo vel ab aliis facultatem habentibus celebratur cum solemnitatibus in libris liturgicis statutis, dicitur *Missa pontificalis.*

272. Missa natura sua postulat, ut omnes adstantes, secundum modum sibi proprium, eidem participent.

Varios autem modos, quibus fideles sacrosancto Missae Sacrificio actuose participare possunt, ita oportet moderari, ut periculum cuiusvis abusus amoveatur, et praecipuus eiusdem participationis finis obtineatur, plenior scilicet Dei cultus et fidelium aedificatio.

De hac fidelium actuosa participatione fusius actum est in *Instructione de Musica sacra et sacra Liturgia* a S. Rituum Congregatione data die 3 septembris anni 1958 [LE 2774].

273. Rubricae quae sequuntur valent tam pro Missis in
644 cantu quam pro Missis lectis, nisi aliter expresse caveatur. /

Cap. II. De calendario adhibendo in Missae celebratione

274. Missa dicenda est iuxta calendarium aut ecclesiae vel oratorii in quo Missa celebratur, aut loci, aut ipsius sacerdotis celebrantis, aut Ecclesiae universae, prout infra exponitur.

275. *In ecclesia vel oratorio publico*, quilibet sacerdos, tam dioecesanus quam religiosus, celebrare tenetur iuxta calendarium ipsius ecclesiae vel oratorii publici.

Idem servetur *in oratorio semipublico principali* seminarii, domus religiosae, collegii, nosocomii, carceris et simílium.

276. *In oratoriis secundariis* seminarii, domus religiosae, collegii, nosocomii, carceris et simílium, quilibet sacerdos sequi potest aut calendarium ipsius oratorii aut proprium.

277. *In oratoriis privatis*, et cum celebrat super altare portatile extra locum sacrum, quilibet sacerdos sequi potest aut calendarium loci (n. 53 *a*) aut proprium.

278. De festis Patroni principalis nationis, regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, dioecesis, oppidi seu civitatis, necnon de anniversario Dedicationis ecclesiae cathedralis et aliis festis actu feriatis, si quae sint, quilibet sacerdos

Missam celebrare debet, etiamsi secus calendarium proprium sequi posset.

279. Oratorium fixe constitutum *in navibus* est oratorium publicum; et in eo adhiberi debet calendarium Ecclesiae universae. Cum autem quis celebrat extra huiusmodi oratorium, super altare portatile, adhibere potest vel calendarium Ecclesiae universae vel calendarium proprium. Idem facere potest qui legitime celebrat in itinere aereo, fluviali vel viae ferreae.

280. In seminariis et collegiis clericorum dioecesanis, Religiosis commissis; necnon in seminariis et collegiis clericorum interdioecesanis, regionalibus, nationalibus et internationalibus, etiam Religiosis commissis, idem adhibetur calendarium quod praecipitur pro recitatione divini Officii in communi (nn. 154-155). /

281. In collegiis et domibus interprovincialibus, nationali- 645
bus et internationalibus Religiosorum, adhibendum est calendarium proprium Ordinis seu Congregationis universae (n. 55), additis tantum festis de quibus n. 57.

282. Calendarium *dioecesanum*, additis festis loci et ecclesiae vel oratorii propriis, adhiberi debet: *a)* in ecclesiis cathedralibus, etsi Religiosis sint commissae; *b)* in ecclesiis et oratoriis propriis cleri dioecesani, etsi chorum Religiosorum adnexum habeant, qui cum ecclesia per crates tantum communicat; *c)* in ecclesiis et oratoriis Religiosorum utriusque sexus, qui calendarium proprium non habent, additis tamen festis ipsis propriis et indultis; *d)* in ecclesiis et oratoriis Religiosorum, quae clero dioecesano commissa sunt, aut adnexum habent chorum Canonicorum; non autem si ecclesia vel oratorium alicui sacerdoti in particulari est commissum; *e)* in ecclesia et oratorio principali seminarii, etsi Religiosis sit commissum, data tamen facultate addendi festa de quibus n. 154.

283. Calendarium *religiosum*, additis festis de quibus n. 57 atque festis ecclesiae vel oratorii propriis, adhiberi debet: *a)* in ecclesiis et oratoriis principalibus Religiosorum, qui calendarium proprium habent, etsi sint paroecialia; *b)* in ecclesiis et oratoriis cleri dioecesani, quae Religiosis commissa sunt, aut ipsis Religiosis inserviunt pro publica divini Officii recitatione, etsi sint paroecialia; non autem si ecclesia vel oratorium alicui Religioso in particulari est commissum; *c)* in ecclesiis et oratoriis Tertiariorum utriusque sexus, etsi solum Officium parvum B. Mariae Virg. recitent; *d)* in oratoriis secundariis seminarii Religiosis commissi, si haec oratoria ipsis Religiosis tantum inserviunt.

284. Sacerdos qui celebrat in ecclesia vel oratorio ubi ritus diversus viget, stare debet calendario ipsius ecclesiae vel oratorii quoad festa eorumque gradum, commemorationes et collectam imperatam. In ordinanda autem Missa, sumere debet partes variabiles proprias illius ritus, retentis caeremoniis et Ordinario proprii ritus. /

646

Cap. III. De Missa conventuali

285. Nomine Missae conventualis intellegitur Missa quae ab iis, qui per leges Ecclesiae choro adstringuntur, in conIunctione cum Officio divino quotidie celebranda est.

286. Singulis diebus una tantum dicenda est Missa conventualis, quae cum Officio in choro recitato concordare debet, exceptis diebus de quibus infra nn. 289-294.

Obligatio tamen alias Missas in choro celebrandi, ex pIis fundationibus vel alia legitima causa, firma manet.

287. Missa conventualis dicenda est post Tertiam, nisi communitatis moderator, gravi de causa, eam post Sextam vel Nonam dicendam esse censuerit.

In vigilia Pentecostes, Missa conventualis dicitur post Nonam.

288. Missa conventualis per se solemnis esse debet, vel saltem cantata. Ubi vero per leges particulares vel per peculiaria indulta a solemnitate Missae in choro dispensatum fuerit, convenit ut, Missae conventuali lectae chorales participationem liturgicam directam praestent, partes saltem Ordinarii Missae recitando. Porro iidem chorales prohibentur quominus inter Missam conventualem. Horas canonicas choraliter prosequantur.

289. In omnibus feriis IV classis, nisi aliter praescribatur, loco Missae conventualis Officio conformis, dici potest, cum commemoratione feriae occurrentis: *a)* aut Missa quae respondet commemorationi in Officio diei forte occurrenti; *b)* aut Missa de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius elogium eo die habetur in Martyrologio vel eius Appendice pro respectivis Ecclesiis approbata; *c)* aut una ex Missis votivis quae in Missali, pro Missa conventuali, per hebdomadam disponuntur; *d)* aut quaelibet alia Missa, quae tamquam votiva celebrari permittitur.

290. *Missa conventualis pro defunctis* sacerdotibus, benefactoribus et aliis, excepto tempore natalicio et paschali: / 647
a) dici debet, quolibet mense, excepto mense novembri, prima feria IV classis; *b) dici potest*, qualibet hebdomada, prima feria IV classis.

Sumitur Missa «quotidiana» cum oratione *Deus, veniae largitor.*

291. In diebus Litaniarum tam maiorum quam minorum, ubi fit processio aut fiunt aliae peculiares supplicationes Missa conventualis dici debet de Rogationibus (nn. 346-347).

292. In die coronationis Summi Pontificis et Episcopi dioecesani, in sariis eiusdem Summi Pontificis et Episcopi dioecesani, in ecclesiis cathedralibus et collegiatis, pro Missa conventuali dicitur Missa de ipsis anniversariis, iuxta nn. 362-363.

293. In anniversario Episcopi proxime defuncti, necnon in anniversario quod infra octiduum omnium Fidelium defunctorum celebratur pro animabus omnium Episcoporum et ecclesiae cathedralis Canonicorum defunctorum, in ipsa ecclesia

cathedrali pro Missa conventuali dicitur Missa de iisdem anniversariis.

294. In anniversariis omnium defunctorum alicuius Capituli aut Ordinis seu Congregationis ad chorum obligatae, pro Missa conventuali dicitur Missa de iisdem anniversariis.

295. In Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, pro Missa conventuali adhibenda est Missa quae prima inscribitur hoc die; et chorales illi soli interesse tenentur.

296. In festo Nativitatis Domini, in choro dicuntur duae Missae conventuales, scilicet una in nocte et altera in die.

297. Cum Episcopus Missam solemniter celebrat, vel eidem assistit; aut cum in choro canitur Missa Officio non conformis, ratione alicuius solemnitatis externae, chorales huic Missae tantum interesse tenentur, etsi pro benefactoribus non applicetur, servata tamen lege de applicanda alia Missa per eum ad quem spectat.

Cap. IV. De Missa in dominicis et feriis

298. Omnes dominicae, sive I sive II classis, propriam Missam habent. Attamen dominicae post Epiphaniam, quae transferuntur inter dominicam XXIII et XXIV post Pentecosten,
648 sumunt antiphonas ad Introi/tum, ad Offertorium et ad Communionem, necnon graduale et *Alleluia* cum suo versu a dominica XXIII post Pentecosten, retentis orationibus, Epistola et Evangelio propriis.

299. Item propriam Missam habent omnes feriae temporis Quadragesimae et Passionis necnon Quatuor Temporum Adventus et septembris. In reliquis feriis dicitur Missa dominicae praecedentis, e qua pariter sumuntur orationes, quoties feria est commemoranda, nisi a rubricis aliter provisum sit.

300. In sabbatis Quatuor Temporum et in sabbato «Sitientes», Missa in qua Ordines sacri conferuntur dicenda est de sabbato, etiam festo I vel II classis occurrente.

Cap. V. De Missis festivis

301. Missa de festo, *sensu proprio*, intellegitur Missa de Mysterio, Sancto vel Beato quae celebratur secundum ordinem Officii.

302. *Sensu* autem *latiore*, dicuntur quoque Missae de festo: *a)* Missa de festo III classis ab alio festo eiusdem gradus impedito; *b)* Missa de commemoratione in Officio diei occurrente; *c)* Missa de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius elogium eo die habetur in Martyrologio vel eius Appendice pro respectivis Ecclesiis approbata.

303. Missae festivae numero praecedenti recensitae omnibus iuribus liturgicis gaudent, ac si festum cum integro Officio celebraretur. Attamen: *a)* Missa de festo III classis impedito dici potest suo die, solummodo si etiam festum impediens sit III classis; *b)* Missa de commemoratione in Officio diei occurrente, et Missa de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius elogium eo die habetur in Martyrologio vel eius Appendice pro respectivis Ecclesiis approbata, dici potest tantum si occurrit dies liturgicus IV classis.

304. Missae quae dicuntur festivae sensu latiore prohibentur in ecclesiis unam tantum Missam habentibus: *a)* quoties urgeat onus Missae conventualis cui per alium sacerdotem
649 satisfieri nequeat, nisi Missa, iuxta n. 289, tamquam conventualis dici possit; *b)* quoties diebus Litaniarum dicenda sit, iuxta rubricas, Missa de Rogationibus.

305. Ad formulam autem Missae festivae eligendam extra Missam conventualem, haec serventur: *a)* pro festis quae in Proprio Sanctorum habentur, sumitur Missa quae, suo die, in Missali indicatur. Attamen, loco Missae de Communi, sumi potest, ad libitum sacerdotis celebrantis, Missa propria de eodem festo, si habetur, inter Missas pro aliquibus locis; *b)* pro festis quae in Proprio Sanctorum non habentur, sumitur Missa de Communi. Quoties in eodem Communi plures exstant formulae, electio fit ad libitum sacerdotis celebrantis. In singulis autem Communibus Epistolae et Evangelia, quae habentur sive in ipsis Missis sive ad calcem totius Communis, sumi possunt in qualibet Missa de eodem Communi.

Cap. VI. De Missis votivis

A) *De Missis votivis in genere*

306. Nomine Missae votivae intellegitur Missa quae dicitur extra ordinem Officii vel commemorationum diei currentis, aut non est de Mysterio, vel Sancto eo die in Martyrologio elogium habente.

307. Missa votiva potest esse: *a)* de mysteriis Domini; *b)* de Beata Maria Virgine; *c)* de Angelis; *d)* de Sanctis; *e)* ad diversa.

308. Tamquam Missae votivae, *de mysteriis Domini*, celebrari possunt: *a)* in Ecclesia universa: 1) de Ssma Trinitate;
650 2) de Ssmo Nomine Iesu; 3) de Ssmo Corde Iesu; 4) de pretiosissimo Sanguine D. N. I. C.; 5) de Christo Rege; / 6) de Ssmo Eucharistiae Sacramento; 7) de D. N. Iesu Christo, summo atque aeterno Sacerdote; 8) de sancta Cruce; 9) de Passione Domini; 10) de sancta Familia Iesu, Mariae, Ioseph; 11) de Spiritu Sancto; *b)* in singulis ecclesiis, praeter Missas supra memoratas, omnes Missae de festis Domini quae in calendariis particularibus inscribuntur, et aliae Missae votivae specialiter concessae.

Celebrari tamen nequeunt, tamquam votivae, Missae quae referuntur ad mysteria vitae Domini.

309. *De Beata Maria Virgine* celebrari possunt, tamquam votivae: *a)* in ecclesia universa, Missae quae pro sancta Maria

in sabbato, iuxta temporum diversitatem, in Missali assignantur, necnon omnes Missae de festis B. Mariae Virg. quae in calendario universali inscribuntur; *b)* in singulis ecclesiis, praeter Missas supra memoratas, omnes Missae de festis B. Mariae Virg. quae in calendariis particularibus inscribuntur, et aliae Missae votivae specialiter concessae.

Partes variandae iuxta diversa anni tempora, in his Missis deficientes, sumuntur e Communi festorum B. Mariae Virg.

Celebrari tamen nequeunt, tamquam votivae, Missae quae referuntur ad mysteria vitae eiusdem B. Mariae Virginis, exceptа Missa de eiusdem Immaculata Conceptione.

310. *De Angelis* celebrari possunt, tamquam votivae: *a)* Missae de singulis festis Ss. Angelorum; *b)* Missa votiva de Ss. Angelis feriae III assignata.

311. *De Sanctis* celebrari possunt, tamquam votivae, Missae de quolibet Sancto canonizato elogium habente in Martyrologio romano, vel eius Appendice pro respectivis Ecclesiis approbata.

312. *Missae votivae de Beatis* permittuntur, ex Apostolico Indulto, unice in triduo quod in eorum honorem celebratur intra annum a beatificatione.

313. *Missae votivae «ad diversa»* habentur in Missali, vel eius Appendice pro aliqua ecclesia approbata, pro peculiaribus circumstantiis vel necessitatibus celebrandae. /

314. Pro Missa votiva de mysteriis Domini sumitur Missa de respectivo festo, nisi expresse indicetur aliam esse adhibendam; aut peculiaris Missa votiva. 651

315. Pro Missa votiva de B. Maria Virg., de Angelis et de Sanctis sumitur Missa de respectivo festo, si in Missali habetur, sive in Proprio Sanctorum sive inter Missas pro aliquibus locis, nisi alia Missa tamquam votiva in Missali expresse indicetur.

Quodsi festum in Missali desit, sumitur Missa de Communi. Quoties in eodem Communi plures exstant formulae, electio fit ad libitum sacerdotis celebrantis. In singulis autem Communibus, Epistolae et Evangelia, quae habentur sive in ipsis Missis sive ad calcem totius Communis, sumi possunt in qualibet Missa de eodem Communi.

Serventur tamen rubricae de mutandis nonnullis partibus vel verbis, iuxta anni tempora et iuxta qualitatem mere votivam huius Missae.

316. Pro aliqua peculiari necessitate, sumitur Missa votiva propria, si habetur in Missali; ea vero deficiente, sumitur «Missa pro quacumque necessitate», adhibitis, loco orationum huius Missae, orationibus necessitati occurrenti convenientibus, si inter «Orationes diversas» inveniuntur.

317. Quaevis Missa votiva de mysteriis Domini, de B. Maria Virg. vel Sancto, prohibetur quoties occurrit dies liturgicus I vel II classis in quo fit Officium de eadem Persona. Tunc, loco Missae votivae, dicenda est Missa de Officio occurrenti. Occurrente vero die liturgico III vel IV classis, eligi potest aut Missa de Officio diei aut Missa votiva, exclusa alterius commemoratione.

318. Oratio Missae votivae impeditae additur, sub unica conclusione, orationi Missae diei, solumodo si Missa votiva est I aut II classis, et modo ne occurrat dies sub nn. 1, 2, 3 et 8 in tabella praecedentiae recensitus.

De Missa votiva III classis impedita nihil fit in Missa de Officio occurrenti.

319. In admittendis et ordinandis orationibus in Missis votivis, serventur ea quae infra pro singulis Missarum votivarum classibus statuuntur (nn. 330*b*, 343 *b*, 386 *b*, 389 *b*).

320. De hymno angelico et de symbolo in Missis votivis dicitur suis locis, cum agitur de singulis Missarum votivarum classibus, et infra, nn. 431-432, et 475-476. / 652

321. Sequentia, si qua habetur, in Missis votivis omittitur.

322. Praefatio dicitur quae cuique Missae votivae propria est; qua deficiente, dicitur praefatio de Tempore aut communis, iuxta normas generales.

323. Color paramentorum, in Missis votivis, debet esse cuique Missae conveniens; sed in Missis votivis lectis IV classis non conventualibus, adhiberi potest etiam color Officii diei, servato tamen colore violaceo et nigro unice pro Missis quibus per se competit.

324. Nisi in rubricis particularibus aliud statuetur, Missa votiva potest esse aut in cantu aut lecta.

325. Missae votivae sunt I, II, III aut IV classis; de singulis agitur numeris sequentibus.

326. Quaevis Missa votiva prohibetur in ecclesiis unam tantum Missam habentibus: *a)* quoties urgeat onus Missae conventualis, cui per alium sacerdotem satisfieri nequeat, exceptis Missis votivis, quae certis diebus pro Missa conventuali dici possunt (n. 289) aut debent (nn. 290-294); *b)* die 2 februarii, si fiat benedictio candelarum; *c)* in Litaniis maioribus et minoribus, si dicenda sit Missa de Rogationibus (n. 346).

327. Quoties, in rubricis aut in peculiari indulto, aliqua Missa indicatur tamquam votiva alicuius classis, ordinanda est iuxta normas et privilegia, quae pro eadem classe Missarum votivarum statuuntur.

B) *De Missis votivis I classis*

I—De Missis votivis I classis in genere

328. Nomine Missae votivae I classis intellegitur Missa votiva quae celebrari permittitur omnibus diebus liturgicis, iis tantum exceptis qui sub nn. 1-8 in tabella praecedentiae recensentur, salvo praescripto n. 332.

329. Missae votivae I classis, a rubricis generalibus praevisae, sunt: *a)* Missae de Dedicatione, in actu consecrationis ecclesiae (nn. 331-334); *b)* Missae *in cantu* de Ssmo Eucharistiae Sacramento, in solemnioribus celebrationibus Congressus eucharistici (n. 335); / *c)* Missae *in cantu* de mysteriis Domini, 653

http://www.obrascatolicas.com

B. Maria Virg., Sancto vel Beato, occasione celebrationis extraordinariae (n. 340 *a*).

330. Privilegia Missarum votivarum I classis sunt: *a)* dicuntur cum *Gloria* et *Credo*; *b)* excludunt omnes commemorationes non privilegiatas, et collectam ab Ordinario loci imperatam; *c)* oratio Missae votivae impeditae additur sub unica conclusione orationi Missae diei currentis, modo ne occurrat dies sub nn. 1, 2, 3 et 8 in tabella praecedentiae recensitus; *d)* si in cantu celebrantur, adhibetur tonus solemnis.

II—De Missis Dedicationis in actu consecrationis ecclesiae

331. Ecclesiarum consecratio, quamvis omni die de iure fieri possit, opportunius tamen fit dominicis et festis diebus. Prohibetur vero in vigilia et festo Nativitatis Domini, in festis Epiphaniae et Ascensionis Domini, Corporis Christi, diebus a dominica II Passionis seu in palmis usque ad dominicam Resurrectionis inclusive, in dominica Pentecostes, necnon die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum.

332. Missa de Dedicatione in actu consecrationis ecclesiae vel oratorii est pars totius ritus consecrationis; proinde celebrari debet quoties ecclesia vel oratorium consecratur, etiam diebus quibus reliquae Missae votivae I classis prohibentur.

333. In Missa de Dedicatione in actu consecrationis ecclesiae additur, sub unica conclusione, oratio de Mysterio vel Sancto in cuius honorem ecclesia vel oratorium est consecratum, et nulla alia admittitur commemoratio, ne privilegiata quidem.

334. Aliae Missae quae in ecclesia vel oratorio, die consecrationis, expleto ritu, celebrantur, dici possunt de Dedicatione, tamquam votivae I classis.

III—De Missis in Congressibus eucharisticis

335. Singulis diebus Congressus eucharistici dioecesani, regionalis, nationalis et internationalis, Missa principalis, dummodo sit *in cantu*, celebrari potest de Ssmo Eucharistiae Sacramento, tamquam votiva I classis. /

654

336. In ceteris publicis celebrationibus eorundem Congressuum, Missa de Ssmo Eucharistiae Sacramento celebrari potest tamquam votiva II classis.

337. Singuli sacerdotes qui Congressui eucharistico intersunt, celebrare possunt Missam de Ssmo Eucharistiae Sacramento, tamquam votivam III classis.

IV—De Missis votivis in quibusdam celebrationibus extraordinariis

338. Privilegia hac paragrapho indicata spectant ad Missas: *a)* in triduo vel octiduo quod in honorem alicuius Sancti vel Beati, intra annum a canonizatione vel beatificatione, celebratur; *b)* in quibusdam celebrationibus extraordinariis, per triduum vel octiduum perductis, occasione v. gr. saecularis recurrentiae. Excluduntur tamen celebrationes extraordinariae in honorem Beatorum.

339. Ad celebrationes peragendas, de quibus numero praecedenti, requiritur peculiare indultum Sanctae Sedis.

340. Singulis diebus harum celebrationum permittitur: *a) unica Missa in cantu* de mysterio Domini, B. Maria Virg., Sancto vel Beato in cuius honorem celebrationes peraguntur, tamquam votiva I classis; *b) omnes Missae lectae*, ut supra, tamquam votivae II classis.

C) *De Missis votivis II classis*

I—De Missis votivis II classis in genere

341. Nomine Missae votivae II classis intellegitur Missa votiva quae celebrari permittitur omnibus diebus liturgicis II, III et IV classis.

Missa tamen pro Sponsis et Missa pro gratiarum actione in 25.° vel 50.° anniversario a celebratione matrimonii prohibentur omnibus diebus dominicis.

342. Missae votivae II classis, a rubricis generalibus praevisae, sunt: *a)* Missa in solemni benedictione ecclesiae vel oratorii, et in consecratione altaris (n. 345); *b)* Missa Rogationum in Litaniis tam maioribus quam minoribus (nn. 346-347); 655
c) Missae votivae occasione orationis Quadraginta Horarum aut alterius expositionis Ssmi Sacramenti (nn. 348-355); /
d) Missae de solemnitate externa festorum (nn. 356-361); *e)* Missa in die coronationis Summi Pontificis et in anniversario Papae et Episcopi dioecesani (nn. 362-365); *f)* Missa pro re gravi et publica simul causa (nn. 366-368); *g)* Missa «Pro Fidei propagatione» (n. 369); *h)* Missae in quibusdam occasionibus peculiaribus (nn. 370-372); *i)* Missa votivae in sanctuariis (nn. 373-377); *l)* Missa votiva pro Sponsis et Missa pro gratiarum actione in 25.° et 50.° anniversario a celebratione matrimonii (nn. 378-382).

343. Privilegia Missarum votivarum II classis sunt: *a)* dicuntur cum *Gloria*, nisi adhibeatur color violaceus paramentorum; sed sine *Credo*, nisi ratione dominicae aut octavae occurrentis dicendum sit: *b)* admittunt unam tantum commemorationem, et excludunt collectam ab Ordinario loci imperatam; *c)* oratio Missae votivae impeditae additur, sub unica conclusione, orationi Missae diei, modo ne occurrat dies sub nn. 1, 2, e et 8 in tabella praecedentiae recensitus, salvo praescripto n. 380; *d)* si in cantu celebrantur, adhibetur tonus solemnis.

344. Missae votivae II classis reguntur normis generalibus n. 343 memoratis; quae autem sunt cuique Missae propria, infra indicantur.

II—De Missa votiva in solemni benedictione ecclesiae vel oratorii, et in consecratione altaris

345. In solemni benedictione ecclesiae vel oratorii, et in consecratione altaris, expleto ritu, dicitur, tamquam votiva II classis, Missa de Mysterio vel Sancto in cuius honorem ecclesia vel oratorium est benedictum, vel altare est consecratum.

III—De Missa Rogationum in Litaniis tam maioribus quam minoribus

346. In Litaniis tam maioribus quam minoribus (nn. 80-90), in ecclesiis in quibus fit processio vel, de mandato Ordinarii loci, peculiares celebrantur supplicationes (n. 83), dicitur, tamquam votiva II classis, Missa de Rogationibus (cfr. n. 86).

347. Missa Rogationum, vel Missa diei quae locum tenet Missae votivae impeditae, habetur tamquam pars totius actionis liturgicae; et / dicitur regulariter expleta processione, vel 656
expletis aliis peculiaribus supplicationibus.

IV—De Missis votivis occasione orationis Quadraginta Horarum aut alterius expositionis Ssmi Sacramenti

348. Ad exponendum et reponendum Ssmum Sacramentum pro oratione Quadraginta Horarum, sive continua sive interrupta, in ipso altari expositionis celebratur, *in cantu*, tamquam votiva II classis, Missa de Ssmo Eucharistiae Sacramento.

349. Die medio expositionis, in altari ubi Ssmum Sacramentum non est expositum, celebrari potest *in cantu*, tamquam votiva II classis, aut Missa de Ssmo Eucharistiae Sacramento, aut Missa votiva peculiaribus necessitatibus loci accommodata.

350. Diebus quibus Missae votivae IV classis a rubricis permittuntur, convenit ut Missae quae celebrantur in ecclesia in qua habetur oratio Quadraginta Horarum, sint de Ssmo Eucharistiae Sacramento.

351. In Commemoratione omnium Fidelium defunctorum: *a)* expositio Ssmi Sacramenti sequatur, repositio vero praecedat Missam in cantu, vel principalem; *b)* tempore expositionis, Missae de Officio diei dicuntur cum paramentis violaceis, et extra altare expositionis.

352. Die 2 februarii, feria IV cinerum et in dominica II Passionis seu in palmis, si fit benedictio candelarum, aut respective cinerum vel palmarum, Ssmum Sacramentum, pro adoratione Quadraginta Horarum expositum, tempore benedictionis et processionis vel impositionis cinerum, aut transfertur ad aliud altare in quo adoratio continuari possit absque detrimento pietatis fidelium, aut deponitur, et adoratio resumitur, expleta benedictione et processione vel cinerum impositione cum Missa. Quod convenienter servatur etiam in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, pro Missa principali diei et sequenti absolutione ad tumulum.

353. Ad exponendum Ssmum Sacramentum pro publica adoratione, quae per aliquas tantum horas protrahitur, dicitur Missa de die, sine commemoratione Ssmi Sacramenti. / 657
Diebus tamen, quibus permittuntur Missae votivae IV classis, convenientius dicitur Missa de Ssmo Eucharistiae Sacramento.

354. Ad exponendum vero Ssmum Sacramentum pro publica adoratione, quae per aliquas tantum horas protrahitur, dicitur Missa de die, sine commemoratione Ssmi Sacramenti, quam votiva II classis, Missa de Ssmo Eucharistiae Sacramento.

355. In Missis quae durante adoratione, ex indulto, ad altare expositionis celebrantur, additur, sub unica conclusione, oratio de Ssmo Eucharistiae Sacramento, modo ne occurrat dominica, nec Officium, Missa aut commemoratio fiat de Christo Domino.

V—De Missis votivis in solemnitate externa festorum

356. Nomine solemnitatis externae alicuius festi intelligitur celebratio ipsius festi absque Officio, in bonum fidelium, vel die quo festum impeditur, vel in dominica quando ipsum festum occurrit infra hebdomadam, vel alio statuto die.

357. Solemnitas externa alicui festo aut ipso iure competit, aut peculiari indulto conceditur.

358. Solemnitas externa ipso iure competit dumtaxat: *a)* festo Ssmi Cordis Iesu, in dominica III post Pentecosten; *b)* festo B. Mariae Virg. a Rosario, in dominica I mensis octobris; *c)* festis I aut II classis, quae cum quadam peculiari actione liturgica sunt connexa, si eadem actio liturgica, approbante Sancta Sede, in dominicam transfertur, pro ea tantum Missa, quae coniunctim cum praedicta actione liturgica celebratur; *d)* festo Patroni principalis, rite constituti; *e)* anniversario Dedicationis propriae ecclesiae; *f)* festo Tituli propriae ecclesiae; *g)* festo Tituli Ordinis seu Congregationis; *h)* festo Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis; *i)* festis I et II classis, quae cum peculiari populi concursu celebrantur: cuius rei index est loci Ordinarius.

359. Solemnitas externa, si ipso iure competit, nec supra, n. 358, pro quibusdam solemnitatibus externis aliter statuta, fieri potest aut ipso die quo festum impeditur, aut in dominica immediate praecedenti vel immediate sequenti Officium festi impediti, iuxta rubricas.

Si vero peculiari indulto conceditur, solemnitas externa diei definito assignatur.

360. De festo cuius fit solemnitas externa, celebrari potest una Missa in cantu et altera lecta, vel duae Missae lectae, tamquam votivae II classis, excepto casu de quo n. 358 *c*. /

361. Solemnitates externae per peculiare indultum quibus- 658
dam dioecesibus, ecclesiis vel familiis religiosis iam antea cessae, in vigore manent, ea tamen restrictione quod diebus

liturgicis I classis prohibeantur, et numquam plures quam duae Missae de eadem solemnitate celebrari possint.

VI—De Missa votiva in die coronationis Summi Pontificis et in anniversariis Papae et Episcopi dioecesani

362. *In die coronationis Summi Pontificis; in anniversario coronationis Summi Pontificis; in anniversario aut electionis aut consecrationis aut translationis Episcopi dioecesani* (semel scilicet, die ab ipso Episcopo eligendo), pro Missa conventuali, in ecclesiis cathedralibus et collegiatis, dicitur Missa votiva propria, ad modum Missae votivae II classis.

363. Si autem haec Missa votiva impeditur, haec servantur: *a)* si anniversarium coronationis Summi Pontificis *perpetuo* impeditur pro universa Ecclesia; aut si anniversarium Episcopi perpetuo impeditur pro universa dioecesi, fixe reponitur in proximiorem diem similiter non impeditum. Pariter reponitur anniversarium Episcopi dioecesani, si eodem die occurrat dies coronationis Summi Pontificis vel eiusdem anniversarium; *b)* si *accidentaliter* tantum impediuntur a die sub nn. 1, 2, 3 et 8 in tabella praecedentiae recensito, transferuntur in proximum diem qui non sit I classis.

364. Iisdem diebus, supra n. 362, recensitis, in omnibus ecclesiis et in omnibus Missis, praeter quam defunctorum, additur oratio pro Papa aut pro Episcopo, prout infra, n. 449, indicatur. Attamen haec oratio transfertur, quoties transfertur Missa votiva in ecclesiis cathedralibus et collegiatis.

365. Una Missa «In anniversario coronationis Papae» permittitur, de consensu Ordinarii loci, tamquam votiva II classis, in singulis ecclesiis, die quo peculiares aguntur celebrationes in honorem Summi Pontificis.

VII—De Missa votiva pro re gravi et publica simul causa

366. Nomine Missae votivae pro re gravi et publica simul causa intellegitur Missa quae, de mandato vel consensu Ordinarii loci, cum populi concursu celebratur, pro aliqua gravi necessitate vel utili/tate spirituali vel temporali, quae communitatem vel notabilem ipsius partem afficit. 659

367. Missa votiva pro re gravi est unica in qualibet ecclesia; et sumitur Missa quae necessitati convenit, aut, ea deficiente «Missa pro quacumque necessitate», iuxta ea quae supra, n. 316, indicantur.

368. Cum occurrit gravis necessitas aut publica calamitas, tempus autem Ordinarium loci adeundi non suppetit, parochus Missam votivam, ut supra, n. 366, in sua paroecia statuere potest.

VIII—De Missa «Pro Fidei propagatione»

369. Una Missa «Pro Fidei propagatione» celebrari permittitur, tamquam votiva II classis, in singulis ecclesiis, die quo peculiares habentur celebrationes pro Missionibus, et occasione Congressus missionalis.

IX—De Missis votivis in quibusdam occasionibus peculiaribus

370. Missae de quibus agitur hac paragrapho, peculiares respiciunt celebrationes, coetibus quibusdam particularibus aut parti tantum fidelium proprias.

Peculiares autem huiusmodi celebrationes sunt: *a) pro paroeciis:* initium et finis sacrae Missionis ad populum; iubilaea maiora paroeciae et parochi vel alterius sacerdotis in paroecia degentis; solemnes celebrationes extraordinariae, et similia; *b) pro scholis, collegiis, seminariis et aliis institutis huius generis:* initium et finis anni scholaris; iubilaea extraordinaria, ut sunt quinquagesimum vel centesimum anniversarium ab eorum institutione; *c) pro domibus religiosis:* solemnia vestitionis aut professionis; initium et finis Capituli generalis, provincialis; iubilaea maiora Religionis, provinciae, domus; vigesimum quintum vel quinquagesimum anniversarium a professione vel ordinatione sacerdotali sodalium; *d) pro diversis coetibus*, uti sunt confraternitates, societates piae, uniones professionales et similia: conventus generales annui; conventus extraordinarii plurium coetuum eiusdem generis: iubilaea maiora et similia; *e) pro domibus exercitiorum:* initium et finis 660
cursus exercitiorum vel conventus extraordinarii; *f) pro nosocomiis, castris, carceribus et institutis similibus:* cele/brationes extraordinariae religiosae, et aliae festivitates modo vel tempore extraordinario celebrandae.

371. Huiusmodi Missa, unica pro singulis occasionibus, est votiva II classis, et celebratur aut de mandato aut de consensu respectivi Ordinarii.

372. Missa, his occasionibus celebranda, seligatur conveniens, iuxta occasionum diversitatem, ex. gr. de Spiritu Sancto, pro gratiarum actione, de aliquo mysterio Domini, de B. Maria Virg., aut Sancto, aut inter Missas votivas ad diversa.

X—De Missis votivis in sanctuariis

373. Sanctuarii nomine venit ecclesia seu aedes sacra divino cultui publice exercendo dicata, quae ob peculiarem pietatis causam (ex. gr. ob imaginem sacram ibi veneratam, ob reliquam ibi conditam, ob miraculum quod Deus ibi operatus sit, ob peculiarem indulgentiam ibi lucrandam) a fidelibus constituitur meta peregrinationum ad gratias impetrandas vel vota solvenda.

374. Missae votivae, ex indulto Sanctae Sedis, sanctuariis vel aliis piis locis concessae vel concedendae, sunt Missae votivae II classis.

375. Ad omnia altaria sanctuarii, Missa votiva celebrari potest singulis diebus quibus Missae votivae II classis permittuntur, sed solummodo a sacerdotibus peregrinis, aut quoties Missa dicitur in favorem peregrinantium.

376. Similiter, in piis locis, Missa votiva celebrari potest, ut votiva II classis, a sacerdotibus ipsum pium locum visitantibus.

377. Praeter casus nn. 375 et 376 recensitos, Missa votiva celebrari potest tantum ut votiva IV classis.

XI—De Missa votiva «Pro Sponsis» et de Missa pro gratiarum actione in 25.° et 50.° anniversario a celebratione matrimonii

378. Missa votiva «Pro Sponsis», vel saltem eius oratio in Missa diei impedientis, permittitur quoties nuptiae celebrantur, sive extra tempus clausum, sive etiam tempore clauso, si loci Ordinarius, ex iuxta causa, solemnem nuptiarum benedictionem permiserit. / 661

379. Praeter dies quibus Missae votivae II classis prohibentur, Missa «Pro Sponsis» prohibetur etiam dominicis diebus et quoties, iuxta n. 381 *c*, benedictio nuptialis dari nequit.

380. Quoties Missa «Pro Sponsis», non autem benedictio nuptialis, prohibetur, dicitur Missa de Officio diei, cuius orationi additur, sub unica conclusione, oratio Missae votivae impeditae iis etiam diebus quibus, iuxta n. 343 *c*, commemoratio Missae votivae II classis impeditae prohibetur; et in ea datur benedictio nuptialis more solito.

Cum vero tam Missa «Pro Sponsis» quam benedictio nuptialis prohibentur, Missa una cum benedictione transferri potest in opportuniorem diem non impeditum, post celebratum matrimonium.

381. Quoad Missam «Pro Sponsis» et benedictionem nuptialem, haec insuper serventur: *a)* benedictio nuptialis a Missa inseparabilis est. Proinde extra Missam dari nequit, nisi ex Apostolico Indulto; quo in casu, impertienda est iuxta formulam, quae invenitur in Rituali romano, tit. VIII, capite III; *b)* benedictio nuptialis infra Missam dari debet a sacerdote qui Missam celebrat, etiamsi alius sacerdos matrimonio adstiterit; *c)* benedictio nuptialis omittitur, si sponsi non sunt praesentes; et si uterque vel alteruter benedictionem iam acceperit, servata nihilominus, sicubi vigeat, consuetudine benedictionem impertiendi, si hanc vir tantum obtinuerit; *d)* in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum et in Triduo sacro, prohibetur et Missa votiva et eius commemoratio in Missa diei, et benedictio nuptialis infra Missam.

382. Pro gratiarum actione in 25.° vel 50.° anniversario a celebratione matrimonii, dici potest, ut votiva II classis, aut Missa de Ssma Trinitate aut de B. Maria Virg., addita oratione pro gratiarum actione sub unica conclusione cum prima.

Missa finita, super coniuges dicuntur preces quae inveniuntur in Rituali romano, tit. VIII, cap. VII.

XII—De aliis quibusdam Missis votivis II classis

383. Praeter Missas votivas II classis, numeris praecedentibus recensitas, revocare oportet Missas votivas lectas, quae permittuntur, tamquam votivae II classis, in celebrationibus Congressus eucharistici (n. 336), et in quibusdam celebrationibus extraordinariis (n. 340 *b*). / 662

D) *De Missis votivis III classis*

384. Nomine Missae votivae III classis intellegitur Missa votiva quae celebrari potest diebus liturgicis III et IV classis.

385. Missae votivae III classis, a rubricis generalibus praevisae, sunt: *a)* una Missa de D. N. Iesu Christo, summo atque aeterno Sacerdote, prima feria V vel primo sabbato cuiusque mensis, in ecclesiis et oratoriis in quibus peculiaria pietatis exercitia pro cleri sanctificatione, eo die, peraguntur; *b)* duae Missae de Ssmo Corde Iesu, prima feria sexta cuiusque mensis, in ecclesiis et oratoriis in quibus peculiaria pietatis exercitia in honorem eiusdem Ssmi Cordis, eo die, peraguntur; *c)* una Missa de Immaculato Corde B. Mariae Virginis, primo sabbato cuiusque mensis, in ecclesiis et oratoriis, in quibus peculiaria pietatis exercitia in honorem eiusdem Immaculati Cordis B. Mariae Virginis, eo die, peraguntur.

His addi debet Missa de Ssmo Eucharistiae Sacramento, quae singulis sacerdotibus permittitur, diebus Congressus eucharistici (n. 337).

386. Ratio ordinandi Missas votivas III classis haec est: *a)* dicuntur cum *Gloria*; sed semper sine *Credo*; *b)* admittunt duas commemorationes, aut unam commemorationem et collectam ab Ordinario loci imperatam; *c)* si in cantu celebrantur, adhibetur tonus solemnis; *d)* quoties prohibentur, non commemorantur in Missa diei.

E) *De Missis votivis IV classis*

387. Missa votiva IV classis est Missa votiva quae celebrari potest tantum diebus liturgicis IV classis.

388. Pro Missa votiva IV classis sumi potest quaelibet Missa, quae a rubricis tamquam votiva permittitur. Requiritur tamen iusta causa, scilicet sacerdotis celebrantis vel fidelium necessitas, utilitas aut devotio.

389. In Ordinanda Missa votiva IV classis, haec serventur: *a)* non dicitur *Gloria*, nisi in Missis de Angelis, quocumque die, et in Missis de B. Maria Virg., in sabbato; *b)* praeter orationem Missae, dici possunt duae aliae orationes, inter / quas adnume- 663
randae sunt sive commemorationes de Officio diei aut in Officio diei occurrentes, sive collecta ab Ordinario loci imperata, sive oratio votiva; *c) Credo* semper omittitur; *d)* si in cantu celebrantur, adhibetur tonus ferialis.

http://www.obrascatolicas.com

CAP. VII. DE MISSIS DEFUNCTORUM

A) *De Missis defunctorum in genere*

390. Missae pro defunctis, quae celebrantur in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, sunt iuxta ordinem Officii; omnes aliae Missae pro defunctis sunt extra ordinem Officii.

391. In Missis defunctorum nulla fit commemoratio de Officio diei currentis.

392. Missae defunctorum sunt I, II, III aut IV classis; de singulis agitur numeris sequentibus.

393. Quaevis Missa defunctorum, etiam exsequialis, prohibetur: *a)* in ecclesiis et oratoriis ubi, quavis ratione, habeatur expositio Ssmi Sacramenti, toto expositionis tempore. Excipiuntur Missae in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum (n. 352); *b)* in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, quoties urgeat onus Missae conventualis, cui per alium sacerdotem satisfieri nequeat; nisi ipsa Missa conventualis dici debeat aut possit pro defunctis; *c)* in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, die 2 februarii, et feria IV cinerum, si respective fit benedictio candelarum aut cinerum; et in Litaniis maioribus et minoribus, si dicenda sit Missa de Rogationibus.

394. Prima Missa ex iis quae habentur in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, adhibitis orationibus propriis, in Missali inter orationes diversas pro defunctis assignatis sumitur: *a)* pro defunctis Summo Pontifice, Cardinalibus, Episcopis, et Sacerdotibus, in omnibus Missis I, II et III classis; *b)* in anniversariis omnium defunctorum alicuius Ordinis
664 vel Congregationis clericalis. /

395. Missa quae inscribitur «In die obitus seu depositionis defuncti» dicitur pro defunctis non sacerdotibus: *a)* in Missa exsequiali; *b)* in Missis pro die obitus; *c)* in Missis post acceptum mortis nuntium; *d)* in ultima defuncti sepultura; *e)* in die III, VII et XXX, adhibitis tamen orationibus propriis.

396. Missa quae inscribitur «In anniversario defunctorum» sumitur in anniversariis defunctorum qui non sunt sacerdotes.

397. Missa «quotidiana» sumitur pro omnibus defunctis cuiusque ordinis vel gradus, extra dies supra recensitos.

398. Quoad orationes in Missis defunctorum, haec servantur: *a)* omnes Missae defunctorum, sive in cantu sive lectae, per se dicuntur cum unica oratione, nisi oratio imperata pro defunctis, iuxta n. 458, addi debeat, vel oratio votiva pro defunctis, iuxta n. 464, addi possit; *b)* in Missis defunctorum IV classis, si pro certis defunctis applicentur, dicitur oratio conveniens, ut in Missali inter orationes diversas pro defunctis; si applicentur pro defunctis in genere, vel designatio ignoretur, dicitur oratio *Fidelium; c)* in Missis defunctorum prohibetur quaevis oratio, quae non est pro defunctis.

399. Sequentia *Dies irae: a)* dici debet tantum in Missis defunctorum I classis. Attamen in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum, cum quis tres Missas sine intermissione celebrat, sequentiam dicere debet tantum in Missa principali, secus in prima Missa; *in* aliis Missis, nisi sint in cantu, eam omittere potest; *b)* omitti potest in Missis defunctorum II, III et IV classis.

400. Quaelibet Missa defunctorum potest esse aut in cantu aut lecta.

401. Absolutio super cadaver aut super tumulum: *a)* fieri debet post Missam exsequialem; *b)* fieri potest post ceteras Missas defunctorum; *c)* fieri potest, ex rationabili causa, etiam
665 post Missas quae non sunt defunctorum. /

B) *De Missis defunctorum I classis*

I—De Missis defunctorum I classis in genere

402. Missae defunctorum I classis sunt: *a)* Missae in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum; *b)* Missa exsequialis.

II—De Missis in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum

403. In die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum, quilibet sacerdos tres Missas celebrare potest, ut in Missali hoc die.

404. In dicendis Missis huius diei, haec serventur: *a)* qui unam dumtaxat Missam celebrat, primam adhibet; qui vero duas, primam et secundam; *b)* qui Missam in cantu vel conventualem celebrat, primam adhibet, facta el potestate anticipandae secundae et tertiae; *c)* qui plures Missas in cantu celebrat, in diversis ecclesiis, semper primam adhibere debet; *d)* si vero plures Missae, in eadem ecclesia, in cantu celebrantur, primum adhibeatur prima, deinde secunda et denique tertia.

III—De Missa exsequiali

405. Nomine Missae exsequialis intellegitur unica Missa pro defunctis, quae directe connectitur cum exsequiis alicuius defuncti.

Haec Missa, per se, celebranda est praesente cadavere; celebrari vero potest etiam, rationabilem ob causam, absente vel iam sepulto.

406. Missa exsequialis prohibetur: *a)* diebus sub nn. 1, 2, 3, 4, 5 et 6 in tabella praecedentiae recensitis; *b)* diebus festis de praecepto, inter festa sub n. 11 in tabella praecedentiae comprehensis; *c)* in anniversario Dedicationis et in festo Tituli ecclesiae, in qua funus peragitur; *d)* in festo Patroni principalis oppidi vel civitatis; *e)* in festo Tituli et Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis, ad quam pertinet ecclesia in qua funus peragitur.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
CLEVELAND, OHIO

407. Si Officium alicuius festi, de quo n. 406, iuxta rubricas, in alium diem accidentaliter transferendum sit, Missa exsequialis prohibetur die / quo festum impeditur ac permittitur
666 die in quem transfertur Officium; si vero solemnitas externa alicuius festi fit in dominica, Missa exsequialis prohibetur die quo fit solemnitas externa, non autem die festo.

408. Quoties Missa exsequialis prohibetur, vel, ob rationabilem causam, in ipso actu funeris celebrari nequit, transferri potest in proximiorem diem similiter non impeditum.

409. In Commemoratione omnium Fidelium defunctorum pro Missa exsequiali sumitur prima Missa diei cum orationibus pro respectivo defuncto in Missa exsequiali dicendis. Si vero prima Missa celebratur pro Officio diei, pro Missa exsequiali sumitur secunda, aut denique tertia.

C) *De Missis defunctorum II classis*

I—De Missis defunctorum II classis in genere

410. Missae defunctorum II classis sunt: *a)* Missae pro die obitus; *b)* Missa post acceptum mortis nuntium; *c)* Missa in ultima defuncti sepultura.

411. Omnes Missae defunctorum II classis dicuntur ut in die obitus; permittuntur autem dummodo: *a)* pro ipso defuncto applicentur; *b)* non occurrat dies liturgicus I classis aut dominica quaevis.

Si Missa in die obitus dicitur ultra octiduum a die obitus seu sepulturae defuncti, in oratione et postcommunione omittitur adverbium *hodie.*

II—De Missis pro die obitus

412. Nomine «Missae pro die obitus» intelleguntur Missae quae pro aliquo defuncto celebrantur a die obitus usque ad diem sepulturae: *a)* sive in oratorio privato ipsius defuncti, dummodo cadaver sit physice praesens in domo; *b)* sive in ecclesia vel oratorio loci ubi defunctus obiit, sepelitur vel habuit domicilium; *c)* sive in ecclesia vel oratorio in quo celebratur Missa exsequialis, etsi a funere defuncti seiuncta. /
667

III—De Missa post acceptum mortis nuntium

413. Nomine «Missae post acceptum mortis nuntium» intellegitur unica Missa quae pro aliquo defuncto dici potest in qualibet ecclesia vel oratorio, opportuniore die post acceptum mortis nuntium.

IV—De Missa in ultima defuncti sepultura

414. Nomine Missae in ultima defuncti sepultura intelligitur unica Missa, quae dici potest in ecclesia vel oratorio illius loci, ubi corpus defuncti iam humatum ad definitivam sepulturam defertur, eo ipso die eiusdem definitivae sepulturae.

D) *De Missis defunctorum III classis*

I—De Missis defunctorum III classis in genere

415. Missae defunctorum III classis sunt: *a)* Missa in die III, VII et XXX ab obitu vel sepultura defuncti; *b)* Missa «in anniversario»; *c)* Missae defunctorum in ecclesiis et sacellis coemeterii; *d)* Missae defunctorum intra octiduum Commemorationis omnium Fidelium defunctorum.

416. Missae defunctorum III classis prohibentur diebus liturgicis I et II classis; et adhibetur formula quae infra pro singulis Missis indicatur, nisi iuxta n. 394 prima Missa ex iis quae habentur in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum sumenda sit.

II—De Missa in die III, VII et XXX ab obitu vel sepultura

417. In die III, VII et XXX ab obitu vel sepultura defuncti computando, in qualibet ecclesia vel oratorio dici potest pro defuncto *unica* Missa ut in die obitus, adhibitis orationibus propriis, quae in fine huius Missae inveniuntur.

Quoties haec Missa a rubricis impeditur, transferri potest in proximiorem diem similiter non impeditum.

Huiusmodi Missae plures esse possunt diebus quibus Missae defunctorum IV classis permittuntur. /
668

III—De Missa «in anniversario»

418. Anniversarium *stricte sumptum* intellegitur annuus recursus diei obitus aut sepulturae alicuius defuncti; *late sumptum* vero intellegitur aut anniversarium ex fundatione extra diem obitus vel sepulturae semel quolibet anno celebrandum, aut celebratio quae pro omnibus defunctis alicuius coetus, item semel quolibet anno, habetur, die aut ex fundatione vel consuetudine coetus statuto aut a coetu vel sacerdote celebrante statuendo.

419. His diebus, in qualibet ecclesia vel oratorio, permittitur *una* Missa quae dicenda est ut in anniversario; et quoties a rubricis prohibetur, transferri potest in proximiorem diem similiter non impeditum.

Huiusmodi Missae plures esse possunt diebus quibus Missae defunctorum IV classis permittuntur.

IV—De Missis in ecclesiis et sacellis coemeterii

420. Nomine ecclesiae vel sacelli cometerii intellegitur: *a)* ecclesia vel oratorium publicum principale coemeterii, in quo actu cadavera sepeliuntur, dummodo huiusmodi ecclesia vel oratorium adnexum non habeat onus chorale aut curam

animarum; *b)* sacellum alicuius particularis sepulcreti rite erecti intra fines coemeterii.

421. Missae quae his locis celebrantur, dummodo pro defunctis applicentur, dici possunt de requie, adhibita «Missa
669 quotidiana» cum oratione convenienti. /

V—De Missis defunctorum intra octiduum Commemorationis omnium Fidelium defunctorum

422. Intra octiduum a die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum inclusive computandum, omnes Missae, quae applicantur pro omnibus vel quibusdam defunctis, dici possunt de requie, adhibita Missa «quotidiana» cum oratione convenienti. -

E) *De Missis defunctorum IV classis, seu «quotidianis»*

423. Missae defunctorum IV classis sunt aliae Missae defunctorum «quotidianae», quae celebrari possunt, loco Missae Officio diei respondentis, in feriis IV classis tantum, extra tempus natalicium.

Maxime convenit ut hae Missae defunctorum IV classis tunc tantum dicantur cum revera pro defunctis, aut in genere aut certo designatis, applicantur.

CAP. VIII. DE DIVERSIS MISSAE PARTIBUS

A) *De psalmo* Iudica me, Deus, *confessione et altaris incensatione*

424. Psalmus *Iudica me, Deus* cum sua antiphona, et confessio cum absolutione dicuntur, ante gradus altaris, in qualibet Missa sive in cantu sive lecta; omittuntur autem una cum sequentibus versibus et orationibus *Aufer a nobis* et *Oramus te, Domine,* in: *a)* Missa festi Purificationis B. Mariae Virg., quae sequitur benedictionem et processionem candelarum; *b)* Missa feriae IV cinerum, quae dicitur post benedictionem et impositionem cinerum; *c)* Missa dominicae II Passionis seu in palmis, quae sequitur benedictionem et processionem ramorum; *d)* Missa Vigiliae paschalis; *e)* Missa Rogationum, quae sequitur processionem Litaniarum tam maiorum quam minorum; *f)* certis Missis, quae sequuntur quasdam consecrationes, ex rubricis Pontificalis romani.

425. Psalmus *Iudica me, Deus* omittitur: *a)* in Missis de Tempore, a dominica I Passionis usque ad feriam V in Cena Domini; *b)* in Missis defunctorum.

426. Incensationes quae in Missa solemni fieri debent, fieri possunt etiam in omnibus Missis cantatis.

B) *De antiphona ad Introitum, et* Kyrie, eleison

427. Ad Introitum dicitur antiphona cum versu psalmi et
670 *Gloria Patri;* atque, his expletis, repetitur antiphona. /

Deest vero antiphona ad Introitum cum psalmo et *Gloria Patri* in Missa Vigiliae paschalis.

428. *Gloria Patri* ad Introitum omittitur in Missis de Tempore, a dominica I Passionis usque ad feriam V in Cena Domini, et in Missis defunctorum.

429. Tempore paschali antiphonae ad Introitum duplex additur *Alleluia,* nisi iam habeatur. E contra, in qualibet antiphona ad Introitum, *Alleluia* omittitur quoties Missa dicitur extra tempus paschale, nisi in quibusdam Missis aliter indicetur.

430. *Kyrie, eleison* dicitur novies post repetitam antiphonam ad Introitum, id est ter *Kyrie, eleison,* ter *Christe, eleison,* et ter *Kyrie, eleison.*

C) *De hymno* Gloria in excelsis

431. Hymnus *Gloria in excelsis* dicitur: *a)* in Missis quae respondent Officio diei, quotiescumque ad Matutinum dictus est hymnus *Te Deum; b)* in Missis festivis de quibus n. 302; *c)* in Missis feriae V in Cena Domini, et in Missa Vigiliae paschalis; *d)* in Missis votivis I, II et III classis, nisi adhibeatur color violaceus paramentorum; *e)* in Missis votivis IV classis de Angelis, quocumque die, et de B. Maria Virg. quae in sabbato celebrantur.

432. Hymnus *Gloria in excelsis* omittitur: *a)* in Missis quae respondent Officio diei, quando ad Matutinum omittitur hymnus *Te Deum; b)* in omnibus Missis in quibus adhibetur color violaceus paramentorum; *c)* in Missis votivis IV classis, iis exceptis de quibus n. 431 *e; d)* in Missis defunctorum.

D) *De orationibus*

I—De orationibus in genere

433. Nomine orationum, in Missa, intellegi debent: *a)* oratio Missae quae celebratur; *b)* orationes Officii commemorati
671 et alicuius commemorationis occurrentis; / *c)* aliae orationes a rubricis praescriptae (nn. 447-453); *d)* oratio ab Ordinario loci imperata (nn. 454-460); *e)* oratio votiva, quae certis diebus liturgicis dici potest ad libitum sacerdotis celebrantis (nn. 461-465).

434. Numero orationum pro singulis diebus liturgicis statuto complectuntur tam oratio Missae et commemorationes quam aliae orationes sive a rubricis praescriptae sive ab Ordinario imperatae sive votivae. Proinde, post orationem Missae: *a)* in diebus liturgicis I classis, in Missis votivis I classis, et in Missis in cantu non conventualibus, nulla alia admittitur oratio, praeter orationem sub unica conclusione dicendam et unam commemorationem privilegiatam, salvo praescripto n. 333; *b)* in dominicis II classis, nulla alia admittitur oratio, praeter commemorationem festi II classis, quae tamen omittitur si commemoratio privilegiata facienda sit; *c)* in aliis diebus liturgicis II classis et in Missis votivis II classis una tantum alia admittitur oratio, scilicet aut una privilegata aut una ordinaria; *d)* in diebus liturgicis III et IV classis et in Missis votivis III et IV classis duae tantum admittuntur orationes.

435. Quaelibet oratio, quae numerum pro singulis diebus liturgicis statutum superet, omittitur; profecto numerum ternarium orationum nullo praetextu excedere licet.

436. Oratio propria Missae semper dicitur sub sua conclusione, nisi ipsi alia oratio, sub eadem conclusione, iugenda sit, ut infra nn. 444-445 dicetur.

437. Sub altera conclusione semper dicuntur: *a)* commemorationes faciendae; *b)* oratio ab Ordinario loci imperata; *c)* oratio votiva.

438. Si duae orationes in prima aut in altera parte sint iisdem fere verbis compositae, oratio posterior: *a)* si est de Tempore, mutatur in aliam de sequenti dominica vel feria; *b)* si agitur de Sancto, mutatur in aliam de eodem vel simili Communi; *c)* si agitur de oratione imperata, omittitur. /

439. In orationibus Officii translati vel repositi non sunt 672
mutanda verba *hanc* vel *hodiernam* vel *praesentem diem,* aut similia.

440. Quoties in Missali dicenda occurrunt verba *Flectamus genua, Levate,* in Missa solemni a diacono, in ceteris Missis a celebrante proferenda sunt; et post *Flectamus genua,* omnes, una cum celebrante, flexis genibus, per aliquod temporis spatium in silentio orant; dicto *Levate,* omnes surgunt, et celebrans dicit orationem.

441. Ad qualitatem et numerum orationum in Missis defunctorum quod attinet, serventur ea quae n. 398 tradita sunt.

II—De orationibus in Missis cum pluribus lectionibus

442. In Missis cum pluribus lectionibus (nn. 467-468) commemorationes et aliae orationes ponuntur post orationem quae praecedit ultimam lectionem seu epistolam; et haec tantum oratio computatur ad numerum orationum definiendum.

443. Ad commemorandam feriam cuius Missa plures habet lectiones, sumitur prima oratio, scilicet ea quae dicta est in Laudibus.

III—De orationibus sub unica conclusione cum oratione Missae dicendis

444. Orationi Missae additur, sub unica conclusione, altera oratio, solummodo si agitur: *a)* de oratione rituali (n. 447); *b)* de oratione Missae votivae I aut II classis impeditae (nn. 330 *c,* 343 *c); c)* de alia oratione a rubricis expresse indicata aut concessa uti dicenda sub unica conclusione cum oratione Missae (nn. 110, 350, 449, 451, 453).

445. Sub unica conclusione cum oratione Missae una tantum dici potest alia oratio.

Si vero plures orationes, iuxta rubricas, sub unica conclusione cum oratione Missae essent dicendae, una tantum retinetur, secundum ordinem supra, n. 444, descriptum; reliquae omittuntur.

446. Oratio dicenda sub unica conclusione cum oratione Missae una cum illa computatur; et dicenda est etiam in Missis in cantu. /
673

IV—De orationibus ritualibus

447. Nomine «orationis ritualis» intellegitur oratio dicenda in Missa quae cum sequentibus benedictionibus vel consecrationibus connectitur: *a)* consecratione Episcopi, *b)* collatione sacrorum Ordinum, *c)* benedictione Abbatis, *d)* benedictione Abbatissae, *e)* benedictione et consecratione Virginum, *f)* benedictione coemeterii, *g)* reconciliatione ecclesiae, *h)* reconciliatione coemeterii.

Hae orationes, quae exstant inter Missas votivas ad diversa, semper addendae sunt, sub unica conclusione, orationi Missae.

448. In Missis in quibus additur oratio ritualis, excluduntur omnes aliae orationes, praeter commemorationes privilegiatas.

V—De orationibus in die coronationis Summi Pontificis et in anniversariis Papae et Episcopi dioecesani

449. In die coronationis Summi Pontificis et in anniversario eiusdem, necnon in anniversario aut electionis aut consecrationis aut translationis Episcopi dioecesani (semel scilicet, die ab ipso Episcopo eligendo), in omnibus Missis, praeterquam defunctorum, additur, sub unica conclusione cum oratione Missae, oratio pro Papa aut pro Episcopo, modo ne occurrat dies liturgicus sub n. 1, 2, 3 et 8 in tabella praecedentiae recensitus (cfr. n. 363).

450. Quoties impeditur, oratio pro Papa aut pro Episcopo transfertur in proximiorem diem similiter non impeditum, eodem modo ac transfertur Missa conventualis pro iisdem anniversariis, in ecclesiis cathedralibus et collegiatis (n. 364).

VI—De oratione pro seipso sacerdote in anniversario propriae Ordinationis sacerdotalis

451. In anniversario propriae Ordinationis sacerdotalis, quilibet sacerdos orationi Missae, sub unica conclusione, orationem pro seipso addere potest, modo ne occurrat dies liturgicus sub nn. 1, 2, 3 et 8 in tabella praecedentiae recensitus. / 674

452. Quoties impeditur, oratio pro seipso sacerdote transferri potest in proximiorem diem similiter non impeditum.

http://www.obrascatolicas.com

VII—De oratione «Pro Fidei propagatione»

453. Paenultima dominica mensis octobris, aut alia ab Ordinario loci statuta «pro Missionibus», in omnibus Missis, orationi Missae additur, sub unica conclusione, oratio pro Fidei propagatione, exceptis diebus sub n. 1, 2, 3 et 8 in tabella praecedentiae recensitis.

VIII—De oratione imperata

454. Nomine orationis imperatae intellegitur oratio, quam Ordinarius loci imperare potest, occurrente gravi et publica necessitate aut calamitate.

455. Tamquam imperata, ab Ordinario loci praescribi potest quaelibet oratio e Missis, quae tamquam votivae celebrari permittuntur, aut ex orationibus ad diversa, aut ex Missis et orationibus pro defunctis.

456. Maxime convenit ut Ordinarius loci orationem imperatam non modo stabili imponat, sed tantum ex causa revera gravi et per spatium quod tempus verae necessitatis non excedat.

457. Oratio imperata: *a)* una tantum esse potest; *b)* dici debet ab omnibus sacerdotibus Sacrum facientibus in ecclesiis et oratoriis, etiam exemptis, dioecesis; *c)* numquam dicitur sub unica conclusione cum oratione Missae, sed post commemorationes privilegiatas; *d)* prohibetur omnibus diebus liturgicis I et II classis, in Missis votivis I et II classis, in Missis in cantu et quoties commemorationes privilegiatae numerum pro singulis diebus liturgicis statutum compleverint.

458. Oratio imperata pro defunctis dicitur tantum in feriis IV classis, et in Missis votivis aut defunctorum lectis IV classis.

459. In publica calamitate aut necessitate, natura sua per longius tempus persistente (v. gr. bello, pestilentia et similibus), Ordinarius loci imponere quidem potest orationem imperatam convenientem *pro toto tempore* infausti eventus; sed haec oratio: *a)* dicitur tantummodo feriis secunda, quarta et sexta; *b)* prohibetur iisdem diebus et in Missis de quibus supra, n. 457 *d.*

460. Occurrente urgentiore, gravi et publica necessitate aut calamitate, nec tempus suppetat adeundi Ordinarium loci, parochus, intra fines suae paroeciae, etiam pro ecclesiis et oratoriis exemptis, statuere potest orationem convenientem discendam per tres dies continuos. Haec oratio iisdem diebus et in iisdem Missis prohibetur ac oratio ab Ordinario loci imperata (n. 457 *d*); quae, si dicenda esset, omittitur.

IX—De oratione votiva

461. Quilibet sacerdos addere potest unam orationem ad libitum in omnibus Missis lectis non conventualibus diebus liturgicis IV classis.

462. Oratio votiva eligi potest aut ex Missis, quae tamquam votivae celebrari permittuntur, aut ex orationibus ad diversa, aut ex Missis et orationibus pro defunctis.

463. Haec oratio ponitur ultimo loco, post alias orationes, non autem excedere debet numerum ternarium orationum.

464. Oratio votiva pro defunctis addi potest in Missis lectis non conventualibus defunctorum IV classis.

465. In oratione *A cunctis*, nominari potest sive Titularis propriae ecclesiae, sive quilibet Patronus principalis, sive Fundator aut Titulus Ordinis seu Congregationis. Ceterum servetur rubricae quae, pro hac oratione, in Missali inveniuntur.

E) *De lectionibus et aliis usque ad Evangelium*

466. Post orationes dicitur Epistola; qua finita, respondetur *Deo gratias*.

467. Epistolae praemittitur una lectio: *a)* in feriis IV Quatuor Temporum; *b)* in feria IV hebdomadae IV Quadragesimae; *c)* in feria IV Hebdomadae sanctae.

In fine huius lectionis respondetur *Deo gratias*.

468. Quinque lectiones praemittuntur epistolae in sabbatis Quatuor Temporum; et in fine cuiusque lectionis, praeter quam post lectionem Danielis prophetae, respondetur *Deo gratias*.

In Missis conventualibus, et in Missis in quibus sacri Ordines conferuntur, semper dici debent omnes lectiones cum suis orationibus et versibus; in ceteris Missis, sive in cantu sive lectis, dici potest tantum prima oratio, quae respondet Officio, cum *Flectamus genua*, si dicendum est, et prima lectio cum suis versibus, deinde, dictis more solito *Dominus vobiscum*. *Et cum spiritu tuo* et *Oremus*, secunda oratio sine *Flectamus genua*, quam sequuntur aliae commemorationes forte occurrentes, et, omissis sequentibus lectionibus cum suis versibus et orationibus, statim subiungitur ultima lectio seu epistola cum sequenti tractu et, sabbato post Pentecosten, cum sequentia.

469. Post Epistolam, dicitur graduale, *Alleluia* cum suis versibus, aut tractus, prout in Missali suo loco indicatur.

470. Sequentia dicitur ante ultimum *Alleluia* vel post tractum. Omittitur in Missis votivis. Ad sequentiam *Dies irae* quod attinet, serventur normae n. 399 traditae.

471. In principio Evangelii dicitur *Dominus vobiscum*, cui respondetur *Et cum spiritu tuo*; deinde: *Sequentia* (vel *Initium*) *sancti Evangelii secundum N.*, cui respondetur *Gloria tibi, Domine*; et in fine respondetur *Laus tibi, Christe*.

472. In Hebdomada sancta, ante lectionem historiae Passionis Domini non dicitur *Dominus vobiscum*, neque *Sequentia sancti Evangelii, Gloria tibi, Domine*, sed *Passio Domini nostri Iesu Christi secundum N.*, et in fine non respondetur *Laus tibi, Christe*.

473. In Missis in cantu, ea omnia, quae diaconus vel subdiaconus aut lector, vi proprii offici cantant vel legunt, a celebrante omittuntur.

474. Post Evangelium, praesertim in dominicis et diebus festis de praecepto, habeatur, iuxta opportunitatem, brevis homilia ad populum.

Homilia vero, si fiat ab alio sacerdote ac celebrante, non vulperimponatur Missae celebrationi impediendo fidelium participationem; proinde, hoc in casu, Missae celebratio suspendatur, et tantummodo expleta homilia resumatur.

F) *De symbolo*

475. Post Evangelium aut homiliam, dicitur symbolum: *a)* in qualibet dominica, etsi eius Officium alicui festo locum cedat, vel Missa votiva II classis celebretur; *b)* in festis I classis et in Missis votivis I classis; *c)* in festis II classis Domini et B. Mariae Virg.; *d)* per octavas Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes, etiam in festis occurrentibus et in Missis votivis; *e)* in festis natalitiis Apostolorum et Evangelistarum, necnon in festis Cathedrae S. Petri et S. Barnabae Ap.

476. Non dicitur symbolum: *a)* in Missis sive Chrismatis sive in Cena Domini, feria V Hebdomadae sanctae, et in Missa Vigiliae paschalis; *b)* in festis II classis, iis exceptis quae supra, n. 475 *c* et *e*, recensentur; *c)* in Missis votivis II classis; *d)* in Missis festivis et votivis III et IV classis; *e)* ratione alicuius commemorationis in Missa occurrentis; *f)* in Missis defunctorum.

G) *De antiphona ad Offertorium et de orationibus secretis*

477. Post symbolum vel, si non est dicendum, post Evangelium aut homiliam dicitur *Dominus vobiscum* cui respondetur *Et cum spiritu tuo*, et *Oremus;* deinde antiphona ad Offertorium, quae deest tantum in Missa Vigiliae paschalis.

478. Tempore paschali, antiphonae ad Offertorium additur *Alleluia*, nisi iam habeatur. Retinetur vero *Alleluia*, quod aliquando invenitur in fine antiphonae ad Offertorium, extra tempus paschale, praeter quam a Septuagesima ad Pascha.

479. Oblatio hostiae et calicis, et quae sequuntur, fiunt ut in Ordine Missae.

480. Oratio «secreta» dicitur secreto, absque *Dominus vobiscum* et *Oremus*. Tot vero dicuntur orationes secretae, quot dictae sunt orationes in initio Missae. Dicuntur eodem ordine et concluduntur ac aliae orationes.

481. Conclusio ultimae orationis secretae dicitur secreto usque ad verba *Per omnia saecula saeculorum*, quae clara voce proferuntur.

H) *De praefatione*

482. Praefatio dicitur quae cuique Missae propria est; qua deficiente, dicitur praefatio de Tempore, secus communis.

483. Nulla commemoratio, in Missa occurrens, praefationem propriam inducit.

484. *Praefatio de Nativitate Domini* dicitur: *a)* tamquam *propria* in Missis de Nativitate Domini et de eiusdem octava, necnon in festo Purificationis B. Mariae Virg.; *b)* tamquam *de Tempore*, infra octavam Nativitatis Domini, etiam in Missis quae secus praefationem propriam haberent, exceptis iis Missis quae praefationem propriam de divinis mysteriis vel Personis habent; et a die 2 ad 5 ianuarii.

485. *Praefatio de Epiphania Domini* dicitur: *a)* tamquam *propria* in Missis de festo Epiphaniae et de Commemoratione Baptismatis D. N. Iesu Christi; *b)* tamquam *de Tempore* diebus a 7 ad 13 ianuarii.

486. *Praefatio de Quadragesima* dicitur: *a)* tamquam *propria* in Missis de Tempore a feria IV cinerum usque ad sabbatum ante dominicam I Passionis; *b)* tamquam *de Tempore* in ceteris Missis quae celebrantur eodem tempore, et praefatione propria carent.

487. *Praefatio de sancta Cruce* dicitur: *a)* tamquam *propria* in Missis de Tempore a dominica I Passionis usque ad feriam V in Cena Domini; in Missis tam festivis quam votivis de sancta Cruce, de Passione Domini et instrumentis Passionis Domini, de pretiosissimo Sanguine D. N. Iesu Christi, de Ssmo Redemptore; *b)* tamquam *de Tempore* in omnibus Missis a dominica I Passionis usque ad feriam IV Hebdomadae sanctae, quae praefatione propria carent.

488. *Praefatio de Missa Chrismatis* dicitur feria V in Cena Domini, in sua Missa.

489. *Praefatio paschalis* dicitur: *a)* tamquam *propria* in Missis de Tempore a Missa Vigiliae paschalis usque ad vigiliam Ascensionis Domini; *b)* tamquam *de Tempore* in ceteris Missis quae celebrantur eodem tempore, et praefatione propria carent.

490. *Praefatio de Ascensione Domini* dicitur: *a)* tamquam *propria* in festo Ascensionis Domini; *b)* tamquam *de Tempore* in omnibus Missis a feria VI post Ascensionem usque ad feriam VI ante vigiliam Pentecostes, quae praefatione propria carent.

491. *Praefatio de Ssmo Corde Iesu* dicitur in Missis festivis et votivis de Ssmo Corde Iesu.

492. *Praefatio de D. N. Iesu Christo Rege* dicitur in Missis festivis et votivis de D. N. Iesu Christo Rege.

493. *Praefatio de Spiritu Sancto* dicitur: *a)* tamquam *propria* in Missis de Tempore a vigilia Pentecostes usque ad sequens sabbatum; et in Missis festivis et votivis de Spiritu Sancto; *b)* tamquam *de Tempore* in ceteris Missis quae celebrantur eodem tempore, et praefatione propria carent.

494. *Praefatio de Ssma Trinitate* dicitur: *a)* tamquam *propria*, in Missis de festo et votivis Ssmae Trinitatis; *b)* tamquam *de Tempore* in dominicis Adventus, et in omnibus dominicis II classis, extra tempus natalicium et paschale.

495. *Praefatio de Beata Maria Virgine* dicitur in Missis

festivis et votivis Beatae Mariae Virginis, praeterquam in festo Purificationis B. Mariae Virg.

496. *Praefatio de S. Ioseph* dicitur in Missis festivis et votivis S. Ioseph.

497. *Praefatio de Apostolis* dicitur in Missis festivis et votivis Apostolorum et Evangelistarum.

498. *Praefatio communis* dicitur in Missis quae praefatione propria carent, nec sumere debent praefationem de Tempore.

499. *Praefatio defunctorum* dicitur in Missis defunctorum.

I) *De Canone Missae et aliis usque ad postcommunionem*

500. Post praefationem et *Sanctus* dicitur Canon Missae secreto, ut in Ordine Missae.

501. Quoties infra actionem *Communicantes*, *Hanc igitur* et *Qui pridie* variari contingit, suo loco in propriis Missis adnotatur.

Infra octavas Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes *Communicantes* et *Hanc igitur* propria dicuntur quoque in Missis quae non sunt de octava, etiamsi praefatione propria gaudeant.

502. Tempus proprium sanctae Communionis fidelibus distribuendae est infra Missam, post Communionem sacerdotis celebrantis, qui ipsemet eam petentibus distribuat, nisi propter grandem communicantium numerum conveniat, ut ab alio vel aliis sacerdotibus adiuvetur.

Dedecet vero omnino, ut in eodem altari, in quo actu Missa celebratur, ab alio sacerdote sancta Communio distribuatur, extra tempus Communionis proprium.

Ex rationabili porro causa permittitur quoque, sanctam Communionem distribuere, immediate ante vel post Missam, quibus in casibus adhibetur forma in Rituali Romano praescripta, Tit. V, Cap. II, nn. 1-10.

503. Quoties sancta Communio infra Missam distribuitur celebrans, sumpto sacratissimo Sanguine, omissis confessione et absolutione, dictis tamen *Ecce Agnus Dei* et ter *Domine, non sum dignus*, immediate ad distributionem sanctae Eucharistiae procedit.

504. Expleto Canone et omnibus aliis usque ad Communionem, dicitur antiphona ad Communionem, cuius in fine, tempore paschali, additur *Alleluia*, nisi iam habeatur; retinetur vero *Alleluia*, quod aliquando invenitur in fine huius antiphonae, extra tempus paschale, praeter quam a Septuagesima ad Pascha.

505. Orationes post Communionem dicuntur eodem numero, modo et ordine ac orationes in principio Missae.

506. In Missis de feriis Quadragesimae et Passionis, excepto Triduo sacro, expleta ultima oratione post Communionem, additur *Oratio super populum*, quae dicitur semper sub sua conclusione, et cui praemittitur *Oremus*. *Humiliate capita vestra Deo*. Haec oratio dicenda est etiam cum tres orationes post Communionem iam praecesserint.

L) *De conclusione Missae*

507. In fine Missae dicitur *Ite, missa est*, cui respondetur *Deo gratias*.

Attamen: *a)* in Missa vespertina in Cena Domini quam sequitur solemnis repositio Ssmi Sacramenti, et in aliis Missis quas sequitur aliqua processio, dicitur *Benedicamus Domino*, cui respondetur *Deo gratias;* *b)* infra octavam Paschatis, in Missis de Tempore, ad *Ite, missa est* et ad sequens *Deo gratias* additur *Alleluia;* *c)* in Missis defunctorum dicitur *Requiescant in pace*, cui respondetur *Amen*.

508. Dicto *Placeat*, datur benedictio, quae omittitur tantum cum dictum est *Benedicamus Domino* aut *Requiescant in pace*.

509. Pro ultimo Evangelio, in quavis Missa, regulariter sumitur initium Evangelii secundum Ioannem.

Attamen in dominica II Passionis seu in palmis, in omnibus Missis quae non sequuntur benedictionem et processionem ramorum dicitur ultimum Evangelium proprium.

510. Ultimum Evangelium penitus omittitur: *a)* in Missis in quibus dictum est *Benedicamus Domino*, iuxta n. 507 *a;* *b)* in festo Nativitatis Domini, ad tertiam Missam; *c)* in dominica II Passionis seu in palmis, in Missa quae sequitur benedictionem et processionem ramorum; *d)* in Missa Vigiliae paschalis; *e)* in Missis defunctorum, cum sequitur absolutio super tumulum; *f)* in certis Missis, quae sequuntur quasdam consecrationes, ex rubricis Pontificalis romani.

Cap. IX. De his quae clara voce aut secreto dicenda sunt in Missa

511. *In Missa lecta*, dicuntur clara voce: *a)* verba *In nomine Patris*, etc.; psalmus *Iudica me, Deus*, cum sua antiphona; confessio et ea quae sequuntur usque ad *Oremus* inclusive; orationes vero *Aufer a nobis* et *Oramus te, Domine* dicuntur secreto; *b)* antiphona ad Introitum cum suo versu et *Gloria Patri* necnon *Kyrie, eleison;* *c)* hymnus *Gloria in excelsis;* *d)* *Dominus vobiscum*, *Oremus*, *Flectamus genua-Levate*, orationes; *e)* lectiones, epistola, graduale, tractus, *Alleluia* cum suo versu, sequentia et Evangelium; *f)* symbolum; *g)* *Dominus vobiscum*, *Oremus* et antiphona ad Offertorium, necnon verba *Orate, fratres;* *h)* praefatio et *Sanctus-Benedictus;* *i)* verba *Nobis quoque peccatoribus;* oratio dominica cum sua praefatione; *Per omnia saecula saeculorum* et *Pax Domini sit semper vobiscum;* *Agnus Dei*, etc.; verba *Domine, non sum dignus* ante Communionem sacerdotis celebrantis; formulae ad Communionem fidelium; antiphona ad Communionem; *Dominus vobiscum* et postcommuniones; necnon verba *Humiliate capita vestra Deo* et oratio super populum; *l)* *Ite, missa est* vel *Benedicamus Domino* aut *Requiescant in pace;* benedictio et ultimum Evangelium.

Cetera dicuntur secreto.

512. Sacerdos autem maxime curare debet ut ea quae clara voce dicenda sunt, distincte et apposite proferat, non admodum festinanter, ut advertere possit quae legit, nec nimis morose, ne audientes taedio afficiat; neque etiam voce nimis elata, si in altari secundario celebrat, ne perturbet alios, qui fortasse in eadem ecclesia tunc temporis celebrant; neque tam submissa, ut a circumstantibus audiri non possit. Quae vero secreto dicenda sunt, ita pronuntiet, ut ipsemet se audiat, et a circumstantibus non audiatur.

513. *In Missa solemni*, celebrans: *a)* *dicit in cantu: Dominus vobiscum*, quoties occurrit, praeter quam in versibus post confessionem; orationes; *Oremus* ante antiphonam ad Offertorium, *Per omnia saecula saeculorum* cum praefatione; *Per omnia saecula saeculorum* cum *Pater noster* et sua praefatione; *Per omnia saecula saeculorum* cum *Pax Domini;* *b)* *incipit in cantu: Gloria* et *Credo*, quando sunt dicenda; *c)* *dicit clara voce* formulas ad Communionem fidelium et verba benedictionis in fine Missae; *d)* *dicit voce convenienti* partes quibus ministri sacri respondere debent; *e)* *dicit secreto* alia quae in Missa lecta dicuntur clara voce; *f)* *omittit* ea quae a ministris sacris vel a lectore proferuntur.

514. *In Missis cantatis*, scilicet sine ministris sacris, celebrans tenetur servare ea quae numero praecedenti dicta sunt, et insuper tenetur partes ministris sacris proprias cantu proferre. Epistola a lectore cani potest. Quod si non cantetur a lectore, satius erit quod legatur sine cantu ab ipso celebrante, qui tamen potest epistolam more solito cantare.

515. *Tonus solemnis*, in cantu orationum, praefationis et orationis dominicae, adhibetur: *a)* in dominicis; *b)* in Missis festivis et in Missa de Officio S. Mariae in sabbato; *c)* in vigiliis I classis; *d)* feria V in Cena Domini et in Missa Vigiliae paschalis; *e)* per octavas; *f)* in Missis votivis I, II et III classis.

516. *Tonus ferialis* vero adhibetur: *a)* in feriis; *b)* in vigiliis II et III classis; *c)* in Missis votivis IV classis; *d)* in Missis defunctorum.

Cap. X. De ordine genuflectendi, sedenti et standi in Missa

517. *In Missa lecta*, sacerdos celebrans genuflectit: *a)* quoties aut in Ritu servando in celebratione Missae, aut in Ordine Missae, aut in Proprio cuiusque Missae, adnotatur ipsum genuflectere debere; *b)* quando Sacramentum in altari discooperitum apparet, quoties ad medium altaris accedit vel e medio discedit.

518. *In Missis in cantu*, sacerdos celebrans genuflectit: *a)* quoties ipsi genuflectendum est in Missa lecta. Sed ad verba quae ab aliis cantanda sunt, non genuflectit dum ipse illa verba legit, sed dum aut a ministris aut a choro, iuxta rubricas, cantu proferuntur; *b)* ad verba autem *Et incarnatus est*, in symbolo, sacerdos celebrans semper genuflectit, cum haec verba recitat; cum vero cantantur, si non sedet, iterum genua flectit; si autem sedet, non genuflectit, sed caput tantum profunde inclinat apertum, praeter quam in tribus Missis Nativitatis Domini et in Missa Annuntiationis B. Mariae Virg. in quibus, dum haec verba cantantur, omnes genua flectunt.

519. *Ministri*, in Missis in cantu, semper genuflectunt cum sacerdote celebrante, praeterquam subdiaconus tenens librum ad Evangelium, et acolythi tenentes candelabra, qui tunc non genuflectunt. Et cum diaconus cantat illa verba, ad quae est genuflectendum, ipse versus librum, celebrans et omnes alii versus altare genuflectunt. Ad Consecrationem vero ministri utrumque genu flectunt.

520. In choro, qui non sunt Praelati genua flectunt ad confessionem cum suo psalmo et ad benedictionem celebrantis in fine Missae. Praelati autem et Canonici, ad benedictionem, caput profunde inclinant.

521. Insuper omnes, etiam Praelati, in choro genua flectunt: *a)* ad Consecrationem; *b)* ad Communionem fidelium; *c)* in Missis feriarum Adventus, Quadragesimae et Passionis, Quatuor Temporum mensis septembris, vigiliarum II et III classis extra tempus paschale, et in Missis defunctorum: ad orationes ante epistolam, dicto *Dominus vobiscum;* ab expleto *Sanctus* usque ad *Pater noster* cum suo praefatione exclusive; et ad orationes post Communionem et super populum; *d)* quoties cantantur a ministris vel a choro verba quae genuflexionem requirunt.

522. Item in choro omnes unum genu flectunt: *a)* dum celebrans recitat verba symboli *Et incarnatus est* etc.; *b)* dum dicit verba ultimi Evangelii *Et Verbum caro factum est.*

523. In Missa solemni celebrans, medius inter diaconum et subdiaconum, sedere potest ad latus epistolae, iuxta altare, dum cantantur *Kyrie, eleison, Gloria in excelsis*, sequentia et *Credo;* alio tempore stat ad altare, vel genuflectit, ut supra. Haec valent quoque in Missa cantata.

524. In choro non sedent qui actu cantant, reliqui autem sedere possunt: *a)* quando celebrans sedet; *b)* dum cantantur lectiones et Epistola, graduale, tactus et *Alleluia* cum suo versu, et sequentia; *c)* ab Offertorio usque ad incensationem chori vel, si chorus non incensatur, usque ad praefationem; *d)* ab expleta Communione usque ad *Dominus vobiscum* ante postcommunionem.

Ad alia stant vel genuflectunt, ut supra.

Cap. XI. De praeparatione altaris ad Missam

525. Altare, in quo sacrosanctum Missae Sacrificium celebrandum est, debet esse totum lapideum, rite consecratum;

http://www.obrascatolicas.com

vel saltem habere debet tabulam lapideam, seu petram sacram, item rite consecratam, quae tam ampla sit ut hostiam et maiorem partem calicis capiat; aut etiam, ex Indulto Apostolico, *antimensium*, rite benedictum.

526. Altare cooperiatur tribus tobaleis, rite benedictis, quarum una ita oblonga sit ut, ad latera, usque ad terram pertingat.

527. Super altare adsit in medio Crux satis magna cum Crucifixo, et candelabra quae iuxta qualitatem Missae requiruntur, cum candelis accensis, hinc et inde in utroque eius latere. Ponantur insuper sic dictae «tabellae secretarum», sed pro tempore Missae tantum; et, ad latus epistolae, cussinus, seu legile, Missali supponendum.

528. Ad latus epistolae, super mensa ad hoc praeparata, parentur ampullae vini et aquae cum pelvicula et manutergio, necnon parva campanula, et patina pro fidelium Communione.

529. Super altare nihil omnino ponatur, quod ad Missae sacrificium vel ipsius altaris ornatum non pertineat.

530. Usus accendendi cereum, prope altare, a Consecra-
686 tione ad Communionem, ubi viget, servetur. /

CALENDARIUM BREVIARII ET MISSALIS ROMANI

[*Vide* apud *A. A. S.* 52 (1960) 686-689]

TABELLAE DIERUM LITURGICORUM

[*Vide* apud *A. A. S.* 52 (1960) 699-702]

TABELLA OCCURRENTIAE

[*Vide* apud *A. A. S.* 52 (1960) 703]

TABELLA CONCURRENTIAE

705 [*Vide* apud *A. A. S.* 52 (1960) 704] /

NOTANDA IN TABELLAS OCCURRENTIAE ET CONCURRENTIAE

1. Festum Domini I aut II classis, in dominica occurrens, locum tenet ipsius dominicae cum omnibus iuribus et privilegiis: de dominica, proinde, nulla fit commemoratio.

2. Si duo festa eiusdem divinae Personae aut duo festa eiusdem Sancti vel Beati simul occurrunt, fit de festo quod in tabella praecedentiae superiorem obtinet locum, et aliud omittitur.

3. Si festum Domini I vel II classis concurrat cum quavis dominica, vel vicissim, Vesperae ordinantur iuxta tabellam concurrentiae, sed numquam fit commemoratio dominicae concurrentis in Vesperis festi Domini, nec vicissim.

VARIATIONES IN BREVIARIO ET MISSALI ROMANO AD NORMAM NOVI CODICIS RUBRICARUM

[*Vide* apud *A. A. S.* 52 (1960) 706-721]

VARIATIONES IN MARTYROLOGIO ROMANO

[*Vide* apud *A. A. S.* 52 (1960) 722-729]

Adn. vide sub die 1960 Iul. 25: LE 2928.

2928

1960 IUL 26.-SC RITUUM, DECL. AAS 52 (1960) 730-731

DECLARATIO DE SERVANDIS IN CALENDARIIS PARTICULARIBUS INDE AB ANNO 1961

Cum Summus Pontifex Ioannes XXIII per Suas Litteras Apostolicas *Rubricarum instructum* diei 25 iulii huius anni, *motu proprio* datas [LE 2926], statuerit ut «omnes ad quos spectat, quamprimum Calendaria et Propria, sive dioecesana sive religiosa, ad normam et mentem novae redactionis rubricarum et Calendarii conformari curent», haec S. Rituum Congregatio opportunas tradet instructiones circa Calendaria particularia et Officiorum atque Missarum Propria revisenda. Interim tamen opportunum ducit ea declarare quae, in calendariis particularibus, iam inde ab anno 1961, servanda erunt:

1. Ea omnia quae sub titulo *Variationes in Breviario et Missali romano ad normam novi codicis rubricarum* statuuntur, etiam in calendariis particularibus servanda sunt.

2. In calendariis, sive dioecesanis sive religiosis, omnia festa particularia interim retineantur, quae nunc in iisdem calendariis inscripta inveniuntur.

3. Gradus eorundem festorum indicetur iuxta normas quae nn. 1-4 *Variationum* habentur.

4. Ad festa *propria* quod attinet, eorumque gradum, stricte serventur ea quae nn. 42-46 novi codicis rubricarum statuuntur.

5. Quoad festa a Religiosis celebranda, in singulis dioecesibus, una cum clero dioecesano, servetur praescriptum n. 57 novi codicis rubricarum.

6. Festa *universalia* quae, iuxta nn. 5 et 8 *Variationum*, aut ad commemorationem reducuntur aut e calendario expunguntur, interim retinentur in calendario particulari, si in eo-
631 dem calendario tamquam festa duplicia I aut II classis inscripta habentur.

7. Si festa particularia III classis careant lectione propria, quae communiter «contracta» dicebatur, serventur ea quae n. 221 *b* novi codicis rubricarum indicantur. /

8. Episcopus dioecesanus statuat diem in quo, iuxta nn. 362, 364 et 449 novi codicis rubricarum, in ecclesia cathedrali et in ecclesiis collegiatis, dicatur Missa de anniversario electionis ipsius Episcopi, et in omnibus ecclesiis dioecesis dicatur oratio pro Episcopo.

Ex aedibus S. Rituum Congregationis, die 26 iulii anni 1960.—Caietanus Card. CICOGNANI, Ep. Tusculanus, *Praef.* Henricus Dante, *a Secr.*

2929

1960 IUL 26.-SC RITUUM, DECR. AAS 52 (1960) 732-734

ORDINATIONES AD LIBRORUM LITURGICORUM EDITORES CIRCA EDITIONES BREVIARII AC MISSALIS ROMANI IUXTA NOVUM RUBRICARUM CODICEM CONFICIENDAS

Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Pp. XXIII, per Suas Litteras *Rubricarum instructum*, die 25 iulii huius anni 1960 *motu proprio* datas [LE 2926], mandavit ut S. Rituum Congregatio editoribus librorum liturgicorum rite approbatis «peculiares tradat instructiones» circa editiones Breviarii ac Missalis romani iuxta novum rubricarum codicem conficiendas.

Agitur enim de libris, quibus publicus Ecclesiae cultus ordinatur: consequitur, proinde, omnes editiones huiusmodi librorum in omnibus et per omnia, sive in textu sive in rubricis sive in ipsa cantus notatione, perfecte concordare debere cum exemplari authentico, quod ab hac S. Rituum Congregatione uti «typicum» declaratur.

Supremo igitur mandato obsecundans, haec S. Rituum Congregatio statuit:

1. Prouti in n. 4 praecitati *Motu proprio* edicitur, editores librorum liturgicorum, rite approbati et admissi, parare possunt novas Breviarii ac Missalis romani editiones, confectas iuxta novum rubricarum codicem, qui inde a die 1 ianuarii proximi anni 1961 vim habere incipiet.

2. *In parandis Breviarii romani editionibus*, haec servanda erunt:

a) Breviarium romanum edi poterit aut unico volumine comprehensum, quod communiter «Totum» appellatur, aut duobus voluminibus distinctum, quae simpliciter inscribentur «Tomus prior» et «Tomus alter». Ex his autem, tomus prior partes comprehendat quae nunc in parte hiemali et verna exstant; alter autem quae in parte aestiva et autumnali.

b) Partes introductorias Breviarii romani, omnia scilicet quae Calendarium praecedunt, non licebit separatim ab ipso Breviario edere, sed primo saltem volumini erunt praeponendae. /

c) Iuxta n. 5 *Motu proprio*, textus novi codicis rubricarum, Breviarium respiciens, scilicet *Rubricae generales* et *Rubricae generales Breviarii romani*, ipsi Breviario item praemittendus erit, nec licebit Breviarium absque huiusmodi textu imprimere; immo, si Breviarium pluribus disponatur voluminibus, singulis voluminibus integer rubricarum textus praemittendus erit. Quod valet quoque de *Calendario*.

d) Ordinarium divini Officii quod dicitur, cum, vi novi codicis rubricarum, ex integro reficiendum sit, singulis editoribus directe a S. Rituum Congregatione, typis cusum, transmittetur; et erit integre, absque ulla mutatione vel breviatione, singulis Breviarii voluminibus inserendum. Nihil vero obstat quominus ipsi editores, in commodum utentium, partes Ordinarii in Psalterio aut in Proprio iterum imprimant; aut quominus ipsum Ordinarium non primo loco, sed inter Proprium de Tempore et Proprium Sanctorum interserant. Quod valet quoque de Psalterio disponendo inter diversas voluminis partes.

e) Ad Psalterium quod attinet, editores libere adhuc adhibere possunt aut psalmorum textum iuxta «vulgatam» editionem, aut secundum interpretationem quae iussu Pii Pp. XII admissa est.

f) Rubricarum specialium textus, suis locis in Psalterio cetterisque Breviarii partibus inserendus, cum singulis editoribus ab hac S. Congregatione communicabitur.

g) Abhinc ubi desinat editio typica Breviarii clare indicandum erit. Editoribus tamen licebit, post finem huiusmodi partis typicae, alias addere preces et formulas, ut de more, Breviario utentibus utiles, dummodo textus sint ab auctoritate ecclesiastica rite approbati.

3. *In parandis autem Missalis romani editionibus*, haec servantur:

a) Ea omnia quae supra de parandis Breviarii romani editionibus statuta sunt, praesertim de textu rubricarum et Calendario praemittendis, de textu rubricarum specialium ab hac S. Congregatione accipiendo, omnino valent in parandis novis Missalis romani editionibus.

b) Ordo Missae una cum Canone, pro opportunitate, inter Proprium de Tempore et Proprium Sanctorum interseri potest.

c) Item, ubi desinat editio typica clare indicandum erit, quamvis, post huiusmodi partem typicam liceat alias addere partes utentibus utiles, modo, ut supra, sint ab ecclesiastica auctoritate rite approbatae.

4. Dignitas commercii librorum liturgicorum omnino exigit, ut editores rite approbati omnes, non ante iustum tempus, certatim, uti / dicitur, venditionem novarum editionum inci-
734 piant. Proinde, haec S. Congregatio strictim mandat ne venditio ante diem 20 decembris huius anni 1960 inchoetur, ita ut quaevis iniusta perturbatio vitetur.

5. Denique *pro hac vice tantum*, haec S. Rituum Congregatio ius sibi exclusivum reservat, singulas editiones Breviarii ac Missalis romani, quae ad normam novi codicis rubricarum conficientur, examinandi et «typicae» conformes esse declarandi.

Invitantur porro editores qui a Sancta Sede ad editiones liturgicas imprimendas et evulgandas admissi sunt, ut quamprimum huic S. Rituum Congregationi proprium nomen et locum indicent, una cum licentiae testimonio, ut ab eadem S. Rituum Congregatione tempestive ea omnia recipere possint quae, iuxta *Motu proprio* et has ordinationes, praescribuntur.

Ex aedibus S. Rituum Congregationis, die 26 iulii anni 1960.—Caietanus Card. CICOGNANI, Ep. Tusculanus, *Praef.* Henricus Dante, *a Secr.*

Adn. EL 75 (1961) 25-54, ubi habes alias Ordinationes magis particulares non promulgatas in AAS, editas ac commentatas a C. BRAGA. Vide etiam EL 75 (1961) 401-447.

2930

1960 IUL 27.-SC S. OFFICII, MONITUM. PART.*

MONITUM DE CAUTELIS ADHIBENDIS IN ARGUMENTO «DE VIRGINITATE B. V. MARIAE IN PARTU» PERTRACTANDO

Dal Palazzo del S. Offizio, 27 Luglio 1960

Reverendissimo Padre, Questa Suprema Sacra Congregazione ha dovuto ripetutamente constatare, con profonda preoccupazione, in questi ultimi tempi, che si pubblicano lavori teologici nei quali il delicato argomento della verginità «in partu» di Maria SS.ma è trattato con deplorevole crudezza di espressione e, quel che è più grave, in aperto dissenso con la tradizionale dottrina della Chiesa e con il pio senso dei fedeli.

Nella Congregazione Plenaria di Feria IV, 20 c. m., è sembrato pertanto necessario agli Em.mi Padri del S. Offizio, per la loro gravissima responsabilità di tutelare il sacro deposito della dottrina cattolica, di disporre che per l'avvenire sia vietata la pubblicazione di simili dissertazioni concernenti l'accennato problema.

La Paternità Vostra Rev.ma voglia compiacersi di disporre perchè da parte dei Religiosi di cotesto Ordine sia scrupolosamente osservato tale Decreto della Suprema Congregazione.

In attesa di un Suo cortese riscontro, ben volentieri mi confermo con sensi del più religioso ossequio della Paternità Vostra Rev.ma devotissimo.—P. Raimondo VERARDO, O. P., *Commissario.*

* Prot. N. 311/60/i: AOFM 80 (1961) 54. Adn. AOFMCap 76 (1960) 173.

2931

1960 AUG 2.-SC STUD., DECR. AAS 52 (1960) 835-836

INSTITUTUM THEOLOGIAE MORALIS SEU ACADEMIA ALFONSIANA FACULTATI THEOLOGICAE PONTIFICIAE UNIVERSITATIS LATERANENSIS INSERITUR

Fidei morumque aedificationem Apostolica Sedes per eos assidue provehendam constanter voluit qui theologico magisterio funguntur, tum ad dogmata tum ad praecepta Divinae Revelationis exponenda, perpendenda, ad effectus
836 conclusionesque ducenda. Magistros in primis summopere / commendat qui, vitae normas sacrorum alumnis presbyterisque praebendo atque edisserendo, «ad iustitiam erudiunt multos», quorum erit catholicum populum singulosque fideles ad malum devitandum bonumque faciendum adeo ducere, ut in partem aeterni summique Boni tandem veniant. Quod his duobus fere saeculis in Ecclesia laudabiliter praestiterunt discipuli Sancti Alfonsi Mariae de Ligorio, Episcopi et universalis Ecclesiae Doctoris; cuius prementes vestigia, errorum tenebras, quas increduli con-

gesserunt atque «indocti et instabiles» partim susceperunt, verbis et scriptis refellere nunquam destiterunt, sanam doctrinam lectissimis utriusque cleri alumnis tradendo. Fastigium nuperrime operi imponentes, moderatores inclitae religiosae Congregationis a SSmo Redemptore in alma Urbe a. D. MCMLVII, probante Sacra Congregatione de negotiis Religiosorum, «Academiam Alfonsianam» condiderunt. Cum huiusmodi Theologiae Moralis Institutum integrae morum scientiae sapientiaeque excolendae addictum, iis additis disciplinis quibus efformatur «bonus minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei et bonae doctrinae» (*1 Tim.* 4, 6), prospere cesserit, Rector maximus laudatae Alfonsianae familiae suppliciter postulavit ut «Academia Alfonsiana» Theologica Facultate Pontificiae Universitatis Lateranensis ita includeretur ut eiusdem pars fieret, «Institutum Theologiae Moralis» nuncupatum, ad magistros Theologiae Moralis praeparandos. Cum autem SSmus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Papa XXIII benigne annuere dignatus sit, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, post approbata peculiaria exhibita Statuta, pro munere Institutum Theologiae Moralis seu «Academiam Alfonsianam» partem Facultatis Theologiae Pontificiae Universitatis Lateranensis hisce *constituit constitutamque declarat*, ad normam eorundem Statutorum, quibus et methodus adhibenda et disciplinae tradendae et academici effectus —praesertim ad S. Theologiae lauream quod attinet— ad amussim praestituuntur. Ceteris servatis de iure servandis: contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. II m. Augusti, in festo Sancti Alfonsi de Ligorio, Episcopi et Ecclesiae Doctoris, a. D. MCMLX.—I. Card. PIZZARDO, Ep. Albanen. *Praef.* Dinus Staffa, *a Secretis.*

2932

1960 AUG 6.-SC STUD., DECR. AAS 52 (1960) 988-990

CATHOLICA STUDIORUM UNIVERSITAS NAVARRENSIS IN HISPANICA DITIONE ERIGITUR

Erudiendae instituendaeque iuventae Sancta Mater Ecclesia summa contentione semper prospexit, nullis laboribus impensisve parcens, adolescentibus adultisque sanam luculentamque doctrinam praebendo ne «variis et peregrinis abducerentur... fabulis» (*Hebr.* 13, 9; *II Tim.* 4, 3-4), sed «gens sancta, populus acquisitionis», immo et «regale sacerdotium» Deo hominibusque pararentur, in omnium salutem, quae Veritate nititur, opem praestituri. Quod praecipue in illis regionibus factum est unde catholica fides sine intermissione gentibus effulsit, Ecclesiae magisterio fidelissime retento, sicut de Hispania omnibusque hispanico idiomate utentibus nationibus constantissime liquet. Celeberrimae enim memorandae veniunt clericorum laicorumque scholae a perinsigni Ecclesiae Doctore S. Isidoro Hispalensi in catholici populi profectum inceptae, Salmanticense Pontificium Regiumque Studium Generale, cuius surculi exstiterunt Manilana, Dominicana, Limana aliaeque a Summis Pontificibus erectae studiorum Universitates. Tot praeclara redintegrantes, sodales Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis et Operis Dei, hodiernis excultiorum adolescentium necessitatibus provide consulentes, Centrum Superiorum Studiorum, «Estudio General de Navarra» nuncupaum, a. D. MCMLII inchoaverunt, cuius laeta primordia, paterne impelliente Nuntio Apostolico apud Hispanos planeque faventibus tum Sancta Sede tum loci Ordinariis, in primis Pampilonensi, tantis incrementis invaluerunt ut omnes praecipuae Facultates («Escuelas»), quibus pleniores studiorum Universitates de more constant, Studio Generali Navarrensi paulatim accesserint. Simul duo instruebantur instituta, ad scientificam moralemque alumnorum institutionem fovendam, «Praeceptores» («Jefes de estudio») nempe, quorum est unumquemque discipu-
989 lum curare tuerique, atque «Collegia» («Colegios / Mayores»), quibus alumnorum institutio religiosa, humanistica, socialis, optimis praeeuntibus ecclesiasticis viris aliisque «Operis Dei» membris, opportunis aptisque mediis completur. Cum Facultatum seu Scholarum incrementum Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus merito laudaret, ac de qualibet Facultate catholicis doctrinisditanda assidue consuleret, Decreto d. d. XII m. Iunii a. D. MCMLIX «Institutum Canonisticum» in Facultate Iuridica eiusdem Studii Generalis Navarrensis condidit idque Pontificio Instituto Utriusque Iuris Lateranensis Urbis Universitatis aggregavit, cuius esset academicos gradus tum

http://www.obrascatolicas.com

baccalaureatus tum licentiae Iuris Canonici, approbatis Statutis ad amussim servatis, selectis alumnis post superata examina conferre. Nunc autem, attentis Praesidis Generalis laudatae Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis et Operis Dei humillimis precibus, tum Apostolici Nuntii Matritensis tum Archiepiscopi Pampilonensis supplicibus commendationis litteris suffultis, ipsorumque civilium Magistratuum, qui Studium Generale Navarrense summa benevolentia prosequuntur, instantissimis rogationibus benigne acceptis, eadem Sacra Congregatio de tanto negotio certiorem fecit Augustum Pontificem fel. regn. Cum autem Ssmus Dominus Noster Ioannes Div. Prov. Pp. XXIII perlibenter annuere dignatus sit, memorata S. Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, post approbata peculiaria exhibita Statuta, Athenaeum canonice erigendum ad normam can. 1376 C. I. C. pro munere deliberavit. Hisce igitur, ad gloriam Dei O. M., ad Sanctae Catholicae Ecclesiae decus ac incrementum atque ad animarum proventum «Catholicam studiorum Universitatem Navarrensem» in civitate archiepiscopali Pampilonensi vigentem, sodalibus laudatae Societatis Sanctae Crucis et Operis Dei commissam, pro munere *constituit erigitque* atque in perpetuum *erectam* declarat, quatuor studiorum Facultatibus praeditam (Iuris cum Instituto Iuris Canonici, Medicinae cum adnexa Schola Infirmariarum, Philosophiae Litterarumque cum Sectione Historiae, Scientiarum Mathematico-Physico-Chimicarum), necnon Instituto Superiore Periodismi aliisque vel nuper inceptis vel mox incipiendis —in primis Instituto Superiorum Studiorum de officinarum praepositis catholice instruendis, in Barcinonensi metropoli non ita pridem inchoato— necnon Facultate Machinariorum («Escuela de Ingeniería» in Sancti Sebastiani urbe hoc exeunte anno condenda), —ipsi Catholicae
990 Universitatis prorsus agnitis iuribus, honoribus, privilegiis, quae ad huiusmodi Athenaea in universo Catholico Orbe spectant. Sacra eadem Congregatio insuper praecipit ut omnia ad effectum traducantur quae approbata Statuta tum de coetu curatorum ac de moderatoribus praescribunt tum de magistrorum discipulorumque officiis definiunt, in primis de Sacra eadem Congregatione statis temporibus edocenda eademque roganda de novo Rectore nominando, de nova Facultate vel Superiorum Studiorum Instituto forte inchoandis, de quavis in Statuta a Sede Apostolica probata mutatione inducenda. Ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Roma, ex aedibus S. Congregationis, d. VI m. Augusti, in festo Transfigurationis D. N. I. Ch., a. D. MCMLX.—I. Card. PIZZARDO, Ep. Albanen. *Praef.* Dinus Staffa, *a Secretis.*

2933

1960 AUG 13.-CONV. CUM AUSTRIA. AAS 52 (1960) 941

RATIHABITIO CONVENTIONIS DIE 23 IUN. 1960 INITAE INTER SANCTAM SEDEM ET REMPUBLICAM AUSTRIACAM DE REGIMINE QUOAD IURA PATRIMONIALIA ECCLESIAE

Vide *textum* sub die 1960 Iun 23: LE 2916.

2934

1960 AUG 13.-CONV. CUM AUSTRIA. AAS 52 (1960) 945

RATIHABITIO CONVENTIONIS DIE 23 IUN. 1960 INITAE INTER SANCTAM SEDEM ET REMPUBLICAM AUSTRIACAM DE ERIGENDA ADMINISTRATIONE AP. REGIONIS BURGENLAND IN DIOECESIM DE EISENSTADT (SIDEROPOLITANAM)

Vide *textum* sub die 1960 Iun 23: LE 2917.

2935

1960 SEP 8.-SC STUD., DECR. AAS 53 (1961) 117-118

INSTITUTUM UNIVERSITARIUM MAGISTERII A «SANCTA FAMILIA» IN CIVITATE ASMARA CANONICE ERIGITUR

In ogni tempo, la Sede Apostolica si è preoccupata di promuovere l'educazione e l'insegnamento della gioventù attraverso istituzioni scolastiche di ogni ordine, tipo e grado, sino alle fondazioni universitarie, che permettessero ai

meglio dotati di raggiungere i livelli più alti della cultura umanistica e scientifica. Nei secoli più recenti ha posto un particolare impegno nel moltiplicare le scuole anche nei luoghi non ancora aperti al rapido progresso determinato dall'indagine filologica e storica, nonchè dalle scoperte verificatesi nel vasto campo della natura. In tal modo sorsero in tutto il mondo scuole di grado superiore dipendenti dall'Autorità Ecclesiastica, affidate alle sapienti e generose cure di ecclesiastici e di membri delle varie famiglie religiose, maschili e femminili, ove si iniziarono, senza distinzione di provenienza o di censo, agli studi di ricerca scientifica tutti coloro che sono già in possesso delle conoscenze elementari e secondarie e che desiderano essere introdotti nelle sfere più alte del sapere. A queste istituzioni è venuto recentemente ad aggiungersi, nella città di Asmara, nella nobile regione dell'Eritrea, l'Istituto Superiore di Magistero inaugurato nell'ottobre 1958 / dalle 118
Religiose «Pie Madri della Nigrizia», presso il Collegio «Santa Famiglia», che da circa dodici anni le Religiose hanno aperto in quel capoluogo. Dopo due anni di fruttuoso esperimento, tanto il Governo locale quanto il competente Ufficio scolastico centrale Italiano, hanno espresso il giusto compiacimento per il lavoro di alto livello culturale svolto dall'Istituto Superiore nel primo biennio di funzionamento. Contemporaneamente le Sacre Congregazioni «pro Ecclesia Orientali» e «de Propaganda Fide» esternavano alla Direzione del medesimo Magistero le più ampie lodi, mentre si rivolgevano alla Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi per chiedere l'erezione canonica del menzionato Istituto, vivamente raccomandando la petizione avanzata in proposito dalla Superiora Generale delle «Pie Madri della Nigrizia». Attese pertanto le considerazioni suesposte, la stessa Sacra Congregazione dei Seminari e della Università deliberò di procedere e sottopose il caso all'Augusto Pontefice, il Quale si degnò esprimere il Suo benevolo assenso. Dopo avere assunto ogni opportuna ulteriore informazione, specialmente per quanto si riferisce ai programmi di studio, al metodo d'insegnamento e allo Statuto-Regolamento dei corsi, il medesimo Sacro Dicastero, per la gloria di Dio e per il bene delle anime, con il presente Decreto *erige*, a norma del can. 1376 del Codice di Diritto Canonico, e dichiara definitivamente *eretto* l'*Istituto Universitario* intitolato «*Magistero Santa Famiglia*» nella città di Asmara, riconoscendogli tutte le attribuzioni e prerogative, nonchè i doveri e le responsabilità che spettano a un Ateneo Cattolico di tal genere. In particolare fa presente l'obbligo di informare annualmente la Sacra Congregazione intorno al movimento dei Professori e degli alunni, di non mutare il Preside e di non introdurre alcuna modificazione statutaria senza la previa approvazione della medesima. Salvo ogni altro obbligo imposto dalle leggi ecclesiastiche, per quanto riguarda l'ordinamento e la disciplina, nonchè dalle competenti Autorità, circa il riconoscimento dei titoli accademici rilasciati dall'Istituto Universitario di Magistero «Santa Famiglia» di Asmara.

RESPONSUM—... Your Excellency has explained the case of the marriage of U.-Y., asking what is to be done in the case, since the petitioner, U., who has taken a second wife who is unwilling to leave the petitioner and he himself cannot dismiss either the first or the second woman.

... This Supreme Sacred Congregation, having considered the circumstances, has decreed: «*Matrimonium de quo in casu, soloi nequit, et quamvis omnes sint catechumeni, baptismum lamen administrari nequit.*» Romae, 15 Nov. 1960.

* Ordinario Vevakensi: Jurist 21 (1961) 274. Adn. A. ABATE, **Lo scioglimento del vincolo coniugale**, ed. II Roma 1965, p. 98-99.

2945

1960 NOV 19 [29].-SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

RESTITUITUR FACULTAS ORDINARIIS INDIAE PERMITTENDI UT ADULTI BAPTIZATI RETINERE POSSINT MULIEREM QUACUM NUNC VIVUNT, NULLA FACTA INTERPELLATIONE PRIMAE UXORIS ADHUC INFIDELIS

Romas, 19 [29] Nov. 1960.

Litteris die 7 septembris a. d. ad S. Officium datis, Eminentia Tua Revma postulavit ut Ordinariis Indiae restituatur facultas iam anno 1952 [LE 2276] ipsis concessa et suspensa anno 1959 [LE 2830]: scilicet ut permittere possint polygamis conversis ut cum ea ex pluribus uxoribus quae cum ipsis baptizetur, renovato consensu, permaneant sine ulla interpellatione primae uxoris.

http://www.obrascatolicas.com

Attentis peculiaribus Indiarum Orientalium adiunctis, necnon rationibus in precibus expositis, Emi ac Revmi Patres huius Supremae S. Congregationis in Coetu Plenario feriae IV huius Supremae S. Congregationis in Coetu Plenario feriae IV die 23 novembris 1960, hoc tulerunt decretum: 'Ordinariis Indiae restituatur usus indulti ipsis concessi anno 1952 cum clausulis in eodem expressis'*.

Manus Tuas humillime deosculatus, altissimae venerationis meae sensus Tibi obtestor permanens Eminentiae Tuae Revmae addictissimus.—A. Card. OTTAVIANI, *Secr.*

* Ordinario Bombayensi in India, Prot. N. 341m/51: **The Clergy Monthly** 25 (1961) 25-26. **Adn.** Dies communicationis Rescripti videtur esse 29 Nov. 1960, nam Patres Congr. S. Officii die 23 nov. 1961 decretum tulerunt.

2946

1960 NOV 24.-IOAN. XXIII, CONST. AAS 53 (1961) 346-350

VIETNAMENSIS

IN VIETNAMENSI REGIONE HIERARCHIA EPISCOPALIS CONSTITUITUR

IOANNES EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Venerabilium Nostrorum S. R. E. Fratrum Cardinalium Sacro Fidei Propagandae Consilio praepositorum sententiam probantes, qui, post auditum dilectum Filium Marium Brini, Apostolicum in Indosina Delegatum, opportunum esse peraptumque rei christianae aestimaverunt in Vietnamensi regione Hierarchiam Episcopalem constituere, re
347 Nos / perdiligenter considerata atque omnium consensu suppleto, qui hoc in negotio vel habeant vel ius aliquod se putent habere, apostolica Nostra potestate ea, quae sequuntur, decernimus ac iubemus. In Vietnamensi territorio ita res disponimus ut tres fiant Provinciae Ecclesiasticae, quae erunt: *Hanoiensis*, constans metropolitana residentiali Ecclesia Hanoiensi, hucusque Vicariatu Apostolico, cuius sequuntur Sedibus suffraganeis, quas a Vicariatibus Apostolicis in dioecesium formam redigimus, nempe: Langsonensi, cuius cathedralis aedis titulus erit a S. Dominico, Conf.; Haiphongensi, et Bacninhensi, quarum cathedrales aedes erunt Reginae Sacratissimi Rosarii sacrae; Hunghoaënsi, cuius cathedralis titulus erit a B. M. V. in caelum Assumpta; Thaibinhensi, cuius cathedralis aedis titulus erit a Sacratissimo Corde Iesu; Buichuensi, cuius cathedralis aedis titulus erit a Regina Sacratissimi Rosarii; Phatdiemensi, cuius cathedralis aedis titulus erit a Regina Sacratissimi Rosarii; Thanhoaënsi, cuius cathedralis aedis titulus erit a Beatae Mariae Virginis Immaculata Conceptione; Vinhensi, cuius cathedralis aedis titulus erit a Beata Maria Virgine in caelum Assumpta. Provincia Ecclesiastica *Hueensis*, metropolitanam complectens Ecclesiam eiusdem nominis, quae fuerat ante Vicariatus Apostolicus, cuius cathedralis aedis titulus erit a Purissimo Corde B. M. V., et tamquam suffraganeas Sedes eos qui sequuntur Vicariatus Apostolicos, in dioeceses redactos: Quinhonensem videlicet, cuius cathedralis aedis titulus erit a Beata Maria Virgine in caelum Assumpta; Nhatrangensem, cuius cathedralis aedis titulus erit a D. N. I. C. Rege; Kontumensem, cuius cathedralis aedis titulus erit ab Immaculata Conceptione B. M. V. Denique Provincia Ecclesiastica *Saigonensis*, quae constabit metropolitana residentiali Ecclesia Saigonensi, antehac Vicariatu Apostolico, cuius cathedralis aedis titulus erit ab Immaculata Conceptione B. M. V., suffraganeis dioecesibus, quae fuerant hactenus Vicariatus Apostolici, Vinhlongensi, cuius cathedralis aedis titulus erit a S. Anna B. M. V. Matre; Canthoënsi, cuius cathedralis aedis titulus erit a Sacratissimo Corde Iesu, atque sequentibus denique noviter conditis dioecesibus: Dalatensi, cuius cathedralis aedis titulus erit a S. Nicolao Barensi; Mythoënsi et Longxuyensi, quarum cathedrales aedes mox
348 struentur. Iubemus etiam ut ecclesiasticae circumscriptiones Langsonensis, Haiphongensis, Bacninhensis, Hueensis, hucusque Patribus commissae Societatis Parisiensis Missionum ad Exteras Gentes atque Fratribus Ordinis Praedicatorum, itemque novae dioeceses Dala/tensis, Mythoënsis et Longxuyensis clero saeculari Vietnamensi concredantur. His autem ceterisque omnibus, quas nominavimus, Ecclesiis atque earundem templis cathedralibus sacrisque Praesulibus omnia iura damus, honores, privilegia congrua; sacrorum vero Antistitibus onera quoque et obligationes imponimus. Omnia praeterea quae diximus territoria iurisdictioni Sacrae Congregationis de Propaganda Fide obnoxia esse pergent; ad eorum autem sacros Praesules quod attinet, ita placuit transferre ut venerabilis Frater Iosephus Maria Trinh-nhu-Khuê, adhuc Vicarius Apostolicus Hanoiensis, a Sede titulo Synaitana ad metropolitanam Ecclesiam Hanoiensem destinaretur; venerabilis Frater Vincentius Pham-Van-Du, adhuc Administrator Apostolicus Langsonensis, a Sede titulo Bosetana ad cathedralem Ecclesiam Langsonensem; venerabilis Frater Petrus Khuat-Van-Tao, adhuc Administrator Apostolicus Haiphongensis, a Sede titulo Caralliensi ad cathedralem Ecclesiam Haiphongensem; qui praeterea dioecesis Bacninhensis Administratorem Apostolicum aget; venerabilis Frater Petrus Nguyen-Huy-Quang, adhuc Administrator Apostolicus Thaibinhensis, a Sede titulo Claudiopolitana in Isauria ad cathedralem Ecclesiam Hunghoaënsem; venerabilis Frater Dominicus Dinh-Duc-Tru, adhuc Administrator Apostolicus Thaibinhensis, a Sede titulo Cataquensi ad cathedralem Ecclesiam Thaibinhensem; venerabilis Frater Iosephus Pham-Nang-Tinh, adhuc Administrator Apostolicus Buichuensis, a Sede titulo Berenicensi ad cathedralem Ecclesiam Buichuensem; venerabilis Frater Paulus Bui-Chu-Tao, adhuc Administrator Apostolicus Phatdiemensis, a Sede titulo Numidensi ad cathedralem Ecclesiam Phatdiemensem; venerabilis Frater Petrus Pham-Tan, adhuc Administrator Apostolicus Thanhoaënsis, a Sede titulo Iustinianopolitana in Galatia ad cathedralem Ecclesiam Thanhoaënsem; venerabilis Frater Ioannes Baptista Tran-Huu-Duc, adhuc Vicarius Apostolicus Vinhensis, a Sede titulo Niciotana ad cathedralem Ecclesiam Vinhensem; venerabilis Frater Petrus Martinus Ngo-Dinh-Thuc, adhuc Vicarius Apostolicus Vinhlongensis, a Sede titulo Saesinensi ad metropolitanam Ecclesiam Hueensem; venerabilis Frater Petrus Pham-Ngoc-Chi, adhuc Vicarius Apostolicus Buichuensis et Administrator Apostolicus Quinhonensis, a Sede titulo Sozopolitana in Haemimonto ad cathedralem Ecclesiam Quinhonensem; venerabilis Frater Marcellus Piquet, adhuc Vicarius Apostolicus Nhatrangensis, a Sede titulo Erizena ad cathedralem Ecclesiam Nhatrangensem; venerabilis Frater Paulus Seitz, adhuc Vicarius Apostolicus Kontumensis, a Sede titulo Catulensi ad cathedralem Ecclesiam Kontumensem; venerabilis Frater Paulus Ngu-/ 349
yen-Binh, adhuc Vicarius Apostolicus Canthoënsis, a Sede titulo Agnusiensi ad metropolitanam Ecclesiam Saigonensem; venerabilis Frater Simon Hoa-Nguyen-Van-Hien, adhuc Vicarius Apostolicus Saigonensis, a Sede titulo Sagalassensi ad cathedralem Ecclesiam Dalatensem. Dilectos autem Filios Iosephum Tran-Van-Thien Episcopum nominamus Mythoënsem; Antonium Nguyen-Van-Thien, Episcopum Vinhlongensem; Philippum Nguyen-Kim-Dien, Episcopum Canthoënsem; Michaëlem Nguyen-Khac-Ngu denique, Episcopum Longxuyensem.

In hisce novis dioecesibus, sive cathedralibus sive metropolitanis, si Canonicorum Collegium ob rerum locorumque adiuncta condi nequeat, consultores dioecesani interea ad normam Iuris Canonici renuntientur, qui quidem a munere cessabunt Canonicis constitutis. Peculiarem curam adhibeant sacri Antistites ut bonae spei pueri ad sacerdotium educentur, cum sint christiani populi ductores futuri. Cuiusque Sedis mensa episcopalis, quae dicitur, bonis efficietur quae eaedem Ecclesiae in praesens possident, Curiae proventibus, liberis populi collationibus, pecunia quam Sacra Congregatio Fidei Propagandae mittere solet. Ad regimen quod attinet, administrationem Ecclesiae, iura cleri et populi, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, aliaque huiusmodi Iuris Canonici legibus temperentur. Ceterum Nostras has sub plumbo Litteras decernimus ut exsequendas curet Apostolicus in Indosina Delegatus, quem diximus, vel quem ipse delegaverit, dummodo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Quodsi tempore exsecutionis alius in Indosina Apostolici Delegati partes impleat, hic iussa Nostra faciet. Qui vero negotium perfecerit onus habebit et effectae rei documenta exarandi et eorum fide digna exempla ad Sacra Congregationem de Propaganda Fide quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab illis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras lisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive

insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si / ostenderentur.
350 Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die quarto et vicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri tertio.—*Pro S. R. E. Cancellario:* Dominicus Card. TARDINI, *a publicis Ecclesiae negotiis.* Gregorius P. Card. AGAGIANIAN, *S. C. de Prop. Fide Praefectus.* Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens.* Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.* Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

2947

1960 NOV 26.-CONV. c. PARAQUARIA. AAS 54 (1962) 22-27

CONVENTIO INTER APOSTOLICAM SEDEM ET PARAQUARIANAM REMPUBLICAM DE ERIGENDO VICARIATU CASTRENSI

La Santa Sede y el Gobierno del Paraguay, deseando proveer de manera conveniente y estable a la mejor asistencia religiosa de las Fuerzas Armadas, según su tradición y sus anhelos, han decidido llegar a un Convenio, y con este objeto han nombrado sus Plenipotenciarios, a saber:

Su Santidad el Sumo Pontífice Juan XXIII, a Su Excelencia Reverendísima Monseñor Carlo Martini, Nuncio Apostólico.

Su Excelencia el Presidente Constitucional de la República del Paraguay, General de Ejército Alfredo Stroessner, al Excelentísimo Señor Raúl Sapena Pastor, Ministro de Relaciones Exteriores.

Los cuales, después de haber canjeado sus Plenos Poderes hallados en debida forma, han convenido en los artículos siguientes:

Art. I—La Santa Sede erige en el Paraguay un Vicariato Castrense para la asistencia espiritual de los miembros de las Fuerzas Armadas.

Sin perjuicio de las disposiciones fijadas en el presente Convenio, el Vicariato Castrense se regirá por el Decreto de erección ecclesiástica que emana de la Sagrada Congregación Consistorial y por las normas contenidas en la Instrucción «De Vicariis Castrensibus» del 23 de abril de 1951 (*A. A. S.*, 1951, pág. 562) [LE 2208].

Art. II—El Vicario Castrense será nombrado por la
23 Santa Sede de acuerdo con el Presidente de la República. /

Como Jefe espiritual de las Fuerzas Armadas tendrá el rango de General de Brigada más antiguo, con los honores, prerrogativas y emolumentos anejos a dicho grado.

Art. III—La asistencia espiritual de las Fuerzas Armadas será ejercida por el Vicario Castrense, un Capellán Mayor para el Ejército, un Capellán Mayor para la Marina de Guerra, un Capellán Mayor para la Aeronáutica Militar, y por los Capellanes asignados a dichas Fuerzas.

El Vicario Castrense designará un Pro-Vicario que puede ser uno de los Capellanes Mayores.

Art. IV—La Curia Castrense tendrá como sede la ciudad Capital de Asunción, y estará constituida por el Pro-Vicario, los Capellanes Mayores y demás personal que sea necesario a juicio del Vicario Castrense.

Art. V—Al quedar vacante el Vicariato Castrense, el Pro-Vicario o, en su defecto, el Capellán Mayor más antiguo en el cargo asumirá interinamente las funciones de Vicario con las facultades y obligaciones propias de los Vicarios Capitulares, salvo que la Santa Sede crea oportuno proveer de otra manera.

Art. VI—El Vicario Castrense tratará directamente con el Ministro de Defensa Nacional el despacho de todos los asuntos inherentes a su cargo.

Art. VII—Los Capellanes Mayores Castrenses, bajo las órdenes del Vicario, tendrán a su cargo la dirección del servicio religioso del Ejército, de la Marina de Guerra y de la Aeronáutica Militar.

Los Capellanes de las Fuerzas Armadas ejercerán su sagrado ministerio bajo la jurisdicción del Vicario, asistido por su propia Curia.

Art. VIII—El Vicario Castrense reclutará su clero, escogiéndolo entre los sacerdotes seculares y religiosos que tengan debida autorización de sus Ordinarios o Superiores. Por lo que se refiere a los Religiosos, se / observarán las 24
normas peculiares dadas por la Santa Sede con Instrucción de la Sagrada Congregación de Religiosos del 2 de febrero de 1955 (*A. A. S.*, 1955, pág. 93) [LE 2478].

Art. IX—El Vicario Castrense, previa aceptación de los candidatos por el Ministro de Defensa Nacional, nombrará los Capellanes del Ejército, de la Marina de Guerra y de la Aeronáutica Militar, y les expedirá sus títulos habilitantes.

La designación de los Capellanes para los servicios respectivos será hecha por dicho Ministerio a propuesta del Vicario.

Art. X—Además, el Vicario Castrense se pondrá de acuerdo con los Ordinarios diocesanos y los Superiores religiosos para designar entre sus súbditos a un número adecuado de sacerdotes que, sin dejar los oficios que tengan en sus Diócesis e Institutos, se dediquen a auxiliar a los Capellanes militares en el servicio espiritual de las Fuerzas Armadas.

En lo concerniente a los militares, tales sacerdotes y religiosos, ejercerán su ministerio a las órdenes del Vicario Castrense, del cual recibirán las necesarias facultades «ad nutum».

Art. XI—Si algún Capellán debiera ser sometido a procedimiento penal o disciplinario de parte de la autoridad militar, ésta dará la información pertinente al Vicario Castrense, quien dispondrá se cumpla la sanción en el lugar y forma que estime más adecuado.

El Vicario Castrense podrá suspender o destituir por causas canónicas y «ad normam iuris canonici» a los Capellanes militares, debiendo comunicar la providencia tomada al Ministerio de Defensa Nacional, quien los declarará en disponibilidad en el primer caso, o les dará de baja de las Fuerzas Armadas de la Nación en el segundo.

Los Capellanes militares están además sometidos «ratione loci» a la disciplina y vigilancia de los Ordinarios diocesanos quienes en caso de infracción, informarán al Vicario Castrense, pudiendo ellos mismos, si fuere urgente, tomar las medidas canónicas necesarias dando aviso de inmediato al Vicario Castrense. / 25

Art. XII—La jurisdicción del Vicario Castrense y de los Capellanes es personal, y se extiende a todos los militares católicos en servicio activo, a sus esposas, hijos, familiares y personal doméstico que conviven con ellos en los establecimientos militares, a los cadetes de las instituciones de formación y aspirantes de los institutos de Sub-Oficiales, y a todos los religiosos y civiles que de manera estable viven en los hospitales y otras dependencias de las Fuerzas Armadas.

Art. XIII—Los Capellanes militares tienen competencia parroquial en lo tocante a las personas mencionadas en el Artículo precedente. Por lo que se refiere a la asistencia canónica del matrimonio, observarán lo dispuesto en el Canon 1097, 2, del Código de Derecho Canónico, según el cual es regla que el matrimonio se celebre ante el párroco de la novia, a menos que excuse una justa causa; en el caso de celebrarse ante el Capellán militar, éste deberá atenerse a todas las prescripciones canónicas.

Art. XIV—Como quiera que la jurisdicción castrense se ejerce dentro del territorio de las diferentes diócesis, es acumulativa con la de los Ordinarios del lugar. Sin embargo, en los cuarteles, aeropuertos, arsenales, tribunales, cárceles, campamentos y demás lugares destinados a las Fuerzas Armadas, usarán de ella, primera y principalmente, el Vicario Castrense y los Capellanes militares y, subsidiariamente, aunque siempre por derecho propio, los Ordinarios del lugar y Párrocos locales, cuando aquéllos falten

http://www.obrascatolicas.com

o estén ausentes mediante los oportunos acuerdos por regla general con el Vicario Castrense, quien informará a las autoridades de las Fuerzas Armadas correspondientes.

Fuera de los lugares arriba señalados ejercerán libremente su jurisdicción los Ordinarios del lugar y cuando fueren solicitados, los Párrocos locales.

Art. XV—Cuando los Capellanes Castrenses, en función de su sagrado ministerio con los militares, tengan que oficiar fuera de los templos, establecimientos, campamentos y demás lugares destinados regularmente a ellos, deberán dirigirse con anticipación a los Ordinarios del lugar o a los Párrocos o Rectores locales para obtener el oportuno
26 permiso. /

Art. XVI—El Estado paraguayo reconoce que los clérigos, según el Canon 121, y los religiosos, según el Canon 614, están exentos del servicio militar. Igualmente se reconoce esta exención a los seminaristas y a los alumnos de las escuelas de formación de religiosos.

Sin embargo, en caso de movilización general, los sacerdotes seculares o regulares, que tuvieren la edad que alcance la movilización y fuesen necesarios a juicio del Vicario Castrense, serán llamados a ejercer su sagrado ministerio en las Fuerzas Armadas como Capellanes, disfrutando de la consideración de los Oficiales de la reserva.

Los demás clérigos y religiosos no sacerdotes así como los seminaristas, postulantes y novicios, en la medida que el Vicario Castrense estimare necesario, serán destinados a ayudar a los Capellanes militares en su ministerio espiritual o a las organizaciones sanitarias.

Están exentos del servicio militar, aún en los casos de movilización general, los Obispos, los Ordinarios «locis», los Superiores Mayores religiosos, los Sacerdotes que tengan cura de almas, como los Párrocos y Coadjutores, los Rectores de Iglesias abiertas al culto y los Sacerdotes al servicio de las Curias y de los Seminarios.

Art. XVII—Es de competencia del Vicario Castrense además de enviar instrucciones a los Capellanes militares y pedir los informes que creyere oportunos, hacer por sí o por sus delegados inspecciones «in loco» de la situación del servicio religioso castrense.

Art. XVIII—El Ministerio de Defensa Nacional, de acuerdo con el Vicario Castrense, debidamente autorizado por la Santa Sede, reglamentará lo concerniente a los cuadros, ingresos y ascensos de los Capellanes militares, así como los derechos y obligaciones de ellos como oficiales de las Fuerzas Armadas.

Art. XIX—En razón de su carácter de Ministro de Dios, a todo Capellán, abstracción hecha de su graduación en el escalafón de las Fuerzas Armadas, compete la misión de dirigir sus instrucciones y pláticas religiosas a todos los miembros de las Fuerzas Armadas confiadas a su sagrado
27 ministerio. /

Art. XX—El presente Convenio será aprobado y ratificado de conformidad a las normas constitucionales o prácticas vigentes en cada una de las Altas Partes Contratantes y entrará en vigor en la fecha del canje de los Instrumentos de ratificación que se efectuará en la ciudad del Vaticano dentro del más breve plazo posible.

Continuará indefinidamente su vigencia, a menos que una de las Altas Partes Contratantes anuncie oficialmente a la otra, con seis meses de antelación, la intención de darle por terminado.

En fe de lo cual, los Plenipotenciarios arriba nombrados firman y sellan el presente Convenio, en dos ejemplares igualmente auténticos, en lengua española, en la ciudad de Asunción a los veinte y seis del mes de noviembre del año mil novecientos sesenta.—Carlo Martini. Raúl Sapena Pastor.

Protocolo adicional

La jurisdicción del Vicariato Castrense, en los mismos términos por los cuales se establece en el presente Convenio para las Fuerzas Armadas del Paraguay, se hace extensiva a las Fuerzas Policiales del Paraguay.

La reglamentación correspondiente, análogamente a lo que dispone el Artículo XVIII del presente Convenio, será hecha por el Ministerio del Interior de acuerdo con el Vicario Castrense, debidamente autorizado por la Santa Sede.

De conformidad con las disposiciones estipuladas en el Artículo III del Convenio, se procederá a la designación del Capellán Mayor respectivo, quien hará parte integrante de la Curia Castrense.—Carlo Martini. Raúl Sapena Pastor.

Conventione inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Paraquarianam rata habita, die XX mensis Decembris anno MCMLXI Ratihabitationis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, i. e. a die XX Decembris anno MCMLXI, huiusmodi Conventio inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Paraquarianam ieta vigere coepit ad normam articuli XX eiusdem Pactionis.

Adn. A. PUGLIESE in ME 87 (1962) 385-401.

2948

1960 NOV 26.-SC RITUUM, MONITUM. PART.*

Monitum de non applicandis normis liturgicis iam promulgatis ante finitam vacationem legis

Questa S. Congregazione è stata informata che si va spargendo la voce che il nuovo Codice delle rubriche che, per precisa dichiarazione del Sommo Pontefice nel Suo *Motu proprio* del 25 luglio u. s., *A. A. S.*, LII (1960) 593-595 [LE 2926], dovrà andare in vigore col prossimo 1.° gennaio 1961, possa essere applicato alla recita dell'Ufficio Divino sin da ora. Anzi la stessa interpretazione è stata diffusa persino dalla stampa, come per es. nell'ultimo numero (48) della «Settimana del Clero», pubblicato a Roma con la data del 27 nov., pag. 2.

Per ovviare al gravissimi abusi che da codeste errate interpretazioni possono derivare, questa S. Congregazione dichiara in tutta forma che, tenuto conto del can. 9 del Codice del Diritto canonico e della precisa ed esplicita data del 1.° gennaio 1961, stabilita nel *Motu proprio* citato, nn. 1 e 2, l'interpretazione surriferita è destituita di ogni fondamento giuridico; perciò, chi recitasse le Ore canoniche secondo le norme del nuovo Codice delle rubriche prima della data del 1.° gennaio 1961, non soddisferebbe all'obbligo canonico del Divino Ufficio.

Roma, 26 novembre 1960.—Enrico Dante, *Segr.*

* AOFMCap 78 (1960) 288.

2949

1960 NOV 27.-SC CONSIST., DECR. AAS 53 (1961) 49-50

ORBIS - VICARIATUS CASTRENSES

Facultas audiendi confessiones pro militum Cappellanis extenditur

Sacramentum Poenitentiae, quo —divina institutione— lapsis post Baptismum beneficium Christi mortis applicatur, iidemque cum Deo reconciliantur, ut fideles frequenter reciperent, nullo umquam tempore Apostolica Sedes destitit vehementer adhortari.

Quo tamen ministerium et potestas clavium in remittendis retinendisque peccatis —tum ad validitatem, tum ad liceitatem quod attinet— rite exerceretur, eadem Sancta Sedes opportunas aptasque per saecula edidit normas, licentiam audiendi sacras confessiones vel quoad locum, vel quoad genus personarum, vel quoad tempus limitando, siquidem in actione iudiciali id consistit, quae, praeterquam potestate ordinis, potestate iurisdictionis ordinaria vel delegata, suapte natura, innititur.

Quae Sacrosancta Tridentina Synodus —divino afflante Spiritu— de audiendis confessionibus decrevit, presbyteros nimirum nullos posse fidelium confessiones excipere, nec ad id idoneos deputari nisi aut parochiale beneficium aut ab Episcopis approbationem obtinuerint, in Codice Iuris Canonici enucleata pressiusque delimitata inveniuntur, atque, nisi animarum salus aliud suadeat, ab omnibus ad quos spectat religiose servanda sunt.

Vicarii Castrenses, quatenus ordinaria fruentes personali iurisdictione, militum vero cappellani animarum curam, paroeciali quasi munere, exercentes subditorum tantummodo, haud duble definitorum vel concreditorum, confessiones excipiendi potestate ex iure ditantur.

Quandoquidem post diuturnas ac varias recentis aevi vicissitudines, coniunctioribus voluntatibus magisque consociatis fraterno foedere viribus mutuam vitae consuetu-

dinem reddere homines percupiunt; crebrioribus ad id effectis earum rerum commerciis quibus populorum ac nationum ratio et moderamen regitur ac fulcitur.

Hisce imo temporibus, et militum copiae de alia in aliam transmitti consuevit dicionem, ita ut in iisdem stativis aut erraticis castris plurium tum agminum tum regionum milites saepenumero castrametari simul contigeret, unumque
50 plurium foederatarum nationum constituerent exercitum. /

Cum vero, iisdem in adiunctis, proprius uniuscuiusque agminis cappellanus plerumque praesto esse nequiverit, qui spiritualia cupientibus ministraret adiumenta, ab Apostolica Sede postulatum est ut quilibet militum cappellanus —sive in patria sive extra— in locis tamen militibus reservatis, confessiones excipere valeret Christifidelium omnium quibuscum convivere contingeret, vel proprii vel ceterarum nationum essent subditi Vicariatus Castrensis.

Sacra Congregatio Consistorialis, ad Omnipotentis Dei gloriam ac Ecclesiae utilitatem et aedificationem re mature perpensa, ne milites, quorum vitae et pietati gravia undique saeva adversantur discrimina, supernis careant, Eucharistico praesertim Pane, in agone solaciis, praesenti Decreto statuere, decernere et declarare opportunum duxit ut:

Universi militum cappellani qui facultate audiendi confessiones a proprio Vicario Castrensi praediti sint, quoties —ubique terrarum— praesentes adsint in locis sive continenter sive transeunter militibus reservatis, hoc est in stativis aut erraticis castris et in navibus, sacri ministerii peragendi causa, valide et licite, de consensu saltem praesumpto proprii Vicarii Castrensis, confessiones excipere possint quorumlibet subditorum cuiuscumque Vicariatus Castrensis qui sponte petierint; ita ut cuivis militi aut subdito cuiuslibet Vicariatus Castrensis peccata sua fas sit confiteri apud quemlibet militum cappellanum cuiusvis nationis, qui memoratis fruatur condicionibus.

Serventur accurate cetera de iure servanda, praesertim quae ad mulierum confessiones attinent.

Ssmus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII in Audientia die 27 mensis Novembris anno 1960 habita ab infrascripto Secretario huius Sacrae Congregationis Consistorialis, praesens Decretum Apostolica Auctoritate munire dignatus est atque edi iussit. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, die 27 mensis Novembris anno 1960.—Marcellus Card. Mimmi, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis*. Iosephus Ferretto, Archiep. Serdicen., *Adsessor*.

Adn. E. CASTAÑEDA in REDC 16 (1961) 541-545; A. PUGLIESE in ME 86 (1961) 197-199.

2950

1960 DEC 3.-SC CONC., DECR. AAS 52 (1960) 985-986

Novus index statuitur dierum festorum, quibus inest obligatio litandi sacrum pro populo

Cum in novas Rubricas Breviarii et Missalis editas post Litteras Apostolicas *Rubricarum instructum* diei 25 mensis Iulii 1960 [LE 2926] per Decretum Generale Sacrae Rituum Congregationis «Novum rubricarum Breviarii ac Missalis romani codicem» diei 26 mensis Iulii 1960 [LE 2927], quaedam variationes circa dies festos inductae fuerint, nonnulli Ordinarii locorum per varias Regiones constituti a Sacra Congregatione Concilii expostulaverunt ut, ad dubii atque perplexitatis occasionem auferendam circa dies, quibus est applicandum Sacrum pro populo, congrua aliqua ratio iniretur.

His itaque votis annuens, Sacra Congregatio Concilii, de mandato Summi Pontificis Ioannis XXIII feliciter Regnantis, indicem taxativum, qui sequitur, festorum, quibus, iuxta praescripta canonum 339 § 1 et 466 § 1 Codicis Iuris Canonici, in universa Ecclesia a die 1 Ianuarii 1961 inest obligatio litandi Sacrum pro populo, conficiendum statuit; idest:

FESTA DE PRAECEPTO

Dominicae I et II Classis.

Alia Festa I Classis in Calendario Ecclesiae Universae:

1. Nativitas Domini—2. Dies octavus Nativitatis Domini—3. Epiphania Domini—4. Ascensio Domini—5. Festum SSmi Corporis Christi—6. Conceptio Immaculata B. Mariae Virginis—7. Assumptio B. Mariae Virginis—8. Festum S. Ioseph, Sponsi B. M. V.—9. Festum SS. Petri et Pauli Apostolorum—10. Festum Omnium Sanctorum. /
985

FESTA NON DE PRAECEPTO

I Classis in Calendario Ecclesiae Universae:

1. Festum SSmi Cordis Iesu—2. Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C.—3. Annuntiatio B. Mariae Virginis—4. Festum Sancti Ioseph Opificis—5. Dedicatio S. Michaëlis Archangeli—6. Nativitas S. Ioannis Baptistae.

I Classis in Calendariis particularibus:

7. Festum Patroni principalis Nationis—8. Festum Patroni principalis Regionis seu Provinciae sive ecclesiasticae sive civilis—9. Festum Patroni dioecesis—10. Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis—11. Festum Patroni principalis loci seu oppidi vel civitatis—12. Anniversarium Dedicationis Ecclesiae propriae—13. Titulus Ecclesiae propriae.

II Classis:

14. Nativitas B. Mariae Virginis—15. Purificatio B. Mariae Virginis—Festa natalicia Apostolorum et Evangelistarum, scilicet: 16. Festum S. Andreae—17. Festum S. Thomae—18. Festum S. Ioannis—19. Festum S. Mathiae—20. Festum S. Marci—21. Festum SS. Philippi et Iacobi—22. Festum S. Iacobi—23. Festum S. Bartholomaei—24. Festum S. Matthaei—25. Festum S. Lucae—26. Festum SS. Simonis et Iudae.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.—Datum Romae, die 3 Decembris 1960.—P. Card. Ciriaci, *Praef.* P. Palazzini, *a Secr.*

Adn. D. CORSELLINI in Perfice munus 36 (1961) 381-387; A. DIEZ in CpR 40 (1961) 154-156; E. F. REGATILLO in Sal terrae 49 (1961) 166-167; F. ROMITA in ME 86 (1961) 10-23; M. ZALBA in PrM 50 (1961) 222-231; Doc. Cath. 58 (1961) 13-14; EL 75 (1961) 61-64; NrT 83 (1961) 195-197.

2951

1960 DEC 3.-SC CONC., DECR. AAS 52 (1960) 986-987

De servitio chorali novo rubricarum Codici accommodando

In Litteris Apostolicis *Rubricarum instructum* diei 25 mensis Iulii 1960 ad num. 3) [LE 2926] edicitur: «Item statuta, privilegia, indulta et consuetudines cuiuscumque generis, etiam saecularia et immemorabilia, immo specialissima atque individua mentione digna, quae his rubricis obstant, revocantur». /
988

Quare Sacra Congregatio Concilii, de mandato Summi Pontificis Ioannis XXIII feliciter Regnantis, statuit, ad servitium chorale quod attinet, ut locorum Ordinarii curent emendari statuta capitularia et abrogari praefata privilegia, indulta et consuetudines, quae dictis rubricis obstent.

Insuper declarat reductiones servitii choralis, quae a Sacra Congregatione Concilii fuerint concessae, adhuc vigere, si et quatenus praedictis rubricis haud obstent.

Petitiones autem reductionum servitii choralis vel earundem prorogationum a Capitularibus exarentur iuxta novas rubricas Breviarii et Missalis. Contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, die 3 Decembris 1960.—P. Card. Ciriaci, *Praef.* P. Palazzini, *a Secretis*.

Adn. E. F. REGATILLO in Sal terrae 49 (1961) 167-171; F. ROMITA in ME 86 (1961) 10-23; Doc. Cath. 58 (1961) 15; EL 75 (1961) 64; NrT 83 (1961) 197.

2952

1960 DEC 5.-CONS. TAB., INST. AAS 52 (1960) 1022-1025

Instructio ad Ordinarios locorum et Superiores religiosos Italiae circa ordinationem et administrationem archivorum ecclesiasticorum

Sua Santità Giovanni XXIII, nell'Udienza concessa il 5 dicembre 1960 al sottoscritto Presidente della Pontificia Commissione per gli Archivi Ecclesiastici d'Italia, Si è degnata di approvare le unite Istruzioni, ordinandone la publicazione.—Martino Giusti, *Presidente della Pont. Commissione per gli Archivi Ecclesiastici d'Italia*

Istruzioni agli Eccmi Ordinari e ai Revmi Superiori Religiosi d'Italia sull'Amministrazione degli Archivi

A seguito delle Auguste disposizioni, con le quali la Santità di Nostro Signore Si è degnata di erigere in persona

http://www.obrascatolicas.com

morale la Pontificia Commissione per gli Archivi Ecclesiastici d'Italia ed approvarne lo Statuto, questa Commissione, allo scopo di facilitare il compito degli Ordinari e dei Superiori Religiosi per quanto riguarda la conservazione e l'amministrazione degli archivi da essi dipendenti, ha ritenuto opportuno emanare le seguenti Istruzioni:

1. Gli archivi constituiscono la documentazione dell'opera della Chiesa e sono strumento utilissimo anche per lo svolgimento dell'azione pastorale.

Essi si formano nell'interesse degli Enti da cui derivano e restano sempre a loro servizio, sotto la responsabilità esclusiva dell'Autorità Ecclesiastica.

2. In ogni archivio le carte più antiche formano una unità con quelle più recenti, perchè comune è la loro natura e la loro destinazione. Tutto l'archivio perciò dovrà essere trattato con ugual cura, applicando, secondo la qualità e la condizione degli atti, le provvidenze più adatte, suggerite dal progresso della dottrina archivistica e della 1023
tecnica. /

3. Gli archivi dovranno di regola essere conservati ed amministrati dagli Enti da cui provengono; ove ragioni di sicurezza o altri giustificati motivi consigliassero un trasferimento, sarà necessario ottenere il parere favorevole della Pontificia Commissione. Ciò vale, ad esempio, per i casi in cui si ritenesse utile trasferire la parte più antica di un archivio in un archivio centrale diocesano o regionale, o affidarne l'amministrazione ad altro Ente ecclesiastico.

In quanto il trasferimento e la conseguente assegnazione ad altro Ente ecclesiastico comportino una modifica dello stato giuridico dell'archivio, sarà necessaria anche l'autorizzazione dei competenti Dicasteri della Santa Sede, a norma delle vigenti disposizioni canoniche.

4. Ogni specie di alienazione o cessione è assolutamente vietata, sebbene attuata con la riserva della proprietà, non solo dei documenti di particolare interesse storico (che a norma del can. 1497, § 2, del C. I. C. sono considerati «bona pretiosa»), ma anche di ogni altro atto o scrittura che, per sua natura e destinazione, appartenga ad un archivio ecclesiastico.

L'eventuale alienazione o cessione di materiale archivistico non compreso nelle due categorie sopra indicate, dovrà essere preventivamente approvata dalla Pontificia Commissione, fermo restando quanto riguarda le particolari competenze dei Dicasteri della Santa Sede e gli eventuali diritti di persone o Enti.

5. Gli archivi degli Enti di cui per qualunque motivo vengano a cessare le attività, quando non esistano precise disposizioni in contrario, passono in custodia e in amministrazione all'Ente superiore, che ne avrà cura come del proprio.

6. Gli archivi devono essere affidati a persone che abbiano la necessaria preparazione per esercitare il loro ufficio.

Si procuri che almeno gli archivi di maggior importanza siano affidati a persone che abbiano frequentato un corso regolare di paleografia, diplomatica e archivistica presso la Scuola Vaticana o presso altra Scuola.

7. Gli Ordinari e i Superiori di Province religiose nomineranno un «Delegato per gli Archivi», dotato anch'esso della preparazione richiesta dal suo ufficio.

Il compito principale del Delegato sarà di assistere l'Ordinario o il Superiore nella sorveglianza degli archivi della rispettiva giurisdizione. Egli terrà l'elenco aggiornato degli 1024
archivi locali; si assicurerà che ogni archivio sia tenuto in ordine ed abbia il prescritto inventario; / avvertirà l'Ordinario o il Superiore, ed eventualmente la Pontificia Commissione, ove rilevasse inconvenienti.

8. L'archivio corrente sia ordinato classificando le carte secondo un titolario opportunamente predisposto; e con tale ordine queste saranno poi versate nell'archivio di deposito.

9. La ristrettezza dei locali e il continuo accrescimento delle carte hanno fatto sorgere anche nei nostri archivi il problema della eliminazione o scarto di quegli scritti, che possono ritenersi non più utili. Però la scelta di questi è un'operazione delicata e non facile, per il pericolo di distruggere carte che più tardi potrebbero divenire importanti. L'eliminazione sia eseguita pertanto dopo matura riflessione e mai sia decisa da una sola persona. Si stenda prima un elenco sommario degli atti da eliminare, che sarà esaminato da una Commissione di almeno tre membri, composta del Delegato per gli Archivi, dei rappresentanti

dell'archivio e dell'Ufficio da cui provengono le carte e, se del caso, di altre persone particolarmente competenti; il voto scritto di detta Commissione sarà poi sottoposto all'approvazione dell'Ordinario o Superiore Religioso.

Di ogni eliminazione di materiale archivistico sarà redatto un verbale, che verrà conservato nell'archivio stesso e, se richiesto, comunicato alla Pontificia Commissione.

Per eliminare carte di data anteriore ai cento anni, occorre ottenere il parere favorevole della Pontificia Commissione.

10. Si compiano revisioni periodiche per controllare l'ordine e l'integrità delle serie e per accertare eventuali danneggiamenti, in particolare la presenza di termiti o di altri insetti.

Qualora occorra restaurare scritti comunque danneggiati (per umidità, fuoco, insetti, ecc.), si chieda l'assistenza di tecnici competenti.

11. Una speciale cura si abbia nella scelta, nell'adattamento, nella costruzione e nella manutenzione dei locali, affinchè essi siano asciutti, arieggiati e forniti dei requisiti necessari per assicurare la buona conservazione del materiale archivistico.

12. La consultazione degli archivi a scopo di studio sia concessa con ampia liberalità, sull'esempio dell'Archivio Segreto Vaticano, pur adottando le necessarie cautele sia nell'ammissione degli studiosi sia nella comunicazione dei documenti.

13. Allo stesso scopo si conceda, per quanto è possibile, la fotografia di documenti. Se fossero richieste fotografie per altri fini, in cui si pre/veda un lucro da parte dei ri- 1025
chiedenti, sarà giusto porre opportune condizioni.

La fotografia di interi fondi, o di parte notevoli di essi, o comunque di un complesso importante di documenti, è di regola vietata; in casi particolari si chieda l'autorizzazione della Pontificia Commissione.

14. Il prestito dei documenti non sia concesso se non in casi eccezionali e con le opportune cautele e garanzie.

Se il prestito, richiesto da Autorità o Istituti a scopo di studio, per mostre o altro, rende necessario il trasferimento dei documenti presso un Ente non soggetto alla giurisdizione dell'Ordinario o del Superiore Religioso, si dovrà ottenere, volta per volta, l'approvazione preventiva della Pontificia Commissione, salvo l'obbligo di chiedere, ove occorra, l'autorizzazione dei Sacri Dicasteri o di altre Autorità.

In ogni caso è vietato il prestito a privati, compresi tra questi gli stessi membri dell'Ente cui l'archivio appartiene.

15. Quando si desideri ottenere da Enti non ecclesiastici aiuti per la redazione e la pubblicazione di inventari, per il restauro di documenti, per la sistemazione dei locali, per la fornitura di scaffali ecc., si dovrà prima chiedere l'approvazione della Pontificia Commissione.

16. Ferma restando la validità delle presenti Istruzioni, gli Ordinari e i Superiori saranno tenuti ad avvertire la Pontificia Commissione circa le eventuali difficoltà che s'incontrassero nell'attuazione di esse.

Adn. E. B. in NRT 83 (1961) 408-409; A. COCCIA in Apoll. 34 (1961) 315-316.

2953

1960 DEC 14.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA CIRCA APPLICATIONEM NOVI CODICIS RUBRICARUM

Rmus P. Augustinus Sépinski, Minister Generalis O. F. M., aliqua dubia proposuit circa applicationem novi Codicis rubricarum pro suo Ordine. Re mature perpensa, haec S. Rituum Congregatio singulis dubiis sequentes dedit responsiones:

1. Utrum festa quae in Calendario Romano expunguntur, adhuc celebrari possint ubi sunt titulus propriae ecclesiae vel provinciae? R. *Affirmative.*

2. Utrum festum 2 cl. quod ab alio festo digniore perpetuo impeditur, transferendum sit in alium diem? R. *Affirmative;* reponatur festum perpetuo impeditum in diem proximiorem non impeditum tanquam in diem propriam.

3. Utrum festum tituli ecclesiae cathedralis adhuc celebrandum sit a Religiosis? R. *Negative.*

4. Utrum Laudes in recitatione a solo anticipari possint? R. *Negative.*

5. Qualis versus dicendus est post novem psalmos unici nocturni? R. *In officio ordinario* versus uti habetur post ultimam antiphonam «per annum» vel «tempore paschali». *In*

officio feriali uti habetur post ultimam antiphonam iuxta diversitatem temporum. *In officio dominicali* «per annum» (etiam tempore Septuagesimae) uti habetur post nonam antiphonam; reliquo tempore prout habetur in primo nocturno.

6. Utrum hymni qui e communi desumpti sunt, sed suo loco transcribuntur in festis sanctorum mutata conclusione ratione temporis, dici debent cum conclusione prout in Communi an prout suo loco habetur? R. *Cum conclusione prout in Communi habetur.*

7. Utrum ad versum «Adiutorium nostrum» ante Benedictionem in fine Primae omnes se signo crucis signare debent? R. *Negative.*

8. Utrum indultum celebrandi Missam conventualem post quamlibet horam minorem et etiam ante Primam adhuc vigeat? R. *Negative;* sed standum est novis rubricis.

9. Utrum participatio liturgica directa Missae conventuali lectae praescribatur? R. *Commendatur, sed non praescribitur.*

10. Utrum in Missa solemni, dum partes a subdiacono, diacono vel lectore cantantur vel leguntur, Celebrans ad altare stare debet an sedere ad scamnum? R. *Ad altare,* donec aliter forte provideatur.

11. Utrum Missa votiva Immaculatae Conceptionis in sabbato adhuc dici possit iuxta Indultum datum a Pio IX anno 1856? R. *Affirmative,* diebus liturgicis III et IV cl., extra tamen tempus Adventus et Quadragesimae, et donec aliter forte provideatur.

12. Utrum Missa Ssmi Cordis in primis Feriis VI adhuc dici possit? R. *Idem ut supra* n. 11.

13. Utrum tempore novemdialium ante festum Nativitatis Domini, ubi fit magnus concursus populi, adhuc celebrari possit missa solemnis «Rorate» B. M. V.? R. *Affirmative* uti votiva II cl. (cf. Codicem Rubricarum, n. 366) [LE 2927].

Die 14 decembris 1960.—Henricus Dante, *S. R. C., a Secr.*

* Ministro Gen. O. F. M.: AOFM 80 (1961) 124-125. Adn. AOFM 80 (1961) 125-127.

2954

1960 DEC 17.-SC SACRAMENT., RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR ACCEDENDI AD S. COMMUNIONEM, SERVATO IEIUNIO UNIUS HORAE A CIBO SOLIDO

CASUS—Hisce adnexae remittuntur litterae a S. Congregatione de Sacramentis die 3 octobris 1960 (Prot. n. 4976-60) ad nos directae pro informatione et voto. Agitur in casu de quadam muliere bona catholica archidioecesis Chicagiensis, quae tali laborat morbo (vulgo diabetes) ut omnino necessarium sit cibum solidum sumere usque ad dimidiam horam ante S. Communionis receptionem. Cum dubitetur utrum his in circumstantiis oratrix infirma sumere possit cibum solidum tamquam veram ac propriam medicinam (quia non pro vero nutrimento sumitur) ita ut sine temporis limite id sumere liceat ante Eucharistiae receptionem, necne, ad S. Congregationem de Sacramentis petitio dirigitur pro dispensatione speciali, si casus ferat. Preces oratricis enixe commendamus.

PRECES—Myrtle, archidioecesis Chicagien., ad pedes S. P. provoluta, humiliter postulat dispensationem a lege jejunii eucharistici, ita ut aliquid sumere valeat ante S. Communionem per modum cibi solidi, ob adversam valetudinem.

RESCR.—*Ex Audientia Ssmi diei* 17 *decembris* 1960. Sanctissimus Dom. Noster Joannes PapaXXIIIaudita relatione infrascripti Card. Praefecti Sacrae Congregationis de Sacramentis, attentis expositis et commendatione Ordinarii Chicagien., eidem benigne committere dignatus est ut oratrici gratiam indulgeat juxta preces, ter in hebdomada, servato jejunio unius horae a cibo solido, remota quacumque scandali et admirationis occasione, ceterisque animi et corporis servatis dispositionibus, aliisque de jure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Praesentibus valituris ad triennium.

* Ordinario Chicagiensi, Prot. N. 4976/60: Jurist 22 (1962) 98-99.

2955

1960 DEC 28.-SC RITUUM, DECLARATIO. PART.*

LAUDES NON POSSUNT ANTICIPARI A TEMPORE POSTMERIDIANO DIEI PRAECEDENTIS, NEC IN RECITATIONE «A SOLO»

Cum circa interpretationem nn. 144 et 145 novi Codicis rubricarum dubium ortum sit utrum scilicet, post diem primum ianuarium anni 1961, Laudes inde a tempore postmeridiano diei praecedentis, in recitatione *a solo* facta, adhuc liceat anticipari, haec S. R. C., ne in re quae directe ad publicam Ecclesiae precationem pertinet remaneat incertitudo, necessarium esse duxit declarare:

1) N. 144 proprie et exclusive permittitur anticipatio Matutini, sive *in choro,* vel *in comuni,* aut *a solo.*

2) N. 145 proprie et exclusive statuitur, recitationem Laudum, *in choro* et *in communi,* fieri posse tantummodo primo mane, id est, absque ulla anticipatione; recitationem vero *a solo,* quae similiter anticipari non licet, convenienter fieri eodem matutino tempore.

Romae, die 28 decembris 1960.—Henricus DANTE, *Secretarius.*

* EL 75 (1961) 56. Adn. ab in EL 75 (1961) 57; ANASTASIUS AB UTRECHT in Laurentianum 11 (1970) 308-358; A. DIEZ in CpR 40 (1961) 167-170; G. MARTINEZ DE ANTOÑANA in Vida rel. 18 (1961) 80-84; AOFMCap 76 (1960) 376; NRT 83 (1961) 198.

2956

1960 . . . .-SC STUDIORUM, NORMAE. PART.*

CONVENTIO AD QUODDAM STUDIUM THEOLOGICUM ALICUI FACULTATI THEOLOGIAE AFFILIANDUM, ET NORMAE SERVANDAE IN CONVENTIONIS APPLICATIONE

I. *Conventio ad studium theologicum... Facultati theologicae... affiliandum*

1. Haec Conventio, inter Rectorem (Praesidem) Universitatis (Facultatis)... et Ordinarium loci (Ordinarium Religiosum) inita, regitur legibus a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus latis.

2. Per Affiliationem, Facultas Theologica... —quae de studiis theologicis in curriculo theologico affiliato erga Sanctam Sedem spondet— gradum academicum *Baccalaureatus Sacrae Theologiae* confert alumnis Studii Theologici affiliati, qui curriculum theologicum in propria sede rite expleverint ad normam can. 1365 C. I. C., quin scholas Facultatis frequentaverint.

3. Studium Theologicum affiliatum complectetur, ad se quod attinet, congruum numerum alumnorum; itemque congruum Professorum numerum, qui non pauciores sint quam sex, omnes saltem gradu Licentiae Sacrae Theologiae ornati, unusque alterve Laurea doctorali.

4. Candidatus ad Baccalaureatus gradum assequendum quis fieri non potest, nisi servatis praescriptis tum Statutorum generalium Universitatis tum specialium Facultatis Theologicae affiliantis, praecipue ad studia praeuniversitaria quod attinet, in primis philosophica.

5. Ratio studiorum Studii Theologici affiliati, a Facultate Theologica approbanda, ita conformetur oportet ad Constitutionem Apostolicam «Deus scientiarum Dominus» eique adnexas «Ordinationes», ut ea omnia amplectatur quae de studiis et examinibus tum Constitutione Apostolica cum «Ordinationibus» requiruntur ad finem de quo in art. 8 eiusdem Constitutionis Apostolicae.

6. Baccalaureatus gradus nonnisi post quadriennium theologicum rite expletum confertur.

7. Examina Baccalaureatus sub ductu et inspectione Facultatis Theologicae subeunda sunt in ipsa Facultate aut alia sede a Facultate praefinita. In quo altero casu, examina facienda sunt coram Commissione, cui Professor a Facultate delegatus praesideat.

8. Ad finem huius Conventionis rite assequendum, servari debent adnexae «Normae», a partibus contrahentibus subsignatae, atque a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus approbatae, necnon earum ampliationes vel mutationes ab Academica Auctoritate ipsius Facultatis legitime introductae.

9. Conventio de qua supra statim ad effectum adducitur, postquam ab eadem Sacra Congregatione fuerit approbata. Potest autem revocari a Facultate affiliante, post duas monitiones, quandocumque affiliatio cedere videatur contra Facultatis honorem et auctoritatem.

II. *Normae servandae ad Conventionem applicandam de Studio Theologico Facultati Theologicae affiliato*

I. *Normae Academicae.*—Art. 1. Disciplinarum distributio in quadrienni curriculo theologico affiliato approbari debet a Facultate Theologica; itemque horarum numerus singulis disciplinis attribuendus.

Art. 2. Textus scholares, seu Manualia, pariter approbari debent a Facultate Theologica.

Art. 3. Praelectiones Theologiae Dogmaticae, Theologiae Moralis, Sacrae Scripturae et Juris Canonici tradi debent lingua latina; quarum disciplinarum examina, tum scripto tum ore, item lingua latina fieri debent.

Art. 4. Ad Baccalaureatus gradum consequendum, requiritur ut candidatus examina feliciter superaverit omnium disciplinarum integri curriculi theologici.

http://www.obrascatolicas.com

II. *Inscriptio academica et relationes ad facultatem theologicam.*—Art. 5. Anno scholari ineunte, alumni quarti anni theologici, qui candidati sint ad Baccalaureatum consequendum, sese inscribere tenentur Facultati Theologicae.

Art. 6. Director Cursus Theologici, ante inceptum scholarem annum, elenchum communicabit Professorum toti is cursus quadriennis, simul indicans disciplinas a singulis tradendas, una cum eorum titulis academicis et anno a quo docere inceperint.

Art. 7. Sub finem anni scholaris, testimonium completum de statu academico alumnorum quarti anni theologici ad Baccalaureatum candidatorum, ad Facultatem Theologicam mittetur.

Art. 8. Anno scholari expleto, Director Cursus relationem ad Facultatem mittet tum de activitate didactica et scientifica eiusdem anni tum de statu bibliothecae Studii deque novis acquisitionibus ab ipsa factis.

III. *Examen ad baccalaureatus gradum adipiscendum.*—

Art. 9. Ut quis examina Baccalaureatus consequendi admittatur, notam mediam in examinibus annuis et semestribus totius quadriennii theologici consecutus sit oportet saltem 60 % in disciplinis principalibus, saltem 50 % in ceteris.

Art. 10. Candidatus subire tenetur speciale examen, tum scripto tum ore, de thesibus (saltem triginta) desumptis ex quaestionibus praecipuis per quadriennium traditis, a Consilio Facultatis Theologicae praestitutis.

Art. 11. Examini scripto quinque horae conceduntur.

Art. 12. Examen orale protrahitur per dimidiam horam, et fit coram Commissione trium Professorum.

Art. 13. Nota media, ex scripto et orali examine, sit oportet 70 %, cauto tamen ut in neutro examine minor quam 60 % nota obtenta sit.

Art. 14. Qui gradu Baccalaureatus donandi sunt, professionem Fidei emittent secundum formulam a Sancta Sede approbatam.

IV. *Tributa solvenda.*—Art. 15. Taxae inscriptionis, examinum et diplomatis statuuntur ab Universitate, consentiente Directore Studii Theologici affiliati: sunt quidem mutationibus obnoxiae. Taxae inscriptionis et diplomatis Facultati cedunt, examinum vero Studio Theologico.

Art. 16. Taxae examinum et diplomatis solvendae sunt ante examina ad gradum.

Datum... *(Sequuntur subsignationes contrahentium).*

* An. can. 7 (1960) 184-187. Adn. An. can. 7 (1960) 183-190.

ANNUS 1961

2957

1961 IAN 1.-SC ORIENTALIS, FACULTATES. PART.*

FACULTATES HIERARCHIS CONCESSAE A S. CONGREGATIONE PRO ECCLESIA ORIENTALI.

CAP. I—Facultates generales[1]

1. *Dispensandi et commutandi vota.*—Dispensandi vel commutandi vota privata in alia pia opera, ex rationabili causa, haud exceptis votis privatis Sedi Apostolicae reservatis, quae sunt tantummodo votum perfectae ac perpetuae castitatis et votum ingrediendi in Religionem votorum sollemnium, quae emissa fuerint absolute et post completum decimum octavum aetatis annum.

** 2. *Dispensandi ab irregularitatibus.*—Dispensandi a quibuscumque irregularitatibus, excepta irregularitate filiorum qui in crimen haeresis vel apostasiae inciderint, vel subdiaconatum aut maiorem ordinem ab Episcopis haereticis, schismaticis aut apostatis receperint, et clericorum qui in subdiaconatu vel in maioribus ordinibus constituti matrimonium quomodocumque attentaverint, quae Supremae Congregationi S. Officii reservantur, atque insuper illis exceptis quae ex bigamia vera vel ex homicidio voluntario proveniunt [2].

3. *Commutandi divinum officium.*—Concedendi ut ob legitimam causam, de qua eius conscientia oneratur, loco divini officii, rosarium vel alias pias preces subdiaconi et clerici in maioribus ordinibus constituti recitare possint.

4. *Induendi vestes laicales.*—Permittendi suis sacerdotibus ut vestes laicales induant si aliter vel transire ad loca eorum curae commissa, vel in iis permanere non possint.

** 5. *Dispensandi ab abstinentia et ieiunio.*—Dispensandi non per generale indultum sed in casibus particularibus, quando expedire videbitur, super esu carnium, ovorum et lacticiniorum tempore ieiuniorum et quadragesimarum [3].

6. *Consecrandi calices, patenas, etc.*—Concedendi uni alterive sacerdoti veniam consecrandi iuxta formam praescriptam calices, patenas et altarium lapides.

7. *Permittendi opera servilia.*—Dispensandi ex congruenti causa fideles, ut servilibus operibus attendere valeant diebus dominicis, aliisque festis de praecepto, exceptis diebus Nativitatis et Theophaniae D. N. I. C., Paschatis et Pentecostis, postquam tamen Divinae Liturgiae adstiterint, si possint adesse; si vero non possint, recitatis precibus suppletivis.

* 8. *Concedendi licentiam legendi libros prohibitos.*—Legendi ac retinendi, sub diligenti custodia tamen, ne ad aliorum manus deveniant, ac remoto scandalo, libros ab Apostolica Sede prohibitos et ephemerides exceptis omnino operibus de obscenis ex professo agentibus: libros vero haeresim vel schisma data opera propugnantes, aut ipsa religionis fundamenta utcumque evertere nitentes, nonnisi ad effectum eos impugnandi, vel in proprii officii honestorumque studiorum subsidium.

Iisdem servatis condicionibus allis hanc facultatem concedendi.

CAP. II—Facultates circa matrimonii sacramentum

9. *Facultates quaedam Hierarcharum loci latini ritus.*—Potestate dispensandi de qua in can. 32 § 1 nn. 1, 2, 3, 5 M. P. *Crebrae allatae sunt* diei 22 februarii an. 1949 [LE 2029], uti possunt Hierarchae loci latini ritus.

** 10. *Dispensandi ab impedimento criminis.*—Dispensandi a criminis impedimento, neutro tamen coniugum machinante, tam in matrimoniis contractis renovato secreto a partibus consensu, quam in contrahendis, iniuncta in utroque casu gravi poenitentia salutari [4].

** 11. *Dispensandi ab impedimento consanguinitatis.*—Dispensandi in quarto (secundo) gradu consanguinitatis, tam in matrimoniis contractis quam in contrahendis: et etiam, quoad contracta, cum iis qui ab haeresi, vel schismate, vel infidelitate convertuntur ad fidem catholicam, dummodo pars tantum convertatur, cautionibus ab Ecclesia praescriptis, et in praefatis casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

** 12. *Dispensandi ab affinitate.*—Dispensandi ab impedimento secundi (primi) gradus affinitatis in linea collaterali, dummodo iusta ac legitima causa concurrat, in matrimoniis tam contractis quam contrahendis.

[1] His facultatibus uti possunt Hierarchae locorum, modo id ferat disciplina sui cuiusque ritus.
Facultates simplici asterisco signatae iuris sunt Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii.
Facultates duplici asterisco signatae non extenduntur ad locorum Hierarchas a Patriarcha dependentes.
[2] Cfr. M. P. *Cleri Sanctioni*, can. 265 n. 1 [LE 2664].
[3] Cfr. M. P. *Cleri Sanctioni*, can. 265, 2.° [LE 2664].
[4] Cfr. M. P. *Crebrae allatae sunt*, can. 32 § 1 n. 2 [LE 2029].

13. *Cumulandi dispensationes.*—Cumulandi dispensationes ab impedimentis matrimonialibus circa quae eidem Hierarchae facultas datur, ita ut iis etiam uti possit in casibus in quibus duo vel plura simul concurrant ex praedictis impedimentis; nec non concurrente quoque impedimento mixtae religionis, si pro huius dispensatione concedenda facultatem iam habuerit; accedentibus tamen iustis ilisque gravibus causis, et in urgentioribus casibus pro quibus tempus non suppetat recurrendi ad Superiorem necessaria potestate praeditum, et dummodo singulae facultates adhuc perdurent, et si agatur de facultatibus pro certo casuum numero taxative eidem concessis, hunc numerum non excedant.

14. *Condiciones in dispensationibus.*—Dispensationes matrimoniales, ne concedantur nisi cum clausula: «dummodo mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit, in potestate raptoris amplius non existat», et in dispensatione tenor huiusmodi facultatis inseratur, cum expressione temporis ad quod fuerint concessae.

** 15. *Sanandi in radice.*—Sanandi in radice per se vel per ecclesiasticum virum ad hoc expresse deputandum, matrimonia ob aliquod impedimentum invalide contracta, dummodo utraque pars in consensu de praesenti perseveret.

Ipse vero dispensans, in hoc munere explendo, declaret se agere nomine Romani Pontificis, et tanquam ab Apostolica Sede specialiter delegatum; serio moneat, si matrimonium sit criminose invalidum, de gravissimo patrato scelere, salutares poenitentias imponat, et a censuris aliisque ecclesiasticis poenis ob praemissa quomodolibet incursis absolvat: simulque declaret ob hanc dispensationem sic concessam et acceptam matrimonium fieri validum ac legitimum, et indissolubile evadere iure divino, prolemque sive susceptam sive suscipiendam exinde legitimam habendam esse. Cum autem de matrimonii validitate in foro externo constare debeat, Hierarcha nomina, cum reliquis personarum consuetis indicationibus, in regestis matrimoniorum secretorum describi iubeat, simulque autographum documentum concessionis, communicationis, acceptationis, absolutionis et declarationum ut supra factarum, servetur in curia eparchiali, et exemplar authenticum sedulo custodiendum tradatur parti cuius interest.

In concedenda autem sanatione in radice, et quod attinet ad prolis legitimationem prae oculis habeat sacrorum canonum praescripta.

* 16. *Sanandi in radice matrimonia invalida inter catholicum et acatholicum.*—Sanandi in radice matrimonia invalide inita inter catholicum et acatholicum, pro suo prudenti iudicio et conscientia, dummodo utriusque partis consensus perseveret, et moraliter certum sit partem acatholicam universae prolis nasciturae baptismum catholicum et catholicam educationem non esse impedituram, sive per se sive per alium ecclesiasticum virum ab ipso Hierarcha specialiter deputandum, praevia dispensatione ab impedimentis iuris ecclesiastici quae forte exoritura sint.

Ipse vero dispensans serio moneat partem catholicam de gravissimo patrato scelere, salutares ei poenitentias imponat, et a censuris absolvat, si matrimonium contractum fuit coram ministro acatholico; simulque ipsi declaret, ob hanc dispensationem ab ea acceptam, matrimonium fieri validum et legitimum, et indissolubile evadere iure divino, et prolem, sive susceptam sive suscipiendam, legitimam habendam esse.

Eidem insuper parti catholicae imponat atque declaret obligationem, qua semper tenetur, implendi condiciones ab Ecclesia praescriptas; videlicet de conversione coniugis ad fidem catholicam pro viribus curanda, ac de universa utriusque sexus prole in catholicae religionis sanctitate baptizanda et educanda, non obstante, si forte adsit, legum civilium oppositione.

Cum autem de matrimonii validitate in foro externo constare debeat, Hierarcha nomina, cum reliquis personarum consuetis indicationibus, in regestis matrimoniorum secretorum describi iubeat, simulque autographum documentum concessionis, communicationis, acceptationis, absolutionis, et declarationum a parte catholica ut supra factarum, servetur in curia eparchiali, et exemplar authenticum eidem parti catholicae sedulo custodiendum tradatur.

Hierarcha, in hac sibi concessa facultate explenda, expressam faciat mentionem Apostolicae delegationis.

CAP. III—Facultates circa alia sacramenta

17. *Permittendi celebrationem extra ecclesiam.*—Permittendi suis sacerdotibus et missionariis operam dantibus in sua eparchia ut Divinam Liturgiam celebrare possint —in casu necessitatis— etiam sine ministro, sub dio et sub terra, loco tamen decenti, et praesentibus haereticis, schismaticis, infidelibus et excommunicatis, si aliter celebrare nequeant; atque ut Divina Liturgia celebrari queat una hora post mediam noctem.

18. *Permittendi celebrationem Divinae Liturgiae in mari.*—Concedendi suis presbyteris facultatem celebrandi in navi Divinam Liturgiam durante dumtaxat tempore itineris, dummodo locus, in quo Divina Liturgia peragenda est, nihil indecens aut indecorum praeseferat, mare aut flumen sit adeo tranquillum ut quodcumque e calice effusionis sacrarum specierum periculum absit, atque sacerdos, si adsit, celebranti presbytero adsistat.

19. *Permittendi celebrationem trium Divinarum Liturgiarum in Nativitate Domini.*—Permittendi ut in ecclesiis sui territorii Divina Liturgia statim post mediam noctem Nativitatis Domini ter celebrari possit, cum potestate administrandi fidelibus s. Communionem, cauto tamen ut omnia cum reverentia fiant.

20. *Deferendi divinam Eucharistiam occulte.*—Deferendi divinam Eucharistiam occulte ad infirmos, sine lumine, illamque sine eodem retinendi pro iisdem infirmis, loco tamen decenti, si ab haereticis aut infidelibus sit periculum sacrilegii.

21. *Conficiendi olea sacra.*—Conficiendi olea sacra cum sacerdotibus quos habere potuerit: et, si necessitas urgeat, etiam extra diem Cenae Domini.

** 22. *Dispensandi a defectu aetatis.*—Dispensandi a defectu aetatis unius anni ob operariorum penuriam, ut promoveri possint ad presbyteratum, si alias idonei sint, et dimidiam partem quarti anni theologici cursus rite absolverint.

23. *Conferendi ordines extra tempus et sine interstitiis.*—Conferendi ordines minores omnes simul, etiam cum prima tonsura, iusta de causa.

Conferendi omnes ordines, etiam maiores, extra tempora et non servatis interstitiis, usque ad presbyteratum inclusive, dummodo necessitas sacerdotum ibi urgeat et dummodo ordinum collatio fiat diebus dominicis aut festis de praecepto.

CAP. IV—Facultates circa indulgentias

(Ex commissione habita a S. Paenitentiaria Apostolica)

24. *Largiendi ter indulgentiam plenariam.*—Largiendi ter in anno, occasione sacrorum sollemnium, indulgentiam plenariam christifidelibus qui, confessi ac sacra Communione refecti, aliquam ecclesiam vel publicum aut, pro legitime utentibus, semipublicum oratorium visitaverint, ibique ad mentem Romani Pontificis preces fuderint.

25. *Conced. indul. plen. in actu visitationis.*—Concedendi indulgentiam plenariam in actu visitationis paroeciae, suetis condicionibus lucrandam.

26. *Impertiendi benedictionem apostolicam.*—Impertiendi benedictionem apostolicam, servatis de iure servandis, ter in anno, in magnis sollemnitatibus, cum indulgentia plenaria, applicabili quoque animabus in purgatorio detentis, ab iis acquirenda qui, confessi ac s. Communione refecti, praefatam benedictionem, devote acceperint et ad mentem Romani Pontificis aliquam precem fuderint.

27. *Conced. indul. plen. conversis.*—Concedendi indulgentiam plenariam, suetis condicionibus, primo conversis ab haeresi et ad sinum Catholicae Ecclesiae redeuntibus.

28. *Concedendi indulgentiam plenariam in articulo mortis.*—Impertiendi christifidelibus in articulo mortis constitutis, secundum formam a probatis liturgicis libris traditam, benedictionem apostolicam cum indulgentia plenaria, lucranda ab iisdem fidelibus qui, confessi ac s. Communione refecti vel, si id facere nequiverint, saltem contriti, sanctissimum Iesu Nomen ore si potuerint, si minus corde, devote invocaverint et mortem, tanquam peccati stipendium, de manu Domini patienter susceperint.

29. *Concedendi indulgentiam plenariam in die collationis sacramenti chrismatis.*—Concedendi indulgentiam plenariam die collationis sacramenti chrismatis, omnibus qui illud receperint et illis, qui sacrae functioni adstiterint, suetis condicionibus servatis.

30. *Concedendi indulgentiam plenariam in die primae Communionis.*—Concedendi indulgentiam plenariam die primae Communionis, omnibus qui prima vice Pane caelesti se refecerint, et christifidelibus omnibus, qui, suetis condicionibus positis, adstiterint sacrae functioni.

http://www.obrascatolicas.com

31. *Concedendi indulgentiam plenariam in oratione quadraginta horarum.*—Concedendi ter in anno, indulgentiam plenariam in oratione quadraginta horarum indicenda diebus Hierarchis bene visis, christifidelibus confessis et s. Communione refectis, si tamen ex concursu populi et expositione divinae Eucharistiae nulla probabilis suspicio sit sacrilegii ab haereticis et infidelibus, aut offensionis a magistratibus.

32. *Erigendi Viam Crucis.*—Benedicendi et erigendi sive per se, sive per alium presbyterum ad id specialiter deputandum, pium exercitium *Viae Crucis*, in locis suae iurisdictioni subiectis, cum applicatione indulgentiarum, quae huiusmodi exercitium peragentibus a Romanis Pontificibus impertitae sunt; dato tamen decreto in singulis casibus pro unaquaque stationum erectione, sub poena nullitatis.

33. *Applicandi crucifixis indulgentias Viae Crucis.*—Benedicendi, unico crucis signo (gratis quocumque titulo), cruces cum simulacro ex metallo, ebore, ligno aliave huiusmodi non fragili materia, imaginem Domini Nostri Iesu Christi cruci affixi referente, eisdemque applicandi omnes sacrae Viae Crucis indulgentias pro infirmis, navigantibus, carceribus detentis, in partibus infidelium commorantibus allisque a visitandis eiusdem Viae Crucis stationibus legitime impeditis: dummodo, ad normam Decretorum «Urbis et Orbis» diei 16 septembris 1859 et Sacrae Paenitentiariae diei 14 decembris 1917, 25 martii 1931 et 20 octobris 1931, crucifixum ad hoc benedictum manu tenentes recitent, saltem corde contrito cum pia recordatione Passionis Domini, viginti *Pater, Ave* et *Gloria*, unum nempe pro qualibet statione, quinque in memoriam sacrorum Vulnerum D. N. I. C. ac unum iuxta mentem Romani Pontificis; aut, si agatur de infirmis, qui ob suae infirmitatis seu naturam seu gravitatem nec horum viginti *Pater, Ave* et *Gloria* recitationem absque gravi incommodo aut difficultate peragere valeant, crucifixum ut supra benedictum, eis a sacerdote vel ab alia persona exhibitum, cum affectu et animo contrito osculentur vel etiam tantum intueantur, brevem insimul, si possint, aliquam orationem vel precem aculatoriam in memoriam Passionis et Mortis Domini recitando.

34. *Erigendi confraternitates.*—Erigendi in locis suae iurisdictioni subiectis, exceptis locis ubi adsint regulares ex privilegio sui Ordinis eiusmodi facultate gaudentes, omnes confraternitates a S. Sede approbatas, confraternitate ssmi Rosarii excepta; iisque adscribendi utriusque sexus christifideles, dummodo sint praesentes in loco adscriptionis, eorumque nomina in albo relativae confraternitatis recenseantur; necnon benedicendi coronas et scapularia earumdem sodalitatum propria, eaque fidelibus imponendi, cum applicatione omnium et singularum indulgentiarum et privilegiorum, quae Romani Pontifices memoratis confraternitatibus impertiti sunt.

35. *Benedicendi et imponendi* 5 *scapularia sub unica formula.*—Adscribendi christifideles Confraternitatibus *Ssmae Trinitatis, B. Mariae Virginis de Monte Carmelo* et *Septem Dolorum* eiusdem B. M. V. ac benedicendi coronas et scapularia earumdem confraternitatum propria, pariterque benedicendi scapularia *Passionis D. N. I. C.* et *Immaculatae Conceptionis B. M. V.*, eaque fidelibus imponendi cum applicatione omnium et singularum indulgentiarum et privilegiorum, quae Romani Pontifices memoratis confraternitatibus et fidelibus praedicta scapularia suscipientibus et gestantibus impertiti sunt, dummodo ne adscribantur nisi fideles qui praesentes sint in loco adscriptionis; addita etiam potestate adhibendi, quoad benedictionem et impositionem eorumdem scapularium, unicam formulam a Sede Apostolica approbatam, quae in fine refertur [5].

36. *Benedicendi coronas, rosaria, etc.*—Benedicendi uni[6] co crucis signo coronas, rosaria, cruces, crucifixos, parvas statuas ac numismata, eisque applicandi indulgentias a Romano Pontifice concessas, ut in elencho qui in appendice invenitur, nec non applicandi coronis precatoriis indulgentias a S. Birgitta nuncupatas, quae pariter in fine reperiuntur.

37. *Applicandi indulgentiam quingentorum dierum coronis.*—Benedicendi, unico crucis signo, coronas eisque adnectendi indulgentiam quingentorum dierum, defunctis quoque applicabilem, a christifidelibus lucrandam quoties aliquam ex eisdem coronis manu gerentes, Orationem Dominicam vel Angelicam Salutationem devote recitaverint; dummodo tamen coronae ita benedicendae iuxta typum coronarum ssmi Rosarii B. M. V. confectae sint.

[5] Vide pag. 22 et notam pag. 23 libelli facultatum editi a S. C. pro Ecclesia Orientali.

38. *Applicandi indulgentiam plenariam crucifixis pro moribundis.*—Benedicendi unico crucis signo, crucifixos ex metallo aliave solida materia confectos, eisque applicandi plenariam indulgentiam a quocumque christifideli lucrandam, qui in mortis articulo constitutus, aliquem ex huiusmodi crucifixis, etiamsi ad eum non pertineat, osculatus fuerit, vel quomodocumque tetigerit: dummodo confessus ac s. Communione refectus, vel si id facere nequiverit, saltem contritus, sanctissimum Iesu Nomen, ore si potuerit, sin minus corde, devote invocaverit, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperit.

39. *Concedendi indulgentiam plenariam iis qui vacant exercitiis spiritualibus seu recollectioni spirituali.*—Concedendi sive per se sive per alios sacerdotes, indulgentiam plenariam ab iis lucrandam, qui spiritualibus exercitiis (seu recollectioni spirituali) saltem per triduum integrum vacaverint suetis condicionibus servatis.

40. *Concedendi indulgentiam plenariam in fine missionis.*—Impertiendi vel per se vel per patres missionarios omnibus ac singulis utriusque sexus christifidelibus, qui spiritualibus exercitiis (recollectioni spirituali) seu sacris missionibus ultra medietatem interfuerint, et benedictioni cum cruce, in fine postremae concionis impertiendae, vere poenitentes, confessi ac s. Communione refecti, adstiterint, atque ecclesiam in qua conciones huiusmodi habebuntur devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces effuderint pro sanctae fidei propagatione et ad mentem Romani Pontificis, apostolicam benedictionem cum plenaria indulgentia, applicabili quoque per modum suffragii animabus in purgatorio detentis.

41. *Indultum personale altaris privilegiati.*—Indultum *personale* perpetuum altaris privilegiati, quater in hebdomada, dummodo intuitu huius privilegii nihil omnino, praeter consuetam eleemosynam, percipiatur.

Cap. V—Facultates pro foro interno

(Ex Sacra Paenitentiaria Apostolica)

42. *Absolvendi a censuris.*—Absolvendi in foro conscientiae ab omnibus censuris Apostolicae Sedi sive simpliciter sive speciali modo reservatis, exceptis censuris specialissimo modo reservatis Sedi Apostolicae.

In casibus urgentioribus, si nempe censurae latae sententiae exterius servari nequeant sine periculo gravis scandali vel infamiae, aut si durum sit poenitenti in statu gravis peccati permanere per tempus necessarium ut Superior competens provideat, tunc quilibet confessarius in foro sacramentali ab eisdem, quoquo modo reservatis, absolvere potest, iniuncto onere recurrendi, sub poena reincidentiae, intra mensem, saltem per epistolam et per confessarium, si id fieri possit sine gravi incommodo, reticito nomine, ad S. Poenitentiariam vel ad Superiorem hac facultate praeditum et standi eius mandatis.

43. *Dispensandi ab impedimento criminis.*—Dispensandi super occulto criminis impedimento, neutro tamen conugum machinante, tum in matrimonils contractis, renovato secreto a partibus consensu, tum in contrahendis, iniuncta in utroque casu gravi paenitentia salutari.

44. *Dispensandi a beneficio dimittendo.*—Dispensandi in foro conscientiae, sanando titulum, beneficiatos a dimittendo beneficio, invalide suscepto ob occultum simoniae crimen, si beneficium fuerit paroeciale et praesto non sint alii sacerdotes qui ipsi praefici possint; necnon condonandi fructus invalide perceptos partialiter vel totaliter, iuxta diversas casus circumstantias, imposita paenitentia salutari et aliqua eleemosyna, prudenti sui iudicio, operibus piis vel pauperibus eroganda.

Adnotanda.—1. Hierarchia recensitis facultatibus pro foro conscientiae, etiam extra sacramentalem confessionem, intra fines suae iurisdictionis, et cum suis subditis etiam extra, uti valebit, quavis exclusa mercede et facta mentione Apostolicae delegationis.

2. Hierarcha insuper praedictas facultates, omnes vel nonnullas, pro casibus particularibus vel habitualiter, sacerdotibus idoneis suae Ecclesiae subdelegare poterit, in sacramentali confessione dumtaxat ab ipsis exercendas.

Cap. VI—Facultates pro ipso Hierarcha

(Ex Sacra Paenitentiaria Apostolica)

45. *Lucrandi sibi indulgentias.*—Lucrandi indulgentias quas aliis, vi facultatum sibi concessarum, impertiendas censuerit, impletis tamen condicionibus.

46. *Utendi pro se facultatibus quas concesserit.*—Utendi ipse personaliter, in iisdem tamen adiunctis, facultatibus seu permissionibus, quas concedendas esse censuerit, intra limites in singulis articulis expressos.

47. *Asservandi divinam Eucharistiam.*—Asservandi in oratorio domus stabilis suae residentiae divinam Eucharistiam, ea lege ut omnino diligenter custodiatur et secluso quovis periculo profanationis ab infidelibus vel haereticis, allisque omnibus plene servatis iuxta liturgicas leges.

Cap. VII—Animadversiones

48. *Subdelegandi facultas.*—Facultates characterem episcopalem non requirentes, Hierarcha suis sacerdotibus subdelegare potest, pro sua prudentia et iudicio.

49. *De usu facultatum.*—Facultatibus omnibus supradictis Hierarcha sive per se sive per alios uti tantum valet infra limites suae iurisdictionis.

Eas gratis et sine ulla mercede exerceat, factaque semper mentione Apostolicae delegationis.

50. *De relatione ad Sacram Congregationem mittenda.*—Hierarcha in fine cuiuslibet anni referat ad Sacram Congregationem de numero et specie dispensationum super impedimentis matrimonialibus quas, vigore harum facultatum, ipse elargitus fuerit.

51. *De expiratione facultatum, earumque temporanea validitate.*—Quod si forte, ex oblivione vel inadvertentia ultra tempus praefinitum, his facultatibus Hierarcha uti contingat, absolutiones, dispensationes, concessiones omnes exinde impertitae uti ratae atque validae habeantur. Insuper datis ab Hierarcha precibus pro renovatione seu prorogatione earum facultatum, ipsae in suo robore perseverare censeantur, usque dum responsum huius Sacrae Congregationis ad eumdem Hierarcham pervenerit.

Hae facultates ad... valiturae.

Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis «Pro Ecclesia Orientali», die ..... mensis ..... A. D. .....

* Ordinarii locorum Ecclesiarum Orientalium: Typis Poliglottis Vaticanis 1961.

2958

1961 IAN 3.-IOAN. XXIII, CONST. AAS 53 (1961) 244-248

INDONESIANAE

In Republica Indonesiana episcopalis Hierarchia constituitur

IOANNES EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Quod Christus, adorandus Dei Filius, Apostolos iussit, ut, videlicet, mundum universum peragrantes populis ac gentibus Evangelium praedicarent laetissimaque tuba nun- 245
tiarent iam omnes homines, a peccato / liberatos, in unum salutis ovile ingredi posse, id sane semper in Ecclesia felicissime factum est, si quidem tam innumerae populorum multitudines christiana fide renovatae sunt tamque late est christianae religionis prolatum imperium, ut profecto ad ultimas usque terrae oras sanctissimum Christi nomen summa laude celebretur, eique tamquam Deo oblatio munda et immaculata ubique terrarum offeratur (cfr. *Mal.*, 1, 11). Quod cum hac nostra aetate singulari Dei benevolentia in Indonesia evenerit, visum est venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositis ibi loci ad episcopalis Hierarchiae constitutionem iam esse veniendum. Quam ob rem, re bene reputata, auditoque dilecto Filio Caietano Alibrandi, Apostolico in Indonesia Internuntio, de Nostra apostolica auctoritate ea quae sequuntur decernimus et iubemus. Omnes Reipublicae Indonesianae Ecclesias per has sub plumbo litteras in dioecesis formam redactas ita disponimus ut sex omnino in ea regione ecclesiasticae provinciae habeantur, nempe: *Provincia Diakartana*, quae constabit metropolitana Ecclesia eiusdem nominis, hucusque Apostolico Vicariatu, cuius cathedralis aedes erit Beatae Mariae Virgini in Caelum Assumptae sacra; et his quae sequuntur dioecesibus suffraganeis: Bandungensi, hucusque Apostolico Vicariatu, cuius cathedralis aedes erit S. Petro Apostolo sacra; et Bogorensi, hucusque Apostolica Praefectura, Sukabumensi nomine, cuius cathedralis aedes erit Beatae Mariae Virgini sacra. *Provincia Semarangensis*, quae complectetur metropolitanam Sedem Semarangensem, adhuc Vicariatum Apostolicum, cuius cathedrale templum B. M. V. Reginae Sacratissimi Rosarii dicabitur; et suffraganeas dioeceses: Purvokertoënsem, adhuc Vicariatum Apostolicum, cuius cathedrale templum D. N. I. C. Regi dicabitur; Surabaiensem, adhuc Apostolicum Vicariatum, cuius cathedrale templum Sacratissimo Cordi Iesu dicabitur; Malagensem, adhuc Apostolicum Vicariatum, cuius cathedrale templum B.M.V. de Monte Carmelo dicabitur. *Provincia Endehena*, quam efficient: Ecclesia Endehena, ad hunc diem Apostolicus Vicariatus, cuius princeps templum erit D. N. I. C. Regi consecratum; et sequentes dioeceses: Larantukana, ad hunc diem Apostolicus Vicariatus, cuius princeps templum erit B. M. V. Reginae Sacratissimi Rosarii consecratum; Rutengensis, ad hunc diem Apostolicus Vicariatus, cuius princeps templum erit B. M. V. in Caelum Assumptae et S. Iosepho consecratum; Denpasarensis, ad hunc diem Apostolica Praefectura, cuius princeps templum erit S. Iosepho conse/cratum; Atambuaënsis, ad hunc diem Apostolicus Vicariatus, cuius princeps templum erit B. M. V. 246
nulla labe Conceptae consecratum. *Provincia Medanensis*, quae constituetur metropolitana Sede Medanensi, hactenus Apostolico Vicariatu, cuius cathedralis titulus erit a B.M.V. omnis labis experte; et dioecesibus quas subiungimus: nempe Palembangensi, hactenus Apostolico Vicariatu, cuius cathedralis titulus erit item a B. M. V. sine ulla labe Concepta; Pangkalpinangensi, hactenus Apostolico Vicariatu, cuius cathedralis titulus erit a S. Iosepho; Tandiungkarangensi, antea Praefectura Apostolica de Tandjung Karang, cuius cathedralis titulus erit a D. N. I. C. Rege; Padangensi, antea Praefectura Apostolica, cuius cathedralis titulus erit a S. Teresia ab Infante Iesu. *Provincia Pontianakensis*, ex his Sedibus composita: Pontianakensi tamquam metropolitana, usque ad praesens Apostolico Vicariatu, cuius praecipuum templum S. Iosepho vovetur; et suffraganeis dioecesibus Bandiermasinensi, usque ad praesens Apostolico Vicariatu, cuius praecipuum templum Sanctae Familiae I. M. I. vovetur; Samarindaënsi, usque ad praesens Apostolico Vicariatu, cuius praecipuum templum Beatae Mariae Virgini a Perpetuo Succursu vovetur; Ketapangensi, usque ad hunc diem Apostolica Praefectura, cuius praecipuum templum S. Gemmae Galgani vovetur; Sintangensi, usque ad praesens Apostolico Vicariatu, cuius praecipuum templum D. N. I. C. Regi vovetur. *Provincia Makassarensis*, quae fiet his Ecclesiis: Makassarensi ipsa, ad hoc tempus Apostolico Vicariatu, quae metropolitanae Sedis dignitate honestabitur; Manadoënsi et Amboinaënsi tamquam dioecesibus suffraganeis, hactenus Apostolicis Vicariatibus; Makassarense cathedrale templum Sacratissimo Cordi Iesu dicabitur, reliquarum vero Ecclesiarum B. M. V. quavis labe experti. Decernimus praeterea ut recensita territoria iurisdictioni Sacrae Congregationis Fidei Propagandae obnoxia esse pergant. Singularum autem Ecclesiarum Praesules, quos omnes magna laude sane prosequi oportet, Episcoporum residentium ordini ascribere placet, adeo nempe ut in *Provincia Diakartana* venerabilis Frater Hadrianus Djajasepoetra ab Ecclesia titulo Trisipensi ad metropolitanam Sedem Diakartanam transferatur; venerabilis Frater Petrus Marinus Arntz, ab Ecclesia titulo Stectorena ad Sedem cathedralem Bandungensem; in *Provincia Semarangensi* venerabilis Frater Albertus Soegijapranata ab Ecclesia titulo Danabena ad Sedem metropolitanam Semarangensem; Villelmus Schoemaker ab Ecclesia titulo Balburensi ad Sedem cathedralem Purvokertoënsem; / venerabilis Frater Ioannes Klooster ab Ecclesia titulo Germanicopolitana ad Sedem cathedralem Surabaiensem; venerabilis Frater Antonius E. I. Albers ab Ecclesia titulo Thubunensi in Numidia ad cathedralem Sedem Malangensem; in *Provincia Endehena* venerabilis Frater Gabriel Manek ab Ecclesia titulo Alindensi ad metropolitanam Sedem Endehenam; venerabilis Frater Antonius Hubertus Thijssen ab Ecclesia titulo Nilopolitana ad cathedralem Sedem Larantukanam; venerabilis Frater Villelmus van Bekkum ab Ecclesia titulo Tigiensi ad cathedralem Sedem Rutengensem; venerabilis Frater Theodorus van den Tillaart ab Ecclesia titulo Muliensi ad cathedralem Sedem Atambuaënsem; in *Provincia Medanensi* venerabilis Frater Antonius Henricus van den Hurk ab Ecclesia titulo Phelbesiana ad metropolitanam Sedem Medanensem; venerabilis Frater Henricus Martinus Mekkelholt ab Ecclesia titulo Athyrensi ad cathedralem Sedem Palembangensem; venerabilis Frater Nicolaus Petrus van der Westen ab Ecclesia titulo Bladiensi ad cathedralem Sedem Pangkalpinangensem; in *Provincia Pontianakensi* venerabilis Frater Herculanus J. M. Van der Burgt ab Ecclesia titulo Abilena in Palaestina ad cathedralem Sedem metropolitanam Pon- 247

http://www.obrascatolicas.com

tianakensem; venerabilis Frater Villelmus Ioannes Demarteau ab Ecclesia titulo Arsinoënsi in Cypro ad cathedralem Sedem Bandiermasinensem; venerabilis Frater Iacobus Henricus Romeijn ab Ecclesia titulo Zenopolitana in Isauria ad cathedralem Sedem Samarindaënsem; in *Provincia Makassarensi* venerabilis Frater Nicolaus Schneiders ab Ecclesia titulo Coënsi ad cathedralem Sedem metropolitanam Makassarensem; venerabilis Frater Nicolaus Verhoeven ab Ecclesia titulo Hermonthitana ad cathedralem Sedem Manadoënsem; venerabilis Frater Iacobus Grent ab Ecclesia titulo Parlaitana ad cathedralem Sedem Amboinaënsem. Sedibus vero Bogorense, Denpasarensi, Tandiungkarangensi, Padangensi, Ketapangensi et Sintangensi ad praesens sacris Pastoribus expertibus, mox per apostolicas Litteras providebimus. Curent singuli Episcopi ut quo meliore modo fieri potest pueris consulant, qui ad sacerdotium vocentur; hi enim sunt verae dioecesium divitiae atque thesauri. Item, ubi possit, Canonicorum Collegia condantur iuxta normas a nobis dandas; interea tamen Consultores dioecesani deligantur, qui Episcopis consilio et opera assint. Ad regimen denique dioecesium quod attinet, ad administrationem hisque similia, ea serventur quae Codex Iuris Canonici statuit. Ceterum has Litteras Nostras dilectus Filius Caietanus Alibrandi exsequi studebit, vel
248 quem ille delegaverit, / factis ad id necessariis facultatibus. Re vero peracta, idem documenta exarari faciet, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Quod si alius eo tempore eidem Internuntiaturae praesit, hic mandata Nostra haec perficiet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die tertio mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio.—*Pro S. R. E. Cancellario*: Dominicus Card. Tardini, *a publicis Ecclesiae negotiis*. Gregorius P. Card. Agagianian, *S. C. de Prop. Fide Praefectus*. Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens*. Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.* Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

2959

1961 IAN 10.-SC STUDIORUM, RESPONSUM. PART.*

Modus procedendi in admittendis filiis acatholicorum ad Seminarium et ad Ordines sacros

We have received your letter of December 27 of last year, in which Your Excellency requested a dispensation from Canon 987, par. 1, in favor of N. N., so that he might be admitted to Orders.

We are happy to be able to inform Your Excellency of the practice which is followed in cases of this type.

In the beginning, the Sacred Congregation of Seminaries allows the young man to enter the seminary. Before admission of the candidate to the Sacred Tonsure, in the event that the Superiors find him worthy, recourse is to be had to the Sacred Congregation of the Holy Office, to ask for the dispensation from the above-mentioned canon, mentioning that the Sacred Congregation of Seminaries has already allowed the young man to begin his studies in the seminary.

Therefore, we hasten to include with this letter the necessary rescript, in order that Your Excellency might, when you find it opportune, present to the Supreme Congregation of the Holy Office a requestion for the admission of N. N. to first Tonsure.

* Ordinario Lafayettensi, Prot. N. 52/61/3: BOUSCAREN V, p. 491-492.

2960

1961 IAN 12.-SC CONSIST., DECL. AAS 53 (1961) 111-112

Excommunicationis declaratio contra exercitium iurisdictionis ecclesiasticae impedientes in Republica Haitiana

Cum postremis hisce temporibus in Republica Haitiana in Ecclesiae iura invasum sit; quin etiam aliqui violentas manus inicere in Exc^mum P. D. Franciscum Poirier, Archiepiscopum Portus Principis, et in Exc^mum P. D. Remigium Augustin, Episcopum titularem Turuzitanum, Administratorem Apostolicum «Sede plena» eiusdem archidioecesis Portus Principis, ausi sint, illos ab exercitio suae
112 iurisdictionis / impediendo et ab ipsa Ditione Haitiana expellendo, Sacra Congregatio Consistorialis declarat ac monet eos omnes qui huiusmodi delicta patraverint, sive mandantes cuiuscumque generis et gradus, sive complices quos praefata delicta, sua natura, postulaverint, sive illos qui ad delictorum consummationem induxerint vel in hanc quoquo modo concurrerint, si tamen sine eorum auxilio delictum non fuisset commissum, excommunicationem latae sententiae speciali modo Apostolicae Sedi reservatam, vi cann. 2343 § 3, 2334 n. 2, 2209 §§ 1, 2, 3, contraxisse, ceterasque poenas pro qualitate delinquentium incurrisse ad normam Sacrorum Canonum Codicis Iuris Canonici.

Ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 12 Ianuarii anno 1961.—Marcellus Card. Mimmi, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secr.* Iosephus Ferretto, Archiep. Serdicen., *Adsessor.*

Adn. Doc. Cath. 58 (1961) 149-150.

2961

1961 IAN 17.-IOANNES XXIII, FACULTAS. PART.*

Missionarii recitare possunt Matutinum cum Laudibus statim post meridiem

In audientia concessa Exc^mo Secretario S. C. de Prop. Fide, die 17 Ianuarii 1961, S. D. N. Ioannes Pp. XXIII indulsit ut, non obstantibus nn. 144 et 145 Novi Codicis Rubricarum [LE 2927], facultas haec [nempe n. 55 Facultatum decennalium an. 1960: «Concedendi ut privatim recitari possit matutinum cum laudibus diei sequentis statim post meridiem» [LE 2870], in vigore maneat.

* Secretario S. C. de Prop. Fide: BiM 25 (1961) 163. Adn. vide sub die 1960 Ian 1: LE 2870. Vide etiam supra LE 2955.

2962

1961 FEB 2.-SC RELIGIOSORUM, INSTRUCTIO. PART.*

Instructio ad Religionum, Societatum sine votis et Institutorum Saecularium Moderatores de candidatis ad Statum perfectionis et ad Sacros ordines sedulo deligendis et instituendis

Scopus, vis et extensio Instructionis

1. *Commemoratur Instructio «Quantum Religiones».*— Religiosorum institutio aliorumque evangelicam perfectionem persequentium et clericatum in Statibus perfectionis appetentium, Sacrae Congregationi de Religiosis maxime cordi semper fuit. Itaque, per Instructionem *Quantum Religiones* diei 1 decembris 1931 Supremos Religionum et Societatum clericalium Moderatores edocuit de recta alumnorum formatione religiosa et clericali, deque scrutinio ante professionis emissionem et sacrorum Ordinum susceptionem peragendo [1].

Illius Instructionis praecipuus scopus fuit praecavere, quantum humana fragilitas patitur, graves desertionis casus nedum a statu religioso, verum etiam a sacra militia, in quam per Ordinum susceptionem fuerant viri religiosi cooptati.

2. *Scopus huius Instructionis eiusque vis.*—Nunc vero,

[1] *A. A. S.*, 24 (1932), p. 74-81; *Ench. de Stat. Perf.*, Romae, 1949, n. 363, p. 471-479 [LE 1064]. Cfr. etiam Instr. *Illud saepius*, De qualitatibus recipiendorum, 18 aug. 1915, *Ench. de Stat. Perf.*, n. 286, p. 340-344.

firmis manentibus praecipuis normis et iudicandi regulis in praelaudata Instructione contentis, Sacra Congregatio idem argumentum retractare et ex integro ordinare intendit (can. 22), praesertim sub adspectu selectionis necnon institutionis candidatorum perficiendae et scrutationis ante professiones et sacrorum Ordinum susceptionem peragendae, ut Instructio praesenti rerum evolutioni et posterioribus documentis pontificiis, quae rem tangunt, apprime respondeat.

3. *Fontes praecipui*—Interea enim, anno Iubilaei 1950, Congressus Generalis de Statibus perfectionis Romae celebratus est, in quo viri periti, ex omnibus orbis partibus advocati, pro sua scientia et experientia, de vocationibus religiosis et clericalibus seligendis, fovendis et perficiendis dixerunt et scripserunt, quae in «Acta et Documenta», quatuor voluminibus editis proposita sunt, aliaeque Congressiones in diversis nationibus habitae fuerunt in quibus eadem argumenta illustrata sunt.

Interea etiam maximi ponderis prodierunt documenta, edita sive a Pio Papa XI, i. m., Litterae Encyclicae *Ad Catholici Sacerdotii*, diei 20 decembris 1935 [2], sive plura alia a Pio Papa XII, v. m., de Statibus perfectionis meritissimo, veluti adhortatio ad Clerum *Menti Nostrae* diei 23 septembris 1950 [3], Litterae Encyclicae *Sacra Virginitas*, diei 25 Martii 1954 [4], Allocutio *Sollemnis conventus*, diei 24 iunii 1939 ad universos clericos studentes eorumque Moderatores [5], Allocutio *Haud mediocri*, diei 11 februarii 1958 ad Moderatores Generales Religiosorum Ordinum ac Sodalitatum in Urbe degentes [6], praesertim autem Constitutio Apostolica *Sedes Sapientiae* diei 31 maii 1956, de religiosa, clericali, apostolica institutione in Statibus acquirendae perfectionis clericis impertienda [7]. Nec minoris ponderis sunt quae Summus Pontifex Ioannes XXIII f. r. de sacerdotio ad ipsumque institutione edixit, tum in sollemnibus Allocutionibus occasione Primae Synodi Romanae habitis tum in ipsis Synodalibus Constitutionibus [8]. Prodierunt etiam *Litterae Circulares* reservatae Sacrae Congregationis de Sacramentis die 27 decembris 1955 ad locorum Ordinarios pro clericis saecularibus directae in quibus urgetur scrutinium alumnorum peragendum priusquam ad Ordines promoveantur [LE 2542].

Profecto opportunum erat, immo et officium huius Sacrae Congregationis, fructus adeo diuturnae uberisque experientiae et evolutionis in novam Instructionem colligere, quae praeterea exhibeatur veluti explanatio sub hoc peculiari respectu, Apostolicae Constitutionis *Sedes Sapientiae* (Cfr. ipsius n. 40 et *Stat. Gen.* art. 17) [LE 2579 et 2591].

4. *Ad quos dirigatur Instructio*—Instructio dirigitur ad Moderatores Religionum, Societatum vitae communis et Institutorum saecularium, praesertim, ad haec ultima quod spectat, si sodales Instituto qua clerici adscribuntur; ideoque, licet propter commoditatem, plerumque soli religiosi nominentur, normae et criteria hic tradita ad sodales etiam aliorum Statuum perfectionis referenda sunt (cfr. *Stat. Gen.*, art. 16 § 1-2).

Similiter, quamvis praecipue respiciat candidatos ad statum clericalem, quae tamen ex natura sua ad alumnorum selectionem et institutionem pro statu perfectionis spectant, etiam sodalibus laicis et religiosis mulieribus applicantur, congrua congruis referendo *(Ib.*, § 3, 2.°).

I—De communioribus desertionum causis

5. *Causae desertionum explorandae*—Oportet imprimis frequentiores desertionum querimonias enucleare, necnon considerationi Moderatorum proponere quibus causis religiosi sacerdotes moveri se dicant ut initae vitae fastidio affecti, saecularizationem vel etiam «laicizationem» seu ad statum laicalem reductionem, a S. Sede flagitent; quibus item praetextibus, religiosae vitae valedicere praesumentes, proprio marte ad saecularia redeant, immo vel ipsas clericales obligationes, praesertim caelibatum, apud Dicasteria Apostolica impugnare audeant. Causis desertionum cogni-

[1] *A. A. S.*, 28 (1936), p. 5-33; *Ench. de Stat. Perf.*, n. 367, o. 481-521 [LE 1302].
[2] *A. A. S.*, 42 (1950), p. 657-702 [LE 2151].
[3] *A. A. S.*, 46 (1954), p. 161-191 [LE 2421].
[4] *A. A. S.*, 31 (1939), p. 245-251; *Ench. de Stat. Perf.*, n. 373, p. 530-537.
[5] *A. A. S.*, 50 (1958), p. 153-161 [LE 2729].
[6] Cfr. partem doctrinalem in *A. A. S.*, 48 (1956), p. 354-365 [LE 2591]. *Statuta Generalia* Constitutioni Apostolicae adnexa, edita et promulgata sunt extra *A. A. S.* [LE 2591]. — In hac Instructione citatur editio altera, 1957, curata a Sacra Congregatione de Religiosis.
[7] Haec documenta Ioannis PP. XXIII conferri possunt in *A. A. S.*, 52 (1960), p. 179-309 et in *Prima Romana Synodus* A. D. 1960. Typis Polyglottis Vaticanis.

tis, Moderatores consultiorem curam et vigilantiam exercere poterunt, sive in exploranda divina candidatorum vocatione, sive in ea dedita opera firmanda et custodienda.

Porro, in genere, declarant saepe supra dicti religiosi se vel absque vera vocatione hanc viam ingressos et prosecutos esse aut veram divinam vocationem amisisse institutionis tempore vel primis vitae ministerialis annis.

6. *Familiae indebitus influxus*—Crebro ad parentum et familiae indebitum influxum recurrunt, quatenus ex paupere vel onerata prole familia geniti, eorum exitum e domo paterna et ingressum in collegium parentes ipsi vel propinqui ut optatam difficultatum rei familiaris solutionem consuluerunt, quinimo precibus, suasionibus, aut etiam tectis minis ipsos ad hoc vitae perfectionis et sacerdotalis genus amplectendum illudque prosequendum compulerunt; ideoque suam repugnantiam vel reluctationem in suscipiendo statu religioso clericali, cui adversabantur fractam fuisse asserunt.

7. *Indebitus influxus Superiorum et directorum*—Nec desunt qui suae perarduae condicionis causam ipsos Superiores religiosos et conscientiae moderatores perhibeant, qui, licet fere nullum oblectamentum ad vitam religiosam clericalem, nullum pietatis spiritum, nullumque, progrediente aetate, studium in ipsis animadvertissent, haud veriti sunt eis prosecutionem suadere, sive ob spem remedii in posterum afferendi, sive, eo quod de numero potius quam de qualitate vocationum solliciti, aut etiam falsi nominis pietate erga candidatos decepti, eis periculum amittendae salutis aeternae, si religioso clericali statui valedixissent, comminati sint.

8. *Ignorantia onerum et defectus libertatis in ipsis suscipiendis*—Non raro affertur aut insufficiens cognitio obligationum religiosarum et clericalium, praesertim caelibatus, aut voluntas haesitans, cum ad professionem perpetuam vel ad sacros Ordines processerunt. Siquidem adhuc pueri et in prima adolescentia, in collegium religiosum deducti, cum notitia omnino confusa vocationis religiosae et ecclesiasticae vel cum voluntate valde incerta, hunc animi statum se non penitus superasse existimant hi miseri sacerdotes et religiosi, absoluto studiorum et formationis seu probationis tempore. Attamen ab incepta via non recesserunt vel quia inconsiderate alios condiscipulos ex more sunt secuti, vel, quia timidi et incapaces gravioris alicuius propositi, ad suorum Moderatorum suasiones et consilia sese, licet aegre, dociles praebuerunt. Unde ipsi asserunt in actu professionis et ordinationis se caruisse sufficienti officiorum sacerdotalium conscientia vel ea non plena voluntate amplexos esse.

9. *Timor futuri incerti*—Interdum candidati ipsi, sacris Ordinibus vel professioni perpetuae proximi, et aetate quadantenus maturi, studiorum titulis civilibus carentes atque artis cuiusvis vel professionis liberalis expertes, veriti sunt vitae religiosae valedicere, aegre secum reputantes si in saeculum reverterentur, nonnisi manuum labore honestae sustentationis subsidia assecuturos vel durum et incertum conatum ad liberalem professionem sibi procurandam se suscepturos esse, et idcirco propositum prosequendi in vita religiosa clericali tamquam minus malum aestimarunt.

10. *Difficultas castitatem servandi*—Nonnumquam huiusmodi religiosi sacerdotes servare castitatem nunc sibi impossibile esse asserunt, tum ob pravas consuetudines ab adolescentia contractas, remissas interdum, numquam tamen prorsus exstinctas, tum ob impulsus ad venerem qui characterem pathologicum praeseferunt, quique remediis sive ordinariis sive extraordinariis etiam spiritualibus coerceri non posse existimant, ita ut vitio solitario indulgere saepius ipsis contingat.

11. *Amissio spiritus religiosi*—Denique non raro ut causa adducitur spiritus religiosi amissio, vel quia, naturalismo hodiernae vitae eorum animos pervadente, disciplinae et observantiis religiosis impares fiunt, vel quia in domibus religiosis desidiosi et operositate fecunda expertes, cupiditate vitae exterioris et inordinato activismo pseudoapostolico decepti, propriam vitam interiorem negligentes, periculis omnis generis superantur, quae nec devitant nec agnoscunt.

12. *Saepe rationes infirmae sunt et subiectivae*—Haec et similia afferunt miserandi sacerdotes religiosi, Ecclesiam ipsam quandoque insimulare nitentes de proprio miserrimo statu, quasi Ecclesia ipsos debitis qualitatibus minime praeditos, ad vitam religiosam et sacerdotalem per ministros suos admiserit; vel ipsos vere in sortem Domini vocatos conformare et custodire nesciverit. Sed, uti Sacra Congregatio de Sacramentis in laudatis Litteris Circulari-

http://www.obrascatolicas.com

bus asseverat, «non est diffitendum saepe has presbyterorum in processibus factas allegationes fucatam dumtaxat perhibere veritatis speciem. Constat enim plerumque eas esse propositas a solis orantibus, quorum maxime interest, nec per testes aut documenta in iudicio evictas». Nec mirum est, cum hi miseri sacerdotes religiosi haud raro suum praesentem animi habitum et crisim psychicam, paulatim lapsu annorum evolutam, ad suae professionis et ordinationis tempora inconscii transferant, ipsorum intimam mutationem non pervidentes.

13. *Species ipsa fundamenti auferenda. Superiorum conscientiae onus*—Nihilominus Ecclesiae honor, Religionum bonum et fidelium aedificatio a Moderatoribus accuratissimam diligentiam atque indefessum studium exigunt, ut querulis sacerdotibus ne fundamenti quidem species praebeatur.

Provideant Superiores ne in ipsos recidat quod minus apte vel etiam falso agatur ab iis qui delectui et institutioni iuventutis praepositi sunt, si latas ab Ecclesia normas vel culpabiliter ignorant aut negligunt vel incaute ad usum deducunt, si necessariam spirituum discretionem posthabentes, a Deo in Religionem non vocatos admittunt et in ea permanere sinunt, aut si manifeste vocatos rite efformare atque in divina vocatione custodire negligunt. Quapropter haec Sacra Congregatio officium suum esse existimat vehementer Moderatores hortari ut, normas, quae inferius exponuntur, semper prae oculis habeant, memores etiam gravis moniti Sacrae Congregationis in Instructione *Illud saepius* diei 18 augusti anni 1915 dati: «Quum aliquis religiosus vir ex Ordine suo egreditur, eiusdem Ordinis Moderator, si diligenter omnia coram Domino consideravit, semetipsum a culpa non abesse suoque muneri defuisse saepe saepius facile percipiet. Quae quidem officii praetermissio fieri solet in alumnis vel admittendis, vel ad religiosae vitae rationem informandis, vel, postquam vota emiserint, pervigilandis»[9].

II—Studium adhibendum in seligendis candidatis ad Statum perfectionis et clericalem

A) Monita generalia

14. *Qualitas quantitati praeferatur*—Imprimis, quamvis omni ope vocationes ad perfectionis evangelicae statum et ad sacerdotium promovendae sint *(Stat. Gen.*, art. 32), cavendum est tamen ne immodicus conatus augendi earum numerum noceat qualitati et selectioni.

Omnes sibi persuasum habeant, magnam pro alumnorum copia sollicitudinem, haud cum debita eorum institutionis cura connexam, quaesitos non parere effectus immo et contrarios provocare; nam sicuti nihil apparet, gratia Dei adiuvante, ad vocationes excitandas valentius quam exemplaris rite institutorum vita, ita etiam nihil maiore pollet efficacitate ad vocationum germinationem impediendam vel ad suffocandas vocationes iam germinatas quam errorum exempla quae in destitutis recta solidaque formatione dolenter conspiciuntur.

«Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius et haec omnia adicientur vobis. Dicere possumus omnesque Superiores id repetant: quaeramus imprimis qualitatem, nam qualitas sponte et ultro accedet, si ita loqui licet; huic enim divina Providentia consulet. Nec est muneris nostri studere numero, cum nobis non detur vocationem animis afflare. Hac re tota continetur doctrina theologica de vocatione, quae scilicet a Deo proficiscitur, quam solus Deus impertit. Nostrum vero est eam fovere, provehere auctibus et ornare... Hoc pignus est et promissio futurae vestrae prosperitatis»[10].

Ac revera nos experientia edocet Deum vocationum ubertate favere Religionibus quae rigore disciplinae florent officiique proprii in Mystico Christi Corpore partes implent; premi e contra alumnorum penuria eas quarum sodales divinis Eius consiliis fideliter non obsequuntur.

Qua de causa, nonnulli qui, vocationum penuria laborantes, anxie se dedunt eisdem colligendis, utentes modis interdum ac formis non certe commendandis, recte facerent quod maximas curas optimae institutioni candidatorum impenderent, qui aut sponte accedentes aut prudentibus inducti mediis, ab Ecclesia divinaque Providentia ipsis iam sunt commissi.

Ceterum, ne immemores simus Sacrarum Scripturarum doctrinae, quam peropportune nobis Summus Pontifex commendat: «Gedeon, cui ingens multitudo hominum praesto erat, qui quidem specie prompti paratique videbantur ad omnia eluctanda pericula superandasque difficultates, vocem Domini edicentis audit ad ardua fortiaque incepta exsequenda potius quam multorum numerum, paucorum virtutem valere»[11].

15. *Signa vocationis sint positiva*—Meminisse iuvabit deinde illos solum candidatos, qui nullo detenti sint canonico impedimento et simul positiva prodant signa verae vocationis divinae, iuxta praescripta in Const. Apost. *Sedes Sapientiae*, *Stat. Gen.*, art. 31 § 2, 1.°, 2.° edita, admitti posse. Hoc sit in seligendis vocationibus primum absolutumque principium. Siquidem ut dilucide nos admonet eadem Const. Apost. *Sedes Sapientiae*: «Dei vocatio ad statum sive religiosum sive sacerdotalem ineundum, tam necessaria dicenda est, ut si deficiat, ipsum fundamentum, quo totum nitatur aedificium, deficere dici debeat. Quem enim Deus non vocat, gratia eius non movet, nec adiuvat»[12]

Canonica idoneitas candidati ad Instituti onera ferenda (can. 538; *Stat. Gen.*, art. 31, § 1), *positivis argumentis* suffulta sit oportet (can. 973 § 3); eaque constare debet omnibus requisitis et qualitatibus, gradui aetatis congruentibus, physicis, intellectualibus et moralibus, sive naturae sive gratiae, quibus recte disponatur iuvenis ad munera religiosa et sacerdotalia digne sustinenda et obeunda *(Stat. Gen.*, art. 33).

16. *Certitudo moralis de idoneitate candidatorum*—Ne admittantur candidati in seminaria religiosa nisi post accuratum examen singulorum et diligentes informationes; et in seminariis et novitiatibus debitae probationes et perscrutationes iterandae sunt, fideliter servatis Statutis Generalibus Const. Apost. *Sedes Sapientiae*, art. 31-34. Dubia idoneitas non sufficit, sed «quoties de candidati alicuius idoneitate prudens supersit dubium, nefas est eum ad vinculum contrahendum (can. 571 § 2), praesertim definitivum (cc. 575 § 1, 637) admittere»[13]. Id multo gravius cavendum erit si agatur de sacris Ordinibus[14]. Sed probatio proroganda est ad normam iuris, et illa omnia peragenda quae ad moralem certitudinem assequendam conferre possunt» (cc. 571 § 2, 574 § 2; *Stat. Gen.*, art. 34, § 2, 1.°, 2.°, 3.°). Merito, igitur, ad se referant, servata proportione quoad diversos gradus probationis et selectionis, Moderatores et quotquot vocationibus iudicandis incumbunt, canonicum praescriptum quo Episcopus monetur «ut sacros Ordines nemini conferat, quin ex positivis argumentis moraliter certus sit de eius canonica idoneitate; secus non solum gravissime peccat, sed etiam periculo sese committit alienis communicandi peccatis» (973 § 3). Nam selectio et probatio candidati religiosi gradus est ad sacram ordinationem, et Episcopus, ut caute monet Pius XI, in religiosis ordinandis, «ad Moderatorum suorum iudicium rem ut plurimum defert»[15]. Proinde, dum dubium est de idoneitate, certum est ad ulteriora progredi non licere; agitur enim de re a qua maxime pendent Ecclesiae bonum et animarum salus, in qua proinde tutior semper sententia eligi debet. «Quae quidem sententia tutior, ad rem quod attinet, multo magis sacrorum alumnis favet, cum eos ex itinere avertat, per quod ad aeternam ruinam adduci possent»[16].

17. *Munus regiminis externi et interni. Iisdem utrumque regimen utatur principiis*—In hoc praestantissimo opere partes primae ad Superiores maiores pertinent. Eorum est hoc integrum opus promovere ac dirigere, normas a Sede Apostolica propositas apprime cognoscere et earum fideli executioni invigilare. Ad ipsos proinde spectat hoc in negotio maximum officii onus *(Stat. Gen.*, art. 27 § 1).

Sed Superiores maiores opera adiutrici indigent omnium, qui alumnorum delectui et institutioni praeponuntur, sive Superiores sunt et moderatores regiminis externi, sive confessarii et praefecti spiritus, intra sui muneris fines. Siquidem signa vocationis divinae vel defectus vocationis, alia, ex natura sua, innotescunt Moderatoribus regiminis externi, alia, vero, ad intimam mentis et conscientiae rationem potius pertinentia, a confessariis et moderatoribus spiritualibus plerumque tantum cognoscuntur. Hi omnes onus

[9] Ioannes XXIII, Alloc. die 28 Ianuarii 1960 *ad sacrorum alumnos ex Romana Dioecesi vel Romae studiorum causa commorantes*, *A. A. S.*, 52 (1960), p. 269; *Prima Romana Synodus*, p. 436. Cfr. Pius XI, Litt. Encycl. *Ad catholici sacerdotii*, *A. A. S.*, 28 (1936), p. 44; *Ench. Stat. Perf.*, n. 367, p. 513 [LE 1302].

[10] Const. Ap. *Sedes Sapientiae*, n. 12-13 [LE 2579].

[11] Pius XI, Encycl. *Ad catholici sacerdotii*, *A. A. S.*, 28 (1936), p. 44; *Ench. Stat. Perf.*, n. 367, p. 513 [LE 1302]. [12] *Ibid.*, n. 2.°.

[13] Pius XI, Encycl. *Ad catholici sacerdotii*, *A. A. S.*, 28 (1936), p. 44; *Ench. Stat. Perf.*, n. 367, p. 513 [LE 1302].

[14] Pius XI, Encycl. *Ad catholici sacerdotii*, *A. A. S.*, 28 (1936), p. 41; *Ench. Stat. Perf.*, n. 367, p. 511 [LE 1302]. Cfr. Litt. Encycl. *Sacra virginitas*, *A. A. S.*, 46 (1954), p. 161 [LE 2421].

conscientiae suscipiunt in sacerdotum et religiosorum delectu et admissione ad professionem et ad ordinationem atque ex ignorantia vel ex negligentia peccatis aliorum communicare possunt.

Diverso tamen modo sese habere debent in opere exsequendo. Siquidem Moderatores regiminis externi extrinsecus et in foro externo, iuxta normas iuris communis et peculiaris, operam suam exercere debent; sed aliter confessarii, qui tenentur «inviolabili Sacramenti secreto», et directores spirituales, strictiori sensu (cfr. *Stat. Gen.*, art. 28 § 2, 9.°), qui etiam secreto tenentur «ex religioso suscepto munere». Hi tantum in foro interno dent operam, ut a Deo non vocati vel indigni effecti, ad ulteriora non procedant.

At, licet modus agendi in foro externo et interno sit diversus, hoc tamen maxime interest, scilicet ut «iisdem omnes utantur principiis de vocationis probatione deque cautionibus in hac re adhibendis, ut iuvenes considerate ad professionem et ad Ordines admittantur»[17].

18. *Munus confessarii et directoris spiritus*—Confessarii gravi officio tenentur indignos monendi, incitandi atque iubendi privatim et in conscientia, nullo habito humano respectu, ut a vita religiosa et clericali recedant. Et quamvis omnia requisita ad absolutionem sacramentalem eis impertiendam habere videantur, non tamen eo ipso digni putandi sunt professione vel ordinatione; principia enim quibus regitur forum sacramentale, in iis praesertim quae ad peccatorum absolutionem spectant, diversa sunt a criteriis, quibus ad mentem Ecclesiae, iudicatur de idoneitate ad sacerdotium et vitam religiosam. Ideo paenitentes certe indigni professionis et ordinationis, absolvi quidem poterunt si veri doloris de peccatis praebeant argumentum, et serio promittant a proposito statum religiosum vel clericalem prosequendi se recessuros, sed a professione et ordinatione efficaciter arcendi sunt.

Pariter directores spiritus officium habent in foro interno non sacramentali iudicandi de vocatione divina sibi creditorum, atque non idoneos monendi et incitandi privatim, ut a vita inchoata sponte recedant.

19. *Accurate seligantur confessarii et directores spiritus.* Denuo, hac oblata occasione, ab hac Sacra Congregatione vehementer inculcatur Superioribus momentum ac necessitas accurate eligendi confessarios et directores spiritus in seminariis religiosis viros rite instructos et magna prudentia atque perspicacitate in iuvenilibus animis cognoscendis praeditos *(Stat. Gen.*, art. 24 § 2). Ipsi quoque Superiores promovere debent modum agendi vigilem et uniformem eorum omnium qui incumbunt formationi iuvenum, ne sinant inhabiles ad Ordines ascendere.

20. *Candidatorum cooperatio. Sinceritas et docilitas commendantur*—Denique ipsorum candidatorum cooperatio ad rectum de ipsorum vocatione iudicium proferendum, prudenter promoveatur; eorum enim maxime interest. Recte intelligant a vita religiosa et a militia clericali recedere non esse semper et pro omnibus malum. Non est malum, sed bonum pro non vocatis vel non rite dispositis. Periculosa quidem est infidelitas, qua vocatio divina certo probata deseritur, sed gravius esset si non vocati vel indigni, clausis oculis, obligationes religiosas et clericales amplecterentur. Ipsis igitur maxime commendantur simplicitas et sinceritas in ostensione sui spiritus et docilitas atque plena obtemperatio consiliis et praeceptis confessariorum, directorum atque Superiorum; «quo enim magis iuvenes integritate ac sinceritate praestabunt, eo efficientius a Moderatoribus adiuvari poterunt, cum dignoscendum sit utrum divinitus ad viam perfectionis suscipiendam et ad sacra capessenda munia vocentur»[18].

Calleant ergo alumni mentem Ecclesiae circa manifestationem conscientiae prout continetur in can. 530 § 2 et prout enucleatur in *Stat. Gen.*[19].

21. *Tempus definitivae selectionis*—Ad tempus quod attinet, quo definitiva selectio fieri oporteat, omnia subsidia diligenter adhibeantur, ut intra temporis limites a iure praefinitos, huiusmodi selectio fiat, et probe sciant non nisi raro ulteriorem prorogationem probationis petendam esse (cfr. *Stat. Gen.*, art. 34 § 3). Optima retineatur norma in Litteris Encyclicis *Ad Catholici Sacerdotii* statuta: «Ac quamvis aptius sit haud nimio serius ad hanc electionem devenire, quod mora soleat hisce de rebus et errores inducere et detrimenta afferre, attamen, quaelibet remorandi causa fuerit, cum primum e recto itinere deerratum esse aperte patuerit, tum, nullo habito hominum respectu, vitio medendum est»[20].

B) De libertate requisita

22. *Signum divinae vocationis*—Inter verae vocationis divinae requisita merito recensetur candidatorum voluntas libera seu immunis ab omni coercitione morali cum perfecta obligationum status cognitione. Plena libertas lege ecclesiastica praecipitur ad Ordines suscipiendos et ad validitatem novitiatus et professionis[21]; atque, vi art. 32 § 3 Statutorum Generalium, vitandum est in vocationibus promovendis quidquid candidatorum libertatem minuere vel improbe afficere videtur. In hoc consilio libere inito maxime dignoscitur Dei vocatio specialis seu motio Spiritus Sancti, qui hominem de cetero idoneum, ad evangelica consilia sectanda vel ad sacerdotium amplectendum interius illustrat et movet. Nam afflatus divinus requisitus in vera vocatione a *S. Pio X*[22] vel illa proclivis inclinatio ad sacra munia, de qua loquitur *Pius XI* in Litt. Encycl. *Ad Catholici Sacerdotii*[23], potius quam ex intimo conscientiae invitamento sensuumque motu, quae possunt deficere, dignoscitur ex recta eorum propensione intentioneque mentis seu consilio voluntatis liberae (cfr. c. 538).

23. *Causas supernaturales perscrutentur Moderatores*—Cum Moderatorum sit de vocatione alumnorum suorum iudicium facere, impensius spontaneum impulsum ipsorum seu liberae voluntatis consilium excutiant. Causas supernaturales vocationis saepe saepius in alumnis perscrutentur, praecipue, si ex paupere familia oriantur, vel subsidiis honestae vitae in saeculo ducendae aut titulis studii destituti sint, aut animo pusillo praediti, anxii, dubii, scrupulis exagitati, vel incapaces prorsus sint ad quodlibet alicuius momenti consilium capiendum. Ad pleniorem alumnorum cognitionem, potest peti a iuvenibus «descriptio historica» suae vocationis, quantum haec quit descriptio fieri. Sic obligentur ad considerationem vere personalem propriae vocationis.

24. *Exterius vel interius vexatos paterne adiuvent*—Non omittant Moderatores paterne monere tirones, ut si forte aliquis invitus ex influxu indebito parentum aut propinquorum, aut ex rei oeconomicae defectu ad professionem vel ad ordinationes adactum se sentiat, fidenter ipsis Superioribus vel confessariis rem patefaciat; hi autem sese paratos exhibeant ad auxilium ei praebendum, ut indemnis e tali discrimine egredi queat; aliam, si fieri potest, aperiendo viam qua convenienter in saeculo honestam vitae condicionem adipiscatur[24].

25. *Iudicio moderatorum fori interni acquiescant*—Cum vero alumnus, de consilio confessarii aut moderatoris spiritus, Superioribus declarat se non esse ad sacerdotium idoneum, Superior eius declarationi acquiescat, nec ulterius inquirat; et si subdiaconus vel diaconus sit, de eius reductione ad statum laicalem, ipso consentiente, cum Apostolica Sede agat[25].

26. *Modus agendi cum haesitantibus*—Cum agitur de alumnis animo ancipitibus et anxiis, qui ad vitam religiosam amplectendam vel relinquendam aut etiam ad Ordines recipiendos vel reiciendos decidere non valent, Moderatores, quos indignos agnoverint, ab incepto avertant; quos vero dignos censuerint, adhortentur ut vota emittant vel ordinari consentiant; attamen se abstineant ab urgenda professione vel ordinatione, et sententiam amplectendam relinquant eorum arbitrio, influxum indebitum omittentes veluti eos alliciendo ad professionem vel ordinationem vanis blanditiis, aut minitando spiritualia mala et poenas inferni, in quae incurrant si a professione vel ab ordinatione recesserint[26].

C) De necessaria onerum cognitione

27. *Alumni de oneribus suscipiendis eruditantur*—Deliberate quoque vota emittere et Ordines suscipere debent candidati; secus nec liberi essent. Gravi igitur officio conscientiae tenentur Superiores curandi ut aspirantes et novitii, necnon studentes toto tempore studiorum, diligenter

[17] *Prima Romana Synodus*, 484, § 3. [18] Cfr. *Prima Romana Synodus*, 477.
[19] Cfr. *Stat. Gen.*, art. 28 § 3, 1.° [LE 2591].

[20] Pius XI, Encycl. *Ad catholici sacerdotii*, *A. A. S.*, 28 (1936), p. 39; *Ench. Stat. Perf.*, n. 367, § p. 509-510 [LE 1302].

[21] Cfr. can. 971, 542, 1.°, 572 § 1, 4.°, 2352.

[22] S. Pius X, Epist. Ap. *Cum primum*, 4 aug. 1913; *A. A. S.*, 5 (1913), p. 388; *Ench. Stat. Perf.*, n. 279, p. 331.

[23] Pius XI, Encycl. *Ad catholici sacerdotii*, *A. A. S.*, 28 (1936), p. 39; *Ench. Stat. Perf.*, n. 367, p. 510 [LE 1302].

[24] *Litt. circ.* Sacrae Congregationis de Sacramentis, n. 5 [LE 2542].

[25] *Ibid.* n. 6.

[26] *Stat. Gen.*, art. 32, § 3 [LE 2591]. - *Prima Romana Synodus*, 467 § 2. *Litt. circ.* Sacrae Congregationis de Sacramentis, n. 7 [LE 2542].

http://www.obrascatolicas.com

erudiantur de obligationibus et oneribus vitae religiosae et clericalis.

Onera et obligationes religiosa et clericalia crebro pertractentur a magistris novitiorum et a praefectis spiritus, pro suo munere, opportunis monitis, instructionibus et exhortationibus consuetis. De eis loquantur etiam concionatores in spiritualibus exercitiis ante professionem perpetuam et sacras ordinationes habendis. Denique professores theologiae moralis in explanando tractatu de Ordine, praelectiones tradant de obligationibus et oneribus clericalibus, atque de his in examinibus ad Ordines candidatos interrogari oportet.

28. *Temeritas in statu religioso et clericali amplectendo obiurgatur*—Laudabiliter vitae religiosae sanctitas et sacerdotii dignitas et excellentia tironibus ab initio et toto tempore formationis saepe commendatur, atque a vera divina vocatione defectio iusta damnatur. Pariter vero, immo gravius temeritas in statu religioso et sacerdotali amplectendo obiurganda est et periculis plena declaranda iis, qui a Deo non vocati vel vocatione divina indigni effecti, vota emittere aut Ordines sacros suscipere audeant. Conscientiam veram efforment, errores et confusionem accurate devitantes in doctrinis de vocatione religiosa et sacerdotali, de virginitate et matrimonio christiano. Omnes tamen sibi persuasum habeant, tempus pro exploratione vocationis prima admissione non plene exhauriri, sed produci usque ad professionem perpetuam et presbyteratus susceptionem [27].

D) De expostulata castitate

29. *Momentum. Iuvenes rite instruantur et de periculis moneantur*—Inter argumenta et signa divinae vocationis, omnino necessaria habetur castitatis virtus. «Quippe in qua sit magna ex parte positum quod eiusmodi vitae genus iidem [sacrae militiae tirones] sibi constituant, in eoque permaneant». Hinc:

a) «Vigil diligensque cura adhibenda est ut sacrae militiae tirones magni ducant, ament atque in animo suo pudicitiam tueantur.»

b) «Non modo, igitur, certiores clerici opportune fiant quid sint sacerdotum caelibatus, ab iisdemque servanda castitas (cfr. can. 132), quidve ea officii exigant, sed de periculis moneantur, quae hanc ob rem afferri ipsis possint. Cohortandi item sunt sacrorum alumni ut iam a prima aetatula a periculis praecaveant» [28].

c) Licet valde excellentior sit virginitas propter regnum caelorum quam matrimonium, non tamen ignorare debent honestatem vitae coniugalis prout in matrimonio christiano ex ordinatione divina instituto habetur. Ita ergo instituantur ut, bonum matrimonii christiani satis agnoscentes, maius bonum castitatis sacerdotalis et religiosae deliberate et libere amplectantur.

d) Quod si quem alumnum ad caelibatum ecclesiasticum servandum castitatemque sacerdotalem colendam imparem inveniant, omnibus etiam excellentioribus qualitatibus posthabitis, eum a militia religiosa et clericali excludant (cfr. *Stat. Gen.*, art. 34, § 2, 4.°), sequentibus normis prae oculis habitis, omnique prudentia et discretione in earum applicatione adhibitis, nempe:

30. *Quinam excludendi sint; normae practicae*—1. Candidatus qui religiosae et sacerdotali castitati servandae certo imparem se praebeat ob culparum contra castitatem frequentiam vel animi ad rem sexualem proclivitatem vel nimiam voluntatis fragilitatem, non est admittendus ad scholam apostolicam, et multo minus ad novitiatum nec ad ullam professionem. Si iam est admissus, sed nondum perpetuo professus, incunctanter est dimittendus vel de recessu monendus, iuxta casus, quicumque sit gradus institutionis iam adeptus; si vero fuerit perpetuo professus, a tonsura Ordineque quolibet, praesertim sacro, suscipiendis omnino et in perpetuum est arcendus, et si casus ferat a Religione iuxta leges canonicas dimittendus.

2. Si quis, igitur, comperiatur alumnus peccato turpi solitario adsuetus, qui solidam spem non dederit se tempore prudenter statuendo esse emendaturum, ad novitiatum non admittatur; nec ad primam professionem nec ad renovationem admitti potest, qui vere emendatus non sit. Si vero novitius vel professus temporalis firmum manifestat propositum emendationis cum spe fundata eam consequendi,

[27] Cfr. *Stat. Gen.*, art. 39, § 1, 1.° [LE 2591].
[28] Pius XII, Adhort. *Menti Nostrae*, *A. A. S.*, 42 (1950), p. 690-691 [LE 2151]; cfr. Litt. Encycl. *Sacra virginitas*, *A. A. S.*, 46 (1954), p. 164, 170, 174, 179, 182 [LE 2421].

eius probatio prorogari potest ad normam iuris (c. 571 § 2, 574 § 2, 973 § 3; *Stat. Gen.*, art. 34 § 2, 3.°) [LE 2591].

Spem fundatam emendationis prae se ferre possunt adulescentes, physice et psychice normales seu sanitate animi et corporis praediti, qui solida pietate aliisque virtutibus cum castitate maxime connexis sinceroque desiderio vitae religiosae et sacerdotalis effulgeant.

3. Arctiorem normam servari oportet in admittendis ad professionem perpetuam et in promovendis ad Ordines sacros. Nemo ad vota perpetua et ad sacros Ordines promoveatur nisi firmam continentiam consecutus fuerit et de probata castitate diuturnum experimentum, saltem unius circiter anni in quolibet casu, dederit. Si hoc anno ante professionem perpetuam vel ante sacras ordinationes ex novis culpis dubium sit exortum, candidatus a professione perpetua vel ab Ordine sacro excludatur (cfr. supra, n. 16); nisi tempus, ad professionem quod attinet, ex lege vel indulto suppetat ad castitatis probationem iterandam, et de alumno agatur qui spem ponderatam emendationis praebeat, ut supra (n. 30, 2).

4. Si, post ingressum in scholam apostolicam, alumnus contra sextum praeceptum cum persona eiusdem vel alterius sexus graviter peccaverit, aut alicui in materia castitatis scandalo gravi fuerit, quamprimum arcendus est ad normam c. 1371; nisi agatur de adulescente seducto excellentibus qualitatibus praedito et vere paenitenti, aut, cum peccatum fuerit actus obiective imperfectus, si adiuncta actus simul et alumni condiciones prudenter ponderatae a Moderatoribus vel confessariis, aliud suadeant in casu speciali.

Si novitius vel professus qui vota perpetua nondum emisit, eadem patraverit, a religione arceatur, vel si casus ferat, servato c. 647 § 2, 1.°, dimittatur. Si vero professus votorum perpetuorum reus huiusmodi peccati inventus fuerit, a tonsura Ordineque quovis suscipiendo in perpetuum erit excludendus, et, si casus ad forum externum pertinet, monitione canonica corrigendus nisi, ad normam cc. 653 et 668 locus sit remissioni ad saeculum (cfr. *Stat. Gen.*, art. 34, § 2, 4.°) [LE 2591[.

Si denique subdiaconus vel diaconus sit, firmis iis, quae nuper dicta sunt, si opus sit, de reductione ad statum laicalem cum Sede Apostolica agant Moderatores.

Idcirco ne ad experimentum quidem faciendum admittantur in ordine ad sacerdotium clerici qui in sua Dioecesi vel religiosi qui in alia Religione circa castitatem graviter exterius deliquerint, nisi certe constet de causis excusantibus vel conscientiae onus notabiliter saltem minuentibus (*Litt. circ.* S. C. de Sacram., n. 16) [LE 2542[.

A votis religiosis et ab ordinatione prohibeantur denique ii qui in homosexuale vitium vel paederastiam prava inclinatione affecti sunt, quibus vita communis et ministerium sacerdotale grave esset periculum.

5. Peculiari prescrutatione indigent alumni, qui etsi a peccatis formalibus contra castitatem adhuc immunes, indole sexuali morbosa seu abnormi laborant, praesertim hyperaesthesia sexuali seu naturae indole erotica, quibus caelibatus religiosus heroicus actus continuus fiat, acerbumque martyrium. Nam non solum castitas quatenus significat abstinentiam a venereis, pluribus arduum quiddam efficitur, sed ipse etiam caelibatus et consequens solitudo cordis et separatio a familia, adeo difficilis est nonnullis nimia sensibilitate et teneritudine cordis praeditis, ut ipsi non apti sint ad vitam religiosam. Haec autem quaestio fortasse attentius consideranda est a magistris novitiorum et scholasticorum quam ab ipsis confessariis; nam hae animi propensiones non ita apparent in confessione quam in vita communi et in familiari usu.

31. *Modus agendi cum psychopathicis*—Insuper specialis attentio iis est adhibenda qui indicia praebeant infirmitatis neuro-psychicae quique a psychiatris neurotici vel psychopathici nuncupantur, praesertim scrupulosi, abulici, hysterici vel qui aliquo mentis vitio (schizophrenia, paranoia, etc.) affecti sunt; qui imbecilles corpore sunt vel maxime debiles systemate nervoso; aut psychica melancholia diuturna aut pavore aut epileptico morbo (c. 984, 3.°), vel idearum obsessione laborant; similiter a parentibus nati ebriosis vel tabe forte hereditaria, praesertim mentali, affectis (cfr. *Stat. Gen.*, art. 33, 34 § 1); denique iuvenes nimis ad vitae commoda et ad oblectamenta profana proclives. Hos omnes diligenter observent et inspectioni subiciant peragendae a viro catholico prudenti et perito medico psychiatra, qui eis enuntiet post iterata examina utrum apti sint ad onera religiosa et sacerdotalia, et maxime caelibatum, cum honore status, sustinenda.

III—Cura adhibenda in Institutione et confirmatione vocationis

32. *Probatissimi formatores designentur et ubicumque sunt exquirantur*—Habeant Moderatores tamquam secundum principium post vocationem accuratam selectionem, ad iuventutis religiosae educationem impertiendam, optimos et probatissimos formatores designandi curam, ad normam art. 24 Statutorum Generalium. «Sacris eiusmodi collegiis, admonet Pius XI, sacerdotes tribuite maxima virtute ornatos, neque gravemini eos e muneribus abstrahere, specie quidem maioris ponderis, quae tamen cum hac capitali re, cuius partes nulla alia susceperit, comparari nequeunt. Aliunde etiam eos exquirite ubicumque ad pernobile hoc institutum aptos idoneosque inveniatis» [29]. Hoc solum si adimpleatur, certus erit fructus huius Instructionis; hoc si praetermittatur, tota ipsa fere in irritum cadet.

33. *Qualitates et designatio eorum qui formationi praeesse debent*—Adamussim exsequantur Moderatores, unusquisque intra fines muneris sui, quidquid de hac re praecipitur in Constitutione Apostolica *Sedes Sapientiae*, art. 24 et 25. Duo tamen speciatim in hac Instructione urgenda sunt:

1. *Ne munera formationis iunioribus committantur.* Primo quidem animadvertendum hoc perdifficile opus educationis religiosae, sacerdotalis, et praecipuum animos conformandi munus iunioribus sacerdotibus imponere valde periculosum esse; cum nondum ipsi personalem institutionem plane absolverint, nec aetatis maturitatem obtinuerint ad normam c. 559 § 1, nec vitae experientiam ministeriorum exercitio aliquatenus consecuti fuerint [30].

2. *Nec imparati praeponantur.* Secundo caveant a formatoribus ex occasione petitis, seu imparatis. Non enim sufficit naturalis dispositio, sed, suppositis dotibus naturalibus et supernaturalibus ad hanc difficilem artem, omnino necessarium ipsis est, ratione ordinaria, studium paedagogiae ecclesiasticae; siquidem in hac sacra disciplina discunt formatores principia, criteria et normas practicas institutionis clericalis et religiosae ad verba et ad mentem Ecclesiae; ex eius, e contra, ignorantia plura oriuntur damna quae lamentamur.

34. *Falsus humanismus vitandus*—De ipsa institutione religiosa, clericali et apostolica agit Constitutio Apostolica *Sedes Sapientiae* cum Statutis Generalibus adnexis. Nihil eidem est addendum, ne qua non necessario repeti contingat, sed quaedam, quae ad propositum nostrum peculiariter faciunt, commendanda censentur.

Et imprimis semper prae oculis habeatur in institutione iuventutis, monitio Pii XII in Const. Ap. *Sedes Sapientiae*, n. 23, ubi ait: «Verum quamquam magni ab omnibus facienda est religiosi cleri humana naturalisque institutio, primum tamen procul dubio locum in toto formationis curriculo obtinet supernaturalis animae sanctificatio».

Vitam religiosam, igitur, a quovis falsi humanismi aut naturalismi specie defendi, eiusque supernaturalem indolem et sanctitatem totis viribus vindicari oportet; «hodie potissimum, si umquam alias, necessarium est, dum naturalismus, qui dicitur, hominum mentes animosque incessit» [31].

35. *Ne spernantur naturalis ordinis rationes, supernaturales tamen praeponantur*—Idcirco rationes ob quas vota religiosa et vita sacerdotalis suscipiantur, supernaturales inculcentur, et naturalibus virtutibus supernaturales in instituendis iuvenibus religiosis praeferantur. Recte enim ad hoc quod attinet, monuit Leo XIII: «Difficile quidem intellectu est, eos, qui christiana sapientia imbuantur, posse naturales virtutes supernaturalibus anteferre, maioremque illis efficacitatem ac fecunditatem tribuere. Ergone natura, accedente gratia, infirmior erit, quam si suis ipsa viribus permittatur? Num vero homines sanctissimi, quos Ecclesia observat palamque colit, imbecillos se atque ineptos in naturae ordine probavere quod christianis virtutibus excelluerunt?» [32].

Et Pius XII in Const. Apost. *Sedes Sapientiae* haec docet: «Ad opes autem rationesque institutionis quod attinet, manifestum est ea quae ab ipsa natura et humana huius quoque temporis inquisitione suppeditantur, si bona sint, minime spernenda esse, immo magni facienda et sapienter admittenda; nullus tamen error eo peior est, quo quis in tam lectis alumnis conformandis, rationibus huiusmodi na-

[29] Pius XI, Encycl. *Ad catholici sacerdotii*, *A. A. S.*, 28 (1936), p. 37; *Ench. Stat. Perf.*, n. 367, p. 508 [LE 1302].
[30] Cfr. *Stat. Gen.*, art. 51, § 1 [LE 2591].
[31] Pius XII, Adhort. *Menti Nostrae*, *A. A. S.*, 42 (1950), p. 673 [LE 2151].
[32] Leo XIII, Epist. *Testem benevolentiae*, 22 ian. 1899; *Acta Leonis XIII*, vol. XIX, p. 15-16.

turalibus solum vel nimis innixis, supernaturalis ordinis instrumenta opesque postponit aut quacumque ratione neglegit, quandoquidem ad religiosam et clericalem perfectionem apostolicis cumulatam fructibus assequendam, supernaturales opes, ut sacramenta, oratio, mortificatio, aliaque id genus, non necessaria solummodo, sed primaria et essentialia omnino sunt» [33].

36. *In obedientia et abnegatione exerceantur*—Romani Pontifices non semel de religiosa obedientia et voluntatis abnegatione nostris diebus locuti sunt, ac docuerunt nos de earumdem supernaturali ratione, de diligentia ac perfectione qua religiosi eas exsequi debent, de periculosis in hac re doctrinis, in particulari de falso conceptu personalitatis et de quodam spiritu populari seu democratico qui in animos irrepunt, quique obedientiam prout a Christo Domino praecepta et in praxim deducta fuit inanem omnino reddunt.

Animadvertendum est etiam quam perniciose circa religiosam vitam agat practicum illud «systema», quod, obligationibus vitae religiosae plus minusve praetermissis, omnibus inclinationibus et oblectamentis naturae indulget, quae non modo non illicita existimantur, verum etiam postulatum horum temporum perfectioque humanae naturae praesumit, ideoque eidem debita vel saltem omnino permissa. Unde sub specie progressus, cuiusvis generis quaeruntur corporales commoditates et oblectamenta, sensuum externorum et internorum libertas, satisfactiones facultatum et indiscriminatae culturae curiositas in libris, ephemeridibus, in re radiophonica, cinematrographica et televisifica [34], et in profanis spectaculis saecularibus, vita denique insubiecta, cum amplo arbitrio propriae voluntatis et operae actuosae. Haec omnia obligationes vitae religiosae etiam essentiales in summo discrimine ponunt, cum omnem humilitatis, abnegationis et mortificationis spiritum excludant, qui, revera, ex verbis Christi «Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam et sequatur me» (*Mtth.* 16, 24), uti fundamentum totius vitae christianae ponendus est [35], quique solum per crucifixionem mundo (*Gal.* VI, 14) obtineri potest.

«Qui anceps vel segnis est —adhortatur S. Pontifex— qui in vitae commodis iacere percupit, qui nimia humanarum rerum humanarumque disciplinarum siti aestuat terrenaque omnia experiri exoptat, verus Dei Regni miles neque esse neque dici potest. Dilecti filii, hoc intente animavertite: arcanam nempe frugiferamque vim futuri apostolatus vestri in necessaria rectaque abalienatione animi a terrenis rebus potissimum inniti». «Num Christo Capite dignus foret qui, ab austeritate disciplinae religiosae refugiens, in Religione vivere contenderet, perinde ac si vir esset saecularis, qui ad libitum quae sibi prodesse videntur, quae sibi placent et arrident, prosequitur?» [36].

Igitur grave Moderatoribus incumbit officium hanc vitae perfectionis normam iuvenum animis inserendi, videlicet: religiosis viris istiusmodi commoditatibus et oblectamentis tantum uti licere quantum ad evangelicam perfectionem assequendam et apostolatum rite exercendum iuxta proprias constitutiones conferat; quae quidem norma non parum differt ab ea cui communis vitae christianae status accommodari potest.

Quod tamen non impedit quominus excipiantur res aetate nostra bene et utiliter inventae, cum ad integriorem institutionem existimentur aptae vel operibus multiplicandis eorumque augendae perfectioni habeantur idoneae, posthabitis superfluis quae delectant et naturae placent, sed ad finem Religionis et apostolatus minime necessariae sunt.

Quamobrem, etiam aedes seminario destinatae extruantur oportet et accommodentur ad canonum religiosae simplicitatis et paupertatis normas, quae sane domus istas expostulant ita compositas, ut alumnorum animi illo imbuantur austeritatis et abnegationis spiritu quem, natura sua, tum evangelicorum consiliorum status tum futura apostolica vivendi ratio ab ipsis exposcunt.

37. *Instituantur ad apostolatum, maxime autem ad vi-*

[33] Pius XII, Const. Ap. *Sedes Sapientiae*, n. 21 [LE 2579]. Cfr. etiam Pius XII, Alloc. *Haud mediocri*, 11 febr. 1958 ad Moderatores Gen. Romae degentes, *A. A. S.*, 50 (1958), p. 153 s. [LE 2729].
[34] Cfr. Sacra Congregatio de Religiosis, *Lettera ai Superiori Generali degli Istituti di perfezione circa l'uso della radio-televisione*, agosto 1957 [LE 2683].
[35] Cfr. Alloc. Pii XII *Haud mediocri*, ut supra in not. 33. *Alloc.* Moderatoribus Gen. 11 febr. 1958: *A. A. S.*, 50 (1958), p. 156 [LE 2729].
[36] Ioannes XXIII, Alloc. die 28 Ianuarii 1960 *ad sacrorum alumnos et Romana Dioecesi vel Romae studiorum causa commorantes*, *A. A. S.*, 52 (1960), p. 264; *Prima Romana Synodus*, p. 437. Pius XII, *Allocutio sodalibus Societatis Jesu in Congregatione Generali adunatis* die 10 sept. 1957; *A. A. S.*, 49 (1947), p. 808.

http://www.obrascatolicas.com

tam spiritualem et profunde religiosam atque sacerdotalem—Demum nimis constat permultos iuvenes his temporibus magis quaerere activitatem externam apostolatus, qui indoli proprii animi bene respondeat, quam propriae animae perfectionem religiosam, cuius adumbratam tantum habent notionem et parum aestimationis. Itaque post aliquos annos vitae activae, observantias religiosas fastidio habent, quarum veram utilitatem haud sentiunt quasque veluti impedimenta apostolatus esse iudicant: tunc ab iisdem liberari cupiunt, et statum saecularis cleri appetunt. Ad hoc periculum praecavendum, Superiores, in alumnis instituendis, sedulo curare debent, ut vita perfectionis evangelicae iisdem proponatur et gradatim explicetur, ita ut ipsi ad religionem amplectendam attrahantur in eaque ad perseverandum firmentur, non solum desiderio apostolatus exercendi, sed praesertim sincera voluntate perfectionem evangelicam indesinenter persequendi per observantiam consiliorum evangelicorum et propriarum Constitutionum (can. 593), ex intenso amore Dei in imitationem Iesu Christi et ex supernaturali desiderio animas sanctificandi; quia minister, ut docet Pius XII, «Adeo ceterorum sanctificationis instrumentum constituitur, ut ab eius sanctitate ipsa animarum salus et regni Dei incrementum non parum pendeat» [37].

IV—De declarationibus et scrutiniis ante Professionem seu incorporationem et ante Ordines peragendis

38. *Testimonium de propria vocatione ad Ordines in Religione ferendum*—Cum in suscipiendis oneribus sive religiosis sive clericalibus oporteat candidatorum libertatem et spontaneam voluntatem omni cura defendi ac foveri, atque defectum qui «gregarismus» dicitur, omnino vitari, cumque valde congruat ut in gravibus suae vitae consiliis ineundis sibi ipsi providere assuescant, ideo sequentia, ab omnibus clericalium Religionum, Societatum et Institutorum saecularium Moderatoribus deinceps erunt observanda.

Novitii, ante professionem votorum temporariorum, quae omnino praecedere debet promotionem ad tonsuram et ad Ordines minores, Superioribus declarationem scriptam deferant, in qua expressis verbis testimonium ferant de sua ad statum perfectionis et clericalem vocatione, simulque firmum propositum pandant perpetuo se militiae clericali in statu perfectionis mancipandi [38]. Huius declarationis repetitio exigi poterit a professis temporariis ante professionis perpetuae emissionem. Hae petitiones et declarationes in archivo asserventur. Ne autem alumni inconsiderate suscribant formulis approbatis, si typis exscriptae sint, eas manu sua exarent, et antequam illis porprium nomen apponant, omnia et singula in formulis contenta, conscientiae moderatore consulto, mature perpendant.

39. *Idoneitas candidati apprime comprobanda est*—Superiores vero quemquam ad Ordines, licet tantum minores, ascendere ne sinant, quamdiu de eiusdem moribus, pietate, modestia, castitate, ad statum clericalem propensione, in studiis ecclesiasticis profectu, necnon religiosa disciplina, sibi per accuratum scrutinium non constiterit [39]. Ad quod certius obtinendum, testimonium exquirant magistri spiritus si ad ipsum alumnorum immediatum regimen pertineat, aliorumque, quibus ob specialem cum alumnis frequentiam, horum vitam moresque pernoscere contigerit [40]. Quae testimonia leviter ne reciplantur, sed sedulo ponderentur, habita ratione prudentiae, sinceritatis, iudicii maturitatis ea ferentium.

De factis inquisitionibus deque scrutinii exitu authenticum condatur documentum in tabulario servandum.

Denique, Superior, vel per se, vel per alium virum scientia ac prudentia praeditum, sibique adulescentium fiduciae comparandae idoneum, hos interrogare curet, ut tandem aliquando certior reddatur, ipsos libere ac deliberate et ex supernaturalibus causis Ordines in statu religioso appetere.

40. *Tempus magis idoneum ad sacros Ordines conferendos. Ordines maiores ne conferantur ante professionem perpetuam vel definitivam*—Circa ordinationem ipsam haec Sacra Congregatio suas facit opportunas normas a Sacra Congregatione de Sacramentis statutas in suis Litteri[s] Circularibus sub n. 17, scilicet:

Quo accuratius candidati ad Ordines, praesertim sacros, immediate disponantur, curandum est ut sacrae ordinationes tempore ad eas magis idoneo, opportune praecognito et numquam inopinato, habeantur. Ideoque valde expedire videtur ut excludatur tempus quod immediate praecedit vel sequitur finem anni scholaris, quando nempe alumni vel ob recenter expleta pericula in sacris disciplinis, vel ob proxime eadem subeunda, labore defessi ac mente distenti, necessaria carent animi tranquillitate ut rite valeant pendere maximum negotium suae ordinationis.

Quod ad Ordinum maiorum susceptionem attinet, meminisse Superiores Statuum perfectionis oportet, se alumnos suos minime posse ad eosdem promovere antequam professionem seu incorporationem perpetuam peregerint (c. 964, 3.°, 4.°). In Statibus perfectionis ubi vincula seu vota perpetua non emittuntur, Superiores pariter vetantur alumnos ante vota seu vincula definitiva ad Ordines sacros promovere [41].

41. *Nova inquisitio ante subdiaconatum*—Antequam alumni ab subdiaconatum admittantur, novam Superiores inquisitionem de supradictis (n. 39) instituere debent. Ad quod praestandum documenta inquisitionis iam peractae in archivo servata iterum videant, et nova testimonia de moribus, deque spiritualibus qualitatibus cum antiquis comparent, ut probe noscant quales a prima professione, tum in disciplina religiosa, tum in profectu in studiis clericalibus sese iuvenes exhibuerint. Quibus demum peractis, si digni et idonei inventi fuerint, nullaque adsit ratio canonica cur ab Ordine recipiendo arceantur, Superiores litteras dimissorias seu testimoniales pro ordinatione ipsis concedere possunt, iis servatis quae in iure canonico proprilsque constitutionibus statuuntur [42].

42. *Formula iurisiurandi subscribenda ante subdiaconatus susceptionem*—In omnibus vero Statibus perfectionis Superiores antequam alumnos ad subdiaconatum praesentent, praeter inqu[i]sitionem supra praescriptam, ab ipsis exigere debent testificationem, intu[i]tu sacrae Ordinationis, tempore suo, subsecuturae, manu propria candidati scriptam et iurisiurandi fide coram Superiore firmatam, sequentis tenoris:

«Ego subsignatus N. N., alumnus (Ordinis, Congregationis, Societatis, Instituti N. N.) cum petitionem Superioribus exhibuerim pro recipiendo subdiaconatus Ordine, diligenter re perpensa coram Deo, iuramento interposito, testificor: 1) nulla me coactione, seu vi, aut nullo impelli timore in recipiendo eodem sacro Ordine, sed ipsum sponte exoptare, ac plena liberaque voluntate eundem cum adnexis oneribus amplecti velle. 2) Fateor mihi plene esse cognita cuncta onera ex eodem sacro Ordine dimanantia, quae sponte amplector, ac Deo opituiante, propono me toto vitae curriculo diligenter servare. 3) Quae castitatis voto ac caelibatus lege praecipiuntur, clare me percipere testor, eaque integre servare usque ad extremum vitae, Deo adiuvante, firmiter statuo. 4) Denique sincera fide spondeo iugiter me fore, ad normam sacrorum canonum, obsequentissime obtemperaturum iis omnibus quae mihi a praepositis, iuxta Ecclesiae disciplinam, praecipientur, paratum virtutum exempla, tum opere, cum sermone, aliis praebere, adeo ut tanti officii susceptione retributionem a Deo promissam accipere merear. Sic testor ac iuro, super haec sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango».

Die..... mensis ..... anni..... N. N. *(manu propria)* [43].

43. *Ante diaconatum vel praesbyteratum Superiores diligenter inquirant de idoneitate candidatorum*—Licet pro diaconatus et presbyteratus Ordine opus non sit informationes adeo amplas atque nova requirere testimonia, advigilent tamen Superiores et videant utrum, in intervallo ab unius et alterius Ordinis sacri collatione, nova acciderint, quae vel patefaciant dubiam ad sacerdotium vocationem, vel nullam prorsus commonstrent. Hoc in casu perscrutatione perquam diligenter peracta, adhibitoque virorum prudentium consilio, novi Ordinis susceptionem penitus interdicant, remque ad hanc Sacram Congregationem referant, a qua, pro singulis casibus, quod opportunius in Domino visum fuerit, decernetur [44].

44. *Dispensationes generatim non petendae*—Meminerint Superiores praescripti Statutorum Generalium, art. 34

[37] Pius XII, Const. Apost. *Sedes Sapientiae*, n. 23 [LE 2579]. *Alloc. Moderatoribus Gen.*, 11 febr. 1958: *A. A. S.*, 50 (1958), p. 137 [LE 2729].
[38] Cfr. can. 973 § 1. - Sacra Congregatio de Religiosis, Instr. *Quantum Religiones* 1 dec. 1931, n. 14; *A. A. S.*, 24 (1932), p. 79; *Ench. Stat. Perf.*, n. 363, p. 477 [LE 1064].
[39] Cfr. can. 973 § 1 et can. 1357 § 2.
[40] Cfr. *Stat. Gen.*, art. 28 § 2, 3.°, 9.°, 10.° [LE 2591]. Instr. *Quantum Religiones*, n. 14, ut supra nota 38 [LE 1064].

[41] Cfr. *Stat. Gen.*, art. 8 § 1, 2.° [LE 2591]. Sacra Congregatio de Religiosis, Instr. *Quantum Religiones*, n. 15, *A. A. S.*, 24 (1932), p. 80; *Ench. Stat. Perf.*, n. 365, p. 478 [LE 1064].
[42] Sacra Congregatio de Religiosis, Instr. *Quantum Religiones*, n. 16 [LE 1064].
[43] *Ibid.*, n. 47. [44] *Ibid.*, n. 20.

§ 3, 2.°, 3.° videlicet: «Nonnisi in singulis casibus, ob causas, proportione servata, vere graves, Superiores dispensationes petere audeant: .... 2.° quoad aetatem, et alia quae ad Ordines, praecipue sacros, requiruntur; 3.° quoad studiorum omnium, sive in disciplinis singulis tradendis, sive in scholarum frequentia, sive in periculis sustinendis, publicam rationem.» Et Superiores religiosorum Ordinum, qui facultate gaudent sacros Ordines supra terminos a iure communi praescriptos anticipandi, in usu huius privilegii, quandiu in vigore permaneat, sequantur oportet idem criterium restrictivum art. 34; et, prout expedit in usu aliorum privilegiorum, accommodentur quoque ad praxim et regulas a S. Congregatione de Religiosis servari solitas in similibus indultis concedendis iis qui iuri communi sunt subiecti.

Quod vero ad aetatem attinet, potius Superiores propendeant in dilationem quam in anticipationem Ordinum.

45. *Superiorum conscientiae officium in dandis litteris dimissoriis vel testimonialibus*—Quod, vi canonicae legislationis, ad ordinationem religiosorum attinet, Superiores maiores vel concedunt litteras dimissorias Episcopis ordinantibus (can. 964, 2.°, 3.°; 965; 966 § 1), vel saltem alumnos ordinationi praesentant cum litteris testimonialibus (c. 993, 5.°). Hisce testimonialibus litteris Superior religiosus non solum alumnos esse de familia testatur, sed etiam de studiis peractis, de iureiurando emisso, deque aliis in iure requisitis fidem facit (c. 995 § 1). Ex his liquet, gravissimam illam obligationem, qua tenentur Episcopi, efformandi, probandi ac seligendi suos subditos saeculares qui sacros Ordines recipere volunt, eandem prorsus Superioribus religiosis incumbere, quorum est suis subditis ad sacros Ordines accessum permittere. Et licet Episcopi possint, ad normam iuris (c. 997 § 2) testimonio Superiorum non acquiescere ac per sese religiosum ordinandum examinare, non tamen id facere tenentur; sed coram Deo et Ecclesia, Superiorum bono testimonio assentiri possunt, atque in ipsos plenum conscientiae onus circa candidatorum formationem et dignitatem refundere (cc. 970, 995 § 2).

V—Agendi ratio cum Neopresbyteris

46. *Cautelae primis annis sacerdotii adhibendae. Periculae inexperientiae*—Studiorum curriculo cum anno pastorali expleto et sacris Ordinibus susceptis, iuvenes sacerdotes debent ministeria exordiri debitis servatis cautelis, conscii periculorum specialium, quae ipsis impendent primis annis sui sacerdotii, quibus magna quae ex neopresbyteris sperabantur languescere visa sunt non raro, uti admonuit Pius XII in Adhortatione ad Clerum [45].

Initio enim ministeriorum tum ex passionibus iuventutem vexantibus, tum ex usu frequentiore cum saeculo, non paucae nec parvae oriri solent difficultates et novi generis tentationes; et cum sui iuris se sentiant neosacerdotes et sua industria quodammodo procedere debeant in ministeriis sibi commissis, facile ad omne lugum excutiendum adducuntur et, propter inexperientiam, in plures errores et defectus incurrere possunt, quam ob rem miserae defectiones timeri merito possunt. Huc accedit quod iuvenes sacerdotes interdum cogitant per se agere et plura reformare debere, seniorum methodos et systemata despicientes. Denique saepe aut operositate fecunda expertes sunt aut laboribus obruuntur a seipsis quaesitis vel a maioribus impositis, non sine discrimine vitae spiritualis.

47. *Pericula «actionis haeresis»*—De hoc spirituali discrimine nos admonuit etiam Pius XII v. m. his gravissimis verbis: «Abstinere non possumus quin sollicitudinem anxitudinemque Nostram iis significemus, qui ob peculiaria rerum temporumque adiuncta in externarum actionum vorticem nimio saepius ita se ingurgitarunt, ut primum neglegerent sacerdotum officium, hoc est, officium suae ipsius procurandae sanctitatis. Publice iam ediximus (cfr. *A.A.S.*, 36 (1944), p. 239; Epist. *Cum prozime exeat)* ad rectius iter eos esse revocandos qui temere autument salutem hominibus afferri posse per eam quae «actionis haeresis» iure meritoque nominatur; per actionem dicimus, quae divinae gratiae ope non innitatur, neque ea constanter adhibeat necessaria assequendae sanctitudinis adiumenta, quae a Iesu Christo fuere data» [46].

48. *Periculum saeculares mores imitandi*—Accidit vero, ut sacrum m[i]nisterium quod personalis sanctificationis instrumentum esse debet, aliquibus potius in remissionem disciplinae et in damnum spiritus religiosi culpabiliter vertat. Non raro in eius exercitio, saeculares mores in modo loquendi, sese gerendi et conversandi sacerdotes religiosi sibi faciunt; paupertatem per arbitrarium usum rerum violant; disciplinam regularem et pietatis exercitia in diuturna e domo absentia parvipendunt. Huiusmodi sacerdotes facile ministeria extra domum quaerunt quae stabilis et permanentis operis indolem induant, ut speciosum titulum a disciplina religiosa se subtrahendi perpetuo habeant.

49. *Gradatim in ministeria inducantur sub directione periti magistri*—Huiusmodi incommodis obsistent Superiores si imprimis efficaciter sequantur optimum consilium, experientia comprobatum, Statutorum Generalium art. 51: «Ut iuvenis sacerdos nondum religiose et apostolice formatus ac probatus definitive agnoscatur nisi, completo circiter trigesimo aetatis anno et iam personali ministeriorum experientia edoctus» ultimam institutionem receperit. Interim iuvenes sacerdotes ad normam laudatae Adhortationis Pii XII [47], gradatim inducantur ad opus apostolicum, sapienti vigilique cura custodiantur et paterne in suis ministeriis reguntur. Idcirco consuetudo cum saeculo nec repentina sit nec frequens, nec exsecutione difficilis; verum potius moderata sit, humilis et facilis, dum serio incumbunt iuvenes sacerdotes studio et orationi sub tutela aptissimi moderatoris spiritus et, quantum fieri potest, constituti in adiutorium alius periti sacerdotis. Nam, «quemadmodum ut robustae quercus solidentur longa temporis intervalla necessaria sunt, ita longa patientia ad formandum virum Dei semper requiritur. Refrenetur, igitur, iuvenum generosa audentia, qua ii ad agendum intempestive rapiuntur: nimis propera operositas magis disperdit quam aedificat, eaque tum agenti tum ipsis apostolicis operibus nocet» [48].

50. *Ne adscribantur parvis domibus. Cura de absentibus habenda*—Ne adscribantur, ex regula, iuvenes sacerdotes parvis domibus, sed potius collocentur ubi religiosa disciplina facile conformetur cum moderato apostolatus exercitio et ubi commode observari valeant quae in numero praecedenti ordinantur.

Curent praeterea Superiores ut praedicti sacerdotes ne nimis absentiam a domo religiosa protrahant; et, in quolibet casu, ut ad menstruum recessum et ad exercitia spiritualia peragenda in Communitatem se recipiant.

Specialem denique exerceant vigilantiam de absentibus a domo religiosa circa eorum vitam, mores, conversationes, bonorum temporalium usum et administrationem [49].

51. *Vacationes apud propinquos, in balneis, aliisque locis saecularibus*—Nec permittant Superiores ut sacerdotes religiosi longas moras vacationis aut requiei causa apud parentes et amicos faciant, quod admirationem in saecularibus gignit et indignationis materiam inter confratres praebet; nec saepius ad curandos morbos per domos propinquorum vagare, nec balnea aliaque loca publica facile adire, quae curationis loca quidem sunt, sed etiam saecularis et effrenati solacii, decori et spiritui religioso contrarii. Si de frequentand[i]s maritimis oris agatur, aut si, thermarum causa extra domum religiosam degere debeant «ad legum praescripta se diligenter gerant ab Ordinariis locorum facta» [50]. Ceterum confirmantur normae de balneis adeundis, ab hac Sacra Congregatione ad Superiores generales datae [51]; et iterum commendantur domus religiosae in locis salubrioribus, ubi qui requie et curis indigent versari possint simulque vitam religiosam agere valeant.

Lectio huius Instructionis

52. Plurimum Ecclesiae interest criteria et normas hic tradita apprime cognosci, eadem assidue recordari et in praxim constanter deduci. Non minus interest ut uniformibus criteriis in omnibus Statibus perfectionis procedatur, praesertim autem ut in eodem Instituto concorditer agant omnes quotquot institutioni iuvenum incumbunt.

Curent proinde Superiores ut sub initio cuiuslibet anni scholastici haec Instructio loco Instructionis *Quantum Religiones* legatur vel saltem quoad praecipua capita declaretur coram Moderatoribus, magistris, praefectis spiritus eorumque cooperatoribus, confessariis et professoribus,

[45] Cfr. Adhort. *Menti Nostrae*, *A. A. S.*, 42 (1950) p. 692, [LE 2151].
[46] Pius XII, Alloc. *Quamvis inquieti* 17 sept. 1946, *A. A. S.*, 38 (1946), p. 383; *Ench. Stat. Perf.*, n. 385, p. 574.
[47] Cfr. Instr. Sacrae Congregationis de Religiosis *de Cappellanis militum religiosis*, *A. A. S.*, 47 (1955), p. 93-97 [LE 2478] et Decretum *de Religiosis servilio militari adscriptis*, praesertim art. IV-V, 30 Iul. 1957, *A. A. S.*, 49 (1957), p. 871-874 [LE 2680].
[48] Cfr. *Prima Romana Synodus*, 87.
[49] Sacra Congregatio de Religiosis, Litt. circ. 15 Iulii 1926 [LE 712].

http://www.obrascatolicas.com

necnon in Consiliis monasticis, generalibus et provincialibus.

Eodem tempore perlegantur vel declarentur iuvenibus praescriptiones, quae ad ipsos directe pertinent, veluti quae spectant ad libertatem et condiciones in vita religiosa et clericali amplectenda, testificationem iuratam de qua in n. 42, aliaque huiusmodi.

His omnibus exsecutioni fideliter mandatis, recte procedet negotium explorationis idoneitatis canonicae candidatorum ad statum perfectionis et ad Ordines sacros; indigni tempestive et a limine arcebuntur, solum digni et idonei ad sacros Ordines admittentur, qui, rite instructi et formati, Ecclesiae et Status evangelicae perfectionis decus, Dei honorem animarumque salutem efficaciter promoveant.

Sanctissimus Dominus Noster Joannes Div. Providentia Papa XXIII, in Audientia infrascripto Cardinali Praefecto S. Congregationis de Religiosis die 23 ianuarii 1961 benigne concessa, hanc Instructionem approbare dignatus est, eanque cum Institutorum evangelicae perfectionis Moderatoribus communicare mandavit.

Romae, die 2 februarii, Purificationi B. Virginis Mariae sacro, anni 1961.—Valerius Card. VALERI, *Praef.* Fr. Paulus Philippe, O. P., *Secr.*

* Ad Religiosum, Societatum sine votis et Institutorum saecularium Moderatores: Typis Poliglottis Vaticanis 1961. Adn. C. BAJO in CpR 41 (1962) 33-65; A. A. REED in Jurist 23 (1963) 36-49.

2963

1961 FEB 3.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.*

DE PARTE CERAE APUM AUT OLEI IN CANDELIS PRO USU LITURGICO ADHIBENDA IN ITALIA

Questa Sacra Congregazione non ha mancato di esaminare attentamente le proposte che l'Assemblea Generale della C.E.I. (Commissione episcopale per l'Italia) ha presentato a questo Dicastero per determinare la percentuale di olio o di cera d'ape per la lampada del SS. Sacramento, il cero pasquale e le candele della S. Messa e le altre funzioni liturgiche.

In considerazione delle attuali particolari circostanze, e nell'intento di provvedere alla dignità del culto divino, questa Saera Congregazione ha disposto, per l'Italia, quanto segue:

1. Per la S. Messa, il cero pasquale e la lampada al SS.mo Sacramento, la percentuale di pura cera d'api, in tutto il complesso della candela, sia almeno del 10 %. Se per la lampada del SS.mo si usa l'olio, esso sia di puro olio di oliva.

2. Per le altre funzioni liturgiche, e per qualsiasi candela da usarsi in Chiesa, la percentuale sia del 5 %.

3. Le candele così dette votive sono da escludersi dall'uso sacro.

4. Le altre materie ammesse (paraffina ad alto punto di fusione, stearina, ceresina, ozocherite e altre cere indurenti vegetali o minerali) siano di materie prime, scelte e totalmente raffinate. Sono assolutamente esclusi i sevi o altri grassi animali.

5. Ogni candela di qualunque tipo deve essere garantita da un timbro a fuoco portante il nome del fabbricante e la percentuale di cera d'api contenuta.

Se in seguito le circostanze dovessero mutare, sarà cura di questa Congregazione di rivedere le presenti disposizioni.

Roma, 3 febbraio 1961.—Gaetano Card. CICOGNANI, *Praefello.*

* Conferentiae episcopali Italiae: Riv. dioc. Roma 2 (1961) 546-547. Adn. EL 75 (1961) 367.

2964

1961 FEB 4.-SC STUDIORUM, RESPONSUM. PART.*

MODUS PROCEDENDI IN ADMITTENDIS FILIIS ACATHOLICORUM AD SEMINARIUM ET AD ORDINES SACROS

I hasten to reply to your kind letter of January 26 instant [1] in which Your Reverence has asked me certain questions concerning the practice to be followed with regard to seminarians who have non-Catholic parents.

I shall answer your questions together. For some years, there has been in force an agreement between this Sacred Congregation of Seminaries and the Sacred Congregation of the Holy Office, by which, in dealing with young men who are candidate enters the seminary, it is necessary to ask the relative dispensation from this Canon from the Sacred Congregation of Seminaries. And when the young man is to be admitted to the first Tonsure, the usual permission is to be asked from the Sacred Congregation of the Holy Office, mentioning that the Congregation of Seminaries has already granted permission for the young man to enter the seminary.

I would advise you to request the Most Reverend Ordinary of the Diocese to present a request for admission into the seminary, for the young men who are already there, and who are in the position mentioned in the above-mentioned Canon. Then, when there is question of having recourse to the Sacred Congregation of the Holy Office, that Sacred Dicastery will be able to attend to the matter much more quickly.

[1 *In hac epistula diei 26 Ian.* 1961 *scripserat Episcopus Lafayettensis:*]

With reference to the letter of His Eminence, Joseph Cardinal Pizzardo, No. 52-61-3, dated January 10, 1961 [LE 2959], may I humbly present to you a request for some clarifications.

His Eminence writes that «In the beginning, the Sacred Congregation of Seminaries allows the young man to enter the seminary».

Would Your Excellency be good enough to clarify: 1) Is it absolutely necessary to obtain permission of the Congregation of Seminaries, before admitting to the Major or Minor Seminary candidates who are from a mixed marriage, or who are converts to the faith from Protestant sects?

If the answer is affirmative, 2) please be good enough to indicate to me the source of this obligation, i.e., an instruction of the Congregation of Seminaries, or the Canon Law.

At present, in our Diocese, there are some seminarians from mixed marriages, and some converts, who are pursuing their studies in various seminaries.

In the past, the practice in the Diocese was to obtain the dispensation from the impediment mentioned in Canon 987 par. 1 from the Sacred Congregation of the Holy Office, immediately before admission to the Sacred Tonsure or the other Orders.

Is it now necessary to submit the names of these seminarians to the Sacred Congregation of Seminaries, to regularize their position?

A reply from Your Excellency will be greatly appreciated, and will serve as a sure guide for the future.

* Ordinario Lafayettensi. Prot. N. 52/61/5: BOUSCAREN V, p. 496-497.

2965

1961 FEB 14.-SC S. OFFICII, NOTIF. AAS 53 (1961) 107

NOTIFICATIO CIRCA INTERDICTUM AB INGRESSU ECCLESIAE CUIDAM SACERDOTI AD STATUM LAICALEM IAM REDACTO IMPOSITUM

Sacerdotem Michaëlem Collin, e Congregatione Sacerdotum a S. Corde iam dimissum, qui saepe ac variis modis praescripta sacrorum canonum violaverat, Suprema S. Congregatio S. Officii, Decreto Feriae IV diei 17 Ianuarii 1951, ad statum laicalem redegerat (*A. A. S.*, 1951, p. 477) [LE 2187].

Quum autem idem sacerdos contumaciter inoboedientem sese exhiberit ac non destiterit a promovendis formis devotionis et cultus non adprobatis, immo etiam vetitis, idque cum fidelium deceptione et publico scandalo, Emi ac Revmi Patres rebus fidei et morum tutandis praepositi, in Conventu Plenario Feriae IV diei 8 Februarii 1961, ipsum Michaëlem Collin interdicendum decreverunt ab ingressu ecclesiae.

Feria VI die 10 eiusdem mensis et anni SSmus D. N. D. Ioannes divina Providentia Papa XXIII, in Audientia Exmo ac Revmo Dño Adsessori S. Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit ac publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 14 Februarii 1961. —Sebastianus Masala, *Notarius.*

2966

1961 FEB 14.-SC RITUUM, INSTR. AAS 53 (1961) 168-180

DE CALENDARIIS PARTICULARIBUS ET OFFICIORUM AC MISSARUM PROPRIIS AD NORMAM ET MENTEM CODICIS RUBRICARUM REVISENDIS

Ad rubricarum Codicem in praxim deducendum, Summus Pontifex Ioannes XXIII in Motu Proprio *Rubricarum instructum* diei 25 iulii 1960 statuit, ut «omnes ad quos spectat, quam primum calendaria et Propria, sive dioecesana sive religiosa, ad *normam et mentem* novae redactionis rubricarum et calendarii conformari curent, a S. Rituum Congregatione approbanda» [1].

Quasi prima quaedam accommodatio, nonnullae normae, iam inde ab anno 1961 servandae, per *Declarationem* huius S. Dicasterii dispositae sunt [2]. Restat ut opportunae tradantur instructiones circa calendaria particularia et Officiorum ac Missarum Propria *secundum litteram simul ac mentem* rubricarum novarum congruo modo revisenda, uti in citata Declaratione enuntiatum est.

[1] *A. A. S.*, LII (1960), 595 [LE 2926].
[2] *A. A. S.*, LII (1960), 730-731 [LE 2928].

CAP. I—NORMAE GENERALES

1. Ex rubricarum Codice, quaedam principia generalia praelucent, quae etiam in calendariis et Officiorum atque Missarum Propriis, cum dioecesanis tum religiosis, servanda sunt, scilicet: *a)* Proprium de Tempore, quo nempe totum Redemptionis mysterium colitur, super cetera Officia et Missas praeminentia gaudet; *b)* praecipua B. Mariae Virginis et Sanctorum festa Ecclesiae universae, festis particularibus praeferenda sunt; *c)* festa particularia secundum momentum ipsis proprium ordinentur et celebrentur; *d)* simplicitati, recto ordini
169 et curae pastoralis postulatis provideatur. /

2. Quamvis conveniat ut quaevis dioecesis suum calendarium et Proprium Officiorum atque Missarum habeat, aliquando tamen commendanda sunt calendaria et Propria, universae provinciae aut regioni aut nationi, vel etiam latiori ditioni communia, eorum quorum interest, socia adlaboratione paranda.

Quod principium, aequa ratione, servari potest etiam in calendariis religiosis, pro pluribus provinciis eiusdem ditionis civilis.

3. Revisionis opus, *Motu proprio* ita iubente (n. 6), «quamprimum» erit explendum.

4. Ad calendaria et Propria revisenda Ordinarii viros seligant rei liturgicae, historicae et hagiographicae peritos, qui munus sibi creditum competenter explere valeant.

5. Calendaria particularia et Officiorum atque Missarum Propria ad hanc S. Congregationem tribus saltem exemplaribus nitide exaratis mittantur, addito quoque exemplari calendarii et Officiorum atque Missarum Proprii praecedentis. In universo insuper opere transmittendo: *a)* breviter sed perspicue rationes exponantur, ob quas singulae mutationes inductae sunt, praesertim si a normis, quae in hac Instructione exponuntur, discrepent; *b)* indicetur quoque, cum agitur de Officiis vel Missis novis, quaenam partes ex aliis Officiis vel Missis iam approbatis sumantur, quaenam vero sint noviter confectae.

CAP. II—DE FESTORUM NUMERO ET EXTENSIONE

6. Festa particularia, ipso iure in calendariis inscribenda, quae *propria* vocantur, rubricarum Codex nn. 41-46 recenset.

Numerus festorum quae *indulta* vocantur (Codex n. 47) opportune limitandus est; ut vetera serventur vel nova inducantur, peculiares rationes exstare debent.

7. In praeparando vel revisendo calendario dioecesano aut religioso, ea serventur quae nn. 43 *d* et 46 *e* Codicis rubricarum, de festis Sanctorum et Beatorum in calendariis propriis inscribendis statuuntur. Assumantur igitur vel serventur festa tantummodo Sanctorum et Beatorum, qui cum dioecesi aut Religione rationes *peculiares* habuere, et congruus / proponatur
170 gradus celebrationis liturgicae, qui necessitudini respondeat Sancti vel Beati cum dioecesi aut Religione (cfr. infra nn. 16-20).

8. Festa, ratione dominationis politicae vel particularis devotionis olim inducta, quae nunc ad dioecesim vel Religionem nullam vel minimi momenti servant relationem, expungantur.

9. Dari possunt alia festa, quae nunc, propter mutationes confinium, partis tantum aliculus dioecesis vel nationis aut regionis stricte propria sunt: haec festa iis tantum in territoriis celebrentur, quorum revera sunt propria.

10. Festa quae in honorem alicuius Sancti vel Beati celebrantur ratione reliquiarum, iuxta n. 45 *c* et *d* Codicis rubricarum, retinenda sunt gradu competenti in ea tantum ecclesia vel oratorio in quo corpus (non autem reliquia tantum, etsi insignis) eiusdem Sancti vel Beati asservatur; minime vero in calendario universae dioecesis vel Religionis, nisi ex alio titulo retinenda sint.

11. Principium generale esto unumquemque Sanctum vel Mysterium *uno* tantum festo celebrari. Exceptiones nihilominus admittuntur, quas et calendarium ipsum universale admittit, scilicet cum agitur de facto vel relatione vere singulari celebrandis de eodem Mysterio vel eodem Sancto: quod contingere potest in festis Translationis, vel Inventionis, vel Patrocinii, aliove simili.

Exinde vero pluribus festis Patronus principalis, Titularis et Fundator tantum coli possunt. Huiusmodi tamen festa secundaria, nisi supprimantur, ad modum commemorationis celebrentur.

12. Eiusdem Sancti vel Mysterii *recordationes periodicae* per Officium et Missam aut ad modum commemorationis, si quae exstent, supprimantur.

13. Nihil obstat quominus duo Sancti vel Beati non Martyres, aut plures Martyres uno festo recolantur, si speciales rationes id suadeant; quo in casu adhibeatur etiam Commune plurium Confessorum Pontificum vel non Pontificum, aut plurium Virginum vel non Virginum.

14. Praestat insuper ut e calendariis dioecesanis, quae pluribus Sanctis et Beatis decorantur, e Martyribus vel Episcopis priorum temporum, de quibus praeter nomen parum vel nihil
171 historice constat, festa horum Sanctorum expungantur; festum vero omnium Martyrum vel / Episcoporum dioecesis institutur, illustrioribus tantum Martyribus et Episcopis, de quibus historice constet, particulari festo seorsim celebratis.

15. In calendariis religiosis Sancti vel Beati eiusdem Religionis congruum habeant cultum. Quando vero aliqua Religio pluribus Sanctis et Beatis decoratur, cavendum est ne calendarium universae Religionis plus aequo gravetur. Quapropter: *a)* haberi potest in primis festum omnium Sanctorum et Beatorum eiusdem Religionis; *b)* singulari festo celebrentur tantummodo Sancti vel aliqui Beati, qui peculiare momentum praeseferant pro universa Religione; *c)* de ceteris Sanctis et Beatis, iuxta momentum quod habent in historia Religionis, fieri potest, aut festum in provincia eiusdem Sancti vel Beati, cum commemoratione in universa Religione; aut, si agatur de minoribus Beatis, festum in loco ubi eorum reliquiae asservantur, cum commemoratione in provincia tantum.

CAP. III—DE FESTORUM GRADU

16. Festa in calendariis particularibus gradu I vel II classis inscribenda, a Codice rubricarum nn. 42-46 expresse designantur.

17. Praeter festa I et II classis Ecclesiae universae, et festa propria, quibus vi rubricarum idem gradus competit, paucissima tantum alia festa earundem classium in singulis calendariis admittenda sunt.

Hoc ut concedi possit, rationes *omnino peculiares* requiruntur, indolis liturgicae, historicae, pastoralis.

18. Ex littera et mente rubricarum Codicis plane deducitur, III classem ordinarium esse gradum, apprime convenientem Sanctis et Beatis aut Mysteriis vel Titulis, quibus gradus superior, ut supra n. 17, non competat, aut sola commemoratio, ut infra nn. 19 et 20, non sufficiat.

19. Neglegenda prorsus non est commemoratio, sane pro compositione calendariorum magni momenti; commemoratio enim ea ratione statuta est, ut exonerentur quodammodo sive calendarium universale, sive calendaria particularia, celebrationibus liturgicis adeo onusta, ut quandoque celebratio plurium festorum Ecclesiae universae praepe/diatur. Proinde 172
curandum est, ut rationabilis et conveniens commemorationum usus fiat.

20. Saepius pro *tota* dioecesi, regione, provincia (ecclesiastica, religiosa, civili), natione, Religione, omnino sufficit commemoratio vel festum III classis, cum pro *determinato* loco, dioecesi, provincia, regione, gradus altior magis appareat opportunus. Hac prudenter adhibita distinctione, celebrationum particularium onus aliquantum alleviabitur et calendaria peculiaribus necessitatibus et opportunitatibus magis accommodabuntur.

CAP. IV—DE FESTORUM DIE

21. Serventur quae rubricarum Codex nn. 59-62 hac de re statuit. Attamen, quoad fieri potest: *a)* festa propria, quae in universa quoque Ecclesia coluntur, eodem die celebrentur quo in calendario universali inscribuntur; *b)* Sanctorum festa propria, quae in calendario universali non inveniuntur, die natalicio celebrentur.

22. Dies, quibus plerumque tempus quadragesimale et octava Paschatis occurrit, itemque dies a 17 ad 23 decembris, a novis festis particularibus liberi maneant; quod ad festa particularia, his diebus iam statuta, attinet, ordinarie recolantur ad modum commemorationis, sicut fit pro festis universalibus, nisi magis conveniat ut unum alterumve festum peculiaris momenti ad aliud tempus transferatur.

23. Festa olim alicui dominicae perpetuo assignata: *a)* si sint festa Domini I classis, dominicae II classis assignata, nihil innovetur (Codex n. 17 *e*); *b)* si in calendario universali inveniuntur, eo die celebrentur quo in eodem calendario inscribuntur; *c)* si in calendario universali non inveniuntur, alius opportunior dies seligatur.

24. Festa particularia B. Mariae Virginis, olim diei 31 maii affixa, diei 8 eiusdem mensis assignentur.

25. Secundum n. 100 Codicis rubricarum, festa III classis Ecclesiae universae cum festo particulari occurrentia, perpetuo commemorantur aut omittuntur. Attamen: / *a)* festum uni- 173
versale III classis, in honorem Sancti qui magni momenti fuit pro tota Ecclesia, etiam in calendariis particularibus suo die celebretur; festum vero particulare III classis eodem die occurrens in proximiorem diem liberum reponatur; *b)* si vero festum III classis Ecclesiae universae, quod sit magni momenti, cum festo particulari classis superioris occurrat, festum universale transferatur; *c)* si aliquod festum particulare I classis, extra diem proprium, assignatum sit diei in quo postea calendarium universale festum II classis excepit, festum particulare in alium diem transferatur.

26. In Propriis transmittendis, semper indicentur dies natalicius Sanctorum, dies quo singula festa hucusque celebrata sunt, necnon rationes pro hoc die retinendo vel mutando.

CAP. V—DE QUIBUSDAM FESTIS PARTICULARIBUS IN SPECIE

A) *De Patronorum festis*

27. Patronus principalis aut secundarius seu minus principalis, «rite constitutus», unice intellegitur Patronus *sensu proprio*, id est Sanctus (numquam Beatus) *formaliter* uti Patronus

http://www.obrascatolicas.com

secundum S. Rituum Congregationis antiquam praxim electus ac constitutus, vel ex immemorabili traditione acceptus: huic tantum proinde peculiaris liturgica celebratio a rubricis statuta competit.

28. Patronus *principalis* cuiusque loci, vel dioecesis, etc., regulariter unus tantum sit; quandoque alter tantum Sanctus Patronus *aeque principalis* addi potest, cum iisdem iuribus et obligationibus ac Patronus principalis. Itemque cuiusque loci, vel dioecesis, etc., duo tantum Patroni *secundarii* admittuntur.

29. Patroni, sive principales sive secundarii, olim constituti propter regimina aut regna quae iam desierunt, itemque Patroni olim propter extraordinaria rerum adiuncta, v. g. pestem, bellum, aliamve calamitatem, vel propter devotionem specialem nunc remissam electi, exinde uti tales liturgice amplius ne colantur.

30. Ut Patroni Religionis vel provinciae religiosae iuribus liturgicis gaudeant, unice S. Rituum Congregatio concedit,
174 nisi hac liturgica / ratione ab immemorabili colantur. Huiusmodi tamen celebratio Patronis singularum domuum religiosarum, si qui exstent, minime conceditur.

31. Alii cuiuscumque generis Patroni, praeter eos de quibus superioribus numeris actum est Patroni *sensu laliore* considerandi sunt, merae *pietatis causa* propositi, absque ullo liturgico privilegio.

B) *De festis quae communiter «devotionis» vocantur*

32. Haec festa, inde a Media Aetate, e privata devotione in publicum Ecclesiae cultum inducta, in calendariis particularibus nimis multiplicata sunt.

In his igitur calendariis huiusmodi festa tunc tantum retineantur, cum rationes *vere peculiares* id postulent.

33. Ex his festis «devotionis» sequentia e calendariis expungantur, quae ut plurimum in aliis festis aut anni temporibus iam recoluntur, vel cum aliquo tantum loco particulari relationem habent, scilicet: In translatione almae domus B. Mariae V. (10 decembris); In exspectatione partus B. Mariae V. (18 decembris); In desponsatione B. Mariae V. cum S. Ioseph (23 ianuarii); Fugae D. N. I. C. in Aegyptum (17 februarii); Orationis D. N. I. C. (fer. III post dom. Septuagesimae); In Commemoratione Passionis D. N. I. C. (fer. III post dom. Sexagesimae); S. Spineae Coronae D. N. I. C. (fer. VI post cineres); Ss. Lanceae et Clavorum D. N. I. C. (fer. VI post dom. I Quadragesimae); Ss. Sindonis D. N. I. C. (fer. VI post dom. II Quadragesimae); Ss. Quinque Vulnerum D. N. I. C. (fer. VI post dom. III Quadragesimae); Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. (fer. VI post dom. IV Quadragesimae); Eucharistici Cordis Iesu (fer. V post octavam Corporis Christi); Humilitatis B. Mariae V. (17 iulii); Puritatis B. Mariae V. (16 octobris).

Huiusmodi vero festa retineri possunt si cum aliquo loco speciali necessitudine connectuntur.

Festum autem S. Philumenae V. et M. (11 augusti) e quo-
175 libet calendario expungatur. /

C) *De festis e calendario universali expunctis*

34. Circa festa quae vi n. 8 *Variationum in Breviario et Missali romano* ad normam Codicis rubricarum e calendario universali expuncta sunt, pro calendariis particularibus haec pressius statuuntur: *a)* festum S. Anacleti, quolibet titulo et gradu celebretur, transfertur in diem 26 aprilis, sub recto nomine S. Cleri; *b)* festum S. Vitalis transfertur in diem 4 novembris, una cum S. Agricola; *c)* festum Cathedrae S. Petri unice die 22 februarii celebrandum est; *d)* praestat ut festa sub n. 8 *b*, *c*, *d*, *g*, et *h* recensita, etsi alicubi tamquam Patronus principalis vel Titulus ecclesiae habeantur, transferantur ad festa principalia, scilicet: festum Inventionis S. Crucis, a die 3 maii ad diem 14 septembris; festum S. Ioannis ante Portam Latinam, a die 6 maii ad diem 27 decembris; festum Apparitionis S. Michaëlis Arch., a die 8 maii ad diem 29 septembris; festum S. Petri ad Vincula, a die 1 augusti ad diem 29 iunii; festum Inventionis S. Stephani, a die 3 augusti ad diem 26 decembris.

Eadem autem festa retineri possunt die quo hucusque celebrata sunt, si rationes *omnino* singulares id suadeant, et nisi sufficiat eo die solemnitatem tantum externam, ad normam nn. 359 et 360 Codicis rubricarum assignare. Qua de re peculiare petatur indultum, ut sive festum sive solemnitas externa in calendario inscribatur.

CAP VI.—DE TEXTIBUS IN OFFICIIS

35. In parandis vel revisendis lectionibus historicis festorum cuiusvis classis, haec serventur: *a)* breves et sobriae sint; unaquaeque lectio amplitudinem ne excedat ordinariam lectionum Breviarii, quarum pleraeque plus quam centum et viginti verbis non constant; *b)* sermonis genus emendatum faciliusque evadat; *c)* loca communia vitentur; falsa aut minus apta
176 demantur vel / emendentur; si autem notitiae certae fere vel omnino desint, lectiones de Communi assignentur, vel alius textus e sermonibus Patrum magis conveniens seligatur.

36. Veritati historicae non tantum in lectionibus provideatur, sed etiam in antiphonis, responsoriis, hymnis aliisque Officii partibus, si quae propriae exstent; secus eaedem partes e Communi sumantur.

37. In festis III classis: *a)* si Matutinum antiphonis propriis gaudeat, circa lectiones primam et secundam ea serventur quae nn. 40 et 41 *Variationum* statuuntur; *b)* si vero Matutinum antiphonas proprias non habeat, lectiones prima et secunda sumantur de Scriptura occurrenti, nisi forte lectiones exstent *stricte propriae*, scilicet quae directe de Mysterio vel Sancto agant: quo in casu etiam responsoria sumuntur de festo, idest propria vel de Communi; *c)* si responsoria tantum propria sint, dicuntur lectiones de Scriptura occurrenti, cum responsoriis festi, iuxta n. 42 *Variationum*.

38. In festis III classis lectio III unici Nocturni est semper de festo, et quidem: *a)* si una tantum lectio historica vel «contracta» exstabat, haec retineatur; *b)* si duae vel tres lectiones historicae aderant, una nova lectio conficiatur; *c)* si vero sermo habebatur, tantum lectio olim quarta, scilicet prima II Nocturni servetur, vel alius textus e sermonibus Patrum magis conveniens seligatur.

39. Ad hymnos quod attinet: *a)* si quattuor hymni diversi exstent, qui omnes continuatim vitam Sancti illustrant, et festum I classis non sit, primus (olim I Vesperis assignatus) hymno Matutini praemittatur, omissa conclusione; si breviari possunt, una alterave strophа omittatur; si coniungi nequeunt, utpote diversi metri vel non historici, unus auferatur; *b)* si duo vel tres hymni adsint, opportuniore modo disponantur; si festum I classis sit, ordinarie idem hymnus ad utrasque Vesperas adhibeatur. /

177

CAP. VII—DE OFFICIIS ET MISSIS DISPONENDIS

A) *Normae generales pro Officiis*

40. Post titulum festi, eius gradus indicetur (I vel II vel III classis aut Commemoratio).

41. Nominatio Horarum uniformiter hoc modo fiat: «Ad I Vesperas», «Ad Matutinum», «Ad Laudes», «Ad II Vesperas», etc. Singuli Nocturni sic indicentur: «In I Nocturno», etc.

42. Caput et versus libri S. Scripturae ante singulas lectiones significentur.

43. Rubricae hymnorum doxologiam respicientes demantur, v. g.: «Haec conclusio numquam mutatur», «Sic concluduntur hymni eiusdem metri», et similia.

44. In litteris maiusculis et minusculis scribendis, criterium, quo rubricarum Codex utitur, omnino retineatur.

45. In omnibus Officiis, ad Laudes et ad Vesperas, sub respectivo titulo, semper ponenda sunt, etiamsi de Communi sumpta, versus, antiphona ad *Benedictus* vel ad *Magnificat*, et oratio.

Ante alias Horas titulus ponatur, si partes propriae adsint, vel commoditatis causa repetantur.

46. Si fecienda sit commemoratio alicuius Sancti, post orationem diei uniformiter ponatur rubrica: «Et fit commemoratio S...»; deinde ponantur, convenienter in extenso, antiphona, versus et oratio.

Pro commemoratione de Tempore indicanda, serventur rubricae quae iam in Breviario exstant.

B) *Normae particulares pro singulis Officiis*

47. *In festis I classis* omnia disponantur ut iam in Breviariis et Propriis exstant, iis exceptis quae vi rubricarum Codicis vel huius Instructionis mutanda sunt.

48. *In festis II classis*, I Vesperae: *a)* ponantur cum omnibus partibus propriis pro festis Domini quae occurrere possunt in dominica II classis, sub hoc titulo «Ad I Vesperas, / 178
quando festum occurrit in dominica vel celebratur gradu I classis»; *b)* item ponantur, si propriae exstent, antiphonae psalmorum vel hymnus, sub hoc titulo «Ad I Vesperas, sicubi festum celebratur gradu I classis»; *c)* auferantur vero ab omnibus aliis festis II classis; versus tamen et antiphona ad *Magnificat*, si propria exstent, in II Vesperis ponantur sub rubrica «Ad I Vesperas, sicubi dicendae occurrunt».

49. Si, *in festis III classis*, ad Matutinum, invitatorium et hymnus in extenso ponuntur, post hymnum addatur titulus «Ad Nocturnum».

50. In festis antiphonis propriis ad Laudes gaudentibus, post primam antiphonam ponatur rubrica «Psalmi de dominica»; si Officium ab Adventu ad Pentecosten celebrari continuat, addatur insuper «1.° loco».

51. *In festis II classis*, si Laudes saltem a capitulo in extenso scribuntur, in fine ipsarum ponatur rubrica «Ad Horas minores antiphona et psalmi de feria currenti». In festis vero Domini quae in dominica II classis occurrere possunt, in fine Laudum ponatur rubrica «Ad Horas minores antiphona et psalmi de currenti die». In fine Vesperarum ponatur rubrica «Completorium de dominica».

52. *In festis III classis* cum antiphonis propriis ad Laudes et ad Vesperas, in fine Laudum haec ponatur rubrica «Ad Horas minores antiphona et psalmi de feria currenti»; in fine vero Vesperarum: «Completorium de feria».

53. Diebus, quibus commemoratio facienda est de Sancto in feria, post indicationem diei et Sancti, ponatur vox «Commemoratio» et titulus «Ad Laudes». Deinde ponantur, convenienter in extenso, antiphona, versus et oratio.

C) *De Missis disponendis*

54. In Missis quae per extensum ponuntur, maioris claritatis causa, spatium unius saltem lineae servetur inter has par-

tes: *a)* inter orationem (orationes) et Epistolam; *b)* inter graduale (tractum...) et Evangelium; *c)* inter secretam et antiphonam ad Communionem.

55. Sequentes locutiones adhibeantur: «Antiphona ad Introitum, antiphona ad Offertorium, antiphona ad Commu-
179 nionem». /

56. Orationes quae ad commemorationem pertinent, necnon partes quae unice pro Missis votivis inserviunt, ita scribantur, ut relate ad textus proprios Missae, per spatium unius vel duarum litterarum retractentur.

57. Quam maxime curandum est ut necessitas folium vertendi vitetur, cum dicenda sunt oratio, secreta, postcommunio vel alia precatio quam celebrans extensis manibus recitare debet.

58. Diebus, quibus commemoratio facienda est de Sancto in feria, post indicationem diei et Sancti, ponatur vox «Commemoratio»; deinde indicatio Missae convenientis, remittendo ad Commune, vel Missam exhibendo propriam vel partes ipsius proprias.

CAP. VIII—DE PRIVILEGIIS ET INDULTIS IN RE LITURGICA

A) *De privilegiis et indultis in genere*

59. Privilegia et indulta quae rubricarum Codici obstant, revocata sunt (*Motu proprio*, n. 3). Si quis tamen Ordinarius necessarium censuerit unum alterumve ex his privilegiis et indultis iterum renovare, opportunas mittat petitiones, rationibus adductis, quae id suadere videantur.

60. Privilegia autem et indulta quae rubricarum Codici non obstant, in suo robore perseverant; attamen necesse erit ut et ipsa ad normam et mentem Codicis aptentur, quo securius servari queant.

61. Proinde curae sit uniuscuiusque Ordinarii elenchum privilegiorum de re liturgica, una cum calendario et Officiorum atque Missarum Proprio, ad hanc S. Congregationem transmittere, pro opportuna revisione aut renovatione, addito quoque exemplari praecedentis concessionis.

62. Praestat deinde ut, in Propriis typis imprimendis, addatur quoque elenchus privilegiorum liturgicorum, ut prae manibus sit cuique eodem Proprio utenti.

B) *De privilegiis et indultis circa Missas votivas*

63. Concessiones praecedentes Missarum votivarum pro solemnitatibus externis necnon pro sanctuariis et locis piis, in suo robore manent, sed praescriptionibus rubricarum Codicis
180 (nn. 358 *c*, 359, 361 et 373-377) ad unguem accommodanda sunt. /

64. Ceterae Missarum votivarum concessiones, quovis modo vel quavis auctoritate factae, vi n. 3 in *Motu proprio* «Rubricarum instructum» abrogatae sunt.

65. Missarum votivarum concessiones iterum renovantur vel ex novo conceduntur tantum ob rationes peculiares publicae necessitatis vel publicae devotionis.

Huiusmodi Missae votivae, si quae concedentur: *a)* gradu III classis potiuntur; *b)* toto Adventus, Quadragesimae et Passionis tempore prohibentur; *c)* eodem die una vel duae tantum admittuntur.

Summus vero Pontifex Ioannes Papa XXIII, in Audientia diei 8 mensis februarii anni 1961, infrascripto Cardinali S. Rituum Congregationis Praefecto concessa, hanc Instructionem in omnibus et per omnia approbare dignatus est, atque sanxit ut eam omnes, ad quos spectat, diligenter exsequantur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex aedibus S. Rituum Congregationis, die 14 februarii 1961.—C. Card. CICOGNANI, Ep. Tusculan., *Praef.* Henricus Dante, *a Secr.*

Adn. J. BOUVY in NrT 83 (1961) 755-761; C. BRAGA in EL 75 (1961) 154-173.

2967

1961 FEB 28.-SC DE PROP. FIDE, FACULTATES. PART.*

NONNULLAE FACULTATES CONCEDUNTUR NUNTIIS, INTERNUNTIIS ET DELEGATIS APOSTOLICIS IN TERRITORIIS SACRAE CONGREGATIONI DE PROPAGANDA FIDE SUBIECTIS

Roma, 28 febbraio 1961

Eccellenza Reverendissima, Allo scopo di alleggerire il lavoro della Segreteria di questa Sacra Congregazione e soprattutto allo scopo di aumentare i legami tra codesta Rappresentanza Pontificia e i Rev.mi Ordinari dalla stessa dipendenti, Propaganda ha ritenuto opportuno concedere all'E. V. Rev.ma le seguenti speciali facoltà, di cui Ella potrà usare «durante munere»:

1) di permettere l'alienazione di beni ecclesiastici mobili o immobili fino a un valore equivalente a trentamila dollari USA. Le relative domande dei Rev.mi Ordinari

dovranno essere corredate del parere favorevole sia dei Consultori diocesani sia del Consiglio d'amministrazione;

2) di permettere l'ingresso in seminario ai figli illegittimi e la loro promozione agli Ordini Sacri;

3) di permettere l'istruzione dei processi «super matrimonio rato et non consummato»; processi i cui atti dovranno poi essere trasmessi a questa Sacra Congregazione, che penserà ad inoltrarli al Dicastero Pontificio competente;

4) di dispensare «iusta ac rationabili causa» circa il tempo e il luogo della professione religiosa;

5) di permettere, per la vita del seminario o delle altre opere della Missione, l'accettazione dell'elemosina per le Messe binate e trinate.

Sarà cura di V. E. informare i Rev.mi Ordinari dipendenti, perchè ricorrano a codesta Rappresentanza Pontivicia nel bisogno delle sopraddette grazie.

Alla fine di ogni anno l'E. V. vorrà riferire a questa Sacra Congregazione circa l'uso fatto di queste medesime facoltà.

Frattanto profitto ben volentieri dell'incontro per porgerLe distinti ossequi. Dell'Eccellenza Vostra Rev.ma devotissimo.—G. P. Card. AGAGIANIAN, *Pref.* P. Sigismondi, *Segr.*

* Nuntiis, Internuntiis et Delegatis Apostolicis in territoriis S. Congregationi de Prop. Fide subiectis. Prot. N. 997/61: BiM 25 (1961) 170. Adn. L. BUIJS in PrM 52 (1963) 51-85; CpR 42 (1963) 164-165.

2968

1961 MAR 1.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

IMPEDIMENTUM MATRIMONIALE A SOLA LEGE CIVILI STATUTUM NON AFFICIT MATRIMONIA CANONICA

CASUS—Edward, non-baptized, age 17, contracted marriage with Dorothy, a baptized Presbyterian, age 21, in Youngstown, Ohio, in the presence of a Protestant minister, on August 27, 1949. At the time of the marriage, Edward deceived the license clerk and indicated that his age was 24 instead of 17.

This couple separated after two or three months of cohabitation and a civil divorce was obtained on January 16, 1950 —before Edward had reached the age of 18 required by the civil law for a valid marriage.

Edward then married Fay, a baptized Episcopalian, in the presence of a minister, on December 12, 1952. This union terminated in divorce in February, 1958.

Our Tribunal succeeded in ruling out all impediments to the validity of the Edward-Dorothy union, except the possible impediment of non-age on the part of Edward, who, as a non-baptized person, was subject to the civil law in this matter. Edward, his father, and Dorothy all testify to Edward's non-baptism.

No dispensation was obtained from the civil authorities for this marriage. Accordingly, since renowned canonists disagree as to whether such a marriage would be invalid, i. e., a baptized non-Catholic who has the canonical age marrying an unbaptized person who has not the age required by civil law, we respectfully submit this *dubium iuris* to the Holy Office for the purpose of determining the solution of our Edward-Fay case.

SOLUTIO—After due study and consideration of all the acts of the matrimonial process Edward-Dorothy, Their Eminences, the Cardinals of this Supreme S. Congregation, in their Plenary Session, held Wednesday, March 1, 1961, have decreed:

«Matrimonium in casu habendum esse validum et alterum matrimonium, Edward-Fay, habendum esse invalidum ob impedimentum ligaminis.»

* Ordinario Chicagiensi: Jurist 22 (1962) 97-98. Adn. ANASTASIUS AB UTRECHT in Laurentianum 3 (1962) 395-404.

2969

1961 MAR 10.-IOAN. XXIII, MOT. PR. AAS 53 (1961) 198

IUS OPTIONIS IN DIOECESIBUS SUBURBICARIIS ABROGATUR

Ad Suburbicarias Dioeceses, quas utpote artis quibusdam necessitudinibus cum Romana Dioecesi coniunctas, Decessores Nostri peculiari semper sollicitudine prosecuti sunt, iam ab inito Summo Pontificatu Nos ipsi curas cogitationesque convertimus. Cum enim ob mutatas in territoriis illis rerum condiciones, ob auctumque valde incolarum numerum, ibidem loci facta sit postremis hisce annis dif-

http://www.obrascatolicas.com

ficilior Pastoralium munerum exercitatio, visum est Nobis omnino expedire, ut auctis animorum necessitatibus magis idonea ratione novisque editis normis prospiceretur.

Qua de re, antequam in negotio tam gravis momenti quidquam decerneremus, placuit sane Nobis omnes S.R.E. Cardinales, qui in Romana Curia sunt, rogare sententiam. Qui quidem, re diligenter considerata, varia Nobis attulerunt consilia, sed fere omnes in hoc consenserunt, oportere nimirum ius optionis, quod vocant, abrogare, can. 236 § 3 Codicis Iuris Canonici statutum.

Hac igitur communi sententia utentes, normarumque facientes initium, quas in utilitatem Dioecesium Suburbicariarum laturi sumus, *motu proprio* ac Nostra Apostolica auctoritate abrogatum declaramus praescriptum eiusdem can. 236 § 3, quo ius optionis sancitur; atque nominationem Cardinalium Episcoporum ad Suburbicarias Sedes unice ad Nos et ad Successores Nostros libere pertinere volumus.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris *motu proprio* datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die x mensis Martii, anno MDCCCCLXI, Pontificatus Nostri tertio.— IOANNES PP. XXIII.

Adn. A. DE B. in NTT 83 (1961) 522-523; C. DE CLERCQ in Apoll. 35 (1962) 13-14; A. DE LA HERA in Ius can. 2 (1962) 677-718; Doc. Cath. 58 (1961) 425-427.

2970

1961 MAR 13.-SC SACRAMENT., RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR DISPENSANDI A IEIUNIO EUCHARISTICO FIDELES IN CARCERIBUS DETENTOS, SERVATO IEIUNIO UNIUS HORAE A CIBO SOLIDO

The Bishop of Gary, adviser to the National Association of Catholic Prison Chaplains in the United States of North America, prostrate at the feet of Your Holiness, humbly petitions the faculty whereby prison chaplains can dispense from the law of the Eucharistic fast those faithful detained in prison, so that they, in view of their special circumstances and the discipline obtaining in prisons, may take something by way of solid food before Holy Communion.

In the audience with His Holiness on 13 March, 1961, after he had heard the report of the undersigned Cardinal Prefect of the Sacred Congregation of the Sacraments and attended to the recitals, our Holy Father, Pope John XXIII, graciously deigned to grant the Bishop of Gary the favor according to his petition, provided, however, that: a fast of one hour from solid food is observed; all danger of wonderment, scandal, and irreverence to the Holy Mysteries is removed; proper dispositions of body and soul are had; and the other requirements of law fulfilled. All things to the contrary notwithstanding.

The present grant is valid *for two years* and can be used twice a week.

* Ordinario Gariensi, Prot. N. 428/61: BOUSCAREN V, p. 438.

2971

1961 MAR 13.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

CIRCA CALENDARIUM LITURGICUM ADHIBENDUM A SORORIBUS TERTIARIIS ET CIRCA MISSAM CELEBRANDAM IN ECCLESIIS ET ORATORIIS TERTIARIORUM

DUBIA—Revmus Generalis Ordinis Fratrum Minorum Minister Sacrae Rituum Congregationi sequentia Dubia proposuit:

1. Utrum, ad normam n. 54 *a* Codicis Rubricarum, Sorores Tertiariae Primo Ordini aggregatae, Officium Parvum B. M. V. recitantes obligentur Calendarium Primi Ordinis —additis utique festis localibus praescriptis— adoptare, an possint si malint etiam Calendarium dioecesanum sequi?

2. Utrum, ad normam n. 283 Codicis Rubricarum, in ecclesiis et oratoriis Tertiariorum utriusque sexus Missa celebrari debeat iuxta Calendarium religiosum etiam si ecclesia vel oratorium non ad usum exclusivum Communitatis, sed simul ad usum adiecti hospitalis, sanatorii, xenodochii et similium adhibeatur, an debeat in hoc casu celebrari iuxta Calendarium dioecesanum?

RESP.—Et Sacra porro Rituum Congregatio, ad proposita Dubia censuit respondere:

Ad 1: *Affirmative* ad priorem partem; *Negative* ad alteram partem.

Ad 2: In casu iuxta dioecesanum Calendarium celebrari debet.

Atque ita respondit et declaravit, die 13 martii 1961.— Henricus Dante, S. R. C., *a Secr.* Joachim Sormanti, *Subst.*

* Ministro Gen. O. F. M., Prot. N. 0.51/961: AOFM 80 (1961) 240.

2972

1961 MAR 13.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

CIRCA RITUM FESTORUM QUAE VULGO DICUNTUR PATRONORUM ET CIRCA OMISSIONEM MISSAE PRO POPULO IN IISDEM FESTIS

Excmus ac Revmus Dominus Iesus Enciso Viana, Episcopus Maioricen. et Praesens Coetus Nationalis apostolatui liturgico provehendo, nomine quoque Commissionis Episcopalis de Sacra Liturgia in Hispania, attentis novissimis rubricis locorum Patronos respicientibus, Sacrae Rituum Congregationi ea, qua par est, reverentia exposuit in permultis Hispaniae civitatibus oppidisque translatitium esse quotannis celebrari festa tum B. Mariae Virginis, variis sub appellationibus invocatae, tum Sanctorum, quos christi fideles veluti caelestes apud Deum Patronos habeant colantque; at vero minime Documentis constare huiusmodi Patronos legitime esse constitutos vel ab Apostolica Sede confirmatos; neque constare aperte praedicta festa agi ut veri nominis Patronorum, cum nec in Calendariis propriis inserta sint, nec Sacerdotes Officium et Missam de eisdem ad rubricarum normas dicere solerent.

Quibus expositis, Excmus orator ex eadem Sacra Rituum Congregatione quaesivit:

1.° Utrum eiusmodi festa habeantur oportet uti festa Patronorum rite constitutorum;

2.° Utrum in iisdem festis onus adsit Missae pro populo applicandae;

3.° Si affirmative ad utrumque dubium, enixe postulatur ab Apostolica Sede ut, ad uniformitatem hac in re obtinendam, declarare benigne dignaretur suppressum onus celebrandi ut vere «patronalia» superius descripta festa.

Et Sacrum idem Consilium legitimis ritibus cognoscendis, audito suffragio Liturgicae Commissionis, re mature perpensa, respondere censuit:

Ad I: *Negative*. Ad II: *Negative*. Ad III: *Provisum* in I et II.

Atque ita rescripsit et declaravit, die 13 Martii 1961.— C. Card. CICOGNANI, *S. R. C. Praef.* Henricus Dante, *S. R. C., a Secr.*

* Praesidi coetus nationalis Hispaniae pro apostolatu liturgico provehendo: **Ilustración del clero** 54 (1961) 286. Adn. G. MARTINEZ DE ANTOÑANA in **Ilustración del clero** 54 (1961) 289-292.

2973

1961 MAR 15.-CONV. CUM BOLIVIA. AAS 53 (1961) 303

RATIHABITIO CONVENTIONIS INTER SANCTAM SEDEM ET REMPUBLICAM BILIVIANAM DE VICARIATU CASTRENSI

Vide *textum* sub die 1958 Nov. 29: LE 2786n.

2974

1961 MAR 19.-IOAN. XXIII, EP. AP. AAS 53 (1961) 205-213

EPISTULA APOSTOLICA AD LOCORUM ORDINARIOS ET CHRISTIFIDELES CATHOLICI ORBIS: DE PIETATE ERGA S. IOSEPH, UNIVERSALIS ECCLESIAE PATRONUM, CUIUS PRAESIDIUM OB COGENDUM CONCILIUM VATICANUM II IMPLORATUR

Venerabili Fratelli e diletti figli!—Le voci che da tutti i punti della terra arrivano sino a Noi, in espressione di lieta attesa e di voti per il felice successo del Concilio Ecumenico Vaticano II, sollecitano ognor più il Nostro spirito a trar profitto dalla buona disposizione di tanti cuori semplici e sinceri, rivolti con amabile spontaneità ad implorazione di aiuto celeste, ad aumento di fervore religioso, a chiarezza di direzione pratica per tutto ciò che la celebrazione conciliare suppone e ci promette di incremento della vita intima e sociale della Chiesa, e di rinnovamento spirituale del mondo intero.

Ed ecco farci incontro, apparizione della nuova primavera di / quest'anno, e sui margini della sacra Liturgia 206
Pasquale, la figura mite ed amabile di S. Giuseppe, lo

sposo augusto di Maria, tanto caro alle intimità delle anime più sensibili alle attrazioni dell'ascetica cristiana, e delle sue espressioni di pietà religiosa, contenute e modeste, ma tanto più gustate e soavi.

Nel culto della Santa Chiesa, Gesù, Verbo di Dio fatto uomo, ebbe subito la sua adorazione incommunicabile come splendore della sostanza del Padre suo, irradiantesi nella gloria dei Santi. Maria, la genitrice sua, gli corse dappresso sino dai primi secoli, nelle figurazioni delle catacombe e delle basiliche, piamente venerata: *sancta Maria mater Dei*. Giuseppe invece, oltre qualche sprazzo della sua figura ricorrente qua e là negli scritti dei Padri, rimane per secoli e secoli in un suo nascondimento caratteristico, quasi come figura di ornamento nel quadro della vita del Salvatore. E ci volle del tempo prima che il suo culto penetrasse dagli occhi nel cuore dei fedeli, e ne traesse elevazioni speciali di preghiera e di fiducioso abbandono. Queste furono le gioie fervorose riservate alle effusioni dell'età moderna: oh! quanto copiose ed imponenti; e di queste Ci è particolarmente gradito cogliere subito un rilievo ben caratteristico e significativo.

S. Giuseppe nella voce dei Pontefici degli ultimi cento anni

Tra i diversi *postulata* che i Padri del Concilio Vaticano I al loro riunirsi in Roma [1] presentarono a Pio IX, i due primi riguardavano S. Giuseppe. Innanzi tutto si chiedeva che il suo culto prendesse un posto più elevato nella sacra Liturgia: recava la firma di 153 Vescovi. L'altro, sottoscritto da 43 Superiori Generali di Ordini Religiosi, supplicava per la proclamazione solenne di S. Giuseppe a Patrono della Chiesa universale [2].

Pio IX

Pio IX accolse con letizia l'uno e l'altro voto. Dagli inizi del suo pontificato [3] egli aveva fissato la festa e la liturgia per il patrocinio di San Giuseppe la domenica III dopo Pasqua. Già dal 1854, in una vibrante e devota allocuzione, aveva indicato in S. Giuseppe la più sicura speranza della Chiesa dopo la Santa Vergine: e l'8 dicembre 1870, a
207 Concilio Vaticano sospeso dagli avvenimenti politici, colse la felice coincidenza della festa della Immacolata per la proclamazione più solenne ed ufficiale di S. Giuseppe a Patrono della Chiesa universale e per la elevazione della festa del 19 marzo a celebrazione liturgica di rito doppio di prima classe [4].

Fu quello —dell'8 dicembre 1870— un breve ma grazioso e mirabile Decreto *Urbi et Orbi* veramente degno dell'*Ad perpetuam rei memoriam*, che aprì una vena di ricchissime e preziose ispirazioni ai Successori del nono Pio.

Leone XIII

Ecco infatti l'immortale Leone XIII uscirsene per la festa dell'Assunta del 1889 con la Lettera «*Quamquam pluries*» [5], il documento più ampio e copioso che un Papa abbia mai pubblicato ad onore del padre putativo di Gesù, elevato nella sua luce caratteristica di modello dei padri di famiglia e dei lavoratori. E di là che si iniziò la bella preghiera: «*A te, o Beato Giuseppe*», che di tanta soavità soffuse la Nostra fanciullezza.

San Pio X

Il Santo Pontefice Pio X aggiunse a quelle di papa Leone espressioni molteplici di devozione e di amore per S. Giuseppe, accogliendo di buon grado la dedica fatta a lui di un trattato che ne illustra il culto [6]; moltiplicando il tesoro delle Indulgenze sopra la recita delle Litanie, così care e così placide a dirsi. Come suonano bene le parole per questa concessione! *Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X inclytum patriarcham S. Ioseph, divini Redemptoris patrem putativum, Delparae Virginis sponsum purissimum et catholicae Ecclesiae potentem apud Deum Patronum* —e, vedete finezza di sentimento personale—, *cuius glorioso nomine a nativitate decoratur, peculiari atque constante religione ac pietate complectitur* [7]. E le altre con cui fece annunziare il perchè di nuovi favori concessi: *ad augendum cultum erga S. Ioseph, Ecclesiae universalis Patronum* [8]. / 208

Benedetto XV

Allo scoppiare della prima grande guerra Europea, mentre gli occhi di S. Pio X si socchiusero alla vita di quaggiù, ecco levarsi provvidenzialmente papa Benedetto XV ed attraversare quale astro benefico di universale consolazione gli anni dolorosi dal 1914 al 1918. Anch'egli tenne ben presto a promuovere il culto del Santo Patriarca. È a lui infatti che si deve la introduzione di due nuovi prefazi al Canone della Messa: quello appunto di S. Giuseppe e quello della Messa dei morti, associando l'uno e l'altro felicemente in due decreti dello stesso giorno, 9 aprile 1919 [9], come a richiamo di una concomitanza e fusione di dolore e di conforto tra le due famiglie: quella celeste di Nazaret, di cui S. Giuseppe era il capo legale, e l'immensa famiglia umana afflitta da universale costernazione per le innumerevoli vittime della guerra devastatrice. Che mesto, ma insieme soave e felice accostamento: S. Giuseppe da una parte, e dall'altra il *signifer sanctus Michaël*: ambedue in atto di presentare le anime dei defunti al Signore *in lucem sanctam*.

Nell'anno successivo —25 luglio 1920— papa Benedetto tornava in argomento nel cinquantenario allora in preparazione della proclamazione —già compiuta da Pio IX— di S. Giuseppe a Patrono della Chiesa universale: e vi ritornava in luce di teologica dottrina col *Motu proprio* «*Bonum sane*» [10], tutto spirante tenerezza e singolare fiducia. Oh! che bel riaccendersi della figura mite e benigna del Santo, fatto invocare dal popolo cristiano a protezione della Chiesa militante, nell'atto stesso del riaprirsi delle sue migliori energie a spirituale e anche a materiale ricostruzione, dopo tante calamità: e a conforto di tanti milioni di vittime umane, trattenute al valico dell'agonia, e per le quali papa Benedetto volle impegnare presso i Vescovi, e le molte associazioni pie sparse nel mondo, il supplice intervento della preghiera a S. Giuseppe, patrono dei morenti.

Pio XI e Pio XII

Sulle stesse tracce di raccomandata fervorosa devozione al Santo Patriarca, i due ultimi Pontefici —l'undecimo e il duodecimo Pio— ambedue di sempre cara e venerata memoria— si succedettero in viva ed edificante fedeltà di richiamo, di esortazione, di elevazione.

Per quattro volte almeno Pio XI in solenni allocuzioni di vario riferimento ad illustrazione di nuovi Santi e so- 209
vente nelle annuali ricorrenze del 19 marzo —così nel 1928 [11], e poi nel 1935, ed ancora nel 1937— colse l'occasione di esaltare le varie luci di cui si adorna la fisionomia spirituale del Custode di Gesù, dello Sposo castissimo di Maria, del pio e modesto operario di Nazaret, e del Patrono della Chiesa universale, egida potente di difesa contro gli sforzi dell'ateismo mondiale, inteso al dissolvimento delle nazioni cristiane.

Pio XII colse egualmente dal suo antecessore la nota maestra nello stesso tono, lui pure in numerose allocuzioni, sempre così belle, vibranti e felici. Come quando il 10 aprile del 1940 [12] invitava i giovani sposi a porsi sotto il sicuro e soave manto dello Sposo di Maria: e nel 1945 [13] chiamava gli ascritti alle Associazioni Cristiane dei Lavoratori ad onorarlo come alto esempio, e come invitta difesa delle loro schiere: e dieci anni dopo, nel 1955 [14], annunciava la istituzione della festa annuale di S. Giuseppe artigiano. Di fatto questa festa di istituzione recentissima, fissata al 1.° maggio, viene a sopprimere quella del mercoledì della seconda settimana dopo l'ottava di Pasqua, mentre la festa tradizionale del 19 marzo segnerà d'oggimai la data più solenne e definitiva del Patrocinio di S. Giuseppe sopra la Chiesa universale.

Lo stesso Santo Padre Pio XII si compiacque ornare come di preziosissima corona il petto di S. Giuseppe di

[1] 1869-1870.
[2] *Acta et Decreta Sacrorum Conciliorum recentiorum - Collectio Lacensis*, tomo VII, col. 856-857.
[3] 10 dicembre 1847.
[4] Decr. *Quemadmodum Deus*, 8 dec. 1870; *Acta Pii IX P. M.*, t. 5, Roma 1873, p. 282.
[5] *Acta Leonis XIII P. M.*, Roma 1889, pp. 175-180.
[6] Epist. ad R. P. A. Lépicier O. S. M., 12 febr. 1908; *Acta Pii X P. M.*, Roma 1914, pp. 168-169.

[7] *A. A. S.* I (1909), p. 290.
[8] Decr. S. Congr. Rit. 24 iul. 1911; *A. A. S.* III (1911), p. 350.
[9] *A. A. S.* XI (1919), pp. 190-191.
[10] *A. A. S.* XII (1920), p. 313.
[11] *Discorsi di Pio XI*, S. E. I. vol. I, 1922-1928, pp. 779-780.
[12] *Discorsi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII*, vol. II, pp. 65-69.
[13] *A. A. S.*, vol. XXXVII (1945), p. 72.
[14] *A. A. S.*, vol. XLVII (1955), p. 406 [LE 2500].

http://www.obrascatolicas.com

una fervida preghiera proposta alla devozione dei sacerdoti e fedeli di tutto il mondo, arricchendone la recita di Indulgenze copiose. Una preghiera a carattere eminentemente professionale e sociale, come si addice a quanti sono soggetti alla legge del lavoro, che è per tutti «legge di onore, di vita pacifica e santa, preludio della felicità immortale». Fra l'altro vi si dice: Siate con noi, o S. Giuseppe, nei nostri momenti di prosperità, quando tutto ci invita a gustare onestamente i frutti della nostra fatica; ma siate con noi soprattutto e sosteneteci nelle ore della tristezza, quando sembra che il cielo voglia chiudersi sopra di noi e che persino gli strumenti del nostro lavoro debbano sfuggire dalle nostre mani [15].

Venerabili Fratelli e diletti figli: questi richiami di storia e di pietà religiosa è parso anche a Noi opportuno proporre
210 alla attenzione devota / delle vostre anime, educate alla finezza del sentire e del vivere cristiano e cattolico, giusto in questa ricorrenza del 19 marzo, in cui la festa di S. Giuseppe coincide coll'inizio del tempo di Passione, e ci prepara ad una intensa familiarità coi misteri più commoventi e salutari della sacra liturgia. Le disposizioni che impongono il velo sopra le immagini di Gesù Crocifisso, di Maria e dei Santi durante le due settimane che preparano la Pasqua, sono un invito ad un raccoglimento intimo e sacro circa le comunicazioni col Signore attraverso la preghiera, che deve essere meditazione e supplicazione frequente e viva. Il Signore, la Vergine benedetta e i Santi sono in attesa delle nostre confidenze: e queste è ben naturale che si volgano su ciò che meglio corrisponde alle sollecitudini della Chiesa cattolica universale.

L'attesa del Concilio Ecumenico

Al centro e al posto preminente di queste sollecitudini sta senza dubbio il Concilio Ecumenico Vaticano, la cui aspettazione è ormai nei cuori di quanti credono in Gesù Redentore, appartengano essi alla Chiesa Cattolica nostra Madre, o ad alcune delle varie confessioni da essa separate, e pur ansiose da parte di molti di un ritorno di unità e di pace, secondo l'insegnamento e la preghiera di Cristo al Padre Celeste. È ben naturale che questo richiamo alla voce dei Papi dell'ultimo secolo sia tutto inteso a suscitare la cooperazione del mondo cattolico al buon successo del grande disegno di ordine, di elevazione spirituale e di pace a cui un Concilio Ecumenico è chiamato.

Il Concilio a servizio di tutte le anime

Tutto è grande e degno di rilievo nella Chiesa, quale Gesù l'ha costituita. Nella celebrazione di un Concilio convengono attorno ai Padri le personalità più distinte del mondo ecclesiastico e ricche di doni eccelsi di dottrina teologica e giuridica, di capacità organizzativa, di alto spirito apostolico. Questo è il Concilio: il Papa al vertice, intorno a lui e con lui Cardinali, Vescovi di ogni rito e di ogni paese, dottori e maestri competentissimi nelle varie gradazioni e loro specializzazioni.

Ma il Concilio è fatto per tutto il popolo cristiano che vi è interessato per quella circolazione più perfetta di grazia, di vitalità cristiana, che renda più facile e spedito l'acquisto dei beni veramente preziosi della vita presente, e assicuri le ricchezze dei secoli eterni.

Tutti quindi sono interessati al Concilio, ecclesiastici e
211 laici, grandi e piccoli di ogni parte del mondo, di ogni classe, di ogni stirpe, di ogni / colore: e se un protettore celeste è indicato ad impetrare dall'alto, nella sua preparazione e nel suo svolgimento, quella *virtus divina*, per cui esso sembra destinato a segnare un'epoca nella storia della Chiesa contemporanea, a nessuno dei *Celesti* meglio può essere affidato che a S. Giuseppe, capo augusto della Famiglia di Nazaret, e protettore della Santa Chiesa.

Riascoltando in eco le voci dei Papi di questo ultimo secolo di storia nostra, come Ci accadde, ancora Ci toccano il cuore gli accenti caratteristici di Pio XI, anche per quel suo modo meditato e calmo di esprimersi. Esse ci vengono all'orecchio giusto da un discorso pronunciato il 19 marzo 1928, in un accenno che egli non seppe, non volle tacere ad onore di S. Giuseppe, come amava salutarlo, S. Giuseppe caro e benedetto.

«È suggestivo, egli diceva, l'osservare da vicino e quasi veder brillare l'una accanto all'altra due magnifiche figure che si accompagnano agli inizi della Chiesa: innanzitutto quella di S. Giovanni Battista, che si affaccia dal deserto, talora con voce tonante, e talvolta con mite dolcezza: talora come il leone che rugge e tal'altra come l'amico che gode della gloria dello sposo, e offre in faccia al mondo il fasto meraviglioso del suo martirio. Poi la figura robustissima di Pietro che ascolta dal Maestro Divino le magnifiche parole: 'andate e predicate a tutto il mondo': e per lui personalmente: 'tu sei Pietro, e sopra questa pietra io edificherò la mia Chiesa'. Missione grande, divinamente fastosa e clamorosa.»

Così diceva Pio XI. E poi proseguiva, oh! come felicemente: «Fra questi grandi personaggi, tra queste due missioni, ecco apparire la persona e la missione di S. Giuseppe, che passa invece raccolta, tacita, quasi inavvertita e sconosciuta nella umiltà, nel silenzio, un silenzio che non doveva illuminarsi se non più tardi, un silenzio a cui doveva ben succedere, e veramente alto, il grido, la voce, la gloria nei secoli» [16].

Oh! la invocazione, oh! il culto di S. Giuseppe a protezione del Concilio Ecumenico Vaticano II.

Venerabili Fratelli e figliuoli di Roma, Fratelli e figliuoli diletti di tutto il mondo: è a questo punto che Noi desideravamo di condurvi, inviandovi questa Lettera apostolica giusto nel giorno 19 marzo, in cui nella celebrazione di S. Giuseppe, Patrono della Chiesa universale, poteva venire alle vostre anime l'eccitamento ad una ripresa straordi/naria di fervore, per una partecipazione orante più viva, 212
ardente e continuata alle sollecitudini della Santa Chiesa, maestra e madre, docente e dirigente di questo straordinario avvenimento del Concilio Ecumenico XXI, e Vaticano II, di cui tutta la pubblica stampa mondiale si occupa con interessamento vivo, e con attenzione rispettosa.

Vi è ben noto che una prima fase della organizzazione del Concilio è in attività tranquilla, operosa e consolante. A cento e cento, prelati ed ecclesiastici distintissimi, convenuti da tutte le regioni del mondo, qui si succedono nell'Urbe, distribuiti in varie e ben ordinate sezioni, impegnate ciascuna al proprio nobile lavoro, sulle tracce di preziose indicazioni contenute in una serie di imponenti volumi, recanti il pensiero, l'esperienza, i suggerimenti raccolti dalla intelligenza, dalla saggezza, dal vibrante fervore apostolico di ciò che costituisce la vera ricchezza della Chiesa Cattolica del passato, del presente e dell'avvenire. Il Concilio Ecumenico non domanda per il suo compimento, e per il suo successo, che luce di verità e di grazia, disciplina di studio e di silenzio, pace serena di menti e di cuori. Questo dalla parte nostra umana. Dall'alto è l'aiuto celeste che il popolo cristiano deve invocare con una cooperazione viva di preghiera, con uno sforzo di vita esemplare, che anticipi e sia saggio della disposizione ben decisa da parte di ciascuno dei fedeli ad applicare poi gli insegnamenti e gli indirizzi, che verranno proclamati nella conclusione auspicatissima del grande avvenimento, che ora è già in corso promettente e felice.

Venerabili Fratelli e diletti figliuoli.

Il luminoso pensiero di papa Pio XI del 19 marzo 1928 ci persegue ancora. Qui da Roma la Cattedrale sacrosanta del Laterano splende sempre nella gloria del Battista. Ma nel tempio massimo di S. Pietro, dove si venerano ricordi preziosi di tutta la Cristianità, c'è pure un altare per S. Giuseppe: e Noi intendiamo, e Ce lo proponiamo in data di oggi 19 marzo 1961, che l'altare di S. Giuseppe si rivesta di splendore novello, più ampio e più solenne: e divenga punto di attrazione e di pietà religiosa per singole anime, per folle innumeri. E sotto queste volte celestiali del tempio Vaticano che si raccoglieranno intorno al Capo della Chiesa le schiere dei componenti il Collegio Apostolico convenute da tutti i punti, anche più distanti dell'Orbe, per il Concilio Ecumenico.

O S. Giuseppe! qui, qui è il tuo posto di *Protector universalis Ecclesiae*. Ti abbiamo voluto porgere attraverso le voci e i documenti dei Nostri immediati antecessori dell'ultimo secolo —da Pio IX a Pio XII— un serto di onore, in eco alle testimonianze di affettuosa venerazione, / che 213
ormai si sollevano da tutte le nazioni cattoliche e da tutte le regioni missionarie. Sii sempre protettore. Che il tuo spirito interiore di pace, di silenzio, di buon lavoro e di preghiera, a servizio della Santa Chiesa, ci vivifichi sempre e ci allieti in unione con la tua Sposa benedetta, la dolcissima e Immacolata Madre nostra, in amore fortissimo e soave di Gesù, il re glorioso ed immortale dei secoli e dei popoli. Così sia.

Dato a Roma, presso San Pietro, il 19 marzo 1961, anno terzo del Nostro Pontificato.—IOANNES PP. XXIII.

[15] Cfr. *A. A. S.*, vol. L (1958), pp. 335-336.

[16] *Discorsi di Pio XI*, vol. I, p. 780.

Adn. NrT 83 (1961) 523-525.

2975

1961 MAR 19.-SC CONS., DECR. AAS 53 (1961) 621-624

BOLIVIAE

DECRETUM DE ERECTIONE VICARIATUS CASTRENSIS

De militum spirituali cura iuxta catholicam nationis traditionem aptiore firmioreque ratione componenda, inter Apostolicam Sedem et Reipublicae Bolivianae Magistratus per pactum, nuper stipulatum, convenit.

Ad huiusmodi autem Conventionem perficiendam atque
622 ut omnibus / qui ad militaria signa et ad arma in Bolivia adducuntur sacri apostolatus fidelque christianae subsidia praesto essent, Ssmus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, suppleto —quatenus opus sit— eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto Vicariatum Castrensem Boliviae aptis normis instructum erigit ac constituit.

1. Hac ratione erectus Vicariatus Castrensis constabit: Vicario Castrensi, Cappellano maiori, qui *Inspector General* vulgo nuncupabitur, atque militum Cappellanis, seu minoribus.

2. Sedes huius Vicariatus Castrensis eiusque Curiae Paxiae in Bolivia statuetur.

3. Curia autem Castrensis ad instar dioecesanae effor-
mabitur et ad eam Cappellanus maior, Consultores, aliique qui iudicio Vicarii Castrensis necessarii putantur, pertinebunt.

4. Vicarius Castrensis iurisdictione pollebit personali, ordinaria tum fori externi tum fori interni, speciali et cumulativa cum iurisdictione Ordinariorum locorum, ad normam Instructionis de Vicariis Castrensibus *Sollemne semper* a S. Congregatione Consistoriali die 23 mensis Aprilis anno 1951 [LE 2208] editae. In stativis autem castris et in locis militibus reservatis primo et principaliter Vicarius Castrensis iurisdictionem exercebit, secundario, quoties, scilicet, idem Vicarius Castrensis eiusque Cappellani absint vel desint, semper autem iure proprio, Ordinarius loci atque Parochus, initis consiliis —quatenus fas erit— cum Vicario Castrensi.

5. Iurisdictio Vicarii Castrensis Boliviae extendetur ad omnes: 1) qui sub vexillis Reipublicae Bolivianae terra marique et aëria classi actu militant; 2) qui eorum familias constituunt, uxores, videlicet, liberi, famuli, propinqui et necessarii, dummodo in coplarum stationibus vel locis militibus reservatis cum iisdem cohabitent; 3) qui vulgo *cadetes* vocantur et scholas, academias seu ephebea, in re militari instituendi, frequentant; 4) qui ad militiam a publica tutela pertinent, vulgo *carabineros*; 5) qui tandem, sive alicui Religioni adscripti sive non, in nosocomiis et in ceteris institutis vel locis militibus reservatis degunt seu commorantur.

6. Vicarius Castrensis, conlatis cum Reipublicae Prae-
side consiliis, ab Apostolica Sede deligetur et per peculiare
623 S. Congregationis Consistorialis Decretum officio potietur. /

7. Cappellanus maior, seu *Inspector General*, et militum Cappellani —servatis servandis— a Vicario Castrensi nominantur, cuius ordinariae potestati, durante munere omnino subduntur. Quoad ecclesiasticam disciplinam, tamen, potestati quoque Ordinarii loci, in quo versari contingat, obnoxii erunt. Huic autem, in casibus urgentioribus et quoties Vicarius Castrensis providere non poterit, fas erit in eos animadvertere etiam canonicis sanctionibus, si casus ferat, et monito confestim Vicario Castrensi.

8. Quod vero ad militum Cappellanos religiosos attinet, adamussim servetur Instructio *De Cappellanis militum religiosis* a S. Congregatione negotiis Religiosorum sodalium praeposita, die 2 mensis Februarii anno 1955 edita [LE 2478].

9. Cappellano maiori, seu *Inspector General*, necessarias et opportunas Vicarius Castrensis tribuet facultates.

10. Militum vero Cappellani animarum sibi commissarum curam gerent muneribus et obligationibus Parochorum, ad normam memoratae Instructionis de Vicariis Castrensibus, instructi.

Ubi autem impar necessitatibus sit militum Cappellanorum numerus, Vicarius Castrensis —conlatis cum loci Ordinario aut cum religioso Superiore consiliis— Sacerdotibus sive e clero saeculari sive religiosis militum curam committet, eisque necessarias et opportunas tribuet, ad nutum, facultates.

11. In celebratione matrimoniorum subditorum Vicariatus Castrensis districte servetur praescriptum canonis 1097, § 2, C. I. C. Id est: «pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa excuset», et accurate expleantur actus qui, ad normam iuris communis, celebrationem matrimonii praecedere et subsequi debent.

12. Causas subditorum Vicariatus Castrensis Boliviae, sive contentiosas inter ipsos, sive criminales, tribunal metropolitanum Sucrense in prima instantia, metropolitanum Pacense in altera instantia pertractabunt.

13. Vicarius Castrensis Relationem de statu Vicariatus Castrensis singulis quinquenniis exhibebit, quaesitis respondens iuxta ea quae in «Formula servanda» praescribuntur, a S. Congregatione Consistoriali die 20 mensis Octobris anno 1956 statuta. Quinquennia autem sunt fixa ad normam canonis 340, § 1; proinde huiusmodi obligationi satisfaciet anno quo locorum Ordinarii Reipublicae Boliviae Relationem de statu dioecesis exhibere tenentur.

Eodem anno quo Relatio est facienda, Vicarius Castren-
sis ad Urbem / Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se- 624
pulcra veneraturus accedat et Romano Pontifici se sistat.

14. Vacante Vicarii Castrensis officio, nisi aliter ab Apostolica Sede provisum fuerit, regimen Vicariatus Castrensis —usque dum novus Vicarius Castrensis muneris possessionem ceperit— Cappellanus maior seu *Inspector General*, si adfuerit assumet; secus Cappellanus militum qui ad normam canonis 106, 3.° C. I. C. praecedit. Qui autem Vicariatus Castrensis tunc assumpserit regimen facultatibus fruetur atque oneribus adstringetur quae ius commune —congrua congruis referendo— Vicario Capitulari tribuit. Ipsius praesertim erit S. Congregationem Consistorialem de assumpto munere certiorem facere ab eaque instructiones impetrare.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua Excmum P. D. Carmelum Rocco, in Bolivia Nuntium Apostolicum, deputare dignata est opportunis et necessariis conlatis facultatibus etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et onere imposito ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum authenticum exemplar mittendi actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 19 mensis Martii, in festo Sancti Ioseph, Sponsi B. M. V., anno 1961.—Carolus Card. CONFALONIERI, *a Secr.* Franciscus Carpino, Archiep. Serdicen., *Adsessor.*

Adn. A. PUGLIESE in Apoll. 34 (1961) 309-312 et in ME 86 (1961) 559-570.

2976

1961 MAR 20.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

INSTITUTUM SUPERIUS SCIENTIARUM ATQUE LITTERATURAE S. CLARAE IN CIVITATE NEAPOLITANA EXISTENS TITULO «PONTIFICII» DECORATUR

Quo maius incrementum in dies assequatur *Superius Institutum Scientiarum atque Litterarum* a S. Clara nuncupatum Civitatis Neapolitanae, Summus Pontifex Ioannes XXIII f. r. peculiare benevolentiae Suae signum eidem praestare decrevit.

Instantibus igitur precibus Revmi P. Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum —commendatione S. Congregationis de Religiosis suffultis— benigne annuens, *Pontificii* titulo idem Institutum decorare dignatus est.

Quapropter Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, vigore praesentis Decreti, praelaudatum Institutum, cuius Statuta iampridem pontificia approbatione donata sunt, ornatum declarat titulo *Pontificii* eodemque titulo uti posse, contrariis quibuslibet non obstantibus.

http://www.obrascatolicas.com

Datum Romae, die 20 Martii 1961.—Valerius Card. VALERI, *Praef.* Fr. P. Philippe, O. P., *a Secr.*

* Ministro Gen. O. F. M., Prot. N. 3143/52: AOFM 80 (1961) 191.

Praecesserant:

I. **Litterae Secretariae Status** ad Card. Praefectum S. C. de Religiosis, Prot. N. 46781: AOFM 80 (1961) 190-191, quarum erat tenor:

Dal Vaticano, 14 Febbraio 1961

Em.mo e Rev.mo Signor Mio Oss.mo, Il Rev.mo Ministro Generale dei Frati Minori ha con devota supplica chiesto al Santo Padre che Si compiacesse di accordare il titolo di Pontificio all'Istituto Superiore di Scienze e Lettere «S. Chiara», eretto in Napoli per la formazione degli insegnanti nelle Scuole interne dell'Ordine.

La Santità Sua, atteso i buoni risultati finora ottenuti che sono insieme lieto auspicio di nuovi incrementi per l'avvenire, nonchè tenuto conto dell'autorevole raccomandazione dell'Eminenza Vostra Reverendissima, Si è benevolmente degnata di conferire al predetto Istituto il titolo implorato.

Voglia pertanto l'Eminenza Vostra avere la cortesia di comunicare la sovrana concessione, nel modo che stimerà opportuno al medesimo Ministro Generale.

Mi valgo ben volentieri della circostanza per baciarLe umilissimamente le mani e confermarmi con sensi di profonda venerazione dell'Eminenza Vostra Reverendissima Umil.mo Dev.mo Obbl.mo Servitor Vero.—D. Card. TARDINI.

II. **Litterae S. Congregationis de Religiosis** ad Ministrum Generalem O. F. M., Prot. N. 3143/52: AOFM 80 (1961) 191:

Roma, 9 Marzo 1961

Reverendissimo Padre, Accogliendo la preghiera da Lei umiliata la Santità di Nostro Signore Si è benignamente degnata d'insignire del titolo di «Pontificio» l'Istituto Superiore di Scienze e Lettere «S. Chiara» di Napoli.

Nell'inviare alla Paternità Vostra copia della Lettera con cui l'Em.mo Sig. Cardinale Segretario di Stato comunica l'Augusta concessione, mi valgo dell'opportunità che mi viene offerta per porgere le felicitazioni e formulare i migliori voti di questa Sacra Congregazione al prelodato Istituto ed all'intero Ordine a cui appartiene ed al quale fa tanto onore.

Non dubitando che il gesto di Sovrana benevolenza venga considerato come un nuovo validissimo motivo di sempre maggiore impegno e di progresso nella formazione intellettuale ed insieme religiosa degli insegnanti nelle scuole interne di codesto Ordine, con sensi di religioso ossequio, mi confermo della Paternità Vostra Reverendissima devotissimo nel Signore.—P. PHILIPPE, O. P., Segr.

2977

1961 MAR 25.-SC RELIG., INSTR. AAS 53 (1961) 371-380

INSTRUCTIO ET STATUTA DE SORORIBUS EXTERNO MONIALIUM MONASTERIORUM SERVITIO ADDICTIS

Peculiaris Monialium intra claustra degentium condicio ea est, ut, ad earum recollectionis vitam in tuto collocandam, opus requirat aliquarum personarum quae Monasterii extra claustrum negotiis ac rationibus incumbant. Hinc nullo unquam tempore piae defuere mulieres, extra claustra generatim commorantes et vel nullis vel non propriedictis religiosae vitae vinculis adstrictae, quae Oblatarum Mandatarum, Ostiariarum titulo aliisve nominibus appellatae sunt. /

372

Successu autem temporis, piae huiusmodi mulieres desiderium patefecere Claustralium vitam intimius participandi; variis etiam in locis eis concessum fuit ut, peculiari enuntiato proposito, promissione, iure iurando vel voto, externo Monasterii servitio adstrictae manerent. Nec defuerunt Regulae, Constitutiones vel peculiaria Statuta, a Sede Apostolica approbata, quae tale earum religiose vivendi propositum veluti consecrarent.

Nostris vero temporibus, status Sororum cum votis religiosis simplicibus firmus effectus recteque ordinatus est Decreto S. Congregationis Religiosorum *Conditio plurium Monasteriorum* die 16 Iulii 1931 [LE 1042] edito. Sorores «membra Communitatis cui inserviunt, eorumdem ac Moniales spiritualium bonorum participes», declaratae sunt (Cfr. *Statuta a Sororibus externis Monasteriorum Monialium cuiusque Ordinis servanda*, n. 4) [LE 1042]. Ne autem iuridicam Sororum Communitati incorporationem nocumento contemplativae Claustralium vitae esse contingeret, uti norma generalis statutum est ut Sorores partem aliquam Monasterii extra clausuram papalem inhabitare deberent.

Verum cum experientia hisce sex lustris comparata aperte ostenderit nonnulla in praedictis Statutis anni 1931 perficienda esse, tum ea recentioribus documentis pontificia circa Monialium institutum aptando, tum aliqua omittendo praescripta iuris communis, quia in ipsis Monialium Constitutionibus iam continentur, tum denique ea ad Regulas ac Constitutiones Secundi Ordinis ad quem Sorores pertinent arctius accommodando, Sacra Religiosorum Congregatio praedictorum Statutorum novam ac breviorem, integram tamen redactionem perficere sibi proposuit, salvis tamen his quae sequuntur:

1. Illa Monialium Monasteria quae Sorores externo servitio addictas non habent, nec eis opus habere censent eo quod servitio externo Monasterii per personas saeculares probatae fidei, de consensu Ordinarii loci adscitas et extra clausuram commorantes, provisum sit, hanc Sororum classem inducere non tenentur.

2. Ubi alicuius Ordinis Regula vel Constitutiones servitium externum Sororum pro Monasterio Monialium expressis verbis praescribunt et ordinant, plenum vigorem servant canonicae dispositiones quibus praedictum servitium regitur, dummodo neque ss. canonibus, neque Constitutioni Apostolicae *Sponsa Christi* [LE 2167] contrariae sint.

3. Si Ordinis alicuius Moniales, ut propriae fundationis et vocationis spiritus aptius servetur, peculiares dispositiones pro servitio / externo Monasterii propriis Constitutionibus inserere voluerint, liberum eis esto eas conficere, approbationi utique S. Congregationis de Religiosis subiciendas. 373

Huiusmodi praescriptiones, approbatione pariter obtenta a S. Congregatione, inseri poterunt Statutis illarum Foederationum a S. Sede erectarum quae regularis observantiae usum, intra eumdem Ordinem, paulo diversum servant. Praescripta, tamen, tam Constitutionibus quam Statutis Foederationis, iuxta Ordinis indolem, adiungenda, conformentur sequentibus Statutis generalibus.

CAP. I.—*De Sororum servitio externo addictarum muneribus et habitatione*

Art. 1.—§ 1. Monialium Monasteria possunt, consentiente Capitulo et accedente beneplacito Ordinarii loci necnon, si eidem sint subiectae, Superioris regularis, Sorores servitio externo addictas instituere, quarum speciale munus sit Monasterio inservire in obeundis externis negotiis quae a Claustralibus geri nequeunt.

§ 2. Uti servitium externum, cui huiusmodi Sorores addicuntur, haberi possunt quaedam moderata opera apostolatus Monasterio adnexa, extra tamen clausuram papalem peragenda.

Art. 2.—Sorores servitio externo addictae membra sunt Communitatis sui cuiusque Monasterii et ordine praecedentiae post Moniales choristas et conversas veniunt; eamdem Regulam et Constitutiones profitentur ac consorores Moniales, sed ratione officii proprii hisce Statutis obnoxiae sunt, quorum vi praescriptis quibusdam ipsius Regulae et Constitutionum derogatur.

Art. 3.—§ 1. Salvo art. 4, Sorores servitio externo addictae habitationem habent Monasterio adnexam et clausurae communi (can. 604; Instr. «Inter cetera», n. 73) obnoxiam, non vero intra fines clausurae papalis Monialium positam (Instr. «Inter cetera», n. 11 b; 44 b). Quapropter nequeunt / partem Monasterii Monialibus reservatam ingredi nisi intra limites his Statutis definitos. 374

§ 2. Salvo strictiore iure singulorum Monasteriorum, ius est Antistitae, de consensu sui Consilii atque probante Ordinario loci et Superiore Regulari, si adsit, permittendi ut Sorores servitio externo addictae interdum intra clausuram Monasterii, pietatis vel instructionis causa, sicuti et ad convescendum et animos recreandos, cum Monialibus conveniant, adhibitis cautelis ne quid exinde incommodi oriatur. Tunc vero Sorores, etsi imprudenter interrogatae, abstineant a referendis iis quae extra Monasterium viderint vel audierint, summopereque sileant de iis quae bono exemplo non sint, vel quae pacem et animi applicationem perturbare possint. His invigilet attente Antistita cum Consiliariis suis, et si ingressus Sororum in Monasterium occasionem praebeat abusibus, opportuna remedia adhibeantur.

§ 3. Sorores extra clausuram commorantes possunt, iudicio Antistitae eiusque Consilii, praehabita etiam saltem generali approbatione Ordinarii loci et Superioris Regularis, si adsit, internis etiam Monasterii muneribus vel laboribus interdum adhiberi, cauto ne cum Monialibus habitualiter permisceantur.

§ 4. Quae in hoc articulo quoad ingressum in clausuram Sororum dicuntur valent etiam pro postulantibus et pro novitiis secundi anni novitiatus.

Art. 4.—§ 1. Attento spiritu et indole cuiusque Ordinis, necnon numero Monialium in ipso Monasterio degentium, praevio voto Capituli et, si agatur de Monasteriis alicui Foederationi adscriptis, audito Consilio Foederationis, Monasteria statuere possunt, approbante S. Sede, ut Sorores servitio externo addictae habitualiter intra clausurae ambitum ipsius Monasterii versari possint, licet lege clausurae papalis non teneantur. Hoc in casu cautelae praescribantur,

ne commercium huiusmodi Sororum cum Monialibus clausurae lege obstrictis spiritui recollectionis nocumentum afferat; praeter alia, quaedam separatio statuatur intra ipsam clausuram, ad instar praescripti pro novitiatu (can. 564 § 1) et vetentur Sorores Monialibus referre ea quae extra clausuram accidunt.

§ 2. Sororibus quae habitualiter intra clausuram degunt, cum lege clausurae papalis non teneantur, pro servitio vel alio opere externo Monasterii vel ob aliam iustam et rationabilem causam, de iudicio Antistitae licet e clausura egredi. /

375

Idem valet pro novitiis etiam primi anni novitiatus et pro postulantibus, si postulatus, ad normam art. 9 § 2, intra clausuram peragitur, salvis tamen disciplina et fine postulatus et novitiatus (can. 565).

Art. 5.—Habitatio aliaque loca Sororibus externo servitio Monasterii addictis extra limites clausurae destinata vigilantiae et visitationi subsunt, non modo Ordinarii loci et Superioris Regularis, si adsit, ad normam iuris, sed etiam, servatis servandis, ipsius Antistitae Monasterii necnon Moderatricis Foederationis, si de Monasteriis foederatis agatur (Instr. «Inter cetera», n. 24, 5.°).

Art. 6.—§ 1. Ut in Monasteriis opera apostolatus, ad normam art. 1 § 2, praevio beneplacito Ordinarii loci necnon Superioris Regularis, si adsit, modo stabili, exerceantur, approbatio S. Sedis requiritur.

§ 2. In operum apostolatus exercitio Sorores normas ab Ordinario loci impertitas sequantur.

Art. 7.—§ 1. Habitus Sororum idem sit ac Monialium, ad finem tamen servitii externi pro rerum et locorum adiunctis convenienter a Capitulo aptatus.

§ 2. In Monasteriis unius eiusdemque Foederationis, Sorores, quoad habitum religiosum, eodem, quantum potest, modo vestiantur.

CAP. II.—*De Sororum servitio externo addictarum cooptatione*

Art. 8.—In admittendis et instituendis Sororibus servitio externo destinatis, eaedem prorsus condiciones servantur quae pro Monialibus respectivi Monasterii vi Constitutionum praescribuntur, ratione tamen semper habita ipsarum peculiaris muneris. Curet autem Antistita cum suo Consilio, ut adspirantes unice acceptet quae maturi sint iudicii, quaeque / pietate non communi fulgeant, ea mente ut exemplo praeluceant, maxime extra Monasterium, in usu cum saecularibus. 376

Art. 9.—§ 1. Postulatus annum perduret: quod tamen tempus Antistita, audito suo Consilio, ad sex menses contrahere poterit vel ad alios sex menses, ultra annum, prorogare, prout postulantis ad novitiatum opportuna praeparatio exigere videatur.

§ 2. Postulatus in habitatione Sororum peragatur, ut in officiis propriis postulantes exerceantur et probentur.

Attamen de iudicio Antistitae eiusque Consilii et de beneplacito Ordinarii loci necnon Superioris Regularis, si adsit, postulatus intra Monasterium peragi poterit, scilicet intra clausuram Monialium, salvis Statutis Foederationis, si de Monasterio foederato agatur, et salvo art. 4 § 2.

Art. 10.—§ 1. Novitiatus in duos annos protrahatur, quorum prior sit stricte canonicus et, licet novitiae huiusmodi lege clausurae papalis non teneantur, intra clausuram proprii Monasterii una cum novitiis vel, si agatur de Foederatione, alius etiam Monasterii Foederationis, peragendus erit. Hic, ut valeat, debet esse integer et continuus ad normam iuris.

§ 2. Ut novitiae in muneribus externis exerceantur, alter novitiatus annus ordinarie peragitur in propria Sororum habitatione, sub vigilantia Sororis ad hoc deputatae, quae Magistrae novitiarum rationem reddit. Duobus vero ante professionem mensibus, novitiae a servitio externo omnino abstineant et intra Monasterii novitiatum permaneant, ut professionem se praeparare valeant.

§ 3. De iudicio Antistitae eiusque Consilii et accedente beneplacito Ordinarii loci necnon Superioris Regularis, si adsit, etiam alter annus intra Monasterium peragi potest, quin novitiae lege clausurae papalis teneantur.

§ 4. In informandis novitiis ad vitam religiosam, dum instructiones et collationes impertiuntur eodem prorsus modo ac de novitiatu Monialium in Constitutionbius praescriptum est, specialis cura habeatur in edocendis illis circa negotia et opera externa quibus destinantur. / 377

Art. 11.—Novitiatus pro Sororibus servitio externo addictis peractus pro Monialibus choristis vel conversis non valet, neque valet pro Sororibus externis novitiatus qui pro choristis vel conversis peractus est (can. 558).

Art. 12.—§ 1. Expleto novitiatu, novitia professionem emittat votorum simplicium temporariorum per sex annos, quovis anno renovandam saltem primo triennio; elapso vero sexennio professionem votorum pariter simplicium, sed perpetuorum, emittat aut ad saeculum redeat.

§2. In emittenda professione servetur ritus sui cuiusque Monasterii, mutatis quae mutari debeant. Prima professio religiosa, quae novitiatum sequitur, emittitur a Sororibus intra clausuram Monasterii; renovationes autem votorum, sicut et professio perpetua, fiant extra clausuram, ad crates chori Monialium. Attamen, de iudicio Antistitae eiusque Consilii et de beneplacito Ordinarii loci atque Superioris Regularis, si adsit, hae etiam intra clausuram peragi possunt.

§ 3. Formula professionis eadem sit ac pro Monialibus, cum necessariis additionibus et mutationibus; quaelibet enim Sororum professio emitti debet in qualitate Sororis externo servitio Monasterii addictae, secundum Regulam et Constitutiones Monasterii, nec non propria Statuta pro Sororibus externis a Sede Apostolica approbata.

Art. 13.—§ 1. Salvis Constitutionum praescriptis circa cessionem administrationis et dispositionem de usu et usufructu bonorum, ad normam iuris communis (can. 569 § 1 ac can. 580 § 1), quaelibet professa a votis simplicibus sive perpetuis sive temporariis, nisi aliud in iisdem Constitutionibus cautum sit, conservat proprietatem bonorum suorum et capacitatem alia bona acquirendi. Sorores tamen externo servitio Monasterii addictae, ne sollicitae sint circa bona propria et iam ante professionem votorum temporarioum testamentum civiliter validum de bonis praesentibus vel forte obventuris libere condant; quod mutare ipsis non licebit sine venia S. Sedis, vel si res urgeat nec tempus suppetat ad eam recurrendi, sine licentia Antistitae Monasterii in quo Soror actu degit. / 378

§ 2. Salvo indulto a S. Sede concesso, ipsae Sorores nequeunt bonis suis renuntiare seu titulo gratuito eadem abdicare.

§ 3. Cessionem vel dispositionem de qua in can. 569 professa mutare potest, non quidem proprio arbitrio, nisi Constitutiones id sinant, sed de Antistitae, necnon de Ordinarii loci et Superioris Regularis, si adsit, licentia, dummodo mutatio, quae notabilem bonorum partem respiciat, non fiat in favorem Monasterii; per discessum autem e Monasterio eiusmodi cessio ac dispositio vim habere desinit.

§ 4. Quidquid autem industria sua vel intuitu Monasterii acquirit, Monasterio acquirit.

CAP. III.—*De Sororum servitio externo addictarum disciplina*

Art. 14.—§ 1. Sorores, haud secus ac Moniales, Antistitae Monasterii subiciuntur in omnibus, sive quoad religiosam disciplinam sive quoad servitium ab ipsis praestandum. Antistitae autem est habitualiter ordinem exercitiorum Sororibus praescribere necnon quidquid necessarium eis est ad vitam sive communem sive individualem ducendam materna cura providere.

§ 2. Deputare poterit Antistita unam ex Sororibus servitio externo addictis vel Monialem prudentia et aetate provectam votorumque perpetuorum professam, cuius munus sit vigilandi ut omnia, quae ad disciplinam et servitium spectent, ordinate iuxta ipsius Antistitae mandata procedant. Haec vero Soror ad Antistitam vel ad aliam Monialem ad hoc designatam prudenter ea referat quae referenda sunt et ab illa instructiones recipiat.

Art. 15.—§ 1. Curet Antistita ut Sorores servitio externo Monasterii addictae exercitia pietatis peragant quae in Regula et Constitutionibus continentur, exceptis illis quae propria sunt Monialium choro addictarum.

§ 2. Pro S. Communione et pro Confessione pariter quae in Constitutionibus pro Monialibus praescribuntur serventur.

§ 3. Pro Confessione occasionali peragenda frui possunt facultatibus / quibus religiosis clausurae papali non obstrictis uti licet, nempe: si Soror ad suae conscientiae tranquillitatem, confessarium adeat ab Ordinario loci pro mulieribus approbatum, confessio peracta in qualibet ecclesia vel oratorio etiam semipublico vel alio loco pro confessionibus mulierum vel religiosarum legitime destinato aut etiam per modum actus designato, valida et licita est (can. 522). 379

§ 4. Pia exercitia spiritualia, de quibus supra in § 1,

http://www.obrascatolicas.com

consentiente Antistita eiusque Consilio et approbante Ordinario loci ac Superiore Regulari, si adsit, Sorores servitio externo addictae intra clausuram Monialium peragere poterunt.

Art. 16.—Pietatis officia de quibus in superiori articulo, in communi, quantum fieri potest, a Sororibus persolvantur.

In communi quoque Sorores se reficiant atque recreentur.

Art. 17.—Antistita materne se gerat cum Sororibus servitio externo addictis quoad leges abstinentiae et ieiunii cuique Ordini proprias vi Regulae aut Constitutionum, dispensando in illis, quatenus vere opus sit. Optandum est ut in singulis Ordinibus aut saltem Foederationibus norma quaedam aequalis quoad observantiam huiusmodi legum propriarum, ad Sorores quod pertinet, statuatur.

Art. 18.—§ 1. Domi maneant Sorores, orationi et labori diligenter incumbentes, neque foras exeant nisi ad negotia Monasterii agenda aliave rationabili de causa, de Antistitae expressa licentia; non tamen absque iusta causa et Antistitae venia, singulae e domo egrediantur. Exeuntes autem, in modo agendi et loquendi cum saecularibus meminerint condicionis suae, et modestia, pietate, mansuetudine, urbanitate maximaque reverentia enitentes, in omnibus suis actibus ceteris sint aedificationi.

§ 2. Antistitae fas non est permittere ut Sorores extra propriam domum degant, nisi iusta de causa atque ad tempus quo fieri potest brevius; pro absentia vero quae mensem excedat, requiritur Ordinarii loci et Superioris Regularis, si adsit, licentia; pro absentia autem quae ultra sex
380 menses protrahatur, necessaria est Sedis Apostolicae venia. /

Art. 19.—§ 1. Soror infirma quae, iudicio medici aut Antistitae, in externa habitatione commode curari nequeat, intra clausuram feratur, eique maxima cum caritate adsint consorores claustrales, auxilium benevole seduloque praestantes.

§ 2. Ita pariter Sorores senio confectae, quae ad externum servitium evaserint inhabiles, quaeque in externa domo convenienti auxilio priventur, cum licentia Antistitae, de consensu Consilii concedenda, et probante Ordinario loci necnon Superiore Regulari, si adsit, in Monasterium admitti poterunt.

§ 3. Advigilet autem Antistita ne hac occasione Monialium disciplina, praesertim vero spiritus recollectionis, quae perpetuo intra clausuram vigere debet, detrimentum patiatur.

S. Congregatio negotiis Religiosorum sodalium praeposita, facta relatione Ssmo D. N. Ioanni Div. Prov. Pp. XXIII in Audientia Emo Cardinali Praefecto die 21 Martii 1961 concessa, pro munere ipsi a Constitutione Apostolica *Sponsa Christi* diei 21 Novembris 1950 (*A. A. S.*, vol. XXXXIII, p. 5) [LE 2167] commisso et vigore facultatum eidem concessarum, praesentes Normas et Statuta pro Sororibus servitio externo in Monasteriis addictis, observanda esse statuit ac mandat. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 25 Martii 1961.—Valerius Card. VALERI, *Praef.* Fr. Paulus Philippe, O. P., *a Secr.*

Adn. S. ALONSO in REDC 16 (1961) 513-530; E. B. in NrT 83 (1961) 1095-1096; I. B. BEYER in PrM 82 (1963) 47-50; C. CORRICHO in Vida rel. 20 (1963) 153-160; A. VAN BIERVLIET in Rev. Comm. Rel. 33 (1961) 230-255.

2978

1961 MAR 30.-SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR ORDINARIIS MISSIONUM PERMITTENDI INFIDELIBUS PLURES UXORES HABENTIBUS RETINERE POST BAPTISMUM EX ILLIS QUAM MALUERINT

Eccellenza Rev.ma, al S. Offizio è pervenuto il pregiato Foglio con cui V. E. Rev.ma trasmetteva la supplica del Vescovo di Bevin City, che, a nome di tutti gli Ordinari della Nigeria domandava l'abrogazione della clausola 'nisi prima maluerit converti' contenuta nelle Facoltà matrimoniali concesse da Propaganda Fide agli Ordinari della Missione.

Gli Em.mi Padri di questa Suprema S. Congregazione, nella adunanza Plenaria del 22 marzo 1961 hanno decretato:

'Pro gratia suppressionis clausulae, de qua supra, ...seu possunt Ordinarii infidelibus plures uxores habentibus permittere ut post baptismum ex illis retineant quam

maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, renovato consensu et servatis de iure servandis. Ordinarii in singulis casibus prae oculis habeant conditionem moralem, socialem, oeconomicam primae uxoris et curent ut eiusdem necessitatibus satis provisum sit, iuxta normas Iustitiae, Christianae caritatis et naturalis equitatis'».—P. PARENTE, *Assessor.*

* Secretario S. C. de Prop. Fide, Prot. N. 928/60; A. ABATE, Lo scioglimento del vincolo coniugale, ed. Il Roma 1968, p. 106-107 not. 78. Adn. A. ABATE, op. cit. p. 100-114.

2979

1961 APR 13.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.*

EDITIO TYPICA EMENDATA PARTIS SEU LIBRI SECUNDI PONTIFICALIS ROMANI APPROBATUR

Pontificale romanum inter libros liturgicos potioris momenti iure connumeratur; exhibet enim sacros ritus actionesque solemnes, quas splendidiore caeremoniarum apparatu peragere iis tantum licet, qui sacro Episcopali munere fruuntur.

In secunda autem parte huius sacri libri illae exstant consecrationes et benedictiones rerum, pontificali ritu peragendae, quae, saeculorum decursu, ex simplici saepius actione, ad adeo ampliorem formam plurimis caeremoniis confertam pervenerunt, ut nonnumquam sensus obvius actionis sacrae, nimia quasi ornamentorum opulentia, in quibusdam partibus obscuratus appareret.

Temporibus ergo nostris, ad antecedentia tam profunde mutatis, atque singulorum rituum origine et significatione melius cognitis, legitimum natum est desiderium, potiores sacras actiones in hac secunda parte Pontificalis romani descriptas opportune revisendi et ad simpliciorem quandam formam reducendi, ita ut fidelibus et facilior eveniat ad illas participatio, et earum profundae significationis intellegentia.

Ita factum est ut Summus Pontifex Pius XII, fel. rec., instaurationem liturgicam huius partis Pontificalis romani illi Commissioni peritorum virorum commiserit, quam ad alios similes labores iam antea instituerat. Ioannes vero Pp. XXIII opus a Decessore inceptum continuari ac perfici iussit, atque tandem expletum Ipse recognovit et approbavit, duabus emendationibus, contra praescripta Iuris Canonici, explicite inductis, nempe: obligationem ieiunii, quod ecclesiae consecrationem praecedere deberet (can. 1166, § 2), mitigando; et indulgentias ab Episcopo in ecclesiae vel altaris consecratione concedendas (can. 1166, § 3) noviter disponendo.

Sic denique Pontificalis romani liber secundus, Typis Polyglottis Vaticanis decore impressus, in lucem profertur, atque vi huius S. Rituum Congregationis decreti uti editio «typica» eiusdem secundi libri declaratur, cui omnes editores, ad libros liturgicos edendos rite admissi, in propriis editionibus ad unguem se conformare tenentur.

Romae, ex aedibus S. R. C., die 13 aprilis 1961.—C. Card. CICOGNANI, *S. R. C. Praef.* H. Dante, *a Secr.*

* EL 76 (1962) 210. Adn. C. BRAGA in EL 76 (1962) 201-280; S. FAMOSO in EL 77 (1963) 408-411.

2980

1961 APR 15.-SC RITUUM, INSTRUCTIO. PART.*

INSTRUCTIO PRO SACERDOTE INFIRMO VEL CAECUTIENTE CIRCA MISSARUM VOTIVARUM CELEBRATIONEM EIDEM APOSTOLICO INDULTO CONCESSAM

I—Praenotanda

1. Sacerdos infirmus vel caecutiens, seu visivae potentiae debilitate, sive accidentaliter sive habitualiter, laborans, a Sancta Sede dispensationem obtinere potest celebrandi, iuxta normas inferius expositas, aut aliquam Missam ex votivis, aut Missam «quotidianam» defunctorum.

2. Conditiones huiusmodi privilegii ad amussim observandae sunt.

3. Si, durante privilegio, sacerdos caecutiens, plane caecus evadat, novum indultum a S. Congregatione de disciplina Sacramentorum obtinere debet; eoque obtento, sub gravi tenetur uti adsistentia alterius sacerdotis vel diaconi.

II—Normae de Missis votivis

A) *Quae Missae votivae dici possint*

4. Sacerdos dispensatus dicere potest: *a)* aut Missam *Salve, sancta Parens*, ut in Communi festorum B. Mariae Virg., quovis anni tempore; *b)* aut Missam votivam de B. Maria Virg. pro

diversitate temporum assignatam; *c)* aut aliam Missam, quae tamquam votiva celebrari permittitur, iuxta nn. 306-316 Codicis rubricarum.

B) *Quando Missa votiva dicenda sit*

5. Missa votiva dici potest quovis anni tempore; dici vero debet omnibus et singulis diebus, in quibus non permittuntur Missae defunctorum.

6. In Triduo sacro, sacerdos omnino a celebrando abstinebit.

7. In festo Nativitatis Domini, tres Missas dicere potest.

C) *Quo colore utendum sit*

8. Si sacerdos infirmus vel caecutiens privatim celebret, semper colore albo uti potest.

Si vero in ecclesia aut oratorio publico vel semipublico celebret adhibere potest colorem vel Missae votivae vel Officio diei conformem.

D) *Quomodo Missa ordinanda sit*

9. Hymnus *Gloria in excelsis Deo*, dici potest semper nisi adhibeatur color violaceus paramentorum.

10. Regulariter dicitur unica *oratio*. Attamen fas est sacerdoti orationes addere, quae a rubricis praescribuntur vel permittuntur.

11. *Symbolum dicitur: a)* quotiescumque dicendum est in Missa diei currentis; *b)* si Missa celebratur ad modum Missae votivae I classis.

12. In qualibet Missa votiva dicitur praefatio communis, praeterquam in Missis de B. Maria Virgine, in quibus sumitur praefatio propria, adhibitis tamen semper verbis *Et te in Veneratione*.

13. Si Missa sit in cantu, tonus adhibetur solemnis vel ferialis, prout gradus diei currentis vel Missae votivae requirit.

III—Normae de Missis defunctorum

14. Missa defunctorum dici potest diebus a rubricis permissis. Adhiberi tamen potest semper Missa «cotidiana», etiamsi Missa sit I, II vel III classis.

15. In Missa «quotidiana» unica semper dicitur oratio, nempe *Fidelium*. Eligi tamen potest et alia magis conveniens; et, si agitur de Missa lecta IV classis, addi potest et alia oratio ad libitum eligenda.

16. Missa «quotidiana» adhiberi potest, et quidem ter si placuerit, in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum.

17. Ad sequentiam *Dies irae* sacerdos numquam tenetur Attamen si Missam I classis cantet, licet ipse sequentiam non legat, chorus eam cantare non omittat.

Summus autem Pontifex Ioannes Pp. XXIII, in Audientia diei 12 aprilis 1961, hanc Instructionem in omnibus approbare dignatus est; atque sanxit ut ab omnibus, ad quos spectat fideliter servetur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Rituum Congregationis, die 15 aprilis 1961.—C. Card. CICOGNANI, *Praef.* H. Dante, *a Secretis.*

* EL 75 (1961) 362-364. Adn. EL 75 (1961) 364-365.

2981

1961 APR 19.-SC STUDIORUM, LITTERAE. PART.*

DE SECTIONE THEOLOGICA PRO AMERICA LATINA IN SEMINARIO MAIORE VERONENSI INSTITUENDA

Roma, 19 Aprile 1961

Eccellenza Reverendissima, questa Sacra Congregazione ha il piacere di partecipare all'Eccellenza Vostra Reverendissima che, a partire dal prossimo anno scolastico, una Sezione teologica pro America Latina verrà aperta nel Seminario Maggiore di Verona, destinata ad accogliere e formare per i compiti specifici dell'apostolato nel continente Latino-Americano, gli alunni delle Diocesi italiane che si sentono chiamati a consacrare le loro energie sacerdotali in un settore tra i più bisognosi della Chiesa.

Infatti, S. E. Mons. Giuseppe Carraro ha generosamente corrisposto al desiderio della Santa Sede di veder concretata anche in Italia una iniziativa che da anni è nobile impegno degli Episcopati di varie Nazioni europee e del Nord-America, solleciti nel correre in aiuto là dove la fede è più gravemente esposta agli attacchi concentrici dei nemici della Chiesa.

Il problema capitale dell'America Latina è la tremenda scarsezza di operai evangelici; e i Vescovi di quelle regioni

con zelo indefesso stanno ponendo le premesse per rimediarvi. Intanto però, assillati da compiti d'immensa gravità, essi ci rivolgono la supplichevole invocazione del Macedone all'Apostolo Paolo: «Transiens... adiuva nos» (*Atti*, 16, 9). Mentre dunque la Gerarchia locale cerca di adeguarsi alle molteplici necessità apostoliche di Paesi che stanno attraversando un periodo di colossali trasformazioni materiali e spirituali, è giusto che le altre parti della Chiesa, vivendo le ineffabili realtà del Corpo Mistico, ne condividano gli sforzi, offrendo soprattutto apostoli intrepidi e generosi.

Del resto, a quest'opera di aiuto fraterno ci stimola sempre più insistente la voce dei Sommi Pontefici. È di pochi giorni l'appello accorato del Santo Padre, il Quale, rivolgendosi ai partecipanti del I Congresso Nazionale Italiano per le Vocazioni Ecclesiastiche, dopo aver sottolineato la necessità di guardare con cuore aperto e generoso alle grandi esigenze dell'apostolato nel mondo, aggiungeva testualmente: «Lasciateci formulare il voto che le diocesi d'Italia non solo provvedano presto e largamente alle loro necessità, ma siano in grado —specialmente quelle del Nord— di offrire alla Chiesa le preziose energie dei loro figliuoli, invitati a volgersi con amore verso i campi immensi delle diocesi doppiamente sorelle dell'America Latina» (Cfr. *L'Osservatore Romano*, 22 aprile 1961).

La Sezione teologica pro America Latina nel Seminario di Verona nasce con l'umiltà delle origini; ma la Santa Sede l'affida al cuore dell'Episcopato italiano per fecondi e grandiosi sviluppi. Siamo dunque a pregare l'Eccellenza Vostra Reverendissima di volerla segnalare al Clero e soprattutto ai Seminaristi della Diocesi, affinchè la grazia del Signore possa trovare il terreno adatto a suscitare Vocazioni per questa santa causa. I giovani privilegiati troveranno a Verona gli aiuti e l'ambiente propizio per coltivare e maturare il loro ideale apostolico.

Vostra Eccellenza avrà in seguito la bontà di accogliere benevolmente alcuni Ecclesiastici che per incarico di questa Sacra Congregazione chiederanno di poter parlare ai giovani Chierici sull'importanza e gli scopi dell'opera, nel quadro dei gravi problemi apostolici del continente Latino-Americano. Siamo certi che Vostra Eccellenza, sempre così sollecita nell'accogliere le supreme istanze della Chiesa, vorrà anche in questo prestarci la Sua preziosa collaborazione.

Ben volentieri approfittiamo della circostanza per confermarci con sensi di particolare stima e ossequio dell'Eccellenza Vostra Reverendissima devotissimi nel Signore.—Giuseppe Card. PIZZARDO, *Pref.* Dino Staffa, *Segr.*

* Ordinariis locorum Italiae Septemtrionalis: Seminarium 13 (1961) 502-503. Adn. Seminarium 13 (1961) 503-506; 17 (1961) 27-37.

2982

1961 APR 27.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

DE CAUTIONIBUS AEQUIPOLLENTIBUS PRAESTANDIS DEQUE CERTITUDINE AD VALIDE DISPENSANDUM IMPEDIMENTUM IN MATRIMONIIS MIXTIS AUT AD VALIDE SANANDA MATRIMONIA IN RADICE, IN DISPENSANTE NECESSARIA

DUBIA—*De cautionibus.* In matrimoniis quibus obstat impedimentum disparitatis cultus aut religionis mixtae, etiamsi pars catholica sincere manifestat firmum propositum faciendi ex sua parte quod facere potest ut universa proles in fide catholica baptizetur et educetur, non raro pars acatholica idem propositum concipere ac manifestare non vult:

a) sive quia nequit illud servare, quin tamen haec impossibilitas e propria culpa vel negligentia proveniat; *b)* sive quia non vult curare de his rebus, propter indifferentiam; *c)* sive quia abhorret ab obligationibus in semetipsum recipiendis, quaecumque sint, quin tamen expresse ac positiva obstet quominus universa proles in fide catholica baptizetur et educetur; *d)* sive quia, falsa notione libertatis imbuta, desiderat ut proles ipsa, postquam ad usum rationis pervenerit, religionem quam malit, libere eligat; *e)* sive quia male disponitur erga religionem catholicam.

In his ac similibus circumstantiis, prolis baptismus atque ejus catholica educatio saltem incerta sunt. Etsi hoc damnum prolis certum aut tantum probabile est, immo etsi certitudo moralis de adimplemento cautionum a parte catholica rite praestitarum penitus deficit, matrimonium permitti potest quando parti catholicae «non sit optio alterius connubii, in quo non sit eadem incertitudo, ita ut si hoc damnum prolis evitare veliet, omnino innupta manere deberet», ut constat ex Notis Explicativis Decreto Sti Officii Ordinariis Japoniae misso adnexis (*Sylloge*, n. 206 bis, p. 565) [LE 1422].

Quid sit autem faciendum in iisdem circumstantiis si parti

http://www.obrascatolicas.com

catholicae est facultas ineundi aliud connubium in quo discrimen catholicae educationis timendum non videtur? Nonobstantibus partis acatholicae dispositionibus de quibus supra, potestne Superior dispensationem ab impedimento disparitatis cultus concedere, quin exigat ut pars catholica conetur aliud matrimonium inire? Et si nequit dispensationem concedere in omnibus casibus supra descriptis, potestne saltem in quibusdam ex his casibus? Verbi gratia, praesertim in casu descripto sub littera *d)*

Praeterea, cum sacerdos ab Ordinario rite delegatus contentus esse possit cautionibus aequipollentibus unice si cautiones formales haberi nequeant, erui potest quod impossibilitas saltem moralis vel inopportunitas eas exigendi constari debet per diligens examen, et quidem ad validitatem. Dubium tamen habetur de natura inquisitionis faciendae.

Tandem, duo maximi momenti notanda sunt: primo, difficultates augentur ex eo quod saepe tota educationis cura est penes partem acatholicam nempe virum; secundo, difficultates hujusmodi accidunt non tantum quando agitur de matrimonio ineundo, sed etiam de matrimonii convalidatione, tam in periculo mortis quam extra mortis periculum.

Quae cum ita sint, quaeritur:

1. Utrum, si pars acatholica *omnes cautiones* praestare recusat ob motiva supra enumerata, dispensatio ab impedimento disparitatis cultus valide impertiri possit?

2. Utrum, si pars acatholica *unam tantum* e duabus cautionibus a jure praescriptis praestare recusat, dispensatio ab impedimento disparitatis cultus valide impertiri possit?

3. Utrum, pro sanationis in radice validitate, Superior dispensans *moralem certitudinem* habere debeat quod etiam pars acatholica, sincero manifestat firmum propositum faciendi ex sua parte quod facere potest, ut universa proles in fide catholica educetur, sed etiam baptizetur?

4. Utrum, ad validum usum cautionum aequipollentium, requiratur ut moraliter certo constet manifestatam sinceram partis catholicae voluntatem de universa prole catholica baptizanda et educanda, *etiam effectum habiturum esse*?

5. Quando pars catholica asserit partem acatholicam, sibi a parentibus ut sponsum electam, recusare cautionum praestationem, teneaturne parochus fusius investigationes ducere ad veritatem assertionis partis catholicae verificandam? —In casu quo tenetur, omissio ulteriorum investigationum, quando fieri possunt, invalidetne usum hujus facultatis?...

RESPONSUM—Ex Aedibus S. Officii, die 27 Aprilis 1961. *Excme ac Revme Domine*, Litteris die 15 decembris 1960 [1959] datis, Excellentia Tua Revma quasdam quaestiones matrimoniales proposuit solvendas.

Cum agatur in casu de re disputata inter auctores, Excellentia Tua Revma tuta conscientia, poterit unam alteramve sequi sententiam probati auctoris.

Hisce adnectuntur exemplar litterarum quae datae fuerunt Delegato Apostolico Japoniae anno 1938 [LE 1422], relate ad cautiones aequipollentes, et decreta lata super eamdem rem pro Insulis Sundae Minoris, anno 1936 [LE 1422].

Hanc occasionem nactus impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor permanens Excellentiae Tuae Revmae. addictissimus.—A. Card. OTTAVIANI, *Secr.*

* Ordinario Fukuokaënsi, Prot. N. 767m/60: RDC 18 (1966) 193-199. Adn.: J. P. LABELLE in RDC 18 (1966) 199-206.

2983

1961 APR 28.-SC RELIGIOSORUM, LIT. CIRCUL. PART.*

CIRCA DISPENSATIONES, PRAESERTIM QUOAD AETATEM ET CURSUS STUDIORUM S. THEOLOGIAE, IN ORDINIBUS SACRIS SUSCIPIENDIS NON PETENDAS A SANCTA SEDE

Romae, die 28 Aprilis 1961

Reverendissime Pater, In Instructione «de candidatis ad statum perfectionis et ad sacros ordines sedulo deligendis et instituendis» [LE 2962] ab hac Sacra Congregatione nuperrime publici iuris facta, sub n. 44 indicantur dispensationes generatim non petendae a Sancta Sede scilicet: «... *quoad aetatem, et alia quae ad Ordines, praecipue sacros, requiruntur, quoad studiorum omnium, sive in disciplinis singulis tradendis, sive in scholarum frequentia, sive in periculis sustinendis, publicam rationem... Quod vero ad aetatem attinet, potius Superiores propendeant in dilationem quam in anticipationem Ordinum.*»

Circa hanc maximi momenti materiam, sequentem praximinem tenebit haec Sacra Congregatio post elapsum annum 1961, seu a die prima ianuarii 1962:

1.° Ordinationem ad Sacrum Presbyteratus Ordinem progrediente quarto anno curriculi theologici ex solis causis vere gravibus petere audeant Superiores.

2.° Ordinario ad Sacrum Presbyteratus Ordinem elapso tertio anno curriculi theologici non amplius conceditur nisi in casibus omnino exceptionalibus et quidem gravissima ex causa. Religiones vero, Societates aut Instituta Saecularia quae tali iam gaudent privilegio, illud non valent nisi vigesimo sexto aetatis anno expleto et vera Ecclesiae vel Religionis, Societatis aut Instituti necessitate applicare.

3.° Difficultas oeconomica nunquam valida causa reputabitur.

Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Pp. XXIII, in audientia diei vigesimae tertiae mensis Ianuarii 1961, haec omnia confirmare et approbare dignatus est.

Haec a me communicanda erant cum Paternitate Tua Reverendissima cui fasta omnia adprecor a Domino. Addictissimus.—Valerius Card. VALERI, *Praef.* Fr. P. Philippe, O. P., *a Secr.*

* Supremis Moderatoribus Institutorum perfectionis, Prot. N. 1398/59: CpR 41 (1962) 225.

2984

1961 MAI 15.-IOAN. XXIII, ENC. AAS 53 (1961) 401-464

LITTERAE ENCYCLICAE AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES, ITEMQUE AD UNIVERSUM CLERUM ET CHRISTIFIDELES CATHOLICI ORBIS:

De recentioribus rerum socialium processibus christiana praecepta componendis

IOANNES PP. XXIII

Venerabiles Fratres, dilecti filii - Salutem et Apostolicam Benedictionem

Mater et magistra gentium a Christo Iesu ob eam causam catholica Ecclesia constituta est, ut, per saeculorum decursum, omnes, qui in eius sinum et amplexum venturi essent, cum praestantioris vitae plenitudine salutem reperirent. Cui quidem Ecclesiae, *columnae et firmamento veritatis* [1], duplex illud sanctissimus eius Conditor munus detulit, ut sibi pareret filios, et, quos peperisset, doceret et regeret, materna consulens providentia sive singulorum hominum sive populorum vitae, cuius excellentem dignitatem ipsa summo semper in honore habuit, vigilanterque tuita est. /

402 Christi enim doctrina terram cum caelo veluti coniungit; quippe quae integrum hominem complectatur, eius videlicet animum et corpus, intellectum et voluntatem, eundemque iubeat mentem ex hac varia humani convictus condicione ad supernae vitae regiones erigere, ubi inoccidua beatitate et pace aliquando fruetur.

Quamvis igitur Ecclesiae sanctae ante omnia sit animos ad sanctitatem adducere et bonorum caelestium facere particines, eadem tamen de cotidianae quoque hominum vitae necessitatibus sollicita est, quae non modo ad eorum pertineant victum cultumque, sed etiam ad commoda et prosperitates, in vario bonorum genere, in variisque temporum momentis.

Quod cum Ecclesia sancta praestat, praecepta Conditoris sui Christi in rem adducit, qui cum alibi dicit: *Ego via, et veritas, et vita* [2], alibi: *Ego sum lux mundi* [3], in primis utique spectat ad aeternam hominum salutem; cum vero, famelicorum circumspiciens multitudinem, veluti gemens clamat: *Misereor super turbam* [4], terrenas etiam populorum necessitates sibi curae esse ostendit. Neque id verbis dumtaxat divinus Redemptor demonstrat, sed etiam suae vitae factis cum, multitudinis famem compescendi causa, non semel panem prodigaliter multiplicat.

Quo pane, corporibus nutriendis dato, simul caeleste illud animarum praesignificare voluit alimentum, quod, *pridie quam pateretur*, daturus erat hominibus.

Nihil idcirco mirum si catholica Ecclesia, a Christo capiens documentum, mandatum Christi conficiens, per bis iam mille annos, a priscorum nempe diaconorum ministe-

[1] Cfr. *I Tim.* III, 15. [2] IOAN. XIV, 6. [3] IOAN. VIII, 12. [4] MARC. VIII, 2.

rils ad nostros usque dies, continenter altam praetulit facem caritatis, non minus praeceptis quam exemplis latissime editis: caritatem dicimus, quae mutui amoris praecepta et usum concinne copulans, mirifice binum hoc *dandi* lussum tenet, quo Ecclesiae doctrina et actio socialis continetur tota.

Iamvero socialis huius doctrinae pariterque actionis, quam catholica Ecclesia saeculis volventibus explicavit, longe insigne documentum, nemine refragante, sunt existimandae praeclarissimae Encyclicae eae Litterae, quibus
403 *Rerum Novarum* / initium [5], quas Decessor Noster imm. mem. Leo XIII, abhinc annos septuaginta, in vulgus emisit, praecepta traditurus, quibus quaestio dissolveretur de opificum condicione ad christianae doctrinae normas instauranda.

Haud saepe factum est, ut tanta gentium approbatione Pontificalia admonita acciperentur, quanta hae Leonis XIII Litterae, qua argumentorum pondere et latitudine, qua dicendi vi haud dubie cum paucis exaequandae. Re enim vera normae et adhortationes illae tanti momenti locum obtinuerunt, ut earum memoria nulla posterorum oblivione tegenda videatur. Nam ab iis latius patere visa est catholicae actio Ecclesiae, cuius Supremus Pastor, veluti susceptis tenuiorum vexatorumque hominum incommodis, gemitibus, appetentiis, sese ad eorum iura persequenda et recuperanda tunc potissimum contulit.

Nimirum igitur, quamquam haud breve iam temporis spatium abiit, postquam Litterae illae maxime mirabiles datae sunt, ad hunc tamen diem plurimum earum pollet efficacitas. Pollet nempe in actis Summorum Pontificum, qui in Leonis XIII locum alius ex alio suffecti sunt, quique, cum de re oeconomica et sociali agunt, a Leonianis illis Litteris aliquid semper mutuantur, vel ut illas enucleent atque illustrent, vel ut catholicorum animis novam alacritatem addant. Pollet praeterea in multarum disciplina ac temperatione civitatum. Quibus omnibus in medio apertissime ponitur, sive explorata diligenter principia, sive agendi normas, sive admonitiones patria caritate traditas, quae in grandibus Decessoris Nostri Litteris insunt, nostris etiam diebus pristinam obtinere auctoritatem; quin etiam ex iis nova eaque salutaria hominibus consilia inici posse, quibus et quanta sit nunc causa de re sociali bene ipsi iudicent, et quae hac in re sint sibi suscipienda deliberent.

I

Quae Pontifex illa sapientissimus dedit universae hominum consociationi praecepta, ea sane illustriore micuisse luce sunt putanda, quod tempora, cum data sunt, non pau-
404 cis offundebantur obscuritatibus: cum videlicet hinc rerum oeconomica/rum atque civilium condicio se in aliam prorsus vertebat, hinc multorum contentiones exardescebant et concitatae seditiones.

Quem ad modum enim est omnibus perspectum, quae tunc longius de rebus oeconomicis pervaserat opinio in rebusque ipsis valebat magis, ea, quippe quae omnino totum necessariis naturae tribueret viribus, statuebat idcirco nulla inter se ratione leges morales et oeconomicas leges coniungi; ideoque eum qui rei oeconomicae operaretur, nihil nisi sua ipsius emolumenta spectare; mutuas negotiorum hominum rationes summa ea dumtaxat astringi lege, quae in libera immoderataque competitorum aemulatione posita esset; capitum usuras, mercium et ministeriorum pretia, lucri et mercedis modum, veluti machinali ritu, mercatorum lege unice finiri necesse; magnopere esse cavendum, ne se civilis potestas ullo modo negotiis oeconomicis immisceret. Per idem autem tempus, opificum collegia pro nationum varietate aut non admittebantur prorsus, aut tolerabantur, aut iure privato agnoscebantur.

Fiebat nempe eo tempore ut, ad oeconomicas res quod attineret, non modo superbum potentiorum imperium pro legitimo duceretur, verum etiam in mutuis hominum commerciis plane idem dominaretur; atque adeo in universum rerum oeconomicarum funditus perturbaretur ordo.

Nam nimia dum rerum copia pauci potiebantur, magnae interea operariorum multitudines acriore cotidie egestate laborabant. Etenim operarum mercedes neque ad usus vitae necessarios, neque interdum ad ipsam depellendam famem satis erant; in iis plerumque rerum condicionibus proletarii operam cogebantur impendere, in quibus et valetudini suae, et integritati morum, et religiosae fidei insidiae parabantur; in quas autem condiciones pueri et mulieres opus facientes vocabantur, eae saepenumero inhumanae habendae; mercenariorum ante oculos, terriculi instar, cotidie versans intentata operis vacatio; domesticus convictus sensim ad dissociationem pronus.

Ex quo illud natura consequebatur, ut opifices, suam ipsorum iam indignantes fortunam, rerum eiusmodi statum palam recusandum iudicarent; itemque consequebatur, ut ad operarios gliscerent longius seditiosorum hominum commenta, remedia suadentium incommodis leniendis deteriora. /

405 In hunc modum inclinatis temporibus, Leo XIII, Litteris Encyclicis *Rerum Novarum* in lucem emissis, illud dedit de re sociali nuntium, ex ipsius naturae humanae necessitatibus depromptum, atque ad sacri Evangelii praecepta et rationem conformatum; nuntium dicimus, quo sane, nonnullis in diversum, uti solet, trahentibus, universitas tamen populorum capta est, atque ad summam admirationem excitata. Quamquam non primum tunc Apostolica Sedes, quoad huius vitae negotia, pro egenis sibi suscepit propugnationem; quandoquidem idem Decessor Noster f. r. Leo XIII alia ediderat acta, quibus ad hoc quodammodo patefecerat viam, cuius mentionem movimus. Sed his tamen Litteris ita primum principia deducendo componuntur, unumque sub aspectum veluti subiciuntur res in posterum gerendae, ut easdem, si rerum oeconomicarum et socialium rationes spectemus, catholicae doctrinae quasi summam habere non immerito existimemus.

Quod profecto haud parum confidentiae ostendisse dicendum est. Etenim dum non verebantur quidam, socialem quaestionem spectantes, Ecclesiam incusare, quasi ea nihil faceret aliud, nisi egenos ad aerumnarum perpessionem, opulentos vero ad liberalitatem cohortaretur, Leo XIII interea non dubitavit apertissime sancta iura statuere ac tueri opificum. Atque expositurus quaenam essent catholicae Ecclesiae de re sociali principia atque praecepta, haec palam edixit: *Confidenter ad argumentum aggredimur ac plane iure Nostro, propterea quod causa agitur ea, cuius exitus probabilis quidem nullus, nisi advocata religione Ecclesiaque, reperietur* [6].

Habetis sane perspecta, Venerabiles Fratres, ultima principia a praestantissimo illo Pontifice tam dilucide tamque graviter tradita, ad quae, oeconomicis atque socialibus rebus aestimatis, humani convictus facies omnino sit restituenda.

Atque initio de labore docet, hunc nullo modo posse pro merce quapiam duci, utpote qui ab humana persona proxime procedat. Nam cum ex eo, veluti ab unico capite, plerique hominum sumant suum victum cultumque, eius idcirco modus, non ex mercatorum more pendendus est, sed verius ex iustitiae et aequitatis legibus; quod nisi fit, conficitur porro ut de / locando opere pactionibus, quam- 406
vis libere initis utrimque, iustitia prorsus laedatur.

Accedit quod a natura in singulos proficiscitur ius bona privatim possidendi, ne iis quidem deductis quae instrumenti loco sunt; quod ius delere nequaquam integrum est reipublicae. Verum quia in privato bonorum dominio naturaliter sociale inest munus, ob eam causam qui istiusmodi fruatur iure, is necesse est, non solum cum suo ipsius commodo, sed cum aliorum etiam utilitate fruatur.

Quod autem ad remplublicam attinet, cuius finis est, ut in terrestrium bonorum genere, communi omnium utilitati prospiciat, res civium oeconomicas ea nullo pacto potest neglegere; immo vero opportune curare debet praesens, ut primum ex iisdem ea gignatur bonorum copia, *quorum usus est necessarius ad actum virtutis* [7]; ut deinde iura vindicentur civium universorum, in primis scilicet tenuiorum, cuiusmodi opifices sunt, mulieresque puerique. Neque civitati fas est umquam se ex officio exuere, quo iubetur operariorum rationes in melius data opera mutare.

Ad haec, reipublicae partes sunt prospicere, ut simul de locandis operis pactiones ad iustitiae aequitatisque normam conflentur; ut simul, ubi impendantur operae, ibi ne labefactetur, neque quantum ad corpus, neque quantum ad animum, humanae personae dignitas. Quam ad causam in Leonianis Litteris summa exponuntur iusti verique elementa de humani convictus rationibus, quae nostro hoc tempore civitates aliter atque aliter ad suas traduxerunt leges, quaeque —ut Decessor Noster imm. rec. Pius XI in Encyclicis Litteris *Quadragesimo Anno* [8] declarat— non parum contulerunt ad condendam atque provehendam novam illam iuris disciplinae partem, quam *Laboris Ius* appellant.

In iisdem praeterea Litteris ius a natura datum esse operariis affirmatur, non tantum ut corporati in societates

[5] *Acta Leonis XIII*, XI, 1891, pp. 97-144.

[6] *Ibid.*, p. 107. [7] S. THOM., *De regimine principum*, I, 15. [8] Cfr. *A. A. S.*, XXIII, 1931, p. 185 [LE 1027].

http://www.obrascatolicas.com

coeant, sive ex solis opificibus, sive ex opificum et dominorum ordinibus conflatas, easdemque in illam formam redigant quam opinentur magis suae artis rationibus idoneam, sed ut etiam ipsi opifices in societatibus, quas dixi-
407 mus, ita se, nemine prae/cludente, libere ac sua sponte movere possint, prouti suae utilitates ferant.

Postremum operarii operumque conductores, in mutuis componendis rationibus, sese gerant ad principia humanae coniunctionis, atque ad christianae fraternaeque necessitudinis normam: quandoquidem sive immoderata ea aemulatio, quam *liberales*, qui vocantur, praedicant, sive alterius ordinis in alterum, pro *marxianis* placitis, dimicatio, non minus a christiana doctrina quam ab hominum ipsorum natura sunt sane alienissimae.

Haec videlicet sunt, Venerabiles Fratres, tamquam fundamenta, sive rerum oeconomicarum sive socialium vero ordini subicienda.

Non est igitur mirum, si catholicorum hominum praestantissimi, his incitati adhortationibus, complura susceperunt coepta, ut ad effectum tradita doctrina adduceretur. Neque alii egregie cordati viri in variis orbis terrarum regionibus non sunt reperti, qui, ipsis humanae naturae necessitatibus acti, vias sequerentur easdem.

Iure igitur optimo huiusmodi Litteras, quoad novum instaurandum rerum oeconomicarum et socialium ordinem, *Magnam Charlam*[9] ad hunc usque diem nominant.

Iamvero, quarto expleto decennio postquam insigne illud praeceptorum quasi corpus in publicam lucem prodierat, Decessor Noster f. r. Pius XI suo loco Litteras Encyclicas foras edendas censuit, quibus initium *Quadragesimo Anno*[10].

Quibus actis Summus Pontifex tum catholicae Ecclesiae iuris et officii esse confirmat, in id praecipuam conferre operam ut de re sociali causae gravissimae, ut oportet, expediantur, quae tantopere totam civium coniunctionem sollicitant; tum deinde tradita in Leonianis Litteris principia et praeceptiones temporum condicionibus apta inculcando conservat; tum denique, per huiusmodi occasionem, non tantum aliquot doctrinae capita declarat, in quibus vel catholici homines haerebant, sed docet etiam qua ratione principia praeceptionesque eadem, quoad so-
408 cialium rerum ordinem, sint ad mutatum temporum statum componenda. /

Eo enim tempore subdubitabant nonnulli quid vere de privata possessione, quid de manuum mercede opificibus tribuenda, quid postremo de temperata quadam socialismi ratione catholicis esset sentiendum.

Quod nunc ad primum attinet, iterum pronuntiat Decessor ille Noster privatae possessionis ius ab ipsa oriri natura; quin etiam socialem eiusdem privati dominii rationem et munus enucleat atque illustrat.

De altera autem causa, postquam Augustus Pontifex sententiam eorum movit, qui salarii disciplinam opinarentur esse natura ipsa iniustam, simul queritur quod eadem non semel constitura vel inhumane vel iniuste sit; simul accurate monet quae rationes quaeve condiciones sint servandae, ne a iustitia neve ab aequitate hac in re discedatur.

In quo rerum genere, ut praeclare docet Decessor Noster, in praesenti expedit, pactiones operarum cum pactionibus societatis secundum aliqua temperari; ita nempe, ut *operarii officialesque consortes fiant dominii vel curationis, aut de lucris pereceptis aliqua ratione participent*[11].

Grave quoque et ratione et usu illud existimandum est, Pium XI confirmavisse *hominum efficientiam nec iuste aestimari neque ad aequalitatem rependi posse, eius natura sociali et individuali posthabita*[12]. Quam ob rem, cum de dimetienda opificum mercede agitur, iustitia nimirum postulat ut, praeter ipsius opificis elusque familiae necessitates, ex altera parte status respiciatur consociationum opibus gignendis, quibus opifices laborem impendant, ex altera generatim *publici boni oeconomici*[13] ratio habeatur.

Prae se fert praeterea Antistes sacrorum Maximus *comunistarum*, qui dicuntur, et christianorum placita inter se repugnare vehementer. Neque posse ullo pacto catholicis hominibus praecepta probari *socialistarum*, qui leniorem videantur profiteri sententiam; ex horum enim opinione effici primum ut, cum socialis vitae ordo occiduo hoc
409 tempore finiatur, idem ad solius mortalis huius vitae commoda ordinetur; effici deinde ut, cum hominum convictus et societas ad externa bona pa/rienda dumtaxat pertineat, humana idcirco libertas nimis imminuatur, vera socialis auctoritatis notione neglecta.

[8] Cfr. *Ibid.*, p. 189. [10] *Ibid.*, pp. 177-228. [11] Cfr. *Ibid.*, p. 109. [12] Cfr. *Ibid.*, p. 200. [13] Cfr. *Ibid.*, p. 201.

Non fugit tamen Pium XI, post datas, quadraginta ante annos, Leonianas Litteras illas, temporum rationem rerumque faciem esse funditus mutatas, idque, ut ex reliquis rebus, ita ex hoc etiam patere, quod libera competitorum aemulatio, ob insitam sibi ac veluti innatam vim, eo demum evaserit, ut seipsam fere dissolverit, et ingentes divitias ex iisdemque ortam dominandi immoderatam facultatem in paucorum congesserit manus, *qui plerumque non domini, sed depositae rei custodes tantum et administratores sint, eamque nutu suo arbitrioque regant*[14].

Quam ob causam, ut attentius animadvertit Summus Pontifex, *libero mercatui oeconomicus potentatus suffectus erat; lueri cupiditati proinde effrenata potentatus ambitio successerat; tota oeconomia horrendum in modum dura, immitis, atrox erat facta*[15]. Ex quo sane fiebat, ut vel reipublicae munera hominum opulentiorum emolumentis inservirent, atque ita congestae divitiae gentibus omnibus quodammodo imperarent.

Cui rerum inclinationi convenienter obsistendi causa, Summus ille Pontifex praecipuas has tradit normas: scilicet rerum oeconomicarum rationem ad moralis vitae rationem esse revocandam, itemque sive singulorum civium sive societatum utilitates cum universorum utilitatibus esse potissime temperandas. Quod quidem, quemadmodum Decessoris Nostri ferunt praecepta, utique poscit, ut primum nempe humanus convictus ordinatim restituatur, societatibus minoribus ad res oeconomicas et ad professiones pertinentibus constitutis, quas respublica pro imperio suo non iniunxerit, sed sui sint iuris; ut deinde civitatum magistratus, suum redintegrantes munus, neutiquam negligant communibus omnium utilitatibus prospicere; ut postremo, si hominum societatem universam spectemus, respublicae, mutuam inter se operam mutuaque consilia conferentes, bonum etiam populorum oeconomicum consectentur.

Sed doctrinae capita, quae Pianarum Litterarum videntur esse propria, ad duo haec potissimum redigi possunt. Quorum / alterum prohibet omnino, ne in re oeconomica, 410
pro suprema lege habeantur aut singulorum consociatorumve hominum commoda, aut effrenata competitorum aemulatio, aut immodica opulentorum potestas, aut reipublicae ambitiosus honor dominandive cupido, aut huius generis alia.

Immo vero quaelibet in rebus oeconomicis incepta necesse est iustitia et caritate, tamquam principibus rei socialis legibus gubernari.

Alterum vero, quod Litterarum Pii XI esse proprium censemus, praecipit ut, institutis sive publicis sive liberis conditis, tam in singulis civitatibus quam inter nationes, sociali iustitia auspice, is iuris instauretur ordo, in quo, qui rebus oeconomicis operentur, suas ipsorum commoditates cum communibus omnium utilitatibus apte componere possint.

Sed in iuribus officiisque socialibus definiendis haud parum est tribuendum Decessori Nostro imm. mem. Pio XII qui, calendis Iuniis, anno millesimo nongentesimo quadragesimo primo, sacro Pentecostes die, nuntium ad universam hominum communitatem per radiophonicas undas propterea dedit, *ut omnium catholicorum hominum mentes in memoriam eius eventus intenderet, quem Ecclesiae sanctae annalibus mandare litteris aureis aequum esset: in quinquagies nempe revolutum annum, postquam Leo XIII eas maximi momenti ac ponderis Encyclicas Litteras in vulgus emiserat, a verbis* Rerum Novarum *initium faciens*[16]; dedit praeterea, *ut omnipotenti Deo gratias ageret maximas, quod eius in terris Vicarius, istiusmodi editis Litteris, Ecclesiam tanto impertivisset munere, utque in ipsum aeternum Numen immortales laudes conferret, quod iisdem Litteris talem inspiravisset ignem, quo universum genus hominum ad nova atque meliora audenda magis magisque incitaretur*[17].

In quo nuntio magnus ille Pontifex, *ius fasque Ecclesiae esse* profitetur, *vere utrumnam, quae struantur civili cuidam instituto initia et causae, ea utique cum firmissimo ordine congruant, quem Creator et Redemptor Deus tum iure naturae tum veritatibus divinitus traditis praefinivit*[18]; ait commeminoratas Leonis XIII Litteras in omne tempus esse va- 411
lituras, ad perpetuam utilitatis ubertatem; sibique, occasione oblata, *in animo esse explicare enodatius quae catholica Ecclesia praecipiat de tribus vitae socialis reique oeconomicae causis praecipuis: de usu videlicet aspectabilium bonorum, de labore, de familia: quarum profecto rerum alia cum alia copuletur atque conectatur, altera subveniat alteri*[19].

Quod pertinet ad primum, prae se fert Decessor Noster,

[14] Cfr. *Ibid.*, p. 201 s. [15] Cfr. *Ibid.*, p. 217. [16] Cfr. *A. A. S.*, XXXIII, 1941, p. 196. [17] Cfr. *Ibid.*, p. 197. [18] Cfr. *Ibid.*, p. 196. [19] Cfr. *Ibid.*, p. 198 s.

cuiusvis hominis ius, externa nimirum bona ad victum cultumque suum referendi, pluris quidem faciendum esse quam alia quaecumque iura, quae in re oeconomica versentur, atque adeo pluris etiam quam ius privatim possidendi. Situm est certe quidem, quemadmodum Decessor Noster monet, ius possidendi bona privatim in ipsius iure naturae, sed, Creatore Deo sic volente, ius idem nullo pacto officere potest, *quominus corporea haec bona, a Deo utilitati omnium hominum creata, ad omnes aequa parte pertineant, perinde ut iustitia pariter et caritas postulant*[20].

De labore autem, Pius XII ea iterans quae in Leonianis Litteris insunt, docet eum loco officii simul et iuris esse habendum, quoad singulos homines; atque propterea eorundem in primis esse potestatis mutuas statuere rationes, quae laborem contingant; si autem iidem vel nolint vel nequeant hoc praestare, tum tantum *reipublicae esse, laborem partiri et aeque attribuere, modis finibusque servatis, quos communes verique nominis poscant utilitates*[21].

Ad familiae vero causam Summus Pontifex transgressus, in medio ponit privatam bonorum externorum possessionem ad ipsius familiae vitam tuendam ac fovendam plurimum conferre; quippe quae *patrifamilias de ea germana libertate opportune polliceatur, qua is officiis satisfacere possit, a Deo sibi mandatis, cumque commodis ipsius familiae coniunctis, quae vel ad corpus, vel ad animum, vel ad religionem attineant*[22]. Ex quo cum ius etiam familiae nascatur de suis in alia demigrandi loca, admonet idem Decesser Noster civitatum moderatores, quae vel suos cives 412
abire sinant, vel alienos venientes / accipiant, *ne quid unquam admittant, quo mutua sinceraque earundem civitatum consensio imminuatur, atque labefactetur*[23]. Quod si utrimque factum sit, paria sane in populos commoda non transfundi latissime non posse, rerum copia bonarumque artium studiis auctis, provectis.

Sed quae eo tempore rerum condicio longe dissimilis quam superioris temporis condicio iam Pio XII videbatur, ea funditus est viginti hisce annis conversa; non modo quoad singulae cuiusque civitatis statum proprium, sed quoad mutuas etiam civitatum rationes.

Nam si provinciae spectantur vel doctrinarum vel artium vel rerum oeconomicarum, nova haec potissimum nostris diebus inducta esse constat: repertam vim atomicam, ad ususque cum bellicos tum postea civiles in dies magis adhibitam; datam hominibus prope infinitam facultatem res plurimas chemicis artificiis efficiendi; automatarias operationes bonis parandis, latius in provincias artium et communium ministeriorum inductas; agrorum culturam ad recentiorum temporum rationes accommodatam; praesertim per radiophonicam et televisificam machinam intervalla prope submota, quibus a populis distineantur populi; vehiculorum omne genus auctam maxime celeritatem; denique vias iam initas per quas ad sidera feramus.

Si vero ad sociales res animos adhibemus, haec nostris hisce diebus evenisse patet: incrementum cepisse sociales civium cautiones; in nonnullis civitatibus rerum oeconomicarum divitioribus provisum quibusvis vitae civium casibus; opifices, consociationum membra, se magis conscios de praecipuis causis oeconomicis et socialibus praestare; exiisse altius plerorumque civium communem institutionem; in cives longius vitae commoditates manavisse; saepius nunc homines ab alio ad alium transmigrare industriae ordinem, atque continuo quamlibet unam alterius classis ab altera disiunctionem imminutam; hominibus communiter doctis maiori nunc quam ante curae esse res, quae in universo terrarum orbe agantur. Eodem autem tempore, si quis animadvertat in crebrioribus usque civitatibus non 413
parum processisse rationes sive rerum oeco/nomicarum sive socialium institutorum, is facile deprehendat magis in dies perspicuas exstare discrepantias: primum, inter res agriculturae et machinales industrias et communia ministeria; deinde, inter eiusdem civitatis regiones, alias aliter prosperas; postremo, civitatibus spectatis, quae ubique sunt, inter varias civitates, bonis oeconomicis dissimiliter praeditas.

Quodsi ad res politicas adiciantur oculi, multa esse ibidem innovata propterea videmus: quod scilicet in pluribus hodie civitatibus fere cuiusvis fortunae homines publica gerunt munera; quod hodie rerumpublicarum rectores in res sive oeconomicas, sive sociales se cotidie magis interponunt; quod Asiae et Africae populi, depulsa publicae administrationis forma coloniarum propria, suis legibus suisque iuribus utuntur; quod mutuae populorum necessitudines increbruerunt, iidemque hodie magis in dies alii

[20] Cfr. *Ibid.*, p. 199. [21] Cfr. *Ibid.*, p. 201. [22] Cfr. *Ibid.*, p. 202. [23] Cfr. *Ibid.*, p. 203.

ex aliis aliquatenus pendent; quod in terrarum orbe Coetus et Consilia latius exstiterunt, quae singularum civitatum transgressa fines et rationes, omnium gentium consulunt utilitatibus, in genere vel bonorum oeconomicorum, vel rerum socialium, vel litterarum doctrinarumque, vel denique necessitudinum populorum mutuarum.

Quibus omnibus cum animo reputatis, Nostras esse partes arbitrati sumus, flammam, quam in primis magni Decessores Nostri civerunt, inexstinctam alere, omnibusque esse auctores, ut ex eorum actis lumen et incitamentum sumant, si quaestionem de re sociali iis viis expedire velint, quae sint magis cum praesentium temporum necessitatibus consentaneae. Has igitur Litteras Nostras non modo dandas esse existimamus, ut de Encyclicis Litteris Leonianis merito commemoremus, verum etiam ut, pro mutata rerum facie, pariter quae praecepta Decessores Nostri tradiderint, confirmemus subtiliusque explicemus, pariter quae sit Ecclesiae doctrina de novis gravibusque huius temporis causis distincte constituamus.

II

Atque initio statuendum est in rerum oeconomicarum provincia priores tribuendas esse partes privatae singularium / hominum industriae, qui quidem vel soli agant, vel 414
cum aliis multiplici ratione consocientur, ad communia commoda sibi comparanda.

Verum, ob causas a Decessoribus Nostris explanatas, hac in re praesens etiam accedat civilis potestatis opera necesse est, ut recte bonorum externorum incrementum provehatur, idque conducat ad socialis vitae progressum, atque ideo ad civium omnium utilitatem.

Haec autem reipublicae providentia, quae fovet, excitat, ordinat, supplet atque complet, illo *subsidiarii officii principio*[24] innititur, quod Pius XI in Encyclicis Litteris *Quadragesimo Anno* ita proponit: *Fixum tamen immotumque manet in philosophia sociali gravissimum illud principium quod neque moveri neque mutari potest sicut quae a singularibus hominibus proprio marte et propria industria possunt perfici, nefas est eisdem eripere et communitati demandare, ita quae a minoribus et inferioribus communitatibus effici praestarique possunt, ea ad maiorem et altiorem societatem avocare iniuria est simulque grave damnum et recti ordinis perturbatio; cum socialis quaevis opera vi naturaque sua subsidium afferre membris corporis socialis debeat, numquam vero eadem destruere et absorbere*[25].

Sane, quod facile est pervidere, recentiora doctrinarum incrementa opumque augendarum provectiores rationes id efficiunt, ut, multo magis quam antea, in civitatis moderatorum potestate sit, tum discrepantias imminuere, quae inter varios rei oeconomicae campos, vel inter diversas regiones eiusdem nationis, ac vel etiam inter diversos totius orbis terrarum populos intercedant; tum certis finibus perturbationes continere, quae ex ancipiti rerum oeconomicarum cursu oriri solent; tum denique efficacia praebere remedia, ne contingat, ut hominum ingentes multitudines ab opere vacare cogantur. Quare a publicae rei moderatoribus, quorum est communi bono consulere, etiam atque etiam postulatur, ut multiplicem in rem oeconomicam impendant operam, eamque ampliorem quam antea ordinatioremque; utque instituta, officia, instrumenta, agendique rationes huic efficiendo proposito congruenter accommodent. /

At semper illud maneat, publicarum auctoritatum provi- 415
dentiam de re oeconomica, etiamsi late pateat atque intimas communitatis partes attingat, eiusmodi tamen esse oportere, ut privatorum libertatem in agendo, non solum non coerceat, sed etiam augeat, modo praecipua cuiusvis humanae personae iura sarta tecta serventur. In quorum numero illud est ponendum, ut ad singulares homines ius et officium ex norma pertineat suam suorumque vitam sustentandi: quo fit, ut quaelibet rerum oeconomicarum disciplina liberam cuique permittat expeditioremque reddat opus fructuosum factitandi facultatem.

Ceterum ex ipso rerum cursu rectius usque intellegitur, prosperam atque bene constitutam hominum consortionem haberi nullo modo posse, nisi ad rem oeconomicam cum privati cives, tum civitatis moderatores sociam conferant operam; quae nempe opera mutuo concordique nisu praestanda est, atque ea ratione, ut partes alterutri concreditae quam optime communis boni necessitatibus, pro mutabilibus temporum morumque condicionibus, respondeant.

[24] *A. A. S.*, XXIII, 1931, p. 203 [LE 1027]. [25] *Ibid.*, p. 203. [26] Cfr. *Ibid.*, p. 222 s.

http://www.obrascatolicas.com

Ex iis enim quae passim eveniunt didicimus, ubi privata singulorum desit navitas, tum in republica tyrannorum potentatum dominari; immo potius in vario rerum oeconomicarum campo multa torpescere, atque adeo desiderari sescenta bona, quae usu consumuntur, desiderari commoda, quae, non tantum cum corporis, sed praesertim cum animi necessitatibus coniunguntur. Ad quorum scilicet bonorum atque commodorum adeptionem, mirum in modum singulorum ingenium et industria exercentur atque instimulantur.

Ubi vero in re oeconomica civitatis debita actio aut nulla prorsus aut manca est, tum civitates cernere est in insanabiles rerum perturbationes prono itinere ruere, ac potentiores, minus de honestate sollicitos, aliorum inopia ad lucrum indigne abuti; quorum genus, pro dolor, omni tempore atque ubique locorum, ceu lolium inter frumenta, radices agere manifestum est.

Praecipuis notis, quae nostrorum temporum esse propriae videntur, adicienda profecto sunt socialium rationum incrementa: mutuae scilicet illae auctioresque in dies civium necessitudines, quae in eorum vitam atque actionem multiplices induxerunt socialis consortionis formas, in ius
416 privatum vel / publicum plerumque receptas. Huius rei veluti origo et fons esse videntur plura, quae praesens peperit aetas: cuiusmodi sunt, doctrinarum artiumque incrementa, efficaciores opum gignendarum rationes, excultius inter cives vivendi genus.

Qui quidem socialis vitae processus habendi sunt indicium et causa invalescentis illius actionis, qua respublica se magis magisque inserit in materias quae, cum ad intimas personae humanae rationes attineant, haud levis sunt momenti, neque periculo vacant; quaeque, ut exempla supponamus, pertinent ad valetudinis tutelam, ad iuvenum institutionem educationemque, ad exercendae artis delectum, ad vias rationesque redimendi vel in meliorem restituendi statum eos, qui mentis corporisve imminutione utcumque laborant. Id ipsum tamen partim ostendit partim consequitur eam animi inclinationem a natura datam, quae vix cohiberi potest: inclinationem dicimus, qua homines sponte sua ad societatem inter se ineundam feruntur, cum de adipiscendis bonis agitur, quae quisque sibi animo proposuit, quaeque singulorum excedunt facultates. Qua inclinatione movente, praesertim postremo hoc tempore, factum est, ut ubique initi sint passim coetus, consociationes et instituta, spectantia ad res oeconomicas atque sociales, ad animi cultum atque relaxationem, ad res gymnicas, ad variarum artium professionem, ad rationes politicas; quae sive ad unam tantum nationem, sive ad universas attinent gentes.

Nemo sane dubitat, quin ex huiusmodi rationum socialium progressione complura proficiscantur commoda atque utilitates. Ita enimvero iuribus bene multis personae humanae satis fieri potest, maxime in re oeconomica atque sociali; quae potissimum contingunt humanae vitae necessitates, valetudinis curationem, elementariam animi culturam latius altiusque provehendam, aptiorem de artibus exercendis institutionem, domum, laborem, congruentem operum requietem honestumque levamen. Accedit quod recentiorum artium inventa, magis magisque ordinata, quibus hodie homines inter se cogitata sua communicant —cuius generis sunt scripta typis edita, cinematographica spectacula, radiophonicae ac televisificae transmissiones— id commodi parant, ut ubivis terrarum homines possint in rerum eventibus, licet magno intervallo disiunctis, quasi
417 praesentes adesse.

At multiplicatis et cotidie progredientibus variis illarum / consociationum formis, hoc simul fit, ut, in pluribus rerum gerendarum provinciis, normae et leges multiplicentur, quae mutuas civium necessitudines regant atque definiant. Ex quo consequitur ut angustioribus finibus libera singulorum hominum agendi facultas contineatur; artes enim saepe adhibentur, viae ineuntur, rerumque condiciones tales exsistunt, ut cuivis sane arduum sit suis uti consiliis, sponte sua agere; iura sua et officia, ut oportet, exsequi; animi sui facultates plane exserere atque perficere. Numquid, magis magisque increbrescentibus socialis vitae rationibus, homines continuo stupebunt, suique iuris esse desinent? Est tale quid praecise negandum.

Re enim vera socialis vitae incrementa nequaquam caeca quadam naturalium virium impulsione efficiuntur; siquidem ea homines, ut iam declaravimus, auctores habent, qui libertate fruuntur, quique ita a natura ad agendum feruntur, ut in se tamen actus suos recipiant; quamquam iisdem opus est progredientis humanitatis leges ac rei oeconomicae cursum agnoscere iisque quasi parere; neque est ipsis omnino integrum vi mediarum rerum carere.

Quapropter socialium rationum progressus iis viis effici potest atque ideo debet, quibus quam maxime promoveantur civium commoda, incommoda vero vel usquequaque praecaveantur vel saltem minuantur.

Sed ad hos optatos exitus quo facilius pervehatur, debent qui publicae rei praesunt compertam habere rectam de communi omnium bono notionem, quae summam complectitur earum vitae socialis condicionum, quibus homines suam ipsorum perfectionem possint plenius atque expeditius consequi. Illud quoque necessarium arbitramur, ut collegia seu corpora ceteraque multiplicia incepta, ex quibus potissimum socialium rationum incrementa constent, suis legibus re ipsa regantur, atque, cum ipsius communis boni profectu, ad id, quod assequi studeant, sincera concordia contendant. Neque necesse non est eiusmodi societates veri cuiusdam convictus speciem ac naturam exhibere; quam tunc tantum exhibebunt, si sodales suos pro humanis personis semper duxerint, eosque in rerum suarum partem vocaverint.

Proficientibus igitur necessitudinibus, quibus aetatis nostrae homines inter se mutuo coniunguntur, eo facilius civitates rectum adipiscentur ordinem, quo magis duo haec 418
temperabuntur invicem: hinc videlicet potestas, qua sive singuli cives sive civium coetus sunt utique praediti suis legibus utendi, mutua servata operum conspiratione; illinc reipublicae actio, quae privatorum incepta opportune ordinat atque fovet.

Quodsi sociales rationes ad huiusmodi normas et ad morum disciplinam reapse efficiantur, earum incrementum nullo pacto in causa suapte natura erit, cur in singulares cives gravia discrimina vel nimia onera proficiscantur; quin etiam est in spe ponendum fore ut id, non solum ad hominibus insitas dotes excolendas perficiendasque, sed etiam ad congruentem humani convictus compaginem feliciter conducat; quae optata compages, quemadmodum Decessor Noster f. r. Pius XI in Encyclicis Litteris *Quadragesimo Anno* monet [24], omnino necessaria est, ad socialis vitae iuribus et officiis cumulate satisfaciendum.

Vehementi sane aegrimonia animus afficitur Noster, cum veluti ante oculos Nostros observantur —pro miserrimum spectaculum— ingentes opificum multitudines, qui in nationibus non paucis atque in latis etiam terrarum continentibus tam parvam laboris mercedem accipiunt, ut ipsis eorumque familiis vitae condicionibus utendum sit, ab hominis dignitate omni ex parte alienis. Quod vel ex eo exsistere putandum est, quod in iis regionibus recentissimae machinalium industriarum rationes aut nuper tantum inductae sunt, aut aequo minus adhuc profecerunt.

Fit tamen apud aliquot ex his nationibus ut, adversus extremam plurimorum inopiam, paucorum conspiciantur opulentia profusique sumptus, aperte insolenterque cum egenorum sorte pugnantes; fit deinde alicubi ut homines immoderatis oneribus propterea graventur, ut civitas ad tale opum incrementum brevi tempore emergat quale, salvis iustitiae aequitatisque legibus, haberi nullo modo possit; fit denique apud alias, ut ingens redituum pars ad nationis dignitatem plus aequo amplificandam destinetur, atque immanes pecuniae in bellicos apparatus impendantur.

Adde eodem, apud populos, in re oeconomica magis progressos, non raro mediocris momenti aut incertae utilitatis 419
offi/cia mercede rependi ampla atque etiam cumulata, opera vero assidua fructuosaque, quae impigrorum proborumque civium classes faciunt, mercede rependi nimis modica, vitae necessitatibus impari, vel utcumque iusto minore, si et beneficii in civitatem collati, et proventuum societatis in qua suam quisque operam ponit, et nationis redituum aequa ratio habeatur.

Qua de re Nostrum esse officium putamus iterum admonere, mercedis modum, sicuti liberae competitorum aemulationi prorsus relinquere fas non esse, ita etiam ad arbitrium potentiorum decerni non licere; sed hac in re iustitiae et aequitatis normas esse omnino servandas. Quod sane postulat, ut opifici merces tanta solvatur, quanta ad vitam degendam homine dignam et ad familiae onera convenienter ferenda par sit. Sed in aequa laboris constituenda remuneratione haec etiam opus est perpendantur: quantum primum singuli ad bona oeconomica gignenda conferant; qui deinde sit fortunae status consociationum, quibus opifices operam suam tribuunt; quid tum poscant cuiusque civitatis utilitates, praesertim ad locandas universas operas quod attinet; quid postremo exigat commune cunctarum gentium bonum, hoc est plurium civitatum inter se consociatarum, natura et latitudine dissimilium.

Quas modo attigimus normas, manifestum est, eas omni tempore et ubique locorum valere; qua vero ratione ad peculiaria rerum adiuncta easdem accommodari oporteat, hoc certe statui nequit, nisi opum, quae praesto sunt, congrua ratio habeatur; quae nimirum opes penes varios populos copia et natura differre possunt et reapse differunt, atque etiam in eadem saepe natione pro mutatis temporibus immutantur.

Dum nostra hac aetate oeconomicae civitatum res tam prompte procedunt, idque maxime post recens immane bellum, opportunum ducimus de gravissimo iustitiae socialis praecepto omnes admonere, quod nominatim poscit, ut ad rei oeconomicae incrementa semper rei socialis incrementa simul adiungantur simul accommodentur; ita quidem, ut ex aucta divitiarum copia in republica omnes prorsus civium ordines aequa percipiant emolumenta. Ad haec, vigilandum est atque omnibus viribus enitendum, ut quae discrepantiae inter civium classes ob rerum inaequalitatem intercedant, eae adeo non augeantur, ut, quantum
420 lieri potest, imminuantur. /

«*Civitatum opes* —quemadmodum considerate docet Decessor Noster f. r. Pius XII— *sicut communi civium industria gignuntur et procreantur, ita ad nihil aliud spectant, nisi ut in tuto ponantur, et quidem sine intermissione, eae externarum rerum condiciones, quibus singuli plenam vitae suae perfectionem consequi valeant. Ubi haec stabiliter in usum deducta sint, tunc populus, qui iis utatur, vere dives opum habendus est; nam ratio, qua sive communis obtinetur prosperitas, sive singuli ius exercent rebus corporalibus fruendi, plane obtemperat normis a Deo Creatore statutis*» [27]. Ex quo nascitur, ut oeconomica alicuius populi prosperitas magis quam ex bonorum opumve summa, quibus iidem potiantur, ex eorum potius bonorum partitione sit dimetienda, ad iustitiae normas exacta; ita videlicet, ut omnes in civitate sese excolere atque perficere queant; ad quod tota res oeconomica civitatis suapte natura est ordinata.

Quo loco animadvertendum est, hodie in multis civitatibus rerum oeconomicarum rationem eiusmodi esse, ut societates bonis gignendis, quae vel magni vel medii ordinis sint, maximis auctibus propterea crescant, quod sibimetipsis ex reditibus suis numerent pecuniam ad suae industriae instrumenta renovanda ac perficienda. Quod ubi contingat, hoc statui posse putamus, ut hac de causa societates eaedem nomen aliquod a se solvendum opificibus agnoscant, si maxime eam mercedem ipsis persolvant, cuius modus modum salarii infimum non excedat.

In hoc rerum genere praeceptum illud obversetur animo oportet, a Decessore Nostro f. r. Pio XI per Encyclicas Litteras *Quadragesimo Anno* hisce verbis traditum: *falsum prorsus est sive uni rei sive uni operae quidquid ex earundem collata efficientia obtentum est adscribere; iniustumque omnino, alterutrum, alterius efficacitate negata, quidquid effectum est sibi arrogare* [28].

Cui quidem iustitiae officio non uno modo, ut rerum usus docet, satis fit. Ceteris missis, hodie magnopere optandum est, ut, rationibus quae magis consentaneae videantur, opifices in partem possessionis sensim veniant
421 suae cuiusque societatis; nam hodie magis etiam quam Decessoris Nostri diebus: / *omni vi ac contentione enitendum est, ut saltem in posterum partae rerum copiae aequa proportione coacerventur apud eos, qui opibus valent, satisque ample profundantur in eos qui operam conferunt* [29].

At animadvertendum quoque est, aequationem mercedis cum reditibus ita definiri oportere, ut communis boni ratio habeatur sive civitatis, sive consortionis hominum universae.

Quarum rerum si altera spectetur, ad communem civitatis utilitatem haec pertinere putanda sunt: opifices quam plurimos in operas mittere; cavere, ne in civitate atque etiam in ipso opificum ordine coetus coalescant, qui ceteris civibus anteferantur; mercedis modum ad mercium pretium congruenter referre; itemque ad bona et ad cultioris vitae commoda aditum quam plurimis patefacere; vel omnino depellere vel saltem certis continere finibus inaequalitates, quae inter varias rei oeconomicae provincias intercedunt; id est inter culturam agrorum, machinales industrias et communia ministeria; opum incrementa cum incremento ministeriorum civibus praestandorum, praesertim operâ publicae auctoritatis, apte componere; bonorum procreandorum rationes ad doctrinarum artiumque progressus pro facultate accommodare; denique, efficere ut adepta humanioris vitae prosperitas, non modo praesenti inserviat aetati, sed futurarum quoque commodis prospiciat.

Ad alterum vero quod attinet, bonum totius humanae societatis commune poscere videtur, ut aemula populorum studia in opibus augendis mala fide careant; ut de re oeconomica mutua eorum concordia atque amica fructuosaque conspiratio foveatur; ut postremo efficax tribuatur opera progressibus promovendis earum nationum, quae opibus minus valeant, ad rem oeconomicam quod pertinet.

Quae communis boni necessitates sive singularum rerumpublicarum sive cunctarum simul civitatum, tum etiam, ut oportet, aestimandae sunt, cum de emolumentis partiendis agitur, quae sive moderatoribus societatum bonis procreandis nomine fructus redeunt, sive iis, qui pecuniarum capita contulerunt, nomine usurae proveniunt.

Sed ad iustitiae praecepta, non modo conformanda est ratio, qua bona labore quaesita partiuntur, verum etiam earum rerum / condiciones, in quibus homines eadem ef- 422
ficiunt bona. Sita enim in ipsius hominis natura necessitas est, ut qui aliquid operando efficiat, eidem liceat et gerendarum rerum praestare rationem, et seipsum operam dando perficere.

Ex quo consequitur, ut, si ad parandas opes tales rerum oeconomicarum disciplina et apparatus adhibeantur, quibus eorum, quotquot impendunt operam, vel dignitas humana in discrimen adducatur, vel praestandae rationis sensus debilitetur, vel sua sponte agendi facultas eripiatur, hunc idcirco oeconomicarum rerum ordinem ab iustitia alienum arbitremur; licet ponatur ingentem ex eo gigni bonorum copiam, eorumque partitionem ad iustitiae aequitatisque conformari normas.

Nequit profecto, in oeconomica disciplina, una comprehensione definiri quaenam rationes magis cum hominum dignitate congruant, quaeve in iisdem hominibus suscepti officii magis convenienter stimulent conscientiam. Nihilominus Decessor Noster f. r. Pius XII has agendi normas opportune tradit: *Parvae vel mediae bonorum possessiones, quae ad agricolas, ad artifices, ad mercatores et ad operis conductores pertineant, tutandae ac promovendae sunt; iidem praeterea in adiutrices coeant societates, ut commoda utilitatesque maximarum administrationum propria sibi capiant; ad has autem administrationes quod attinet, efficiendum est, ut pactiones operarum cum pactionibus societatis secundum aliqua temperentur* [30].

Quapropter tuendae promovendaeque sunt, convenienter cum communis boni necessitatibus cumque artium progressibus, sive procurationes ab artificibus vel a singulis agricolarum familiis gestae, sive incepta oeconomica consociata, eo etiam spectantia, ut easdem procurationes compleant atque perficiant.

De agricolarum procurationibus infra dicturi sumus. In praesenti quaedam opportunum putamus attingere de artificum procurationibus, deque oeconomicis inceptis consociatis.

Atque primum monendum est, ut huius generis procurationes et incepta reapse vigeant et floreant, continenter ea aptentur oportere —si progignendarum rerum apparatus, si earumque efficiendarum modus respiciantur— ad novas tempo/rum condiciones; quae quidem sive ex doctri- 423
narum artiumque profectibus, sive ex mutabilibus hominum necessitatibus ac propensionibus cotidie exsistunt. Quod praecipue ab ipsis artificibus et a sodalibus consociatis fieri aequum est.

Quam ob causam omnino congruit, non modo ut idonea utrisque institutio impertiatur et quoad artis exercitationem et quoad animi mentisque culturam, sed etiam ut iidem in societates, ad professiones spectantes, coeant. Neque minus par est, rempublicam idonea providentia uti, ad institutionem, ad vectigalia, ad creditam pecuniam, ad securitatem et cautiones sociales temperanda.

Ceterum eiusmodi civitatis providentia in artifices et in sodales consociatos collata hac etiam de causa probanda suadendaque est, quod iidem veri nominis bonorum auctores sunt, atque ad cultioris humanitatis profectum conferunt.

Quae cum ita sint, paterno animo adhortamur artifices et consociatos sodales, quotquot ubique terrarum carissimos filios habemus, ut de nobilissimo sibi munere in civitate concredito egregie sentiant; utpote quorum operâ in civium ordinibus officiorum conscientia mutuaque adiutrix navitas cotidie magis excitari possint, hominumque

[24] Cfr. *A. A. S.*, XXXIII, 1941, p. 200. [25] *A. A. S.*, XXIII, 1931, p. 195 [LE 1027]. [26] *Ibid.*, p. 198.

[27] *Nuntius radiophonicus* datus die 1 septembris 1944; cfr. *A. A. S.*, XXXVI, 1944, p. 254.

http://www.obrascatolicas.com

studia inardescere, ad nova efficienda opera, eleganti artificio praestantia.

Praeterea, haud secus atque Decessores Nostri, persuasum habemus, opifices merito expetere, ut in partem vocentur vitae societatis bonis procreandis, cui addicti sint et in qua suam ponant operam. Quas partes, quales esse oporteat, decerni certis definitisque regulis non opinamur posse, cum id potius ex singularum societatum bonis gignendis statu sit constituendum; qui nempe tantum abest ut sit idem omnibus, ut saepe in una eademque societate penitus ac repente commutetur. Non dubitamus tamen, quin opificibus actuose partes sint attribuendae in negotiis societatis, cui navent operam, sive haec privatorum sive reipublicae sit; quod nimirum eo spectare utcumque debet, ut societates bonis gignendis perfectam induant humanae consortionis speciem, cuius afflatu singulorum necessitudines, munerum officiorumque varietates penitus afficiantur.

Hoc vero flagitat, ut mutuae quae operarum conductoribus ac moderatoribus cum eiusdem societatis operariis
424 intercedunt / rationes, ad mutuum obsequium, ad existimationem et benevolentiam conformentur; flagitat insuper, ut omnes, tamquam ad commune opus, sincera praesentique virium concordia conspirent, atque operam, quam ponunt, non eo tantum consilio ponant, ut inde lucrum faciant, verum etiam ut munus sibi creditum exsequantur, et officium praestent, quod ad aliorum etiam utilitatem conducat. Quo fit ut, ad negotia expedienda societatisque incrementum quod attinet, opportune admodum audiantur opificum optata eorumque socia advocetur opera. Haec namque praeclare Decessor Noster f. r. Pius XII monebat: *Partes, quas in rebus oeconomicis atque socialibus unusquisque appetit, velant quominus singulorum industria alieno arbitrio prorsus regatur*[31]. Nemo sane dubitat quin societas, quae hominis dignitati apprime consulat, tueri quidem debeat necessariam efficientemque sui regiminis unitatem; sed exinde nullo modo sequitur, ut qui in eam cotidie suam conferant operam, ii solummodo administrorum loco ducantur, ad iussa tacite exsequenda natorum, quibus optata sua rerumque usum interponere non liceat, sed inertes se gerere debeant, cum de ipsorum locanda moderandaque opera consilia sint capienda.

Commemorandum denique est, quae graviora usque munera in variis societatibus bonis gignendis hodie opificibus deferri optantur, ea non solum cum hominis natura apte componi, sed etiam cum oeconomicis, socialibus ac civilibus progredientis aetatis rationibus omnino congruere.

Quamvis, pro aetate hac nostra res oeconomica atque socialis haud parvas habeant discrepantias, iustitiae humanitatique inimicas, ac per totam rerum oeconomicarum provinciam errores serpant, eius actionem, fines, conformationem munerumque perfunctionem graviter inficientes, nemo tamen negaverit, recentiores opum gignendarum rationes, artibus doctrinisque proficientibus incitatas, admodum progredi ac renovari, easdemque citius quam antea incrementa suscipere. Quod quidem ab operariis praestantiorem hodie dexteritatem exercendaeque artis peritiam requirit. Inde cogitur, ut iisdem uberior adiumentorum
425 copia longiorisque temporis spatium suppeditanda sint, ad idoneam sibi politioremque institutio/nem adipiscendam, pariterque ad studia, mores, religionisque officia commodius excolenda.

Fit etiam ut adulescentibus hoc tempore plures anni tribui possint, ad communem sibi comparandam eruditionem, artisque addiscenda praecepta.

Quae si facta erunt, ea rerum condicio nascetur, in qua opifices gravioris momenti munera etiam in sua cuiusque societate suscipere poterunt. Ad rempublicam autem quod spectat, haud parvi interest, ut in eius ordinibus universis se cives cotidie magis sentiant officio obstringi commune bonum tuendi.

Est res omnium ante oculos posita, opificum collegia, nostra hac aetate, late increbruisse, atque communiter in singularum civitatum ac vel etiam in plurium nationum instituta iuridica ascita esse; eaque operarios adducere, non iam ad dimicandum, sed potius ad sociam conferendam operam; quod praesertim fit pactionibus inter opificum et conductorum consociationes initis. Monere etiam praestat, necessarium aut saltem admodum opportunum esse, opificibus quoque copiam dari consilia momentumque suum interponendi extra societatis suae fines, et quidem apud quoslibet civitatis ordines.

Quod ex eo initium capere videtur, quod singulae consociationes opibus gignendis, quantumvis magnitudine, ef-

[31] *Allocutio* habita die 8 octobris anno 1956; cfr. *A. A. S.*, XLVIII, 1956, pp. 799-800.

ficientia ac momento in republica praestent, arte tamen cohaerent cum generali rei oeconomicae socialisque statu suae cuiusque nationis, ex quo earum ipsa pendet prosperitas.

At ea decernere, quae generalem illum rei oeconomicae statum magis adiuvent, negotium non est singulae cuiusque societatis bonis gignendis, sed ad reipublicae moderatores spectat, et ad illa instituta quae, aut pro aliqua natione aut pro pluribus civitatibus condita, in variis rerum oeconomicarum provinciis operantur. Ex quo patet opportunum vel necessarium esse, apud civitatis auctoritates et apud eadem instituta, praeter dominos aut eos qui dominorum partes agunt, veluti praesentes etiam opifices haberi aut eos qui pro suo munere opificum iura, necessitates, optata tuentur.

Consentaneum igitur est, ut in primis cogitatio Nostra paternaeque caritatis affectus ad consociationes feratur varias artes complectentes, itemque ad opificum collegia, quae, christianae doctrinae principiis conformata in pluribus terrarum / continentibus operam navant suam. Novimus quot quantisque pressi difficultatibus dilectissimi
426 hi filii Nostri efficaciter conati sint et acriter adhuc conentur, tum intra fines nationis cuiusque suae, tum in terrarum orbe universo, ut operariorum iura vindicent eorumque fortunas et mores ad meliora provehant.

At praeterea horum filiorum Nostrorum operam merita honestare laude cupimus, quae non omnis in proximo atque perspicuo rerum exitu sita est; sed ad universum etiam, qua late patet, humani laboris campum permanat, rectis agendi cogitandique normis almoque christianae religionis afflatu quaquaversus propagatis.

Qua quidem Nostra paterna laude eos etiam ornare carissimos filios volumus, qui christianis praeceptis imbuti eximiam tribuunt operam aliis artificum consociationibus iisque opificum collegiis, quae naturae legibus ducuntur et singulorum de re religiosa ac morali libertatem verentur.

Neque facere hoc loco possumus, quin ex animo gratulemur existimationisque Nostrae sensus patefaciamus *Gentium Consilio labori ordinando* —compendiariis litteris O. I. L. vel I. L. O. vel O. I. T. in vulgus significato— quod plures iam annos sollertem, efficacem magnique pretii pondine ubique terrarum ad iustitiae humanitatisque normas instaurando; in quo quidem ordine operariorum quoque legitima iura agnoscuntur atque servantur.

Quemadmodum fere oculis tenemus, factum est superioribus hisce annis, ut in maximis consociationibus bonis gignendis partes, quae a bona possidentibus agantur, in dies magis a partibus diductae sint, quas societatis moderatores agant. Id magnas sane difficultates facessit reipublicae principibus, quibus sedulo vigilandum est, ne quod sibi proponunt rectores praecipuarum administrationum, earumque potissimum quae maximum habent momentum in rebus oeconomicis totius civitatis, id ullo modo a communis boni rationibus dissideat. Quae porro difficultates, uti rerum usu cognitum habemus, non minores profecto sunt cum privati cives, quam cum publici coetus pecuniarum capita conferunt, ad magnas administrationes necessaria.

Nec minime latet, esse hodie frequentiores, qui ex recentissimis oeconomicis cautionibus ac multiplicibus securi-
427 tatis / socialis rationibus habeant cur tranquillo animo in futurum tempus prospiciant; quae quidem tranquillitas olim in bonorum dominio, etsi modico, posita erat.

Contingit quoque nostris diebus, ut homines potius alicuius artis peritiam quam rerum possessionem excupiant; iidemque pluris faciant reditus, qui ex labore vel ex iuribus cum labore coniunctis oriantur, quam reditus, qui ex pecuniarum capite vel ex iuribus cum hoc coniunctis exsistant.

Quod quidem plane congruit cum nativa laboris indole, qui, cum a persona humana proxime procedat, anteferendus est externorum bonorum copiae, quae suapte natura instrumentorum loco habenda sunt; idque progredientis humanitatis indicium profecto est.

Huius generis rerum oeconomicarum condiciones in causa profecto sunt, cur in vulgus sit ambiguum, utrum in praesentibus rerum adiunctis, vim suam amiserit, aut minoris sit aestimandum principium de re oeconomica et sociali a Decessoribus Nostris firmiter traditum ac propugnatum: principium dicimus, quo statuitur hominibus ius esse a natura datum privatim res possidendi, etiam bonis edenda aptas.

Quod dubium inane prorsus est putandum. Siquidem ius privati dominii, etiam quod ad res attinet gignendis bonis tributas, per omne tempus valet, utpote quod in ipsa

contineatur rerum natura, qua docemur singulares homines priores esse civili societate, atque adeo civilem societatem ad hominem tamquam ad terminum dirigi oportere. Cetetate in re oeconomica agnoscitur, nisi ipsis pariter facultas exercendum necessarias. Praeterea rerum usus temporumtis hominibus etiam bonorum fructuosorum possessionem non agnoscant, ibi aut violari aut omnino deleri, in praecipuis rebus, humanae libertatis usum; ex quo utique patet libertatis usum a dominii iure pariter tutelam pariter incitamentum repetere.

Hinc causa est quaerenda, cur coetus et consociationes, in re sociali ac politica versantes, qui libertatem cum iustitia in hominum consortione componere student, quique fere ad hanc diem ius privatim possidendi res gignendis opibus aptas non ponebant, hodie iidem, rerum socialium cursu
428 uberius / eruditi, opinionem suam nonnihil emendaverint, atque ita se habeant ut ius illud reapse probent.

Placet igitur Nobis monitis uti, quae de hac re Decessor Noster f. r. Pius XII dedit: *Ecclesia ius privati dominii tuendo, ad optimum spectat finem moralem in re sociali; scilicet per se minime contendit praesentem rerum servare ordinem, quasi divinae Voluntatis imperium in eo agnoscat; neque magis data opera opulentorum ac praedivitum patrocinium suscipit, pauperum et egenorum iuribus neglectis... Verum Ecclesiae propositum est, ut privatae possessionis institutum tale habeatur, quale et divinae Sapientiae consilium et naturae lex iubeant*[32]. Scilicet privata possessio humanae personae libertatis iura in tuto ponat oportet, simulque necessariam suam conferat operam ad rectum instaurandum societatis ordinem.

Dum recentissimae rei oeconomicae rationes apud non paucas civitates cito, uti iam diximus, progrediuntur, atque ad parienda bona efficientiore usque modo conducunt, iustitia et aequitas requirunt, ut auctarium pariter adiciatur, bono communi incolumi, laboris mercedi. Quod sane efficit, ut opifices facilius parsimoniae studeant, atque adeo sibi aliquem parare valeant censum. Quamobrem mirum est respui a quibusdam indolem iuris dominii naturalem; iuris dominii dicimus, quod ex laboris feracitate perpetuo vim et virtutem suam ducit; quod deinde tam efficaciter ad humanae dignitatem personae tuendam, et ad liberam sui cuiusque muneris perfunctionem in omnibus navitatis campis adiuvat; quod postremo domestici convictus compagidem tranquillitatemque confirmat, non sine pacis et prosperitatis in re publica incremento.

Attamen parum est statuere, ius esse homini a natura datum res ut suas privatim possidendi, easque etiam quae ad bona gignenda valeant, nisi pariter omni contentione elaboretur, ut eiusdem iuris usus per omnes civium ordines propagetur.

Quemadmodum enim praeclare monet Decessor Noster f. r. Pius XII, ex una parte ipsa humanae personae dignitas *ad vivendum secundum rectas naturae normas necessario postulat ius externis bonis utendi; cui quidem iuri officium respon-*
429 *det sane gravissimum, quod requirit ut, quantum fieri potest, omnibus copia detur privata bona possidendi*[33]; ex altera vero parte, ipsi labori insita nobilitas praeter alia postulat: *tuitionem ac perfectionem illius socialis ordinis, qui omnibus cuiusvis classis civibus tutam, etsi modicam, bonorum possessionem permittat*[34].

Privatum bonorum dominium latius obtineat oportere, si alios umquam, hodie est potissimum profitendum, cum, ut commemoravimus, numero augescant nationes, quarum oeconomicae rationes maiora in dies capiant incrementa. Quare, variis prudenter adhibitis artibus, quas usus comprobavit, haud difficile negotium erit civitatibus oeconomicam et socialem rem ita temperare, ut facilior fiat et quam latissime pateat aditus ad privatim possidendas huius exempli res: bona usu haud statim peritura; domum; praedium; supellectilem procurationi, sive ab artificibus sive a singulis agricolarum familiis gestae, necessariam; syngraphas pecuniae in administrationibus medii vel magni ordinis collocatae; quod quidem felici exitu in nonnullas nationes invectum est, provectioribus in re oeconomica et sociali rationibus instructas.

Manifestum omnino est, quae exposuimus, ea minime prohibere, quominus etiam civitates ceteraque publica instituta iure res possideant, quae ad opes parandas pertineant; si praesertim *tam magnum secum ferant potentatum, quantus privatis hominibus, salva re publica, permitti non possit*[35].

Nostrae huius aetatis ea esse indoles videtur, ut ampliores usque bonorum possessiones tum civitati, tum ceteris publicis institutis attribuantur. Cuius rei causa in hoc etiam quaerenda est, quod commune bonum exigit, ut maiora usque munera publicae auctoritati demandentur. Attamen hac etiam in re *subsidiarii officii principium*, de quo iam mentionem fecimus, omnino servandum est; scilicet tum tantum licere civitatibus ac publicis institutis dominii sui fines amplificare, cum manifesta ac vera communis boni necessitas id postulat, depulso periculo, ne privatorum possessiones praeter modum extenuentur aut, quod deterius est, plane evertantur. /
430

Neque denique silentio praetereundum est, oeconomica incepta, quae a republica vel a publicis institutis suscipiantur, iis esse civibus deleganda, qui et singulari peritia et spectata honestate praestent, quique officia erga rempublicam summa religione exsequantur. Praeterea in horum virorum operam sedula atque assidua vigilantia inspiciatur oportet, ne, in ipsius reipublicae administratione, rerum oeconomicarum imperiosus dominatus in paucorum concedat manus; quod sane cum supremo civitatis bono pugnet.

Sed Decessores Nostri illud etiam nullo non tempore docuerunt, in privati dominii iure penitus munus inesse sociale. Re enim vera, ex Dei Creatoris consilio, cunctorum bonorum copia omnium hominum vitae honeste degendae in primis attribuitur; quemadmodum praeclare monet Decessor Noster f. r. Leo XIII in Encyclicis Litteris *Rerum Novarum*; ubi haec legimus: *quarum rerum summa haec est: quicumque maiorem copiam bonorum Dei munere accepit, sive corporis et externa sint, sive animi, ob hanc causam accepisse, ut ad perfectionem sui parilerque, velut minister providentiae divinae, ad utilitates adhibeat ceterorum. «Habens ergo talentum, curet omnino ne taceat: habens rerum affluentiam, vigilet ne a misericordiae largitate torpescat: habens artem qua regitur, magnopere studeat, ut usum atque utilitatem illius cum proximo partiatur»*[36].

Quamvis nostro hoc tempore valde processerint atque magis magisque augescant partes civitati publicisque institutis concreditae, ex hoc tamen nullo pacto conficiendum est, obsolevisse socialem privati dominii rationem, ut quorundam ferre videtur opinio; nam hoc sociale munus ex ipso dominii iure suam petit virtutem. Cui rei illud proximum est, omni tempore tum rerum acerbitates innumeras, tum necessitates occultas easque graves ostendi, quas multiplex reipublicae providentia non attingit, quibusque consulere nullo modo potest; qua de causa privatorum humanitati christianaeque caritati late semper patebit campus. Est denique perspicuum, ad conata incitanda, quae ad animi bona spectent, magis valere operam a singulis hominibus aut a privatis civium consiliis susceptam, quam a reipublicae potestatibus. /
431

Attinet demum hoc loco animadvertere, ius bona privatim possidendi certe sacri Evangelii auctoritate probari; quod tamen saepe Christum Iesum inducit magnopere dives iubentem, ut, divitias pauperibus largiendo, eas in superna vertant bona: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi aerugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo, ubi neque aerugo neque tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt nec furantur*[37]. Atque Divinus Magister profitetur in semet Ipsum id collatum iri, quidquid in egenos collatum fuerit: *Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*[38].

III

Rerum temporumque progressio magis magisque illud ostendit, ad iustitiae aequitatisque normas revocandas esse, non solum necessitudines inter opifices et moderatores societatum bonis pariendis, verum etiam rationes, quibus inter se coniungantur oportet simul varia rerum oeconomicarum genera, variaeque regiones aliae aliter ditatae, in una eademque natione; simul, in universa hominum communitate, plures variaeque nationes, quae in rebus oeconomicis et socialibus non uno modo profecerunt.

Atque initio, ut de agrorum cultura aliquid admoneamus, animadvertimus in primis ruricolarum numerum haud

[32] Litt. Encycl. *Quadragesimo Anno*; *A. A. S.*, XXIII, 1931, p. 214 [LE 1027]. [33] *Acta Leonis XIII*, *XI*, 1891, p. 114. [34] Matth. VI. 19-20. [35] Matth. XXV, 40..

[36] *Nuntius radiophonicus* datus die 1 septembris anno 1944; cfr. *A. A. S.*, XXXVI, 1944, p. 253.
[37] *Nuntius radiophonicus* datus die 24 decembris anno 1942; cfr. *A. A. S.*, XXXV, 1943, p. 17.
[38] Cfr. *Ibid.*, p. 20.

http://www.obrascatolicas.com

videri in toto imminutum; tamen sine dubitatione agricolas non paucos esse qui, rure natali relicto, vel sedes incolis frequentiores, vel ipsas urbes petant; quod, cum fere in omnibus nationibus intercidat, atque nonnumquam magnam hominum multitudinem contingat, idcirco quoad vitam dignitatemque civium impedimenta infert, ad expediendum sane difficilia.

Cuique sane illud est in promptu, prout res oeconomicae processerint atque increbruerint, ita ruricolarum numerum extenuari, opificum autem amplificari multitudinem, qui vel machinalibus industriis vel quibuslibet ministeriis dant operam. Atqui censemus, qui ex re rustica
432 se ad alias artes bona / gignentes conferant, eos saepe quidem facere causis ductos, quae ex ipsa rerum oeconomicarum progressione oriantur, sed saepius multi generis raptos incitamentis, quorum haec praecipua: animi voluntas angusta loca defugiendi, quae nullam habeant commodioris vitae exspectationem; studium res adeundi novas, casusque varios experiendi, quo tantopere nostra tenetur aetas; cupiditas sibi bona fortunasque repente asciscendi: anhela sitis liberioris vitae degendae, iis adeptis commodis, quae et oppida incolis frequentia et urbes afferre solent. Sed illud quoque in dubio esse non potest, quin ab agris ruricolae propterea abeant, quod res suas fere ubique iacere videant, sive animum referant ad sui laboris efficientiam, sive ad agricolarum victus cultusque statum.

Quocirca in tanta hac re, de qua nunc apud civitates fere omnes quaeritur, illud in primis exploretur oportet, quid sit agendum ne, si efficiendarum rerum modum existimemus, hinc agricultura, hinc machinales industriae, hinc communia ministeria tantopere inter se discrepent; quid item sit curandum, ut vitae rusticanae cultus quam minime a vivendi ratione municipum distet, quorum pecuniae reditus vel ex machinalibus industriis vel e quibuslibet ministeriis nascantur; quid denique sit enitendum, ut qui agriculturae navent operam nullo modo sese ceteris dignitate cedere opinentur; immo sibi persuasum habeant, eos quoque qui ruri vitam traducant, non modo personam suam confirmare et excolere laboribus posse, sed etiam in futuros vitae casus fidenti animo prospicere.

Peropportunum idcirco videtur Nobis de huius generis causa normas nonnullas tradere, in qualibet temporum condicione valituras, dummodo ea ratione, quemadmodum patet, ad effectum adducantur, quam varia temporum locorumque adiuncta vel sinant, vel suadeant, vel prorsus exigant.

In primis, omnes, at praecipue reipublicae moderatores, in eo elaborent necesse est, ut, quae munia ad omnium commoda praecipua sint, ea apte ruri incrementa capiant, quorum haec sunt exempla: viarum munitio; commeatus vehicula; instrumenta, quibus homines cum hominibus commercia exerceant; aqua salubri potu; domicilia; medici et medicamenta; scholae et elementis, et artibus, et pro-
433 fessionibus addiscendis; quae cum ad religionem colendam tum ad professionibus addiscendis; quae cum / denique ea supellex, qua agricolarum domum nostra haec aetas ornari et instrui postulat. Quae instrumenta ad agricolarum vitam cum dignitate exigendam necessaria, ubi ruricolis desunt, ibi res oeconomicae et sociales aut nullo modo aut tardius proficiunt, fitque exinde, ut nihil possit homines ab agris deserendis remorari, atque nemo eorum numerum possit facile habere perspectum.

Oportet praeterea civitatum res oeconomicas gradatim procedere, mutua servata inter varias earundem rerum provincias apta conventientia. Danda est scilicet singulari-ter opera, ut primum ad agros colendos iliae adhibeantur recentiore hoc tempore rationes inductae, sive in artes bonorum procreandorum, sive in varias agrorum culturas, sive in rusticae procurationis apparatus, quas res oeconomicae in universum aut ferant aut requirant; utque deinde haec omnia, quantum fieri potest, ita perficiantur, ut pariter cum machinalibus industriis, pariter cum cuiusvis generis ministeriis aeque conveniant.

Sequetur inde, ut agricultura non modo maiorem bonorum copiam sibi auferat, quae machinalibus industriis pariuntur, sed etiam magis congruas poscat communium ministeriorum formas; vicissim autem cultura agrorum tum machinalibus industriis, tum ministeriis communibus, tum civitati ipsi eiusmodi reddet fructus, qui et proprietate et modo magis idonei videantur ad usum; effectumque ideo agricolitio dabit, ut firmior nummis tribuatur facultas bonorum emendorum; quod quidem unum est e praecipuis capitibus totius rei oeconomicae ad incrementum ordinandae.

Quibus susceptis consiliis, haec, praeter alia, consequentur commoda: ut primum facilius cognosci possit et unde discedant et quo contendant ruricolae, qui a laboribus vacent, propterea quod ad agrorum culturam nova inventa pedetemptim sint adhibita; ut deinde ita iidem in suis artificiis erudiantur, ut operam curamque suam ad alia quoque laborum genera conferre possint; ut postremo iis neque rerum oeconomicarum auxilia, neque subsidia ad mentem animumque excolendum desint, quae requiruntur, ut aptius in novos sociales coetus inseri possint.

Ut autem in variis rerum oeconomicarum provinciis ordinata progressio habeatur, necesse omnino est rerumpublicarum auctoritates, agrorum cultura spectata, ad haec curam pruden/tiamque suam intendant: ad tributa aut 434
vectigalia, ad creditam pecuniam, ad artes provehendas rum cautiones, ad rerum pretium, ad artes provehendas complementi rationem habentes, denique ad rusticarum procurationum apparatus perficiendos.

Quod ad vectigalia spectat, huiusmodi disciplina ad iustitiam aequitatemque ordinata hoc praecipue flagitat, ut tributa pro civium facultate imperentur.

Sed in ruricolarum tributis temperandis communis omnium utilitas ab iis qui rempublicam gubernant poscit, ut animum advertant, in re rustica reditus et tardius conflci et in graviorem ire aleam; atque propterea difficilius capita reperiri, ad eos augendos necessaria.

Quibus positis, consequens est, ut pecuniarum possessores, eas libentius in aliis negotiis quam in re rustica collocent. Eadem de causa ruricolae nequeunt usuras graviores pendere; quin etiam plerumque ne usuras quidem pendere possunt a mercatura impositas, ut pecuniarum capita sibi parent, quae rerum suarum administratio et incrementum desiderent. Quam ob causam, ad omnium commoda provehenda opus est, non tantum a publicis auctoritatibus peculiarem quandam rei pecuniariae disciplinam pro agricolis decerni, verum etiam argentarias constitui, e quibus pecuniarum capita, et ea quidem haud gravi usura, iisdem suppeditentur.

Illud praeterea necessarium videtur, ut duabus rationibus constituantur periculorum cautiones: quarum altera ad ea, quae terra gignit, altera ad agricolas ipsos eorumque familias spectet. Quoniamque, ut pro explorato habetur, uniuscuiusque agricolae reditus tenuiores communiter sunt quam operariorum cum in machinalibus industriis, tum in quibuslibet ministeriis versantium, idcirco cum iustitiae socialis et aequitatis normis non omnino congruere videtur, agricolis vel cautionis vel securitatis socialis modum statuere deteriorem, quam ceterorum civium ordinum. Etenim quae cautiones providentiaeque generatim constituuntur, eae parum discrepare aliae ab aliis debent, quaecumque ea est rei oeconomicae provincia, in qua cives exercent opus, vel ex qua iidem reditus percipiunt.

Ceterum vero cum securitates cautionesque sociales magnopere ad illud adiuvare possint, ut totius civitatis reditus pro iustitiae et aequitatis normis inter cives partiantur, easdem / propterea quasi viam haberi convenit, 435
qua discrepantiae inter varias civium classes extenuentur.

Cum autem agrorum fruges peculiari sint natura, earum ideo pretium in tuto ponatur oportet, rationibus quidem adhibitis, quas rei oeconomicae periti invenerint. Qua in re, licet plurimum valeat si huiusmodi tutelam iidem gerant, quorum intersit, hoc est opportuna quasi sibi imposita norma, tamen ab hoc temperando negotio abesse omnino civitatum moderatores non possunt.

Neque vero hoc praeteriri potest, rerum rusticarum pretio plerumque magis agricolarum labores compensari, quam pecuniae capita in rem impensa.

Itaque iure optimo Decessor Noster f. r. Pius XI in Encyclicis Litteris *Quadragesimo Anno* de humanae communitatis bono docet: *apposite ad rem facere inter salaria proportionem*; quibus tamen haec subicit: *quacum arcte cohaerere rectam proportionem pretiorum, quibus illa veneunt, quae a diversis artibus progignuntur: qualia habentur agricultura, ars industrialis, alia*[39].

Quoniam agrorum fruges eo potissimum pertinent, ut satis praecipuis hominum necessitatibus faciant, eam ob causam earundem pretium ita definiatur opus est, ut omnibus eas emere liceat. Ex quo tamen in confesso res est, iniuste sine dubio fieri, si totus civium ordo, agricolarum dicimus, et quoad oeconomicas et quoad sociales rationes, ad deteriorem adducatur statum, quippe qui minore polleant facultate ea emendi, quae necessaria sunt ad honestum vitae cultum; quod nimirum communi civitatis bono aperte repugnat.

[39] Cfr. *A. A. S.*, XXIII, 1931, p. 202 [LE 1027].

Opportunum praeterea est, in locis rusticis simul machinales industrias provehi simul communia parari ministeria, quae ad servandas, ad commutandas, denique ad vectandas fruges usui sint. Ad quae accedant ibidem opus est consilia et coepta, quae provincias sive rerum oeconomicarum sive artium exercendarum attingant. Quibus consiliis adhibitis, agricolarum familiis facultas idonea datur suos supplendi reditus, et hoc quidem in ea rerum hominumque condicione, in qua vivunt operamque impendunt
436 suam. /

Extremum nemo unus potest in universum statuere quibus rationibus res rustica sit potissimum componenda, quippe cum de his rebus dispar nimium sit in uniuscuiusque reipublicae locis status eoque magis dispar in totius orbis terrarum partibus. At vero, qui hominis et familiae dignitatem sive ex natura ipsa sive magis ex christianis praeceptis existimant, ii certe quamlibet rerum agricolarum procurationem eoque magis familiarem animo sibi proponunt, ad effigiem hominum communitatis expressam, in qua videlicet et mutuae membrorum necessitudines, et eiusdem procurationis conformatio ad iustitiae normas et ad christianae doctrinae rationem accommodentur; idemque summa ope enituntur, ut haec exoptanda rerum rusticarum administratio, pro singulis temporum articulis, detur tandem effecta.

Procuratio tamen familiaris tum solummodo firma stabilisque erit, cum ex ea tantum pecuniae redibit, quantum ad honestum familiae victum et cultum est idoneum. Quod ut obtineatur, opus omnino est, ut agricolae et egregie in suis laboribus generatim erudiantur, et in novis edoceantur inventis, denique a peritis viris in sua efficienda arte iuventur. Atque etiam oportet, agricolae de rebus suis societates adiutrices conflent; consociationes constituant ad suam cuiusque professionem spectantes; itemque in publicis rebus versentur efficienter, hoc est, cum in administrandae civitatis institutis, tum in re politica.

Verumtamen persuasum est Nobis, cum de re rustica agatur, auctores principesque sive rei oeconomicae augendae, sive animi cultus provehendi, sive socialium rationum promovendarum eosdem esse homines, quorum intersit, ipsos videlicet agricolas. Quibus sane perspectum cognitumque esse debet, quem laborem sustineant, eum esse honestissimum; quod in amplissimo quasi mundi templo suscipitur; quod saepius arboribus et animantibus impertitur, quorum vita, veluti infinita quaedam significans, certisque astricta legibus, plurima habet ad Deum Creatorem et Providum invitamenta. Deinceps agrorum labor, non tantum varia gignit nutrimenta, quibus hominum alitur genus, sed copiam etiam cotidie uberiorem parit earum rerum, quibus machinales industriae utuntur.

Idem praeterea labor sua ornatur dignitate, siquidem plurimas res usurpat ad machinalem scientiam, ad chimiam,
437 ad bio/logiam pertinentes; quae tamen, quoniam doctrinarum artiumque incrementa in rebus rusticis plurimum valere constat, ob eam causam sine ulla temporis intermissione sunt ad volventis temporis necessitates accommodandae. Neque hoc satis; etenim huic laborum generi sua inest nobilitas, quippe quod ab agricolis postulet, ut cursum temporum acrius intellegant, eique sese facilius adiungant; ut sedatius quae futura sunt exspectent; ut momentum et gravitatem officii sui existiment; ut alacritatis voluntatem resumant, et nova semper experiantur.

Neque illud missum est faciendum in regione rerum rusticarum, perinde atque in quavis rerum gignendarum regione, agricolas in societates coire maxime oportere; idque praesertim si rem rusticam ipsa agricolae familia conducat. Utcumque par est rura colentes mutua fide se alios aliis obligatos sentire, atque eo coniunctim contendere, ut adiutrices societates et consociationes ad artes pertinentes condant; quae quidem omnia propterea sunt habenda pernecessaria, quod sive commoda parant ruricolis doctrinarum et artium progredientium, sive pro pretiis propugnant bonorum, quae ex labore efferuntur. Accedit quod, hisce susceptis consiliis, agricolae ad ceteras artificum classes coaequantur, qui plerumque societate sunt coniuncti. Extremum, haec si praestiterint, agricolae momentum et pondus cum sua condicione consentanea consequentur in publica re administranda; quandoquidem nostra hac aetate, si una dumtaxat vox missa sit, eam esse in ventos datam, ut aiunt, iure optimo putandum est.

Sed ruricolae —haud secus atque ceterae opificum classes— si quando suae temperationis pondus et momentum ostendere volunt, id numquam neque morum disciplina neque civitatis legibus spretis faciant opus est; immo vero sua iura suasque utilitates cum ceterarum classium iuribus et utilitatibus componere eademque ad commune civitatis bonum referre studeant. Ad haec, agricolae qui pro virili parte in eo elaborant ut agrorum amplificentur fortunae, iure poscere possunt, ut sua ipsorum incepta a reipublicae moderatoribus iuventur atque compleantur, modo de communibus utilitatibus ipsi bene sentiant, curamque suam ad eas efficiendas item conferant.

Quam ob causam eos filios Nostros merita honestare laude cupimus, qui ubique gentium, sive societatibus adiutricibus sive varii generis consociationibus conditis, vigilan/tius enituntur, ut agricolae in omni civium coniunctione, non modo debita rerum oeconomicarum copia, sed iusta 438
etiam vitae dignitate fruantur.

Cumque in agrorum labore omnia contineri videantur, quae ad hominis ipsius dignitatem, perfectionem, cultumque prosunt, ob eam causam oportet, eum homo existimet tamquam mandatum a Deo acceptum et ad excelsa spectans; oportet deinde, homo istiusmodi laborem providentissimo Deo quasi consecret, tempora omnia ad hominum salutem dirigenti; oportet postremo, agricola in se quodammodo onus recipiat sive seipsum sive alios ad humanitatis cultum informandi.

Fit saepius, ut in una eademque civitate alii cives aliter opibus et rei socialis incrementis fruantur, ea praesertim de causa quod in oris commorantur et operantur, quae, si res oeconomicae spectantur, aliae aliis auctibus creverunt. Quod ubi evenit, iustitia itemque aequitas poscunt, ut civitatis principes curent, ut discrepantiae hoc genus vel tollantur penitus, vel saltem imminuantur. Cuius rei gratia, conandum est, ut in oris, quae minus in rebus oeconomicis processerint, praecipua ea publica ministeria suppetant, quorum rationes cum rationibus temporum et locorum congruant, et cum communi vivendi genere, quoad potest, conveniant. Sed ad haec adhibenda est prorsus aptissima rerum administratio atque disciplina, qua diligenter ordinentur: operae locandae; incolarum commigratio; merces constituenda opificibus; tributa civibus imperanda; nomina facienda; pecuniae in iis machinalibus industriis collocandae, quae praesertim ad alias artes incitandas valeant. Quae omnia plane pertinebunt, non tantum ad operarios cum utilitate locandos et ad operum incitandos redemptores, sed ad ubertates etiam e locis ipsis percipiendas.

Attamen quae ad communia civium emolumenta conducibilia visa sint, ea dumtaxat reipublicae moderatores praecipiant necesse est. Quorum scilicet curae, totius civitatis utilitate spectata, in hoc assidue versari debent, ut in materia et agriculturae, et machinalium industriarum, et communium ministeriorum res eodem tempore eademque ratione, quoad fieri potest, provehantur; eo nimirum ducti consilio, ut cives in oris agentes quae minus in opibus profecerunt, ii, si mentem in rationes intendant oeconomicas et sociales, pariterque ad / animi culturam, se esse 439
sentiant progressae fortunae suae auctores praecipuos; nam digni cives ipsi videntur, qui ad suarum rerum progressiones praecipuam conferant operam.

Itaque ad aequabiliter res oeconomicas in eadem civitate temperandas, opus est ut ii quoque, qui suis opibus consiliisque nituntur, pro virili parte, incumbant. Quin etiam qui praesunt, iuxta *subsidiarii officii principium*, sic privatorum hominum inceptis favere et auxiliari debent, ut inchoata opera, ubi res ferant, ipsis privatis civibus perficienda permittant.

Opportunum est hoc loco ad illud etiam mentem intendere, in non paucis nationibus disparia inter se admodum esse hinc agrorum exercendorum spatia, illinc incolarum numerum: cum aliae nationes inopia laborent civium, agris movendis abundent; aliae contra civibus affluant, egeant agris colendis.

Neque desunt rursus nationes, in quibus, licet solum uberrimas possit proferre opes, agricolae tamen sic rudibus atque obsoletis agrorum vertendorum rationibus utuntur, ut tantum fructuum percipere nequeant, quantum sit summis necessitatibus totius populi satis; ex contraria vero parte, in nonnullis civitatibus agricultura eatenus recentiori disciplinae obtemperavit, ut rusticorum fructuum copiam pepererit iusto maiorem, atque ideo universam rempublicam, quoad oeconomicas res, aliquo damno afficiat.

Res igitur in comperto est, tum mutuam omnium hominum coniunctionem, tum eorum fraternae sensum necessitudinis, Christi praeceptis conciliatae, hoc omnino desiderare, ut alii populi aliis adiutricem operam tribuant, actuosam scilicet et multiplicem, quam non modo bonorum, fortunarum, hominumque ipsorum facilius sequatur commercium, sed minores etiam inter varias nationes discrepantiae. Qua de re fusius infra dicturi sumus.

http://www.obrascatolicas.com

Hic tamen facere non possumus, quin profiteamur valde probari Nobis Instituti incepta, compendiariis litteris F. A. O. appellati, quod pertinet ad alendos populos et ad agriculturam provehendam. Huic enim Instituto id singulariter propositum est, ut mutuis populorum consensionibus obsecundet; ut rura ex nostrorum temporum normis in iis nationibus colantur, quae sint rebus oeconomicis minus auctae; ut denique populis subveniatur, cibariorum
440 penuria laborantibus /.

Verum nostris hisce diebus quaestio una fortasse omnium maxima haec affertur, quae nimirum necessitudines civitatibus in re oeconomica progressis cum civitatibus, quarum oeconomicae progressiones sint in cursu, intercedere debeant; quarum alterae vitae commodis fruantur, alterae vero praedura egestate laborent. Siquidem, cum mutua necessitudine homines, qui ubique sunt, ita hodie consocientur, ut in quandam et quasi unam domum insitos sese sentiant, idcirco quibus nationibus saturitas copiaque sit omnium bonorum, ab iis status non est neglegendus aliarum, quarum cives in tantis versentur domesticis difficultatibus, ut egestate fameque paene conficiantur, neve iuribus praecipuis hominum propriis, ut oportet, frui possint; eo vel magis quod, cum civitates videantur cotidie magis aliae ex aliis quodammodo pendere, fieri non potest ut diu utilem pacem eaedem servent, si earum oeconomicae et sociales condiciones nimiopere ab aliarum discrepent.

Nos igitur, qui homines universos diligimus tamquam filios, Nostrarum esse partium arbitramur, hoc loco illud apertissime in medio ponere, quod alias monuimus: *In nos unum omnes cadere, quod populi tenuitate victus omnino vexentur* [40]. *[Quapropter] opus esse, ut in singulis, ut generatim in omnibus, praesertim autem in opulentioribus huius conscientia officii inciteturi* [41].

Ut facili coniectura prospicitur, utque Ecclesia semper graviterque monuit, officium egenis et miseris opitulandi catholicos homines cum maxime commovere iustum est, utpote qui membra sint mystici corporis Christi. *In hoc cognovimus caritatem Dei* —inquit Ioannes Apostolus— *quoniam ille animam suam pro nobis posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?* [42].

Quocirca libenti animo videmus civitates rationibus in-
structiores, ad res gignendas idoneis, suppetias civitatibus
a bonis imparatis ferre, ut ipsis minus arduum sit in melius
441 suas mutare fortunas. /

Cum pateat profecto omnibus, alias nationes edulibus bonis ac maxime frugibus redundare, in aliis vero populares multitudines inopia et fame laborare, iustitia et humanitas postulant, ut opulentiores illae civitates subsidio egentibus civitatibus adsint. Quare bona ad hominum vitam necessaria vel omnino atterere vel profundere, tam adversus iustitiae quam adversus humanitatis officia facit.

Non sumus plane nescii, sicubi bona abundantiora quam pro civitatis necessitatibus praesertim ex agris gignantur, inibi posse quibusdam civium ordinibus enasci detrimenta. Attamen ex hoc nequaquam sequitur, ut quae nationes bonis affluant, eae ad ferendam egenis ieiunisque opem, ubi peculiaris quaedam emergat necessitas, non astringantur; quin etiam illud est diligentissime curandum, ut ortae ex bonorum ubertate incommoditates, eaedem et immi-
nuantur et aequa ratione a singulis civibus tolerentur vi-
ritim.

Attamen his effectis non continuo e pluribus civitatibus tollentur stabiles egestatis famisque causae, quae in rudi quadam rerum oeconomicarum ratione plerumque ponendae sunt. Quibus ut remedium afferatur, omnes, qui dentur, aditus explorandi sunt, ut partim cives in artibus exercendis, in suisque obeundis muneribus egregie eruditi, ut partim in possessionem eant pecuniarum, quibus iidem res oeconomicas provehant, viis et rationibus nostrae huic aetati accommodatis.

Nos nulla ex parte praeterit, quam penitus multorum in animis insederit, novissimis hisce annis, ea conscientia officii, suppetias esse ferendas civitatibus inopibus et haud satis idonea etiamnum rei oeconomicae supellectile instructis, ut apud eas res oeconomica itemque socialis expeditius progrediatur.

Ad quos optatos exitus ut pervehatur, videmus Consilia vel plurium nationum vel singulae cuiusque civitatis, videmus privatorum incepta et societates civitatibus eiusmodi operam praebere cotidie liberalius, artibus traditis ad res gignendas magis idoneis. Quare auxilia quam plurimis adulescentibus feruntur, ut in maximis Athenaeis civitatum magis progressarum studiis operam dantes, ad artes et ad disciplinas instituantur, cum nostrae huius aetatis rationibus congruentes. Addendum eodem illud est, quod sive argentariae ad omnes spectantes nationes, sive singulae nationes, sive privati cives iisdem civitatibus pecunias saepe credunt mutuas, quibus, / apud civitates opibus in- 442
feriores, plurium institutorum initium fiat, ad bona parienda aptorum: quod munificum consilium, hac oblata opportunitate, merita laude libentissimi ornamus. Optandum vero est, ut in posterum civitates opulentiores magis magisque connitantur, ut civitatibus sui profectus viam ingredientibus adiutricem operam navent, ad doctrinas, ad artes, ad res oeconomicas promovendas.

Qua de re Nostri officii munus esse ducimus aliquid hoc loco admonere.

Primum omnium prudenter esse factum videtur, si nationes, quae aut nihil aut paulum in rebus oeconomicis adhuc profecerunt, itineris summam perpenderint a nationibus initi, quae copia affluant bonorum.

Providum quidem consilium multaque necessitas flagitant, simul copiosiora efficere bona, simul aptiore via efficere. Pariter tamen et necessitas et iustitia requirunt, ut progenitae opes inter cives eiusdem reipublicae aeque dispertiantur. Quapropter enitendum est, ut res oeconomicae haud secus progrediantur atque rerum socialium rationes. Qui rursus processus aeque simul in agrorum, in machinalium industriarum, in cuiusvis generis ministeriorum provinciis efficiantur oportet.

Est hoc etiam omnium ante oculos positum, civitates, quarum oeconomicae progressiones sunt in cursu, certas quasdam easque manifestas saepe prae se ferre notas, quae aut ex propria loci natura, aut ex traditis a maioribus institutis humanitate plenis, aut ex peculiari quadam civium indole nascuntur.

Iamvero cum respublicae florentiores praesto adsunt rebuspublicis a fortunis inopibus, tum non modo vestigia eadem opus est habeant perspecta vereanturque, verum etiam provideant diligentissime ne, dum his nationibus operam ferant, eas velint ad imitandam suae vitae disciplinam adigere.

Praeterea civitates in re oeconomica progressae illud nominatim caveant necesse est, ne civitatibus egentioribus praestantes operam, eo spectent, ut publicarum rerum statum in suam ibi vertant utilitatem, in exsequendumque dominandi consilium.

Ad quod si quando contendatur, in medio est apertissime ponendum, ad illud re vera tum contendi, ut genus quoddam colonicae dicionis instauretur, quae, licet honesto tecta nomine, superiorem illam exoletamque dicionem ex- 443
primat, quam civitates multae recens exuerunt; quod quidem, cum necessitudinibus officiat, quibus aliae nationes attingunt alias, in discrimen omnium gentium tranquillitatem vocet.

Magna igitur necessitas itemque iustitia postulant, ut quae civitates cum ad artes tum ad negotia provehenda operam conferant, eaedem, quovis posthabito dominandi consilio, ita nationibus parum in re oeconomica progressis conferant, ut hae possint aliquando in rationibus qua oeconomicis qua socialibus per se ipsae proficere.

Quod si factum erit, non parum certe proderit ad omnium rerumpublicarum veluti communitatem iungendam, quarum singulae, sibi suorum iurium officiorumque consciae, pari ratione ad omnium populorum prosperitatem spectent.

Non est sane dubium quin, si in aliqua natione eodem tempore doctrinae, artes, res oeconomicae, et civium prosperitas processerint, tum ad humanum civilemque cultum eo loci multum utique collatum sit. Sed cuique persuasum esse debet, haec non summa esse bona, sed instrumenta tantummodo ad eadem bona adipiscenda opportuna.

Quam ob rem cum acerbo doloris sensu videmus, in quibus nationibus res oeconomicae profecerint, haud paucis inibi inveniri homines, quibus de iusto bonorum ordine nihil curae est; qui nimirum animi bona vel plane neglegunt, vel oblitterant penitus, vel ulla esse pernegant; interea dum disciplinarum, artium, rationum oeconomicarum progressiones acerrime expetunt, atque tanti externa commoda faciunt, ut ea plerumque pro summo suae vitae bono ducant. Ex quo consequitur ut, perniciosis insidiis opera ipsa non vacet, a florentioribus civitatibus ad inopum progressum collata; in harum enim nationum civibus, ex vetere tradito more, adhuc conscientia praecipuorum bo-

[40] *Allocutio* habita die 3 maii anno MDCCCCLX; cfr. *A. A. S.*, LII, 1960, p. 465. [41] Cfr. *Ibid.* [42] I. Ioann., III, 16-17.

norum, quibus disciplina morum nititur, plerumque viget, eosdemque ad agendum movet.

Itaque qui integros horum populorum sensus quodammodo labefactare conantur, inhonestum quiddam iidem profecto admittunt. Quin immo hos sensus, praeter quam quod in honore habere dignum est, tum vero perfici et expoliri oportet, quippe in quibus veri nominis nitatur
444 humanitas. /

Porro Ecclesia divino iure ad universas pertinet gentes; quod re ipsa confirmatur, cum et ubique terrarum iam adsit, et ad omnes complectendos populos contendat.

Nunc autem, quos populos Christo aggregavit Ecclesia, iis utilitatis exitus non afferre non potest, sive ad res oeconomicas, sive ad sociales rationes quod attinet; quemadmodum et praeteritis temporibus et nostra hac aetate res gestae testantur palam. Nemo enim eorum qui christianum nomen professi sunt, promissum et receptum non habet, se civilia instituta pro virili parte esse perfecturum, summoque opere nisurum, non solum ne humana dignitas ullo modo deformetur, sed etiam ut, repagulis omne genus perfractis, ea omnia promoveantur, quae ad honestatem virtutemque alliciant atque conducant.

Ad hoc Ecclesia, cum in populi alicuius quasi venas vim suam inseruerit, idcirco neque est, neque se existimat institutum quoddam eidem populo extrinsecus impositum. Id autem ex eo cadit quod, ubi Ecclesia adest praesens, ibi singuli homines in Christo vel renascuntur, vel resurgunt; qui vero vel renati sunt, vel resurrexerunt in Christo, iidem nulla umquam externa vi se sentiunt oppressos; immo potius, cum perfectam libertatem se esse adeptos sentiant, ad Deum libero impetu feruntur; atque ideo quidquid bonum honestumque sibi esse videtur, idem confirmant atque perficiunt.

Iesu Christi Ecclesia —quemadmodum Decessor Noster Pius XII dilucide monet— *utpote fidelissima almae divinaeque sapientiae custos, non ea certe nititur deprimere vel parvi facere, quae peculiares cuiusvis nationis notas proprietatesque constituant, quas quidem populi iure meritoque quasi sacram hereditatem religiose acerrimeque tueantur. Ea siquidem ad unitatem contendit, superno illo amore conformatam et altam, quo omnes actuose exerceantur; non vero ad unam assequendam rerum omnium aequabilitatem, externam tantummodo atque adeo insitas vires debilitantem. Et curas omnes ac normas, quae facultatibus viribusque sapienter explicandis temperateque augendis inserviunt —quae quidem ex occultis cuiusvis stirpis latebris oriuntur— Ecclesia approbat maternisque votis prosequitur, si modo officiis non adversentur, quae communis mortalium omnium origo communisque finis*
445 *exigant* [43]. /

Atque magno cum animi Nostri gaudio cernimus catholicos homines, nationum cives opibus inferiorum, maximam partem ceteris civibus haudquaquam in contentione cedere, quam suae cuiusque civitates adhibent, ut in rebus oeconomicis et socialibus pro sua facultate progrediantur.

Ex altera vero parte, catholicos conspicimus, nationum locupletiorum cives, multa suscipere et conari, ut quam suae civitates civitatibus inopia conflictatis operam praebeant, ea ad rationes oeconomicas ac sociales provehendas plus plusque prosit. Qua in re illud valde probandum videtur, varia, multa, et ea quidem maiora in annos auxilia adulescentibus Africanis et Asiaticis mitti, ut in magnis Athenaeis Europae et Americae iidem litteris artibusque operam dent; magnaque cura ad omne officii munus hominesinstrui, in regiones opibus inferiores contendere paratos, ut illuc in suis artibus in suisque versentur muneribus.

Omnibus igitur dilectis filiis Nostris, qui ubicumque terrarum tanta sollertia germanas populorum progressiones incitantes, et civili cultui salutarem vim quasi inspirantes, perennem Ecclesiae sanctae virtutem efficacitatemque manifesto demonstrant, iis nimirum plaudentis gratique animi Nostri sensus declarare placet.

Novissimis hisce temporibus, illud in quaestionem venit saepenumero, quo modo rerum oeconomicarum rationes vitaeque sustentandae commoda componi possint cum aucta cumulatius hominum multitudine; idque sive ad universum terrarum orbem, sive ad nationes egestate laborantes quod attinet.

Itaque, quoad universum terrarum orbem, animadverunt nonnulli inita subductaque ratione consequi, ut hominum genus post aliquot decem annos longe frequentissimum futurum sit; cum res oeconomicae multo tardius sint processurae. Ex quo sunt qui colligant, nisi hominum procreationi aliquis statuatur modus, haud multo post,

[43] Litt. Encycl. *Summi Pontificatus*; *A. A. S.*, XXXI, 1939, pp. 428-429.

maiorem factum iri discrepantiam inter incolarum numerum et res ad vivendum necessarias.

In comperto autem est, ex rationariis civitatum minus bonis oeconomicis instructarum cogi, quoniam illuc aeque valetudinis tuendae et salutis recuperandae recentiores artes latius invectae sunt, ob eam causam cives, mortis periculis ab infantibus com/modius depulsis, longiorem nunc 446
habere vitae cursum; natorum autem hominum numerum, ubi iam frequens esse soleat, eundem ibidem esse pergere; saltem ad non breve futuri temporis spatium. Dum autem hominum numerus qui nascuntur numerum excedit eorum qui eodem anno mortem obeunt, interea progignendarum rerum apparatus in huiusmodi civitatibus accessiones non accipiunt, incolarum multitudini congruentes. Ex quo patet quod in egentioribus hisce rebuspublicis consuetudo victus nullo pacto proficit, ut potius deterior usque fiat. Quocirca, ne res ad extremum deveniat discrimen, sunt qui hominum conceptum ortumque vel subterfugiendum vel quoquo modo refrenandum esse putent.

Nunc si verum fateri volumus, quae in universo terrarum orbe inter natorum hominum numerum et rerum copiam intercedunt rationes, ex iis neque in praesentia parari neque propediem paratum iri graves hac de re difficultates intellegitur. Quae enim de eiusmodi causa componuntur argumenta, tam dubia ea sunt tamque controversa, ut nihil certi ex iis confici liceat.

Accedit, quod Deus, qua bonitate est et sapientia, pariter rerum naturae inexhaustam fere insevit gignendi facultatem, pariter hominem tanta ingenii ditavit acie, ut aptis instrumentis adhibitis is genitas res ad suae vitae usus necessitatesque vertere possit. Nimirum igitur ut quaestio, quae affertur, enodate dissolvatur, non ea profecto via consilii est invenienda, qua, praeter morum disciplinam a Deo statutam, item humanae ipsius vitae procreatio violetur; immo vero est elaborandum homini ut, usus artibus et doctrinis omne genus, naturae vires cognitas penitus habeat, iisque dominetur in dies latius. Ceterum ad hunc diem habiti in provinciis scientiarum artiumque processus, propemodum infinitam hac de re spem de postero tempore iniciunt.

Non latet profecto Nos, in certas oras atque etiam in civitates opibus inferiores, cum huius generis quaestionibus, incommoda etiam ex eo invehi saepius, quod res oeconomicae et sociales ita ordinatae sint, ut cives, in annos singulos frequentiores, domi habere nequeant unde alantur et sustententur; quodque populi non ita concorditer inter se coniuncti ostendant, ut oportet. / 447

Sed ita sint sane res, profitemur tamen apertissime eas quaestiones sic poni atque dissolvi oportere, ut neque vias homo neque rationes sequatur, a sua dignitate aversas; quales ii tradere non verentur, qui hominem ipsum eiusque vitam ad materiam omni ex parte referendos esse opinantur.

Hanc quaestionem sic tantummodo dissolvi posse censemus, si rerum oeconomicarum et socialium progressiones cum singulorum civium tum universae humanae societatis servent et augeant veri nominis bona. Sunt nimirum, cum de huiusmodi agitur causa, in prima commendatione ea omnia ponenda, quae sive ad hominis generatim dignitatem sive ad cuiusvis hominis vitam pertineant, qua nihil sane potest esse praestantius. Est praeterea, in eadem causa, quaerenda mutua universarum gentium opera, eo spectans, ut, praeclara cum omnium utilitate, et rerum notitiae, et pecuniarum capita, et homines ipsi ordinatim possint ab aliis populis ad alios commeare.

Hac de re graviter pronuntiamus, hominis vitam tradi atque propagari operâ familiae, in uno eodemque indissolubili nixae matrimonio, quod Sacramenti dignitate, ad christianos quod attinet, auctum est. Quoniamque hominis vita aliis hominibus consulto et cogitate traditur, sequitur idcirco, ut hoc agatur ad Dei praescriptiones, sanctissimas, firmissimas, inviolatas; quas scilicet nemo non agnoscere, non servare debet. Quocirca hac in re nemini omnium licet iis uti viis rationibusque, quibus vel arborum vel animantium vitam prorogare licet.

Etenim hominum vita pro sacra re est omnibus ducenda: quippe quae inde a suo exordio, Creatoris actionem Dei postulet. Itaque qui ab his Dei constitutis discedit, non solum Dei ipsius laedit maiestatem, et sibi humanoque generi imprimit dedecus, sed etiam civitatis suae vires intimas debilitat.

His de causis permagni interest, ut nova suboles, praeter quam quod disciplina humanitatis religionisque diligentius erudiatur —quod quidem ius officiumque est parentum— tum etiam in quibuslibet suae vitae factis se officio-

http://www.obrascatolicas.com

rum suorum maxime consciam praestet; atque propterea in familia quoque sibi condenda, et in liberis procreandis educandisque. Quibus liberis non solum stabilis fiducia inicienda est in Dei Providentia, verum etiam animus fir-
448 missimus paratissimusque ad labores et incommoda perferenda, quae nemini devitare licet, qui dignum et grave illud susceperit munus, suam nempe sociandi cum Deo operam, cum in vita tradenda tum in prole educanda: qua in extrema re nihil certe valet magis quam data ab Ecclesia praecepta supernaque auxilia; Ecclesiam dicimus, cuius, hanc etiam ob causam, ius est agnoscendum, suum libere exercendi munus.

Iamvero, ut in libro Genesis scriptum legimus, Deus, quibus ipse primum naturam tradidit humanam, iis duo dedit mandata, quorum alterum complet alterum: iussit videlicet initio: *Crescite et multiplicamini* [44]; iussit subinde: *Replete terram, et subicite eam* [45].

Quorum mandatorum alterum tantum abest ut ad rerum consumptionem spectet, ut eas potius assignet humanae vitae commodis.

Magna propterea cum animi Nostri maestitia in praesenti animadvertimus duo haec inter se concurrere contraria: ut nempe ex hac parte, rerum angustia tam obscure ante oculos exponatur, ut hominum vita miseria inediaque pene esse peritura dicatur; ut ex altera, sive recens invectae doctrinae, sive artium progressiones, sive rerum oeconomicarum ubertates in instrumenta vertantur, quibus ad extremam ruinam ad horribilemque necem adducatur hominum genus.

Providens Deus satis quidem bonorum hominum generi largitus est, quibus adiuti onera cum dignitate subeant, liberorum procreationi coniuncta: sed hoc vel non sine difficultate vel nullo pacto fieri potest, si homines, recto itinere lapsi pravaque affecti mente, instrumenta, de quibus diximus, contra humanam rationem, vel contra sociale eorum naturam, adeoque contra ipsius Dei consilia traducant.

Cum autem quae inter civitates convenerunt rationes, scientiarum et artium causa, in omni humanae communitatis regione artiores novissimo hoc tempore factae sint, ob eam rem oportet populi alii ex aliis magis magisque pendeant.

Quocirca alicuius ponderis quaestiones, quae hodie affe-
449 run/tur, in provinciis sive doctrinarum et artium, sive rerum oeconomicarum et socialium, sive civitatis administrandae et cultus provehendi humanitatis, eae saepenumero, cum singulae unius reipublicae facultates excedant, plures atque aliquando omnes terrarum nationes ex necessitate quadam contingunt.

Ita fit, ut singulae civitates, etiamsi praestent cultu et humanitate, numero et sollertia civium, rationum oeconomicarum processu, copia bonorum, finiumque amplitudine, nequeant tamen, separatim a reliquis, praecipuas suas quaestiones per se ipsae congruenter dissolvere. Respublicae igitur, cum opus sit alias complere ac perficere alias, suis utilitatibus ea tantum condicione prospicient, si ceterarum utilitatibus simul prospexerint. Quapropter civitates summa admonet necessitas, ut et bene conveniant inter se, et mutuam sibi operam navent.

Quod quamvis singulis hominibus, atque etiam omnibus populis, sit magis magisque in dies persuasum, homines tamen, atque in primis qui in publica re graviore pollent auctoritate, impares plerumque videntur ad binas eas res efficiendas, ad quas spectant populorum animi; idque non ex eo nascitur, quod populi idonea careant vel doctrinarum, vel artium, vel rerum oeconomicarum suppellectile; sed quod verius alii aliis diffidunt. Re enim vera homines, atque continuo respublicae, se mutuo timent; nam altera civitas in timore est ne altera consilia ceperit opprimendi, neve eadem, temporis opportunitate oblata, callida huiusmodi exsequatur consilia. Quapropter civitates omnia quae usui sunt ad urbes sedesque suas defendendas parant, hoc est arma, quibus se velle uti confirmant, ut alias civitates ab impetu faciendo deterreant.

Ex quo plane conficitur, ut et hominum vires et naturae opes ad detrimenta potius quam ad utilitates humanae congregationis latissime a gentibus referantur; atque etiam cum singuli homines tum populi tam gravi afficiantur solicitudine, ut a maiorum laborum susceptione retardentur.

Cuius causa rei ex eo proficisci videtur, quod homines, sed praesertim rerumpublicarum primores, in agendo alii aliter de vita sentiunt. Sunt enim, qui statuere audeant nullam esse veri rectique legem; quae externas res hominemque ipsum transcendat; quae sit prorsus necessaria, et ad universos pertineat homines; quae postremo sit aequabilis in omnes. Ita fit / ut homines, utpote quibus una eademque iustitiae lex omnibus nequaquam probetur, in nulla 450
re possint plene ac tuto consentire.

Quamvis enim vocabulum *iustitia* et coniuncta verba *iustitiae iussa* per omnium ora ferantur, tamen voces huiusmodi non eandem apud omnes significationem capiunt; immo etiam saepissime contrariam. Quocirca cum sive *iustitiam*, sive *iustitiae iussa* illi primores appellant, non tantum sibi sint conscii cotidie magis se humanae personae iuribus integerrimis et universis frui, verum etiam omni opera et ope enitantur ad rationes mutuo inter se contrahendas, certe aequabiliores, suaeque accommodatiores dignitati. E quibus rebus sequitur, ut in praesens homines suas facultates esse finitas incipiant agnoscere, atque, quae sint animi studiosius quam antea expetere. Quae profecto omnia aliquam inicere spem videntur, fore ut non modo singuli homines, sed etiam populi ad multam eandemque perutilem sibi mutuo praebendam operam aliquando consentiant.

Interea autem evenit, ut in civitatibus opulentioribus homines, bonorum externorum magis magisque inexplebiles, iam fictam imaginem e mente deponant vitae felicissimae hic in aevum degendae; evenit pariter ut homines, non iuribus integerrimis et universis frui, verum etiam omni

IV

Quoniam doctrinarum et artium progressiones, uti praeterito tempore ita hoc nostro, plurimum ad mutuas civium redundant necessitudines, opus esse idcirco videtur, necessitudines easdem, sive de singulis sive de universis civitatibus agatur, ad humaniorem conformari aequilibritatem.

Quam in rem multa cogitando inventa sunt et scriptis in medium prolata: quorum alia iam depulsa perinde ac sole nebula sunt; alia sunt hodie penitus iam immutata; alia minus atque minus hominum in praesentia illiciunt animos. Quod ex eo sane manat, quod vulgata haec opinionum commenta neque totum integrumque hominem contingunt, neque eius contingunt potiorem partem. Ea insuper missas faciunt haud dubias humanae naturae debilitates: ut morbos et dolores; quibus videlicet debilitatibus nulla rerum oeconomicarum et socia / lium ratione, etsi 452
ficta exquisitissime, omni ex parte remedium afferri posse manifestum est. Ad hoc, homines qui ubicumque sunt

[44] *Gen.*, I, 28. [45] *Ibid.*

intimo quodam invictoque religionis sensu moventur, quam nulla umquam vel vis proteret, vel opprimet calliditas.

Falsissima enim quaedam nostris hisce diebus vulgata opinio illud fert ut, quem hominibus natura inseverit religionis sensum, is veluti commenticium quiddam aut imaginarium sit putandum; atque adeo ex animis evellendum penitus, utpote cum a nostrorum indole dierum et a procedente hominum civili cultu omnino discrepet. Immo vero, illa hominis ad religionem intima proclivitas convincit, hominem ipsum a Deo re vera esse creatum, ad eundemque tendere irrevocabiliter; ut apud Augustinum scriptum legimus: *Fecisti nos ad te, Domine; et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te* [46].

Quapropter, quantumvis artes et res oeconomicae processerint, in terrarum orbe neque iustitia neque pax esse poterunt, quoad homines non sentient quantum in se dignitatis insit, quod a Deo creati sint et eiusdem sint filii; Deum dicimus, qui prima et extrema causa utique est habendus rerum omnium, quas creavit. A Deo discretus homo cum sibi tum aliis fit immanis: siquidem mutuae hominum necessitudines omnino requirunt rectam humanae conscientiae rationem cum Deo, cuiuslibet veritatis, iustitiae et amoris fonte.

Est sane cognitum perspectumque omnibus, in multis civitatibus, quarum nonnullae antiquitus christianorum doctrina excultae sunt, tot Fratres filiosque Nostros, Nobis quidem carissimos, vexari saevissime, plures iam annos. Quod, cum prope ante omnium oculos ponat hinc vexatorum hominum excellentem dignitatem, illinc insectatorum diritatem exquisitam, id, quamvis hos nondum ad sanitatem reduxerit, multos tamen ad recogitandum de hac re movet.

Verumtamen nulla stultitia magis esse nostrae huius aetatis propria videtur, quam velle rerum terrestris huius vitae firmum utilemque ordinem statuere, necessario non subdito fundamento, hoc est, summo Deo posthabito; item-
453 que hominis velle magnitudinem efferre, exsiccato fonte, unde illa emanat / aliturque magnitudo, hoc est, retardato atque, si fieri posset, fracto animorum ad Deum impetu. At vero rerum eventus, qui nostro hoc tempore acciderunt, quibus quidem spes multorum sunt praecisae et non pauci sunt in luctum vocati, ii profecto confirmant quam vere scriptum sit: *Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laborant, qui aedificant eam* [47].

Quam catholica Ecclesia doctrinam tradit et pronuntiat de hominum convictu ac societate, ea sine ulla dubitatione perpetua vi pollet.

Cuius doctrinae illud est omnino caput, singulos homines necessarie fundamentum, causam et finem esse omnium socialium institutorum; homines dicimus, quatenus sunt natura congregabiles, et ad ordinem rerum evecti, quae naturam exsuperant et vincunt.

E gravissimo huiusmodi principio, quo sacra humanae personae dignitas affirmatur et defenditur, praesertim superioribus hisce centum annis, Ecclesia sancta, sacerdotibus et laicis hominibus doctissimis operam ferentibus, luculente conclusit de re sociali praecepta, ad quae mutuae hominum necessitudines componantur: spectatis nimirum generalibus normis, congruentibus sive cum natura rerum et variis humani convictus condicionibus, sive cum praecipua huius temporis indole; quae propterea normae omnibus probari possunt.

Attamen hodie, si umquam alias, necesse est, eiusmodi praecepta, non solum cognita perspectaque habeantur, sed etiam ad effectum adducantur iis rationibus et modis, quae varius temporum locorumque status aut ferat, aut exigat. Quod arduum quidem, sed excelsum est munus; ad quod obeundum non solum Fratres filiosque Nostros, qui ubique sunt, hortamur, sed etiam egregie cordatos homines universos.

Primum omnium illud confirmamus doctrinam socialem, quam catholica Ecclesia profitetur, ab ipsa non posse disiungi doctrina, quam de hominum vita tradit.

Hac de causa, ut disciplinae eidem magis ac magis studeatur magnopere cupimus. In primis autem hortamur, ut
454 ea, tamquam exigendum pensum, cum in catholicis scholis cuius / vis ordinis tradatur, tum vero maxime in sacris Seminariis, quamvis Nobis notum sit, in nonnullis huiusce generis ephebeis id iamdiu egregie fieri. Optamus praeterea, ut haec de re sociali disciplina in indicem addatur religiosarum materiarum, quibus vel paroeciae vel consociationes laicorum apostolatui incitando suos erudiunt; modis omnibus in vulgus emanet, quos recentior induxerit aetas: hoc est, tum scriptis, quae vel cotidie vel in certos dies in lucem edantur; deinde libris de studiis doctrinae emissis, aut eruditorum aut vulgi captui aptis; denique radiophonicis et televisificis transmissionibus adhibitis.

Ut autem haec catholicae Ecclesiae doctrina de re sociali latius latiusque exeat in vulgus, multum operae curaeque filios Nostros e laicorum ordine conferre posse opinamur, si non modo eam addiscant ipsi ad eamque exaequent actionem suam, verum etiam studiose curent, ut eius vim alii quoque habeant perspectam.

Quibus plane persuasum illud sit, se numquam posse commodius ostendere hanc doctrinam et rectam et efficientem esse, quam si ostenderint eâdem posse praesentes hac de re difficultates expediri. Hac enim via ad huiusmodi doctrinam eorum convertent animos, qui ei propterea hodie repugnant, quod illam ignorant; quin hoc etiam forsitan consequentur, ut istiusmodi homines aliquid ex eius luce aliquando hauriant.

Ast praecepta quaevis de re sociali, non tantum sunt in medio ponenda, sed etiam re ipsa usurpanda: quod potissimum valet de Ecclesiae doctrina, quae ad res sociales attineat; quippe cuius lux sit veritas, finis sit iustitia, vis princeps sit amor.

Vehementer igitur interest, ut filii Nostri, praeterquam quod praecepta de re sociali cognitione comprehendant, ad ea insuper educentur.

Cum enim christianorum institutio, ut expleta dici possit, ad cuiusvis ordinis officia pertinere debeat, idcirco necesse est, ut, eâdem christifideles incitati, Ecclesiae praeceptis etiam actionem suam conforment, quae res oeconomicas et sociales contingat.

Nam si difficile per se ipsum est quidvis a ratione ad usum revocare, eo magis arduum est putandum in opere tentare ca/tholicae Ecclesiae doctrinam de re sociali; idque 455
has praesertim ob causas: quod videlicet in homine est insitus penitus amor suarum rerum incontinens; quod nostris diebus in hominum communitatem late eorum serpit doctrina, qui omnia attribuunt materiae; quod in difficili est interdum perspicere quid in re praesenti iustitia iubeat.

Quae cum ita sint, non satis est, si huiusmodi institutione homines doceantur, iuxta Ecclesiae praecepta, sibi esse christiano more agendum in regione rerum oeconomicarum et socialium, nisi pariter viae ipsis tradantur, quibus officium hoc suum congruenter exsequantur.

Huius vero generis institutionem non sufficere existimamus, nisi ad praeceptoris operam opera ipsius accedat erudiendi hominis, nisique ad traditam doctrinam addatur actio, experimenti causa suscepta.

Quemadmodum, ut proverbio fere increbruit, nemo condiscit libertate recte frui, nisi libertate recte usurpata, haud secus nemo novit iuxta catholicam doctrinam in re oeconomica et sociali agere, nisi reapse in eadem provincia et iuxta eandem doctrinam agendo.

Hanc ob causam in eiusmodi vulganda institutione magnae partes esse dandae videntur consociationibus apostolatui laicorum promovendo, iis praesertim quibus sit propositum, ut quod in re praesenti sit suscipiendum, id vim suam ex lege christiana omnino capiat; utpote quarum sodales e cotidiano harum rerum usu possint prius seipsos, postea iuvenes ad huiusmodi officia exsequenda melius informare.

A qua re non est alienum hoc loco in memoriam omnium, non minus potentiorum quam tenuiorum hominum, redigere, a vitae significatione, quam christiana sapientia tradit, voluntatem non posse ullo modo disiungi et sobrietatem servandi, et dura tolerandi, Dei gratia.

Sed hodie, pro, non paucorum occupavit animos immodicum voluptatum studium; quibus in omni vita nihil videtur esse magis quaerendum, quam inhiare voluptatibus, quam voluptatum expiere sitim; ex quo gravia detrimenta, non solum in animos, sed etiam in corpora sine ulla controversia manant. Quam rem qui vel pro solius humanae naturae viribus iudicat, is fateatur oportet, sapientis prudentisque esse, cum in rebus / omnibus consilium modum- 456
que adhibere, tum libidines refrenare. Qui vero rem ex divina lege existimat, is profecto non ignorat et Christi Evangelium, et catholicam Ecclesiam, et nobis traditam asceseos disciplinam postulare, ut christifideles acriter cupiditates compescant, vitaeque incommoda singulari patientia tolerent. Quae virtutes, praeterquam quod firmam et moderatam comparant animi in corpus dominationem, subsidium etiam valens praebent, quo poenam luamus peccati, a quo, praeter Christum Iesum eiusque Matrem Immaculatam, nemo est vacuus.

[46] *Conf.* I, 1. [47] *Ps. CXXVI*, 1.

http://www.obrascatolicas.com

Iamvero doctrinae praecepta, quae sunt de rebus socialibus, plerumque per tres hos gradus ad effectum adducuntur: primum quae sit vera rerum condicio circumspicitur; deinde hic rerum status diligenti aestimatione cum praeceptis iisdem confertur; tum demum quid suscipi possit quidve suscipi debeat statuitur, ut normae, quae traditae sunt, pro temporum locorumque habitu, usurpentur. Qui tres procedendi gradus tribus hisce verbis: *aspicere, iudicare, agere*, passim significantur.

Ex quo valde oportere videtur, hunc gerendarum rerum ordinem iuvenes, non tantum cum animo reputent, sed etiam, quoad fieri possit, in re praesenti servent; ne, quae didicerint praecepta, ea opinentur esse dumtaxat mente volvenda, et non opere pariter explicanda.

At vero, cum ad effectum haec praecepta sunt adducenda, fieri nonnumquam potest, ut vel ipsi catholici homines, et ii quidem mente sincera, in varias discedant sententias. Quod ubi contingat, sit nihilominus iisdem curae, ut simul mutuam inter se existimationem et observantiam servent atque testentur, simul rimentur ad quod collatis consiliis conspirare possint; ut quod necessitas flagitet, tempestive praestent. Caveant praeterea studiosissime, ne vires suas crebris extenuent contentionibus, neve per speciem quaerendi id quod sibi videatur optimum, illud interea praetermittant quod re vera efficere possint, atque ideo efficere debeant.

Sed catholici in muneribus exsequendis, ad res oeconomicas socialesve pertinentibus, homines non semel attingunt, qui secus atque ipsi de vita sentiunt. Quod cum evenit, ii qui catholicum profitentur nomen, maximopere pro-
457 spiciant, ut / sibimetipsis semper constent, neve ad ea media consilia descendant, e quibus aut religionis aut morum integritas aliquid detrimenti capiat. Pariter tamen se tales praebeant, qui et aliorum sententiam aequa perpendant benignitate, et omnia ad utilitates suas non referant, et parati sint ad ea cum fide coniunctisque viribus efficienda, quae vel suapte natura sint bona, vel ad bonum conducibilia. At si forte contingat, ut de hac causa sacrae Auctoritatis ordines aliquid praeceperint vel decreverint, palam est huic sententiae esse ab hominibus catholicis proxime parendum. Ecclesiae enim non tantum ius et officium est, tueri principia ad religionem et ad morum integritatem spectantia, sed etiam pro sua auctoritate sententiam suam pronuntiare, cum de principiis iisdem agitur ad effectum adducendis.

Sed quae de institutione tradidimus praecepta, ea profecto in usu haberi necesse est. Quod ad eos filios Nostros potissimum pertinet, qui e laicorum ordine sunt; utpote quorum opera communiter versetur vel in terrestris huius vitae rebus efficiendis, vel in institutis, quae eodem spectent, condendis.

In quo honesto munere sustinendo opus est, ut laici homines, non modo suae cuiusque artis sint periti, suamque industriam ponant ex legibus ad propositum assequendum aptis, verum etiam agitationem suam conforment ad praecepta normasque Ecclesiae de re sociali; cuius sapientiae sincere fidant, cuius monitis more filiorum obtemperent. Cum animis iidem considerent, nisi in vitae actione principia illa ac normae de re sociali diligenter ab ipsis serventur, quae Ecclesia dedit, quaeque Nosmetipsi confirmamus, tum et officia debita praetermitti, et saepe aliorum labefactari iura, et eatenus procedi nonnumquam posse, ut huiusmodi doctrinae imminuatur fides, quasi ipsa quidem sit optima, sed vi reapse careat ad dirigendam vitae actionem idonea.

Quemadmodum iam commemoravimus, nostrae huius aetatis homines tum naturae leges altius latiusque perscrutati sunt; tum instrumenta invenerunt, quibus naturae ipsius vires in suam redigant potestatem; tum opera perfecerunt neque perficere intermittunt, ingentia prorsus ad-
458 miratione digna. Verumtamen, dum conantur rerum externarum potiri easque in aliam mutare formam, in periculo iidem versantur, ne seipsos / neglegentia praetereant, neve animi sui corporisque vires extenuent. Quod cum iam Decessor Noster f. r. Pius XI acerba cum animi sui maestitia animadvertisset, de eadem re ita in Encyclicis Litteris *Quadragesimo Anno* querebatur: *Atque ita labor corporalis, quem divina Providentia etiam post originale peccatum in humani corporis simul et animi bonum statuerat exercendum, in perversionis instrumentum passim convertitur: iners scilicet materia ex officina nobilitata egreditur, homines vero ibidem corrumpuntur et viliores fiunt* [48].

Atque etiam Decessor Noster f. r. Pius XII iure profitetur, aetatem hanc nostram propterea ab aliis internosci,

[48] *A. A. S.*, XXIII, 1931, p. 221 s. [LE 1027]

quod hinc doctrinae artesque ad immensum processerint, illinc homines a suae sensu dignitatis tantopere recesserint. Huius enim aetatis *illud esse absolutissimum, sed taeterrimum opus, hominem scilicet in ordine rerum naturalium in quendam gigantа vertisse, in ordine vero rerum, quae supra natura sunt atque aeternae, tamquam in pomilionem mutavisse* [49].

Contingit igitur nostris diebus latissime, quod Psaltes ille de falsorum numinum cultoribus testabatur: hoc est, homines in agendo seipsos saepenumero neglegere, sua autem opera ita admirari, ut ea quasi numina colant: *Idola eorum sunt argentum et aurum, opera manuum hominum* [50].

Quam ob causam, Pastoris studio incitati, quo universos prosequimur homines, filios Nostros vehementer hortamur, ut, dum sua munera traducunt, et ad propositum sibi finem tem opera ita admirari, ut ea quasi numina colant; *Idola* contendunt, interea officiorum conscientiam in semetipsis torpere ne sinant, neve bonorum ordinem praecipuorum oblitterent.

Est sane in clara luce, Ecclesiam docuisse semper et docere, scientiarum artiumque processus atque ex his ortam prosperitatem reipsa esse ducenda in numero bonorum, eademque tamquam indicia existimanda esse humani cultus progredientis. At pariter edocet Ecclesia, de huius generis bonis ex vera ipsorum natura esse iudicandum: ut nimirum illa in instrumentorum loco habenda, quibus utatur homo, ut commodius finem optimum assequatur: ut nempe facilius seipsum possit / meliorem facere, in ordine 459
sive rerum naturalium sive rerum, quae supra naturam sunt.

Qua de causa magnopere velimus aures filiorum Nostrorum nullo non tempore vocibus personare Divini Magistri haec admonentis: *Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* [51].

Quibus admonitionibus ea esse affinis videtur, quae ad requietem attinet, per dies festos capiendam.

Ut catholica Ecclesia dignitatem defenderet, qua homo est praeditus, quod a Deo creatus est, quodque ipsi animum Deus, imaginem sui, ingenuit, nullo non tempore praecepit, ut tertio Decalogi mandato: *Memento ut diem sabbati sanctifices* [52] diligenter ab omnibus satisfieret. Ius enim et potestas Dei est homini imperare, ut, septimo quoque die, diem insumat in numini aeterno iustum debitumque cultum tribuendum; insumat in mentem suam, negotiis vitae cotidianae omissis, ad bona caelestia erigendam; insumat in conscientiae suae rimanda secreta, ut cognoscat quo loco sint necessariae inviolabilesque suae cum Deo rationes.

Attamen homini quoque ius est et necessitas ab opere per intervalla cessare, non modo ut corporis sui vires a dura omnium dierum relaxet exercitatione, pariterque sensus honesto levamento avocet, sed etiam ut suae prospiciat unitati familiae; quae quidem ab omnibus membris suis requirit, ut magnam retineant vitae consuetudinem sereque convictum.

Coniuncte igitur religio, praecepta moralia, valetudinisque curatio flagitant, ut requies certo tempore habeatur. Catholica vero Ecclesia plura iam saecula decernit, ut hanc requietem christifideles die dominico servent, eodemque die Sacrificio Eucharistico intersint, quod divinae Redemptionis simul memoriam renovat, simul fructus hominum animis impertit.

Ast gravi cum animi Nostri dolore conspicamur, neque id improbare non possumus, multos, licet forsitan nolint plerumque sanctam hanc legem consulto conculcare, ab ea tamen discedere saepe saepius. Ex quo tamquam ex necessitate fit, / ut carissimi Nobis operarii detrimenta ca- 460
piant, cum ad animi salutem, tum ad corporis valetudinem quod attinet.

Itaque animorum corporumque utilitates spectantes, omnes homines, sive reipublicae praesunt, sive partes operum conductorum vel opificum agunt, quasi Dei ipsius verbis commonefacimus, ut hoc aeterni numinis et catholicae Ecclesiae praeceptum teneant, animoque reputent, se de hac re Deo hominumque societati rationem debere.

Sed ex his quae modo breviter tetigimus, ne quis colligat, filios Nostros, e laicorum ordine potissimum, se prudenter agere, si ad res, quae ad fluxam hanc vitam spectent, operam christianorum propriam remissius conferant; quin immo confirmamus huiusmodi operam impensiore in dies studio ponendam atque praestandam esse.

Re quidem vera Christus Dominus, cum sollemnem illam

[49] *Nuntius radiophonicus* datus in pervilio Nativitatis D. N. I. C., anno MCMLIII; cfr. *A. A. S.*, XXXXVI, p. 10. [50] *Ps. CXIII*, 4.
[51] MATTH. XVI, 26. [52] *Exod.* XX, 8.

precationem pro Ecclesiae suae unitate peregit, haec a Patre, discipulorum suorum gratia, expoposcit: *Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo* [53]. Nemo igitur perperam sibi cogitatione fingat haec duo inter se pugnare, quae contra componi apte possunt: scilicet sui cuiusque animi perfectionem et praesentis huius vitae negotia, quasi quis a mortalis vitae operibus se removere necessario debeat, ut ad christianam suam perfectionem contendat, aut hisce negotiis vacare nullo modo possit, quin et hominis et christiani dignitatem propriam in discrimen adducat.

Verumtamen hoc plane congruit cum Providentis Dei consilio, ut homines sese excolant atque perficiant cotidiani eius exercitatione laboris, qui in rebus ad mortalem hanc vitam pertinentibus fere ab omnibus ponitur. Cuius rei causa, nostris diebus arduae hae sunt Ecclesiae partes: ad humanitatis nempe et evangelicae doctrinae normas progredientis huius aetatis cultum componere. Has vero Ecclesiae partes ipsa nostra aetas advocat, quin etiam flagrantissimis expetere videtur votis, non modo ut celsiora assequatur proposita, verum etiam ut adepta in tuto collocare valeat, sine sui detrimento. Quam ad rem, ut iam
461 diximus, Ecclesia praesertim laicorum / hominum adiutricem operam poscit, qui hanc ob causam in humanis expediendis negotiis ita industriam suam insumere tenentur, ut, dum in alios conferunt officia, id, cum Deo per Christum animo coniuncti, faciant, ipsiusque Dei gloriae augendae causâ faciant: quemadmodum praecipit S. Paulus Apostolus: *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite* [54]. Et alibi: *Omne, quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum* [55].

Quotiescumque autem humana agitatio atque instituta, quae in huius vitae rebus versantur, etiam ad animi profectum et ad sempiternam hominis beatitatem adiuvant, tum eadem censenda profecto sunt efficaciore vi pollere ad id ipsum obtinendum, ad quod suapte natura proxime spectant. Siquidem per omne tempus valitura est praeclara illa Divina Magistri sententia: *Quaerite ergo primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis* [56]. Nam qui veluti *lux in Domino* [57] factus est, atque *ut filius lucis* [58] ambulat, is profecto tutiore iudicio percipit, quid ex iustitiae praeceptis sit agendum in variis humanae navitatis provinciis, atque etiam in iis, quae implicatiores habent difficultates ob immodicum, quo bene multi capiuntur, vel sui ipsorum, vel patriae, vel stirpis amorem. Addendum est quod qui christiana ducitur caritate, cum alios non possit non diligere, aliorum necessitates, aegritudines, gaudia tamquam sua ipsius aestimat; eiusque opera, quocumque in loco ponitur, est firma, est alacris, humanitatis plena, est aliorum etiam provida utilitatum; quoniam: *Caritas patiens est, benigna est: caritas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum,*
462 *non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet* [59]. /

Attamen hisce Litteris Nostris ante finem facere nolumus quam in memoriam vestram, Venerabiles Fratres, revocemus gravissimum verissimumque illud catholicae disciplinae caput, quo docemur nos mystici Iesu Christi corporis, quod est Ecclesia, esse viventia membra: *Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa, omnia autem corporis, cum sint multa, unum tamen corpus sunt, ita et Christus* [60].

Quamobrem magnopere adhortamur quotquot ubique terrarum numeramus filios, sive e cleri sive e laicorum ordine, ut plane sibi sint conscii quantum nobilitatis dignitatisque ex eo colligant, quod Iesu Christo, sicut viti palmites, coniungantur, secundum illud: *Ego sum vitis, vos palmites* [61], et quod sibi liceat divinam ipsius participare vitam. Ex quo fit ut, si christifideles cum sanctissimo Redemptore mente animoque etiam tum coniuncti sint, cum in externas res suam impendunt operam, eorum sane labor Iesu Christi ipsius laborem quodammodo continuare videatur, ab eoque ducere vim et virtutem salutiferam: *Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum* [62]. Huiusmodi scilicet humanus labor ita evehitur atque nobilitatur, ut ad animi perfectionem homines, qui illum ponant, perducat, itemque ad christianae Redemptionis fructus ceteris impertiendos et quoquoversus propagandos conferre possit. Hinc etiam fit, ut christiana praecepta, quasi quoddam evangelicum fermentum, civilis societatis venas, in qua vivimus et operamur, pervadant.

[53] IOAN. XVII, 15. [54] *I Cor.*, X, 31. [55] *Col.* III, 17. [56] MATTH. VI, 33. [57] *Eph.* V, 8. [58] Cfr. *Ibid.* [59] *I Cor.*, XIII, 4-7. [60] *I Cor.*, XII, 12. [61] IOANN. XV, 5. [62] *Ibid.*

Quamvis fatendum sit, saeculum hoc nostrum erroribus laborare praegravibus, et perturbationibus agitari vehementibus, contingit tamen aetate hac nostra, ut Ecclesiae operariis immensi pateant apostolici laboris campi, qui eximiam spem animis ostendunt nostris.

Venerabiles Fratres et dilecti filii, e maxime mirabilibus illis Leonianis Litteris exordium capientes, varias easque graves causas una vobiscum hactenus consideravimus, quae ad sociales nostrae huius aetatis rationes attinent; ex iisque normas ac praecepta conclusimus, quae vos enixe adhortamur, ut, / non modo magnopere meditemini, sed ut etiam 463
pro vestra cuiusque parte elaboretis ut effecta dentur. Hoc enim si unusquisque vestrum forte animo praestiterit, fieri non poterit, quin non parum adiuverit ad regnum Christi hisce in terris constabiliendum, quod est: *regnum veritatis et vitae; regnum sanctitatis et gratiae; regnum iustitiae, amoris et pacis* [63]; ex quo aliquando ad caelestem illam beatitatem migrabimus, ad quam a Deo conditi sumus, quamque flagrantissimis expetimus votis.

Nam de doctrina agitur catholicae et apostolicae Ecclesiae, gentium omnium matris et magistrae, cuius lux illuminat, incendit, inflammat; cuius monitoria vox, utpote caelesti sapientia referta, ad omnia pertinet tempora; cuius virtus ad augescentes hominum necessitates, ad huiusque mortalis vitae curas et sollicitudines tam efficacia tamque accommoda semper adhibet remedia. Cum hac voce mirum in modum antiquissima concinit vox illa Psaltae, quae nostros non cessat confirmare et erigere animos: *Audiam, quid loquatur Dominus Deus: profecto loquitur pacem. Popolo suo et sanctis suis et eius qui corde convertuntur ad eum. Certe propinqua est salus eius timentibus eum, ut habitet gloria in terra nostra. Misericordia et fidelitas obviam venient sibi, iustitia et pax inter se osculabuntur. Fidelitas germinabit ex terra, et iustitia de caelo prospiciet. Dominus quoque dabit bonum, et terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum incedet, et salus in via gressuum eius* [64].

Huiusmodi sunt vota, Venerabiles Fratres, quae facimus in harum Litterarum clausula, ad quas Nostras de Ecclesia universa sollicitudines diu intendimus; facimus nimirum, ut divinus hominum Reparator, *qui factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio* [65], in omnibus et super omnia, per saeculorum decursum, dominetur, atque feliciter triumphet; facimus item, ut, recto socialium rerum ordine composito, gentes omnes et prosperitate, et laetitia, et pace tandem fruantur.

Quarum optabilium rerum veluti auspicium, paternaeque / voluntatis Nostrae pignus esto Apostolica Benedictio, 464
quam vobis, venerabiles Fratres, et christifidelibus omnibus vigilantiae vestrae commissis, atque iis nominatim, qui admonitionibus hisce Nostris alacri voluntate respondebunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XV mensis Maii, anno MDCCCCLXI, Pontificatus Nostri tertio.—IOANNES PP. XXIII.

[63] *In Praefatione de Iesu Christo Rege.* [64] *Ps.* LXXXIV, 9 ss. [65] *I Cor.*, I, 30.

Adn. L. BARBINI in **Pal. clero** 40 (1961) 923-927, 1163-1166; C. CONCETTI in **Pal. clero** 41 (1962) 1348-1349; J. M. DIEZ-ALEGRIA in **PrM** 51 (1962) 265-287; A. DI IORIO in **Laurentianum** 2 (1961) 421-448. A. D'ONOFRIO in **Pal. clero** 40 (1961) 1088-1090; E. FOGLIASSO in **Salesianum** 23 (1961) 573-687; G. GISMONDI in **Pal. clero** 41 (1962) 473-478; G. GUALBERTO in **Pal. clero** 41 (1962) 981-989; G. JARLOT in **Etudes** 311 (1961) 8-19; LEOCADIO DE IZAL in **Laurentianum** 3 (1962) 443-475; 4 (1963) 204-230; G. MARRA in **ME** 87 (1962) 75-92; C. MERTENS in **NrT** 84 (1962) 735-737; M. THIÉFRY in **NrT** 83 (1961) 897-913, 1009-1033; F. VITO in **Vita e Pensiero** 44 (1961) 452-453, 523-534; O. VAN NELL-BREUNING in **Stimmen der Zeit** 149 (1961) 116.

2985

1961 MAI 20.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

PRIVILEGIUM BULLAE CRUCIATAE RECITANDI MATUTINUM CUM LAUDIBUS STATIM POST MERIDIEM MANET IN VIGORE POST NOVUM CODICEM RUBRICARUM

Habiendo consultado a la Sagrada Congregación de Ritos si después de la publicación del nuevo Código de Sagradas Rúbicas queda o no vigente en España el privilegio de la Bula de Cruzada de que todos los eclesiásticos, ya sean seculares, ya regulares, pueden rezar Maitines y Laudes del día siguiente, rezadas vísperas y completas, inmediatamente después del mediodía, el Emmo. Cardenal Prefecto de la Sagrada Congregación de Ritos nos ha contestado oficialmente que hasta que la Santa Sede de una manera definitiva resuelva esta cuestión, queda por ahora vigente dicho privilegio.

Toledo, 20 de mayo de 1961.—Enrique, Cardenal PLA Y

http://www.obrascatolicas.com

Deniel, Arzobispo de Toledo. Comisario General Apostólico de la Bula de Cruzada.

*Ordinario Toletano et Commissario Generali Bullae Cruciatae, iuxta huius communicationem Ordinariis Hispaniae die 20 maii 1961 factam: Sal terrae 49 (1961) 498. Adn. E. F. REGATILLO in Sal terrae 49 (1961) 498-502.

2986

1961 MAI 25.-SC STUDIORUM, LIT. CIRCUL. PART.*

CURSUS ORDINARIUS DE DOCTRINA SOCIALI ECCLESIAE IN OMNIBUS SEMINARIIS ITALIAE INSTITUENDUS

Roma, 25 maggio 1961

Eccellenza Reverendissima, le condizioni di vita verificatesi in Italia dopo il 1945 e il conseguente proporsi ed evolversi di nuove situazioni e relazioni sociali hanno più volte richiamato l'attenzione del Sommo Pontefice e della Sacra Gerarchia sui problemi riguardanti la questione sociale, al duplice scopo di informare gli studi sociologici e le realizzazioni sociali ai valori perenni della Dottrina Cattolica e di assicurare al Clero italiano, soprattutto giovane, una sicura preparazione al riguardo, per un più fruttuoso esercizio del sacro ministero.

Questa Sacra Congregazione, per parte sua, ha spesso insistito, specie nelle risposte alle relazioni periodiche sull'andamento dei Seminari, ed in quelle alle Visite Apostoliche da essa compiute negli stessi (oltre che, più in particolare, nell'invio di apposite direttive ai Pontifici Seminari Regionali d'Italia), sulla necessità che i Seminaristi apprendano nozioni chiare e sicure in fatto di dottrina e di azione sociale cristiana, sia per comprendere nel loro giusto valore le aspirazioni o rivendicazioni della società contemporanea, sia per non divenire inconscie vittime di concezioni ed organizzazioni materialistiche. Non è purtroppo infondato il timore che qualche Sacerdote, per la conoscenza inadeguata della dottrina sociale cattolica, possa cedere o almeno indulgere a orientamenti dottrinali o pratici che non siano in armonia con l'insegnamento della Chiesa.

Per garantire, quindi, un'efficiente formazione sociologica e sociale del Clero d'Italia, questa Sacra Congregazione intende disporre che in ogni Seminario italiano si svolga un corso regolare di sociologia, ispirata ai Documenti Pontifici che la illustrano e la disciplinano. E poiché a tutt'oggi è ancora desiderato un testo scolastico che ne esprima i vari aspetti sotto questo specifico profilo, questo Sacro Dicastero ha ritenuto di dover sollecitare da competenti docenti universitari ecclesiastici la redazione di un programma in tal senso, il quale, rigorosamente scientifico e sufficientemente dettagliato, costituisca per gli insegnanti una guida ed un valido sussidio.

Abbiamo ora il piacere di inviare all'E. V. Rev.ma, in doppia copia, detto «*Programma di Dottrina Sociale Cristiana*», disponendo nello stesso tempo che, a cominciare dall'anno 1961-1962, esso venga insegnato nel Corso Superiore di Filosofia, vale a dire nel quarto anno di Liceo.

Poiché l'adozione del menzionato Corso Superiore di Filosofia è stata finora lasciata alla prudente discrezione degli Ecc.mi Vescovi italiani (i quali, per altro, nella stragrande maggioranza lo hanno già felicemente attuato, o, comunque, si sono valsi di questi recenti anni per inviare i loro futuri docenti di sociologia a formarsi presso gli Istituti di Scienze Sociali della Pontificia Università Gregoriana o del Pontificio Ateneo «Angelicum» in Roma), prendiamo volentieri occasione dalla presente circostanza per rendere obbligatorio il Corso in tutti i Seminari d'Italia.

Nel pregare l'E. V. di voler attuare le presenti disposizioni, La esortiamo a vigilarne l'effettiva applicazione, per la migliore formazione del Suo Clero in una disciplina purtroppo così aperta alle intemperanze sia ideologiche che pratiche.

Su quanto sopra, attendiamo dall'E. V. un cortese cenno di riscontro e di assicurazione.

Profitto volentieri della circostanza per rinnovarLe i sensi della mia particolare stima e distinto ossequio, confermandomi dell'Eccellenza Vostra Rev.ma dev.mo in G. C.—Card. Giuseppe PIZZARDO, *Pref.* Dino Staffa, *Segr.*

*Ordinariis locorum Italiae: Seminarium 13 (1961) 427-428. Vide praeterea Rationem praelectionum apud Seminarium 13 (1961) 428-439. Adn. R. SPIAZZI in Seminarium 17 (1965) 255-260.

2987

1961 MAI 27.-SC SACRAMENTORUM, RESCRIPT. PART.*

FACULTAS DATUR SANANDI IN RADICE MATRIMONIA CIVILITER TANTUM INITA INTER PARTEM CATHOLICAM ET PARTEM CATHOLICE BAPTIZATAM SED APOSTATAM VEL ATHEAM

PRECES—*Beatissime Pater*, Per Rescriptum Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum diei 4 m. Junii a. 1958 sub Num. 3887/58 Archiepiscopo Coloniensi etiam pro omnibus Germaniae Ordinariis ad triennium prorogata est facultas sanandi in radice matrimonia civiliter tantum inita a personis catholicis cum partibus catholice quidem baptizatis, sed apostatis vel religionem negligentibus, durante quidem consensu maritali, sed renuentibus partibus apostatis vel religionem neglegentibus renovationem consensus in forma praescripta. Cum haec facultas mox expiret, causae vero pro praecedentibus concessionibus allatae perdurent, ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime provolutus Archiepiscopus Colonien. ut praeses Episcopalium Conferentiarum Fuldensium nomine omnium Germaniae Ordinariorum enixe implorare audeo, ut facultas praefata denuo benigne prorogetur. Et Deus.

RESCR.—In Congressu diei 24 maii 1961, Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a Ssmo Dño Nostro Joanne Papa XXIII tributarum, attentis expositis, gratiam prorogationis benigne impertitur ad aliud triennium a die praesentium computandum, servata in reliquis forma et tenore praecedentis Rescripti.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem S. C. die 27 Maii 1961.—B. Card. Aloisi MASELLA, *Praef.*

* Praesidi Conferentiae episcopalis Fuldensis, Prot. N. 3717/61; 139/61: AKKR 130 (1961) 185-188.

2988

1961 MAI 27.-SC RITUUM, DECL. AAS 53 (1961) 388

DE COMMEMORATIONE FERIAE IV CLASSIS

Cum huic S. Rituum Congregationi nonnulla dubia oblata sint circa commemorationem feriae IV classis tum in Missis festivis sensu latiore tum in Missis votivis, haec S. Congregatio, ad maiorem simplicitatem obtinendam in universa materia de commemorationibus, declarandum esse censuit: feriam IV classis numquam esse commemorandam in Missis cum festivis tum votivis, ne conventualibus quidem.

Statuit proinde ut in Codice rubricarum sequentia mutentur: *a)* n. 26 scribatur: «Omnes feriae, nn. 23-25 non nominatae, sunt feria IV classis; quae numquam commemorantur»; *b)* n. 289 in initio scribatur: «In omnibus feriis IV classis... dici potest, sine commemoratione feriae»; *c)* Altera pars n. 299 ita scribatur: «In reliquis feriis dicitur Missa dominicae praecedentis, nisi a rubricis aliter provisum sit».

Romae, ex Aedibus S. Rituum Congregationis, die 27 Maii 1961.—C. Card. CICOGNANI, Ep. Tusculan., *Praef.* Henricus Dante, *a Secr.*

Adn. F. LISI in Pal. clero 40 (1961) 982-994; EL 75 (1961) 388; NrT 83 (1961) 882.

2989

1961 IUN 6.-COMM. ARTIS SACRAE, LIT. CIRC. PART.*

NORMAE AD RECTE CUSTODIENDUM PATRIMONIUM ARTIS SACRAE IN ITALIA

Roma, 6 giugno 1961

Eminenza Reverendissima, sottopongo all'attenzione di V. E. alcuni problemi urgenti sulla conservazione del patrimonio sacro delle nostre Chiese.

1) Di recente sono stati lamentati numerosi e gravi furti di oggetti d'arte sacra. Com'è noto, la refurtiva di solito finisce nei diversi mercati di antiquariato e, purtroppo, la suppellettile sacra viene adoperata anche per usi profani.

La legge sulla tutela delle cose d'interesse artistico o storico impone gravi obblighi, e pertanto è necessario che gli ecclesiastici si avvalgano di tutti gli opportuni accorgimenti per la buona conservazione del patrimonio d'arte.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
CLEVELAND, OHIO

Ove detto patrimonio non fosse inventariato è urgente provvedervi, anche perchè è l'unico mezzo per i controlli periodici e rigorosi da parte delle Rev.me Curie.

Poichè il Ministero ha già segnalato dei fatti spiacevoli, prego V. E. di voler fornire eventuali notizie di episodi accaduti in Diocesi e dei rimedi adottati.

2) Le alienazioni del patrimonio sacro non sono cessate, anche dopo che questa Pontificia Commissione ha sottoposto alle Rev.me Curie l'urgenza di una maggiore vigilanza. Di recente, la Segreteria di Stato ha segnalato a questo Ufficio la necessità di studiare i mezzi idonei, perchè non si ripetano tali atti inconsulti.

V. E. giudicherà come sia possibile, tramite la Commissione Diocesana di Arte Sacra, individuare i responsabili di tali alienazioni, come pure di intervenire nel modo che sarà ritenuto opportuno per le infrazioni più gravi che siano state commesse contro la legislazione sia canonica che civile.

3) Risulta a questo Ufficio che alcuni Sovrintendenti si rivolgono direttamente alle Diocesi per ottenere prestiti di opere d'arte sacra, per esposizioni o mostre che si tengono in Italia.

Si notifica, in merito, che i prestiti devono essere autorizzati solo da questa Pontificia Commissione d'Arte Sacra, che li concede dopo aver sentito la Segreteria di Stato, e d'intesa con il Ministero della P. I.

Tale procedura si rende necessaria per avere le massime garanzie sulla conservazione delle opere d'arte, e per limitare i prestiti ai casi più importanti, come anche per evitare che le opere d'arte sacra siano tolte, per lungo tempo o con troppa frequenza, come sta avvenendo, dai luoghi di origine.

Bacio il Sacro Anello e mi confermo dell'Eminenza Vostra dev.mo.—G. FALLANI.

*Ordinariis locorum Italiae, Prot. N. 53202/604: Riv. dioc. Roma 2 (1961) 372-373.

2990

1961 IUN 13.-SC STUDIORUM, DECRETUM. PART.*

STUDIUM THEOLOGICUM TEUTOPOLITANUM IN STATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTRIONALIS AFFILIATUR PONTIFICIO ATHENAEO ANTONIANO URBIS

Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus attentis supplicibus litteris Illmi et Revmi P. Augustini Sépinski, Ordinis Fratrum Minorum Ministri Generalis, Magni Cancelarii, perpensa approbataque *Conventione* d. 9 m. iunii huius anni inita inter Reverend.mum P. Dominicum Limacher, Provinciae Americane O. F. M. a SS. Corde moderatorem, et Clar.mum et Rev.mum P. Damianum Van den Eynde, Pontificii Athenaei Antoniani de Urbe Rectorem, cum compererit sacrarum disciplinarum studia in Cursu Theologico S. Ioseph Teutopolitano, in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, electo Professorum coetu stabiliter adlaborante, omni cum diligentia promoveri et ad normas cann. 1365-66 C. I. C. necnon Apostolicae Constitutionis *Deus scientiarum Dominus* [LE 1030] ordinata esse, petitionem laudati Magni Cancellarii libenter excipiens, *Studium Theologicum S. Ioseph Teutopolitanum* Facultati Sacrae Theologiae memorati *Pontificii Athenaei Antoniani de Urbe* pro munere *Affiliatum ad quadriennium et ad experimentum* constituit declaratque, collata Facultati potestate academicum Sacrae Theologiae *Baccalaureatus* gradum iis alumnis conferendi, qui, quadrienne curriculum theologicum feliciter emensi, speciali pericula sub ductu et auctoritate eiusdem Facultatis in aedibus Athenaei vel Studii Teutopolitani bene superaverint, servatis de iure servandis, in primis peculiaribus *Normis* ad Conventionem applicandam, ab utraque parte die nona elabentis mensis subsignatis et ab eadem Sacra Congregatione approbatis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. d. XIII m. iunii, in festo S. Antonii de Padua Conf. et Eccl. Doct., a. D. MCMLXI.—J. Card. PIZZARDO, *Praef.* Dinus Staffa, *a Secretis.*

* Prot. N. 868/61/3: AOFM 81 (1962) 33.

2991

1961 IUN 14.-SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

EXTENDUNTUR FACULTATES SACERDOTIBUS MORBO ALCOHOLISMI LABORANTIBUS CONCESSAS PRO MISSAE CELEBRATIONE

The Holy Office has received your further inquiry of the 24 March, 1961, concerning priests undergoing hospital treatment for alcoholism and hence given permission, in a letter dated the 27 June, 1960 [LE 2918], to use water alone for the ritual ablutions in the celebration of Holy Mass.

Your Excellency now inquires whether this faculty may be used by such priests, even though not hospitalized, and secondly, whether the aforementioned reply of the Holy Office was a general declaration or a particular indult.

After careful consideration, this Supreme S. Congregation desires to inform Your Excellency that priests undergoing treatment for alcoholism, even though not hospitalized, may in offering Holy Mass avail themselves of the faculty granted in the letter of the 27 June, 1960.

This permission constitutes a particular indult and is not to be considered a general declaration.

* Ordinario Buffalensi, Prot. N. 345/60: BOUSCAREN V, p. 417-418.

2992

1961 IUN 17.-SC STUD., DECR. AAS 54 (1962) 113-114

PONTIFICIUM INSTITUTUM LITURGICUM ANSELMIANUM CANONICE ERIGITUR PENES FACULTATEM SACRAE THEOLOGIAE PONTIFICII ATHENAEI SANCTI ANSELMI DE URBE

Ut legem credendi lex statuat supplicandi, Apostolica Sedes, inde a christianae fidei primordiis, id inculcare consuevit, ut «praeter inviolabiles sanctiones, quibus piissimi Patres, pestiferae novitatis elatione delecta, et bonae voluntatis exordia et incrementa probabilium studiorum et 114
in eis usque in finem perseverantiam ad Christi gratiam referre docuerunt, obsecrationum quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus, quae ab Apostolis tradita in toto mundo atque in omni Ecclesia catholica uniformiter celebrantur» (cfr. *Enchiridion symbolorum et definitionum*, n. 129). Quod ut impigro ecclesiastici doctioresque christifideles assequantur studio, Romani Pontifices, ad necessitudinem inter dogma et liturgiam sacram, itemque inter cultum christianum et populi sanctificationem» intimius perspiciendam penitiusque procurandam, iugiter hortati sunt, nostris equidem temporibus Constitutione Apostolica *Divini cultus* [LE 868] Pii XI fel. rec. ac praecipue Encyclicis Litteris *Mediator Dei* [LE 1963] ab eiusdem successore Pio XII sanctae memoriae d. XX m. Novembris a. D. MCMXLVII datis. Sollicitis Pontificum monitis obsequentes, sodales in primis Monastici Ordinis Sancti Benedicti sacram Liturgiam scientifica investigatione funditus excolendam, scriptis dissertationibus tractatibusque undequaque illustrandam, publicis praelectionibus tironibus theologisque docendam, summo studio prosecuti sunt. Tanto tot saeculorum decursu peracto operi fastigium imponere cupiens, Abbas Primas Ordinis Sancti Benedicti propositum significavit condendi, sub ductu et auctoritate Sanctae Sedis, Institutum Liturgicum penes Theologicam Facultatem Athenaei Anselmiani, cui praesunt in Urbe Monachi Ordinis Sancti Benedicti, quo aptius scientifica methodo instituerentur tum magistri disciplinarum liturgicarum tum directores Commissionum liturgicarum singularum dioeceseon. Sacra autem Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, postquam peculiaria Statuta examini subiecit atque approbavit, in Ecclesiae Sanctae decus ac salutarem clericorum presbyterorumque eruditionem, pro munere *erigit* atque *erectum declarat Institutum Liturgicum Anselmianum*, quod ob rei momentum *Pontificii* titulo in posterum insignitum decernit, cuius erit liturgicas scientias et biennali praelectionum cursu et criticis editionibus textuum ac documentorum provehere, atque publicis collationibus de altiorum pervestigationum exitu omnes certiores facere, ad normam eorundem Statutorum, agnitis iuribus honoribus privilegiis quae iisdem innuuntur; ceteris servatis de iure servandis.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus, d. XVII m. Iunii a. D. MCMLXI.—I. Card. PIZZARDO, Ep. Albanen., *Praef.* Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaest., *a Secr.*

Adn. EL 76 (1962) 53-54.

http://www.obrascatolicas.com

2993

1961 IUN 20.-SC S. OFFICII, MONITUM. AAS 53 (1961) 507

MONITUM DE GERMANA VERITATE HISTORICA ET OBIECTIVA S. SCRIPTURAE, ETIAM QUOAD DICTA ET FACTA CHRISTI IESU, DEBITE TUTANDA

Biblicarum disciplinarum studio laudabiliter fervente, in variis regionibus sententiae et opiniones circumferuntur, quae in discrimen adducunt germanam veritatem historicam et obiectivam Scripturae Sacrae non modo Veteris Testamenti (sicut Summus Pontifex Pius XII in Litteris Encyclicis *Humani Generis* (LE 2147] iam deploraverat), verum et Novi, etiam quoad dicta et facta Christi Iesu.

Cum autem huiusmodi sententiae et opiniones anxios faciant et Pastores et christifideles, Emi Patres, fidei morumque doctrinae tutandae praepositi, omnes, qui de Sacris Libris sive scripto sive verbo agunt, monendos censuerunt ut semper debita cum prudentia ac reverentia tantum argumentum pertractent, et prae oculis semper habeant SS. Patrum doctrinam atque Ecclesiae sensum ac Magisterium, ne fidelium conscientiae perturbentur neve fidei veritates laedantur.

N. B.—Hoc Monitum editur consentientibus etiam Emis Patribus Pontificiae Commissionis Biblicae.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 20 Iunii 1961.—Sebastianus Masala, *Notarius*.

Adn. F. SPADAFORA in ME 86 (1961) 380-373 et in Pal. clero 40 (1961) 969-981; NrT 83 (1961) 893-855.

2994

1961 IUN 26.-SC S. OFFICII, DEC. AAS 53 (1961) 507-508

DAMNATUR OPUS «LA VIE DE JÉSUS» A IOANNE STEINMANN SCRIPTUM

Feria IV die 14 *Iunii* 1961

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi Domini Cardinales, rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito Consultorum voto, damnarunt atque in *Indicem* librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur: 508

Jean Steinmann, *La Vie de Jésus*, Paris, éd. «Club des Libraires de France».

Feria autem VI, die 16 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Ioannes, divina Providentia Pp. XXIII, in Audientia Emo Dño Cardinali Secretario Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 26 Iunii 1961. Sebastianus Masala, *Notarius*.

Adn. C. M. in NrT 83 (1961) 855-856; Doc. Cath. 58 (1961) 890-894. Damnatio extenditur etiam ad alteram operis editionem (Litt. S. C. S. Officii diei 8 martii 1962: Doc. Cath. 59 (1962) 664), vetita auctori qualibet publicatione et scriptis de re biblica (Litt. S. C. S. Officii diei 14 feb. 1962: Doc. Cath. 59 (1962) 664).

2995

1961 IUN 29.-IOAN. XXIII, EP. AAS 53 (1961) 491-495

Ad Exc.mum P. D. Martinum Ioannem O'Connor, Archiepiscopum titulo Laodicenum in Syria, Pontificii Consilii Rei Cinematographicae, Radiophonicae ac Televisificae praepositi Praesidem, quinto et vicesimo vertente anno, ex quo Pius Pp. XI Litteras Encyclicas «Vigilanti cura» edidit:

DE RECTO USU ARTIS CINEMATOGRAPHICAE

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem.—Nostra Patris et Pastoris sollicitudo iam ab inito Summo Pontificatu ad graves eas quaestiones sive sociales, sive morales, sive religiosas, ut opor/tuit, spectavit, quae 492

catholicis hominibus exsisterent e progressis machinalibus et liberalibus artibus, ad recentissimas rationes vocum imaginumque communicandarum aptatis et fictis [1]; hominesque universos, qui vel pro praecipuo munere suo in huiusmodi versarentur rebus, vel in civitate principes agerent, cunctosque generatim christifideles officiorum commonefecimus, quae ex processibus huius generis in eos redundarent.

Sed hodie peculiari quodam eventu movemur ad salutaria nonnulla ingeminanda monita de usu machinae illius summopere allicientis, quam cinematographeum vocant. Hisce enim diebus quintus supra vicesimum completur annus, postquam Decessor Noster fel. rec. Pius XI ad Episcopos Foederatarum Americae Septemtrionalis Civitatum Encyclicam eam Epistulam dedit, quae a verbis incipit *Vigilanti cura* [2], quaeque de re cinematographica est.

Atque primum omnium animo gratissimo prosequimur huius Decessoris Nostri memoriam, qui, cum pro amplitudine mentis suae reperta omnia ab homine praeclare intellegeret, non modo exposuit utilitates, quas inventum hoc afferret, sed diligenter etiam admonuit de periculis, quae ex eo nascerentur, nisi in singularis hominis perfectionem, in totiusque humanae consortionis germanas commoditates verteretur.

Catholicam enim Ecclesiam, utpote quae, licet perenni floreat iuventa, rerum tamen prudentia vetere et excellenti praedita sit, non praeterit profecto quos fructus cinematographicum inventum praebere possit homini, cuius natura animi corporisque relaxationem identidem postulat; et quod cotidianae occupationibus vitae exercetur, et quod novas numquam non appetit notitias sulque humanitatis cultus incrementum. Eodem tamen tempore Apostolica haec Sedes animadvertit quae discrimina confici possint sive universae hominum societati, sive singulis hominibus sive potissimum adulescentibus ex taeniolis illis cinematographicis. Nam quandoque id scaenae genus: *ut cupiditatum... libidinumque laudes efferunt, ita vitiorum occasionem praebent; iuvenes e recto itinere transversos agunt; ducendae vitae rationem fucata lucis specie proponunt, capessendae perfectionis consilia infuscant atque debilitant; / castum de-* 493 *nique amorem, matrimonii sanctitatem, atque intimas domestici convictus necessitudines restinguunt* [3].

Verumtamen Ecclesia mater hactenus satis non habuit ostendere quid in hoc rerum genere accideret; sed labores etiam et conatus eorum adiuvit, incitavit, coetuum, quibus esset propositum, ut qui spectacula eadem pararent, morum vererentur disciplinam [4]. Cumque Apostolica haec Sedes haberet plane perspectum, privatorum hominum posse quandoque studium languere [5]. Coetus constituendos ea de causa curavit, ut, cum in singula quaque natione, tum in omnibus universe civitatibus, in huiusmodi coepta inspicerent [6], cum eadem Apostolica Sedes eo semper spectaverit, ut christianae religionis quasi fermentum iniceretur in hanc spectaculorum provinciam, quae, licet difficultates facesseret et discrimina, spem tamen etiam ostentaret non mediocris utilitatis [7].

Quibus Coetibus Decessor Noster f. r. Pius XII praefecit Pontificium Consilium rei cinematographicae ac telefisivicae praepositum [8], cui Tu, Venerabilis Frater, tanto studio tantaque prudentia praees, cuiusque Nosmetipsi et novam suppeditavimus suppellectilem et munera amplificavimus [9].

Non est sane incompertum Nobis, per horum viginti quinque annorum spatium, et multos egregios viros, et varios Coetus in unaquaque natione rei cinematographicae cognoscendae conditos, et maxime Consilium Catholicum eidem rei apud omnes nationes moderandae, praeclaram impendisse operam ut, quantum fieri posset, huius exempli spectacula perficerentur, ad morum, ad humanitatis, ad eruditionis rationem quod attineret; factum tamen esse non semel, ut, vel ob alicuius loci vel ob omnium simul locorum adiuncta, conatuum eorum sane laudandorum exitus diu tenerent.

[1] Cfr. Epist. ab Eminentissimo Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis, die novembris anno 1958, datam ad Praesidem Consilii rei cinematographicae radiophonicae ac televisificae praepositi: Litteras *Boni Pastoris* Motu proprio datas die 22 mensis Februarii anno 1959, *A. A. S.* LI, 1959, pp. 188-187 [LE 2808]. Litt. Encycl. *Ad Petri Cathedram*, datas die 29 mensis Iunii, anno 1959, *A. A. S.* LI, pp. 500-501 [LE 2829].

[2] Cfr. *A. A. S.* XXVIII, 1936, pp. 249-263 [LE 1341]. [3] *Ibid.*, pp. 255-256.

[4] Cfr. *ibid.*, p. 252. [5] Cfr. Orationem a Pio XII P. M. habitam de taeniolarum cinematographicarum genere summo; *A. A. S.* XLVII, 1955, 506.

[6] Cfr. Encycl. Litt. *Vigilanti cura*, l. c., pp. 261-263 [LE 1341].

[7] Cfr. Litt. Encycl. *Miranda prorsus*; *A. A. S.*, XXXXIV, 1957, pp. 783 et 804-405 [LE 2690].

[8] Cfr. Litt. Encycl. *Miranda prorsus*, l. c., pp. 768 et 805 [LE 2690].

[9] Cfr. Motu proprio *Boni Pastoris*, l. c., p. 185 [LE 2808].

Haud equidem ignoramus, mala erroresque, quibus haec nostra laborat aetas, pro dolor, ipsa, cinematographicam artem inficere; ex qua quidem non solum ad pravos mores et ad lubrica vitia illecebrae, iuvenilibus praesertim animis, haud raro oriuntur, verum etiam quandoque / insidiae 494 struuntur sanctissimis religionis officiis, quibus sublatis, ipsa humanae consortionis fundamenta labant.

Nihilominus in praesens cernere etiam est, cinematographica spectacula, etsi iuvenes plurimum alliciant, non tamen eorum tempus et vires totas absorbere, cum eorum plurimi ad nobilia gymnica certamina et ad multiplices optimarum artium formas cotidie magis animum intendant. Quin immo, ex quibusdam coetibus, in quibus taeniolae cinematrographicae ostentantur de iisque publicae ineuntur disceptationes, manifesto patet, in dies magis contendi, ut haec ars, quae plurimum ad perniciem valet, eadem ad animi culturam educationemque una cum honesta delectatione adhiberi possit.

Quas res Nobiscum recogitantes, quae tantopere sollicitum tenent paternum animum Nostrum, facere non possumus, quin te enixe adhortemur, Venerabilis Frater, ut omni ope laudandos eos Nostrorum dilectissimorum filiorum nisus confirmare pergas, qui salubri christianae religionis afflatu cinematographicam artem informare contendunt, ab eaque arcere student spectacula, quae bonis moribus detrimentum afferant; quos quidem filios probe novimus eo honestatis sensu perduci, qui suam vim suumque robur ex immutabilibus divinae legis principiis haurit, atque reprobandum fronte non pavida impellit, quidquid ab eiusdem divinae legis normis discedit.

Siquidem gravis momenti causa agitur, utpote quae spectet ad christifideles plenius edocendos atque educandos, in eorumque mentes rectas iniciendas opiniones; ita quidem ut iidem christiana ratione cinematographica spectacula sibi deligant, ac fidenti obsequentique animo iis iudiciis obtemperent, quae de eorumdem spectaculorum honestate in vulgus edunt probati viri, qui ab ecclesiastica auctoritate in sua cuiusque natione Officiis, quae ad rem pertinent, praepositi sunt.

Ac praeterea catholici viri agendo studiaque promovendo actuosiore usque navitate in disciplinas incumbant, quae humani animi investigationem attingunt, itemque educandi artem, rem criticam, rationem venustatis recte intellegendae, quoad quaestiones quae e cinematographica arte nascuntur; quae omnia requiri necessario videntur, ut catholicae religionis vis quam primum ac proxime ipsa cinematographica spectacula pertingat.

Quos uberes salutaresque fructus ediderunt sive viginti abhinc annos Epistula Encyclica *Vigilanti cura*, sive recentiore tempore Litterae Encyclicae *Miranda prorsus*, 495 iidem Nos ad spem bonam adducunt, fore ut / adhortationibus quoque hisce Nostris christifideles omnes alacres libentique animo respondeant.

Quae ut feliciter contingant, Tibi, Venerabilis Frater, omnibus qui Pontificio Consilio, cui praees, addicti sunt, itemque sacris Pastoribus iisque universis qui providum huiusmodi laborem moderantur, Apostolicam Benedictionem, caelestium gratiarum conciliatricem, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXIX mensis Iunii, in festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, anno MCMLXI, Pontificatus Nostri tertio.—IOANNES PP. XXIII.

2996

1961 IUN 29.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 53 (1961) 608-609

DE PONTIFICIO COLLEGIO PRO SACRORUM ALUMNIS PHILIPPINIS IN URBE CONDENDO SUB TITULO «DE NUESTRA SEÑORA DE LA PAZ Y BUEN VIAJE», CUIUS STATUTA APPROBANTUR

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Sancta Mater Ecclesia, quae, divino impulsa mandato, sacri ordinis alumnorum nullam non curam semper habuit, sacra Seminaria excitare et ubique terrarum condere sategit. Attamen, ad eosdem sacrorum alumnos romano spiritu recte imbuendos, exterarum Nationum Collegia in hac quoque Alma Urbe instituere, data occasione, numquam destitit. Quapropter, Decessorum Nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes, opportunam duximus supplicationem Nobisque periucundam, qua Dilectus Filius Noster Rufinus I. Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Santos, Archiepiscopus Manilensis, nomine quoque omnium Insularum Philippinarum Episcoporum, Nos rogavit, ut, ope ac sumptibus omnium eiusdem Nationis dioecesium, novum pro sacrorum alumnis Philippinis instituendis Ephebeum in hac Alma Urbe aperire posset. Nos autem, haud immemores Epistulae qua Decessor Noster, fel. rec., Pius Pp. XI, die XVIII mensis Ianuarii anno MCMXXXIX, doctrinae ac vitae praecepta, inter quae de alumnis in spem Ecclesiae instituendis tractantia, earundem Insularum Ordinariis sapienter prudenterque dedit, congruens tantae Episcoporum et sacerdotum nec non fidelium liberalitati tantaeque in Petri Cathedram observantiae praemium conferre volentes atque ad divinas fovendas in Sacerdotium vocationes, huiusmodi votis obsecundare libenti statuimus animo. Itaque, collatis consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Iosepho Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinal Pizzardo, Episcopo Albanensi atque Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus Praefecto, ad maiorem Dei gloriam, ad honorem Beatae Mariae Virginis ab origine Immaculatae, praecipuae Insularum Philippinarum Patronae, ad catholicae religionis incrementum, ad decus utilitatemque memoratae Nationis, hisce Litteris Nostraque auctoritate, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, *Collegium Clericorum Philippinorum in Urbe condimus et constituimus*, eiusdemque iuris esse volumus quo clericorum Collegia urbana utun/tur, fruuntur. «In hoc enimvero 609 quasi perfugio (ut amplissimis Leonis Pp. XIII, Decessoris Nostri, imm. mem., verbis utamur), prope veneranda sepulcra Apostolorum Principum augustamque Petri Cathedram, multo licet plenius saluberrimam haurire doctrinam, quae Dei ministros deceat; hic ad probatissimae disciplinae solidaeque pietatis consuetudinem sanctius adduci; hic multiplici rerum ope ea arma expeditius instruere, quibus muniti, boni Christi milites perutile religioni neque minus civitati exhibeant ministerium». Quo insuper Nostra in gentem Philippinam benevolentia apertius pateat, statuimus ut memoratum Urbanum Collegium Philippinum, cui nomen vulgare «Colegio-Seminario de Nuestra Señora de la Paz y Buen Viaje» inditum est, titulo et honoribus ac privilegiis «*Pontificii*» Apostolica auctoritate Nostra augeatur, cuius *Statuta*, hispanico conscripta sermone, auctoritate item Nostra *approbamus* et observare mandamus. Postremo legem, qua sacrorum alumni Philippini, in Urbe studiorum causa degentes, in Pontificio Collegio Pio Latino-Americano commorare olim tenebantur, in Pontificiis ad novas Dioeceses vel Praelaturas nullius ibidem condendas spectantibus Decretis praetermitti iubemus. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Iunii, in festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, anno MCMLXI, Pontificatus Nostri tertio.—D. Card. TARDINI, *a publicis Ecclesiae negotiis*.

2997

1961 IUL 1.-SC S. OFF. et PROP. FIDE, FACULT. PART.*

FACULTAS DATUR LEGATIS PONTIFICIIS IN MISSIONIBUS DISPENSANDI CUM APOSTATIS A FIDE, HAERETICIS, SCHISMATICIS ET FILIIS ACATHOLICORUM QUOAD ORDINES SACROS SUSCIPIENDOS

Roma, 1 luglio 1961

Eccellenza Reverendissima, Ho il piacere di portare a conoscenza dell'E. V. Rev.ma che, per intercessione di questa S. Congregazione, il S. Offizio si è compiaciuto di concedere ai Rappresentanti Pontifici dipendenti da Propaganda «la facoltà abituale di dispensare dalla irregolarità di cui al can. 985 1.° e dall'impedimento di cui al can. 987, 1.°» nei seguenti termini: «*durante munere, servatis de iure servandis, et praesertim servato praescripto can.* 976 *quoad studia rite peragenda.*

Antequam ad SS. Ordines Maiores promoveatur, Orator supplices preces iterum porrigat per suum Ordinarium qui referat; 1) quaenam oratoris sint morales et intellectuales qualitates; 2) quaenam de studio, disciplina et pietate argu-

http://www.obrascatolicas.com

menta habeantur ex quibus erui possit candidatum talibus esse praeditum dotibus, quae defectus iuridicos eius condicionis legalis compensare videantur; 3) utrum Orator cum parente acatholico commoraturus sit, et, in casu affirmativo, an pro ipso perversionis periculum timendum sit.»

Voglia l'E. V. rendere edotti della cosa i Rev.mi Ordinari dipendenti, affinchè all'occorrenza rivolgano le loro domande a codesta Rappresentanza Pontificia.

Frattanto mi è gradita l'opportunità per esprimerLe i sensi del mio distinto ossequio e confermarmi di Vostra Eccellenza Rev.ma devotissimo.—P. Sigismondi, *Segretario.* Adamo Pucci, *Minut.*

* Legatis Ap. in Missionibus, Prot. N. 2758/61: BM 28 (1962) 178.

2998

1961 IUL 2.-SECRETARIA STATUS, RESPONSUM. PART.*

CIRCA MODUM DISTRIBUENDI IN HISPANIA REDITUS BONORUM ECCLESIASTICORUM QUAE AB AUCTORITATE CIVILI ADHUC DETINEBANTUR USURPATA DURANTE SAECULO XIX

En respuesta a la Jerarquía Eclesiástica española, la Santa Sede ha resuelto, de acuerdo con las propuestas que aquélla le sugería:

a) Que la cantidad de láminas relativas a las necesidades del culto y clero sea considerada como bien de las Diócesis y que de ella puedan disponer los respectivos Ordinarios para salir al encuentro de las mayores necesidades presentes y futuras.

b) Que la parte que se refiere a los monasterios se divida en cada Diócesis entre los que tienen derecho, teniendo en cuenta las circunstancias y en proporción de las necesidades particulares.

* Ordinariis locorum Hispaniarum iuxta textum datum a REDC 17 (1962) 153. Adn. L. PERTERO in REDC 17 (1962) 153-161.

2999

1961 IUL 15.-SC S. OFFICII, MON. AAS 53 (1961) 571

MONITUM CIRCA IMPUTABILITATEM ACTUUM HUMANORUM, PRAESERTIM IN RE SEXUALI, ET CIRCA INVESTIGATIONEM PSYCHOANALYTICAM ANTE ORDINES SACROS ET PROFESSIONEM RELIGIOSAM

Cum compertum habeat passim esse vulgatas et adhuc spargi multas et periculosas opiniones circa peccata contra VI Decalogi praeceptum et circa imputabilitatem humanorum actuum, haec Suprema Sacra Congregatio sequentes normas publici iuris fieri censuit:

1) Episcopi, Praesides Facultatum Theologicarum, necnon Seminariorum et scholarum Religiosorum Moderatores, ab iis quibus munus incumbit docendae theologiae moralis vel congeneris disciplinae, omnino exigant ut traditae ab Ecclesia doctrinae ad amussim se conforment [1].

2) Censores ecclesiastici magnam adhibeant cautelam in recensendis ac iudicandis libris et ephemeridibus, in quibus agitur de sexto Decalogi praecepto.

3) Clericis et Religiosis interdicitur ne munere psychoanalystarum fungantur, ad mentem can. 139, § 2.

4) Improbanda est opinio eorum qui autumant praeviam institutionem psychoanalyticam omnino necessariam esse ad recipiendos Ordines Sacros, vel proprie dicta psychoanalytica examina et investigationes subeunda esse candidatis sacerdotii et professionis religiosae. Quod valet etiam si agitur de exploranda aptitudine requisita ad sacerdotium vel religiosam professionem. Similiter Sacerdotes et utriusque sexus Religiosi psychoanalystas ne adeant nisi Ordinario suo gravi de causa permittente.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 15 Iulii 1961.—Sebastianus Masala, *Notarius.*

[1] Cfr. can. 129.

Adn. R. CARPENTIER in NrT 83 (1961) 856-861 et in Rev. Comm. Rel. 33 (1961) 182-189; Asm. COLAGIOVANNI in ME 86 (1961) 572-594; G. CRUCHON in PrM 51 (1962) 207-246; B. FRISON in CpR 41 (1962) 82-102; J. PERZ in Sal terrae 50 (1962) 609-621, 673-683; 51 (1963) 1-12; A. PEINADOR in Vida rel. 18 (1961) 270-278; P. VERARDO in Divinitas 5 (1961) 798-837.

3000

1961 IUL 17.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

DE NORMIS ET CRITERIIS ADHIBENDIS IN ADMISSIONE ACATHOLICORUM IN UNIVERSITATES ECCLESIASTICAS

Dal Palazzo del S. Offizio, 17 luglio 1961

Em.mo e Rev.mo Signor Mio Oss.mo, L'Eminenza Vostra Reverendissima in data 24 maggio u. s. mi sollecitava una risposta circa la questione da tempo proposta, sulla convenienza che le Facoltà Cattoliche ammettano o meno al conseguimento dei gradi accademici in Scienze Ecclesiastiche alunni non cattolici.

In proposito mi pregio comunicarle che gli Em.mi e Rev.mi Padri di questa Suprema Sacra Congregazione, tenuto presente il voto dei Rev. mi Consultori, nell'Adunanza Plenaria di Feria IV del 5 corr. mese, hanno stabilito i seguenti criteri a norma dei quali gli acattolici possono essere ammessi alle nostre Università:

1) Uno studente acattolico non potrà essere ammesso in una *Facoltà Ecclesiastica*, se non dietro presentazione di un *Autorità* ecclesiastica cattolica, che garantisca la di lui correttezza morale e la benevola disposizione verso la Chiesa, in modo da raggiungere la certezza morale che il candidato almeno non userà i gradi accademici in danno della Chiesa stessa;

2) é da favorirsi, «ceteris paribus», lo studente ortodosso a quello protestante e ancor più all'ebreo;

3) specialmente per l'iscrizione al *Pontificio Istituto Orientale*, o anche all'*Istituto di Archeologia Cristiana*, alla *Facoltà di Diritto Canonico* o di *Filosofia Scolastica*, si potrà usare un criterio di magior larghezza;

4) nel caso che uno studente acattolico, dopo essere stato ammesso in una *Facoltà Ecclesiastica*, mostri di non meritare più la fiducia in lui riposta all'atto dell'ammissione, specialmente se facesse propaganda anticattolica, verrà dimesso;

5) lo studente acattolico che, dopo essere stato ammesso ed essersi comportato nel modo dovuto, superi gli esami prescritti, conseguirà i relativi *gradi accademici*, tenendo conto che essi riconoscono l'idoneità del candidato ad insegnare, ma non ne conferiscono il diritto. In tal caso si concederà la dispensa dalla professione di fede, di cui al can. 1406, par. 1, n. 8 (Costituzione Apostolica *Deus scientiarum Dominus*, art. 21, n. 4) [LE 1030].

Nel diploma di laurea, inoltre, non dovrà figurare il nome del Romano Pontefice.

Nel communicarle quanto sopra, Le bacio umilissimamente le Mani confermandomi con i sensi della più profonda venerazione dell'Eminenza Vostra Reverendissima umil. mo e dev. mo servitore vero.—A. Card. OTTAVIANI. *Segreterio.*

* Card. Praefecto S. C. de Seminariis et studiorum Universitatibus, Prot. N. 278/60: AKKR 130 (1961) 486-486.

3001

1961 IUL 20.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

DUBIUM CIRCA MISSAM VOTIVAM II CLASSIS IN DIEBUS DOMINICIS II CLASSIS

Reverendus Dominus Ioannes Humphreys, calendarii archidioeceseos Birminghamien. redactor, a Sacra Rituum Congregatione sequentis dubii solutionem humiliter quaesivit, nimirum:

Utrum, attento n. 317 collato cum n. 355 Codicis rubricarum, Missa votiva II classis de Christo Domino (v. g. Missa de Ssmo Sacramento occasione orationis XL Horarum) celebrari possit diebus dominicis II classis.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio proposito dubio respondit: *Affirmative.*

Die 20 Iulii 1961.—Henricus Dante, *a Secr.*

* Redactori calendarii archidioeceseos Birminghaliensis, Prot. N. B. 52/961: EL 77 (1963) 188. Adn. EL 77 (1963) 190.

3002

1961 IUL 29.-IOAN. XXIII, ALLOC. AAS 53 (1961) 559-565

Allocutio die 29 Iul. 1961 habita ad Seminariorum Rectores, qui ex universa Italia coetibus interfuerunt:

DE SACRORUM ALUMNIS AD PRAESENTIS AETATIS RATIONEM INSTITUENDIS EDUCANDISQUE

Diletti figli, L'incontro odierno non vuole una lunga introduzione. Alla perfetta ed immediata intesa della Nostra anima con le vostre basterà il dirvi subito che, durante le
560 giornate di studio, Ci siamo sentiti come accanto / a ciascuno di voi: con il pensiero, la preghiera, e i voti augurali più fervidi.

Ed era ben naturale l'interessamento Nostro più vivo e cordiale per la provvida iniziativa di un «Corso di aggiornamento per Rettori di Seminario».

Siamo grati alla Sacra Congregazione dei Seminari, ed innanzitutto a Lei, venerato e solertissimo Signor Cardinale Prefetto, per aver promosso il Corso. E siamo grati ai Docenti dell'Istituto Superiore di Pedagogia del Pontificio Ateneo Salesiano, che a questa eletta assemblea hanno partecipato tesori di dottrina e di esperienza.

Parlare di giovani seminaristi, riempie il cuore di trepida letizia. Di fatto essi confermano l'ottimismo con cui Noi giudichiamo le moderne generazioni, pronte anch'esse, non meno di quelle che le hanno precedute, ad offrire al ministero sacerdotale le *manus adiutrices*, confermando così l'efficacia del lavorio segreto e sostanzioso della grazia nelle anime.

Nel giorno di Pentecoste di quest'anno, dopo la Consacrazione di quattordici Vescovi Missionari, abbiamo voluto confidare questa speranza, questa trepida ansia del Nostro cuore: «Le generazioni che già hanno fatto le buone esperienze e le altre che le seguono a distanza... offrono motivi di lieto pregustamento dei buoni successi dell'avvenire. Quante volte entrando... nel tempio di S. Pietro per le Udienze generali Noi pensiamo a questo, e talora Ci piace anche dirlo, scorgendo tanti e tanti giovani gagliardi e pieni di fervore e di coraggio, educati al buon garbo e al rispetto della tradizione antica. Oh, perchè non dovrebbe in molti di loro accendersi la fiamma che li disponga a lasciare tutto per darsi al sacerdozio, alla vita religiosa, alla professione delle opere di misericordia, ai campi sconfinati dell'apostolato?» [1].

Ed ecco, il «Corso di aggiornamento pedagogico» si colloca in questa luce di speranza: intrapresa nobile e distinta, per il metodo scientificamente solido, per i maestri esperti, per la sua durata ed intensità, per il numero di partecipanti. Esso ha voluto offrire a ciascun Rettore di Seminario i mezzi più adatti a saper scegliere, curare, incoraggiare le
561 vocazioni allo stato ecclesiastico. /

Diletti figli, amiamo ora fermare la vostra attenzione su alcuni punti, che Ci sembrano di particolare rilievo.

E anzitutto:

1. La *formazione* dei giovani seminaristi alla *vita sacerdotale.*

Voi avete approfondito i principi essenziali della pedagogia e delle sue scienze ausiliarie, come la biologia, la psicologia e la sociologia, per completezza di informazione nell'esercizio dei vostri alti e delicati compiti. Di fatto, in questi giorni, tutto è stato rivolto ad illustrare la formazione delle vocazioni ecclesiastiche e i sussidi che le si impongono.

Desideriamo pertanto sottolineare l'importanza di questo problema nei confronti della vita della Chiesa, di cui esso è base e presupposto insostituibile. Un clero ben formato —testa, lingua, cuore—[2] è ciò che dà affidamento di buon apostolato e di ordinate energie poste a servizio della Chiesa. Il *depositum fidei* è intangibile ed infrangibile. Ma esso potrebbe non venire trasmesso con assoluta fermezza e sicurezza, qualora nel clero venisse a indebolirsi quella fedeltà alla tradizione, quel vigile senso di moderazione e rispetto, quella dirittura mentale che sono espressione di integrità e coraggio. Non si può far fronte allo spirito disgregatore e indipendente, che una erudizione superficiale, priva di basi filosofiche, diffonde purtroppo con leggerezza e pertinacia, se nel giovane clero si allentasse la vigilanza contro le smanie di certe divagazioni e di curiosità *quae ad rem non pertinent* [3]. La scienza del clero deve progredire su lo studio della Scrittura, dei Padri, delle grandi correnti della spiritualità, della sociologia cristiana.

A questo proposito Ci piace qui ripetere quanto avemmo occasione di dire a Castelfranco Veneto il 18 settembre del 1958, nel primo centenario della ordinazione sacerdotale di San Pio X: «È diffusa negli ambienti del laicato la impressione... —Ci venne di dire con gravità— che qualche ecclesiastico dei nostri giorni non sappia resistere alle tentazioni dell'ora presente: tentazioni che sono di maggiori e più raffinate comodità di vita: di superficialità di studio, di giudizio, di parola: di esagerato interesse per ciò che fa rumore: di disagio innanzi ai doveri quotidiani che impongono abnegazione, distacco, pazienza, mitezza.

Non lasciamoci avvilire —dicevamo allora-: non adattiamoci al comodo letto della *routine* quotidiana senza letizia e senza entusiasmo, / al rezzo mondano dell'ora che 562
passa e travolge: non costringiamo il Vangelo di Gesù e gli insegnamenti della sua Chiesa negli angusti spazi dell'egoismo personale e del tornaconto. Dilatiamo i padiglioni della carità e infervoriamoci qui al bene e al meglio» [4].

Diletti figli, custodiamo nel Nostro cuore il fremito di consentimento che pervase quell'assemblea episcopale e sacerdotale di Castelfranco Veneto, ed anche oggi ne benediciamo Iddio, come di un estremo pegno di fedeltà e di coraggio offertoCi a pochi giorni di distanza dalla Nostra chiamata a questo universale servizio delle anime.

Non si può venire incontro alle necessità del popolo cristiano, specialmente alle esigenze di perfezione del laicato più vicino e sensibile, se il clero non è per primo nutrito di profonda vita spirituale, se la sua luce non brilla sul candelabro di una irraggiante e conquidente perfezione

Tale formazione completa e armoniosa tanto necessaria negli anni fecondi del Seminario, che ne è l'ambiente ideale, appositamente creato dalla lungimirante sapienza dei Padri del Concilio Tridentino, dipende da tutti coloro, che hanno la responsabilità della educazione dei giovani: ma possiamo dire che essa si assomma nella figura del Rettore. È a lui che, come a un buon padre di famiglia, fanno capo i vari rami della ordinata vita del Seminario, e dalla sua oculatezza dipende la efficienza dell'Istituto nelle sue complesse attività.

Ora, la formazione che viene impartita dai singoli superiori, ciascuno al suo posto di responsabilità, sotto la direzione del Rettore, ha un duplice aspetto: intellettuale e religioso-morale; aspetto che si integra armoniosamente per dare il suo risultato pieno e completo. La prima non deve essere di ostacolo o, Dio non voglia, di danno per la seconda, e questa vuole permeare ed equilibrare la prima.

Diletti figli, all'antico maestro e direttore spirituale di Seminario che oggi vi parla, vogliate permettere un richiamo di giovinezza. Nei dieci anni di Nostro umile ma filiale servizio accanto a Mons. Radini-Tedeschi, il collaboratore che Ci accadde di introdurre più di qualsiasi altro fu Mons. David Re, il Rettore venerato del Seminario Nostro di Bergamo, le cui visite al Vescovo erano così frequenti da potersi dire quasi quotidiane.

Questa resta una delle impressioni più care e toccanti della Nostra vita! Il Vescovo e il Rettore del Seminario veramente e sempre, ed in faccia alla diocesi, *cor unum et anima una.* / 563

2. *Formazione alla santità di vita*, senza debolezze nè compromessi, secondo la buona tradizione nostra che mira alla virtù, al sacrificio, alla rinuncia. I sodi principi ascetici sollevano il giovane dallo stato di immaturità, di indecisione, di timidezza, che in soggetti predisposti può anche condurre a forme psico-patologiche.

D'altra parte, la formazione così intesa mira a debellare alla radice lo spirito di independenza, di insofferenza, di critica, alimentato da una affermazione della personalità, che —almeno nelle espressioni di una male intesa educazione— accampa solo diritti e pochi doveri: gravissimo pericolo che può soffocare le energie di un giovane, e pregiudicare la soprannaturale efficacia del suo futuro apostolato.

La Chiesa, fin dai primi anni del Seminario, vuol radicare profondamente negli adolescenti, chiamati al sacerdozio, la stima profonda, soprannaturale, della missione, che il Signore ha fatto balenare al loro sguardo: *sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei* [5]. Questo chiede il popolo cristiano: ministri, dispensatori, sacerdoti dell'Altissimo, compresi della propria dignità, e della responsabilità di riportare a Dio tutte le forme della umana società.

[1] *A. A. S.*, v. LIII (1961), p. 361.
Valde Nobis probandum erit, si apud Institutum istud singulari cum cura excolentur et docebuntur religiosa cantica, vulgari sermone composita, maiorum usu et more recepta aliaque nova elaboratione musicis notis exornata. In liturgia enim non sollemni huiusmodi et formulae precum et cantica, intra templi saepta iam diu hospitio quodam recepta, spirituales utilitates haud modicas pariunt. Attamen in liturgia sollemni, sive in templis dignitate praecellentibus, sive in parvis aedibus sacris oppidulorum, Latinae linguae regale sceptrum et nobile exercere imperium fas semper erit.

Haud absimili ratione si excitandus est in sacris aedibus multitudinis fidelium popularis concentus —vox una unius caritatis significantissima imago— tamen dignas laude ducimus sollicitudines, quibus tu et bene multi prudentes navique ferimini, ut scholae cantorum in honore habeantur et, ubi lapsae sint vel languerint, restaurentur: scholae cantorum scilicet maiorum templorum et coenobiorum, saepenumero laudibus et memoriis inclitae, et eae quoque, quae in paroeciis, in Seminariis, in ephebeis constitutae sunt aut felici omine constituentur.

Haud tenuis insumendus est labor, sed haud tenuis est messis, quae inde ad Dei amplificandam gloriam et ad christianae vitae provehendum profectum maturescent.

Hactenus haud pauca istic bene peracta sunt, quae me-
813 liora quoque / et potiora futura haud dubia spe spondent. Valde siquidem gratulamur tibi, dilecte fili, de incrementis, quae, annitente studiosa diligentia tua Musicae Sacrae Institutum istud suscepit.

Praeter alia oblectamenti Nobis causa est, quod nuper, magnifice opitulante viro, cui pro merito Deus praemia attribuat, peculiare istic constitutum est magisterium musicae pro missionalibus regionibus excolendae. Namque populi, quibus Evangelii praecones Dei regnum et lumen afferunt, saepe antiquos musices thesauros possident et nativis cantilenis summopere laetantur. Quare provido consilio prospicitur, cum certatur in eorum spirituale emolumentum illic ortas modulationes colligere, polire et in catholicae religionis usum convertere: ita fiet quoque, ut autochthonae religiosae musicae fundamentum laciatur.

Ea quae, favente Deo, iam prospero exitu florent, valedictoris progressionis incitamentum sunt. Dilectum Nobis Institutum istud musicae sacrae docendae in aevum vigeat, crescat et antiquis meritis nova addat usque luculentiora, id quaerens, ut secundum Ecclesiae adflatum et spiritum exterius sonando excitant in corde canticum novum, Deo maiore cotidie studio colat et evulget modos musicos, qui vocem dulcisonam, hostiam suavem, munus gratum. Cuius nec humillimus quidem expers sit oportet: «Oremus cantando et orando cantemus» [2].

Haec imo e pectore ominati, tibi, dilecte fili, Pontificii

[1] S. Augustinus, *Sermo* 342, 1.

Instituti Musicae Sacrae docendae Praesidi sollertissimo, stabili conscientiae officio admodum probando, istius professoribus et alumnis, qui nunc sunt et qui olim fuerunt, adlectis eidem Scholis, et universis, qui eidem utcumque auxiliantur et favent, Apostolicam Benedictionem impertimus: haec sit benevolentiae caritatis Nostrae perpetuum pignus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Decembris, anno MCMLXI, Pontificatus Nostri quarto.— IOANNES PP. XXIII.

Adn. ab in EL 76 (1962) 63-68; F. ROMITA in ME 87 (1962) 96-103.

3022

1961 DEC 13.-IOAN. XXIII, ALLOC. AAS 53 (1961) 817-820

Allocutio die 13 *dec.* 1961 *habita ad Praelatos Auditores ceterosque Officiales, Advocatos et Procuratores Tribunalis Sacrae Romanae Rotae:*

DE RECTA ECCLESIAE DOCTRINA CIRCA MATRIMONIUM TUTANDA, A TRIBUNALIBUS SAPIENTER APPLICANDA, SALUTE ANIMARUM SEMPER INSPIRANTE

Diletti figli, la Santa Messa nella Cappella Paolina e l'incontro col Papa inaugurano, come d'uso, l'attività giudiziaria del Tribunale della Sacra Romana Rota.

Ella, Signor Decano, ha voluto accennare alla Nostra visita dello scorso gennaio alla sede del vostro Tribunale. Ed ora la letizia di quel giorno si rinnova. Non possiamo infatti non rallegrarCi al pensiero di accogliere in voi i successori di quegli *auditores causarum curiae domini Papae*, di quei *doctores iuris famosi*, di cui parlano con tocchi di alto rispetto i documenti della vostra antica storia. Maestri rinomati del diritto, ma più ancora ecclesiastici distinti per prudenza e rettitudine di vita: questo è il singolare titolo di onore del Collegio dei Prelati Uditori, che si riverbera altresì sulla perizia e sulla specchiata virtù degli Officiali e degli Avvocati del Tribunale.

La mole del lavoro svolto, che avete voluto, come ogni anno, portare a Nostra conoscenza, merita considerazione e paterno incoraggiamento. Molti di voi recano il contributo della loro competenza e dottrina sia nella Commissione Centrale sia in quelle Preparatorie del Concilio Ecumenico. L'accresciuto lavoro è pegno di più copiose grazie del Divino Paraclito, ed infonde nei cuori la lieta coscienza di un buon servizio, reso alla Chiesa.

La vostra presenza Ci offre lo spunto per alcune consi-
derazioni nel/l'ordine di idee, manifestate nello scorso 818
anno. Paterne sollecitudini urgono nel Nostro cuore di Pastore universale. Ve le confidiamo con semplicità e immediatezza.

1. E anzitutto, nelle incertezze dottrinali che, qua e là, e in varie espressioni, minacciano di disorientare l'opinione pubblica, è necessario il richiamo solenne e grave alla solidità dei principii, cui si ispira l'azione della Chiesa in difesa del matrimonio. Nel tutelare con cura gelosa la indissolubilità del vincolo e la santità del *Sacramentum magnum*, la Chiesa difende un diritto non solo ecclesiastico e civile, ma soprattutto naturale e divino positivo. Questi due grandi e necessari beni, che il velo delle passioni e dei pregiudizi talora oscura fino a farli dimenticare, prima che dalla legge positiva, sono voluti, l'uno dalla legge naturale, scolpita a caratteri indelebili nella coscienza umana, e l'altro dalla legge divina di Nostro Signor Gesù Cristo. Non si tratta dunque di prescrizioni e norme che le circostanze impongono, e che il corso delle generazioni può mutare: ma della volontà divina, dell'ordine intangibile stabilito da Dio stesso a salvaguardia del primo nucleo fondamentale della civile società. Si tratta della primordiale legge divina, che nella pienezza dei tempi la parola di Cristo, «*ab initio autem non fuit sic*» [1], ha riportato alla sua integrità genuina.

La Chiesa non difende interessi di caste o consuetudini superate. Il suo canto glorioso, il suo titolo di onore risuona nel *Pater noster: Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra.* Questo essa propone e difende nel mondo: la volontà di Dio, nella quale è la pace, la serenità e la prosperità anche materiale per tutti i suoi figli.

2. È pertanto necessario che la dottrina della Chiesa sul matrimonio sia maggiormente conosciuta, e diffusa in tutte le forme. È stato questo il sospiro Nostro, confidatovi con paterna speranza nella Allocuzione dello scorso anno.

«A considerare la gravità del pericolo —abbiamo detto

[1] *Matth.* 19, 8.

allora— ... sgorga spontaneo l'invito, che ripetiamo ardentemente in *visceribus Iesu Christi* anzitutto ai pastori di anime, affinchè adoperino ogni mezzo, nelle istruzioni e nei catechismi, con la voce e con gli scritti divulgati largamente, per illuminare le coscienze... Ed estendiamo questo invito anche a quanti hanno volontà e mezzi per influire su la pubblica opinione, affinchè i loro interventi siano di
819 chiarificazione, non di con/fusione delle idee; di rettitudine, di rispetto per il più grande e prezioso bene della vita sociale: l'integrità del matrimonio» [2].

L'invito è rinnovato oggi con accorata intensità, perchè persiste quel diffuso senso di pericolo, derivante in primo luogo dalla mancanza di solida dottrina e di onestà di informazione. Si scrive e si parla, a dir poco, con leggerezza, su argomenti che richiedono preparazione, maturità di giudizio, sincerità di coscienza: e bisogna pertanto che i fedeli, come l'intera società, siano illuminati, premuniti, bene orientati.

È quindi necessaria, insostituibile, una vasta opera di catechesi e di illustrazione della verità: attraverso i mezzi tradizionali, che la Chiesa ha a sua disposizione, come attraverso quelli offerti dalla stampa e dalle nuove tecniche audio-visive. Occorre escogitare nuove forme, per far giungere questo insegnamento a quanti si avviano al matrimonio: in particolar modo ai giovani e ai fidanzati.

Vedete dunque gli ampi orizzonti pastorali che si aprono sulla vostra attività. All'impegno di insegnamento che presuppone, voi potete collaborare nelle varie modalità, che la missione sacerdotale non manca di offrirvi.

3. La ragione di quanto abbiamo detto è una sola. Questo è il movente di tutta l'azione spirituale della Chiesa nel tempo: la salvezza delle anime, *salus animarum*. Il suo cuore di madre la porta ad agire e a decidere per il bene di tutti i suoi figli. È questo è lo spirito che informa l'azione dei Tribunali della Chiesa; e, di conseguenza, del giudice ecclesiastico, del difensore del vincolo, come del promotore di giustizia e degli avvocati. È *ministerium veritatis*, perchè tende primieramente alla salvezza dell'anima di chi ha bisogno di questi tribunali.

Sì, la Chiesa ha sempre di mira la salvezza eterna dei singoli, anche quando limita il diritto di accusa, e quando emette una sentenza di colpevolezza: anzi, al coniuge colpevole mai vengono sottratti mezzi per sfuggire al pericolo di dannazione eterna.

In questa prospettiva di una significazione che va oltre il tempo e le contingenze, acquistano degno valore tutte le premure e provvidenze, che nel campo delicatissimo in cui si svolge il vostro lavoro la Chiesa adopera per il bene dei suoi figli: l'oculata prudenza con cui si esaminano i singoli casi; e il gran numero di cause trattate con gratuita
820 assi/stenza giuridiziaria, che, nello scorso anno, sono state di poco inferiori alla metà delle altre.

Ecco dunque che il vostro lavoro contribuisce anche esso alla affermazione delle supreme finalità della Chiesa; e con l'evidenza inoppugnabile della verità e della giustizia richiama alla volontà salvifica del Padre celeste, e all'anelito incessante del Cuore di Cristo: *non enim misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum*».

Diletti figli! Nel Sacrificio Eucaristico, or ora offerto per voi, è stato immolato il Sangue Preziosissimo, che porta il lavacro della purificazione e della salvezza per tutta l'umanità. Questo Sangue, che è *fiume di misericordia*, diffonde la sua virtù redentrice anche sulla vostra opera, e la rende feconda per il bene delle anime.

Noi ne invochiamo il dono onnipossente su ciascuno di voi, sul vostro lavoro, sulle vostre sollecitudini di studio e di ministero. E mentre vi rinnoviamo i paterni voti per il felice svolgimento del nuovo Anno Giudiziario, siamo lieti di confermarvi la Nostra stima e benevolenza con una particolare Benedizione Apostolica, che estendiamo altresì ai diletti studenti dello Studio Rotale, ed a quanti vi sono uniti nei legami della famiglia e del lavoro.

[1] *A. A. S.*, LII (1960), PP. 900-106 [LE 2941].

3023

1961 DEC 13.-S. PAENITENTIARIA, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR DELEGANDI POTESTATEM ERIGENDI STATIONES VIAE CRUCIS IN ORDINE FRATRUM MINORUM

PRECES—*Beatissime Pater*, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit ut Superiores eiusdem Ordinis in proprio territorio delegare valeant, ad Viae Crucis stationes benedicendas et erigendas cum consuetarum Indulgentiarum applicatione, sacerdotes sui Ordinis licet sibi non subditos, qui ad sacras conciones habendas vel ad sacramentales confessiones excipiendas sint adprobati, quamvis non in eo loco in quo Viae Crucis stationes erigendae sint.

RESCR.—Sacra Paenitentiaria Apostolica benigne annuit pro gratia iuxta preces ad *septennium*. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Die 13 decembris 1961.—S. Rossi, *Regens*. M. Schierano, *Subst.*

* Procuratori Gen. O. F. M., Prot. N. 9132/61: AOFM 81 (1962) 97-98.

3024

1961 DEC 20.-CONV. CUM PARAQUARIA. AAS 54 (1962) 27

RATIHABITIO CONVENTIONIS INTER SEDEM APOSTOLICAM ET REMPUBLICAM PARAQUARIAE DE ERIGENDO VICARIATU CASTRENSI

Vide *textum* et *Conventionem* sub die 1960 Nov. 26: LE 2947.

3025

1961 DEC 20.-SC CONS., DECR. AAS 54 (1962) 110-113

PARAQUARIAE

DECRETUM DE ERECTIONE VICARIATUS CASTRENSIS

Quo militibus, aptiore firmioreque ratione, spiritualia praestarentur adiumenta —quemadmodum catholica nationis traditio exigit— inter Apostolicam Sedem et Reipublicae Paraquariae Magistratus solemnis nuper inita fuit pactio [LE 2947].

Ad huiusmodi autem Conventionem perficiendam Ssmus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto *Vicariatum Castrensem Paraquarianum* erigit et constituit, quem —sarctis tectisque legibus memorato pacto statutis— sequentibus instruit normis.

1. Vicariatus Castrensis constabit: Vicario Castrensi, quatuor cappellanis maioribus, pro copiis, respective, terrestribus, maritimis, aëreis et a publica securitate, atque cappellanis militum, seu minoribus.

2. Vicarius Castrensis Pro-Vicarium constituet ex cappellanis maioribus, nisi aliter iudicaverit, delectum, qui proinde utroque fungetur munere. / 111

3. Sedes huius Vicariatus Castrensis eiusque Curiae Assumptionopoli erit.

4. Curia ad instar dioecesanae efformabitur atque ad eam pertinebunt: Pro-Vicarius, cappellani maiores, consultores, ceterique administri qui, iudicio Vicarii Castrensis, necessarii putantur.

5. Vicarius Castrensis iurisdictione pollebit personali, ordinaria tum fori externi tum fori interni, speciali ac cumulativa cum iurisdictione Ordinariorum locorum, ad normam Instructionis de Vicariis Castrensibus *Solemne semper* a Sacra Congregatione Consistoriali die 23 mensis Aprilis anno 1951 editae [LE 2208].

In stativis autem castris et in locis militibus utcumque reservatis primo et principaliter Vicarius Castrensis iurisdictionem exercebit, secundario, quoties, scilicet, idem Vicarius Castrensis eiusque cappellani absint vel desint, semper autem iure proprio, Ordinarius loci atque parochus, initis consiliis —quatenus fas erit— cum Vicario Castrensi.

6. Iurisdictioni Vicarii Castrensis Paraquariae obnoxii erunt:

a) Omnes sacerdotes in utroque cleri ordine militantes, qui muneri cappellani militum habitualiter deputantur; sacerdotes autem qui auxiliarem operam praestant iurisdictioni Vicarii Castrensis subsunt tempore tantum quo opem navant, vel in iis quae ad militum curam spectant.

b) Universi Christi fideles qui sub vexillis Reipublicae Paraquarianae terra marique et aëria classi actu militant.

http://www.obrascatolicas.com

c) Qui eorundem familias constituunt, uxores, videlicet, liberi, propinqui et necessarii atque famuli, dummodo in copiarum stationibus, vel in locis militibus reservatis, cum iisdem cohabitent.

d) Qui, vulgato nomine, *codetes*, nuncupantur in militaribus academiis instituendi, necnon ephebeorum alumni gradum optionis affectantes.

e) Qui ad legiones a Publica Securitate pertinent, vulgo *fuerzas policiales* appellatas.

f) Qui tandem, sive alicui Religioni adscripti sive non, in nosocomiis et in ceteris institutis aut locis militibus reservatis stabilem sedem obtinent.

7. Vicarius Castrensis, conlatis cum Reipublicae Praeside consiliis, ab Apostolica Sede deligetur et per peculiares S. Congregationis Consistorialis Decretum officio potietur.

8. Cappellani maiores et militum cappellani a Vicario Castrensi —servatis servandis— nominantur, eiusque ordinariae potestati, durante munere, omnino subduntur. /
112

Quoad ecclesiasticam disciplinam tamen, potestati quoque Ordinarii loci, in quo versari contingat, obnoxii erunt. Huic vero, in casibus urgentioribus et quoties Vicarius Castrensis providere non poterit, fas erit in eos animadvertere etiam canonicis sanctionibus, si casus ferat, et monito statim Vicario Castrensi.

9. Quod ad militum cappellanos religiosos attinet, adamussim servetur Instructio *De Cappellanis militum religiosis*, a S. Congregatione negotiis Religiosorum sodalium praeposita, die 2 mensis Februarii anno 1955 edita [LE 2478].

10. Pro-Vicario et cappellanis maioribus necessarias et opportunas Vicarius Castrensis tribuet facultates.

11. Militum cappellani animarum sibi commissarum curam gerent muneribus et obligationibus parochorum, ad normam memoratae Instructionis de Vicariis Castrensibus, instructi.

Ubi autem impar necessitatibus sit militum cappellanorum numerus, Vicarius Castrensis —conlatis cum loci Ordinario aut cum Superiore religioso consiliis— sacerdotibus e clero saeculari vel religiosis militum curam committet, eisque necessarias et opportunas tribuet, ad nutum, facultates.

12. In celebratione matrimoniorum subditorum Vicariatus Castrensis, religiose servetur praescriptum canonis 1097, § 2 C. I. C., id est: «pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa excuset», et accurate expleantur actus qui, ad normam iuris communis, celebrationem matrimonii praecedere et subsequi debent.

13. Causas subditorum Vicariatus Castrensis Paraquariae sive contentiosas inter ipsos, sive criminales, tribunal metropolitanum Sanctissimae Assumptionis in prima instantia, dioecesanum Villaricense in altera instantia pertractabunt.

14. Vicarius Castrensis Relationem de statu Vicariatus Castrensis singulis quinquenniis exhibebit, quaesitis respondens iuxta ea quae in «Formula servanda» praescribuntur, a S. Congregatione Consistoriali die 20 mensis Octobris anno 1956 statuta [LE 2603].

Quinquennia autem sunt fixa ad normam canonis 340, § 1, proinde huiusmodi obligationi satisfaciet anno quo locorum Ordinarii Reipublicae Paraquarianae Relationem de statu dioecesium exhibere tenentur.

Eodem anno quo Relatio est promenda, Vicarius Castrensis ad Urbem Apostolorum Petri et Pauli sepulcra venera-
113 turus accedat et Romano Pontifici se sistat. /

15. Vacante Vicarii Castrensis officio, nisi aliter ab Apostolica Sede provisum fuerit, regimen Vicariatus Castrensis —usque dum novus Vicarius Castrensis muneris possessionem ceperit— Pro-Vicarius, si adfuerit, assumet; secus cappellanus maior in munere antiquior.

Qui autem Vicariatus Castrensis regimen tunc assumpserit facultatibus fruetur et oneribus adstringetur quae ius commune —congrua congruis referendo— Vicario Capitulari tribuit.

Ipsius praesertim erit S. Congregationem Consistorialem de assumpto munere certiorem facere ab eaque instructiones impetrare.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua Excmum P. D. Carolum Martini, Archiepiscopum titularem Abaritanum, in Paraquaria Nuntium Apostolicum, deputare dignata est opportunis et necessariis conlatis facultatibus, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum

in ecclesiastica dignitate constitutum, et onere imposito ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 20 mensis Decembris anno 1961.—Carolus Card. CONFALONIERI, *a Secr.* Franciscus Carpino, Archiep. tit. Serdicen., *Adsessor.*

Ada. A. PUGLIESE in ME 87 (1962) 385-401.

3026

1961 DEC 25.-IOAN. XXIII, CONST. AP. AAS 54 (1962) 5-13

CONCILIUM OECUMENICUM VATICANUM II INDICITUR

IOANNES EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Humanae salutis Reparator Christus Iesus, qui, antequam in caelum ascenderet, a se electis Apostolis mandatum dedit, ut Evangelii lumen gentibus universis inferrent, iisdem pariter, ut credito ipsis muneri auctoritatem et firmamentum adderet, illud prolixe pollicitus est: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi* [1]. Quae laetabilis Christi assiduitas, si in Ecclesia sancta se vivam et efficientem numquam non praestitit, tum profecto eluxit maxime, cum saevioribus agitabatur procellis societas hominum et communitas. Per eiusmodi enim tempora Christi Sponsa luculentissime sese magistram veritatis et salutis ministratricem ostendit, atque in omnium conspectu demonstravit quanta vi pollerent caritas, piae admotae preces, toleratae Dei gratia asperitates et aegrimoniae; quae superna sane eius praesidia sunt ac prorsus inexsuperabilia, cum eadem divinus ipsius / Conditor 6
adhibuerit, qui grandi suae vitae hora pronuntiavit: *Confidite, ego vici mundum* [2].

Iamvero nostra hac aetate hominum convictum graviter commotum Ecclesia videt ad summam mutationem spectare. Atque dum hominum consociatio ad novum fertur rerum ordinem, amplissima munera Ecclesiam manent; quemadmodum in miserrima quaque temporum condicione evenisse didicimus. Siquidem id ab Ecclesia nunc requiritur, ut virtutem perennem, vitalem, divinam Evangelii in venas iniciat eius, quae hodie est, humanae communitatis; quae gloriatur quidem de rebus a se recens in artium doctrinarumque provincias invectis, sed eius patitur socialis disciplinae damna, quam quidam, posthabito Deo, restituere conati sunt. Animadvertimus propterea nostrorum dierum homines in bonis animi non pariter atque in bonis externis profecisse. Ex quo oritur, ut neglegentius iidem quaerant quae peritura non sunt; ut, ex contrario, fluxas mundi voluptates plerumque appetant, quas progressae artes tam commode parant; ut denique —quod novum sane atque formidolosum existimandum est— hominum secta Deum esse negantium, more veluti militari ordinata, constiterit ad multosque populos pervaserit.

Hae doloris anxitudinisque causae ad considerandum propositae eo sane pertinent, ut vigilandi necessitatem ostendant et suorum quemque officiorum conscium efficiant. Novimus quidem horum malorum conspectum quorundam animos adeo percellere, ut nonnisi tenebras cernant, quibus putent hunc mundum penitus obvolvi. Nobis vero fiduciam Nostram firmissimam perplacet in divino generis humani Servatore collocare, qui mortales a se redemptos minime dereliquit. Immo vero, monitis obsecuti Christi Domini nos hortantis ut *signa... temporum* [3] dignoscamus, inter tot taetricas caligines, indicia pervidemus, eaque non pauca, quae Ecclesiae humanoque generi melioris aevi videntur auspicia portendere. Siquidem sive interneciva bella, quae nostris temporibus alia secuta sunt alia, sive luctuosa animorum detrimenta, quae passim multae doctrinae pepererunt, sive magnae rerum acerbitates, quas diu / nimis homines experti sunt, haec omnia moni- 7
toria quadam voce non caruerunt. Ac vel ipsa artium technicorum incrementa, quibus hominibus potestas facta est formidolosa arma ad sui excidium parandi, haud parum anxitudinis ac discriminis invexerunt; quod quidem efficit

[1] *Matth.* 28, 20. [2] *Ioan.* 16, 33. [3] *Matth.* 16, 4.

ut homines in praesens sollicitudine teneantur, ut facultates suas finitas esse facilius agnoscant, ut pacem exoptent, ut bonorum, quae ad animum pertineant, momentum perpendant, ut denique illum socialis vitae cursum admaturent, quem hominum societas, licet incertis gradibus, iam iniisse dicenda est; qui nempe rerum cursus singulos homines, varios civium ordines ac vel ipsas Nationes magis magisque impellit, ut inter se amice conspirent et sese mutua adiutrice opera compleant atque perficiant. Quod profecto maximopere confert ad apostolicam Ecclesiae actionem facilius expeditiusque exercendam; cum homines plurimi, qui excelsum eius munus adhuc fortasse non animadverterunt, hodie, de rerum usu uberius edocti, esse procliviores videantur ad Ecclesiae monita excipienda.

Ad Ecclesiam autem quod attinet, populorum vicissitudinibus, doctrinarum artiumque progressionibus, mutatis humanae societatis condicionibus nequaquam eadem iners affuit, sed haec omnia pervigili cura prosecuta est; totis viribus eorum doctrinis obstitit, qui omnia ad materiam referrent aut catholicae fidei fundamenta subvertere conarentur; ac demum e sinu suo uberrimas vires hausit, ad sacrum apostolatum, ad pietatem, ad actionem suam in omnibus humanae navitatis campis suscipiendam incitantes; idque tum primum sacri cleri opera, qui doctrina virtuteque suis obeundis muneribus magis magisque se parem praebuit, tum deinde opera laicorum hominum, qui magis compertas habuerunt partes sibi in Ecclesia concreditas, ac peculiari modo officium, quo singuli obstringuntur, ecclesiasticae hierarchiae adiutricem operam navandi. Accedit quod ingens aerumnarum magnitudo, quibus hodie asperrime premuntur plurimae christianorum communitates, id efficiunt, ut prorsus admiranda sacrorum Pastorum, sacerdotum laicorumque hominum multitudo, ob invictam catholicae fidei constantiam, insectationes omne genus perferant, atque eiusmodi christianae fortitudinis exempla edant, ut cum iis iure merito comparanda sint, quae aureis
8 litteris in Ecclesiae fastis recen/sentur. Quamobrem, dum humanae consortionis faciem mutatam penitus conspicimus, catholica quoque Ecclesia oculis obversatur nostris valde mutatam perfectioremque induta formam: scilicet firmiore compaginis unitate constans, uberioris doctrinae praesidio aucta, sanctitudinis nitore pulchrius refulgens; ita quidem ut ipsa in praesens ad sancta fidei certanda certamina omnino parata videatur.

Geminum hoc spectaculum animo complectentes, illinc nempe hominum coniunctionem summa animi bonorum inopia laborantem, hinc Christi Ecclesiam ubertate vitae florentem, iam inde a supremo Pontificatu inito —ad cuius fastigium, licet meritis impares, benignissimo Dei providentis consilio evecti sumus— graves apostolici officii Nostri partes esse duximus, cogitationes in id convertere, ut, omnibus filiis Nostris operam conferentibus, Ecclesia se magis magisque idoneam praestaret ad hominum huius aetatis quaestiones dissolvendas. Hac de causa, veluti intimae supernoque quodam instinctu ortae voci obtemperantes, matura iam esse tempora existimavimus, ut catholicam Ecclesiam universamque hominum familiam novo Oecumenico Concilio donaremus, quod eam viginti maximarum Synodorum seriem continuaret, quae per saeculorum decursum ad caelestis gratiae in christifidelium animis incrementum et ad rei christianae progressum tantopere valuerunt. Atque tum effusa catholicorum hominum laetitia, qua huius rei nuntius in toto terrarum orbe exceptus est; tum subinde supplices Deo admotae preces, quas certatim universa Ecclesia hac de causa fundere non intermisit; tum alacre studium in eodem Concilio apparando positum, quod spem Nostram apprime confirmat; tum postremo studiosa cura aut saltem exspectatio, obsequii plena, qua hoc Concilium ii christiani prosequuntur, qui a Romana Ecclesia seiuncti sunt, ac vel ii qui christiani nominis sunt expertes: haec omnia, dicimus, apertissimo indicio demonstrant, neminem quempiam praeteriisse maximum huius eventi momentum atque granditatem.

Itaque proxima Oecumenica Synodus eo tempore feliciter celebratur, cum Ecclesia impensiore studio flagrat fidem suam novis viribus roborandi, seseque suaviter recreandi
9 praeclaro suae unitatis spectaculo: cumque eadem instan- / tius se eo officio / obligari sentit, non modo ut salubrem suam vim efficaciorem reddat et filiorum suorum sanctimoniam promoveat, sed etiam ut christianae veritati vulgandae ceterisque institutis suis provehendis afferat incrementa. Hinc in medio ponetur, vivam semper esse perpetuaque florere iuventa Ecclesiam matrem, quae humanis eventibus praesens usque adest, atque saeculis volventibus nova semper specie ornatur, novis radiat fulgoribus, novas fert palmas; quamvis eadem semper perstet et ad pulcherrimam iam imaginem conformata, qua eam praeditam voluit divinus Sponsus, qui ipsam diliget ac tuetur, nempe Christus Iesus.

Quo tempore autem videmus in variis terrarum orbis partibus plurimorum nisus crebriores fieri, qui magno animo id assequi contendunt, ut inter christianos universos aspectabilis unitas instauretur, quae Divini Servatoris votis digne satisfaciat, consentaneum omnino est, ut celebrandum Concilium ea doctrinae capita uberius illustret, eaque fraternae caritatis specimina exhibeat, quibus positis, christiani ab Apostolica hac Sede seiuncti, ad eandem unitatem acrius accendantur, iisdemque ad eam assequendam quasi via muniatur.

Denique, ad universam hominum familiam quod attinet, quam calamitosarum dimicationum discrimina incertam, commotam, anxiam assidue tenent, proximum Oecumenicum Concilium opportunitatem omnibus egregiae voluntatis hominibus praebebit, pacis consilia et proposita ineundi atque promovendi. Quam quidem veri nominis pacem potissimum gignere possunt ac debent bona, quae ad animum et ad supernum ordinem pertinent, itemque hominum mens et conscientia, quae lumen ductumque a Deo sumant, humani generis Creatore atque Reparatore.

Sed huiusmodi fructus, quos tam vehementer ex Oecumenica Synodo exspectamus, ac de quibus saepe libenterque locuti sumus, postulant sane, ut in hoc parandum magni momenti opus consilia, studia, labores impendantur. Proponuntur propterea quaestiones sive ad fidei doctrinam, sive ad actionem vitae spectantes; atque idcirco proponuntur ut christiana instituta et praecepta absolutissime cum multiformi vitae usu conveniant, et ad utilitatem conducant corporis mystici Christi, eiusque sacri muneris, quod ad supernum ordinem pertinet. / Haec omnia profecto at- 10
tingunt Divinas Litteras, sacram Traditionem, Ecclesiae sacramenta et preces, disciplinam morum, opera, quibus caritas exercetur et consulitur egenis, laicorum apostolatum, missionalia incepta.

Verumtamen supernus ordo ad alterum ordinem, temporis finibus artatum, qui pro dolor saepenumero unus hominum curas eorumque anxias sollicitudines occupat, maxime efficax sit oportet. Nam in temporalium quoque rerum provincia Ecclesia visa est *Mater et Magistra*, ut utamur verbis quibus Decessor Noster fel. rec. Innocentius III usus est, cum Oecumenicum Concilium Lateranense quartum haberetur. Quamvis Ecclesia ad terrestrem finem in primis non contendat, tamen in itinere suo nequit abesse ab iis quaestionibus, quae de bonis temporalibus sunt, vel labores, qui haec progignunt, neglegere. Novit profecto, quantopere prosint immortalibus animis ea adiumenta et praesidia, quae apta sunt ad humaniorem efficiendam singulorum hominum vitam, quorum aeterna salus procuranda est. Novit eadem se, cum Christi luce homines collustret, id conferre, ut iidem se ipsi penitus agnoscant. Nam illuc eos perducit, ut intellegant, quid ipsi sint, qua dignitate excellant, quem finem prosequi debeant. Ex quo fit ut nunc temporis Ecclesia praesens adsit, iure vel re, institutis quae ad universas gentes pertineant, atque ab ea discripta elaboretur de re sociali doctrina, quae ad familias, ad scholas, ad locandas operas, ad societatem coniunctionemque hominum, ad universas denique huius generis quaestiones attineat; cuius quidem doctrinae causa, Ecclesia tam excellsum dignitatis fastigium assecuta est, ut praegravis eius vox summa auctoritate apud cordatos omnes polleat, utpote disciplinae morum interpres ac propugnaculum, atque iurium officiorumque vindex sive singulorum hominum sive civitatum.

Quapropter ea quae in Oecumenica Synodo deliberata erunt, tam efficacia fore confidimus, ut non tantum christianae sapientiae luce collustrent et fervido robore firment in timos animos, sed etiam humanorum operum summam pervadant.

Oecumenici celebrandi Concilii primum dedimus nuntium die vicesimo quinto mensis Ianuarii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo nono. Quod cum fecimus, parvum quoddam semen animo manuque trepidis iacere nobis visi sumus. / Divino auxilio suffulti tunc aggressi su- 11
mus ad multiplex graveque opus, quod eius molimentum deposcebat. Ab eo die tres fere exacti sunt anni, quibus labentibus, conspeximus exiguum illud semen, caelesti afflante gratia, in proceram arborem succrevisse. Quod longum laboriosumque emensum iter respicientes, maximas Deo gratias persolvimus, qui largiter impertitus est Nobis opem, ut omnia congruenter, apte, concorditer decurrerent.

Priusquam argumenta in Concilio pertractanda statuemus, ante omnia prudens et sapiens rogavimus consilium Patres Cardinales, universi catholici orbis Episcopos, Romanae Curiae sacra Consilia, Religiosorum Ordinum et

http://www.obrascatolicas.com

Congregationum Moderatores generales, catholicas studiorum Universitates et ecclesiastica Magisteria. Atque per unius anni decursum, huiusmodi consultationibus, ingentis quidem ponderis, vacatum est; e quibus aperte patuit in quaenam praecipue rerum capita essent conferenda studia.

Ad Concilium parandum tunc varia constituta sunt Consilia, quibus arduum mandavimus munus eas decretorum adumbrationes proponendi, ad doctrinam et ad morum disciplinam attinentes, e quibus Nos delegeremus, quae in generalibus Concilii coetibus essent expendenda.

Magno tandem gaudio affecti vos certiores facimus, huiusmodi alacriter intenta studia, in quae Purpurati Patres, Episcopi, Praelati, Theologi, iuris canonici cultores, scientes et periti viri universi orbis terrarum consociatam praeclaramque contulerunt operam, iam ad exitum vergere.

Confisi igitur auxilio divini Redemptoris, qui est omnium rerum principium et finis, atque deprecatione augustae Matris eius beatissimae Virginis Mariae, et Sancti Ioseph, cuius tutelae iam ab ultimo initio hunc magni momenti eventum commisimus, tempus advenisse putamus alterum Oecumenicum Concilium Vaticanum convocandi.

Quare, postquam hac super re sententias audivimus S. R. E. Cardinalium, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra nuntiamus, indicimus, convocamus, in proximum annum millesimum nongentesimum sexagesimum secundum, Sacrum Oecumenicum et universale Concilium Vaticanum secun-
12 dum, quod in Patriar/chali Vaticana Basilica rite celebrabitur, diebus, quos providentissimus Deus statuere dederit.

Volumus propterea et iubemus ut Oecumenico Concilio a Nobis indicto ex omnibus orbis terrarum partibus adsint Dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinales, Venerabiles Fratres Patriarchae, Primates, Archiepiscopi et Episcopi, sive residentes, sive titulares, itemque universi ecclesiastici viri, qui ex iure Oecumenico Concilio adesse debent.

Id postremo singulos christifideles cunctumque populum christianum rogamus ut, omne studium ad Concilium conferentes, magnas Omnipotenti Deo preces fundere velint, ut tantam rem eandemque iamiam imminentem benigne prosequatur, et, virtutis robore firmans, iusta det fieri dignitate. Quae communes preces a fide, tamquam a vivo fonte, con tenenter fluant; eas comitetur voluntaria corporis castigatio, ut acceptiores Deo fiant summeque efficaces; eas pariter generosa christianae vitae contentio ditet, ex qua coargui possit iam omnes esse ad praecepta et decreta exsequenda proclives, quae aliquando fuerint ab ipso Concilio constituta.

Adhortationibus hisce Nostris amantissimos filios compellamus ex utroque clero ubivis degentes, atque omnes cuiusvis ordinis fideles. Peculiari autem modo sive pueros compellamus, quorum innocentia et preces apud Deum quantum valeant nulli non est exploratum, sive aegrotos et male affectos, cum persuasum habeamus, eorum dolores, eorumque vitam, hostiae simillimam, ob Crucis Christi virtutem, transire in validam obsecrationem, in salutem, in sanctioris vitae fontem pro Ecclesia universa.

Extremum christianos omnes qui a catholica Ecclesia dissident enixe rogamus, ut Deo supplicent: nam ad eorum etiam fructum Concilium redundabit. Nos enim minime latet ex his filiis complures unitatis et pacis assequendae desiderio teneri, iuxta Christi doctrinam, iuxtaque precationem ab eo caelesti Patri admotam; neque Nos praeterit, auditum Concilii nuntium non solum magno gaudio ab iis esse acceptum, verum etiam ex iis haud paucos pollicitos esse se precaturos Deum, ut res bene ac feliciter eveniat, et laeta in spe esse suorum Coetuum nomine mitti posse
13 legatos, qui de iis certiores fiant, quae in Concilio agantur. Haec omnia Nos ingenti sane solatio atque / spe affecerunt; quin etiam, quo facilius et expeditius huiusmodi commercia habeantur, iam pridem peculiare de hac re Officium constituimus, quod Secretariatum appellant.

Utinam de huius temporis christiana familia contingat quod de Apostolis, post Christi ascensum in caelum, Hierosolymis esse factum scimus: cum omnis Ecclesia, recens nata, summa animorum concordia se ad Petrum, agnorum oviumque Pastorem, applicuit, atque cum eo et pro eo precata est. Ac dignetur adorandus Dei Spiritus, flagrantissimis omnium annuens votis, hanc precationem admittere, quae cotidie ex universis terrarum orbis partibus ei admovetur:

Renova aetate hac nostra per novam veluti Pentecosten mirabilia tua, atque Ecclesiae Sanctae concede, ut cum Maria, Matre Iesu, unanimiter et instanter in oratione perseverans, itemque a Beato Petro ducta, divini Salvatoris regnum amplificet, regnum veritatis et iustitiae, regnum amoris et pacis. Amen [1].

[1] *A. A. S.*, v. LI (1959), p. 832.

Hanc vero Constitutionem nunc et in perpetuum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per hanc Constitutionem iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XXV mensis Decembris, in Nativitate D. N. I. C., anno MDCCCCLXI, Pontificatus Nostri quarto.—Ego IOANNES, *Catholicae Ecclesiae Episcopus.*

Adn. C. DE CLERCQ in Apoll. 34 (1961) 263-267; NrT 94 (1962) 181.

3027

1961 . . . . -SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

DECLARATUR NULLUM OB DEFECTUM FORMAE CANONICAE MATRIMONIUM INITUM INTER BAPTIZATAM IN RITU ARMENO ET BAPTIZATUM IN SECTA PROTESTANTICA

After careful study of the acts of the process for nullity of the marriage of Mary G., baptized in the Armenian Rite, and Richard T., baptized Protestant, the Holy Office in reply to the doubt *an constet de nullitate matrimonii in casu* has decreed:

«*Affirmative*: seu constat de nullitate matrimonii in casu ex defectu formae canonicae pro Armenis praescriptae.»—A. Card. OTTAVIANI, *Secr.*

* Ordinario Bostoniensi: Jurist 21 (1961) 116.

3029

1961 . . . . -SC PROP. FIDE, FACULTATES. PART.*

MUTANDA ET ADDENDA IN FORMULA FACULTATUM DECENNALIUM ORDINARIIS MISSIONUM CONCESSARUM

Vide *textum* sub die 1960 Ian. 1: LE 2870.

* Ordinariis in locis Missionum, Prot. N. 2671/60: e folliis ipsius S. Congregationis. Vide Adn. sub die 1960 Ian. 1: LE 2870.

ANNUS 1962

3030

1962 IAN 2.-SC RITUUM, DECL. AAS 54 (1962) 51-52

DECLARATIONES: I. CIRCA QUAEDAM DUBIA QUAE IN RUBRICARUM CODICE INTERPRETANDO ORTA SUNT; II. CIRCA EDITIONEM TYPICAM PARTIS SECUNDAE PONTIFICALIS ROMANI

I—Circa quaedam dubia quae in Rubricarum Codice interpretando orta sunt

Ut nonnullis petitionibus circa externam festorum solemnitatem satisfiat, haec Sacra Congregatio, audito Commissionis liturgicae suffragio, numeros Codicis Rubricarum [LE 2927], qui sequuntur, ita definiendos esse statuit:

N. 358.—Solemnitas externa ipso iure competit dumtaxat: *a)* festo SSmi Cordis Iesu; *b)* festo B. M. V. a Rosario, in dominica 1.ª mensis octobris; *c)* festo Purificationis B. M. V., si actio liturgica huic diei propria, approbante Sancta Sede, in dominicam transferatur, pro ea tantum Missa, quae candelarum benedictionem et processionem sequitur; *d)* festo Patroni principalis, rite constituti, nationis, regionis seu provinciae sive ecclesiasticae sive civilis, dioecesis, loci seu oppidi vel civitatis; *e)* festo Patroni principalis, rite constituti, Ordinis seu Congregationis, et religiosae provinciae; *f)* festo Patroni, rite constituti, coetuum vel institutionum, in ecclesiis vel oratoriis, quo fideles ad Patronum celebrandum conveniunt; *g)* festis anniversarii Dedicationis necnon Tituli propriae ecclesiae; *h)* festis Tituli necnon Fundatoris canonizati Ordinis seu Congregationis; *i)* festis aut commemorationibus, in calendario Ecclesiae universae vel in calendario proprio inscriptis, quae cum peculiari populi concursu celebrantur: cuius rei iudex est loci Ordinarius.

N. 359.—Solemnitas externa, si ipso iure competat, nec supra, n. 358, pro quibusdam solemnitatibus externis aliter statuatur, fieri potest aut ipso die quo festum impeditur, aut in dominica immediate praecedenti vel immediate sequenti Officium festi impediti, aut alio die ab Ordinario loci determinando, iuxta rubricas.

Si vero peculiari indulto conceditur, solemnitas externa diei
52 definito assignatur. /

II—Circa editionem typicam partis secundae Pontificalis Romani

Recenter prodiit editio vaticana partis secundae Pontificalis romani, quae vi decreti huius Sacrae Congregationis, sub die 13 Aprilis 1961, uti «typica» declarata est [LE 2979].

Ad dubia praecavenda, bene visum est quae sequuntur declarare:

Cum agatur de editione «typica» simul ac «emendata», id est de editione, in qua ritus et rubricae, necnon cantus gregoriani, in parte vel ex integro, ad simpliciorem simul ac meliorem formam redacta sunt, ritus, rubricae ac cantus gregorianus, in praecedentibus editionibus exhibita, vim obligationis amiserunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex Aedibus Sacrae Rituum Congregationis, die 2 Ianuarii 1962.—C. Card. CICOGNANI, Ep. Tusculan., *Praef.* Henricus Dante, *a Secr.*

Adn. S. FAMOSO in EL 76 (1962) 180-182.

3031

1962 IAN 10.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

INTERPRETATIO EXCEPTIONIS IN FACULTATIBUS QUINQUENNALIBUS ORDINARIORUM LOCORUM APPOSITAE DISPENSANDI AB IMPEDIMENTO DISPARITATIS CULTUS CUM PARTE MAHUMETANA

DUBIUM-Whether, in dispensations to be granted from the impediment of disparity of cult in virtue of the quinquennial faculties, the exception which is set down in faculty n. 3 [LE 2326], regarding the case of marriage with a Mohamedan party, extends to absolutely all Moslems without distinction because of the simple fact of Mohammedan origin, even though they have given up or never followed

the religious observance of their race; or rather must it be restricted only to those followers of Mohammed who, whatever their origin, profess the Mohammedan religion?

RESP.—Their Eminences, the Cardinals of the Supreme S. Congregation, in their plenary session of Wednesday, 10 January, 1962, replied:

In the affirmative to the first: that is, the exception which is set down in faculty n. 3 regarding the case of marriage with a Mohammedan party, extends to absolutely all Moslems without distinction, by the simple fact of origin, even though they have given up or never followed the religious observance of their race.

* Cuidam Ordinario loci S. F. A. S., Prot. N. 3568/61m: BOUSCAREN V, p. 191.

3032

1962 IAN 10.-SC STUDIORUM, NOTIFICATIO. PART.*

MUTATUR MODUS PROCEDENDI IN ADMITTENDIS FILIIS ACATHOLICORUM AD SEMINARIUM ET AD ORDINES SACROS

In recent months the Apostolic Delegation has had inquiries about the practice to be observed for the admission to the seminary and orders of candidates who are the offspring of non-Catholic parents who are still living (cf. Can. 987, 1.°).

I referred this matter to the Holy See and now have been informed that the Most Reverend Ordinaries do not have to seek the permission of the Sacred Congregation for Seminaries to admit to the seminary candidates with this impediment. It is sufficient to recur to the Supreme Sacred Congregation of the Holy Office for the dispensation from Canon 987, 1.° when the young men are ready for First Tonsure and Minor Orders.

The Sacred Congregation for Seminaries has directed me to bring the above to the attention of Your Excellency.

* Delegato Apostolico in S. F. A. S. iuxta communicationem diei 10 ian. 1962, Prot. N. 189/50, Ordinariis locorum filius nationis factam: BOUSCAREN V, p. 493-494. Vide responsa S. C. Studiorum sub die 1961 Ian. 10: LE 2959 et die 1961 Feb. 4: LE 2964 data.

3033

1962 IAN 12.-SC DE PROP. FIDE, NORMAE. PART.*

NORMAE AC CRITERIA PROPONUNTUR CIRCA SOLUTIONEM PRAECIPUIS QUAESTIONIBUS MISSIONUM DANDAM, OCCASIONE CONFERENTIAE PLENARIAE EPISCOPORUM AFRICAE MERIDIONALIS

Roma, 12 gennaio 1962

Eccellenza Reverendissima, la notizia che gli Ecc.mi Ordinari di codesta Delegazione Apostolica si raduneranno in Conferenza Plenaria dal 23 al 26 gennaio c. a., mi offre, ancora una volta, la propizia occasione di esprimere ai solerti Pastori dei territori australi d'Africa il vivo compiacimento di questa Sacra Congregazione per l'ampio e prezioso lavoro apostolico da essi realizzato negli ultimi anni, e nello stesso tempo rivolgere loro una paterna ed affettuosa esortazione ad affrontare «corde magno et animo volenti» i sempre più numerosi e complessi problemi pastorali.

E' degna, indubbiamente, di plauso la sollecitudine da cui sono animati gli stessi Ordinari nel procurare una conveniente schiera di sacerdoti autoctoni. Questa Sacra Congregazione, seguendo da vicino tutti i tentativi intrapresi in tale campo, conosce bene tanto gli sforzi compiuti, quanto gli ostacoli incontrati, e perciò si rallegra vivamente per i lusinghieri successi conseguiti. Il costruendo Seminario Maggiore di S. Pietro Apostolo e i vari Seminari Minori che sono già in funzione o in via di progetto, costituiscono prova tangibile dell'ardente desiderio di codesti Presuli di dare alle popolazioni africane leviti ben formati e numerosi.

http://www.obrascatolicas.com

E', altresì, lodevole l'azione pastorale con cui i Vescovi si studiano di conservare le scuole cattoliche e di tenerle in un alto livello religioso, morale e scientifico. Le fiorenti istituzioni scolastiche, pur procurando agli Ordinari non pochi pensieri e preoccupazioni, tuttavia non hanno mancato di essere per essi motivo di vera gioia e di legittimo vanto.

Nelle presenti circostanze non sarà mai troppa la prudenza dei Vescovi, sacerdoti e religiosi nell'esporre opportunamente i principi cristiani relativi ai diritti della persona umana. L'instancabile e sagace opera degli Ordinari per elevare lo stato religioso, morale e sociale delle popolazioni, manifesterà a tutti il costante anelito della Chiesa di portare a tutte le genti, senza alcuna distinzione, la pace e la salvezza.

Tra i problemi, poi, che più assillano codesti Presuli e che maggiormente impediscono il regolare svolgimento del lavoro apostolico è certamente quello della scarsezza del personale missionario. Il numero dei sacerdoti, pur in continuo aumento, è ancora inadeguato alle nuove e accresciute esigenze dell'opera missionaria in codesto continente, e la legislazione razziale, vietando ai sacerdoti bianchi di dimorare stabilmente nelle zone riservate agli Africani, moltiplica e aggrava le difficoltà pastorali. Sarà opportuno, quindi, per ovviare ai rilevati inconvenienti, adottare nuovi e più rispondenti mezzi d'apostolato tra le popolazioni africane.

Il Papa Pio XII, di s. m., tenendo presenti i vari problemi pastorali esistenti nel continente africano, scrisse nell'Enciclica *Fidei Donum:* «Praesentes Africae sociales atque politicae rationes prorsus expostulant, ut ex christifidelium multitudine, recens ad Evangelium traducta, quam primum delecta etiam virorum catholicorum cohors instruatur ac paretur» [1].

Nel raccomandare, dunque, l'organizzazione dell'Apostolato dei laici e dell'Azione cattolica, Propaganda desidera altresì mettere l'accento sulla necessità della formazione dei catechisti.

Si nota già, con viva soddisfazione, che tale opera sta ricevendo in molti paesi di missione nuova vita e nuovo vigore. Siamo lieti, pertanto, d'apprendere che anche gli Ordinari Sud-Africani, riconoscendo l'importanza e l'utilità dell'apporto dei catechisti all'opera di evangelizzazione, hanno incominciato ad aprire per essi le prime scuole di reclutamento e di formazione. Si nutre fiducia che, ben presto, i catechisti, dopo di aver acquisito una qualificata educazione religiosa e morale, possano essere resi efficacemente partecipi, secondo la loro specifica figura, del lavoro missionario.

Sono certo che i mezzi finanziari devoluti da codesti Ordinari e anche, nei limiti delle sue annue disponibilità, dalla Pont. Opera della Propagazione della Fede a tale intento, conseguiranno un felice esito, mediante anche il contributo materiale, didattico e spirituale dei Religiosi e delle Religiose che prestano la loro opera nelle missioni del Sud-Africa.

Col cuore pieno di speranza e di santo ottimismo per il futuro della Chiesa in codesta promettente porzione della Vigna del Signore, imploro le più abbondanti benedizioni celesti sui lavori dell'imminente Conferenza Episcopale, facendo voti che le questioni discusse e le risoluzioni prese durante l'assemblea, possano riuscire a maggior gloria di Dio e alla salvezza delle anime.

Frattanto profitto dell'incontro per porgerLe distinti ossequi. Dell'Eccellenza Vostra Rev.ma devotissimo.—G. P. Card. Agagianian, *Pref.* P. Sigismondi, *Segr.*

[1] *A. A. S.*, 49 (1957), pp. 232-233 [LE 2650].

* Delegato Ap. in Africa meridionali, Prot. N. 68/62: BIM 28 (1962) 150-151.

3034

1962 IAN 31.-SC ORIENTALIS, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur sacerdotibus ritus orientalis Societatis Iesu Missam celebrandi diebus etiam aliturgicis

Preces—*Beatissime Pater*, Procurator Societatis Iesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus humiliter postulat renovationem facultatis quam alias obtinuit, Rescripto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 13 mensis ianuari a. 1959, nempe ut presbyteri orientalis ritus eiusdem Societatis, Sacrum litare queant diebus quoque qui aliturgici vocantur, excepta feria VI[a] Maioris Hebdomadae, cum praecedentis concessionis causae adhuc perseverent.

Rescr.—*Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali*, vigore facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Ioanne, Divina Providentia Papa XXIII tributarum, gratiam petitam largitur, iuxta preces, servatis in omnibus de iure servandis.

Praesentibus ad triennium valituris. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 31 mensis ianuarii anno Domini 1962.—J. Bapt. Scapinelli, *Adsessor.*

* Procuratori Gen. S. I., Prot. N. 703/48: Acta romana Societatis Iesu 14 (1961-66) 147-148.

3035

1962 FEB 2.-IOAN. XXIII, MOT. PR. AAS 54 (1962) 65-66

Dies statuitur Concilii Oecumenici Vaticani II inchoandi

Consilium, diu Nostra mente versatum, efficientes, atque communem catholicorum hominum explentes exspectationem, die XXV mensis Decembris, superiore anno MDCCCCLXI, in festo Nativitatis D. N. I. C., Constitutione Apostolica *Humanae salutis* promulgata [LE 3026], in hunc annum Concilium Oecumenicum Vaticanum II indiximus.

Nunc vero, re Nobiscum etiam atque etiam reputata, ut qui ex iure Concilio interesse tenentur, quae ad hanc causam opus sunt opportune parare queant, in animum induximus, ut celebrandi Concilii Oecumenici Vaticani II initium a die XI mensis Octobris huius anni statuamus. Quem diem idcirco potissimum elegimus, quod in memoriam redigit maximam illam Ephesinam Synodum, quae in catholicae Ecclesiae annalibus summi momenti obtinet locum.

Dignissimo appetente consessu, facere non possumus, quin universos filios Nostros iterum incitemus ad crebriores usque Deo admovendas preces, ut hic eventus prospere cedat, in quem intenti sumus, una cum Nostris venerabilibus Fratribus ac dilectis Filiis, peragendum Concilium directo apparantibus, simulque cum universo clero populoque christiano, qui eundem omni studio praestolantur. Ex quo quidem eventu hos praecipue flagrantissimis votis optamus fructus, ut scilicet Christi Sponsa Ecclesia, inditam sibi divinitus virtutem magis magisque confirmet et quam latissime in hominum animos infundat /

66

Ita etiam sperare licet fore ut populi, fidentius in Christum, *lumen ad revelationem gentium*, intuentes —ii praesertim quos tanto moerore cernimus aerumnis, discordiis, calamitosisque dimicationibus vexari— tandem aliquando, mutuis iuribus atque officiis religiose servatis, veri nominis pace perfruantur.

Omnibus igitur mature perpensis, motu proprio ac Nostra Apostolica auctoritate decernimus atque statuimus, ut Concilium Oecumenicum Vaticanum II hoc anno, die XI mensis Octobris, initium capiat.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die II mensis Februarii, in festo Purificationis B. M. V., anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto.—Ioannes Pp. XXIII.

Adn. E. B. in NrT 84 (1962) 295-296; C. DE CLERCQ in Apoll. 35 (1962) 8.

3036

1962 FEB 2.-SECRETARIA STATUS, EPISTULA. PART.*

Dies et fines statuuntur celebrandi «Diem Nationalem pro vocationibus ecclesiasticis» in Italia

Dal Vaticano, li 2 febbraio 1962

Em.mo e Rev.mo Signor Mio Oss.mo, ho l'onore di significare all'Eminenza Vostra Rev.ma che, per iniziativa della S. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi, e con l'approvazione sovrana del Santo Padre, è stata istituita la «Giornata Nazionale per le Vocazioni Ecclesiastiche» da celebrarsi, ogni anno, a partire dal corrente

1962, nella seconda Domenica dopo Pasqua, detta del «Buon Pastore».

Tale Giornata ha una finalità eminentemente spirituale: elevare speciali preghiere da parte del Clero, dei fedeli e delle Associazioni Cattoliche dell'intera Nazione e istruire il popolo sul Sacerdozio cattolico e sulla Vocazione Sacerdotale.

A tale proposito, ritengo opportuno aggiungere che si lascia agli Eccellentissimi Ordinari la facoltà di procedere gradualmente, per ragionevoli motivi, al passaggio dalle tradizionali «Giornate Diocesane per le Vocazioni», le quali si svolgono con lo speciale intento di raccogliere aiuti Pro-Seminario, alla «Giornata Nazionale».

Nel pregarLa di portare quanto sopra a conoscenza dell'Ecc.mo Episcopato Italiano, profitto della circostanza per baciarLe umilissimamente le mani e confermarmi con profonda venerazione di Vostra Eminenza Reverendissima Umilissimo Devotissimo Obbligatissimo.—A. G. Card. Cicognani.

* Praesidi Conferentiae episcopali Italiae, Prot. N. 75857: Seminarium 14 (1962) 105.

3037

1962 FEB 3.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

Facultates dantur circa distributionem fructuum beneficiorum, praesertim ad aedes sacras aedificandas vel reparandas

Preces—*Beatissime Pater*, Ordinarius Coloniensis humiliter exponit ea quae sequuntur:

In Archidioecesi omnes parochi salarium necnon pensionem, si resignaverint, e vectigalibus, quae singulis mensibus distribuuntur, accipiunt secundum regulam ab Archiepiscopo ordinatam.

Cum hoc salarium sustentatio honesta considerari omnino possit, fructus beneficiales in lato sensu, in quantum adsunt, emolumenta stolae necnon reditus similes in commodum ecclesiae consumuntur. Ab anno 1958 autem fructus beneficiales parochorum... sic accreverunt ut summa salarii eorum valde excedatur.

Cum in Archidioecesi permagni sumptus ad ecclesias aedificandas et reficiendas et ad alia aedificia ecclesiastica aedificanda et reparanda e vectigalibus ecclesiasticis quotannis solvi debeant necnon propter conformitatem cum reliquis parochis, qui alia bona non vel minora habeant, Ordinarius orator enixe rogat, ut: 1) parocho solvantur *a)* salarium dioecesanum iuxta regulam ordinatam atque *b)* usque ad 20 % huius salarii e fructibus beneficii; 2) id quod superest, fabricae ecclesiae paroeciali ad ecclesiam aedificandam seu restaurandam et ad alia aedificia ecclesiastica aedificanda seu reparanda tribuatur. Etiam, sicut in usu, emolumenta stolae et reditus similes in commodum ecclesiae consumantur; 3) in casu resignationis, pensio parochi iuxta reditum de quo sub 1) computetur. Petit insuper sanationem pro praxi ab anno 1958 iam inducta.

Rescr.—Sacra Congregatio Concilii, attentis expositis, praevia sanatione quoad praeteritum, Eminentissimo Archiepiscopo Coloniensi facultates iuxta preces benigne impertita est, dummodo accedat consensus Capituli metropolitani et Consilii dioecesani administrationis.

Datum Romae, die 3 Februarii 1962.—P. Card. Ciriaci, *Praefectus.*

* Ordinariis locorum Germaniae, Prot. N. 68992/A: AKKR 131 (1962) 128-129.

3038

1962 FEB 6.-SC SACRAMENTORUM, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur permittendi celebrationem Missae absque ministro

Preces—*Beatissime Pater*, Ordinarius Colonien., nomine etiam aliorum Ordinariorum Germaniae, humiliter postulat a Sanctitate Vestra prorogationem rescripti S. Congregationis de Sacramentis, diei 9 martii 1959, N. 1145/59, circa facultatem permittendi S. Missae celebrationem sine ministro, quoties hic haberi nequit, iisdem perdurantibus causis.

Rescr.—Die 5 februarii 1962 Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, vigore specialium facultatum a Ssmo Dño Nostro Ioanne Papa XXIII tributarum, attentis expositis, gratiam prorogationis benigne impertitur ad aliud biennium, dummodo aliquis fidelis sacro adsistat; servatis in reliquis forma ac tenore praecedentis rescripti. B. Card. Aloisi Masella, *Praef.*

* Ordinariis locorum Germaniae, Prot. N. 190/62; 321/62: AKKR 131 (1962) 127-128.

3039

1962 FEB 6.-S. PAENITENT., DECR. AAS 54 (1962) 117

De Indulgentiis insolitis, quae quibusdam Rosarii coronis attribuuntur

Sacrae Paenitentiariae Apostolicae relatum est quasdam inter fideles Rosarii coronas distribui, quas insolitis omnino Indulgentiis ditatas aliqui asserunt, adeo ut recitationi uniuscuiusque *Ave Maria* plures Indulgentiae plenariae adnectantur.

Cum autem non sit de Romanae Ecclesiae consuetudine certos discretionis limites in elargiendis Indulgentiis excedere, Sacrum hoc Tribunal, cuius est de ipsarum Indulgentiarum concessione et usu iudicare, ad falsas praecavendas interpretationes et indiscretam fidelium devotionem vitandam, declarat has Indulgentias, praedictis coronis attributas, nullatenus validas esse.

Ssmus D. N. Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, in Audientia infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 3 Februarii vertentis anni concessa, praedictum Decretum approbavit atque publici iuris fieri iussit.

Datum Roma, e Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 6 Februarii 1962.—A. M. Card. Larraona, *Paenitentiarius Maior.* I. Rossi, *Regens.*

Adn. A. Pugliese in ME 87 (1962) 404-405.

3040

1962 FEB 14.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

Pertinet ad Ordinarium loci iudicare de capacitate ad matrimonium contrahendum illius qui morbo schizophrenico laborat

After careful study of the question proposed by Your Excellency regarding the capacity for marriage of a man previously suffering from schizophrenia, Their Eminences, the Cardinals of this Supreme S. Congregation, in their plenary session of Wednesday, 7 February, 1962, decreed as follows:

«The Ordinary, after having consulted approved authors, theologians and psychiatrists, should use his right and decide what must be done in the case.»

* Ordinario Vigorniensi, Prot. N. 395/61m: BOUSCAREN VI, p. 591.

3041

1962 FEB 20.-SC STUDIORUM, LITERAE CIRC. PART.*

Media proponuntur et indulgentiae concessae numerantur pro celebrando «Die Nationali vocationum ecclesiasticarum» in Italia

Roma, 20 febbraio 1962

Eccellenza Reverendissima, L'Em.mo Signor Cardinale Giuseppe Siri, Presidente della Conferenza Episcopale Italiana, ha già reso noto a Vostra Eccellenza il testo della lettera N. 75857 del 2 febbraio corrente, con la quale la Segreteria di Stato di Sua Santità comunicava l'avvenuta istituzione de «La Giornata Nazionale per le Vocazioni Ecclesiastiche», per iniziativa della Sacra Congregazione dei Seminari e Università degli Studi e con la approvazione sovrana del Santo Padre, da celebrare ogni anno, a partire dal corrente 1962, nella seconda Domenica dopo Pasqua, detta del «Buon Pastore» [LE 3036].

Ci rechiamo pertanto a dovere di esprimere i sentimenti della più profonda riconoscenza all'Augusto Pontefice per

http://www.obrascatolicas.com

questo nuovo atto di paterna benevolenza verso la santa causa delle Vocazioni, e quindi all'Ecc.mo Episcopato Italiano che, appositamente consultato in merito, si è manifestato largamente favorevole all'istituzione della Giornata Nazionale.

Ciò viene a confermare quanto stia a cuore al Sommo Pastore della Chiesa ed ai Pastori delle Diocesi il problema delle Vocazioni Sacerdotali, che si è reso alquanto più grave ed urgente anche in Italia, soprattutto in seguito all'ultimo conflitto mondiale.

La Sacra Congregazione dei Seminari, nell'accogliere l'unanime e fervente voto per l'istituzione della Giornata, elevato in occasione del Primo Congresso Nazionale Italiano per le Vocazioni Ecclesiastiche, aveva ben presenti le preoccupazioni di Coloro a cui è confidata la responsabilità delle anime, e nel prendere l'iniziativa per realizzarla, ha inteso offrire una nuova felice opportunità per stringere attorno ad essi, in un cuore ed in un'anima sola, tutti i Sacerdoti ed i Fedeli della Nazione, per una approfondita riflessione sull'ineffabile Mistero del Sacerdozio Cattolico e per un'intensa comune preghiera in favore delle Vocazioni Ecclesiastiche.

La Giornata Nazionale trae infatti la sua ispirazione da queste altissime finalità soprannaturali, che già affermate da Pio XII, di f. m., nel Motu Proprio *Cum Nobis* [LE 1646], istitutivo della Pontificia Opera delle Vocazioni Ecclesiastiche, sono state più recentemente riconfermate mediante la paterna parola di S. S. Giovanni XXIII, il quale si compiaceva di dire:

1) «Spetta principalmente al Sacerdote, che è a contatto con la parte sana e aperta del gregge cristiano, far balenare agli occhi dei fedeli, specialmente degli adolescenti e dei giovani, la sublime bellezza dello stato sacerdotale, superiore ad ogni altra pur nobile ed ardua mansione... Più che lamentare la scarsità e l'insufficienza delle vocazioni in tante parti del mondo, conviene illustrare ai giovani l'ampiezza del campo che attende gli operai della messe, la bellezza dell'ideale sacerdotale.»

2) «E soprattutto pregare e far pregare, secondo l'invito suadente di Gesù: «Pregate il padrone della messe, che mandi operai nella sua messe» (*Luc.* 10, 2)» (dal *Discorso ai Partecipanti al Primo Congresso Nazionale Italiano per le Vocazioni Ecclesiastiche*, 21 Aprile 1961, *A. A. S.*, LIII, 1961, 308).

La stessa data della Giornata per le Vocazioni, suggerita da più parti, e definitivamente fissata per la seconda Domenica dopo la Pasqua, chiamata anche, nel rito romano, del «Buon Pastore», è apparsa come una favorevole circostanza atta ad avvicinare maggiormente le verità sul Sacerdozio ai Fedeli, con l'ausilio della soave immagine prescelta dal Signore e presentata dalla Sacra Liturgia.

I Pastori di anime, quindi, nella predicazione, si sentiranno quasi condotti per mano a infondere nei Fedeli quanto essi ben conoscono circa il Sacerdozio Cattolico e la Vocazione Ecclesiastica, sia per profondità di personale meditazione, sia per esperienza di vita esemplare.

L'avere sottolineato le finalità eminentemente soprannaturali della Giornata Nazionale non significa porre in dimenticanza le altre giornate generalmente denominate «Pro-Seminario», che si svolgono in ogni Diocesi, in diversi tempi, secondo le provate consuetudini locali. Anche la carità ben fatta, soprattutto se presentata al Vescovo per aiutare la formazione del nuovo Clero, è atto di grande valore soprannaturale. Riteniamo tuttavia auspicabile che la giornata o le giornate destinate a raccolta di offerte rimangano distinte dalla Giornata Nazionale per le Vocazioni Ecclesiastiche, come peraltro già avviene in numerose Diocesi.

In ogni caso gli Ecc.mi Ordinari conservano la facoltà di procedere gradualmente, per ragionevoli motivi, al passaggio dalle tradizionali Giornate Diocesane alla celebrazione della Giornata Nazionale; come pure all'eventuale distinzione di questa dalle Giornate Pro-Seminario.

Ci piace frattanto ricordare che tra i favori spirituali benevolmente concessi dal Santo Padre di recente e con maggiore ampiezza alla Pontificia Opera delle Vocazioni Ecclesiastiche ed alle Opere Diocesane canonicamente erette e ad essa aggregate, ve ne sono alcuni che possono in modo particolare interessare la celebrazione della Giornata Nazionale:

1) Indulgenza Plenaria, alle solite condizioni, per gli Iscritti all'Opera Diocesana, nella ricorrenza della Giornata Nazionale;

2) Indulgenza Plenaria per gli Iscritti all'Opera Diocesana che partecipano ad un ritiro spirituale, come di sovente avviene in preparazione alla Giornate per le Vocazioni;

3) Indulgenza Parziale di trecento giorni per ogni atto di pietà compiuto in favore delle Vocazioni Ecclesiastiche, come nel caso delle speciali preghiere durante la Giornata Nazionale;

4) Facoltà per gli Ecc.mi Vescovi di impartire la Benedizione Papale, alle solite condizioni, al termine di funzioni sacre in occasione di riunioni diocesane indette dall'Opera delle Vocazioni, come per lo più avviene nella Giornata per le Vocazioni (cfr. *Rescritto della Sacra Penitenzieria Apostolica*, N. 4096/61, in data 9 Giugno 1961).

Poiché la preparazione della Giornata Nazionale per le Vocazioni, soprattutto della prima, richiederà una particolare attenzione, rivolgiamo preghiera all'Ecc.za Vostra Rev.ma di volere cortesemente trasmettere al Rev.mo Direttore Diocesano dell'Opera per le Vocazioni ed al Rev.mo Rettore del Seminario alcuni suggerimenti pratici che ci permettiamo di accludere.

Voglia l'Eccellenza Vostra Rev.ma accogliere fin d'ora il nostro vivissimo augurio che la nuova Giornata Nazionale per le Vocazioni Ecclesiastiche sia largamente benedetta da Dio a conforto dell'Augusto Pontefice e di Vostra Eccellenza, a incoraggiamento del Clero e a edificazione dei Fedeli.

Con i sentimenti di sincera venerazione e di rispettoso ossequio ci confermiamo dell'Eccellenza Vostra Reverendissima devotissimi nel Signore.—Giuseppe Cardinale Pizzardo, *Pref.* Dino Staffa, Arcivescovo tit. di Cesarea di Palestina, *Segr.*

* Ordinariis Italiae. Prot. N. 1258/61: Seminarium 14 (1962) 105-108. Adn. Seminarium 14 (1962) 108-111.

3042

1962 FEB 21.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

DETERMINANTUR CASUS IN QUIBUS PARS CONVENTA, QUAE SOLUTUM HABUIT MATRIMONIUM IN FAVOREM FIDEI, AD NOVAS NUPTIAS CUM PARTE CATHOLICA VEL NON CATHOLICA CONVOLARE POTEST ABSQUE NOVA CONCESSIONE VEL INTERVENTU SANCTAE SEDIS

Ex Aedibus S. Officii, die 21 Februarii 1962

Your Eminence, Undef date of the 26 January 1962, Your Eminence proposed several questions concerning the *pars conventa* in those cases of dissolution of marriage, in which the *pars oratrix* declines to become a Catholic or will be delayed in doing so.

It was asked *a)*: whether the *pars conventa*, now a catechumen or convert, may have the benefit of the pontifical favor without further recourse to the Holy See, in order to marry, or convalidate marriage with a Catholic; also *b)*: whether the Ordinary may without recurring to the Holy See grant the dispensation required for the marriage of such a convert with a non-Catholic; and finally *c)*: whether the Ordinary may, without recourse, grant the dispensation for the marriage of the *pars conventa*, who does not intend to embrace the Faith, with a Catholic.

After careful consideration, this Supreme S. Congregation has d cided to reply: ad *a)*: the *pars conventa* who has become a Catholic may without further recourse to the Holy See avail himself of the pontifical favor in order to marry a Catholic; ad *b)*: et *c)*: recourse must be made to the Holy Office in each case.

With sentiments of profound respect and esteem, I am Your Eminence's most devoted—P. Parente, *Assessor*.

* Ordinario Chicagiensi, Prot. N. 2036/59m: Jurist 22 (1962) 248. Adn. A. Abate in CpR 47 (1968) 337-347, etiam in Lo scioglimento del vincolo coniugale, ed. Roma 1965, p. 150-155 et in BIM 31 (1967) 178-188.

3043

1962 FEB 22.-IOAN. XXIII, CONST. AAS 54 (1962) 129-135

DE LATINITATIS STUDIO PROVEHENDO

IOANNES EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Veterum sapientia, in Graecorum Romanorumque inclusa litteris, itemque clarissima antiquorum populorum monumenta doctrinae, quasi quaedam praenuntia aurora sunt habenda evangelicae veritatis, quam Filius Dei, *gratiae disciplinaeque arbiter et magister, illuminator ac deductor generis humani* [1], his nuntiavit in terris. Ecclesiae enim Patres et Doctores, in praestantissimis vetustorum illorum temporum memoriis quandam agnoverunt animorum praeparationem ad supernas suscipiendas divitias, quas Christus Iesus *in dispensatione plenitudinis temporum* [2] cum mortalibus communicavit; ex quo illud factum esse patet, ut in ordine rerum christianarum instaurato nihil sane perierit, quod verum, et iustum, et nobile, denique pulchrum ante acta saecula peperissent.

Quam ob rem Ecclesia sancta eius modi sapientiae documenta, et in primis Graecam Latinamque linguas, sapientiae ipsius auream quasi vestem, summo quidem honore coluit: atque etiam venerandos sermones alios, qui in
130 orientis plagis floruerunt, quippe cum ad humani gene/ris profectum et ad mores conformandos haud parum valerent, in usum recepit; iidemque sive in religiosis caerimoniis sive in Sacrarum Scripturarum interpretatione adhibiti, usque ad praesens tempus in quibusdam regionibus, perinde ac vivacis antiquitatis numquam intermissae voces, viguerunt.

Quarum in varietate linguarum ea profecto eminet, quae primum in Latii finibus exorta, deinde postea mirum quantum ad christianum nomen in occidentis regiones disseminandum profecit. Siquidem non sine divino consilio illud evenit, ut qui sermo amplissimam gentium consortionem sub Romani Imperii auctoritate saecula plurima sociavisset, is et proprius Apostolicae Sedis evaderet [3] et, posteritati servatus, christianos Europae populos alios cum aliis arto unitatis vinculo coniungeret.

Suae enim sponte naturae lingua Latina ad provehendum apud populos quoslibet omnem humanitatis cultum est peraccommodata: cum invidiam non commoveat, singulis gentibus se aequabilem praestet, nullius partibus faveat, omnibus postremo sit grata et amica. Neque hoc neglegatur oportet, in sermone Latino nobilem inesse conformationem et proprietatem; siquidem *loquendi genus pressum, locuples, numerosum, maiestatis plenum et dignitatis* [4] habet, quod unice et perspicuitati conducit et gravitati.

His de causis Apostolica Sedes nullo non tempore linguam Latinam studiose asservandum curavit eamque dignam existimavit, *qua tamquam magnifica caelestis doctrinae sanctissimarumque legum veste* [5] uteretur ipsa in sui exercitatione magisterii, eademque uterentur sacrorum administri. Hi namque ecclesiastici viri, ubicumque sunt gentium, Romanorum sermone adhibito, quae sunt Sanctae Sedis promptius comperire possunt, atque cum ipsa et inter se expeditius habere commercium.

Eam igitur, adeo cum vita Ecclesiae conexam, *scientia et usu habere perceptam, non tam humanitatis et litterarum, quam religionis interest* [6], quemadmodum Decessor Noster imm. mem. Pius XI monuit, qui, rem ratione et via perse-
131 cutus, tres demonstravit huius linguae dotes, cum / Ecclesiae natura mire congruentes: *Etenim Ecclesia, ut quae et nationes omnes complexu suo contineat, et usque ad consummationem saeculorum sit permansura..., sermonem suapte natura requirit universalem, immutabilem, non vulgarem* [7].

Nam cum ad Ecclesiam Romanam necesse sit *omnem convenire ecclesiam* [8], cumque Summi Pontifices potestatem habeant *vere episcopalem, ordinariam et immediatam tum in omnes et singulas Ecclesias, tum in omnes et singulos pastores et fideles* [9] cuiusvis ritus, cuiusvis linguae, consentaneum omnino videtur ut mutui commercii instrumentum *universale* sit et aequabile, maxime inter Apostolicam Sedem et Ecclesias, quae eodem ritu Latino utuntur. Itaque tum Romani Pontifices, si quid catholicas gentes docere volunt, tum Romanae Curiae Consilia, si qua negotia expediunt, si qua decreta conficiunt, ad universitatem fidelium spectantia, semper linguam Latinam haud secus usurpant, ac si materna vox ab innumeris gentibus accepta ea sit.

Neque solum universalis, sed etiam *immutabilis* lingua ab Ecclesia adhibita sit oportet. Si enim catholicae Ecclesiae veritates traderentur vel nonnullis vel multis ex mutabilibus linguis recentioribus, quarum nulla ceteris auctoritate praestaret, sane ex eo consequeretur, ut hinc earum vis neque satis significanter neque satis dilucide, qua varietate eae sunt, omnibus pateret; ut illinc nulla communis stabilisque norma haberetur, ad quam ceterarum sensus esset expendendus. Re quidem ipsa, lingua Latina, iamdiu adversus varietates tuta, quas cotidiana populi consuetudo in vocabulorum notionem inducere solet, fixa quidem censenda est et immobilis; cum novae quorundam verborum Latinorum significationes, quas christianarum doctrinarum progressio, explanatio, defensio postulaverunt, iamdudum firmae eae sint rataeque.

Cum denique catholica Ecclesia, utpote a Christo Domino condita, inter omnes humanas societates longe dignitate praestet, profecto decet eam lingua uti *non vulgari*, sed nobilitatis et maiestatis plena.

Praetereaque lingua Latina, quam *dicere catholicam vere possumus* [10], utpote quae sit Apostolicae Sedis, omnium Ecclesiarum matris et magistrae, perpetuo usu consecrata, putanda est et *thesaurus... incomparandae praestantiae* [11], et quaedam quasi ianua, qua aditus omnibus / patet ad 132
ipsas christianas veritates antiquitus acceptas et ecclesiasticae doctrinae monumenta interpretanda [12]; et vinculum denique peridoneum, quo praesens Ecclesiae aetas cum superioribus cumque futuris mirifice continetur.

Neque vero cuique in dubio esse potest, quin sive Romanorum sermoni sive honestis litteris ea vis insit, quae ad tenera adulescentium ingenia erudienda et conformanda perquam apposita ducatur, quippe qua tum praecipuae mentis animique facultates exerceantur, maturescant, perficiantur; tum mentis sollertia acuatur iudicandisque potestas; tum puerilis intellegentia aptius constituatur ad omnia recte complectenda et aestimanda; tum postremo summa ratione sive cogitare sive loqui discatur.

Quibus ex reputatis rebus sane intellegitur cur saepe et multum Romani Pontifices non solum linguae Latinae momentum praestantiamque in tanta laude posuerint, sed etiam studium et usum sacris utriusque cleri administris praeceperint, periculis denuntiatis ex eius neglegentia manantibus.

Iisdem igitur adducti causis gravissimis, quibus Decessores Nostri et Synodi Provinciales [13], Nos quoque firma voluntate initimur, ut huius linguae, in suam dignitatem restitutae, studium cultusque etiam atque etiam provehatur. Cum enim nostris temporibus sermonis Romani usus multis locis in controversiam coeptus sit vocari, atque adeo plurimi quid Apostolica Sedes hac de re sentiat exquirant, in animum propterea induximus, opportunis normis gravi hoc documento editis, cavere ut vetus et numquam intermissa linguae Latinae retineatur consuetudo, et, sicubi prope exoleverit, plane redintegretur.

Ceterum qui sit Nobismetipsis hac de re sensus, satis aperte, ut Nobis videtur, declaravimus, cum haec verba ad claros Latinitatis studiosos fecimus: *Pro dolor, sunt sat multi, qui mira progressione artium abnormiter capti, Latinitatis studia et alias id genus disciplinas repellere vel coërcere sibi sumant... Hac ipsa impellente necessitate, contrarium prosequendum iter esse putamus. Cum prorsus / in ani-* 133
mo id insideat, quod magis natura et dignitate hominis dignum sit, ardentius acquirendum est id, quod animum colat et ornet, ne miseri mortales similiter ac eae, quas fabricantur, machinae, algidi, duri et amoris expertes exsistant [14].

Quibus perspectis atque cogitate perpensis rebus, certa Nostri muneris conscientia et auctoritate haec, quae sequuntur, statuimus atque praecipimus.

1. Sacrorum Antistites et Ordinum Religiosorum Summi Magistri parem dent operam, ut vel in suis Seminariis vel in suis Scholis, in quibus adulescentes ad sacerdotium

[1] *Tertull.*, Apol. 21; *Migne*, PL 1, p. 394. [2] *Eph.* 1, 10.
[3] Epist. S. Congr. Stud. *Vehementer sane*, ad Ep. universos, 1 Iul. 1908: *Ench. Cler.*, n. 820. Cf. etiam Epist. Ap. Pii XI *Unigenitus Dei Filius*, 19 Mar. 1924: *A. A. S.*, XVI, 1924, p. 141 [LE 582].
[4] Pius XI, Epist. Ap. *Officiorum omnium*, 1 Aug. 1922: *A. A. S.*, XIV, 1922, pp. 452-453 [LE 443]. [5] Pius XI, Motu Proprio *Litterarum latinarum*, 20 Oct. 1924: *A. A. S.*, XVI, 1924, p. 417 [LE 615]. [6] Pius XI, Epist. Ap. *Officiorum omnium*, 1 Aug. 1922: *A. A. S.*, XIV, 1922, p. 452 [LE 443]. [7] *Ibidem*. [8] *S. Iren.*, Adv. Haer. 3, 3, 2; *Migne*, PG 7, p. 848.
[9] Cfr. *C. I. C.*, can. 218, § 2.

[10] Cfr. Pius XI, Epist. Ap. *Officiorum omnium*, 1 Aug. 1922: *A. A. S.* XIV, 1922, p. 453 [LE 443].
[11] Pius XII, Alloc. *Magis quam*, 23 Nov. 1951: *A. A. S.*, XLIII, 1951, p. 737. [12] Leo XIII, Epist. Encycl. *Depuis le jour*, 8 Sept. 1899: *Acta Leonis XIII*, XIX, 1899, p. 166.
[13] Cfr. *Collectio Lacensis*, praesertim: vol. III, p. 1018 s. (Conc. Prov. Westmonasteriense, a. 1859); vol. IV, 29 (Conc. Prov. Parisiense, a. 1849); vol. IV, pp. 149, 153 (Conc. Prov. Rhemense, a. 1849); vol. IV, pp. 359, 361 (Conc. Prov. Avenionense, a. 1849); vol. IV, pp. 394,396 (Conc. Prov. Burdigalense, a. 1850); vol. V, p. 61 (Conc. Strigoniense, a. 1858); vol. V, p. 664 (Conc. Prov. Colocense, a. 1863); vol. VI, 619 (Synod. Vicariatus Suchnensis, a. 1803).
[14] Ad Conventum internat. «Ciceronianis studiis provehendis», 7 Sept. 1959 in *Discorsi Messaggi Colloqui* del Santo Padre Giovanni XXIII, I, pp. 234-235; cf. etiam Alloc. ad cives dioecesis Placentinae Romam peregrinantes habita, 15 Apr. 1959: *L'Osservatore Romano*, 16 Apr. 1959; Epist. *Pater misericordiarum*, 22 Aug. 1961: *A. A. S.*, LIII, 1961, p. 677; Alloc. in solemni auspicatione Collegii Insularum Philippinarum de Urbe habita, 7 Oct. 1961: *L'Osservatore Romano*, 9-10 Oct. 1961; Epist. *Iucunda laudatio*, 8 Dec. 1961: *A. A. S.*, LIII, 1961, p. 812.

http://www.obrascatolicas.com

instituantur, hac in re Apostolicae Sedis voluntatis studiose obsequantur omnes, et hisce Nostris praescriptionibus diligentissime pareant.

2. Paterna iidem sollicitudine caveant, ne qui e sua dicione, novarum rerum studiosi, contra linguam Latinam sive in altioribus sacris disciplinis tradendis sive in sacris habendis ritibus usurpandam scribant, neve praeiudicata opinione Apostolicae Sedis voluntatem hac in re extenuent vel perperam interpretentur.

3. Quemadmodum sive Codicis Iuris Canonici (can. 1364) sive Decessorum Nostrorum praeceptis statuitur, sacrorum alumni, antequam studia proprie ecclesiastica inchoent, a peritissimis magistris apta via ac ratione congruoque temporis spatio lingua Latina accuratissime imbuantur, *hanc etiam ob causam, ne deinde, cum ad maiores disciplinas acceserint... fiat ut prae sermonis inscitia plenam doctrinarum intellegentiam assequi non possint, nedum se exercere scholasticis illis disputationibus, quibus egregie iuvenum acuuntur ingenia ad defensionem veritatis* [12]. Quod ad eos quoque pertinere volumus, qui natu maiores ad sacra capessenda munia divinitus vocati, humanitatis studiis vel nullam vel nimis tenuem tradiderunt operam. Nemini enim faciendus est aditus ad philosophicas vel theologicas disciplinas tractandas, nisi plane perfecteque hac lingua
134 eruditus sit, eiusque sit usu praeditus. /

4. Sicubi autem, ob assimulatam studiorum rationem in publicis civitatis scholis obtinentem, de linguae Latinae cultu aliquatenus detractum sit, cum germanae firmaeque doctrinae detrimento, ibi tralaticium huius linguae tradendae ordinem redintegrari omnino censemus; cum persuasum cuique esse debeat, hac etiam in re, sacrorum alumnorum institutionis rationem religiose esse tuendam, non tantum ad disciplinarum numerum et genera, sed etiam ad earum docendarum temporis spatia quod attinet. Quodsi, vel temporum vel locorum postulante cursu, ex necessitate aliae sint ad communes adiciendae disciplinae, tunc ea de causa aut studiorum porrigatur curriculum, aut disciplinae eaedem in breve cogantur, aut denique earum studium ad aliud reiciatur tempus.

5. Maiores sacraeque disciplinae, quemadmodum est saepius praescriptum, tradendae sunt lingua Latina; quae ut plurium saeculorum usu cognitum habemus, *aptissima existimatur ad difficillimas subtilissimasque rerum formas et notiones valde commode et perspicue explicandas* [13]; cum superquam quod propriis ea certisque vocabulis iampridem aucta sit, ad integritatem catholicae fidei tuendam accommodatis, etiam ac inanem loquacitatem recidendam sit non mediocriter habilis. Quocirca qui sive in maximis Athenaeis, sive in Seminariis has profitentur disciplinas, et Latine loqui tenentur, et libros, scholarum usui destinatos, lingua Latina scriptos adhibere. Qui si ad hisce Sanctae Sedis praescriptionibus parendum, prae linguae Latinae ignoratione, expediti ipsi non sint, in eorum locum doctores ad hoc idonei gradatim sufficiantur. Difficultates vero, si quae vel ab alumnis vel a professoribus afferantur, hinc Antistitum et Moderatorum constantia, hinc bono doctorum animo eae vincantur necesse est.

6. Quoniam lingua Latina est lingua Ecclesiae viva, ad cotidie succrescentes sermonis necessitates comparanda, atque adeo novis iisque aptis et congruis ditanda vocabulis, ratione quidem aequabili, universali et cum veteris linguae Latinae ingenio consentanea —quam scilicet rationem et Sancti Patres et optimi scriptores, quos *scholasticos* vocant, secuti sunt— mandamus propterea S. Consilio Seminariis Studiorumque Universitatibus praeposito, ut Academicum Latinitatis Institutum condendum curet. Huic Instituto, in quo corpus Doctorum confletur oportet, linguis Latina
135 et Graeca peritorum, ex variisque terrarum orbis partibus arcessitorum, illud praecipue propositum, ut —haud / secus atque singularum civitatum Academiae, suae cuiusque nationis linguae provehendae constitutae— simul prospiciat congruenti linguae Latinae progressioni, lexico latino, si opus sit, additis verbis cum eius indole et colore proprio convenientibus; simul scholas habeat de universa cuiusvis aetatis Latinitate, cum primis de christiana. In quibus scholis ad pleniorem linguae Latinae scientiam, ad eius usum, ad genus scribendi proprium et elegans il informabuntur, qui vel ad linguam Latinam in Seminariis et Collegiis ecclesiasticis docendam, vel ad decreta et iudicia scribenda, vel ad epistolarum commercium exercendum in Consiliis Sanctae Sedis, in Curiis dioecesium, in Officiis Religiosorum Ordinum destinantur.

7. Cum autem lingua Latina sit cum Graeca quam ma-

[12] Pius XII, Epist. Ap. *Officiorum omnium*, 1 Aug. 1922: *A. A. S.*, XIV, 1922, p. 453 (LE 443).
[13] Epist. S. C. Studiorum, *Vehementer sane*, 1 Iul. 1908: *Ench. Cler.*, n. 821.

xime coniuncta et suae conformatione naturae et scriptorum pondere antiquitus traditorum, ad eam idcirco, ut saepe numero Decessores Nostri praeceperunt, necesse est qui futuri sunt sacrorum administri iam ab inferioris et medii ordinis scholis instituantur; ut nempe, cum altioribus disciplinis operam dabunt, ac praesertim si aut de Sacris Scripturis aut de sacra theologia academicos gradus appetent, sit ipsis facultas, non modo fontes Graecos philosophiae scholasticae, quam appellant, sed ipsos Sacrarum Scripturarum, Liturgiae, Ss. Patrum Graecorum primiformes codices adeundi probeque intellegendi [17].

8. Eidem praeterea Sacro Consilio mandamus, ut linguae Latinae docendae rationem, ab omnibus diligentissime servandam, paret, quam qui sequantur eiusdem sermonis iustam cognitionem et usum capiant. Huiusmodi rationem, si res postulaverit, poterunt quidem Ordinariorum coetus aliter digerere, sed eius numquam immutare vel minuere naturam. Verumtamen iidem Ordinarii consilia sua, nisi fuerint a Sacra Congregatione cognita et probata, ne sibi sumant efficere.

Extremum quae hac Nostra Constitutione statuimus, decrevimus, ediximus, mandavimus, rata ea omnia et firma consistere et permanere auctoritate Nostra Apostolica volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiari mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXII mensis Februarii, Cathedrae S. Petri Ap. sacro, anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto.—IOANNES PP. XXIII.

[17] LEO XIII, Litt. Encycl. *Providentissimus Deus*, 18 Nov. 1893: *Acta Leonis XIII*, XIII, 1893, p. 342; Epist. *Plane quidem intelligis*, 20 Mali 1885, *Acta Leonis XIII*, V, pp. 63-64; PIUS XII, Alloc. *Magis quam*, 23 Sept. 1951: *A. A. S.*, XLIII, 1951, p. 737.

Adn. A. BACI in Seminarium 17 (1965) 61-75; J. BORUCKI in Salesianum 27 (1965) 443-455; G. CONCETTI in Pal. clero 41 (1962) 299-301; A. FONTAN in Ius can. 2 (1962) 345-348; U. GALLIZIA in Salesianum 24 (1962) 367-401; 25 (1963) 263-276; R. JACOANGELI in ME 89 (1964) 357-395; J. JIMENEZ in REDC 18 (1963) 253-283; I. M. MIR in CpR 41 (1962) 260-271; U. NAVARRETE in PrM 51 (1962) 318-402; L. PEÑAGOS in Sal terrae 50 (1962) 360-363; E. F. REGATILLO in Sal terrae 50 (1962) 582-589; F. ROMITA in ME 87 (1962) 199-275; NrT 84 (1962) 411-412.

3044

1962 FEB 26.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR RECITANDI OFFICIUM DIVINUM LINGUA HEBRAICA

PRECES—*Beatissimo Padre*, Il Padre Custode di Terra Santa, prostrato al bacio del S. Piede, espone quanto segue:

«Alcuni Padri O. F. M. sono riuniti nel Convento di S. Giovanni in Ein-Karem, consenzienti i Superiori, col fermo proposito di rendere più efficace il loro apostolato tra gli Ebrei, menando una vita di maggior fervore.

«Per avvicinare più facilmente quel popolo e penetrare più a fondo nell'animo, chiedono di poter recitare i Salmi delle Ore Canoniche nella lingua ebraica:

«Si cela nous était accordé, il nous semble qu'une harmonie plus profonde régnerait entre notre prière et notre travail. Plus encore, il serait plus manifeste que notre volonté de comprendre et d'aimer le peuple juif se situe d'abord au niveau de cette prière empruntée par l'Eglise à l'Ancien Testament dont elle a reçu l'héritage, mais qui continue aussi à nourrir la vie spirituelle des juifs croyants en Israël et dans le monde. Ce serait enfin, dans la conjoncture délicate où nous nous trouvons, le signe le plus important de notre apostolat et une attention particulièrement réconfortante pour les Chrétiens issus du judaïsme.» Che della grazia, ecc.

RESCR.—*Ex Audientia Sanctissimi diei 26 Februarii 1962.* Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Div. Prov. Pp. XXIII referente infrascripto Domino Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Negotiis Religiosorum Sodalium praepositae, benigne adnuit pro gratia, iuxta preces, servatis ceteris servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die, mense et anno ut supra.—Valerius Card. VALERI, *Praef.* P. Philippe, O. P., *a Secr.*

* Ordini Fratrum Minorum, Prot. N. 17121/62: AOFM 81 (1962) 187.

3045

1962 FEB 28.-SC S. OFFICII, MONITUM. PART.*

MONITUM CIRCA OPERAM CIRCUMSPECTE PRUDENTERQUE SOCIANDAM A CATHOLICIS CUM ACATHOLICIS SCRIPTORIBUS

d. 28 Februarii 1962

Pluries volumina huic Supremae S. Congregationi S. Officii examinanda exhibita sunt tractantia quaestiones reli-

gionem respicientes, propositas sociata opera ab auctoribus catholicis et novatoribus theologis.

Singillatim quaesitum est num liceat in huiusmodi edenda volumina catholicos auctores partem habere et quae servandae sint condiciones.

Omnibus ad rem attinentibus diligenter consideratis Suprema haec censet Ordinarios utique licentiam, singillatim manifestandam, dare posse propriis subditis ut operam socient cum novatoribus dummodo sequentes serventur condiciones:

1. ut manifeste definiteque agatur de operibus conscribendis iuxta severioris scientiae placita;

2. argumentorum conscriptor proprium notet nomen, addendo respectivam professionem, scil. 'catholicus' vel 'non catholicus' vel quid simile;

3. quantum res siverint, praeferatur officina libraria vulgo *'casa editrice'* acatholica, dummodo boni sit nominis integraeque notae;

4. denique, Ordinario loci fiat facultas inspiciendi scripta non catholicorum vel saltem rerum edendarum summam cognoscendi, ut ipse rectius iudicare valeat de opportunitate atque convenientia consociationis laboris ex parte catholica.—A. Card. OTTAVIANI, *a Secr.*

* Prot. N. 327/58: AOFM 81 (1962) 331.

3046

1962 FEB 28.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.*

NOVA EDITIO PRIMAE PARTIS PONTIFICALIS ROMANI DECLARATUR TYPICA

Exhaustis plane, hisce annis, editionibus primae partis Pontificalis romani, novam parare editionem necesse fuit. In ea tamen ritus quidam, a saeculis plane obsoleti, penitus expuncti sunt. Ceteri vero ritus una cum rubricis praecedentium editionum integre servati sunt, gregorianis autem cantus melodiis ad codicum fidem revocatis.

His itaque paucis vel omissis, vel ad meliorem formam redactis, praesens haec editio, a Vaticana editoriali Domo evulgata, tamquam «typica» declaratur, ideoque ab omnibus, quibus facultas est eam reproducendi, ad unguem est publicanda.

Romae, ex aedibus S. R. C. die 28 februarii 1962.—Arcadius M. Card. LARRAONA, *Praef.* Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secr.*

* EL 77 (1963) 407. Adn. EL loc. cit.

3047

1962 FEB 28.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

USUS NOVAE FORMAE CALICIS PERMITTITUR

DUBIUM—The Rev. R. B. rector of the Pontifical Canadian College, in the name of His Eminence, the Ordinary of Montreal, asked this Sacred Congregation whether chalices without a node below the cup may be consecrated.

RESP.—The Sacred Congregation of Rites, after mature consideration of everything, replied: «It suffices that the priest can satisfactorily hold the chalice with his thumb and index finger joined.» All things to the contrary notwithstanding.

* Ordinario Marianopolitano, Prot. N. M. 21/962: BOUSCAREN V, p. 155.

3048

1962 MAR 1.-SC S. OFFICII, MONITUM. PART.*

OBSERVANTIA URGETUR NORMARUM DE CENSURA PUBLICATIONUM PERIODICARUM

Dal Palazzo del S. Offizio, 1.° marzo 1962

Eccellenza Reverendissima, Questa Suprema Sacra Congregazione è preoccupata perchè le idee erronee e le opinioni pericolose vengono diffuse per mezzo di articoli su riviste o di scritti su pubblicazioni periodiche più spesso che attraverso i libri.

E', pertanto, necessario che tutti gli Ordinari abbiano a vigilare diligentemente anche su tali pubblicazioni, specialmente su quelle che sono edite o dirette da ecclesiastici. In quest'ultimo caso, infatti, i fedeli pensano di poter leggere tali scritti con tranquillità e sicurezza per la loro fede cattolica.

Il can. 1384 § 2 C. I. C. dispone che le prescrizioni contenute nei capitoli *De praevia censura librorum* e *De prohibitione librorum*, si debbano applicare anche alle pubblicazioni periodiche («publicationibus diariis, periodicis et aliis editis scriptis quibuslibet...»), che trattano di argomenti religiosi o morali, cioè delle materie elencate nel can. 1385 § 1.

Questa Suprema, pur conoscendo le non poche difficoltà a cui si va incontro per l'osservanza letterale del canone citato, tuttavia non può ignorare la grande importanza che hanno tali pubblicazioni per la vasta diffusione delle idee non solo tra i dotti specializzati, ma anche, e soprattutto, tra le persone di media cultura.

E' necessario, quindi, richiamare gli Ordinari all'osservanza delle prescrizioni canoniche in materia.

In quei casi nei quali non fosse possibile disporre tempestivamente la previa censura delle Riviste e delle altre pubblicazioni del genere nella forma solita, gli Ordinari dovranno provvedere con altri mezzi adatti, per esempio, con l'affidare ad un ecclesiastico, preparato e di sicura dottrina, l'incarico di esercitare un'oculata vigilanza sulla rivista o sulla pubblicazione periodica.

L'ecclesiastico incaricato potrà essere scelto anche tra le persone che fanno parte della Direzione o della Redazione.

L'Eccellenza Vostra Reverendissima è pregata di voler comunicare il contenuto di questa lettera al Presidente della Conferenza Episcopale di cotesta Nazione, affinchè la faccia debitamente conoscere a tutti gli Ordinari che ne fanno parte.

Le sarò grato se vorrà informarmi, a suo tempo, dell'esito dell'intervento.

Mi confermo intanto con sensi di sincera e distinta stima dell'Eccellenza Vostra Reverendissima devotissimo.—P. Parente, *Assessore.*

* Nuntio Ap. in Italia, Prot. N. 269/90/i: Rivista dioc. Roma 3 (1962) 345-346.

3049

1962 MAR 9.-SC ORIENTALIS, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR CONCEDENDI SODALIBUS RITUS BYZANTINI SOCIETATIS IESU RECITATIONEM OFFICII DIVINI IUXTA RITUM LATINUM

Roma, 9 Marzo 1962

Reverendissimo Padre, facendo seguito alla lettera della Paternità Vostra Reverendissima del 26 febbraio u. s., e con riferimento al foglio di questa Sacra Congregazione n. 403-40 —concernente la facoltà accordata al Reverendissimo Preposito Generale di permettere ai Padri Gesuiti di rito bizantino di celebrare la santa Messa e amministrare i Sacramenti in rito latino—, quanto alla facoltà di permettere, nelle stesse circostanze, la recita del Divino Officio «iuxta ritum latinum», mi pregio precisare quanto appresso.

Prima di tutto bisogna vedere se i religiosi in parola vengono ad usufruire del biritualismo solo a causa delle circostanze che li obbligano a vivere ed esercitare il loro ministero tra i fedeli latini, mentre fondamentalmente rimangono a far parte ed ascritti al rito bizantino, nel quale rito tornerebbero ad esercitare il loro ministero, permettendo le circostanze.

In tal caso bisogna considerare di qual ramo del rito bizantino i singoli religiosi fanno parte. Non occorre infatti indulto alcuno in favore degli appartenenti a quei rami del rito bizantino, che non fanno obbligo della recita privata del Divino Officio.

Per quanto, infine, possa occorrere, questa Sacra Congregazione intende parimenti estesa alla recita del Divino Officio la facoltà accordata al Reverendissimo Preposito Generale della Compagnia di Gesù, nella precitata lettera n. 403-40 del 20 giugno 1940.

Volentieri mi valgo dell'incontro per porgerLe i sensi del mio religioso ossequio, con cui mi confermo della Paternità Vostra Reverendissima dev.mo nel Signore.—G. A. COUSSA, *Pro-Segr.* G. B. Scapinelli, *Assessore.*

* Procuratori Gen. S. I., Prot. N. 316/61: Acta romana Societatis Iesu 14 (1961-66) 149.

http://www.obrascatolicas.com

3050

1962 MAR 10.-IOAN. XXIII, CONST. AAS 54 (1962) 552-555

COREANAE

SACRA HIERARCHIA IN COREA CONSTITUITUR

IOANNES EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Fertile Evangelii semen, quod sacri divinae veritatis praecones Christi iussu usque ad ultimum terrae inferendum susceperunt, non modo Spiritus Sancti munere apostolorumque virtute per omnes gentes, et populos atque nationes disseminatum est, verum etiam in nonnullis earum tam profunde radices egit, ut comas et ramos in auras
553 efferens, in arbo/rem patulam cresceret, ditissimam fructibus. In quibus sane nobilis Corea est, populus semper alacer ad veritatem excipiendam. Quam ob rem, cum visum sit Sacrae Congregationi Christiano Nomini Propagando in Coreana Natione catholicam hierarchiam constituere, Nos id censentes posse sanctissimae religionis Christi fines latius proferre, post venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales eidem Sacrae Congregationi praepositos sententiam rogatos, et a venerabili Fratre Xaverio Zupi consilium petitum, Archiepiscopo titulo Serrensi in Proconsulari et in Corea olim Apostolico Delegato, haec quae sequuntur decernimus ac iubemus. Per has Litteras sacram Hierarchiam in Corea constituimus, res ita disponentes ut tres omnino ibidem exstent ecclesiasticae Provinciae, nempe: *Provincia ecclesiastica Seulensis*, quae constabit metropolitana residentiali Ecclesia Seulensi, antehac Vicariatu Apostolico, cuius templum cathedrale id erit quod est B. Mariae Virgini sine labe conceptae sacrum; atque suffraganeis dioecesibus: Pyeongyangensi, antehac Vicariatu Apostolico; Hameungensi, antehac Vicariatu Apostolico; Chuncheonensi, antehac Vicariatu Apostolico, cuius templum cathedrale id erit quod est Sacratissimo Cordi Iesu sacrum; Taeieonensi, antehac Vicariatu Apostolico, cuius templum cathedrale id erit quod est Sanctae Teresiae a Iesu Infante sacrum; Inchonensi, antehac Vicariatu Apostolico, cuius templum cathedrale id erit quod est Sancto Paulo Apostolo sacrum. *Provincia ecclesiastica Taeguensis*, quae efficietur metropolitana Ecclesia residentiali Taeguensi, ad hunc diem Vicariatu Apostolico, cuius cathedrale templum id erit quod est Apparitioni B. Mariae Virginis dicatum; atque suffraganeis dioecesibus, quae sequuntur: Cheongiuensi, ad hunc diem Vicariatu Apostolico, cuius cathedrale templum id erit quod est Sanctae Familiae Iesu, Mariae, Ioseph dicatum; Pusanensi, ad hunc diem Vicariatu Apostolico, cuius id erit cathedrale templum quod est Sanctae Familiae Iesu, Mariae, Ioseph dicatum. *Provincia ecclesiastica Kvangiuensis*, quae fiet metropolitana Ecclesia Kvangiuensi, hactenus Vicariatu Apostolico, cuius cathedrale templum id erit quod est Sacratissimo Cordi Iesu consecratum; atque suffraganea dioecesi Ieoniuensi, hactenus Vicariatu Apostolico, cuius cathedrale templum id erit quod est Sacratissimo Cordi Iesu consecratum. Quas omnes circumscriptiones censemus Sacrae Congregationi Fidei Propagandae iuris dictioni pergere esse obnoxias. Quandoquidem autem sacri Praesules, qui adhuc Vicariatibus praefuerunt, acri
554 proferrent, non modo eos publice / gratias referimus, verum etiam ad residentiales Sedes transferri statuimus, ita ut: in Provincia ecclesiastica *Seulensi* venerabilis Frater Paulus Kinam Ro a Sede titulo Colbasensi ad metropolitanam Ecclesiam Seulensem traducatur; venerabilis Frater Franciscus Hong Takeoka a Sede titulo Auziensi, ad cathedralem Ecclesiam Pyeongyangensem; venerabilis Frater Thomas Quinlan a Sede titulo Furnitana maiore, ad cathedralem Ecclesiam Chuncheonensem; venerabilis Frater Hadrianus Larribeau a Sede titulo Dusensi, ad cathedralem Ecclesiam Taeieonensem; venerabilis Frater Villelmus I. McNaughton a Sede titulo Thuburbitana, ad cathedralem Ecclesiam Inchonensem; in Provincia ecclesiastica *Taeguensi*, venerabilis Frater Ioannes Baptista Sye Bong-Kil a Sede titulo Chomatitana ad metropolitanam Ecclesiam Taeguensem transferatur; venerabilis Frater Iacobus Vincentius Pardy a Sede titulo Irenopolitana in Isauria, ad cathedralem Ecclesiam Cheongiuensem; venerabilis Frater Ioannes Choi a Sede titulo Fussalensi, ad cathedralem Ecclesiam Pusanensem; in Provincia ecclesiastica *Kvangiuensi*, venerabilis Frater Haroldus Henry a Sede titulo Corydalensi, ad metropolitanam Ecclesiam Kvangiuensem; venerabilis Frater Petrus Han Kong-Ryel a Sede titulo Sagalassensi, ad cathedralem Ecclesiam Ieoniuensem. Ad Sedem Pyeongyangensem quod attinet, quoniam eius Praesul venerabilis Frater Franciscus Hong Takeoka in novissimo bello Coreano dispersus est, dilectum Filium Georgium M. Carroll Societate de Maryknoll pro Missionibus Exteris Apostolicum Administratorem nominamus eius dioecesis, qui fuit hactenus Administrator Apostolicus eiusdem nominis Vicariatus, ad Nostrum scilicet et huius Romanae Sedis nutum, quoad per Nostram auctoritatem fuerit aliter provisum. Item, quia rerum adiuncta impediunt quominus Sedis Hameugensis proprius Episcopus renuntietur, eius dioecesis dilectum Filium Timotheum Bitterli Apostolicum Administratorem creamus ad nutum Sanctae Sedis, e Congregatione Ottilensi Ordinis Sancti Benedicti pro Missionibus Exteris, qui fuit hactenus Vicariatus Hameugensis Apostolicus Administrator. De Canonicorum autem Collegio in unaquaque dioecesi condendo, de Seminario, de mensa episcopali, quae dicitur, de regimine atque electione Vicarii Capitularis, Sede vacante, id decernimus quod sive leges ecclesiasticae statuunt, sive Sacra Congregatio Fidei Propagandae censuit. Ceterum hae Litterae Nostrae, eius cura qui tempore exsecutionis munere Apostolici Delegati in Corea fungetur ad exitum adducantur cum omni facultate ad rem necessariam; si autem res exigat, / etiam per alium 555
id fieri poterit, dummodo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Negotio vero peracto, documenta exarentur, eaque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Christiano Nomini Propagando cito mittantur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.—Iacobus A. Card. COPELLO, *S. R. E. Cancellarius*. Gregorius P. Card. AGAGIANIAN, *S. C. de Prop. Fide Praefectus*. Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens*. Caesar Federici, *Proton. Apost.* Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

3051

1962 MAR 28.-S. PAENITENTIARIA, RESPONSUM. PART.*

CONSUETUDO MUTANDI MYSTERIUM SSMI ROSARII QUOLIBET ANNO NON IMPEDIT ACQUISITIONEM INDULGENTIARUM

PRECES—*Beatissime Pater*, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum, ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, quae sequuntur humiliter exponit: In multis regionibus Jugoslaviae apud sodales piae unionis a Rosario vivente nuncupatae, viget consuetudo mutandi Mysterium quolibet anno, non singulis mensibus ut aliis in locis fieri solet; immo in complurib/us regionibus membra alicuius familiae sibi aliquod Mysterium determinatum assumunt pro tota vita. Quamobrem orator dubium quod sequitur ad solvendum proponit: An dicti fideles et familiae, servatis quidem iis quae ad constituendas quindenas pertinent, acquirunt indulgentias a Gregorio Pp. XVI in Brevi Apostolico *Benedicentes* diei 27 ianuarii 1832 sodalibus piae unionis a Rosario vivente nuncupatae concessas. Et Deus, etc.

RESCR.—*Die* 13 *martii* 1962. Sacra Paenitentiaria Apostolica proposito dubio respondet: *Affirmative.*

De mandato Eminentissimi.—J. Rossi, *Regens*. J. Sessolo, *Pro-Secret.*

* Procuratori Gen. O. P., Prot. N. 1412/62: AOP 70 (1962) 502.

3052

1962 MAR 28.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

DECLARATUR VALIDUM RATIONE FORMAE CANONICAE MATRIMONIUM INITUM INTER PARTEM BAPTIZATAM IN ECCLESIA BAPTISTARUM ET PARTEM BAPTIZATAM IN ECCLESIA SEPARATA GRAECA ANTE OFFICIALEM CIVILEM

CASUS—My Curia has before it the case of a marriage contracted by a dissident Oriental woman on a purely civil basis, before a merely civil officer.The impediment of disparity of cult is not present.

Authentic and unquestioned documents (on file in my Curia) prove that: 1) the non-Catholic man was baptized in a Baptist church on April 1, 1945; 2) the girl was baptized in the Hellenic Orthodox Church; 3) the marriage was contracted on February 10, 1956, before a justice of the peace; and 4) a divorce was obtained, the decree becoming final on May 22, 1959.

Even after consulting *Crebrae Allatae* and especially canon 90, my Curia has not been able to determine whether the petitioner, as a baptized member of the Hellenic Orthodox Church, contracted a valid marriage in the absence of any authorized religious person and without the religious blessing mentioned in canon 81.

SOLUTIO—28 March 1962. This Supreme S. Congregation, having carefully studied the acts of the process of nullity of the marriage, now in reply to the doubt «An constet de nullitate matrimonii in casu» has decreed as follows: «*Negative*: seu non constare de nullitate matrimonii in casu.» With sentiments of profound respect and esteem, I am Your Eminence's devoted servant.—A. Card. OTTAVIANI.

* Jurist 23 (1963) 111-112.

3053

1962 MAR 28.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

IN DUBIO DE RECTO USU PRIVILEGII PAULINI, ORDINARII LOCORUM, ETSI NON TENEANTUR EXTRA CASUM DUBII DE VALIDITATE BAPTISMI, SUADENTUR TAMEN UT IN SINGULIS CASIBUS RECURRANT AD SANCTAM SEDEM

Ex aedibus Sancti Officii, d. 28 martii 1962

Litteris die 24 februarii c. a. ad S. Officium datis, Excellencia Tua Revma petebat utrum applicatio canonis 1127 C. I. C. fieri possit ab ipso Ordinario vel recurrendum sit ad S. Sedem in singulis casibus, idque praesertim in casu dubii insolubilis de validitate matrimonii in infidelitate contracti.

Cui dubio Suprema haec S. Congregatio respondendum censuit:

a) si difficultas oriatur ex dubio baptismo unius partis, recurrendum esse ad S. Officium in singulis casibus, ex decreto diei 5 maii 1937 (Cfr. AAS., 1937, pp. 305-6) [LE 1388];

b) si dubium exurgat ex aliis fontibus, non exstare legem generalem, quae recursum ad S. Sedem imponat; res enim pendet a natura dubii, quod potest ex indefinitis causis oriri;

c) plerumque tamen suadendum esse recursum ad S. Officium, eo quod, manente dubio, casus tunc definitive solvitur per potestatem S. Pontificis, qua Ordinarii non gaudent.

Si ergo Excellentia Tua casum aliquem concretum prae manibus habeat, velit ipsum exponere cum omnibus circumstantiis ad rem pertinentibus.

* Ordinario Lyalipurensi, Prot. N. 811/62m: A. ABATE, Lo scioglimento del vincolo coniugale, ed. II Roma 1965, p. 129, not. 22. Adn. A. ABATE, op. cit. p. 127-139.

3054

1962 MAR 28.-SC RELIGIOSORUM, LIT. CIRCUL. PART.*

DE SOCIOLOGICA ALUMNORUM RELIGIOSORUM INSTITUTIONE DEQUE LECTIONE INTERDICENDA OPERUM IOSEPHI ORTEGA Y GASSET IN STUDIORUM DOMIBUS ET COLLEGIIS

Romae, die 28 Martii 1962

Reverendissime Pater, Apud sacri ordinis ministros, maxime apud iuvenes in sortem Domini vocatos, nostris temporibus non raro deprehenduntur signa minoris docilitatis,

qua eos oportet iussis et hortamentis Ecclesiae, praesertim ad rem socialem quod attinet, obtemperare.

Hoc fortasse ex eo originem ducit, quod humana consortio unde vocationes proveniunt, non solum saeculari spiritu penitus est imbuta —qui se sacrificandi studium omnemque se mortificandi voluntatem aversatur— sed etiam laicismo et materialismo infecta, qui prorsus contrarii sunt oboedientiae quae auctoritati ecclesiasticae debetur et in specie sanis praeceptis sociologiae christianae, parum cognitae et parvi aestimatae.

Ut ergo iuvenes candidati, dum falsarum sententiarum placita disseminantur, serventur immunes neu quoad doctrinas a recto itinere declinent, necesse est curare ut doctrinam socialem Ecclesiae plane comprehendant; quapropter huic disciplinae magnum in praesens tribuendum est pondus atque momentum in opere institutionis eorum.

Itaque Sacra haec Congregatio sui muneris esse censet monere, hortationem iterans quam religiosis sodalibus quamdam regionum adhibuit, ut fideliter ad effectum deducatur praescriptum articuli 44 paragr. 3 *Statutorum Generalium* [LE 2591] Constitutioni Apostolicae *Sedes Sapientiae* [LE 2579] adnexorum: «*Sociologia quoque in curriculo philosophico solide quoad ipsius principia tradatur*», idque fiat prae oculis habitis etiam praecipuis documentis Magisterii Pontificii de re sociali quae recentiore aetate edita sunt.

Hac sollicitudine ductum, Sacrum idem Consilium, Tibi, Reverendissime Pater, nuntiat, postquam cogitata atque scripta hispanici auctoris Iosephi Ortega y Gasset, anno 1955 mortui, examine sunt expensa, apparuisse principia philosophica eiusdem a doctrina catholica longe discrepare. Quam ob rem Sacra haec Congregatio statuit interdicere et his litteris interdicit lectionem operum praedicti auctoris in omnibus studiorum domibus et collegiis Religiosorum, Societatum vitae communis et Institutorum Saecularium, quae ipsi sunt obnoxia.

Hanc rem Tibi exsequendam committens, me Paternitati Tuae profiteor add.mum in Domino.—Valerius Card. VALERI, *Praef.*

* Moderatoribus Supremis Institutorum perfectionis, Prot. N. S. R. 8/61: AOFM 81 (1962) 252.

3055

1962 APR 5.-CONVENTIO CUM HISPANIA. PART.*

CONVENTIO INTER SEDEM APOSTOLICAM ET HISPANIAM CIRCA VALIDITATEM QUOAD EFFECTUS CIVILES STUDIORUM SCIENTIARUM NON ECCLESIASTICARUM QUAE APUD UNIVERSITATES ECCLESIAE PERFICIUNTUR

La Santa Sede y el Estado Español, deseando llegar —en aplicación de lo dispuesto en el articulo XXXI, número 1 del Concordato [LE 2367]— a un acuerdo sobre el reconocimiento, a efectos civiles, de los estudios de ciencias no eclesiásticas realizados en Universidades erigidas por la Iglesia en España, han nombrado, con este objeto, sus Plenipotenciarios, a saber:

Su Santidad, el Sumo Pontífice Juan XXIII a Su Excelencia Reverendísima Monseñor Hildebrando Antoniutti, Arzobispo titular de Sinnada y Nuncio Apostólico en España; y Su Excelencia el Jefe del Estado Español, don Francisco Franco Bahamonde, al Excelentísimo señor don Fernando María Castiella y Maíz, Ministro de Asuntos Exteriores.

Los cuales han convenido las siguientes disposiciones:

Art. 1.º—El Estado español reconoce, conforme el artículo XXXI del Concordato vigente, a las Universidades de la Iglesia, creadas, dentro de su territorio, con arreglo al canon 1376 del «Codex Iuris Canonici».

Reconoce, asimismo efectos civiles a los estudios que se realicen en las Facultades y Escuelas Técnicas Superiores de las mismas dedicadas a ciencias no eclesiásticas, con los requisitos que se expresan en el presente Convenio.

Artículo 2.º—El reconocimiento de cada una de esas Universidades para atribuirles efectos en la esfera del Estado español tendrá que ser acordado individualmente por la Autoridad civil, la cual determinará por Decreto cuales son las Facultades (y Secciones, en su caso) y las Escuelas Técnicas Superiores (y Especialidades, en su caso) de la Universidad eclesiástica a que se refiere, a las que se reconocen tales efectos.

http://www.obrascatolicas.com

El gobierno de las Universidades de la Iglesia se regirá por sus propios Estatutos, los cuales no podrán contener, para las Facultades y Escuelas cuyos estudios gocen de efectos civiles, normas contrarias a las establecidas en el presente Convenio.

Artículo 3.º—En consideración a lo establecido en la Ley de Ordenación Universitaria de 24 de julio de 1943, que proclama el catolicismo oficial de la Universidad española, confirmado también por el artículo XXVI del Concordato entre la Santa Sede y el Estado Español, las Universidades erigidas por la Santa Sede en España se llamarán Universidades de la Iglesia.

Artículo 4.º—El reconocimiento de efectos civiles únicamente podrá referirse a estudios de las Facultades que el Estado Español tenga establecidas en sus propias Universidades, o de las Escuelas Superiores de Enseñanza Técnica que también existan oficialmente en España.

Sólo podrá reconocerse efectos civiles dentro de cada Universidad de la Iglesia, a aquellas Facultades y Escuelas Técnicas Superiores que se encuentren en efectivo funcionamiento y que estén situadas en el territorio nacional, dentro de la misma provincia eclesiástica (Arzobispado) que su sede central.

En lo sucesivo, antes de crear la Iglesia una nueva Universidad, o bien una Facultad o Escuela Técnica Superior dentro de alguna Universidad ya existente, dedicadas a ciencias no eclesiásticas, en la misma provincia civil donde ya existan otros centros estatales análogos, la Santa Sede se pondrá previamente de acuerdo para ello con el Gobierno Español.

Artículo 5.º—Los estudios cursados por estudiantes españoles en las Facultades o Escuelas Técnicas Superiores de las Universidades de la Iglesia para los que se haya acordado así, conforme a todo lo previsto en el artículo anterior, serán equiparados en sus efectos civiles a los de las respectivas Facultades universitarias o Escuelas Técnicas Superiores del Estado, a partir del momento en que dichos Centros docentes de la Iglesia reúnan de modo efectivo las condiciones siguientes:

1) Que en la selección y tiempo de escolaridad de los alumnos se cumpla con lo que la legislación española exige para las Facultades universitarias o Escuelas Técnicas Superiores civiles de España.

2) Que los planes de estudio de cada Facultad o Escuela Técnica Superior sean iguales a los de los Centros oficiales del Estado.

3) Que las pruebas académicas de asignaturas, cursos y grados sean las mismas que en las Universidades y Escuelas Técnicas del Estado.

4) Que en la Facultad o Escuela Técnica Superior de la Universidad de la Iglesia de que se trate, la plantilla de Catedráticos sea igual a la de los Centros civiles correspondientes y esté ocupada efectivamente, al menos en sus tres cuartas partes, por profesores que tengan el título civil de Catedrático numerario de Universidad de la respectiva asignatura.

Las cátedras que constituyen el resto de la plantilla, no ocupadas por Catedráticos numerarios del Escalafón del Estado habrán de estar desempeñadas por Profesores que hayan recibido del Ministerio de Educación Nacional una habilitación especial. Esta habilitación sólo podrá concederse mediante unos exámenes convocados por el Ministerio a solicitud de la Universidad de la Iglesia, que sean iguales en todo a las oposiciones a cátedras del Escalafón correspondiente, tanto en lo que se refiere a las condiciones de los candidatos como a la composición del Tribunal y al número, naturaleza y práctica de los ejercicios. Esta habilitación sólo será válida para aquella asignatura, Facultad o Escuela Superior Técnica y Universidad de la Iglesia de que se trate, y no producirá derecho ninguno en los así habilitados en relación con los Centros del Estado.

También podrá admitirse que tengan a su cargo alguna cátedra, dentro de esa parte de la plantilla de las mismas que puede estar cubierta por quienes no sean Catedráticos numerarios del Escalafón del Estado, conforme a la proporción que se ha dejado precisada, los extranjeros que hayan ocupado, como titulares, es decir, como profesores ordinarios, una cátedra de la misma Facultad y asignatura en otra Universidad.

Sin embargo, se concede un plazo que comprende los cinco primeros cursos académicos en que una Facultad o Escuela Técnica Superior de una Universidad de la Iglesia funcione como acogida al régimen de este artículo, para dar pleno cumplimiento al requisito del porcentaje de Catedráticos, numerarios del Estado y de profesores habilitados, debiendo llenarse, entre tanto, en el primer curso una proporción mínima del 30 por 100 de Catedráticos y el 15 por 100 de habilitados; al cabo de los tres primeros cursos, del 50 por 100 de Catedráticos y el 20 por 100 de habilitados; y al cabo de los cinco primeros cursos, del 75 por 100 de Catedráticos y el 25 por 100 de habilitados; es decir, la proporción normal que establecen los dos primeros párrafos de este número 4). El resto de las cátedras de la plantilla estará encomendado durante ese tiempo a Encargados de curso.

Tanto estos Encargados de curso, como los que tengan a su cargo, mientras son provistas normalmente, las vacantes que puedan producirse una vez cubierto el porcentaje de Catedráticos a que se refiere el primer párrafo de este número 4) habrán de tener el mismo grado académico y requisitos que los de los Centros oficiales civiles.

5) Que el Rector de la Universidad sea de nacionalidad española.

6) Que el régimen de protección escolar sea el mismo de la Universidad oficial.

7) Que el régimen corporativo estudiantil sea el mismo que se aplica a los estudiantes universitarios del Estado.

En cada una de estas Universidades existirá un Representante del Ministerio de Educación Nacional, que habrá de ser necesariamente catedrático numerario de Universidad o Escuela Técnica Superior del Estado, el cual informará al Ministerio del régimen y las condiciones de la enseñanzas y exámenes, especialmente en una memoria anual.

Con objeto de poder desempeñar debidamente su misión, el Representante del Ministerio gozará de libre acceso a todos los actos académicos, de enseñanza y exámenes que tengan lugar en la Universidad.

Artículo 6.º—También podrán ser reconocidos efectos civiles a los estudios realizados en las Facultades o Escuelas Técnicas Superiores de las Universidades de la Iglesia, en las que, reuniéndose los demás requisitos indicados, no se cumpla con lo que se exige en el número 4) del artículo anterior, con tal de que los alumnos acrediten, al final de los estudios, que poseen una formación y capacidad no inferior a la que se exige en los Centros oficiales para el título de que se trate, mediante la aprobación de una prueba de conjunto, teórica y práctica, que se verificará de modo igual a las que mencionan el artículo 20 de la Ley de Ordenación de la Universidad Española para las Facultades universitarias y el artículo 16 de la Ley de Ordenación de Enseñanzas Técnicas, para las Escuelas Técnicas Superiores y que será juzgada por un Tribunal nombrado por el Ministerio de Educación Nacional y compuesto por un Presidente, que habrá de tener título de rango igual a los Catedráticos Numerarios de los Centros, dos Vocales, Catedráticos Numerarios civiles de la rama de las enseñanzas de que se trate, y dos Vocales, Profesores numerarios de la Facultad o Escuela Técnica Superior de la Iglesia. La concesión de efectos civiles al Título de Doctor sólo podrá hacerse para los alumnos que previamente tengan reconocidos los efectos civiles de su licenciatura mediante el examen de su tesis doctoral por un Tribunal compuesto como acaba de indicarse.

En estos casos, será necesario que los Profesores de la Facultad o Escuela Técnica Superior de la Universidad de la Iglesia que ocupen las cátedra tengan título superior.

También en estos casos, cuando un alumno desee pasar, antes de terminar sus estudios, de una Universidad de la Iglesia a una Universidad o Escuela Técnica Superior del Estado deberá superar las pruebas, tanto teóricas como prácticas, que discrecionalmente establezca, en cada caso, el Centro civil en el cual va a continuar su carrera.

Artículo 7.º—Igualmente podrán gozar de efectos civiles los estudios cursados en aquellas Facultades o Escuelas Técnicas Superiores de una Universidad de la Iglesia que no reúnan las condiciones necesarias requeridas en el artículo 5.º ni las que se precisan en el artículo 6.º si sus alumnos rinden en una Universidad o Escuela Técnica Superior del Estado todas las pruebas académicas de asignaturas, cursos y grados que con carácter general se establezcan, en los planes y Reglamentos de las respectivas Facultades o Escuelas Técnicas civiles.

Los centros acogidos al sistema de este artículo serán reconocidos como adscritos a una determinada Universidad civil.

Artículo 8.º—En caso de pérdida de los requisitos necesarios para la aplicación de uno de los tres sistemas de reconocimiento de efectos civiles prevenidos en los artículos

anteriores, la Facultad o Escuela Técnica de la Universidad de la Iglesia podrá acogerse a otro de ellos.

Artículo 9.º—Las enseñanzas de las Universidades de la Iglesia, cuyos estudios tengan reconocidos efectos civiles, habrán de ser conformes con las Leyes Fundamentales de la Nación.

Los Profesores de dichas Universidades habrán de contar con la previa conformidad del Estado, salvo los que pertenezcan al Escalafón de Catedráticos numerarios del mismo, o hayan obtenido la habilitación a que se refiere el número 4) del artículo 5.º de este Convenio, y todos ellos deberán prestar antes de comenzar sus funciones, el mismo juramento que se exija a los Catedráticos de la Universidad estatal.

Artículo 10.—El Estado Español aplicará a los estudiantes extranjeros de las Universidades a que se refiere el presente Convenio el mismo régimen que prevén las Leyes y los correspondientes acuerdos internacionales en materia de convalidación de estudios.

Artículo 11.—Los alumnos de las Universidades acogidas al sistema establecido en el artículo 5.º del presente Convenio satisfarán, a su tiempo, las tasas correspondientes a la expedición del título oficial; los de las Universidades acogidas al sistema del artículo 6.º tendrán que abonar las tasas académicas correspondientes al examen final de conjunto y, en su caso, las tasas que se exijan por la expedición del título, y los de las Universidades que se acojan al tercer sistema satisfarán las mismas tasas académicas y administrativas que los alumnos oficiales de las Universidades del Estado.

Disposición final.—La Santa Sede y el Gobierno Español procederán de común acuerdo en la resolución de las dudas o dificultades que pudieran surgir en la interpretación o aplicación de cualquier norma del presente Convenio de conformidad con lo establecido en el artículo XXXV del vigente Concordato.

Disposición adicional.—Como la Santa Sede tiene ya pedido al Gobierno Español el reconocimiento de los estudios cursados en la Universidad de la Iglesia, con sede central en Pamplona, el Gobierno Español, inmediatamente que el presente Convenio tenga fuerza de obligar, por el canje de los Instrumentos de Ratificación correspondientes, dictará un Decreto por el que se reconozcan los efectos civiles prevenidos en el mismo a todas aquellas Facultades y Escuelas Técnicas Superiores de dicha Universidad que reúnan las condiciones requeridas para ello en el propio Convenio. Disposiciones sucesivas irán reconociendo, también a petición de la Santa Sede, a medida que vayan cumpliendo tales requisitos, otras Facultades o Escuelas Técnicas Superiores de Universidades de la Iglesia, ya creadas o que puedan crearse en el futuro.

El presente Convenio entrará en vigor desde el momento del canje de los Instrumentos de Ratificación, el cual deberá verificarse en el término de dos meses subsiguientes a la firma.

En fe de lo cual, los Plenipotenciarios mencionados firman el presente Convenio en Madrid a 5 de abril de 1962.

H. Card. ANTONIUTTI, *pro N. A.* Fernando María Castiella, *Ministro de Asuntos Exteriores.*

* REDC 18 (1963) 185-188. Ratihabitio facta est die 1962 maii 29: LE 3064. Adn. J. MALDONADO in REDC 18 (1963) 137-184; J. PEREZ ALHAMA in Ius can. 4 (1964) 371-412.

3056

1962 APR 6.-SC SACRAMENTORUM, RESCRIPT. PART.*

FACULTAS DATUR MISSAM TER LITANDI IN DOMINICIS ET DIEBUS FESTIS DE PRAECEPTO, NONNULLIS IMPLETIS CONDITIONIBUS

PRECES—*Beatissime Pater*, Archiepiscopus Colonien., nomine etiam aliorum Episcoporum Germaniae ad pedes S. V. provolutus, humiliter postulat prorogationem rescripti S. C. de Sacramentis, diei 26 maii 1959, n. 3083/59, circa facultatem permittendi suis sacerdotibus ut Sacrum ter eadem die litare valeant diebus dominicis et festis de praecepto, quoties id necessarium videbitur pro bono fidelium, ob magnam penuriam Sacerdotum.

RESCR.—*Die 6 aprilis* 1962 Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, vigore specialium facultatum Card. Praefecto a Ssmo Dño Nostro Ioanne Papa XXIII tributarum, attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus, Oratori facultatem benigne indulget iuxta petita, dummodo tertia Missa celebretur in alia ecclesia, seu non in ecclesia ubi aliae duae iam celebratae sunt, si id fieri possit absque gravi incommodo, constito in singulis casibus de vera necessitate tertiae Missae, onerata super hoc eiusdem Archiepiscopi conscientia, remoto quocumque admirationis vel scandali periculo, vetita celebranti eleemosynae perceptione pro duabus Missis, aliisque servatis de iure servandis.

Praesentibus valituris ad aliud triennium.—B. Card. ALOISI MASELLA, *Praef.*

* Ordinariis locorum Germaniae, Prot. N. 1953/62; 394/62: AKKR 131 (1962) 128.

3057

1962 APR 9.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

DATUR DOCUMENTUM LIBERTATIS, OB PRAESUMPTAM MORTEM LEGITIMI CONIUGIS, AD NOVAS NUPTIAS CONTRAHENDAS

CASUS—A Catholic man wishes to have his attempted marriage to a baptized Lutheran validated in the Catholic Church. About 1912 this baptized Lutheran girl married and about 1926 was divorced. She stated under oath that her brother-in-law, who died about fifteen years ago and who was a devout Catholic, met a friend who seemed to have known her husband and that this friend stated that he had been dead for some time. When she heard about this, nothing was done to validate the marriage or to look into the truth of the above hearsay evidence.

Now her Catholic husband, 85 years of age this year and sickly, wishes to prepare his soul for death. Upon hearing of this, we immediately conducted an investigation to determine whether the first husband is actually dead. We could find no living relative of his or anyone else who could testify concerning his death, nor could the wife give us any helpful information. As a matter of fact, she now no longer wishes to be bothered with questions on this matter.

In view of the ailing health of this Catholic man, a *fraterso*ror arrangement is being allowed.

The firs husband would be about 75 years of age today if he were still living, and is reported to have been a habitual drunkard. This information, in addition to the hearsay evidence, tends to promote a state of moral certitude regarding the man's death. However, this decision cannot be made by me and I am, therefore, asking Your Holiness to consider granting a *documentum libertatis* so that this non-Catholic party and the Catholic party may validate their attempted marriage.

SOLUTIO—Rite pervenerunt ad S. Officium litterae quibus Excellentia Tua Rev.ma exponebat casum praesumptae mortis viri qui anno circiter 1912 matrimonium contraxerat cum muliere in praesenti invalide coniuncta cum catholico.

Re maturo examini subjecta, haec Suprema S. Congregatio sequens tulit decretum: «*Permitti possunt oratrici novae nuptiae ob praesumptam mortem legitimi coniugis.* Includitur in hoc decreto quoque dispensatio ab impedimento criminis, de quo in can. 1075, n. 1, et ab impedimento mixtae religionis et, ad cautelam, disparitatis cultus, praestitis a partibus cautionibus ad normam iuris.»

Hanc nactus occasionem, impensos aestimationis meae sensus Tibi pando et permaneo Excellentiae Tuae Revmae addictissimus.—A. Card. OTTAVIANI.

* Ordinario Crossensi, Prot. N. 3761/61m: Jurist 23 (1963) 115-118; BOUSCAREN V, p. 507-508.

3058

1962 APR 11.-IOANNES XXIII, M.P. AAS 54 (1962) 253-256

DE SUBURBICARIARUM DIOECESIUM REGIMINE

IOANNES PP. XXIII

Suburbicariis sedibus, quae Urbi propiores, quae vetustate, quae martyrum praeconio nobiliores sunt, peculiari providentia prospicere Apostolica Sedes consuevit. Ut enim Decessor Noster Xystus Pp. V [1], ita postrema hac aetate Romani Pontifices iisdem sedulo studuerunt: videlicet S. Pius Pp. X datis Litteris *Apostolicae Romanorum Pontificum*, die XV Aprilis anno MCMX, de Episcopis suffraganeis constituendis [2], atque *Edita a Nobis,* / die V Mali 254
anno MCMXIV, de annuis reditibus distribuendis [3]; Benedictus Pp. XV Litteris Apostolicis *Ex actis*, die 1 Februarii anno MCMXV [4]; atque, non minore vigilantia, tum Pius Pp. XI [5], tum Pius Pp. XII [6].

[1] Const. Ap. *Religiosa*, 13 April. 1587: Fontes Iuris Can., Romae 1923 v. I, pp. 293 ss. [2] *A. A. S.*, v. II (1910), p. 277. [3] *A. A. S.*, v. VI (1914) p. 219. [4] *A. A. S.*, v. VII (1915), p. 229. [5] Ex aud. SSthi, 8 Maii 1931 (Arch. S. C. Consist.). [6] Ex Aud. SSthi, 17 Iunii 1938, 6 Nov. 1948, 26 Oct. 1953, 12 Dec. 1953 (Arch. S. C. Consist.).

http://www.obrascatolicas.com

Huiusmodi sollicitudinis sunt etiam insigne argumentum S. R. E. Cardinales, inde a remotis temporibus earum regimini praepositi. Etenim «hi Eminentissimi Antistites —ut S. Pius Pp. X asseveravit— et amplitudine dignitatis et excellentia doctrinae, non minus quam ceteris virtutibus, praesertim liberalitate, magnificentia, studio provehendae fidelium salutis, quantum splendoris et opis in loca contulerint ipsorum iurisdictioni subiecta, ad haec usque tempora historiae monumenta testantur» [7]. Ampliore siquidem gratulatione et laude idcirco cohonestandi sunt, quod, ut Romani Pontificis in regenda Ecclesia universa praecipui consiliarii et adiutores, magni ponderis negotiis in Romana Curia distinentur.

Ad suburbicarias dioeceses aptius moderandas iam ab inito Pontificatu curas cogitationesque Nostras convertimus; atque Litteris Motu Proprio datis die x mensis Martii anno MCMLXI, ob mutatas in territoriis illis rerum conditiones, *ius optionis* abrogavimus; «atque nominationem Cardinalium Episcoporum ad suburbicarias sedes unice ad Nos et ad Successores Nostros libere pertinere» [8] statuimus.

Cum vero ob suscepta ubique terrarum religiosarum rerum incrementa atque ob cleri populique christiani multiplicatas necessitates, universae Ecclesiae regimini aptioribus ultro providentiae studiis occurratur oporteat, opportunum Nobis visum est Eminentissimos Cardinales in Curia residentes, quo rebus in arduis et dubiis maiori usque praesidio et adiumento esse possint, ab omnibus officiis et muneribus liberare, quae a negotiis penes Sanctam Sedem tractandis eosdem impediant atque quomodolibet distrahant.

Itaque S. R. E. in Curia exsistentium Cardinalium perquisita sententia, atque de consilio Cardinalium Negotiis
255 Consistorialibus et Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositorum, matura deliberatione, quibuslibet contrariis Codicis I. C. et apostolicis praescriptis derogantes, praesentibus Litteris Motu Proprio datis, ea quae sequuntur de dioecesium suburbicariarum regimine inviolate servanda praecipimus ac mandamus.

I. Cardinalis, a Romano Pontifice ad sedem suburbicariam promotus, nomen seu titulum ex ea obtinebit, quavis iurisdictionis potestate in dioecesim seclusa, et vocabitur: Cardinalis ordinis episcopalis titulo ecclesiae suburbicariae: Albanensis, Ostiensis, Portuensis et Sanctae Rufinae, Praenestinae, Sabinensis et Mandelensis, Tusculanae, et Veliternae.

II. Cardinalis titulo ecclesiae suburbicariae, postquam in cathedrali dioecesis templo ritus et sollemnitates, quemadmodum ceteri Cardinales in suis Titulis vel Diaconiis possessionem capientes, peregerit, his quae sequuntur fruetur privilegiis:

1. Pontificalia in eodem cathedrali templo, cum throno et baldachino, iure proprio agendi.

Throni autem ornatus iuxta praescripta Caerimonialis Episcoporum erit.

2. Impertiendi fidelibus adstantibus, cum pontificali ritu Sacra ipse peragit vel sollemni Missae pontificaliter adsistit, Benedictionem papalem cum Indulgentia plenaria, iuxta praescriptam formulam.

3. Sibi eligendi, tanquam locum suae sepulturae, cathedrale templum dioecesis in titulum adsignatae.

4. Eo iure etiam pollebit, ut sibi defuncto a Capitulo cathedrali iusta funebria persolvantur, veluti Episcopo Ordinario.

III. Decet praeterea ex caritate, absque tamen obligatione, ut aliquando Missae sacrificium idem pro sua dioecesi applicet.

IV. Cardinalis, per promotionem ad ecclesiam suburbicariam, transit ad ordinem episcopalem, servata prioritate promotionis ad sacram purpuram.

V. Regimen dioecesium suburbicariarum a Romano Pontifice Episcopo loci committetur qui, canonica capta possessione, ad normam iuris verus et proprius illius eccle-
256 siae erit Episcopus, loci Ordinarius, eaque fruetur in eandem eccle/siam potestate, quam ceteri Episcopi residentiales in propria dioecesi obtinent (can. 335).

Appellabitur Episcopus: Albanensis, Ostiensis, Portuensis et Sanctae Rufinae, Praenestinus, Sabinensis et Mandelensis Tusculanus, Veliternus.

Unius Episcopi est quae statuuntur in ca. 337, § 3 concedere, facultatem scilicet Pontificalia in dioecesi exercendi, atque usum throni cum baldachino ceteris permittendi.

[7] *A. A. S.*, v. II (1910), p. 277. [8] *A. A. S.*, v. LIII (1961), p. 198 [LE 2969].

VI. Quandoquidem suburbicariae sedes haud dissimilibus premi videntur negotiis ac Romana dioecesis, cuius olim ad districtum pertinebant, mandamus ut unum cum eadem Romana dioecesi constituant coetum seu *Conferentiam*, quam vocant; ita ut Episcopi: Albanensis, Ostiensis, Portuensis et Sanctae Rufinae, Praenestinus, Sabinensis et Mandelensis, Tusculanus, et Veliternus apud Cardinalem Urbis Vicarium, iuxta normas de Italicis Episcoporum conventibus editas, rite conveniant.

Cum autem de Cardinalium Episcoporum, qui nunc dioeceses suburbicarias regunt, iuribus nihil detrahere velimus, decernimus, ut haec omnia vim suam deinceps exserant, postquam unaquaeque harum vacabit ecclesia.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris Motu Proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XI mensis Aprilis anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.—IOANNES PP. XXIII.

Adn. C. DE CLERCQ in Apoll. 35 (1962) 13-14; A. DE LA HERA in Ius can. 2 (1962) 677-716; NrT 84 (1962) 635-636.

3059

1962 APR 11.-S. PAENITENTIARIA, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR DELEGANDI CONFESSARIOS AD ABSOLVENDAS CENSURAS OB APOSTASIAM, HAERESIM ET SCHISMA INCURSAS

PRECES— *Beatissime Pater*, Per Rescriptum Sacrae Paenitentiariae Apostolicae, n. 669/59 diei 5 maii 1959, Ordinariis Germaniae iuxta preces Ordinarii Coloniensis ad triennium prorogata est facultas delegandi confessarios in propria dioecesi rite approbatos ad absolvendos proprios paenitentes pro utroque foro a censuris propter peccata apostasiae et haereseos necnon schismatis incursis.

Cum facultas mox expiret, causae prioris concessionis vero perdurent, Ordinarius Coloniensis ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime provolutus enixe implorat, ut facultas, de qua supra, Ordinariis Germaniae prorogetur. Et Deus etc...

RESCR.—Sacra Paenitentiaria, de speciali et expressa Apostolica Auctoritate, benigne sic annuente SSmo Domino Nostro Ioanne Pp. XXIII, gratiam concedit qua Germaniae Episcopi delegare possint omnes confessarios in sua Dioecesi rite adprobatos ut proprios paenitentes, etiam alieno civili dominio forte subiectos, absolvere valeant pro utroque foro, omissa abiuratione iuridice peracta, praemissa tamen abiuratione saltem secreta coram confessario, a censuris ob peccata apostasiae, haeresis et schismatis, iniunctis de iure iniungendis; fortiter tamen et suaviter eosdem paenitentes monendo ut apostasiam, si forte coram magistratu civili declarata fuerit, quatenus absque gravi incommodo fieri poterit, ad scandali remotionem retractent. Praesentibus ad triennium valituris.

Datum Romae, ex S. Paenitentiaria, die 11 aprilis 1962.—Fernandus Card. CENTO, *Paenitentiarius Maior*. S. Rossi, *Regens*.

* Ordinariis locorum Germaniae, Prot. N. 358/62: AKKR 131 (1962) 131-132.

3060

1962 APR 15.-IOANNES XXIII, MP. AAS 54 (1962) 256-258

STATUITUR UT OMNES PATRES CARDINALES EPISCOPALI DIGNITATE AUGEANTUR

IOANNES PP. XXIII

Cum gravissima sint munera Sacro Cardinalium Collegio concredita, cuius membra *Senatum Romani Pontificis constituunt eidemque in regenda Ecclesia praecipui consiliarii et adiutores assistunt* [1], Decessoribus Nostris semper praecipuae / curae fuit, non modo ut dignis viris sacrae Purpurae 527
honor deferretur, verum etiam ut iidem quam maxime Apostolicae Sedi prodesse possent.

[1] Can. 230.

Quoniam e viris ecclesiasticis deliguntur, qui virtutis, pastoralis studii doctrinaeque laude praestant, Patres Cardinales ad sanctae Ecclesiae decus atque ad eius auctoritatem firmandam adaugendamque plurimum conferunt. Cum autem ad varias terrarum orbis regiones pertineant, nulla in iis deligendis nationis vel stirpis ratione habita, lidem praeclare testantur Ecclesiam catholicam esse, perpetuaque iuventute florere. Denique, ob suum rerum usum suamque agendi prudentiam, ipsi magni pretii operam navant Apostolorum Principis Successoribus, in quos recidit onus Ecclesiae universalis gubernandae. Iure igitur merito Decessor Noster fel. rec. Xystus V Patres Cardinales appellavit: *veri cardines... et clarissima Ecclesiae lumina, templi Dei bases, firmamentum et columina christianae Reipublicae* [2].

Quae omnia, postquam ad Petri solium evecti sumus, Nobiscum in animo consideravimus, atque ad illud permoti sumus, ut, Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, ad Sacrum Collegium curas sollicitudinesque converteremus Nostras, eo impensiores, quo Nos gravius praesentes Ecclesiae necessitates urgerent.

Qua de causa, iam a primo Consistorio a Nobis habito Sacri Collegii membrorum numerum auximus, praescriptis derogantes Canonis 231. Subinde, Litteris Motu proprio datis die x mensis Martii anno MCMLXI, quibus initium *Ad Suburbicarias Dioeceses* [LE 2969], Nobis visum est ius optionis abolere, Canone 236 statutum. Nunc autem a Nobis consilium initum est, episcopalem dignitatem Cardinalibus omnibus, qui ea careant, conferre.

Vi huiusmodi decreti, in Sacro Collegio tripertitus Cardinalium Episcoporum, Presbyterorum ac Diaconorum ordo firmus stabilisque manet, quorum unusquisque iura facultatesque ad translaticias consuetudines, ad S. Liturgiam et ad alia munera spectantia, integra servat, salvis tamen praescriptis, quae in Nostris Litteris Motu proprio datis die XI huius mensis Aprilis [LE 3058] de Suburbicariis
258 sedibus continentur. /

Cum vero Purpuratorum Patrum officia, utpote ecclesiastica munera, praeclara spirituali nota distinguantur —quod ceterum e Codice Iuris Canonici collegi potest, quo decernitur ut Cardinales viri sint *saltem in ordine presbyteratus constituti* [3]— admodum gaudemus, quod omnibus Cardinalibus, sacerdotii plenitudine ornatis, potestas sane tribuatur gravibus sibi commissis officiis tali ratione fungendi, quae singulari eorum dignitati aptius respondeat.

Quapropter, re mature perpensa, Motu proprio atque Apostolica Nostra auctoritate statuimus ac decernimus, ut nunc et in posterum omnes Sacri Collegii Cardinales episcopali dignitate augeantur, salvis praescriptis Canonis 231 § 1, iis exceptis, quae de Cardinalium Presbyterorum numero praecipiuntur. Volumus praeterea ut verba Canonis 240 § 3 immutentur, in eam scilicet sententiam, ut singuli Cardinales Diaconi in sui honoris tempio, quod *diaconiam* appellant, haud secus ac ceteri Cardinales in suo quisque titulo, sacris pontificali ritu operari possint.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris Motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XV mensis Aprilis, anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto.—IOANNES PP. XXIII.

[1] Const. Ap. *Postquam verus*, 3 Decemb. 1586. [2] Can. 232 § 1.

Adn. E. B. in NrT 84 (1962) 636-637; D. DE CLERCQ in Apoll. 35 (1962) 13-14; A. DE LA HERA in Ius can. 2 (1962) 677-716.

3061

1962 APR 16.-SC RITUUM, DECR. AAS 54 (1962) 310-315

DECRETUM GENERALE

I. ORDO BAPTISMI ADULTORUM IN VARIOS GRADUS DISTRIBUITUR, PER QUOS CATHECUMENI, PROGREDIENTE INSTRUCTIONE, USQUE AD BAPTISMUM PERDUCUNTUR.—II. ADDITIONES ET VARIATIONES IN RITUALI ROMANO CIRCA ORDINEM BAPTISMI ADULTORUM

A. *Ordo Baptismi adultorum in varios gradus distribuitur, per quos catechumeni, progrediente instructione, usque ad Baptismum perducuntur*

Ordo Baptismi adultorum, in *Rituali Romano*, tit. II, cap. IV, descriptus, ex variis ritibus atque caeremoniis succrevit, quibus olim catechumeni per diversos institutionis christianae gradus progredientes, ad sanctum Baptismum ducebantur.

Cum vero, maxime in territoriis Missionum, numerus catechumenorum qui per gradus institutionis catholicae ad Baptismum ducendi sunt, Deo opitulante, in dies augeatur, multi illorum regionum Ordinarii institerunt, ut varii ritus, nunc in unum Ordinem contracti, quadamtenus ad antiquum modum reducerentur, scilicet, ut secundum suam naturam, initio atque successivis institutionis christianae gradibus adhiberi possint.

Similem petitionem nonnulli quoque locorum Ordinarii regionum catholicarum obtulerunt, cum nostris temporibus numerus adultorum qui Ecclesiam ingredi desiderant, continuo augeatur, et opportunum esse videatur, eorum institutionem catecheticam sacris quoque ritibus sanctificare.

His omnibus rite perpensis atque utilitate restitutionis variorum rituum qui ad institutionem catechumenorum pertinent, recognita, ne tamen usus difformes inducantur, haec Sacra Congregatio Ordinem Baptismi adultorum, quem supra memoravimus, per septem gradus disposuit, quibus, per opportuna temporis spatia, catechumeni adulti, secundum progressum institutionis catecheticae, ad susciplendum Sacramentum Baptismatis tendant.

Quae omnia, comprobantibus, quantum eorum interest, SS. Congregationibus Supremae S. Officii, necnon Fidei Propagationis, cum pro / suprema approbatione et concessione 311
per infrascriptum Eminentissimum Cardinalem Praefectum, Sanctissimo Domino Nostro Ioanni Pp. XXIII submissa fuerint, Sanctitas Sua, in audientia die 11 mensis Aprilis anni 1962, libenti animo concedere dignata est, atque disposuit, ut infrascriptus «Ordo» in *Rituali romano*, loco indicato, inseratur, et ab omnibus quorum interest, iuxta normas ibidem statutas, adhibeatur.

Contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus.

Romae, ex aedibus S. Rituum Congregationis, die 16 Aprilis, an. 1962.—Arcadius Card. LARRAONA, *Praef.* Henricus Dante, *a Secretis.* /
312

B. *Additiones et variationes in Rituali Romano circa Ordinem baptismi adultorum*

Tit. II, cap. III: Praenotanda de Baptismo adultorum, n. 12: *In medio huius numeri, tractus:* «sed prius errorum etc.», *sic scribatur:* «sed prius in Fide catholica diligenter instruantur».

Inscriptio capitis IV sic mutetur:

CAPUT IV

1. Ordo Baptismi adultorum uno tractu exsequendus.

Hoc loco ponatur Ordo Baptismi adultorum, *qualiter nunc in Rituali exhibetur.*

Post praedictum Ordinem ponatur novus Ordo per gradus Catechumenatus dispositus, qualiter hic sequitur:

2. Ordo Baptismi adultorum per gradus Catechumenatus dispositus

Normae pro usu huius Ordinis

1. Omnes locorum Ordinarii concedere vel praescribere possunt, ut in Baptismo adultorum Ordo hic statutus servetur.

2. Totus ritus in septem gradus est divisus:

Primus gradus respicit praeparationem spiritualem a sacerdote peragendam, qui cursum institutionis catechumenorum moderatur, necnon fidelium, qui precationibus, graviorem vitam christianam exhibendo, catechumenis auxilio spirituali esse debent (nn. 1-3); sequitur prima catechumenis nominis impositio, fundamentalis catechesis, actus aversionis ab errore et conversionis ad Deum, atque prima solemnis cum Cruce signatio (nn. 4-12), quae simul est etiam actio fundamentalis exorcismi, seu diabolicarum potentiarum radicalis eversio. / 313

Secundus gradus exhibet perantiquam caeremoniam gustationis salis, qua significatur crescens delectamentum catechumenorum in christiana institutione (nn. 13-17).

Tertium, quartum, quintum gradum constituunt solemnes ter repetiti exorcismi, quibus fortiter in pectus demittitur catechumenorum ad Deum totalis conversionis labor, cui humani generis adversarius summopere reluctatur (nn. 18-24; 25-31; 32-40).

Sextus gradus continet caeremonias proxime ad Baptismum recipiendum directas, ex perantiquo usu depromptas atque profunda significatione repletas.

Post solemnem catechumenorum in ecclesiam ingressum (nn. 41-42), sequitur redditio symboli et orationis dominicae, ultimus exorcismus et ritus aperitionis aurium; demum, iterata abrenuntiatione Satanae, catechumenus oblinitur cum oleo catechumenorum ac quasi pugnator constituitur contra potestates Christo et Ecclesiae inimicas (nn. 47-49).

Septimus atque ultimus gradus proprie ducit ad Baptismum.

Renovatur nominis impositio, fit Fidei confessio, Baptismatis petitio (nn. 51-52), administratio Baptismatis (nn. 53-55), atque cum sacro chrismate unctio, qua innuitur Spiritus Sancti gratia Baptismate accepta (n. 55), vestis baptismalis et candelae accensae traditio (nn. 56-57), baptizatorum dimissio (n. 58).

3. Diversi gradus, quibus totus ritus dividitur, sequuntur progredientem catechumenorum christianam instructionem et

http://www.obrascatolicas.com

catechesim. Proinde non licet gradus illos omittere, confundere, vel ab ordine statuto mutare. Hoc tantum permittitur ut scilicet quidam gradus subsequenti uniatur, ubi ratio pastoralis id suadeat. Si quis vero catechumenus una simul cum ceteris, rationabili causa, ritum perficere nequivit, tenetur illum saltem privatim suppliere.

Circa aliquos vero ritus peculiares qui, forsitan, in certis locis aut regionibus, vel apud quosdam populos, admirationem vel male accipi possunt, ad Conventus episcopales facultas defertur, opportune statuendi quae fieri debeant, iuxta normas sequentes:

a) Si constet, alicubi, iuxta communem populorum mentem, tactus manus sacerdotis, *signum Crucis* super catechumenos facientis, accipi uti signum actionis iuridicae cum certis consectariis legalibus, vel uti significationem a sensu christiano prorsus alienam habentem, tunc, maxime si opus conversionis adhuc ad primordia sistitur, Episcopi determi-
314 nent modum quo catechumeni signo Crucis muniri debeant, / scilicet, prout a rubricis suis locis dicetur, vel ita ut patrini catechumenos signent, vel tandem ut ipsi catechumeni se signent, dum sacerdos super omnes simul signum Crucis producit.

b) Ubi *gustatio salis* per ipsum sacerdotem, qui sal imponat ori catechumenorum, fieri nequeat, Episcoporum erit determinare modum item a rubricis suo loco propositum adhibendum, scilicet num salis exhibitio fieri debeat a maiore vase sale pleno, ex quo ipsi catechumeni sal accipiant.

c) Circa *unctionem cum oleo catechumenorum* haec animadvertantur: ubique, maxima diligentia et perseveranti instructione, catechumenis significatio huiusmodi unctionis exponenda est. Ubi vero catechumenis, propter familiares ac inveteratas consuetudines, vera et profunda huius unctionis significatio nullo modo explicari possit, Episcopi ab illa unctione dispensare possunt, sed pro illis populis aut definitis locis *tantum*, et *tantummodo* pro temporis spatio, quo huiusmodi unctio finem suum didascalicum attingere nequit. Omnibus tamen viribus adnitendum est, ut sacra unctio, cum oleo huic proprio usui consecrato, progrediente christiana institutione populi, regulariter impertiri possit.

d) Quae de unctione cum oleo catechumenorum statuta sunt, pariter valent *de unctione cum sacro chrismate*, catechumeno facienda aqua Baptismatis iam abluto. Ceterum, quia Sacramentum Confirmationis conferri debet per manus impositionem cum unctione chrismatis in fronte (can. 780), necesse est catechumenos iam inde a prima institutione ad Baptismum ita praeparare, ut significationem unctionum sacrorum oleorum in Ordine Baptismatis exstantium, recte et bene intellegant.

Quae vero a Conventibus episcopalibus circa eas quas supra memoravimus quaestiones statuta fuerint, cum Sacris Congregationibus Fidei propagandae et Rituum tuendorum communicentur, atque, Sancta Sede annuente, ad praxim deducantur.

4. Ritus et caeremoniae, maiore qua possibile est, solemnitate fiant, adstante populo christiano; ritus bene praeparentur, ut catechumeni fructum spiritualem uberiorem inde accipiant. Patrini vel matrinae ad omnes gradus, iuxta opportunitatem, praesto sint. Praecedat semper, antequam sacri ritus incipiant, plana et familiaris caeremoniarum interpretatio, fidelibus et catechumenis aeque utillima.

Sicubi vero singuli vel pauci tantum instituendi sint cate-
315 chumeni, gradus Catechumenatus liturgici seu sacri ritus hic descripti, etiam / extra ecclesiam, sed *in loco sacro* et in forma simplici, peragi possunt; de qua tamen re, iuxta opportunitates peculiares locorum, decernant Ordinarii locorum, vel Conventus episcopales, ita ut in tota dioecesi vel regione uno eodemque modo procedatur.

5. Omnes formulae dici possunt lingua vernacula, versione tamen a Conferentiis episcopalibus cuiusque nationis vel regionis, vel ab Ordinario loci approbata, exceptis exorcismis, formulis unctionum ac benedictionum, nec non ipsa Baptismi forma.

Si vero, ex statu psychologico catechumenorum deducitur, eos desiderare exorcismorum verba propria lingua clare audire, tunc exorcismi quoque lingua vernacula proponi possunt.

6. Versiones in linguam vernaculam parari curent Conventus episcopales pro tota regione, a Commissione peculiariter ad hoc deputata, in qua viri propriae cuiusque linguae apprime periti, sive sint clerici sive laici, textum conficiant, non tantum fidelem, sed et spiritui quoque linguae respondentem. Versiones demum a dictis Conventibus episcoplibus debite approbentur, non tamen ultra spatium decem annorum, ita ut versiones praedictae continuo linguarum progressui aptari possint.

[Sequuntur *ritus* et *rubricae* novi *Ordinis baptismi adultorum*].

Adn. Vide ritum, quo «Ordo baptismi adultorum per gradus catechumenatus dispositus» administretur, apud AAS 54 (1962) 315-338; G. LOW in EL 76 (1962) 444-453; L. R. in NrT 85 (1963) 76-78.

3062

1962 APR 22.-SC STUD., INSTR. AAS 54 (1962) 339-368

ORDINATIONES AD CONST. AP. «VETERUM SAPIENTIAM» DE LATINA EXCOLENDA LINGUA RITE EXSEQUENDAM

Sacrum Latinae Linguae depositum, quod Petri Cathedra a primis saeculis sancte semper custodiit habuitque

perspicuum venustumque unitatis signum ac veritatis christianae integre tuendae propagandaeque ac rituum sacrorum validissimum instrumentum, SSmus Dominus noster Ioannes Pp. XXIII a neglectu et impugnationibus firmiter vindicavit, ac ratum in Ecclesia confirmatumque edixit. Apostolica enim Constitutione «Veterum sapientia» [1], quam sollemni ritu die 22 Februarii sua ipsius manu subsignavit in Petriana Basilica, fundamenta iacit traditque praecepta, quibus haec lingua Ecclesiae propria et cum Ecclesiae vita perpetuo coniuncta, in antiquum gloriae et honoris locum restituatur.

Quantum vero difficultatis et laboris instauratio haec praestantissima et necessaria habeat, cum ex praesenti studii ususque latinae linguae infelici condicione, tum ex locorum, temporum hominumque adiunctis, nemo equidem ignorat, eoque minus hoc Sacrum Studiorum Consilium, ut iam in Epistola ad Excellentissimos locorum Ordinarios die 27 Oct. 1957 data [2], animadvertit.

At vero non difficultatibus vinci, sed eas vincere nos docet vita fidesque christiana, ubi ardui aliquid, sed nobile et necessarium, est assequendum. Si quid igitur adsidui operis et laboris hac instauratione efficiendum proponitur, id erit nostris conatibus incitamentum ad eos percipiendos fructus, quos merito Ecclesia a prompto et alacri singulorum animo —at eorum potissimum, qui ad haec suo tenentur officio— exspectat, his praesertim gravissimis vitae temporibus, quibus per universale Concilium Vaticanum II ad christiani populi unitatem assequendam / confirman- 340
damque tota adlaborat. «Nunc maxime meminisse iuvat —aiebat Summus Pontifex in sermone quo et Constitutionem de lingua latina promulgabat [3]— huius linguae momentum et praestantiam, cum ea decurrant tempora, quibus unitatis mutuaeque populorum coniunctionis necessitas acrius sentitur, nec desunt tamen imprudentes ad eam infringendam conatus. Etenim latina lingua, a Latina Ecclesia adhibita, etiamnunc potest, praesertim vero inter eius sacros diversarum gentium administros, magno esse usui ad animos, exstinctis dissensionibus, reconciliandos. Magno et novis populis esse potest usui, qui civilem gentium consortionem fidentes ingrediuntur, cum nullius gentis commodis bonisve sit peculiariter adstricta vel faveat, fons omnibus exstet perspicuae tutaeque doctrinae, sit iis ad intellegendum facilis, qui humanitatis studia peregerint, sit praecipue mutuae intellegentiae instrumentum atque *magni pretii vinculum*.»

Edocet nos Ecclesiae historia nullis difficultatibus non praesto esse remedium, dummodo eius necessitatis habeatur persuasio et omnium, sacrorumque praesertim ministrorum, prompta docilisque accedat voluntas ad illud adhibendum. Quod idem ipsa latinae linguae vita probat luculentissime. Iacuit enim pluries latina lingua, temporum iniquitate veluti oppressa, at rursus floruit renovata semper, cum eam tota ipsa Ecclesia quasi commune patrimonium, sanctum ac venerandum, sollicite defenderet ac strenue sustentaret.

Instaurari potuit pluries, cum magis etiam quam nostra aetate iacebat, ut, post merovingiam barbariem, potuit in Gallia per Pipinum et Carolum Magnum albescente saeculo IX; potuit iterum saeculo XII altius insurgere ac fieri mirabile Philosophiae ac Theologiae vehiculum; potuit praecipue saeculis XV-XVI ita renasci et extolli perfectissima, ut Ciceronis Augustique aetas reddita nobis fuisse videretur.

Potest igitur etiamnunc instaurari, si debitum huic studio tempus ac potiores partes tribuantur nec tot aliis obruatur ac paene suffocetur disciplinis, quae in publicis scholis succrevere; si ratio docendi magis ad illam antiquitus traditam accedat, ita ut usus loquendi scribendique latine comparetur; si praeceptores bene parati, latinae linguae cognitione et usu experti et paedagogicis dotibus instructi, ex dissitis etiam locis —ut a latinitatis instauratoribus saepe factum esse constat— accersiti, ad hoc munus designentur; si latinae linguae exercitatio privatim et in peculiaribus scholis continuetur etiam inter altiora studia / 341
ecclesiastica, et in his praescriptus huius linguae usus religiose servetur; si omnis in ea docenda discendaque ponatur cura, industria, alacritas, quales in rebus maximi momenti et pretii solent ac debent adhiberi; si, denique ac praecipue, summum Ecclesiae bonum spectetur et certa ac firma Summorum Pontificum voluntas attendatur eique prompta oboedientia ac debito obsequio otemperetur.

[1] IOANNES XXIII, Const. Apost. *Veterum Sapientia*, 22 Febr. 1962: *A. A. S.* LIV (1962), pp. 129-135 [LE 3043].
[2] S. Congr. de Seminariis et Studiorum Universitatibus, Epist. *Latinam excolere linguam*, 27 Oct. 1957: *A. A. S.*, L (1958), pp. 292-296 [LE 2698].
[3] Cfr. *A. A. S.*, LIV (1962), pp. 173-175.

Hoc Sacrum Consilium Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositum, prompto animo obtemperans mandato Constitutionis Apostolicae «Veterum sapientia» [LE 3043], omni sedulitate accuravit huius linguae docendae discendaeque rationem, idoneam sane ad eius instaurationem plene et efficaciter consequendam.

Has igitur Ordinationes Seminariis, Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum tradit easdemque religiose servandas praescribit.

CAPUT I—NORMAE GENERALES

Art. I—*De rationibus studiorum singularum gentium ad normas «Ordinationum» accommodandis* [4].

§ 1. Cum variae studiorum rationes in singulis gentibus earumque ecclesiasticis scholis vigentes, interdum, quod ad latinae linguae studium attinet, impares sint ad plenam huius linguae scientiam et usum consequendum, vario modo erunt, ad normas ab his Ordinationibus constitutas, accommodandae, ut plene finem assequi possint neque ulla detur excusatio de non obtento proposito.

Partim igitur cedat oportet publica studiorum ratio, si componi nequeat cum plena et propria studiorum ecclesiastici viri institutione et cum ea in latina lingua formatione quae a Constitutione Apostolica et Ordinationibus in omnibus sacris administris requiritur et praecipitur.

§ 2. Ut hae Ordinationes fideliter serventur, atque ut vigentes in singulis gentibus studiorum rationes ad easdem rite accommodentur, uniuscuiusque Nationis Episcopi quibusdam peritis viris hoc munus committant, ut, pro locorum adiunctis, una eademque sit, in eadem Natione, huius studii ratio, utique Sacrae Congregationi recognoscenda et probanda.

§ 3. Cum vero in fideli Apostolicae Constitutionis et harum Ordinationum exsecutione, primis praesertim tem- 342
poribus, variae pro locorum / temporumque condicionibus oriri possint difficultates, Sacra Studiorum Congregatio peritorum Coetum constituet, cuius auxilio eas ad mentem Constitutionis et Ordinationum solvet, dubia definiet, responsa et consilia dabit, totamque huius rei exsecutionem prosequendam curabit.

Art. II—*De latinae linguae magistris* [5].

§ 1. Quod attinet ad linguae latinae professores in scholis inferioribus et mediis seu humanitatis quas vocant (atque in scholis celsioris ordinis —Seminariis Maioribus et Facultatibus Ecclesiasticis— pro peculiaribus cursibus de interpretatione SS. Patrum, Theologorum, Documentorum Ecclesiae), primum et omnino requirendum est, ut hi apti ac periti in hac lingua sint debitisque praediti paedagogicis dotibus cum ex ipsis procul dubio pendeat pars maxima felicis exitus huius institutionis.

§ 2. Antistitum igitur Moderatorumque cura sit eos clericos tempestive deligere, qui ad hoc munus aptiores propensioresque videantur, ac de iis probe formandis parandisque sint solliciti, ut sunt de ceterarum disciplinarum professoribus.

§ 3. Semper in magistris designandis non quantulacumque, sed peculiaris huius linguae scientia in eiusque usu peritia requiratur.

Quam ob rem antequam docere incipiant, debitam doctoris lauream in litteris classicis consecuti sint in aliqua studiorum Universitate, et aptam linguae ac litterarum latinarum scientiam acquisierint sintque in eiusdem sermonis usu probe exercitati. Quod si in propria natione huiusmodi Facultates non dentur vel minus aptae sint, ad optimas studiorum Universitates in exteras gentes mittantur.

§ 4. Cum autem in plerisque civilibus studiorum Universitatibus fere una philologica eruditio, parum vero usus latinae linguae spectetur, curent sacrorum Antistites, ut iuvenes professores, etiam publica laurea donatos, et laudabiliter eos etiam qui in altioribus disciplinis fontes commentari debebunt [6], mittant ad aliquod ex Institutis ab hac Sacra Congregatione iam probatis vel constituendis, praesertim vero ad Academicum Latinitatis Institutum ex Constitutione Apostolica «Veterum sapientia» Romae con- 343
dendum [7], ut comparare sibi possint non modo / vivum huius linguae usum in loquendo et scribendo, sed pleniorem etiam Latinitatis Christianae et Medii Aevi cognitionem.

§ 5. Professores latinae linguae a suo munere ne amoveantur sine gravi causa, at in eo stabiles sint, ut docendo se perficere et excellentiores fieri in dies possint.

§ 6. Iidem ne nimiis horis docendi onerentur, quare complures numero sint; neque aliis cuiusvis generis occupationibus distineantur.

§ 7. Qui inepti quavis de causa agnoscantur, quique praesertim huic linguae adversentur, tempestive amoveantur, ne, ex falsa indulgentia vel neglegentia improbanda, prima adolescentium institutio detrimentum, forte sine remedio, capiat.

§ 8. Ubi periti latinae linguae professores pauciores in quibusdam locis sint, curent Antistites, donec illorum numerus aeque augeatur, ut eos etiam ab aliis Dioecesibus vel a Religiosis petant. Quod mutuum auxilium inter varias, etiam diversae nationis, Dioeceses et inter utrumque Clerum, plurimum conferet et ad instaurationem latinae linguae iuvandam et ad vinculum solidandum caritatis.

Art. III—*De examinibus*

§ 1. Examina —quibus et alumnorum debita huius linguae scientia et docentium in suo munere industria ac peritia comprobatur— summa cum diligentia momentique conscientia habenda sunt. Quaevis igitur indulgentia omnino vitetur in admittendis ad superiores scholas vel ad gradus academicos vel ad ipsum magisterium qui imparati sint vel non satis probati: quaevis enim hac in re facilitas vel remissio detrimentum et illis ipsis affert, cum postea maiores inveniant difficultates claudicantesque semper sint, et ipsi Ecclesiae, cum eius linguam minus intellegant et ament, vel etiam spernant.

§ 2. Propria igitur examina habeantur post singulos annos scholares, iteranda si non fuerint superata, antequam ad superiorem classem fiat accessus; in iis autem habeatur semper oportet (praeter exercitationem componendi, postremis annis) *translatio* ex latina in vernaculam et ex vernacula in latinam linguam, ad verbum primis annis, dein usque expolitius secundum utriusque linguae proprietates genusque dicendi.

§ 3. Pariter examen habeatur post absolutum curriculum studiorum mediorum, idque eiusmodi sit, ut praeter debitam latinae linguae scientiam, comparatum etiam eius sufficientem usum comprobent, ut alumni / reapse parati 344
accedant ad superiores disciplinas discendas, easque latine intellegere et proponere valeant.

§ 4. Qui ad Seminarium Maius vel ad Facultates ecclesiasticas admitti cupiunt, neque studia classica peregerint in aliquo Seminario Minore, sed vel in civili aliqua schola vel in aliquo alio collegio, in quo alumni non ad sacerdotium, sed ad publica munia parantur, severius in scientia et usu linguae latinae examinentur, ut non minus parati, quam qui in Seminario Minore studia peregerint, admittantur. Quod si requisitam latinae linguae scientiam non habeant, per conveniens tempus studia classica resumant atque rite perficiant.

§ 5. Ab alumnis, qui ex aliis Institutis vel Seminariis admittuntur in Seminaria interdioecesana et regionalia ad maiores disciplinas discendas, peculiare examen, ad modum colloquii latini vel per aptam scriptiunculam, a Moderatoribus Seminariorum Maiorum exquiratur. Qui haud satis parati inveniantur, non ante admittantur, quam per congruum tempus suppleverint quae non perfecerint.

§ 6. Peculiaris adhibenda est cura atque muneris conscientia in iis rite in latina lingua instituendis, qui *natu maiores* ad sacerdotium vocati sunt et nihil vel parum admodum latine didicerunt. Vix enim credi potest quantum haec studia ad maturiorum etiam animos atque ingenia informanda conferant; quantum, contra, tota eorum sacra institutio lacunosa sit, et quantae dein sollicitudini sint moderatoribus, si cursim ac leviter ea peregerint. Ceterum, ut aperte praescribit Constitutio: «Nemini... faciendus est aditus ad philosophicas vel theologicas disciplinas tractandas, nisi plane perfecteque hac lingua eruditus sit, eiusque sit usu praeditus» [8] —Hi igitur alumni:

1.° In scholis peculiaribus ad eos recipiendos destinatis ita integram huius studii rationem —etsi citatiore gressu, non tamen perfunctorie ac prope summis labiis— absolvant, ut nihil ex ea, aetatis causa, praetermittant.

[4] *Const. Apost.* n. 8 (p. 135 *iuxta edit. A. A. S.*) [LE 3043].
[5] *Const. Apost.* nn. 3, 6 (p. 133, 134) [LE 3043]. Cfr. S. C. de Sem. *Epist.* 27 Oct. 1957, n. I (p. 294 *iuxta ed. A. A. S.*) [LE 2698]. [6] Cfr. Cap. III, Art. I, § 3; Cap. IV, Art. I, § 3 [LE 3043]. [7] *Const. Apost.* n. 6 (p. 134) [LE 3043].
[8] *Const. Apost.* n. 3 (p. 133) [LE 3043].

http://www.obrascatolicas.com

2.° Huiusmodi studium latinae linguae, antequam studio Philosophiae Scholasticae initientur, saltem per biennium protahant.

3.° Examen subeant ac superent, antequam in Seminarium Maius mittantur; huius autem erit comprobare utrum
345 sufficienti scientia et usu instructi sint/.

Art. IV—*De latinae linguae pronuntiatione*

Quod ad pronuntiandi rationem attinet, quamvis nihil detrahendum sit el, quam «classicam» vocant, quaeque, cum sit in pluribus celsioribus praesertim scholis recenter restituta, utique cognoscenda est, attamen, ut iam S. Pius X[9] et Pius XI[10] monuere, ea pronuntiatio, uniformitatis causa, in usu retineatur, quae «romana» dicitur, quippe quae non modo «intime conexa sit cum instauratione cantus gregoriani, ad cuius numeros modosque formandos multum valuit usitata eo tempore ratio accentuum et pronuntiationis linguae latinae», et maxime apta «ad unitatem liturgicam in dies solidandam» [11], sed etiam sit in usu numquam intermisso in Ecclesia et in plurium gentium scholis a saeculo circiter quarto, ita ut fere internationalis seu communis evaserit; sitque insuper pronuntiatio, qua legebantur ecclesiastica documenta cum exarata sunt, qua igitur legi etiamnunc debent.

CAPUT II.—DE COMMUNI RATIONE STUDII LINGUAE LATINAE IN SCHOLIS HUMANITATIS

Art. I—*De fine huius studii et ratione eum assequendi* [12]

§ 1. Nemo ignorat latinae linguae et humaniorum litterarum vim propriam ad insurgentia ingenia conformanda. His enim potiores mentis animique dotes exercentur, explicantur, perficiuntur; acuitur ingenii acies et iudicandi vis; mens ad omnia recte amplectenda et aestimanda redditur aptior; lucidior comparatur ordo in cogitando et loquendo; verborum dicendique proprietas et elegantia suppeditatur; animus non ad unam utilitatis conquisitionem, sed ad altiorem cultum veramque humanitatem efficaciter excolitur; plenior solidiorque acquiritur scientia non romanicarum modo linguarum, sed aliarum etiam cultiorum.

Haec tamen formandae mentis bona, quae una fere a studio latinitatis exspectantur in publicis scholis, non eadem una sunt, quae in clericorum institutione attendunt, quippe in his praecipua ratione spectetur peculiaris
346 illa mens informanda, quae requiritur ad futura munia ecclesiastica rite obeunda. /

§ 2. Latinae linguae studium in scholis Humanitatis clericorum eo pariter praecipue tendit, ut sacri ordinis tirones adire possint sacrae Traditionis fontes, ipsa intelligere Pontificum, Conciliorum, Liturgiae monumenta; denique, ut hac lingua uti valeant in maioribus discendis disciplinis, in conscribendis ecclesiasticis documentis et epistolis, in epistolarum commercio habendo cum fratribus ex clero aliarum gentium, denique in disceptationibus ecclesiasticis circa fidei et disciplinae catholicae capita, quae fiunt in conciliis et conventibus ecclesiasticis ex omni gente habendis.

§ 3. Ut autem hunc finem, seu debitam huius linguae scientiam et usum sacri tirones consequantur, huiusmodi studium accommodatum esse debet tum quod ad temporis spatium insumendum attinet, tum ad Auctorum explicandorum quantitatem qualitatemque, tum ad rationem docendi discendique.

Art. II—*De temporis spatio huic studio tribuendo* [13]

§ 1. Cum tempus huic studio assignatum in variis gentibus, multis de causis tantopere variet, sive anni spectentur, sive horae singulis hebdomadis ei tributae, tantum temporis in ecclesiasticis scholis erit huic disciplinae dandum, quantum in praesentibus adiunctis necessarium ac sufficiens ad finem eius consequendum censetur.—Hac igitur in re statuitur:

1.° Huius studii tempus per annos saltem *septem* est protrahendum pro adulescentibus qui latinitatis scholas in Seminariis incohant, horas vero non minus *sex* primis quinque annis, non minus *quinque* reliquis duobus.

[9] S. Pius X, Epist. *Votre Lettre*, ad Ludovicum Ernestum Dubois, Archiep. Bituricensem, 20 Iul. 1911: *A. A. S.*, IV (1912), p. 378.
[10] Pius XI, *Epist.* ad Ludovicum Card. Dubois, Archiep. Parisien., 28 Nov. 1928. [11] S. Pius X, *l. c.* (Epist. *Votre Lettre*). [12] *Const. Apost.* «Neque vero» (p. 132) [LE 3043].
[13] *Const. Apost.* n. 3-4 (pp. 133-134) [LE 3043]. Cfr. S. C. de Sem., *Epist.* 27 Oct. 1957, n. III (p. 295) [LE 2698].

2.° Ubi laudabiliter vigeat ratio dandi *octo* vel plures annos litteris latinis, haec ibi omnino retineatur. Quo tempore Auctores deligantur vel secundum propriam loci rationem studiorum, vel secundum schema infra propositum (Art. III, § 3).

Neque praescriptum tempus putetur inutiliter insumptum: si enim alte nunc adulescentes non egerint in his disciplinis radices, nunquam imbuentur solidioribus, quae sequentur, doctrinis neque ecclesiasticae institutionis fructus piene percipient.

§ 2. Sic igitur variae disciplinae disponendae contrahendaeque sunt (nisi etiam aliqua vel omnino relinquenda vel ad aliud tempus differenda sit), ut hoc praescriptum 347
temporis spatium latinae linguae tribuendum omnino servetur.

§ 3. Qui Seminarium vel scholam ecclesiasticam ingrediuntur post unum pluresve annos in hoc studio impensos in publicis scholis, ei cursui assignentur, qui cum eorum vero scientiae gradu conveniat, non autem simpliciter cum numero annorum.

§ 4. In iis denique gentibus, apud quas Seminaria ex peculiaribus historiae adiunctis habentur quoque pro Collegiis, in quibus et sacri tirones et alii alumni eadem ratione studiorum instituuntur, omnino curandum erit ut haec communis studiorum ratio compleatur rite pro iis, qui ad sacerdotium contendunt, ita ut quae Ordinationes praescribunt circa spatium temporis studio latinae linguae tribuendum et circa explanandorum Auctorum quantitatem, prorsus serventur et eo, quo ecclesiastica haec institutio spectat, perveniatur.

Art. III.—*Auctores explicandi* [14]

§ 1. In deligendis explicandisque auctoribus, haec fere attendenda sunt: ut gressus fiat a facilioribus ad difficiliores; ut ii seligantur qui probatiore sint latinitate, qui nihil, saltem in delectis ad interpretandum locis, contineant quod adulescentium aures animosque offendat, qui, contra, aliquid contineant, quod et elegantia dictionis et rebus contentis plus conferat ad veram animi iudicilique formationem; ut ea varietate sumantur, qua possit veluti prospectus aliquis sat amplus haberi in praecipua Romanorum documenta atque adeo in totas latinas litteras; ut ea quantitate explanentur; quae sufficiat ad veram latinae linguae scientiam suppeditandam; denique, ut cum recentioribus Ecclesiae Scriptorumque documentis gradatim coniungantur, quo melius possint alumni puram latinam linguam discere eamdemque ad res novas exprimendas optime accommodatam.

§ 2. His ducti principiis, delectum quemdam Auctorum exhibemus eosque ordine plus minus in scholis recepto disponimus per singulos annos, ita tamen, ut cum Auctorum delectus, tum eorum per annos distributio possit, iustis de causis (ut ex diu inducta consuetudine, ex accommodatione ad publicam huius studii rationem, etc.), aliquantulum mutari, dummodo definita haec *quantitas*, minima et sufficiens, nihil immutetur. / 348

§ 3. Hi Auctores, igitur, et hac mensura fere deligantur pro singulis annis:

I anno: primum, sententiae integrae et elegantes, ex Auctoribus decerptae; quaedam proverbia et effata memoriter retinenda; altera anni parte, sumi poterunt quaedam ex Veteri et Novo Testamento (ut creatio mundi, narratio perditae, etc.), saltem 100 versiculi, quorum nonnulli etiam memoriae mandandi sunt; forte addi poterit aliqua Phaedri brevior fabella vel brevissima Ciceronis epistula;

II anno: saltem 10 Phaedri fabulae, una alterave Nepotis vita, circiter 20 Ciceronis epistulae, nonnulli breviores dialogi latini (ex Erasmo, Vives, Jac. Pontano, etc.);

III anno: saltem liber ex Caesare, quaedam Ciceronis epistulae, 300 versus ex Ovidio, aliquot hymni Breviarii Romani, quaedam capita ex Catechismo ad Parochos;

IV anno: 3 eclogae Vergilii, 5 elegiae ex Tibullo et Propertio, saltem liber ex Livio, aliquot Ciceronis epistulae et aliquot capita ex Catechismo ad Parochos;

V anno: aliqua oratio Ciceronis, 30 capita ex Sallustio, liber unus ex Aeneide, et alius ex Georgicis; quaedam capita Catechismi ad Parochos;

VI anno: aliquis liber philosophicus Ciceronis (vg. De Amicitia, De Senectute, ex Tusculanis, etc.); 10 carmina Horatii, 5 ex Catullo, liber unus ex Annalibus vel monographicus Taciti; quaedam capita Catechismi ad Parochos.

[14] Cfr. S. C. Sem., *Epist.* 27 Oct. 1957, n. II (p. 295) [LE 2698].

VII anno: Ars Poëtica Horatii; comoedia aliqua Plauti vel Terentii; excerpta ex Lucretio (saltem 300 versus); liber aliquis ex De Officiis Ciceronis, vel rhetoricus Ciceronis aut Quintiliani.

[*VIII-IX anno*: Praeter opera quae vel ex superius traditis distributiones restant interpretanda (quod amplius tempus suppetat), vel ex propria loci ratione studiorum explananda sunt, addantur selectae quaedam epistulae ex Plinio et Seneca; selecta ex Christianis latinis Scriptoribus et SS. Patribus (Minucio, Lactantio, Ambrosio, Augustino etc.); ex Documentis Romanorum Pontificum; ex optimis Scriptoribus latinis recentioribus.]

§ 4. *Catechismum ad Parochos*, qui saepissime a Summis Pontificibus et Conciliis Provincialibus commendatus, in scholis, ad saeculum usque elapsum, adhibitus est ut
349 liber aureae latinitatis idemque optimus / discendae christianae doctrinae, textus, semper in manibus habeant alumni a tertio latinitatis anno, quo fiet ut sensim discant aureum latinum sermonem coniungere cum propria et perspicua lingua documentorum disciplinarumque Ecclesiae.

§ 5. Etsi de vita et scriptis singulorum Auctorum, qui in scholis interpretandi explicandique sunt, iam aliqua notitia exhibita est a Professore antequam opus explicandum aggrederetur, hic tamen debet totum latinae rei litterariae contextum dare, a *quinto* anno. Recenseantur praecipuorum scriptorum vita, opera, argumenta, momentum historicum vel philosophicum vel poëticum, genus dicendi proprium, imitationes mutuationesque ex antiquioribus, alia huiusmodi. Haec autem omnia latine explicentur et librum auditores possideant, qui si latine conscriptus desit, professor poterit vel aliquid dictare vel scripta folia distribuere.

Caveant hac in re ne nimis indulgeant eruditioni, sed ea modo exquirant, quae reapse ad Auctoris vitam, artem, linguam, momentum proprium et ad formationem iudicii animique spectent.

Art. IV—*De ratione docendi discendique linguam latinam* [15]

§ 1. Cum latinae linguae studium postulet praeviam partium orationis seu, quam vocant, «*analysis grammaticalis* vel *logicae*» cognitionem, alumni rudimenta huiusmodi, omnino necessaria, per congruum tempus ante doceantur, quam ipsum huius linguae studium incipiant.

§ 2. Ratio docendi latinam linguam sit oportet *ad eius usum assequendum* accommodata. Quare nimia illa philologica farrago, quae in scholis litterariis, altioribus praesertim, prope una viget neque optatos fert huius studii fructus, amputanda erit atque ad veterem docendi rationem redeundum, cuius praecipua capita in memoriam infra revocabimus (§§ 8-10).

§ 3. Cum in latina sacrorum tironum institutione, huius linguae plena scientia et usus spectanda et assequenda sint, *grammatica institutio* non perfunctorie ac leviter tradenda est, sed plene et recte; gradatim quidem pro auditorum captu, et semper cum ipsa textuum comparatione et lectione coniuncta.

§ 4. *Pars* igitur *theorica* ita fere dividi potest, ut 1.°
350 anno tradatur phonetica et morphologia integra, etsi summario modo; accedat 2.° anno / repetitio generalis morphologiae, quae complenda erit in sua parte magis anomala, et praeterea pars syntaxis, quae concordantiam casuum spectat; 3.° anno absolvatur syntaxis temporum et modorum; 4.° anno syntaxis resumatur et perficiatur in partibus etiam difficilioribus; 5.° anno prosodia et metrica plene, etsi summario modo, doceatur, neque interim syntaxis repetitio neglegatur; 6.° et 7.° anno, non modo stili praecepta tradantur breviter, sed etiam grammatica, syntaxis et metrica (hexametrica, horatiana et hymnica) in Auctoribus ipsis legendis, commentandis, vertendis detegatur et resumatur.

§ 5. Praecepta grammaticae (quae omnia, praeter ea quae interim prudenter praetereunda sunt, memoria sunt bene tenenda) facili ac perspicua ratione magister explicet, sine quaestionibus de nugis, at crebris earumdem rerum repetitionibus. In exemplis, quibus pueri doceantur quemadmodum illa sint ad loquendi scribendique usum accommodanda, magister occupetur, potius quam in omnibus, utilibus, inutilibus, hic inde magno studio congerendis; quare summo studio seligat quae admodum significantia et utilia sint, ita ut eius schola sapientia eluceat.

§ 6. *In deligendis grammaticis magna adhibeatur cura*, ut cum certam et perspicuam, tum plenam etiam continueant doctrinae tractationem. Non igitur, praesertim in primis scholis, sint nimis eruditione minutiisque refertae; neque tamen simpliciores levioresque, cum usus linguae, in scribendo et loquendo, perspectam admodum requirat eius doctrinam atque naturam. Perutile autem erit unam tantum sequi pro integro curriculo, ut discipuli eam perspectam et deinde semper comitem fidelem habeant, quam consulant cum dubium aliquod oriatur.

§ 7. Secundum antiquitus traditam rationem docendi, iam diu fere ubique non sine detrimento intermissam (quae tamen nostris diebus magis magisque aestimatur atque, ad recentiora scientiae paedagogicae praecepta scite accommodata, apte excolitur), *usus latine loquendi in ipsas praelectiones, interrogationes, repetitiones inducatur.*

Textus ipse syntaxis latine conscriptus sit, vel ipse magister breviter praecepta latine tradat, quae ut memoriter a discipulis retineantur ac recitentur curabit.

§ 8. Magni igitur facienda est *exercitatio*, quae varia ratione in scholis latinitatis haberi potest, gradatim tamen et congruenter ad doctrinae gradum uniuscuiusque scholae./ 351

1) Discipuli exerceantur in *declinandis* primum formis regularibus, dein formis etiam anomalis usitatissimis, quas memoriae omnes mandent; in eisque diligentissime, diversorum generum et nominibus et verbis ad declinandum propositis, insistant.

2) Altera exercitatio erit *memoriae*, ita ut non modo grammaticae praecipua saltem praecepta ad verbum (ut clare et firmiter retineantur, quasi artis cuiusdam formulae), sed etiam selectae sententiae et dicta, lectissimi tum poëtarum tum oratorum loci memoriae mandentur ac recitentur.

3) Pariter exerceantur *interrogationibus* de praeceptis grammaticae, etc., de argumento Auctorum, de explanatione significationum verborum: in primis autem scholis vernacula lingua, dein latine; primum, eorum quae explicata et adnotata sunt, iisdem propę verbis, dein propriis.

4) Plurimi fiat exercitatio *loquendi*, bene tamen et polite, ita ut, si in aliqua re peccarint alumni, statim a magistro corrigantur; qui et selecta de rebus communioribus verba suppeditabit.

5) *Scriptio*, quae praecipua ratio est perveniendi ad plenam linguae scientiam et usum, fiat nunc inter scholas extemporaliter, nunc inter privatum studium; in superioribus autem scholis, alternis soluta et ligata oratione bis saltem in hebdomada; argumentum proponatur vel iam explicatum vel simpliciter enuntiatum; in carminibus metrice pangendis (qui maximus labor maximos etiam, si non ipsius poëseos, certe saltem scientiae linguae et metricae latinae fructus afferre solet), primum magister versus aliquos, dissoluto ordine verborum proponat, quos discipuli adstringant rursus; dein ipsi, suis viribus, et certo aliquo metro pangant.

6) *Numquam desit conversio ex vernacula lingua in latinam et ex latina in vernaculam*, quae si fiat proprie et secundum utriusque genus dicendi, plurimum confert ad utriusque linguae pleniorem scientiam acquirendam, indolem detegendam, et ad mentes reapse informandas.

7) *Auctorum explicatio*, ad modum praelectionis professoris, ab uno, ceteris audientibus, facienda.

§ 9. *Praelectio*, in qua professoris eruditio, peritia, industria, efficacitas maxime elucent, instrumentum est praecipuum ad felicem huius institutionis exitum assequendum. Ea sit in primis scholis simplex et vulgari tantum sermone; post, ad vulgarem accedat interserta latina explicatio; *a quarto* anno sit tantum latina et uberior. / 352

Sic autem magister procedere fere potest, ut primum praecedat *argumentum* libri vel orationis vel loci in singulis scholis explicandi vel breviter resumendi; dein sequatur *explanatio*, quae, in scholis grammaticae, exponet verborum ordinem, orationis structuram et vocabula obscuriora; in superioribus scholis, latine idem exponet, sed ornatius et uberius; tum accedat *grammatica*, pro scholis inferioribus, in qua perpendentur singula verba et uniuscuiusque genus, declinatio, coniugatio, modi, tempora, etc., vel *rhetorica*, pro scholis superioribus, seu observatio earum rerum, quae, prout Auctor explicandus erit orator vel poëta, ad eloquentiam, ad poësim, ad grammaticam, syntaxim et orationis structuram pertinent; tum *eruditio*, quae in scholis inferioribus erit plenior explicatio (per exempla, similitudines, descriptiones, etc.), quam suggerunt quaedam vocabula, narrationes, etc.; in scholis superioribus, eodem modo procedet, sed uberius et adductis notionibus historicis, mythologicis, poëticis, etc.; denique *latinitas*,

[15] *Const. Apost.* n. 3 (p. 133) [LE 3043]. Cfr. S. C. de Sem., *Epist.* 27 Oct. 1957, n. II (p. 294) [LE 2698].

http://www.obrascatolicas.com

quae in scholis inferioribus pueros docebit quomodo verborum ordo mutetur, alia aliis praeponantur, haec et non illa vocabula usurpentur, etc.; in superioribus scholis explicabit metaphoras proprias, vim verborum et significantiam, diversam vim ex diverso ordine et artificio, proprietates utriusque linguae in eadem re exprimenda, denique omnia, quae ad eloquentiam, poësim, genus dicendi pertinent.

§ 10. *Interpretatio Auctorum* fiat primum, saltem ex parte, ab alumnis in cotidianis pensis (eiusque rationem petat professor in scholis et interdum corrigat in proprio cubiculo, ut melius certior fiat de uniuscuiusque profectu); dein a professore in scholis, qui vocabula, modos dicendi, constructiones difficiliores, notitias historicas et geographicas, etc. explicabit variis modis latine vel vernacula lingua, sed quam lectissimis verbis et ratione dicendi propria, ut utriusque linguae color proprius eluceat. Iuvat autem alternis scholis poëtam et oratorem interpretari, ne, deficiente varietate, fastidio auditores afficiantur.

Caput III—De studio et usu latinae linguae in Seminariis Maioribus

Art. I—*De studio linguae latinae*

§ 1. Seminarii Maioris alumni studium latinae linguae non omnino deponere debent, at illud prosequi ac perficere in iis praesertim, quae sunt propria ac peculiaria latinitatis fontium sacrae Traditionis, documentorum Ecclesiae et
353 disciplinarum, quibus operam navant. /

§ 2. Non modo igitur privata classicorum christianorumque Auctorum lectione hanc linguam excolant, sed, ut haec quasi vernacula, quasi materna ac nativa evadat, varia ratione in ea assidue exerceantur, quomodo olim fiebat ac fit etiamnunc in recentium linguarum studio, quae ipsa collocutione, potius quam praeceptis discuntur. Quare commendanda erunt latina colloquia certis diebus inter animorum relaxationem et cum professoribus in privatis explicationibus; neque neglegenda latina compositio, cuius fructus, sollemnioribus praesertim diebus, in publicis academiis recitari vel exponi possunt.

§ 3. Ut alumni qui maioribus disciplinis operam navant studium latinae linguae constanter prosequantur ac paulatim introducantur in peculiarem fontium latinitatem, praecipitur ut:

1.° a perito professore peculiaris huius latinitatis cursus pro omnibus alumnis latine habeatur, qui horam saltem in hebdomada complectatur per integrum Theologiae curriculum;

2.° in eodem cursu, variarum disciplinarum praecipua documenta et fontes —ut scripta SS. Patrum, et Theologorum, documenta Pontificum et Conciliorum, textus Liturgiae— ex communi, cum singulis professoribus consensu delecta, legantur et explicentur;

3.° ab hoc cursu frequentando nemo eximatur, et eo absoluto, examen omnes subeant, ac repetant qui plene non satisfecerint.

Sic fiet ut ex perspectis proprietatibus suae cuiusque latinitatis, non modo solidum ponatur fundamentum ad exegesim doctrinae, sed etiam augeatur directa fontium cognitio et vera eorum percipiatur interpretatio —sine qua nulla dari potest tuta ac sincera institutio ecclesiastica— et simul complementum magni pretii addatur scholasticis praelectionibus.

Art. II—*De usu linguae latinae* [16]

§ 1. In maioribus disciplinis ecclesiasticis tradendis latinae linguae usus prompte et plene instaurandus ubique est, quibusvis superatis difficultatibus; nullique Antistiti vel Moderatori iam liceat arbitrio suo aliquid indulgendo permittere contrarium.

§ 2. Disciplinae latine tradendae erunt Philosophia theoretica, Theologia universa, dogmatica et moralis, generalis et specialis Introductio in S. Scripturam, Ius Canonicum. Eximi ideo possunt disciplinae quae ad doctrinam
354 pastoralem proprie dictam, ad catecheticam et eloquentiam / sacram pertinent; item Historia Philosophiae, Historia Ecclesiastica et reliquae disciplinae.

§ 3. Quavis contraria reprobata consuetudine, praecipitur:

1.° ut libri disciplinarum latine tradendarum in usum scholae editi et in schola adhibiti, sicuti etiam privata professorum scripta in auditorum usum multiplicata, quibus quaedam doctrinae capita opportunum censeant illustrare semper sint latine exarata.

2.° Ut auditores singuli non modo librum de singulis disciplinis latine tradendis, latine conscriptum possideant, sed etiam integram S. Scripturam iuxta editionem Vulgatam, Codicem Iuris Canonici et varia documentorum Enchiridia latina.

3.° Index librorum in scholis adhibitorum Sacrae Studiorum Congregationi significetur, secundum eiusdem praescriptum [17].

§ 4. Assuefiant praeterea alumni, quae latine legerint vel audierint, latine etiam in mente evolvere, perpendere, repetere, retinere; vocabula locutionesque cuiusque disciplinae propria bene intellegere ac memoriae mandare, ut dein in repetitionibus et examinibus usque expeditius et polite eloqui possint.

§ 5. Examina sive scripto sive ore habenda de disciplinis latine tradendis, latine fiant; idem autem dicatur de publicis disputationibus et praelectionum repetitionibus.

§ 6. Professores quibus superiores ecclesiasticae disciplinae latine docendae sunt:

1.° omnia latine parent accurate, dilucide, emendate, ut dignitas ipsa harum disciplinarum postulat, nec formam dicendi relinquant extemporali afflatui;

2.° quare ita deligantur, ut in eis non tantum in propria disciplina peritia, etiam singularis, attendatur, sed ratio quoque habeatur debitae eorum scientiae et usus linguae latinae [18];

3.° tempestive igitur moneantur, ut in hac etiam parte parare se possint, et eis congrua ad hanc praeparationem suppeditentur auxilia;

4.° si vero praescriptum latinae linguae usum in habendis praelectionibus neglegant et contemnant, ne et doctrina et exemplo auditoribus noceant, a munere amoveantur [19]. /
355

§ 7. Moderatores Seminariorum sollicite curent quae de bibliotheca apte instruenda, etiam ad linguam latinam et graecam quod attinet, infra edicuntur (Cap. IV, Art. II, § 14).

Caput IV—De studio et usu latinae linguae in Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum

Art. I—*De studio linguae latinae*

§ 1. Cum altiorum praecipue studiorum munus sit auditores «ad fontium cognitionem, ad investigationis laborisque scientifici usum atque ad magisterium exercendum instruere» [20], patet huiusmodi auditores peculiari etiam instructos esse debere scientia et usu latini sermonis, qui scientiae sacrae clavis est necessaria.

§ 2. Nemo igitur in Universitatem vel Facultatem ad gradus academicos adipiscendos ascribi potest, nisi curriculum medium studiorum classicorum rite absolverit [21]; quod utique probandum erit documentis authenticis, firmo iure Universitatis vel Facultatis imponendi examen, quandocumque documenta allata non sufficere censeantur. Falsa enim hac in re indulgentia aliaeque humanae rationes non poterunt gravi non esse detrimento et studiis ipsis et debitae horum auditorum institutioni [22].

§ 3. Quo latius et fructuosius alumnis pateat aditus ad fontes (quorum cognitionem, ex Art. 2 Const. Apost. «*Deus scientiarum Dominus*», spectare debent Universitates et Facultates studiorum ecclesiasticorum) et eorum accuratior habeatur exegesis philologica —cuiusvis ulterioris exegesis fundamentum primum ac necessarium— et inde plena certaque intellegentia, praescribitur:

1.° ut in Facultate Philosophiae et in Facultatibus atque Institutis superioribus disciplinarum sacrarum peculiaris habeatur cursus, quo alumni de propria fontium lingua (graeca et latina) edoceantur;

2.° ut huiusmodi cursus unam minimum horam in hebdomada duobus annis saltem per semestre complectatur;

[16] Const. Apost., n. 5 (p. 134) [LE 3043].

[17] Cfr. infra Cap. VII, § 3, 2. [18] Const. Apost., n. 5 (p. 134) [LE 3043].
[19] Const. Apost., nn. 2 et 5 (pp. et 5) [LE 3043]. [20] Const. Apost. *Deus scientiarum Dominus*, Tit. I, Art. 2: *A. A. S.*, XXIII (1931), p. 247 [LE 1030]. [21] Const. Apost., n. 3 (p. 133) [LE 3043].
[22] Cfr. Const. Apost. *Deus scient. Dominus*, Tit. II, Art. 25 [LE 1030]; *Ordinationes*, Art. 14: *A. A. S.*, XXIII (1931), pp. 252 et 267 [LE 1033].

3.° ut haec disciplina computetur inter *auxiliares*, ad
356 normas Const. / Apost. «*Deus scient. Dominus*» (Art. 33, § 1, 3; Art. 34). Quare ab hoc cursu frequentando nemo eximatur, et eo absoluto, examen est ab omnibus subeundum, ac repetendum ab iis qui plene non satisfecerint.

§ 4. Poterunt cum hac disciplina coniungi peculiares illae exercitationes, quae in doctrinali selectorum textuum interpretatione versantur [23], dummodo horarum numerus (iuxta praescriptum § 3, n. 2.°), augeatur, ita ut distincta explanatio philologica et doctrinalis detur vel ab eodem professore, si sit in utraque parte peritus, vel a diversis.

§ 5. In hoc cursu, post traditas praecipuas proprietates grammaticas et lexicales latinitatis documentorum quae explicanda veniunt, philologice et semantice explanentur delecti loci, qui et lingua et argumento possunt auxilio esse praecipuis disciplinis illustrandis. Sic verbi gratia, in Philosophia, quaedam hac ratione exponantur ex praecipuis antiquis philosophis et praesertim ex S. Thoma; in Theologia seligantur, congruenter cum variis tractatibus theologicis et ex eorum professorum consilio, loci SS. Patrum, praecipuorum Theologorum, Doctorum Ecclesiae, Conciliorum et Documentorum Pontificum, textuum dogmaticorum S. Scripturae, partes Liturgiae, etc.; in Iure Canonico et Romano, introducantur alumni in cognitionem lexici ac generis dicendi proprii harum disciplinarum, illustrando vim propriam praecipuarum vocum, et exponendo delectos locos antiquos et recentes.

Art. II—*De usu latinae linguae*

§ 1. Usus latinae linguae in studiorum Universitatibus et Facultatibus, quavis superata difficultate integre restituatur, nulli facta potestate ex arbitrio hac in re dispensandi.

§ 2. Disciplinae latine tradendae erunt Philosophia theoretica, Theologia universa, Sacra Scriptura, Ius Canonicum et Romanum [24].

§ 3. Reliquae disciplinae vernacula lingua tradi possunt, nisi ex necessitate —quod nimirum auditores ad varias pertineant gentes et linguas— vel ex laudabili consuetudine aliter cautum sit.

§ 4. Publicae pariter disputationes et praelectionum re-
357 petitiones latine fiant. /

§ 5. Quod ad examina attinet, haec praecipiuntur:

1.° Examina sive scripto sive ore habenda de disciplinis latine traditis, latine fiant;

2.° peculiari ratione latine pariter fiant examina praeponenda cuivis gradui academico in dictis disciplinis suscipiendo, «lectio coram» et thesis defensio;

3.° in his latinis examinibus iudicium etiam de latinitate ne leviter feratur, sed debita severitate, ut reapse, praeterquam de doctrina, de examinatorum etiam expedito et emendato huius linguae usu constet; qui vero non satis, hac etiam in parte, instituti ac periti videantur, ad gradus ne promoveantur.

§ 6. Experimentum ad licentiam consequendam requisitum ad normam Art. 37 «Ordinationum» ad Const. Apost. *Deus scientiarum Dominus*, in disciplinis de quibus supra (§ 2), latino sermone exaranda est.

§ 7. Thesis ad doctoris lauream assequendam in disciplinis de quibus in eadem § 2, suadendum valde est ut latine conscribatur.

Quod si Universitatum vel Facultatum statuta decernunt vel decernent in posterum latinae linguae usum in conscribendis thesibus, hic firmiter retineatur.

§ 8. Cum thesis lingua aliqua ex vernaculis, quae ex Statutis cuiusque Universitatis vel Facultatis admittuntur, conscripta est, ei congruens summarium latine exaratum praemittatur.

§ 9. Quod autem attinet ad professores tum mature designandos parandosque ut in usu quoque latinae linguae bene sint exercitati, tum amovendos si inepti in hac parte sint vel renitentes, eadem valent, quae pro Seminariorum Maiorum professoribus dicta sunt (Cap. III, Art. II, § 6).

§ 10. Auctoritates academicae Universitatum et Facultatum ecclesiasticarum in professorum nominibus Sanctae Sedi proponendis, quibus disciplina aliqua latine tradenda erit, declarent etiam, praeter ea quae praescribuntur in Const. Apost. «*Deus scient. Dominus*» (Tit. II, Art. 21), utrum ii debitis latinae linguae scientia et usu praediti sint.

§ 11. Ex iis quae in Constitutione Apostolica dicta sunt de praestantia latinae linguae pro Catholica Ecclesia, cuius iure meritoque dicitur et est lingua propria, valde optandum est ut, qui in Actis periodicis de / sacris disciplinis 358
scientificas commentationes conscribunt ad clerum destinatas, id latine faciant, hoc est lingua harum disciplinarum propria, quo periculum vitetur inducendi, pro cuiusque arbitrio, profanas vocum novitates et, per eas, in dogmata varietates et ambiguitates atque etiam perversiones, et quo plures cuiusvis gentis et linguae sacerdotes eas legere et intellegere valeant.

Quod si id fieri non possit, saltem congruum commentationis summarium latine addatur.

§ 12. Enixe pariter commendatur usus latinae linguae in criticis apparandis editionibus documentorum primaevae Aetatis christianae et Medii Aevi, et in versionibus scriptorum Ecclesiarum Orientalium. Hoc enim non modo cum huiusmodi documentorum natura consentaneum est, sed plurimum etiam confert ad universalitatem doctrinae provehendam facilioremque reddendam eruditionis acquisitionem.

§ 13. Idem dicendum est de latinae linguae usu in ecclesiasticis coetibus, qui ad quaestiones sacrae disciplinae, doctrinae vel pastoralis muneris tractandas coaguntur ex gentibus et linguis diversis. Plurimum enim communis omnibus lingua confert ad mutuam animorum coniunctionem, ad faciliorem promptioremque communicationem, quam tot linguarum multitudo impedit, efficitque ut magis in dies intra cuiusque gentis confinia sacri Universalis Ecclesiae ministri conclusi et constricti, omnia prope ignorent atque etiam scire neglegant, quae alibi a sodalibus in eodem implendo munere fiant.

§ 14. Curent pariter Seminariorum et Facultatum scholarumque ecclesiasticarum Moderatores ut bibliothecaetiam quod attinet ad latinam graecamque linguam, diligenter instruatur ac ditetur, ne desint, professoribus praesertim, debita auxilia ad propriam institutionem perficiendam et ad opera etiam critice conscribenda. Si enim debita librorum suppellex desit, nullus etiam erit stimulus ad investigandum et scribendum, nulla curiosa conquisitio et progressio, at modo inertia animi et confidens ignorantia.

Caput V—De studio linguae graecae [25]

§ 1. Etsi Apostolica Constitutio spectat praecipue instaurationem studii et usus linguae latinae, minime tamen ne- 359
glegit claram definitam/que dare normam de studio etiam linguae graecae. Maxima igitur cura addiscatur oportet, cum et ipsa non modo multum conferat ad adulescentium mentes informandas, et sit cum latina lingua peculiari affinitate coniuncta, ita ut ad plenam veramque illius scientiam requiratur, sit praeterea in quavis fere civili ratione classicorum studiorum recepta, sed etiam necessaria prorsus sit tum alumnis omnibus qui maiores disciplinas in Seminariis aggrediantur, ac praesertim iis qui in Universitatem vel Facultatem ecclesiasticam ad gradus academicos adipiscendos ascribi velint [26]; tum ecclesiastico cuique viro, cui ex munere docendi Philosophiam vel Sacras disciplinas, veteres ipsi fontes sacri et profani adeundi sunt.

§ 2. Quare praescribitur:

1.° ut in illis quoque gentibus, ubi in publicis scholis scientiarum institutionem praecipue spectantibus, non traditur graeca lingua, tradatur in Seminariis et aliis scholis ecclesiasticis, ne alumni ad superiores disciplinas discendas imparati admittantur.

2.° Tempus, tum quod attinet ad annorum tum ad horarum numerum in hebdomada, huic linguae discendae tribuatur, quod ad debitam eius praescriptam cognitionem, pro rerum locorumque adiunctis necessarium requiratur.

3.° Quod spectat ad Auctores cum profanos tum sacros explicandos atque ad graecae grammaticae cognitionem, proportione facta, ea ratio minima et sufficiens servetur, quae pro latina lingua praecipitur in harum Ordinationum Capite II (Art. III, §§ 1-3; Art. IV, §§ 2-6).

4.° Professor linguae graecae sit reapse peritus et in litteris doctoris laurea in Studiorum Universitate donatus.

5.° Ratio etiam docendi enarrandique Auctores accommodata sit oportet ad debitam utilemque huius linguae

[23] Const. Apost., n. 7 (p. 135) [LE 3043].
[24] Cfr. Const. Ap. *Deus scient. Dom.*, Tit. II, Art. 25 [LE 1030]; *Ordinationes*, Art. 14 (pp. 252 et 267) [LE 1033].

http://www.obrascatolicas.com

cognitionem, iuxta ea quae traduntur in his Ordinationibus (Cap. II, Art. IV).

Quare in scholis peculiaris impendatur cura in verborum etymis detegendis, in illustrandis vocabulorum familiis, quae ex illis derivantur in recentes etiam linguas et artes, ut apprehensis etymis eorumque vi, plures inde voces intellegantur ac vera utilitas habeatur pro altioribus studiis.

§ 3. Constituenda peritorum Commissio ad studiorum rationem in singulis gentibus secundum Pontificis Constitutionem et has Ordinationes / aptandam [27], in hac quoque 360
parte rationem definiat, ab hac Sacra Studiorum Congregatione probandam.

§ 4. Quod attinet ad linguam hellenistico-biblicam, praecipitur:

1.° ut in Seminariis habeatur inter studia theologica peculiaris cursus unius horae in hebdomada per annum, examine absolvendus;

2.° ut in Facultatibus theologicis quoad omnes effectus religiose servetur praescriptum Ordinationum ad Const. Apost. *Deus scientiarum Dominus*, quo huiusmodi disciplina *auxiliaribus* adnumeratur (Art. 27, I, 2).

Caput VI—De Visitatoribus

§ 1. Constituitur munus Visitatorum, quorum erit, certis temporibus, inspicere utrum, ad sedulam exsecutionem Constitutionis Apostolicae [28], omnes et singulae Ordinationes cum debita promptaque diligentia atque etiam cum fructu, qui iure exspectandus est, religiose serventur.

§ 2. Secundum propriam constitutam Visitationis rationem, Visitatores praesertim inquirant: de docentium numero et debita praeparatione ac diligentia; de studiorum rationibus, prout fuerint a constitutis peritis digestae secundum has Ordinationes; de omnibus quae ad debitum tribuendum tempus, ad Auctores explanandos, ad rationem docendi, ad exercitationes faciendas, ad adhibendas industrias, pertinent.

§ 3. Poterunt etiam quibusdam praelectionibus interesse, discentes interrogare, pensa videre, aliquid scripto vel ore declarandum proponere, omnia denique experiri, quibus certiores fiant de vera et plena huius studii efficacitate.

§ 4. Nec Maiora Seminaria et Ecclesiasticas Facultates negligant, in quibus inspicient utrum alumni debite parati in latinae linguae scientia et usu veniant ex inferioribus scholis; utrum latinae linguae usus servetur in praescriptis tradendis disciplinis; utrum textus et Enchiridia documentorum Ecclesiae, latine conscripta sint et a singulis alumnis possideantur; utrum cursus latinitatis christianae institutus sit, et quanta cum utilitate proficiat; utrum examina quoque latine habeantur, et exerceantur alia ratione alumni 361
in usu et cultu latinae linguae. /

§ 5. Visitatione peracta, de vero latinae linguae statu referent ad Sacram studiorum Congregationem; remedia, quae iis aptiora videbuntur, eidem proponent; significabunt pariter quae laudanda et imitatione digna invenerint.

§ 6. Singula in explendo munere fusius inquirenda Visitatores inspiciant in Appendice I.ª his Ordinationibus adnexa.

[27] Cfr. supra, Cap. I, Art. I, § 2. [28] *Const. Apost.*, nn. 1-2 (p. 133) [LE 3043].

1) a Seminariis Minoribus ceterisque scholis in quibus sacri futuri administri curriculum infimum et medium studiorum classicorum peragunt, erit praecipue: de temporis spatio huic studio tributo, de magistrorum numero et doctrina, de ratione docendi discendique, de examinibus, de omnibus denique, quae pro his scholis in Ordinationibus praecipiuntur (cfr. *Appendix I*);

2) a Seminariis Maioribus, Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum, erit praesertim: de peculiari cursu latinitatis fontium, quomodo habeatur et quibus magistris; de latinae linguae usu in tradendis disciplinis, indicando quae latine, quae vernacula lingua tradantur; de auditorum professorumque praeparatione et peritia in lingua latina; de variis industriis ad latinae linguae studium in alumnis fovendum, continuandum; de libris manualibus in scholis adhibitis; de ceteris, iuxta Ordinationes. / 362

Caput VIII—Normae transitoriae

§ 1. Quae in his Ordinationibus ex mandato Summi Pontificis praescribuntur, integre valere incipient a primo die anni academici 1963-64 vel 1964 pro cuiusque hemisphaerii consuetudine.

§ 2. In regionibus autem in quibus latinae linguae scientia et usus ita tepuerint, ut in maioribus disciplinis alumni intellegere professores latine loquentes non possint, ac brevi edoceri vel usum loquendi nequeant sibi comparare: ne debita in his disciplinis institutio detrimentum patiatur, omnino curandum est:

1.° ut interim, harum disciplinarum textus latine conscripti adhibeantur, et conatus fiant a professoribus explicandi gradatim latine aliquam praelectionem ac dein libri partem, ut auditores idoneam huius linguae intellegentiam sensim acquirant;

2.° ut sollerti pariter industria Moderatores studium huius linguae in scholis superioribus varia ratione promoveant, ei designando definita quaedam cotidiana temporis intervalla, quibus, moderante magistro, alumni assiduae exercitationi dent operam ut quam citius possint praelectiones sequi cum fructu;

3.° ut peculiaris annus propedeuticus instituatur—quod quidem magis opportunum et efficax videtur— quo qui parum exculti ex scholis humanitatis veniant (donec instauratio suos dederit fructus), in latinae linguae cognitione et usu congrue perficiantur, antequam ad disciplinas superiores accedant.

§ 3. Ordinarii locorum, antequam Seminarii Maioris professoribus munus committant docendi aliquam ex disciplinis latine tradendis (cfr. Cap. III, Art. II, § 2), eorum nomina —donec aliter cautum fuerit— Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus proponant, significantes utrum candidati, praeter ceteras requisitas qualitates, latinae quoque linguae adhibendae peritiam habeant.

Quas Ordinationes omnes et singulas Ssmus D. N. Ioannes divina Providentia Pp. XXIII ratas habuit, confirmavit, evulgari iussit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus SS. CC., die XXII mensis Aprilis, in Resurrectione Domini, anno MCMLXII.—Iosephus Card. Pizzardo, *Praef.* Dinus Staffa, *a Secr.* / 363

APPENDIX I

Delineatio Relationis ad Sacram Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus mittendae [29]

I. *De studio linguae latinae in scholis inferioribus et mediis*

1. Quot *anni* studio linguae latinae tribuuntur? Quot *horae* singulis hebdomadis et singulis annis? Sufficiuntne ad totam Auctorum et grammaticae, etc. portionem explicandam convenienti modo? Qui Auctores explicantur singulis annis? Iidem an diversi quam qui in Ordinationibus indicantur? eodem ordine? Habentne singuli alumni proprios textus?

2. Debuitne *ratio huius studii* accommodari, ut Ordinationum praescripta servarentur? quomodo accommodata est?

3. Si «Collegium-Seminarium» sit, qua ratione pro tironibus, qui ad Sacerdotium adspirant, supplentur quae publica ratio non habet?

4. Praesens ratio agnosciturne a publica Potestate?

5. Si non agnoscatur, huius Seminarii (vel scholae) alumni subeuntne examina publica, ut publicos titulos assequantur? omnes, vel optimi tantum?

6. Quot *Professores* linguae latinae dantur? Quot horae

[29] Cfr. *Ordin.*, Cap. VII, § 3.

singulis tribuuntur et in quibus classibus? Habentne etima alia munera domi vel extra, quibus a proprio hoc munere distrahantur?

7. Suntne omnes doctoris laurea in litteris classicis donati? Si secus, quas alias superiores scholas frequentarunt? vel qua alia ratione praeparati sunt?

8. Quid fit ut quidam apti praeparentur?

9. Habentne latinae linguae usum in loquendo et scribendo, praesertim qui in superioribus scholis docent?

10. Quo exitu docent? Suntne debitis dotibus paedagogicis ornati? Frequenter permutantur, an stabiles (praesertim qui in superioribus scholis docent) sunt?

11. *Examina* fiuntne post singulos annos, etsi publice haec non fiunt?

12. Si publica fiant, fiuntne etiam privata in Seminario, ut iudicium de singulis feratur an debitum cuiusque anni progressum fecerint et an propriam alumni institutionem habeant, iuxta Ordinationes?

13. Qua ratione examina habentur? Fitne conversio ex utraque lingua? compositio, in superioribus scholis? / 364

14. Constatne de vera scientia et usu latinae linguae in iis, qui ad altiores disciplinas ascendunt?

15. Danturne alumni qui maturiores ingressi sint? quibus classibus attributi sunt? suntne impedimento ceteris? habentne proprias scholas? vel qua ratione edocentur omnia, quae exigenda sunt hac in re, antequam in Seminarium Maius admittantur?

Quomodo totum hoc studium distributum est pro his vocationibus? Quot anni tribuuntur? Exigiturne ab iis eadem latinae linguae scientia et usus antequam altiora studia petant? Qua ratione student linguae graecae?

16. Quae *ratio docendi*? Estne, ut Ordinationes praescribunt, sic accommodata, ut non eruditionem tantum, sed praecipue veram latinae linguae scientiam et usum spectet? Conantur magistri, praesertim superiorum scholarum, propositam in Ordinationibus rationem sequi?

17. Qui *usus loquendi* in scholis habetur? Quae *exercitatio scribendi* latine? Habenturne frequentes repetitiones, interrogationes, etc.?

18. Qui *textus* grammaticae latinae adhibentur? Quae partitio grammaticae, etc. servatur singulis annis? Absolviturne pars theorica et Auctorum explanatio singulis annis ab Ordinationibus assignata? Traditurne sufficiens notitia totius rei litterariae latinae seu litteraturae?

19. Quae difficultates peculiares habentur in hoc Seminario? ex parte professorum, alumnorum, rationis docendi, temporis, Auctorum explicandorum, numeri disciplinarum, etc.?

II. *De studio et usu linguae latinae in Seminariis maioribus*

1. *In disciplinis maioribus tradendis*, servaturne firma praescriptio adhibendi linguam latinam? Iamne vigebat haec ratio? an modo inducta est? Consciine sunt Professores et alumni de firma voluntate Ecclesiae circa usum latinae linguae in his disciplinis tradendis?

2. Professores possuntne latine docere? Si vero omnes vel aliquis non possint, quid interim cautum est? Danturne qui huic usui adversentur?

3. Auditores singuli habentne textus latine conscriptos et Enchiridia latine pariter conscripta? Possidentne integram S. Scripturae Vulgatam editionem? Suntne satis parati ut latine docentem intellegere valeant? an averso sunt animo linguae latinae?

4. Quid ad prosequendum perficiendumque latinae linguae studium fit in Seminario Maiore? Danturne academiae vel scholae vel exercitationes ad hoc peculiares? / 365

5. Circa peculiarem *cursum latinitatis christianae*, omniane exsecutioni mandata sunt, quae in Cap. III Ordinationum praescribuntur circa tempus, professores, rationem illum habendi?

6. *Examina* fiuntne latine? adhibeturne de hac re debita severitas?

7. Satisne parati in scientia et usu huius linguae veniunt ex Seminario Minore? Admittunturne *aetate maturiores* sine debita in his studiis humanioribus scientia?

III. *De studio linguae graecae*

1. Studio linguae graecae quot anni tribuuntur? quot horae? Absolviturne grammatica? Qui Auctores singulis annis? qua mensura? Traditurne sufficiens notitia litterarum graecarum? Suntne sufficienter in hac disciplina parati alumni qui ad altiores disciplinas ascendunt?

2. Peculiaris schola de lingua graeco-biblica habeturne inter studia theologica?

3. Professores suntne debita doctoris laurea donati in litteris classicis?

Relatio fiat de singulis, non perfunctorie, sed debito conscientiae munere, ut remedia, si necesse sit, tempestive et efficaciter adhibeantur.

APPENDIX II

Praecipua SS. Patrum opera e quibus apti ad explicandum loci desumi possunt in cursu Latinitatis Christianae [30]

Finis huius peculiaris cursus non modo est breves SS. Patrum locos vel sententias explicare, quibus theologica suffulciantur argumenta, sed etiam alumnos introducere in intellegentiam et consuetudinem latinitatis christianae.

[30] Cfr. *Ordin.*, Cap. III, Art. I, § 3.

Opportunum igitur est ut, praeter breves delectos locos Enchiridiorum, quorum vim plenam dabit ipse Theologiae professor, etiam longiora excerpta, explicato primum breviter eorum sensu, clare et distincte legantur a latinitatis christianae professore, qui propriam alicuius verbi vel locutionis significationem deteget, obscuriores formas et constructiones illustrabit, paucis significabit proprium cuiusque scriptoris genus dicendi. / 366

Sic auditores ad amorem SS. Patrum excitabuntur: eos adire et legere frequenter, intellegere et sensu suo gustare consuescent; non modo sua studia perficient, sed haurient ex iis amorem veritatis et rationem defendendi catholicam fidem contra cuiusvis generis novitates et corruptelas; discent quo studio, qua intellegentia, scientia, sapientia amplificandus sit religionis profectus in Ecclesia Christi, «ut vere profectus sit ille fidei, non permutetio», hoc est «ut religionis dogma annis consolidetur, dilatetur tempore, sublimetur aetate, incorruptum tamen illibatumque permaneat et universis partium suarum mensuris cunctisque quasi membris ac sensibus propriis plenum atque perfectum sit, quod nihil praeterea permutationis admittat, nulla proprietatis dispendia, nullam definitionis sustineat varietatem» [31].

Quaedam Scriptorum ecclesiasticorum et SS. Patrum opera hic indicantur, e quibus apti ad explicandum legendumque loci desumi possunt; non tamen latinitatis christianae professor prohibetur alia scripta pro opportunitate seligere.

I. Theologia Fundamentalis

Athenagoras, *Supplicatio pro Christianis*. S. Iustinus Martyr, *Apologiae*. Epistola *ad Diognetum* (praesertim cc. 5-6). Tertullianus, *Apologeticus; De praescriptione haereticorum; De Idololatria*. S. Cyprianus, *De catholicae Ecclesiae unitate* (praesertim cap. IV); *Epistolae* (praesertim ad Cornelium Papam). Lactantius, *Divinae Institutiones*. S. Augustinus, *De doctrina christiana* (Lib. II-III: De exegesi biblica); *De vera religione; De utilitate credendi; De consensu Evangelistarum; De symbolo ad catechumenos*. S. Leo Magnus, *Epistolae*. Vincentius Lerinensis, *Commonitorium*.

II. Theologia Dogmatica

1. *De Deo Uno et Trino:* Minucius Felix, *Octavius*, cap. 14-38. Tertullianus, *Adversus Praxean.* / Novatianus, *De Trinitate*. S. Hilarius Pict., *De Trinitate* (praesertim libri II-III). S. Basilius, *Tractatus de Spiritu Sancto*. S. Ambrosius, *De fide*, ad Gratianum, *De Spiritu Sancto*. S. Augustinus, *De Trinitate* (praesertim lib. V). S. Gregorius Nazianz., *Sermones*. S. Io. Chrysostomus, *De incomprehensibilitate Dei*. S. Gregorius Nyssenus, *De Trinitate*, ad Eustathium (agit praesertim de divinitate Spiritus Sancti). 367

2. *De Deo Creante et Elevante*. S. Gregorius Nyssenus, *Liber de hominis opificio*. S. Ambrosius, *Hexaemeron; De Paradiso*. S. Hieronymus, *Dialogus adversus Pelagianos*. S. Augustinus, *De Genesi contra Manichaeos; De Genesi ad litteram; De gratia Christi et de peccato originali*.

3. *De Verbo Incarnato:* S. Ignatius Antioch., *Epist.* ad Ephes., ad Smyrn. Tertullianus, *De carne Christi*. S. Ambrosius, *De Incarnationis Dominicae sacramento*. S. Athanasius, *De Incarnatione Verbi*. S. Gregorius Nyssenus, *Oratio magna catechetica* (cap. 10-32). S. Augustinus, *Contra sermonem Arianorum; In Ioannis Evangelium tractatus*. Cassianus, *De Incarnatione Christi contra Nestorium*. S. Gregorius Magnus, *Homiliae in Evangelia*. S. Hieronymus, *Adversus Helvidium de perpetua virginitate B. Mariae*. S. Hieronymus, *Epistolae*. S. Leo Magnus, *Sermones*.

4. *De gratia et virtutibus:* S. Hieronymus, *Epistolae*. S. Augustinus, *De libero arbitrio; De fide rerum quae non videntur; De natura et gratia; De gratia Christi et de peccato originali; De gratia et libero arbitrio; De dono perseverantiae; Enchiridion ad Laurentium sive de fide, spe et caritate.* / S. Prosper Aquitanus, *De gratia Dei et libero arbitrio liber contra Collatorem*. S. Fulgentius, *De fide ad Petrum liber*. 368

5. *De Sacramentis*. Tertullianus, *De Baptismo; De Paenitentia*. S. Cyprianus, *De lapsis*. S. Cyrillus Jerosol., *Catecheses*. S. Ambrosius, *De Paenitentia; De Sacramentis; De Mysteriis*. S. Augustinus, *De Baptismo*. S. Io. Chrysostomus, *Catecheses ad illuminandos; De Sacerdotio*.

6. *De Novissimis*. Tertullianus, *De carnis resurrectione; De anima*. S. Cyprianus, *De mortalitate*. Lactantius, *Divinae Institutiones* (liber VII). S. Ambrosius, *De bono mortis; De Iacob et vita beata*. S. Augustinus, *De cura pro mortuis gerenda; De praedestinatione sanctorum; De dono perseverantiae; De Civitate Dei* (lib. XXII, de caelesti beatitudine).

III. Theologia Moralis et Pastoralis

Clemens Alexandrinus, *Paedagogus*. S. Ambrosius, *De Virginibus*. S. Augustinus, *Contra mendacium; De continentia; De bono coniugali; De moribus; Enchiridion* (cap. LXIV-LXX, de peccatis); *De catechizandis rudibus; Sermones; Confessiones*. S. Gregorius M., *Moralia in Job; Liber Regulae pastoralis*.

[31] Vincentius Lerin., *Commonitorium*, Cap. 23.

Adn. AE. SPRINGHETTI in PrM 53 (1963) 122-130; D. STAFFA in Seminarium 14 (1962) 428-438. Plura alia documenta particularia circa eandem materiam edita sunt, ut v.gr.:

http://www.obrascatolicas.com

— die 17 iun. 1962, **Litt. S. C. de Seminariis** ad *singulos Ordinarios locorum*: **Seminarium** 14 (1962) 212;
— die 17 iun. 1962, **Litt. S. C. de Seminariis** ad **Rectores** Universitatum et Facultatum ecclesiasticarum: **Seminarium** 14 (1962) 215;
— die 18 iun. 1962, **Litt. S. C. de Seminariis** ad omnes **Legatos** Apostolicos: **Seminarium** 14 (1962) 213-214;
— die 18 oct. 1962, **Litt. S. C. de Seminariis**, Prot. N. 571/62, ad **Rectores Seminariorum** regionalium Italiae: **Seminarium** 14 (1962) 576-578;
— die 25 ian. 1963, **Litt. S. C. de Seminariis**, Prot. N. 606/62, ad **Praesidem** Conferentiae episcopalis Mexicanae: **Seminarium** 15 (1963) 41-44;
— die 22 feb. 1963, **Litt. cum animadversionibus S. C. de Seminariis**, Prot. N. 598/62, ad **Praesidem** Conferentiae episcopalis Lusitaniae: **Seminarium** 15 (1963) 187-193;
— die 5 apr. 1963, **Litt. S. C. de Seminariis**, Prot. N. 563/62, ad **Nuntium Ap.** in Insulis Philippinis: **Seminarium** 15 (1963) 194-196;
— die 11 mai 1963, **Litt. S. C. de Seminariis**, Prot. N. 582/62, ad **Visitatorem Ap.** Seminariorum Aequatoriae: **Seminarium** 16 (1964) 218-220;
— die 28 nov. 1963, **Litt. cum animadversionibus S. C. de Seminariis**, Prot. N. 578/62, ad **Praesidem** Consilii episcopalis de Seminariis in Columbia: **Seminarium** 16 (1964) 220-234;
— die 2 dec. 1963, **Litt. S. C. de Seminariis**, Prot. N. 583/62, ad **Praesidem** Conferentiae episcopalis Hollandiae: **Seminarium** 16 (1964) 234-239.

3063

1962 MAI 18.-SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.*

NONNULLAE FACULTATES ET PRIVILEGIA PARTICULARIA CELEBRANDI ALIQUAS MISSAS VOTIVAS DENEGANTUR

Romae, 18 Maii 1962

PRECES—*Reverendissime Pater*, Petitioni, a Paternitate Tua Reverendissima, una cum Revmo P. Vicario Generali O. F. M. Conv., Revmo P. Ministro Generali O. F. M. Cap., et Revmo P. Vicario Generali T. O. R., die 12 mensis aprilis huius currentis anni, ad hanc Sacram Rituum Congregationem missae, circa:

1. *facultatem* pro omnibus Sacerdotibus, in variis praedictorum Ordinum ecclesiis litantibus, celebrandae, in Anniversario diei natalis Religiosi Ordinis (16 Apr.), Missae votivae S. Francisci Assis., uti II Cl.;

2. *facultatem* celebrandi, quotannis, in Festis Ss. Ludovici Regis, Conf. (25 Aug.) et Elisabeth Vid. (19 Nov.), binas Missas, lectas, aut unam in cantu et alteram lectam, tanquam Votivas secundae classis, pro omnibus dictarum Tertii Ordinis Religiosorum Sodalibus, qui nempe Ss. Ludovicum et Elisabeth suos habent Morales Patronos;

3. *privilegium* pro praefatis religiosis Ordinibus celebrandi, in singulis per annum Sabbatis, Missam vot. de Immaculata Conceptione B. M. V., 'ad instar votivae tertiae classis';

RECR.—Eadem Sacra Rituum Congregatio, in casu et ad effectum de quo agitur, omnibus mature perpensis, censuit respondere: Ad 1: *Negative*; Ad 2: *Iam provisum* Novo Rubricarum Codice in n. 358 f *(A. A. S.*, 54 (1962) 51); Ad 3: *Non expedire.*

Dum haec pro meo munere Tibi, Reverendissime Pater, communico, enixe rogo Te, ut de relata Sacrae huiusmet Congregationis responsione certiores supra laudatos Revmos Patres comiter facias.

Cuncta a Domino adprecans fausta, omni obsequio ac reverentia laetor me profiteri Paternitati Tuae Reverendissimae Addictissimum.—Henricum Dante, *a Secr.* Ioachim Sarmanti, *Subsecr.*

* Ministro Gen. O. F. M., Prot. N. 0.68/962: **AOFM** 81 (1962) 336.

3064

1962 MAI 20.-CONVENTIO CUM HISPANIA. PART.*

RATIHABITIO CONVENTIONIS INTER SEDEM APOSTOLICAM ET HISPANIAM CIRCA VALIDITATEM QUOAD EFFECTUS CIVILES STUDIORUM SCIENTIARUM NON ECCLESIASTICARUM QUAE APUD UNIVERSITATES ECCLESIAE PERFICIUNTUR

Vide *textum* sub die 5 apr. 1962: LE 3055.

* **REDC** 18 (1963) 152. Vide conventionem sub die 1962 apr. 5: LE 3055.

3065

1962 MAI 30.-IOAN. XXIII, CONST. AAS 54 (1963) 218-220

EXARCHATUS PRO UCRAINIS

EXARCHATUS APOSTOLICUS PRO FIDELIBUS UCRAINIS IN BRASILIA DEGENTIBUS CONSTITUITUR

IOANNES EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Qui divino consilio ad Christi Ecclesiam gubernandam vocati sumus, deque eiusdem Filii Dei mandato gregem

electorum, etsi virtute impares, pascimus, ad omnes sane filios Nostros quotquot in orbe terrarum sunt, paterna caritate respicimus, Christi thesaurum ac sacerdotii Nostri / coronam; facere tamen non possumus quin ad eos, qui patria exsules, in alienarum nationum oris degant, singulari sollicitudine attendamus, quorum rebus atque necessitatibus, quod possumus, servire omnimodis cupimus. Hanc ipsam ob rem, cum inter coetus, quibus Ordinariatus pro fidelibus ritus Orientalis anno MCMLII in Brasilia constitutus efficitur, Ucrainorum conventus Sacerdotum numero plisque institutionibus valde floreat, visum est eum ab Ordinariatu separari posse, atque ad gradum et dignitatem Exarchatus Apostolici evehi. Quae cum ita sint, post venerabilem Fratrem Archiepiscopum S. Sebastiani Fluminis Ianuarii sententiam rogatum, consilioque audito venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali praepositorum, haec statuimus. Per has sub plumbo Litteras coetum Ucrainorum in Brasilia commorantium in formam *Exarchatus Apostolici* redigimus, metropolitanae Curitibensi Sedi, Ecclesiae suffraganeae instar, subiecti. Exarchatus huius Sedes sacrique Praesulis domicilium in civitate Curitibensi collocabitur, in qua urbe exarchale templum exsurget. Mensam, quae dicitur, efficient fidelium christianorum collationes. Curet Exarchus ut Consultores dioecesanos deligat, qui sibi in rebus gravioribus assistant; item ut Seminarium saltem minus construat pueris excipiendis qui ad Sacerdotum munia capienda Dei numine invitentur. Ceterum, ad munus primi Exarchi venerabilem Fratrem Iosephum Martenetz, virum sive pietate, sive industria, sive labore egregium, eligimus per hasque Litteras renuntiamus, adhuc Episcopum titulo Soldaiensem, factis iuribus privilegiisque Exarchorum, impositis scilicet oneribus. Haec autem, iura nempe et onera, ea profecto sunt quae in Litteris apostolicis de ritibus Orientalibus et de personis, die altero Iunii datis, anno MCMLVII, a can. 366 ad can. 387 recensentur. Quae, postremo, his Litteris iussimus, venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasilia Apostolicus Nuntius, cuius quidem prudentissimo consilio usi sumus, ad rem adduci studebit, per se vel per legatum, potestate facta rei agendae. Cum autem res gesserit, documenta exarari faciet, quae sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali cito mittet.

219

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decretas unt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac / Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

220

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.—Iacobus A. Card. Copello, *S. R. E. Cancellarius.* Gustavus Card. Testa, *S. Congr. pro Ecclesia Orientali a Secretis.* Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens.* Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.* Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

3066

1962 IUN 30.-SC S. OFFICII, MON. AAS 54 (1962) 526

MONITUM CIRCA VITANDA PERICULA QUAE ORIRI POSSUNT PRO IUVENIBUS CLERICIS ET RELIGIOSIS EX OPERIBUS PETRI TEILHARD DE CHARDIN

Quaedam vulgantur opera, etiam post auctoris obitum edita, Patris Petri Teilhard de Chardin, quae non parvum favorem consequuntur.

Praetermisso iudicio de his quae ad scientias positivas pertinent, in materia philosophica ac theologica satis patet praefata opera talibus scatere ambiguitatibus, immo etiam gravibus erroribus, ut catholicam doctrinam offendant.

Quapropter Emi ac Revmi Patres Supremae Sacrae Congregationis S. Officii Ordinarios omnes necnon Superiores Institutorum religiosorum, Rectores Seminariorum atque Universitatum Praesides exhortantur ut animos, praesertim iuvenum, contra operum Patris Teilhard de Chardin eiusque asseclarum pericula efficaciter tutentur.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 30 Iunii 1962.—Sebastianus Masala, *Notarius.*

Adn. G. ISAYE in **NrT** 84 (1962) 866-869; PHILIPPUS A TRINITATE in **Seminarium** 16 (1964) 79-121; **Doc. Cath.** 59 (1962) 949-956.

3067

1962 IUN 30.-SC RELIGIOSORUM, NOTIFICATIO. PART.*

SUMMA PECUNIAE ULTRA QUAM REQUIRITUR BENEPLACITUM APOSTOLICUM AD BONA ECCLESIASTICA ALIENANDA

Quoniam pecuniae pretium ob peculiares horum temporum condiciones varia vice est mutatum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita opportunum duxit, ad novas necessitates subortas, normam accommodare, ex qua Instituta statuum perfectionis, ultra certam definitamque summam, ad Sanctam Sedem recurrere debent in negotiis de quibus in Can. 534 C. I. C.

Itaque, re mature perpensa et approbatione habita Ssmi Domini Nostri in Audientia diei 22 Ianuarii 1962, eadem Sacra Congregatio, donec aliter decernatur, statuit ut Indultum Apostolicum semper impetrari debeat quotiescumque, in alienationibus faciendis vel in debitis et obligationibus contrahendis, summae quae infra recensentur excedantur, servatis ceterum iis quae eodem Can. 534 praescribuntur:

1.	ANGLIA	Libellae Angl. (L)	5.500
2.	AUSTRIA	Nummi Austr. (Schilling)	400.000
3.	BELGIUM	Franci Belg. (Francs)	800.000
4.	DANIA	Coronae Dan. (Kröner)	110.000
5.	GALLIA	Franci Gall. (N. F.)	75.000
6.	GERMANIA	Marcae (DM)	60.000
7.	HELVETIA	Franci Helv. (Franken, Francs)	65.000
8.	HISPANIA	Nummi Hisp. (Pts.)	900.000
9.	ITALIA	Libellae It. (Lire)	9.000.000
10.	LUSITANIA	Scuta (Escudos)	450.000
11.	NEERLANDIA	Floreni (Gulden, Florins)	55.000
12.	NORVEGIA	Coronae Norv. (Kröner)	110.000
13.	SUECIA	Coronae Suec. (Kröner)	80.000
14.	PRO AMERICA et omnibus Nationibus, quae hoc indice non continentur: Dollaria Civ. Foed. Amer. Sept. (§ U. S. A.)		15.000

Romae, die 30 Iunii 1962.—Valerius Card. VALERI, *Praef.* P. P. Philippe, O. P., *a Secr.*

* Supremis Moderatoribus Institutorum perfectionis: **CpR** 41 (1962) 227. **Adn.** L. BUIJS in **PrM** 52 (1963) 71-73; E. F. REGATILLO in **Sal terrae** 50 (1962) 648-649; **AOFMCap** 78 (1962) 408; **Vida rel.** 20 (1963) 14-16.

3068

1962 IUL 2.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

IN CASIBUS SOLUTIONIS MATRIMONII IN FAVOREM FIDEI, GRATIA PONTIFICIA INTELLEGITUR COMMUNICANDA CUM PARTE CONVENTA IUXTA PRUDENS IUDICIUM ORDINARII LOCI

CASUS—In the latest rescripts, e. g., Prot. No. 2474-61 M, received from the Supreme Sacred Congregation of the Holy Office in Privilege of the Faith cases, the following wording appears: *Gratia pontificia semper communicanda erit cum parte conventa, praesertim vero si haec iam matrimonium attentaverit cum parte catholica.*

It is understood that commonly the granting of this favor is to be brought to the attention of the respondent. This is all the more evident in an instance in which the respondent has attempted marriage with a Catholic. However, because of certain extraordinary circumstances that at times occur, it seems prudent to address these questions to Your Eminence:

I. Whether in those cases in which the respondent has refused to co-operate or has testified reluctantly or has indicated that he has no interest in the outcome of the case such a notification of the granting of the Favor is required?

II. Whether it is required in those cases where it can be prudently foreseen that such a notification might beget odium towards the Church or serious difficulties for the petitioner? Our thought in making these enquiries is to be given a norm that may be followed in carrying out the directives of the Holy See.

SOLUTIO—*Ex Aedibus S. Officii, die 2 July*, 1962. In a letter dated the 22 June, 1962, Your Excellency asked whether word of the dissolution of marriage, in favor of the Faith, must be given to the respondent in each case, even though (a) the latter has not co-operated or has testified reluctantly or has indicated that he has no interest in the outcome of the case, or (b) such notification might beget odium towards Church or serious difficulties for the petitioner.

In reply, the Holy Office has decreed as follows: «*Gratia intelligitur communicanda iuxta prudens iudicium Ordinarii.*» With expression of much esteem and regard, I am Very sincerely yours.—A. Card. OTTAVIANI.

* Cuidam Ordinario loci: **Jurist** 23 (1963) 117. **Adn.** A. ABATE, **Lo scioglimento del vincolo coniugale**, ed. II Roma 1965, p. 145-150.

3069

1962 IUL 9.-CONVENTIO SOLLEMNIS CUM AUSTRIA. AAS 54 (1962) 641-652

CONVENTIO INTER APOSTOLICAM SEDEM ET AUSTRIACAM REMPUBLICAM CIRCA RELIGIONEM DOCENDAM IN SCHOLIS PUBLICIS

CONVENZIONE FRA LA SANTA SEDE E LA REPUBBLICA AUSTRIACA AL FINE DI REGOLARE QUESTIONI ATTINENTI L'ORDINAMENTO SCOLASTICO

La Santa Sede, rappresentata dal suo Plenipotenziario Sua Eccellenza Revma Mons. Opilio Rossi, Arcivescovo tit. di Ancira e Nunzio Apostolico in Austria,

e la Repubblica Austriaca, rappresentata dai suoi Plenipotenziari il Signor Dr. Bruno Kreisky, Ministro Federale per gli Affari Esteri, e il Signor Dr. Heinrich Drimmel, Ministro Federale per l'Istruzione,

animate dal desiderio di regolare, di mutua intesa, le questioni sorte, con riferimento alle disposizioni dell'Articolo VI del Concordato del 5 giugno 1933 e relativo Protocollo Addizionale, da un nuovo ordinamento scolastico in Austria, hanno stipulato la seguente Convenzione:

ARTICOLO I

§ 1. (1) La Chiesa ha il diritto di impartire l'insegnamento religioso agli alunni cattolici in tutte le scuole pubbliche e in tutte le scuole aventi diritto pubblico.

(2) Nelle accademie pedagogiche pubbliche e in quelle aventi diritto pubblico, in considerazione del carattere par-

VERTRAG ZWISCHEN DEM HEILIGEN STUHL UND DER REPUBLIK ÖSTERREICH ZUR REGULUNG VON MIT DEM SCHULWESEN ZUSAMMENHÄNGENDEN FRAGEN

Der Heilige Stuhl, vertreten durch dessen Bevollmächtigten, Seine Exzellenz den Herrn Apostolischen Nuntius in Österreich, Monsignore Opilio Rossi, Titularerzbischof von Ancira,

und die Republik Österreich, vertreten durch deren Bevollmächtigte, Herrn Dr. Bruno Kreisky, Bundesminister für Auswärtige Angelegenheiten, und Herrn Dr. Heinrich Drimmel, Bundesminister für Unterricht,

von dem Wunsche geleitet, die Fragen, die sich aus einer Neuordnung des Schulwesens in Österreich mit Beziehung auf die Bestimmungen des Artikels VI des Konkordates vom 5. Juni 1933 und / des diesbezüglichen Zusatzprotokolls ergeben, einer Regelung in gegenseitigem Einvernehmen zuzuführen, haben nachstehenden Vertrag geschlossen:

642

ARTIKEL I

§ 1. (1) Die Kirche hat das Recht, den katholischen Schülern an allen öffentlichen und allen mit Öffentlichkeitsrecht ausgestatteten Schulen Religionsunterricht zu erteilen.

(2) An den öffentlichen und den mit Öffentlichkeitsrecht ausgestatteten Pädagogischen Akademien wird mit

http://www.obrascatolicas.com

ticolare dell'insegnamento in esse impartito, si insegnerà pedagogia della religione. Le disposizioni di questo articolo sull'insegnamento religioso valgono analogamente anche per la pedagogia della religione.

(3) Il numero delle ore d'insegnamento religioso presentemente in uso non sarà ridotto. Nuove determinazioni relative alla quantità delle ore d'insegnamento avverranno d'intesa fra Chiesa e Stato. Le scuole cattoliche (Articolo II) saranno libere di stabilire, previo avviso alla competente autorità scolastica statale, una più ampia misura dell'insegnamento religioso.

§ 2. (1) L'insegnamento religioso sarà, salvo quanto è stabilito al capoverso 2.°, materia obbligatoria per tutti gli alunni cattolici in tutte le scuole pubbliche e in tutte quelle aventi diritto pubblico.

(2) In vista della particolare organizzazione delle scuole professionali a carattere industriale e commerciale per apprendisti, la Santa Sede non solleva obiezione a che in queste scuole l'insegnamento religioso sia materia non obbligatoria. Rimane invariato un migliore stato di fatto, esistente in alcune Regioni Federali (Bundesländer).

§ 3. (1) Gli insegnanti di religione nelle scuole pubbliche o sono nominati dallo Stato (Bund o Bundesländer) secondo le norme in vigore per gli insegnanti statali di uguale grado di preparazione e d'impiego, oppure sono designati dalla Chiesa.

(2) Soltanto le persone dichiarate idonee e proposte dall'autorità ecclesiastica possono essere nominate insegnanti di religione. La facoltà di impartire l'insegnamento religioso è legata al possesso della «missio canonica». La concessione e il ritiro della «missio canonica» spettano, sicome affare interno della Chiesa, all'autorità ecclesiastica.

(3) La Chiesa designerà ad insegnanti di religione soltanto persone che posseggano la cittadinanza austriaca e dimostrino di avere la preparazione generale richiesta per gli insegnanti di religione impiegati dallo Stato. Dal requisito della cittadinanza austriaca il competente Ministero Federale dispenserà nei casi degni di considerazione.

(4) Gli insegnanti di religione impiegati dallo Stato, cui sia ritirata la «missio canonica», non saranno più assegnati all'insegnamento religioso; a norma delle prescrizioni statali, essi saranno o assunti a un servizio d'altro tipo, o collocati a riposo oppure dimessi dal servizio dello Stato.

(5) Tutti gli insegnanti di religione sono soggetti, per quanto riguarda l'esposizione della dottrina cattolica, esclusivamente alle norme e prescrizioni ecclesiastiche; per il resto, nell'esercizio del loro insegnamento, sono soggetti anche alle norme generali scolastiche statali.

(6) Lo Stato assume l'intero onere degli stipendi per tutti gli insegnanti di religione nelle scuole pubbliche nella stessa misura di retribuzione valevole per gli insegnanti statali di uguale grado di preparazione e d'impiego. La retribuzione degli insegnanti di religione designati dalla Chiesa sarà effettuata in base alle tabelle di stipendio valevoli per gli insegnanti non di ruolo.

§ 4. (1) La Chiesa provvede all'insegnamento religioso, lo dirige e sorveglia secondo le norme del presente Articolo. Gli organi statali di ispezione scolastica possono però vigilare anche sull'insegnamento religioso sotto l'aspetto dell'organizzazione e della disciplina scolastica.

(2) Per l'immediata sorveglianza dell'insegnamento religioso la Chiesa può designare ispettori i cui nominativi sono notificati alle autorità scolastiche statali. Resta tuttavia integro il diritto degli altri organi della Chiesa cui spetta, a norma del diritto canonico, il compito di sorvegliare l'insegnamento religioso, in modo particolare il diritto dell'Ordinario diocesano di vigilare sul modo con cui l'insegnamento medesimo è impartito e frequentato.

(3) Lo Stato assume l'onere della retribuzione di un numero di ispettori dell'insegnamento religioso corrispondente al numero di ispettori statali per singole materie secondo le tabelle in vigore per gli ispettori di tale categoria.

§ 5. (1) I programmi dell'insegnamento religioso sono

Rücksicht auf den besonderen Charakter des Lehrbetriebes an diesen Akademien Religionspädagogik gelehrt. Die Bestimmungen dieses Artikels über den Religionsunterricht gelten sinngemäss auch für Religionspädagogik.

(3) Das gegenwärtig bestehende Stundenausmass des Religionsunterrichtes soll nicht herabgesetzt werden. Eine Neufestsetzung des Stundenausmasses wird zwischen der Kirche und dem Staate einvernehmlich erfolgen. Den katholischen Schulen (Artikel II) wird es freistehen, nach Anzeige an die zuständige staatliche Schulbehörde ein höheres Ausmass für den Religionsunterricht festzusetzen.

§ 2. (1) Der Religionsunterricht wird an allen öffentlichen und an allen mit dem Öffentlichkeitsrecht ausgestatteten Schulen vorbehaltlich der Bestimmungen des Absatzes 2 für alle katholischen Schüler Pflichtgegenstand sein. / 643

(2) Mit Rücksicht auf die besondere Organisation der gewerblichen und kaufmännischen Berufsschulen für Lehrlinge erhebt der Heilige Stuhl nicht dagegen Einwand, dass in diesen Schulen der Religionsunterricht als nichtobligater Unterrichtsgegenstand geführt wird. Ein in einzelnen Bundesländern bischer bestehender darüber hinausgehender Zustand bleibt unberührt.

§ 3. (1) Die Religionslehrer an den öffentlichen Schulen werden entweder vom Staate (Bund oder Bundesländer) nach den für staatliche Lehrer gleichartiger Vorbildung und Verwendung geltenden Vorschriften angestellt oder von der Kirche bestellt.

(2) Als Religionslehrer dürfen nur solche Personen angestellt werden, die von der Kirchenbehörde als hiezu befähigt erklärt und vorgeschlagen sind. Die Erteilung des Religionsunterrichtes ist an den Besitz der «missio canonica» gebunden. Die Zuerkennung und Aberkennung der «missio canonica» steht als innere kirchliche Angelegenheit der Kirchenbehörde zu.

(3) Die Kirche wird nur solche Personen zu Religionslehrern bestellen, welche überdies die österreichische Staatsbürgerschaft besitzen und die für staatlich angestellte Religionslehrer vorgeschriebene allgemeine Vorbildun nachweisen. Vom Erfordernis der österreichischen Staatsbürger/schaft wird das zuständige Bundesministerium in berücksichtigungswürdigen Fällen Nachsicht erteilen. 644

(4) Staatlich angestellte Religionslehrer, denen die «missio canonica» entzogen wird, werden für die Erteilung des Religionsunterrichtes nicht mehr verwendet werden; sie werden nach Massgabe der staatlichen Vorschriften entweder in eine anderweitige Dienstverwendung genommen oder in den Ruhestand versetzt oder aus dem staatlichen Dienstverhältnis ausgeschieden.

(5) Alle Religionslehrer unterstehen hinsichtlich der Vermittlung des katholischen Lehrgutes ausschliesslich den kirchlichen Vorschriften und Anordnungen; im übrigen unterstehen sie in der Ausübung ihrer lehrtätigkeit auch den allgemeinen staatlichen Schulvorschriften.

(6) Der Staat übernimmt es, den gesamten Personalaufwand für alle Religionslehrer an den öffentlichen Schulen nach Massgabe der für staatliche Lehrer gleichartiger Vorbildung und Verwendung geltenden Besoldungsvorschriften zu tragen. Soweit es sich hiebei um von der Kirche bestellte Religionslehrer handelt, richtet sich ihre Remuneration nach dem für nebenamtliche Lehrer geltenden Besoldungsschema.

§ 4. (1) Die Besorgung, Leitung und Beaufsichtigung des Religionsunterrichtes wird von der Kirche nach Massgabe der ihr nach diesem Artikel zukommenden Aufgaben ausgeübt. Die staat/lichen Schulaufsichtsorgane sind jedoch befugt, auch den Religionsunterricht in organisatorischer und schuldisziplinärer Hinsicht zu beaufsichtigen. 645

(2) Für die unmittelbare Beaufsichtigung des Religionsunterichtes steht es der Kirche frei, Religionsunterrichtsinspektoren zu bestellen, die den staatlichen Schulbehörden bekanntgegeben werden. Das Recht der nach den kirchenrechtlichen Vorschriften zur Visitation des Religionsunterrichtes sonst berufenen Organe der Kirche, insbesondere jenes des Diözesanordinarius, über die Erteilung des Religionsunterrichtes und die Teilnahme der Schüler an diesem zu wachen, wird hiedurch nicht berührt.

(3) Der Staat übernimmt es, für eine der Anzahl staatlicher Schulinspektoren für einzelne Gegenstände entsprechende Zahl von Religionsunterrichtsinspetkoren den Personalaufwand nach Massgabe der staatlichen Besoldungsvorschriften für Schulinspektoren für einzelne Gegenstände zu tragen.

§ 5. (1) Die Lehrpläne für den Religionsunterricht wer-

quanto al contenuto, stabiliti dalla autorità ecclesiastica e notificati alla suprema autorità scolastica statale.

(2) Per l'insegnamento religioso saranno adottati dalla Chiesa solamente testi scolastici e materiale didattico che favoriscano l'educazione civica secondo i dettami della dottrina cristiana.

§ 6. Agli insegnanti ed alunni sarà resa possibile, almeno nell'ampiezza finora in uso, la partecipazione, durante l'orario scolastico, ai servizi religiosi scolastici tenuti dalla Chiesa per gli insegnanti ed alunni cattolici delle scuole pubbliche e di quelle aventi diritto pubblico in particolari occasioni della vita scolastica, ecclesiastica o statale, specialmente all'inizio e alla fine dell'anno scolastico, come pure la partecipazione ad altre pratiche o funzioni religiose.

Articolo II

§ 1. (1) La Chiesa e le sue istituzioni esistenti a norma del diritto canonico hanno il diritto di fondare e dirigere scuole di ogni specie, osservando le norme generali del diritto scolastico statale.

(2) Alle scuole nominate nel capoverso 1.°, semprechè siano adempiute le condizioni a questo scopo tassativamente imposte nelle leggi scolastiche statali, sarà riconosciuto il diritto pubblico.

(3) La Chiesa e le sue istituzioni, esistenti a norma del diritto canonico, hanno altresì il diritto di fondare e dirigere, osservando le prescrizioni generali statali, giardini d'infanzia, doposcuola, semiconvitti e convitti scolastici ed istituti simili.

§ 2. (1) Lo Stato concederà alla Chiesa Cattolica regolari sovvenzioni per gli stipendi del personale delle scuole cattoliche. La Santa Sede si dichiara d'accordo, sotto riserva di quanto è disposto all'Articolo V, sulla seguente regolamentazione.

(2) Lo Stato metterà a disposizione delle scuole cattoliche il 60 % dei posti di insegnanti richiesti in queste scuole per l'esecuzione del programma scolastico 1961/62; il calcolo deve essere fatto separatamente per gli insegnanti delle scuole dell'obbligo da una parte e, dall'altra, per gli insegnanti delle scuole medie, superiori e di altro genere.

(3) Il quantitativo di posti di insegnanti risultante a norma del capoverso 2.°, dallo Stato messo a disposizione delle scuole cattoliche, sarà aumentato nella stessa proporzione in cui aumenterà il numero degli insegnanti impiegati nelle scuole pubbliche dell'obbligo; l'incremento del numero degli insegnanti impiegati nelle scuole pubbliche dell'obbligo avrà come conseguenza un aumento nel senso indicato, soltanto se esso ammonta almeno al 2 % del numero degli insegnanti impiegati nelle scuole pubbliche dell'obbligo al momento dell'entrata in vigore di questa Convenzione o, rispettivamente, dell'ultimo aumento avvenuto a norma della presente disposizione.

(4) Lo Stato inoltre metterà a disposizione, di volta in volta, il 60 % del maggiore fabbisogno di posti di insegnanti che risulterà in conseguenza delle previste norme legali in materia scolastica (quali, specialmente, l'introduzione di un nono anno scolastico e la creazione di accademie pedagogiche).

(5) Di regola queste sovvenzioni si effettueranno nella forma di assegnazione di insegnanti impiegati dallo Stato. La distribuzione alle singole scuole cattoliche dei posti di insegnanti messi a disposizione sarà effettuata dalla suprema autorità scolastica statale su proposta dell'Ordinario diocesano. Verranno assegnati solamente insegnanti contro la cui destinazione alla scuola interessata l'Ordinario diocesano non sollevi obiezioni. L'assegnazione sarà revocata se l'Ordinario diocesano dichiarasse inammissibile l'ulteriore destinazione dell'insegnante alla scuola e richiedesse perciò alla competente autorità statale la revoca dell'assegnazione.

§ 3. Per scuole cattoliche nel senso di questo Articolo si intendono le scuole sostenute dalla Chiesa o da enti eretti a norma del diritto canonico, come pure le scuole condotte da associazioni, istituzioni o fondazioni, se e fino a quando esse dal competente Ordinario diocesano siano riconosciute quali scuole cattoliche.

den hinsichtlich des Lehrstoffes von der Kirchenbehörde erlassen und der obersten staatlichen Schulbehörde mitgeteilt werden.

(2) Für den Religionsunterricht werden von der Kirche nur Lehrbücher und Lehrmittel verwendet werden, die der staatsbürgerlichen Erziehung nach christlicher Lehre förderlich sind. / 646

§ 6. Die Teilnahme an den von der Kirche für die katholischen Lehrer und Schüler der öffentlichen und der mit dem Öffentlichkeitsrecht ausgestatteten Schulen zu besonderen Anlässen des schulischen, kirchlichen oder staatlichen Lebens, insbesondere zu Beginn und am Ende des Schuljahres, abgehaltenen Schülergottesdiensten sowie die Teilnahme an sonstigen religiösen Übungen oder Veranstaltungen wird den Lehrern und Schülern mindestens im bisherigen Umfang während der Schulzeit ermöglicht werden.

Artikel II

§ 1. (1) Die Kirche und ihre nach kirchlichem Recht bestehenden Einrichtungen haben das Recht, unter Beobachtung der staatlichen allgemeinen schulrechtlichen Vorschriften Schulen aller Arten zu errichten und zu führen.

(2) Auf die Dauer der Erfüllung der in den staatlichen Schulgesetzen hiefür taxativ aufgestellten Voraussetzungen ist den im Absatz 1 genannten Schulen das Öffentlichkeitsrecht zuzuerkennen.

(3) Unter Beobachtung der staatlichen allgemeinen Vorschriften haben die Kirche und ihre nach kirchlichem Recht bestehenden Einrichtungen auch das Recht, Kindergärten, Schülerhorte, Schülertagesheime, Schülerheime und ähnliche Einrichtungen zu errichten und zu führen.

§ 2. (1) Der Staat wird der Katholischen Kirche laufend Zu/schüsse zum Personalaufwand der katholischen Schulen gewähren. Der Heilige Stuhl erklärt sich vorbehaltlich der Bestimmungen des Artikels V damit einverstanden, dass hiefür die folgende Regelung gelten soll. 647

(2) Der Staat wird für die katholischen Schulen 60 % jener Lehrerdienstposten zur Verfügung stellen, die im Schuljahr 1961/62 zur Erfüllung des Lehrplanes an diesen Schulen erforderlich waren; die Berechnung hat für Lehrer an Pflichtschulen einerseits und für Lehrer an mittleren, höheren und sonstigen Schulen andererseits gesondert zu erfolgen.

(3) Die sich aus Absatz 2 ergebende Zahl von Lehrerdienstposten, die vom Staat für die katholischen Schulen zur Verfügung gestellt wird, wird im gleichen Verhältnis erhöht werden, wie die Zahl der an öffentlichen Pflichtschulen verwendeten Lehrer steigt; eine solche Steigerung der Zahl der an öffentlichen Pflichtschulen verwendeten Lehrer hat nur dann eine Erhöhung im angeführten Sinne zur Folge, wenn die Steigerung mindestens 2 v. H. der Zahl der lehrer beträgt, die im Zeitpunkte des Inkrafttretens dieses Vertrages beziehungsweise im Zeitpunkte der jeweils letzten Erhöhung im Sinne dieser Vertragsbestimmung an öffentlichen Pflichtschulen verwendet worden sind.

(4) Der Staat wird überdies jeweils 60 % des erforderlichen Mehrbedarfes an Lehrerdienstposten zur Verfügung stellen, der sich auf Grund der in Aussicht / genommenen schulgesetzlichen Massnahmen (wie insbesondere die Einführung eines 9. Schuljahres und die Schaffung von Pädagogischen Akademien) ergibt. 648

(5) In der Regel werden diese Zuschüsse in der Form der Zuweisung von staatlich angestellten Lehrern erfolgen. Die Aufteilung der zur Verfügung zu stellenden Lehrerdienstposten auf die einzelnen katholischen Schulen erfolgt durch die oberste staatliche Schulbehörde auf Antrag des Diözesanordinarius. Es werden nur solche Lehrer zugewiesen werden, gegen deren Verwendung an der betreffenden Schule der Diözesanordinarius keinen Einwand erhebt. Die Zuweisung wird aufgehoben werden, wenn der Diözesanordinarius die weitere Verwendung des Lehrers an der Schule für untragbar erklärt und aus diesem Grunde die Aufhebung der Zuweisung bei der zuständigen staatlichen Behörde beantragt.

§ 3. Unter katholischen Schulen im Sinne dieses Artikels sind jene Schulen zu verstehen, die von der Kirche oder den nach kirchlichem Recht bestehendem Einrichtungen erhalten werden sowie die von Vereinen, Stiftungen und Fonds geführten Schulen, wenn und solange sie vom zuständigen Diözesanordinarius als katholische Schulen anerkannt sind.

http://www.obrascatolicas.com

ARTICOLO III

La Repubblica Austriaca, allo scopo di render possibile l'istituzione della scuola cattolica nel Burgenland, verserà alla diocesi di Eisenstadt, quale unico e definitivo contributo, la somma di 45 milioni di scellini. Il pagamento sarà effettuato in cinque rate annuali di 9 milioni di scellini ciascuna, e precisamente, la prima rata entro un mese dall'entrata in vigore di questa Convenzione, la seconda rata al massimo entro il 1.° luglio dell'anno seguente all'entrata in vigore di questa Convenzione, la terza, quarta e quinta rata al massimo entro il 1.° luglio rispettivamente degli anni successivi.

ARTICOLO IV

Se e in quanto le autorità scolastiche statali siano organizzate in forma collegiale, rappresentanti della Chiesa avranno il diritto di essere membri di questi collegi.

ARTICOLO V

Entrambe le parti contraenti si riservano il diritto di richiedere, in caso di mutamento essenziale della presente struttura dell'ordinamento scolastico o di mutamento essenziale della situazione finanziaria statale, trattative per una modifica della Convenzione.

ARTICOLO VI

La presente Convenzione, i cui testi italiano e tedesco sono autentici, dovrà essere ratificata e gli strumenti di ratifica dovranno essere scambiati al più presto possibile, nella Città del Vaticano. Essa entrerà in vigore un mese dopo lo scambio degli strumenti di ratifica.

In fede di che i Plenipotenziari hanno firmato la presente Convenzione in doppio originale.

Fatto a Vienna, il 9 luglio 1962.—Per la Santa Sede: Für den Heiligen Stuhl: OPILIO ROSSI, Arcivescovo tit. di Ancira, *Nunzio Apostolico.*

PROTOCOLLO FINALE

Nel conchiudere la presente Convenzione le Alte Parti contraenti si dichiarano d'accordo sui seguenti punti:

1. La presente Convenzione si applicherà a tutte le scuole, ad eccezione delle scuole universitarie (Hochschulen) e delle accademie artistiche.

2. *All'Articolo* I, § 2, capoverso 1.°:

a) Gli alunni, che hanno chiesto l'esenzione dall'insegnamento religioso in base alle disposizioni statali, saranno immediatamente notificati dalla direzione della scuola al rispettivo insegnante di religione.

b) La Santa Sede prende nota che, in base alle disposizioni legali austriache, in tutte le aule delle scuole elementari, postelementari e speciali, dei corsi politecnici (polytechnische Lehrgänge), delle scuole secondarie, delle scuole professionali medie e superiori, nonché degli istituti magistrali (Anstalten der Lehrer-und Erzieherbildung), sarà esposta una Croce, quando la maggioranza degli alunni appartiene alla Religione cristiana. Questa situazione non sarà modificata senza previo accordo con la Santa Sede.

3. *All'Articolo* I, § 6: La determinazione del tempo necessario a tale scopo sarà effettuata d'intesa fra l'Ordinario diocesano e la competente autorità scolastica statale.

4. *All'Articolo* II, § 2, capoverso 5.°: Nell'assegnazione degli insegnanti che verranno impiegati dallo Stato ai sensi dell'Articolo II, § 2, capoverso 5.° si seguirà la prassi finora in uso, secondo la quale le persone (sacerdoti, religiosi e laici) proposte dall'Ordinario diocesano per esser destinate alle scuole cattoliche, quando posseggono i requisiti occorrenti per simile impiego, saranno preferite nell'assunzione o nella destinazione.

Vienna, lì 9 luglio 1962.—Per la Santa Sede: Für den Heiligen Stuhl: OPILIO ROSSI, Arcivescovo tit. di Ancira, *Nunzio Apostolico.*

Conventione inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam rata habita, die XXVII mensis Augusti anno MDCCCCLXII Ratihabitionis Documenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Quare, transacto mense, ad normam articuli VI eiusdem Pactionis Conventio inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam icta vigere coepit.

Ada. Asm. COLAGIOVANNI in ME 88 (1963) 22-36; G. DAMIZIA in Apoll. 35 (1962) 76-115; S. SANZ in REDC 17 (1962) 463-467.

4299

ARTIKEL III

Die Republik Österreich wird der Diözese Eisenstadt zum Zwecke der Einrichtung des katholischen Schulwesens im Burgenland eine einmalige und endgültige Leistung im Betrage von 45 Millionen Schilling erbringen. Die Zahlung wird in fünf gleichen Jahresraten von je 9 Millionen Schilling erbracht werden, und zwar der erste Teilbetrag innerhalb eines Monates nach Inkrafttreten dieses Vertrages, der zweite Teilbetrag bis längstens 1. Juli des auf das Inkrafttreten dieses Vertrages folgenden Jahres, der dritte, vierte und fünfte Teilbetrag bis längstens jeweils 1. Juli des nächstfolgenden Jahres. 649

ARTIKEL IV

Soweit die staatlichen Schulbehörden kollegial organisiert sind, werden Vertreter der Kirche in diesen Kollegien das Recht der Mitgliedschaft haben.

ARTIKEL V

Die beiden vertragschliessenden Teile behalten sich das Recht vor, bei wesentlicher Änderung der derzeitigen Struktur des öffentlichen Schulwesens oder wesentlicher Änderung der staatfinanziellen Lage Verhandlungen über eine Modifikation des Vertrages zu begehren. 650

ARTIKEL VI

Dieser Vertrag, dessen italienischer und deutscher Text authentisch ist, soll ratifiziert und die / Ratifikationsurkunden sollen so bald wie möglich in der Vatikanstadt ausgetauscht werden. Er tritt ein Monat nach dem Austausch der Ratifikationsurkunden in Kraft.

Zu Urkund dessen haben die Bevollmächtigten diesen Vertrag in doppelter Urschrift unterzeichnet.

Geschehen in Wien, am 9. Juli 1962.—Für die Republik Österreich: Per la Repubblica Austriaca: Dr. BRUNO KREISKY. Dr. HEINRICH DRIMMEL.

SCHLUSSPROTOKOLL

Bei Abschluss des Vertrages besteht zwischen den Hohen Vertragschliessenden Teilen über folgende Punkte Uebereinstimmung:

1. Der vorstehende Vertrag findet auf alle Schulen mit Ausnahme der Hochshculen und Kunstakademien Anwendung.

2. *Zu Artikel* I, § 2, Absatz 1:

a) Die nach den staatlichen / Vorschriften vom Religionsunterricht abgemeldeten Schüler sind von der Schulleitung ohne Verzug dem zuständigen Religionslehrer mitzuteilen. 651

b) Der Heilige Stuhl nimmt davon Kenntnis, dass nach den österreichischen Rechtsvorschriften in allen Klassenräumen der Volks-, Haupt- und Sonderschulen, der polytechnischen Lehrgänge, der allgemeinbildenden höheren Schulen, der berufsbildenden mittleren und höheren Schulen und der Anstalten der Lehrer-und Erzieherbildung, wenn die Mehrzahl der Schüler einem christlichen Religionsbekenntnis angehört, ein Kreuz angebracht wird. Eine Änderung dieses Zustandes wird nicht ohne Einvernehmen mit dem Heiligen Stuhl stattfinden.

3. *Zu Artikel* I, § 6: Die hiefür notwendigen Zeiten werden im Einvernehmen zwischen dem Diözesanordinarius und der zuständigen staatlichen Schulbehörde zur Verfügung gestellt werden.

4. *Zu Artikel* II, § 2, Absatz 5: Bei der Zuweisung von staatlich angestellten Lehrern im Sinne des Artikels II, § 2, Absatz 5 wird die bisherige Praxis beibehalten werden, wonach Personen (Geistliche, Ordensangehörige und Laien), die vom Diözesanordinarius für die Verwendung an katholischen Schulen vorgeschlagen werden und die staatlichen Anstel/lungserfordernisse erfüllen, für die Anstellung beziehungsweise Zuweisung beuorzugt berücksichtigt werden. 652

Wien, am 9. Juli 1962.—Für die Republik Österreich: Per la Repubblica Austriaca: Dr. BRUNO KREISKY. Dr. HEINRICH DRIMMEL.

4300

3070

1962 IUL 9.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR SACERDOTIBUS AB INSTITUTIS PERFECTIONIS SAECULARIZATIS EXERCENDI OFFICIUM CONFESSORIS IN DOMIBUS RELIGIOSARUM

CASUS.—The undersigned Ordinary, humbly prostrate at the feet of Your Holiness, requests an indult in accord with canon 642, § 1, 3.°, to permit certain priests to exercise the office of confessor for women religious. All of these priests were formerly members of religious institutes, and were duly secularized and incardinated into the Diocese, according to the prescriptions of canon 641, § 2. The reason for the indults is the shortage of priests qualified according to canon 524 to fulfill these offices for the large number of religious communities working in the Diocese. All of these priests have shown themselves to be of good character and sound piety since their arrival in the Diocese and for this reason we deigned to incardinate them into the Diocese. None of them has displayed any attitude adverse to any religious institute and, if permitted to act as confessors for women religious, there is no danger that they would influence religious to seck exclaustration or secularization under any pretexts.

PRECES—*Beatissime Pater*, Ordinarius, ad pedes S. V. provolutus, humiliter implorat dispensationem super praescripto can. 642, § 1, C. J. C., favore P. N. N. ob causas S. C. de Religiosis allatas. Et Deus, etc.

RESCR.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces servatis servandis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

* Ordinario Albanensi in America, Prot. N. 3251/58: **Jurist** 23 (1963) 119-120; BOUSCAREN V, p. 394-395.

3071

1962 IUL 14.-SECRETARIA STATUS, MONITUM. PART.*

IMPLORATIO BENEDICTIONIS APOSTOLICAE EXTENDI NON DEBET AD CAUSAS ET CIRCUMSTANTIAS NON CONSUETAS

«E' ben nota all'Eccellenza Vostra Reverendissima la pia consuetudine di richiedere la Benedizione Apostolica in occasione di Ordinazioni Sacerdotali, professioni religiose, ingressi parrocchiali, matrimonii e relativi giubilei (25.°, 50.°, 60.°) e di altre circostanze speciali ed importanti.

In questi ultimi anni, però, sono aumentate le richieste per altre ricorrenze e circostanze assai meno importanti, come decenni, ventenni, onomastici, congressini mensili od annuali locali, prime Sante Comunioni e Cresime di singoli, ecc.

Non essendo queste domande conformi alla prassi, la Segreteria di Stato sarebbe vivamente grata all'Eccellenza Vostra se volesse segnalare, tramite la Commissione Episcopale Italiana, agli Ecc.mi Ordinari d'Italia, l'opportunità de astenersi dal presentare richieste del genere, limitandosi alle circostanze sopra citate.»

Norme per l'accettazione di richieste di Benedizione Apostolica

La Benedizione Apostolica è concessa nei seguenti casi: Ingresi parrocchiali; Professioni religiose collettive; Nozze; Anniversari (25.°, 50.°, 60.°) di Ordinazione sacerdotale, di Professione religiosa, di Nozze; Prime Comunioni e Cresime collettive; Compleanni (80.°, 90.°, 100.°).

La concessione è subordinata alle seguenti condizioni: per ricorrenze ed anniversari di Sacerdoti è necessario il nulla osta della rispettiva Curia diocesana; per ricorrenze ed anniversari di Religiosi e di Religiose è necessario il nulla osta dei rispettivi Superiori; per Nozze e relativi anniversari è richiesta l'approvazione scritta del Parroco o del Sacerdote celebrante (quando non vi sia già quella del Vescovo o della Curia diocesana).

Se vi fossero speciali motivi, oltre a quelli elencati, per domandare la Benedizione, si devono esporre con istanza particolareggiata ed accompagnata dal beneplacito della competente Autorità.

Le domande, essendo rivolte al Santo Padre, devono essere presentate in forma conveniente e a tempo debito. Non sono ammesse richieste per via telefonica.

* Praesidi Conferentiae episcopalis Italiae: **Riv. dioc. Roma** 3 (1962) 875.

4301

3072

1962 AUG 1.-SC S. OFFICII, NOTIFICATIO. PART.*

DE MODO PROCEDENDI CONTRA RELIGIOSOS REOS CRIMINIS PESSIMI

Ex petitionibus S. Officio quandoque exhibitis constat Superiores religiosorum quibusdam dubiis praepediri ab agendo contra proprios subditos reos criminis pessimi.

Ad talia dubia removenda Suprema haec Sacra Congregatio opportunum duxit sequentia statuere et cum Superioribus Generalibus Religiosis communicare:

«Contra *clericos* reos criminis pessimi, si sint religiosi exempti, et nisi simul concurrat crimen sollicitationis, procedere possunt, iuxta ss. Canones et proprias Constitutiones, sive administrativo sive iudiciali modo, etiam Superiores Regulares; qui tamen datam sententiam semper, et decisionem administrativam in casibus gravioribus, cum Suprema S. Congregatione S. Officii communicare debent. Superiores vero non exempti procedere tantum possunt modo administrativo. In casu expulsionis rei a religione, expulsio effectu carebit donec adprobata fuerit a S. Officio.»

N. B.—1. Nomine criminis pessimi heic intelligitur quodcumque obscoenum factum externum, graviter peccaminosum, quomodocumque a clerico patratum vel attentatum cum persona proprii sexus vel cum impuberibus cuiusque sexus;

2. Haec communicatio servanda erit diligenter in archivo secreto Curiae Generalitiae pro norma interna, non publicanda nec ullis commentariis augenda.

Ex aedibus S. Officii, die 1 augusti 1962.

* Ad Supremos Moderatores Institutorum perfectionis: e documento privato.

3073

1962 AUG 2.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

STATUTA CONSILII SUPERIORUM GENERALIUM URBIS APPROBANTUR

Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, de profectu spirituali perquam sollicita eorum, qui in Statu Perfectionis, votis religiosis nuncupatis, Deo se devoverunt, iamdiu suasit ut Consilium Superiorum Generalium in hac Alma Urbe constitueretur.

Etenim ipsa natura vitae religiosae, gravia munera in apostolatus exercitatione obeunda, mutatae demum temporum condiciones poscunt foedera, unitatem exigunt.

Congruo, igitur, tempore praeposito ad rem praeparandam, omnibusque attente perpensis, Sacra haec Congregatio Statuta, quibus, salvis iuris communis normis, regitur Foederatio, vi huius Decreti definitive approbat.

Huius autem Consilii, iam die 3 Ianuarii 1955 in personam moralem collegialem ecclesiasticam erecti, erit contendere ut principia theologica, iuridica et apostolica vitae religiosae plenius intellegantur et ut iis, qui ea devincti sunt, congruens institutio religiosa et apostolica tradatur; curare ut varia Instituta statuum perfectionis se magis cognoscant et alacrius adiutricem sibi mutuo praebeant operam; impensiorem reddere spiritum et opus apostolicum Institutis religiosis, et arctissimam efficere, concordi ratione, cooperationem cum Sacra Ecclesiae Hierarchia territoriali; favere fraternae coniunctioni inter religiosos et venerabilem Clerum saecularem ac catholicorum Sodalitates; demum personam gerere Institutorum religiosorum apud legitimas auctoritates ecclesiasticas et civiles.

Ad ea, quae supra dicta sunt, aptius assequenda, associationes vel opera, quae in rebus ad vitam religiosam pertinentibus versentur, huic Consilio moraliter subiiciuntur, quod de iis agnoscat variaque incepta coordinet. Omnibus quibuscumque contrariis non obstantibus.

Datum Romae, die 2 Augusti A. D. 1962.—Fr. Paulus Philippe, O. P., *a Secr.* P. I. Mandelli, *a Studiis.*

* Prot. N. AG 2232/61: CpR 42 (1963) 228-231.

3074

1962 AUG 2.-SC SACRAMENT., RESPONSUM. PART.*

MATRIMONIUM CANONICE INITUM DECLARATUR NULLUM, AD NORMAM CASUS EXCEPTI, OB AETATIS DEFECTUM

Excmus Archiepiscopus die 19 Januarii currentis anni pro declaratione nullitatis vi can. 249, § 3, C. J. C., ob defectum

4302

http://www.obrascatolicas.com

aetatis, Sacrae huic Congregationi casum matrimonialem misit catholici, qui, die 25 Octobris 1919, nuptias cum muliere pariter catholica, in ecclesia paroeciali inierat.

Quidem sane, sive e documentis sive e testium depositionibus a Tribunali collectis, constat mulierem, partem conventam in causa, tempore celebrationis matrimonii, cum esset annorum tredecim, decem mensium atque undeviginti dierum, aetatem legitimam ad nuptias valide contrahendas, ad normam canonis 1067, § 1, nondum attigisse.

Extra dubium pariter est nullam, in casu, dispensationem super hoc aetatis defectu intercessisse nec matrimonium ipsum unquam, ad normam can. 1133-1135, convalidatum fuisse.

Quapropter, *in Congressu* Sacrae eiusdem Congregationis diei 5 Julii 1962, propositum est dubium sequenti formula expressum: «*An constet de evidenti matrimonii nullitate, in casu, ob defectum canonicae aetatis in muliere.*»

Hanc dubii formulam idem Congressus, processualibus universis tabulis ad trutinam revocatis, definitiva Sua sententia ita dimittendam esse censuit: *Affirmative*, id est, constat de evidenti nullitate matrimonii de quo agitur, ob defectum aetatis non dispensatum in muliere.

In Audientia autem diei 30 Julii eiusdem currentis anni, Ssmus Dominus Noster Joannes Papa XXIII, audita relatione infrascripti Cardinalis Praefecti huius Sacrae Congregationis, praefatam definitivam sententiam declaratoriam nullitatis matrimonii, die 25 Octobris 1919 initi, approbare dignatus est mandavitque ut sententia ab Excmo loci Ordinario executioni, ad normam juris mandaretur, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die 2 mensis augusti 1962.—Benedictus Card. Aloisi Masella, *Praefectus*.

* Jurist 23 (1963) 112-113.

3075

1962 AUG 6.-IOAN. XXIII, MOT. PR. AAS 54 (1962) 609-611

NORMAE STATUUNTUR CONCILII OECUMENICI VATICANI SECUNDI CELEBRANDI

IOANNES PP. XXIII

Appropinquante Concilio Oecumenico Vaticano II, magna cum animi Nostri laetitia iam nunc cogitatione complectimur proximum huiusmodi ac prorsus admirandum spectaculum, ingentem nempe sacrorum Antistitum numerum, qui undique gentium in hanc almam Urbem confluent, ut prope Apostolorum Principis sepulcrum una Nobiscum gratias persolvimus, non solum quod Nobis tanti aggrediendi operis consilium benigne indidit, verum etiam quod laboribus Concilio praeviis praesentissima semper affuit ope sua. Idque fiduciam Nostram apprime confirmat, neque in posterum in perficiendo opere eam defuturam esse largam supernorum praesidiorum copiam, quae in inchoando abunde affluxit.

Fructus sane uberrimos ex amplissimo hoc Consessu exspectat Catholica Ecclesia, quae, cum Iesu Christi sanctissima sponsa sit cunctarumque gentium mater et magistra, id summopere exoptat, ut universis filiis suis, iis non exceptis qui extra ipsius saepta versantur, veritatis lumen
610 afferat eosque / caritatis ardore magis magisque inflammet; quae quidem veritatis caritatisque superna bona ad unitatem et pacem assequendas conservandasque potissimum valent. Quae autem celebrandum Concilium Oecumenicum sibi proponit, ea ad mandatum illud explendum pertinent, a Christo Domino Apostolis concreditum, quod iam resonat in universo orbe ad extrema usque tempora: *Euntes... docete omnes gentes, baptizantes eos... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis* [1]. Tria profecto scilicet docendi, sanctificandi et regendi, ad quae rite exsequenda, Christus Iesus se ipsis affuturum usque ad saeculorum consummationem benigne promisit.

Instituendi vero homines sunt de iis quae ad rectam fidem et ad castos mores attinent; atque magis magisque recolere oportet, quae sit intima Ecclesiae natura, quaenam eius munera et fines. Etenim, quo magis radians Ecclesiae matris vultus innotescit, eo impensiore amore homines illam diligunt, procliviore animo ipsius salutis instrumenta adhibent ac disciplinam observant. Huc accedit quod nova doctrinarum artiumque incrementa humani generis imperium in rerum naturam latissime adauxerunt. Cum autem in iis reluceat aliquod divinae Sapientiae lumen quae *candor est... lucis aeternae et speculum sine macula Dei* [2]

[1] *Matth.* 28, 19. [2] *Sap.* 7, 26.

maiestatis, et imago bonitatis illius [3], optandum profecto est, ut exinde homines incitamenta sumant ad mores acriore studio excolendos et ad illam pertingendam intimam vitae perfectionem, ad quam suapte natura animus impellitur.

Res est quidem ante omnium oculos posita, celebrandum Oecumenicum Concilium, et numero et varietate illorum, qui eius coetibus interfuturi sunt, sine dubio ceteris, quae in Ecclesia habita sunt, praestiturum esse. Quod videlicet si solacii causa profecto est, nihilominus etiam nonnihil curae et sollicitudinis animo ingerit, cum revera arduum admodum videatur, tam amplissima consiliorum mole saplenter uti, tot oratorum voces persequi, omnium vota et optata mature expendere, et quae rata fuerint, ad effectum
611 deducere. Illud tamen addit / animum, quod Concilii Patres, etsi natione, stirpe et lingua diversi, omnes tamen Fratres Nostri in Christo sunt, atque omnes uno eodemque Spiritu aguntur [4], ita ut secundum Iesu Christi verba lux mundi verissime exstent, fructusque afferre valeant *in omni bonitate et iustitia et veritate* [5].

Ut huiusmodi fructus amplissimi sint, id profecto in primis praestabit Omnipotens Deus, omnium nostrum precibus exoratus per Christum Iesum, unum Dei hominumque Mediatorem, et per Beatissimam Virginem Mariam sanctumque eius sponsum Iosephum, quorum patrocinio praesertim Concilium concreditum voluimus; praestabit praeterea sedula atque consociata omnium opera, qui Concilio intererunt, dummodo concors sit aptoque ordine procedat. Quam ad rem, opportunum duximus normas condendas curare, quae, ratione habita peculiarium huius Concilii indolis atque adiunctorum, id conferant, ut in maximo huiusmodi Consessu labores suscipiendi recte dirigantur et expediantur, atque adeo *omnia honeste et secundum ordinem fiant* [6].

Quapropter, re mature perpensa, motu proprio atque Apostolica Nostra auctoritate, normas quae sequuntur decernimus ac promulgamus, easque ab omnibus ad amussim servari praecipimus in Concilio Oecumenico Vaticano secundo.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VI mensis Augusti, in festo Transfigurationis D. N. I. C., anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.—Ioannes Pp. XXIII.

[3] *Cfr. I Cor.* 12, 11. [4] *Eph.* 5, 8-9. [5] *I Cor.* 14, 40.

Adn. E. B. in NrT 84 (1962) 857-860; C. DE CLERCQ in Apoll. 35 (1962) 224-230.

3076

1962 AUG 6.-IOAN. XXIII, NORM. AAS 54 (1962) 612-631

ORDO CONCILII OECUMENICI VATICANI II CELEBRANDI

PARS PRIMA: **Personae in Concilio partem habentes**

Art. 1 *(Concilii participes)*. § 1. Concilium Oecumenicum constituunt cum Summo Pontifice Episcopi et alii a Summo Pontifice ad Concilium vocati; qui omnes Patres Conciliares appellantur.

§ 2. Si quis ad Concilium vocatus ad normam C. I. C. can. 223 § 1; C. I. O. De personis can. 168 § 1, iusto impedimento detentus, Concilio interesse nequeat, mittat procuratorem, qui se gerat ad normam C. I. C. can. 224 §§ 1-2; C. I. O. De personis can. 169 §§ 1-2.

§ 3. Patribus operam praestant theologi, canonistae, aliique experti; eisdemque Patribus ministrant Secretarius generalis, Subsecretarii, Magistri caeremoniarum, assignatores locorum, notarii, promotores, scrutatores, scribae, lectores, interpretes, translatores, tachigraphi, technici.

CAP. I—DE SESSIONIBUS PUBLICIS

Art. 2 *(Sessionum publicarum munus)*. In Sessionibus publicis, coram Summo Pontifice Patres vota proferunt de Decretorum vel Canonum formulis, in Congregationibus generalibus digestis, ut Summus Pontifex, si censeat, sententiam suam dicat eamque promulgari iubeat.

CAP. II—DE CONGREGATIONIBUS GENERALIBUS

Art. 3 *(Congregationum generalium munus)*. In Congregationibus generalibus, quae Sessionibus publicis praemittuntur,

Patres, praehabita disceptatione, Decretorum vel Canonum formulas statuunt. /

613 Art. 4 *(Congregationum generalium Praesidentia)*. § 1. Singulis Congregationibus generalibus unus ex decem S. R. E. Cardinalibus, a Summo Pontifice delectis, praeest nomine et auctoritate ipsius Summi Pontificis.

§ 2. Decem Cardinales, a Summo Pontifice delecti, constituunt Consilium Praesidentiae, cuius est, ex Summi Pontificis auctoritate, Patrum disputationes atque universam Concilii disciplinam moderari.

CAP. III—DE COMMISSIONIBUS CONCILIARIBUS

Art. 5 *(Commissionum munus)*. Commissiones conciliares operam navant Decretorum vel Canonum schematibus expendendis atque emendandis iuxta suffragia a Patribus in Congregationibus generalibus expressa.

Art. 6 *(Commissionum constitutio)*. § 1. Unicuique Commissioni praeest unus ex S. R. E. Cardinalibus, a Summo Pontifice nominatus.

§ 2. Quaelibet Commissio, praeter Praesidem, viginti quattuor Membra complectitur, quorum duae partes a Patribus, tertia vero a Summo Pontifice, ex Concilii Patribus eliguntur.

§ 3. Singuli Patres nonnisi uni Commissioni, uti Membra, adscribi possunt; cuiusvis vero Commissionis Praeses, si opportunum censuerit, quoslibet Patres consulere potest.

§ 4. Unusquisque Commissionis Praeses unum aut duos suae Commissionis Patres seligit, eosque Vicepraesides constituit, qui ipsum adiuvent et absentem vel impeditum suppleant.

§ 5. Commissionis Praeses unum ex conciliaribus theologis seu canonistis seu expertis eligit, qui secretarii munere fungatur.

Art. 7 *(Commissionum elenchus)*. § 1. Commissiones conciliares decem constituuntur, nempe: *a)* de doctrina fidei et
614 morum; *b)* de Episcopis et Dioecesium regimine; *c)* de Ecclesiis Orientalibus; *d)* de Sacramentorum disciplina; *e)* de disciplina Cleri et populi christiani; *f)* de Religiosis; *g)* de Missionibus; *h)* de Sacra Liturgia; *i)* de Seminariis, de studiis et de educatione catholica; *l)* de fidelium apostolatu; de scriptis prelo edendis et de spectaculis moderandis.

§ 2. Accedunt: I) Secretariatus de Concilii negotiis extra ordinem: cuius munus est novas peculiares a Patribus exhibitas quaestiones examini subicere et, si res postulet, Summo Pontifici deferre.

Hic Secretariatus certo Patrum Cardinalium numero constat, quibus praeest Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis; Secretarii autem munere fungitur Secretarius generalis Concilii.

II) Secretariatus ad unitatem Christianorum fovendam;

III) Commissio Technico-organizativa;

IV) Secretariatus de rebus oeconomicis.

Instituta, de quibus in nn. II), III), IV), eadem munera habent iisdemque constant personis ac in periodo praeparatoria Concilii.

CAP. IV—DE TRIBUNALI ADMINISTRATIVO

Art. 8 *(Tribunalis administrativi constitutio)*. § 1. Peculiare tribunal a Summo Pontifice constituitur quod quaestiones definiat de Concilii disciplina, de excusationibus et de querellis.

§ 2. Tribunali administrativo praeest unus ex S. R. E. Cardinalibus, a Summo Pontifice electus; ac praeter eum, Tribunalis Membra sunt decem Patres, a Summo Pontifice pariter electi.

§ 3. Tribunal administrativum quaestiones definit per turnos trium Membrorum; et, in casu recursus, videntibus omnibus.

§ 4. Tribunal administrativum, sepositis iuris sollemnitatibus, solam rerum veritatem spectans, iudicat.

§ 5. Tribunali administrativo adsistit unus ex notariis con-
615 ciliaribus et, si casus ferat, unus ex Promotoribus conciliaribus. /

CAP. V—DE THEOLOGIS, CANONISTIS ALIISQUE EXPERTIS

Art. 9 *(Periti conciliares)*. Theologi, canonistae aliique experti, qui Peritorum conciliarium nomine veniunt, Summi Pontificis auctoritate designantur.

Art. 10 *(Peritorum conciliarium officium)*. § 1. Periti conciliares Congregationibus generalibus intersunt; at, nonnisi interrogati, loquuntur.

§ 2. Iuxta Commissionum Praesidum designationem et rationem, Periti conciliares cuilibet Commissioni operam navant, adlaborando cum eius Membris in schematibus expendendis et emendandis atque in conficiendis relationibus.

Art. 11 *(Periti privati)*. § 1. Singuli Patres consilio et opera uti possunt non solum Peritorum conciliarium, sed etiam alicuius vel theologi vel canonistae vel experti privati.

§ 2. Periti vero privati Congregationibus generalibus et Commissionum coetibus non intersunt, sed obligatione, iureiurando firmata, tenentur servandi secretum de actis et disputatis in Concilio.

CAP. VI—DE SECRETARIA GENERALI

Art. 12 *(Secretariae generalis constitutio)*. Concilii Secretaria generalis, quam Secretarius generalis moderatur, in quattuor partitur Officia, nempe: *a)* de sacris ritibus; *b)* de negotiis peragendis; *c)* de actibus scribendis ac servandis; *d)* de rebus technicis. /

616 Art. 13 *(Ministrorum ac Officialium elenchus)*. Secretarius generalis; duo Subsecretarii.

I. Officium de sacris ritibus: Praefectus caeremoniarum; Magistri caeremoniarum; Assignatores locorum.

II. Officium de negotiis peragendis: Notarii; Promotores; Scrutatores.

III. Officium de actibus scribendis ac servandis: Scribae; Lectores; Interpretes; Translatores; Tachigraphi.

IV. Officium de rebus technicis: Addicti instrumentis technicis.

Art. 14 *(Ministrorum et Officialium nominatio)*. Omnes Ministri et Officiales, qui Concilii negotia curant, Summi Pontificis auctoritate nominantur.

Art. 15 *(Singulorum Ministrorum et Officialium munera)*. § 1. Secretarius generalis Praesidentiae operam navat; post Sessiones publicas vel Congregationes generales, res gerendas, sibi praefinitas, exsequitur; tandem Concilii Acta sedulo colligenda, disponenda et asservanda curat.

§ 2. Subsecretarii Secretarium generalem adiuvant eumque absentem aut impeditum suppleant.

§ 3. Praefectus caeremoniarum ordinat ac dirigit sacros ritus et caeremonias; eumque Magistri caeremoniarum et locorum assignatores adiuvant.

§ 4. Assignatores locorum, iuxta statutum indiculum, Patres ad / locum ipsis paratum deducunt, nomina Patrum prae- 617
sentium adnotant et curant ut ab iisdem Patribus praesentiae schedula conficiatur.

§ 5. Notarii de omnibus, quae in Sessione publica, in Congregatione generali et in Tribunali administrativo gesta fuerint, instrumenta conficiunt eaque ordinant atque in archivo custodiunt.

§ 6. Promotores in fine singularum Sessionum publicarum sollemni formula rogant, ut de rebus in Sessione gestis per Concilii notarios praesentes authenticum instrumentum seu instrumenta conficiantur.

§ 7. Scrutatores in Sessionibus publicis et in Congregationibus generalibus Patrum suffragia colligunt et summam conficiunt.

§ 8. Scribae adnotationes curant de rebus gestis in Sessionibus publicis et in Congregationibus generalibus, ut de eis relationes scriptae fieri possint; curant praeterea typis edenda schemata, notificationes ceteraque nuncia in Concilio legenda vel Patribus distribuenda.

§ 9. Lectores Patribus praesto sunt ad eorum orationes legendas.

§ 10. Interpretes Patribus disceptantibus in usu linguarum operam navant.

§ 11. Translatores, Patrum orationes linguis vernaculis scriptas, in linguam latinam transferunt; itemque actorum et documentorum textum latinum curant.

§ 12. Tachigraphi Patrum orationes ac disceptationes in Congregationibus generalibus scripto mandant; dein suas notas in communem scripturam translatas Secretario generali tradunt ut relationes scriptae officiales conficiantur.

§ 13. Addicti instrumentis technicis horum rectum exercitium curant.

CAP. VII—DE GENERALIBUS CONCILII CUSTODIBUS

Art. 16 *(Custodum generalium munus)*. Custodes duo, iuxta Ecclesiae morem a Summo Pontifice nominati, Summum Pontificem et Patres Aulam conciliarem adeuntes comitantur et Concilii aditibus invigilant. / 618

CAP. VIII—DE SUFFICIENDIS PERSONIS

Art. 17 *(Personarum suffectio)*. Si qua, ex personis in Concilio partem habentibus, quacumque ex causa defecerit, in eius locum alia persona a competenti Auctoritate sufficitur.

CAP. IX—DE OBSERVATORIBUS

Art. 18 *(Concilii Observatores)*. § 1. Legati Christianorum ab Apostolica Sede seiunctorum, qui tamquam observatores Concilio adsistere a Sancta Sede permittuntur, adesse possunt Sessionibus publicis et Congregationibus generalibus, exceptis peculiaribus casibus, a Consilio Praesidentiae determinandis, non autem conventibus Commissionum, nisi competens Auctoritas permiserit; ius autem loquendi ac suffragium ferendi in Concilii disceptationibus non habent.

§ 2. Observatores de iis, quae in Concilio acta sunt, certiores facere possunt suas Communitates; secretum autem erga ceteros servare tenentur sicut Patres Concilii ad normam Art. 26.

§ 3. Secretariatus ad unitatem Christianorum fovendam

http://www.obrascatolicas.com

rationes moderatur, quae inter Concilium et Observatores intercedunt, ita ut ipsi Concilii labores sequi possint.

Pars secunda: Normae in Concilio servandae

Cap. I—De temporibus et locis conventuum

Art. 19 *(Conventuum tempora)*. § 1. Quivis conciliaris conventus Patribus opportuno tempore significatur.

§ 2. In quavis Congregatione generali, proxime sequentis
619 Congregationis indictio fit. /

§ 3. Intimatio singulis facta tunc tantum locum habet, cum id Praeses necessarium iudicaverit.

Art. 20 *(Conventuum loca)*. § 1. Sessiones publicae et Congregationes generales in Patriarchali Basilica Sancti Petri locum habent.

§ 2. Commissionum conciliarium conventus in peculiaribus locis, ad hoc praefinitis, habentur.

Cap. II—De vestibus adhibendis

Art. 21 *(Paramenta sacra in Sessione publica induenda)*. § 1. Patres, quovis tempore, adhibent paramenta sacra albi coloris.

§ 2. Singuli paramenta sumunt quae sequuntur: *a)* Cardinales paramenta propria sui ordinis cum mitra sericodamascena; *b)* Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi tam residentiales quam titulares pluviale cum mitra ex tela; *c)* Abbates et Praelati *nullius* pluviale cum mitra ex tela; *d)* Reliqui Patres habitum choralem sibi proprium.

Art. 22 *(Vestes in Congregatione generali induendae)*. In Congregatione generali singuli Patres vestes induunt quae sequuntur: *a)* Cardinales habitum cardinalitium, rubrum vel violaceum secundum temporis diversitatem, cum rocheto, cum rocheto, mantelletta et mozeta; *b)* Patriarchae habitum violaceum, mantelletta et mozeta: Patriarchae Orientales habitum proprii ritus; *c)* Archiepiscopi et Episcopi, sive residentiales sive titulares, habitum violaceum cum rocheto et mantelletta tantum; *d)* Abbates et reliqui Religiosi habitum choralem proprium.

Art. 23 *(Vestes in Commissionibus induendae)*. Omnes, quibus pertinet, induunt habitum planum sine lacerna; ceteri
620 proprium publicum. /

Cap. III—De praecedentia

Art. 24 *(Praecedentiae ordo)*. § 1. In Sessionibus publicis, in Congregationibus generalibus et in Commissionibus conciliaribus Patres iuxta praecedentiae ordinem sedent, loquuntur et vota proferunt; ita nempe: S. R. E. Cardinales Episcopi, Presbyteri, Diaconi; Patriarchae; Primates; Archiepiscopi; Episcopi; Abbates et Praelati *nullius*; Abbas Primas, Abbates Superiores Congregationum monasticarum, Supremi Moderatores religionum clericalium exemptarum.

§ 2. Inter eos, qui ad eundem gradum pertinent eundemque ordinem habent, praecedit qui prius promotus fuit ad gradum; si eodem tempore promoti sunt, senior ordinatione, nisi iunior ordinatus fuerit a Summo Pontifice; et si eodem tempore ordinem receperint, senior aetate (cf. C. I. C. can. 106, 3.°; C. I. O. De personis can. 37, 3.°).

§ 3. Si quis Pater forte extra ordinem sedeat, sententiam proferat vel alios actus faciat, nullum ius adquirit, ac nemini praeiudicium affert.

§ 4. Procuratores sedent loco sibi peculiariter assignato, servato inter ipsos praecedentiae ordine. Suo pariter loco sedent Periti conciliares.

Cap. IV—De fidei professione

Art. 25 *(Fidei professionis obligatio)*. § 1. Praeses fidei professionem emittit coram Concilio (cf. C. I. C. can. 1406 § 1, 1.°).

§ 2. Secretarius generalis fidei professionis formulam legit in quam omnes Patres, tacto pectore, consentiunt dicentes: *Ego N. N. ... spondeo, voveo, et iuro iuxta formulam perlectam. Sic me Deus adiuvet.*

§ 3. Procuratores, Periti conciliares, Ministri et Officiales
621 antequam Concilium ineatur, die et hora praestitutis fidem profitentur coram Praeside eiusve delegato. /

Cap. V—De secreto servando et de munere fideliter implendo

Art. 26 *(Patrum obligatio secreti servandi)*. Patres de discussionibus in Concilio habitis et de singulorum sententiis secretum servare tenentur.

Art. 27 *(Procuratorum, Peritorum, Ministrorum, Officialium obligationes)*. Procuratores, Periti conciliares, Ministri, Officiales et ceteri, qui operam suam in rebus Concilii praestant, antequam Concilium ineatur, iusiurandum coram Praeside eiusve delegato emittere tenentur de munere fideliter adimpiendo et de secreto servando circa acta, discussiones, singulorum Patrum sententias, suffragia.

Cap. VI—De lingua in Concilio adhibenda

Art. 28 *(Lingua in Sessionibus publicis, in Congregationibus generalibus, in Tribunali administrativo, in actis adhibenda)*. In Sessionibus publicis, in Congregationibus generalibus, in Tribunali administrativo et in actis exarandis lingua latina adhibetur; quo autem eius usus expeditior evadat, praesto sunt lectores, interpretes ac translatores.

Art. 29 *(Lingua in Commissionibus adhibenda)*. In Commissionum disceptationibus praeter latinam linguam adhiberi possunt communiores linguae vernaculae, sed quae iis linguis expressa sunt, statim in linguam latinam sunt vertanda. /
622

Cap. VII—De colligendis ac distribuendis actis et documentis

Art. 30 *(Ratio colligendi ac distribuendi acta et documenta)*. § 1. Omnia acta et documenta colliguntur ac distribuuntur per Secretarium generalem.

§ 2. Decretorum et Canonum schemata, necnon quivis textus adprobandus, ita Patribus distribuenda sunt ut iisdem congruum relinquatur temporis spatium ad consilia capienda, maturanda iudicia et determinanda suffragia.

Cap. VIII—De schematum examine

Art. 31 *(Schematum examinis gradus)*. Schematum examen sequentibus gradibus perficitur: *a)* schema proponitur ac brevitur illustratur; *b)* schemati inferuntur animadversiones et proponuntur eiusdem emendationes; *c)* emendationes perpenduntur atque admittuntur vel reiciuntur; *d)* schema reformatur iuxta adprobatas emendationes; *e)* si schema reformatum novis egeat emendationibus, iterum atque iterum emendatur donec adprobetur.

Art. 32 *(Schematis propositio)*. Quodcumque argumentum disceptandum in Congregatione generali proponitur ac breviter illustratur a Relatore, quem designavit competentis Commissionis Praeses.

Art. 33 *(Emendationum propositio)*. § 1. Quivis Pater verba facere potest de unoquoque proposito schemate vel admittendo, vel reiciendo, vel emendando, suae orationis summa Secretario generali saltem tres ante dies scripto exhibita.

§ 2. Oratio ita ordinanda est ut prius de principiis generalibus, / postea vero de particularibus dispositionibus agatur, 623
schematis ipsius semper ordine servato.

§ 3. Quilibet Pater de una eademque re, ex regula, semel tantum loqui potest, idemque rogatur decem momenta ne excedat.

§ 4. Si orator obiecti vel temporis assignatos limites praetergrediatur, potest a Praeside ad eosdem revocari.

§ 5. Qui emendationes proposuit, absoluto sermone, scriptam relationem eandemque a se subscriptam Secretario generali tradere debet.

§ 6. Qui singula verba vel paragraphos schematis emendanda censuerit, scriptam formulam proponere tenetur, prioribus substituendam.

Art. 34 *(Emendationum admissio vel reiectio)*. Congregatio generalis, post Relatoris declarationem, suffragium fert utrum singulae propositae emendationes reiciendae an schemati inserendae sint.

Art. 35 *(Emendati textus examen)*. Congregatio generalis, audita Relatoris declaratione, singulas integri textus emendati partes examinat easque adprobat vel minus.

Art. 36 *(Subsequentium emendationum examen)*. Si quae emendati schematis partes a Congregatione generali non fuerint adprobatae, ad subsequentes inserendas emendationes eadem ratio ac pro praecedentibus adhibetur ad normam Art. 33-35.

Cap IX.—De suffragiis ferendis

Art. 37 *(Formula adhibenda)*. § 1. In Sessionibus publicis, coram Summo Pontifice, formula est: *placet, non placet*.

§ 2. In Congregationibus generalibus pro emendationibus admittendis vel reiciendis formula est: *placet, non placet;* pro unoquoque schemate emendato, sive integro sive diviso, formula est: *placet, non placet, placet iuxta modum*. Qui suffragium dederit: *placet iuxta modum*, tenetur modum clare et concinne scripto tradere. /
624

§ 3. In Commissionibus conciliaribus ad suffragia ferenda adhibetur formula: *placet, non placet, placet iuxta modum*.

Art. 38 *(Modus ferendi suffragia)*. § 1. In Sessionibus publicis et in Congregationibus generalibus suffragia feruntur aptis schedulis, nisi Praeses alium modum praeceperit, ex. gr. surgendo vel sedendo, manum elevando vel minus.

§ 2. In Commissionibus conciliaribus modus ferendi suffragia ab uniuscuiusque Commissionis Praeside determinatur.

Art. 39 *(Suffragiorum maioritas)*. § 1. Ad constituendam maioritatem in Sessionibus publicis, in Congregationibus generalibus et in Commissionibus conciliaribus requiruntur duae tertiae partes suffragiorum Patrum praesentium, exceptis electionibus, pro quibus applicatur C. I. C. can. 101 § 1, 1.°. et nisi aliud a Summo Pontifice statutum fuerit.

§ 2. Si a Commissionibus conciliaribus, in conficiendo novo textu iuxta emendationes a Congregatione generali adprobatas, praescripta maioritas, quamvis studium et cura adhibita sint, obtineri non potuerit, res tota referatur ad Congregationem generalem.

§ 3. In Tribunali administrativo id decisum habetur quod placuerit parti absolute maiori eorum qui suffragium ferunt.

Cap. X—De novis proponendis quaestionibus

Art. 40 *(Condiciones ad novas propositas quaestiones admittendas)*. § 1. Novae propositae quaestiones nequeunt admitti nisi: *a)* publicum rei christianae bonum respiciant; *b)* necessarium sit aut saltem opportunum illas a Concilio expendi; *c)* nihil contineant quod a constanti Ecclesiae sensu eiusque traditionibus alienum sit.

§ 2. Novae quaestiones una cum rationibus Praesidi scripto
625 sunt exhibendae. /

Cap. XI—De discessu et absentia

Art. 41 *(Patrum discessus)*. «Nemini eorum qui Concilio interesse debent, licet ante discedere, quam Concilium sit rite absolutum, nisi a Concilii Praeside cognita et probata discessionis causa et impetrata abeundi licentia» C. I. C. can. 225; C. I. O. De personis can. 170.

Art. 42 *(Patrum absentia)*. Qui alicui Sessioni publicae vel Congregationi generali interesse nequit, Consilio Praesidentiae per Secretarium generalem absentiae rationem significare debet.

Cap. XII—De dispensatione ab obligatione residentiae

Art. 43 *(Beneficiorum fructuum perceptio)*. Omnes, qui Concilio interesse tenentur vel eidem operam quovis titulo legitime impendunt, Concilio perdurante et donec eidem adsistunt vel inserviunt, quoslibet suorum beneficiorum reditus ac distributiones quotidianas percipere valent, iis tantum exceptis, quae inter praesentes fieri dicuntur (cf. C. I. C. can. 420 § 1, 9.°).

Pars tertia: Ratio procedendi

Cap. I—De ratione procedendi in sessionibus publicis

Art. 44 *(Sacrorum rituum et caeremoniarum ordo)*. Omnia quaecumque spectant sacros ritus et caeremonias peraguntur
626 iuxta peculiarem Instructionem a Summo Pontifice probatam. /

Art. 45 *(Sessionum publicarum indictio)*. Praeses Congregationum generalium, iuxta mandata a Summo Pontifice accepta, Sessionum publicarum diem et horam statuit eademque Patribus opportune signficat.

Art. 46 *(Sessionis publicae initium)*. § 1. Die et hora statutis, Patres, Periti conciliares una cum Ministris et Officialibus in Aulam conciliarem conveniunt.

§ 2. Assignatores locorum Patres advenientes ad loca ipsis parata deducunt et nomina praesentium notanda curant ad normam Art. 15 § 4.

§ 3. Missa ab uno ex S. R. E. Cardinalibus celebratur iuxta praecedentem Praesidis designationem.

Art. 47 *(Decretorum et Canonum lectio)*. Secretarius generalis accedit ad solii gradus Summi Pontificis, a quo recipit Decreta et Canones in eadem Sessione examinanda; dein illa ex ambone legit.

Art. 48 *(Decretorum et Canonum suffragatio)*. § 1. Lectis Decretis et Canonibus, Secretarius generalis sequenti formula interrogat Patres: *Emi, Excmi, ac Revmi Patres, placentne Vobis Decreta et Canones quae hac Constitutione continentur?*

§ 2. Secretario generali interroganti Patres respondent vota in schedula scribendo, adhibita formula *placet* vel *non placet*, eamque subscribendo.

§ 3. Scrutatores schedulas colligunt et Secretario generali tradunt, ut scrutinium fiat, de quo notarii referunt in actis.

Art. 49 *(Decretorum et Canonum promulgatio)*. § 1. Secretarius generalis suffragiorum summam reverenter exhibet Summo Pontifici dicens: *Beatissime Pater: Decreta et Canones modo examinata placuerunt omnibus Patribus, nemine excepto* (vel si qui forte dissenserint, *tot numero exceptis)*.

§ 2. Summus Pontifex si Decreta et Canones confirmare
627 dignatur, / sollemnem formulam pronuntiat: *Decreta et Canones modo lecta placuerunt Patribus, nemine dissentiente* (vel si quis forte dissenserit, *tot numero exceptis), nosque sacro approbante Concilio, illa ita decernimus, statuimus atque sancimus, ut lecta sunt.*

Art. 50 *(Decretorum et Canonum probatorum instrumentum)*. § 1. Protonotarii et Promotores accedunt ad ultimum solii gradum.

§ 2. Promotores, in medio infimi gradus genuflexi, Protonotarios rogant ut de omnibus quae in Sessione acta sunt unum aut plura instrumentum vel instrumenta conficiant.

§ 3. Senior Protonotarius respondet: *Conficiemus, vobis testibus*, innuens Praepositum Domui Pontificiae et Praefectum Cubiculi, qui pro hoc actu prope dexterum solii latus consistunt.

Art. 51 *(Sessionis publicae finis)*. § 1. Summus Pontifex, post cantum hymni *Te Deum laudamus*, benedictionem impertitur.

§ 2. Secretarius generalis uniuscuiusque Sessionis publicae relationem scriptam conficiendam ac servandam curat.

Cap. II—De ratione procedendi in congregationibus generalibus

Art. 52 *(Congregationum generalium indictio)*. In prima Sessione publica Praeses Congregationum generalium Patribus diem et horam significat, quibus eaedem initium sument.

Art. 53 *(Argumentorum ordo)*. Opportuno tempore Praeses Patres certiores facit de ordine disceptationum.

Art. 54 *(Congregationis generalis initium)*. § 1. Die et hora statutis, Patres, Periti conciliares una cum Ministris et Officialibus in Aulam conciliarem conveniunt. /
628

§ 2. Assignatores locorum Patres advenientes ad loca ipsis parata deducunt et nomina praesentium notanda curant ad normam Art. 15 § 4.

§ 3. Missa de Spiritu Sancto celebratur ab uno ex Patribus a Praeside designato; dein Praeses recitat precem: *Adsumus*.

Art. 55 *(Electio Membrorum Commissionum conciliarium)*. Antequam incipiant disputationes, eliguntur a Patribus Membra Commissionum ad normam Art. 6 §§ 2-3, 39 § 1.

Art. 56 *(Schematis propositio et illustratio)*. Praeses argumentum disceptandum nuntiat, et ad ambonem vocat Relatorem, a Praeside competentis Commissionis designatum, ut argumentum disceptandum breviter illustret.

Art. 57 *(Schematis discussio)*. § 1. Praeses, iuxta indicem a Secretario generali confecto, ex ordine ad loquendum Patres vocat, qui antea nomina sua ad hunc finem significaverint.

§ 2. Oratores invicem succedunt proponentes emendationes, quas, absoluto sermone, scriptas Secretario generali tradunt.

§ 3. Oratorum indice exhausto, Praeses facultatem loquendi concedere potest Patribus, qui illam petierint perdurante ipsa Congregatione.

Art. 58 *(Emendationum transmissio ad Commissiones)*. § 1. Absoluta de aliquo schemate vel de eius parte expositione, Praeses decernit propositas emendationes competenti Commissioni mittendas esse.

§ 2. Si quae emendationes duarum vel plurium Commissionum intersint, Praeses statuit quibus Commissionibus emendationes sint mittendae ut ab ipsis Commissionibus unum examen et una eademque relatio conficiatur.

§ 3. Secretarius generalis collectas emendationes ad Commissionem vel Commissiones mittit iuxta Praesidis designationem. /
629

Art. 59 *(Subsequentium schematum examen)*. Cum subsequentes gradus examinis alicuius schematis continuo peragi nequeunt, hi ad aliud tempus differuntur; atque interim aliorum schematum examen peragi potest.

Art. 60 *(Emendationum examen)*. § 1. Expensae a Commissionibus emendationes typis impressae una cum concinna relatione Patribus distribuuntur.

§ 2. Die a Praeside statuto, Relator scriptam de emendationibus relationem illustrat.

§ 3. Secretarius generalis singulas emendationes legit; atque de unaquaque admittenda vel reicienda Patres schedula suffragium ferunt, verbis *placet* vel *non placet*.

§ 4. Scrutatores schedulas colligunt et Secretario generali tradunt, ut scrutinium fiat, de quo notarii referunt in actis.

§ 5. Peracta de emendationibus suffragatione, Secretarius generalis eiusdem exitum Patribus et competenti Commissioni significat.

Art. 61 *(Textus emendati examen)*. § 1. Competens Commissio sive unica sive ex pluribus constituta ad normam Art. 58 § 2, sepositis emendationibus non adprobatis, schema vel schematis partem reformat iuxta probatas emendationes.

§ 2. Textus emendatus, typis impressus, Congregationis generalis Praesidi traditur atque inter Patres distribuitur.

§ 3. Statuto tempore, Patres, audito Relatoris declaratione, de emendato textu sive integro sive diviso, iuxta Praesidis ordinationem, schedulis vota proferunt, adhibita formula: *placet, non placet, placet iuxta modum;* qui votum dederit *placet iuxta modum*, schedulae adicere tenetur *modum* ab ipso intentum.

§ 4. Schema sive integrum sive divisum maioritate suffragiorum probatur vel reicitur.

§ 5. Excepto casu quo schema integrum vel divisum maioritate suffragiorum relectum fuerit, *modi* propositi examini subiciuntur ad normam Art. 58-60. /
630

§ 6. Postquam omnes schematis partes singulae probatae fuerint, schema integrum probatum censetur.

§ 7. In peculiaribus casibus Praeses novam potest suffragationem super integro schemate exquirere, quo in casu Patres

http://www.obrascatolicas.com

suum iudicium proferunt schedula, adhibita formula *placet* vel *non placet*.

Art. 62 *(Schematis probati Summo Pontifici praesentatio)*. Schema a Congregatione generali probatum, per Praesidem Summo Pontifici defertur, cuius est, si censeat, illud Sessioni publicae subicere eiusdemque Sessionis diem statuere.

Art. 63 *(Congregationis generalis finis)*. § 1. Congregationi generali finis a Praeside imponitur prece: *Agimus*.

§ 2. Secretarius generalis curat ut uniuscuiusque Congregationis apta relatio scripta fiat, quae summam rerum gestarum contineat atque Praesidis et suipsius subscriptione firmetur.

§ 3. Una cum relatione scripta Secretarius generalis omnia Congregationis acta in Concilii archivo sedulo asservanda curat.

Cap. III—De ratione procedendi in commissionibus

Art. 64 *(Commissionum conciliarium indictio)*. Cuiusvis Commissionis Praeses tempora et reliquas circumstantias definit, quibus Patres suae Commissionis convenire debent, eaque eiusdem Commissionis Membris significat.

Art. 65 *(Schematis studium et Relatoris designatio)*. § 1. Commissionis Praeses unumquodque schema Patrum suae Commissionis studio subicit.

§ 2. Praesidis est definire disceptationis rationem, Patrum ac Peritorum consilia exquirendo, linguam adhibendam ad normam Art. 29, modum ferendi suffragia ad normam Articuli 38 § 2.

§ 3. Commissionis Praeses Relatorem designat, qui schema proponat atque illustret in Congregatione generali iuxta
631 mentem Commissionis. /

Art. 66 *(Emendationum ordinatio)*. § 1. Propositas a Patribus in Congregationibus generalibus emendationes competens Commissio, sive unica sive ex pluribus constituta ad normam Art. 58, ordinat atque coordinat.

§ 2. Commissionis Praeses ex Patribus suae Commissionis Relatorem confirmat vel alium eligit, qui de propositis emendationibus scriptam relationem conficiat, in Congregatione generali verbis declarandam.

§ 3. Commissionis Secretarius emendationes ordinatas ac de eiusdem relationem typis imprimendas curat atque per Secretarium generalem Congregationis generalis Praesidi tradit et Patribus distribuit.

Art. 67 *(Emendationum inserto)*. § 1. Suffragatione de emendationibus peracta, Praeses competentis Commissionis, sive unicae sive ex pluribus Commissionibus constitutae ad normam Art. 58, curat ut adprobatae emendationes schemati inserantur ita ut novus textus fiat, idemque typis impressus Patribus distribuatur.

§ 2. Textus emendatus iudicio Congregationis generalis subiici nequit, nisi in Commissione retulerit praescriptam suffragiorum maioritatem ad normam Art. 38 §§ 1-2.

Art. 68 *(Subsequentes textus emendationes)*. Si Congregatio generalis, postquam textum emendatum examinaverit, novas requirat emendationes, competens Commissio eas peragendas curat iuxta suffragia in Congregatione generali a Patribus expressa.

Art. 69 *(Conventuum scripta relatio)*. De unoquoque conventu Secretarius Commissionis scriptam relationem confieit.

Art. 70 *(Normae complementares)*. Ubi peculiares normae Commissionibus conciliaribus non traduntur, ratio procedendi Commissionis rationem procedendi Congregationis generalis imitatur.

3077

1962 AUG 27.-CONV. CUM AUSTRIA. AAS 54 (1962) 652

Ratihabitio Conventionis inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam circa religionem docendam in scholis publicis

Vide *textum* sub die 9 Iul. 1962: LE 3069.

3078

1962 SEP 5.-IOAN. XXIII, MOT. PR. AAS 54 (1962) 632-640

Quaedam praecipiuntur vacante Sede Apostolica valitura

IOANNES PP. XXIII

Summi Pontificis electio quoniam cum maximis catholicae Ecclesiae momentis profecto coniungitur, facile id-

circo tenetur, cur e Decessoribus Nostris non pauci, pro mutatis temporum rationibus, de vacante Apostolica Sede mutatas normas ediderint. Quamvis enim ipsis esset persuasum in eiusmodi rerum condicione Christum Iesum peculiari quadam assiduitate Sponsae suae adesse, iure tamen meritoque arbitrati sunt, ab hominibus, quorum maxime interesset, nullam desiderari debere consilii prudentiam, quae, per illud temporis spatium, rectum rerum pollicere-
tur cursum.

Horum Nos exemplum secuti, Nostras esse partes putamus nonnullas tradere normas, quarum necessitatem vel rerum usus, vel recens invectae consuetudines ostendere visae sunt. Quae normae cum nonnulla tantummodo disciplinae capita respiciant, legum corpus renovandum non censemus, quae Constitutione Apostolica *Vacantis Apostolicae Sedis* continentur, a Decessore Nostro f. r. Pio XII edita [1]; sed has iubemus vel superioribus normis addi, quae omnino novae sint, vel eas immutari quae aliquid de eadem re praecipiant.

Itaque re diu ac mature perpensa, certa scientia et de Nostrae potestatis plenitudine has Apostolicas Litteras motu proprio damus, quibus Sacrum Cardinalium Collegium, hac Petri Sede vacante, in Romano Pontifice eligendo utatur, normis eiusdem superioris Constitutionis abrogatis, quae hisce Nostris praeceptis non congruant.

I. Sive Augusto Pontifice decumbente, sive eodem vita functo, nemini liceat in eius diaetis neque imagines obiectu lucis pingere, neque voces postea reddendas in magnetophonii / taeniola imprimere. Si quis vero, Summo Pontefice 633
defuncto, hoc genus imagines, probationis vel testimonii causa, imprimere cupiat, id petere a Cardinali Camerario S. R. E. poterit, qui tamen Summum Pontificem lucis obiectu referri nequaquam sinet, nisi pontificalibus vestibus indutum.

II. Translaticiis funeris caeremoniis persolutis, cunctaque fidelium multitudine a Petriano templo dimissa, exuviae Summi Pontificis per ianuam, quam a S. Martha appellant, in Cryptas Vaticanas inferantur, prosequentibus dumtaxat Cardinalibus Ordinum Capitibus, Cardinali Basilicae Petrianae Archipresbytero, Cardinali qui fuit extremus a publicis Ecclesiae negotiis, et aliquot Canonicis Vaticanis. In Cryptis vero dum capularis capsa igne ferruminatur, praeter plumbarios, ii tantummodo adesse praesentes poterunt, quos modo diximus, et defuncti Summi Pontificis consanguinei.

III. Si quo tempore Summus Pontifex e vita discedit, Cardinalis Camerarii munus vacet, eum sacrum Cardinalium Collegium statutis servatis praescriptionibus quam primum eligat. Sed antequam hoc fiat, Sacri Collegii Decanus eius interim agat partes, in commemorata Decessoris Nostri Constitutione Apostolica explanatas [2]; ac nulla interposita mora consilia capiat, quae res praesens suadeat.

IV. Placet Nobis ne inter habendum Conclave, quod vocant, diaetarum Summi Pontificis privatarum ulla pars habitetur.

V. Aperte constare volumus, Praelatos Clericos Reverendae Camerae Apostolicae, Sancta Sede vacante, sub dicione esse Cardinalis Camerarii.

VI. Formula iurisiurandi a Cardinalibus iuxta praescriptum 12 [3] memoratae Constitutionis dandi, haec, quae sequitur, / erit. Quam Cardinalis Decanus coram omnibus 634
Cardinalibus iubebit a Praefecto Apostolicarum Caeremoniarum elata voce legi:

Nos Episcopi, Presbyteri et Diaconi S. R. E. Cardinales promittimus, vovemus et iuramus, inviolate et ad unguem Nos omnes et singulos esse observaturos omnia quae continentur in Constitutione Summi Pontificis Pii Decimi Secundi, quae incipit verbis Vacantis Apostolicae Sedis, *data die octavo decembris anno millesimo mongentesimo quadragesimo quinto, atque in Motu Proprio Summi Pontificis Ioannis Vigesimi Tertii, cuius initium est* Summi Pontificis Electio. *Item promittimus, vovemus, et iuramus, quicumque nostrum Romanus Pontifex, Deo sic disponente, erit electus, eum iura spiritualia et temporalia —praesertim quae ad eilem Romani Pontificis principatum spectant— libertatemque Sanctae Sedis integre ac strenue adserere atque tueri et, si opus fuerit, vindicare numquam esse destiturum.*

Praecipue autem promittimus et iuramus, Nos religiosissime et quoad omnes, etiam familiares seu Conclavistas nostros, secretum esse servaturos de iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis quomolibet pertinent, et de iis quae in Cardinalium Congregationibus, ante Conclave vel inter

[1] Cfr. Pii XII Pont. Max., Constitutio Apostolica *Vacantis Apostolicae Sedis*, 8 Decemb. 1945, *A. A. S.*, XXXVIII (1946), pp. 65-99 [LE 1841]. [2] *Ibid.*, pag. 72 [LE 1841]. [3] *Ibid.*, pag. 69.

ipsum habitis, de hac re acta vel decreta sint, itemque de iis quae in Conclavi seu in loco electionis aguntur, scrutinium directe vel indirecte respicientibus, neque idem secretum quo quo modo violaturos, sive inter Conclave, sive etiam post novi Pontificis electionem, nisi peculiaris facultas aut certa venia ab eodem futuro Pontifice Nobis tributa fuerit; itemque nullo modo a quavis civili potestate, quovis nomine, munus proponendi Veto *sive* Exclusivam, *etiam sub forma simplicis optationis, esse recepturos, neque ipsum hoc* Veto, *qualibet ratione Nobis cognitum, patefacturos, sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis purpuratis Patribus, sive scripto, sive ore, sive directe ac prozime, sive oblique ac per alios, sive ante Conclave sive inter ipsum; nullique interventui, intercessioni, alitive cuilibet modo, quo laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerin sese Pontificis electioni immiscere, auxilium vel favorem praestituros.*

Deinde singuli Cardinales dicent:

635 *Et Ego N. Cardinalis N. spondeo, voveo, ac iuro. /*

Et imponentes utramque manum super Evangelium, adiungent: *Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia.*

VII. Constitutionis eiusdem praescripto 41 [4] derogantes, illud in posterum ita sonare iubemus: Cardinales omnes et singuli, valetudine non impediti, cum tertio pulsata per loca solita Conclavis campanula fuerit, ad scrutinium convenire debent.

VIII. De praescripto 43 [5] aliquid immutantes, illud ut sic concipiatur censemus: Cuilibet Cardinali in Conclavi liberum sit unum vel, si id petat a Cardinali S. R. E. Camerario, duos servientes in Conclave secum adducere: infirmis autem et graviter affectis a Cardinali S. R. E. Camerario una cum Cardinalibus Capitibus Ordinum tertius indulgeri potest.

IX. Praescriptum 44 [6] sic est emendandum: De qualitatibus Conclavistarum, quos integritate morum singulari prudentia et sincera erga Sanctam Sedem religione oportet esse conspicuos, Cardinales ad id delegati ante ingressum in Conclave diligenter inquisitionem habere et eos approbare, ac post ingressum, iisdem invigilare debent.

X. Praescriptum 45 [7] sic immutari iubemus: Conclavistae religiose iusiurandum dent, iuxta statutam formulam. Quam ob rem S. R. E. Camerarii erit cavere, ut ab ipsis iusiurandum, quod supra commemoratum est, saltem una vel altera die ante ingressum in Conclave iuretur, postquam unusquisque eorum eiusdem iurisiurandi momentum ac formulae sententiam probe intellexerit.

Itaque una vel altera die ante ingressum in Conclave,
636 coram S. Collegii Secretario, astante Apostolicarum Caeremoniarum / Praefecto, ad rem delegatis, Magistri Caeremoniarum omnesque Conclavistae ecclesiastici iuxta hanc formulam iusiurandum dabunt:

Ego... constitutus coram te... tactis sanctis Dei Evangeliis, promitto et iuro me inviolate servaturum esse secretum in omnibus et singulis, quae de novi Pontificis electione in Cardinalium Congregationibus acta vel decreta sint et in Conclavi seu in loco electionis agantur, scrutinium directe vel indirecte respicientia, quaeque omnia quovis modo cognoverim, adeo ut nec directe, nec indirecte, neque nutu, neque verbo, neque scriptis, vel alias quomodolibet, ipsum mihi violare liceat; itemque promitto et iuro me nullo modo in Conclavi usurum esse instrumentis quibuslibet ad vocem transmittendam vel recipiendam, vel ad imagines luce exprimendas quovis modo aptis, et hoc sub poena excommunicationis latae sententiae, Sedi Apostolicae reservata, si ab hoc praeceptо discessum erit. Quod secretum accuratissime ac religiose servabo etiam post peractam novi Pontificis electionem, nisi ab eodem Pontifice peculiaris facultas aut certa venia mihi concessa fuerit.

Pariter promitto et iuro nullo modo a quavis civili potestate, quovis nomine, munus proponendi Veto *seu* Exclusivam, *etiam sub forma simplicis optationis, esse recepturum, neque ipsum hoc* Veto, *qualibet ratione mihi cognitum, patefacturum, sive universo Cardinalium Collegio simul congregato, sive singulis Cardinalibus, sive scripto, sive ore, sive directe ac prozime, sive oblique ac per alios, sive ante ingressum in Conclave, sive inter ipsum; nullique interventui, intercessioni, alitve cuilibet modo, quo laicae potestates cuiuslibet gradus et ordinis voluerint sese Pontificis electioni immiscere, auxilium vel favorem praestiturum.*

Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae propriis manibus tango.

Alii vero Conclavistae et inservientes e laicorum ordine

[4] *Ibid.*, pag. 77 [LE 1841]. [5] *Ibid.*, pag. 78. [6] *Ibid.* [7] *Ibid.*

iuxta hanc formulam iurabunt, in uniuscuiusque sermonem convertendam:

Io ..... stando dinanzi a ..... toccando colle mie proprie mani i Santi Evangelii, prometto e giuro che osserverò rigoroso / e inviolabile segreto su tutte e singole quelle cose, le 637
quali in qualunque modo venissi a conoscere, circa l'elezione del nuovo Pontefice, trattate e definite nelle Congregazioni dei Cardinali, come pure nel Conclave o nel luogo dell'elezione, riguardanti direttamente o indirettamente gli scrutinii, e che non violerò in alcun modo questo segreto, nè direttamente, nè indirettamente, nè con parole, nè con scritti, nè con segni, od in altra qualsiasi guisa; inoltre prometto e giuro di non usare nel Conclave di apparecchi radio, di telefono, microfono o di qualsivoglia altro strumento transmittente o ricevente, e di non usare neppure di macchine fotografiche e cinematografiche, e ciò non solo sotto pena di scomunica, riservata alla Sede Apostolica, e da incorrersi senz'altra dichiarazione col solo fatto della violazione de giurato segreto, ma pure sotto pene anche gravissime che la stessa Santità Sua potrà infliggermi in caso di trasgressione. Il qual segreto io prometto e giuro che manterrò coscienziosamente anche dopo avvenuta l'elezione del nuovo Pontefice, a meno che non mi venga su ciò concessa dal medesimo Pontefice una espressa e speciale facoltà di parlare.

Parimenti prometto e giuro che non riceverò in nessuna maniera e da nessuna potestà civile, sotto qualsiasi pretesto, l'incarico di proporre il Veto *o* Exclusiva, *anche sotto forma di semplice desiderio, e che non manifesterò questo Veto, in qualunque modo da me conosciuto, nè dinanzi a tutto il S. Collegio dei Cardinali, riunito, nè ai singoli Cardinali, nè per iscritto, nè a voce, nè direttamente e prossimamente, nè indirettamente o per mezzo di altri, nè prima dell'ingresso nel Conclave, nè esso durante, e che non presterò mai aiuto o favore a qualsiasi intervento, intercessione o altro modo qualsiasi col quale le autorità civili di qualunque grado ed ordine volessero immischiarsi nell'elezione del Romano Pontefice.*

Così Dio mi aiuti e questi Santi Evangelii, che tocco colle mie mani.

XI. In locum alterius partis praescripti [1] 53 [8], hanc reponi iubemus: Interim vero Officiales Conclavis et alii in Conclavi servientes, nisi iusiurandum supra imperatum iam dederint, quam primum illud iurare debent coram S. Collegii Secretario, astante Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto, ad rem delegatis a Cardinali S. R. E. Camerario, coram quo antea et ab ipsis iusiurandum dandum
est. / 638

XII. Pro priore parte praescripti 60 [9] haec subicienda est: Volumus item ut epistulae, et cuiusvis generis scripta, etiam typis edita, tum ad eos qui in Conclavi sunt, S. R. E. Cardinalibus exceptis, tum praesertim e Conclavi ad eos, qui foris sunt, mitti nullatenus possint, nisi prius omnia et singula Secretarii S. Collegii, ac simul Praelatorum, qui ad custodiam Conclavis delegati sunt, examini et inspectioni subiciantur.

XIII. Ad praescriptum 61 [10] quod pertinet, illud ita renovamus: Praeterea omnibus Conclavistis severe praecipimus et mandamus ut secretum religiosissime servent quoad omnia, quae ad electionem Romani Pontificis pertineant, et quoad ea quae in Conclavi, seu in loco electionis agantur. Quapropter quaecumque directe vel indirecte secretum violare quomodolibet poterunt, sive verba, sive scripta, sive signa, sive alia quaevis, omnia vitare et cavere omnino tenentur; ita ut hanc legem violantes in excommunicationem latae sententiae incurrant, Sedi Apostolicae reservatam.

XIV. Itidem Constitutionis praescriptum 62 [11] immutamus, cuius sententiam esse huiusmodi decernimus: Specialiter autem Cardinales prohibemus, ne suis familiaribus seu Conclavistis vel aliis quibusvis ea pandant, quae scrutinium directe vel indirecte respiciant, itemque quae in Cardinalium Congregationibus sive ante Conclave, sive inter ipsum habitis, de Pontificis electione acta vel decreta sint.

XV. Praescriptum 68 [12] ut novam hanc in posterum habeat formam statuimus: Tertius et ordinarius modus, seu forma electionis Romani Pontificis est, quae vocatur *per scrutinium*. Qua in re plenissime confirmamus legem
639 iam latam ac plura/deinde saecula semper religiosissime servatam, qua nempe statuitur, ut ad validam Romani Pontificis electionem requirantur duae saltem ex tribus partibus suffragiorum. Quodsi numerus Cardinalium praesentium in tres partes aequales dividi non possit, ad validitatem electionis Summi Pontificis alterum suffragium requi-

[8] *Ibid.*, pag. 82 [LE 1841]. [9] *Ibid.*, pag. 84. [10] *Ibid.* [11] *Ibid.* [12] *Ibid.*, pag. 87.

http://www.obrascatolicas.com

ritur. Ut perspicuum est, si electus Pontifex in Conclavi est, et ipse debet in numero Cardinalium computari.

XVI. In praescripti 87 [13] locum, ut hoc reponatur decernimus: Omnibus et singulis Cardinalibus pro sancta obedientia praecipimus, ut, ad secretum tutissime servandum, omne genus scripturas, quas de exitu uniuscuiusque scrutinii apud se habeant, vel Cardinali Camerario vel uni ex tribus Cardinalibus Ordinum Capitibus tradant; qui scripturas easdem in involucra inserent, sigillis obsignanda sive Cardinalis Camerarii sive trium Cardinalium Capitum Ordinum. Iidem autem involucra in tabularium referent, in eoque diligentissime servari curabunt; omnia potestati permittentes electi Summi Pontificis, cuius iniussu neque resignari neque legi poterunt.

XVII. Decernimus ut, expleto Conclavi, Cardinalis S. R. E. Camerarius relationem exaret, a Cardinalibus trium Ordinum Capitibus approbandam, quae suffragiorum exitum declaret in singulis sessionibus habitorum. Quae relatio, in tabulario asservanda, involucro claudetur consignato, quod a nullo resignari poterit, nisi Summus Pontifex id definite permiserit.

XVIII. Quod ad praescriptum 93 [14] attinet, eius posthac esse formulam volumus: Item prohibemus, ne quis, etsi Cardinalatus honore fulgeat, vivente Romano Pontifice et eo inconsulto, deliberare de ipsius Successoris electione,
640 aut aliquod / suffragium polliceri, vel hac de causa privatis conventiculis factis aliquid decernere audeat.

XIX. Praecipimus ut, postquam novus Summus Pontifex electus est, suamque is electionem assensu suo comprobavit, Conclave, quod ad canonicos effectus attinet (cf. praescriptum 58), finem habeat. Quam ob rem decernimus, ut nihil tunc impediat, quominus electum Summum Pontificem adire possint Antistites praepositi Consilio publicis Ecclesiae negotiis procurandis, Pontificalis domus Praefectus, Praelatus ab epistulis Pont. Max. ad Principes, et quicumque cum electo Summo Pontifice agere de rebus debent, quae in praesentia opus erunt.

XX. Si defunctus Summus Pontifex de rebus suis deque litteris et tabulis privatis testamentum fecerit, suique testamenti curatorem designaverit, huius est, pro potestatibus sibi a testatore factis, ea statuere et exsequi, quae ad privata defuncti Pontificis bona et scripta pertinent. Qui curator de negotii a se gesti dispensatione electo dumtaxat Summo Pontifici rationem reddet.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiari mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die v mensis Septembris, anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto. IOANNES PP. XXIII.

[13] *Ibid.*, pag. 93. [LE 1841] [14] *Ibid.*, pag. 94.

Adn. C. BERUTTI in Ius can. 4 (1964) 217-235; C. DE CLERCQ in Apoll. 36 (1963) 9-10; U. NAVARRETE in PrM 52 (1963) 221-234.

3079

1962 SEP 11.-IOAN. XXIII, MOT. P. AAS 54 (1962) 753-755

IN TRIBUS BASILICIS ROMANIS CANONICI HONORARII CONSTITUUNTUR

IOANNES PP. XXIII

Templorum decus divinique cultus magnificentia nullo non tempore maximae curae catholicae Ecclesiae fuerunt; quippe quae et Dei gloriam sanctitatemque apprime adeceant, et christifidelium pietatem non parum inflament.

Quae si ubivis gentium sacrorum Antistites pro munere suo praestiterunt, par nimirum fuit vel maiore diligentia Romae, in dioecesi videlicet sua, praestitisse Romanos Pontifices. Id enim postulabat in primis tributa providenti Dei consilio huic almae Urbi ea proprietas, ut esset veluti totius catholicae rei caput, ad quod ab universo terrarum orbe religionis causa fideles confluerent; postulabant deinde sive christianae antiquitatis memoriae, sive augustissima templa, quibus Roma ornabatur.

Cumque in Urbe sacrae huiusmodi caeremoniae praecipua quadam sollemnitate in principibus eius Basilicis, ut patet, obiri et possent et deberent, nihil propterea mirum,

si Summi Pontifices Decessores Nostri studium curamque suam multis / modis testati sunt, cum erga easdem aedes 754
Deo dicatas, tum erga Canonicorum Collegia, quorum praesertim esset ibidem splendorem religiosi cultus tueri, et divinas laudes persolvere.

Quos Decessores Nostros vestigiis consecuti, in animum induximus Nostrum aliquid Nosmetipsi praecipere, quod simul Canonicorum Ordinibus gratiam significet Nostram, simul cum celebratione congruat proximi Concilii Oecumenici Vaticani II, cum scilicet convenientibus undique terrarum Episcopis oportebit in templis huius almae Urbis sacros ritus vel diligentiore religione obitos ostendere.

Decrevimus nempe, postquam omnia attente perpendimus, atque Patres Cardinales, quorum potissimum interesset, sententiam rogavimus, Nostris hisce Litteris Motu proprio datis, in patriarchali Archibasilica Lateranensi et in Basilicis Petriana et Liberiana, Canonicos honorarios, quos vocant, constituere.

Quod dum facimus, praeterquam quod in superbis hisce templis prospicimus debitis summi Numinis malestati laudibus magnificentius impertiendis, hoc etiam assequimur, ut quibusdam honoris insignibus nonnullos sacrorum administros decoremus, qui pariter praeclara virtute excellant, pariter de christiana re optime meriti sint.

Hisce ecclesiasticis viris, qui non plures quam octo in singula Canonicorum Collegia Basilicarum, quas memoravimus, cooptabuntur, dignitatis gratia, iura quaedam peculiaria tribuimus; cuiusmodi sunt: locum in templi subsellario, et insignia ac privilegia Canonicorum illius Basilicae propria, cui addicuntur: quibus tamen uti dumtaxat poterunt in circuitu sui templi, et aedium sacrarum, quae ab eo pendeant [1].

Ad locum quod attinet, a Canonicis honorariis obtinendum, iidem in Basilicae subsellario post Canonicos ordinarios sedebunt, iuxta normas C. I. C., cann. 408 § 1 et 106 n. 3.

Quo autem plenius id assequamur quod potissimum petimus, ut nimirum *sollemnior cultus Deo in ecclesia exhibeatur* [2], quamvis Canonicis honorariis nullum iniungamus onus, iisdem tamen suademus, ut sacris conficiendis caeremoniis, Col/legii legibus imperatis, ea qua par est diligentia 755
adsint, libenterque in iisdem suam navent operam; idque praesertim diebus festis.

Volumus denique, ut Canonici honorarii Basilicarum, quas diximus, a Summo Pontifice tantummodo nominentur, Litteris datis ab Officio publicis Ecclesiae negotiis procurandis.

Ad cetera quod spectat, de quibus nihil Nostris hisce Litteris definite praecipimus, normam sumi iubemus a iuris communis legibus, atque a legitimis consuetudinibus.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris Motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiari mentione dignis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XI mensis Septembris anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto. IOANNES PP. XXIII.

[1] Cfr. C. I. C., can. 407. [2] Cfr. *ibid.*, can. 391.

3080

1962 SEP 28.-SC ORIENTALIS, RESPONSUM. PART.*

NON EXPEDIRE DECLARATUR MATRIMONIUM MIXTUM RITU GRAECO NON CATHOLICO CELEBRARE

Roma, 28 Sett. 1962

This Sacred Congregation has received a letter from N. N. written on the advice of a priest of the «Marriage Counsel» of your diocese.

N. N. desires to marry a Catholic. He does not object to making the necessary promises to have the children reared as Catholics. But because of what he calls a conviction of his conscience, he wants the marriage to take place in an Orthodox church. This obviously cannot be permitted. This Sacred Congregation suggests, however, that the marriage take place in a Catholic Church of the Greek Rite. If this is acceptable to N. N., the Sacred Congregation for the Oriental Church grants the necessary dispensation so that the bride of the Latin rite may be married in a church of the Greek rite.

It should be pointed out at the same time that this Sacred Congregation has only the letter of N. N. It is understood that the merits of the case are to be judged by Your Excellency. It is not even certain from the letter whether the

bride-to-be is from your diocese. If she is not, Your Excellency is kindly requested to have the information transmitted to the proper Ordinary.

* Cuidam Ordinario loci. Prot. N. 274/62: BOUSCAREN VI, p. 631-632. Adn. J. ABBO in **The Priest** 19 (1963) 243-248, 437-438.

3081

1962 OCT 1.-IOAN. XXIII, MOT. P. AAS 54 (1962) 755-757

PONTIFICIUM ATHENAEUM URBANIANUM UNIVERSITATIS STUDIORUM TITULO ET HONORE DECORATUR

IOANNES PP. XXIII

Fidei propagandae mandatum in universum mundum [1] persequi usque ab inito Summo Pontificatu Nobis, non minus quam Decessoribus Nostris, summae curae esse non obscure professi sumus [2]. Qua de re iam dudum animum induximus, nihil magis ad hoc adiuvare posse, quam penitus christianis sensibus imbuere praesertim sacrorum alumnos earum regionum, ubi *Evangelium salutis* [3] nondum maiorem incolarum partem pervasit.

Enimvero his adulescentibus ad pietatem, ad virtutem,
756 ad / sacrarum disciplinarum studia egregie informandis, iam amplius tria saecula, Romae, sub ipsis fere oculis Summorum Pontificum, exstat Collegium Urbanianum de Propaganda Fide. Quod nempe anno millesimo sescentesimo vicesimo septimo Decessor Noster imm. mem. Urbanus VIII, datis Litteris Apostolicis *Immortalis Dei Filius* [4], condidit, atque singularibus suae propensae voluntatis testimoniis prosecutus est: in quibus illud est numerandum Collegii magistris et discipulis eadem praecipua iura tribuisse, quae magistris et discipulis tributa essent cum *Studii generalis Urbis*, quod vocabant, tum aliorum ecclesiasticorum Collegiorum, quae id temporis Romae florerent; et quidem *non solum ad eorum instar, sed aeque principaliter et pariformiter in omnibus et per omnia* [5]. Ex quo fiebat ut qui iuvenes in scholis Collegii Urbaniani probati essent, iisdem fruerentur praecipuis iuribus et titulis, quibus *promoti tam in Urbe... quam in totius orbis Universitatibus* [6]. Quo loco facere non possumus, quin saltem in transitu in medio ponamus neque professores neque alumnos Collegii Urbaniani conditoris spem fefellisse; quandoquidem nullo tempore viri in iis defuerunt de sancta Ecclesia optime meriti, qui christianae fidei disseminandae causa vel singulares insumpserunt labores, vel ipsam nonnumquam vitam profuderunt.

Profecto nemo non videt quantum momenti in catholicae rei provincia nostris diebus habeant, quantumve posthac habiturae sint huius Collegii scholae, usque ab initio incrementis cotidie maioribus auctae, quas cum adolescentes ex diversis terrarum orbis nationibus, tum utriusque cleri iuvenes ex aliis etiam huius almae Urbis Collegiis altiorum studiorum gratia et celebraverunt et celebrant; propterea quod nulla dubitatio est, quin sacerdotum auctoritas, qui in iis doctrina exculti sint, valere plurimum possit apud populos cuiusque suos.

Has ob causas, cum scholae huiusmodi, quibus, iuxta statuta ab Apostolica hac Sede probata et etiam nunc valida, *Pontificii Athenaei Urbaniani de Propaganda Fide* indita est appellatio, atque deinde deinceps accesserunt
757 tum Ordo studiorum / theologicorum, tum Ordo studiorum philosophicorum, tum Pontificium Institutum quod Missionale Scientificum vocant, quodque sive Iuris Canonici sive Missionologiae, quam nominant, lauream publice tribuit, omnia complectantur quae ad Universitatum dignitatem pertinent, ad normam Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominus* a Decessore Nostro fel. rec. Pio XI datae [7], volumus idcirco ut Athenaeum hoc Nostrum apud Apostolicam hanc Sedem itemque apud viros doctos cuiusvis gentis eum existimationis locum obtineat, quem meretur, atque adeo debita eidem iura agnoscantur.

Quapropter praeclaras hasce nacti occasiones, sive expleti anni quadragesimi, ex quo operam Nosmetipsi navare coepimus Coetui a Propagatione Fidei appellato [8], sive

[1] Cfr. MARC. 16, 15. [2] Cfr. *Homilia in die Coronationis habita*, *A. A. S.*, L (1958), p. 886; et Litt. Enc. *Princeps Pastorum*, *A. A. S.*, LI (1959), p. 833 [LE 2861]. [3] *Ephes.* 1, 13. [4] Cfr. *Ius Pontificium de Propaganda Fide*, T. I, vol. I, p. 87. [5] *Ibid.*, p. 91. [6] Cfr. *Tabularium S. Congregationis de Propaganda Fide de Collegio Urbaniano*, a constitutione ad a. 1677, vol. I, p. 126. [7] Cfr. *A. A. S.*, XXII (1931), pp. 241-284 [LE 1030]. [8] Cfr. *A. A. S.*, LIV (1962), p. 431.

proxime ineundi Concilii Oecumenici Vaticani II, quod luce et palam ostendet omnibus Christi Ecclesiam filios ubicumque gentium numerare, motu proprio ac Nostra Apostolica auctoritate decernimus atque declaramus Athenaeum Urbanianum, canonice erectum et Consilio Fidei Propagandae concreditum, quod studiorum Ordines continet, quos modo diximus, nunc et in posterum *Pontificiam Universitatem Urbanianam* esse nuncupandum; pariterque praecipimus, ut nova haec appellatio in statuta et leges Athenaei inducatur, quae quidem vi sua valere pergunt.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die I mensis Octobris, anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto.—IOANNES PP. XXIII.

3082

1962 OCT 4.-SC SACRAM., DECR. AAS 54 (1962) 780-781

DE FACULTATE DELEGANDI MINISTROS EXTRAORDINARIOS AD CONFIRMATIONEM CONFERENDAM TEMPORE CONCILII OECUMENICI VATICANI II

Proxime adventante Concilio Oecumenico Vaticano II, cum praeter ceteros Patres eidem intersint oporteat locorum Ordinarii, qui episcopali dignitate sunt insigniti, ab universis Catholicae Ecclesiae finibus convocati, ne christifideles eisdem commissi ob eorumdem Praesulum absentiam a suis sedibus, quae forte poterit etiam per notabile tempus protrahi, detrimentum patiantur, praesertim pueruli canonicam aetatem consecuti ut Sacramentum Confirmationis suscipere possint ac debeant, Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Papa XXIII, enixis susceptis precibus a pluribus Episcopis residentialibus Sibi exhibitis, universis Catholici Orbis Ordinariis haud exceptis iis Latini ritus qui iurisdictioni subsunt S. Congregationis pro Eccles[i]a Orientali, sequentes generales facultates perlibenter indulgere dignatus est:

1. Omnes et singuli locorum Ordinarii, qui ad praefatum Oecumenicum Concilium conveniunt, nisi iam per peculiaria indulta huic necessitati consuluerint, facultate donantur ut, pro suo quisque territorio, quatenus ipsis non suppetat copia Episcopi huic muneri explendo idonei, delegare valeant suum Vicarium aut Pro-vicarium Generalem, et si plures sint constituti, eorum unum dumtaxat, vel Delegatum Episcopalem, aut Abbatem Ordinis vel Congregationis monasticae aut religiosae, qui careant episcopali charactere, aut etiam simplicem sacerdotem, ad valide et licite Confirmationem conferendam intra limites sui territorii.

Si quis autem ex praefatis Ordinariis Episcopum aut Episcopos habeat sibi adsignatos Vicarios Generales aut Auxiliares ad Concilium convenientes, non prohibetur tot Delegatos eisdem subrogare quot sunt isti Episcopi Concilium participantes. / 781

2. In hoc Sacramento administrando praefati Delegati servare tenentur Instructionem ab hac S. Congregatione editam die Pentecoste, 20 m. Mali, anni MCMXXXIV [1].

3. Iidem Delegati debent esse in aliqua ecclesiastica dignitate constituti, nisi necessitas, iudicio Ordinarii loci, postulare videatur ut etiam simplices sacerdotes praefatae dignitatis expertes delegentur.

4. Praefata facultas valere dicenda est quousque memorati Ordinarii a suis sedibus abesse coguntur dumtaxat pro ipsorum interventu ad Concilium Oecumenicum et donec istud non fuerit absolutum ipsique ad suas sedes remeaverint; ac proinde a momento eorum discessus e dioecesi usque ad reditum in eamdem exacto Concilio, licet ob quamdam ad tempus Concilii intermissionem aut fortuitam necessitatem ad illas se contulerint.

5. Indulta Apostolica in casibus determinatis ab hac S. Congregatione concessa pergere valent usque ad eorum exspirationem et quatenus pendente Concilio forte vigere desierint, praefati Ordinarii facultate sibi per praesens Decretum commissa uti valent ad normam superioris n. 4, nisi malint ad hanc S. Congregationem recurrere rescriptorum prorogationem petituri.

6. Mens tamen Sanctitatis Suae est ut sarta tecta maneat facultas relata sub n. 3 Litterarum Apostolicarum,

[1] Cfr. *A. A. S.*, v. XXVII (1935), pp. 11 ss. [LE 1224].

http://www.obrascatolicas.com

olim vulgo «Trans Oceanum» nuncupatarum, pro dioecesibus Americae Latinae [2].

7. Pariter Sanctissimis in pleno suo robore permanere declarat Decretum huius S. Dicasterii *Spiritus Sancti munera* pro Confirmatione conferenda iis qui ex gravi morbo in periculo mortis sunt constituti [3]; nisi de eodem per peculiaria indulta aliquid fuerit derogatum.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, die IV Octobris anni MCMLXII.— B. Card. Aloisi Masella, Ep. Praenestin., *Praef.* C. Zerba, Archiep. tit. Colossen., *a Secr.*

[1] *Cfr. A. A. S.*, v. XXI (1929), p. 555 [LE 898]; v. XXXI (1939), p. 224 [LE 1472] et v. XXXXI (1949), pp. 189 ss. [LE 2035].
[2] *A. A. S.*, v. XXXVIII (1946), pp. 349 ss. [LE 1881].

Adn. E. B. in NrT 84 (1962) 974-975.

3083

1962 OCT 11.-IOAN. XXIII, ALLOC. AAS 54 (1962) 786-795

Allocutio die 11 *Oct.* 1962 *habita in solemni Concilii oecumenici Vaticani secundi inaugurationis:*

De ratione Conciliorum in Ecclesia, et praecipue Concilii Vaticani II occasione ac munere

Venerabiles Fratres, Gaudet Mater Ecclesia quod, singulari Divinae Providentiae munere, optatissimus iam dies illuxit, quo, auspice Deipara Virgine, cuius materna dignitas hodie festo ritu recolitur, hic ad Beati Petri sepulcrum Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum sollemniter initium capit.

Concilia Oecumenica in Ecclesia

Universa Concilia —sive viginti Oecumenica sive innumera eaque non parvi pendenda Provincialia et Regionalia— quae per succedentia tempora sunt celebrata, manifesto vigorem Ecclesiae Catholicae comprobant et quasi fulgentia lumina in eius annalibus recensentur.

Recentissimus humilisque eiusdem Principis Apostolorum Successor, qui vos alloquitur, amplissimum hunc Coetum indicens, id sibi proposuit, ut iterum Magisterium Ecclesiasticum, numquam deficiens et ad finem usque temporum perseverans, affirmaretur; quod quidem Magisterium rationem habens errorum, necessitatum, rerum opportunarum nostrae aetatis, per hoc ipsum Concilium omnibus hominibus, quotquot in orbe terrarum sunt, extraordinario modo, in praesenti exhibetur.

Hanc igitur universalem incohans Synodum, Christi Vicarius, qui ad vos verba facit, praeterita tempora, ut liquet, respicit eorumque veluti vocem, alacrem animosque confirmantem, auscultat; libenter enim meminit benemeritorum Summorum Pontificum, qui antiquissima et recentiore aetate fuerunt; et qui e Conciliorum conventibus, sive in
787 Oriente sive in Occidente a saeculo quarto ad Medium usque Aevum et recentia / tempora actis, venerandae gravisque huiusmodi vocis testimonia transmiserunt. Haec non intermisso studio triumphum divinae et humanae illius Societatis extollunt, scilicet Ecclesiae Christi, quae a Divino Redemptore nomen, gratiae munera, vimque accipit totam.

Quodsi haec spiritualis laetitiae causa sunt, negare tamen non possumus dolores et acerbitates plurimas per longam undeviginti saeculorum seriem hanc historiam obscuravisse. Verum enim exstitit et exstat, quod olim Simeon senex ad Mariam Matrem Iesu ore prophetico dixit: «Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum... et in signum cui contradicetur» (*Lc.* 2, 34). Atque Iesus ipse, aetate maturior, perspicue ostendit, quomodo homines per tempora adversus Ipsum se essent gesturi, arcana haec proferens verba: «Qui vos audit, me audit» (*Lc.* 10, 16). Praeterea haec effatus est, ut apud Sanctum Lucam, qui superiora quoque verba refert, scriptum videmus: «Qui non est mecum, contra me est, et qui non colligit mecum, dispergit» (*Lc.* 11, 23).

Gravissimae sane res et quaestiones ab humano genere dissolvendae, post viginti fere saecula non mutantur; etenim Christus Iesus semper medium quasi locum tenet historiae et vitae: homines aut Ipse ipsiusque Ecclesiae adhaerent, atque adeo lucis, suavitatis, recti ordinis participes bonis fruuntur; aut sine Ipso vivunt vel contra ipsum agunt et consulto extra Ecclesiam commorantur, quo fit ut confusio inter eos habeatur, mutuae rationes asperae efficiantur, cruentorum bellorum impendeat periculum.

Hanc coniunctionem cum Christo eiusque Ecclesia Concilia Oecumenica, quotiescumque ea celebrari contingit, sollemni quodam modo praedicant et veritatis lucem quoquoversus emittunt, vitam singulorum hominum, domestici convictus, societatis in rectas semitas dirigunt, spirituales vires excitant atque stabiliunt, ad vera et sempiterna bona continenter animos erigunt.

Testimonia extraordinarii huius Magisterii Ecclesiae, scilicet universalium Synodorum, ob oculos Nostros versantur, dum varias hominum aetates per haec viginti saecula christiani aevi intuemur. Quae documenta pluribus magnique ponderis voluminibus continentur ac veluti sacer thesaurus sunt aestimanda, qui in tabulariis Urbis Romae ac totius orbis terrarum celebratissimis bibliothecis est reconditus. /
788

Origo et causa Concilii Oecumenici Vaticani II

Quod autem ad originem et causam attinet maximi huius eventus, propter quem placuit Nobis vos hic congregare, satis est iterum afferre testimonium humile quidem, sed quod Nos ipsi experientia possumus probare: primo enim paene ex inopinato hoc Concilium mente concepimus, ac deinde simplicibus verbis enuntiavimus coram Sacro Purpuratorum Patrum Collegio fausto die illo vicesimo quinto mensis Ianuarii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, in festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli, in ipsa eius Patriarchali Basilica ad viam Ostiensem. Statim adstantium animi subito tacti sunt, quasi supernae lucis radio coruscante, et suaviter omnes affecti in vultu oculisque. Simul vero vehemens studium toto terrarum orbe exarsit, cunctique homines Concilii celebrationem studiose exspectare coeperunt.

Interea tres annos ad apparandum Concilium laboriosum est opus patratum, quod eo pertinebat, ut accuratius et amplius inquireretur, quo honore essent hac nostra aetate Fides, religionis usus, vigor coetus christiani ac praesertim catholici.

Profecto haud immerito Nobis videtur hoc tempus in apparando Concilio Oecumenico insumptum primum quoddam signum ac donum gratiae caelestis fuisse.

Huius ergo Concilii lumine illustrata, Ecclesia spiritualibus divitiis, ut confidimus, augebitur atque, novarum virium robur ex illo hauriens, intrepide futura prospiciet tempora. Nam, opportunis inductis emendationibus ac mutua auxiliatrice opera sapienter instituta, Ecclesia efficiet, ut homines, familiae, nationes reapse ad ea, quae supra sunt, mentes convertant.

Itaque propter Concilii huius celebrationem Summo Largitori omnium bonorum gratiae maximae ex conscientiae officio sunt reddendae, et gloria Christi Domini cum exsultatione praedicanda, qui est Rex invictus et immortalis saeculorum ac gentium.

Opportunitas celebrandi Concilii

Aliud praeterea est, Venerabiles Fratres, quod hac in re iuvat vobis ad considerandum proponere. Scilicet, in accensionem laetitiae sanctae, quae sollemni hac hora animos
789 afficit nostros, liceat Nobis hoc in amplissimo consessu / palam asseverare, initium Oecumenicae huius Synodi opportunis sane temporis adiunctis contingere.

Saepe quidem accidit, quemadmodum in cotidiano obeundo apostolico / ministerio comperimus, ut non sine aurium Nostrarum offensione quorundam voces ad Nos perferantur, qui, licet religionis studio incensi, non satis tamen aequa aestimatione prudentique iudicio res perpendunt. Hi enim, in praesentibus humanae societatis condicionibus, nonnisi ruinas calamitatesque cernere valent; dictitant nostra tempora, si cum elapsis saeculis comparentur, prorsus in peius ablisse; atque adeo ita se habent, quasi ex historia, quae vitae magistra est, nihil habeant quod discant, ac veluti si, superiorum Conciliorum tempore, quoad christianam doctrinam, quoad mores, quoad iustam Ecclesiae libertatem, omnia prospere ac recte processerint.

At Nobis plane dissentiendum esse videtur ab his rerum adversarum vaticinatoribus, qui deteriora semper praenuntiant, quasi rerum exitium instet. In praesenti humanorum eventuum cursu, quo hominum societas novum rerum ordinem ingredi videtur, potius arcana Divinae Providentiae consilia agnoscenda sunt, quae per tempora succedentia, hominum opera, ac plerumque praeter eorum expectationem, suum exitum consequuntur, atque omnia, adversos etiam humanos casus, in Ecclesiae bonum sapienter disponunt.

Hoc facile cernere est, si attento animo perpendantur gravissimae de re politica et oeconomica quaestiones atque discrimina, quae hodie sunt. Quae omnia tam sollicitos homines tenent, ut eorum curas cogitationesque a religiosis negotiis avertant, quae ad sacrum pertinent Ecclesiae Magisterium. Huiusmodi agendi ratio certe vitio non caret, ac merito est improbanda. Nemo tamen negare potest, has novas inductas rerum condiciones, id saltem commodi habere, ut e medio innumera illa impedimenta iam auferantur, quibus olim saeculi filii liberam Ecclesiae actionem praepedire consueverant. Etenim satis est cursim ecclesiasticos annales pervolvere, ut statim manifesto pateat, vel ipsa Oecumenica Concilia, quorum vicissitudines aureis litteris Ecclesiae fastis consignatae sunt, saepe non sine gravissimis difficultatibus ac doloris causis, ob indebitam civilis potestatis interpositam auctoritatem, celebrata fuisse. Huius enim mundi Principes interdum sibi quidem proponebant sincero animo Ecclesiae patrocinium suscipere; quod tamen plerumque non sine spirituali detrimento ac periculo fiebat, cum iidem saepius rationibus politicis ducerentur suisque utilitatibus nimium studerent.

Fatemur quidem hodie Nos vehementi dolore affici, quod inter vos complures Ecclesiae Pastores desiderantur, Nobis sane carissimi, qui ob Christi Fidem in vinculis detinen-
790 tur vel aliis impedimentis praepe/diuntur, et quorum recordatio Nos permovet ut pro ipsis flagrantissimas Deo preces admoveamus; attamen non sine spe ac magno solacio Nostro hodie factum esse cernimus, ut Ecclesia, tot profanis praeteritae aetatis impedimentis tandem expedita, ex hoc Vaticano Templo, veluti altero Apostolorum Cenaculo, per vos vocem suam, maiestatis gravitatisque plenam, attollere possit.

Praecipuum Concilii munus: doctrina tuenda ac promovenda

Quod Concilii Oecumenici maxime interest, hoc est, ut sacrum christianae doctrinae depositum efficaciore ratione custodiatur atque proponatur.

Haec doctrina integrum complectitur hominem, corpore et animo compositum, eademque iubet nos, qui huius terrae incolae sumus, ad caelestem patriam peregrinos contendere.

Id autem ostendit, qua ratione mortalis haec vita componenda sit, ut nos officiis satisfacientes, quibus erga terrestrem et caelestem Civitatem obstringimur, finem nobis a Deo praestitutum assequi valeamus. Scilicet, omnes prorsus homines, sive singuli sive inter se societate coniuncti, sine intermissione officio tenentur caelestia bona consectandi, donec haec vita suppetit, atque ad hoc assequendum, terrenas res adhibendi, ita tamen ut temporalium bonorum usus sempiternam eorum beatitatem in discrimen non adducat.

Verum profecto est, Christum Dominum hanc pronuntiasse sententiam: «Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius» (*Mt.* 6, 33). Quae vox «primum» declarat, quo potissimum vires et cogitationes nostras dirigi oporteat; nihilominus minime neglegenda sunt cetera huius Domini praecepti verba, quae subsequuntur: «et haec omnia adicientur vobis» (*Mt.* 6, 34). Ac revera semper fuerunt ac sunt in Ecclesia qui, dum evangelicae perfectioni adipiscendae omni studio vacant, simul ad civilem cultum adiutricem operam conferunt, cum ex eorum vitae exemplis, ex eorumque salutaribus caritatis inceptis, ea, quae in humana societate praestantiora ac nobiliora sunt, haud parum accipiant roboris atque incrementi.

Ut autem haec doctrina multiplices attingat humanae navitatis campos, qui ad singulos homines, ad domesticum convictum, ad socialem vitam pertinent, in primis necesse
791 est, ne Ecclesia oculos a sacro veritatis patrimonio a maioribus accepto umquam avertat; at simul necesse habet,/ ut praesentia quoque aspiciat tempora, quae novas induxerunt rerum condiciones, novasque vivendi formas, atque nova catholico apostolatui patefecerunt itinera.

Hac de causa Ecclesia mirandis illis humani ingenii inventis doctrinarumque incrementis, quibus hodie utimur, non iners affuit, neque iisdem recte aestimandis impar evasit; sed haec omnia pervigili prosequens cura, homines admonere non desinit, ut super ipsam rerum aspectabilium speciem, oculos ad Deum omnis sapientiae et pulchritudinis fontem convertant, ne iidem, quibus dictum fuit: «Subicite terram et dominamini» [1], obliviscantur umquam gravissimi illius praecepti: «Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies» (*Mt.* 4, 10; *Lc.* 4, 8), neu fluxa rerum fascinatio veri nominis progressionem impediat.

[1] *Cfr. Gen.* 1, 28.

Qua ratione hodie doctrina promovenda sit

Hisce positis, satis manifestae sunt, Venerabiles Fratres, partes quae, ad doctrinam quod attinet, Concilio Oecumenico sunt demandatae.

Scilicet Concilium Oecumenicum primum et vicesimum —quod efficaci magnique aestimando auxilio utitur eorum, qui scientia sacrarum disciplinarum, apostolatus exercendi resque recto ordine agendi excellunt— integram, non imminutam, non detortam tradere vult doctrinam catholicam, quae, licet inter difficultates et contentiones, veluti patrimonium commune hominum evasit. Hoc non omnibus quidem gratum est, tamen cunctis, qui bona voluntate sunt praediti, quasi paratus thesaurus uberrimus proponitur.

Attamen nostrum non est pretiosum hunc thesaurum solum custodire, quasi uni antiquitati studeamus; sed alacres, sine timore, operi, quod nostra exigit aetas, nunc insistamus, iter pergentes, quod Ecclesia a viginti fere saeculis fecit.

Neque opus nostrum, quasi ad finem primarium, eo spectat, ut de quibusdam capitibus praecipuis doctrinae ecclesiasticae disceptetur, atque adeo fusius repetantur ea, quae Patres ac theologi veteres et recentiores tradiderunt, et quae a vobis non ignorari sed in mentibus vestris inhaerere merito putamus.

Etenim ad huiusmodi tantum disputationes habendas non opus erat, ut Concilium Oecumenicum indiceretur. Verumtamen in praesenti oportet ut universa doctrina chri-
792 stiana, nulla parte inde detracta, hic tempo/ribus nostris ab omnibus accipiatur novo studio, mentibus serenis atque pacatis, tradita accurata illa ratione verba concipiendi et in formam redigendi, quae ex actis Concilii Tridentini et Vaticani Primi praesertim elucet; oportet ut, quemadmodum cuncti sinceri rei christianae, catholicae, apostolicae fautores vehementer exoptant, eadem doctrina amplius et altius cognoscatur eaque plenius animi imbuantur atque formentur; oportet ut haec doctrina certa et immutabilis, cui fidele obsequium est praestandum, ea ratione pervestigetur et exponatur, quam tempora postulant nostra. Est enim aliud ipsum depositum Fidei, seu veritates, quae veneranda doctrina nostra continentur, aliud modus, quo eaedem enuntiantur, eodem tamen sensu eademque sententia. Huic quippe modo plurimum tribuendum erit et patienter, si opus fuerit, in eo elaborandum; scilicet eae inducendae erunt rationes res exponendi, quae cum magisterio, cuius indoles praesertim pastoralis est, magis congruant.

Qua ratione errores compescendi sint

Ineunte Concilio Oecumenico Vaticano Secundo, manifesto ut alias numquam patet, veritatem Domini in aeternum manere. Siquidem, dum aetas aetati succedit, incertas cernimus hominum opinationes alias alias excipere, atque enascentes errores saepe cito velut nebulam sole depulsam evanescere.

Quibus erroribus Ecclesia nullo non tempore obstitit, eos saepe etiam damnavit, et quidem severitate firmissima. Ad praesens tempus quod attinet, Christi Sponsae placet misericordiae medicinam adhibere, potius quam severitatis arma suscipere; magis quam damnando, suae doctrinae vim uberius explicando putat hodiernis necessitatibus esse consulendum. Non quod desint fallaces doctrinae, opinationes, pericula praecavenda atque dissipanda; sed quia haec omnia tam aperte pugnant cum rectis honestatis principiis, ac tam exitiales peperere fructus, ut hodie homines per se ipsi ea damnare incipere videantur, ac nominatim illa vivendi formas, quae Deum eiusque leges posthabeant, nimiam in technicae artis progressibus positam confidentiam, prosperitatem unice vitae commodis innixam. Ipsi magis magisque norunt, humanae personae dignitatem eiusque congruam perfectionem negotium esse magni momenti et ad expediendum perarduum. Quod autem maxime interest, iidem experiendo tandem didicerunt, externam vim aliis impositam, armorum potentiam, politicum dominatum minime satis esse, ad gravissimas, quae eos angunt, quaestiones feliciter dissolvendas./
793

Hisce in rerum adiunctis, Catholica Ecclesia, dum per Oecumenicum hoc Concilium religiosae veritatis facem attollit, amantissimam omnium matrem se vult praebere, benignam, patientem, atque erga filios a se seiunctos misericordia ac bonitate permotam. Humano generi, tot difficultatibus laboranti, ipsa, ut olim Petrus misero illi qui ab eo stipem rogaverat, dicit: «Argentum et aurum non est mihi: quod autem habeo hoc tibi do; in nomine Iesu

http://www.obrascatolicas.com

Christi Nazareni surge et ambula» (*Act.* 3, 6). Scilicet nostrorum temporum hominibus Ecclesia non caducas porrigit divitias, neque beatitatem dumtaxat terrenam pollicetur; sed supernae gratiae bona impertit, quae cum hominibus ad filiorum Dei dignitatem erigant, tam valido praesidio et adiumento sunt ad humaniorem efficiendam eorum vitam; uberioris doctrinae suae fontes aperit, qua homines luce Christi collustrati penitus intelligere valent, quid ipsi revera sint, qua dignitate excellant, quem finem prosequi debeant; per filios denique suos ubique christianae caritatis spatia dilatat, qua ad dissensionum semina evellenda nihil est aptius, et ad provehendam concordiam, iustam pacem fraternamque omnium unitatem nihil est efficacius.

Unitas in christiana et humana familia fovenda

Huiusmodi Ecclesiae sollicitudo de veritate promovenda atque tuenda, ex eo proficiscitur, quod, secundum Dei consilium, «qui omnes homines vult salvos fieri, et agnitionem veritatis venire» (*1 Tim.* 2, 4), homines nonnisi integrae revelatae doctrinae praesidio aucti, ad absolutam firmissimamque animorum unitatem pervenire possunt, quacum veri nominis pax sempiternaque salus coniungitur.

Hanc autem visibilem unitatem in veritate, nondum, pro dolor, universa christianorum familia plene perfecteque assecuta est. At Ecclesia Catholica officii sui esse ducit sedulam conferre operam ad magnum complendum mysterium illius unitatis, quam Christus Iesus, imminente sacrificio suo, a Caelesti Patre flagrantissimis rogavit precibus; atque suavissima fruitur pace, sciens se cum hisce Christi precibus arctissime esse coniunctam; quin etiam sincero animo gaudet, cum animadvertit has precationes etiam inter eos, qui extra eiusdem saepta versantur, salutares atque uberiores usque multiplicare fructus. Etenim, si rem probe consideramus, haec ipsa unitas, quam Iesus Christus pro Ecclesia sua impetravit, quasi triplici supernae salutaris794 que lucis radio coruscare vide/tur, cui respondent: unitas catholicorum inter se, quae firmissima atque in exemplum praelucens servetur oportet; unitas praeterea ex piis precibus et flagrantissimis votis constans, qua christiani ab hac Apostolica Sede seiuncti expetunt ut nobiscum coniungantur; unitas denique existimatione atque observantia erga Ecclesiam Catholicam innixa, ab iis exhibita, qui diversa religionis formas adhuc non christianas profitentur.

Quam ad rem, est maxime lugendum, quod ingens adhuc humani generis pars —quamvis omnes homines qui nascuntur ipsi quoque Christi Sanguine sint redempti— nondum participet supernae gratiae fontes, qui in Ecclesia Catholica habentur. Quo fit ut de Ecclesia Catholica, cuius lux omnia illuminat et cuius supernaturalis unitatis vis in universae hominum familiae profectum redundat, apte cadant haec Sancti Cypriani praeclara praeconia: «Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit; unum tamen lumen est quod ubique diffunditur nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius pandit: unum tamen caput est et origo una et una mater fecunditatis successibus copiosa: illius fetu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur» [2].

Venerabiles Fratres: Hoc sibi proponit Oecumenica Synodus Vaticana Secunda; quae, dum praecipuas Ecclesiae vires in unum congregat, atque enixe studet, ut salutis nuntium ab hominibus libentius excipiatur, quasi viam sternit ac munit ad efficiendam illam humani generis unitatem, quae veluti necessarium fundamentum est, ut terrena Civitas in similitudinem componatur Civitatis caelestis, «cuius rex veritas, cuius lex caritas, cuius modus aeternitas» [3].

CONCLUSIO

Nunc autem «os nostrum patet ad vos» (*2 Cor.* 6, 11), Venerabiles in Episcopatu Fratres. Ecce nos iam in unum congregatos in hac Vaticana Basilica, ubi Ecclesiae historiae cardo vertitur, ubi nunc Caelum et terra artissimo coniunguntur foedere; hic ad Sancti Petri sepulcrum, ad tot Sanctorum Decessorum Nostrorum tumulos, quorum cineres hac sollemni hora quasi arcano quodam fremitu exsultare videntur.

Quod incohatur Concilium, veluti dies in Ecclesia oritur795 splendidis/sima luce refulgens. Tantum aurora est; et iam primi orientis solis radii quam suaviter animos afficiunt nostros! Omnia hic sanctitatem spirant, laetitiam excitant. Contemplamur enim stellas claritate sua maiestatem huius templi adaugere, quae, teste Ioanne Apostolo [4], vos estis; et per vos quasi aurea lucere candelabra circa Principis Apostolorum sepulcrum, quae sunt Ecclesiae vobis concreditae [5]. Simul cernimus viros dignitate amplissimos, qui e quinque continentibus terris Romam convenerunt, suarum Nationum personam acturi, quique omni cum reverentia atque humanissima cum exspectatione hic adsunt.

Quare plane dicendum est, Caelites et homines ad celebrandum Concilium consociatam conferre operam. Beatorum Caelitum partes hae sunt, ut labores tueantur nostros; christifidelium, ut flagrantes preces ad Deum fundere pergant; vestrum ommnium, ut supernis Spiritus Sancti impulsionibus prompte obsecuti, alacriter detis operam, ut labores vestri variarum gentium optatis ac necessitatibus apprime respondeant. Haec ut contingat, a vobis postulantur serena animorum pax, fraterna concordia, coeptorum temperantia, disceptationum dignitas, deliberationum omnium sapientia.

Utinam studia atque opera vestra, in quae non tantum populorum oculi sed spes quoque universi orbis sunt conversae, exspectationem cumulate expleant.

Omnipotens Deus, in Te, nostris diffisi viribus, fiduciam totam reponimus. Super hos Ecclesiae tuae Pastores benignus respice. Supernae tuae gratiae lumen Nobis adsit consilium capientibus, adsit leges ferentibus; et quas una Fide, uno ore, uno animo ad Te preces fundimus, libenter exaudi.

O Maria, Auxilium Christianorum, Auxilium Episcoporum, cuius amorem nuper in Lauretano templo tuo, ubi Incarnationis mysterium venerari placuit, peculiari modo experti sumus, omnia ad laetum, faustum, prosperum exitum tua ope dispone; tuque una cum Sancto Ioseph Sponso tuo, cum Sanctis Petro et Paulo Apostolis, Sanctis Ioanne Baptista et Evangelista, apud Deum intercede pro nobis.

Iesu Christo, Redemptori nostro amantissimo, Regi immortali populorum et temporum, amor, potestas et gloria in saecula saeculorum. Amen.

[1] *Cfr. Ibid.*

3084

1962 OCT 20.-CONC. VAT. II, ALL. AAS 54 (1962) 822-824

NUNTIUS AD UNIVERSOS HOMINES SUMMO PONTIFICE ASSENTIENTE A PATRIBUS MISSUS INEUNTE CONCILIO OECUMENICO VATICANO II

Patres S. Concilii ad universos homines

Ad omnes homines ac nationes nuntium perplacet mittere salutis, amoris et pacis, quae a Christo Iesu, Filio Dei vivi, mundo allata sunt et Ecclesiae commissa.

Hac de causa enim beatissimi Ioannis Papae XXIII iussu congregati, huc nos, Apostolorum successores, unanimiter cum Maria Matre Iesu orantes, convenimus, unum apostolicum corpus efformantes, cuius caput est Petri successor.

Illucescat facies Christi Iesu

Quo in conventu, Spiritu Sancto duce, quaerere volumus quomodo nosmetipsos renovemus oporteat, ut Evangelio Christi magis ac magis fideles inveniamur. Integram ac puram Dei veritatem huius aetatis hominibus sic proferre studebimus ut eam ipsi intellegant eique libenter assentiant.

Pastores cum simus, eorum omnium indigentiae satisfieri cupimus, qui Deum quaerunt, «si forte attrectent eum aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum» [1].

Ideo Christi voluntati oboedientes, qui semetipsum morti tradidit «ut exhiberet ipse sibi Ecclesiam non habentem maculam aut rugam..., sed ut sit sancta et immaculata» [2], omnes vires cogitationesque impendimus in nosmetipsos, Praesules, necnon in greges nobis creditos ita renovandos ut gentibus appareat amabilis facies Iesu Christi, qui in cordibus nostris illucescit «ad illuminationem claritatis Dei» [3].

Sic Deus dilexit mundum...

Credimus Patrem sic mundum dilexisse ut ad eum salvandum Filium suum daret; qui quidem per eundem Filium suum nos a servitute peccati / liberavit, omnia per 823

[1] *Act.* 17, 27. [2] Cfr. Eph. 5, 27. [3] Cfr. *2 Cor.* 4, 6.

eum reconcilians in ipsum, «pacificans per sanguinem crucis eius» [4], ita ut «filii Dei nominemur et simus». Spiritus insuper nobis a Patre datur, ut vitam Dei viventes, Deum et fratres diligamus, qui omnes unum in Christo sumus.

Tantum vero abest ut Christo adhaerentes a terrenis officiis et laboribus avertamur, ut fides e contra, spes et caritas Christi nos impellant ad inserviendum fratribus nostris, hoc modo ad exemplum Divini Magistri conformatos, qui «non venit ministrari sed ministrare» [5]. Ideo et Ecclesia non ad dominandum nata est sed ad serviendum. Ipse pro nobis animam posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere [6].

Proinde, cum ex Concilii laboribus fore speremus ut lux fidei clarior et vividior splendeat, spiritualem expectamus renovationem, ex qua et iam felix procedat impulsus quo proficiant humana bona, scilicet scientiae inventa, artis technicae progressus eruditionisque latior diffusio.

Caritas Christi urget nos

Ex omni natione quae sub coelo est adunati, omnium populorum nobis creditorum in cordibus nostris gerimus aerumnas, corporis et animae angustias, dolores, desideria, spem. Ad omnes anxietates, quibus hodie homines pungiuntur, instanter animum intendimus. Convolet imprimis igitur sollicitudo nostra ad humiliores, pauperiores debiliresque; Christum sequentes, misereamur super turbam fame, miseria, ignorantia laborantem; constanter in eos respicientes qui, deficiente auxilio opportuno, nondum ad vivendi rationem homine dignam pervenerunt.

Quapropter in labore obeundo nostro magni faciamus quaecumque ad dignitatem hominis spectant, quaecumque conferunt ad veram populorum communitatem. «Caritas Christi urget nos» [7]; nam «qui viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?» [8].

Duae quaestiones maioris momenti nobis proponuntur

Summus Pontifex Ioannes XXIII in radiophonico nuntio824 die 11 Septembris 1962 dato, duo praesertim inculcavit. /

Imprimis, quae ad pacem inter populos spectant. Bellum nemo est qui non odio habeat, nemo qui ardenti desiderio ad pacem non tendat. Sed maxime omnium id Ecclesia exoptat, quippe quae mater sit omnium. Ipsa suum pacis amorem, Romanorum Pontificum voce, palam declarare numquam destitit, necnon et suam voluntatem pacis, parata semper cuilibet sincero conatui toto corde adiutricem praestare operam. Eadem ad coniungendos populos viribus omnibus tendit, et ad mutuam inter eos procurandam rerum animorumque aestimationem. Iste conventus noster Conciliaris, mirabilis ob suam stirpium, nationum, linguarum diversitatem, nonne communitatem testatur fraterni amoris, ipsiusque veluti signum fulget visibile? Homines universos profitemur fratres esse, cuiuscumque stirpis sunt vel nationis.

Praeterea Summus Pontifex urget socialem iustitiam. Doctrina per Litteras Encyclicas *Mater et Magistra* exposita, manifesto ostendit Ecclesiam hodierno mundo quam maxime esse necessariam, ad iniustitias denuntiandas indignasque inaequalitates, ad verum rerum bonorumque ordinem restaurandum, ita ut, secundum Evangelii principia, hominis vita humaior fiat [LE 2984].

Virtus Spiritus Sancti

Nobis profecto sive opes humanae sive potentia terrestris desunt; fiduciam autem in virtute Spiritus Dei collocamus, a Domino Iesu Christo Ecclesiae promissi. Ideo non fratres nostros tantum, quibus ut pastores inservimus, sed etiam fratres omnes in Christum credentes, et reliquos homines bonae voluntatis quos Deus «vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire» [9], humiliter et ardenter vocamus ut ad rectiorem magisque fraternam civitatem in ipso mundo aedificandam omnes una nobiscum adlaborent. Eiusmodi enim est divinum consilium ut per caritatem iam quodammodo regnum Dei in terris elucescat quasi aeterni regni Dei adumbratio.

Luceat, obsecramus, in medio mundi huius, qui procul ab optata pace adhuc abest ob minas ex ipso scientiarum progressu ortas, mirabili sane, sed non semper superiori moralitatis legi intento, luceat lumen magnae spei in Iesum Christum, unicum Salvatorem nostrum.

[4] Cfr. Col. 1, 20. [5] *Matth.* 20, 28. [6] Cfr. *1 Io.* 3, 16. [7] *2 Cor.* 5, 14. [8] *1 Io.* 3, 17. [9] Cfr. *1 Tim.* 2, 4.

3085

1962 NOV 7.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

SOLVUNTUR DUBIA CIRCA: ANTIPHONAS INTEGRE RECITANDAS; PRECES BREVITER CONCLUDENDAS IN RITUALI ROMANO; RITUM SEPELIENDI PARVULOS ET OBLIGATIONEM ADHIBENDI NOVAM TANTUM VERSIONEM PSALMORUM IN RITUALI ROMANO

Excmus ac Revmus Dominus Franciscus Iosephus Grimshaw, archiepiscopus Birminghamien., Praesesque Commissionis Liturgicae pro Anglia, Sacrae Ritum Congregationi sequentia dubia, in ordine ad novum edendum Rituale dioecesibus Angliae concessum per decretum eiusdem Sacrae Congregationis diei 14 Ianuarii a. 1959 [LE 2797], proposuit pro opportuna solutione, nimirum:

1) utrum antiphonae omnes in Rituali romano semper recitari debeant integrae tam ante quam post psalmum;

2) utrum in precibus Ritualis romani conclusio brevior semper sit adhibenda;

3) utrum, in fine ritus sepeliendi parvulos, canticum «Trium Puerorum» adhuc recitari oporteat cum sacerdos a sepulcro in ecclesiam revertitur.

4) utrum in functionibus Ritualis romani adhiberi debeat tantummodo nova psalmorum versio, uti in editione typica a. 1952, ita ut antiqua versio omnino iam sit prohibita.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, rebus mature perpensis, propositis dubiis respondit: Ad 1. *Affirmative.* Ad 2. *Affirmative*, exceptis precibus in administranda S. Confirmatione. Ad 3. *Negative.* Ad 4. *Negative.*

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 7 Nov. 1962.—Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secr.*

* Praesidi Commissionis liturgicae pro Anglia, Prot. N. B. 18/957: EL 77 (1963) 188-185. Adn. EL 77 (1963) 190-191.

3086

1962 NOV 9.-SC CONSIST., RESCR. AAS 54 (1962) 867

DESIGNATIO TRIBUNALIUM PRO SUBDITIS VICARIATUS CASTRENSIS CANADENSIS

Vicarius Castrensis Canadensis dicionis, iuxta praescriptum Instructionis De Vicariis Castrensibus *Sollemne semper* a Sacra Congregatione Consistoriali die 23 Aprilis 1951 [LE 2208] editae, ad causas cognoscendas subditorum Vicariatus Castrensis eiusdem dicionis sive contentiosas inter ipsos sive criminales, in prima instantia Tribunal metropolitanum Ordinarii Quebecensis, in altera vero Tribunal metropolitanum Ordinarii Marianopolitani semel pro semper designavit; quam designationem Ss.mus Dominus Noster Ioannes divina Providentia PP. XXIII per Rescriptum anni 1962 adprobare dignatus est.

3087

1962 NOV 13.-SC RITUUM, DECR. AAS 54 (1962) 873

DE S. IOSEPH NOMINE CANONI MISSAE INSERENDO

Novis hisce temporibus Summi Pontifices non unam nacti sunt occasionem ut ritibus sollemnioribus cultum S. Ioseph, inclyti Beatae Mariae Virginis Sponsi, augerent. Prae omnibus autem Pius Papa IX eminet, qui votis Concilii Vaticani I annuens, Ecclesiae universae castissimum Deiparae Virginis Sponsum, die octava Decembris anni 1870, caelestem Patronum designavit. Praedecessorum suorum vestigia persequens Sanctissimus D. N. Ioannes Papa XXIII eundem Sanctum Ioseph non tantum Concilii Vaticani II, quod Ipse indixit, «Praestitem salutarem» constituit, sed motu proprio etiam decrevit Eius nomen, tanquam optatum mnemosynon et fructus ipsius Concilii, ut in Canone Missae recitaretur. Quod consilium die 13 Novembris proxima superiori per Cardinalem suum a Status secretis, Concilii Patribus in Vaticana Basilica congregatis publice aperuit iussitque ut praescriptum inde a die octava proximi mensis Decembris, in festo scilicet Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae, in praxim deduceretur.

Quapropter haec S. Rituum Congregatio, voluntatem Summi Pontificis prosecuta, decernit ut infra Actionem post verba: «*Communicantes... Domini nostri Iesu Christi*», haec addantur: «*sed et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi*» et deinde prosequatur: «*et bealorum Apostolorum ac Martyrum tuorum...*».

Statuit etiam ipsa S. Congregatio ut huiusmodi praescriptum diebus quoque observetur in quibus peculiaris formula «Com-

http://www.obrascatolicas.com

municantes» in Missali praescribitur. Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

Die 13 Novembris 1962.—A. Card. Larraona, *Praef.* Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secr.*

Adn. J. GRECO in Rev. Comm. Rel. 35 (1963) 10-15; I. PIZZONI in in EL 77 (1963) 58-60; T. URQUIRI in Ilustración del clero 56 (1963) 10-20, 65-71.

3088

1962 NOV 15.-SC RELIGIOSORUM, LIT. CIRCUL. PART.*

Ratio studiorum ad tempus approbata prorogatur, et Ratio institutionis urgetur

Romae, 15 Nov. 1962

Reverendissime Pater, Nonnullae Religiones et Societates perfectionis evangelicae acquirendae, quae propriae Rationis Studiorum approbationem ad triennium sunt consecutae, Sacram hanc Congregationem precibus adierunt, ut definitiva eiusdem approbatio sibi concederetur. Sacra vero Congregatio, ratione habita peculiarium adiunctorum huius temporis, expedire censuit omnium Rationum Studiorum approbationem differri, donec Concilium Oecumenicum Vaticanum II, quod in praesenti celebratur, finem capiat. Quamobrem approbationem temporaneam iam concessam, harum Litterarum vi, prorogat usque ad eiusdem universalis Synodi exitum.

Cum vero *Statuta Generalia*, praeter Rationem Studiorum etiam Rationem Institutionis praescribant (Art. 19 § 1), omnes Abbates Generales Superioresque Supremi monentur, ut intra annum 1963 huic Sacrae Congregationi exhibeant huiusmodi Institutionis Rationem. Qua contineri debet, modo non descriptivo sed eo quo leges statui solent, seu normativo, methodus formationis humanae, religiosae, sacerdotalis, apostolicae et Instituti cuiusque propriae, quae scilicet servatur in curriculo medio-classico, in novitiatu et curriculo philosophico ac theologico, in cursu pastorali et in tertia probatione.

Instituta autem religiosa, quae methodum iam habent legitime probatam et ad usum deductam quoad omnia vel quaedam formationis tempora praedicta, huic officio satisfacere possunt si Sacrae Congregationi exhibuerint, quam primum, duplex exemplar librorum eo pertinentium, pro opportuna revisione, ratione tamen habita documentorum hac de re a S. Sede recentissimis hisce annis editorum.

Hac oblata occasione Paternitati Tuae Reverendissimae existimationem meam significans, permaneo addictissimus in Domino.—Valerius Card. Valeri, *Praef.*

* Supremis Moderatoribus Institutorum perfectionis: CpR 42 (1963) 3-4. Adn. C. B. in CpR 42 (1963) 17-20; F. GONZALEZ in CpR 42 (1963) 5-17.

3089

1962 NOV 15.-SC STUD., DECR. AAS 55 (1963) 357-359

Studium Theologicum a S. Thoma Aquinate, Bononiae existens, ad Theologicam Facultatem Pont. Athenaei «Angelicum» de Urbe adgregatur

Sacram doctrinam excolendam provehendamque Sodales Praedicatorum Ordinis ita magni extollebant praetii ut theologicis docendis discendisque disciplinis ibi conderent domicilia, quo domus eiusdem Ordinis excitabantur. Quod
358 Bononiae praesertim evenit, ubi, moderante / Beato Reginaldo Aurelianensi, parisiensi Magistro, aedibus Fratrum extructis, Theologicum Studium conditum est, praeclaro decoratum doctorum regimine, inter quos iure meritoque eminent Paulus Hungarus, Guerricus a Sancto Quintino, Rolandus Cremonensis. Idem, inter quattuor Dominiciani Ordinis «Studia Generalia» anno millesimo ducentesimo quadragesimo sexto apprime recensitum, in Bononiensem studiorum Universitatem promovendam fovendamque rem non modice contulit. Cuius ope ac studio tum Statuta eiusdem Bononiensis Universitatis, iussu Innocentii quarti Pont. Max., anno millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio confecta sunt, auxiliante viro clarissimo Bononiae Archidiacono, cum novae Theologicae Facultatis ipsius perillustris Athenaei Leges ac Regulae, infra annos millesimum tercentesimum sexagesimum et millesimum tercentesimum sexagesimum quartum, de mandato Academicarum Auctoritatum, promulgatae sunt. Insuper, inde ab anno millesimo ducentesimo octogesimo sexto, Facultas Iuris laudatae Universitatis propriis scholas suumque magisterium apud Dominicianum Bononiense Coenobium celebravit, ipsaque Theologica Facultas rite renovata et aucta, penes idem Dominicianum studiorum domicilium usque ad saeculum decimum sextum iustis effloruit incrementis.

Per trium itaque saeculorum ferme decursum Dominicianum Bononiense Studium doctae Bononiae Magistrorum seminarium fuit in sacris tradendis theologicis doctrinis. Inde ab anno millesimo quadrigentesimo usque ad millesimum sexcentesimum quinquagesimum, maximum attigit decorem, atque apud sacras exuvias Dominiciani Ordinis Conditoris, quae in ipso Bononiensi Coenobio digno cultu adservantur, studia viguerunt altiora, a multis praeclaris viris celebrata, inter quos recolendi sunt: Petrus Maldura Bergomensis, Dominicus Flandrensis, Hieronymus Savonarola, Michaël Ghislieri, qui Pius quintus ad summum pontificatus apicem evectus, in Sanctorum Albo adscriptus est.

Saevis inde seditiosorum perturbationibus saeculo decimo nono interemptum, die nona Mali anni millesimi nongentesimi quadragesimi, felicis recordationis Pater et Episcopus Stanislaus Gillet, Praedicatorum Ordinis Generalis Magister, novo auctoque decori sapienti sane consilio restituit. Ad presens autem, quo uberiores fructus idem adferre valeat, ab Apostolica Sede iterum iterumque postulatum est, ut laudatum Dominicianum Studium, ad Pontificium Athenaeum «Angelicum» de Urbe adgregandum, Sacrae Theologiae Baccalaureatus et Prolytatus academicos gradus, ad normam sacrorum canonum tradere iubeatur. Quibus omnibus mature seduloque perpensis, Sacra Congregatio de Seminariis Studiorumque Universitatibus, Reverendissimi Patris ac Domini Aniceti Fernández, hodierni 359
Praedicatorum Ordinis Generalis Magistri, supplicibus adhibitis precibus iuste obsecundans, ut actuosa memorati Theologici Studii voluntas digna laude augeatur, ad maius pietatis augmentum, ad christiani nominis decus et incrementum, ad sanae doctrinae profectum Studium Theologicum a S. Thoma Aquinate, Bononiae existens, praesentibus litteris ad Theologicam Facultatem Pontificii Athenaei «Angelicum» de Urbe adgregandum statuit, *adgregatumque declarat*, facta eidem potestate Sacrae Theologiae Baccalaureatus et Prolytatus academicos gradus alumnis dumtaxat Ordinis Praedicatorum conferendi, nomine et auctoritate eiusdem Theologicae Facultatis Pontificii Athenaei «Angelicum» de Urbe, normis tum Apostolicae Constitutionis «Deus scientiarum Dominus» ipsique adnexarum «Ordinationum», cum peculiarium Statutorum quae ab eadem Sacra Congregatione approbata sunt, adamussim servatis: omnibus insuper iuribus, honoribus, privilegiis, muneribus atque officiis quae huiusmodi Studiis de more pertinent, salvis ac valituris. Ceteris servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, die xv mensis Novembris, in festo Sancti Alberti Magni, Episcopi Confessoris et Ecclesiae Doctoris, anno Domini MCMLXII.—I. Card. Pizzardo, Ep. Albanen., *Praef.* Dinus Staffa, *a Secretis.*

3090

1962 NOV 24.-IOANNES XXIII, EPISTULA AP. PART.*

Laudat institutionem Seminarii Veronensis ad sublevandam penuriam cleri Americae Latinae

La cura sollecita di tutta la Chiesa Ci ha spinto più volte in questi anni a manifestare ai venerabili Fratelli nell'Episcopato le ansie del Nostro animo di fronte alle necessità spirituali in cui si trovano tanti diletti figli sparsi per il mondo.

Con intima consolazione abbiamo invero trovato pronta e generosa corrispondenza da parte dei Vescovi di molte Nazioni, i quali, dando prova di ardente spirito missionario e di senso profondo dell'universalità della Chiesa, hanno voluto offrire le energie di zelanti sacerdoti ad altre diocesi più numerose privandosi dei loro preziosi servigi. Tuttavia il grave problema è ancora lontano dall'auspicata soluzione.

Ricevendo i partecipanti al I Congresso Nazionale Italiano per le vocazioni ecclesiastiche, già confidammo la Nostra pena; e, fra le nazioni del mondo, accennammo in particolare alle condizioni dell'America Latina, *«dove la vastità dei territori, l'incremento rapido della popolazione, gli assestamenti politici ed economici hanno contribuito, con altre cause, a ritardare, a rendere difficile la soluzione del grave problema delle vocazioni e degli aspetti singolari dell'azione pastorale, secondo le esigenze accresciute dei tempi»* (*A. A. S.*, 1961, p. 313).

L'incontro, sempre desiderato e caro, che si rinnova con maggiore frequenza in questi giorni, con gli Arcivescovi e

Vescovi delle nazioni latino-americane, convenuti a Roma per il Concilio Ecumenico, Ci ha riproposto in tutta la sua ampiezza la più assillante ed urgente esigenza delle loro diocesi, la penuria del clero. Dalle labbra di quei zelanti Pastori abbiamo colto l'angustia per tante anime, a cui non giunge, o solo saltuariamente, l'opera del sacerdote; per tanti fanciulli innocenti, che chiedono il pane della verità (cf. *Lam.* 4, 4); per la messe copiosa, che langue per mancanza di operai.

È bensì vero che non sono mancate, né mancano —e Ci è grato darne atto al vigile zelo dei Nostri venerabili Fratelli dell'America Latina— molteplici consolanti iniziative. Fra l'altro, amiamo ricordare il vigoroso impulso dato ai seminari diocesani e la cura spiegata nel coltivare le vocazioni ecclesiastiche. Ma i benefici frutti di un lavoro così necessario matureranno soltanto a lunga scadenza.

A tale proposito. Noi ravvisiamo un mezzo efficace ed immediato nella fraterna collaborazione sacerdotale fra le varie diocesi del mondo, specialmente di quelle che possono dirsi privilegiate per maggior numero di sacerdoti e di vocazioni.

Ci rivolgiamo pertanto ai venerabili Vescovi d'Italia per associarli ancor più strettamente a questa Nostra preoccupazione.

Con profonda soddisfazione abbiamo appreso che, lo scorso anno, si è aperta la Sezione Teologica per l'America Latina nel seminario diocesano di Verona, destinata ai chierici offertisi per l'apostolato in quei lontani paesi. Ora è necessario un passo ulteriore: i Vescovi dell'America Latina lo attendono fiduciosamente e, in special modo, lo richiede l'avvenire religioso di quelle vaste regioni.

Mentre pertanto esortiamo ad estendere la lodevole e provvida intrapresa, è Nostro desiderio che siano attentamente considerate anche altre possibili forme di immediata cooperazione sacerdotale da concretarsi con l'invio di sacerdoti ben preparati.

Nella diletta nazione italiana non mancano regioni, che, come segno delle predilezioni del Datore di ogni bene, sono dotate di abbondante clero. Da quelle diocesi ameremmo veder partire una eletta schiera di sacerdoti verso gli ampi orizzonti del continente Latinoamericano. Fu questo il voto, che formammo nel menzionato Discorso, auspicando che *«le diocesi d'Italia non solo provvedano presto e largamente alle loro necessità, ma siano in grado... di offrire alla Chiesa le preziose energie dei loro figliuoli, invitati a volgersi con amore verso i campi immensi delle diocesi doppiamente sorelle dell'America Latina»*.

Amiamo nutrire fiducia che questo invio di sacerdoti possa iniziarsi su basi nolto più ampie durante lo svolgimento del Concilio Ecumenico. Il gesto potrà così costituire una testimonianza fattiva e operante della cattolicità della Chiesa come della carità, che unisce i membri del Corpo Mistico; e al tempo stesso sarà il dono inestimabile del Concilio alle cattoliche popolazioni dell'America Latina.

Allo scopo di evitare dispersioni di energie, sarà bene coordinare le nuove attività per il tramite della Pontificia Commissione per l'America Latina, provvidamente istituita dal Nostro Predecessore Pio XII di v. m.; essa, infatti, con l'esperienza acquisita in proposito, d'intesa con gli Ordinari di quelle nazioni, è in grado di segnalare i bisogni più urgenti e di assicurare con opportune direttive il proficuo sviluppo dell'iniziativa.

Queste sono le preoccupazioni e i voti, che abbiamo voluto manifestarLe, Signor Cardinale, affinché ne sia eloquente interprete presso i Vescovi d'Italia, esaminando con essi la maniera di giungere sollecitamente a concrete realizzazioni. Abbiamo la lieta fiducia, che le nuove prospettive, aperte allo zelo del clero italiano, trovino generosa risposta; e siamo sicuri che il Signore della messe ricompenserà ampiamente il sacrificio richiesto ai Pastori delle diocesi.

Con questi sentimenti, in pegno di paterna benevolenza, Noi effondiamo su di Lei, Signor Cardinale, e suo suoi confratelli nell'Episcopato, la Nostra larga e propiziatrice Benedizione Apostolica.

Dal Palazzo Apostolico Vaticano, il 24 novembre 1962, quinto del Nostro Pontificato.—Ioannes Pp. XXIII.

* Praesidi Conferentiae episcopalis Italiae: **Seminarium** 15 (1963) 200-202. Vide **Epistulam Commissionis Conferentiae episcopalis Italiae pro America Latina** diei 31 martii 1963, Prot. N. 40/CR, omnibus Ordinariis datam circa adiutorium Seminario Veronensi praestandum, et circa normas, requisita et documenta pro admissione in Seminarium Veronense necessaria: **Seminarium** 15 (1963) 204-211.

3091

1962 DEC 8.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 55 (1963) 444-446

Nova Statuta ordinis equestris Sancti Sepulchri Hierosolymitani approbantur

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Religiosissimo a monumento victoriae, qua Christus Salvator, a mortuis resurgens, mortem superavit, vitam nobis tribuit, salutem impendit perpetuam, appellationem et vim traxit Ordo Equester Sancti Sepulchri Hierosolymitani, quem Apostolica Sedes curis peculiaribus numquam desiit fovere. Iamvero, quae Romani Pontifices per saecula praeterita eidem benigne praebuerant, quasi hereditate accepta servare studens incrementisque augere, proximus Decessor Noster, fel. rec., Pius Pp. XII eiusdem Ordinis Statuta, Apostolicis Litteris sub anulo Piscatoris die XIX mensis Septembris anno MCMXLIX datis, auctoritate sua approbavit confirmavitque. Nos autem, quibus in vitae satis longo curriculo saepius datum est Equestris huius Ordinis sodales convenire et opera ab eodem patrata cognoscere, iuvat testatam hanc Summorum Pontificum benevolentiam consectari. Qua propensa in lectissimum hunc Equitum coetum voluntate permoti, Venerabilem Fratrem Nostrum Eugenium Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Tisserant, Episcopum Ostiensem ac Portuensem et Sanctae Rufinae, Sacri Patrum Purpuratorum Collegii Decanum, el praefecimus, postquam Nicolaus Cardinalis Canali, primus Ordinis istius Magnus Magister, Romana Purpura honestatus, e vivis ereptus est. Quo annitente, idem laetis auctibus crevit, scilicet ob meritorum laudem dignus est habitus, qui singulari Apostolicae Sedis gratia frueretur eiusque obtegeretur praesidio. Est enim prae Nobis ferendum in plures nationes eum tunc esse propagatum et opera Patriarchatus Latini Hierosolymitani / plurimum ab eo accepisse incre- 445
menti. In praesenti vero, optatis Nostris obsecundans, praedictus Ordo caritatis officiis et studio missionali prosequitur quotquot, sive ritus Latini sive Orientalis, sunt in Terra Christi incolatu sacra atque allaborant, ut Fides ibi servetur, defendatur, amplificetur. Egregii autem hi conatus suscepti et munera ipsi praestituta, quibus Ordo, Deo opitulante, sine dubio nitetur satisfacere, suaserunt, ut eiusdem leges, a Pio Pp. XII, ut supra dictum est, approbatae, ad novas necessitates vitae et apostolatus formas, Ordini nunc proprias, accommodarentur atque adeo prudenter immutarentur. Re quidem vera, ut quaevis sodalitas recte constituta atque praedita vigore, ita hic etiam Equitum coetus perspectum habet oportere, ut, qui praesint, ductu Cardinalis Magni Magistri, cunctis viribus ad praeclara et alta Ordini ipsi proposita contendant, eo scilicet, ut sodales christiana pietate excolant animos atque in patria Divini Redemptoris Fidem tueantur, provehant et homines ad amandum Salvatorem suum accendant. Quibus omnibus perpensis, Venerabilis Frater Noster Eugenius Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Tisserant, quem supra laudavimus, Nos rogavit, ut huiusmodi Statuta ad ea, quae haec tempora postularent, Nostra auctoritate accommodari sineremus. Nos vero, precibus eius libenti animo admissis, decrevimus, ut Purpuratus Pater a publicis Ecclesiae negotiis Statuta retractata et recognita experimenti causa ad tempus probaret; quod quidem ab eo Litteris die XII mensis Iunii anno MCMLXII datis factum esse cognoscitur. Cum vero hoc experimentum felices habuerit exitus, expedire iam arbitramur, ut Statuta quibus priora, anno videlicet MCMXLIX edita, perficiuntur et renovantur, legitime agnoscamus atque probemus. Quae cum ita sint, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, *Nova Statuta Ordinis Equestris Sancti Sepulcri Hierosolymitani*, iuxta exemplar, quod Italico sermone conscriptum et XXXVI articulis constans, in Tabulario Officii Nostri Brevibus expediendis asserv atur, cuiusque priora verba sunt: «Articolo 1.°: Fondazione: l'Ordine Equestre del S. Sepolcro di Gerusalemme, di antica origine, costituito»; postrema vero: «le luogotenenze posson disporre di un Regolamento particolare, reso valido dall'approbazione del Cardinale Gran Maestro», *approbamus, confirmamus* iisque Apostolicae sanctionis robur adicimus. Praeterea, quandoquidem Pius Pp. XII, Decessor Noster, Ordinem Equestrem Sancti Sepulchri in personam iuridicam, ut appellatur, erexit, Nos hanc condicionem iure constitutam eidem Ordini confirmamus, omnibus cum privilegiis, / facultatibus, honoribus, 446
quae personae iuridicae legitime competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec statuimus, decernentes

http://www.obrascatolicas.com

praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Decembris, in festo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3092

1962 DEC 15.-SC SACRAMENTORUM, RESCRIPT. PART.*

FACULTAS DATUR PERMITTENDI ITERATIONEM MISSAE DIEBUS FERIALIBUS

PRECES—*Beatissime Pater*, Ordinarius Colonien., nomine etiam aliorum Ordinariorum Germaniae, ad pedes S. V. provolutus, humiliter postulat prorogationem rescripti S. Congregationis de Sacramentis ex Audientia SS.mi diei 11 ianuarii 1960, N. 7925/59, circa facultatem permittendi sacerdotibus curae animarum addictis, Sacri iterationem diebus ferialibus, iisdem causis perdurantibus.

RESCR.—*Ex Audientia Ssmi diei* 15 *decembris* 1962. Sanctissimus Dominus Noster Joannes Papa XXIII, audita relatione Excmi Substituti Secretariae Status, attentis expositis, Ordinario Colonien. gratiam prorogationis benigne impertitur ad aliud triennium, in casibus necessitatis, servatis in reliquis forma ac tenore praecedentis rescripti.—B. Card. ALOISI MASELLA, *Praef.*

* Ordinariis locorum Germaniae, Prot. N. 6946/62: AKKR 132 (1963) 158-159.

3093

1962 DEC 29.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPT. PART.*

FACULTAS DATUR PERAGENDI EXPERIMENTA EXTERNA SEU ACTIVITATEM FORMATIVAM EXERCENDI DURANTE NOVITIATU

PRECES—*Beatissime Pater*: Praepositus Generalis Societatis Iesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, quae sequuntur humiliter exponit:

Inter media quibus Sanctus Fundator Societatis nostrae voluit novicios probari atque formari antequam ad prima vota admittentur, valorem peculiarem obtinent «experimenta» seu probationes, quarum quaedam extra domum noviciatus fieri debent, quae proinde vocari solent experimenta «exteriora». Haec varii generis sunt: exempli gratia, servitium infirmorum in nosocomiis, peregrinatio sine pecunia ostiatim mendicando, instructio puerorum in catechismo, et alia similia. Sic per integrum mensem novicius extra domum versatur, propriae responsabilitati quasi relictus, humilitatis caritatisque opera constanter exercens, eo quidem fine ut experimento transacto argumentum validum habeatur de eius indole et charactere interiore, rectitudine iudicii, voluntatis firmitate, virtutum substantia et robore. Porro experientia constat quantum huiusmodi experimenta valeant ad aptitudinem candidatorum iuste aestimandam necnon ad firmandum et maturandum characterem eorum qui in experimenti bene succedunt.

Verum, cum ius Codicis (can. 555, 556) praescribat —et quidem ad validitatem— annum canonicum integrum et continuum in domo noviciatus peragi debere, Societatis Moderatores anno 1917, strictae interpretationi adhaerentes, haec experimenta fieri statuerunt anno secundo noviciatus, ne annus canonicus interruptionem pateretur. Constat vero experimenta hac ratione transacta non omnino optatis satisfacere.

Itaque optandum est ut praedicta experimenta «exterioraa fieri possint etiam in primo anno noviciatus, quo tempore scilicet maiores melioresque fructus ab iis sperari possunt. Neque timendum est ne iuvenes qui experimenta peragunt a spiritu noviciatus nimis distrahantur; etenim bene norunt se exerceri in rebus quae ab initio ordinatae sunt tamquam pars integra et essentialis probationis in Societate.

His rationibus ductus, Orator humiliter petit pro tota Societate Iesu dispensationem a praescriptis cann. 555 § 1, 3.° et 556 §§ 1 et 2 quatenus talis dispensatio necessaria sit ut praedicta fieri possint durante primo seu canonico anno noviciatus, quin noviciatus sive quoad licitatem sive quoad validitatem ullum detrimentum capiat. Et Deus, etc.

RESCR.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis peculiaribus rationibus expositis omnibusque bene perpensis, benigne adnuit pro gratia, iuxta preces, servatis ceteris servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, die 29 Decembris A. D. 1962.

* Praeposito Gen. S. I., Prot. N. 16673/62: CpR 48 (1969) 319-320. Adn. Acta romana Societatis Iesu 14 (1961-66) 229-230.

3094

1962 . . . . -SC DE PROP. FIDE, NORMAE. PART.*

NORMAE SERVANDAE IN ERIGENDIS ET ORDINANDIS SEMINARIIS CENTRALIBUS AUT REGIONALIBUS IN MISSIONIBUS

1. Seminarium Regionale a S. Congregatione de Prop. Fide regitur.

2. Vicarii Apostolici regionis, pro qua seminarium erigendum est, in unum collatis consiliis, sequentia S. Congregationi approbanda proponat: *a)* locum in quo Seminarium erigetur; *b)* disciplinarum Seminarii institutionem; *c)* omnem studiorum ordinem, materiarum distributionem, scholarum horas singulis materiis assignatas et textuum auctores; *d)* Seminarii reditus, quantum singulae Missiones ad expensas concurrere possint et rationem, qui necessarii praevidentur.

3. Electio Rectoris spectat ad S. Congregationem de Prop. Fide, exquisito Ordinariorum voto; electio professorum fit ab Ordinariis, sed a S. Congregatione confirmanda est; dimissio eorundem etiam ad Ordinarios spectat, data tamen S. Congregationi notitia.

4. Omnes alumni philosophiae et theologiae studentes ad Seminarium centrale aut regionale mitti debent; nec licebit Vicariis Apostolicis aliquem alumnorum alibi avocare nisi de Sacrae Congregationis concensu.

5. Jurisdictio ordinaria Seminarii est omnium Ordinariorum illius regionis; eam tamen exercent mediante Ordinario loci in quo Seminarium erectum est.

6. Vicarii Apostolici conventus habeant quoad disciplinam, studia, administrationem temporalem, rectore scriptis referente, praeside Vicario Apostolico loci, Vicario Apostolico vero consecratione juniore a secretis agente.

7. Exquisito rectoris voto, directorem spiritus, oeconomum et alios moderatores et magistros Vicarii Apostolici communi consilio eligent aut dimittent.

8. Licebit Vicariis Apostolicis proprios alumnos, studiis absolutis, in proprio Vicariatu ordinare, aut dimissorias litteras concedere ut ab Ordinario loci, in quo est Seminarium, ordinentur.

9. Spectat ad Ordinarium loci, in quo est Seminarium, invigilare ut normae quoad studium et disciplinam, tum conventuum Vicariorum Apostolicorum statuta, fideliter observentur.

10. Rector est immediatus Seminarii Superior, ab eoque pendent omnes qui ibidem quovis munere funguntur. In gravioribus negotiis aut dimittendis alumnis, consiliorum de quibus in generalibus statutis Seminariorum agitur, votum exquirat.

11. Quotannis relationem tum moralem et oeconomicam Seminarii tum de alumnorum pietatis et scientiae profectu, ad Vicarios Apostolicos, quibus interest, mittat.

* Ordinariis in locis Missionum: BIM 26 (1962) 174-175. Adn. A. REUTER in BIM 30 (1966) 206-211.

3095

1962 . . . . -SC RITUUM, INSTRUCTIO. PART.

INSTRUCTIO CIRCA CELEBRATIONES QUAE IN HONOREM ALICUIUS SANCTI VEL BEATI INTER ANNUM A BEATIFICATIONE VEL CANONIZATIONE PERIGI SOLENT, AD NOVUM RUBRICAUM CODICEM ACCOMMODATA

I. *Praenotanda*

1) Ad sollemnia, sive triduana, sive octiduana, in honorem alicuius Sancti vel Beati, intra annum a Canonizatione vel Beatificatione celebranda, requiritur peculiare indultum Sacrae Rituum Congregationis *(Codex rubricarum*, n. 338 a, 339) [LE 2927].

II. *De Missis votivis (Codex rubricarum*, n. 340)

2) Singulis diebus harum celebrationum permittuntur:

a) *unica Missa in cantu*, de Sancto vel Beato, in cuius honorem celebrationes peraguntur, tamquam Missa votiva I classis;

b) *omnes Missae lectae*, ut supra, tamquam Missae votivae II classis.

3) *Unica Missa in cantu*, de qua supra, permittitur omnibus diebus liturgicis, iis tantum exceptis, quae in tabella praecedentiae *(Codex rubricarum*, n. 91), sub numeris 1-8 recensentur *(Codex rubricarum*, n. 328).

Missa haec dicitur cum *Gloria* et *Credo*, admittit commemorationes tantum privilegiatas et requirit tonum sollemnem *(Codex rubricarum* n. 330 *a, b, d.)*.

Oratio vero Missae votivae impeditae additur, sub unica conclusione, orationi diei currentis, modo ne occurrat dies sub numeris 1, 2, 3, et 8 in tabella praecedentiae recensitus *(Codex rubricarum*, n. 330 *c)*.

4) Missae autem lectae, de quibus supra n. 2 *b*, permittuntur omnibus diebus liturgicis II, III et IV classis *(Codex rubricarum*, n. 341).

Hae missae dicuntur cum *Gloria*, sed sine *Credo*, nisi ratione dominicae aut octavae occurrentis dicendum sit, admittunt unam tantum commemorationem, et excludunt orationem ab Ordinario loci imperatam *(Codex rubricarum*, n. 343, *a, b)*.

Oratio Missae votivae impeditae additur, sub unica conclusione, orationi Missae diei currentis, modo ne occurrat dies sub numeris 1, 2, 3 et 8 in tabella praecedentiae recensitus *(Codex rubricarum*, n. 343 *c)*.

5) In ecclesiis, ubi adest onus celebrandi Missam conventualem, serventur quae in *Codice rubricarum*, sub num. 297 habentur.

III. *De Vesperis votivis*

6) Cotidie, tempore horum sollemnium, celebrari possunt gradu I classis, Vesperae sollemnes de novo Sancto vel Beato, in quibus tamen fieri debent commemorationes privilegiatae *(Codex rubricarum*, n. 109); hae Vesperae valent ad satisfaciendum divini Officii obligationi quoad Vesperas eiusdem diei.

IV. *De aliis actionibus liturgicis vel piis exercitiis*

7) Aliae functiones ecclesiasticae, praeter supra recensitas, semper habere locum poterunt, uti homilia inter Missarum sollemnia vel vespere oratio panegyrica, analogae in honorem Sancti vel Beati fundendae preces, et maxime sollemnis cum Venerabili benedictio. Postremo vero tridui vel octidui die, hymnus *Te Deum* cum versiculis *Benedicamus Patrem..., Benedictus es..., Domine, exaudi..., Dominus vobiscum*, et oratione *Deus, cuius misericordiae* cum sua conclusione numquam omittetur ante *Tantum ergo* et orationem de Ssmo Sacramento.

V. *De indulgentiis quae in his sollemniis acquiri possunt*

8) Ad venerationem autem et pietatem in novensiles Sanctos vel Beatos impensius fovendam, Sanctitas Sua, thesauros Ecclesiae aperiens, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus qui, vere paenitentes, *confessi et sacra Synaxi refecti*, ecclesias vel oratoria publica, in quibus praedicta triduana vel octiduana sollemnia peragentur, *visitaverint*, ibique iuxta mentem eiusdem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces fuderint, *indulgentiam plenariam* in forma Ecclesiae consueta, semel lucrandam, applicabilem quoque animabus igne piaculari detentis benigne concedit; iis vero qui, *corde saltem contrito*, durante tempore enunciato, ipsas ecclesias vel oratoria publica visitaverint, atque in eis uti supra oraverint, indulgentiam partialem *centum dierum* semel unoquoque die acquirendam, applicabilem pari modo animabus in purgatorio exsistentibus, indulget.

* AOFMCap 78 (1962) 404-405.

ANNUS 1963

3096

1963 IAN 6.-IOAN. XXIII, EP. AP. AAS 55 (1963) 149-159

Epistula ad singulos Catholicae Ecclesiae Episcopos celerosque Patres Conc. oecum. Vaticani II, in Epiphania Domini:

CIRCA PATRUM OFFICIA TEMPORE ANTE CONCILII PROXIMAM CONTINUATIONEM

Venerabilis Frater Nobis dilectissime, Mirabilis ille Episcoporum coetus, quem tempore primae sessionis Concilii Oecumenici Vaticani II in Petrianae Basilicae maiestate congregatum intuiti sumus, semper ante oculos Nostros obversatur. Ac postquam eos dimisimus, celebrato festo die Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis ac
150 Sanctorum Caelitum honoribus decretis Beatis / Petro Iuliano Eymard, Antonio Pucci et Francisco a Camporubeo, numquam desiit animus Noster spiritualis amoris affectu cum iisdem coniungi.

Cum vero in praesenti a suavi mysterio in Bethleemitico specu peracto ad praeclaram Epiphaniam Domini, Regis gloriosi et immortalis saeculorum ac gentium, transimus, nihil antiquius habemus quam ut cogitatione et verbo ad grave sacrumque argumentum de Concilio redeamus, in quo totus hic annus modo initus versabitur et in quod hominum, quotquot sunt per orbem terrarum, studia spectabunt, corda, voces et opera omnium singulari quodam concentu coniungentia.

Constat autem inter cunctos, ad quos pertinet, hos menses anni MCMLXIII, id est tempus, quod ab Epiphania Domini, seu VI die Ianuarii, ad festum Nativitatis Beatae Mariae Virginis, seu VIII diem Septembris ducitur, habendos esse veram continuationem operis Concilio impendendi, quod mense Octobri anno MCMLXII feliciter est inchoatum. Prioribus illis hebdomadibus datum est ope speciminum doctrinae et rei pastoralis, experientia comprobatae, atque disputationum libere et reverenter habitarum, certum ac definitum modum procedendi statuere, qui efficiet, ut opus postea celerius et expeditius absolvatur.

Concilii Oecumenici continuatio

Summopere vero refert, ut penitus intellegatur Concilium non intermitti, licet Venerabiles Fratres in Episcopatu, qui una cum Romano Pontifice universalem constituunt Synodum, in praesenti, pastorali muneri vacantes, corpore absint. Iidem quam coniunctissimos animo hoc vertente anno se existiment atque ostendant oportet.

Convictus socialis populorum, ut notum est, his temporibus plurimum accipere solet significationis et utilitatis etiam actione, quae e longinquo fit; cuius rei progressus licet et expedit ut, meliore quo fieri potest modo, ad Sanctam Ecclesiam ubique terrarum transferatur eique inserviat. Id autem maxime refert, ut sacra veluti compages Episcoporum, qui una cum Summo Pontifice intimam atque primariam rationem operis Concilii tuentur, integra et inviolata servetur: id ipsum contingat oportet imprimis Romae, in colle Vaticano, in amplis aedibus ubi Ecclesiae universali regendae animo amanti et prompto consulitur, in institutis, ubi sacrae disciplinae traduntur, in pietatis caritatisque sedibus; scilicet sub oculis ipsius Vicarii Iesu Christi; deinde id ipsum fiat oportet in omnibus locis orbis terrarum, quo sacra Hierarchia per/tingit et iisdem rebus
151 opera datur, in perfecta unitate spirituali cum Romano

http://www.obrascatolicas.com

Pontifice et in virtute Spiritus Sancti, qui *posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei* [1].

Quaedam praecipua capita ad considerandum proposita

Quae in prioribus conventibus Concilii et in commercio sive inter singulos sive inter omnes simul Venerabiles Patres eiusdem universalis Synodi experiendo cognita sunt, Nobis suadent, ut mentes vestras ad quaedam capita convertamus, quae maximi momenti esse arbitramur, idque praesertim dum exspectantur ampliores Concilii progressiones sive per hos octo menses quibus Commissiones operi paene abscondito et secreto, tamen re vera utilissimo et efficientissimo, prout ad ipsas pertinet, insistunt, sive postea in conclusione —ut fore confidimus— totius negotii, quae Romae incipiet mense Septembri, donec finis Concilio imponetur.

Haec vero capita ad quattuor redigere placuit ea mente, ut rem magis distincte ac perspicue enuntiaremus. In iisdem peculiaris ratio habetur operis per hos octo menses faciendi, qui scilicet ab Epiphania Domini ad festum Nativitatis Beatae Mariae Virginis procedent. Opportuno tempore oblato, aliae hac de re normae edentur.

Haec autem sunt capita, de quibus sumus acturi:

I. Commissio Patrum Cardinalium rebus Concilii cum auctoritate recto ordine componendis, die VI mensis Decembris anno MCMLXII annuntiata ac XVII eiusdem mensis instituta, cui praeest Venerabilis Frater Noster Hamletus Ioannes Cardinalis Cicognani, a publicis Ecclesiae negotiis.

II. Studium actuosum, quo ii, qui procul ab Urbe degunt, ipsum veluti centrum Concilii attingant oportet.

III. Firmior in dies voluntas, qua clerici et laici sibi proponant Concilio auxiliatricem praebere operam, preces pro felici eiusdem exitu fundere, omnium animos eo dirigere, vitam ducere sanctam et sanctificantem.

IV. Concilium Oecumenicum XXI quam latissime pateat, scilicet amplissima consilia et proposita Ecclesiae
152 Christi complectatur. /

I. Nova Patrum Cardinalium commissio recens instituta

Viri in altissimo dignitatis gradu collocati propterea asciti sunt in Commissionem rebus Concilii recto ordine componendis per hos octo menses, quibus opus eiusdem Synodi pergere diximus, licet partim extra sacra moenia Vaticana, quod Purpuratis Patribus ad id muneris vocatis honorem habendum esse visum fuit, atque etiam quod iidem ism usum ac dexteritatem adepti sunt in aliis Commissionibus, quae Concilii veluti corpus efficiunt.

Haec autem recentissima et princeps Commissio nequaquam ceterarum opus extenuat vel imminuit, quin immo aptius disponit et lucidius definit, ratione habita ordinis ac finis totius Concilii.

Adiumento ei erit Secretariatus Generalis, scilicet Secretarius Generalis, quinque Subsecretarii eorumque adiutores, quorum probata est diligentia in munere sibi credito explendo, exsecutorio quidem, tamen multae prudentiae, ponderis et utilitatis.

II. Conexio inter sedem Concilii et Patres extra Romam degentes

Officium Romani Pontificis et Episcoporum in Concilio Oecumenico

Par est ut Concilium Oecumenicum a Romano Pontifice, qui illud convocavit, generales normas suscipiat; at simul ad Episcoporum coetum pertinet modum statuere, quo, generalibus illis servatis normis, eius celebratio debita cum libertate procedat. Necessarium etiam erit, ut quae in Concilio constituta fuerint, postremo a Summo Ecclesiae Pastore comprobentur, e cuius apostolica auctoritate tandem decreta omnia vim legis haurire debebunt; sed Conciliarium Patrum est, sacra huiusmodi decreta proponere, mature expendere, in congruam redigere formam, ac tandem una cum Romano Pontifice subscribere. Quam ad rem, expedit ea attente considerare, quae in capite XV *Actuum Apostolorum* de Concilio Hierosolymitano scripta sunt, necnon de Pauli et Barnabae missione in urbem Antiochiam, una cum Iuda, qui cognominabatur Barsabas, et Sila [2]; qua simplici narratione, viginti iam saecula, per-

[1] *Act.* 20, 28. [2] *Cfr.* VV. 1-22.

fectum Concilii specimen exhibetur. Nam ex primo illo Concilio manifeste patet, quae sit Episcoporum auctoritas et quam grave munus ad eos spectet in quavis Oecumenica Synodo, a Hierosolymitana scilicet usque ad praesens Concilium Vaticanum II. /

153

Quid postulet Concilium a singulis Episcopis

Quare studiosa de Concilii laboribus cura proprium ac sacrum Episcoporum officium est, quippe qui in partem pastoralis sollicitudinis vocentur. Quod officium postulat non solum ut proximis coetibus in Vaticano templo habendis singuli intersint, verum etiam ut per hos octo menses iidem cum omnibus in Episcopatu Fratribus arta animorum coniunctione iungantur, sedulosque se praebeant in epistularum commercio, quotiescumque Commissio, cui praeest Noster Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis, aliquid ipsos rogaverit. Haec enim alacritas, qua singuli universi commissa sibi studia peragent et epistularum officium absolvent, procul dubio efficiet, ut Concilii labores sapienter progrediantur et grande hoc opus, ad quod omnium oculi convertuntur, ad optatum exitum properet.

Episcoporum adiutores in rebus ad Concilium spectantibus

Sollicita cura ut hac in re omnia et ab omnibus celeriter recteque peragantur, utiliter suadere poterit singulis Episcopis —quibus hoc vertente anno negotia ad Concilium spectantia veluti pupilla oculi habenda sunt— ut ad suam ipsorum complendam operam, ope et auxilio utantur ecclesiasticorum virorum, qui, in unaquaque dicione ecclesiastica, doctrina virtuteque praestent. Eos scilicet sibi adiungere poterunt laboris socios —ut iam dictum est— sive de viris agitur, quorum nomina Romae nota sunt quique apud Concilii Commissiones iam operam praestant, sive etiam sacerdotes ac religiosi sodales sunt, quorum consilium gerendarumque rerum prudentia magna apud omnes in existimatione sunt. Horum nomina, si res ferat, expedit Secretariae Generali significare, cum eidem in peculiaribus rerum adiunctis ipsi maximam utilitatem afferre possint. Haec adiutrix opera, a paucis tantum viris expetenda, qui secretum de rebus Concilii religiosissime servare sciant, nedum tantae dignitatis opus dedeceat, ad eius vim ac praestantiam augendam valde conferre poterit.

III. Cooperatio cleri et laicorum hominum

Augescentia studia et sollicitudines de rebus Concilii inter christifideles

Quod autem attinet ad christianum populum, religionis studium, quo christifideles Concilii labores prosequuntur eiusque prosperum praestolantur exitum in dies magis feliciter augescit. Itemque actuosa navitas, qua Ecclesia vitae suae ubertatem proxime elapsis mensibus ostendit, omnium exspectationem superavit. Hoc Nobis testantur laeta nun/tia, quae cotidie ex omnibus terrarum orbis partibus 154
ad Nos perferuntur gratoque Nos afficiunt solacio.

Nunc quoque suaviter animum Nostrum sueta subit cogitatio primae Pentecostes, veluti si cotidianae liturgiae haec praecipua exsistat nota: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis* [3].

Haud dubie hoc certum compertumque est, cum Oecumenicum Concilium indictum fuit, ac postea cum initium cepit, ubique gentium in terrarum orbis regionibus, trans maria quoque, ubi catholica Ecclesia suos numerat filios id primo obsequii plenam animorum attentionem excitavisse, deinde sciendi studiosam curam, postremo vero magis magisque trepidam spem, quae tamen ad maioris boni providentiam inclinaret.

Christianus populus, peculiarique modo ii christifideles, qui innocentia vitae, tolerantia malorum, puritate et sanctimonia praestant, in communes precationes coalescere gaudent, quasi ex eiusdem Concilii felici exitu humanum genus recepturum sit aequam illam moderatamque una cum secura pace prosperitatem, quae in terris aeternea laetitiae libamentum esse videtur.

Nonnulla minus opportuna vitanda

Haud desunt qui ingenui, candidi, religionis fervore acti, haud parvo numero consilia iniciant, id suadendi causa, ut novae formae privatarum ac publicarum supplicatio-

[3] *Sap.* 1, 7.

num introducantur. Quae omnia eo spectant, ut latissime per catholicum orbem diffundantur precandi formae, quae singularibus adiunctis temporis, loci, sermonis, et maiorum institutis respondeant.

Necesse minime est, saltem in praesens, ut nova et peculiaria precum genera admittantur. Satis enim sunt ea, quae, a religiosa potestate probata, consueta hactenus nobis facta sunt.

Ecclesia catholica profecto est *Regina a dextris tuis* (scilicet Dei) quae in conspectu adstat gentium, *in vestitu deaurato, circumdata varietate* [4]. Structura, qua conexione mirabili in unum corpus redigitur, constans ex Romani Pontificis primatu, dioecesibus, paroeciis, atque sacris liturgicis et ritibus perantiquis et recens illatis exornata et munita, satis causae suppeditat, cur una simul solida et compacta consistat, et varietatis studio ac precandi sive
155 privatim sive publice multiplici facultate satisfaciat. /

Quomodo in singulis dioecesibus christifidelium cooperatio moderanda sit

Singulis dioecesibus Episcopi praesunt, ut ipsis est sacrum iniunctum officium, iidemque omnibus rebus gerendis prospiciunt, quae magisterium, regimen divinumque cultum spectant; quas partes Episcopi et Praelati, in sua quisque dioecesi et pro sua cuiusque munerum provincia, optima cum officii conscientia et partitione implent. Quod autem attinet ad sacerdotes, ad religiosos sodales, ad monachos sacrasque virgines, et ad ipsos e laicorum ordine christifideles, his Eucharisticum Sacrificium, Horariae Preces et Mariale Rosarium uberrimam floridamque praebent supplicandi materiem, qua christiana familia ex universo terrarum orbe et privatim et publice Oecumenico Concilio divina poscat auxilia.

Ceterum id potissimum interest, ut scilicet flagranti precandi studio animi erigantur, et aliorum quoque ardores alant, ea quidem alacritate et religiosa se devovendi voluntate, quae in Romano quodam ritu hisce verbis significantur: *instanter, instantius, instantissime*: cuiusmodi precatio christianae multitudinis propria est, quae, securae spei plena, supernam opem laetans exspectat.

IV. Proposita Concilii ad universitatem christianae et humanae familiae spectantia

Latissima in orbe terrarum Concilii repercussio

Antequam spirituali huic Nostro colloquio finem imponimus, placet Nobis, Venerabilis Frater, quaedam addere. Ad aures quoque Nostras nuntia hinc illincque perveniunt de confidenti observantia, qua hominum opinio ad causas spectantes sive pacem sive alias christiano afflatu solvendas quaestiones conversa est, postquam magnum Concilii inceptum non quidem submisse sed sonantis veluti eloquii efficacitate promptique consilii firmitudine huiusmodi rerum exspectationem excitavit.

Re vera, indicendi Oecumenici Concilii Vaticani II consilium civilis societatis cogitationes occupare initio non videbatur. Cum vero tres abierint anni, ex quo Concilium parari coeptum est, ac praesertim postquam a die undecimo mensis Octobris usque ad octavum diem mensis Decembris elapsi anni prima Concilii sessio celebrata est, huiusmodi opus tantam reverentiam in universo terrarum orbe permovit —etiam apud illos, qui inter se diversas amplectuntur sententias in religionis, philosophiae reique publicae
156 campo et finibus— ut iure merito quae/rendum sit, an caelestis gratiae lux hominum animis propior illapsa sit, ut eos ad Christum Iesum ad eiusque sanctam providamque Ecclesiam paulatim adigat.

Observatores acatholici ad Concilium invitati

Ne plura dicamus, libenter animadvertimus nuntia atque invitationes, eo consilio facta ad separatos ab Ecclesia fratres, qui christiano tamen nomine gloriantur, ut quosdam mitterent, qui observatorum testiumque partes sustinentes Oecumenico Concilio Vaticano interessent, felicem, spectabilem tranquillumque exitum habuisse.

Quod ad Nos attinet, hae invitationes ac singularis honor, quo acceptae sunt —eo scilicet favore, quo in Ecclesiae et Conciliorum rebus festis raro evenit— Nos impellunt ut Nobiscum recogitemus, inde plane portendi, multos iam animos se applicare ad eam precationem penitus intel-

[4] *Cfr. Ps.* 44, 10.

legendam, quam Christus Iesus arcano pervigilio antequam pateretur ad Patrem fecit: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te... Ego pro his rogo quos dedisti mihi; quia tui sunt... Pater sancte, serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos* [5].

Concilium Oecumenicum ad omnes homines spectat

Iam perspici licet, id aliquo modo iam contingere. Concilium sane, a Nobis convocatum, directo Ecclesiae nostrae membra respicit, quae est una, sancta, catholica atque apostolica. Huc praesertim spectabant proposita Nostra. Attamen, si in Nostris vel catholicorum tantum negotiis detineremur, aut intra Catholicae Ecclesiae saepta immoraremur, nonne haec agendi ratio, ut semper Nobis visa est, iure videretur haud satis Divini Redemptoris respondere mandatis, qui —ut discipulus ille, quem diligebat Iesus, de eo scripsit—: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi?* [6].

Nonne verum est quod idem Evangelista de Divino Servatore, hominum luce, affirmat: *Lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum?* [7].

Lucas autem, nonne Spiritu Sancto afflante scripsit: *Videbit omnis caro salutare Dei?* [8] /. 157

Et Paulus quidem, quem vere in Apostolorum et Prophetarum numerum ascisCitur, cum valida voce Romanos alloquitur: *Gloria autem, et honor et pax omni operanti bonum (Iudaeo primum et Graeco): non enim est acceptio personarum apud Deum* [9].

Quanta sane iucundidate idem ipse Paulus, ad Titum scribens, paucis verbis humanae salutis mysterii naturam et vim declarat: *Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus* [10].

Hisce locis finem facientes, iuvat Nos S. Ioannis Chrysostomi, gravissimi atque eloquentissimi S. Pauli interpretis, referre sententiam, qua iam a iuventute Nostra haud parum commoti sumus: *Mementote, Fratres: quod non de vestra tantummodo vita, sed de universo orbe a vobis ratio reddenda est* [11].

Indicia melioris aetatis praenuntia

Quod autem plerique fratres, ab hac Apostolica Sede separati, tanta cum observantia atque benevolentia erga Oecumenicum Concilium se habuerunt, id profecto magni solacii causa est. At quanto uberiorem spem caelestiumque gratiarum vim impetrabimus, si multo effusiorem sincerae nostrae caritatis afflatum in integra veritate profitenda experti fuerint ii omnes, quotquot vocati sunt una nobiscum ad eandem fidem eandemque salutem in Christo in eiusque unico ovili assequendam!

Id ad arcana Dei consilia pertinet, in eoque quasi primos fulgores aspicere iubemur exspectatissimi illius diei, cuius futurum adventum Christus Dominus flagrantissimis votis fidentique animo ita salutabat: *Et alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere... et fiet unum ovile et unus pastor* [12]. O quam sancto perfruamur gaudio, si liceat Nobis una cum his *ovibus* tam grata legere Dominica verba, itemque suavissimas imagines considerare, quae in cap. X Evangelii S. Ioannis continentur, in eo loco praesertim ubi Christus nos instanter admonet: *Ego sum ostium*: ostium scilicet per quod intrant oves. *Per me si quis introierit salvabitur: et ingredietur et pascua inveniet* [13].

Haec igitur sin vota, quae rursus fidenti animo concipimus: Concilium Oecumenicum Vaticanum II, quod felici-
ter inchoatum est, fa/vente Dei gratia, in Ecclesia tam ube- 158
rem excitet spiritualium virium copiam, ac tam latos catholici apostolatus campos aperiat, ut homines, a Sponsa Christi perducti, celsissimas optatissimasque illas assequantur metas, quas nondum pertingere valuerunt.

Grandis sane spes, quae ad Ecclesiam et ad cunctam hominum familiam spectat.

De hisce gravibus suscepti officii rationibus in pastorali munere fungendo nos, Ecclesiae Dei Episcopi, nobiscum recogitemus oportet. Quod doctrinae catholicae integritatem servavimus atque servamus, ut Sacra Evangelia, veneranda Traditio, Ecclesiae Patres Romanique Pontifices docent, id procul dubio supernae gratiae dono exstitit, nobisque meritae laudi vertit. Hoc autem non sufficit ad divina exsequenda mandata: sive illud, quod sonat *Euntes*

[5] *Io.* 17, 1, 9, 11. [6] *1 Io.* 2, 2. [7] *Io.* 1, 9. [8] *Luc.* 3, 6. [9] *Rom.* 2, 10-11. [10] *Tit.* 2, 11. [11] *Homilia XV in Matth.* [12] *Io.* 10, 16. [13] *Io.* 10, 9.

http://www.obrascatolicas.com

docete omnes gentes [14], sive aliud, iam in Veteri Testamento relatum: *mandavit illis unicuique de proximo suo* [15].

Adhortationes et vota

Venerabilis Frater, Admodum laetantes tecum Nostras communicamus cogitationes, vesperascente iam die Epiphaniae Domini Nostri Iesu Christi.

Dum te certiorem libenter facimus, Commissiones Concilii Oecumenici Vaticani II magna cum omnium alacritate labores Romae resumpsisse, scito pariter ejusdem Concilii Secretarium ad Concilii Patres in ordine Episcopatus proxime ea omnia esse missuram, quae pertinent ad perpendenda atque apparanda schemata quaestionum, ipsarum Commissionum studio concreditarum.

Faxit Deus, ut huiusmodi incensa sedulitate susceptus labor, aspirantibus precibus universi cleri, omniumque sodalium e Religiosis Familiis utriusque sexus, quae in terrarum orbe veluti scintillulae diffusae sunt, non modo apostolicae sollertiae constantem gratiam consequatur, sed etiam uberrimos fructus progignat, e quibus humani generis salutem laetitiamque praestolamur. Haec est Iesu Christi gratia, Qui *ignem venit mittere in terram* [16], ut eo omnia arderent, in splendore fidei, in flamma caritatis.

Ut Nostris in Episcopatu Fratribus animum addamus, nil prorsus suavius, nil ad permovendum aptius censemus,
159 quam verba Sancti Pauli / ex epistula ad Colossenses deprompta illis proponamus. Hic enim gentium Apostolus —o quam vere vas electionis fuit ille!— ut generosiores animos ad celsa quaeque attingenda atque ad susciplendos fortiter labores acuat, ipsis veluti signum haec in lumine ponit: *omnia et in omnibus Christus* [17]. Deinde sequentia scribit: *Induite vos ergo, sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes invicem, et donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut et Dominus donavit vobis, ita et vos. Super omnia autem haec caritatem habete, quod est vinculum perfectionis: et pax Christi exsultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore: et grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes et commonentes vosmetipsos, psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcumque facitis, in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum* [18].

Hisce animi sensibus officiorumque nostrorum conscientia affecti, Venerabilis Frater, in communem sacrumque laborem iterum incumbamus, caelestis gratiae auxilio unice confisi, in lumine mentis et in laetitia cordis, ad bonum Ecclesiae Sanctae Dei. Atque ut lumen et auxilium gratiae Dei votis optatisque Nostris cumulate faveant, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, tuoque gregi universo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VI Ianuarii, in festo Epiphaniae Domini anno MDCCCCLXIII, Pontificatus Nostri quinto.—IOANNES PP. XXIII.

[14] *Matth.* 28, 19. [15] *Eccli.* 17, 12. [16] Cfr. *Luc.* 12, 49. [17] *Col.* 3, 11. [18] *Col.* 3, 3, 12-17.

* Ordinariis Hispaniae, Prot. N. D. 5/962: Ilustración del clero 56 (1963) 402-403. Adn. T. URQUIRI in Ilustración del clero 56 (1963) 402-411.

3097

1963 IAN 11.-SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR DIOECESIBUS HISPANIAE ADHIBENDI LINGUAM VERNACULAM IN PROCLAMATIONE EPISTULAE ET EVANGELII

Instante Emo ac Revmo Domino Henrico Cardinali Pla Deniel, Archiepiscopo Toletano atque Hispaniae Primate, vota quoque aliorum Ditionis Hispanicae Ordinariorum expromente, Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Ioanne Papa XXIII tributarum, benigne indulget ut, iuxta prudens cuiusque loci Ordinarii iudicium, in Missa solemni Evangelium et Epistola proclamari possit lingua quoque vernacula a diacono et subdiacono post eorum cantum lingua latina; et in Missa cantata ab ipso celebrante Evangelium, a lectore autem Epistola, post cantum in lingua latina, item vulgari lingua proclamari queant: hoc vero fiat, utroque in casu, legendo alta et clara voce, exclusa quavis cantilena gregoriana, authentica vel adsimulata.

Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 11 ianuarii 1963.—Arc. M.* Card. LARRAONA, *S. R. C. Praef.* Henricus Dante, Archiep. Carpasiensis, *S. R. C. a Secr.*

3098

1963 IAN 19.-SC SACRAMENT., RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR CAPPELLANIS HOSPITALIUM PRO MORBIS MENTALIBUS DISPENSANDI A LEGE IEIUNII EUCHARISTICI, SERVATO IEIUNIO UNIUS HORAE A SOLIDO CIBO

PRECES—His Eminence, Cardinal Richard Cushing, moderator of the Catholic Chaplains who are assigned the spiritual care of the faithful in mental hospitals in the United States of North America, prostrate at the feet of Your Holiness, humbly requests the faculty of permitting the aforesaid chaplains to dispense the faithful from the law of the Eucharistic fast at any time of day so that, in view of the special discipline obtaining in the abovementioned hospitals, the patients may take something by way of solid food before Holy Communion.

RESCR.—In the audience of 19 January, 1963, our Holy Father, Pope John XXIII, having heard the report of the undersigned Cardinal Prefect of the Sacred Congregation of the Sacraments and having attended to the recitals, graciously deigned to grant to the Most Eminent Petitioner the favor as requested, *once a week*, provided, however, that: a fast of one hour from solid food is observed; all danger of wonderment, scandal, and irreverence to the Holy Mysteries is removed; the other dispositions of body and soul are had; and the other requirements of law are fulfilled.

All things to the contrary notwithstanding. The present grant is valid *for three years*.

* Directori generali Cappellanorum Hospitalium S. F. A. S., Prot. N. 48/63: BOUSCAREN V, p. 439.

3099

1963 FEB 1.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.*

DE COMMUNIONE DISTRIBUENDA MONIALIBUS CLAUSURAE LEGI SUBIECTIS FERIA VI IN PASSIONE ET MORTE DOMINI EXTRA SOLLEMNEM ACTIONEM LITURGICAM

Ordine hebdomadae sanctae instaurato, antiquus mos restitutus est quo omnes, qui id cupiant riteque sint parati, ad Sacram Communionem accedere possunt Feria VI in Passione et Morte Domini, sed unice inter solemnem Actionem liturgicam postmeridianam, exceptis infirmis in mortis periculo constitutis (cfr. *Instructionem* diei 16 novembris 1955, n. 19 [LE 2527] et *Ordinationes et Declarationes* diei 1 februarii 1957, n. 18) [LE 2627].

In pluribus autem ecclesiis et oratoriis sanctimonialium in clausura degentium eadem sollemnis actio liturgica, ob sacerdotum paucitatem, peragi haud potest; dum vero ad Communionem saltem iisdem distribuendam sacerdos praesto esse potest. Quod quidem huic Sacrae Congregationi moniales crebro exposuerunt, gratiam implorantes, ut ipsis quoque facultas fiat illo sacro die Christi Corpus recipiendi, extra dictam sollemnem Actionem liturgicam.

Sanctissimus porro Dominus noster Ioannes Papa XXIII, referente infrascripto S. R. C. Cardinali Praefecto, attentis peculiaribus expositis adiunctis, benigne indulsit ut monialibus clausurae legi subiectae Sacra Communio distribui queat Feria VI in Passione et Morte Domini extra sollemnem actionem liturgicam, sed horis dumtaxat postmeridianis, quoties quidem eadem Actio in earundem ecclesiis vel oratoriis peragi non possit.

Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 1 Februarii 1963.—ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praef.* Henricus Dante, Archiep. Carpasien., a *Secretis*.

* Omnibus Ordinariis, Prot. N. 5/963: EL 77 (1963) 406. Adn. B. FRISON in Review for Religious 22 (1963) 377-380.

3100

1963 FEB 11.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 55 (1963) 226

NUNTIATURA APOSTOLICA IN BURUNDIAE REGNO ERIGITUR

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Christianae veritatis progressio, quae maior ac mirabilior in dies Dei providentis

beneficio in Africis terris perspicitur, non solum efficit ut ibi sacrae ordo iurisdictionis gradatim fundetur, sed etiam ut Ecclesia et Civitates publicas inter se ineant rationes easdemque ad religionis, pacis, civilisque cultus multiplicent incrementum. His de causis Nobis in praesenti videtur novam in Burundiae finibus constituere Legationem, ita ut quae arta iam exsistant vincula amicitiae, quemadmodum superiore mense Decembri in gratissima Burundiae Regis salutatione ipsi sumus experti, per Nostrae auctoritatis decreto firmentur. Itaque motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in Burundia *Apostolicam Nuntiaturam* erigimus ac constituimus, eique omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi sic constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Februarii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis*.

3101

1963 FEB 16.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 55 (1963) 227

NUNTIATURA APOSTOLICA IN REPUBLICA CONGICA (LEOPOLDOPOLI) ERIGITUR

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Pontificias Legationes, quibus publica officiorum vincula inter Sedem Apostolicam et Civitates mutua firmantur utilitate, perinde atque ceteri Nostri Decessores condendas curamus ad pacis amicitiaeque incrementum, reique Christianae progressionem. Haec magni quidem pretii bona attendentes, tempus iam adesse arbitramur quo sacrum eiusmodi officium in Congica statuatur Republica. Ipsi enim nationis praesides idem inierunt consilium Nobisque significaverunt; neque vero est dubitandum, quin universus Congi populus, mutuis Ecclesiae Civitatisque iure atque lege compositis rationibus, in catholicae religionis humanique cultus provinciis plurimum sit profecturus. Itaque, omnibus recte perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in Congica Republica *Nuntiaturam Apostolicam* erigimus atque constituimus, eiusque sedem in urbe Leopoldopoli collocamus. Eidem igitur a Nobis erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi sic constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis Februarii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis*.

3102

1963 FEB 19.-IOAN. XXIII, ALLOC. AAS 55 (1963) 232-238

Allocutio die 19 *feb.* 1963 *habita iis qui interfuerunt conventui primo, S. Congregationis Concilii opera Romae habito, proposito argumento v.* «*Turismo e Pastorale*»:

CIRCA PASTORALIA SACERDOTUM OFFICIA ERGA TURISTAS

Venerabili Fratelli, diletti figli. È naturale in Noi un sentimento di intima letizia, quando le circostanze favoriscono o determinano un incontro sacerdotale in questa casa di tutti.

Eccovi, diletti figli, accanto al Papa sull'inizio del primo Convegno, promosso dalla Sacra Congregazione del Concilio su «Turismo e Pastorale». Vi salutiamo come voi stessi vi qualificate, cioè pastori di anime: non dunque associazione a sè stante, ma sacerdoti nell'esercizio di quel ministero, che è perenne nella Chiesa, e via via si arricchisce di nuove esperienze e suggerisce opportuni accorgimenti, così che l'Autorità Superiore può ben volentieri accogliere proposte e voti, intesi a disciplinare, per il bene comune, nuovi campi di lavoro.

Ciò acquista luce particolare nel quadro del Concilio Ecumenico, la cui caratteristica pastorale di aggiornamento delle strutture, *in bonum animarum*, continua ad essere la Nostra più viva sollecitudine, corrisposta felicemente dai Vescovi di tutto il mondo.

Amiamo dare atto al signor Cardinale Prefetto della Sacra Congregazione del Concilio, ed ai suoi collaboratori del Centro per la Preservazione della Fede, della sacerdotale sensibilità dimostrata nella preparazione di questo Convegno, che il Centro di Orientamento Pastorale ha lodevolmente organizzato. I venerabili Vescovi, qui presenti, e l'alta Direzione dell'Azione Cattolica, sono maestri e guida di questi giorni di studio, mentre collaboratori pronti e attenti sono i parroci di note località, in riferimento al tema proposto.

Chi dice «Turismo e Pastorale» pone l'accento su un problema urgente —e finora meno sistematicamente considerato— che si presenta a molti sacerdoti in cura d'anime.

Desideriamo pertanto esprimere con semplicità il Nostro pensiero, scendendo a qualche pratica indicazione, affinchè possiate continuare con frutto i vostri lavori. /
233

Ovunque e sempre pastori di anime

I. Riteniamo utile fermare l'attenzione sul significato delle singole parole, che definiscono la vostra qualificata assemblea: *curatori d'anime in località climatiche, turistiche e termali.*

a) Alto titolo di onore è questo di curatori di anime, di pastori di un piccolo mistico gregge, che in determinati mesi dell'anno tende ad aumentare, ed assume una fisionomia diversa da quella abituale: accolta di anime, bisognose di luce e di calore, di anime che il Signore aspetta al momento giusto, stabilito da Lui, della sua Grazia.

Nella semplice enunciazione di curatori d'anime, è implicita una somma di teologia dommatica, ascetica e pastorale; tutta una estensione di compiti generosi —*ministerium, magisterium, regimen*— nella ricchezza di applicazioni, che le circostanze suggeriscono allo zelo di ogni buon sacerdote.

Avuto doveroso riguardo alla costituzione della Chiesa in tutte le sue parti, è evidente che questa recente attività pastorale, mai affidandosi all'estro delle improvvisazioni e delle iniziative puramente personali, va inquadrata nell'armonia delle attività parrocchiali, di cui è responsabile il parroco, e le cui linee sono date dal Vescovo diocesano, o talora anche dalla Conferenza episcopale della regione.

Ciò assicura regolarità, disciplina, coordinamento per raggiungere risultati efficaci e duraturi.

b) I termini che specificano l'orientamento del vostro servizio parlano di località climatiche, turistiche e termali. Due di essi, il primo e il terzo, mettono in chiara evidenza la categoria di persone direttamente interessate a quei luoghi: cioè i malati e i giovanetti nell'età dello sviluppo, e comunque bisognosi di cure speciali.

Sono essi che danno un volto caratteristico a moltissime località, privilegiate dai doni di una natura benedetta e salubre. Quindi al rispetto e alla cura dei sofferenti e dei bimbi dovranno convergere principalmente le attenzioni pastorali, e anche il tono di tutto l'ambiente. Rivolgersi ai villeggianti e turisti non vorrà dunque dire —voi lo sapete— occuparsi con minor amore di quegli altri, pensando forse che il molto già fatto da benemerite istituzioni debba bastare. Con i malati, i giovanetti, gli anziani occorre essere attenti e tempestivi, e moltiplicare le sollecitudini, che permettano di raccogliere frutti consolantissimi.

Ma questo vostro Convegno si occupa *ex professo* dei villeggianti e / dei turisti, ai quali vi rivolgete in partico- 234
lare. Ebbene, vogliate amabilmente ammonire questi vostri fratelli che l'aria, il sole, il mare, le terme inducono a pensare agli ammalati e sofferenti; e di conseguenza fateli riflettere sull'importanza della salute fisica, che, pur così

http://www.obrascatolicas.com

fragile, è indispensabile al compimento dei doveri quotidiani. *Non si deve sciupare la salute*: è corollario imperioso del quinto Comandamento; e sembrerebbe perlomeno improprio il doverlo ricordare a chi cerca il sollievo delle vacanze per ritemprare la salute fisica, se l'esperienza non insegnasse a quanti strapazzi, irrequietezze e anche veri e propri pericoli del corpo e dello spirito vadano spesso incontro gli ospiti dei luoghi di villeggiatura.

Come ora, nel capo dell'architettura, si sta tornando al grande e nobile passato, quando gli edifici si inserivano nell'ambiente naturale, per meglio esprimere l'anima di un popolo, altrettanto dovrete ricordare agli uomini delle città, che vanno ai mari, ai laghi, ai monti, alle verdi sconfinate pianure: queste mete non siano occasione di spirituale dispersione, o pretesto per evasioni e incontrollate libertà, favorite dal sentirsi al di fuori delle consuetudini di vita. Fate comprendere che nei periodi di vacanze, di onesto e legittimo svago, gli uomini debbono e possono inserirsi nella natura, per ritrovarvi la serenità, la calma, l'armonia interiore; ed avviare altresì una ripresa di colloquio spirituale, che apre gli orizzonti della vita soprannaturale della grazia.

Questa è la finalità del vedere, del peregrinare, del godere le bellezze, che la mano del Padre Celeste ha seminato nella creazione, come un'orma della sua sapienza e bellezza eterna: *aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione* [1].

Il periodo del riposo annuale può dischiudere a molte anime possibilità meravigliose di edificazione interiore, di riaccostamento alla pratica cristiana, di illuminanti approdi a pienezza di concezione religiosa. Sarà dunque vostro impegno cercare il modo di facilitare questi itinerari di anime, di prepararli o di maturarli, nella ricerca di metodi pastorali adatti e amabilmente persuasivi.

Forma concreta dello zelo apostolico

II. Ed è questo il secondo argomento, su cui amiamo fermare la vostra attenzione: *i metodi* di apostolato, nei quali dar forma concreta allo zelo pastorale nei luoghi di villeggiatura.

I vostri studi, le comunicazioni, lo scambio di esperienze
235 vi daranno / —ne siamo certi— buoni indirizzi, e serviranno a meglio comprendere il problema, e a facilitarne le soluzioni. Eccovi al riguardo alcuni punti, che proponiamo alla vostra riflessione:

a) Moltiplicate gli incontri, e andate a trovare le pecorelle *quasi* ovunque. Quel *quasi* è detto di proposito. Pensiamo, infatti, che la prudenza deve suggerire molti riguardi circa l'opportunità di portare la parola di Dio indiscriminatamente in ogni ambiente.

Le eccezioni, secondo opportune intelligenze con i Vescovi, sono ammesse. Ma a queste pecorelle difficili, cioè ai villeggianti e turisti, vogliate insegnare la strada, che porta al tempio del Signore. È là che si dispensa nella sua atmosfera la parola di Dio.

Pensiamo a Maria e a Giuseppe, che salgono al tempio col giovanetto Gesù, e che, smarritolo, lo ritrovano, giusto nei pressi del tempio, in mezzo ai dottori della Legge: *audientem illos et interrogantem eos* [2].

Anche se si tratta di chiesa modesta —ma ce ne sono di così accoglienti, sparse dappertutto nei paesi cristiani —è là che, alla grazia di stato del sacerdote si aggiunge, se così possiamo dire, la grazia del luogo! Decoro della casa di Dio; sacre funzioni ben preparate, comunità parrocchiali ferventi, che con la partecipazione comunitaria di preghiera e di canto sembrano sostenere il sacerdote all'altare: è in questi santuari vibranti di fede che molti, distratti o lontani, hanno riscoperto il significato della vita cristiana, la grazia e la benedizione di appartenere alla Chiesa.

b) Diletti figli, dispensate con larghezza la parola di Dio. La parabola di domenica scorsa è di illuminante persuasione: *semen est verbum Dei* [3]. Nessuna paura, dunque, circa l'abbondanza o la apparente dispersione.

La tecnica scientifica dell'odierna pubblicità non ha timore di ripetersi: il sacerdote talora sì. E può succedere che proprio quando è più necessario e doveroso, come nei periodi estivi, egli si trattenga dal riempire il solco aperto. Diletti figli: è sempre viva la forza dell'insegnamento dell'apostolo: *praedica verbum, insta opportune, importune... in omni patientia et doctrina* [4]. Chi semina oggi, non raccoglie nell'immediato domani. Il seminatore continua per
236 anni e anni il compito suo. E quando / il timido stelo salirà su dalla terra, a rendere il sessanta o il cento per uno a lo stanco operaio sarà forse già entrato nel gaudio del suo Signore.

c) Curate il *modo* di esporre la parola di Dio: semplicità, chiarezza e buona maniera; così che gli ascoltatori non fraintendano, non subiscano appena il fascino dell'oratoria, nè si soffermino sulla ideale bellezza del precetto, e null'altro.

Il precetto vuol discendere dalla sua sorgente, che è la verità eterna, scolpita nel cuore dell'uomo, e rivelata nella duplice armonia dell'Antico e del Nuovo Testamento. Il decalogo e la legge evangelica vanno dichiarati pertanto con umile risolutezza in ogni aspetto, anche là ove impongono doveri ardui e rinuncia.

Non si può poi parlare di cristianesimo —parlarne, diciamo, a chi è stato dotato di beni della terra— senza riferirsi *esplicitamente* al sacrificio e alla mortificazione, alla volonterosa e perciò stesso coraggiosa e giusta partecipazione di ciascuno, che vive quaggiù, alle ansie e alle sofferenze dei suoi fratelli di ogni condizione.

Vasti orizzonti della vita sacerdotale

A questo proposito, senza sprazzi retorici, nè polemici, esponete la dottrina sociale della Chiesa, che dovete conoscere nella sua interezza. Voi siete ben convinti che essa parla da sè, penetra nei cuori e li avvince con la forza della persuasione, illuminata dagli eterni principî del Vangelo. A contatto con questa esposizione franca, accessibile, adattata alle esigenze odierne, le anime sapranno prendere vivo interesse ai problemi; ne scopriranno l'attualità e le meravigliose prospettive, anche nel seguito delle normali occupazioni. E sappiate comunicare idee forti e unitarie, che aiutino a vedere la vita nella sua totalità di impegno per Gesù Cristo e per la sua Chiesa.

Venerabili Fratelli, diletti figli. Il servizio pastorale apre vasti orizzonti al vostro zelo, e va considerato sempre nella sua luce di irradiazione feconda, che richiede in voi giovanile generosità, e fervore di pensiero e di opere. Amiamo ripetere anche a voi le parole, che rivolgemmo in paterna conversazione il 24 luglio del 1956 a La Mendola a un convegno di sacerdoti, direttamente impegnati nell'apostolato tra *gli* operai, e che Ci sono parse opportune per la conclusione del presente incontro: «Se il merito del sacerdote è grande in rapporto ai singoli —dicevamo allora— più grande è in rapporto alla Chiesa intera, che viene
237 servita nella sua completezza universale.

Il pensiero di San Giovanni Crisostomo su questo punto è toccante. *Non de vestra tantummodo vita* —parole d'oro veramente, che piace ripetere spesso— *sed de universo orbe a vobis ratio reddenda est* [5].

Questo è ciò che ogni apostolo del Vangelo deve ricordare: questo crea in lui una responsabilità di pastore e di pontefice e gli assicura anche una gloria incommensurabile. Questo merito suppone sovente sacrifici quotidiani e ignorati e duri, piccoli atti sconosciuti, ma che contribuiscono ad avviare la vita *in commune commodum*...

La vita sacerdotale in questi ultimi tempi è tutt'altra cosa che nel passato ed è esposta a tentazioni nuove e seduttrici: comodità di posti e di impieghi; tendenza ad una certa tranquillità quiescente, con poco zelo e senza calore per le anime. Ed ecco che invece di pregare insieme, a mutua edificazione dei fedeli, invece di cantare con letizia in faccia al sole, ci si lascia presto prendere dalla stanchezza; non si parla se non in tono di lamento per sè e di mormorazioni nè caritatevoli nè pie per gli altri. Oh! che penitenza talora dover vivere con qualche confratello dalla parola sempre rivolta a ciò che nell'attività sacerdotale è forma esteriore, e che mal riesce a tenersi in cuore una desiosa ansietà e ricerca non sempre velata nè modesta, di promozioni, di ascensioni, di singolarità: un'abitudine di tutto interpretare in tono minore, anticipando così la preparazione ad una senescenza scolorita e fastidiosa.

Oh! quanto bella e quanto lieta invece la giovinezza sacerdotale ispirantesi alle alte finalità del ministero sacro della Santa Chiesa, che dispiega le sue ali sulla immensa *plebs christiana*!... Torna alla mente il fervore della quotidiana invocazione tante volte ripetuta all'inizio delle singole operazioni dello spirito e del corpo, durante i dodici anni della preparazione al divino sacerdozio che tanto ci onora e ci esalta. *Actiones nostras, quaesumus, Domine, aspirando praeveni et adiuvando prosequere*: Così sia sempre per ciascuno di noi... Ogni nostra preghiera, ed ogni sollecitu-

[1] *Ps.* 144, 16. [2] *Luc.* 2, 46. [3] *Luc.* 8, 11. [4] *2 Tim.* 4, 2.

[5] Cfr. Brev. Rom. Dom. in Sexagesima: *Antiph. ad Sextam.* [6] *Hom. XV in Matth.*

dine del nostro apostolato... sia intesa al trionfo di Cristo nel ben cominciare e nel più felice finire» [7].

Venerabili Fratelli e diletti figli. Ecco quanto abbiamo desiderato affidarvi, come paterno suggerimento alle trattazioni di questi giorni. E siamo certi che saprete altresì approfondire i gravi problemi, che riguardano la santifica-
238 zione della festa, la tutela della pubblica moralità, specialmente in riguardo ai fanciulli e ai giovani, l'avvaloramento della famiglia, il rispetto dei mutui doveri di umana cortesia e di cristiana carità.

E in ogni tempo, e con tutti, vi chiediamo, diletti figli, di comportarvi evangelicamente, e di insegnare *verbo et exemplo* questa norma santissima, che è fiore di civiltà santificata dal cristianesimo. Allontanate da voi la suggestione delle forme polemiche, aspre e dure, che finiscono col divenire dannose e ingiuste.

Auguriamo al vostro convegno il buon successo di acquisizioni e di propositi, invocando su tutti voi la luce e il calore dello Spirito Santo.

In pegno delle celesti compiacenze, e per attestare la benevolenza, con cui seguiamo i vostri lavori, Ci è caro effondere su di voi, e sulle popolazioni affidate al vostro ministero, la Nostra Benedizione Apostolica. *Fiat, Fiat!*

[7] A. G. Card. Roncalli, *Scritti e Discorsi*, IV, pp. 98-99.

3103

1963 FEB 22.-SC STUDIORUM, LIT. CIRCULARES. PART.*

DE IV CENTENARIO AB INSTITUTIS SEMINARIIS DIOECESANIS RITE CELEBRANDO DEQUE NECESSITATE AC MUNERE SEMINARIORUM IN HODIERNIS ECCLESIAE ADIUNCTIS

Excellĭæ ac Revĭæ Domine, Cum, ut nosti profecto, memoria quarti revoluti saeculi a Seminariis in Tridentino Concilio *(Sess. XXIII, can.* 18*)* die 15 Iulii 1563 institutis hoc anno celebretur, Sacra haec Congregatio, cuius munus honorque est ea provehendi, suum esse censet ad singulare huius commemorationis momentum animum convertere Tuum, eo vel magis quod Concilium Oecumenicum Vaticanum II, de impensiore vita christiana in hodiernam societatem inducenda sollicitum, non poterit omnem iis sacris ephebeis non praestare curam, quorum est eos instituere ac parare, qui ex divino mandatu sal esse debent terrae atque lux mundi.

Etenim «*necessitatis huius sibi conscia ac memor Ecclesia nihil fortasse magis, per saeculorum decursum, actuosa maternaque sollicitudine provexit, quam idoneam suorum conformationem sacerdotum*» (Pius XI, Litt. Encycl. «*Ad Catholici Sacerdotii*», pars III) [LE 1302]. Neque intellectu difficilis est huius curae ratio, cum Sacerdotium ex divina institutione regiam constituat viam, qua Redemptionis fructus ad homines proveniant, vocatos ad participandum regnum iustitiae, amoris et gratiae a Christo auspicatum: quae dignitas et officium, cum unici illius sacerdotii Christi emanatio continuatioque sint, sacerdotes Angelis ipsis excelsiores atque veros Dei hominumque mediatores constituunt.

I. Nihil igitur Ecclesia, cui divinum hoc negotium concreditum est, praetermisit ut «*ministri Christi et dispensatores mysteriorum Dei*» (1 *Cor.* 4, 1) pares semper essent tanto suo muneri explendo. Cum vero in rerum naturam cadat ut quis eo aptior suo muneri praestando sit, quo magis illud rite perfungendum didicerit, postulat Mater Ecclesia ut candidati ad sacerdotium congruenti tirocinio parentur; et quo iniquiora sunt tempora, quo vehementiores sunt impiorum impetus, eo impensiore studio suas veluti sub alas eos colligit, prostratas vires virtutesque excitat et confirmat novasque inserit, quibus nova florentior renascatur iuventa.

Ex hac igitur necessitate idoneos parandi sacrorum administros repetenda est ratio renovatae institutionis clericorum, quam sacrum Tridentinum Concilium instauravit cuiusque fructus etiamnunc copiosos percipimus. Canon enim 18 Sessionis XXIII «*De Reformatione*», Patrum omnium consensu probatus, verbis temperatus et praescriptionibus perspicuus ac definitus, felicissimum habuit exitum. Siquidem autem ratione et historia compertum est christiani populi mores plerumque congruere cum sacerdotum doctrina et sanctitate, decretum «*Cum adolescentium aetas*» necessario consequitur ex rationibus ab ipso Concilio initis ad clerum saecularem in eum locum honoremque restituendum, quos eius munus regendi populum christianum postulat. Etenim, «*nihil est quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat quam eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio dedicaverunt; quum enim a rebus saeculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos, tamquam in speculum, reliqui oculos coniiciunt, ex iisque sumunt quod imitentur*» (Sess. XXII, «*De Reformatione*», c. 1).

Ne ideo exoptatus hic finis inane evaderet votum, Concilium, tametsi graves obstabant difficultates pravaeque consuetudines, rationem constituere voluit constantem et aptam ad integrum validumque perpetuandum sacerdotium: scholam dicimus, quae perennis exstaret procreatrix sacerdotum; quae alumnos, longo tirocinio a pueritia conformatos ad pietatem et sacras profanasque disciplinas, ad futurum exercendum ministerium requisitas, in omnes vel remotissimas Dioecesis partes sine intermissione mitteret, germanae Christi doctrinae magistros; quae, denique, esset «*pacis sedes, studiorum domus, virtutum officina*» (Benedictus XV, in Ep. «*Saepe Nobis*»), verum coenaculum in quo alumni, Spiritu Sancto operante, «*novi homines*» fierent, qui «*ipsi possideant Dominum et possideantur a Domino*» (S. Hier. *Ep.* 52, 5).

Cum vero novum hoc institutum, quamvis idem ubique et natura et praecipua ratione assequendi finem, aliquo modo ad varias temporum locorumque condiciones accommodandum sit, Tridentinum decretum, magis de legibus quae eius vitam tueantur ac servent, quam de eius natura accuratissime definienda sollicitum, paucis at fecundis verbis spiritualem formationem describit, sancitque in ecclesiastica institutione rationem praecavendi, seu quae lapsus praevertat, ita ut adolescentes clerici ad sinceram pietatem morumque integritatem fingantur praemuniendo infirmam eorum naturam, ac simul latentes in animis virtutes excitando ac perficiendo, ut gradatim absolutam christiani hominis formam assequantur et placeant Deo, facti «*conformes imaginis Filii eius*» *(Rom.* 8, 29). Praecavere igitur peccata devitando occasiones, seque in virtutum palaestra exercere; temperantiam, ordinem, oboedientiam in rebus omnibus promptam constanter servare; in studia ita incumbere, ut praeparatio scientifica intellectus per humanae divinaeque veritatis acquisitionem et praeparatio voluntatis per virtutis et sanctitatis adeptionem indissolubiliter coniungantur; vitam agere communem, quam foveat ac firmet mutua benevolentia et amor, sub paterna Moderatoris vigilantia, quem omnes ut Dominum pietate et reverentia prosequantur: haec est sacerdotalis vitae instituendae ratio, quam Tridentinum Concilium in Ecclesia constituit, ut esset in ea validum instrumentum ad reformationem «*in capite et in membris*» perficiendam, arx munitissima sacerdotii catholici, spes certa sanctioris vitae constantisque progressus Ecclesiae.

Quanti momenti ac ponderis hoc Tridentinum decretum fuerit, Patres ipsi Concilii probe intellexerunt, qui uno ore affirmarent «*vel hoc unum decretum, etiamsi nihil aliud effecisset Concilium, omnes labores molestiasque compensare, neque eius diuturnitatem gravesque exortas difficultates et aerumnas esse incusandas*» (Cf. Card. Sforza Pallavicino, «*Istoria del Concilio di Trento*», XXI, 8, 3). Illud enimvero in historia ecclesiasticae institutionis veluti culmen constituit eiusque perfectissimam formam. Neque alia aptior concipi posse videtur, quippe quae sit perfecto germanoque Evangelii spiritu imbuta ac vivificata. Tridentini Patres voluerunt profecto fundamenta iacere verae apostolicarum virtutum palaestrae, in qua delecti adolescentes mature discerent coniunctissime cum divino Magistro vivere, eius imbui spiritu, ut, Apostolorum exemplo, deinceps essent «*forma gregis ex animo*» (1 Petr. 5, 3). Nomen ipsum «*seminarium*» —quo aptissime virgulta significantur maturescentia laete, calidis afflata auris ac divino rore perfusa— sponte evangelicam repetit vineam Domini in quam transferentur aliquando, ut uberes in ea apostolici muneris fructus ferant.

Post quattuor revoluta saecula, Seminaria, ob ingentia in Ecclesiam collata beneficia, principem locum tenent inter opera, quae, post Tridentinum Concilium, ad rationem christianae vitae instaurandam propagandamque fidem iuvarunt. Immo vero, illud Patrum Tridentinorum decretum adeo fecundum exstitit, ut, constanti Sanctae Sedis cura Pastorumque studio et auxilio virorum sanctitate insignium, nunc, quam cum maxime, summum attigerit ubertatis splendorem. Si igitur hodie laetatur Episcopus quisque de suo Seminario in eoque spem omnem collocat ad spiritualem sui gregis vitam instaurandam; si nova quaevis constituta dioecesis extruendum in primis spectat saltem Seminarium Minus, quod tamquam germen grandescat patulosque ramos diffundat; si in quibusvis Missionum locis Evangelii praeco, vix posito tentorio, dum segetem messi

http://www.obrascatolicas.com

maturam circumspicit, praevertit desiderio Seminarium pro clero indigeno constituendum, quo latius ac solidius inceptum opus prosequatur: haec omnia salutari illi Decreto Tridentino debentur, quod profecto quasi quoddam miliarium constituit in historia ecclesiasticae institutionis atque adeo in ipsa vita Ecclesiae.

II. Haec igitur quater saecularis Tridentini Decreti commemoratio peropportuna hisce temporibus contingit atque aptissima est ad augendam in Christifidelibus aestimationem muneris Seminariorum, *«quorum cum statu fortuna Ecclesiae coniungitur maxime* (Leo XIII, Epist. *Paternae providaeque*, 18 sept. 1899). Ad hoc autem consequendum:

1. Sacra haec Congregatio Te, Excellentissime Domine, enixe orat, ut, hanc anni quater centenarii occasionem nactus, clero Tibique commissis christifidelibus illustres —aptissimo quo censebis modo— Seminarii institutum, quod maxime omnibus cordi esse debet; nec dubitamus quin omnes fortunati illi adolescentes, qui, dicto audientes Domino, incumbunt *«corde magno et animo volente»* in ecclesiasticam institutionem, flagrent studio sanctum suum assequendi propositum. Ceterum hac in re probe novimus nos interpretari communem Pastorum voluntatem, quibus *«officiorum omnium sanctissimorum, quaecumque Apostolici muneris amplitudo complectitur, nullum sane nec maius est nec patet latius»* (Pius XI, Ep. Ap. *Officiorum omnium*, 1 aug. 1922) [LE 443], quam quod Seminaria respicit et ecclesiasticam institutionem.

Praeterea vero peropportunum esse videtur, ut die ac ratione a Moderatoribus Dioecesis praestituendis, in ipsa Seminarii sede haec quater centenaria commemoratio decore apteque celebretur. Interim Sacra haec Congregatio, consentiente Summo Pontefice, Romae dignam parat rei celebrationem, ad quam adsciscentur etiam legati adolescentium clericorum cuiusvis gentis.

2. Ut fausta haec celebratio diu multumque valeat ad sacerdotii candidatos informandos, decet maxime ut cuiusque Seminarii Moderatores Professoresque varia ratione et industria promoveant quae pietatem et doctrinam spectent. Praesertim vero alumnos admoveant ad assidue preces Domino fundendas, ut constantem Seminariorum progressum in eorum Dioecesi et Patria, atque adeo in tota Ecclesia, Dominus fortunet. Perutile est pariter alumnos, maiores praecipue, excitare ad ea investiganda et illustranda quae ad Seminaria et clericorum formationem pertinent: ut historiam ecclesiasticae institutionis a primis Ecclesiae temporibus ad Concilium Tridentinum; partes iuridicas et theologicas tridentinae reformationis; peculiares rationes quibus haec reformatio in varias gentes inducta est; antiqua et recentia Pontificum documenta de Seminariis et clericorum educatione, et alia huiusmodi argumenta, quibus res nostra quacumque ratione illustretur. Confidimus enim has et alias huiusmodi industrias, quas Moderatores sapienter adhibebunt, haud exiguos fructus in ipsis etiam alumnis esse allaturas.

3. Denique optandum sane est ut peculiares illi dies, qui pro locorum consuetudine quotannis in unaquaque Dioecesi celebrantur ad ecclesiasticas vocationes fovendas christianoque populo illustrandas, quo magis ille earum momentum sentiat et incrementum iuvet (ut sunt dies Dominici Boni Pastoris et Pentecostes diesque festus Corporis Domini, etc.), hoc anno quater centenario Decreti Tridentini dedicentur eo illustrando instituto, in quo, tamquam in aptissima sede, adolescentes in sortem Domini vocati maturescunt idoneique Ecclesiae ministri formantur. Praeclara haec etiam erit occasio digne illustrandi Seminarium utpote *«Dioecesis cor, unde in omnes Ecclesiae venas spiritualis vita diffunditur»* (Bened. XV, *Saepe Nobis*, 30 nov. 1921), ideoque praecipuum ipsius Dioecesis institutum, in quod convertantur oportet aestimatio et amor christifidelium, qui, si excipiantur militantes in apostolatu laicorum, saepius, prol opus illud ignorant cui acceptos referunt pastores animarum suarum, cuique igitur et gratias habere et precibus auxilioque adesse debent.

Antequam has litteras concludit Sacra de Seminariis Congregatio Tibi, Excellentissime Domine, significare exoptat sperare se et confidere ut quam pretiosam hereditatem nobis Tridentinum Concilium reliquit, Concilium Vaticanum II tueatur, confirmet et augeat, cum Ecclesia in quovis humanae et socialis historiae discrimine necessitatem sentiat illi accommodandi clericorum institutionem et *«cogendi instruendique copias suas, nocentes nemini, pluribus auxiliantes, in pacifico regno quod saluti humani generis Christus in terris fundavit»* (Leo XIII, Ep. *Officio sanctissimo*, 22 dec. 1887). Hac potissimum in parte elucet prompta illa et sana accommodatio, qua Ecclesia potest sacerdotum institutionem ad necessitates locorum conformare, in quibus operam suam navare debent, ita ut, de instituta sacerdotalis vitae ratione nihil remittentes, pares sint suo muneri integre explendo.

Cum primum Concilii Oecumenici Vaticani II nuntium Ioannes XXIII, P. M., dedit, praecipua eius idem praestituit proposita: promovere catholicae fidei incrementum et rectam christiani populi morum renovationem, atque aptius ecclesiasticam disciplinam ad nostrorum temporum necessitates rationesque accommodare (cf. Litt. Encycl. *Ad Petri Cathedram*, 29 iun. 1959) [LE 2829]. In his tamen assequendis propositis, quibus tota prope vita et opera Ecclesiae perstringitur novoque fulgore splendebit intaminatus Sponsae Christi vultus, primas partes habeat necesse est clerus catholicus, cuius impensiori remissiorive studio respondet tum fidei incrementum, tum animorum renovatio et mira illa Divini Spiritus effusio in homines huius futuraeque aetatis. At clerus is erit, quem nos formaverimus: id praestabit quod in Seminario facere edoctus fuerit.

Seminarium igitur vota nostra apostolica complectitur, certum constituit pignus futuri progressus Ecclesiae, concussum praesidium validumque remedium contra eius hostes, spem firmam salutis animarum, lapidem angularem totius nostrae aedificationis. Si ergo, Tridentinam secuti consuetudinem, omni sollicitudine et studio Seminaria nostra in primis curabimus, nobis conscii erimus primo praecipuoque pastorali munere nos esse perfunctos.

Hanc feliciter occasionem nacti, prospera quaeque Tibi adprecamur plurimamque in Domino salutem dicimus.

Datum Romae, ex Aedibus SS. CC., die XXII mensis Februarii, Cathedrae S. Petri Ap. sacro, a. D. MDCCCCLXIII.

Iosephus Card. PIZZARDO, *Praef.* Dinus Staffa, *a Secr.*

* Ad Ordinarios locorum, Prot. N. 348/63: **Seminarium** 15 (1963) 2-7. Vide **Epistulam Secretariae Status** diei 4 martii 1963 ad Card. Praefectum S. C. de Seminariis circa centenarias commemorationes: **Seminarium** 15 (1963) 1-2, et **programma** celebrationum: **Seminarium** 15 (1963) 8-9.

3104

1963 MAR 6.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

SOLVUNTUR DUBIA DE OFFICIO ORDINANDO IN FESTIS SANCTORUM I CLASSIS

DUBIA—Exc.mus ac Rev.mus archiepiscopus Birmighamiensis, praeses Commissionis Liturgicae pro Anglia, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia reverenter exponit pro opportuna solutione:

1) quaenam lectiones in 2° et 3° nocturnis adhibendae sunt quoties festum celebretur in ecclesia particulari sub ritu I vel II classis, sed in Breviario novo eiusque Supplemento idem festum nullas lectiones vel tantum unicam lectionem historicam habet?

2) an pro officio festi Titularis Ecclesiae de quo nihil omnino invenitur in Breviario romano, omnia de respectivo communi recitari debeant?

3) In Anglia celebratur festum Ss. Ioannis Fisher et Thomae More, Mm., die 9ª Iulii sub ritu I cl. Nonnullae ecclesiae tamen his in regionibus dedicatae sunt aut S. Ioanni Fisher aut S. Thomae More. Quaeritur igitur, an festum titulare huiusmodi ecclesiae celebrari debeat die 9ª Iulii cum officio et Missa ut in toto regno — an festum titulare celebrari debeat in die natali respectivo Sancti, (die 22ª Iunii pro S. Ioanne Fisher; die 6ª Iulii pro S. Thoma More)?

Et quatenus affirmative ad 2um; quid recitari debeat pro officio et Missa sancti Titularis?

RESP.—Sacra porro Rituum Congregatio, ad proposita dubia, attentis expositis, censuit respondere:

Ad. 1. Iuxta n. 218*a* novi Codicis rubricarum vel iuxta vetus Breviarium, si adsit.

Ad 2. *Affirmative.*

Ad 3. Festum Titularis celebretur eodem officio ac festum Ss. Ioannis Fisher et Thomae More, iuxta nempe n. 62 novi Codicis rubricarum.

Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die 6 Martii, 1963.—Henricus DANTE, Archiep. Carpasien., *a Secr.*

* Praesidi Commissionis liturgicae Angliae, Prot. N. B. 11/963: EL 77 (1963) 189-190. Adn. EL 77 (1963) 190-191.

3105

1963 MAR 7.-IOANNES XXIII, MP. AAS 55 (1963) 205-208

PONTIFICIUM ATHENAEUM ANGELICUM TITULO ET HONORE DECORATUR «PONTIFICIAE STUDIORUM UNIVERSITATIS A S. THOMA AQUINATE IN URBE»

Dominicianus Ordo, cuius Sodales Decessor Noster fel. rec. Honorius III futuros esse praenuntiavit *pugiles fidei*

et vera mundi lumina [1], per plurium saeculorum cursum in variaque alacritatis provincia, praeclaras sane catholicae rei peperit utilitates.

Sed quod idem Ordo maximo adiumento Ecclesiae sanctae fuit in christiana fide propugnanda et in doctrina disseminanda Evangelii, illud praecipue ex eo ortum esse censemus, quod divum Thomam Aquinatem, qui et *Doctoris Ecclesiae* [2] et *Doctoris Universalis Ecclesiae* [3] nominibus est auctus, ad divinae sapientiae studium instituit et educavit: ut palam Decessori Nostro S. Pio X prae se ferre placuit, Epistula apostolica ad Summum Ordinis Magistrum missa, hisce verbis: *Huic enim inclito Ordini, quem unus ex insignioribus Ecclesiae Sanctis, in fidei subsidium a Domino datus, condidit, summae erit semper gloriae Aquinatem Doctorem inter suos Sodales adnumerare, clarissimum scholarum lumen, de quo merito dictum est, tot miracula patravisse, quot sapientes scripserit articulos* [4].

Attamen Dominicana Familia, non modo catholicae veritatis inservisse rationibus dicenda est, quod Doctorem Communem veluti in gremio suo gestavit et aluit, sed etiam ob eam causam quod, iam fere inde ab eiusdem Doctoris placido decessu, ipsius disciplinae se nullo non tempore praestitit servantissimam; quemadmodum Decessores Nostri Benedictus XV / et Pius XI huiusmodi edi- 206
xerunt sententia: *Atque huic Ordini dandum est non tam quod Angelicum Doctorem aluerit, quam quod numquam postea, ne latum quidem unguem, ab eius disciplina discesserit* [5].

Quod idem tum cuncta Dominicianae Sodalitatis industria ubique terrarum adhuc confirmavit, tum praecipue studiorum domicilia ab ea in hac alma Urbe condita. In quibus memoria dignum existimamus illustre Collegium a S. Thoma Aquinate appellatum, anno MDLXXVII constitutum ad S. Mariae Vico Minervae. Quod Collegium anno MDCCCIX subsecutum est Pontificium Collegium Angelicum, eo consilio adulescentibus sive Dominicani Ordinis sive variarum dioecesium, sive aliarum religiosarum Sodalitatum e qualibet natione apertum, ut inibi salutaria Aquinatis praecepta altius introspicerentur et latius exinde vulgarentur.

Eo enim non tantum Summus Dominiciani Ordinis Magister aedes illas exstructurus spectabat, sed idem Decessor Noster S. Pius X, qui, aedificii mole nondum absoluta, haec ad Magistrum eundem scribebat: *Ibi enim rite exposita et inde diffusa late sapientia Doctoris Angelici tum ad philosophiae, tum ad sacrarum disciplinarum cultum, non dubitamus, quin praeclaros ubique fructus latura sit* [6].

Atque re ipsa novum hoc Collegium, cui anno MDCCCCXLII nomen Pontificium Athenaeum Angelicum est ascitum, non secus atque pristinum, id perpetuo egit contenditque, ut a S. Thoma tradita principia docendique rationem fideliter teneret, quae sive Romani Pontifices semper commendaverunt, maxime post editas a Decessore Nostro imm. mem. Leone XIII Encyclicas Litteras, quibus initium *Aeterni Patris* [7], sive Codex Iuris Canonici nominatim praescribit [8]; 207
ita nempe ut Decessor / Noster fel. rec. Pius XI de eodem Collegio scribens haec asseveraverit: *Ubi Thomam tamquam domi suae habitare dixeris* [9].

Nihil igitur mirum si praeclarum Athenaeum hoc, maxime in re ad philosophiam et theologiam pertinente, tantopere viguit et floruit, ut frequentior in annos discipulorum numerus ex variis Ordinibus Sodalitatibusque virorum religiosorum, ex variisque dioecesibus in illud studiorum causa undique gentium convenerit.

Quam bonam omnium existimationem ex ea etiam intima temperatione et conformatione sui Athenaeum collegit, quam, ad temporum ingenium et indolem referre numquam praetermisit. Nam primum anno MDCCCCXXXVI proprium decretum tulit, ratum a s. Consilio Seminariis et Universitatibus Studiorum moderandis habitum, in quod normae inductae sunt, ad quas, iuxta Constitutionem apostolicam *Deus Scientiarum Dominus*, Pontificiae Studiorum Universitates et Studiorum Ordines constitui liceret. Deinde ad tres Studiorum Ordines, theologiae nempe, philosophiae et iuris canonici, qui iam a condito Athenaeo Angelico inibi exstabant, recentiore tempore, probante s. Consilio Seminariis et Universitatibus Studiorum praeposito, duo alia accesserunt, ut vocantur, Instituta: quorum alterum *disciplinis provehendis*, alterum *religiosae animi culturae docendae* destinatum.

Quibus omnibus cum animo Nostro consideratis, quoniam primo Athenaeum Angelicum cunctis apertum nationibus in legitimis versatur condicionibus, quas Constitutio apostolica *Deus Scientiarum Dominus* imperat, ut sive Studiorum Universitates sive Studiorum Ordines doctrinarum disciplinis floreant; quoniam deinde, uti diximus, *valde expetimus divi Thomae praeceptorum veluti thesaurum summo cum rei christianae emolumento, cotidie largius effodi, atque adeo eius scripta latissime in vulgus edi, sive instituendi ratione, sive docendi genere a nostrorum dierum ingenio et indole nulla ex parte discrepantibus* [10]; quoniam postremo hoc persuasum est Nobis, si doctrinarum Aquinatis studia maiore cura et sol/lertia incitentur, illud futurum esse, ut 208
quae consilia Patribus Concilii Oecumenici Vaticani II proposita sint, ea ad effectum felicius adducantur, idcirco motu proprio et apostolica auctoritate Nostra decernimus atque pronuntiamus Pontificium Athenaeum Angelicum ad omnes nationes pertinens, legitime erectum [11] et Ordini Fratrum Praedicatorum concreditum, nunc et in posterum *Pontificium Studiorum Universitatem a S. Thoma Aquinate in Urbe* esse nuncupandum; pariterque praecipimus, ut nova haec appellatio in statuta et leges Athenaei inducatur, quae quidem vi sua valere pergunt.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, in festo S. Thomae Aquinatis, die VII mensis Martii, anno MDCCCCLXIII, Pontificatus Nostri quinto.—IOANNES PP. XXIII.

[1] Constit. apost. *Gratiarum omnium*, data die 21 mensis Ianuarii anno 1217, in *Const. S. O. P.*, cap. I, 2.
[2] S. Pius V, Constit. apost. *Mirabilis Deus*, data die 11 mensis Aprilis anno 1567, in *Bullar. Roman.*, VII, Taurini 1862, pp. 564-565.
[3] Litt. Encycl. *Studiorum Ducem*, *A. A. S.*, XV, 1923, p. 324.
[4] *A. A. S.*, II, 1910, p. 899.
[5] BENEDICTI XV *Epistula ad Rev.mum Patrem Magistrum Generalem L. Theissling*, data die 29 mensis Octobris anno 1916, in *A. A. S.*, VIII, 1916, p. 397; PII XI Litt. Encycl. *Studiorum Ducem*, datae die 29 mensis Iunii anno 1923, *A. A. S.*, XV, 1923, p. 324.
[6] Epist. *Domum delectis*, *A. A. S.*, I, 1909, p. 137.
[7] *Acta Leonis XIII*, I, 1881, p. 255; ubi Summus Pontifex scholarum ecclesiasticarum Magistris animum suum hisce verbis patefacit: *Nihil Nobis esse antiquius et optabilius, quam ut sapientiae rivos purissimos, ex angelico Doctore iugi et praedivite vena dimanantes, studiosae iuventuti large copioseque uniceri praebeatis* (p. 279). [8] *C. I. C.*, can. 1366 § 2.
[9] Litt. Encycl. *Studiorum Ducem*, *A. A. S.*, XV, 1923, p. 324.

[10] Allocutio habita die XVI mensis Septembris anno 1960, cum Conventus ex omnibus nationibus Romae haberetur, studiorum Thomisticorum provehendorum causa; *A. A. S.*, LII, 1960, p. 823.
[11] Cf. *A. A. S.*, XXVII, 1935, p. 418.

3106

1963 MAR 27.-SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.*

NONNULLAE FACULTATES CONCEDUNTUR CIRCA ABSOLUTIONEM GENERALEM TERTIARIORUM FRANCISCALIUM

PRECES—Rev.mus Commissarius Generalis Tertii Ordinis S. Francisci Assisiensis, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, Rev.mi P. Procuratoris Generalis commendationis officio suffultus, a Sanc.mo Dño nostro Ioanne Papa XXIII humiliter imploravit pro Tertio Ordine Seraphico:

I. Ut Absolutio Generalis pro Tertiariis Franciscalibus impertiri possit, in casu necessitatis, forma breviore, incipiendo a verbis *«Dominus noster...»* usque ad finem.

II. Ut Absolutio Generalis die coetus menstrui impertiri valeat, loco diei Absolutionis in Calendario statutae.

III. Ut huiusmodi Absolutio Generalis immediate ante, vel statim post Missam, vel aliam sacram functionem impertita, dari possit indumentis liturgicis coloris ejusdem diei.

RESCR.—Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi ab Ipso Sm.o Dño nostro tributis, benigne indulsit:

ad I.: *Pro gratia* iuxta preces.

ad II.: *Ad S. Paenitentiariam Apostolicam.*

ad III.: *Pro gratia*, excepto tamen colore nigro.

Quibuslibet contrariis non obstantibus. Die 27 martii 1963.—HENRICUS DANTE, Archiep. Carpiens., *S. R. C. a Secretis.* Ioachim Sormanti, *Subst.*

* Commissario Gen. Tertii Ordinis S. Francisci, Prot. N. 0.30/963: AOFM 82 (1963) 306. Adn. AOFMCap 79 (1963) 162-164.

3107

1963 MAR ... -SC STUDIORUM, RESPONSUM. PART.*

CIRCA ADMISSIONEM IN SEMINARIUM ALUMNORUM QUI NOTA HAUD SEVERIORE FUERUNT DIMISSI

Reverendissime Domine, Per litteras a Te d. III m. Martii a. D. MCMLXIII datas, humaniter huius Sacri Consilii

http://www.obrascatolicas.com

de Seminariis et studiorum Universitatibus exquisivisti sententiam, utrumne oporteat ad idem S. Consilium appellare, ut in Seminarium illi recipiantur alumni, qui haud severiore nota sint forte dimissi, nempe: «*non expedit ut ad superiores annos accedat*» vel etiam «*cautum est ut a Seminario recedat*», vel similibus aliis, quippe quod saepius de mentis imperitia simpliciter agatur.

Cum vero Decretum *Sollemne habet* (cfr. *A. A. S.* 49 (1957), 620) [LE 2677] minime distinguat, nec igitur nobis distinguendum est. Immo Decretum omnem videtur exceptionem excludere, ut verborum significatione facile colligitur, cum expresse mentio fiat de alumnis, qui «*ipsi sua sponte exierint vel a Superioribus quavis de causa dimissi fuerint*».

Huc accedit quod hanc interpretationem inducta consuetudo confirmet, cum non modo ad Sanctam Sedem appelletur, ut iudicium de morali idoneitate statuatur, sed etiam ut cetera solvantur dubia, quae forte vel dimissionis «*formalis*» vel «*simplicis*» discessus causa fuerint.

Datum opportunitatem libenter nanciscimur, etc.—Joseph Card. Pizzardo, *Praef.* Dino Staffa, *a Secr.*

* Seminarium 15 (1963) 199.

3108

1963 APR 6.-IOAN. XXIII, LIT. AP. AAS 55 (1963) 835

Sanctus Vincentius Pallotti, Confessor, in principalem Patronum Pontificiae Unionis Missionariae Cleri erigitur

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Salutifer nuntius Evangelii ut quoquoversus perferatur et, quae tenebris adhuc obvolutae sunt, gentes ad veritatis lumen perducantur, Sancta Ecclesia impense allaborat et opera plura, ad rem apta, instituit. Quae inter cum laude memoranda est Pontificia Unio Missionaria Cleri, quae magnum numerum sacerdotum, ad quinquaginta fere nationes pertinentium, comprehendit. Hanc igitur piam sacri ordinis virorum sodalitatem expedire visum est Caelitis praesidio obtegi, quo alacriores singuli ad christiani nominis propagationem studium conferrent et vel ampliores fructus spirituales colligerentur. Obversatur autem mentibus Sanctus Vincentius Pallotti, cui caelestes honores nuper decrevimus, quique in rem missionalem sollertissimas curas intendit ac valdisime est annisus, ut fratres a Sedis Apostolicae communione seiuncti in unum Christi ovile redirent. Preces igitur a Dilecto Filio Nostro Gregorio Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Agagianian, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefecto, ad Nos sunt admotae, ut tam praeclarum virum, sacerdotum ardorem apostolicum consectantium fulgidum exemplum, praedictae sodalitatis praecipuum renuntiaremus Patronum. Quae vota, a Venerabili Fratre Nostro Ioanne Hamleto Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Cicognani, titulo Ecclesiae suburbicariae Tusculanae et a publicis Ecclesiae negotiis Purpurato Patre, relatas, perlibenter explere statuimus. Itaque, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Vicentium Pallotti, Confessorem, Pontificiae Unionis Missionariae Cleri principalem apud Deum *Patronum* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae praecipuis coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VI mensis Aprilis, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.—Hamletus I. Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3109

1963 APR 9.-S. PAENITENTIARIA, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur impertiendi Absolutionem Generalem occasione concionis menstruae loco diei in Calendario statuti

Preces—*Beatissime Pater*, Commissarius Generalis Tertii Ordinis saecularis S. Francisci Assisiensis, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, ad Pedes Sanctitatis Tuae provolutus, humiliter petit ut sodalibus praedicti Tertii Ordinis impertiri possit Absolutio Generalis cum adnexa plenaria Indulgentia quo die ad concionem menstruam seu conferentiam convenerint loco dierum in Calendario statutorum. Et Deus, etc.

Rescr.—*Die 9 aprilis* 1963. Sacra Paenitentiaria Apostolica benigne annuit pro gratia iuxta preces, ceteris adimpletis conditionibus et servatis de iure servandis. Praesenti ad 'septennium' valituro. Contrariis non obstantibus quibuslibet.—I. Sessolo, *Regens.* I. Curatola, *Ad. a Stud.*

* Commissario Gen. Tertii Ordinis S. Francisci, Prot. N. 2637/63: AOFM 82 (1963) 306.

3110

1963 APR 11.-IOAN. XXIII, ENC. AAS 55 (1963) 257-304

Litterae Encyclicae Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum Ordinariis pacem et communionem cum Apostolica Sede habentibus, clero et christifidelibus totius orbis itemque universis bonae voluntatis hominibus:

De pace omnium gentium in veritate, iustitia, caritate, libertate constituenda

IOANNES PP. XXIII

Venerabiles Fratres et dilecti filii - Salutem et Apostolicam Benedictionem

Pacem in terris, quam homines universi cupidissime quovis tempore appetiverunt, condi confirmarique non posse constat, nisi ordine, quem Deus constituit, sancte servato.

Nam ex doctrinarum processibus ac technicorum inventis plane discimus, simul in animantibus et in naturae viribus dominari ordinem mirificum, simul in homine eiusmodi inesse dignitatem, qua possit sive ordinem ipsum deprehendere sive instrumenta apta sibi parare, ad easdem occupandas vires et ad sua commoda transferendas.

Sed scientiarum progressiones ac technicorum inventa primum omnium infinitam Dei magnitudinem ostendunt, qui et rerum universitatem et hominem ipsum creavit. Rerum, dici/mus, universitatem de nihilo fecit, in eamque 258
sapientiae et bonitatis suae copiam profudit; qua de re alicubi sacer Psaltes hisce verbis Deum laudat: *Domine, Domine, quam admirabile est nomen tuum in universa terra,* [1] hisce alicubi vocibus: *Quam multa sunt opera tua, Domine! Omnia cum sapientia fecisti* [2]. Hominem item Deus *ad imaginem et similitudinem suam* [3] creavit, intellegentia et libertate praeditum, dominumque constituit rerum universarum; uti Psaltes idem hac sententia profitetur: *Et fecisti eum paulo minorem angelis, gloria et honore coronasti eum; dedisti ei potestatem super opera manuum tuarum, omnia subiecisti pedibus eius* [4].

Nunc autem cum optimo universitatis ordine mirum quantum pugnat tum singulorum hominum, tum populorum perturbatio; quasi si rationes, quibus inter se continentur, nonnisi vi regi queant.

Attamen in intimo homine mundi Creator ordinem impressit, quem eius conscientia et patefacit et magnopere servari iubet: *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum* [5]. Ceterum quemadmodum potest fieri secus? Etenim quaecumque fecit Deus, haec infinitam eius referunt sapientiam, quae fecit Deus, haec infinitam eius referunt sapientiam, referuntque eo clarius quo absolutiore eadem perfectione gaudent [6].

Verum opinionis error praebet frequenter errorem quod multi censeant rationes, quae singulis hominibus cum sua

[1] *Ps.* 8, 1. [2] *Ps.* 103, 24. [3] *Cf. Gen.* 1, 26. [4] *Ps.* 8, 5-6. [5] *Rom.* 2, 15. [6] *Cf. Ps.* 18, 8-11.

cuiusque re publica intercedant, iisdem legibus, quibus vires et elementa mentis expertia universitatis, posse gubernari; cum huiusmodi leges, alius quidem generis, illinc dumtaxat petendae sint, ubi Parens rerum omnium in-
259 scripsit, hoc est in hominis natura. /

His enim legibus praeclare eruditur homines, quibus primum modis mutua sua commercia in humano convictu moderentur; quibus deinde modis rationes componendae sint, quae civibus cum publicis suae cuiusque civitatis magistratibus intercedunt; quibus tum modis mutuo contingantur respublicae; quibus postremo modis inter se contineantur hinc singuli homines et civitates, illinc universarum gentium societas; quae societas, ut tandem condatur, communis omnium utilitas vehementer requirit.

I

Atque primum omnium de ordine disserendum, quem inter homines vigere necesse est.

Porro in quovis humano convictu, quem bene compositum et commodum esse velimus, illud principium pro fundamento ponendum est, omnem hominem personae indue-
re proprietatem; hoc est, naturam esse, intellegentia et voluntatis libertate praeditam; atque adeo, ipsum per se iura et officia habere, a sua ipsius natura directo et una simul profluentia. Quae propterea, ut generalia et inviolabilia sunt, ita mancipari nullo modo possunt [7].

Quodsi humanae personae dignitatem ex veritatibus divinitus traditis intuemur, tunc fieri non potest quin eam longe maiorem aestimemus; quippe homines sanguine Christi Iesu redempti sunt, superna gratia filii et amici Dei sunt facti, aeternae gloriae instituti heredes sunt.

Atque initio de hominis iuribus sermonem instituturi, animadvertimus hominem vitae habere ius, habere integritatis corporis, habere instrumentorum ad honestum vi-
tae cultum aptorum: cuiusmodi praesertim sunt victus,
260 vestimenta, do/mus, requies, medicorum curationes, necessaria denique ministeria a civitate impendenda in singulos. Ex quo sequitur, eo etiam iure hominem gaudere, ut sibi consulatur, si adversa corripiatur valetudine, si opere et labore debilitetur, si relinquatur in viduitate, si senio conficiatur, si vacare cogatur ab opere, si postremo sine ulla sua noxa rebus deturbetur ad victum utcumque necessariis [8].

Homo praeterea iure naturae postulat, ut in debito habeatur honore; ut bona existimatione afficiatur; ut libere possit verum inquirere, et, morali ordine communique omnium utilitate servatis, opinionem suam declarare, vulgare, et artem qualemcumque colere; ut denique ex veritate de publicis eventibus certior fiat.

Naturae simul iure cum homini in partem scientiarum venire liceat, ei idcirco necesse etiam est liceat sive ad praecipuas communesque disciplinas, sive ad technicorum artes, sive ad professiones institui, pro suae cuiusque civitatis in doctrinis progressibus. Ad haec contendendum est et elaborandum, ut homines possint, si sui ingenii vires id ferant, ad altiores studiorum ordines ascendere; ita quidem ut iidem, quoad fieri possit, in humana societate ad munera et officia emergant, tum suo ingenio consentanea, tum peritiae, quam ipsi sibi pepererint [9].

In hominis iuribus hoc quoque numerandum est, ut et Deum, ad rectam conscientiae suae normam, venerari possit, et religionem privatim publice profiteri. Etenim, quemadmodum praeclare docet Lactantius, *hac condicione gignimur, ut generanti nos Deo iusta et debita obsequia praebeamus, hunc solum noverimus, hunc sequamur. Hoc vinculo*
261 *pietatis ob/stricti Deo et religati sumus, unde ipsa religio nomen accepit* [10]. Qua de eadem re Decessor Noster imm. mem. Leo XIII haec asseverat: *Haec quidem vera, haec digna filiis Dei libertas, quae humanae dignitatem personae honestissime tuetur, est omni vi iniuriaque maior: eademque Ecclesiae semper optata ac praecipue cara. Huius generis libertatem sibi constanter vindicavere Apostoli, sanxere scriptis Apologetae, Martyres ingenti numero sanguine suo consecravere* [11].

[7] Cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, *A. A. S.* XXXV, 1943, pp. 9-24; et Ioannis XXIII *Sermo*, habitus die 4 mensis Ianuarii anno 1963, *A. A. S.* LV, 1963, pp. 89-91.
[8] Cf. Pii XI Litt. Encycl. *Divini Redemptoris*, *A. A. S.* XXIX, 1937, p. 78 [LE 1372]; et Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus in festo Pentecostes, die 1 mensis Iunii anno 1941. *A. A. S.* XXXIII, 1941, pp. 195-205.
[9] Cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, *A. A. S.* XXXV, 1012, pp. 9-24.
[10] *Divinae Institutiones*, lib. IV, c. 28, 2; PL. 6, 535.
[11] Litt. Encycl. *Libertas praestantissimum*, *Acta Leonis XIII*, VIII, 1888, pp. 237-238.

Insuper hominibus iure integrum est vitae genus eligere, quod praeoptent: adeoque aut sibi condere familiam, in qua condenda vir et mulier paribus fruantur iuribus et officiis, aut sacerdotium vel religiosae vitae disciplinam capessere [12].

Quod ad familiam attinet, quae in matrimonio nititur, libere nimirum contracto, uno, indissolubili, ipsam existimari opus est tamquam humanae societatis primum et naturale semen. Ex quo oritur, ut eidem sit diligentissime consulendum, cum in re oeconomica et sociali, tum in provincia doctrinarum et morum; quae scilicet omnia eo pertinent, ut familia firmetur et ad munus suum tenendum adiuvetur.

In parentibus vero potissimum ius residet alendi et educandi filios [13].

Si autem animum ad regionem rerum oeconomicarum referamus, liquet iure naturae datum esse homini, non solum ut operis faciendi sibi copia tribuatur, sed etiam ut opus libere ipse obeat [14].

Sed cum huius generis iuribus ius certe coniungitur exi-
gen/di, ut homo in eiusmodi condicionibus opus navet, qui- 262
bus neque corporis vires debilitentur, neque morum labefactetur integritas, neque iustis adulescentium auctibus noceatur. Quod vero ad mulieres spectat, concedenda iisdem est facultas peragendi operis in talibus rerum adiunctis, quae sive cum uxorum sive cum matrum necessitatibus et officiis congruant [15].

Ab humanae personae dignitate ius quoque nascitur oeconomica factitandi negotia, convenienter cum reddendae rationis sensu [16]. Exinde et illud non est tacendum, operario mercedem deberi, ad iustitiae praecepta statutam; quae idcirco, pro administrationis facultatibus, operario eiusque familiae vitae genus permittat, cum hominis dignitate conveniens. Qua de re Decessor Noster fel. rec. Pius XII haec habet: *Cum officio operis faciendi, in natura posito, ius pariter naturale congruit; cuius vi homo poscere potest, ut ex impenso opere sibi suisque filiis necessaria ad vitam proveniant: tam penitus natura iubet hominis conservationem* [17].

Ab hominis natura adhuc ducitur ius privatim bona possidendi, vel gignendis opibus apta; quod videlicet ius, uti alias professi sumus, *efficaciter ad humanae dignitatem personae tuendam, et ad liberam sui cuiusque muneris perfunctionem in omnibus navitatis campis adiuvat; quod postremo domestici convictus compaginem tranquillitatemque confirmat, non sine pacis et prosperitatis in re publica incremento* [18].

Ad ultimum et hoc opportune animadvertendum est, in privati dominii iure munus inesse sociale [19].

Ex eo autem quod homines sunt natura sociabiles illud oritur, ut iure iidem possint et in unum locum se congre-
gare, et / societatem cum aliis inire; ut initas societates ea 263
induant forma, quam existiment ad propositum assequendum magis idoneam; ut in societatibus iisdem sua sponte suoque periculo agant, easque ad optatos exitus pervehant [20].

Atque, ut Nosmetipsi datis Litteris Encyclicis *Mater et Magistra* magnopere monuimus, omnino opus est, ut bene multa collegia seu corpora interiecta condantur, ad finem paria, ad quem homo singulus non potest tendere efficienter. Haec enim collegia et corpora veluti instrumenta longe pernecessaria sunt habenda ad tuendam humanae personae dignitatem et libertatem, incolumi praestandae rationis sensu [21].

Tum etiam homini cuilibet iure integrum esse debet in civitatis suae finibus vel tenere vel mutare locum; quin etiam, si iustae id suadeant causae, eidem liceat necesse est, alias civitates petere in eisque domicilium suum collo-

[12] Cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, *A. A. S.* XXXV, 1943, pp. 9-24.
[13] Cf. Pii XI Litt. Encycl. *Casti Connubii*, *A. A. S.* XXII, 1930, pp. 539-592 [LE 1005]; et Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, *A. A. S.* XXXV, 1943, pp. 9-24.
[14] Cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus in festo Pentecostes, die 1 mensis Iunii anno 1941, *A. A. S.* XXXIII, 1941, p. 201.
[15] Cf. Leonis XIII Litt. Encycl. *Rerum Novarum*, *Acta Leonis XIII*, XI, 1891, pp. 128-129.
[16] Cf. Ioannis XXIII Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, *A. A. S.* LIII, 1961, p. 422 [LE 2984].
[17] Cf. *Nuntius radiophonicus*, datus in festo Pentecostes, die 1 mensis Iunii anno 1941. *A. A. S.* XXXIII, 1941, p. 201.
[18] Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, *A. A. S.* LIII, 1961, p. 428 [LE 2984].
[19] Cf. *Ibid.*, p. 430.
[20] Cf. Leonis XIII Litt. Encycl. *Rerum Novarum*, *Acta Leonis XIII*, XI, 1891, pp. 134-142; Pius XI Litt. Encycl. *Quadragesimo Anno*, *A. A. S.* XXIII, 1931, pp. 199-200 [LE 1027]; et Pii XII Epist. Encycl. *Sertum laetitiae*, *A. A. S.* XXXI, 1939, pp. 635-644.
[21] Cf. *A. A.S.* LIII, 1961, p. 430.

http://www.obrascatolicas.com

care [22]. Neque ex eo quod quis certae cuiusdam reipublicae est civis, is ullo modo vetatur esse membrum humanae familiae, neque civis universalis illius societatis et coniunctionis omnium hominum communis.

De reliquo illud accedit, quod cum dignitate humanae personae ius cohaeret in partem publicae rei actuose veniendi, atque ad commune civium bonum conferendi. Nam, quemadmodum Decessor Noster fel. rec. Pius XII ait, *tantum abest ut homo, uti talis, sit habendus tamquam vitae socialis obiectum vel iners quoddam elementum, ut magis*
264 *eiusdem sit existimandus subiectum, fundamentum, finis* [23]. /

Ad humanam personam quoque pertinet legitima suorum iurium tuitio: eademque ad effectum valens, aequalis, ad veras iustitiae normas conformata; uti Decessor Noster fel. rec. Pius XII monet hisce dictis: *Ordinem iuridicialem, quem Deus voluit, ius illud hominis proprium et perpetuum consequitur, quo cuique iuridicialis securitas asseritur, atque certa definitaque iuris provincia eidem assignatur, ab omni precaria impugnatione tuta* [24].

Quae hactenus commemoravimus iura, a natura profecta, in eodem homine, cui competunt, cum totidem coniunguntur officiis; eademque iura et officia a lege naturae, qua vel tribuuntur vel imperantur, et originem, et alimentum, et firmissimam vim ducunt.

Itaque, ut nonnullis utamur exemplis, hominis ius in vitam, cum illius cohaeret officio suae vitae conservandae; ius in dignum vitae genus, cum officio decore vivendi; ius veritatem libere vestigandi, cum officio veritatem altius latiusque in dies quaerendi.

Quibus probatis, consequens est etiam, ut in hominum consortione unius hominis naturali cuidam iuri officium aliorum hominum respondeat: officium videlicet ius illud agnoscendi et colendi. Nam quodvis praecipuum hominis ius vim auctoritatemque suam a naturali lege repetit, quae illud tribuit, et conveniens iniungit officium. Qui igitur, dum iura sua vindicant, officia sua vel omnino obliviscuntur, vel aequo minus praestant, iidem sunt cum iis veluti comparandi, qui altera manu aedem exstruunt, altera evertunt.

Cum homines sint natura congregabiles, ii oportet alii
265 cum aliis vivant, atque alii aliorum quaerant bonum. Hanc ob / causam recte compositus hominum convictus postulat, ut iidem pariter iura pariter officia mutuo fateantur et faciant. Ex quo etiam nascitur, ut quisque magno animo sociam praebeat operam ad eiusmodi civium consuetudinem parandam, in qua iura et officia diligentius usque et fructuosius colantur.

Cuius rei ut ponamus exemplum, non satis est homini ius in necessaria vitae tribuere, nisi pro viribus elaboremus, ut eidem quae ad victum pertinent satis suppetant.

Huc accedit quod hominum societas, non modo ordinata esse debet, sed multos etiam ipsis utilitatis fructus afferre. Quod flagitat, ut ii quidem iura et officia mutuo agnoscant et exsequantur, at vero etiam ut coniunctim omnes in plurimis inceptis intersint, quae huius aetatis civilis cultus vel sinat, vel suadeat, vel poscat.

Illud praeterea humanae dignitas personae exigit, ut in agendo homo proprio consilio et libertate fruatur. Quocirca, si de civium coniunctione agitur, est profecto cur ipse iura colat, officia servet, atque, in innumeris operibus exercendis, aliis sociam tribuat operam, suo praesertim impulsu et consulto; ita scilicet ut suo quisque instituto, iudicio, officiique conscientia agat, iam non commotus coërcitione vel sollicitatione extrinsecus plerumque adductis; quandoquidem, si qua hominum societas una ratione virium est instituta, ea nihil humani in se habere dicenda est, utpote in qua homines a libertate cohibeantur, qui contra ad vitae progressus, ad perfectionemque assequendam apte ipsi incitandi sunt.

Quam ob rem civium coniunctio bene composita, fructuosa, humanaeque dignitati conveniens est exsistimanda, si veritate continetur; ita monente Paulo Apostolo: *depo-*
266 *nentes mendacium loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra* [25]. Quod sane eveniet, si recte quae / sint cum sua iura, tum sua erga alios officia quisque fatetur. Talis insuper erit hominum communitas, qualem modo adumbravimus, si cives, iustitia duce, et in aliorum iura colenda et in sua officia obeunda incumbunt; si iidem tali amoris studio sunt ducti, ut aliorum necessitates tamquam suas sentiant, bonorum suorum tamquam suas sentiant, bonorum suorum alios faciant participes, eoque contendant, ut in terrarum orbe optima animi mentisque sensa inter omnes communicentur. Neque haec satis; nam hominum societas libertate coalescit, modis nempe ad civium dignitatem idoneis, qui cum ex natura rationis compotes sint, actionum idcirco suarum periculum in se recipiunt.

Hominum igitur societas, Venerabiles Fratres et dilecti filii, primum omnium tamquam res quaedam ad animum praesertim pertinens est habenda: per quam homines, veritatis lumine collustrante, rerum cognitiones inter se communicent; iura sua vindicare et officia exsequi possint; ad bona animi appetenda incitentur; e qualibet re decora, cuiusmodi ipsa est, iustam voluptatem mutuo capiant; perpetua voluntate inclinent ad optima ipsorum quaeque in alios transfundenda; studiose spectent ad aliorum animi bona in animum suum convertenda. Quae quidem bona simul afficiunt, simul omnia dirigunt, quae ad doctrinas, ad rem oeconomicam, ad civium coniunctionem, ad rei publicae progressus et disciplinam, ad legum praecepta, ad reliquas denique partes pertinent, quae exstrinsecus hominum communitatem constituunt continenterque explicant.

Ordo autem, qui in hominum consortione viget, totus incorporali est natura; siquidem in veritate idem nititur, secundum iustitiae praecepta ad effectum perducendus est, mutuo amore animari perficique poscit, postremo, libertate integra, ad aequabilitatem cotidie humaniorem est componendus.

At huius generis ordo —cuius principia cum ad omnes attinent, tum absoluta atque immutabilia sunt— a Deo vero, / et eo quidem personali atque humanam naturam 267
transcendente, initium omnino repetit. Deus enim, cum sit veritas omnium prima, summumque bonum, tum vero fons est praealtus, unde vitam vere haurire hominum coniunctio potest, quae nimirum recte constituta sit et frugifera, ad hominumque dignitatem apta [26]. Quam ad rem illud S. Thomae Aquinatis pertinet: *Quod autem ratio humana sit regula voluntatis humanae, ex qua eius bonitas mensuretur, habet ex lege aeterna, quae est ratio divina... Unde manifestum est, quod multo magis dependet bonitas voluntatis humanae a lege aeterna, quam a ratione humana* [27].

Aetas haec nostra tribus huiusmodi tamquam notis distinguitur.

Ante omnia opificum classes videmus in re oeconomica et sociali gradatim profecisse. Initium enim iidem capientes a suorum iurium vindicatione maxime in ordine rerum oeconomicarum et socialium, deinde ad vindicationem gradum fecerunt rerum politicarum, tum demum ad politioris humanitatis commoda adipiscenda animum intenderunt. Quam ob rem in praesentia opifices, qui ubique sunt, illud vehementer exquirunt, ne umquam ducantur quasi quaedam res rationis et libertatis expers, qua alii arbitrio suo utantur, sed tamquam homines in quibuslibet humanae societatis partibus: hoc est in regione oeconomica et sociali, in re publica, in campo denique doctrinarum et disciplinarum.

Quod deinde mulieres in re publica intersunt, nemo profecto est, cui non pateat; quod fortasse celerius apud populos fit christianam fidem profitentes, et tardius quidem, sed late apud gentes aliarum memoriarum heredes alioque vitae cultu imbutas. Mulieres enim, cum cotidie magis sint suae humanae / dignitatis consciae, tantum abest ut 268
patiantur se vel pro re quadam inanima vel pro instrumento quodam haberi, ut potius sive intra domesticos parietes, sive in civitate iura et officia humana persona digna postulent.

Animadvertimus denique nostris hisce diebus, hominum coniunctionem in novam prorsus rei et socialis et publicae transisse conformationem. Etenim, cum omnes populi sese in libertatem vel vindicaverint, vel sint vindicaturi, ob eam causam futurum est, ut brevi neque iam populi exstent, qui in alteros dominentur, neque qui alienae pareant potestati.

Homines enim, qui ubique sunt gentium, vel in civium ordine liberae cuiusdam civitatis iam censentur, vel in eo est ut censeantur; neque ullius stirpis communitas alienae dicioni iam esse vult obnoxia. Nam nostro hoc tempore opiniones consenuerunt, tot saecula inhaerentes, ex quibus scilicet hinc aliae hominum classes inferiorem sibi locum accipiebant, illinc primas partes aliae postulabant, sive ob statum rerum oeconomicarum et socialium, sive ob sexum, sive ob suum cuiusque in civitate gradum.

[22] Cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1952; *A. A. S.* XLV, 1953, pp. 33-46.
[23] Cf. *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1944, *A. A. S.* XXXVII, 1945, p. 12.
[24] Cf. *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, *A. A. S.* XXXV, 1943, p. 21. [25] *Eph.* 4, 25.

[26] *Rom.* 13, 1-6. [27] *In Epist. ad Rom.* c. 13, vv. 1-2, homil. XXIII: PG. 60, 615.

Latissime e contrario ea opinio pervasit et obtinuit, omnes homines esse naturae dignitate inter se aequales. Quam ob rem, saltem in ratione disciplinaque, nullo modo probatur hominum discrimen, generis causa; quod quidem maximi momenti est et ponderis ad humanum convictum confiandum ex principiis, quae memoravimus. Quod si in homine aliquo conscientia nascitur suorum iurium, in eo etiam conscientia officiorum suorum necesse est nascatur: ita ut qui iura quaedam habeat, in eo pariter officium insit sua iura, tamquam suae dignitatis significationes, reposcendi; in reliquis vero officium insit iura eadem agnoscendi et colendi.

Atque cum civium disciplina ad iura officiaque informatur, tunc homines continuo res ad animum mentemque pertinentes deprehendunt, plane quid veritas sit, quid iustitia, quid caritas, quid libertas intellegunt, iidemque
269 conscii fiunt se huius/modi societatis esse membra. Neque id satis; nam huius generis causis commoti homines ad verum Deum melius cognoscendum feruntur, nempe supra humanam naturam positum personaque praeditum. Quam ob rem rationes, quae iis cum Deo intercedunt, quasi fundamentum suae vitae existimant: id est vitae, quam vel intus in animo suo vivunt, vel cum reliquis hominibus consociaverunt.

II

Hominum societas neque bene composita, neque bonorum fecunda esse potest, nisi ei adsint qui, auctoritate legitima decorati, instituta servent et, quantum est satis, in omnium commoda operam curamque impendant suam. Iidem vero auctoritatem omnem a Deo ducunt, uti S. Paulus hisce docet verbis: *Non est enim potestas, nisi a Deo* [28]. Quam Apostoli sententiam S. Ioannes Chrysostomus explanans haec scribit: *Quid dicis? Omnisne princeps a Deo ordinatus est? Non hoc dico, inquit: neque enim de singulis principibus mihi nunc sermo est, sed de re ipsa. Nam quod principatus sint, et quod alii imperent, alii subiecti sint, neque omnia casu ac temere ferantur, divinae esse sapientiae dico* [29]. Enimvero, quoniam Deus homines sua natura sociabiles creavit, quoniamque nulla societas potest *consistere, nisi si aliquis omnibus praesit, efficaci similique movens singulos ad commune propositum impulsione, efficitur, civili hominum communitati necessariam esse auctoritatem, qua regatur: quae, non secus ac societas, a natura propterea que a Deo ipso oriatur auctore* [30].

Haud tamen auctoritas a cuiuslibet imperio vacua putanda est; immo cum eadem ex facultate imperandi ad rectam rationem proficiscatur, illud sane cogitur, ut vim
270 obligandi ex ordi/ne morum ipsa repetat, qui vicissim Deum tamquam principium et finem habet. Qua de causa Decessor Noster fel. rec. Pius XII haec monet: *Absolutus animantium ordo, et finis ipse hominis (hominem dicimus liberum, officiis obstrictum, iuribus inviolabilibus instructum, societatisque humanae originem et finem) civitatem quoque, quasi quandam communitatem necessariam, auctoritateque ornatam attingunt, qua sublata, neque esse neque vivere ipsa possel... Qui rerum omnium ordo, quoniam iuxta rectam rationem et maxime iuxta christianam fidem initium non potest quin ducat a Deo, omnium nostrum Creatore, eodemque persona praedito, idcirco magistratus ex eo dignitatem accipiunt, quod Dei ipsius auctoritatem quodammodo participant* [31].

Quocirca quae imperandi facultas sive in minis metuque poenarum, sive in praemiorum pollicitationibus posita unice vel praecipue est, nullo pacto ad commune omnium bonum quaerendum efficienter incitat; quod si forte fiat, id profecto cum hominum dignitate, qui libertatis rationisque sunt compotes et participes, haudquaquam sit consentaneum. Auctoritas enim cum maxime vi contineatur incorporali, propterea reipublicae curatores sese ad cuiusvis civis agendi conscientiam referre debent, hoc est ad officium, quo quisque obstringitur, in communes omnium utilitates promptam impendendi operam. Sed quoniam omnes homines in naturali dignitate sunt inter se pares, tum nemo valet alium ad aliquid intimis animi sensibus efficiendum cogere: quod quidem unus Deus potest, utpote qui unus arcana pectoris consilia scrutetur ac iudicet.

Qui igitur personam civitatis gerunt, tunc tantum homines ex animi conscientia obligare possunt, si eorum auctoritas cum Dei auctoritate coniungitur eiusque est parti-
ceps [32]. / 271

Quo principio posito, civium quoque dignitati consulitur: siquidem qui magistratibus parent, neutiquam iis uti hominibus parent, sed re ipsa Deum, providum omnium rerum Creatorem, colunt, qui mutuas hominum rationes, iuxta ordinem a semetipso statutum, administrari iussit; neque vero, quod debitam Deo reverentiam adhibemus, eapropter animos comprimimus nostros, sed magis erigimus et nobilitamus; quoniam servire Deo regnare est [33].

Quandoquidem imperii facultas ex ordine rerum incorporalium exigitur atque a Deo manat, si forte rei publicae moderatores contra eundem ordinem atque adeo contra Dei voluntatem vel leges ferunt, vel aliquid praecipiunt, tunc neque latae leges, neque datae facultates civium animos obstringere possunt; cum *oboedire oporteat Deo magis quam hominibus* [34]; immo vero tunc auctoritas ipsa plane corruit, et foeda sequitur iniuria; docente S. Thoma Aquinate: *Ad secundum dicendum, quod lex humana in tantum habet rationem legis, in quantum est secundum rationem rectam; et secundum hoc manifestum est quod a lege aeterna derivatur. In quantum vero a ratione recedit, sic dicitur lex iniqua, et sic non habet rationem legis, sed magis violentiae cuiusdam* [35].

Atqui ex eo quod auctoritas a Deo nascitur, inde haudquaquam concluditur, nullam in hominibus inesse facultatem eos eligendi qui civitati praesint, et rerum publicarum formam statuendi, et describendi auctoritatis exercendae rationes et terminos. Ex quo est ut, quam doctrinam ea cum quolibet veri nominis populari civitatis regimine
congruere possit [36]. / 272

Propterea autem quod singuli homines interiectique coetus suam quisque operam ad omnium commoda conferre tenentur, exinde praecipue id consequitur, ut ipsi et suas utilitates ad aliorum necessitates accommodent, et sua bona ministeriaque eo vertant, quo civitatis rectores praescripserunt, normis iustitiae, praecipiendique modis et terminis servatis. Qui potestatem videlicet in civitate gerunt, iis actis praecipiant oportet, quae non tantum rite ipsa sint perfecta, sed etiam vel ad civitatis bonum prorsus spectent, vel eodem adducere possint.

Verumtamen cum in communi omnium bono ratio tota sit posita civitatis rectorum, inde plane cogitur, ut hi bonum idem ita quaerant, ut simul eius naturam observent, simul sua praecepta cum praesenti rerum statu componant [37].

Sine dubio in bono communi insita ducenda sunt, quae sunt propria cuiusvis gentis singulatim [38]; sed haec bonum commune omni ex parte minime definiunt. Nam commune bonum, propterea quod cum humana natura penitus cohaeret, idcirco totum et in integro nequit consistere nisi, spectatis boni communis intima natura et effectione, semper humanae personae ratio habeatur [39].

Quin et illud accedit, quod hoc bonum, ex sua ipsius natura, omnia membra civitatis participent necesse est, quamquam diversa ratione, pro cuiusque nimirum civis muneribus, meritis et condicionibus. Quam ob causam cunctis rei publicae principibus eo est contendendum, ut nullo quidem cive nullove civium ordine praeposito, huius generis bonum ad omnium utilitatem provehant; quemadmodum confirmat Decessor Noster / imm. mem. Leo XIII 273
hisce verbis: *Neque ullo pacto committendum, unius ut vel paucorum commodo serviat civilis auctoritas, cum ad commune omnium bonum constituta sit* [40]. At vero iustitiae aequitatisque rationes illud aliquando poscere possunt, ut qui res publicas gerunt plus studii civibus humilioribus navent, quippe qui ad sua vindicanda iura et ad legitima commoda sua asserenda minus ipsi valeant [41].

[28] Cf. Leonis XIII Epist. Encycl. *Diuturnum illud*, *Acta Leonis XIII*, II, 1880-1881, p. 274.
[29] *Cf. Ibid.*, p. 278; et eiusdem Leonis XIII Epist. Encycl. *Immortale Dei*, *Acta Leonis XIII*, V, 1885, p. 130. [30] *Act.* 5, 29.
[31] *Summa Theol.*, I^a-II^ae, q. 93, a. 3 ad 2um; cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1944, *A. A. S.* XXXVII, 1945, pp. 5-23.
[32] Cf. Leonis XIII Epist. Encycl. *Diuturnum illud*, *Acta Leonis XIII*, II, 1880-1881, pp. 271-272; et Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1944, *A. A. S.* XXXVII, 1945, pp. 5-23.
[33] Cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, *A. A. S.* XXXV, 1943, p. 13; et Leonis XIII Epist. Encycl. *Immortale Dei*, *Acta Leonis XIII*, V, 1885, p. 120.
[34] Cf. Pii XII Litt. Encycl. *Summi Pontificatus*, *A. A. S.* XXXI, 1939, pp. 412-453.
[35] Cf. Pii XI Litt. Encycl. *Mit brennender Sorge*, *A. A. S.* XXIX, 1937, p. 159; et Litt. Encycl. *Divini Redemptoris*, *A. A. S.* XXIX, 1937, pp. 65-106 [LE 1372].
[36] Epist. Encycl. *Immortale Dei*, *Acta Leonis XIII*, V, 1885, p. 121.
[37] Cf. Leonis XIII Litt. Encycl. *Rerum Novarum*, *Acta Leonis XIII*, XI, 1891, pp. 133-134.

http://www.obrascatolicas.com

Sed hoc loco filios Nostros admonendos esse opinamur, bonum commune ad integrum hominem attinere, hoc est ad eius tam corporis quam animi necessitates. Ex quo consequens est, ut rei publicae rectores ad bonum illud idoneis viis gradibusque assequendum spectent: ita scilicet ut, recto rerum ordine servato, cum bonis corporis bona pariter animi civibus suppeditent [42].

Quae sane principia definite concludere haec sententia videtur Nostrarum Litterarum Encyclicarum, *Mater et Magistra*, qua in medio posuimus, commune omnium bonum *summam complecti earum vitae socialis condicionum, quibus homines suam ipsorum perfectionem possent plenius atque expeditius consequi* [43].

Itaque homines, utpote qui ex corpore et animo immortali constent, intra mortalem hanc vitam neque suas explere necessitates, neque perfectam adipisci felicitatem possunt. Quocirca commune bonum eiusmodi viis atque rationibus parandum est, quibus non modo aeternae hominum saluti non officiatur, sed eidem etiam serviatur [44].

Verum cum nostra hac aetate commune bonum maxime in humanae personae servatis iuribus et officiis consistere
274 putetur, / tum praecipue in eo sint oportet curatorum rei publicae partes, ut hinc iura agnoscantur, colantur, inter se componantur, defendantur, provehantur, illinc suis quisque officiis facilius fungi possit. Etenim *inviolabilia iura tueri, hominum propria, atque curare, ut facilius quisque suis muneribus defungatur, hoc cuiusvis publicae potestatis officium est praecipuum* [45].

Quam ob causam, si qui magistratus iura hominis vel non agnoscant vel violent, non tantum ab officio ipsi suo discedant, sed etiam quae ab ipsis sint imperata, omni obligandi vi careant [46].

Praeterea ii qui reipublicae gubernacula tractant in praecipuo officio sunt apte convenienterque iura, quibus homines alii cum aliis societate coniunguntur, ita componere et moderari, ne primum cives iura sua persequentes, alteros in suis iuribus interpellent; ne deinde alius sua servans iura, alios officia sua obeuntes retardet; ut postremo omnium iura cum efficaciter sarta tecta conserventur, tum in integrum, si quae violata sint, restituantur [47].

Accedit etiam quod ii, qui civitatis sunt capita, in eo collocare operam re ipsa debent, ut is rerum status exsistat, in quo singuli cives et possint et facile possint sive sua iura tueri, sive sua officia praestare; cum illud nos usus docuerit, nisi circa rem oeconomicam, circa rem publicam, circa doctrinarum cultum magistratus convenienter egerint, maxime nostris hisce temporibus inaequalitates latius latiusque inter cives permanare, fierique idcirco
275 ut hominis iura et officia qualibet effectione careant. /

Quapropter qui publicam rem administrant, studium curamque in eo defigant necesse est, ut cives sicut in re oeconomica ita in re sociali progrediantur, atque pro explicato rerum gignendarum apparatu, praecipua etiam ministeria explicentur; cuius sunt generis: viarum munitiones, res vectoriae, mutui commercii rationes, aqua ad bibendum apta, domicilia, cauta ad valetudinem adiumenta, expedita subsidia ad religiosae professionem fidei, denique auxilia ad animi relaxationem. In eo etiam civitatis proceres enitantur opus est, ut de pecuniae subsidio civibus caveant, ne ipsis, si quando aut calamitas inciderit, aut recepti familiaris officii ratio gravior intervenerit, necessaria ad dignum vitae cultum desint. Neque minus iis, qui reipublicae imperium obtinent, contendendum et efficiendum est, ut operariis ad laborem idoneis facultas praebeatur opera suscipiendi cum suis viribus consentanea; ut cuique merces ex iustitiae aequitatisque legibus persolvatur; ut in societatibus ad bona gignenda fundatis liceat opificibus se impensi operis sentire auctores; ut commode possint interiecta corpora condi, quibus civium convictus et fructuosior fiat et expeditior; ut denique omnes, modis quidem et gradibus opportunis, doctrinarum bona participare queant.

At enim communis omnium utilitas hoc etiam profecto flagitat, ut rei publicae rectores in civium iuribus tum componendis et tutandis, tum provehendis summae serviant aequilibritati; ne videlicet quorundam hominum vel sodalitatum antepositis iuribus, praecipua iisdem commoda in re publica oriantur; neve dum ad iura civium servanda spectant, quominus his ipsi plane fungantur, impedimento absurde sint. *Nam semper illud maneat, publicarum auctoritatum providentiam de re oeconomica, etiamsi late pateat atque intimas communitatis partes attingat, eiusmodi tamen esse oportere, ut privatorum libertatem in agendo, non solum non coërceat, sed etiam augeat, / modo praecipua cuiusvis* 276
humanae personae iura sarta tecta serventur [48].

Atque eodem pertinere debent varii generis conatus a civitatis rectoribus ideo suscepti, ut cives facilius possint tam sua vindicare iura, quam officia sua in quibuslibet vitae socialis provinciis explere.

Ceteroquin nequit in universum decerni, quae aptior sit reipublicae forma, quibusve accommodationibus modis civitatis moderatores sua sustineant munera, qua leges ferendas contingentia, qua publicam rem administrandam, qua iudicia exercenda.

Re enim vera ad constituendum qua forma civitas regatur, quave ratione sua exsequatur munera, non potest quin praesens cuiusque populi status et condicio plurimum valeant: quae scilicet pro locis et temporibus mutantur. At illud hominum naturae consentaneum esse opinamur, si civium convictus ita conformetur, ut ex triplici eo magistratuum ordine constet, qui tribus praecipuis publicae auctoritatis muneribus apte respondeat; quandoquidem in eiusmodi civitate, non modo magistratuum munera, sed mutuae etiam civium et publicorum ministrorum rationes sunt ad iuris normam descripta. Quod sane civibus, hinc sua iura tuentibus inde sua colentibus officia, certum affert praesidium.

At vero ut huiusmodi iuridicialis et politica civitatis compositio suas pariat utilitates, res ipsa poscit, ut magistratus operam suam ponant oblatasque difficultates expli- cent idoneis rationibus atque instrumentis, iisque cum suis ipsorum muneribus, cumque praesenti civitatis statu congruentibus. Idem praeterea postulat ut, rerum condicione se perpetuo vertente, reipublicae legumlatores in agendo numquam debeant neque morum normas, neque civitatis instituta, neque boni communis / necessitates neglegere. 277
Deinde sicut a reipublicae administratoribus, qui iam leges plane cognoverint resque adiunctas diligenter perpenderint, omnia ex iure componenda sunt, ita a iudicibus, humana quidem integritate sed nulla partium sollicitatione ductis, ius cuique suum est reddendum. Tum etiam rerum ordo exigit, non minus singulos cives quam interiecta corpora, si qua ipsis iura sint asserenda et officia obeunda, ex lege opportunis munimentis ditari; sive civibus sit inter se agendum, sive cum publicis ministris [49].

Neque dubium esse potest, quin iuridicialis reipublicae ordinatio, pariter cum iusti rectique normis, pariter cum progressa civitatis disciplina consentanea, summopere ad communes omnium utilitates conducat.

Sed tamen hac nostra aetate vita socialis tam varia, tam multiformis, tam alacris est, ut iuridicialis dispositio, quamvis magna prudentia providentique consilio constituta, saepenumero necessitatibus impar videatur.

Addendum eodem et illud quod rationes, quae primum civibus cum aliis civibus, deinde civibus et interiectis corporibus cum magistratibus, postremo magistratibus cum magistratibus eiusdem civitatis intercedunt, quandoque videmus tam ancipites tamque periculi plenas fieri, ut eas in certos concludere iuris fines nequeamus. Quibus in casibus res ipsa postulat, ut reipublicae moderatores, si velint iuridicialem civitatis disciplinam, iam pro re ipsa, iam pro causis, servare incolumem; si velint praecipuis socialis vitae servire requisitis; si velint ad hodiernae vitae usus et leges ipsas accommodare et novas expedire quaestiones, tum vero iidem recte sentiant, cuius generis sint sua munera quibusve terminis circumscribantur; atque tanta animi aequitate et integritate, tantoque ingenii / acumine 278
voluntatisque constantia polleant, ut praeterquam quae facto opus sint sine cunctatione videant, ea etiam tempestive et valenter efficiant [50].

Quod autem hominibus ad reipublicae administrationem se conferre licet, id est certe suae dignitatis proprium,

[42] Cf. Pii XII Litt. Encycl. *Summi Pontificatus*, *A. A. S.* XXXI, 1939, p. 433. [43] Cf. *A. A. S.* LIII, 1961, p. 417 [LE 2984].
[44] Cf. Pii XI Litt. Encycl. *Quadragesimo Anno*, *A. A. S.* XXIII, 1931, p. 215 [LE 1027].
[45] Cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus in festo Pentecostes, die 1 mensis Iunii anno 1941, *A. A. S.* XXXIII, 1941, p. 200.
[46] Cf. Pii Litt. Encycl. *Mit brennender Sorge*, *A. A. S.* XXIX, 1937, p. 159; et Litt. Encycl. *Divini Redemptoris*, *A. A. S.* XXIX, 1937, p. 79 [LE 1372]; et Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, *A. A. S.* XXXV, 1943, pp. 9-24.
[47] Cf. Pii XI Litt. Encycl. *Divini Redemptoris*, *A. A. S.* XXIX, 1937, p. 1 [LE 1372]; et Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, *A. A. S.* XXXV, 1943, pp. 9-24.

[48] Ioannis XXIII Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, *A. A. S.* LIII, 1961 p. 415 [LE 2984].
[49] Cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, *A. A. S.* XXXV, 1943, p. 21.
[50] Cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1944, *A. A. S.* XXXVII, 1945, pp. 15-16.

etiamsi administrationem ipsam modis tantum participare possunt cum civitatis statu convenientibus, cuius sunt membra.

De cetero ex eo quod hominibus fas est ad reipublicae administrationem accedere, novae propterea iisdem amplissimaeque praebentur utilitatis facultates. Quoniamque in hac rerum condicione ii qui civitati praesunt frequentius in civium congressum et colloquium veniunt, ideo aptius quae ad commune bonum valeant ipsi cognoscere queunt; atque etiam, cum alii publici ministri in aliorum locum certis temporibus subeant, eorum idcirco auctoritas tantum abest ut senescat, ut potius pro humanae societatis progressionibus quodammodo revirescat [51].

Quibus ex propositis rebus plane nascitur, nostra hac aetate in iuridiciali civitatum compositione postulari primum, ut iurium praecipuorum, quae hominum sint propria, summa quaedam, sententiis nimirum concisis et perspicuis conclusa, exaretur, inque universa reipublicae disciplina intexatur.

Postulatur deinde, ut, verbis adhibitis ad iuris doctrinam accommodatis, unluscuiusque civitatis publica constitutio adornetur; qua scilicet definiatur quibus modis reipublicae rectores designentur, quo vinculo hi coniungi alii cum aliis debeant, quaenam eorum sint singulae diciones, denique qua via rationeque ad agendum ipsi obstringantur.

Postulatur denique, ut in specie iuris et officii rationes
279 descri/bantur, quibus cives cum reipublicae moderatoribus contineantur; utque distincte decernatur praecipuum eorumdem esse munus, civium iura et munera agnoscere, colere, invicem componere, tueri, ad processus provehere.

Probari tamen eorum placitum nequit, qui profitentur, sive e singulorum hominum, sive e quarundam societatum voluntate, tamquam a primo et unico fonte, cum civium iura et officia oriri, tum publicae constitutionis obligandi vim manare, tum postremo civitatis principum imperandi potestatem proficisci [52].

At hae, de quibus diximus, animorum appetitiones illud etiam manifesto testantur, nostro hoc tempore homines magis magisque fieri suae dignitatis conscios, atque adeo incitari cum ad reipublicae administrationem participandam, tum ad poscendum, ut propria, inviolabiliaque iura in publica civitatis disciplina serventur. Neque haec satis; nam homines nunc illud insuper poscunt, ut nempe civitatis auctoritates et ad normam publicae constitutionis creentur, et sua munera intra eiusdem terminos obeant.

III

Quod de civitatibus Decessores Nostri saepe docuerunt, idem placet nunc auctoritate Nostra confirmare: mutua scilicet inter nationes iura et officia intercedere; ac propterea earum necessitudines ad normam veritatis, iustitiae, alacris animorum coniunctionis, libertatisque componendas esse. Quae enim naturae lex singulorum civium vivendi disciplinam regit, eadem mutuas etiam rerum publicarum rationes moderatur oportet.

Quae sententia cuique facile patet, si consideret, moderatores civitatum nullo modo posse naturali sua excidere
280 digni/tate, dum suae communitatis partes agunt eiusque bono prospiciunt; atque adeo nullo pacto iisdem licere naturae legem, qua obstringuntur, deserere, quae est ipsa regula morum.

Ceterum animo ne fingi quidem potest, homines, idcirco quod publicae rei regimini praeponuntur, necessitate cogi suam exuere humanitatem. Contra iidem ob eam causam amplissimae huiusmodi dignitatis gradum obtinuerunt, quod, spectatis egregiis animi dotibus atque ornamentis, partes reipublicae praestantissimae habiti sunt.

Quin etiam ex ipso morali ordine consequitur, ut civili hominum communitati necessaria sit auctoritas, qua regatur; utque auctoritas in ipsum ordinem torqueri non possit, quin illico corruat, fundamento suo destituta. Scilicet, quae est Dei ipsius admonitio: *Audite ergo, reges, et intelligite; discite, iudices finium terrae. Praebete aures, vos qui continetis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum. Quoniam data est a Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur* [53].

Ad extremum tenendum est, etiam quod attinet ad mu-

[51] Cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, *A. A. S.* XXXV, 1943, p. 12.
[52] Cf. Leonis XIII Epist. Apost. *Annum ingressi*, *Acta Leonis XIII*, XXII, 1902-1903, pp. 52-80. [53] *Sap.* 6, 2-4.

tuas ordinandas civitatum rationes, auctoritatem ita esse gerendam, ut commune omnium bonum promoveat, utpote quae ad id in primis sit constituta.

In maximis autem communis boni praeceptis illud ponendum est, ut moralis ordo agnoscatur eiusque iussa inviolate serventur. *Bene constitutus civitatum ordo in honestatis norma tamquam in rupe immota atque immutabili inniti debet, quam mundi Auctor in ipsa rerum natura manifestam voluit, in animisque hominum notis indelebilibus insculpsit... Eadem, clarissimi luminis instar, praeceptorum suorum luce rectum iter necessario ostendit cum singulis hominibus, tum nationibus; qui quidem ex eius monitoriis, salutaribus providisque signis normas semper ductumque sumere debent, ne quidquid laboris / atque industriae ad novum* 281
rerum ordinem instaurandum ab ipsis susceptum sit, saevis veluti procellis tradatur ac naufragio intereat [54].

Atque principio statuendum est, mutua civitatum vincula veritate gubernari oportere. Veritas autem postulat, ut hac in re nulla prorsus ratio habeatur stirpium discriminis; ac propterea sanctum firmumque censeatur, civitates omnes naturae dignitate inter se pares esse. Ad unamquamque earum igitur iure pertinet ut sit, ut proficiat, ut adiumenta ad id necessaria possideat, ut denique in hoc obtinendo adipiscendoque primum in se periculum recipiat; itemque legitimo iure postulare potest, ut bona fruatur opinione, utque sibi debiti honores tribuantur.

Hoc nos docuit usus, homines saepissime inter se discrepare, et quidem valde, scientia, virtute, ingenii vi, bonorumque externorum copia. Exinde tamen numquam iusta causa nascitur, cur ii, qui ceteris praestent, alios sibi obnoxios quoquo modo faciant; quin potius iidem graviore obligantur officio, ad singulos universos pertinente, alios iuvandi ad perfectionem mutua opera adipiscendam.

Similiter contingere potest, ut inter nationes aliae aliis praestent scientiarum incrementis, humanitatis cultu ac rationum oeconomicarum progressu. At tantum abest ut ob hanc excellentiam iis liceat iniuste dominari in alias, ut eaedem maiorem conferre operam debeant ad communem populorum profectum.

Ac re vera nequeunt homines natura aliis superiores esse, cum omnes pari excellant naturali dignitate. Ex quo consequitur, civiles quoque communitates nihil inter se differre, si ipsarum dignitas a natura orta spectetur; singulae enim respublicae cuiusdam corporis similitudinem gerunt, cuius me/mbra sunt homines. Ceterum, ut usu co- 282
gnitum habemus, iis omnibus rebus, quae ad sui nominis dignitatem quoquo modo attinent, populi tangi solent, nec immerito sane, quam maxime.

Tum veritas iubet, in plurimis illis inceptis, quae post recentiora technicorum inventa in usum inducta sunt, et quorum ope populorum mutua cognitio fovetur ac propagatur, serenas aequitatis normas omnino servari. Quod minime prohibet, quominus populi suas ipsi virtutes in praecipua luce collocent. Sed reiciendae sunt prorsus eae pervulgandi nuntios rationes, quibus alicuius populi fama laedatur, veritatis et iustitiae praeceptis violatis [55].

Iam porro mutuae civitatum necessitudines ad normam iustitiae componendae sunt; quod requirit, ut simul iura mutua agnoscantur, simul mutua officia persolvantur.

Quoniam vero civitates ius habent et vivendi, et progrediendi, et adiumentorum copiam adipiscendi suo profectui necessariam, et primarias partes in hac re gerendi, et bonam famam suam honoresque sibi debitos tuendi, ex eo efficitur, ut civitates pariter obstringantur officio efficaciter tuendi singula huiusmodi iura, et eos actus praetermittendi, qui eadem laedere possint. Sicut enim in suis privatis negotiis homines nequeunt sua persequi commoda, cum iniusto aliorum detrimento, eodem modo civitates non possunt, citra scelus, illud rerum suarum incrementum appetere, quo aliae nationes iniuriam accipiant vel inique opprimantur. In quam rem apte cadere videtur haec S. Augustini sententia: *Remota iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia?* [56].

Scilicet contingere potest, ac revera contingit, ut commoda utilitatesque, quae civitates sibi quaerere contendant, inter se / pugnent; discidia tamen inde orta non ar- 283
morum vi, nec fraude vel dolo sunt dirimenda, sed, ut homines addecet, mutua rationum animorumque aestima-

[54] Cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1941, *A. A. S.* XXXIV, 1942, p. 16.
[55] Cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1940, *A. A. S.* XXXIII, 1941, pp. 5-14.
[56] *De civitate Dei*, lib. IV, c. 4; PL. 41, 115; cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1939, *A. A. S.* XXXII, 1940, pp. 5-13.

http://www.obrascatolicas.com

tione, rebus mature atque ex veritate perpensis, et contrariis sententiis ad aequitatem compositis.

Quam ad rem peculiari modo pertinet ille publicarum rerum cursus, qui inde a saeculo XIX ubique terrarum increbruit passim atque invaluit, quo fit ut homines eiusdem stirpis sui iuris esse velint atque in unam nationem coire. Quod cum pluribus de causis non semper effici possit, illud exinde oritur, ut gentes pauciores numero intra fines nationis alius stirpis saepe contineantur, atque ex hoc quaestiones magnae gravitatis exsistant.

Hac in re aperte profitendum est, quidquid contra has gentes agatur ad coërcendum stirpis vigorem atque incrementum, iustitiae officiis graviter adversari; idque multo magis, si prava huiusmodi molimina ad ipsam gentis internecionem spectent.

Immo vero iustitiae praeceptis apprime respondet, a reipublicae moderatoribus efficacem dari operam provehendis humanis condicionibus civium stirpis numero inferioris, nominatim quod attinet ad eorum linguam, ingenii cultum, avitas consuetudines, opera et incepta in re oeconomica [57].

Nihilo minus animadvertendum est, hos cives numero pauciores, sive ob rerum statum, quem aegre ferre cogantur, sive ob praeteritorum temporum eventus, haud raro proclives esse ad ea, quae suae gentis sunt propria, plus aequo efferenda: adeo quidem, ut vel ipsa bona posthabeant, quae omnium hominum sunt propria, quasi humanae bonum bono suae ipsorum gentis servire oporteat. Rationi vero consentaneum est, ut iidem cives commoda quoque agnoscant, sibi ex peculiaribus hisce rerum adiunctis orta: ad ingenii sui nempe atque animi perfectionem
284 non parum conferre cotidianam cum civibus alio civili cultu imbutis consuetudinem; cum ex hac / paulatim ipsi virtutes, quae ad aliam gentem pertineant, in sucum et sanguinem suum convertere possint. Hoc tamen tantum eveniet, si cives numero pauciores, cum circumiectis populis societate quadam inita, horum usus et instituta participare studeant; non autem, si iidem contentiones serant, quae iacturas pariant innumeras, ac civilem nationum progressionem cohibeant.

Quoniam mutuae civitatum necessitudines ad normam veritatis atque iustitiae componi oportet, tum ex actuosa virium animorumque coniunctione eae incrementum capere debent. Id autem effici potest hinc atque illinc sociata multiformiter opera; quod nostra aetate non sine salutaribus fructibus evenit, quod attinet ad rationes oeconomicas, ad rem socialem et politicam, ad ingenii cultum, ad civium valetudinem et ad gymnicos ludos. Qua de re ante oculos habeamus necesse est, publicam potestatem suapte natura non ad id constitutam esse, ut homines intra fines dumtaxat suae cuiusque nationis coërceat, sed ut tueatur in primis commune civitatis bonum, quod quidem a bono totius humanae familiae secerni certo nequit.

Ita fit ut civiles communitates, in suis consectandis utilitatibus, non solum aliis nocere non debeant, verum etiam inter se consilia viresque coniungere, ubi singularum civitatum nisus ad optatos exitus pervenire non valeant; qua in re maximopere cavendum est, ne quod quibusdam civitatibus prosit, aliis potius incommodum, quam utilitatem afferat.

Tum etiam commune universale bonum requirit, ut in unaquaque natione inter cives et interiectas societates commercium omne genus foveatur. Cum enim in multis terrarum orbis partibus exstent hominum coniunctiones stirpe plus minusve inter se dissimiles, prospiciendum est, ne alius stirpis homines impediantur, quominus cum alius
285 stirpis hominibus commercium habeant; quod aperte a nostrae aetatis rationibus dissidet, qua intervalla prope submota sunt, quibus a populis populi / seiunguntur. Neque praetereundum est homines cuiusvis stirpis, praeter proprias peculiaresque dotes, quibus a reliquis distinguuntur hominibus, alias habere cum iisdem communes, easque magni momenti, quibus possunt magis magisque progredi et sese perficere, praesertim in iis, quae ad bona animi pertinent. Iis igitur ius et officium est vitam degere cum ceteris societate coniunctis.

Res est omnibus plane perspecta, alicubi terrarum distantiam esse inter agrorum exercendorum spatia et incolarum numerum; alicubi inter soli divitias et prompta agrorum vertendorum instrumenta; atque adeo necessitatem a populis sociam operam postulare, quam sequatur facilior sive

[57] Cf. Pius XII *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1941, *A. A. S.* XXXIV, 1942, pp. 10-21.

bonorum, sive fortunarum, sive hominum ipsorum commeatus [58].

In huiusmodi causis peropportune fieri censemus, ut, quoad possit, res operam, non autem opera rem quaerat. Tunc enim plurimis civibus facultas praebetur rei familiaris amplificandae, quin, patrio relicto loco, magna cum animi aegritudine et aliam petere sedem, et novum amplecti rerum statum, et cum aliis civibus novas inire rationum consuetudines cogantur.

Utpote qui paternae caritatis sensibus Deo movente universos diligamus homines, acerbo cum animi maerore eorum casus reputamus, qui politicarum rerum causa depulsi patria sunt; horum enim profugorum multitudinem, nostra aetate sane innumeram, plurimi incredibilesque dolores semper comitantur.

Id profecto ostendit, quarumdam nationum principes plus nimio circumscribere iustae libertatis fines, intra quos singulis civibus liceat vitam agere homine dignam; immo in huius exempli civitatibus quandoque vel ipsum libertatis
286 ius aut in dubium vocatur, aut etiam plane tollitur. Quod cum accidit, rectus civilis societatis ordo penitus evertitur; nam potestas publica suapte natura ad tutandum communitatis bonum spectat, cuius princeps officium est agnoscere honestos libertatis fines eiusque iura sarta tecta servare.

Propter hanc causam abs re non erit hoc loco homines ad illud revocare, huiusmodi profugos personae dignitate ornatos esse, iisque personae iura esse agnoscenda. Quae iura profugi amittere non potuerunt, propterea quod nationis suae civitate sint destituti.

Iamvero inter humanae personae iura illud etiam recensendum est, licere cuique se in eam nationem conferre, ubi aptius se posse speret sibi atque suis necessariis prospicere. Quare rei publicae moderatorum officium est alienos venientes excipere, et, quantum suae communitatis sinit non fucatum bonum, eorum proposito favere, qui forte novae societati sese velint aggregare.

Quas ob causas, publice probamus laudamusque, hac data opportunitate, ea omnia incepta, quae fraternae coniunctionis vel christianae caritatis principiis conformata, eo pertinent, ut aerumnae eorum releventur, qui a suis locis ad alia semigrare adigantur.

Ac facere non possumus, quin omnibus cordatis hominibus ad laudandum proponamus illa ex variis nationibus instituta Consilia, quae in hac gravissimi ponderis re omnes curas collocant.

In contrariam vero partem non sine magno doloris sensu videmus, in quibus civitatibus res oeconomicae magis profecerint, inibi immania parata esse bellica arma atque adhuc parari, in id maximis sive animi sive corporis bonis collatis. Quo fit, ut, dum harum nationum civibus haud levia onera tolerare est opus, aliae civitates subsidiis indigeant, quibus in re oeconomica et sociali progrediantur.

Cuius quidem militaris apparatus probabilis causa ex eo
287 peti solet, quod pax —ita aiunt— in hisce rerum adiunctis tuta esse non potest, nisi pari armorum apparatu innitatur. Quare si militaris res alicubi incrementum capit, fit continuo ut aliis / etiam locis studia augendorum armorum certatim ingravescant. Ac si qua natio in atomicis belli instrumentis parata est, hoc aliis nationibus causam praebet cur id genus arma, pari delendi vi praedita, sibi parare contendant.

Inde consequitur, ut populi perpetuo in metu sint, quasi in eos procella impendeat, quae quovis temporis momento horrifico impetu commoveri possit. Nec immerito, cum revera arma non desint. Quodsi vix credibile est, homines esse, qui neces immanesque ruinas e bello orituras in se recipere audeant, infitiandum tamen non est, necopinato incertoque facto posse belli incendium exciri. Ac praeterea, quamvis immanis militaris apparatus potentia hodie homines a bello suscipiendo deterreat, nihilominus tamen est cur timeatur, ne ipsa atomicorum instrumentorum experimenta belli causa suscepta, nisi cessent, varia vitae genera in terris grave in discrimen possint adducere.

Quare iustitia, recta ratio, humanaeque dignitatis sensus instanter requirunt, ut desinant aemula rei militaris augendae studia; ut bellica instrumenta, quae variis civitatibus praesto sunt, hinc inde, per idemque tempus mutuantur; ut atomica arma interdicantur; ut tandem ad congruentem ab armis discessum omnes ex condicto deve-

[58] Cf. Ioannis XXIII Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, *A. A. S.* LIII, 1961, p. 439 [LE 2984].

niant, mutua efficacique cautione adhibita. *Omnibus viribus prohibendum est* —admonebat Decessor Noster fel. rec. Pius XII— *quominus generale omnium gentium bellum, quod tot pariat iacturas in re oeconomica et sociali, totque flagitia ac morum perturbationes habeat coniuncta, tertium saeviat in humanam familiam* [59].

Omnibus tamen persuasum esse debet, non posse neque rei militaris augendae intermitti studia, neque arma imminui, neque —quod caput est— usquequaque armamenta de medio tolli, nisi huiusmodi ab armis discessus plenus expletusque sit atque ipsos attingat animos; nisi scilicet
288 omnes concordem / sinceramque dent operam, ut ex animis metus atque anxia belli exspectatio pellantur. Id autem poscit, ut pro suprema lege, qua hodie pax continetur, alia prorsus subiciatur, qua statuatur, non in pari rei militaris apparatu, sed in mutua tantummodo fide, veri nominis pacem inter populos firmam posse consistere. Quod Nos fieri posse confidimus, cum de causa agatur, non tantum rectae rationis normis imperata, sed etiam summopere optabili et bonorum uberrima.

Agitur in primis de causa, ratione imperata. Ac revera, quemadmodum inter omnes constat, aut saltem constare debet, mutuae civitatum necessitudines, haud secus ac singulorum hominum rationes, non armorum vi, sed ad rectae rationis formam, hoc est ad normam veritatis, iustitiae, actuosaeque animorum coniunctionis, sunt componendae.

Deinde huiusmodi causam vehementer dicimus expetendam. Quid enim flagrantissimis non exoptet votis, ut belli discrimina arceantur, pax vero incolumis servetur, firmioribusque in dies muniatur praesidiis?

Postremo haec causa est bonorum uberrima, cum eius commoditates in omnes prorsus recidant: scilicet in singulos homines, in domesticos convictus, in populos, in universam demum humanae gentis familiam. Qua de re haec Decessoris Nostri Pii XII monitoria vox sonat adhuc ac vibrat in auribus nostris: *Pace nihil perire; bellum omnia perdere posse* [60].

Quae cum ita sint, Nos qui vices in terris gerimus Servatoris mundi pacisque auctoris, Christi Iesu, incensissima totius humanae familiae optata interpretati paternaque erga universos homines caritate permoti, officii Nostri partes esse existimamus, homines rogare et obsecrare, eos in primis qui publicam rem moderantur, ut nullis curis nullisque laboribus parcant, donec humanarum rerum cur-
289 sus cum hominis ratione dignitateque congruat. /

In virorum consiliis, qui prudentia auctoritateque praestant, penitus investigetur, qua potissimum ratione in universo terrarum orbe mutuae civitatum necessitudines ad humaniorem aequilibritatem conformentur; aequilibritatem dicimus, quae in mutua fide, in pactionum sinceritate, in condicionibus inviolate servatis posita sit. Haec autem quaestio ita omni ex parte perpendatur, ut caput emergat, unde amica, firma ac perutilia foedera initium capiant.

Ad Nos quod attinet, supplices Deo preces admovere non intermittemus, ut superna ope sua hos labores prosperet atque fecundet.

Quin et illud accedit quod mutuae rerum publicarum rationes ad libertatis normam sunt ordinandae. Cuius sententiae vis haec est, ut nulli nationi quidquam facere liceat, quo alias iniuste opprimat, aut earum negotiis se immerito interponat. Omnes contra aliis opitulentur necesse est, ut hae magis magisque sibi sint officiorum suorum consciae, ut nova et utilia conentur, ut in quolibet alacritatis genere per se ipsae proficiant.

Quandoquidem omnes homines communi consortio et originis, et christianae Redemptionis, et superni finis inter se copulantur et ad unam coniungendam christianam familiam vocantur, idcirco in Encyclicis Litteris *Mater et Magistra*, civitates opulentiores hortati sumus ad opem multimodis ferendam civitatibus, quarum oeconomicae progressiones essent in cursu [61].

Atque nunc, non sine magno animi Nostri solacio fatemur, huiusmodi monita late excepta esse; ac fore confidimus, ut eadem in posterum adhuc latius excipiantur; ut scilicet civitates egentiores quam primum ita in re oeconomica progrediantur, ut cives vitam ducere valeant humanae dignitati magis parem.

At in promptu illud est iterum iterumque ponendum, ita po/pulis subveniatur opus esse, ut hi incolumem liber- 290
tatem suam servare queant, atque, in hoc rei oeconomicae et socialis progressu, sive praecipuas partes sibi esse tribuendas sentiant, sive in se huius efficiendae rei onus potissimum recidere.

Qua de re Decessor Noster fel. rec. Pius XII sapienter haec docuit: *Novus rerum ordo, honestatis normis innixus, prorsus prohibet quominus libertas, integritas atque incolumitas laedantur aliarum nationum, quaecumque sunt earum amplitudo ac tuendi se facultas. Quodsi fere necessario contingit, ut maiores civitates, utpote quae uberioribus opibus floreant ac potentia praestent, in societatibus de re oeconomica cum minoribus civitatibus coniungendis normas ipsae statuant, nihilominus tamen his minoribus civitatibus aeque ac ceteris praecedi nequit, salvo communi omnium bono, ius rem publicam libere administrandi nullique se addicendi parti in nationum contentionibus, ut praecipit ipsum ius naturale et ius gentium; itemque ad has minores civitates ius pertinet suum tuendi rei oeconomicae incrementum. Etenim, tantummodo hisce iuribus in tuto positis, fieri potest, ut hae minores nationes congruenter promovere queant commune omnium bonum ac simul suorum civium prosperitatem, sive in bonis externis, sive in rebus, quae ad animi cultum et profectum attinent* [62].

Florentiores igitur respublicae, dum egentioribus multis modis succurrunt, summopere vereantur necesse est peculiares cuiusque gentis notas earumque civilia instituta a maioribus tradita, itemque cavere debent a quovis dominandi consilio. Quod si factum erit, *non parum certe proderit ad omnium rerumpublicarum veluti communitatem iungendam, quarum singulae, sibi suorum iurium officioque consciae, pari ratione ad omnium populorum prosperitatem spectent* [63]. /
291

Magis magisque nostris temporibus hominum animo persuasio pervasit, controversias, quae forte inter populos oriantur, non armis, sed pactis et conventis dirimendas esse.

Persuasio haec, fatemur quidem, plerumque a terrifica delendi vi, quae cum hodiernis bellicis instrumentis coniuncta est, atque a timore calamitatum et horrendarum ruinarum, quas arma id genus ederent, initium ducit. Quare aetate hac nostra, quae vi atomica gloriatur, alienum est a ratione, bellum iam aptum esse ad violata iura sarcienda.

Attamen saepe pro dolor populos videmus timori, tamquam supremae legi, esse obnoxios, atque idcirco in rem militarem pecuniam impendere amplissima. Quod se facere affirmant —nec est cur iisdem fidem non adiungamus— consilio ductos non opprimendi, sed deterrendi alios ab impetu faciendo.

Nihilo secius fore sperandum est, ut populi, mutuis institutis necessitudinibus et negotiis, melius agnoscant humanae naturae vincula, quibus invicem consocientur; intellegantque pulchrius, in praecipuis communis naturae officiis hoc esse collocandum, ut singulorum hominum populorumque consuetudines amori obtemperent, non timori; nam in primis amoris est homines adducere ad sinceram ac multiformem rerum animorumque coniunctionem, unde tot bona in ipsos manare possunt.

IV

Recentiora scientiarum artiumque incrementa, cum plurimum humanos mores affecerint, homines, quotquot ubique terrarum sunt, commovent, ut magis magisque mutuam coniungant operam interque seipsos consocientur. Hodie enim rerum, doctrinarum hominumque commeatus valde sunt adaucti. Quare summopere increbruerunt mutuae necessitudines civium, familiarum, interpositarumque societatum ad varias nationes pertinentium, frequentioresque ineuntur inter moderatores variarum civitatum rationes. Per idem tempus aliarum civitatum res oeconomi-
cae magis in dies rebus oeconomicis aliarum con/tinentur; 292
rationes oeconomicae nationum adeo inter se gradatim cohaerescunt, ut ex singulis simul iunctis quaedam quasi ordinatio rerum oeconomicarum totius orbis exsistat; denique progressus socialis, ordo, securitas ac tranquillitas cuiusvis civitatis necessario cum ceterarum conectuntur.

[62] Cf. *Nuntius radiophonicus*, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1941 *A. A. S.* XXXIV, 1942, pp. 16-17.

[63] Ioannis XXIII Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, *A. A. S.* LIII, 1961 p. 443 [LE 2984].

http://www.obrascatolicas.com

Hisce positis, patet, singulas civitates, separatim a reliquis, suis utilitatibus congruenter consulere, seseque, ut oportet, perficere prorsus non posse. Prosperitas enim ac processus alicuius civitatis iam omnium aliarum prosperitatem ac progressum partim consequitur, partim efficit.

Humanae unitatem consortionis nulla delebit aetas, cum ex hominibus eadem constet, naturalem dignitatem aequo iure participantibus. Hac de causa flagitabit semper necessitas, ex ipsa hominis natura orta, ut convenienter bono universali studeatur, quod scilicet cunctae hominum familiae interest.

Praeteritis temporibus rerum publicarum rectores visi sunt satis posse bono communi universali consulere; qui quidem ad id contendebant sive per suae nationis legatos, sive per conventus et colloquia hominum in civitate praestantissimorum, sive per pacta et conventa: viis nempe instrumentisque adhibitis, quae vel iure naturali, vel iure gentium, vel iure omnibus nationibus communi describebantur.

Nostris vero diebus mutuae civitatum consuetudines magnas habuerunt mutationes. Ex altera namque parte bonum omnium gentium commune quaestiones proponit summae gravitatis, arduas et quam primum solvendas, quod praesertim attinet ad totius orbis securitatem pacemque tuendam; ex altera, singularum nationum moderatores, utpote qui inter se eodem sint iure, quantumvis conventus studiaque multiplicent ad aptiora iuris instrumenta reperienda, id tamen satis non assequuntur; non quo sincera voluntate et alacritate ipsi careant, sed quia ipsorum auctoritas idonea caret potestate.

In hodiernis igitur humanae societatis adiunctis, tum
293 rerum / publicarum constitutio ac forma, tum vis, qua in universis terrarum orbis nationibus pollet publica auctoritas, bono omnium populorum communi provehendo sunt impares habendae.

Iamvero, si diligenter perpendantur hinc intima boni communis ratio, illinc publicae auctoritatis natura atque perfunctio, nemo est quin videat inter utramque rem necessariam intercedere convenientiam. Etenim moralis ordo, quemadmodum publicam auctoritatem postulat ad bonum commune in civili societate promovendum, similiter requirit, ut eadem auctoritas id reapse efficere possit. Ex quo fit, ut civilia instituta —in quibus publica auctoritas vertitur, operatur suumque finem consequitur— tali forma ac tali efficacitate sint praedita, ut ad commune bonum conducere valeant viis ac rationibus, quae variis rerum momentis apte respondeant.

Cum autem hodie commune omnium gentium bonum quaestiones proponat, omnes contingentes populos; cumque huiusmodi quaestiones nonnisi publica quaedam auctoritas explicare possit, cuius et potestas, et forma, et instrumenta aequa sint amplitudine, cuiusque actio tam late pateat quantum terrarum orbis; tum exinde sequitur, ut, ipso morali ordine cogente, publica quaedam generalis auctoritas constituenda sit.

Haec autem generalis auctoritas, cuius imperium ubique terrarum vim habeat, idoneisque instrumentis ad commune bonum universale conducat, omnium utique populorum consensione condenda est, non vero vi imponenda. Quod ex eo nascitur, quod, cum huiusmodi auctoritas efficaciter munere suo perfungi debeat, idcirco aequabilis in omnes, a studio partium prorsus aliena, atque ad commune omnium gentium bonum intenta sit oportet. Nam si a potentioribus nationibus haec universalis auctoritas vi imponeretur, timendum sane esset, ne ea vel paucorum commodis
294 serviret, vel ab aliqua staret natione; atque propterea ipsius actionis vis et efficacia in discrimine versaretur. / Licet enim nationes valde inter se discrepent bonorum externorum incremento armorumque apparatu, tamen summo studio tuentur iuris aequalitatem suaeque vivendi disciplinae praestantiam. Quare non immerito civitates aegre potestati subsunt, aut quae ipsis vi iniungatur, aut a qua condenda afuerint, aut quam sua sponte non sint amplexae.

Ut de singularum civitatum communi bono, ita de generalibus omnium civitatum utilitatibus iudicari non potest, nisi ratione habita humanae personae; quapropter publica universalisque auctoritas eo maxime spectare debet, ut humanae personae iura agnoscantur, in debito habeantur honore, innoxia serventur, in re augeantur; quod efficere potest vel ipsa per se, si res ferat, vel in universo terrarum orbe rerum condicionibus institutis, quibus iuvantibus singularum civitatum principes sua possint commodius munera sustinere.

Ad haec, sicut in singulis civitatibus rationes, quae publicae auctoritati sunt cum civibus, familiis, interpositisque societatibus, regi ac temperari opus est subsidiarii officii principio: eodem aequum est necessitudines componi, quibus publica auctoritas universalis cum publicis auctoritatibus singularum nationum continetur. Nempe proprium huius auctoritatis universalis est quaestiones perpendere ac dirimere, quae boni communis universalisque causa exsistant, et vel res oeconomicas, sociales, politicas attingant, vel ingenii cultum; quaestiones, dicimus, quae, cum summae sint gravitatis, latissime pateant, atque acriter urgeant, difficiliores sunt habendae quam ut a moderatoribus singularum civitatum feliciter expediantur.

Scilicet eiusdem auctoritatis universalis non est neque coërcere, neque ad se revocare acta, quae sunt publicae potestatis propria aliarum civitatum. E contrario ea contendat opus est, ut in toto terarrum orbe eiusmodi rerum status condatur, in quo non solum publica cuiusque nationis potestas, sed / etiam singuli homines et interpositi 295
coetus possint tutius sua munera obire, sua praestare officia, sua iura vindicare [64].

Ut sciunt omnes, die XXVI mensis Iunii anno MDCCCCXLV conditum est Foederatarum Nationum Consilium —compendiariis litteris O. N. U. distinctum— cui subinde adiecta sunt minora Consilia, ex membris constantia publica variarum nationum auctoritate nominatis, quibus magni momenti munera delata sunt, ubique terrarum in provinciis explenda, quae ad rem oeconomicam et socialem, ad ingenii cultum, ad educationem et ad publicam valetudinem pertinent. At Foederatarum Nationum Consilio id maxime propositum est, ut populorum pacem tueatur atque confirmet, utque inter eos amicitiae necessitudines iuvet ac foveat, in principiis sitas aequalitatis, mutuae observantiae ac multiplicis conspirationis in omnibus humanae industriae campis.

Cuius Consilii providentiae perspicuo est argumento *Professio Universalis iurium humanorum*, die X mensis Decembris anno MDCCCCXLVIII a Foederatarum Nationum Coetu generali rata habita. In cuius exordio Professionis asseveratur, illud potissimum populis ac nationibus universis esse expetendum, ut iura omnia libertatisque formae, in Professione descripta, reapse agnoscantur et innoxia serventur.

Nos sane non praeterit, quaedam Professionis huius capita minus probanda nonnullis visa esse; neque id immerito. Nihilominus Professionem eandem habendam esse censemus quendam quasi gradum atque aditum ad iuridicialem politicamque ordinationem constituendam omnium populorum, qui in mundo sunt. Siquidem ea universis prorsus hominibus sollemniter agnoscitur humanae dignitas personae, atque iura cuivis homini asseruntur veritatem libere exquirendi, honesta/tis sequendi normas, 296
iustitiae officia usurpandi, vitam exigendi homine dignam, alia deinceps cum hisce coniuncta.

Illud igitur expetimus vehementer, ut Foederatarum Nationum Consilium magis atque magis valeat formam atque idonea instrumenta sua ad munerum suorum amplitudinem nobilitatemque accommodare. Utinam quam primum tempus adveniat, quo Consilium hoc humanae personae iura efficienter tueri possit: iura dicimus, quae, cum ab humanae personae dignitate proxime oriantur, hanc ob causam universalia, inviolabilia atque incommutabilia sunt; eo vel magis, quod, cum hodie homines in sua cuiusque natione publicae rei magis in dies participes sint, actuosiore usque studio res omnium populorum prosequuntur, atque plus plusque sibi sunt conscii, ad universam hominum familiam se, ut membra viva, pertinere.

V

Hoc loco filios Nostros iterum adhortamur, ut in partem rei publicae administrandae alacriter veniant, utque sociam navent operam ad totius humani generis et suae cuiusque civitatis commoda provehenda. Neque minus iidem, christiana luce collustrati caritateque ducti, contendant opus est, ut instituta sive ad res oeconomicas, sive ad res sociales, sive ad doctrinas civilemque cultum pertinentia adeo homines non impediant, ut etiam adiuvent ad se meliores faciendos, in ordine cum rerum naturalium, tum rerum, quae supra naturam sunt.

Tamen nihilo minus ad civilem cultum rectis normis christianisque principiis imbuendum, satis non est filios

[64] Cf. Pii XII *Allocutio* ad iuvenes ab Actione Catholica ex Italiae dioecesibus Romae coadunatos, habita die 12 mensis Septembris anno 1948, *A. A. S.* XL, p. 412.

Nostros caelesti fidei lumine frui atque boni provehendi ardore permoveri; quin etiam requiritur, ut ipsius civilis cultus institutis se interserant efficacique actione eadem intus attingant.

Verum, cum praesens humanae civilisque vitae cultus maxime doctrinis et technicorum inventis conspicuus sit, nemo sane potest se publicis institutis insinuare, nisi sit
297 scientia ac / doctrina peritus, sit ad technicorum artes idoneus, sit denique professionis suae exercendae expertus.

Quae tamen omnia nullo pacto sufficere existimanda sunt, ut cotidianae vitae necessitudines ad humaniorem usum conformentur; qui utique veritate innitatur necesse est, iustitia temperetur, vim suam a mutua hominum caritate capiat, libertatis consuetudinem teneat.

Ad quorum consiliorum effectum ut re vera homines perveniant, iisdem diligentissime elaborandum est, ut primum in huius vitae rebus efficiendis leges servent, uniuscuiusque rei proprias, normasque retineant, uniuscuiusque naturae convenientes; ut deinde suas ipsorum actiones ad morum praecepta conforment, atque idcirco ita se gerant, perinde ac si vel ius suum exerceant vel officium praestent. Quin et illud ratio flagitat, ut homines quasi Dei providis consiliis mandatisque, ad nostram salutem spectantibus, obtemperantes, animique conscientiam non praetermittentes, ita in vitae actione se habeant, ut res ad scientias, ad technicorum artes, atque ad professiones suas attinentes, cum praecipuis animi bonis omnino coniungant.

Est hoc etiam in confesso, in civitatibus nempe, christiana doctrina antiquitus excultis, civilia instituta in praesenti florere quidem scientiarum artiumque progressionibus, et instrumentis abundare ad quaelibet proposita assequenda idoneis, sed saepe christianis veluti incitamentis et afflatu tenuiter imbui.

Quomodo autem id fieri potuerit iure merito quaeritur, cum ad illiusmodi leges instituendas operam haud exiguam contulerint et conferre pergant, qui christianum profiteantur nomen ac re vera vitam suam saltem ex parte ad evangelicas normas conforment. Cuius rei causam ex eo proficisci putamus, quod ipsorum agendi ratio cum sua fide non cohaereat. Par ergo est ut mentis animique unitas ita in iis reficiatur, ut in eorum actionibus fidei lumen amorisque
298 vis simul dominentur. /

Quod in christifidelibus religiosa fides ab agendi ratione saepe saepius dissidet, id ex hoc etiam oriri censemus, quod iidem christianis moribus christianaeque doctrinae institutione haud satis sunt exculti. Contingit enim nimium saepe plurimisque locis, ut non aeque religiosis rebus cognoscendis atque externis iidem operam dent, atque, cum studia scientiarum ad summum perducant, circa vero religiosam institutionem, elementa communiter non excedant. Cogit igitur necessitas, ut adulescentium institutio sit plena, sit continua, sit talibus modis tradita ut religiosarum rerum cultus animique probitas aequis passibus procedant una cum scientiarum cognitione et cum cotidie progredientibus technicorum artibus. Praeterea adulescentes instituantur oportet ad sua cuiusque munera apte sustinenda [65].

Sed tamen hac in re opportune monere iuvat, quantopere sit arduum satis recte intellegere quid re ipsa inter humanos eventus et iustitiae rationes intersit, hoc est probe circumscribere, quibus gradibus quibusve formis principia doctrinae et monita sint ad praesentem humani convictus statum componenda.

Atque eo difficilius est gradus et formas huius generis definire, quo aetas haec nostra, in qua quisque debet operam suam ad commune bonum universale ponere, celeriore agendi impetu incitatur. Quam ob causam, cum cotidie videndum sit quemadmodum res sociales ad iustitiae rationes sint congruentius accommodandae, tum vero est cur filii Nostri non opinentur, se cessatione posse consistere, et in habito acquiescere itinere.

Immo enimvero omnes homines decet iudicare ea, quae ad hoc usque tempus a se facta sint, non esse ad necessitatem satis, atque adeo sibi esse in dies maiora et aptiora incepta suscipienda, quod attinet ad societates bonis gi-
299 gnendis, ad corporatorum hominum collegia, ad coetus civium artes profiten/tium, ad publicas rationes civium securitati procurandae, ad instituta ingenii cultui provehendo, ad iuris disciplinam, ad rei publicae formam, ad valetudinis auxilia, ad exercitationes ludicras, postremo ad huius generis cetera. Haec namque omnia aetas nostra desiderat, qua homines, post individua corpora inventa, caelique spatia perrupta, vias rimantur novas ad infinita prope spectantes.

Quae ad hunc locum principia in medio posuimus, tum ex ipsa rerum natura, tum persaepe ex ordine iurium naturalium initium capiunt. Qua de re in huiusmodi principiis efficiendis contingit crebro, ut catholici homines operam multimodis socient vel cum christianis ab hac Apostolica Sede seiunctis, vel cum hominibus christianae quidem fidei omnino expertibus, sed rationis participibus et naturali morum integritate ornatis. *Quod cum evenit, ii qui catholicum profitentur nomen, maximopere prospiciant, ut sibimetipsis semper constent, neve ad ea media consilia descendant, e quibus aut religionis aut morum integritas aliquid detrimenti capiat. Pariter tamen se tales praebeant, qui et aliorum sententiam aequa perpendant benignitate, et omnia ad utilitates suas non referant, et parati sint ad ea cum fide coniunctisque viribus efficienda, quae vel suapte natura sint bona vel ad bonum conducibilia* [66].

Omnino errores ab iis qui opinione labuntur semper distinguere aequum est, quamvis de hominibus agatur, qui aut errore veritatis, aut impari rerum cognitione capti sint, vel ad sacra, vel ad optimam vitae actionem attinentium. Nam homo ad errorem lapsus iam non humanitate instructus esse desinit, neque suam umquam personae dignitatem amittit, cuius nempe ratio est semper habenda. Praeterea in hominis natura numquam facultas perit et refragandi erroribus, et viam ad veritatem quaerendi. Neque umquam hac in re providentissimi Dei auxilia hominem deficiunt. Ex quo fieri potest, ut, si quis hodie / vel fidei perspicuitate egeat, vel in falsas discesse- 300
rit sententias, possit postmodum, Dei collustratus lumine, veritatem amplecti. Etenim si catholici homines, rerum externarum causa, cum hominibus consuetudinem iungant, qui vel nullo modo vel non recte in Christum credant, quia in errore versantur, tum vero illi sive occasionem sive incitamentum his dare possunt, ut ad veritatem traducantur.

Inde deinceps par omnino est, a falsis philosophorum placitis de natura, de origine, de fine mundi et hominis plane incepta distinguere, quae sive res oeconomicas et sociales, sive ingenii cultum, sive civitatis temperationem contingunt, etiamsi incepta hoc genus ab illis placitis originem et incitamentum ducant; quoniam, dum formula disciplinae, postquam definite descripta est, iam non mutatur, incepta illa utpote quae in mutabilibus rerum condicionibus versentur, his non possunt quin sint admodum sane obnoxia. De reliquo quis eat infitias, in hisce inceptis, quatenus videlicet cum rectae rationis praeceptis congruant, et iustas hominis appetitiones referant, posse aliquid boni et probandi inesse?

Has ob causas cadere aliquando potest, ut quae congressiones de rerum usu antehac ad nullam partem utiles visae sint, nunc vero fructuosae aut iam re vera sint, aut futurae prospiciantur. Sed diiudicare utrum eo perventum sit necne, praetereaque statuere quibus modis quibusve gradibus sint coniunctim quaerendae veri nominis utilitates in regione vel rerum oeconomicarum et socialium, vel doctrinarum vel publicae administrationis, haec omnia una docere potest prudentia, virtutum cunctarum moderatrix, quibus cum singulorum, tum consociatorum hominum vita regitur. Quare si res catholicorum hominum agitur, de huius exempli causis decernere ad eos viros potissimum pertinet, qui in civium communitate inque huius rerum provincia primas agunt; dummodo tamen praeterquam principia iuris naturalis servent, doctrinae etiam de rebus socialibus, quam tradit Ecclesia, obsequantur, / auctorita- 301
tumque ecclesiasticarum monitis pareant. Neminem enim praetereat oportet, Ecclesiae ius itemque officium esse, non solum fidei morumque doctrinam tutari, sed etiam auctoritatem suam apud filios suos in regione rerum externarum interponere, cum diiudicare opus est quomodo doctrina eadem sit ad effectum adducenda [67].

Re ipsa non desunt qui, utpote magnitudine animi ornati, cum sibi rerum adiuncta occurrant vel parum vel nullo modo cum iustitiae rationibus convenientia, tum et omnia instaurandi studio flagrent, et ad id tali ferantur impetu, qui rerum publicarum quaedam quasi conversio videatur.

Quibus illud esse in promptu velimus, ex naturae necessitate omnia crescere gradatim, atque idcirco in huma-

[65] Cf. Ioannis XXIII Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, *A. A. S.* LIII, 561, p. 454 [LE 298↓].

[66] *Ibid.*, p. 456.

[67] *Ibid.*, p. 456; cf. Leonis XIII Epist. Encycl. *Immortale Dei*, *Acta Leonis XIII*, V, 1885, p. 128; Pii XI Litt. Encycl. *Ubi Arcano*, *A. A. S.* XIV, 1922, p. 698; et Pii XII *Allocutio* ad Delegatas Unionis Internationalis Sodalitatum mulierum catholicarum ob commune Conventum Romae coadunatas, habita die 11 mensis Septembris anno 1947, *A. A. S.* XXXIX, 1947, p. 486.

http://www.obrascatolicas.com

nis institutis nihil posse ad melius perduci, nisi pedetemptim ab interiore parte agatur. Quod idem Decessor Noster fel. rec. Pius XII monet his verbis usurpatis: *Iam non in veteris disciplinae perturbatione, sed in bene constituta rerum progressione salus atque iustitia sitae sunt. Etenim animi effrenatio omnia semper destruxit, nihil aedificavit; cupiditates incendit, numquam sedavit. Ea denique, cum nonnisi odia ruinasque serat, tantum abest ut altercatores inter se conciliet, ut magis homines politicasque factiones cogat supra parietinas, discordia partas, pristinum opus summo labore restituere* [68].

Cum gravissimis igitur magnanimorum virorum muneribus illud maxime coniungi putandum est, ut, veritate, iustitia, caritate, libertate magistris ac ducibus, novas ildem necessitudinum rationes in hominum societate constituant: hoc est tum singulorum civium inter sese; deinde
302 inter cives et civitates / suas; tum civitatum inter se; tum denique hinc inter singulares homines, familias, interposita corpora, singulas civitates, illinc universorum hominum communitatem. Quod profecto munus nemo praeclarissimum non censuerit, quippe quo vera pax, iuxta ordinem a Deo statutum, coalescere possit.

Ad hos ergo viros, nimis certe pro necessitate paucos, sed de hominum consortione mirifice meritos, dignum est a Nobis pertinere publicam laudem, simul invitationem ad urgendum propositum salutiferum. At per idem tempus in spem inducimur, fore ut ad hos viros alii multi, praesertim e christifidelibus, officii conscientia et caritate incitantibus, accedant. Quicumque enim Christo nomen dederunt, eos admodum decet in hac hominum congregatione, et lucis veluti scintillas, et amoris quasi alimenta, et totius tamquam fermentum multitudinis fieri; quod eo magis eveniet, quo cuiusque animus artius cum Deo coniungetur.

Nam nulla sane pax, in hominum universitate insidet, nisi in uniuscuiusque hominis animo ea insederit: nisi videlicet quisque in semetipso ordinem servaverit, quem Deus servari iussit. Qua de re ita S. Augustinus hominem rogat: *Vult autem mens tua idonea esse vincere libidines tuas? Subdatur maiori et vincet inferiorem: et erit pax in te: vera, certa, ordinatissima. Qui est ordo pacis huius? Deus imperat menti: mens carni: nihil ordinatius* [69].

Nimirum igitur quae hactenus de quaestionibus docuimus, hominum societatem tantopere in praesentia sollicitantibus, cumque humanae communitatis profectibus quam maxime coniunctis, ea utique in animum Nostrum acerrima illa desideratio iniecit, qua omnes homines flagrare constat, quotquot bona voluntate ornantur: pacem nempe hisce in terris confirmari.

Quippe qui —licet muneri impares— eius vicaria po-
303 testate / fungamur, quem nuntius ille, praesagientis animi divinatione, *Principem pacis* appellavit [70], Nostrarum esse partium ducimus cogitationes, curas, viresque Nostras huic communi omnium bono provehendo dicare. Attamen pax inane verbum est, nisi in ea rerum compositione vertitur, quam omni quidem spe commoti Nostris hisce Litteris Encyclicis quasi primis lineis adumbravimus: compositionem dicimus in veritate positam, ad iustitiae praecepta constitutam, caritate altam et expletam, libertate postremo auspice effectam.

Quae quidem res tam magnifica tamque excelsa est existimanda, ut eam homo, etsi bona laudeque digna voluntate praeditus, si suis dumtaxat viribus elaboret, ad exitum ullo modo perducere nequeat. Scilicet ut hominum societas regnum Dei quanta maxima potest similitudine referat, ipsius caelestis Numinis auxilio vehementer est opus.

Rerum igitur ordo ipse poscit, ut per sacros hos dies, supplices illi admoveamus preces, qui suis acerbissimis cruciatibus suaque morte non modo peccata diluit, fontem et caput discidiorum, miseriarum, inaequalitatum, verum etiam suo profuso sanguine hominum genus cum caelesti Patre suo in gratiam reduxit, pacis muneribus impertitis: *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum... Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem iis qui prope* [71].

Atque in sacris horum dierum ritibus idem resonat nuntius: *Surgens Iesus Dominus Noster, stans in medio discipulorum suorum dixit*: Pax vobis, alleluia: *gavisi sunt discipuli viso Domino* [72]. Itaque pacem nobis Christus attulit,

[68] Cf. *Allocutio* ad opifices ex Italiae dioecesibus Romae coadunatos, habita in festo Pentecostes, die 13 mensis Iunii anno 1943, *A. A. S.* XXXV, 1943, p. 175.

[69] *Miscellanea Augustiniana*... S. AUGUSTINI *Sermones post Maurinos reperti*. Romae, 1930, p. 633. [70] Cf. Is. 9, 6. [71] *Eph.* 2, 14-17. [72] Resp. ad Mat., in feria VI infra oct. Paschae.

pacem reliquit: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis* [73].

Hanc ergo pacem a divino Redemptore nobis allatam, ab / ipso summis precibus petamus. Abstergeat ille ab ho- 304
minum animis quidquid pacem labefactare potest, omnesque in veritatis, iustitiae fraternaeque caritatis testes fingat. Suo praeterea lumine eorum qui populis praesunt mentes collustret, ut una cum dignis prosperitatibus, civibus pulcherrimum pacis donum tutum praestent. Ad ultimum, omnium hominum voluntates Christus incendat ad repagula perfringenda, quibus alii distineantur ab aliis, ad caritatis mutuae confirmanda vincula, ad alios intelligendos, ad ignoscendum denique iis qui iniuriam intulerint. Ita nimirum ut, eo auctore et auspice, populi omnes inter se fraterno more complectantur, in iisque semper floreat semperque dominetur optatissima pax.

Extremum id ominantes, Venerabiles Fratres, ut eiusmodi pax ad greges prorepat vobis commissos, per commodum maxime tenuissimorum hominum, qui peculiari egeant adiumento et tutela, Apostolicam Benedictionem vobismetipsis, sacerdotibus ex utroque clero, religiosis virginibusque Deo devotis, et christifidelibus omnibus, sed iis nominatim, qui Nostris hisce hortationibus magno animo parebunt, permanter in Domino impertimus. Universis vero bonae voluntatis hominibus, ad quos etiam hae Litterae Nostrae Encyclicae pertinent, salutem et prosperitatem a summo Deo imploramus.

Datum Romae, apud S. Petrum, in Cena D. N. I. C., die XI mensis Aprilis anno MDCCCCLXIII, Pontificatus Nostri quinto.—IOANNES PP. XXIII.

[73] Io. 14, 27.

Adn. A. BRUCCULERI in **Pal. clero** 42 (1963) 581-587; R. CERECEDA in **PrM** 53 (1964) 93-123; E. CHIAVACCI in **ME** 88 (1963) 234-284; J. M. DIEZ-ALEGRIA in **PrM** 53 (1964) 88-92; J. FUECHS in **PrM** 53 (1964) 8-30; G. GISMONDI in **Perfice munus** 38 (1963) 337-343; J. GOENAGA in **PrM** 53 (1964) 149-166; L. ORSY in **PrM** 53 (1964) 124-148; G. TALLERCIO in **Pal. clero** 43 (1964) 87-92, 113-129, 169-185; M. ZALBA in **PrM** 53 (1964) 31-87.

3111

1963 APR 22.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR DISPENSANDI A LEGE IEIUNII ET ABSTINENTIAE, EXCEPTA FERIA VI IN PASSIONE DOMINI, OB FORMAM PECULIARIS ALLERGIAE

Romae, 22 Aprilis 1963

PRECES—The Bishop of Rockford humbly petitions Your Holiness for the faculty to dispense from the law of abstinence on Fridays and other days of abstinence N. N. who has a serious allergy to all types of food that happen to be required on Fridays (eggs, milk products, fresh fruit, orange juice, wheat, and sea foods) and, according to the doctor's orders, has been advised to avoid all contact with such foods at least until the allergy can be controlled.

RESCR.—The Sacred Congregation of the Council, after attending to the recitals of the Bishop of Rockford, graciously grants him the faculty requested for as long as the declared reason perdures and with the exception of Good Friday.

* Ordinario Rockfordiensi. Prot. N. 82786/D: BOUSCAREN VI, p. 670.

3112

1963 MAI 10.-IOAN. XXIII, CHIR. AAS 55 (1963) 579-580

PRAEMIUM CONSTITUITUR V. D. «FONDAZIONE PREMIO INTERNAZIONALE DELLA PACE GIOVANNI XXIII», EIUSDEMQUE STATUTA PROMULGANTUR

IOANNES PP. XXIII

Volendo Noi manifestare ancora una volta l'apprezzamento perchè il Premio della Pace 1963 è stato dalla «Fondazione Internazionale Premio E. Balzan» conferito al Capo della Chiesa Cattolica, e sempre nel fervido e fiducioso desiderio che la Pace si stabilisca fra gli uomini e le genti, con la convivenza nella verità, nella giustizia, nell'amore e nella libertà (Lettera Enciclica *Pacem in terris*, 11 aprile 1963) [LE 3110], abbiamo stabilito di fondare, alla Nostra volta, un Premio della Pace, pel quale dettiamo e promulghiamo il seguente

STATUTO

Art. I. *Costituzione - Personalità giuridica - Sede.* È costituita la «Fondazione Premio Internazionale della Pace Giovanni XXIII».

La Fondazione ha personalità giuridica propria e sede nella Città del Vaticano ed ha facoltà d'istituire Uffici amministrativi nei territori della Confederazione elvetica e della Repubblica italiana, ed anche nei territori di altri Stati.

Art. II. *Scopo.* Scopo della Fondazione è di incoraggiare iniziative in favore della vera pace e fraternità fra gli uomini e le nazioni mediante attribuzione di premi
580 periodici. /

Art. III. *Patrimonio.* Il patrimonio della Fondazione è costituito dall'ammontare del Premio Balzan della Pace 1963 e dalle liberalità *inter vivos* e *mortis causa* che saranno devolute alla Fondazione.

Art. IV. *Organi - Rappresentanza* Sono organi della Fondazione:

A) Il Consiglio, composto del Nostro Cardinale Segretario di Stato «pro tempore», che ad esso presiede ed ha la rappresentanza legale della Fondazione, e di quattro altri membri da Noi nominati per la durata di tre anni.

B) La Segreteria, che è organizzata e diretta dal Consiglio, il quale nomina il Segretario e i suoi collaboratori.

Art. V. *Assegnazione Premio.* Il Premio della Fondazione è distribuito ogni triennio.

Saranno presi accordi con la Fondazione Internazionale Premio E. Balzan affinchè la medesima Fondazione Balzan non attribuisca il proprio Premio della Pace nell'anno in cui sia assegnato il Premio della Pace Giovanni XXIII.

Art. VI. *Regolamento.* Il Consiglio emanerà il regolamento per il funzionamento della Fondazione.

Il presente Chirografo sarà pubblicato negli *Acta Apostolicae Sedis*.

Dato dal Nostro Palazzo Apostolico Vaticano, il giorno 10 maggio dell'anno 1963, quinto del Nostro Pontificato.—IOANNES PP. XXIII.

3113

1963 MAI 23.-SC STUDIORUM, DECRETUM. PART.*

FACULTAS THEOLOGICA SS. TERESIAE A IESU ET IOANNIS A CRUCE, ORDINIS CARMELITARUM DISCALCEATORUM, IN URBE, TITULO PONTIFICIO HONORATUR

Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus, attentis supplicibus litteris Praepositi Generalis Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, Magni Cancellarii, cum perpenderit uberes fructus a Facultate Theologica SS. Teresiae a Iesu et Ioannis a Cruce in Urbe, eiusdem Ordinis alumnis reservata, peritissimis adlaborantibus Magistris, per viginti septem iam annos a canonica erectione, tum quamplurimis tironibus sana doctrina scientifice imbuendis informandisque, tum praeclaro Theologiae praecipue Asceticae et Mysticae thesauro ad Divi Thomae Aquinatis rationem methodum et principia, dilucidando, augendo, provehendo vulgandoque feliciter latos, ut laudatum theologicorum studiorum domicilium, quater centenaria recurrente Reformationis Teresianae celebratione, merita notetur laude, et ad laetiores attingendas segetes in annos excitetur, delatas sibi preces libenter excipiens, potestate a SSmo D. N. Iohanne Div. Prov. Pp. XXIII sibi concredita, *Facultatem Theologicam SS. Teresiae a Iesu et Ioannis a Cruce in Urbe Pontificio* titulo honestat atque decorat, omnibus ipsi agnitis tributisque iuribus, privilegiis, honoribus atque officiis, quibus studiorum Universitates vel Facultates hoc auctae titulo fruuntur vel frui poterunt, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, die XXIII m. mali, in Ascensione D. N. I. Ch., anno reparatae salutis MCMLXIII. Ioseph Card. PIZZARDO, *Praefectus*. Dinus Staffa, *a Secr.*

* Prot. N. 513/63/8: **AOCD** 8 (1963) 83. Vide **Litt. S. C. do Seminariis**, diei 23 maii 1963, Prot. N. 513/63/89, merita huius Facultatis theologicae extollentes: **AOCD** 8 (1963) 84-88.

3114

1963 MAI 27.-SC STUDIORUM, LIT. CIRCULARES. PART.*

CURSUS DE TABULARIIS SEU ARCHIVIS ECCLESIASTICIS ORDINANDIS (V. ARCHIVISTICA) INSTITUITUR PENES OMNIA SEMINARIA MAIORA ITALIAE

Roma, 27 maggio 1963

Eccellenza Reverendissima, In una recente Udienza concessa a Sua Eccellenza Mons. Segretario di questa Sacra Congregazione, il Santo Padre Giovanni XXIII, compiacendosi per le iniziative con cui s'intende di celebrare il quarto centenario del Concilio di Trento (cfr. nostra Lettera all'Episcopato, in data 23 febbraio 1963, num. 348-63) [LE 3103], ha fatto conoscere il suo vivo desiderio che da detta celebrazione si prenda anche motivo per sottolineare l'opportunità di educare gli alunni del Santuario alla scrupolosa conservazione del patrimonio archivistico, come parte integrante della stessa attività pastorale. Certamente anche l'insegnamento dell'archivistica, tra le varie discipline, contribuisce a quella completa formazione, che rende il Sacerdote «*perfetto uomo di Dio, ad ogni opera buona addestrato*» (2 *Tim.* 3, 17).

Di ciò consapevole, la Santa Sede ha richiamato più volte l'attenzione del Clero sull'importanza che riveste il buon funzionamento degli archivi per la vita della Chiesa. Giova ricordare ad es. la Costituzione Apostolica «*Maxima vigilantia*» del 14 giugno 1727 (cfr. *Codicis Iuris Canonicis Fontes*, vol. I, pp. 636-640), nella quale Benedetto XIII, mentre emana provvide norme, rievoca l'esperienza dei suoi Predecessori e di eminenti figure dell'Episcopato, con particolare riferimento a quella luminosa di San Carlo Borromeo, che aveva già formulato, in materia, canoni così sapienti, da doversi considerare anche in seguito una guida esemplare.

In tempi a noi più vicini, è di fondamentale importanza la Lettera Circolare che l'Em.mo Card. Pietro Gasparri, Segretario di Stato di Sua Santità Pio XI, inviò, in data 15 aprile 1923 [LE 506], all'Episcopato Italiano. Rifacendosi a due precedenti istruzioni della Segretaria di Stato, rispettivamente del 1902 e del 1907, il documento invitava gli Ecc.mi Ordinari a considerare con senso di pastorale responsabilità gli archivi diocesani, e annunziava l'istituzione di un Corso pratico di Archivistica nella Scuola Vaticana di Paleografia e Diplomatica, già fondata nel 1884 dal Sommo Pontefice Leone XIII presso l'Archivio Segreto Vaticano.

Tale Corso, per le lezioni ed esercitazioni di cui era intessuto il programma, mirava a riaffermare l'antica e tradizionale concezione dell'Archivio, considerato non solo come fonte per la ricerca scientifica, ma anche come strumento a servizio del rispettivo Ente. Questa concezione ebbe il merito di suscitare il dovuto interesse anche agli archivi minori e a quelli di recente costituzione. Perciò alti Officiali dei Sacri Dicasteri, d'intesa con esperti degli Archivi della Santa Sede, in un'apposita riunione dell'11 dicembre 1941, presieduta dall'Em.mo Card. Giovanni Mercati, Archivista di S. R. C., ritennero urgente la necessità di un censimento degli archivi delle diocesi, per conoscerne la consistenza. Il censimento fu iniziato nel 1942 e proseguito, come si poté, anche durante i perturbamenti della guerra.

Al censimento è poi seguita, il 5 aprile 1955, l'istituzione, da parte del Sommo Pontefice Pio XII, della Pontificia Commissione per gli Archivi Ecclesiastici d'Italia, con lo scopo di prestare assistenza e collaborazione agli Ordinari locali e ai Superiori degli Istituti Religiosi per quanto riguarda la conservazione e l'amministrazione degli archivi da essi dipendenti. Con «*Motu Proprio*» del 29 febbraio 1960, il Sommo Pontefice Giovanni XXIII erigeva la Pontificia Commissione in persona morale, sanzionandone lo Statuto; inoltre, il 5 dicembre dello stesso anno, ne approvava le Istruzioni sull'Amministrazione degli archivi, preparate per gli Ecc.mi Ordinari e i Rev.mi Superiori delle Famiglie religiose (cf. *Acta Apost. Sedis.*, LII, pp. 997-1000 e 1022-1025) [LE 2892 et 2952].

Mentre gli Atti Pontifici qui ricordati venivano a determinare sempre meglio la natura e gli scopi degli archivi dipendenti dalla Chiesa, nel ceto degli Archivisti Ecclesiastici andava manifestandosi un vivo desiderio di adeguarsi ai compiti che il loro ufficio esigeva.

Nei Convegni di studio che l'Associazione degli Archivisti Ecclesiastici ha promosso — il primo dei quali, quello tenuto a Roma nel novembre 1957, ebbe l'onore della Prolusione pronunciata dall'Em.mo Card. Angelo G. Roncalli (cf. *Archivi Ecclesiae*, vol. I, pp. 44-62) — è stato più volte espresso il voto che i Chierici, fin dagli anni della loro formazione, possano avere una buona conoscenza della natura, della funzione e dell'amministrazione di un archivio.

Per questi motivi, Eccellenza Reverendissima, questo Sacro Dicastero ha giudicato opportuno d'istituire nei Seminari Maggiori d'Italia un Corso di Archivistica, da intendersi come un insegnamento non già di specializzazione ma piuttosto di formazione pratica, indirizzato agli studenti di Sacra Teologia, per prepararli convenientemente alla diligente cura dell'Archivio, come dovere dei loro prossimo ministero sacerdotale.

Tale Corso, da svolgersi secondo lo schema allegato, sarà opportunamente inserito nell'insegnamento della Teologia Pastorale, con la dovuta autonomia e continuità.

E perchè la materia, nei più Istituti, sia svolta con criter

http://www.obrascatolicas.com

uniformi, verranno indette a cura di questa Sacra Congregazione, presso l'Archivio Vaticano, settimane di studio, alle quali potranno partecipare i Professori, che gli Ecc.mi Ordinari designeranno per tale insegnamento.

Data l'importanza del problema in ordine al servizio che un archivio ben ordinato rende a una diocesi o a una parrocchia, e considerato il prestigio che ne viene a tutta la Chiesa, siamo sicuri d'incontrare il pieno consenso dell'Eccellenza Vostra.

Profitto volentieri dell'incontro per attestarLe i sensi del mio particolare ossequio e distintamente professarmi dell'Eccellenza Vostra Reverendissima devotissimo nel Signore.- Giuseppe Card. Pizzardo, *Prefetto*. Dino Staffa, Arciv. tit. di Cesarea di Palestina, *Segretario*.

* Ordinariis locorum Italiae, Prot. N. 858/53: **Seminarium** 16 (1964) 204-206. Vide **Schemata praelectionum** apud **Seminarium** 16 (1964) 206-207.

3115

1963 MAI ..-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

Matrimonium viri impotentis sanari nequit

Propositus fuit casus cuiusdam matrimonii in origine invalidi ex defectu formae. Quinque filiis inde ortis, malo eventu vir amiserat organa genitalia. Petita fuit sanatio in radice et mense maio 1963 S. Officium respondit: «In casu, sanationem in radice concedi non posse».

* Iuxta summarium ab **Apoll.** 35 (1962) 290 oblatum. Adn. J. GRANERIS in **Apoll.** 35 (1962) 285-290.

3116

1963 IUN 27.-PAULUS VI, NOTIF. AAS 55 (1963) 589

Altera periodus Concilii Oecumenici Vaticani II celebrandi indicitur

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia, hac die infrascripto impertita, statuere dignatus est ut altera periodus Sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II initium habeat die XXIX mensis Septembris, anno MCMLXIII, dominica XVII post Pentecosten, in festo S. Michaëlis Archangeli.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXVII mensis Iunii, anno MCMLXIII.—H. I. Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis*.

3117

1963 IUN 27.-S. PAENIT., DECR. AAS 55 (1963) 657-659

INDULGENTIAE APOSTOLICAE

Quas Summus Pontifex Paulus Pp. VI, in Audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 27 Iunii 1963 impertita, benigne concessit christifidelibus, qui aliquod pietatis vel religionis obiectum, a Se vel a sacerdote potestatem habente benedictum, possident ac peculiaribus imperatis condicionibus satisfecerint

Indulgentiae

1. Quisquis saltem semel in hebdomada recitare consueverit coronam Dominicam, vel aliquam ex coronis Beatae Mariae Virginis, vel rosarium aut saltem eius tertiam partem, vel officium parvum aut nocturnum cum laudibus officii defunctorum, vel psalmos paenitentiales aut graduales, vel consueverit saltem semel in hebdomada aliquod opus ex illis peragere quae sub appellatione «Operum misericordiae» agnoscuntur, v. g. pauperes iuvare, infirmos visitare, rudes catechizare, pro vivis et defunctis exorare etc., vel Missae interesse, servatis conditionibus confessionis sacramentalis, sanctae Communionis et alicuius orationis ad mentem Summi Pontificis, lucrabitur *Indulgentiam plenariam* diebus Nativitatis Domini, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Ssmae Trinitatis, Corporis Domini eiusdemque Sacrñi Cordis, Iesu Chri-

sti Regis, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, Immaculatae Conceptionis, Maternitatis B. Mariae Virginis eiusdemque Immaculati Cordis, in festis B. M. V. Reginae et a Rosario, Nativitatis S. Ioannis Baptistae, utriusque festi S. Ioseph Sponsi Deiparae Virginis (19 Martii et 1 Mai), SS. Apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Ioannis, / Thomae, Philippi et Iacobi, 658
Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Iudae, Matthiae atque Omnium Sanctorum.

Si quis vero ad sacramentalem confessionem ac ad sanctam Communionem minime accesserit, corde tamen contritus ad mentem Summi Pontificis aliquantisper precatus fuerit, singulis diebus supra recensitis *partialem septem annorum* lucrabitur *Indulgentiam*.

Insuper quisquis aliquod ex praedictis pietatis vel caritatis operibus expleverit, quoties id peregerit, *partialem trium annorum Indulgentiam* adipiscetur.

2. Sacerdotes, qui nullo legitimo impedimento detenti quotidie S. Missae sacrificium celebrare consueverint, *Indulgentiam plenariam* festis supra memoratis consequentur, additis sacramentali confessione et oratione ad mentem Summi Pontificis.

Quoties vero ipsi Sacrum litaverint, *partialem quinque annorum Indulgentiam* singulis vicibus adipiscetur.

3. Qui recitationi divini officii tenetur, obligationi huic obtemperans, *plenariam Indulgentiam* iisdem recensitis festis lucrabitur, servatis pariter conditionibus confessionis sacramentalis, sacrae Communionis et orationis ad mentem Summi Pontificis.

Qui vero hoc peregerit saltem corde contrito, *partialem quinque annorum Indulgentiam* singulis vicibus adipiscetur.

4. Quisquis cum primo diluculo, tum meridiano tempore, tum sub vesperam, vel cum primum postea potuerit, orationem vulgo *Angelus Domini*, tempore autem paschali *Regina caeli*, aut, has preces ignorans, quinquies *Ave Maria* recitaverit; itemque sub primam noctis horam psalmum *De profundis* vel, si eum nesciat, *Pater noster* cum *Ave Maria* et *Requiem* recitaverit, *partialem quingentorum dierum Indulgentiam* consequetur.

5. Eamdem Indulgentiam acquiret qui quavis feria sexta de Passione et Morte D. N. Iesu Christi aliquantulum pie cogitaverit, terque Orationem Dominicam et Salutionem Angelicam devote recitaverit.

6. Qui suam conscientiam excusserit et peccata sua sincere detestatus fuerit cum proposito se emendandi, devoteque recitaverit semel *Pater noster*, *Ave Maria* et *Gloria Patri* in honorem Ssmae Trinitatis, aut quinquies *Gloria Patri* in memoriam Quinque Vulnerum D. N. Iesu Christi, *trecentorum dierum Indulgentiam* lucrabitur.

7. Quisquis pro agonizantibus oraverit, pro iis *Pater noster* cum *Ave Maria* saltem semel recitando, *partialem centum dierum Indulgentiam* adipiscetur. / 659

8. Qui demum, in mortis articulo constitutus, animam suam devote Deo commendaverit et, rite confessus ac sacra Synaxi refectus vel saltem contritus, Ssmum Iesu Nomen ore, si potuerit, sin minus corde, devote invocaverit et mortem de manu Domini, tamquam peccati stipendium, patienter susceperit, *plenariam Indulgentiam* consequetur.

Monita

1. Res aptae ad recipiendam benedictionem pro Indulgentiis Apostolicis lucrandis sunt tantummodo coronae, rosaria, cruces, crucifixi, parvae statuae religiosae, sacra numismata, dummodo non sint ex stanno, plumbo, vitro conflato ac vacuo aliave simili materia, quae facile confringi vel consumi possit.

2. Imagines Sanctorum alios ne repraesentent quam rite canonizatos vel in probatis martyrologiis relatos.

3. Ut quis valeat Indulgentias Apostolicas lucrari, necesse est ut aliquam ex rebus benedictis ab Ipso Summo Pontifice vel a sacerdote facultate praedito, super se deferat aut in domo sua decenter retineat.

4. Ex expressa Ssmi Domini Nostri declaratione, per Apostolicarum Indulgentiarum concessionem nullatenus derogatur Indulgentiis a Summis Pontificibus iam alias forte concessis pro precibus, piis exercitiis vel operibus recensitis.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae Apost., die 27 Iunii 1963.—F. Card. Cento, *Paenitentiarius Maior*. I. Sessolo, *Regens*.

Adn. G. MZ. DE ANTOÑANA in **Vida rel.** 20 (1963) 349-350.

3118

1963 IUL 2.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 55 (1963) 665-666

Privilegia quaedam conclavistis ecclesiasticis conceduntur

PAULUS PP. VI

Ad Summi Pontificatus fastigium divino consilio nuper evecti, animum libenter intendimus ad eos quoque Praelatos et clericos, qui in recenti Conclavi affuerunt, sive uti officiales suum quisque munus fideliter sustinentes, sive uti conclavistae S. R. E. Patres Cardinales comitantes. Iamvero cum paternam Nostram caritatem et benevolentiam iisdem significare velimus, cumque putemus nihil magis ab iis exoptari quam beneficium aliquod spirituale, condicioni et dignitati sacerdotali congruum et consentaneum, id magna voluntate ipsis deferimus.

Quapropter motu proprio et certa scientia iisdem ecclesiasticis viris, quorum nomina infra scribentur, privilegium altaris portatilis, ad normam can. 822, par. 3 Codicis Iuris Canonici, concedimus, non ea quidem mente ut omnino cotidie eo utantur, cum maxime conveniat ut sacerdos, pro hominibus constitutus, in sacris aedibus per commodum christifidelium, praesertim diebus festis, rei divinae
666 operetur ad aram; sed ut in quibus/dam rerum adiunctis, sive ob infirmam valetudinem, sive ob incommodum, sive ob aliam legitimam causam, altari portatili frui valeant.

Decernimus tamen, ut gratioso hoc privilegio ne utantur diebus festis sollemnioribus, aliisve quos Ordinarius ipse, pro suo prudenti iudicio, forte excipere existimaverit.

Iisdem sacerdotibus vero indulgemus, ut gratias et provisiones quorumlibet beneficiorum, si quae ipsis conferantur, atque Litteras Apostolicas de iis conficiendas semel gratuito accipiant.

Extremum iisdem ecclesiasticis viris unum ex numismatibus argenteis dari volumus, quae memoriae causa eius diei excusa sunt, quo Summi Pontificatus insigne sollemni ritu suscepimus.

Contrariis quibusvis non obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die II mensis Iulii, anno MDCCCCLXIII, Pontificatus Nostri primo.—Paulus Pp. VI.

3119

1963 IUL 2.-SC STUDIORUM, DECRETUM. PART.*

Pontificium Institutum Orientale Urbis facultate augetur concedendi gradus academicus in iure canonico

Quo arctior in dies christifidelium necessitudo fiat «ab Oriente usque ad Occidentem», Pontificium Institutum studiis rerum Christiani Orientis provehendis augendisque d. XV m. octobris a D. MCMXVII Motu Proprio *Orientis Catholici* [LE 54] in Urbe conditum, praeter alias disciplinas apprime «ius canonicum omnium Orientis christianarum gentium» [1] excolere cum contendat, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, ad excelsum peragendum propositum, praesentibus iubet edicitque ut ordinarii alumni *Sectionis Canonisticae* eiusdem Pontificii Instituti Orientalis academicis gradibus *in Iure Canonico* insigniri valeant a Facultate Iuris Canonici Pontificiae Gregorianae Universitatis, ad normam legum Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominus* [LE 1030] adnexarumque *Ordinationum* [LE 1033], ratione habita peculiaris conventionis initae a laudato Instituto cum memorata Universitate Gregoriana, quacum ipsum a S. P. Pio XI s. m. d. XXX m. septembris a. D. MCMXXVIII Motu Proprio *Quod maxime* [LE 858] consociatum est, servatis insuper praescriptionibus in hunc finem ab eodem Sacro Dicasterio latis, adeo ut canonistarum agmen qui Christiani Orientis Ecclesiarum consuetudines legesque addiscant, interpretentur stabiliantque, plenius in dies crescat floreatque, ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, d. II m. iulii, in festo Visitationis B. M. V., anno Domini MCMLXIII.—I. Card. Pizzardo, *Praef.* Dinus Staffa, *A Secretis*.

[1] AAS IX 1917, 532 [LE 54].

* **Acta romana Societatis Iesu** 14 (1961-66) 288.

3120

1963 IUL 5.-SC S. OFFIC., INSTR. AAS 56 (1964) 822-823

De cadaverum crematione

Piam et constantem christianorum consuetudinem fidelium cadavera humandi Ecclesia semper fovere studuit sive ipsam communiendo opportunis ritibus, quibus inhumationis symbolica et religiosa significatio clarior appareret, sive etiam poenas comminando contra eos qui tam salutarem praxim impeterent; quod praesertim praestitit Ecclesia quoties impugnatio fiebat ex infenso animo adversus christianos mores et ecclesiasticas traditiones ab iis qui, sectario spiritu imbuti, humationi cremationem substituere conabantur in signum violentae negationis christianorum dogmatum, maxime vero mortuorum hominum resurrectionis et humanae animae immortalitatis.

Quod vero propositum, uti patet, erat quid subiective inhaerens animo cremationis fautorum, obiective autem ipsi cremationi non adhaerens; corporis enim incineratio, sicut nec animam attingit nec Dei omnipotentiam impedit a corpore restituendo, ita in se non continet illorum dogmatum obiectivam negationem.

Non ergo agitur de re intrinsece mala vel christianae religioni ex se infensa; quod semper sensit Ecclesia, quippe quae, in quibusdam adiunctis, scilicet quando certo constabat vel constat cadaverum cremationem fieri honesto animo et gravioribus ex causis, praesertim ordinis publici, tunc incinerationi non obstabat nec obstat.

Huiusmodi animi in melius mutatio et rerum adiuncta inhumationi obstantia iam frequentiora his ultimis temporibus et clariora apparent, unde crebrae porriguntur S. Sedi preces ad obtinendam disciplinae ecclesiasticae mitigationem circa cadaverum cremationem, quam constat multoties hodie promoveri, minime ex odio contra Ecclesiam vel christianos mores, sed tantum ob rationes vel hygienicas, vel oeconomicas, vel alius etiam generis sive publici sive privati ordinis. / 823

Quas preces Sancta Mater Ecclesia, spirituali quidem fidelium bono directe intenta, sed aliarum necessitatum non ignara, benigne suscipiendas censet, sequentia statuendo:

1. curandum omino ut consuetudo fidelium defunctorum corpora sepeliendi sancte servetur; quapropter, opportunis instructionibus et suasionibus adhibitis, caveant Ordinarii ut populus christianus a cadaverum crematione abstineat, nec recedat, nisi necessitate coactus, ab usu inhumationis, quem Ecclesia semper retinuit et sollemnioribus ritibus consecravit;

2. ne autem difficultates ex hodiernis rerum adiunctis exsurgentes plus aequo augeantur, et ne frequentior oriatur necessitas dispensandi a legibus in hac re vigentibus, consultius visum est aliquatenus mitigare iuris canonici praescripta, quae cremationem tangunt, ita scilicet ut quae statuuntur in can. 1203, par. 2 (de non exequendo mandato cremationis) et in can. 1240, par. 1, n. 5.° (de deneganda sepultura ecclesiastica iis qui mandaverint suum corpus cremationi tradi) non iam universaliter urgeantur, sed tunc tantum quando constiterit cremationem electam fuisse ex negatione christianorum dogmatum, vel ex animo sectario, vel ex odio in catholicam religionem et Ecclesiam;

3. inde etiam sequitur, iis qui elegerint proprii cadaveris cremationem, non esse, ex hoc capite, deneganda sacramenta nec publica suffragia, nisi constet ipsos talem electionem fecisse ex supra indicatis rationibus christianae vitae adversis;

4. ne autem pius christifidelium sensus erga ecclesiasticam traditionem detrimentum patiatur et ut Ecclesiae animus a cremazione alienus clare pateat, ritus ecclesiasticae sepulturae et subsequentia suffragia numquam fieri poterunt in ipso loco cremationis, ne per modum quidem simplicis comitatus in translatione cadaveris.

Quam Instructionem, ab Emis Patribus rebus fidei et morum tutandis praepositis in plenario conventu diei 8 Maii 1963 recognitam, Ssmus D. N. D. Papa Paulus VI, in Audientia Emo Secretario S. Officii die 5 Iulii eiusdem anni concessa, benigne adprobare dignatus est.—Sebastianus Masala, *Notarius*.

Adn. CH. BERUTTI in **ME** 90 (1965) 200-207; D. CORSELLINI in **Perfice munus** 40 (1965) 100-104; N. J. DEFOE in **Jurist** 31 (1971) 638-646; J. F. McDONALD in **Jurist** 26 (1966) 204-213; RUSSEL in **Am. Eccl. Review** 153 (1965) 30-38; M. ZALBA in **PrM** in 54 (1965) 169-172; **ME** 93 (1968) 544-548.

http://www.obrascatolicas.com

3121

1963 IUL 13.-SC CONSIST., DECR. AAS 55 (1963) 656

DECRETUM CIRCA PRAESCRIPTUM CANN. 534 ET 1532 § 1 N. 2 CODICIS IURIS CANONICI QUOAD MODUM DETERMINANDI SUMMAM ULTRA QUAM REQUIRITUR BENEPLACITUM APOSTOLICUM PRO BONIS ECCLESIASTICIS ALIENANDIS

Cum rationes ad rerum decursum et mercaturam pertinentes perpetuo progrederentur, Apostolica Sedes haud semel ad eam necessitatem adducta est, ut decretis novis de praescriptis cann. 534 et 1532 uteretur.

Sacra Congregatio Consistorialis, igitur, huius aetatis adiunctis consulens, ad eum finem ut iudicium par et idem adhibeatur, de mandato Ssmi Domini Nostri Pauli, Divina Providentia Pp. VI, praesenti novo Decreto has normas edicit:

1. Ut triginta milia libellarum seu francorum, de quibus in memoratis cann. 534 et 1532, habeantur tamquam 66.000 denariorum helveticorum (vulgo Franken, Francs, Franchi).

2. Ut mille libellae, seu franci, habeantur ac si de tricesima parte summae 66.000, id est duobus milibus et ducentis (2.200) denariis helveticis, agatur.

3. Ut his normis universi, quorum intersit, bonorum ecclesiasticorum administratores teneantur.

4. Conferentiae Episcopales pretium definient in sua quaque Natione congruens cum helveticorum denariorum summis, quas supra statuimus, deque re Apostolicam Sedem certiorem faciant.

Quibuslibet abrogatis superioribus praescriptis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 13 Iulii 1963.—Carolus Card. CONFALONIERI, *a Secr.* Franciscus Carpino, *Adsessor.*

Adn. E. B. in NrT 68 (1963) 986-987; L. BUIJS in PrM 52 (1963) 531-537; J. A. EGUREN in Vinculum 12 (1964) 12-15; CH. LEFEBVRE in An. can. 10 (1965) 292-295.

3122

1963 AUG 10.-SC STUD., DECR. AAS 55 (1963) 780-781

DEUSTENSIS STUDIORUM UNIVERSITAS ECCLESIAE IN CIVITATE FLAVIOBRIGENSI (BILBAO) CANONICE CONSTITUITUR

Incorruptae evangelicae lucis filii nihil antiquius unquam habuerunt quam sapientiam divinitus revelatam hominibus cunctis proponere a Verbo Veritatis fonte hauriendam, minime tamen neglectis humanarum litterarum scientiarumque studiis quibus mentes evehuntur, ornantur, contra saeculi huius vanitatem fallaciamque firmantur, ad aeternum supernumque finem ultimum probatorum doctorum institutione, Ecclesiae Magisterio praelucente, tute diriguntur. Quamobrem impigre a quattuor saeculis Ignatii Loyolensis sodales naturalis supernaturalisque magisterii munere in Ecclesia funguntur, inclyti Parentis vestigia prementes, cuius «auxilio et imitatione» suffulti «certantes in terris» *(Liturgica Oratio in Festo S. Ignatii)* iuvenes ita ab errore vitioque eruantur, ut «ad coronam pervenire mereantur» huius vitae ac futurae. Inter huiusmodi superioris doctrinae scholas, quas in Hispaniarum ditione condiderunt, illa notatu digna est quam in Flaviobrigensi civitate, prope Cantabricum mare, a. D. MDCCCLXXXVI, insignium benefactorum munificentia adiuti, constituerunt, sectionibus tum Iurisprudentiae tum Philosophiae Litterarumque tum Oeconomicarum disciplinarum nitentem. Nunc autem, cum altiorum hoc studiorum domicilium et omni apparatu quem nostrae aetatis eruditio postulat ornatum et magistris in unoquoque genere peritissimis instructum sit, opportunum visum est illud ad Universitatis Catholicae dignitatem erigere ad normam Canonici Iuris. Attentis ergo Praepositi Generalis Societatis Iesu humillimis precibus, tum Apostolici Nuntii Matritensis, tum Episcopi Flaviobrigensis supplicibus commendationis litteris suffultis, re diligentissime perpensa, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus de tanto negotio certiorem fecit Augustum Pontificem fel. regn. Cum autem Ssmus Dominus Noster Paulus Div. Prov. Pp. VI perlibenter annuere dignatus sit, eadem Sacra Congregatio, post approbata peculiaria exhibita Sta/tuta, Athenaeum canonicae erigendum ad normam can. 1376 C. I. C. pro munere deliberavit. Hisce igitur, ad gloriam Dei O. M., ad Sanctae Catholicae Ecclesiae decus ac incrementum atque ad animarum proventum, *Deustensem Studiorum Universitatem Ecclesiae* in civitate episcopali v. d. Bilbao vigentem, Sodalibus Societatis Iesu commissam, pro munere *constituit erigitque* atque in perpetuum *erectam* declarat, his studiorum Facultatibus praeditam quibus impraesentiarum constat: Iuris (cum annexis Institutis Oeconomiae et Scientiarum Socialium necnon Schola Praxis Iuridicae) atque Philosophiae Litterarumque (cum annexo Instituto Linguarum Modernarum), ipsi Catholicae Universitati prorsus agnitis iuribus, honoribus, privilegiis, quae ad huiusmodi di Athenaea in universo Catholico Orbe spectant. Sacra memorata Congregatio insuper praecipit ut omnia ad effectum traducantur quae approbata Statuta tum de moderatoribus praescribunt, tum de magistrorum discipulorumque officiis definiunt, imprimis de ipsa Sacra Congregatione statis temporibus edocenda eademque roganda de novo Rectore nominando, de nova Facultate vel Superiorum Studiorum Instituto forte inchoandis, de quavis in Statuta a Sede Apostolica probata mutatione inducenda, ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex aedibus S. Congregationis, d. x m. Augusti, in festo Sancti Laurentii Martyris, a. D. MCMLXIII.—Iosephus Card. PIZZARDO, *Praef.* Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaest., *a Secr.*

3123

1963 AUG 22.-SC STUD., DECRET. AAS 55 (1963) 781-782

STUDIUM THEOLOGICUM COLLEGII INTERNATIONALIS CLARETIANI IN URBE FACULTATI SACRAE THEOLOGIAE PONTIFICIAE UNIVERSITATIS LATERANENSIS AGGREGATUR

Clarentem tum humana tum praesertim sacra doctrina, religiosam Congregationem Cordi Immaculato Beatae Mariae Virginis devotam Romani Pontifices magni semper fecerunt, quae, sancti sui Conditoris vestigia premens, magistros Ecclesiae suppeditare iugiter est nisa omnimoda eruditione praeclaros. Praxis autem doctrinalis laboris, ab inclyto / Patre summopere commendata, anno Domini 782
MCMXXXV permanens institutio facta est sub nomine Collegii Claretiani in Urbe «ad studia maiora et specialia» fovenda provehendaque. Post alterum immane bellum, laudatum Collegium in ampliores aedes receptum, peculiarissimum finem sibi impensius praestituit, ut lectissimi auditores ex omni orbis regione acciti studia theologica tali «amplitudine, cura soliditateque» perficerent, qui et magistri in scholis fierent omni puncto absoluti et sacrarum disciplinarum cultores evaderent scientifica omnino methodo instructi. Quare, summi Moderatores Familiae Claretianae, praeeunte Emo ac Revmo Arcadio S. R. E. Cardinali Larraona, eiusdem Familiae sodali, omnibus comparatis quae academico Ecclesiae iure requiruntur, in primis Docentibus suae quibusque disciplinae vere peritis necnon Bibliotheca libris ceterisque studii investigationisque instrumentis quam ditissima, Sanctam Sedem enixe rogaverunt ut Studium Theologicum Collegii Claretiani per aggregationem ad Facultatem Sacrae Theologiae Pontificiae Universitatis Lateranensis ad ordinem academicum eveheretur. Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, re attente inspecta, cum compererit omnia in eodem Collegio ad normam Apostolicae Constitutionis *Deus scientiarum Dominus* [LE 1030] bene esse disposita exhibitaque peculiaria Statuta rite approbaverit, benigne annuente Ssmo D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI, petitionem laudatorum Moderatorum Emique Purpurati Patris libenter excipiens, Studium Theologicum Collegii Internationalis Claretiani in Urbe Facultati Sacrae Theologiae Pontificiae Universitatis Lateranensis *aggregatum constituit declaratque*, facta eidem potestate academicos gradus Baccalaureatus post tertium curriculi annum, Licentiae vero post quintum, alumnis conferendi, omnibus servatis de iure servandis, ante omnia memorata Apostolica Constitutione eique adnexis Ordinationibus, necnon peculiaribus Collegii Statutis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. d. XXII m. Augusti, in festo Immaculati Cordis B. M. V., a. D. MCMLXIII.—Iosephus Card. PIZZARDO, *Praef.* H. Cecchetti, *Subsecretarius.*

Adn. CpR 43 (1964) 149-150.

3124

1963 SEP 3.-SC STUDIORUM, LIT. CIRCULARES. PART.*

DE CATECHETICA INSTITUTIONE CANDIDATORUM AD SACERDOTIUM IN SEMINARIIS MAIORIBUS ITALIAE TRADENDA

Roma, 3 settembre 1963, Festa di S. Pio X

Eccellenza Reverendissima, mentre in ogni parte del mondo degnamente si commemora il IV centenario della istituzione dei Seminari, avvenuta il 15 luglio 1563, nella XXIII Sessione del Concilio di Trento, il nostro animo si volge volentieri a quel faustissimo avvenimento della storia della Chiesa Cattolica, per riconsiderare con religiosa attenzione le ispirate decisioni dei Padri, che profondamente operarono per il bene dell'umanità.

Dal prezioso tesoro di insegnamenti dottrinali e norme disciplinari ci sembra ora opportuno scegliere, per farne oggetto di particolare riflessione, il canone 14 del Decreto «*De reformatione*», emanato appunto in quella medesima Sessione, nel quale si stabilisce che i candidati al Sacerdozio, fra le altre doti rigorosamente accertate dal Vescovo, «*etiam ad populum docendum ea, quae scire omnibus necessarium est ad salutem ac ministranda sacramenta, diligenti examine praecedente, idonei comprobentur*».

Quanto le norme tridentine, non solo quella sopra citata, ma anche le altre sancite sullo stesso argomento nelle Sessioni V e XXIV, fossero state accolte ed apprezzate con unanime consenso, è dimostrato dalla universale diffusione di opere catechistiche, che di quelle norme costituiscono la pratica irradiazione, per quanto riguarda sia il purissimo contenuto dottrinale, sia il metodo più conveniente per trasmetterlo ai fedeli. Fra esse ci piace particolarmente ricordare le opere di San Pietro Canisio, quali la «*Summa doctrinae christianae per quaestiones tradita*», del 1555; la piccola raccolta catechistica «*ad captum rudiorum accommodata*», del 1556; ed il «*Parvus catechismus catholicorum*», del 1558; quella di San Roberto Bellarmino, «*Dottrina cristiana breve*», del 1597; ma soprattutto il «*Catechismus ex decretis Concilii Tridentini ad parochos Pii VI iussu editus Romae*» nel 1566, alla cui preparazione si dedicò in misura eminente un altro Santo: Carlo Borromeo.

A non breve distanza di secoli, alle preoccupazioni dei Padri Tridentini corrispondono ora le sollecitudini di tutti gli zelanti Pastori di anime, i quali, con convinzione unanime, vedono in una evangelizzazione nutrita di sostanziosa e pura dottrina ed espressa in forme adatte ai tempi ed alle persone, il fattore fondamentale del progresso spirituale del popolo cristiano.

Anzi, questa convinzione è tanto più sentita e condivisa, in quanto ci si rende conto delle situazioni oggi profondamente mutate nei confronti di quelle, sia pure allarmanti, che costituirono lo sfondo storico del Concilio di Trento. Anche se dolorissima, infatti, si manifestava allora la divisione della cristianità e molto pericolose si annunciavano le dottrine ereticali serpeggianti in Europa, non si può tuttavia negare che, nel suo insieme, la famiglia cristiana conservava ancora una ricca eredità di vita religiosa. Nei tempi correnti, invece, la situazione non è solamente contrassegnata dalla lacerazione protestante che purtroppo permane e riesce anzi ad insidiare perfino alcuni cattolici meno provveduti; ma soprattutto dalla ufficiale proclamazione dell'ateismo quale atteggiamento ormai acquisito da governi, da gruppi dotati di efficaci mezzi di penetrazione culturale, da larghe masse popolari in modo più o meno cosciente attratte dall'errore; come pure dalla disseminazione di una inquietante indifferenza religiosa, che, agli effetti pratici, viene a confondersi con l'ateismo stesso, alle cui rapide conquiste apre facilmente le strade.

A ciò si aggiunge un'altra grave circostanza, alla quale oggi occorre dare il massimo peso. Ai tempi tridentini la scuola, nelle sue varie manifestazioni, manteneva ancora stretti contatti con l'organizzazione ecclesiastica, per cui riusciva difficile concepire un insegnamento scritto od orale, che non conservasse qualche legame con la dottrina evangelica, pacificamente ritenuta madre comune della civiltà. Quali che fossero allora le opinioni di persone e di gruppi circa la rivalutazione della cultura classica, nessuno osava mettere in dubbio che essa pure era passata in eredità all'Europa, perchè amorevolmente custodita e tramandata dalla Chiesa Cattolica.

Nelle presenti condizioni, invece, la progressiva laicizzazione della scuola di ogni ordine e grado, insieme all'enorme diffusione degli strumenti diversi di cultura e di informazione —che vanno adlle biblioteche accademiche a quelle popolari, dai libri ai quotidiani, dalla radio al cinematografo, dalla televisione alla propaganda politica—, hanno praticamente raggiunto l'effetto di costituire una livellata mentalità di massa, nella quali il lievito del genuino pensiero e costume cristiano riesce con difficoltà a penetrare e ad operare.

Pertanto —dalla lieta e fruttuosa diffusione del cristianesimo come avveniva in tempi in cui nulla sistematicamente si opponeva all'opera della Chiesa e le popolazioni restavano fondamentalmente disposte ad accoglierla —siamo arrivati al punto in cui l'evangelizzazione non può generalmente avvenire se non in forma di faticosa competizione, sia quando essa è violentemente osteggiata da ingiuste pressioni di regimi politici; sia quando è insidiata con non minore animosità da dottrine atee liberamente professate; sia quando, infine, viene ad urtare contro gli ostacoli della indifferenza religiosa e dei costumi ritornati in certa misura pagani.

Anche da questi semplici ma necessari cenni, i quali, d'altra parte, non fanno che riecheggiare le precise e profonde diagnosi del nostro tempo contenute nel Magistero dei Sommi Pontefici, appare quanto sia giusta l'attesa di tutti coloro che auspicano dai candidati al Sacerdozio una preparazione sempre più adeguata per essere gli autentici evangelizzatori della nostra epoca, tanto più esperti e sicuri quanto più aspre sono le condizioni del mondo, violente le opposizioni, urgenti le necessità spirituali delle masse forse ricche di beni terreni, ma certo povere di quelli celesti.

Questa Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi non è mai venuta meno al suo ufficio di esortare i responsabili della formazione del Clero al grave dovere di mettere in atto ogni accorgimento idoneo, affinchè i candidati, al termine degli studi seminaristici, arrivino ad essere veramente e compiutamente «*uomini di Dio*», capaci quindi di dedicare le loro migliori energie al santo ministero del divino insegnamento.

Proprio a tale fine questa Sacra Congregazione, nella lettera agli Ecc.mi Ordinari dell'8 settembre 1926 *(A.A.S.* XVIII, 1926, 453) [LE 717], che trattava di proposito l'argomento della formazione catechistica del Clero, dichiarava: «*Ad tantum opus diuturna ac prorsus diligens adhibenda est praeparatio. Haec fieri debet in sacris seminariis: ad hoc enim sunt ipsa constituta. Ut autem munus docendi christianum populum rite et fructuose quis obeat, non sufficit praeparatio doctrinalis, quae in veritatum tradendarum cognitione versatur... sed requiritur etiam illa quae dicitur didascalica, ad modum pertinens quo veritates tradi debent, eaque fit tum per congrua praecepta tum per practicas exercitationes*».

A logico complemento delle direttive sopra ricordate, questa stessa Sacra Congregazione alcuni anni dopo, con lettera del 28 agosto 1929 *(A. A. S.* XXII, 1929, 146) [LE 927], procedeva alla vera e propria istituzione della cattedra di catechetica nei seminari: «*Sacra Congregatio unum aliud urgendum existimat, ea etiam de causa, ne prae altioribus studiis humiliora quae videntur, ad multo etiam maioris sunt reipsa necessitatis ac ponderis, negligantur— Id autem est quod a sanctissimis Ecclesiae Pastoribus aliisque apostolicis viris tam saepe tamque impense commendatum accepimus quodque haec quidem ipsa Sacra Congregatio non semel nec segniter inculcavit, ut in singulis clericorum Seminariis, apud alumnos theologiae praesertim, schola seu magisterium instituatur ac rite foveatur de sacra Catechesi proprium*».

Nel moltiplicare le sue sollecitudini in vista di una sempre più adeguata formazione catechistica del Clero, questa Sacra Congregazione intendeva esattamente inspirarsi al Magistero dei Sommi Pontefici, che andavano via via intensificando a tale riguardo le loro esortazioni ed offrivano insegnamenti di valore incomparabile.

Ci sia consentito di dedicare almeno un cenno di ricordo a quel memorabile documento sulla catechesi che è, appunto, la Lettera Enciclica di San Pio X *Acerbo nimis*, del 15 aprile 1905 *(Acta Pii X*, II, 75; *Fontes C.C.C.*, 3, 650). Dopo avere diffusamente descritto le condizioni spirituali del tempo ed avere autorevolmente ribadito il principio che solo in una evangelizzazione profonda, continua, universale si possono trovare i rimedi ai mali dell'umanità e le vie sicure della sua eterna salvezza, il Santo Pontefice si rivolgeva accoratamente al Clero: «*In sacerdote ad vitae sanctimoniam debere scientiam adiici, quis neget? 'Labia sacerdotis custodiant scientiam'* (Mal. 2, 7). *Atque illam reapse severissime Ecclesia requirit in iis qui sint sacerdotio initiandi. Quorsum id vero? Quia scilicet ab eis divinae legis notitiam christiana plebs expectat, illosque ad eam in-*

http://www.obrascatolicas.com

pertiendam destinat Deus: 'Et legem requirent ex ore eius; quia angelus Domini exercituum est' (ibid). *Quamobrem Episcopus, in sacra initiatione, Sacerdotii candidatos alloquens*: 'Sit, *inquit*, doctrina spiritualis medicina populo Dei; ... sint providi cooperatores ordinis nostri; ... ut in lege tua die ac nocte meditantes, quod legerint credant, quod crediderint doceant'» *(Pont. Rom. De Ordin. Presb.)*.

Agli altissimi insegnamenti del Santo Pontefice faceva eco Pio XI, il quale in ogni occasione esortava all'apostolato catechistico non solo i Sacerdoti, ma anche coloro che devono essere i collaboratori dei Sacerdoti, poiché questi, pure restando i primi ed insostituibili maestri della Parola di Dio, per la stessa limitatezza delle loro forze non possono da soli raggiungere tutti quelli a cui essa per divina disposizione è destinata. «*In presenza di maestri cristiani* —diceva una volta Pio XI— *il Santo Padre non può fare a meno di pensare che si trova di fronte a veri e propri coadiutori e collaboratori del Suo Ministero Apostolico. In che cosa infatti si assomma tale ministero, se non in quella parola che il Divino Maestro diceva ai primi Apostoli e si ripete sempre ai loro successori, ai Vescovi, ai Sacerdoti di tutti i paesi, e principalmente al primo dei Sacerdoti, al Vescovo dei Vescovi*: 'Euntes docete?'. *E voi, o maestri cristiani, che cosa fate? quale occupazione riempie la vostra giornata? Voi insegnate: fino a voi dunque discende in qualche modo quel mandato divino al quale il mondo deve la sua redenzione. Anche a voi il Cuore divino dice: Andate e insegnate! Andate e insegnate anzitutto la verità eterna, la verità cristiana, la dottrina di Cristo, la vita di Cristo, gli esempi di Cristo, la Redenzione di Cristo*» (A pellegrini scozzesi, 20 luglio 1925: *Discorsi di Pio XI*, vol. I, pagina 416). Lo stesso Pio XI, quasi a confermare la parola con l'esempio, nella detta circostanza manifestava questa confidenza riguardante il suo precedente ministero sacerdotale: «*La presenza di maestri rievoca i suoi primi anni di Sacerdozio e i molti anni dati al ministero dell'insegnamento che gli sembrano i più belli, i più cari, i più radiosi anni di sua vita, nei quali il lavoro assiduo era il procurarsi luce per l'anima, per il cuore, per l'intelligenza per poi rifletterla su altre intelligenze, su altri cuori, su altre anime in preparazione preziosa alla vita*» (loc. cit.).

Pio XII, a sua volta, ha lasciato in eredità ai Pastori di anime una somma grandiosa di sacro insegnamento, nella quale non si trova praticamente tema di istruzione religiosa, che non sia limpidamente trattato, con mirabile profondità di dottrina, pari all'arte di una attraente esposizione.

Giovanni XXIII, di cara e venerata memoria, seguendo la via tracciata dai suoi predecessori, rese ancora più amorevolmente insistente il suo appello ai Pastori di anime, perchè offrano al popolo una catechesi adeguata ai tempi, anche se fedelissima sempre alle sue divine sorgenti. E se, da una parte, Giovanni XXIII offerse al mondo, con le sue Lettere Encicliche, alcuni monumenti di dottrina, dall'altra volle dare primo l'esempio di un insegnamento religioso che trovava, nella soave semplicità e nella sopranaturale ispirazione, quasi immediatamente le vie delle menti e dei cuori, non solo in ristrette accolte di fedeli, ma anche nelle moltitudini di ogni provenienza e condizione.

Il Sommo Pontefice Paolo VI, gloriosamente regnante, proprio nella felice aurora del Suo ministero pontificale, nell'Augusto Messaggio rivolto al mondo dopo l'avvenuta Elezione alla Cattedra di Pietro, si premurava di annunciare il Suo alto intendimento di operare perchè il mondo conosca che solo nel Vangelo di N. S. Gesù Cristo c'è il segreto della universale salvezza: «*In obeundo apostolico munere id Nobis in primis proponimus, ut coram universo mundo manifestius usque ac sollemnius declaretur, optatam salutem iantummodo ex Iesu Christi Evangelio exspectandam esse*» *(L'Osservatore Romano*, 23 giugno 1963).

Premesse queste doverose considerazioni, che offrono ispirazioni e forza ai nostri migliori propositi, crediamo opportuno rivolgere ai responsabili della formazione del Clero une nuova e fervida esortazione, affinché, salve restando le vigenti disposizioni circa la cattedra di catechetica nei Seminari, sia compiuto un ulteriore passo in avanti per dedurle a sempre più fruttuose applicazioni.

I. *L'armoniosa cospirazione di tutte le discipline seminaristiche alla formazione del perfetto maestro della Parola di Dio*

Sarà costante sollecitudine di coloro che sono preposti alla formazione del Clero provvedere affinchè tutti gli insegnamenti, sia delle discipline maggiori che di quelle minori, cospirino armoniosamente a formare il perfetto maestro della Parola di Dio.

A ciò concorrerà, prima di tutto, la purezza della dottrina cattolica, presentata in ogni suo aspetto secondo la divina Rivelazione, la Tradizione, il Magistero pontificio, gli insegnamenti dei Padri e Dottori della Chiesa, sotto la guida di docenti esperti non solo nell'insegnamento, ma anche nella vita pastorale, e con l'aiuto di Autori provati, gli unici che possano essere affidati al diligente studio dei candidati al Sacerdozio.

Alla pureza incontaminata della dottrina si aggiungerà la profondità nell'esposizione e nell'apprendimento della medesima; profondità richiesta non solo dalla natura stessa dell'uomo di Dio, che non può essere superficiale in nessuna circostanza, soprattutto quando si consideri che è atto di giustizia elargire ai popoli le incommensurabili ricchezze delle verità rivelate da Dio; ma anche dalle crescenti esigenze del mondo d'oggi, poichè non si tratta soltando di ripetere semplicemente cose note a fedeli credenti e ben disposti; ma di insegnare, non poche volte dall'inizio, il cristianesimo tutto intero a persone forse già avvinte da altre dottrine che non di rado si impongono alle menti proprio per le loro concezioni universali della vita e della storia.

Alla formazione del perfetto maestro della Parola di Dio non sono certo estranei, ma anzi quanto mai benefici, sia il restaurato studio della lingua latina, sia il migliorato impegno nell'apprendimento della filosofia tomistica. Da entrambi, infatti, può provenire ai candidati al Sacerdozio, oltre la più sicura conoscenza della discipline sacre, anche quella ricchezza di umanità e quella chiarezza di pensiero, che sono richiesti dall'apostolato dei nostri tempi, e che si manifesteranno poi nella felice spontaneità della parola scritta e dell'insegnamento orale dei ministri di Dio (cf. *Allocuzione di Giovanni XXIII*, 22 febbraio 1962, in occasione della firma della Cost. Apost. «*Veterum Sapientia*»).

II. *La necessità che la catechetica assuma sempre di più le caratteristiche di una disciplina istituzionale*

Poichè ormai la cattedra di catechetica è stata ovunque fondata ed i corsi si susseguono ordinatamente secondo le superiori direttive, ci sembra opportuno richiamare i responsabili sulla necessità che tale insegnamento non avvenga in forma episodica, quasi solo affidato alla ispirazione ed alle personali vedute dei docenti; ma che acquisti sempre di più i caratteri di un vero e proprio insegnamento superiore istituzionale, che sia, al tempo stesso, completo nel suo genere, bene ordinato nella distribuzione delle materie, logico nella successione dei principi teorici e delle pratiche applicazioni.

A tale proposito ci permettiamo di ricordare che proprio il detto criterio di istituzionalità ci sembra felicemente rispettato in non pochi trattati di catechetica apparsi in diverse Nazioni, nei quali ci pare di poter cogliere, quasi come linea comune, questo organico sviluppo di argomenti:

1) I fondamenti teologici della catechesi.

2) Il contenuto completo e organico della catechesi.

3) Storia dei metodi impiegati nella catechesi.

4) Aspetti della mentalità moderna di fronte alla catechesi (elementi di sociologia religiosa).

5) Aspetti di psicologia individuale e di gruppi, secondo le varie età e condizioni, di fronte alla catechesi.

6) La figura del maestro della Parola di Dio: la preparazione, la capacità, le virtù, lo spirito soprannaturale, l'attività.

7) I metodi più in uso nella catechesi di oggi, nelle sue varie forme e nelle differenziazioni secondo l'età, le situazioni, gli ambienti (scuole pubbliche e private, associazioni di giovani e di adulti, città, campagna, zone operaie, ecc.).

8) Elementi di didattica catechistica, compresi i mezzi didattici più in uso (testi adatti secondo età e categorie di persone, illustrazioni, mezzi audiovisivi, ecc.). Nozioni su ciò che oggi si chiama scienza della pubblica opinione, e quindi sui mezzi di propaganda.

9) L'organizzazione catechistica nazionale, diocesana, parrocchiale, secondo il C. I. C., le deliberazioni dei Sinodi Provinciali e Diocesani, e specialmente la Confraternita della Dottrina Cristiana.

10) I laici, necessari cooperatori nella catechesi. Loro formazione generale cristiana e formazione specifica catechistica. Le forme pratiche della collaborazione.

III. *La necessaria integrazione della teoria con la pratica secondo le norme canoniche e le istruzioni della Sacra Congregazione*

Il canone 1365, 3 del C. I. C. dispone che nei Seminari: «*alumni etiam lectiones de theologia pastorali, additis practicis exercitationibus praesertim de ratione tradendi pueris aliisque catechismum*». A questo canone hanno fatto costante riferimento le istruzioni della S. Congregazione dei Seminari, già prima citate.

In base alle varie esperienze, ormai divenute buona consuetudine, ci piace rilevare che la norma delle «*pratiche esercitazioni*» è stata interpretata ed applicata in modi che volentieri vorremmo vedere ovunque diffusi, approfonditi ed arricchiti con altre opportune iniziative:

1) Esperienze di pratiche lezioni tenute in classe dagli allievi, immaginando le diverse situazioni, come se il medesimo argomento fosse da trattare ai fanciulli, agli adolescenti, ai giovani, agli adulti, ecc. Queste pratiche esperienze, simili a quelle tradizionalmente in uso presso insigni Ordini Religiosi, se sono ben preparate e seriamente svolte, sono cosa tutta diversa da un puro gioco verbale, perchè diventano manifestazione di sicura spiritualità e di fervido animo apostolico, il quale, come oggi si rivela in un sia pure umile esercizio, domani risplenderà nella pienezza della dedizione sacerdotale.

2) Lezioni pratiche tenute da persone di particolare esperienza in singoli campi di ministero pastorale: parroci, insegnanti di religione nelle scuole, assistenti di associazioni cattoliche, cappellani del lavoro, ecc.

3) Aiuto offerto dagli Ordinandi ai Parroci per tenere alcune lezioni di catechismo ai fanciulli, nei tempi e nei modi approvati dalla competente Autorità Ecclesiastica.

4) Utilizzazione massima del periodo delle vacanze estive per studiare le situazioni concrete delle proprie parrocchie e per porgere pratica collaborazione ai Parroci secondo le possibilità e le circostanze.

IV. *Alcuni aspetti del problema catechistico da prendere in particolare considerazione*

Nella preparazione teorica e pratica dei candidati si dovrà in modo del tutto speciale tenere conto di alcune fondamentali esigenze della moderna cura di anime, perchè così facendo si potranno rendere servizi inestimabili alla causa della Chiesa.

Esse sono principalmente le seguenti:

1. L'organizzazione della scuola parrocchiale di catechismo per ragazzi, adolescenti e giovani, in modo da raggiungerli personalmente tutti, e seguirli progressivamente durante gli anni della loro formazione. Nella dolorosa eventualità che tale efficace opera educativa venisse a mancare o riuscisse insufficiente, le conseguenze che ne deriverebbero nella vita cristiana delle nuove generazioni sarebbero di una gravità incalcolabile, come purtroppo in alcune parti è dato constatare.

2. L'insegnamento della religione nelle scuole pubbliche e private, non solo per provvedere al formale svolgimento dei programmi approvati, ma soprattutto per dare un fondamento ed un coronamento cristiano agli insegnamenti profani, controbilanciando anche, ove occorra, l'influenza negativa di insegnanti ed insegnamenti religiosamente indifferenti od ostili; e per stabilire un fruttuoso colloquio spirituale con numerosi studenti di animo aperto e suscettibili di più profonda vita soprannaturale.

3. L'insegnamento agli appartenenti ad organizzazioni cattoliche, in modo che non venga mai a mancare ad essi, dai quali molto la Chiesa si attende, la dottrina sicura, l'ispirazione valida e l'invito costante alle vette stesse della santità.

4. L'insegnamento a gruppi di persone di superiore cultura, siano esse organizzate in particolari associazioni, o siano semplicemente seguite con illuminata attenzione dai Pastori di anime. Tali persone si trovano in condizione di agire profondamente nella società, poichè, occupando posti di distinta responsabilità, possono e debbono esercitare una influenza grande sul popolo, con la parola, con l'esempio, col modo di operare genuinamente cristiano. Comprendiamo quale sia la delicatezza e la difficoltà di questa catechesi: ciò tuttavia non può costituire un pretesto, perchè i candidati al Sacerdozio non abbiano a prenderla in considerazione e a prepararvisi come meglio sarà possibile.

Non ultima fra le difficoltà ora accennate sarà quella derivante dall'incontro del Sacerdote, la cui mentalità è prevalentemente coltivata mediante le discipline filosofiche e teologiche, con la mentalità di molte persone che invece sono quasi unicamente formate al metodo sperimentale come oggi è applicato a tutte le scienze e a tutte le techiche, comprese quelle che riguardano l'uomo e la società. Eppure non dovrebbe essere impossibile al Sacerdote adeguatamente preparato stabilire solidi contatti spirituali con quelle persone, poichè a tutti deve apparire ben chiaro che nulla esiste nella ricerca sperimentale, nella scienza positiva, nella tecnica applicata moderna, anche la più avanzata, le cui origini prime, le cui leggi immutabili, il cui divenire, ancora oggi in gran parte misterioso, non derivi dal primo sapientissimo ed onnipotente atto di Dio Creatore, che sta all'origine, non soltanto delle cose in sè stesse, ma anche della loro destinazione all'uso dell'uomo: «*Benedixitque illis Deus et ait: Crescite et multiplicamini et replete terram et subiicite eam*» (Gen. 1, 28).

5. L'insegnamento agli operai che possono essere avvicinati in modo continuativo non è certo da ritenersi oggi di minore importanza in rapporto agli altri sopra ricordati. Quanto è avvenuto, infatti, in tempi passati ha reso gli operai, e specialmente quelli addetti alle grandi industrie, dolorosamente suscettibili, per molte ragioni, alla pesante pressione delle ideologie e delle organizzazioni marxiste. Anche se è lecito sperare che non necessariamente le masse operaie continueranno per l'avvenire ad essere dominate cecamente da quelle forze paurose, tuttavia non ci sembra sufficiente assumere atteggiamenti di rassegnata attesa che esse si decidano a mutare opinioni e disposizioni d'animo. Crediamo invece che sia assolutamente necessario ricominciare, se occorre, dall'inizio, con tutti i mezzi disponibili, perchè una pura e intensa evangelizzazione possa giungere presto a coloro che nella quotidiana attività non dovrebbero trovare occasione di distacco da Dio e di negazione di Dio, ma piuttosto mezzo salutare di vita e di perfezione cristiana.

6. La preparazione a rendere sempre più efficiente l'organizzazione catechistica voluta dalla Chiesa. Ci sembra infine necessario aggiungere almeno un cenno alla organizzazione catechistica che la legge della Chiesa vuole efficiente in ogni Diocesi e Parrocchia; che i Sommi Pontefici hanno continuamente richiamato all'attenzione dei Pastori, e che la Sacra Congregazione del Concilio non ha mancato di disciplinare e arricchire di norme preziose: la Confraternita della Dottrina Cristiana.

In qualunque modo la detta organizzazione abbia preso forma nelle concrete situazioni delle varie circoscrizioni ecclesiastiche, ci sembra tuttavia doveroso mettere in rilievo un punto che ne spiega l'universale e perenne valore: la causa della evangelizzazione cristiana è di così preminente importanza per la vita della Chiesa, che essa, per potere attingere i risultati migliori, ha assoluto bisogno della umile, capace, zelante, soprannaturale collaborazione di tutti coloro che, in qualunque misura, hanno responsabilità e doveri nella Chiesa: in primo luogo i Sacerdoti, poi i genitori, i maestri, gli insegnanti, i laici dedicati alle opere apostoliche.

Eccellenza Reverendissima: mentre confidiamo all'Eccellenza Vostra Reverendissima le preoccupazioni, i pensieri e le esortazioni di questa Sacra Congregazione, desideriamo pregare Vostra Eccellenza di volersene rendere benevolmente interprete presso le degne persone che nella Diocesi sono preposte alla santissima opera della formazione dei nuovi ministri di Dio. Questa Sacra Congregazione, anzi, sarà particolarmente grata se i Rev.mi Rettori dei Seminari Maggiori vorranno fare pervenire ad essa, entro il corrente anno, una relazione su come si svolge nei rispettivi Pii Istituti la preparazione catechistica dei candidati, insieme ad opportune proposte circa i modi creduti efficaci per migliorare sempre di più questo delicatissimo campo di formazione sacerdotale, che tutti ci colma di gravi responsabilità davanti a Dio ed alla sua Chiesa.

Con sensi di sincera stima e di profondo ossequio ci confermiamo dell'Eccellenza Vostra Reverendissima devotissimi.—Giuseppe Card. Pizzardo, *Pref.* Dino Staffa, Arciv. Tit. di Cesarea di Palestina, *Segr.*

* Ordinariis locorum Italiae, Prot. N. 707/63: **Seminarium** 16 (1964) 208-217.

http://www.obrascatolicas.com

3125

1963 SEP 7.-SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

SOLVITUR IN FAVOREM FIDEI MATRIMONIUM DUORUM INFIDELIUM ABSQUE NEUTRIUS PRAEVIA CONVERSIONE

CASUS—*Beatissime Pater*, Infrascriptus ad pedes S. V. provolutus, humiliter exponit quae sequuntur: R., mahumetanus, die 21 iunii 1954 matrimonium inivit cum J., item mahumetana. Post duos annos vitae communis, J. maritum deseruit. —R., absque praevio divortio, die 25 ianuarii 1960 novas celebravit nuptias, ritu mahumetano servato, cum S. catholica, quae tunc temporis ignorabat virum anteriori vinculo ligatum esse. Cum primum de hoc edocta fuerit, S. cohabitationem cum R. abrupit, secum ferens filium, iam baptizatum. Nunc S. instat ut verum matrimonium celebrare possit cum R.

Quare ad consulendum bono spirituali S. catholicae et prolis, petere audemus: 1) ut matrimonium inter R. non baptizatum et J. non baptizatam contractum dissolvatur; et 2) ut S., catholica, praevia dispensatione ab impedimento disparitatis cultus, licitas et validas nuptias cum R. non baptizato, inire valeat.

RESCRIPTUM—In Curia Luknovensi confectus est processus ad obtinendam dissolutionem, in favorem fidei, matrimonii contracti inter R., non baptizatum et J., non-baptizatam.

Actis maturo examini subiectis, expletisque omnibus in casu explendis, quaestio proposita est in hac S. Congregatione, quae ad dubium: «An consilium praestandum sit Ssmo pro dissolutione, in favorem fidei, matrimonii, de quo supra, ut pars oratrix, coram Ecclesia valide ac licite novas nuptias inire valeat cum parte acatholica», re iuxta certas statutas regulas discussa, respondendum decrevit: «*Affirmative*».

Ssmus D. N. D. Paulus divina Providentia Papa VI, die 6 septembris 1963, de omnibus habita relatione benigne adnuere dignatus est pro gratia iuxta supra relatum Decretum.

In praesenti concessione includitur quoque, quatenus opus sit, dispensatio ab impedimento criminis, de quo in can. 1075, n. 1, et ab impedimento disparitatis cultus, praestitis cautionibus necnon monita muliere catholica ut curet conversionem viri oratoris. —Romae, die 7 septembris 1963.

* Ordinario Lucknovensi, Prot. N. 2809/63m: A. ABATE, Lo scioglimento del vincolo coniugale, ed. II Roma 1965, p. 123-124, not. 14. Adn. A. ABATE, op. cit. p. 118-127.

3126

1963 SEP 12.-SC RITUUM, DECRET. AAS 55 (1963) 779

DE MOZZETTA IN OECUMENICI CONCILII SESSIONIBUS DEFERENDA

Spiritum Sanctum posuisse episcopos regere Ecclesiam Dei sollemne habet Paulus Apostolus [1]. Hoc autem maxime fit in Oecumenico Concilio, cum episcopi omnes, una cum Summo Pontefice coadunati, universae Ecclesiae negotia, Divino assistente Paraclito, suprema auctoritate diiudicant.

Quapropter congruum sane videtur, ut etiam in conciliaribus sessionibus iisdem honorificis fruantur privilegiis, quibus in sua quoque dioecesi singuli gaudent.

Hac motus ratione Sanctissimus Dominus noster Paulus Divina Providentia Papa VI benigne indulget ut omnes archiepiscopi et episcopi residentiales uti possint supra mantelletum mozzetta, praesente quoque Summo Pontifice, sed in ipsis dumtaxat Concilii sessionibus, idemque privilegium ad archiepiscopos et episcopos titulares Sanctitas Sua benigne extendit, sed in ipsis dumtaxat Concilii sessionibus; ac insuper, cum eadem restrictione seu limitatione, ad abbates et praelatos *nullius* seu Ordinarios qui intra limites iurisdictionis suae mozzettam deferunt et in Concilio suffragium deliberativum ferre valent. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Rituum Congregationis, die 12 Septembris 1963.—Arcadius M. Card. LARRAONA, *Praef.* Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secr.*

[1] Cfr. *Act. Ap.* 20, 28.

3127

1963 SEP 13.-SECRETARIA STATUS, NORMAE. PART.*

ORDO CONCILII OECUMENICI VATICANI SECUNDI CELEBRANDI RECOGNITUS

SSmus Dominus Noster Paulus Pp. VI, in Audientia die XIII Septembris a. MCMLXIII infrascripto impertita, hanc alteram editionem «Ordinis Concilii Vaticani II celebrandi» a Decessore Suo Ioanne XXIII s. m. per M. P. Appropinquante Concilio die VI Augusti a. MCMLXII [LE 3075] *promulgati, rite, ex quorumdam Venerabilium Patrum consiliis, recognitam, cum innovationibus in eum introductis, adprobavit eamque servari mandavit.*—Hamletus Ioannes Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

ORDO CONCILII OECUMENICI VATICANI II CELEBRANDI

PARS PRIMA

Personae in Concilio partem habentes

Art. 1 *(Concilii participes)*. § 1. Concilium Oecumenicum constituunt cum Summo Pontifice Episcopi et alii a Summo Pontifice ad Concilium vocati; qui omnes Patres Conciliares appellantur.

§ 2. Si quis ad Concilium vocatus ad normam C. I. C. can. 223 § 1; C. I. O. De personis can. 168 § 1, iusto impedimento detentus, Concilio interesse nequeat, mittat procuratorem, qui se gerat ad normam C. I. C. can. 224 §§ 1-2; C. I. O. De personis can. 169 §§ 1-2.

§ 3. Secretarius generalis, Subsecretarii, Praefectus caeremoniarum Patribus adsistunt; eisdemque Patribus operam praestant theologi, canonistae, aliique experti atque ministrant Magistri caeremoniarum, assignatores locorum, notarii, promotores, scrutatores, scribae, lectores, interpretes, translatores, tachigraphi, technici.

CAP. I—DE SESSIONIBUS PUBLICIS

Art. 2 *(Sessionum publicarum munus)*. In Sessionibus publicis, coram Summo Pontifice Patres vota proferunt de Decretorum vel Canonum formulis, in Congregationibus generalibus digestis, ut Summus Pontifex, si censeat, sententiam suam dicat eamque promulgari iubeat.

CAP. II—DE CONGREGATIONIBUS GENERALIBUS

Art. 3 *(Congregationum generalium munus)*. In Congregationibus generalibus, quae Sessionibus publicis praemittuntur, Patres, praehabita disceptatione, Decretorum vel Canonum formulas statuunt.

Art. 4 *(Congregationum generalium Praesidentia et Moderamen)*. § 1. Duodecim Cardinales, a Summo Pontifice delecti, constituunt Consilium Praesidentiae, cuius est curare ut normae *Ordinis Concilii Oecumenici Vaticani II celebrandi* rite observentur, resolutis dubiis ac remotis difficultatibus forte obstantibus.

§ 2. Quattuor Cardinales Delegati seu Moderatores, a Summo Pontifice electi, Concilii labores dirigunt, sibi invicem succedentes in ordinandis disputationibus Congregationum generalium.

CAP. III—DE COMMISSIONIBUS CONCILIARIBUS

Art. 5 *(Commissionum munus)*. Commissiones conciliares operam navant Decretorum vel Canonum schematibus expendendis atque emendandis iuxta suffragia a Patribus in Congregationibus generalibus expressa.

Art. 6 *(Commissionum constitutio)*. § 1. Unicuique Commissioni praeest unus ex S. R. E. Cardinalibus, a Summo Pontifice nominatus.

§ 2. Quaelibet Commissio, praeter Praesidem, viginti quattuor Membra complectitur, quorum duae partes a Patribus, tertia vero a Summo Pontifice, ex Concilii Patribus eliguntur.

§ 3. Singuli Patres nonnisi uni Commissioni, uti Membra, adscribi possunt; cuiusvis vero Commissionis Praeses, si opportunum censuerit, quoslibet Patres consulere potest.

§ 4. Unusquisque Commissionis Praeses duos suae Commissionis Patres, de consensu Commissionis ipsius, Vicepraesides constituit, qui ipsum adiuvent et absentem vel impeditum suppleant.

§ 5. Commissionis Praeses unum ex conciliaribus theologis seu canonistis seu expertis eligit, qui secretarii munere fungatur.

Art. 7 *(Commissionum elenchus)*. § 1. Commissiones conciliares decem constituuntur, nempe: *a)* de doctrina fidei et morum; *b)* de Episcopis et Dioecesium regimine; *c)* de Ecclesiis Orientalibus; *d)* de Sacramentorum disci-

plina; *e)* de disciplina Cleri et populi christiani; *f)* de Religiosis; *g)* de Missionibus; *h)* de Sacra Liturgia; *i)* de Seminariis, de studiis et de educatione catholica; *l)* de fidelium apostolatu; de scriptis prelo edendis et de spectaculis moderandis.

§ 2. Accedunt: I) Commissio de negotiis Concilii componendis seu coordinandis, cui praeest Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis; Secretarii autem munere fungitur Secretarius generalis Concilii; II) Secretariatus ad unitatem Christianorum fovendam; III) Commissio Technico-organizativa; IV) Secretariatus de rebus oeconomicis.

Instituta, de quibus in nn. II), III), IV), eadem munera habent iisdemque constant personis ac in periodo praeparatoria Concilii.

CAP. IV—DE TRIBUNALI ADMINISTRATIVO

Art. 8 *(Tribunalis administrativi constitutio)*. § 1. Peculiare tribunal a Summo Pontifice constituitur quod quaestiones definiat de Concilii disciplina, de excusationibus et de querelis.

§ 2. Tribunali administrativo praeest unus ex S. R. E. Cardinalibus, a Summo Pontifice nominatus; ac praeter eum, Tribunalis Membra sunt decem Patres, a Summo Pontifice electi.

§ 3. Tribunal administrativum quaestiones definit per turnos trium Membrorum; et, in casu recursus, videntibus omnibus.

§ 4. Tribunal administrativum, sepositis iuris sollemnitatibus, solam rerum veritatem spectans, iudicat.

§ 5. Tribunali administrativo adsistit unus ex notariis conciliaribus et, si casus ferat, unus ex Promotoribus conciliaribus.

CAP. V—DE THEOLOGIS, CANONISTIS ALIISQUE EXPERTIS NEC NON DE AUDITORIBUS

Art. 9 *(Periti conciliares)*. § 1. Theologi, canonistae aliique experti, qui Peritorum conciliarium nomine veniunt, Summi Pontificis auctoritate designantur.

§ 2. Periti conciliares Congregationibus generalibus intersunt; at, nonnisi interrogati, loquuntur.

§ 3. Iuxta Commissionum Praesidum designationem et rationem, auditis Vicepraesidibus statutas, Periti conciliares cuilibet Commissioni operam navant, adlaborando cum eius Membris in schematibus expendendis et emendandis atque in conficiendis relationibus.

§ 4. In Commissionibus Periti laici admitti possunt ad nutum Praesidis vel ex postulatione quinque Membrorum vel quartae partis praesentium.

Art. 10 *(Periti privati)*. § 1. Singuli Patres consilio et opera uti possunt non solum Peritorum conciliarium, sed etiam alicuius vel theologi vel canonistae vel experti privati.

§ 2. Periti vero privati Congregationibus generalibus et Commissionum coetibus non intersunt, sed obligatione, iureiurando firmata, tenentur servandi secretum de actis et disputatis in Concilio.

Art. 11 *(Auditores)*. Praeclari nominis laici ad adsistendum Sessionibus publicis et Congregationibus generalibus et Commissionibus admitti possunt ex benigna Summi Pontificis concessione, iidem autem loqui non possunt, nisi forte in peculiaribus adiunctis, qua Periti, a Moderatore Congregationis vel a Praeside Commissionis ad exponendas suas opiniones invitentur.

CAP. VI—DE SECRETARIA GENERALI

Art. 12 *(Secretariae generalis constitutio)*. Concilii Secretaria generalis, quam Secretarius generalis moderatur, in quattuor partitur Officia, nempe: *a)* de sacris ritibus; *b)* de negotiis peragendis; *c)* de actibus scribendis ac servandis; *d)* de rebus technicis.

Art. 13 *(Ministrorum ac Officialium elenchus)*. Secretarius generalis; quinque Subsecretarii.

I. Officium de sacris ritibus: Praefectus caeremoniarum; Magistri caeremoniarum; Assignatores locorum.

II. Officium de negotiis peragendis: Notarii; Promotores; Scrutatores.

III. Officium de actibus scribendis ac servandis: Scribae; Lectores; Interpretes; Translatores; Tachigraphi.

IV. Officium de rebus technicis: Addicti instrumentis technicis.

Art. 14 *(Ministrorum et Officialium nominatio)*. Omnes Ministri et Officiales, qui Concilii negotia curant, Summi Pontificis auctoritate nominantur.

Art. 15 *(Singulorum Ministrorum et Officialium munera)*.

§ 1. Secretarius generalis Praesidentiae et Moderatoribus operam navat; post Sessiones publicas vel Congregationes generales, res gerendas, sibi praefinitas, exsequitur; tandem Concilii Acta sedulo colligenda, disponenda et asservanda curat.

§ 2. Subsecretarii Secretarium generalem adiuvant eumque absentem aut impeditum supplent.

§ 3. Praefectus caeremoniarum ordinat ac dirigit sacros ritus et caeremonias; eumque Magistri caeremoniarum et locorum assignatores adiuvant.

§ 4. Assignatores locorum, iuxta statutum indiculum, Patres ad locum ipsis paratum deducunt, nomina Patrum praesentium adnotant et curant ut ab iisdem Patribus praesentiae schedula conficiatur.

§ 5. Notarii de omnibus, quae in Sessione publica, in Congregatione generali et in Tribunali administrativo gesta fuerint, instrumenta conficiunt eaque ordinant atque in archivo custodiunt.

§ 6. Promotores in fine singularum Sessionum publicarum sollemni formula rogant, ut de rebus in Sessione gestis per Concilii notarios praesentes authenticum instrumentum seu instrumenta conficiantur.

§ 7. Scrutatores in Sessionibus publicis et in Congregationibus generalibus Patrum suffragia colligunt et summam conficiunt.

§ 8. Scribae adnotationes curant de rebus gestis in Sessionibus publicis et in Congregationibus generalibus, ut de eis relationes scriptae fieri possint; curant praeterea typis edenda schemata, notificationes ceteraque nuntia in Concilio legenda vel Patribus distribuenda.

§ 9. Lectores Patribus praesto sunt ad eorum orationes legendas.

§ 10. Interpretes Patribus disceptantibus in usu linguarum operam navant.

§ 11. Translatores, Patrum orationes linguis vernaculis scriptas, in linguam latinam transferunt; itemque actorum et documentorum textum latinum curant.

§ 12. Tachigraphi Patrum orationes ac disceptationes in Congregationibus generalibus scripto mandant; dein suas notas in communem scripturam translatas Secretario generali tradunt ut relationes scriptae officiales conficiantur.

§ 13. Addicti instrumentis technicis horum rectum exercitium curant.

CAP. VII—DE GENERALIBUS CONCILII CUSTODIBUS

Art. 16 *(Custodum generalium munus)*. Custodes duo, iuxta Ecclesiae morem a Summo Pontifice nominati, Summum Pontificem et Patres Aulam conciliarem adeuntes comitantur et Concilii aditibus invigilant.

CAP. VIII—DE SUFFICIENDIS PERSONIS

Art. 17 *(Personarum suffectio)*. Si qua, ex personis in Concilio partem habentibus, quacumque ex causa defecerit, in eius locum alia persona a competenti Auctoritate sufficitur.

CAP. IX—DE OBSERVATORIBUS

Art. 18 *(Concilii Observatores)*. § 1. Legati Christianorum ab Apostolica Sede seiunctorum, qui tamquam observatores Concilio adsistere a Sancta Sede permittuntur, adesse possunt Sessionibus publicis et Congregationibus generalibus, exceptis peculiaribus casibus a Consilio Praesidentiae determinandis, non autem conventibus Commissionum, nisi competens Auctoritas permiserit; ius autem loquendi ac suffragium ferendi in Concilii disceptationibus non habent.

§ 2. Observatores de iis, quae in Concilio acta sunt, certiores facere possunt suas Communitates; secretum autem erga ceteros servare tenentur sicut Patres Concilii ad normam Art. 26.

§ 3. Secretariatus ad unitatem Christianorum fovendam rationes moderatur, quae inter Concilium et Observatores intercedunt, ita ut ipsi Concilii labores sequi possint.

http://www.obrascatolicas.com

PARS SECUNDA

Normae in Concilio servandae

CAP. I—DE TEMPORIBUS ET LOCIS CONVENTUUM

Art. 19 *(Conventuum tempora)*. § 1. Quivis conciliaris conventus Patribus opportuno tempore significatur.

§ 2. In quavis Congregatione generali, proxime sequentis Congregationis indictio fit.

§ 3. Intimatio singulis facta tunc tantum locum habet, cum id Moderator necessarium iudicaverit.

Art. 20 *(Conventuum loca)*. § 1. Sessiones publicae et Congregationes generales in Patriarchali Basilica Sancti Petri locum habent.

§ 2. Commissionum conciliarium conventus in peculiaribus locis, ad hoc praefinitis, habentur.

CAP. II—DE VESTIBUS ADHIBENDIS

Art. 21 *(Paramenta sacra in Sessione publica induenda)*. § 1. Patres, quovis tempore, adhibent paramenta sacra albi coloris.

§ 2. Singuli paramenta sumunt quae sequuntur:

a) Cardinales paramenta propria sui ordinis cum mitra serico-damascena;

b) Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi tam residentiales quam titulares pluviale cum mitra ex tela alba: Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi Orientales habitum proprii ritus;

c) Abbates et Praelati nullius pluviale cum mitra ex tela alba;

d) Reliqui Patres habitum choralem sibi proprium.

Art. 22 *(Vestes in Congregatione generali induendae)*. In Congregatione generali, nisi aliud statuatur, singuli Patres vestes induunt quae sequuntur:

a) Cardinales habitum cardinalitium, rubrum vel violaceum secundum temporis diversitatem, cum rocheto, mantelletta et mozeta;

b) Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi, sive residentiales sive titulares, habitum violaceum cum rocheto, mantelletta et mozeta: Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi Orientales habitum proprii ritus;

c) Abbates et reliqui Religiosi habitum choralem proprium.

Art. 23 *(Vestes in Commissionibus induendae)*. Omnes quibus pertinet, induunt habitum pianum sine lacerna; ceteri proprium publicum.

CAP III.—DE PRAECEDENTIA

Art. 24 *(Praecedentiae ordo)*. § 1. In Sessionibus publicis, in Congregationibus generalibus et in Commissionibus conciliaribus Patres iuxta praecedentiae ordinem sedent, loquuntur et vota proferunt; ita nempe: S. R. E. Cardinales Episcopi, Presbyteri, Diaconi; Patriarchae; Primates; Archiepiscopi; Episcopi; Abbates et Praelati nullius; Abbas Primas, Abbates Superiores Congregationum monasticarum, Supremi Moderatores religionum clericalium exemptarum.

§ 2. Inter eos, qui ad eundem gradum pertinent, eundemque ordinem habent, praecedit qui prius promotus fuerit ad gradum; si eodem tempore promoti sunt, senior ordinatione, nisi iunior ordinatus fuerit a Summo Pontifice; et si eodem tempore ordinem receperint, senior aetate (cf. C. I. C. can. 106, 3.°; C. I. O. De personis can. 37, 3.°).

§ 3. Si quis Pater forte extra ordinem sedeat, sententiam proferat vel alios actus faciat, nullum ius adquirit, ac nemini praeiudicium affert.

§ 4. Procuratores sedent loco sibi peculiariter assignato, servato inter ipsos praecedentiae ordine. Suo pariter loco sedent Periti conciliares.

CAP IV.—DE FIDEI PROFESSIONE

Art. 25 *(Fidei professionis obligatio)*. § 1. Praeses fidei professionem emittit coram Concilio (cf. C. I. C. can 1406 § 1, 1.°).

§ 2. Secretarius generalis fidei professionis formulam legit in quam omnes Patres, tacto pectore, consentiunt dicentes: *Ego N. N... spondeo, voveo, et iuro iuxta formulam perlectam. Sic me Deus adiuvet.*

§ 3. Procuratores, Periti conciliares, Ministri et Officiales antequam Concilium ineatur, die et hora praestitutis fidem profitentur coram Praeside eiusve delegato.

CAP. V—DE SECRETO SERVANDO ET DE MUNERE FIDELITER IMPLENDO

Art. 26 *(Patrum obligatio secreti servandi)*. Patres de discussionibus in Concilio habitis et de singulorum sententiis secretum servare tenentur.

Art. 27 *(Procuratorum, Peritorum, Ministrorum, Officialium obligationes)*. § 1. Procuratores, Periti conciliares, Ministri, Officiales et ceteri, qui operam suam in rebus Concilii praestant, antequam Concilium ineatur, iusiurandum coram Praeside eiusve delegato emittere tenentur de munere fideliter adimplendo et de secreto servando circa acta, discussiones, singulorum Patrum sententias, suffragia.

§ 2. Auditores de iis, quae in Concilio peracta sunt, et de sententiis prolatis sicut Patres secretum servare tenentur ad normam Art. 26.

CAP. VI—DE LINGUA IN CONCILIO ADHIBENDA

Art. 28 *(Lingua in Sessionibus publicis, in Congregationibus generalibus, in Tribunali administrativo, in actis adhibenda)*. In Sessionibus publicis, in Congregationibus generalibus, in Tribunali administrativo et in actis exarandis lingua latina adhibetur; quo autem eius usus expeditior evadat, praesto sunt lectores, interpretes ac translatores.

Art. 29 *(Lingua in Commissionibus adhibenda)*. In Commissionum disceptationibus praeter latinam linguam adhiberi possunt communiores linguae vernaculae, sed quae iis linguis expressa sunt, statim in linguam latinam sunt vertenda.

CAP. VII—DE COLLIGENDIS AC DISTRIBUENDIS ACTIS ET DOCUMENTIS

Art. 30 *(Ratio colligendi ac distribuendi acta et documenta)* § 1. Omnia acta et documenta colliguntur ac distribuuntur per Secretarium generalem.

§ 2. Decretorum et Canonum schemata, necnon quivis textus adprobandus, ita Patribus distribuenda sunt ut iisdem congruum relinquatur temporis spatium ad consilia capienda, maturanda iudicia et determinanda suffragia.

CAP. VIII.—DE SCHEMATUM EXAMINE

Art. 31 *(Schematum examinis gradus)*. Schematum examen sequentibus gradibus perficitur: *a)* schema proponitur ac breviter illustratur; *b)* schemati inferuntur animadversiones et proponuntur eiusdem emendationes; *c)* emendationes perpenduntur atque admittuntur vel reiciuntur; *d)* schema reformatur iuxta adprobatas emendationes; *e)* si schema reformatum novis egeat emendationibus, iterum atque iterum emendatur donec adprobetur.

Art. 32 *(Schematis propositio)*. Quodcumque argumentum disceptandum in Congregatione generali proponitur ac breviter illustratur a Relatore, quem designavit competentis Commissionis Praeses.

Art. 33 *(Emendationum propositio)*. § 1. Quivis Pater verba facere potest de unoquoque proposito schemate vel admittendo, vel reiciendo, vel emendando, suae orationis summa Secretario generali saltem tres ante dies scripto exhibita.

§ 2. Oratio ita ordinanda est ut prius de principiis generalibus, postea vero de particularibus dispositionibus agatur, schematis ipsius semper ordine servato.

§ 3. Quilibet Pater de una eademque re, ex regula, semel tantum loqui potest, idemque rogatur decem momenta ne excedat.

§ 4. Si orator obiecto vel temporis assignatos limites praetergrediatur, potest a Moderatore ad eosdem revocari.

§ 5. Qui emendationes proposuit, absoluto sermone, scriptam relationem eandemque a se subscriptam Secretario generali tradere debet.

§ 6. Qui singula verba vel paragraphus schematis emendanda censuerit, scriptam formulam proponere tenetur, prioribus substituendam.

§ 7. Disceptatione generali alicuius schematis in Congregatione generali iam inita, propositio generalis de eodem schemate vel emendationum conspectus organicus a quinquaginta saltem Patribus exhiberi potest Moderatori,

qui rem Commissioni de Concilii negotiis componendis seu coordinandis deferat ut eadem Commissio procedendi rationem definiat.

Art. 34 *(Emendationum admissio vel reiectio)*. Absoluta alicuius schematis disceptatione generali, antequam ad examen singularum partium deveniatur, adprobatio ipsius schematis in universum, vel eiusdem reiectio aut dilatio, decerni potest ad normam Art. 39 § 1.

Art. 35 *(Emendati textus examen)*. Congregatio generalis, audita Relatoris declaratione, singulas integri textus emendati partes examinat easque adprobat vel minus.

Art. 36 *(Subsequentium emendationum examen)*. Si quae emendati schematis partes a Congregatione generali non fuerint adprobatae, ad subsequentes inserendas emendationes eadem ratio ac pro praecedentibus adhibetur ad normam Art. 33-35.

CAP. IX—DE SUFFRAGIIS FERENDIS

Art. 37 *(Formula adhibenda)*. § 1. In Sessionibus publicis, coram Summo Pontifice, formula est: *placet, non placet*.

§ 2. In Congregationibus generalibus pro emendationibus admittendis vel reiciendis formula est: *placet, non placet*; pro unoquoque schemate emendato, sive integro sive diviso, formula est: *placet, non placet, placet iuxta modum*. Qui suffragium dederit: *placet iuxta modum*, tenetur modum clare et concinne scripto tradere.

§ 3. In Commissionibus conciliaribus ad suffragia ferenda adhibetur formula: *placet, non placet, placet iuxta modum*.

Art. 38 *(Modus ferendi suffragia)*. § 1. In Sessionibus publicis et in Congregationibus generalibus suffragia feruntur aptis schedulis, nisi Moderator alium modum praeceperit, ex. gr. surgendo vel sedendo, manum elevando vel minus.

§ 2. In Commissionibus conciliaribus modus ferendi suffragia ab uniuscuiusque Commissionis Praeside determinatur, auditis Vicepraesidibus.

§ 3. In Commissionibus, cum de ferendis suffragiis agitur, suffragatio secreto facienda est si hoc a quinque saltem Membris postuletur.

Art. 39 *(Suffragiorum maioritas)*. § 1. In Sessionibus publicis, in Congregationibus generalibus et in Commissionibus, ad adprobanda schemata vel schematum partes vel emendationes requiruntur duae tertiae partes suffragiorum Patrum praesentium, ad eadem autem reicienda vel differenda sufficit maior suffragiorum pars; pro electionibus autem applicatur C. I. C. can. 101 § 1; et nisi aliud a Summo Pontifice statutum fuerit.

§ 2. Si a Commissionibus conciliaribus, in conficiendo novo textu iuxta emendationes a Congregatione generali adprobatas, praescripta maioritas, quamvis studium et cura adhibita sint, obtineri non potuerit, res tota referatur ad Congregationem generalem.

§ 3. In Tribunali administrativo id decisum habetur quod placuerit parti absolute maiori eorum qui suffragium ferunt.

CAP. X—DE NOVIS PROPONENDIS QUAESTIONIBUS

Art. 40 *(Condiciones ad novas propositas quaestiones admittendas)*. § 1. Novae propositae quaestiones nequeunt admitti nisi: *a)* publicum rei christianae bonum respiciant; *b)* necessarium sit aut saltem opportunum illas a Concilio expendi; *c)* nihil contineant quod a constanti Ecclesiae sensu eiusque traditionibus alienum sit.

§ 2. Novae quaestiones una cum rationibus Moderatori scripto sunt exhibendae.

CAP. XI—DE DISCESSU ET ABSENTIA

Art. 41 *(Patrum discessus)*. «Nemini eorum qui Concilio interesse debent, licet ante discedere, quam Concilium sit rite absolutum, nisi a Concilii Praeside cognita et probata discessionis causa et impetrata abeundi licentia». C. I. C. can. 225: C. I. O. De personis can. 170.

Art. 42 *(Patrum absentia)*. Qui alicui Sessioni publicae vel Congregationi generali interesse nequit, Consilio Praesidentiae per Secretarium generalem absentiae rationem significare debet.

CAP. XII—DE DISPENSATIONE AB OBLIGATIONE RESIDENTIAE

Art. 43 *(Beneficiorum fructuum perceptio)*. Omnes, qui Concilio interesse tenentur vel eidem operam quovis titulo legitime impendunt, haud exclusis Peritis privatis ac Patrum familiaribus, Concilio perdurante et donec eidem adsistunt vel inserviunt, quoslibet suorum beneficiorum reditus ac distributiones quotidianas percipere valent, iis tantum exceptis, quae inter praesentes fieri dicuntur (cf. C. I. C. can. 420 § 1, 9.°).

PARS TERTIA

Ratio procedendi

CAP. I—DE RATIONE PROCEDENDI IN SESSIONIBUS PUBLICIS

Art. 44 *(Sacrorum rituum et caeremoniarum ordo)*. Omnia quaecumque spectant sacros ritus et caeremonias peraguntur iuxta peculiarem Instructionem a Summo Pontifice probatam.

Art. 45 *(Sessionum publicarum indictio)*. Moderator, iuxta Summi Pontificis mandata, Sessionum publicarum diem et horam Patribus opportune significat.

Art. 46 *(Sessionis publicae initium)*. § 1. Die et hora statutis, Patres, Periti conciliares una cum Ministris et Officialibus in Aulam conciliarem conveniunt.

§ 2. Assignatores locorum Patres advenientes ad loca ipsis parata deducunt et nomina praesentium notanda curant ad normam Art. 15 § 4.

§ 3. Missa ab uno ex S. R. E. Cardinalibus celebratur iuxta praecedentem Praesidis designationem.

Art. 47 *(Decretorum et Canonum lectio)*. Secretarius generalis accedit ad solii gradus Summi Pontificis, a quo recipit Decreta et Canones in eadem Sessione examinanda; dein illa ex ambone legit.

Art. 48 *(Decretorum et Canonum suffragatio)*. § 1. Lectis Decretis et Canonibus, Secretarius generalis sequenti formula interrogat Patres: *Emi, Excmi ac Revmi Patres, placentne Vobis Decreta et Canones quae hac Constitutione continentur?*

§ 2. Secretario generali interroganti Patres respondent vota in schedula scribendo, adhibita formula *placet* vel *non placet*, eamque subscribendo.

§ 3. Scrutatores schedulas colligunt et Secretario generali tradunt, ut scrutinium fiat, de quo notarii referunt in actis.

Art. 49 *(Decretorum et Canonum promulgatio)*. § 1. Secretarius generalis suffragiorum summam reverenter exhibet Summo Pontifici dicens: *Beatissime Pater: Decreta et Canones modo examinata placuerunt omnibus Patribus, nemine excepto* (vel si quis forte dissenserit, *tot numero exceptis*).

§ 2. Summus Pontifex si Decreta et Canones confirmare dignatur, sollemnem formulam pronuntiat: *Decreta et Canones modo lecta placuerunt Patribus, nemine dissentiente* (vel si quis forte dissenserit, *tot numero exceptis*) *Nosque, sacro approbante Concilio, illa ita decernimus, statuimus, atque sancimus, ut lecta sunt.*

Art. 50 *(Decretorum et Canonum probatorum instrumentum)*. § 1. Protonotarii et Promotores accedunt ad ultimum solii gradum.

§ 2. Promotores, in medio infimi gradus genuflexi, Protonotarios rogant ut de omnibus quae in Sessione acta sunt unum aut plura instrumentum vel instrumenta conficiant.

§ 3. Senior Protonotarius respondet: *Conficiemus, vobis testibus*, innuens Praepositum Domui Pontificiae et Praefectum Cubiculi, qui pro hoc actu prope dexterum solii latus consistunt.

Art. 51 *(Sessionis publicae finis)*. § 1. Summus Pontifex, post cantum hymni: *Te Deum laudamus*, benedictionem impertitur.

§ 2. Secretarius generalis uniuscuiusque Sessionis publicae relationem scriptam conficiendam ac servandam curat.

CAP. II—DE RATIONE PROCEDENDI IN CONGREGATIONIBUS GENERALIBUS

Art. 52 *(Congregationum generalium indictio)*. In prima Sessione publica Moderator Patribus diem et horam

http://www.obrascatolicas.com

significat, quibus Congregationes generales initium sument.

Art. 53 *(Argumentorum ordo)*. Opportuno tempore Moderator Patres certiores facit de argumentis et ordine disceptationum.

Art. 54 *(Congregationis generalis initium)*. § 1. Die et hora statutis, Patres, Periti conciliares una cum Ministris et Officialibus in Aulam conciliarem conveniunt.

§ 2. Assignatores locorum Patres advenientes ad loca ipsis parata deducunt et nomina praesentium notanda curant ad normam Art. 15 § 4.

§ 3. Missa de Spiritu Sancto celebratur ab uno ex Patribus a Praeside designato; dein Praeses recitat precem: *Adsumus*.

Art. 55 *(Electio Membrorum Commissionum conciliarium)*. Antequam incipiant disputationes, eliguntur a Patribus Membra Commissionum ad normam Art. 6 §§ 2-3, 39 § 1.

Art. 56 *(Schematis propositio et illustratio)*. § 1. Antequam singulae disputationes incipiant distribuenda sunt relationes una cum summario animadversionum (linguis quoque vernaculis si casus ferat) quae iam de re ad Secretariam pervenerint.

§ 2. Moderator argumentum disceptandum nuntiat, et ad ambonem vocat Relatorem vel ex ordine Relatores rite designatos, qui argumentum disceptandum breviter illustrent.

Art. 57 *(Schematis discussio)*. § 1. Moderator, iuxta indicem a Secretario generali confecto, ex ordine ad loquendum Patres vocat, qui antea nomina sua ad hunc finem significaverint.

§ 2. Oratores invicem succedunt proponentes emendationes, quas, absoluto sermone, scriptas Secretario generali tradunt.

§ 3. Expedit quam maxime ut Patres, qui similes rationes exponere intendunt, inter se conveniant ut unum vel paucos oratores eligant qui nomine omnium loquantur.

§ 4. Patres, qui ab aliis Patribus audierunt rationes quas ipsi de eadem re erant exposituri, enixe rogantur ut suae interventioni renuntient.

§ 5. Oratorum indice exhausto, Moderator facultatem loquendi concedere potest Patribus, qui illam petierint perdurante ipsa Congregatione, maxime vero Relatoribus qui facultatem petierint argumentum clarius illustrandi vel oppositas obiectiones refellendi.

§ 6. Disceptationi diutius protractae Moderator finem imponere potest, probante maioris partis Patrum praesentium suffragio, servata autem semper loquendi facultate S. R. E. Cardinalibus necnon Patribus, qui, nedum nomine proprio, sed nomine quoque aliorum saltem quinque Patrum eamdem facultatem petierint; fine vero disceptationis est adhuc tres oratores etiam inter Peritos conciliares designare, cum facultate decem quoque momenta excedendi.

Art. 58 *(Emendationum transmissio ad Commissiones)*. § 1. Absoluta de aliquo schemate vel de eius parte expositione, Moderator decernit propositas emendationes competenti Commissioni mittendas esse.

§ 2. Si quae emendationes duarum vel plurium Commissionum intersint, Moderator statuit quibus Commissionibus emendationes sint mittendae ut ab ipsis Commissionibus unum examen conficiatur; quo in casu eidem Commissioni mixtae praesunt, iuxta praecedentiae normas, Praeses et Vicepraesides Commissionum partem habentium, nisi Summus Pontifex Commissioni mixtae peculiarem Praesidem praeposuerit.

§ 3. Secretarius generalis collectas emendationes ad Commissionem vel Commissiones mittit iuxta Moderatoris designationem.

Art. 59 *(Subsequentium schematum examen)*. Cum subsequentes gradus examinis alicuius schematis continuo peragi nequeunt, hi ad aliud tempus differuntur; atque interim aliorum schematum examen peragi potest.

Art. 60 *(Emendationum examen)*. § 1. Expensae a Commissionibus emendationes typis impressae una cum consimna relatione (seu relationibus) Patribus distribuuntur.

§ 2. Die a Moderatore statuto, quivis Relator suam scriptam de emendationibus relationem illustrat.

§ 3. Secretarius generalis singulas emendationes legit; atque de unaquaque admittenda vel reicienda Patres schedula suffragium ferunt, verbis *placet* vel *non placet*.

§ 4. Scrutatores schedulas colligunt et Secretario generali tradunt, ut scrutinium fiat, de quo notarii referunt in actis.

§ 5. Peracta de emendationibus suffragatione, Secretarius generalis eiusdem exitum Patribus et competenti Commissioni significat.

Art. 61 *(Textu emendati examen)*. § 1. Competens Commissio sive unica sive ex pluribus constituta ad normam Art. 58 § 2, sepositis emendationibus non adprobatis, schema vel schematis partem reformat iuxta probatas emendationes.

§ 2. Textus emendatus, typis impressus, Moderatori traditur atque inter Patres distribuitur.

§ 3. Statuto tempore, Patres, audita Relatoris (seu Relatorum) declaratione, de emendato textu sive integro sive diviso, iuxta Moderatoris ordinationem, schedulis vota proferunt, adhibita formula: *placet*, *non placet*, *placet iuxta modum*; qui votum dederit *placet iuxta modum*, schedulae adicere tenetur *modum* ab ipso intentum.

§ 4. Schema sive integrum sive divisum suffragationi subicitur et probatur vel reicitur vel differtur ad normam Art. 39 § 1.

§ 5. Excepto casu quo schema integrum vel divisum maioritate suffragiorum reiectum fuerit, *modi* propositi examini subiciuntur ad normam Art. 58-60.

§ 6. Postquam omnes schematis partes singulae probatae fuerint, schema integrum probatum censetur.

§ 7. In peculiaribus casibus Moderator novam potest suffragationem super integro schemate exquirere, quo in casu Patres suum iudicium proferunt schedula, adhibita formula *placet* vel *non placet*.

Art. 62 *(Schematis probati Summo Pontifici praesentatio)*. Schema, a Congregatione generali probatum, per Moderatorem Summo Pontifici defertur, cuius est, si censeat, illud Sessioni publicae subicere eiusdemque Sessionis diem statuere.

Art. 63 *(Congregationis generalis finis)*. § 1. Congregationi generali finis a Praeside imponitur prece: *Agimus*.

§ 2. Secretarius generalis curat ut uniuscuiusque Congregationis apta relatio scripta fiat, quae summam rerum gestarum contineat atque Moderatoris et suipsius subscriptione firmetur.

§ 3. Una cum relatione scripta Secretarius generalis omnia Congregationis acta in Concilii archivo sedulo asservanda curat.

Cap. III.—De ratione procedendi in commissionibus

Art. 64 *(Commissionum conciliarium indictio)*. Cuiusvis Commissionis Praeses, auditis Vicepraesidibus, tempora et reliquas circumstantias definit, quibus Patres suae Commissionis convenire debent, eaque eiusdem Commissionis Membris significat.

Art. 65 *(Schematis studium et Relatoris designatio)*. § 1. Commissionis Praeses unumquodque schema Patrum suae Commissionis studio subicit.

§ 2. Praesidis est definire disceptationis rationem, Patrum ac Peritorum consilia exquirenda, linguam adhibendam ad normam Art. 29, modum ferendi suffragia ad normam Art. 38 §§ 2-3.

§ 3. Tres saltem Patres petere possunt ut unus vel plures Periti a Praeside non designati disceptationi intersint.

§ 4. Patres conciliares petere possunt ut ipsi audiantur a Commissione quacumque ut de schemate, de quo disceptatur, exponere valeant suas animadversiones sive nomine proprio sive certi numeri Patrum, sive alicuius regionis; ad quos audiendos Commissio sessionem designat et decernit nomen oratorum et condiciones admissionis.

§ 5. Commissio Relatorem designat, qui schema proponat atque declaret in Congregatione generali iuxta mentem Commissionis vel eiusdem maioris partis; si maiori parti pars minor contradicit, alter Relator a minore parte designari potest.

Art. 66 *(Emendationum ordinatio)*. § 1. Propositas a Patribus in Congregationibus generalibus emendationes competens Commissio, sive unica sive ex pluribus constituta ad normam Art. 58 § 2, ordinat, atque coordinat.

§ 2. Commissio ex suis Membris Relatorem confirmat vel alium eligit, qui de propositis emendationibus scriptam relationem conficiat, in Congregatione generali verbis declarandam.

§ 3. Commissionis Secretarius emendationes ordinatas ac de eisdem relationem typis imprimendas curat atque per Secretarium generalem Moderatori tradit et Patribus distribuit.

Art. 67 *(Emendationum insertio)*. § 1. Suffragatione de emendationibus peracta, Praeses competentis Commissionis, sive unicae sive ex pluribus Commissionibus constitutae ad normam Art. 58 § 2, curat ut adprobatae emendationes schameti inserantur ita ut novus textus fiat, idemque typis impressus Patribus distribuatur.

§ 2. Si loco emendationis certa forma propositae quinque saltem Commissionis Membra aliam substituendam putent, eiusmodi nova forma una cum alia vel eius loco a Commissione examinanda est.

§ 3. Textus emendatus iudicio Congregationis generalis subici nequit, nisi in Commissione retulerit praescriptam suffragiorum maioritatem ad normam Art. 39 §§ 1-2.

Art. 68 *(Subsequentes textus emendationes)*. Si Congregatio generalis, postquam textum emendatum examinaverit, novas requirat emendationes, competens Commissio eas peragendas curat iuxta suffragia in Congregatione generali a Patribus expressa.

Art. 69 *(Conventuum scripta relatio)*. De unoquoque conventu Secretarius Commissionis scriptam relationem conficit.

Art. 70 *(Normae complementares)*. Ubi peculiares normae Commissionibus conciliaribus non traduntur, ratio procedendi Commissionis rationem procedendi Congregationis generalis imitatur.

* Ordo Concilii Oecumenici Vaticani II celebrandi, editio altera recognita, Typis Poliglottis Vaticanis 1963. Adn. C. DE CLERCQ in Apoll. 36 (1963) 204-213.

3128

1963 SEP 14.-PAULUS VI, EPIST. AAS 55 (1963) 734-735

Ad singulos Catholicae Ecclesiae Episcopos ceterosque Patres Concilii Oecumenici Vaticani II:

De Patrum Conciliarium convocatione ad alteram Concilii sessionem celebrandam

Venerabilis Frater Nobis dilectissime, Horum temporum signa et necessitates plane intellegens, Ioannes Pp. XXIII, Decessor Noster, cuius pia memoria apud Nos et universam christianam familiam viget, opus maximum ausu intrepido et animo fidenti est aggressus, Concilium dicimus Oecumenicum Vaticanum Secundum. Quod probe conici licet factum esse peculiari impulsione Providentiae divinae, quae «disponit omnia suaviter»[1] et Ecclesiae, prout res postulat, sapientissime consulit.

Quemadmodum notum est, haec amplissima Synodus universalis hominum studia movit eosque in spem novam erexit, atque adeo nomen Ioannis Pp. XXIII, tanti incepti auctoris, merito claret et immortalitati commendatur. Ipse vero, qui omnes vires ad hoc negotium impenderat et primam partem Concilii Oecumenici celebrarat, Dei inscrutabili consilio, morte est interceptus vehementi cum maerore christifidelium atque etiam eorum, qui catholico non censentur nomine. Tamen dubitandum non est quin, cum, caelesti voluntati humillime obsecutus, ex hac terrena discederet peregrinatione, supernorum munerum copiam promeruerit Ecclesiae, quippe qui vitam suam Deo obtulisset pro felici Concilii exitu.

Nos vero, qui arcana Dei dispositione, in eius locum sumus suffecti, relictam ab eo hereditatem, in nomine Domini et Concilii Patrum fisi opera auxiliatrice, suscepimus. Itaque, quod ardenter est coeptum, non minore cum alacritate pergere cupientes, te, Venerabilis Frater, ad persequendum Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum, cuius altera periodus, ut nosti, die XXIX huius mensis Septembris initium capiet, hisce Litteris convocamus.

735 Quo praecipue haec omnium aetatum creberrima Synodus / spectet, comprehensum habes: etenim, quemadmodum ut laudatus Decessor Noster, Concilium auspicatus, significavit, Catholica Ecclesia ut perenni vigore praedita salutis administra cunctis appareat oportet: ei enim a Christo Domino depositum fidei est traditum, ut ab ea fideliter servaretur eiusque impigra opera omnibus hominibus modo congruenti et consentaneo innotesceret. Haec igitur summa Ecclesiae vis, animos collustrans, alliciens, permovens, e Concilio, quod ad Sancti Petri sepulchrum agitur, nova prodeat vivacitate. Quod ut fieri possit, apostolatus multiplices rationes, aptis subsidiis inductis, erunt promovendae et ad unum celsissimum finem disposite conlungendae, atque etiam laicorum ordo ad hoc salvificum munus participandum efficientius asciscendus. Huc pertinet praeterea sollicitudo Ecclesiae de unitate inter homines provehenda, praesertim inter eos, qui christianos se profitentur; quae quidem sollicitudo his verbis Salvatoris significanter exprimitur: «Fiet unum ovile et unus pastor» [2].

Memores gravissimi negotii, in Concilio gerendi, ad proximos coetus singulos Patres rogamus ut precationes ingeminando et alia pietatis officia exercendo animos parent. Tua etiam cohortatione christifideles tibi commissi adducantur, ut idem praestent volentes, imprimis sacerdotes, viri et mulieres, qui evangelicam perfectionem consectantur, aegroti alioque modo aerumnosi, huius rei causa dolores tolerantes, pueri et puellae, quasi candidi flores Deo acceptissimi.

Adsit igitur, qui Ecclesiae corpus vivificat, Spiritus Sanctus, a te et fidelium choro exoratus, Concilii huius conventibus; fiatque, quod supplices poscimus, ut tandem sit «in omnibus Christus» [3].

Qua bona spe ducti, tibi, Venerabilis Frater, amantis animi Nostri sensus significamus; cuius rei pignus ac testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi et universis, quos pastorali sollertia attingis, libentissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XIV mensis Septembris, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.—Paulus Pp. VI.

[1] *Io.* 10, 16. [2] *Col.* 3, 11.

3129

1963 SEP 24.-SC RITUUM, DECR. AAS 55 (1963) 838

De collecta imperata «de Spiritu Sancto» tempore Concilii

In Adhortatione Apostolica ad universos Episcopos a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Papa VI data, die 14 Septembris 1963, ad invocandum Spiritus Sancti lumen et adsistentiam pro Concilii Vaticani II felici exitu, Sanctitas Sua praescripsit: «ut in omnibus Missis, latini ritus, recitetur collecta imperata de Spiritu Sancto»...

Ad omnem dubitationem tollendam in exsecutione augusti mandati et ut respectus quoque habeatur praescriptionibus Codicis Rubricarum, Sacra haec Rituum Congregatio, de mandato ipsius Sanctitatis, declarat: orationem imperatam de Spiritu Sancto recitari debere in omnibus Missis, perdurantibus Concilii Vaticani sessionibus; servato tamen praescripto Codicis Rubricarum n. 457, d) statuente: «prohibetur omnibus diebus liturgicis I et II classis, in Missis votivis I et II classis, in Missis in cantu et quoties commemorationes privilegiatae numerum pro singulis diebus liturgicis statutum compleverint». Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 24 Septembris 1963.—Arcadius M. Card. Larraona, *Praef.* Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secretis*.

3130

1963 SEP 29.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 55 (1963) 841-859

*Summi Pontificis allocutio * in altera Concilii Oecumenici Vaticani II sessione ineunda:*

De Christo, principio via et fine nostro deque Concilii prosequendi finibus, qui sunt: plenior Ecclesiae notio ac renovatio, christianorum unitatis redintegratio atque Ecclesiae collocutio cum hominibus nostrae aetatis

Salvete, Fratres in Christo dilectissimi, quos undecumque gentium vocavimus, quo sancta et catholica Ecclesia suae protulit Hierarchiae ordines. Salvete vos, qui a Nobis invitati libenter huc confluxistis, ut una Nobiscum in altera interessetis Concilii Oecumenici Vaticani Secundi ses-

* Die XXIX Septembris a. MCMLXIII, dominica XVII post Pentecosten in festo S. Michaëlis Archangeli, altera Concilii Oecumenici Vaticani II sessio inchoata est in Vaticana Basilica, adstante Summo Pontifice Paulo Pp. VI, qui, post Missam Pontificalem sueto ritu ab Emo Cadinali Sacri Collegii Decano celebratam, sollemnem Fidei professionem pronuntiavit, praestitaque a Concilii Patribus obedientia atque ab iisdem Fidei professione iterata, hanc habuit ad universum coetum Allocutionem.

http://www.obrascatolicas.com

sione, quam hodie Nos, auspice Michaële Archangelo, christiani populi Defensore, laeto animo inchoamus.

O, ut in hunc dignissimum Fratrum consessum, in quem ab orientis et occidentis regionibus, ab australibus et septemtrionalibus plagis viri lectissimi convenerunt, apte cadit fatale et nobile nomen *Ecclesiae*, hoc est congregationis et convocationis! O, ut nova quadam ratione nunc verbum illud impleri videtur, quod, dum in hoc intendimus spectaculum, Nostro occurrit animo: *In omnem terram exivit*
842 *sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum!* [1]. O, ut mirabiliter coniunctae elucent arcanae illae Ecclesiae notae, quibus ipsam unam et catholicam praedicamus! Atque ex hoc spectaculo, quo Ecclesia universalis demonstratur, eo adducimur, ut non modo de eius origine apostolica cogitemus, quam hic veluti depictam et celebratam videmus, sed de fine etiam sanctos efficiendi homines, ad quem dilectissima Nobis Ecclesia Dei contendit. Quae sunt propriae Ecclesiae notae, eae refulgent; Christi Sponsae vultus renidet; omniumque nostrum animi eo sensu inflammantur, comperto quidem sed semper arcano, quo percipimus nos mysticum Christi Corpus esse, eamque simul capimus sine exemplo maximam laetitiam, adhuc profanis hominibus incognitam, quae ex illa sententia oritur: *quam iucundum habitare fratres in unum* [2]. Nonnihil igitur iuvare putamus nos, a primo initio, ea perspicere et in animum nostrum admittere, quae ex humano divinoque eventu manant, qui nunc agitur. Hic enim iterum sumus, quasi in altero cenaculo, quod, non amplissima moles, sed congregatorum hominum multitudo facit angustum; hic caelitus Maria Virgo, Christi Mater, profecto nobis assidet; huc, circa Nos, qui, licet postremi tempore et meritis in Petri Apostoli successimus locum, cum eo tamen eandem auctoritatem et munus obtinemus, vos, Venerabiles Fratres, convenistis, qui et ipsi apostoli estis, et a Collegio Apostolico originem ducitis eiusque veri estis heredes; hic eadem fide eademque caritate coniuncti una preces fundemus, hic nos sine dubio superno dono fruemur Spiritus Sancti, praesentis, inflammantis, docentis, corroborantis; hic omnes omnium gentium linguae secum consonabunt, eritque univocus nuntius ad universitatem populorum mittendus; huc securo gressu pervenit Ecclesia, viginti iam saecula in hisce terris peregrinata; hic quasi ad fontem, omnem sitim restinguentem, novamque quamlibet sitim accendentem, reficitur agmen apostolicum, ab universo terrarum orbe congregatum; atque hinc, itinere per mundum perque tempus itinere suscepto, ad propositum contendet, quod ultra has terras est et ultra hoc aevum.

Salvete, Venerabiles Fratres: ita vos accipit vestrum minimus, servus servorum Dei, etsi summis clavibus onustus, a Christo Iesu Petro traditis; ita vobis ille gratias agit de testimoniis oboedientiae et fiduciae, quae vos eidem deferi; ita vobis ille re ipsa ostendit se velle vobiscum et pre-
843 cari, et loqui, et deliberare, et operari. A primo initio alterius ses/sionis magnae huius Synodi, Deum immortalem testamur, in Nostro animo neque ullum inesse humani dominii consilium, neque Nostrae solius potestatis studium; inesse vero votum et voluntatem divini obeundi mandati, quod Nos, Fratres, vestrum omnium constituit interque vos Summum Pastorem. Quod mandatum a vobis id petit, quod Nostrum efficit *gaudium et coronam* [3] hoc est *sanctorum communionem*, vestram erga Nos fidelitatem, animum vestrum Nobiscum coniunctum, operam vestram Nobiscum sociatam. Nos autem in vicem ea vobis deferimus, quae deferre laetamur admodum: Nostram nempe venerationem, existimationem Nostram, Nostram fiduciam, caritatem Nostram.

Erat propositum Nobis ut, quemadmodum traditus mos suadebat, ad vos primas daremus Nostras Litteras Encyclicas; sed cur —ita Nobiscum ipsi quaesivimus— ea scripto communicemus, quae per faustissimam quandam singularemque opportunitatem —per hoc dicimus Concilium Oecumenicum— liceat voce cum praesentibus communicare? Omnino non possumus nunc cuncta exponere, quae mente agitamus, quaeque scriptis facilius tractantur. Sed tamen in praesentia hanc allocutionem sive Concilio huic, sive pontificali muneri Nostro proludere posse putamus. In praesens igitur vox Nostra in vicem reponatur Litterarum Encyclicarum, quas, Deo bene iuvante, ad vos speramus Nos esse daturos, operosis hisce diebus transactis.

Obsequium memoriae Ioannis XXIII delatum

Nunc autem, postquam vobis salutem diximus, oportere existimamus Nosmetipsos vobis proferre. Etenim recentes in pontificali munere sumus, quod obimus, vel potius ini-

[1] *Rom.* 10, 18; *Ps.* 18, 3. [2] *Ps.* 132, 1. [3] *Cfr. Philip.* 4, 1.

mus. Compertum namque habetis, die vicesimo primo superioris mensis Iunii —in quem nimirum diem Sacratissimi Cordis Iesu festum feliciter incidebat— Purpuratorum Patrum Collegium —cui praesenti gaudemus iterum obsequium et venerationem Nostram praebere— Nostra debilitate et humanitate neglecta, ad Romanam episcopalem Sedem, atque adeo ad Summum universae Ecclesiae Pontificatum eligere voluisse.

Qua de re dum Nobiscum recogitamus, facere non possumus, quin simul Nobis repraesentemus Decessorem Nostrum felicis et immortalis recordationis, Ioannem XXIII, quem valde dileximus. Cuius nomen Nobis, lisque omnibus quibus licuit eum contemplari in hac sede, quam Ipsi modo tenemus, memoriam affert eius imaginis dulcis et sacerdota/lis; cum, die undecimo mensis Octobris superioris anni, primam inchoavit sessionem huius Concilii Oecu-
844 menici Vaticani Secundi, eamque habuit orationem, quae non tantum Ecclesiae, sed universae etiam hominum societati visa est praesagientis animi divinatio, ad nostram hanc aetatem quod attinet. Quae quidem oratio in memoria Nostra, in Nostraque conscientia adhuc personat, dum iter ostendit, quod Concilium instet; eademque profecto valebit ad animos nostros ab omni dubitatione, ab omnique lassitudine liberandos, si quae nos in difficili hoc itinere occupaverint. O carum et venerandum Ioannem Pontificem! Grates tibi agantur, tibi tribuantur laudes, quod Concilium hoc, divino quasi instinctus consilio, cogi iussisti, ut simul Ecclesiae novas aperires vias, simul a Christi Dei gratia novas easque belleffluentes aquas, adhuc occultas, in terras derivares. Tu, nullo terrenae rei stimulo incitante, nullis cogentibus singularibus adiunctis, quasi caelestis Numinis divinans consilia, atque in nostrae huius aetatis introspiciens obscuras acerbasque necessitates, comminutum filum Concilii Vaticani Primi resarciendum esse existimasti. Quod faciens, id etiam es consecutus, ut sponte eam diffidentiam discuteres, quam ex illo Concilio quidam immerito collegerant, quasi scilicet ad regendam Ecclesiam satis esset summa potestas Romano Pontifici a Christo Iesu collata atque ab eodem Concilio agnita, praetermisso Conciliorum Oecumenicorum auxilio.

Tu praeterea Fratres, Apostolorum successores, non solum coëgisti, ut intermissa studia et in suspenso relictae leges revocarentur, verum etiam ut iidem se cum Summo Pontefice veluti in unum corpus redactos sentirent, ab eoque robur acciperent et moderationem: *ut sacrum christianae doctrinae depositum efficaciore ratione custodiatur atque proponatur* [4]. Attamen cum nobiliore hoc Concilii proposito illud quoque coniunxisti, quod pastorale appellant, quodque in praesentia magis instans videtur et salubre quam primum. Etenim admonuisti: *Neque opus Nostrum, quasi ad finem primarium, eo spectat, ut de quibusdam capitibus praecipuis doctrinae ecclesiasticae disceptetur*, sed potius ut: *ea ratione pervestigetur et exponatur, quam tempora postulant nostra* [5]. Insuper in iis, ex quibus magisterium ecclesiasticum constituitur, opinionem confirmasti, doctrinam christianam non esse solummodo veritatem ratione, quam fides illustraverit, investigandam, sed etiam verbum, vitam et operationem gignens; neque tantum Ecclesiae auctori/tatem eo spectare debere, ut errores 845
coargueret, qui eam polluissent, sed documenta etiam pronuntiare debere directa et vitalia, quorum eadem est ferax. Cum igitur magisterii ecclesiastici munus neque dumtaxat spectativum sit neque solum negans, necesse idcirco est, ut illud in hoc Concilio magis magisque vim virtutemque demonstret doctrinae Christi, qui dixit: *Verba, quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt* [6].

Nos igitur neutiquam obliviscemur normas, quae a Te, primo huius Concilii Patre, sapientissimo consilio impertitae sunt, et quas iuvat hic in mentem revocare: *... nostrum non est preliosum hunc thesaurum —doctrinae scilicet catholicae— solum custodire, quasi uni antiquitati studeamus; sed alacres sine timore operi, quod nostra exigit aetas, nunc insistamus, iter pergentes, quod Ecclesia a viginti fere saeculis fecit. Quapropter: ... eae inducendae erunt rationes res exponendi, quae cum magisterio, cuius indoles praesertim pastoralis est, magis congruant* [7].

Neque a nobis illa magni momenti quaestio neglegetur, quae omnium unitatem spectat, quotquot in Christo credunt et ad Ipsius volunt pertinere Ecclesiam, quam Tu, Ioannes, indicasti tamquam paternam domum omnibus patentem; ita quidem ut altera celebranda sessio Concilii Oecumenici, a Te statuti et inchoati, viam fideliter terat a Te patefactam, ac proposita, quae flagrantissimis optasti votis, iuvante Deo, assequi possit.

[4] *A. A. S.* v. LIV, 1962, p. 790. [5] *Ibid.*, pp. 791-792. [6] *Io.* 6, 64. [7] *A. A. S.* v. LIV, 1962 pp. 791-792.

Quaenam sint iniiti Concilii principium, via et finis

Quamobrem, Venerabiles Fratres, susceptum pergamus iter. Hoc autem manifestum consilium ad aliud considerandum Nostrum movet animum: idque tam gravis momenti est tamque praeclarum, ut Nos impellat ad illud vobiscum communicandum, quamvis totus hic consessus de eo certior sit factus, eiusque quasi lumine perfundatur.

Undenam, Venerabiles Fratres, iter Nostrum initium sumet? Praeterea quaenam via terenda erit, si magis quam ad rationes modo expositas, ad leges divinas attendamus, quibus obsequi oportet? Denique itineri nostro quinam erit praestituendus finis? Qui quidem finis, dum his in terris degimus, quamquam ad mortalis huius vitae tempora et adiuncta accommodandus est, nihilominus semper spectare debet ad / supremum nominis finem, ad quem
846 post terrestrem hanc peregrinationem perveniamus oportet.

Hae tres quaestiones, quae quamquam intellectu facillimae sunt, maximae tamen sunt gravitatis, nonnisi unam habent responsionem, quam hac ipsa sollemni hora et in hoc consessu, repetendam esse nobismetipsis putamus et universo mundo nuntiandam: scilicet Christum, Christum dicimus, principium nostrum esse, Christum ducem et viam esse nostram, Christum esse spem nostram nostrumque finem.

Utinam hoc Concilium Oecumenicum vinculum illud plane perspectum habeat, unum et multiplex, firmum et incitans, arcanum et manifestum, arctum et suavissimum, quo nos cum Iesu Christo coniungimur, quo haec vivens ac sancta Ecclesia, hoc est nos, copulatur cum Christo, a quo procedimus, per quem vivimus, et ad quem tendimus. Non allo lumine praesens hic consessus noster fulgeat, nisi Christo, qui est lux mundi; non aliam veritatem quaerant animi nostri, nisi verba Domini, qui unus est magister noster; nihil aliud studeamus nisi Eius praeceptis prorsus fideli obsequio obtemperare; non alia fiducia nos suffulciat, nisi ea quae flebilem roborat infirmitatem nostram, cum Ipsius verbis innitatur: *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi* [8].

Utinam hac grandi hora ad Dominum Nostrum Iesum Christum vocem Ipso dignam Nobis liceret extollere! Hic usurpamus Sacrae Liturgiae verba: *Te, Christe, solum novimus — te mente pura et simplici — flendo et canendo quaesumus, — intende nostris sensibus!* [9]. Dum haec verba proferimus, ante oculos nostros, mirabundos ac trepidos, Iesus ipse obversari videtur, et quidem tanta insignis maiestate, quanta in vestris Basilicis, Venerabiles Ecclesiarum Orientalium Fratres, atquae etiam in occidentalibus, Pantocrator refulget. Nosmetipsi quodammodo videmur personam gerere Decessoris Nostri Honorii III, qualis in abside Basilicae Sancti Pauli extra moenia splendido musivo opere effingitur, Christum adorans. Ille Pontifex statura pusillus et corpus quasi exinanitum humi prosternens, Christi pedes osculatur, qui immensa magnitudine praestans, instar magistri regali praeditl maiestate, multitudini in Basilica congregatae, hoc est Ecclesiae, praesidet atque bene precatur. Iamvero spectaculum huiusmodi Nobis re-
847 praesentari videtur, non iam per imaginem in pariete lineis et coloribus descriptam, / sed re ipsa, hoc nempe consessu nostro, qui Christum agnoscit ut principium et fontem, unde humanae redemptionis opus et Ecclesia manant; qui pariter Ecclesiam agnoscit tamquam eiusdem Christi terrestre idemque arcanum spiramentum et continuationem; ita quidem ut mentis nostrae oculi quasi ea Apocalipsis visione percellantur, quam Ioannes Apostolus his verbis describit: *Et ostendit mihi fluvium aquae vivae splendidum tamquam crystallum, procedentem de sede Dei et Agni* [10].

Nobis prorsus opportunum esse videtur, ut hoc Concilium ex huiusmodi imagine, immo vero ex mystica hac celebratione initium capiat. Haec enim celebratio Dominum Nostrum Iesum Christum esse Verbum incarnatum proclamat, Filium Dei et Filium hominis, mundi Redemptorem, hoc est humani generis spem eiuscque unum ac summum Magistrum, Pastorem, Panem vitae, Pontificem nostrum nostramque Hostiam, unicum Mediatorem inter Deum et homines, Servatorem terrae, Regem venturum aeterni saeculi; ac praeterea eadem celebratio declarat nos esse a Christo divinitus vocatos, eiusque esse discipulos, apostolos, testes, administros, legatos; itemque una cum ceteris fidelibus viva ipsius membra, quae in immensum illud atque unum mysticum Corpus coalescunt, quod Ipse, fidei et sacramentorum ope, per humanas, continuas aetates sibi format; ipsius Ecclesiam dicimus, quae spiritualis et aspectabilis societas est, fraterna et hierarchica, nunc temporalis, aliquando autem perpetuo mansura.

[8] *Matth.* 28, 20. [9] *Hymnus ad Laudes*, feria IV. [10] *Apoc.* 22, 1.

Venerabiles Fratres, si id attento animo perpendimus, quod summi momenti est, scilicet Christum esse Conditorem nostrum nostrumque Caput, non oculis cernendum sed verum, ac nos ab Ipso omnia recipere, ita ut cum Eo efficiamur: *Christus totus*, de quo apud Sanctum Augustinum legimus, et quo tota doctrina de Ecclesia perfunditur, tunc sine dubitatione clarius patebunt praecipui huius Concilii fines; quos fines, brevitatis et claritatis causa, ad quattuor redigimus capita, quae sunt; notio vel, si magis id placet, conscientia Ecclesiae, eius renovatio, unitatis redintegratio inter christianos universos, et Ecclesiae collocutio cum nostrae aetatis hominibus.

Notio Ecclesiae plenius definienda

In primis dubium non est, quin id Ecclesia exoptet, immo necessitate et officio cogatur, ad dandam tandem de se ipsa plenam notionem. Ac nobis omnibus plane compertae sunt pulcherrimae imagines, quibus in / Sacris 848
Litteris natura Ecclesiae describitur; ea enim variis in locis appellatur aedificatio Christi, domus Dei, templum et tabernaculum Dei, eiusque populus, grex, vinea, campus, civitas, ac tandem Sponsa Christi eiusque mysticum Corpus. Quarum pulcherrimarum imaginum ubertas causa fuit cur Ecclesia, earum consideratione permota, se ipsam agnosceret ut societatem hisce in terris constitutam, aspectabilem, sacra praeditam hierarchia, pariterque arcana virtute intus animatam. Per praeclaras Encyclicas Litteras Decessoris Nostri Pii XII, quibus initium *Mystici Corporis*, factum est, ut partim implerentur Ecclesiae optata, tradendi plenam de se ipsa doctrinam; partim vero eadem acrius impelleretur ad sui ipsius definitionem dandam propriam atque satis plenam. Concilium Oecumenicum Vaticanum primum iam sibi huiusmodi argumentum proposuerat, ad quod pertractandum, docti viri, sive intra sive extra Catholicae Ecclesiae septa, pluribus externis causis movebantur, cuiusmodi erant: socialis vitae incrementa, quibus huius temporis civilis cultus distinguebatur; aucta commercia inter homines; necessitas varias christianas professiones iudicandi iuxta veram univocamque notionem, in divina revelatione contentam; et id genus alia.

Mirum non est, si fere exactis viginti saeculis, postquam Christi religio condita est, ac post tot incrementa ab Ecclesia catholica ubique suscepta, a ceterisque religiosis communitatibus, quae a Christo nomen ducunt et Ecclesiae appellantur, mirum non est, inquimus, si vera, suprema ac plena notio Ecclesiae, qualem Christus condidit et Apostoli aedificare coeperunt, adhuc accuratiore enuntiatione indiget. Nam Ecclesia mysterium est, scilicet arcana res quae Dei praesentia penitus perfunditur, ac propterea talis est naturae, quae novas semper altioresque suipsius explorationes admittat.

Mens hominis cogitando et inveniendo natura sua progreditur. Ex veritatibus enim, quas experimentis percepit, ad concipiendas cognitiones ascendit ratione et via magis conspicuas et elatas. Ex aliis veritatibus alias dialectice infert; et cum in conspiciendo consistit, rem quandam multiplicem et prima praeditam certitudine, unum aliumve eius prospectum considerat; ita ut illa investigantis animi industria explicetur, de qua humani generis historia enarrat.

Nobis prorsus videtur advenisse nunc tempus, quo circa Ecclesiam Christi veritas magis magisque explorari, digeri, exprimi debeat, fortasse non sollemnibus illis enuntiationibus, quas definitiones dogma/ticas vocant, sed potius 849
declarationibus adhibitis, quibus Ecclesia clariore et graviore magisterio sibi declarat quid de seipsa sentiat.

Conscientia Ecclesiae sibimetipsi clarescit, dum firmissimo obsequio verbis et sententiis Christi adhaeret, dum reverenti memoria Sacrae Traditionis probata praecepta complectitur, dum interiori lumini Spiritus Sancti obsecundat, qui videtur hoc ab Ecclesia nunc exquirere, ut omnibus viribus nitatur, ut qualis ipsa sit ab hominibus plane agnoscatur.

Putamus hoc auspicato fore, ut Spiritus veritatis in hoc Oecumenico Concilio sacris Ordinibus Ecclesiae docentis radiantiorem lucem afferat, et evidentiorem proponat doctrinam de eiusdem Ecclesiae natura; atque perinde contingat, ut quasi Sponsa Christi in Ipso imaginem suam inquirat, et in Ipso, flagrantissimo mota amore, studeat propriam detegere formam, pulchritudinem scilicet, quam Ipse vult in Ecclesia sua elucentem.

Hanc ob rem argumentum princeps, quod in hac altera sessione Oecumenici Concilii proponetur, ad Ecclesiam ipsam spectabit. Cuius propterea intima natura penitus indagabitur, ut, pro humana fandi facultate, eius definitio idcirco exhibeatur, ut vera et primaria constitutio Eccle-

http://www.obrascatolicas.com

siae altius ediscatur et eius multiplex salvificumque manedatum clarius patescat.

Potest inde theologica doctrina magnificas accipere explicationes plane dignas, quae etiam a seiunctis Fratribus attenta consideratione perpendantur, quae quidem explicationes, ut flagrantibus exoptamus votis, ipsis facilius usque iter demonstrent ad consensionum unitatem efficiendam.

Inter varias diversasque quaestiones, de quibus in Concilio pertractabitur, primas habet quae ad vos attinet, utpote Episcopos Ecclesiae Dei. Haud dubitamus asseverare Nos magna spe ac sincera fiducia huiusmodi disceptationem exspectare. Enimvero, salvis declarationibus dogmaticis Oecumenici Concilii Vaticani Primi ad Romanum Pontificem attinentibus, altius investiganda erit doctrina de Episcopatu, de eius muneribus deque eius cum Petro necessitudinibus. Exinde rationes Nobis exponentur, quibus, ad doctrinam et usum vitae quod spectat, in apostolico munere Nostro obeundo utamur. Hoc namque universale munus, quamvis a Christo instructum sit plenitudine et iusta virtute potestatis, quam quidem scitis, poterit tamen auxilii et praesidii maiores vires sibi adiungere, si
850 dilecti et venerabiles Fratres in Episcopatu, / modis et rationibus opportune statuendis, Nobis validiorem et susceptui oneris magis consciam praestabunt adiutricem operam.

Postquam huiusmodi doctrina declarata erit, aliud caput eam enodationem subsequetur, quod ad compositionem pertinebit Corporis visibilis et mystici Christi, Ecclesiam scilicet militantem et peregrinantem in terris, hoc est sacerdotes, religiosos sodales, fideles, itemque seiunctos a nobis Fratres, qui et ipsi ad ei plene adhaerendum vocantur.

Neminem praeterit quodnam momentum et pondus habiturum sit hoc Concilii theologicum munus, ex quo Ecclesia conscientiam sui haurire potest, suae nempe virtutis, lucem, laetitiam et sanctimoniam gignentis. Utinam has spes Nostras impleat Deus!

Catholicae Ecclesiae renovatio

Quae spes ad aliam quoque primariam causam indicti Concilii pertinent; ad sanctae Ecclesiae videlicet renovationem, quam vocant.

Nostra quidem sententia, huiusmodi renovatio proficisci debet pariter e conscientia necessitudinis, qua Ecclesia cum Christo coniungitur. Vult, uti diximus, Ecclesia in Christo imaginem suam inquirere. Si quid umbrae, si quid vitii imaginem suam inquirere. Si quid umbrae, si quid vitii post hanc contemplationem in vultu suo, in sua veste nuptiali animadverterit, quid sponte et strenue ei est agendum? Uti liquet, nihil aliud spectet opus est, nisi ut se renovet, se corrigat, se ad eam congruentiam referat cum divino archetypo suo, quam sequi ex praecipuo officio suo tenetur.

Verba Iesu Christi memoriam repetimus, quae in prece sacerdotali protulit, cum eius supremi cruciatus et mors imminerent: *Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate* [11].

Oecumenicum Concilium Vaticanum Secundum —ut Nostra fert opinio— hanc certam vivendi disciplinam, quam Christus voluit, probare et amplecti debet. Tunc solum, cum interioris sanctimoniae tantum opus perfectum erit, Ecclesia vultum suum universo mundo ostendere poterit, talia fundens dicta: Qui videt me, videt Christum; quemadmodum divinus Redemptor de se dixit: *Qui videt me, videt et Patrem* [12].

Ad hanc rationem, Oecumenicum Concilium veluti novum ver habendum est, quod immensas animorum vires
851 et virtutes, in Ecclesiae sinu quasi occultas, excitet. Concilio enim, ut aperte patet, est propositum, / ut sive interiores Ecclesiae opes sive normae, quibus eius canonica institutа et rituales formae ordinantur, in pristinum redeant vigorem. Scilicet universalis haec Synodus in id nititur, ut Ecclesiae augeat venustam illam perfectionem et sanctimoniam, quae nonnisi Iesu Christi imitatio atque mystica cum eo per Spiritum Sanctum coniunctio eidem tribuere possunt.

Sane quidem Concilium ad florentiorem spectat Ecclesiae renovationem. Attamen cavendum est ne, ex eo quod haec affirmamus atque optamus, quis putet Nos concedere Ecclesiam catholicam nostris his temporibus accusari posse, quod mentem Conditoris sui in re magni momenti violaverit. Quin immo ex explorata planius sua fidelitate erga Christum quoad summas res, eadem grata atque verecunda

[11] *Io.* 17, 19. [12] *Io.* 14, 9.

afficitur laetitia, atque alacritatem studiumque sumit emendandi labes, quae humanae sunt infirmitatis. Itaque renovatio, ad quam Concilium spectat, neque praesentem Ecclesiae vitam subvertere ducenda est, neque eius traditiones interscindere, in iis quae sunt potissima et venerabilia, sed potius his ipsis traditionibus honorem habere, caducis et mendosis formis exutis, atque easdem sinceras feracesque efficere velle.

Nonne ipse Iesus dixit discipulis suis: *Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, et omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat?* [13]. Quae Evangelii verba satis superque sunt ad ostendenda praecipua capita perfectionis, quam nunc temporis appetit et persequitur Ecclesia. Cuius perfectionis caput eiusdem interiorem exterioremque vitabilitatem attingit; Christo enim vivo Ecclesia viva respondere debet. Si vero fides atque caritas sunt principia eius vitae, plane liquet nihil omittendum esse, quod fidei laetam firmitatem novumque conferat alimentum, quodque christianam eruditionem et educationem efficaciorem reddat, ad eas res consequendas. Non esse omittenda dicimus neque studium impensius neque deditior divinae veritatis cultus, quae profecto uti fundamenta sunt habenda huius renovationis. Deinde caritatis disciplina nobilem obtinebit locum. *Ecclesiam caritatis* nempe appetere debemus, si volumus, ut ea potestatem habeat se penitus renovandi atque —quod perquam arduum et difficile est— mundum universum instaurandi. Praeterea caritas, ut omnibus notum est, regina est et veluti radix aliarum christianarum virtutum; hoc est humilitatis, paupertatis, pietatis, se devovendi voluntatis, fortitudinis in veritate profitenda, iustitiae / exquirendae amoris, alia- 852
rumve virium, quas in agendo novus exserit homo.

Qua super re Oecumenici Concilii munus ad latissimos spatiatur campos: quorum unum, praestantissimum sane et caritate florens, sacra Liturgia occupat. De qua cum in prima sessione longe fuseque actum sit, fore speramus, ut nunc ad felicissimos ea perducatur exitus. Ad alios quoque campos eodem certe studio eademque diligentia Patres animum intendent; quamvis timendum sit ne, ob temporis angustias, omnes quaestiones, prout res postulat, explorari queant, ita ut quarundam disquisitio ad aliam futuram sessionem sit differenda.

Unitatis redintegratio inter universos christianos

Tertia est causa Oecumenico huic Concilio a Decessore Nostro Ioanne XXIII praestituta, quae in spiritualium rerum ordine gravissima sane est existimanda: causam dicimus, quae ad «alios christianos» spectat, hoc est ad eos, quos, quamvis in Christo credant, nequimus —o abreptum Nobis gaudium!— inter eos numerare qui sunt Nobiscum vinculo perfectae unitatis Christi coniuncti. Haec unitas, quam per se vi Baptismatis ipsi participare deberent, ab una catholica Ecclesia illis offerri potest, et ab iis vi naturaque sua percupitur.

Etenim ea quae recens in sinu christianarum communitatum a Nobis seiunctarum contingunt quaeque maiora in dies incrementa suscipiunt, duo perspicue demonstrant: Ecclesiam Christi unam esse et unam esse debere; et arcanam hanc et aspectabilem unitatem in rem deduci non posse nisi una fide, nisi participatione eorundem Sacramentorum, nisi apta cohaerentia unici ecclesiastici regiminis, quamvis admitti possint alibi alii sermones, sacri ritus et a maioribus accepti mores, locorum propriae praerogativae, investigationes de rebus spiritualibus, legitima instituta, actionis vitae normae, quas quis praeoptet.

Quid sentiat, quidve agat Concilium, quod attinet ad haec ingentia agmina seiunctorum a Nobis Fratrum, et ad possibiles varietates in unitate? Res prorsus patet. Etiam hanc ob rationem singularis evadit huius convocatio Concilii. Contendit nempe hoc ad oecumenicitatem, ut aiunt, plenam scilicet et universalem: saltem in votis, in precibus Deo admovendis, in praeparatione. Hodie affulget spes, cras fortasse res. Enimvero dum Concilium vocat, numerat, claudit in Christi ovili oves, quae illud iusto plenoque iure constituunt, aperit interea portas, vocem extollit, atque trepidanter praestolatur tot Christi oves, quae unici / 853
ovilis saeptis adhuc non continentur. Quocirca hoc est huius Concilii proprium, ut vocet, ut exspectet, ut confidat fore ut in posterum plures fraterno animo veram oecumenicitatem suam participent.

Omni cum reverentia nunc alloquium Nostrum convertimus ad delegatos christianarum communitatum ab Ecclesia catholica seiunctarum, ab his idcirco missos, ut perso-

[13] *Io.* 15, 1-2.

nam gerentes Observatorum, quos appellant, sollemnibus hisce coetibus intersint.

Suave est Nobis iis salutem ex animo impertire.

Gratias iis agimus, quod huc advenerunt.

Per eos nuntium, amoris Nostri paterni et fraterni interpretem, mittimus ad venerabiles christianas communitates, quarum ipsi hic personam sustinent.

Tremit vox Nostra, cor Nostrum palpitat, propterea quod quemadmodum praesens earum propinquitas Nobis inenarrabile solatium et spem dulcissimam affert, ita diuturna earum separatio animum Nostrum perquam acerbe afficit.

Si quae culpa ob huiusmodi separationem in nos admitenda sit, veniam humili rogatu a Deo petimus, ab ipsisque Fratribus veniam petimus, si iniuriam a nobis se accepisse putent. Ad nos quod attinet, animo parati sumus ad condonandas iniurias catholicae Ecclesiae illatas, et ad relinquendum moerorem, quo confecta est, diuturnarum dissentionum atque separationum causa.

Utinam caelestis Pater hanc nostram affirmationem benigne excipiat, nobisque universis pacem vere fraternam restituat.

Supersunt, ut probe novimus, quaestiones rei natura graves atque implicatae, quae perscrutandae, tractandae atque dissolvendae sunt. Velimus sane, ut id statim fiat ob caritatem Christi, quae urget nos; persuasum tamen habemus multas condiciones requiri, ut causae huiusmodi componi ac dirimi possint; quae quidem condiciones nondum eo pervenerunt, ut res possit expediri. Verum non piget aequo animo faustum expectare tempus, quo perfecta reconciliatio tandem contingat.

Interea autem Observatoribus, qui hic adsunt, quasdam praecipuas rationes confirmare volumus, quibus innixi unitatem ecclesiasticam cum Fratribus seiunctis efficiendam esse putamus, ut eas ad suas quisque communitates christianas referant; itemque ut vox Nostra ad alias etiam venerabiles communitates christianas perveniat, a Nobis seiunctas, quae invitantibus Nobis ut huic Concilio, quamvis sine mutuo officii onere, adessent, renuerunt. Qui
854 quamquam rationes illas, ut opinamur, / iam compertas habent, eas tamen posse hic salutariter declarari opinamur.

Sermo, quo eos alloquimur, est pacificus et sincerus omnino. Nullae in eo insidiae, nulla utilitatis terrestris studia occulta latent. Nos, ut oportet, fidei nostrae, quam divinam esse plane credimus, apertissime ac firmissime adhaeremus. Attamen pro certo habemus eam minime impedimento esse, quominus ad exoptatam consensionem inter nos et Fratres a Nobis seiunctos deveniatur; agitur enim de divina veritate, quae est principium unitatis, non discriminis et separationis. Ceterum nolumus fidem nostram esse causam ob quam cum illis concertemus.

Deinde debita, quae par est, reverentia religiosam hereditatem prosequimur antiquitus acceptam omnibusque communem, quam Fratres seiuncti servaverunt et ex parte etiam bene excoluerunt. Libenter sane eorum studia probamus, qui honeste in sua luce et honore ponere nituntur germanos veritatis vitaeque spiritualis thesauros eorundem Fratrum seiunctorum, ea mente, ut rationes, quae inter nos et illos intercedunt in melius mutentur. Fore autem confidimus, ut et ipsi pari voluntate permoti nostram doctrinam altius cognoscere velint et perspicere, quam rationaliter e divinae Revelationis deposito ea proficiscatur, atque etiam nostrae historiae nostraeque vitae religiosae uberiorem notitiam sibi comparare conentur.

Praeterea, ad rem quod attinet, dicere libet Nobis, qui conscii sumus praegravium difficultatum, quae optatissimae unitati etiamnum officiunt, suppliciter Nos fiduciam Nostram in Deo collocare. Quapropter ei admovere preces pergemus, operamque omnibus viribus dare, ut luculentius praebeamus testimonium vitae vere christianae fraternaeque caritatis. Quodsi eventus spei et exspectationi Nostrae non responderit, haec verba Christi, solacii plena, meminerimus: *Quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum* [14].

Ecclesiae collocutio cum nostrae aetatis hominibus

Denique, Concilio propositum est, ut humanam consortionem nostrae aetatis, quodam quasi ponte instituto, attingat. Rem sane miram! Ecclesia enim, dum, internum vigorem suum Spiritus Sancti ope magis magisque animando, a societate profana, qua circumfunditur, distinguitur atque secernitur, interea apparet ut fermentum vivificum

[14] *Luc.* 18, 27.

et instru/mentum salutis eiusdem humanae consortionis 855
itemque munus missionale sibi praestitutum detegit et confirmat, quod est potissimum officium suum, eo pertinens, ut humano generi, quaecumque eius est condicio, Evangelium, pro accepto mandato, alacri studio annuntiet.

Ceterum vosmetipsi, Venerabiles Fratres, hoc prodigium experiendo novistis. Etenim, primae sessionis initium facientes et auspicali sermone Ioannis XXIII veluti inflammati, statim vestras esse partes duxistis fores aulae huius consessus, ut ita dicamus, patefacere et illico ad omnes homines nuntium salutis, fraternitatis, spei e valvis apertis magna voce mittere. Singulare sane factum, sed admirabile! Prophetiae donum, ut ita dicamus, Ecclesiae datum, tunc de repente erumpere visum est; et quemadmodum Sanctus Petrus Pentecostes die impulsus est, ut sine mora verba faceret et orationem ad populum haberet, ita et vos confestim non de rebus vestris agere voluistis, sed de iis quae ad humanam spectarent familiam, non inter vos colloqui voluistis, sed ad homines vos convertere.

Ex quo colligitur, Venerabiles Fratres, peculiarem notam huius Concilii esse caritatem, eamque amplissimam et vehementissimam, caritatem, quae potius de aliena quam de sua ipsius utilitate cogitat, caritatem dicimus universalem Christi!

Quae profecto caritas animum erigit nostrum. Nam, cum vita hominum, ut nunc est, oculis obversatur nostris, sponte fit ut metu magis afficiamur quam solacio, dolore magis quam laetitia, atque magis ad periculum arcendum et ad errores damnandos quam ad fiduciam et amicitiam moveamur.

Res ipsas spectare oportet, nullo modo vulnus celantes quod pluribus de causis huic ipsi universali Synodo illatum est. Num adeo caeci sumus, ut plura loca in hoc consessu vacua esse non videamus? Ubinam sunt nostri Fratres ex iis Nationibus, ubi Ecclesiae bellum indictum est? Atque in quanam condicione religio ibidem versatur? Quae dum consideramus, graviora eadem videntur, si mentem intendimus ad ea quae novimus, multo magis autem ad ea quae noscere non licet, de sacra Hierarchia, de religiosis viris et sacris virginibus, ac de ingenti filiorum Nostrorum multitudine, qui ob invictam suam erga Christum et Ecclesiam fidelitatem timoribus, vexationibus, aerumnis, oppressionibus sunt obnoxii. Ob huiusmodi dolores quanta afficimur tristitia, et quam vehementer dolemus, cum cernimus in quibusdam territoriis religiosam libertatem, sicut alia praecipua hominis iura, opprimi eorum principiis / et artibus, 856
qui opiniones a suis diversas de re politica, de hominum stirpibus, de cuiusvis generis religione non tolerant. Dolemus praeterea tot adhuc iniurias alicubi iis esse illatas, qui religionem suam honeste ac libere profitere velint. Attamen in hisce malis deplorandis, potius quam acerba verba, sinceram humanamque adhortationem iis iterum adhibere placet, in quos tristis huius condicionis culpa recidit; ut tandem desinant animum gerere catholicae religioni sine causa infensum. Catholicae enim religionis asseclae non inimici vel infidi, sed potius honesti et operosi cives nationis, ad quam pertinent, sunt habendi. Catholicos vero, qui propter suam fidem doloribus premuntur, hanc etiam occasionem nacti, peramanter salutamus et pro ipsis peculiaria a Deo solacia precibus imploramus.

Nec satis hic tristitiae Nostrae. Dum hominum familiam aspicimus, summa aegritudine angimur ob plures alias calamitates quibus conflictatur; ob atheismum potissimum, qui ad humanae consortionis partem pervasit, ita rerum ordinem perturbans, qui ad mentis culturam, ad mores et ad socialem vitam pertinet, ut inter homines germana eiusdem ordinis recta notio pedetemptim deponatur. Etenim dum clarior fit lux, quae e naturalium rerum scientia oritur, passim —pro dolor— obscurior evadit scientia Dei, ac propterea vera etiam hominis scientia. Quare dum progressae artes mirum in modum cuiusvis generis instrumenta perficiunt, quibus homo utatur, magis in dies ipsius occupant animum solitudo, tristitia, desperatio.

De implexis atque multas ob causas tristibus nostrae aetatis hominum condicionibus, plura a Nobis dicenda sunt; sed de iisdem hodie loqui non vacat Nobis. Nunc, ut modo diximus, caritate flagrat animus Noster, sicut flagrat Ecclesia in Concilium coacta. Aetatem hanc nostram eiusque varias et pugnantes significationes summa benevolentia prosequimur, itemque summo afficimur studio, ut amoris, salutis et spei nuntium, quod Christus attulit mundo, nostrorum temporum hominibus deferamus: *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum* [15].

[15] *Io.* 3, 17.

http://www.obrascatolicas.com

Probe noverit mundus se peramanter ab Ecclesia aspici, quae in ipsum sincera fertur admiratione sinceroque proposito movetur non ei dominandi sed serviendi, non eum contemnendi, sed dignitatem ipsius augendi, non eum damnandi, sed solacium et salutem ei afferendi. /

857 Ex hoc Concilio, unde in universum terrarum orbem prospectus patet, peculiari animi sollicitudine ad quosdam hominum coetus Ecclesia suae mentis oculos refert. Scilicet contuetur pauperes, egenos, maerentes, eos qui fame et dolore premuntur, qui in vincula sunt conjecti; hoc est eam humani generis partem peculiari modo aspicit, quae dolet et luget, cum sciat hos homines ad se iure evangelico pertinere; quare gaudet iisdem adhibere Dominica verba: *Venite ad me omnes* [16].

Oculos praeterea Ecclesia conicit in viros doctrina excultos, qui litterarum studiis, rerum naturae investigationi, optimis artibus sunt addicti; hos quoque Ecclesia summo in honore habet, incensissimoque ardore studet eorum excipere experimenta, confirmare ingenii nisus, libertatem tutari, eorumque animis perturbatis et commotis aditum patefacere ad supernas divini verbi divinaeque gratiae regiones.

Respicit ad opifices, ad eorum personae et laboris dignitatem; ad eorum legitima optata; ad necessitatem, qua ipsi tantopere adhuc afflictantur, ut in melius mutentur eorum rationes sociales, eorumque spiritualis vita proficiat; ad munus denique quod ipsis committi possit, recto tamen christianoque animo absolvendum: munus dicimus novum condendi rerum ordinem, in quo homines liberi sint seseque fratres agnoscant. Ecclesia, Mater et Magistra, ipsis praesens adest.

Respicit ad populorum rectores. Pro gravibus monitis, quibus eos saepe appellare debet, Ecclesia hodie haec verba hortationis et fiduciae plena iisdem adhibet: Bono estote animo, Nationum moderatores! Complura bona, quibus hominum vita indiget, hodie vestris gentibus suppeditare potestis, nempe panem, doctrinam, ordinem, dignitatem, liberorum et concordium civium propriam, dummodo tamen noscatis quid sit homo; quam rem vos sapientia christiana tantum plene valet edocere. Coniunctis consiliis agentes ad iustitiae et amoris normam, vos pacem donare potestis, bonum omnium praestantissimum, quod tam sitienter omnes exoptant et Ecclesia tam strenue tuetur ac promovet; atque adeo ex omni gentium familia potestis civitatem unam efficere. Deus vobiscum sit!

Catholica Ecclesia etiam longius respicit, ultra christianae familiae fines; quomodo enim certis terminis circumscribat amorem suum, cum imitari debeat amorem Dei
858 Patris, qui omnibus bona sua dilargitur [17], et sic dilexit mundum, ut pro eius salute unigenitum Filium suum / daret? [18]. Ultra igitur christiana castra oculos suos dirigit, et ad alias religiones respicit, quae servant sensum et notionem Dei, unius, creatoris, providentis, summi et rerum naturam trascendentis; quae Dei cultum exercent sincerae pietatis actibus; quaeque ex iis usibus et opinionibus morum et socialis vitae praecepta derivant.

In his quidem religionibus catholica Ecclesia cernit profecto, nec sine dolore, lacunas, defectus et errores; facere tamen non potest, quin ad eas quoque mentem suam convertat, ut easdem certiores faciat, catholicam religionem debita aestimatione iudicare quidquid veri, boni et humani apud ipsas reperitur; itemque ut moneat, ad tuendum in hominibus huius temporis religionis sensum et Dei cultum —quod civilis cultus necessitas et officium postulant— se in prima acie stare, utpote quae Dei iura in homines validissime defendat.

Denique Ecclesia respicit ad alios eosque immensos humanae navitatis campos: ubi nempe novellae iuvenum aetates adolescunt, vivendi et excellendi studio incensae; ubi recentiores nationes conscientiam suorum iurium, libertatem ac civilia instituta sibi vindicant; ubi innumeri homines solitudine laborant, etsi inter tumultum humanae societatis vivant, quae ipsorum animis nullum salutare verbum proferre potest. Ad hos singulos universos Ecclesia vocem suam spei plenam dirigit, atque lucem veritatis, vitae et salutis omnibus optat et praebet, quia Deus *omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire* [19].

Venerabiles Fratres, Munus ministrandae salutis nobis commissum, grande et grave est. Quod ut dignius sustineamus, nunc in hoc sollemni consessu una congregati sumus. Nostrorum animorum concordia, firma atque fraterna, nos ducat et roboret. Communio cum Ecclesia caelesti sit nobis propitia; adsint Sancti Caelites, qui in variis dioeceses peculiari veneratione coluntur et in religiosis familiis; adsint Angeli Sanctique omnes, ac praesertim Sancti Petrus et Paulus, Sanctus Ioannes Baptista, ac peculiarissimo modo Sanctus Ioseph, qui huius Concilii Patronus declaratus est. Assideat nobis, maternam et validam ferens opem, beatissima Virgo Maria, quam incensissimis precibus invocamus; Christus / praesideat; atque 859
omnia cedant in Dei gloriam, in honorem Sanctissimae Trinitatis, cuius benedictionem vobis omnibus audemus impertire, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Adn. Protulit etiam Summus Pontifex **salutationis** verba in lingua orientalibus, quae vide apud AAS 55 (1963) 859.

3131

1963 OCT 10.-SC STUDIORUM, DECRETUM. PART.*

INSTITUTUM CATECHETICUM «LUMEN VITAE» AFFILIATUR PONTIFICIAE UNIVERSITATI GREGORIANAE

Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus, attentis supplicibus litteris Praepositi Generalis Societatis Jesu, Vice-Magni Cancellarii Pont. Universitatis Gregorianae, perpensa approbataque Conventione d. I m. iunii h. a. inter Rectorem eiusdem Pontificiae Universitatis atque Directorem Instituti catechetici Bruxellensis «Lumen Vitae» nuncupati inita, ratisque habitis *Normis* a contrahentibus partibus assumptis ad «Conventionem» ipsam exsequendam, cum compererit non parvum emolumentum utrique altiorum studiorum domicilio inde obventurum esse ad penitiorem obtinendam clericorum iuniorumque sacerdotum praeceptis ac methodis artis catecheticae eruditionem institutionemque, dummodo prae oculis constanter habeantur et Motu Proprio *Quandoquidem* (1949) [LE 2038] et Apostolicae Constitutiones *Menti Nostrae* (1950) [LE 2151] ac *Sedes Sapientiae* (1956) [LE 2579], monitaque fel. rec. Pii Papae XII ad Alumnos Convictus cuiusdam Ecclesiastici d. 14 m. iunii a. D. 1957, ingravescentibus scilicet prospicere necessitatibus «cupidam anxiamque inquisitionem novorum principiorum minime significare, sed potius seduliorem applicationem illorum quae antiqua et aeterna sunt quaeque in Evangeliis principem confirmationem habuerunt», petitionem laudati Praepositi Generalis libenter excipiens, memoratum *Institutum Internationale Catecheticum et Pastorale «Lumen Vitae»* appellatum Facultati Theologicae Pontificiae Universitatis Gregorianae in Urbe pro munere *Affiliatum* constituit declaratque ad quadriennium et experimentum, collata Facultati potestate academicum Sacrae Theologiae Baccalaureatus gradum cum peculiari praestantia «in re pastorali» iis alumnis conferendi qui, curriculo theologico quadriennali in quadam Schola superiore ab Auctoritate Ecclesiastica ad theologiam docendam approbata ad normam can. 1365 C. I. C. expleto, cursus Instituti affiliati ad normam specialium Statutorum rite frequentaverint, examinibus tum scriptis tum oralibus bene superatis, iure praeterea tributo licentiatis S. Theologiae qui in Instituto affiliato speciales cursus ipsis destinatos per annum frequentaverint ut ratio habeatur studiorum in eodem Instituto absolutorum cum ad annum quintum memoratae Facultatis Pont. Universitatis Gregorianae adscripti sint, certis servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis d. X m. Octobris, in festo S. Francisci Borgiae Conf., a D. MCMLXIII.—I. Card. PIZZARDO, *Praef.* Dinus Staffa, *A Secretis.*

* Prot. N. 1569/63: **Acta romana Societatis Iesu** 14 (1961-66) 292-293.

3132

1963 OCT 22.-SC STUDIORUM, LIT. CIRCULARES. PART.*

CRITERIA ET NORMAE SERVANDAE IN CONVENTIONIBUS INEUNDIS INTER PERSONAS IURIDICAS CIVILES ET ECCLESIASTICAS DE ALIQUO OPERE EDUCATIVO AUT BENEFICO EXERCENDO

Convenzioni con Enti Morali per la gestione di opere scolastiche ed educative.

Roma, 22 ottobre 1963

Con Circolare 26 maggio 1946, n. 081/46, questa Sacra Congregazione richiamava l'attenzione degli Istituti dipendenti dall'Autorità Ecclesiastica sulla necessità di richiedere il previo nulla-osta di questo stesso Dicastero per la stipula di convenzioni, contratti, atti e concordati tendenti ad assumere, da parte di Enti Ecclesiastici, giuridicamente riconosciuti, la gestione di istituti ed opere di carattere scolastico ed educativo facenti capo ad Enti o Corpi morali.

La medesima Circolare fissava all'uopo le modalità richieste per il rilascio del prescritto nulla-osta.

È evidente che la stessa procedura debba essere altresì seguita dagli Enti Ecclesiastici suddetti, anche nel caso che i medesimi, attraverso appositi atti vincolanti per entrambe le parti, affidino la gestione di opere di carattere scolastico ed educativo da essi dipendenti, ad Enti o Corpi morali.

A tal fine i legittimi rappresentanti degli Enti in parola, prima di addivenire alla stipula degli atti predetti, vorranno munirsi del previo nulla-osta di questa Sacra Congregazione, inviandone regolare richiesta corredata:

a) del conforme parere dell'Ordinario del luogo;

b) della copia dell'atto da stipulare con l'Ente o Corpo morale, con l'indicazione dei vari diritti e doveri di entrambe le parti e della durata di essi;

c) della copia dello Statuto dell'Ente o Corpo morale, cui sarà affidata la gestione dell'Istituto o dell'opera di carattere scolastico ed educativo dipendenti dagli Enti Ecclesiastici.

Resta inteso che —come veniva già osservato nella predetta Circolare— gli atti da stipulare dovranno contenere la clausola che «la loro validità è subordinata, per quanto riguarda gli impegni assunti dagli Enti Ecclesiastici, all'approvazione —espressa attraverso il rilascio del prescritto nulla-osta— di questa Sacra Congregazione», alla stessa guisa che la validità dei medesimi per ciò che riguarda gli Enti Morali, è sottoposta all'approvazione dell'Autorità tutoria governativa.

Quanto sopra si riferisce alle istituzioni scolastiche ed educative —tenute da Enti Ecclesiastici— di ogni ordine, tipo e grado (dalla Scuola di grado preparatorio alle altre istituzioni di grado elementare, secondario inferiore e superiore).

Con l'occasione si ravvisa l'opportunità di rilevare che, anche nel caso delle Istituzioni di grado preparatorio (Scuole materne), l'eventuale cessione della loro gestione da parte degli Enti Ecclesiastici ad Enti o Corpi morali dev'essere sottoposta ad attento ed accurato esame tenendo presente che i progettati vantaggi derivanti dalla cessione stessa possono, il più delle volte, essere anche realizzati mediante la gestione diretta. Gli Enti Ecclesiastici, difatti, che gestiscono tali istituzioni sanno che trovano l'adeguata assistenza attraverso le organizzazioni specifiche del proprio settore, in particolare la Federazione Nazionale Istituti dipendenti dall'Autorità Ecclesiastica - FIDAE, con sede in Roma, Via dell'Umiltà, gli Uffici Scolastici Diocesani, l'una e gli altri posti sotto l'alta vigilanza di questa Sacra Congregazione.

Con osservanza, G. Card. PIZZARDO, *Praef.* Dino Staffa, *Segretario.*

* Clericis et religiosis Italiae, Prot. N. 081/46/2: **Rivista delle religiose** 13 (1963) 115-116.

3133

1963 OCT 23.-SC STUDIORUM, RESPONSUM. PART.*

DE PERSONIS INTERROGANDIS AD IDONEITATEM CANDIDATORUM ORDINIBUS SACRIS INVESTIGANDAM

Romae, d. d. XXXIII. m. octobris, a. D. MCMLXIII

Illme ac Revme Domine, litteras Tuas d. x m. octobris h. a. datas accepimus, quibus huic Sacrae Congregationi quaesita aliqua proponis, an scilicet Episcopus Sacrarum Ordinationum tempore adventante moderatores cogere possit ad testimonia praebenda, qui haud satis alumnos promovendos se nosse existimant, sive ob recentem muneris susceptionem, sive quod, cum magna ex parte in Seminario maiore versentur, admodum exigua ordinandorum familiari utantur consuetudine.

Quibus probe perpensis, haec quae sequuntur Tibi respondere visum est:

1. Episcopus maximo tenetur officio ideoque maxima fruitur libertate interrogandi omnes qui de eius sententia aliquid conferre possunt ad idoneitatem candidatorum investigandam, utique sarta tectaque fori interni incolumitate.

2. Personae interrogandae, cum ex Instructione *Quam ingens Ecclesiae* [LE 1004] etiam extra Seminarii septa exsistere possint (cfr. n. 5), immo et inter probos laicos quaeri valeant (cfr. n. 8), eo vel magis illae censendae sunt quae munere aliquo in Seminario funguntur. Iure enim conici potest eas tum propria tum aliena scientia aliquid comperisse quod ad hauriendam veritatem conducere valet.

3. Moderatores et Magistri Episcopo, vel per se vel per Rectorem interroganti, respondere tenentur coram Deo ea quae norunt et quomodo norunt; quod si alumnorum vitam et mores bene perspectos qualibet ex causa habere non potuerint, id humiliter at libere profiteantur Episcopo qui, in re tanti momenti, eorum declarationibus proculdubio acquiescet.

Hanc occasionem nactus, bona quaeque Tibi ex animo adprecatus, maneo in Christo Iesu addictissimus.—Iosephus Card. PIZZARDO, *Praef.* Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaestina, *a Secr.*

* **Seminarium** 15 (1963) 641.

3134

1963 NOV 4.-PAULUS VI, EPIST. AAS 55 (1963) 979-995

Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos orbis catholici: quarto exacto saeculo post constituta a Concilio Oecumenico Tridentino sacra Seminaria:

DE SEMINARIORUM NECESSITATE DEQUE INSTITUTIONE SACRORUM ALUMNIS IN SEMINARIIS TRADENDA

PAULUS PP. VI

Venerabiles Fratres - Salutem et Apostolicam Benedictionem

Summi Dei Verbum, *lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [1], quemadmodum aeternae salutis nostrae causa humanam assumere naturam voluit, interque nos aetatem degere, ut nobis ostenderet *gloriam quasi unigeniti plenum gratiae et veritatis* [2], item pro parvo non putavit in tenui Nazarethana domuncula triginta ferme annos latere, ut preces Deo admovendo operaque faciendo convenienter munus suum apostolicum componeret, omniumque virtutum exempla praeberet. In conspectu enim dulcissimo Ioseph ut patris habiti sanctissimaeque matris Mariae, puer Iesus *proficiebat sapientia, et aetate, et gratia apud Deum, et homines* [3].

Atqui, si omnes, qui Christo auctorati sunt, Verbum hominem factum imitari tenentur, profecto ii vel magis tenentur, a quibus non minus morum sanctimonia ostensa, quam evangelica disciplina enuntiata et Sacramentis dispensatis, Christi ipsius persona coram hominibus sustinenda aliquando erit.

Quam ob rem cum Ecclesia sibi conscia esset ad Christi Iesu administrorum officium pertinere, coram hominibus se magistros virtutis primum exemplis editis tum elicitis verbis praestare, ut re ipsa *sal terrae*... et... *lux mundi* [4] fierent, iam inde a primis suae vitae saeculis singulariter cavit, ut adulescentes ad sacerdotium nitentes bene instituerentur et educerentur. Cuius rei gravissimum testem habemus S. Leonem Magnum, apud quem scriptum legimus: *Merito beatorum Patrum venerabiles sanctiones eum de sacerdotum electione loquerentur, eosdem ut idoneos sacris*
980 *administrationibus censuerunt, qui nullo tempore per / singulos officiorum gradus provecti, experimentum sui probabile praebuissent, ut unicuique testimonium vitae suae actuum suorum ratio perhiberet* [5]. Concilia posthac sive universalia sive peculiaria, ut traditas antiquitus consuetudines quodammodo stabilirent gradatim leges usuque definierunt, quae in posterum Ecclesia universa veluti praescripta sancta ascivit. Qua de re satis est circumscripta commemorare decreta a Conciliis Lateranensibus III et IV facta [6].

Attamen cum pro mundi improbitas ordinem ipsum ecclesiasticum plus plusque in dies pervaderet, etnicorumque sensus in scholis quadamtenus reviviscere viderentur,

[1] *Io.* 1, 9. [2] *Ib.* 1, 14. [3] *Luc.* 2, 52. [4] *Matth.* 5, 13-14. [5] *Epist.* 12, *PL.* 54, 650-651. [6] Mansi, *Amplissima Concil. Collect.* XXII, 227, 999, 1013.

http://www.obrascatolicas.com

in quibus erudiebantur adulescentes, factum est ob eas causas, ut quae ab Ecclesia adhuc normae datae essent, ad quas instituerentur sacerdotii tirones, impares iam praesenti rei existimarentur. Quapropter saeculis XV et XVI pernecesse esse censuerunt plurimi, ut simul in universa Christi Ecclesia mores in melius corrigerentur, simul sacrorum alumni et tuti ab impendentibus periculis praestarentur, et opera educatorum praeceptorumque prudentium in domiciliis ad rem idoneis eorum animi, ut oporteret, conformarentur.

Cui summae et angustae necessitudini operam pro viribus Romae dederunt saeculo XV Patres Cardinales Dominicus Capranica et Stephanus Nardinius collegiis conditis, quae ab ipsis nomen invenerunt; saeculo autem XVI S. Ignatius Loiolaeus, in Urbe collegiis constitutis Romano et Germanico, altero magistris, altero alumnis eruditendis. Per idem vero tempus Reginaldus Polus Cardinalis, Archiepiscopus Cantuariensis, Episcopos Cameracensem et Turnacensem hortatus, ut exemplum S. Ignatii sequerentur, illud paravit de Seminariis decretum ad Angliam pertinens, quod Synodus Londinensis anno MDLVI confirmavit, quodque die X mensis Februarii eodem anno in vulgus emissum est. Ad cuius exemplum decreti lex scripta est, paucos post annos a Concilio Tridentino universae posita Ecclesiae, quam caput XVIII continet, quod *De Reformatione* est, die XV mensis Iulii anno MDLXIII ratum habitum [7].

Cum igitur a gravissimo illo decreto nunc quater centesimus exeat annus, huius memoria rei eo diligentius recordanda videtur, quod in celebrationem incurrit Concilii Oecumenici Vaticani II. Hoc enim Concilio coacto Ecclesia, quemadmodum in primis agit, ut opportunis / praeceptis traditis christiani populi mores in melius referantur, ita sane non praetermittet, quin in ea re praecipuas collocet curas, quae ad vitam ipsam totius mystici Corporis Christi maximopere pertinet, ad pueros videlicet conformandos, qui in Seminariis se ad sacerdotium instruunt.

Non est quidem Nobis propositum hoc loco neque ea exponere, quae acta sunt antequam caput confirmaretur, quod ad condenda Seminaria revertebatur, neque in singulis eius praescriptis perpendendis commorari; sed Nos e decreti commemoratione uberiores posse fructus percipi putamus, si hinc, clariore in luce posuerimus commoda ex eo in catholicam Ecclesiam inque hominum societatem profecta, si illinc filiorum Nostrorum memoriam breviter ad quaedam revocaverimus capita de sacerdotii tironibus ad pietatem, ad ingenii cultum, ad quaerendorum Deo animorum studium instituendis; quippe cum aetate hac nostra haec omnia studiosius quam antea sint sane reputanda.

Sacra vero Seminaria praeclaras esse utilitates singulis Ecclesiae dioecesibus allatura facili cogitatione prospexerunt Concilii Tridentini Patres, qui in Sessione XXIII caput, ad eam pertinens, cunctis iusserunt suffragiis. Qua super re haec Sfortia Pallavicinus Card. scribit: *In primis Seminariorum constitutio probata est: multique profiteri non dubitaverunt, etiamsi nihil commodi praeter hoc e Concilio perceptum esset, id ipsum satis omnium laboribus et curis respondisse; utpote quod tamquam instrumentum omnium praesentissimum esset habendum ad perditos mores corrigendos; siquidem in quavis republica hoc evenit communiter, ut ales habeamus cives, quales finxerimus* [8].

Sed quantam spem in aedificandis Seminariis sacrae Ecclesiae potestates defigerent, quod ad Ecclesiae ipsius renovationem, sanctioremque sacerdotum vitam parandam attinebat, e constanti studio colligitur, quo, vix ad finem adducto Concilio, opera data est, ut, per impedimenta omne genus, decreti illius normae efficerentur. Cuius studii Decessor Noster f. r. Pius IV in primis specimen edens, die 1 mensis Februarii anno MDLXV suae Romanae dioecesi Seminarium condidit; quem tamen praeiverant sive eius nepos S. Carolus Borromaeus anno MDLXIV Mediolani Seminario constituto, sive tenuiore quadam ratione Reatinus, Larinensis, Camerinensis, et Montis Politiani Episcopi. Post hos alii Episcopi, ad suarum dioecesium instaurationem intenti, Seminaria excita/verunt, quibus plurimi viri, ilque conspicui, subsidio venerunt, in Ecclesiae utilitatibus diligentissimi. In quorum numerum ascribere iuvat, ad Galliam quod spectat, Petrum de Berulle Cardinalem, Hadrianum Bourdoise, S. Vincentium Paulanum ab eoque conditos sodales, quibus a Missione appellatio, S. Ioannem Eudes, Ioannem Iacobum Olier sacerdotem, ab eoque institutam Societatem, cui a S. Sulpitio nomen. In Italia vero praecipuae S. Gregorii Barbadici laudi tribuendum est, quod exeunte saeculo XVII, assiduas et perpetuas in eo curas posuit, ut nova ratione Seminaria digereret Bergomense et Patavinum, intuitus non modo normas a Concilio Tridentino latas et S. Caroli Borromaei exemplum, sed etiam suorum temporum necessitates, quod ad animorum ornamenta pertineret et bonarum artium studia. Quod apposuit hic Pastor impiger ceteris Italiae Episcopis exemplum, id vel nostris hisce diebus valet plurimum; quandoquidem apte ille cum servatis normis antiquitus traditis novas coniunxit: cuius est generis imperatum linguarum studium populorum orientalium. Hoc namque non parum conferre opinabatur ad cognoscenda commodius sive Sanctorum Patrum sive scriptorum ecclesiasticorum orientalium opera; atque adeo ad seiunctas illas christianas communitates catholicae Ecclesiae paulatim conciliandas. Quae praestantissimi Patavini Episcopi merita commemorare placuit Decessori Nostro fel. rec. Ioanni XXIII, eo die habita homilia, quo Gregorium Barbadicum in Sanctorum caelitum albo sollemni ritu ascripsit [9].

Iure optimo quivis opinari potest, ex hoc Concilii Tridentini decreto, veluti ex semine, in fertilem Ecclesiae agrum, quosdam quasi flores, exilisse Seminaria seu Collegia illa, quibus peculiare quid est propositum; cuius sunt generis et Collegium de Propaganda Fide, Romae excitatum, et Collegium a Missionibus Exteris appellatum, Parisiis erectum; exilisse pariter Collegia variis nationibus vel Romae, vel in Hispania, vel in Flandria constituta; ita quidem ut quaecumque peropportuna domicilia sacerdotii tironibus informandis, ad similitudinem sacri illius Cenaculi, hodie in Ecclesia universa exsistunt, eadem cum arbore illa conferri possint, de qua in evangelica parabola mentio, quae, licet e perexiguo semine nata, ita crevit tamque mirabiliter diffluxit, ut in ramos suos innumeras caeli aves veluti hospites accipere possit [10].

Immortales ergo gratiae a nobis Deo sunt agendae, quod insequenti/bus saeculis, quamvis per multos populos et opiniones et consuetudines serperent, a doctrina a saluberrimoque Ecclesiae munere alienae, tantum afuit ab eo ut Seminaria excitari desinerent, ut in dies longius latiusque erigerentur. Neque solum in Europa id evenit, sed etiam in utraque America, in ipsisque terris evangelica adhuc luce collustrandis, simulatque catholica fides radices egit, Seminaria pariter constituta sunt. Apostolica autem Sedes id prolixe elaboravit semper, ut ad Seminaria quod spectaret, praecepta traderet, cum necessitatibus sive animorum sive mentium congruentia, quae vel temporum vel locorum indoles postularet. Quam multae prudentiae rem dum tangimus, quam Sanctus Spiritus, supernus omnium salutarium praeceptorum auctor, a Conciliis editorum, in primis Summo Ecclesiae Pastori concredidit [11], facere profecto non possumus, quin egregia merita laudemus Decessorum Nostrorum, in quibus enitent Gregorius XIII, Sistus V, Clemens VIII, Urbanus VIII, Innocentius XI, Innocentius XIII, Benedictus XIII, Benedictus XIV, Clemens XIII, Pius VI, Gregorius XVI, Pius IX, Leo XIII, S. Pius X, Benedictus XV, Pius XI, Pius XII, Ioannes XXIII.

Nihil propterea mirum, si Seminaria, in quae tot tantaeque curae ab Apostolica Sede et a vigilantissimis ubique gentium Episcopis collatae sunt, ingentia ceperunt incrementa, maxima cum Ecclesiae civilisque consortionis utilitate. Iamvero haec magna et egregia commoda saeculis volventibus a Seminariis parta, Decessor Noster fel. rec. Pius IX appellare voluit Litteris Apostolicis *Cum Romani Pontifices*, die XXVIII mensis Iunii anno MDCCCLIII datis, quibus Seminarium Pianum condidit. Iis enim Litteris cum civitatum moderatores, tum homines quoslibet, publici boni studiosos, docuit *quantopere ad augustae religionis et humanae societatis incolumitatem prosperitatemque procurandam, atque ad veram sanamque doctrinam tuendam conduceret recta et accurata cleri institutio* [12].

Artam huiusmodi salutaremque conexionem, quae inter populorum progressum, ad religionem, ad mores, ad mentis culturam attinentem, et congruum sacrorum administrorum numerum sanctitudine doctrinaque conspicuorum intercedit, rursus Pius XI gravibus hisce verbis significavit: *Id enim est eiusmodi, quod Ecclesiae et dignitatem et efficientiam et vitam ipsam coniunctam habet; quodque ad salutem / humani generis tam interest quam quod maxime: siquidem quae mundo parta sunt a Iesu Christo Redemptore immensa beneficia, ea non cum hominibus nisi per* ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei *communicantur* [13]. Exemplum igitur libenter capientes a Decessore Nostro Pio XII,

Zaccaria, Tom. IV, Roma 1833, p. 344. [7] Cfr. *A. A. S.* LXII, 1960, pp. 458-459. [8] Cfr. *Matth.* 13, 31-32. [9] Cfr. *Act.* 15, 28.
[10] Cfr. Pii IX P. M. *Acta*, vol. I, 1846-1854, p. 473.
[11] Epist. Apost. *Officiorum omnium*, *A. A. S.* XIV, 1922, p. 449 [LE 443].

aptissimam sententiam usurpamus a Leone XIII imm. mem. de Seminariis prolatam: *quorum cum statu fortuna Ecclesiae coniungitur maxime* [14].

Quare, dum omnes Venerabiles in Episcopatu Fratres, sacerdotes et christifideles rogamus, ut omnipotenti Deo, bonorum omnium largitori, debitas grates persolvant de praestantissimis beneficiis, quae e providenter conditis Seminariis in Ecclesiam profecta sunt, interea saecularis huius celebrationis opportunitate libenter utimur, ut omnibus paternam adhortationem adhibeamus. Scilicet universos catholicae Ecclesiae filios commonere cupimus, ut se communi officio divinctos sentiant, auxiliatricem operam, quaecumque ea est, Seminariis navandi. Haud dubie ad supremos dioecesium Pastores, ad Seminariorum rectores pietatisque magistros, itemque ad variarum disciplinarum praeceptores maxime pertinet in multiplex opus incumbere sacros tirones rite sustentandi, instituendi, tuendi atque educandi. Ad irritum tamen ipsorum actio cadat, aut saltem multo difficilior sit ac minus efficax, nisi praeeat atque adiungatur alacris assiduaque socia opera tum curionum, tum sacerdotum, tum Religiosorum laicorumque hominum, qui iuventuti educandae praeposiri sunt, tum denique, et quidem peculiari modo, christianorum parentum.

Ac revera, si ad sacerdotium animi inclinatio a primo suo initio usque ad plenam maturitatem diligenter expendatur quis non videat, eandem, quamvis Dei donum potissimum sit habenda, nihilominus plurium hominum, sive e clero sive e laicorum ordine, liberalem postulare operam? Etenim, dum nostrorum dierum civilis cultus apud christianum populum externorum bonorum aestimationem atque cupiditatem valde adauxit, minoris inter haec apud multos habentur bona, quae peritura non sunt et ad supernaturalem ordinem pertinent.

Quae cum ita sint, quomodo eveniet, ut plurimi iuvenes, lidemque recta voluntate permoti, sacra capessendi propositum imbibant, si in domestico convictu, vel in scholis, ubi adolescunt, nonnisi profanarum / artium praestantiam atque beneficia laudibus efferri audierint? Nimirum pauci christiani homines pro dolor secum intento animo haec reputant Servatoris nostri monitoria verba: *Quid enim prodest homini, si lucretur mundum totum, et detrimentum animae suae faciat?* [15]. Nimirum arduum est, inter innumera huius saeculi oblectamenta atque illecebras, in proprios referre mores hanc Apostoli sententiam: *Non contemplantes nos quae videntur, sed quae non videntur; quae enim videntur temporalia sunt, quae autem non videntur, aeterna sunt* [16]. Ceterum, nonne Christus Dominus, cum pauperes Galileae piscatores accivit, ut divini muneris sui adiutores fieri vellent, eorum animos ad caelestium praemiorum contemplationem et spem erexit? Etenim cum Simonem et Andream fratres vidisset, piscatoriam artem exercentes, ita eos est allocutus: *Venite post me, et faciam vos piscatores hominum* [17]. Petro autem ceterorum apostolorum nomine ab eo quaerenti, quamnam mercedem acciperent, cum ipsius causa omnia reliquissent, Iesus Christus haec affirmate pollicitus est: *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel* [18].

Quamobrem, ut pueri atque adulescentes aequam sacerdotalis vitae aestimationem faciant ac foveant, eorumque animi ad eam amplectendam sancto ardore incendantur, necesse est, ut idoneae ad id condiciones, cum intra domesticos parietes tum in studiorum domiciliis, pariantur. Iamvero, quamquam pauci christifideles ad sacerdotium vel ad religiosae vitae institutum divinitus vocantur, omnes tamen vivere ac sentire ea ratione tenentur, quae supernaturalis fidei normis apprime respondeat [19]; ac propterea summa observantia ac reverentia eos prosequi, qui vitam totam sive in suam ipsorum sanctimoniam, sive in spirituale humani generis bonum, sive in Dei gloriam amplificandam impendunt. Hoc pacto tantummodo fiet, ut christianum populum magis magisque sensus Christi [20] pervadat, ac facilius sacerdotii candidatorum numerus augeatur. /

Verum, quod ad sacerdotalis militiae incrementum attinet, primae christifidelium partes sunt, preces Deo admovere, Christo Domino praecipiente: *Messis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam* [21]. Ex quibus divini Redemptoris verbis explicate efficitur, ipsius Dei misericordem ac liberrimam voluntatem primum fontem putandum esse, unde animi inclinatio ad sacra capessenda munera proficiscitur. Hac enim de causa Christus Apostolos suos hisce vocibus monebat: *Non vos me elegistis; sed ego elegi vos, et posui vos, ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat* [22]. Atque S. Paulus, quamquam statuerat sacerdotium Iesu Christi sacerdotio veteris Testamenti dignitate antecellere, docebat tamen, potissimum ex divina voluntate quemlibet legitimum sacerdotem pendere, utpote qui suapte natura mediator inter Deum et homines constitutus sit: *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum... Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron* [23]. Longe igitur potiore iure excellens et gratuita habenda est divina vocatio ad Christi sacerdotium participandum, de quo idem Apostolus scribit: *Sic et Christus non semetipsum clarificavit ut Pontifex fieret; ... et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae, appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech* [24]. Recte igitur S. Ioannes Chrysostomus, de sacerdotio agens, haec habet: *Sacerdotium enim in terra peragitur, sed caelestium ordinum classem obtinet: et iure quidem merito. Non enim homo, non angelus, non archangelus, non alia quaepiam creata potestas, sed ipse Paracletus hoc officium ordinavit: qui manentibus in carne auctor fuit, ut angelorum ministerium animo conciperent* [25].

Iuvat tamen animadvertere divinam hanc vocationem ad sacerdotalia munia ineunda, non tantum ad animi dotes, hoc est ad mentem et liberam candidatorum voluntatem spectare, verum etiam ad sensus atque ad ipsum corpus; ita quidem ut homo totus habilis exsistat ad ardua suscipienda sacri muneris officia, quae saepe cum asperis incommodis sunt coniuncta, et quandoque, ut exemplo utamur Boni Pastoris Iesu Christi, vel ipsius iacturam vitae eos facere iubent. A Deo idcirco ad sacer/dotium pueri vel adulescentes vocari nequaquam putandi sunt, qui, cum ingenii atque voluntatis dotibus non satis praediti sint, aut ingenita quadam animi infirmitate vel corporis vitio laborent, non apti propterea existimandi sunt, ad digne explenda complura sui muneris officia, atque ad ecclesiastici ordinis onera ferenda. Contra, solacii plena est Angelici Doctoris sententia, qui confirmat, ad singulos sacerdotes ea pertinere, quae ab Apostolo de primis Evangelii praeconibus dicta sunt. Etenim scribit S. Thomas: *Illos quos Deus ad aliquid eligit, ita praeparat et disponit ut ad id ad quod eliguntur inveniantur idonei, secundum illud* 2 *Cor.*, 3, 6: Idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti [26].

Quamobrem parentes, sacri pastores iique omnes, in quos puerorum iuvenumque educandorum officium recidit, non solum condiciones parent oportet, iis aptas, qui ad sacerdotium vocantur, atque ad eorum augendum numerum supernas Dei gratias precibus impetrent, sed etiam sollerter pro viribus enitantur, ut adulescentuli Seminarium vel aliquod Religiosum Institutum ingrediantur, statim atque iidem palam significaverint et ostenderint, se sacerdotium reapse appetere, et ad illud esse habiles. Nam tunc tantum, cum hoc factum erit, iidem tutius saeculi illecebras praecavere, atque aptissimo in loco divinae vocationis semen excolere poterunt. Tunc pro officio quisque suo moderatores, pietatis magistri praeceptoresque incipient, primum signa diligentius dignoscere, quibus constet utrum Christus hos iuvenes re vera elegerit administros suos, deinde sacerdotii candidatis praesentes adesse, ut iidem ad huiusmodi excelsum munus idoneos se praestent. Quod magnum et difficile educationis opus, intra Seminarii parietes perficiendum, quod adulescentium corpus, pietatem, mores, ingenium attingit, apprime declaratur illo decreti Tridentini capite, cuius verba haec sunt: *Alere ac religiose educare et ecclesiasticis disciplinis instituere* [27].

Sed hoc loco summi momenti haec quaestio proponitur quo videlicet peculiarissimo ac necessario indicio divina ad sacerdotium vocatio dignoscenda sit, quove propterea indicio potissimum ducendi sint qui in Seminario sacris tironibus educandis instituendisque vacant, ac praesertim pietatis magister. Quod indicium haud dubie in recto proposito ponendum est, hoc est in manifesta et firma voluntate, qua quis in divinum famulatum se totum dedere exoptet; idque cogitur ex eiusdem Tri/dentini canonis praescripto, quo statuitur in Seminarium eos dumtaxat iuvenes esse accipiendos: *quorum indoles et voluntas spem ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros* [28]. Quare De-

[14] Epist. *Paternae providaeque: Acta Leonis*, 1899, p. 194; cfr. Pii XII Epist. ad Ep. Poloniae: *Per hos postremos annos*, *A. A. S.* XXXVII, 1945, p. 207.
[15] *Marc.* 8, 36. [16] Cfr. *2 Cor.* 4, 18. [17] *Matth.* 19, 28. [18] Cfr. *Hebr.* 10, [19] Cfr. *1 Cor.* 2, 16. [21] *Matth.* 9, 37-38.

[22] *Io.* 15, 16. [23] *Hebr.* 5, 1-4. [24] *Ib.* 5, 5-9. [25] *De Sacerdotio*, *lib.* III, n. 4; *PG* 48, 642. [26] *Sum. Theol*, P. 3[a], q. 27, a. 4 c. [27] Mansi, *Ampliss. Concil Collect.*, XXIII, 147.
[28] *Concil. Oecumen. Decr.*; Centro di Documentazione, Istituto per le.

http://www.obrascatolicas.com

cessor Noster fel. rec. Pius XI, de recto huiusmodi proposito agens, in praeclaris Litteris Encyclicis, quibus initium *Ad catholici sacerdotii*, asseverare non dubitavit: *Qui ad sacrum huiusmodi institutum ea una nobilique de causa contendat, ut divino famulatui animarumque saluti se dedat, simulque et solidam pietatem et probatam vitae castimoniam, et consentaneam, ut diximus, doctrinam assecutus sit vel assequi nitatur, is profecto, ut perspicue patet, ad sacerdotale ministerium a Deo vocatur* [29].

Attamen, si ad iuvenes in Seminarium recipiendos satis est eos saltem prima indicia ostendere recti propositi atque indolis ad sacerdotale munus eiusque onera habilis, nihilo tamen secius sacrorum alumni, ut rite ad sacros Ordines ac praecipue ad Presbyteratum promoveantur, Episcopo vel Moderatori Ordinis religiosi talem praebere debent sanctorum propositorum maturitatem, ut hi ex animi sui sententia certum habeant, coram se adesse, quos elegit Deus [30].

Ex quo consequitur, ut formidandum gravissimumque onus atque periculum in Ordinarios cadere dicendum sit, utpote ad quos pertineat tum munus ultimum faciendi iudicium de divinae electionis indiciis in sacrorum Ordinum candidatis, tum ius pertineat eos ad sacerdotium vocandi, atque adeo ratam habendi coram Ecclesia efficacemque reddendi divinam ad sacerdotium vocationem, quae in iuvenibus pedetemptim ad maturitatem venit. Haec vis est illis Catechismi Concilii Tridentini verbis subiecta: *Vocari a Deo dicuntur qui a legitimis Ecclesiae ministris vocantur* [31]. Nostra quoque aetate, cum Nobis dolendum est nonnullos Ecclesiae administros ab officiis suis defecisse —quae calamitas severiore adhibita diligentia in sacerdotii tironibus deligendis atque instituendis praecaveri forsitan potuisset— sacri dioecesium Pastores peropportune secum gravia verba perpendent, quibus S. Paulus Timotheum monebat: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis* [32]. /

989

Postquam igitur id summatim memoravimus, quod prorsus requiritur in iis, qui divino afflatu ad sacerdotium vocantur, hoc est manifestam, promptam atque firmam voluntatem sacra munera capessendi, spectatis potissimum Dei gloria amplificanda et sui ipsius fratrumque aeterna salute exquirenda, imo et omnium pretiosissimo divini Servatoris Sanguine redemptorum, non alienum esse arbitramur et alia breviter attingere, quae ad sacerdotii candidatos perfecte absoluteque instituendos prosunt. Quas res, cum summopere ad ipsam conducant Ecclesiae vitam, saepenumero Decessores Nostri pertractatas habuerunt, quorum recentiora scripta, omnibus sane nota, hic recordari iuvat, scilicet: Pii XI Litteras Encyclicas a verbis incipientes *Ad catholici sacerdotii* [33], Pii XII Adhortationem Apostolicam, cui initium: *Menti Nostrae* [34], et Ioannis XXIII Litteras Encyclicas, quibus index: *Sacerdotii Nostri primordia* [35]. Praeterea ad Oecumenicum Concilium Vaticanum II lata est Constitutio *De sacrorum alumnis formandis*, quae, cum probata erit, opportuna Concilii Tridentini decreta, aliaque subsequentia Apostolicae Sedis praescripta perficiet, et sine ulla dubitatione id dabit, ut valde procedat opus ad sacerdotii tirones conquirendos spectans, atque, quod sane maioris momenti est, ad eosdem sive ad sacerdotalium virtutum amorem et exercitationem, sive ad sacrorum rituum studium, sive ad ingenii culturam, sive ad pastoralem, quam vocant, disciplinam informandos.

Dum igitur praeclaras normas, quae de Seminariis a Concilio Oecumenico edentur, exspectamus, supremi muneris Nostri partes esse putamus, omnes hortari, qui sacrorum alumnis erudiendis dant operam, ut pariter pericula acri animo perpendant, quae artem educandi, in Seminariorum usum nunc receptam, eiusque efficacitatem extenuare possunt, atque pariter ea prospiciant, quae in eorumdem institutione alumnorum impensiore studio sunt accuranda.

De insidiis vero, quae, non secus atque fallaces herbae, nostris hisce temporibus plus quam olim, adulescentium animum, quasi agrum cuilibet semini expositum, incedere videntur, voluntatem illam omnes reprehendendi, omnia carpendi indicamus, quae eorum inficiat mentem. Illud praeterea incusandum est, vel minimos natu nullum ferre vinculum velle, sive a lege naturae, sive ab auctoritatibus
990 vel ecclesiasticis / vel civilibus inlectum; atque adeo eos effrenatam agendi libertatem affectare. Nihil igitur mirum si, viribus animi infirmatis et ascensibus ad verum rectumque cohibitis, cum interiores tum exteriores iuvenum sensus

Scientae Religiosae, Herder 1962, p. 726, 38-39. [33] Litt. Encycl. *Ad catholici sacerdotii*, *A. A. S.* XXVIII, 1936, p. 40 [LE 1302]. [34] Cfr. *1 Reg.* 16, 6. [35] *Catech. Concil. Trid.*, p. III, *de Ordine*, 3.
[30] *1 Tim.* 3, 22. [31] *A. A. S.* XXVIII, 1936, pp. 5-53 [LE 1302]. [32] *A. A. S.* XLII, 1950, pp. 657-702 [LE 2151]. [33] *A. A. S.* LI, 1959, pp. 545-579.

debitam rectae rationis bonaeque voluntatis moderationem defugiunt; quippe qui se a continua efficacique gratiae et supernaturalium virtutum vi removerint. Ex quo illud naturae veritatis, quae homines liberat atque salvos praestat [36], informentur oportet ad veritatis studium in loquendo et in agendo, atque adeo ad animi sinceritatem, ad probitatem, ad constantiam, ad fidelitatem; ita S. Paulo dilectum Timotheum hortante: *Noli contendere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. Sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis* [37].

Ut autem efficaciter adulescentium animi emendentur ut mala noxarum vitiorumque germina ipsi praecaveant, utque bona in iis sparsa semina in salutares arbores erumpant, debita ratio habeatur opus est etiam sanarum virium, quae in hominis natura insitae sunt; ita quidem ut ecclesiasticae perfectionis opus in virtutibus naturalibus tamquam in solido fundamento innitatur.

In quam rem opportune quadrare videntur haec Doctoris Angelici verba, sapientiae plena: *Cum enim gratia non tollat naturam, sed perficiat, oportet quod naturalis inclinatio intellectus subserviat fidei, sicut et naturalis inclinatio voluntatis subsequitur caritati* [38].

Verum tamen sanae hominis vires atque naturales virtutes plus aequo non sunt extollendae, quasi veri et permansuri apostolicae alacritatis fructus sint potissimum humanis nisibus tribuendi. Atque illud pariter animadvertere necesse est, non posse iuvenum animos ad ipsas virtutes naturales recte apteque educari atque institui, ad prudentiam nempe, ad iustitiam, ad fortitudinem, ad temperantiam, ad modestiam, ad lenitatem ad ceterasque virtutes cum his conexas, si rectae rationis principia dumtaxat adhibeantur et humanarum disciplinarum normae, cuius sunt generis psychologia experimentalis, et paedagogia, quas vocant.

Catholica enim disciplina edocemur, neminem, vacuum a gratia Servatoris Nostri, quam sanantem appellant, omnia ipsius naturalis legis praecepta servare posse, neque idcirco perfectas solidasque virtutes adipisci [39].

Quo firmissimo principio posito, illud sequitur, quod in ecclesiasticae vitae usu magni est ponderis, humanam nempe educationem pari gradu procedere oportere cum educa-

[36] Cfr. *Io.* 18, 37; 8, 32. [37] *2 Tim.* 2, 14-15. [38] *Sum. Theol.* I[a], q. 1, a. 8 c.
[39] Cfr. Ib. I[a]-II[ae], q. 109, a. 4 c.

992 tione, quae christianum hominem et sacer/dotem addeceat, ut naturae humanae vires evehantur ac roborentur, sive ope precationis, supernaeque gratiae, quae per Paenitentiae et Eucharistiae sacramenta saepe suscepta confertur, sive supernaturalium virtutum pulsu, quibus quidem exercendis naturales virtutes praesidio sint et auxilio.

Neque haec satis. Etenim, ut Apostolus monet, necesse praeterea est, ut hominis vires cum ingenii tum voluntatis fidei normis caritatisque motibus obsecundent; ita quidem ut actiones nostrae ob Domini Nostri Iesu Christi amorem positae, valeant ad sempiternam mercedem promerenda [40].

Quae exposuimus, uti patet, bene expendant opus est, qui divinitus vocati sunt, ut cum Redemptore nostro conuncti pro hominum salute veluti amoris et oboedientiae hostias se devoveant; itemque ut castam, quemadmodum virgines decet, vitam ducant, atque a fluxis huius mundi bonis re et animo abalienatam. Ita enim sacrum ipsorum munus dignius evadet, salutariumque fructuum fecundius. Hac de re ab iis aliquando postulabitur ut, sacri muneris causa, non tantum omnes praestantiores suas dotes commodent, sed etiam ut hinc legitimas quasdam naturae necessitates posthabeant, hinc aerumnas et vexationes perferant, ut Boni Pastoris partes fideli generosoque animo agant. Par namque est quemlibet fidelem Iesu Christi administrum de se ipso dicere posse, quod S. Paulus de se dicebat: *Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem; omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. Omnia autem facio propter Evangelium, ut particeps eius efficiar* [41].

Non aliam agendi rationem secuti sunt tot Episcopi totque sacerdotes, quos Ecclesia omnibus viris, qui rebus divinis praesunt, in exemplum proponit, cum eos in Sanctorum caelitum numerum adscribit.

Haec sunt summa ac praecipua capita, quibus, si de disciplina et de vita spirituali agatur, gravissimum educandi munus continetur, quod, sub Episcopi supremo moderamine, Seminarii rectori pietatisque magistro demandatur.

In id tamen adiutricem conferre curam debent variarum quoque disciplinarum magistri, quod spectat ad sacerdotii tironum ingenii vires congrua via excolendas atque per-
993 ficiendas. /

Ex hac autem socia opera, a Seminarii moderatoribus et praeceptoribus sapienti concordique consilio collata, illud commodi profecto consequetur, ut iuvenibus educatio impertiatur omni ex parte perfecta, iidemque excelsae eiusmodi dignitatis gradum attingant, qui non tantum in communi homine vel in christifideli, sed maxime in sacerdote convenit, utpote qui divinae revelationis lumine penitus sit imbuendus; cuius praesertim rei gratia fiet, ut ipse *perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus* [42]. Etenim meminisse operae est quae S. Ioannes Chrysostomus scribit: *Animum sacerdotis instar lucis orbem illustrantis splendere oportet* [43].

In studiorum denique supellectile, qua adulescens clerus ornari oportet, sane ponenda est non exigua variarum linguarum scientia, in primisque Latinae, si maxime de sacerdotibus agatur Latini ritus; scientia praeterea ponenda est praecipuarum rerum, quae ad historiam, ad physica, ad mathematicas disciplinas, ad terrarum descriptionem, ad formas atque figuras pertinent, quibusque omnes nostrorum temporum homines doctrina exculti, pro populorum diversitate, instruuntur atque informantur. At praestantiores sacerdotalis animi divitiae in illa continentur humana atque christiana sapientia, quae in firma ac certa philosophiae et theologiae institutione constat, secundum S. Thomae rationem, doctrinam atque principia, veritatibus divinitus traditis atque docentis Ecclesiae praeceptis studiose religioseque servatis. Quam pariter institutionem vel efficiunt vel complent hae quae sequuntur disciplinae: Sacrarum litterarum interpretatio iuxta catholicae Ecclesiae hermeneumatis artem atque praecepta, sacra Liturgia, Musicae sacrae disciplina, Ius canonicum, Ecclesiasticarum rerum historia, Archaeologia, Patrologia, Dogmatum historia, Theologia ascetica ac mystica, Hagiographia, sacrae Eloquentiae institutiones, ingenuarum artium praecepta, et id genus alia.

Cum autem maioribus Ordinibus, quos vocant, sacrorum alumnus proxime initiandus erit, primisque deinde annis post initum sacerdotium, ei theologiae, quam pastoralem appellant, opera danda erit, atque omni cura efficiendum,

[40] Cfr. *Col.* 3, 17; *1 Cor.* 13, 1-3. [41] *1 Cor.* 9, 22-23. [42] *2 Tim.* 3, 17. [43] *De Sacerdotio*, lib. VI n. 4, PG 48, 681. [44] *1 Cor.* 3, 22-23. [45] *1 Tim.* 6, 11. [46] *Sum. Theol.* II[a]-II[ae], q. 184, a. 8 c. [47] *2 Cor.* 5, 18. [48] *1 Cor.* 7, 20. [49] Cfr. *Ps.* 99 2.

ut cotidie laboriosius in partem veniat, tamquam auctor negotiorum suae dioecesis, hoc est, divini cultus exercendi, christianae doctrinae tradendae, sacrarum denique expeditionum iu/vandarum et incitandarum; ita ut, qui futurus est animorum pastor, munus suum atque officium paulatim 994
quidem, sed tempestive cognoscat, et se ad illud apte et congruenter accingat. Qua in re magno erit illi auxilio non exiguus Gregoriani cantus sacrique concentus usus atque exercitatio. Tum demum sua studia in unum convertet aspectum suosque labores ad animorum salutem diriget, cum ei persuasum esse debeat, eo omnem industriam esse convertendam, ut Christi et Dei Regnum adveniat, iuxta S. Pauli monitum: *Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei* [44]. Quo enim magis nostrae aetatis homines omnia ad Deum pertinere oblivisci videntur, eo magis ut *alter Christus* et *homo Dei* [45] debet in mundo enitere sacerdos.

Sanctitate igitur ac scientia ornetur necesse est, qui a Deo vocatur, ut Verbi Dei, omnium hominum Redemptoris, nuntius ac minister exsistat; sanctitate, dicimus, in primis eximia, quae sanctitati scilicet praestet sive laicorum hominum sive Religiosorum, sacris non initiatorum, quia, ut Doctor Angelicus merito monet: *Si religiosus ordine careat, sic manifestum est excellere praeeminentiam ordinis, quantum ad dignitatem. Quia per sacrum ordinem aliquis deputatur ad dignissima ministeria, quibus ipsi Christo servitur in sacramento altaris* [46]. Quapropter incensissima erga sanctissimam Eucharistiam pietate eius vita fulgeat opus est, qui augusti huiusmodi Sacramenti consecrator atque dispensator aliquando fieri exoptat; quem quidem Corporis et Sanguinis Christi cultum par est alias pietatis formas coniunctas habere apprime consentaneas: hoc est, pietatem erga venerabile Christi nomen eiusque Cor sacratissimum.

Hisce demum adhortationibus finem facientes, paterna caritate iis gratulamur omnibus, ex utroque clero, qui summa diligentia nec sine magnis iacturis contendunt, ut iuvenes ad sacerdotium inclinatos et reperiant et congregent et instituant. Praecipua vero laude eos Nobis ornare placet, qui iisdem funguntur officiis in illis regionibus, quae graviore clericorum penuria laborant, et ubi maiores difficultates suscipere, atque pericula saepe subire coguntur qui novos sacrorum administros Ecclesiae parare student. Illis etiam gratulari exoptamus qui, Sacrae Seminariorum atque Studiorum Universitatum Congregationis incita-/ 995
mentis praeceptisque obsequentes, summa ope conantur, scriptis editis et conventibus peractis, sacrorum alumnorum institutionem ad exactiorem rationem adducere cum temporum locorumque necessitudine cumque progressibus artis educandi consentaneam, sanctae semper sacerdotalis vitae proposito ac natura servatis. Id enim quam maxime ad Ecclesiae utilitatem decoremque conducit.

Vobis denique, filii dilectissimi, qui intra sacros Seminarii parietes, haud secus atque olim Apostoli in Cenaculo, in maternis oculis Apostolorum Reginae, omni vos diligentia paratis ad potestatem illam, quae omnem humanum modum excedit, adipiscendam, Corpus scilicet et Sanguinem Christi Dei consecrandi et condonandi peccata, et ad Sancti Spiritus largiorem gratiae profusionem accipiendam, quae expeditiores vos reddat ad *reconciliationis ministerium* [47] digne perficiendum, verbis usi Apostoli dicimus: *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat* [48]. Omnes enim qui pariter hominum salutem cum Christo coniunctissimi quaerere volunt, pariter fulgidam sibi aeternae gloriae coronam parare, eos omni docilitate et constanti oboedientia divino instinctui respondere oportet.

Mirabile Dei donum cum animo reputate, et inde a iuvenilibus annis illi *in laetitia et in exsultatione servite* [49].

Ad ultimum vos, Venerabiles Fratres, adhortantes, ut pro viribus haec monita, quae Nobis unus Ecclesiae subiecit amor, ad rem in dioecesibus vestris adducatis, vobis gregibusque unicuique vestrum concreditis, in primisque sacrorum alumnis, propensissimam declaramus voluntatem; cuius esse testem cupimus Apostolicam Benedictionem, quam singulis universis paterno animo impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, in festo S. Caroli Borromaei, die IV mensis Novembris anno MDCCCCLXIII, Pontificatus Nostri primo.—PAULUS PP. VI.

Adn. NrT 85 (1963) 1073-1076; Seminarium 15 (1963) 573-628; 16 (1964) 37-58.

http://www.obrascatolicas.com

3135

1963 NOV 19.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

CONDITIONES DETERMINANTUR AD MATRIMONIUM MIXTAE RELIGIONIS DECLARANDUM NULLUM VI CAN. 72 CONC. TRULLANI

Romae, 19 novembris 1963

Rite pervenerunt ad S. Officium documenta et testimonia circa matrimonium initum Theodore, in ritu byzantino schismatico baptizato, cum Maria in secta lutherana baptizata, quod contenditur nullum ob impedimentum in can. 72 Con. Trull. statutum.

Ad rem communico cum Excellentia Tua Revma matrimonium in casu nullum declarari posse, quatenus certo constet oratorem esse baptizatum in ecclesia schismatica et partem conventam pariter baptizatam esse in secta lutherana.

*Ordinario Chicagiensi. Jurist 25 (1965) 305-306. Vide facti speciem apud Jurist loc. cit. Adn. V. PARLATO in Ius can. 9 (1969) 283-290; P. M. SHANNON in Jurist 23 (1963) 340-351.

3136

1963 NOV 22.-PAULUS VI, CHIR. AAS 56 (1964) 231-234

CONSOCIATIO INTERNATIONALIS MUSICAE SACRAE CANONICE INSTITUITUR

PAULUS PP. VI

Nobile subsidium Liturgiae, disciplinam dicimus Musicae Sacrae, qua mentes ad pietatem singulariter solent excitari, praeteritis temporibus curae fuit, estque in praesenti, Apostolicae Sedi; quod documentis Romanorum Pontificum luculenter comprobatur. Etenim hac de re copiose egerunt S. Pius X Litteris, a verbis *Tra le sollecitudini dell'officio pastorale* incipientibus dieque XXII mensis Novembris anno MCMIII motu proprio datis; Pius XI Constitutione Apostolica, cui, die XX mensis Decembris anno MCMXXVIII editae, appellatio est *Divini cultus sanctitatem* [LE 868]; Pius XII Encyclicis Litteris, quae, a prioribus verbis *Musicae sacrae disciplina* [LE 2541] nuncupatae, die XXV mensis Decembris anno MCMLV emissae sunt, atque praeceptionibus, quae, *Instructio de Musica sacra et sacra Liturgia* [LE 2776] appellatae, die III mensis Septembris anno MCMLVIII sunt vulgatae. Ioannes demum
232 XXIII acta Decessorum suorum in memoriam / revocavit, ac studium et progressionem Musicae Sacrae fovit sollerter; qua ex parte iuvat memorare Epistulam, a verbis *Iucunda laudatio* [LE 3021] incipientem, quam die VIII mensis Decembris anno MCMLXI ad dilectum filium Hygginum Anglés Pamies, Pontificii Instituti Musicae Sacrae docendae Praesidem, ob quinquagesimum expletum annum ab eodem Instituto condito, dedit; atque ipsum Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum multis argumentis, in quibus versaretur, hanc etiam rem adiecit.

His Summis Pontificibus propositum erat, ut quotquot egregiae arti Musicae Sacrae operam dant, inter se et cum Apostolica Sede arctius coniungerentur; ut eidem Apostolicae Sedi praesto esset institutum quoddam internationale, cuius ope de necessitatibus, Musicae Sacrae propriis, certior fieret, quoque consulta Supremae Auctoritatis Ecclesiae de ipsa Musica Sacra ad effectum deducerentur; praeterea ut praecipue Missionariis auxilium praeberetur ab solvendam gravem magnique momenti quaestionem Musicae Sacrae in regionibus, missionali labore excolendis, atque varia hac in re incepta congruenti ratione inter se conecterentur; denique ut opera de Musica Sacra, prelo edenda, et studia de huius artis hereditate a maioribus accepta proveherentur.

In iis autem, quae supra dictae sunt, praeceptionibus de Musica Sacra [1], Pius XII, Decessor Noster rec. mem., suasit, ut societates ad Musicam Sacram fovendam institutae numero multiplicarentur earumque fieret consociatio, sive nationalis sive internationalis, eo consilio, ut haec disciplina et ars felicibus incrementis augeretur.

Hoc igitur explentes optatum conspiratisque votis libenter obsecundantes, ab Episcopis nonnullarum nationum Nobis significatis, ea, quae sequuntur, decrevimus atque huius Nostri Chirographi vi decernimus:

I. Consociatio Internationalis Musicae Sacrae canonice
233 instituitur, cui propria est condicio «personae moralis», cuiusque sedes Romae exstabit. /

[1] Cfr. *Instructio de Musica sacra et sacra Liturgia*, n. 117 [LE 2776].

II. Patronus vero eius est Emus Cardinalis Sacrae Rituum Congregationis pro tempore Praefectus.

III. Eidem Consociationi propositum est, ut cooperationem concordemque actionem inter quam plurimos, qui sunt per orbem terrarum et ad quamvis pertinent nationem, studiose promoveat ad Musicam Sacram excolendam eiusque assequendum progressum secundum praescripta Ecclesiae.

IV. Sodalitatis huius Internationalis socii habentur alii ure proprio, alii aggregati:

a) Socii iure proprio sunt Instituta Musicae Sacrae, a Sede Apostolica approbata, et Societates Musicae Sacrae a legitima potestate ecclesiastica rite agnitae.

b) Socii vero aggregati sunt alia Instituta et Societates, prout Coetui Moderatorum visum fuerit.

c) Privati etiam homines possunt in Consociationem cooptari tamquam aggregati, condicionibus tamen ab eodem Coetu Moderatorum praestitutis.

V. Compages vero Consociationis constat e Consilio Generali, e Coetu Moderatorum, atque e Secretariatu:

a) Consilium Generale e cunctis consistit sociis simul adunatis.

b) Coetus Moderatorum, qui Consilio Generali et ipsi Consociationi moderatur, constituitur Praeside ac duobus eius vice fungentibus; qui omnes, proponente ipso Consilio, a Summo Pontifice nominantur munereque tres annos funguntur, scilicet usque ad subsequentem Conventum Internationalem Musicae Sacrae, ad normam statuti n. VI, *b*.

c) Secretariatus constat Secretario et Arcario, qui ambo a Coetu Moderatorum absque praefinito tempore nominantur, quique Romae commorentur necesse est.

VI. *a)* Consilium Generale, suprema praeditum auctoritate, de iis omnibus decernit, quae ad ipsam Consociationem pertinent. Excutit insuper et approbat relationes de opere a Coetu Moderatorum patrato. Deliberat de futurorum sumptuum aestimatione / et de rationibus accepti et 234
expensi, ad Consociationem quod attinet.

b) Congregatur de more singulis triennliis, in Conventibus Internationalibus Musicae Sacrae, nisi aliter visum fuerit.

c) In Consilio Generali voto deliberativo gaudent socii iure proprio cooptati et Delegatus uniuscuiusque Nationis, ab Episcopis eligendus; voto consultivo et voce passiva gaudent socii universi.

VII. Muneris Coetus Moderatorum est ea, quae a Consilio Generali decreta sunt, ad effectum deducere.

VIII. Secretariatus ea universa agit, quae propria sunt muneris viri a secretis et ad rem nummariam pertinent, ductu Praesidis aut, si casus ferat, amborum simul vice eiusdem fungentium, qui omnes, pro casu, rei periculum et onus in se recipiunt.

IX. Personam eiusdem Consociationis gerunt Praeses, aut, eo impedito, ambo simul vice eiusdem fungentes.

X. Patrimonium Consociationis consistit e tributis sociorum, largitionibus inter vivos et mortis causa collatis a piis benefactoribus, et reditibus ex operibus Consociationis exorientibus.

XI. Coetus Moderatorum normas exsecutivas horum Statutorum debet exarare, quas Consilio Generali proponat ad discutiendum et approbandum.

Haec edximus et statuimus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXII mensis Novembris, in festo S. Caeciliae, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.—PAULUS PP. VI.

Adn. F. ROMITA in ME 89 (1964) 555-568.

3137

1963 NOV 23.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

USUS PRIVILEGII PAULINI POST BAPTISMUM ALTERIUS CONIUGIS DECLARATUR NULLUS, ET SOLVITUR IN FAVOREM FIDEI MATRIMONIUM VALIDE INITUM INTER DUOS NON BAPTIZATOS SANATURQUE IN RADICE MATRIMONIUM INITUM INTER DUOS CATHOLICOS CUM IMPEDIMENTO LIGAMINIS

CASUS—In 1943 Jeffery, non-baptized, married Bertha, non-baptized, before a Protestant minister. In 1945, this marriage was annulled by the Civil Court of New York.

On Jeun 4, 1946, Jeffery was baptized in the Catholic Church. On October 15, 1946, the Bishop of Portland, satisfied with the proof of non-baptism, granted Jeffery permission to use the Pauline Privilege in order to marry a Catholic girl. But Jeffery did not use the Pauline Privilege until August 1, 1949.

In December of 1946, Bertha was baptized in the Methodist Church and on December 21, 1946, Bertha married Claudius, non-baptized. Bertha and Claudius were civilly divorced on July 1, 1963, and Bertha now whishes to marry a Catholic.

On August 1, 1949, Jeffery married Susan, a Catholic girl, in the presence of a Catholic priest. Recent reports indicate that Jeffery and Susan are living together in harmony and have two children. Neither of them knows of the present investigation being made by the Diocese of Portland.

DUBIA—The following *dubia* were submitted to the Holy Office on October 10, 1963: 1) Was the use of the Pauline Privilege (on August 1, 1949) rendered invalid by the baptism of Bertha (in December, 1946)? 2) If the answer to the first question is affirmative, may the marriage of Bertha and Claudius (December 21, 1946) be declared null and void on the grounds of *ligamen*, i. e., the previous bond of marriage between Jeffery and Bertha (1943). 3) If the answers to the above questions are affirmative, the Holy See is requested to grant a *sanatio* of the marriage between Jeffery and Susan (August 1, 1949).

RESP.—On November 23, 1963, the Holy Office replied in the affirmative to the first two questions, and at the same time granted a *sanatio* for the marriage of Jeffery and Susan.

*Ordinario Portlandensi. Prot. N. 4071/63m, iuxta summarium traditum a Jurist 25 (1965) 293-294.

3138

1963 NOV 26.-SECRETARIA STATUS, FACUL. PART.*

TRIBUUNTUR VICARIO CAPITULARI FACULTATES QUAE EPISCOPIS RESIDENTIALIBUS COMPETUNT

Die 26 novembris 1963

Exme ac Revme Domine, ad Augustum Pontificem rite pervenerunt humanissimae litterae tuae, die 8 mensis Novembris datae, per quas ab Eo postulasti, ut facultates quae Episcopis residentialibus competunt tibi attribueret.

Qua super re libenter tecum communico Beatissimum Patrem optatis tuis benigne annuisse atque die 20 eiusdem mensis expetitas facultates tibi concessisse pro iis locis, in quibus iurisdictionem exerces.

Hisce vero tibi significatis, summa cum existimatione me profiteri gaudeo Excellentiae Tuae addictissimum.—H. J. Card. CICOGNANI.

*Vicario Capitulari Gorliciamensi. Prot. N. 7357/63: AKKR 133 (1964) 124.

3139

1963 NOV 30.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 56 (1964) 5-12

FACULTATES ET PRIVILEGIA QUAEDAM EPISCOPIS CONCEDUNTUR

PAULUS PP. VI

Pastorale munus, cum quo Christus Iesus gravissima coniunxit officia docendi, ad sanctitatem adducendi, ligandi atque solvendi, sacrorum Antistites, licet multis obsaepti impedimentis, praecipuae tamen caritatis editis exemplis omni tempore coluerunt.

Increbescentibus vero per saeculorum decursum Ecclesiae curis laboribusque, Apostolica Sedes intento semper libentique animo Episcoporum postulationibus respondit, quae ad pastoralem sollicitudinem attinerent, eademque dioecesium Praesules non solum extraordinaria auctoritate et iurisdictione auxit, sed singularibus etiam facultatibus et privilegiis ditavit, quae praesentibus necessitatibus opportune satisfacerent.

Nunc autem, cum ad exitum vergat altera Concilii Oecumenici Vaticani II sessio, cumque Nos nihil optatius habeamus quam Patribus Conciliaribus permagnae existimationis testimonia praebeamus, qua omnes Venerabiles Fratres in Episcopatu prosequimur, eorum vota Nobis visum est libenter excipere, eaque ipsis concedere, quibus simul eorum episcopalis dignitas in sua luce ponatur, simul pastorale munus efficacius expeditiusque reddatur. Id enim cum officio Nostro Pastoris universalis apprime congruere putamus. Dum vero haec Episcopis magna voluntate im-

pertimus, eos pariter rogamus, ut iidem omnes, cum Christo et Nobiscum, eius in terris Vicario, artissime coniuncti, flagrantisque caritatis afflatu commoti, *sollicitudinem illam omnium ecclesiarum* (cfr. *II Cor.* 11, 28), quae Nostros aggravat humeros, leviorem adiutrice sua ipsorum opera efficere studeant. /

6

Quoniam de facultatibus praestantissimis agitur, eas ita concedimus, ut aliis delegari ab Episcopis non possint, praeter quam Coadiutori, Auxiliaribus et Vicario Generali, nisi in singularum facultatum concessione aliud expresse caveatur.

Ad normam autem iuris vigentis, huiusmodi facultates, quas Episcopis residentialibus iure competere declaramus, competunt etiam iure Vicariis et Praefectis Apostolicis, Administratoribus Apostolicis permanenter constitutis, Abbatibus et Praelatis *nullius*, qui omnes in suo territorio iisdem iuribus et facultatibus gaudent, quae in propriis dioecesibus competunt Episcopis residentialibus. Et quamvis Vicarii et Praefecti Apostolici nequeant Vicarium Generalem constituere, iidem tamen has facultates, de quibus agitur, suo quisque Vicario Delegato legitime delegare valent.

Itaque, omnibus mature perpensis, pro Nostra reverentia atque caritate erga singulos catholicae Ecclesiae Episcopos, motu proprio ac Nostra Apostolica Auctoritate decernimus atque statuimus, ut a die VIII mensis Decembris huius anni MCMLXIII Episcopi statim legitime uti frui valeant facultatibus et privilegiis, quae sequuntur.

I—FACULTATES QUAE IURE EPISCOPO RESIDENTIALI COMPETUNT A MOMENTO CANONICE CAPTAE DIOECESIS POSSESSIONIS, QUAS TAMEN ALIIS, PRAETER QUAM EPISCOPIS COADIUTORI ET AUXILIARIBUS ATQUE VICARIO GENERALI, DELEGARE NON POTEST, NISI IN IISDEM EXPRESSE DICATUR.

1. Prorogandi, ex iusta causa, sed non ultra mensem, legitimum usum rescriptorum seu indultorum, quae ab Apostolica Sede concessa fuerint et exspiraverint, quin tempestive preces pro eorum prorogatione ad eamdem Apostolicam Sedem missae sint: facta tamen obligatione statim ad ipsam recurrendi pro gratia aut, si petitio iam facta fuerit, pro responsione obtinenda.

2. Concedendi sacerdotibus ut, propter penuriam cleri et iusta de causa, Missam bis diebus festalibus celebrare possint; et etiam ter diebus dominicis aliisque festis de praecepto, si vera necessitas pastoralis id postulet.

3. Permittendi sacerdotibus, qui bis vel ter Missam celebrent, ut aliquid per modum potus sumant, etsi non intercedat spatium unius horae ante celebrationem Missae. / 7

4. Permittendi sacerdotibus, iusta de causa, Missam qualibet diei hora celebrare et communionem vespere distribuere, servatis de cetero servandis.

5. Concedendi facultatem sacerdotibus visivae potentiae debilitate laborantibus, vel alia infirmitate detentis, Missam votivam Deiparae Virginis aut defunctorum cotidie celebrandi, adhibita, quoties ea indigeant, alterius sacerdotis vel diaconi assistentia, atque de cetero servata Instructione a S. Rituum Congregatione edita die 15 Aprilis 1961 [LE 2980].

6. Concedendi eamdem facultatem sacerdotibus omnino caecis, dummodo tamen semper adhibeatur alterius sacerdotis vel diaconi assistentia.

7. Concedendi sacerdotibus facultatem Missam celebrandi extra locum sacrum, sed loco honesto et decenti, numquam autem in cubiculo, super petra sacra, per modum actus ex iusta causa, habitualiter autem solummodo ex causa graviore.

8. Item, concedendi facultatem Missam ex iusta causa celebrandi in mari et in fluminibus, debitis adhibitis cautelis.

9. Concedendi facultatem sacerdotibus, indulto altaris portatilis fruentibus, ut, iusta et gravi de causa, pro petra sacra adhibere valeant Graecorum antimensium, vel linteum, ab Episcopo benedictum, in cuius angulo dextro sint reconditae reliquiae Sanctorum Martyrum, pariter ab Episcopo recognitae, servatis de cetero servandis iuxta rubricas, praesertim quoad tobaleas et corporale.

10. Concedendi sacerdotibus infirmis aut aetate provectis facultatem Missam celebrandi domi, non autem in cubiculo, singulis diebus, etiam festis sollemnioribus, servatis legibus liturgicis, sed cum licentia sedendi, si stare non possint.

http://www.obrascatolicas.com

11. Reducendi ob deminutionem redituum, quamdiu causa perduret, ad rationem eleemosynae in dioecesi legitime vigentis, Missas legatorum, quae sint per se stantia, dummodo nemo sit qui obligatione teneatur et utiliter cogi possit ad eleemosynae augmentum faciendum.

12. Item reducendi onera seu legata Missarum gravantium beneficia aliave instituta ecclesiastica, si reditus beneficii aut instituti insufficientes evaserint ad honestam beneficiarii sustentationem et ad implenda opera sacri ministerii forte beneficio adnexa, vel ad finem proprium
8 eiusdem instituti ecclesiastici congruenter consequendum /.

13. Concedendi cappellanis quorumlibet valetudinariorum, brephotropheorum et carcerum facultatem qua, parocho non praesente, fidelibus in periculo mortis constitutis sacramentum Confirmationis administrare valeant, servatis normis a S. Congregatione de disciplina Sacramentorum statutis decreto *Spiritus Sancti munera* d. 14 Septembris 1946, pro sacerdote administrante Sacramentum Confirmationis [LE 1881].

14. Concedendi confessariis scientia et prudentia conspicuis, facultatem fideles quoslibet absolvendi in actu sacramentalis confessionis ab omnibus censuris, etiam reservatis, exceptis tamen: *a)* censuris ab homine; *b)* censuris specialissimo modo Apostolicae Sedi reservatis; *c)* censuris quae sunt adnexae revelationi secreti Sancti Officii; *d)* excommunicatione qua plectuntur sacerdotes omnesque cum illis matrimonium etiam civiliter tantum contrahere praesumentes et actu simul conviventes.

15. Dispensandi, iusta de causa, super ordinandorum defectu aetatis, qui sex integros menses non excedat.

16. Dispensandi super impedimento ad ordines, quo astringuntur filii acatholicorum, quamdiu parentes in suo errore permanent.

17. Dispensandi pro iam ordinatis ad effectum tam Missam celebrandi, quam consequendi et retinendi beneficia ecclesiastica, super quibuscumque irregularitatibus tum ex delicto, tum ex defectu provenientibus, dummodo exinde scandalum ne oriatur et dummodo altaris ministerium rite expleatur, exceptis tamen iis de quibus in canone 985, n. 3 et 4, C. I. C. et praevia abiuratione in manibus absolventis, quando agitur de crimine haeresis vel schismatis.

18. Conferendi sacros ordines extra ecclesiam cathedralem et extra tempore, diebus ferialibus non exceptis, si utilitas pastoralis accedat.

19. Dispensandi, ex iusta et rationabili causa, super omnibus impedimentis matrimonialibus gradus minoris, etiam si agatur de matrimonis mixtis, sed servatis in hoc casu praescriptis cann. 1061-1064 C. I. C.

20. Dispensandi, urgente iusta et gravi causa, super impedimentis mixtae religionis et disparitatis cultus, etiam in casu usus Privilegii Paulini, salvis praescriptis cann.
9 1061-1064 C. I. C. /

21. Sanandi in radice, dummodo consensus perseveret, matrimonia invalida ex impedimentis gradus minoris, vel ex defectu formae, etiam si agatur de matrimonis mixtis, sed servatis, in hoc casu, praescriptis can. 1061 C. I. C.

22. Sanandi in radice, dummodo consensus perseveret, matrimonia invalida ex impedimento disparitatis cultus, etiamsi invalida quoque sint ex defectu formae, servatis tamen praescriptis can. 1061 C. I. C.

23. Permittendi ut, accedente gravi causa, interpellatio coniugis infidelis ante baptismum partis quae ad fidem convertitur fieri possit; necnon, gravi pariter de causa, ab eadem interpellatione, ante baptismum partis quae convertitur, dispensandi; dummodo hoc in casu ex processu saltem summario et extraiudiciali constet interpellationem fieri non posse, vel fore inutilem.

24. Reducendi, iusta de causa, obligationem qua Capitula cathedralia aut collegialia Canonicorum quotidie divina officia in choro rite persolvere tenentur, concedendo scilicet ut chorale servitium vel certis tantummodo diebus, vel aliqua solummodo parte definita absolvi possit.

25. Committendi nonnullis Canonicis, pro necessitate, munera sacri ministerii, magisterii, apostolatus explenda cum excusatione a choro, salvo iure percipiendi fructus praebendae, non autem distributiones sive *inter praesentes*, quae dicuntur, sive cotidianas.

26. Commutandi, ob visivae potentiae debilitatem aut aliam causam, eaque durante, officium divinum in cotidianam recitationem saltem tertiae partis rosarii B. Mariae Virginis vel aliarum precum.

27. Deputandi in casibus particularibus, vel ad tempus, Vicarium Generalem aut alium sacerdotem in dignitate constitutum, ad consecranda altaria portatilia, calices et patenas, iuxta formam in Pontificali praescriptam et adhibitis sacris oleis ab Episcopo benedictis.

28. Permittendi clericis minoribus, religiosis laicis, necnon piis mulieribus ut pallas, corporalia et purificatoria prima quoque ablutione extergere possint.

29. Utendi facultatibus et privilegiis, servato ipsorum ambitu et tenore, quibus Religiones in dioecesi domum habentes gaudent in bonum fidelium. /
10

30. Concedendi sacerdotibus facultatem, qua, ritibus ab Ecclesia praescriptis, stationes *Viae Crucis* erigere valeant, etiam sub divo, cum omnibus indulgentiis quae huiusmodi pium exercitium peragentibus impertitae sunt. Quae tamen facultas exerceri non potest in territorio paroeciali, ubi sita est domus religiosorum qui ex apostolica concessione privilegio gaudent erigendi *Viae Crucis* stationes.

31. Admittendi in Seminario filios illegitimos, si qualitates praebeant, quae pro admissione in Seminarium requiruntur dummodo ne agatur de adulterinis aut sacrilegis.

32. Concedendi licentiam ut, legitima interveniente causa, bona ecclesiastica alienari, oppignorari, hypothecae nomine obligari, locari, emphyteusi redimi possint, et personae morales ecclesiasticae aes alienum contrahere valeant, usque ad eam pecuniae summam, quam nationalis aut regionalis Conferentia Episcoporum proposuerit et Apostolica Sedes adprobaverit.

33. Confirmandi usque ad quintum triennium confessarium ordinarium religiosarum, si ob sacerdotum ad hoc officium idoneorum penuriam aliter provideri nequeat, vel maior religiosarum pars, earum quoque quae in aliis negotiis ius non habent ferendi suffragium, in eiusdem confessarii confirmationem, per secreta suffragia, convenerit: dissentientibus tamen, si velint, aliter providendum erit.

34. Ingrediendi, iusta de causa, intra clausuram pontificiam monasteriorum monialium, quae sita sunt in sua dioecesi, et permittendi, iusta et gravi de causa, ut alii in clausuram admittantur, ac moniales ex ipsa egrediantur: ad tempus vere necessarium.

35. Dispensandi, ad petitionem Superioris competentis super impedimento quo detinentur admittendi in Religionem, qui sectae acatholicae adhaeserunt.

36. Dispensandi, ad petitionem Superioris competentis, super illegitimitate natalium admittendos in Religionem qui sint sacerdotio destinati, et etiam alios si et ipsi ex praescripto Constitutionum in Religionem admitti prohibeantur. Sed in utroque casu dispensari nequeunt adulterini vel sacrilegi.

37. Condonandi ex toto vel ex parte, ad petitionem Superioris competentis, dotem quam afferre debent postulantes admittendae in monasteria monialium vel in aliam Religionem etiam iuris pontificii. /
11

38. Permittendi sodalibus religiosis transitum ab una ad aliam Religionem iuris dioecesani.

39. Dimittendi e dioecesi, urgente gravissima causa, sodales singulos religiosos, si eorum Superior maior monitus prospicere neglexerit, re tamen ad Apostolicam Sedem statim delata.

40. Concedendi, etiam per alios prudentes et idoneos viros, singulis sibi subditis fidelibus licentiam legendi ac retinendi, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, libros et ephemerides prohibita, iis non exceptis quae haeresim vel schisma ex professo propugnent, aut ipsa religionis fundamenta evertere nitantur. Haec autem licentia iis tantum concedi potest qui librorum et ephemeridum prohibitorum lectione indigeant aut ad eadem impugnanda, aut ad proprium munus rite explendum, aut ad studiorum curriculum legitime peragendum.

II—PRIVILEGIA QUAE, PRAETER ALIA IN CODICE IURIS CANONICI SUIS IN TITULIS ENUMERATA, OMNIBUS EPISCOPIS SIVE RESIDENTIALIBUS SIVE TITULARIBUS COMPETUNT AB ACCEPTA AUTHENTICA NOTITIA CANONICAE PROVISIONIS:

1. Verbum Dei ubique terrarum praedicandi, nisi loci Ordinarius expresse renuerit.

2. Confessiones fidelium, etiam religiosarum, ubique terrarum audiendi, nisi loci Ordinarius expresse renuerit.

3. Fideles quoslibet ubique absolvendi ab omnibus peccatis reservatis, excepto tamen peccato falsae delationis,

qua sacerdos innocens accusatur de crimine sollicitationis apud iudices ecclesiasticos.

4. Fideles quoslibet ubique absolvendi in actu sacramentalis confessionis ab omnibus censuris, etiam reservatis, exceptis tamen: *a)* censuris ab homine; *b)* censuris specialissimo modo Apostolicae Sedi reservatis; *c)* censuris quae sunt adnexae revelationi secreti Sancti Officii; *d)* excommunicatione qua plectuntur sacerdotes omnesque cum illis matrimonium etiam civiliter tantum contrahere praesumentes et actu simul conviventes.

Hac facultate Episcopi residentiales pro suis subditis uti possunt etiam pro foro externo.

5. Sanctissimam Eucharistiam in suo oratorio domesticos asservandi, dummodo legum liturgicarum praescripta
12 rite serventur. /

6. Missam celebrandi iusta de causa qualibet diei hora, et Communionem etiam vespere distribuendi, servatis de cetero servandis.

7. Benedicendi ubique solo signo crucis, cum omnibus indulgentiis a Sancta Sede concedi solitis, rosaria aliasque coronas precatorias, cruces, numismata, scapularia a Sede Apostolica probata eaque imponendi sine onere inscriptionis.

8. Sub unica benedictione erigendi, in ecclesiis et oratoriis etiam privatis allisque piis locis, stationes *Viae Crucis* cum omnibus indulgentiis, quae huiusmodi pium exercitium peragentibus impertitae sunt.

Has facultates, haec privilegia perlibenter Fratribus Nostris in Episcopatu concedimus, ea mente et voluntate, quam supra declaravimus; ut nempe haec demum universa ad decus et ad utilitatem pertineant sanctissimae Christi Ecclesiae, cui Nos Nostraque debemus omnia.

Contrariis quibusvis non obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXX mensis Novembris anno MDCCCCLXIII, Pontificatus Nostri primo.— PAULUS PP. VI.

Adn. ANASTASIUS AB UTRECHT in **Laurentianum** 11 (1970) 308-356; T. G. BARBERENA in **REDC** 19 (1964) 117-149; B. I. BELLUCO, **Novissimae Ordinariorum locorum facultates**, Romae 1964; J. BERNHARD in **RDC** 14 (1964) 207-216; 15 (1965) 59-72; F. PERSINI in **Pal. clero** 45 (1966) 148-159; A. M. BOTTOMS in **Jurist** 24 (1964) 423-440; C. BRAGA in **EL** 78 (1964) 158-164; J. BUIS, **Facultates et privilegia episcoporum**, Romae 1964; et in **PrM** 53 (1964) 294-322; et in **BiM** 27 (1963) 144-159; M. CABREROS DE ANTA in **Vida rel.** 22 (1965) 146-153; J. DAHYOT-DOLIVET in **Apoll.** 39 (1966) 201-213; A. DE BONHOME in **Rev. Comm. Rel.** 36 (1964) 23-28; J. DENIS in **An. can.** 10 (1965) 85-95; J. DE J. ANAYA in **Vinculum** 12 (1964) n. 59, p. 28-32, n. 60, p. 15-20, n. 61, p. 120-125; G. P. GRAHAM in **Jurist** 28 (1968) 425-445; I. LEE in **CpR** 43 (1964) 49-66; 44 (1965) 200-201; CH. LEFEBVRE in **An. Can.** 10 (1965) 280-283; M. MIGUELEZ in **REDC** 22 (1967) 183-193; K. MORSDORF in **AKKR** 133 (1964) 82-101; U. NAVARRETE in **PrM** 54 (1965) 301-306; F. ROMITA in **ME** 82 (1963) 543-614; 83 (1964) 546-614; G. ROSSINO in **Perfice munus** 39 (1964) 74-77; T. URQUIRI in **Vida rel.** 22 (1965) 73-83, 208-209. A. J. BEVILACQUA **Juris** 31 (1971) 847-866.

3140

1963 DEC 4.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 56 (1964) 31-40

Allocutio die 4 Dec. mensis an. 1963 ad Patres Conciliares habita, altera exacta Conc. II oecumenici Vaticani sessione:

DE FRUCTIBUS CONCILII IAM ADEPTIS ALIISQUE SECUTURIS

Venerabiles Fratres, Tempus iam advenit, quod huic secundae sessioni Concilii Oecumenici Vaticani II finis afferatur.

Iamdiu vos, vigilantissimi Pastores, a vestris cuiusque sedibus abestis, ubi sacri muneris exercitatio vestram praesentiam postulat, consilium, alacritatem; iam gravis, assiduus, longus factus est labor, quem sive ob religiosas caerimonias, sive ob studia, sive ob conventus hoc Concilii tempore cepistis; iam in sacros Adventus dies incurrimus, per quos animi nostri comparantur ad digne agendam memoriam, quotannis redeuntem, semper sollemnem, semper mirandam, semper plissimam Natalis Domini Nostri Iesu Christi; neque nostrum ullus optato hoc anni spatio potest se aliis cogitationibus, etsi excelsis et sanctis, tradere, praeter celebrationem inenarrabilis illius mysterii, quo Dei Verbum caro factum est; neque nostrum ullus in alia sede, etsi nobili et venerabili, sacros hos ritus perficere potest, praeter eam in qua providentissimus Deus unicuique nostrum vel certam Ecclesiam, vel certam communitatem, vel certum munus sive sacerdotale, sive Pastorale concrediderit.

Oportet igitur cursum, iterum, intermittamus horum gravissimorum conventuum synodalium; oportet fraternas pacatasque salutationes demus invicem et reddamus; oportet rursum accessum et recessum experiamur rerum, quas tempus gignit idemque absumit; oportet inter nos discedamus, postquam quasi fraterno more de rebus sublimioribus sermocinantes, diebus et eventibus fruiti sumus laetis.

Sed id prius fieri nolumus quam gratias Deo habeamus de beneficiis in nos hoc temporis spatio et per huiusmodi opportunitatem collatis. Neque praetermittere possumus memorem voluntatem Nostram iis profiteri, qui in hac Concilii Vaticani sessione interfuerunt, atque quoviscumque modo ad felicem eius exitum adiuverunt. At praecipuam quandam grati animi Nostri significationem pertinere cupimus ad Patres Concilii Oecumenici; ad Praesidum Consilium; ad Commissionem «de coordinandis Concilii laboribus»; ad Moderatores; peculiarique modo ad Se/cre- 32
tariatum Generalem, quem vocant; ad varias Commissiones, uti appellant; ad Peritos; ad eos qui, ut nostrae huic rei faverent, vel scriptis nuntiis vulgandis, vel televisificis imaginibus propagandis dederunt operam; ad eos qui Basilicam Vaticanam, quod ad Concilii necessitates spectaret, instruxerunt, ornaverunt; itemque ad eos qui contulerunt ad Patres Conciliares hospitio excipiendos et variis ministeriis iuvandos. Singularem denique gratiam iis Patribus persolvere placet, qui aut ad huius eventus congruentem ordinationem suis sumptibus profuerunt, aut Fratribus in Episcopatu egentioribus auxilio venerunt, aut ingentibus Ecclesiae necessitatibus succurrerunt, aut hominibus opitulati sunt recentioribus calamitatibus conflictatis.

Antequam laboribus hisce nostris finem faciamus, abs re non esset eosdem breviter perstringere, atque animadvertere eorum qui fuerit cursus, qui fuerint successus. Sed id simul nimis est longum, simul non dat, ut omnia absolute exponere possimus; siquidem multa huius Concilii ad eam gratiae regionem, ad illud intimum animorum regnum pertinent, in quod non semper facilis patet aditus. Accedit quod multi laborum fructus nondum ad maturitatem venerunt, sed, non secus atque semina commissa sulcis, cum a futuro tempore tum vero a divino adiumento germanam atque salutarem quasi aperitionem exspectant.

Attamen ne ex hac sacra Concilii Oecumenici aula discedere videamur immemores divinorum beneficiorum, quae ex huiusmodi eventu profecta sunt, perplacet in primis palam asseverare, Concilium nonnullos fines, ad quos spectabat, saltem ex aliqua parte feliciter assecutum esse. Etenim cum Ecclesia pleniorem sui ipsius conscientiam atque notitiam attingere sibi proposuisset, reapse nunc inter Ecclesiae Pastores atque Doctores magna instituta est investigatio de mysterio, ex quo Ecclesia suam originem suamque formam duxit. Quae investigatio nondum quidem ad exitum adducta est; sed ipsa difficultas investigationem concludendi, iam satis ostendit huiusmodi doctrinae altitudinem amplitudinemque, eademque nos omnes impellit, ut ad eam intellegendam apteque exprimendam nisus viresque consociemus. Qui nisus id profecto commodi habent, quod nostras nostrorumque christifidelium mentes, qui attento animo coetus nostros prosecuti sint, ad Christum necessario dirigent, ex quo omnia nobis proveniunt et ad quem omnia referre volumus, iuxta illam Sancti Pauli sententiam: «reconciliare omnia in ipsum» [1]; itemque efficiunt, ut non modo nostrum adaugeatur / gaudium 33
ob nostram mystici Corporis Christi participationem, sed etiam ut nostra foveatur mutua caritas, qua vita Ecclesiae tota continetur et regitur. Laetemur igitur, Venerabiles Fratres! Ecquando enim Ecclesia, ut nunc est, tam plenam sui ipsius conscientiam adepta est; tam impenso amore Christum dilexit; tam laeta, tam concordi, tam alacri voluntate Christum imitari studuit; tam sollicita denique concredito sibi munere perfuncta est? Laetemur, Venerabiles Fratres! Siquidem nosmetipsos mutuo noscere atque inter nos colloqui didicimus. Qui invicem quasi extranei haud ita pridem huc advenimus, nunc amicitiae vinculis coniungimur. Nonne experimento novimus, quam vera sint praeclara illa Sancti Pauli verba, quibus Ecclesia ipsa describitur: «Iam non estis hospites et advenae, sed estis cives sanctorum et domestici Dei, superaedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu» [2]? Nonne futurum legum canonicarum progressum, quibus Ecclesia regitur, iam nunc licet prospicere? Quem quidem progressum non

[1] *Col.* 1, 20. [2] *Ephes.* 2, 19-20.

http://www.obrascatolicas.com

allo spectare posse putamus, quam ut potissimum singulis Ecclesiae membris singulisque officiis auctori dignitas agnoscatur et amplior tribuatur operandi facultas; deinde ut sacra potestas, ex qua universa catholicae societatis compago per varios hierarchiae gradus firma constat, magis magisque roboretur, et quidem quasi ex virtute intus suscepta: hoc est ex amoris, concordiae mutuaeque observantiae incremento. Quare hoc Concilium grande sane eventum censendum est, ac praestantissimum donum a Deo Ecclesiae suae collatum, quandoquidem animi nostri ad haec cogitata, ad haec proposita tam vehementer inardescunt.

Quodsi ad ipsos Concilii labores mentem Nostram convertimus, hinc nova laetitiae causa praebetur, quod in iisdem expediendis vos tam frequentem, tam assiduam, tam actuosam partem habuistis. Iterum mirum spectaculum haec Vaticana Basilica exhibuit, ad quam ingens ac veneranda nostrum omnium multitudo confluxit; quod spectaculum animos nostros admiratione, pietate supernoque gaudio penitus affecit. Valde iterum gavisi sumus, quod hic praesentes aspeximus honorabiles Observatores, qui tam humaniter Nostrae invitationi obsecuti, Concilii laboribus adfuerunt. Item Nobis paterni solacii causa fuerunt Auditores, qui tacite quidem sed animo observantissimo conventus vestros prosecuti sunt; hi enim filii Nobis carissimi personam gerunt innumerae illius catholicorum
34 e laicorum ordine multitudinis, qui / hierarchicis Ecclesiae auctoritatibus Regno Dei amplificando adiutricem operam navant. Hac igitur in aula, sollemnique hac hora, omnia arcanum quiddam significant; omnia fere loquuntur; omnia denique ad caelestia contemplanda et ad supernam spem concipiendam astantium animos erigunt.

Nec minore afficimur oblectatione, cum rationem et viam circumspicimus, qua Concilium hoc nostrum ad hunc diem processit.

Duplicem autem procedendi rationem hic etiam reputemus oportet, animadvertendo Concilii opus et valde fuisse laboriosum, et in variis exponendis consiliis omnino liberum. Re vera duplex huiusmodi meritum maximi sane pendendum Nobis esse videtur, quoniam id Oecumenicae huius Synodi singularis nota fuit, idemque posteritati erit durabile exempli monumentum. Hac enim via nostris diebus Ecclesia operatur, cum scilicet eius navitas ad summam vim gravissimumque momentum pervenit: navitatem dicimus, quae est maxime alacris, suaque sponte progrediens.

Quodsi multiplices, variae, immo diversae etiam fuerunt sententiae, quae in Concilio auditae sunt, id nihil sane officit oblectationi Nostrae: immo id luculente declarat, sessionum argumenta alta et maximi ponderis fuisse, eademque incredibili studio et ea qua par esset libertate, ut supra diximus, agitata esse.

Ceterum, ardua huiusmodi et implexa disceptatio ubere quodam fructu haudquaquam caruit: nam quod argumentum ante omnia pertractatum est, quodque omnium praestantissimum quodammodo est, sive ex sui natura sive ex dignitate, qua pollet in Ecclesia —sacram dicimus Liturgiam— id ad exitum feliciter pervenit, hodieque a Nobis sollemni ritu promulgatur. Quam ob causam animus Noster sincero gaudio exsultat. Animadvertimus enim hoc in negotio aequum rerum officiorumque ordinem esse servatum; cum hoc professi simus, Deo summum locum esse tribuendum; nos primo eo officio teneri Deo admovendi preces; sacram Liturgiam primum esse fontem illius divini commercii, quo ipsa Dei vita nobiscum communicatur; primam esse animi nostri scholam; primum esse donum a nobis christiano populo dandum, nobiscum fide precationumque studio coniuncto; primam denique humani generis invitationem, ut mutam suam linguam solvat in beatas verasque preces, utque ineffabilem illam vim sentiat, animum veluti recreantem, quae sita est in canendis nobiscum Dei laudibus hominumque spe, per Iesum Christum et in Spiritu Sancto.

Hic silentio praeterire nolumus, quanto in honore apud
35 christifi/deles orientalis Ecclesiae habeatur divinus cultus, et quam accurata diligentia sacri ritus observentur; quibus quidem christifidelibus sacra Liturgia semper exstitit veritatis schola et flamma christianae caritatis.

Quapropter operae pretium erit, hunc Concilii nostri fructum servare, quippe qui sanctae Ecclesiae vitam incitare atque quodammodo insignire debeat: nam Ecclesia in primis societas est religiosa, est communitas orans, est populus conscientiae nitore et religionis studio florens, quae fide ac superna gratia aluntur. Si quas cultus formas ad simpliciorem rationem nunc redigimus, ut a christifidelibus aptius intellegantur, et cum nostri temporis sermonibus

magis magisque congruant, consilium Nostrum eo certe non spectat, ut precandi momentum minoris pendatur, neve ceteris sacri muneris pastoralisque navitatis curis postponatur, neve quid de eius significantissima vi atque vetusta artis elegantia detrahatur; sed ut sacra Liturgia purior reddatur, ut notis naturae suae propriis magis sit consentanea, ut suis veritatis et gratiae fontibus sit prolor, ut denique facilius in spiritualem se vertat populi thesaurum.

Quod ut feliciter contingat, nolumus ullus regulae publicarum Ecclesiae precum refragetur, immutationes privatas vel ritus singulares inducendo; nolumus ullus sibi sumat potestatem Constitutionem de Sacra Liturgia, quam hodie promulgamus, suo arbitrio usurpandi, antequam normae opportunae et certae hac de re edantur, atque immutationes legitime approbentur, quas Consilia ad hoc instituenda post Concilium apparaverint. Haec igitur praeclara Ecclesiae precatio concordi modulatione per totum resonet orbem terrarum: nemo eam perturbet, nemo violet.

Alter fructus, isque non parvi ponderis, Concilii nostri est Decretum de instrumentis, quae vocant, communicationis socialis; quod aperte testabitur facultate Ecclesiam pollere, cum vita interna iungendi externam, cum contemplatione actionem, cum precibus apostolatum. Hac etiam re Synodus nostra efficiet, ut recte dirigantur ac provehantur plurimae agendi rationes ac formae, quae, sive ut instrumenta sive ut documenta, tum perfunctioni muneris pastoralis, tum universae catholicorum alacritati in orbe terrarum iam subserviunt.

In fructibus deinde Concilii ponendae sunt etiam plures facultates, quas, finem pastoralem eiusdem Synodi consectantes, voluimus pertinere ad officium Episcoporum, maxime eorum, qui iurisdictione ordinaria utuntur.

Sed haec minime satis. Concilium enim operi impigre
36 institit et, ut / probe nostis, de multis coepit disserere quaestionibus, quarum enodationes in gravibus sententiis penitus contineri dicendae sunt, quae post argumenti, ad quod attinent, tractationem, suo tempore definite proponentur ac legitime promulgabuntur.

Aliae vero supersunt expendendae iterumque in disceptationem vocandae quaestiones, quas in proxima tertia Sessione, scilicet autumno venientis anni habenda, speramus ad felicem exitum perduci posse. Non quidem moleste ferimus animos nostros aliquamdiu in cogitatione rerum tam gravium defixos conquiescere. Confidimus enim hoc temporis intervallo Commissiones, ad quas res pertinet et in quarum praesenti auxilio spem multam collocamus, ratione habita sententiarum a Patribus Concilii praesertim in Congregationibus generalibus significatarum, comparare posse in futuros Concilii coetus formulas alte perspectas, conceptis verbis expressas, opportune coartatas et in pauca collatas, ita ut disceptationes, quas semper esse liberas volumus, faciliores expeditioresque evadant.

Huius generis est, ut exemplum supponamus, quaestio de divina Revelatione, quam Concilium eo modo persolvet, ut hinc sacrum depositum veritatum a Deo traditarum tueatur adversus errores, abusiones, dubitationes, quibus vis earum subiectiva infringatur, illinc studia Sacrorum Bibliorum, operum Patrum ac theologicae disciplinae recte dirigat, quae docti catholici viri, magisterio Ecclesiae fideliter inhaerentes et quibusvis aptis huius aetatis subsidiis usi, alacriter, prudenter, fideliterque promovere pergent.

Huius pariter generis est etiam quaestio magna et multiplex de Episcopatu, quae, sive ob congruentem rerum tractandarum dispositionem, sive ob momentum rei ipsius, primum obtinet locum in hoc Concilio Oecumenico Vaticano Secundo, quod neminem fugere velimus, naturalem quandam continuationem et complementum esse Concilii Oecumenici Vaticani Primi. Haec igitur Synodus nostra, non aversans sed confirmans praerogativas a Christo manantes et Summo Pontifici agnitas, atque omni auctoritate praeditas ad Ecclesiae universalis moderationem necessaria, in sua luce studebit ponere, secundum Domini Nostri Iesu Christi doctrinam sinceramque traditionem ecclesiasticam, Episcopatus naturam et munus, a Deo instituta; atque statuere, quae sint eius potestates earumque usus, quod attinet ad Praesules sive singillatim sive coniunctim consideratos; ita ut praecelsum officium episcopale in Ecclesia Dei digne illustretur, non quasi agatur de instituto sui iuris, a Summo Petri Pontificatu divulso, multoque minus eidem adversario, sed / cum eo et sub eo ad bonum 37
commune et ad finem supremum Ecclesiae concorditer spectante. Ita profecto fiet, ut Ecclesiae hierarchica compositio virium incremento corroboretur, non imminuatur; intima conspirans operatio augeatur, non attenuetur; efficacitas apostolica amplificetur, non languescat; caritas

mutua ferveat, non residat. Quocirca fore confidimus, ut Concilium —hoc votum est— rem tanti momenti perspicue explanet et expediat.

Speramus denique eandem Synodum quaestionem de schemate circa Beatam Mariam Virginem, optimam, quae possit, habituram esse enodationem: ita scilicet ut uno consensu et summa pietate agnoscatur locus longe praestantissimus, qui Matris Dei est proprius in Sancta Ecclesia, de qua praecipuus est sermo in hoc Concilio; locum dicimus, post Christum, altissimum nobisque maxime proplnquum, ita ut nomine «Matris Ecclesiae» eam possimus ornare; idque in eius honorem cedat in nostrumque solacium.

Praeter huiusmodi quaestiones, quas Concilium breviter tetigit, aliae plures supersunt adhuc a Concilio pertractandae, de quibus tamen fuse iam investigatum est. Easdem Nos denuo altiusque excutiendas curabimus, ut proximae Concilii sessioni breviora schemata exhiberi possint, sicut supra diximus, atque ita proposita ut Concilium de praecipuis argumentis haud difficulter sententiam suam aperire possit, eaque deinde explicanda atque ad normarum formam redigenda ad Commissiones, post Concilium constituendas, remittere; e quibus Commissionibus ea, ad quam novos Codices cum Ecclesiae Latinae tum Ecclesiae Orientalis conscribere pertinebit, sine dubio graviorem laboris molem aggredietur. Tunc ergo, scilicet in his laboribus Concilii suscipiendis, maximi existimandam Nobis praestabunt auxiliatricem operam Episcopi, et novis quidem rationibus, quales sive necessitas sive ecclesiasticae compaginis indoles postulabunt. Iustum igitur Nobisque pergratum erit ex totius orbis Episcopis atque ex religiosis Ordinibus optimos quosque ac peritos Fratres deligere, quemadmodum pro Commissionibus Concilii praeparatoris factum est; ut una cum idoneis Sacri Collegii Patribus consilio et ope Nos adiuvent ad generalia Concilii decreta in opportunas et peculiares normas adducenda. Itaque, firma semper manente Romani Pontificis potestate, a Concilio Oecumenico Vaticano Primo definita, rerum prudentia ususque Nobis suadebunt, providentissimo Deo auspice, qua ratione efficacior reddi possit pia ac studiosa Episcoporum opera ad totius Ecclesiae bonum promovendum.

Quamobrem, dum huic sessioni Concilii Oecumenici fi-
38 nem imponi/mus, libenter animadvertimus, eam, omnibus perpensis, momenti obtinuisse praestantiam. Magnum ea confecit opus; unum et aliud e propositis sibi capitibus absolvit; aliarum quaestionum bene coepit investigationem; ostendit varias posse opiniones libere declarari; demonstravit mentium concordiam circa maximi momenti quaestiones, de quibus disceptetur, et optari et haberi posse; palam fecit veritatibus dogmaticis, quae ad catholicae doctrinae thesaurum pertinent, universos prorsus firmiter et aperte adhaerere; in nobis omnibus eam aluit caritatem, quae apud nos ab investigatione et professione veritatis numquam seiungatur oportet; semper in proposita Concilii intendit, ad sacrorum Pastorum munera spectantia; nullo non tempore vias elegit et verba, quibus seiunctorum fratrum animi nobiscum conciliarentur; denique in omnibus operibus suis precibus Deo supplicavit, cuiusvis bonae spei fonti et principio.

Sed huius sessionis exitu expedito, pariter acrius in ea prospicimus quae adhuc agenda sunt, pariter altius in animis nostris sentimus, facere nos non posse, quin Ecclesiam magis idoneam reddamus ad ferendum nostrae huius aetatis hominibus veritatis salutisque nuntium.

Neque enim sollicitudo nostra abstracta est a praesentium temporum condicionibus, neque nostra deferbuit caritatis flamma, qua humanum genus complectimur. Quod quidem efficientioris caritatis studium in suo animo unusquisque religiose fovebit, cum ad suam sedem et ad sueta officia redibit.

Antequam consessus hic amplissimus hodiernas sacri apostolatus quaestiones aggrediatur, nos omnes quodammodo iam compertum habemus, quomodo eaedem sint solvendae; etenim sive doctrina Ecclesiae, copia et nitore praestans, sive optimorum Fratrum exempla iam nobis terendum iter monstraverunt. Nonne igitur, in patriam vestram reversi, iam nunc potestis auctuosioris pastoralis virtutis specimina edere, hortativa et consolatoria verba ferentes christifidelibus vestris, iisque omnibus, quos saerum vestrum munus pertingere valet? Nonne iam nunc, quasi ad digne praeparandam proximam Concilii sessionem, spiritualem vitam nostram impensiore studio excolere possumus ac Dei voci magis pronas aures praebere? Nonne potestis clero vestro flagrantioris caritatis nuntium afferre? Laicis hominibus salutationem et hortamenta fiduciae plena impertire? Iuventutem ad altiora inflamma-

re? Hominibus doctrina excultis lumen aliquod veritatis praebere? Operariis opificibusque spei et amoris testimonium exhibere? pauperes et egenos docere, ad ipsos potissimum pertinere primam Evangelicam beatitudinem? / 39

Nos persuasum habemus, huiusmodi diligentiorem sacri muneris perfunctionem posse nos aptos reddere ad id efficiendum ut, Deo volente, magnum hoc Concilium salutaribus christianae vitae fructibus concludatur.

Nunc vero quaedam addere placet, ut propositum vobis nuntiemus, quod iam pridem in animo volvimus et hodie patefacere statuimus, in hoc lectissimo ac gravissimo Coetu.

Tam penitus persuasum habemus ad felicem exitum Concilii assequendum pias supplicationes esse suscipiendas, opera multiplicanda, ut, post maturam rei considerationem et multas preces Deo adhibitas, statuerimus Nosmet ipsos, peregrinatoris in modum, in regionem illam patriam Domini Nostri Iesu Christi, conferre.

Est igitur Nobis propositum, Deo auxiliante, proximo mense Ianuario petere Palaestinam, ea mente ut in locis sacris, ubi Christus natus est, vixit, obiit et e morte resuscitatus ascendit in caelum, praecipua mysteria salutis nostrae praesentes recolamus: id est Incarnationem et Redemptionem. Visemus terram illam venerandam, unde Sanctus Petrus profectus est, quo nullus eius Successor amplius revertit. Nos quidem, humillime et perbrevi tempore, studio piae precationis, paenitentiae, spiritualis renovationis eo redibimus, ut Christo Ecclesiam suam offeramus; ut ad eam, unam et sanctam, Fratres inde seiunctos revocemus; ut misericordiam divinam imploremus ad pacem fovendam, quae his diebus adhuc tenuis et quasi trepidans esse videtur; ut Christo Domino supplicemus pro salute totius generis humani Beatissima Virgo Maria se Nobis praebeat, quaesumus, itineris ducem; Apostoli autem Petrus et Paulus et omnes Sancti Nos caelitus benigne custodiant.

Quemadmodum Nos vestri in ea plissima peregrinatione memores erimus, ita vos, Fratres Venerabiles, rogamus, ut vestris precibus Nobis adsitis, ut hoc Concilium ad felicem exitum perveniat, ad gloriam Christi et bonum Ecclesiae eius.

Omnibus denique gratias agimus eosque iubemus valere; Observatoribus item animum gratum et officiosum in discessione significamus, idemque dilectis Auditoribus praestamus et cunctis qui Deo supplicarunt pro Concilio eidemque operam navarunt.

Item amans sed tristis cogitatio Nostra praesertim ad Nostros convolat in Episcopatu Fratres, absentes et in passionibus positos, quos summo gaudio complecti volebamus, quorumque precationes, doloribus pretiosiores effectae, ad felicem progressionem huius secundae sessionis / 40
laborum tam efficaci ratione —ut pro certo habemus— contulerunt. Quos paterna recordatione continenter prosequentes iisque animum addentes, ut in fidelitate erga Christum eiusque Ecclesiam firmiter perseverent ipsis singulari caritate benedicimus. Caelestium pariter munerum conciliatricem omnibus catholicae familiae fidelibus, iisque, qui Christi Redemptoris lumine illustrantur, Apostolicam Benedictionem amanter dilargimur; cunctis vero bona voluntate praeditis hominibus felicia ac salutaria omnia precamur.

3141

1963 DEC 4.-CONC. VAT. II, CONST. AAS 56 (1964) 97-138

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, una cum Sacrosancti Concilii Patribus
Ad perpetuam rei memoriam

CONSTITUTIO DE SACRA LITURGIA

1. Sacrosanctum Concilium, cum sibi proponat vitam christianam inter fideles in dies augere; eas institutiones quae mutationibus obnoxiae sunt, ad nostrae aetatis necessitates melius accommodare; quidquid ad unionem omnium in Christum credentium conferre potest, fovere; et quidquid ad omnes in sinum Ecclesiae vocandos conducit, roborare; suum esse arbitratur peculiari ratione etiam instaurandam atque fovendam Liturgiam curare.

2. Liturgia enim, per quam, maxime in divino Eucharistiae Sacrificio, «opus nostrae Redemptionis exercetur» [1], summe eo confert ut fideles vivendo exprimant et aliis manifestent mysterium Christi et genui/nam verae Ecclesiae 98

[1] *Missale romanum*, oratio super oblata dominicae IX post Pentecosten.

http://www.obrascatolicas.com

siae naturam, cuius proprium est esse humanam simul ac divinam, visibilem invisibilibus praeditam, actione fervent- tem et contemplationi vacantem, in mundo praesentem et tamen peregrinam; et ita quidem ut in ea quod humanum est ordinetur ad divinum eique subordinetur, quod visibile ad invisibile, quod actionis ad contemplationem, et quod praesens ad futuram civitatem quam inquirimus [2]. Unde, cum Liturgia eos qui intus sunt cotidie aedificet in templum sanctum in Domino, in habitaculum Dei in Spiritu [3], usque ad mensuram aetatis plenitudinis Christi [4], miro modo simul vires eorum ad praedicandum Christum roborat, et sic Ecclesiam iis qui sunt foris ostendit ut signum levatum in nationes [5], sub quo filii Dei dispersi congregentur in unum [6] quousque unum ovile fiat et unus pastor [7].

3. Quare Sacrosanctum Concilium, de fovenda atque instauranda Liturgia quae sequuntur principia censet in mentem revocanda et practicas normas statuendas esse.

Inter haec principia et normas nonnulla habentur quae tum ad Ritum romanum tum ad omnes alios Ritus applicari possunt ac debent, licet normae practicae quae sequuntur solum Ritum romanum spectare intellegendae sint, nisi agatur de iis quae ex ipsa rei natura alios quoque Ritus afficiant.

4. Traditione denique fideliter obsequentes, Sacrosanctum Concilium declarat Sanctam Matrem Ecclesiam omnes Ritus legitime agnitos aequo iure atque honore habere, eosque in posterum servari et omnimode foveri velle, atque optat ut, ubi opus sit, caute ex integro ad mentem sanae traditionis recognoscantur et novo vigore, pro ho-
99 diernis adiunctis et necessitatibus, donentur./

Caput I

De principiis generalibus ad sacram Liturgiam instaurandam atque fovendam

I. De sacrae Liturgiae natura eiusque momento in vita Ecclesiae

5. Deus, «qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire» *(1 Tim.* 2, 4), «multifariam multisque modis olim loquens patribus in prophetis» *(Hebr.* 1, 1), ubi venit plenitudo temporis, misit Filium suum, Verbum carnem factum, Spiritu Sancto unctum, ad evangelizandum pauperibus, ad sanandos contritos corde [8], «medicum carnalem et spiritualem» [9], Mediatorem Dei et hominum [10]. Ipsius namque humanitas, in unitate personae Verbi fuit instrumentum nostrae salutis. Quare in Christo «nostrae reconciliationis processit perfecta placatio, et divini cultus nobis est indita plenitudo» [11].

Hoc autem humanae Redemptionis et perfectae Dei glorificationis opus, cui divina magnalia in populo Veteris Testamenti praeluserant, adimplevit Christus Dominus, praecipue per suae beatae Passionis, ab inferis Resurrectionis et gloriosae Ascensionis paschale mysterium, quo «mortem nostram moriendo destruxit, et vitam resurgendo reparavit» [12]. Nam de latere Christi in cruce dormien-
100 tis ortum est totius Ecclesiae mirabile sacramentum [13]./

6. Ideoque, sicut Christus missus est a Patre, ita et ipse Apostolos, repletos Spiritu Sancto, misit, non solum ut praedicantes Evangelium omni creaturae [14], annuntiarent Filium Dei morte sua et resurrectione nos a potestate satanae [15] et a morte liberasse et in regnum Patris transtulisse, sed etiam ut, quod annuntiabant, opus salutis per Sacrificium et Sacramenta, circa quae tota vita liturgica vertit, exercerent. Sic per Baptismum homines paschali Christi mysterio inseruntur: commortui, consepulti, conresuscitati [16]; spiritum accipiunt adoptionis filiorum, «in quo clamamus: Abba, Pater» *(Rom.* 8, 15), et ita fiunt veri adoratores, quos Pater quaerit [17]. Similiter quotiescumque dominicam cenam manducant, mortem Domini annuntiant donec veniat [18]. Idcirco, ipsa die Pentecostes, qua Ecclesia mundo apparuit, «qui receperunt sermonem» Petri «baptizati sunt». Et erant «perseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis et oratio-

[2] Cf. Hebr. 13, 14. [3] Cf. Eph. 2, 21-22. [4] Cf. Eph. 4, 13. [5] Cf. Is. 11, 12. [6] Cf. Io. 11, 52. [7] Cf. Io. 10, 16. [8] Cf. Is. 61, 1; Lc. 4, 18.
[9] S. Ignatius Antiochenus, *Ad Eph.*, 7, 2: ed. F. X. Funk, *Patres Apostolici*, 1, Tubingae 1901, p. 218. [10] Cf. 1 Tim. 2, 5. [11] *Sacramentarium Veronense* (Leonianum): ed. C. Mohlberg, Romae 1956, n. 1265, p. 162.
[12] *Missale romanum*, Praefatio paschalis.
[13] S. Augustinus, *Enarr. in Ps. CXXXVIII*, 2: *Corpus Christianorum*, XL, Turnholti 1956, p. 1991 et oratio post secundam lectionem Sabbati sancti, in Missali Romano, ante instaurationem Hebdomadae sanctae.
[14] Cf. Mc. 16, 15. [15] Cf. Act. 26, 18. [16] Cf. Rom. 6, 4; Eph. 2, 6; Col. 3, 1; 2 Tim. 2, 11. [17] Cf. Io. 4, 23. [18] Cf. 1 Cor. 11, 26.

nibus... collaudantes Deum et habentes gratiam ad omnem plebem» *(Act.* 2, 41-42, 47). Numquam exinde omisit Ecclesia quin in unum conveniret ad paschale mysterium celebrandum: legendo ea «in omnibus Scripturis quae de ipso erant» *(Lc.* 24, 27), Eucharistiam celebrando in qua «mortis eius victoria et triumphus repraesentantur» [19], et simul gratias agendo «Deo super inenarrabili dono» *(2 Cor.* 9, 15) in Christo Iesu, «in laudem gloriae eius» *(Eph.* 1, 12), per virtutem Spiritus Sancti.

7. Ad tantum vero opus perficiendum, Christus Ecclesiae suae semper adest, praesertim in actionibus liturgicis. Praesens adest in Missae Sacrificio cum in ministri persona, «idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit» [20], tum maxime sub specie/bus 101
eucharisticis. Praesens adest virtute sua in Sacramentis, ita ut cum aliquis baptizat, Christus ipse baptizet [21]. Praesens adest in verbo suo, siquidem ipse loquitur dum sacrae Scripturae in Ecclesia leguntur. Praesens adest denique dum supplicat et psallit Ecclesia, ipse qui promisit: «Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum» *(Mt.* 18, 20).

Reapse tanto in opere, quo Deus perfecte glorificatur et homines sanctificantur, Christus Ecclesiam, sponsam suam dilectissimam, sibi semper consociat, quae Dominum suum invocat et per ipsum Aeterno Patri cultum tribuit.

Merito igitur Liturgia habetur veluti Iesu Christi sacerdotalis muneris exercitatio, in qua per signa sensibilia significatur et modo singulis proprio efficitur sanctificatio hominis, et a mystico Iesu Christi Corpore, Capite nempe eiusque membris, integer cultus publicus exercetur.

Proinde omnis liturgica celebratio, utpote opus Christi sacerdotis eiusque Corporis, quod est Ecclesia, est actio sacra praecellenter, cuius efficacitatem eodem titulo eodemque gradu nulla alia actio Ecclesiae adaequat.

8. In terrena Liturgia caelestem illam praegustando participamus, quae in sancta civitate Ierusalem, ad quam peregrini tendimus, celebratur, ubi Christus est in dextera Dei sedens, sanctorum minister et tabernaculi veri [22]; cum omni militia caelestis exercitus hymnum gloriae Domino canimus; memoriam Sanctorum venerantes partem aliquam et societatem cum iis speramus; Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Iesum Christum, donec ipse apparebit vita nostra, et nos apparebimus cum ipso in gloria [23].

9. Sacra Liturgia non explet totam actionem Ecclesiae; nam antequam homines ad Liturgiam accedere possint, necesse est ut ad fidem / et conversionem vocentur: «Quo- 102
modo invocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Quomodo vero praedicabunt nisi mittantur?» *(Rom.* 10, 14-15).

Quare Ecclesia non credentibus praeconium salutis annuntiat, ut omnes homines solum Dei verum et quem misit Iesum Christum cognoscant et a viis suis convertantur, paenitentiam agentes [24]. Credentibus vero semper fidem et paenitentiam praedicare debet, eos praeterea debet ad Sacramenta disponere, docere servare omnia quaecumque mandavit Christus [25], et allicere ad omnia opera caritatis, pietatis et apostolatus, quibus operibus manifestum fiat christifideles de hoc mundo quidem non esse, sed tamen esse lucem mundi eosdemque Patrem glorificare coram hominibus.

10. Attamen Liturgia est culmen ad quod actio Ecclesiae tendit et simul fons unde omnis eius virtus emanat. Nam labores apostolici ad id ordinantur ut omnes, per fidem et Baptismum filii Dei facti, in unum conveniant, in medio Ecclesiae Deum laudent, Sacrificium participent et cenam dominicam manducent.

Vicissim, ipsa Liturgia impellit fideles ut «sacramentis paschalibus» satiati fiant «pietate concordes» [26]; orat ut «vivendo teneant quod fide perceperunt [27]; renovatio vero foederis Domini cum hominibus in Eucharistia fideles in urgentem caritatem Christi trahit et accendit. Ex Liturgia ergo, praecipue ex Eucharistia, ut e fonte, gratia in nos derivatur et maxima cum efficacia obtinetur illa in Christo

[19] Conc. Trid., Sess. XIII, 11 oct. 1551, Decr. *De ss. Eucharist.*, c. 5: Concilium Tridentinum, *Diariorum, Actorum, Epistolarum, Tractatuum nova collectio*, ed. Soc. Goerresianae, t. VII. *Actorum* pars IV, Friburgi Brisgoviae 1961, p. 202.
[20] Conc. Trid., Sess. XXII, 17 sept. 1562, Doctr. *De ss. Missas sacrif.*, c. 2: Concilium Tridentinum, *ed. cit.*, t. VIII. *Actorum* pars V, Friburgi Brisgoviae 1919, p. 960.
[21] Cf. S. Augustinus, *In Ioannis Evangelium Tractatus VI*, cap. I, n. 7: PL 35, 1428. [22] Cf. Apoc. 21, 2; Col. 3, 1; Hebr. 8, 2. [23] Cf. Phil. 3, 20; Col. 3, 4. [24] Cf. Io. 17, 3; Lc. 24, 47; Act. 2, 38. [25] Cf. Mt. 28, 20.
[26] *Missale romanum*, postcommunio Vigiliae paschalis et dominicae Resurrectionis. [27] *Ibid.*, oratio Missae feria III infra octavam Paschae.

hominum sanctificatio et Dei glorificatio, ad quam, uti ad finem, omnia alia Ecclesiae opera contendunt.

11. Ut haec tamen plena efficacitas habeatur, necessarium est ut fideles cum recti animi dispositionibus ad sacram Liturgiam accedant, / mentem suam voci accommo- 103
dent, et supernae gratiae cooperentur, ne eam in vacuum recipiant [28]. Ideo sacris pastoribus advigilandum est ut in actione liturgica non solum observentur leges ad validam et licitam celebrationem, sed ut fideles scienter, actuose et fructuose eandem participent.

12. Vita tamen spiritualis non unius sacrae Liturgiae participatione continetur. Christianus enim ad communiter orandum vocatus, nihilominus debet etiam intrare in cubiculum suum ut Patrem in abscondito oret [29], immo, docente Apostolo, sine intermissione orare [30]. Et ab eodem Apostolo docemur mortificationem Iesu semper circumferre in corpore nostro, ut et vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali [31]. Quapropter Dominum in Missae Sacrificio precamur ut «hostiae spiritualis oblatione suscepta, nosmetipsos» sibi perficiat «munus aeternum» [32].

13. Pia populi christiani exercitia, dummodo legibus et normis Ecclesiae conformia sint, valde commendantur, praesertim cum de mandato Apostolicae Sedis fiunt.

Speciali quoque dignitate gaudent sacra Ecclesiarum particularium exercitia, quae de mandato Episcoporum celebrantur, secundum consuetudines aut libros legitime approbatos.

Ita vero, ratione habita temporum liturgicorum, eadem exercitia ordinentur oportet, ut sacrae Liturgiae congruant, ab ea quodammodo deriventur, ad eam populum manudu-
104 cant, utpote quae natura sua iisdem longe antecellat./

II. De liturgica institutione et de actuosa participatione prosequendis

14. Valde cupit Mater Ecclesia ut fideles universi ad plenam illam, consciam atque actuosam liturgicarum celebrationum participationem ducantur, quae ab ipsius Liturgiae natura postulatur et ad quam populus christianus, «genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus adquisitionis» *(1 Pt.* 2, 9; cf. 2, 4-5), vi Baptismatis ius habet et officium. Quae totius populi plena et actuosa participatio, in instauranda et fovenda sacra Liturgia, summopere est attendenda: est enim primus, isque necessarius fons, e quo spiritum vere christianum fideles hauriant; et ideo in tota actione pastorali, per debitam institutionem, ab animarum pastoribus est sedulo adpetenda.

Sed quia, ut hoc evenire possit, nulla spes effulget nisi prius ipsi animarum pastores spiritu et virtute Liturgiae penitus imbuantur in eaque efficiantur magistri, ideo pernecesse est ut institutioni liturgicae cleri apprime consulatur. Quapropter Sacrosanctum Concilium ea quae sequuntur statuere decrevit.

15. Magistri, qui sacrae Liturgiae disciplinae in seminariis, studiorum domibus religiosis et facultatibus theologicis docendae praeficiuntur, ad munus suum in institutis ad hoc speciali cura destinatis probe instituendi sunt.

16. Disciplina de sacra Liturgia in seminariis et studiorum domibus religiosis inter disciplinas necessarias et potiores, in facultatibus autem theologicis inter disciplinas principales est habenda, et sub aspectu cum theologico et historico, tum spirituali, pastorali et iuridico tradenda. Curent insuper aliarum disciplinarum magistri, imprimis theologiae dogmaticae, sacrae Scripturae, theologiae spiri-
105 tualis et pastoralis ita, ex intrinsecis exigentiis proprii uniuscuiusque obiecti, mysterium Chri/sti et historiam salutis excolere, ut exinde earum connexio cum Liturgia et unitas sacerdotalis institutionis aperte clarescant.

17. Clerici, in seminariis domibusque religiosis, formationem vitae spiritualis liturgicam adquirant, cum apta manuductione qua sacros ritus intellegere et toto animo participare queant, tum ipsa sacrorum mysteriorum celebratione, necnon aliis pietatis exercitiis spiritu sacrae Liturgiae imbutis; pariter observantiam legum liturgicarum addiscant, ita ut vita in seminariis et religiosorum institutis liturgico spiritu penitus informetur.

18. Sacerdotes, sive saeculares sive religiosi, in vinea Domini iam operantes, omnibus mediis opportunis iuvent- tur ut plenius semper quae in fuctionibus sacris agunt intellegant, vitam liturgicam vivant, eamque cum fidelibus sibi commissis communicent.

[28] Cf. 2 Cor. 6, 1. [29] Cf. Mt. 6, 6. [30] Cf. 1 Thess. 5, 17. [31] Cf. 2 Cor. 4, 10-11.
[32] *Missale romanum*, oratio super oblata feriae II infra octavam Pentecostes.

19. Liturgicam institutionem necnon actuosam fidelium participationem, internam et externam, iuxta ipsorum aetatem, condicionem, vitae genus et religiosae culturae gradum, animarum pastores sedulo ac patienter prosequantur, unum e praecipuis fidelis mysteriorum Dei dispensatoris muneribus absolventes; et gregem suum hac in re non verbo tantum, sed etiam exemplo ducant.

20. Transmissiones actionum sacrarum ope radiophonica et televisifica, praesertim si agatur de Sacro faciendo, discrete ac decore fiant, ductu et sponsione personae idoneae, ad hoc munus ab Episcopis destinatae.

III. De sacrae Liturgiae instauratione

21. Pia Mater Ecclesia, ut populus christianus in sacra Liturgia abundantiam gratiarum securius assequatur, ipsius Liturgiae generalem instaurationem sedulo curare cupit. Nam Liturgia constat parte immutabili, utpote divinitus instituta, et partibus mutationi obnoxiis, quae / decursu 106
temporum variare possunt vel etiam debent, si in eas forte irrepserint quae minus bene ipsius Liturgiae intimae naturae respondeant, vel minus aptae factae sint.

Qua quidem instauratione, textus et ritus ita ordinari oportet, ut sancta, quae significant, clarius exprimant, eaque populus christianus, in quantum fieri potest, facile percipere atque plena, actuosa et communitatis propria celebratione participare possit.

Quare Sacrosanctum Concilium generaliores has normas statuit.

A) *Normae generales*

22. § 1. Sacrae Liturgiae moderatio ab Ecclesiae auctoritate unice pendet: quae quidem est apud Apostolicam Sedem et, ad normam iuris, apud Episcopum.

§ 2. Ex potestate a iure concessa, rei liturgicae moderatio inter limites statutos pertinet quoque ad competentes varii generis territoriales Episcoporum coetus legitime constitutos.

§ 3. Quapropter nemo omnino alius, etiamsi sit sacerdos, quidquam proprio marte in Liturgia addat, demat aut mutet.

23. Ut sana traditio retineatur et tamen via legitima, progressioni aperiatur, de singulis Liturgiae partibus ree cognoscendis accurata investigatio theologica, historica-pastoralis semper praecedat. Insuper considerentur cum, leges generales structurae et mentis Liturgiae, tum experientia ex recentiore instauratione liturgica et ex indultis passim concessis promanans. Innovationes, demum, ne fiant nisi vera et certa utilitas Ecclesiae id exigat, et adhibita cautela ut novae formae ex formis iam exstantibus organice quodammodo crescant.

Caveatur etiam, in quantum fieri potest, ne notabiles differentiae rituum inter finitimas regiones habeantur.

24. Maximum est sacrae Scripturae momentum in Liturgia celebranda. Ex ea enim lectiones leguntur et in homilia explicantur, psalmi canuntur, atque ex eius afflatu instinctuque preces, orationes et carmina / liturgica effusa 107
sunt, et ex ea significationem suam actiones et signa accipiunt. Unde, ad procurandam sacrae Liturgiae instaurationem, progressum et aptationem, oportet ut promoveatur ille suavis et vivus sacrae Scripturae affectus, quem testatur venerabilis rituum cum orientalium tum occidentalium traditio.

25. Libri liturgici quam primum recognoscantur, peritis adhibitis et Episcopis consultis ex diversis orbis regionibus.

B) *Normae ex indole Liturgiae utpote actionis hierarchicae et communitatis propriae*

26. Actiones liturgicae non sunt actiones privatae, sed celebrationes Ecclesiae, quae est «unitatis sacramentum», scilicet plebs sancta sub Episcopis adunata et ordinata [33].

Quare ad universum Corpus Ecclesiae pertinent illudque manifestant et afficiunt; singula vero membra ipsius diverso modo, pro diversitate ordinum, munerum et actualis participationis, attingunt.

27. Quoties ritus, iuxta propriam cuiusque naturam, secum ferunt celebrationem communem, cum frequentia et actuosa participatione fidelium, inculcetur hanc, in

[33] S. Cyprianus, *De cath. eccl. unitate*, 7: ed. G. Hartel, in CSEL, t. III, 1, Vindobonae 1868, pp. 215-16. Cf. *Ep.* 66, n. 8, 3: *ed. cit.*, t. III, 2, Vindobonae 1871, pp. 732-33.

http://www.obrascatolicas.com

quantum feri potest, esse praeferendam celebrationi eorundem singulari et quasi privatae.

Quod valet praesertim pro Missae celebratione, salva semper natura publica et sociali cuiusvis Missae, et pro Sacramentorum administratione.

28. In celebrationibus liturgicis quisque, sive minister sive fidelis, munere suo fungens, solum et totum id agat, quod ad ipsum ex rei natura et normis liturgicis pertinet.

29. Etiam ministrantes, lectores, commentatores et ii qui ad scholam cantorum pertinent, vero ministerio liturgico funguntur. Propterea mu/nus suum tali sincera pietate et ordine exerceant, quae tantum ministerium decent quaeque populus Dei ab eis iure exigit.

Ideo oportet eos spiritu Liturgiae, suo cuiusque modo, sedulo imbui, et ad partes suas rite et ordinate obeundas institui.

30. Ad actuosam participationem promovendam, populi acclamationes, responsiones, psalmodia, antiphonae, cantica, necnon actiones seu gestus et corporis habitus foveantur. Sacrum quoque silentium suo tempore servetur.

31. In libris liturgicis recognoscendis, sedulo attendatur ut rubricae etiam partes fidelium praevideant.

32. In Liturgia, praeter distinctionem ex munere liturgico et Ordine sacro manantem, et praeter honores ad normam legum liturgicarum auctoritatibus civilibus debitos, nulla privatarum personarum aut condicionum, sive in caerimoniis, sive in exterioribus pompis, habeatur acceptio.

C) *Normae ex indole didactica et pastorali Liturgiae*

33. Etsi sacra Liturgia est praecipue cultus divinae maiestatis, magnam etiam continet populi fidelis eruditionem [34]. In Liturgia enim Deus ad populum suum loquitur; Christus adhuc Evangelium annuntiat. Populus vero Deo respondet tum cantibus tum oratione.

Immo, preces a sacerdote, qui coetui in persona Christi praeest, ad Deum directae, nomine totius plebis sanctae et omnium circumstantium dicuntur. Signa tandem visibilia, quibus utitur sacra Liturgia ad res divinas invisibiles significandas, a Christo vel Ecclesia delecta sunt. Unde non solum quando leguntur ea quae «ad nostram doctrinam scripta sunt» (*Rom.* 15, 4), sed etiam dum Ecclesia vel orat vel canit vel agit, participantium fides alitur, mentes in Deum excitantur ut rationabile obsequium Ei
109 praestent, gratiamque Eius abundantius recipiant./

Exinde in instauratione facienda generales normae quae sequuntur observari debent.

34. Ritus nobili simplicitate fulgeant, sint brevitate perspicui et repetitiones inutiles evitent, sint fidelium captui accommodati, neque generatim multis indigeant explanationibus.

35. Ut clare appareat in Liturgia ritum et verbum intime coniungi:

1) In celebrationibus sacris abundantior, varior et aptior lectio sacrae Scripturae instauretur.

2) Locus aptior sermonis, utpote partis actionis liturgicae, prout ritus patitur, etiam in rubricis notetur; et fidelissime ac rite adimpleatur ministerium praedicationis. Haec vero imprimis ex fonte sacrae Scripturae et Liturgiae hauriatur, quasi annuntiatio mirabilium Dei in historia salutis seu mysterio Christi, quod in nobis praesens semper adest et operatur, praesertim in celebrationibus liturgicis.

3) Etiam catechesis directius liturgica omnibus modis inculcetur; et in ipsis ritibus, si necessariae sint, breves admonitiones, a sacerdote vel competenti ministro, opportunioribus tantum momentis, praescriptis vel similibus verbis, dicendae, praevideantur.

4) Foveatur sacra verbi Dei celebratio in solemniorum festorum pervigiliis, in aliquibus feriis Adventus et Quadragesimae, atque in dominicis et diebus festis, maxime in locis quae sacerdote carent: quo in casu celebrationem diaconus vel alius ab Episcopo delegatus dirigat.

36. § 1. Linguae latinae usus, salvo particulari iure, in Ritibus latinis servetur.

§ 2. Cum tamen, sive in Missa, sive in Sacramentorum administratione, sive in aliis Liturgiae partibus, haud raro linguae vernaculae usurpatio valde utilis apud populum existere possit, amplior locus ipsi tribui valeat, imprimis autem in lectionibus et admonitionibus, in nonnullis ora-

[34] Cf. Conc. Trid., Sess. XXII, 17 sept. 1562, Doctr. *De ss. Missae sacrif.*, c. 8: Concilium Tridentinum, *ed. cit.*, t. VIII, p. 961.

tionibus et cantibus, iuxta normas quae de hac re in sequentibus capitibus singillatim statuuntur.

§ 3. Huiusmodi normis servatis, est competentis auctoritatis eccle/siasticae territorialis, de qua in art. 22 § 2, 110
etiam, si casus ferat, consilio habito cum Episcopis finitimarum regionum eiusdem linguae, de usu et modo linguae vernaculae statuere, actis ab Apostolica Sede probatis seu confirmatis.

§ 4. Conversio textus latini in linguam vernaculam in Liturgia adhibenda, a competenti auctoritate ecclesiastica territoriali, de qua supra, approbari debet.

D) *Normae ad aptationem ingenio et traditionibus populorum perficiendam*

37. Ecclesia, in iis quae fidem aut bonum totius communitatis non tangunt, rigidam unius tenoris formam ne in Liturgia quidem imponere cupit; quinimmo, variarum gentium populorumque animi ornamenta ac dotes colit et provehit; quidquid vero in populorum moribus indissolubili vinculo superstitionibus erroribusque non adstipulatur, benevole perpendit ac, si potest, sartum tectumque servat, immo quandoque in ipsam Liturgiam admittit, dummodo cum rationibus veri et authentici spiritus liturgici congruat.

38. Servata substantiali unitate Ritus romani, legitimis varietatibus et aptationibus ad diversos coetus, regiones, populos, praesertim in Missionibus, locus relinquatur, etiam cum libri liturgici recognoscuntur; et hoc in structura rituum et in rubricis instituendis opportune prae oculis habeatur.

39. Intra limites in editionibus typicis librorum liturgicorum statutos, erit competentis auctoritatis ecclesiasticae territorialis, de qua in art. 22 § 2, aptationes definire, praesertim quoad administrationem Sacramentorum, quoad Sacramentalia, processiones, linguam liturgicam, musicam sacram et artes, iuxta tamen normas fundamentales quae hac in Constitutione habentur./ 111

40. Cum tamen variis in locis et adiunctis, profundior Liturgiae aptatio urgeat, et ideo difficilior evadat:

1) A competenti auctoritate ecclesiastica territoriali, de qua in art. 22 § 2, sedulo et prudenter consideretur quid, hoc in negotio, ex traditionibus ingenioque singulorum populorum opportune in cultum divinum admitti possit. Aptationes, quae utiles vel necessariae existimantur, Apostolicae Sedi proponantur, de ipsius consensu introducendae.

2) Ut autem aptatio cum necessaria circumspectione fiat, eidem auctoritati ecclesiasticae territoriali ab Apostolica Sede facultas tribuetur, si casus ferat, ut in quibusdam coetibus ad id aptis et per determinatum tempus necessaria praevia experimenta permittat et dirigat.

3) Quia leges liturgicae difficultates speciales, quoad aptationem, praesertim in Missionibus, secum ferre solent, in illis condendis praesto sint viri, in re de qua agitur, periti.

IV. De vita liturgica in dioecesi et in paroecia fovenda

41. Episcopus ut sacerdos magnus sui gregis habendus est, a quo vita suorum fidelium in Christo quodammodo derivatur et pendet.

Quare omnes vitam liturgicam dioeceseos circa Episcopum, praesertim in ecclesia cathedrali, maximi faciant oportet: sibi persuasum habentes praecipuam manifestationem Ecclesiae haberi in plenaria et actuosa participatione totius plebis sanctae Dei in iisdem celebrationibus liturgicis, praesertim in eadem Eucharistia, in una oratione, ad unum altare cui praeest Episcopus a suo presbyterio et ministris circumdatus [35].

42. Cum Episcopus in Ecclesia sua ipsemet nec semper nec ubique universo gregi praeesse possit, necessario constituere debet fidelium coe/tus, inter quos paroeciae, localiter sub pastore vices gerente Episcopi ordinatae, eminent: 112
nam quodammodo repraesentant Ecclesiam visibilem per orbem terrarum constitutam.

Quare vita liturgica paroeciae eiusque relatio ad Episcopum in mente et praxi fidelium et cleri fovenda est; et adlaborandum ut sensus communitatis paroecialis, imprimis vero in communi celebratione Missae dominicalis, floreat.

[35] Cf. S. Ignatius Antiochenus, *Ad Magn.* 7; *Ad Philad.* 4; *Ad Smyrn.* 8: ed. F. X. Funk, *cit.*, I, pp. 236, 266, 281.

V. De actione pastorali liturgica promovenda

43. Sacrae Liturgiae fovendae atque instaurandae studium merito habetur veluti signum providentialium dispositionum Dei super nostra aetate, veluti transitus Spiritus Sancti in sua Ecclesia; et vitam ipsius, immo huius nostri temporis universam rationem religiose sentiendi et agendi, nota propria distinguit.

Quapropter, ad hanc actionem pastoralem liturgicam ulterius in Ecclesia fovendam, Sacrosanctum Concilium decernit:

44. A competenti auctoritate ecclesiastica territoriali, de qua in art. 22 § 2, expedit ut instituatur Commissio liturgica, a viris in scientia liturgica, Musica, Arte sacra ac re pastorali peritis iuvanda. Cui Commissioni, in quantum fieri potest, opem ferat quoddam Institutum Liturgiae Pastoralis, constans sodalibus, non exclusis, si res ita ferat, laicis in hac materia praestantibus. Ipsius Commissionis erit, ductu auctoritatis ecclesiasticae territorialis, de qua supra, et actionem pastoralem liturgicam in sua dicione moderari, et studia atque necessaria experimenta promovere, quoties agatur de aptationibus Apostolicae Sedi proponendis.

45. Eadem ratione, in singulis dioecesibus Commissio de sacra Liturgia habeatur, ad actionem liturgicam, moderante Episcopo, promovendam.

Opportunum aliquando evadere potest ut plures dioe-
113 ceses unam/Commissionem constituant, quae, collatis consiliis, rem liturgicam provehat.

46. Praeter Commissionem de sacra Liturgia, in quavis dioecesi constituantur, quantum fieri potest, etiam Commissiones de Musica sacra et de Arte sacra.

Necessarium est ut hae tres Commissiones consociatis viribus adlaborent; immo non raro congruum erit ut in unam Commissionem coalescant.

Caput II

De sacrosancto Eucharistiae mysterio

47. Salvator noster, in Cena novissima, qua nocte tradebatur, Sacrificium Eucharisticum Corporis et Sanguinis sui instituit, quo Sacrificium Crucis in saecula, donec veniret, perpetuaret, atque adeo Ecclesiae dilectae Sponsae memoriale concrederet Mortis et Resurrectionis suae: sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum caritatis [1], convivium paschale, «in quo Christus sumitur, mens impletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur» [2].

48. Itaque Ecclesia sollicitas curas eo intendit ne christifideles huic fidei mysterio tamquam extranei vel muti spectatores intersint, sed per ritus et preces id bene intellegentes, sacram actionem conscie, pie et actuose participent, verbo Dei instituantur, mensa Corporis Domini reficiantur, gratias Deo agant, immaculatam hostiam, non tantum per sacerdotis manus, sed etiam una cum ipso offerentes, seipsos offerre discant, et de die in diem consum-
114 se [3], ut sit tandem Deus omnia in omnibus./

49. Quapropter, ut Sacrificium Missae, etiam rituum forma, plenam pastoralem efficacitatem assequatur, Sacrosanctum Concilium, ratione habita Missarum, quae concurrente populo celebrantur, praesertim diebus dominicis et festis de praecepto, ea quae sequuntur decernit.

50. Ordo Missae ita recognoscatur, ut singularum partium propria ratio necnon mutua connexio clarius pateant, atque pia et actuosa fidelium participatio facilior reddatur.

Quamobrem ritus, probe servata eorum substantia, simpliciores fiant; ea omittantur quae temporum decursu duplicata fuerunt vel minus utiliter addita; restituantur vero ad pristinam sanctorum Patrum normam nonnulla quae temporum iniuria deciderunt, prout opportuna vel necessaria videantur.

51. Quo ditior mensa verbi Dei paretur fidelibus, thesauri biblici largius aperiantur, ita ut, intra praestitutum annorum spatium, praestantior pars Scripturarum Sanctarum populo legatur.

[1] Cf. S. Augustinus, *In Ioannis Evangelium Tractatus XXVI*, cap. VI, n. 13: PL 35, 1613.
[2] *Breviarium romanum*, In festo Sanctissimi Corporis Christi, ad II Vesperas, antiphona ad Magnificat.
[3] Cf. S. Cyrillus Alex., *Commentarium in Ioannis Evangelium*, lib. XI, capp. XI-XII: PG 74, 557-565, praesertim 564-565.

52. Homilia, qua per anni liturgici cursum ex textu sacro fidei mysteria et normae vitae christianae exponuntur, ut pars ipsius liturgiae valde commendatur; quinimmo in Missis quae diebus dominicis et festis de praecepto concurrente populo celebrantur, ne omittatur, nisi gravi de causa.

53. «Oratio communis» seu «fidelium», post Evangelium et homiliam, praesertim diebus dominicis et festis de praecepto, restituatur, ut, populo eam participante, obsecrationes fiant pro sancta Ecclesia, pro iis qui nos in potestate regunt, pro iis qui variis premuntur necessitatibus, ac pro omnibus hominibus totiusque mundi salute [4].

54. Linguae vernaculae in Missis cum populo celebratis congruus locus tribui possit, praesertim in lectionibus et «oratione communi», ac, pro condicione locorum, etiam in partibus quae ad populum spectant, ad normam art. 36 huius Constitutionis./ Provideatur tamen ut christifideles 115
etiam lingua latina partes Ordinarii Missae quae ad ipsos spectant possint simul dicere vel cantare.

Sicubi tamen amplior usus linguae vernaculae in Missa opportunus esse videatur, servetur praescriptum art. 40 huius Constitutionis.

55. Valde commendatur illa perfectior Missae participatio qua fideles post Communionem sacerdotis ex eodem Sacrificio Corpus Dominicum sumunt. Communio sub utraque specie, firmis principiis dogmaticis a Concilio Tridentino statutis [5], in casibus ab Apostolica Sede definiendis, tum clericis et religiosis, tum laicis concedi potest, de iudicio Episcoporum, veluti ordinatis in Missa sacrae suae ordinationis, professis in Missa religiosae suae professionis, neophytis in Missa quae Baptismum subsequitur.

56. Duae partes e quibus Missa quodammodo constat, liturgia nempe verbi et eucharistica, tam arcte inter se coniunguntur, ut unum actum cultus efficiant. Sacra proinde Synodus vehementer hortatur animarum pastores ut, in catechesi tradenda, fideles sedulo doceant de integra Missa participanda, praesertim diebus dominicis et festis de praecepto.

57. § 1. Concelebratio, qua unitas sacerdotii opportune manifestatur, in Ecclesia usque adhuc in usu remansit tam in Oriente quam in Occidente. Quare facultatem concelebrandi ad sequentes casus Concilio extendere placuit:

1.° *a)* feria V in Cena Domini, tum ad Missam chrismatis, tum ad Missam vespertinam;

b) ad Missas in Conciliis, Conventibus Episcopalibus et Synodis;

c) ad Missam in Benedictione Abbatis.

2.° Praeterea, accedente licentia Ordinarii, cuius est de opportunitate concelebrationis iudicare:

a) ad Missam conventualem et ad Missam principalem in ecclesiis, / cum utilitas christifidelium singularem cele- 116
brationem omnium sacerdotum praesentium non postulat;

b) ad Missas in conventibus cuiusvis generis sacerdotum tum saecularium tum religiosorum.

§ 2. 1.° Ad Episcopum vero pertinet concelebrationis disciplinam in dioecesi moderari.

2.° Salva tamen semper sit cuique sacerdoti facultas Missam singularem celebrandi, non vero eodem tempore in eadem ecclesia, nec feria V in Cena Domini.

58. Novus ritus concelebrationis conficiatur, Pontificali et Missali romano inserendus.

Caput III

De ceteris Sacramentis et de Sacramentalibus

59. Sacramenta ordinantur ad sanctificationem hominum, ad aedificationem Corporis Christi, ad cultum denique Deo reddendum; ut signa vero etiam ad instructionem pertinent. Fidem non solum supponunt, sed verbis et rebus etiam alunt, roborant, exprimunt; quare fidei sacramenta dicuntur. Gratiam quidem conferunt, sed eorum celebratio fideles optime etiam disponit ad eandem gratiam fructuose recipiendam, ad Deum rite colendum et ad caritatem exercendam.

Maxime proinde interest ut fideles signa Sacramentorum facile intellegant et ea Sacramenta impensissime frequentent, quae ad vitam christianam alendam sunt instituta.

[4] Cf. 1 Tim. 2, 1-2.
[5] Sess. XXI, *Doctrina de Communione sub utraque specie et parvulorum*, capp. 1-3, cann. 1-3: Concilium Tridentinum, *ed. cit.*, t. VIII, pp. 698-699

http://www.obrascatolicas.com

60. Sacramentalia praeterea sancta Mater Ecclesia instituit. Quae sacra sunt signa quibus, in aliquam Sacramentorum imitationem, effectus praesertim spirituales significantur et ex Ecclesiae impetratione obtinentur. Per ea homines ad praecipuum Sacramentorum effectum suscipiendum disponuntur et varia vitae adiuncta sanctificantur.

61. Itaque liturgia Sacramentorum et Sacramentalium id efficit ut fidelibus bene dispositis omnis fere eventus
117 vitae sanctificetur gratia / divina manante ex mysterio paschali Passionis, Mortis et Resurrectionis Christi, a quo omnia Sacramenta et Sacramentalia suam virtutem derivant; nullusque paene rerum materialium usus honestus ad finem hominem sanctificandi Deumque laudandi dirigi non possit.

62. Cum autem, successu temporum, quaedam in Sacramentorum et Sacramentalium ritus irrepserint, quibus eorum natura et finis nostris temporibus minus eluceant, atque adeo opus sit quaedam in eis ad nostrae aetatis necessitates accommodare, Sacrosanctum Concilium ea quae sequuntur de eorum recognitione decernit.

63. Cum haud raro in administratione Sacramentorum et Sacramentalium valde utilis esse possit apud populum linguae vernaculae usurpatio, amplior locus huic tribuatur, iuxta normas quae sequuntur:

a) In administratione Sacramentorum et Sacramentalium lingua vernacula adhiberi potest ad normam art. 36;

b) Iuxta novam Ritualis romani editionem, Ritualia particularia, singularum regionum necessitatibus, etiam quoad linguam, accommodata, a competenti ecclesiastica auctoritate territoriali de qua in art. 22 § 2 huius Constitutionis quam primum parentur, et, actis ab Apostolica Sede recognitis, in regionibus ad quas pertinet adhibeantur. In iis autem Ritualibus vel peculiaribus Collectionibus rituum conficiendis, ne omittantur instructiones, in Rituali romano singulis ritibus praepositae, sive pastorales et rubricales, sive quae peculiare momentum sociale habent.

64. Instauretur catechumenatus adultorum pluribus gradibus distinctus, de iudicio Ordinarii loci in usum deducendus; quo fiat ut tempus catechumenatus, aptae institutioni destinatum, sacris ritibus successivis temporibus celebrandis, sanctificari possit.

65. In terris Missionum, praeter ea quae in traditione christiana habentur, illa etiam elementa initiationis admitti liceat, quae apud unumquemque populum in usu esse reperiuntur, quatenus ritui christiano accommodari pos-
118 sunt, ad normam art. 37-40 huius Constitutionis./

66. Uterque ritus baptizandi adultos, tum simplicior, tum, ratione habita catechumenatus instaurati, solemnior, recognoscatur; et Missali romano Missa propria «In collatione Baptismi» inseratur.

67. Ritus baptizandi parvulos recognoscatur et verae infantium condicioni accommodetur; partes etiam parentum et patrinorum eorumque officia, in ipso ritu, magis pateant.

68. In ritu Baptismi ne desint accommodationes, de iudicio Ordinarii loci adhibendae, pro magno baptizandorum concursu. Conficiatur item Ordo brevior quo, praesertim in terris Missionum, catechistae, et generatim, in periculo mortis, fideles, absente sacerdote vel diacono, uti possint.

69. Loco ritus qui «Ordo supplendi omissa super infantem baptizatum» appellatur, novus conficiatur quo apertius et congruentius indicetur infantem, qui ritu brevi baptizatus fuerit, iam receptum esse in Ecclesiam.

Item novus ritus conficiatur pro valide iam baptizatis, ad sacra catholica conversis, quo significetur eos in Ecclesiae communionem admitti.

70. Aqua baptismalis, extra tempus paschale, in ipso ritu Baptismi probata formula breviore benedici potest.

71. Ritus Confirmationis recognoscatur etiam ut huius Sacramenti intima connexio cum tota initiatione christiana clarius eluceat; quapropter renovatio promissionum Baptismi convenienter ipsam Sacramenti susceptionem praecedet.

Confirmatio, pro opportunitate, intra Missam conferri potest; ad ritum autem extra Missam quod attinet, paretur formula ad modum introductionis adhibenda.

72. Ritus et formulae Paenitentiae ita recognoscantur, ut naturam et effectum Sacramenti clarius exprimant.

73. «Extrema Unctio», quae etiam et melius «Unctio
119 infirmorum» vocari potest, non est Sacramentum eorum tantum qui in extremo vitae / discrimine versantur. Proinde tempus opportunum eam recipiendi iam certe habetur cum

fidelis incipit esse in periculo mortis propter infirmitatem vel senium.

74. Praeter ritus seiunctos Unctionis infirmorum et Viatici, conficiatur Ordo continuus secundum quem Unctio aegroto conferatur post confessionem et ante receptionem Viatici.

75. Unctionum numerus pro opportunitate accommodetur, et orationes ad ritum Unctionis infirmorum pertinentes ita recognoscantur, ut respondeant variis condicionibus infirmorum, qui Sacramentum suscipiunt.

76. Ritus Ordinationum, sive quoad caeremonias sive quoad textus, recognoscantur. Allocutiones Episcopi, initio cuiusque Ordinationis aut Consecrationis, fieri possunt lingua vernacula.

In Consecratione Episcopali impositionem manuum fieri licet ab omnibus Episcopis praesentibus.

77. Ritus celebrandi Matrimonium, qui exstat in Rituali romano, recognoscatur et ditior fiat, quo clarius gratia Sacramenti significetur et munera coniugum inculcentur.

«Si quae provinciae... aliis laudabilibus consuetudinibus et caeremoniis» in celebrando Matrimonii Sacramento «untuntur, eas omnino retineri Sancta Synodus vehementer optat» [1].

Insuper competenti auctoritati ecclesiasticae territoriali, de qua in art. 22 § 2 huius Constitutionis, relinquitur facultas, ad normam art. 63, exarandi ritum proprium usibus locorum et populorum congruentem, firma tamen lege ut sacerdos assistens requirat excipiatque contrahentium consensum.

78. Matrimonium ex more intra Missam celebretur, post lectionem Evangelii et homiliam, ante «orationem fidelium». Oratio super spon/sam, ita opportune emendata 120
ut aequalia officia mutuae fidelitatis utriusque sponsi inculcet, dici potest lingua vernacula.

Si vero Sacramentum Matrimonii sine Missa celebratur, Epistola et Evangelium Missae pro sponsis legantur in initio ritus et benedictio sponsis semper impertiatur.

79. Sacramentalia recognoscantur, ratione habita normae primariae de conscia, actuosa et facili participatione fidelium, et attentis nostrorum temporum necessitatibus. In Ritualibus recognoscendis ad normam art. 63, etiam nova Sacramentalia, prout necessitas expostulat, addi possunt.

Benedictiones reservatae perpaucae sint, et in favorem tantum Episcoporum vel Ordinariorum.

Provideatur ut quaedam Sacramentalia, saltem in specialibus rerum adiunctis et de iudicio Ordinarii, a laicis congruis qualitatibus praeditis, administrari possint.

80. Ritus Consecrationis Virginum, qui in Pontificali romano habetur, recognitioni subiciatur.

Conficiatur praeterea ritus professionis religiosae et renovationis votorum, qui ad maiorem unitatem, sobrietatem et dignitatem conferat, ab iis qui professionem vel votorum renovationem intra Missam peragunt, salvo iure particulari, assumendus.

Professio religiosa laudabiliter intra Missam fiet.

81. Ritus exsequiarum paschalem mortis christianae indolem manifestius exprimat, atque condicionibus et traditionibus singularum regionum, etiam quoad colorem liturgicum, melius respondeat.

82. Recognoscatur ritus sepeliendi parvulos, ac propria Missa donetur./ 121

Caput IV

De Officio divino

83. Summus Novi atque aeterni Testamenti Sacerdos, Christus Iesus, humanam naturam assumens, terrestri huic exsilio hymnum illum invexit, qui in supernis sedibus per omne aevum canitur. Universam hominum communitatem ipse sibi coagmentat, eademque in divino hoc concinendo laudis carmine secum consociat.

Illud enim sacerdotale munus per ipsam suam Ecclesiam pergit, quae non tantum Eucharistia celebranda, sed etiam aliis modis, praesertim Officio divino persolvendo, Domino sine intermissione laudat et pro totius mundi salute interpellat.

[1] Conc. Trid., Sess. XXIV, Decr. *De reformatione*, cap. 1: Concilium Tridentinum, *ed. cit.*, t. IX. *Actorum* pars VI, Friburgi Brisgoviae 1924, p. 969. Cf. *Rituale romanum*, tit. VIII, c. II, n. 6.

84. Divinum Officium ex antiqua traditione christiana ita est constitutum ut totus cursus diei ac noctis per laudem Dei consecretur. Cum vero mirabile illud laudis canticum rite peragunt sacerdotes aliique ad hanc rem Ecclesiae instituto deputati vel christifideles una cum sacerdote forma probata orantes, tunc vere vox est ipsius Sponsae, quae Sponsum alloquitur, immo etiam oratio Christi cum ipsius Corpore ad Patrem.

85. Omnes proinde qui haec praestant, tum Ecclesiae officium explent, tum summum Sponsae Christi honorem participant, quia laudes Deo persolventes stant ante thronum Dei nomine Matris Ecclesiae.

86. Sacerdotes sacro pastorali ministerio addicti eo maiore fervore Horarum laudes persolvent, quo vividius conscii erunt sibi observandum esse monitum Pauli: «Sine intermissione orate» *(1 Thess.* 5, 17); operi enim in quo laborant Dominus solus efficacitatem et incrementum dare potest, qui dixit: «Sine me nihil potestis facere» *(Io.* 15, 5); propterea Apostoli, diaconos instituentes, dixerunt: «Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus» *(Act.* 6, 4).

87. Ut autem divinum Officium, sive a sacerdotibus sive ab aliis Ecclesiae membris melius et perfectius in re-
122 rum adiunctis peragatur, / Sacrosancto Concilio, instaurationem ab Apostolica Sede feliciter inceptam persequenti, de Officio iuxta ritum romanum ea quae sequuntur placuit decernere.

88. Cum sanctificatio diei sit finis Officii, cursus Horarum traditus ita instauretur ut Horis veritas temporis, quantum fieri potest, reddatur, simulque ratio habeatur vitae hodiernae condicionum in quibus versantur praesertim ii qui operibus apostolicis incumbunt.

89. Itaque, in instauratione Officii, hae normae serventur:

a) Laudes, ut preces matutinae, et Vesperae, ut preces vespertinae, ex venerabili universae Ecclesiae traditione duplex cardo Officii cotidiani, Horae praecipuae habendae sunt et ita celebrandae;

b) Completorium ita instruatur, ut fini diei apte conveniat;

c) Hora quae Matutinum vocatur, quamvis in choro indolem nocturnae laudis retineat, ita accommodetur ut qualibet diei hora recitari possit, et e psalmis paucioribus lectionibusque longioribus constet;

d) Hora Prima supprimatur;

e) In choro, Horae minores Tertia, Sexta, Nona serventur. Extra chorum e tribus unam seligere licet, diei tempori magis congruentem.

90. Cum praeterea Officium divinum, utpote oratio publica Ecclesiae, sit fons pietatis et orationis personalis nutrimentum, obsecrantur in Domino sacerdotes aliique omnes divinum Officium participantes, ut in eo persolvendo mens concordet voci; ad quod melius assequendum, liturgicam et biblicam, praecipue psalmorum, institutionem sibi uberiorem comparent.

In instauratione vero peragenda, venerabilis ille romani Officii saecularis thesaurus ita aptetur, ut latius et facilius eo frui possint omnes quibus traditur.

91. Ut cursus Horarum, in art. 89 propositus, reapse observari possit, psalmi non amplius per unam hebdomadam, sed per longius temporis spatium distribuantur.

Opus recognitionis Psalterii, feliciter inchoatum, quam-
123 primum per/ducatur ad finem, respectu habito latinitatis christianae, usus liturgici etiam in cantu, necnon totius traditionis latinae Ecclesiae.

92. Ad lectiones quod attinet, haec serventur:

a) lectio sacrae Scripturae ita ordinetur, ut thesauri verbi divini in pleniore amplitudine expedite adiri possint;

b) lectiones de operibus Patrum, Doctorum et Scriptorum ecclesiasticorum depromendae melius seligantur;

c) Passiones seu vitae Sanctorum fidei historicae reddantur.

93. Hymni, quantum expedire videtur, ad pristinam formam restituantur, iis demptis vel mutatis quae mythologiam sapiunt aut christianae pietati minus congruunt. Recipiantur quoque, pro opportunitate, alii qui in hymnorum thesauro inveniuntur.

94. Praestat, sive ad diem revera sanctificandum, sive ad ipsas Horas cum fructu spirituali recitandas, ut in Horarum absolutione tempus servetur, quod proxime accedat ad tempus verum uniuscuiusque Horae canonicae.

95. Communitates choro obligatae, praeter Missam conventualem, tenentur Officium divinum cotidie in choro celebrare, et quidem:

a) totum Officium, Ordines Canonicorum, Monachorum et Monialium, aliorumque Regularium ex iure vel constitutionibus choro adstrictorum;

b) Capitula cathedralia vel collegialia, eas partes Officii, quae sibi a iure communi vel particulari imponuntur;

c) omnes autem illarum Communitatum sodales, qui sunt aut in Ordinibus maioribus constituti aut solemniter professi, conversis exceptis, debent eas Horas canonicas soli recitare, quas in choro non persolvunt.

96. Clerici choro non obligati, si sunt in Ordinibus maioribus constituti, cotidie, sive in communi, sive soli, obligatione tenentur totum Officium persolvendi, ad normam art. 89./

97. Opportunae commutationes divini Officii cum ac- 124
tione liturgica a rubricis definiantur.

In casibus singularibus iustaque de causa, Ordinarii possunt subditos suos ab obligatione Officium recitandi ex toto vel ex parte dispensare vel id commutare.

98. Sodales cuiusvis Instituti status perfectionis, qui, vi Constitutionum, partes aliquas divini Officii absolvunt, orationem publicam Ecclesiae agunt.

Item, publicam Ecclesiae orationem agunt, si quod parvum Officium, vi Constitutionum, recitant, dummodo in modum Officii divini confectum ac rite approbatum sit.

99. Cum Officium divinum sit vox Ecclesiae seu totius Corporis mystici Deum publice laudantis, suadetur ut clerici choro haud obligati, ac praesertim sacerdotes conviventes vel in unum convenientes, aliquam saltem divini Officii partem in communi persolvant.

Omnes autem sive in choro sive in communi Officium persolventes munus sibi concreditum quam perfectissime, tam interna animi devotione quam externa agendi ratione, peragant.

Praestat insuper ut Officium in choro et in communi, pro opportunitate, cantetur.

100. Curent animarum pastores ut Horae praecipuae, praesertim Vesperae, diebus dominicis et festis sollemnioribus, in ecclesia communiter celebrentur. Commendatur ut et ipsi laici recitent Officium divinum, vel cum sacerdotibus, vel inter se congregati, quin immo unusquisque solus.

101. § 1. Iuxta saecularem traditionem ritus latini, in Officio divino lingua latina clericis servanda est, facta tamen Ordinario potestate usum versionis vernaculae ad normam art. 36 confectae concedendi, singulis pro casibus, iis clericis, quibus usus linguae latinae grave impedimentum est quominus Officium debite persolvant./ 125

§ 2. Monialibus, necnon sodalibus, sive viris non clericis sive mulieribus, Institutorum statuum perfectionis, in Officio divino, etiam in choro celebrando, concedi potest a Superiore competente ut lingua vernacula utantur, dummodo versio approbata sit.

§ 3. Quivis clericus Officio divino adstrictus, si Officium divinum una cum coetu fidelium, vel cum iis qui sub § 2 recensentur, lingua vernacula celebrat, suae obligationi satisfacit, dummodo textus versionis sit approbatus.

Caput V

De anno liturgico

102. Pia Mater Ecclesia suum esse ducit Sponsi sui divini opus salutiferum, statis diebus per anni decursum, sacra recordatione celebrare. In unaquaque hebdomada, die quam Dominicam vocavit, memoriam habet Resurrectionis Domini, quam semel etiam in anno, solemnitate maxima Paschatis, una cum beata ipsius Passione, frequentat.

Totum vero Christi mysterium per anni circulum explicat, ab Incarnatione et Nativitate usque ad Ascensionem, ad diem Pentecostes et ad exspectationem beatae spei et adventus Domini.

Mysteria Redemptionis ita recolens, divitias virtutum atque meritorum Domini sui, adeo ut omni tempore quodammodo praesentia reddantur, fidelibus aperit, qui ea attingant et gratia salutis repleantur.

103. In hoc annuo mysteriorum Christi circulo celebrando, Sancta Ecclesia Beatam Mariam Dei Genetricem cum peculiari amore veneratur, quae indissolubili nexu cum Filii sui opere salutari coniungitur; in qua praecellentem Redemptionis fructum miratur et exaltat, ac veluti

http://www.obrascatolicas.com

in purissima imagine, id quod ipsa tota esse cupit et sperat cum gaudio contemplatur.

104. Memorias insuper Martyrum aliorumque Sanctorum, qui per multiformem Dei gratiam ad perfectionem provecti, atque aeternam iam adepti salutem, Deo in caelis laudem perfectam decantant ac pro nobis intercedunt, 126 circulo anni inseruit Ecclesia. In Sanctorum enim natalitiis praedicat paschale mysterium in Sanctis cum Christo compassis et conglorificatis, et fidelibus exempla eorum proponit, omnes per Christum ad Patrem trahentia, eorumque meritis Dei beneficia impetrat.

105. Variis denique anni temporibus iuxta traditas disciplinas, Ecclesia fidelium eruditionem perficit, per pias animi et corporis exercitationes, instructionem, precationem, paenitentiae et misericordiae opera. Quapropter placuit Sacrosancto Concilio ea quae sequuntur decernere.

106. Mysterium paschale Ecclesia, ex traditione apostolica, quae originem ducit ab ipsa die Resurrectionis Christi, octava quaque die celebrat, quae dies Domini seu dies dominica merito nuncupatur. Hac enim die christifideles in unum convenire debent ut, verbum Dei audientes et Eucharistiam participantes, memores sint Passionis, Resurrectionis et gloriae Domini Iesu, et gratias agant Deo qui eos «regeneravit in spem vivam per Resurrectionem Iesu Christi ex mortuis» (*1 Pt.* 1, 3). Itaque dies dominica est primordialis dies festus, qui pietati fidelium proponatur et inculcetur, ita ut etiam fiat dies laetitiae et vacationis ab opere. Aliae celebrationes, nisi revera sint maximi momenti, ipsi ne praeponantur, quippe quae sit fundamentum et nucleus totius anni liturgici.

107. Annus liturgicus ita recognoscatur ut, servatis aut restitutis sacrorum temporum traditis consuetudinibus et disciplinis iuxta nostrae aetatis condiciones, ipsorum indoles nativa retineatur ad fidelium pietatem debite alendam in celebrandis mysteriis Redemptionis christianae, maxime vero mysterio paschali. Accommodationes autem, secundum locorum condiciones, si quae forte necessariae sint, fiant ad normam art. 39 et 40.

108. Fidelium animi dirigantur imprimis ad dies festos Domini, quibus mysteria salutis per annum celebrantur. Proinde Proprium de Tempore aptum suum locum obtineat super festa Sanctorum, ut integer mysteriorum salu- 127 tis cyclus debito modo recolatur.

109. Duplex indoles temporis quadragesimalis, quod praesertim per memoriam vel praeparationem Baptismi et per paenitentiam fideles, instantius verbum Dei audientes et orationi vacantes, componit ad celebrandum paschale mysterium, tam in liturgia quam in catechesi liturgica pleniore in luce ponatur. Proinde:

a) elementa baptismalia liturgiae quadragesimalis propria abundantius adhibeantur; quaedam vero ex anteriore traditione, pro opportunitate, restituantur;

b) idem dicatur de elementis paenitentialibus. Quoad catechesim autem animis fidelium inculcetur, una cum consectariis socialibus peccati, illa propria paenitentiae natura quae peccatum, prout est offensa Dei, detestatur; nec praetermittantur partes Ecclesiae in actione paenitentiali atque oratio pro peccatoribus urgeatur.

110. Paenitentia temporis quadragesimalis non tantum sit interna et individualis, sed quoque externa et socialis. Praxis vero paenitentialis, iuxta nostrae aetatis et diversarum regionum possibilitates necnon fidelium condiciones, foveatur, et ab auctoritatibus, de quibus in art. 22, commendetur.

Sacrum tamen esto leiunium paschale, feria VI in Passione et Morte Domini ubique celebrandum et, iuxta opportunitatem, etiam Sabbato sancto producendum, ut ita, elato et aperto animo, ad gaudia dominicae Resurrectionis perveniatur.

111. Sancti iuxta traditionem in Ecclesia coluntur, eorumque reliquiae authenticae atque imagines in veneratione habentur. Festa Sanctorum mirabilia quidem Christi in servis eius praedicant et fidelibus opportuna praebent exempla imitanda.

Ne festa Sanctorum festis ipsa mysteria salutis recolentibus praevaleant, plura ex his particulari cuique Ecclesiae vel Nationi vel Religiosae Familiae relinquantur celebranda, iis tantum ad Ecclesiam universam extensis, quae 128 Sanctos memorant momentum universale revera prae se ferentes.

Caput VI

De musica sacra

112. Musica traditio Ecclesiae universae thesaurum constituit pretii inaestimabilis, inter ceteras artis expressiones excellentem, eo praesertim quod ut cantus sacer qui verbis inhaeret necessariam vel integralem liturgiae sollemnis partem efficit.

Profecto sacros concentus laudibus extulerunt cum Sacra Scriptura [1], tum sancti Patres atque Romani Pontifices, qui recentiore aetate, praeeunte sancto Pio X, munus Musicae sacrae ministeriale in dominico servitio pressius illustrarunt.

Ideo Musica sacra tanto sanctior erit quanto arctius cum actione liturgica connectetur, sive orationem suavius exprimens vel unanimitatem fovens, sive ritus sacros maiore locupletans sollemnitate. Ecclesia autem omnes veras artis formas, debitis praeditas dotibus, probat easque in cultum divinum admittit.

Sacrosanctum igitur Concilium normas ac praecepta ecclesiasticae traditionis et disciplinae servans finemque Musicae respiciens, qui gloria Dei est atque sanctificatio fidelium, ea quae sequuntur statuit.

113. Formam nobiliorem actio liturgica accipit, cum divina Officia sollemniter in cantu celebrantur, quibus ministri sacri intersint quaeque populus actuose participet.

Quoad linguam adhibendam, serventur praecepta art. 36; quoad Missam art. 54; quoad Sacramenta, art. 63; quoad Officium divinum, art. 101.

114. Thesaurus Musicae sacrae summa cura servetur et foveatur. Scholae cantorum assidue provehantur, praesertim apud ecclesias cathedrales; Episcopi vero ceterique animarum pastores sedulo curent ut in / qualibet actione 129 sacra in cantu peragenda universus fidelium coetus actuosam participationem sibi propriam praestare valeat, ad normam art. 28 et 30.

115. Magni habeatur institutio et praxis musica in Seminariis, in Religiosorum utriusque sexus novitiatibus et studiorum domibus, necnon in ceteris institutis et scholis catholicis; ad quam quidem institutionem assequendam, magistri, qui Musicae sacrae docendae praeficiuntur, sedulo conformentur.

Commendantur insuper Instituta Superiora de Musica sacra pro opportunitate erigenda.

Musicae vero artifices, cantores, imprimis pueri, etiam germana institutione liturgica donentur.

116. Ecclesia cantum gregorianum agnoscit ut liturgiae romanae proprium: qui ideo in actionibus liturgicis, ceteris paribus, principem locum obtineat. Alia genera Musicae sacrae, praesertim vero polyphonia, in celebrandis divinis Officiis minime excluduntur, dummodo spiritui actionis liturgicae respondeant, ad normam art. 30.

117. Compleatur editio typica librorum cantus gregoriani; immo paretur editio magis critica librorum iam editorum post instaurationem sancti Pii X.

Expedit quoque ut paretur editio simpliciores modos continens, in usum minorum ecclesiarum.

118. Cantus popularis religiosus sollerter foveatur, ita ut in piis sacrisque exercitiis et in ipsis liturgicis actionibus, iuxta normas et praecepta rubricarum, fidelium voces resonare possint.

119. Cum in regionibus quibusdam, praesertim Missionum, gentes inveniantur quibus propria est traditio musica, magnum momentum in earum vita religiosa ac sociali habens, huic musicae aestimatio debita necnon locus congruus, praebeatur, tam in fingendo earum sensu relligioso, 130 quam in cultu ad earum indolem accommodando, ad mentem art. 39 et 40.

Quapropter in institutione musica missionariorum diligenter curetur, ut, quantum fieri potest, traditionalem earum gentium musicam tam in scholis quam in actionibus sacris promovere valeant.

120. Organum tubulatum in Ecclesia latina magno in honore habeatur, tamquam instrumentum musicum traditionale, cuius sonus Ecclesiae caeremoniis mirum addere

[1] Cf. Eph. 5, 19; Col. 3, 16.

valet splendorem, atque mentes ad Deum ac superna vehementer extollere.

Alia vero instrumenta, de iudicio et consensu auctoritatis territorialis competentis, ad normam art. 22 § 2, 3° et 40, in cultum divinum admittere licet, quatenus usui sacro apta sint aut aptari possint, templi dignitati congruant, atque revera aedificationi fidelium faveant.

121. Sentiant musicae artifices, spiritu christiano imbuti, se ad Musicam sacram colendam et ad thesaurum eius augendum esse vocatos.

Modos autem componant, qui notas verae Musicae sacrae prae se ferant atque non solum a maioribus scholis cantorum cani possint, sed minoribus quoque scholis conveniant et actuosam participationem totius coetus fidelium foveant.

Textus cantui sacro destinati catholicae doctrinae sint conformes, immo ex Sacris Scripturis et fontibus liturgicis potissimum hauriantur.

Caput VII

De arte sacra deque sacra supellectile

122. Inter nobilissimas ingenii humani exercitationes artes ingenuae optimo iure adnumerantur, praesertim autem ars religiosa eiusdemque culmen, ars nempe sacra. Quae natura sua ad infinitam pulchritudinem divinam spectant, humanis operibus aliquomodo exprimendam, et Deo eiusdemque laudi et gloriae provehendae eo magis 131 addi/cuntur, quo nihil aliud eis propositum est, quam ut operibus suis ad hominum mentes pie in Deum convertendas maxime conferant.

Alma Mater Ecclesia proinde semper fuit ingenuarum artium amica, earumque nobile ministerium, praecipue ut res ad sacrum cultum pertinentes vere essent dignae, decorae ac pulchrae, rerum supernarum signa et symbola, continenter quaesivit, artificesque instruxit. Immo earum veluti arbitram Ecclesia iure semper se habuit, diiudicans inter artificum opera quae fidei, pietati legibusque religiose traditis congruerent, atque ad usum sacrum idonea haberentur.

Peculiari sedulitate Ecclesia curavit ut sacra supellex digne et pulchre cultus decori inserviret, eas mutationes sive in materia, sive in forma, sive in ornatu admittens, quas artis technicae progressus per temporis decursum invexit.

Placuit proinde Patribus hisce de rebus ea quae sequuntur decernere.

123. Ecclesia nullum artis stilum veluti proprium habuit, sed secundum gentium indoles ac condiciones atque variorum Rituum necessitates modos cuiusvis aetatis admisit, efficiens per decursum saeculorum artis thesaurum omni cura servandum. Nostrorum etiam temporum atque omnium gentium et regionum ars liberum in Ecclesia exercitium habeat, dummodo sacris aedibus sacrisque ritibus debita reverentia debitoque honore inserviat; ita ut eadem ad mirabilem illum gloriae concentum, quem summi viri per praeterita saecula catholicae fidei cecinere, suam queat adiungere vocem.

124. Curent Ordinarii ut artem vere sacram promoventes eique faventes, potius nobilem intendant pulchritudinem quam meram sumptuositatem. Quod etiam intellegatur de sacris vestibus et ornamentis. Curent Episcopi ut artificum opera, quae fidei et moribus, ac christianae pietati repugnent, offendantque sensum vere religiosum vel ob formarum depravationem, vel ob artis insufficientiam, mediocritatem ac simulationem, ab aedibus Dei aliisque locis sacris sedulo arceantur.

In aedificandis vero sacris aedibus, diligenter curetur ut 132 ad litur/gicas actiones exsequendas et ad fidelium actuosam participationem obtinendam idoneae sint.

125. Firma maneat praxis, in ecclesiis sacras imagines fidelium venerationi proponendi; attamen moderato numero et congruo ordine exponantur, ne populo christiano admirationem inficiant, neve indulgeant devotioni minus rectae.

126. In diiudicandis artis operibus Ordinarii locorum audiant Commissionem dioecesanam de Arte sacra, et, si casus ferat, alios viros valde peritos, necnon Commissiones de quibus in articulis 44, 45, 46.

Sedulo advigilent Ordinarii ne sacra supellex vel opera pretiosa, utpote ornamenta domus Dei, alienentur vel disperdantur.

127. Episcopi vel per se ipsos vel per sacerdotes idoneos qui peritia et artis amore praediti sunt, artificum curam habeant, ut eos spiritu Artis sacrae et sacrae Liturgiae imbuant.

Insuper commendatur ut scholae vel Academiae de Arte Sacra ad artifices formandos instituantur in illis regionibus in quibus id visum fuerit.

Artifices autem omnes, qui ingenio suo ducti, gloriae Dei in Ecclesia sancta servire intendunt, semper meminerint agi de sacra quadam Dei Creatoris imitatione et de operibus cultui catholico, fidelium aedificationi necnon pietati eorumque instructioni religiosae destinatis.

128. Canones et statuta ecclesiastica, quae rerum externarum ad sacrum cultum pertinentium apparatum spectant, praesertim quoad aedium sacrarum dignam et aptam constructionem, altarium formam et aedificationem, tabernaculi eucharistici nobilitatem, dispositionem et securitatem, baptisterii convenientiam et honorem, necnon congruentem sacrarum imaginum, decorationis et ornatus rationem, una cum libris liturgicis ad normam art. 25 quam primum recognoscantur: quae liturgiae instauratae minus congruere videntur, emendentur aut aboleantur; quae vero ipsi favent, retineantur vel introducantur.

Qua in re, praesertim quoad materiam et formam sacrae supellecti/lis et indumentorum, territorialibus Episcoporum Coetibus facultas tribuitur res aptandi necessitatibus et 133 moribus locorum, ad normam art. 22 huius Constitutionis.

129. Clerici, dum philosophicis et theologicis studiis incumbunt, etiam de artis sacrae historia eiusque evolutione instituantur, necnon de sanis principiis quibus opera artis sacrae inniti debent, ita ut Ecclesiae venerabilia monumenta aestiment atque servent, et artificibus in operibus efficiendis congrua consilia queant praebere.

130. Convenit ut usus pontificalium reservetur illis ecclesiasticis personis, quae aut charactere episcopali, aut peculiari aliqua iurisdictione gaudent.

APPENDIX

Sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani secundi de calendario recognoscendo declaratio

Sacrosanctum Oecumenicum Concilium Vaticanum secundum, haud parvi momenti aestimans multorum desideria de festo Paschatis certae dominicae assignando et de calendario stabiliendo, omnibus sedulo perpensis, quae ex inductione novi calendarii manare possint, haec quae sequuntur declarat:

1. Sacrosanctum Concilium non obnititur quin festum Paschatis certae dominicae in Calendario Gregoriano assignetur, assentientibus iis quorum intersit, praesertim fratribus ab Apostolicae Sedis communione seiunctis.

2. Item Sacrosanctum Concilium declarat se non obsistere inceptis quae conferant ad calendarium perpetuum in societatem civilem inducendum.

Variorum autem systematum, quae ad calendarium perpetuum stabiliendum et in societatem civilem inducendum excogitantur, iis tantum / Ecclesia non obsistit, quae heb- 134 domadam septem dierum cum dominica servant et tutantur, nullis diebus extra hebdomadam interiectis, ita ut hebdomadarum successio intacta, nisi accedant gravissimae rationes de quibus Apostolica Sedes iudicium ferat, relinquatur.

Haec omnia et singula quae in hac Constitutione [*] *edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.*

Romae, apud S. Petrum die IV decembris anno MCMLXIII.
Ego Paulus, *Catholicae Ecclesiae Episcopus (Sequuntur* 135
ceterae subsignationes). 138

* In sessione III celebrata die 4 dec. an. 1963 promulgata. **Adn.** P. BORELLA in **EL** 78 (1964) 327-330; C. BRAGA in **EL** 78 (1964) 275-283, 331-333; A. DIRES in **EL** 78 (1964) 323-327, 398-401; S. FAMOSO in **EL** 78 (1964) 251-266; A. FRANQUESA in **EL** 78 (1964) 295-308; B. FRISON in **CpR** 42 (1963) 293-318; M. GY in **EL** 78 (1964) 272-275; I. GORDON in **PrM** 54 (1965) 89-140, 392-408, 517-582; A. HAENGGI in **EL** 78 (1964) 247-250; H. JENNY in **EL** 78 (1964) 360-365; P. JOUNEL in **EL** 78 (1964) 333-337, 366-367; I. A. JUNGMANN in **EL** 78 (1964) 289-290; J. M. LECEA in **Ius can.** 4 (1964) 473-491; B. LUYKX in **EL** 78 (1964) 266-272; F. MARINELLI in **Pal. cleso** 44 (1965) 367-380; I. MEJIA in **EL** 78 (1964) 283-288; E. MONETA CAGLIO in **EL** 78 (1964) 368-384; B. NEUNHEUSER in **Seminarium** 18 (1966) 104-115; I. OÑA-

http://www.obrascatolicas.com

TIBIA in EL 78 (1964) 311-320; L. PASCHER in EL 78 (1964) 320-323, 338-341 et in AKKR 132 (1963) 385-405; F. ROMITA in ME 89 (1964) 43-66, 397-488; C. ROSSI in EL 78 (1964) 309-311; H. SCHMIDT in EL 78 (1964) 341-356; TH. SCHNITZLER in EL 78 (1964) 291-296; L. TRIMELONI in Perfice munus 39 (1964) 68-73; C. VAGAGGINI in EL 78 (1964) 228-248; V. VIGORELLI in EL 78 (1964) 385-397; F. ZAUNER in EL 78 (1964) 358-360; aliam bibliographiam vide apud EL 78 (1964) 408-408, 561-572; Notitiae 2 (1966) 143-152.

3142

1963 DEC 4.-PAULUS VI, DECRETUM. PART.*

VACATIO LEGIS PRO CONST. «DE SACRA LITURGIA»

Beatissimus Pater, pro modo approbata Constitutione «de Sacra Liturgia» statuit vacationem legis usque ad diem 16 februarii, anni 1964, dominicam primam Quadragesimae. Intra hoc tempus idem Beatissimus Pater statuet quando et quibus modis nova huius Constitutionis decreta in actum deducenda sint. Nemini itaque licet ante hoc tempus haec nova decreta per seipsum in actum deducere. = Pericles Felici, Archiepiscopus tit. Samosatensis, *Ss. Concilii Secretarius Generalis.*

* Sacrosanctum oecumenicum Concilium Vaticanum II. Constitutiones, Decreta, Declarationes, Typis Poliglottis Vaticanis 1966, p. 70.

3143

1963 DEC 4.-CONC. VAT. II, DECR. AAS 56 (1964) 145-157

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, una cum Sacrosancti Concilii Patribus
Ad perpetuam rei memoriam

DECRETUM DE INSTRUMENTIS COMMUNICATIONIS SOCIALIS

1. Inter mirifica technicae artis inventa, quae hodiernis praesertim temporibus, Deo favente, humanum ingenium e rebus creatis deprompsit, peculiari sollicitudine Mater Ecclesia ea excipit ac prosequitur quae hominis animum potissimum respiciunt, quaeque novas aperuerunt vias cuiusvis generis nuntios, cogitata ac praecepta facillime communicandi. E quibus vero inventis ea eminent instrumenta, quae non modo singulos homines, sed ipsas multitudines totamque humanam societatem, natura sua attingere ac movere valent, sicuti prelum, cinematographeum, radiophonia, televisio et alia huiusmodi, quae proinde instrumenta communicationis socialis merito vocari possunt.

2. Novit quidem Mater Ecclesia haec instrumenta, si recte adhibeantur, humano generi valida praebere subsidia, cum multum conferant ad relaxandos et excolendos animos atque ad Dei regnum propagandum et firmandum; novit etiam homines posse ea adhibere contra divini Conditoris consilium et in suorum ipsorum iacturam conver-
146 tere; immo ma/terno angitur doloris sensu ob damna quae ex pravo eorum usu humanae consociationi nimis saepe orta sunt.

Quare Sacrosancta Synodus, Summorum Pontificum et Episcoporum, in re tanti momenti, vigilanti curae instans, suum esse censet quaestiones praecipuas tractare cum instrumentis communicationis socialis conexas. Confidit insuper suam doctrinam et disciplinam hoc modo propositam, non modo christifidelium saluti, sed etiam totius consortionis humanae progressui esse profuturam.

CAPUT I

3. Catholica Ecclesia, cum ad salutem universis hominibus afferendam a Christo Domino constituta sit ideoque evangelizandi necessitate compellatur, sui officii partes esse ducit nuntium salutis, ope etiam instrumentorum communicationis socialis, praedicare hominesque de eorum recto usu docere.

Ecclesiae ergo nativum ius competit quodvis horum instrumentorum genus, quatenus ad christianam educationem omnemque suam de animarum salute operam sunt necessaria vel utilia, adhibendi atque possidendi; ad Sacros vero Pastores munus pertinet fideles ita instituendi atque moderandi ut iidem, horum etiam instrumentorum auxilio, suam totiusque humanae familiae salutem ac perfectionem persequantur.

Ceterum, laicorum praesertim est huiusmodi instrumenta humano christianoque spiritu vivificare, ut magnae humani convictus expectationis divinoque consilio plene respondeant.

4. Ad recte haec instrumenta adhibenda omnino necesse est ut omnes, qui iisdem utantur, ordinis moralis normas noscant et fideliter in hac provincia ad effectum deducant. Rerum materiam ergo considerent quae, pro peculiari cuiusque instrumenti natura, communicantur; simul vero adiuncta seu circumstantias omnes, hoc est finem, personas, locum, tempus ceteraque prae oculis habeant quibus ipsa communicatio perficitur quaeque eiusdem honestatem possunt mutare, vel prorsus novare; inter quae numeratur modus agendi uniuscuiusque instrumentorum proprius, eorum scilicet vis, quae tanta esse potest ut homines, praesertim si imparati sint, eamdem animadverte-
re, imperio regere ac, si res ferat, reicere, difficulter
147 valeant. /

5. Praecipue vero necesse est ut omnes quorum interest rectam de horum instrumentorum usu conscientiam sibi efforment, praesertim quod attinet ad nonnullas quaestiones nostra aetate acrius agitatas.

Prima quaestio informationem, quam aiunt, spectat, seu nuntiorum exquisitionem atque evulgationem. Patet, profecto, eam, ob hodiernae humanae societatis progressum atque ob arctiora vincula inter eiusdem membra, perutilem atque plerumque necessariam evasisse; publica enim et tempestiva eventuum rerumque communicatio pleniorem et continuam eorum notitiam praebet singulis hominibus, ita ut ipsi ad bonum commune efficaciter conferre possint omnesque auctiorem totius civilis societatis profectum facilius promoveant. Inest ergo in societate humana ius ad informationem de iis quae hominibus, sive singulis, sive societate coniunctis, secundum uniuscuiusque condiciones conveniant. Huius tamen rectum iuris exercitium expostulat ut, quoad suum obiectum communicatio sit semper vera atque, iustitia et caritate servatis, integra; praeterea, quoad modum, sit honesta et conveniens, scilicet leges morales hominisque legitima iura et dignitatem, cum in nuntiis quaeritandis tum in evulgandis, sancte servet; non omnis enim scientia prodest «caritas vero aedificat» (1 *Cor.* 8, 1).

6. Secunda quaestio rationes respicit intercedentes inter artis, ut aiunt, iura et legis moralis normas. Cum increbrescentes de hac re controversiae non raro ortum ducant a falsis doctrinis de ethica et aesthetica, Concilium obiectivi ordinis moralis primatum absolute omnibus tenendum edicit, quippe qui ceteros omnes rerum humanarum ordines, artis non excepto, licet dignitate praestantes, unus superet congruenterque componat. Solus enim ordo moralis hominem, Dei rationalem creaturam et ad superna vocatum, in tota ipsius natura attingit idemque, si quidem integre fideliterque servetur, ad perfectionem et beatitudinem plene assequendam ipsum adducit.

7. Postremo, mali moralis narratio, descriptio vel repraesentatio possunt sane, etiam ope instrumentorum communicationis socialis, inservire ad hominem penitius cognoscendum explorandumque, ad veri bonique magnificentiam manifestandam atque extollendam, opportunioribus ceterum effectibus dramaticis obtentis; attamen, ne damnum potius quam utilitatem animis afferant, legibus moralibus omnino obtemperent, praesertim si agatur de rebus quae debitam reverentiam exigant, vel quae hominem, originali labe vulneratum, facilius ad pravas cupiditates
148 incitent. /

8. Cum publicae opiniones hodie vim et auctoritatem maximam exerceant in omnium ordinum civium vitam, sive privatam sive publicam, necesse est ut omnia societatis membra sua iustitiae et caritatis officia, hac quoque in provincia, adimpleant; itaque, istorum etiam instrumentorum ope, contendant ad rectas publicas opiniones efformandas atque pandendas.

9. Peculiaria officia obstringunt receptores omnes, lectores scilicet, spectatores et auditores, qui communicationes his instrumentis diffusas, personali ac libera electione, recipiunt. Recta enim electio postulat ut iidem omnibus quae virtute, scientia et arte praestent plene faveant; ea autem vitent quae vel sibi spiritalis detrimenti causa vel occasio fiant, vel alios per pravum exemplum in periculum inducere possunt, vel bonis communicationibus obstent malasque promoveant; quod plerumque fit pretium praebitoribus solvendo qui ob oeconomicas dumtaxat rationes haec instrumenta adhibeant.

Ut ergo iidem receptores legem moralem adimpleant, officium ne praetermittant sese tempestive certiores faciendi de sententiis quae his in rebus a competenti auctori-

tate ferantur, atque eisdem secundum rectae conscientiae normas obsequendi; ut vero minus rectis suasionibus facilius obsistant, bonis autem plene faveant, curent suam conscientiam aptis auxiliis dirigere atque instituere.

10. Receptores, praesertim iuniores, curent ut in usu horum instrumentorum moderationem et disciplinam assuescant; studeant insuper ut res visas, auditas, lectas penitius intellegant; cum educatoribus ac peritis de iisdem disserant et rectum iudicium proferre ediscant. Parentes vero suum esse officium meminerint sedulo invigilandi ne spectacula, folia et alia huiusmodi, quae fidei aut moribus infensa sint, domestici convictus limen intrent, neve filii familias alibi talibus occurrant.

11. Praecipuum morale officium quoad rectum instrumentorum communicationis socialis usum respicit diurnarios, scriptores, actores, scaenarum artifices, effectores, dirigentes, distributores, exercentes et venditores, criticos ceterosque qui quocumque modo in communicationibus efficiendis et transmittendis partem habeant; omnino enim patet quae et quam gravis momenti officia iis omnibus sint tribuenda in hodiernis hominum condicionibus, cum ipsi, informando atque incitando, humanum genus recte vel pessum ducere possint.

Eorum itaque erit oeconomicas, vel politicas, vel artis
149 rationes/ita componere ut eaedem bono communi numquam adversentur; quod ut expeditius obtineant, ipsi laudabiliter nomen consociationibus dent ad suam professionem spectantibus, quae suis membris —etiam, si opus fuerit, inito foedere de codice morali recte servando— legum moralium reverentiam in suae artis negotiis et officiis imponant.

Semper autem memores sint magnam partem lectorum et spectatorum e iuvenibus constare, qui indigent prelo atque spectaculis quae honesta oblectamenta praebeant atque ad altiora animos alliciant. Curent insuper ut communicationes de rebus ad religionem spectantibus personis dignis ac peritis tractanda concredantur et debita reverentia perficiantur.

12. Civilis auctoritas hac in re peculiaribus officiis obstringitur ratione boni communis, ad quod haec instrumenta ordinantur. Eiusdem enim auctoritatis est, pro suo munere, informationis veram iustamque libertatem, qua hodierna societas ad sui profectum omnino eget, praesertim ad prelum quod attinet, defendere ac tutari; religionem, culturam, optimas artes fovere; receptores, ut suis legitimis iuribus libere frui possint, tueri. Praeterea civilis potestatis est ea incepta adiuvare quae, licet praesertim iuventuti maxime sint utilia, suscipi secus non possunt.

Denique eadem publica potestas, quae legitime operam dat civium valetudini, tenetur officio, per legum promulgationem ac sedulam executionem, iuste et vigilanter consulendi ne ex horum instrumentorum pravo usu gravia discrimina publicis moribus et societatis progressui obveniant. Per hanc vigilem curam minime singulorum vel coetuum comprimitur libertas, praesertim si validae deficiant cautiones ex parte eorum qui, ex suscepto munere, haec instrumenta adhibent.

Peculiaris autem tutela exerceatur ad iuniores defendendos a prelo et spectaculis quae eorum aetati noxia sint.

CAPUT II

13. Omnes Ecclesiae filii communi animo consilioque conentur ut instrumenta communicationis socialis, nulla interposita mora et maxima adhibita industria, efficaciter in multiplicibus apostolatus operibus, prout rerum et temporum adiuncta exposcent, usurpentur, noxia incepta prae-
150 currentes, illis praesertim in regionibus quarum moralis et religiosus progressus urgentiorem navitatem exquirit. /

Sacri ergo Pastores suum munus in hac provincia, cum eorumdem ordinario praedicationis officio arcte conexum, explere properent; laici quoque, qui in his instrumentis adhibendis partes habent, Christo testimonium reddere satagent, imprimis suis cuiusque muneribus perite et apostolico animo perfungentes, immo, pro sua parte, technicis, oeconomicis, cultus artisque facultatibus actioni pastorali Ecclesiae directe auxiliatricem praestantes operam.

14. Imprimis prelum honestum foveatur. Ad lectores autem christiano spiritu plene imbuendos, prelum etiam excitetur et provehatur veri nominis catholicum, quod sicet —sive directe ab ipsa auctoritate ecclesiastica, sive a catholicis viris promotum et dependens— manifeste hoc animo edatur ut publicas opiniones iuri naturae et catholicis doctrinis praeceptisque consonas efformet, firmet atque promoveat, facta vero quae Ecclesiae vitam respiciant perpulget ac recte explanet. Moneantur autem fideles de necessitate catholicum prelum legendi atque diffundendi ad iudicium christianum sibi de omnibus eventibus efformandum.

Taeniolarum effectio et exhibitio ad honestam animi relaxationem, humanum cultum et artem utilium, imprimis autem earum quae iuventuti destinentur, validis omnibus auxiliis promoveantur et in tuto ponantur: quod praesertim fit opes atque incepta honestorum effectorum et distributorum adiuvando ac simul coniungendo, pelliculas laude dignas criticorum consensu et praemiis commendando, catholicorum proborumque exercentium auditoria fovendo ac inter se consociando.

Itidem efficax adiumentum feratur transmissionibus radiophonicis et televisificis honestis, imprimis iis quae familiis sint consentaneae. Catholicae autem transmissiones sollerter foveantur, quibus auditores et spectatores ad vitam Ecclesiae participandam inducantur atque veritatibus religiosis imbuentur. Sollicite quoque, ubi oportuerit, excitandae sunt stationes catholicae; curandum vero est ut earum transmissiones convenienti perfectione et efficacitate praestent.

Consulatur insuper ut nobilis et prisca scaenica ars, quae iam per instrumenta communicationis socialis late propagetur, ad spectatorum humanitatem morumque conformationem contendat.

15. Ut necessitatibus nuper expositis provideatur, sacerdotes, religiosi necnon laici tempestive instituantur, qui congrua peritia polleant in his instrumentis ad fines apostolatus moderandis. /
151

Imprimis debent laici arte, doctrina et moribus instrui, multiplicato scholarum, facultatum et institutorum numero, ubi diurnarii, auctores cinematographei et radiophonicarum televisificarumque transmissionum ceterique quorum interest, integram formationem, spiritu christiano imbutam, praesertim quoad doctrinam socialem Ecclesiae, nancisci possint. Scaenici quoque actores instituendi ac iuvandi, ut sua arte humanae societati conveniente prosint. Sedulo denique parandi sunt critici litterarii, cinematographici, radiophonici, televisifici ceterique, qui suam quisque scientiam optime calleant atque talia iudicia ferre edoceantur et incitentur in quibus semper ratio moralis in sua luce collocetur.

16. Cum rectus instrumentorum usus communicationis socialis, quae receptoribus praesto sunt aetate cultuque diversis, accommodatas et proprias requirat eorumdem receptorum institutionem atque exercitationem, incepta quae huic fini consequendo sint apta —praesertim si iunioribus destinentur— in scholis catholicis cuiusve gradus, in Seminariis necnon in apostolatus laicorum coetibus foveantur, multiplicentur atque iuxta morum christianorum principia dirigantur. Quod ut promptius efficiatur, doctrinae et disciplinae catholicae de hac re propositio ac explicatio in catechismo tradatur.

17. Cum prorsus dedeceat Ecclesiae filios desides pati verbum salutis alligari ac praepediri technicis moris vel expensis, ingentissimis sane, quae istorum instrumentorum propria sunt, monet haec Sancta Synodus eosdem officio obstringi sustinendi et auxiliandi catholicas ephemerides, folia periodica atque cinematographica incepta, stationes transmissionesque radiophonicas et televisificas, quorum finis praecipuus sit veritatem evulgare et defendere atque christianae institutioni humanae societatis providere. Simul vero consociationes et singulos viros, qui in rebus oeconomicis vel technicis magna polleant auctoritate, instanter invitat ut suis opibus suaque peritia libenter haec instrumenta, quatenus veri nominis culturae et apostolatui inserviunt, largiter sustentent.

18. Quo autem Ecclesiae multiformis apostolatus circa instrumenta communicationis socialis efficacius roboretur, in omnibus orbis dioecesibus, Episcoporum iudicio, quotannis dies celebretur in qua fideles edoceantur de suis in hac rerum parte officiis, invitentur ad preces pro hac causa fundendas et ad stipem ad eumdem finem conferendam, quae scilicet in instituta et incepta ab Ecclesia in hac re promota, sustentanda ac fovenda, iuxta orbis catholici necessitates, sancte impendatur./
152

19. In sua suprema pastorali cura adimplenda circa instrumenta communicationis socialis praesto est Summo Pontifici peculiare Sanctae Sedis Officium [1].

[1] Patres autem Concilii, votum «Secretariatus de Scriptis prelo edendis et de Spectaculis moderandis» libentes excipientes, Summum Pontificem reverenter rogant ut huius Officii munera et competentia ad omnia communicationis socialis instrumenta, prelo non excepto, extendantur, ascitis ex variis nationibus rei peritis, etiam laicis.

http://www.obrascatolicas.com

20. Episcoporum autem erit huiusmodi operibus et inceptis in propriis Dioecesibus invigilare eademque promovere et, quatenus ad apostolatum publicum spectent, ordinare, iis non exceptis quae religiosorum exemptorum moderamini subiciuntur.

21. Cum vero efficax pro tota Natione apostolatus unitatem consiliorum et virium requirat, haec Sancta Synodus statuit et mandat, ut Officia nationalia pro rebus preli, cinematographici, radiophoniae et televisionis ubique constituantur omnique ope adiuventur. Horum ergo Officiorum praesertim erit consulere ut conscientia fidelium in his instrumentis adhibendis recte efformetur necnon quidquid in hac provincia a catholicis agitur fovere et ordinare.

In unaquaque Natione eorum moderatio peculiari Episcoporum coetui, vel alicui Episcopo delegato, concredatur; in iisdem autem Officiis laici quoque partes habeant, qui catholicae doctrinae harumque artium periti sint.

22. Cum insuper eorundem instrumentorum efficacitas limites Nationem excedat, atque singulos quasi cives efficiat totius consortionis humanae, in hac provincia incepta nationalia inter se cooperentur etiam in ambitu internationali. Officia autem, de quibus in n. 21, operose adlaborent una cum sua cuiusque Consociatione Catholica Internationali. Hae autem Consociationes Catholicae Internationales a sola Sancta Sede legitime approbantur et ab eadem pendent.

CLAUSULAE

23. Ut universa huius Sanctae Synodi principia et normae de instrumentis communicationis socialis ad effectum deducantur, de expresso mandato Concilii, Instructio pastoralis edatur cura Sanctae Sedis Officii, de quo in n. 19,
153 adiuvantibus ex variis nationibus rei peritis./

24. Ceterum confidit haec Sancta Synodus hanc suam institutorum et normarum traditionem libenter acceptam et sancte custoditam fore ab omnibus Ecclesiae filiis, qui idcirco, etiam his auxiliis utentes, nedum damna patiantur, salis lucisque instar, terram condiant ac mundum collustrent; insuper omnes bonae voluntatis homines, imprimis eos qui haec instrumenta moderantur, invitat ut studeant eadem unice flectere in bonum humanae societatis, cuius sors magis in dies ab eorum recto usu pendet.

Itaque, sicut priscis iam artium monumentis, novis etiam hisce inventis Nomen Domini glorificetur, secundum illud Apostoli: «Iesus Christus heri et hodie, ipse et in saecula» (*Hebr.* 13, 8).

Haec omnia et singula, quae in hoc Decreto [*] *edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.*

Romae, apud S. Petrum die IV decembris anno MCMLXIII.
154 Ego PAULUS, *Catholicae Ecclesiae Episcopus (Sequuntur ce-*
157 *lerae subsignationes).*

* In sessione III celebrata die 4 dec. an. 1963 promulgato. Adn. E. BARACLI in **Seminarium** 23 (1971) 81-102; E. CAPPELLINI in **Seminarium** 23 (1971) 179-194; G. CONCETTI in **Pal. Clero** 43 (1964) 567-572, 617-622; A. COVI in **Perfice munus** 41 (1966) 272-284; A. M. DESKUR in **Seminarium** 23 (1971) 161-178; R. F. ESPOSITO in **Seminarium** 23 (1971) 103-120; J. FOLLIET in **Seminarium** 23 (1971) 15-28; A. GALLETTO in **Ius can.** 4 (1964) 501-515; R. GIACOMELLI in **Seminarium** 23 (1971) 121-136; J. GRITTI in **Seminarium** 23 (1971) 54-80; G. MARTEGANI in **Seminarium** 23 (1971) 29-53; P. RÉAL FRECHETTE in **Seminarium** 23 (1971) 137-160; M. ZALBA in **PrM** 54 (1965) 149-166.

3144

1963 DEC 10.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

STATUTA INSTITUTI SPIRITUALITATIS ORDINIS CARMELITARUM DISCALCEATORUM IN URBE DEFINITIVE APPROBANTUR

Quod in votis erat omnium quodque Sacra Congregatio ipsa de Religiosis, in approbando Instituto Spiritualitatis Ordinis Carmelitarum Discalceatorum exoptaverat, felicem habuit exitum. Praelaudatum enim Institutum, studiorum programmate his duobus ultimis annis feliciter expleto, communi alumnorum plausu duplex curriculum (A et B) frequentantium, exceptum est, palam ostendens dignum esse quod ampliore approbatione donaretur. Eo vel magis commendandum videtur quod agitur de scientia quae haud

facile a quibusdam adiri potest, quaeque a viris et doctrina et in rebus spiritualibus vere peritis pertractari oportet.

Numerus alumnorum tum sacerdotum et religiosorum, tum ex utroque sexu fidelium laicorum, libri sub ductu Instituti editi, eandem definitivam approbationem commendabiles reddunt. Et, cum peculiares illi cursus, in studiorum programmate descripti, efficaciter conferant ad magistros in disciplinis spiritualibus apte instituendos, Ordo ipse Carmelitanus non novissimus erit in uberrimis fructibus inde percipiendis.

Omnibus, igitur, ad rem pertinentibus ponderatis et felici experimento inspecto, Sacra Congregatio de Religiosis approbationem iam concessam ratam habet et ad tenorem Decreti diei 23 iulii 1959 Institutum Spiritualitatis laudat ipsumque simul cum Statutis et mutationibus huic Decreto adnexis definitive aprobat.

Curae insuper Praesidis Instituti erit, alternis annis, hanc Sacram Congregationem certiorem reddere de progressu et de publicationibus eiusdem Instituti.

Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, diei 10 decembris 1963.—I. Card. ANTONIUTTI, *Praef.* Paulus Philippe, O. P., *Secr.*

* Prot. N. 5528/59: **AOCD** 8 (1963) 166. Vide **textum** Statutorum apud **AOCD** 8 (1963) 167-170.

3145

1963 DEC 11.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 56 (1964) 235

INTERNUNTIATURA APOSTOLICA IN REPUBLICA COREANA ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Usu est comprobatum, quantum mutuae necessitudinis rationes, Apostolicae huic Sedi cum Civitatibus intercedentes, ad religionis profectum valeant verique nominis bonum. Cum igitur nuper supremae Ecclesiae Auctoritati cum Coreana Republica convenisset, ut publicis officiorum vinculis inter se continerentur, visum est loco Delegationis Apostolicae, quae usque in praesens tempus ea in regione viguit, Internuntiaturam constituere. Quae cum ita sint, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in Republica Coreana *Internuntiaturam Apostolicam erigimus*, cuius sedem in urbe, quae «Seoul» appellatur, collocamus. Eidem igitur sic per Nos erectae Internuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Legationi ita constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Decembris, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3146

1963 DEC 11.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

EPISCOPI POSSUNT VI MOTU PR. «PASTORALE MUNUS» DISPENSARE AB IMPEDIMENTO DISPARITATIS CULTUS CUM PARTE MAHUMETANA

When you wrote me on November 26th, I immediately referred to the Holy See for the dispensation necessary for the marriage of Erika, Catholic, and John, Mohammedan.

I now have the reply of December 11th in which the Supreme Sacred Congregation of the Holy Office adverts to the competence which the local Ordinary has enjoyed in this matter since December 8th. You will recall that this reference is to the apostolic letter, *Pastorale munus*: «*Dispensandi, urgente iusta et gravi causa, super impedi-*

mentis mixtae religionis et disparitatis cultus, etiam in casu usus Privilegii Paulini, salvis praescriptis cann. 1061-1063 *C. I. C.*» (N. 20) [LE 3139].

* Delegato Ap. in S. F. A. S., Prot. N. 4709/63, iuxta huius notificationem die 19 dec. 1963, Prot. N. 314/40-40, Ordinariis locorum factam: BOUSCAREN VI, p. 378-379.

3147

1963 DEC 14.-PAULUS VI, LIT. A. AAS 56 (1964) 524-525

SANCTUS PAULUS APOSTOLUS DECLARATUR CAELESTIS PATRONUS LAICORUM APOSTOLATUS, QUI «CURSILLOS DE CRISTIANDAD» APPELLATUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Viget salubriter in Hispania aliisque in regionibus apostolicum inceptum, id est disciplina christianitatis, eo pertinens, ut laici vitam spiritualem, divina afflante gratia, colant, Christum eiusque doctrinam penitius cognoscant, ad fontem supernum Sacramentorum crebro accedant, saluti alienae studeant, sacrum ministerium obeuntibus adiutricem operam praebeant. Hisce ex acroasibus de re christiana, quae, «Cursillos de Cristianidad» vulgo appellatae, magnum numerum fidelium complectuntur, fructus uberrimi sunt percepti: domesticus convictus sancte et ad divinae legis praecepta instauratus, paroeciae nova virium impulsione provectae, munera privata et publica fideliter et e conscientiae officio impleta; quam ob rem Episcopi aliique animorum pastores
535 gaudio summo perfunduntur. Neque prae/termittendum agmina eorum, qui sub Christi vexillis in sodalitate ab Actione Catholica militant, additis novis copiis eorum, qui huiusmodi christianam disciplinam sequuntur, laeta accepisse incrementa et plures eorundem ad sacerdotium contendisse vel, abstractos a saeculo, Deo in religiosa familia se devovisse. Hi vero omnes exemplum, quod imitentur, praesidium, cui se credant, habent Sanctum Paulum Apostolum, cuius adventus in Hispaniam undevicies saecularis memoria in praesenti celebratur; ad quae sollemnia agenda huiusmodi sodales christianitatis studiosi praeclaram operam contulerunt. Quorum e sententia et nomine Episcoporum ac suo, Dilectus Filius Noster Beniaminus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis de Arriba y Castro, Archiepiscopus Tarraconensis, Nos rogavit, ut Doctorem gentium praedictae apostolatus laicorum rationis caelestem Patronum renuntiaremus. Quibus precibus perlibenter obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatum Paulum Apostolum caelestem apud Deum *Patronum* laicorum apostolatus seu christianitatis disciplinae, quae vulgo «Cursillos de Cristiandad» appellatur, facimus, constituimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis titulo huiusmodi rite competentibus. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Decembris, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3148

1963 DEC 19.-SC CONSISTORIALIS, RESP. PART.*

POST MOTU PROPRIO «PASTORALE MUNUS» MANENT IN VIGORE FACULTATES QUINQUENNALES ORDINARIIS LOCORUM CONCESSAE

When His Holiness, Pope Paul VI, issued the apostolic letter, *Pastorale munus* [LE 3139], a question arose about the effect this had on the *Index Facultatum Quinquennalium*

[LE 2326] in materia communi et quoad ius delegandi.

I made an inquiry about this to the Holy See and now have been informed by the Sacred Consistorial Congregation that those parts of the *Index* continue in effect even after the publication of the *Pastorale munus*.

* Delegato Ap. in S. F. A. S., Prot. N. 1209/63, iuxta huius notificationem Ordinariis locorum: BOUSCAREN VI, p. 146-147.

3149

1963 DEC 23.-SC ORIENT., RESP. AAS 56 (1964) 214

DECLARATIO CIRCA CONDICIONEM ARCHIEPISCOPI MAIORIS METROPOLITAE LEOPOLITANO UCRAINORUM AGNOSCENDAM

Ad dubium an Metropolita Leopolitanus Ucrainorum habendus sit Archiepiscopus Maior, ad normam Litterarum Apostolicarum diei 2 Iunii 1957 (canones 324-339), quae verbis incipiunt *Cleri sanctitati* [LE 2664], Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali respondendum censuit «*affirmative*».

Quod quidem responsum Summus Pontifex Paulus Divina Providentia Papa VI benigne approbare dignatus est, iussitque hanc declarationem publici iuris fieri.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 23 mensis Decembris anno 1963.—G. Card. TESTA, *a Secr.* A Giovanelli, *Substitutus.*

3150

1963 DEC 28.-PAULUS VI, NORMAE. PART.*

NORMAE SERVANDAE A PERITIS CONCILII VATICANI II IN EORUM OFFICIO FIDELITER ADIMPLENDO

1. Selon le travail qui leur est demandé, les experts doivent répondre avec toute leur science, prudence et objectivité aux questions que les Commissions confient à leur examen.

2. Il leur est demandé de ne pas susciter des courants d'opinion, donner des interviews et soutenir publiquement des idées personnelles sur le Concile.

3. Qu'ils s'abstiennent de critiquer le Concile, de communiquer à l'extérieur des nouvelles sur l'activité des Commissions, observant en cela ce que le Saint-Père a établi au sujet des travaux conciliaires.

* Textus datur iuxta Communicationem factam, nomine Summi Pontificis, a Cardinali Praeside Commissionis de negotiis Concilii coordinandis, in coetu diei 28 dec. 1963, et summarium traditum apud **Doc. Cath.** 61 (1964) 441-442.

3151

1963 . . . . -SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

CONDITIONES ET CAUTELAE QUAS SANCTA SEDES APPONERE SOLET UT PARS CATHOLICA, QUAE MATRIMONII SOLUTIONEM OBTINUIT IN FAVOREM FIDEI, NOVAS NUPTIAS CONTRAHERE CUM PARTE ACATHOLICA POSSIT

CASUS—The Supreme Pontiff dissolved a marriage *in favorem fidei* in which the petitioner was already a convert to the Catholic Faith and her present spouse was a baptized Orthodox Byzantine, who, during the processing of the case, gave every indication that he would turn from schism and become a convert to the Catholic Faith.

When the rescript arrived and notice was sent to the petitioner, it was learned that her present spouse had had a change of mind and absolutely refused to renounce his schismatical beliefs and to be instructed in the true doctrine. Since the dissolution was granted with the express directive that the petitioner contract marriage with a Catholic, the present invalid marriage was never convalidated.

Recently, the Petitioner begged that permission be granted to her to convalidate her marriage with her present invalid spouse even though he will remain in schism. The children, born of this invalid union, are all baptized and reared in the Catholic Church without any objection of the father.

PRECES—*Beatissime Pater*, Ordinarius... humiliter petit a Sanctitate Vestra dispensationem super impedimento mixtae religionis ut catholica... licite ac legitime matrimonium contrahere possit cum acatholico...

http://www.obrascatolicas.com

Sequentes afferuntur causae: Matrimonium civile iam initum, remotio concubinatus et scandali.

Rescr.—Ssmus Dñus N. D. Ioannes Divina Providentia Papa XXIII in audientia Excmo ac Revmo Dño Adsessori S. Officii impertita benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii... qui, remoto opportunis modis scandalo, si adsit, et disposita parte catholica ad gratiam Dei recipiendam, dispensare valeat catholicam... ab impedimento mixtae religionis ut, nisi aliud obstet canonicum impedimentum licite ac legitime matrimonium contrahere possit cum acatholico, dummodo prius regulariter, ad praescriptum Cod. I. C., can. 1061 § 2, sub fide iuramenti, cautum omnino sit de conditionibus ab Ecclesia requisitis, et ipse R. P. D. Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri, scilicet: ex parte coniugis acatholici de amovendo a parte catholica perversionis periculo, et ab utroque nupturiente de universa prole utriusque sexus... in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque acatholicum ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem Cod. I. C. can. 1063 § 1, sub poena excommunicationis latae sententiae Ordinario reservatae a parte catholica incurrendae, iuxta can. 2319 § 1, n. 1, stricte caeteroquin servatis quae de parochi in casu agendi ratione statuta sunt in can. 1063, § 2.

In reliquis, quod refertur ad publicationes, interrogationes de consensu et sacros ritus, serventur praescripta Cod. I. C. can. 1026, 1102, 1109, et matrimonio celebrato, sive in proprio, sive in alieno territorio, Ordinarius invigilet ut coniuges promissiones factas fideliter impleant.

Denique in hoc sibi commisso munere explendo, R. P. D. Ordinarius expressam faciat mentionem Apostolicae delegationis (Cod. I. C. can. 1057). Contrariis quibuscumque non obstantibus.

N. B. Quod si ex illicita unione iam nata sit proles, partes moneantur de gravi obligatione *iuris divini curandi* pro posse eius catholicam educationem, et (si casus ferat) conversionem, baptismum: a parte autem catholica exquiratur huius obligationis implendae explicita promissio.

* Cuidam Ordinario loci: Jurist 24 (1964) 89-91.

3152

1963 . . . . -SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur sanandi in radice, inscIis partibus, matrimonium nulliter contractum inter partem catholicam et acatholicam

Casus—*Your Excellency*, May we present to you the following case. On July 29, 1961, John Doe, a non-Catholic baptized in the Baptist sect, entered marriage with Mary Smith, a Catholic, before a Latin rite priest with a dispensation from *mixtae religionis et ad cautelam disparitatis cultus*.

Recently, her mother's marriage was brought to the attention of this office, at which time it was discovered that Mary canonically is a member of the Byzantine-Slavonic Rite, since both her father and mother belonged to this Rite. Mary was baptized in a Latin rite church and because the spelling of her name was changed, it was not discovered until now that she is a member of the Byzantine-Slavonic rite.

It is evident that the dispensation granted for the marriage between John Doe and Mary Smith was invalid, since it was granted by the Latin rite ordinary. However, since John was a baptized non-Catholic, this would not make the marriage invalid. There is the additional question that the marriage might be invalid due to the lack of jurisdiction on the part of the Latin rite priest. In spite of this the marriage would be valid if canon 209 (152, *Clerí Sanctitati*) would apply in this case.

In the light of the above, can we consider this a valid marriage? If not, would it be possible to obtain a *sanatio in radice*.

Preces—*Beatissime Pater*, Ordinarius humiliter petit a Sanctitate Vestra sanationem in radice matrimonii nulliter contracti a catholica Maria Smith cum acatholico Joanne Doe.

Sequentes afferuntur causae: Bona fides partium, impossibilitas monendi partes.

Rescr.—Ex aedibus S. Officii. Ssmus Dñus N. D. Joannes divina Providentia Papa XXIII per facultates speciales S. C. S. Officii impertitas, attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus, benigne *remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii*, qui, dummodo utriusque partis consensus perseveret, sanare valeat in radice, *inscIis partibus*, matrimonium nulliter contractum a Catholica Maria cum acatholico Joanne...

* Cuidam Ordinario loci: Jurist 24 (1964) 93-94.

3153

1963 . . . . -SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur sumendi S. Communionem ope cuiusdam fistulae in stomachum directe derivantis, nonnullis adhibitis cautelis

Preces—The Bishop of ...,humbly prostrate at the feet of Your Holiness, requests in behalf of..., afflicted with an incurable illness and unable to receive either solid or liquid nourishment except through a tube fitted into his stomach, the privilege of receiving the Holy Eucharist by the following artificial means...

Rescr.—His Holiness Pope John XXIII, in an Audience granted to His Eminence the Cardinal Secretary of the Holy Office, graciously allowed the privilege to be left to the prudent judgment and conscience of the Bishop of ...,who may permit..., to receive the Holy Eucharist by the artificial means described in the petition, only in danger of death and outside of this danger only for satisfying his Easter duty, provided that:

1. Reverence for the Blessed Sacrament is maintained, and therefore not only should care be taken for the cleanliness of the tube before administering Holy Communion, but also every danger is to be avoided lest the Sacred Species reach the stomach and remain there undissolved.

2. Decency and modesty are preserved, so that in performing the sacred rite nothing is done which would offend in any way the norms of decency or modesty.

3. Danger of scandal or wonderment of the faithful is eliminated, and for this reason the Holy Communion should be administered privately with the intervention only of those who may be absolutely necessary for the proper administration.

All things to the contrary notwithstanding.—Sebastiano Masala.

* Cuidam Ordinario loci, Prot. N. 404/450: Homiletic and Pastoral Review 64 (1964) 442-444.

3154

1963 . . . . -SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur sumendi S. Communionem ope cuiusdam fistulae in stomachum directe derivantis, nonnullis adhibitis cautelis

Preces—The Bishop of ...,humbly prostrate at the feet of Your Holiness, requests in behalf of..., afflicted with an incurable illness and unable to receive either solid or liquid nourishment except through a tube fitted into his stomach, the privilege of receiving the Holy Eucharist by the following artificial means...

Rescr.—His Holiness Pope John XXIII, in an Audience granted to His Eminence the Cardinal Secretary of the Holy Office, graciously allowed the privilege to be left to the prudent judgment and conscience of the Bishop of ...,who may permit..., to receive the Holy Eucharist by the artificial means described in the petition, only in danger of death and outside of this danger only for satisfying his Easter duty, provided that:

1. Reverence for the Blessed Sacrament is maintained, and therefore not only should care be taken for the cleanliness of the tube before administering Holy Communion, but also every danger is to be avoided lest the Sacred Species reach the stomach and remain there undissolved.

2. Decency and modesty are preserved, so that in performing the sacred rite nothing is done which would offend in any way the norms of decency or modesty.

3. Danger of scandal or wonderment of the faithful is eliminated, and for this reason the Holy Communion should be administered privately with the intervention only of those who may be absolutely necessary for the proper administration.

All things to the contrary notwithstanding.—Sebastiano Masala.

* Cuidam Ordinario loci, Prot. N. 404/450: Homiletic and Pastoral Review 64 (1964) 442-444.

ANNUS 1964

3155

1964 IAN 10.-SC S. OFFICII, DECR. AAS 56 (1964) 212

De ieiunio eucharistico a sacerdotibus litantibus servando

In Apostolica Constitutione «*Christus Dominus*» diei VI Ianuarii anni 1953 [LE 2330], itemque in Motu Proprio «*Sacram Communionem*» diei XIX Martii 1957 [LE 2639], statutae fuerunt novae normae, quibus tempus ieiunii eucharistici coarctatum fuit ad tres horas quoad cibos solidos ac potus alcoholicos et ad unam horam quoad potus non alcoholicos.

In utroque documento spatium unius horae vel trium horarum computandum dicebatur *ante Communionem* pro christifidelibus et *ante Missam* pro sacerdotibus celebrantibus.

Nunc autem visum est auferendum esse hoc discrimen in temporis supputatione, ita ut, etiam pro sacerdotibus litantibus, terminus ieiunii eucharistici servandi deducatur a momento Communionis in Missa sumendae, et non amplius a Missae initio.

Praesens decretum, ab Emis Patribus Supremae Sacrae Congregationis S. Officii in Plenario Conventu Feriae IV, diei 18 Decembris 1963, latum, Ssmus D. Papa Paulus VI, in Audientia Excmo Dño Adsessori Supremae Sacrae Congregationis die 23 eiusdem mensis et anni concessa, benigne adprobare dignatus est, atque publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 10 Ianuarii 1964.—Sebastianus Masala, *Notarius*.

Adn. G. MZ. DE ANTOÑANA in Vida rel. 21 (1964) 76.

3156

1964 IAN 14.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 56 (1964) 193-197

Allocutio die 14 *ian.* 1964 *habita in Aula Clementina ad Romanos Patricios Nobilesque*:

De sensu et officiis hodiernis Familiarum Nobilium in Ecclesia

Illustri Signori e diletti figli, Ecco un'Udienza piena per Noi di particolare significato e di grande interesse!

La qualità e il numero delle vostre persone, innanzi tutto Ci obbliga a particolare riguardo: a ciascuna di esse vorremmo rivolgere una speciale parola. A ciascuna delle Famiglie, che qui vediamo insieme riunite, alla gioventù specialmente, ai figli della nuova generazione, ai bambini carissimi porgiamo il Nostro cordiale e paterno saluto. Ci commuove il pensiero che questo è incontro augurale: vi ravvisiamo un fatto che continua una tradizione, che rievoca una storia, che dimostra un proposito di continuità e di fedeltà; e ciò fa a voi tutti molto onore, e solleva in Noi tanti ricordi e tanti pensieri. I voti poi, che nelle parole 194
alte e buone del vostro esimio interprete Ci sono ora presentati, sono / per Noi un'offerta preziosa, tanto per la squisitezza dei sentimenti ch'essi Ci esprimono, quanto per il valore delle promesse ch'essi contengono.

Dobbiamo perciò, a Nostra volta, esprimere la Nostra viva riconoscenza, e dobbiamo ricambiare alle singole vostre persone, ad ognuna delle nobili Case qui rappresentate, e a tutto il ceto del Patriziato e della Nobiltà romana, gli auguri Nostri, quelli che può concepire il Papa per voi, anzi il nuovo Papa, se è vero che le primizie sono più ricche di alte intenzioni e di cordiale fervore.

Vorremmo dirvi molte cose. La vostra presenza suscita tante riflessioni. Così era anche per i Nostri venerati Predecessori, per Papa Pio XII di felice memoria specialmente, i quali in occasioni come questa ebbero a rivolgere a voi magistrali discorsi, che invitavano la vostra meditazione a considerare alla luce dei loro mirabili insegnamenti sia le condizioni vostre, sia quelle del tempo nostro. Vogliamo credere che l'eco di quelle parole, simile a vento che gonfia una vela, come non è spento in Noi che, estranei a questa caratteristica adunanza, ne raccoglievamo l'onda riflessa, vibri ancora nei vostri animi per riempirli di quegli austeri e magnanimi richiami, onde si alimenta la vocazione, prefissa dalla Provvidenza alla vostra vita, e si regge la funzione tuttora reclamata nei vostri riguardi dalla società contemporanea. Certamente voi ricordate, e tale ricordo francheggia i vostri spiriti e dispensa Noi dal farvene nuovo discorso. La voce del Principe Colonna, che abbiamo testè ascoltata, Ce ne dà confortante testimonianza. Di questo vi siamo gratissimi.

E tanto più per due motivi, che Ci riguardano. Il primo si è che Noi non osiamo, questa volta almeno, farCi maestri dei vostri pensieri e dei vostri costumi: Ci sembra rispetto la Nostra comprensibile timidezza, stima il Nostro sopra giustificato silenzio. Nulla diremo di quanto, in analoga circostanza, voi eravate abituati ad ascoltare: la paterna e grave esortazione consueta del Papa tace quest'anno.

In secondo luogo, soccorrono alla Nostra difficoltà di parola le ottime disposizioni dei vostri animi, le quali appunto qui venite a manifestarCi, quasi indovinando e prevenendo tale Nostra difficoltà. E la difficoltà è questa (la pone la storia con inesorabile evidenza): che Noi, ben lo sapete, non siamo più il sovrano temporale, intorno al Quale, nei secoli andati, si raccoglievano le categorie sociali alle quali voi appartenete. / Noi non siamo più per 195
voi quelli di ieri. Forse non se ne è avuta finora chiara percezione per la ragione che la decadenza del potere temporale del Papa è avvenuta nel modo che ben si conosce, e che ha conservato, durante quasi sessant'anni di mancato riconoscimento dello stato di fatto, con la rivendicazione dell'antico diritto, le forme esteriori e tradizionali della perduta sovranità; e voi avete dato prova, durante quel torbido e paradossale periodo, d'una mirabile fedeltà mantenendovi uniti al Papa, privo della sua secolare sovranità civile, contentandovi di rivestire forme e titoli, privi anch'essi delle loro relative ed effetive funzioni. Di questo va data a voi grande lode.

Ma, dicevamo, la storia cammina. Il Papa, se pur trova nella sovranità sullo Stato della Città del Vaticano lo scudo ed il segno della sua indipendenza da ogni autorità di questo mondo, non può e non deve ormai più che esercitare la potestà delle sue Chiavi spirituali. Davanti a voi, quali eredi e rappresentanti delle antiche famiglie e categorie dirigenti della Roma papale e dello Stato pontificio, Noi siamo ora a mani vuote; né siamo più in grado di conferire a voi uffici, benefici, privilegi, vantaggi derivanti dall'ordinamento d'uno Stato temporale, né siamo più in grado di accogliere i vostri servizi inerenti ad un'amministrazione civile. Ci sentiamo umanamente poveri dinanzi a voi; nonostante la Nostra riconoscenza per la vostra tradizionale fedeltà e per le vostre volonterose prestazioni, e nonostante la stima e l'affezione, che sempre nutriamo per voi, non possiamo più profittare, come un tempo, della vostra profana collaborazione. Diciamo questo con qualche esitazione; ecco, con qualche disagio interiore, temendo di non essere, o di non apparire abbastanza devoti alla tradizione, e abbastanza riconoscenti verso le vostre benemerenze. Ma così veramente non è.

E dovremmo anche aggiungere che oggi il Papato, tutto assorbito nelle sue funzioni spirituali, si è prefissa un'attività apostolica, che possiamo dire più ampia e nuova rispetto a quella d'un tempo. La sua missione religiosa prende forme e proporzioni, che non possono non modificare quelle sue strutture pratiche, che i bisogni d'altri tempi avevano suggerito essere opportune e necessarie. Il dovere che incombe alla Santa Sede, di attendere al governo della Chiesa universale e di venire a colloquio apostolico col mondo moderno, oggi agitato da rapide e profonde trasformazioni, la obbliga ad una visione realistica delle cose, che le impone, anche dolorosamente talvolta, di sceverare e di preferire nel suo retaggio di istituzioni e di consuetudini ciò che è essenziale e vitale, non già per dimenticare, ma 196
per rinvigorire i suoi veri impegni tradizionali.

http://www.obrascatolicas.com

Il Concilio Ecumenico, com'è noto, pone alla Chiesa questo enorme problema dell'aggiornamento, che anche la Santa Sede dovrà studiare per sè. E se questa previsione, del tutto imprecisa e ipotetica per ora, imbarazza alquanto la Nostra parola in questo pur tanto piano e cordiale incontro, le espressioni con cui oggi Ci aprite e vostri animi Ci assicurano della vostra comprensione, e Ci garantiscono che, mutati i tempi e modificata forse qualche forma esteriore dei vostri rapporti con la Santa Sede, resterà costante e filiale la vostra adesione alla Chiesa ed al Papa. Ne siamo lietissimi; e vi assicuriamo che da parte Nostra non solo rimarrà inalterato il vincolo della Nostra benevolenza per voi, ma anche questo si perfezionerà, se potremo avere da voi quel nuovo aiuto, quella nuova collaborazione, quella nuova difesa, che oggi si chiama la testimonianza cristiana nella società, l'apostolato cattolico nelle tante forme che l'attività culturale, caritativa, organizzativa, sociale e religiosa della Chiesa oggi offre alla buona volontà dei suoi figli. SaperCi seguiti da voi come Pastori delle vostre anime Ci sarà ora più utile e caro, che sapervi a Noi vicini come vostri Sovrani temporali d'un tempo.

E di questa consolazione Noi già sperimentiamo la generosità e la gentilezza, quando appunto vi scorgiamo comprensivi e solidali nei grandi momenti spirituali, che caratterizzano la vita della Chiesa in questo suo fascinoso periodo. Conosciamo il vostro interessamento per le grandi celebrazioni religiose e per i grandi avvenimenti ecclesiastici di questi anni, come l'Anno Santo e l'Anno Mariano, i contatti con il Corpo Diplomatico accreditato presso la Santa Sede e gli incontri culturali al Circolo di Roma, e così via. Un esempio preciaro di cotesta vostra filiale compenetrazione nella vita della Santa Sede Ci è stato dato durante il Nostro recente pellegrinaggio in Terra Santa, dove avemmo la gioia di scoprire che eravamo accompagnati da alcuni di voi, non facenti parte del Nostro seguito ufficiale, i quali vollero, di loro iniziativa e per loro devozione, associarsi spiritualmente a quelle Nostre ore di straordinario significato religioso: ne diamo loro sincero elogio.

Come vogliamo elogiare e incoraggiare il bene che voi andate compiendo in tante opere benefiche e religiose, che dalla vostra esemplare adesione e dalla vostra assidua partecipazione ricevono impulso generoso e edificazione confortatrice. Come vogliamo compiarcerCi del fatto che ancora qualche figlio e qualche figlia delle vostre storiche
197 Famiglie / consacra la propria vita al Signore e si pone al servizio religioso della Chiesa; anzi vorremmo che tale offerta fosse più numerosa anche per l'avvenire, tanto è significativa e preziosa. Continuate così; perché se è vero che il Nostro ministero, come ora diceva il Principe Colonna, è necessario per la salvezza del mondo, in cui la Provvidenza Ci ha destinati a vivere e ad operare, è vero anche che tutti dobbiamo e possiamo contribuire all'incremento del regno di Dio nella nostra società; e voi certo ben più che altri.

E vi sia di incitamento, di conforto e di premio, quasi foriera dell'aiuto e della ricompensa del Signore, la Nostra Benedizione Apostolica.

3157

1964 IAN 22.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

NOVA APPROBANTUR STATUTA A SORORIBUS EXTERNO MONIALIUM MONASTERIORUM CARMELITARUM SERVITIO ADDICTIS SERVANDA

Cum experientia et recentiora documenta Pontificia aperte ostenderint nonnulla perficienda esse in textu *Statutorum* de Sororibus externo monialium monasteriorum Carmelitarum Discalceatarum servitio addictis, Apostolicae Sedi nova redactio, ad normam Instructionis Sacrae Congregationis de Religiosis «*Peculiaris Monialium*» [LE 2977] confecta, habita ratione particularium exigentiarum vitae contemplativae propriae praefatae familiae religiosae, subiecta est.

Sacra vero Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, maturo examine praemisso, in Plenario Congressu propositum textum *Statutorum* attente perpendit atque, paucis inductis mutationibus, approbandum esse censuit.

Quapropter eadem Sacra Congregatio «*Statuta a Sororibus externo Monialium Monasteriorum Carmelitarum Discalceatarum servitio addictis servanda*», prout continentur in textu, cuius authenticum exemplar, lingua latina exa-

4459

ratum, in Tabulario eiusdem Sacri Dicasterii asservatur, hoc Decreto approbat «*ad septennium*», experimenti gratia.

Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, die 22 ianuarii A. D. 1964.—I. Card. ANTONIUTTI, *Praef.* Paulus Philippe, O. P., *a Secr.*

* Prot. N. 11930/62: AOCD 9 (1964) 21. Vide textum Statutorum in AOCD 9 (1964) 22-37.

3158

1964 IAN 23.-SC RELIGIOSORUM, NORMAE. PART.*

NORMAE SERVANDAE IN PETITIONIBUS DISPENSATIONIS A VOTIS PERPETUIS RELIGIOSORUM SANCTAE SEDI PORRECTIS

Bogotá, Febrero 4 de 1964

Muy Reverendo Padre: Me permito comunicar a Su Reverencia, para que lo ponga en conocimiento de los Superiores Mayores de esa *Conferencia*, que la Sagrada Congregación de Religiosos, en Oficio del 23 de enero pasado enviado a esta Nunciatura Apostólica, ha dado nuevas normas para las peticiones de *dispensa* de votos perpetuos, dirigidas a la Santa Sede.

Según estas normas, las peticiones de dispensa de votos *perpetuos deben contener*: 1.° Petición escrita por el mismo religioso interesado. 2.° Algún informe dado por el Superior competente, útil para la resolución del caso (edad del religioso, años que lleva de profesión, nombre y apellido secular, oficios que ha desempeñado, conducta observada). 3.° El «Visto Bueno» del Superior General respectivo. 4.° Parecer del Ordinario del lugar donde reside el religioso interesado.

Aprovecho la oportunidad para saludar a S. R. y para confirmarme con sentimientos de especial estimación y aprecio.—José PAUPINI, *Nuncio Apostólico.*

* Superioribus Maioribus religiosorum, iuxta notificationem Nuntii Ap. in Columbia die 4 feb. 1964, Prot. N. 8432, Secretario Conferentiae Superiorum Maiorum factam: Vinculum 12 (1964) 11.

3159

1964 IAN 23.-SECR. STATUS - SC REL., NOTIF. PART.*

DIES MUNDIALIS PRECUM PRO VOCATIONIBUS SACERDOTALIBUS ET RELIGIOSIS FOVENDIS CELEBRANDA STATUITUR DOMINICA II POST PASCHA, A BONO PASTORE NUNCUPATA

Ho l'onore di portare alla Sua conoscenza che l'Eminentissimo Signor Cardinale Segretario di Stato di Sua Santità, con venerato Officio n. 1397 del 23 gennaio u. c., ha comunicato a questa Sacra Congregazione dei Religiosi che il Santo Padre Si è benevolmente degnato di istituire la *Giornata Mondiale di preghiere per le Vocazioni*, da celebrarsi ogni anno per l'incremento delle vocazioni sacerdotali e religiose.

Nel darne notizia a questo Sacro Dicastero ed, in pari tempo, alla Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi, il medesimo Eminentissimo precisava che:

1) la denominazione ufficiale da adottarsi sia quella anzidetta e cioè: *Giornata Mondiale di preghiere per le Vocazioni*;

2) tale giornata sia unica per tutte le vocazioni (allo stato sacerdotale o a quello religioso, alla vita contemplativa o a quella attiva);

3) nel determinare, di comune accordo, i dettagli della celebrazione, le Sacre Congregazioni interessate ne pongano in rilievo specialmente il carattere e la finalità spirituale.

Questo Sacro Dicastero, nel trasmettere le citate auguste direttive, d'accordo con la Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi —che, a sua volta, ne informerà gli Ecc.mi Ordinari locali ed i gruppi di sua competenza— nutre la certezza che le incessanti sollecitudini pastorali del Vicario di Cristo, per un generoso sviluppo delle vocazioni, fondamentale condizione per la diffusione della Chiesa nel mondo, non mancheranno di trovare in Lei eco di profonda e favorevole adesione e in rispondenza ai desideri del Santo Padre la più efficace realizzazione in tutte le case del Suo Istituto.

A tal fine, la detta *Giornata* —che quest'anno ricorrerà il 12 aprile— dovrà essere preparata con ogni cura e celebrata con solennità in quelle forme e con quelle mani-

4460

festazioni che le circostanze e l'ambiente potranno suggerire, ma premettendo sempre funzioni liturgiche adeguate pratiche di pietà, nel corso delle quali trovino posto appropriate esortazioni ai fedeli sull'importanza e sulla bellezza delle vocazioni e sull'obbligo che a tutti incombe di pregare il Signore fervorosamente «ut mittat operarios in messem Suam» e di cooperare validamente con le Opere destinate a tale nobilissimo scopo.

Mi è gradito profittar dell'incontro per confermarmi, con sensi di ben distinto ossequio della R. V. devotissimo nel Signore.—I. Card. ANTONIUTTI, *Pref.*

* Ad Praesides Conferentiarum Superiorum Maiorum Institutorum perfectionis, Prot. N. 1397: CpR 43 (1964) 147-148. Adn. Seminarium 16 (1964) 147-153.

3160

1964 IAN 25.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 56 (1964) 139-144

DECERNITUR UT PRAESCRIPTA QUAEDAM CONSTITUTIONIS DE SACRA LITURGIA A CONCILIO OECUMENICO VATICANO II PROBATAE VIGERE INCIPIANT

PAULUS PP. VI

Sacram liturgiam diligenter servari, excoli et, pro necessitate, instaurari quantae curae semper fuerit Summi Pontificibus Decessoribus Nostris, Nobismetipsis, et sacris Ecclesiae Pastoribus, tum plurima acta in lucem edita confirmant, quae nemo cognita non habet, tum vero Constitutio de hac re agens, quam Concilium Oecumenicum Vaticanum II, in sollemni sessione, die IV Decembris superioris anni MDCCCCLXIII habita, summa assensione approbavit, et Nos promulgari iussimus [LE 3141].

Quod profecto ex eo consequitur, quod *in terrena Liturgia caelestem illam praegustando participamus, quae in sancta civitate Ierusalem, ad quam peregrini tendimus, celebratur, ubi Christus est in dextera Dei sedens, sanctorum minister et tabernaculi veri; cum omni militia caelestis exercitus hymnum gloriae Domino canimus; memoriam sanctorum venerantes partem aliquam et societatem cum iis speramus; Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Iesum Christum, donec ipse apparebit vita nostra, et nos appare-*
140 *bimus cum ipso in gloria* [1]. /

Quo fit ut christifidelium animi, ita Deum colentes, omnis sanctitatis principium et rationem, ad hanc adipiscendam alliciantur ac veluti impellantur, evadantque, in terrestri hac peregrinatione, *almae Sionis aemuli* [2].

Has ob causas facile quivis intellegit, in hac rerum provincia, nihil Nos habere antiquius, quam ut sive christifideles, sive praecipue sacerdotes, primum se penitus studio dent Constitutionis, de qua dicimus, deinde animos suos iam nunc componant ad praecepta eiusdem integra fide facienda, cum vigere ea incipient. Quam ob causam, cum ex ipsa rei natura, quae ad cognitionem et vulgationem legum liturgicarum pertinent, statim vigere necesse sit, plane plurimum dioecesium Praesules hortamur ut, sacris administris, *dispensatoribus mysteriorum Dei* [3], adiuvantibus, in eo elaborare ne morentur, ut sibi concrediti fideles, pro sua quisque aetate, vitae condicione, ingeniique cultu, simul sacrae liturgiae vim virtutemque intimam mente concipiant, simul animo et corpore Ecclesiae ritus religiosissime participent [4].

Quemadmodum inter omnes constat, plurimae Constitutionis praeceptiones nequeunt intra breve temporis spatium ad effectum adduci; utpote cum antea sint ritus quidam recognoscendi et novi liturgici libri apparandi. Quod opus ut ea qua par est sapientia et prudentia peragatur, peculiarem condimus Commissionem, quam appellant, cuius praecipuae erunt partes, ut ipsius Constitutionis de sacra liturgia praecepta sancte perficienda curet.

141 Attamen, quoniam de Constitutionis normis certae quae-/dam hinc iam peragi sane possunt, has re vera ut sine cunctatione praestentur volumus, ne diutius christifidelium animi iis gratiae fructibus careant, qui inde exspectantur.

Quapropter auctoritate Nostra apostolica atque motu proprio praecipimus atque decernimus, ut a proxima Dominica prima Quadragesimae, hoc est a die XVI mensis Februarii, hoc anno MDCCCCLXIV, cessante scilicet statuta legis vacatione, ea quae sequuntur vigere incipiant.

[1] *Constit. de sacra Liturgia*, n. 8 [LE 3141]. [2] *Ex hymno ad Laudes, in festo Dedicationis Ecclesiae.* [3] Cfr. *1 Cor.* 4, 1. [4] Cfr. *Constit.* art. 19.

4461

I) Quod ad ea spectat, quae de liturgia institutione in sacris Seminariis, in Sodalitatum religiosarum scholis, et in theologicis, quas vocant, Facultatibus tradenda articulis 15, 16, et 17 praescribuntur, ita ibidem studiorum rationes ut iam nunc comparentur volumus, ut a proximo anno scholari ea ordinate et diligenter praestentur.

II) Decernimus pariter ut, ex praescriptis art. 45 et 46, in singulis dioecesibus Consilium habeatur, cui sit mandatum, ut, Episcopo moderante, res liturgica magis magisque pernoscatur et provehatur.

Qua super re opportune aliquando fiet, ut plures dioeceses commune habeant Consilium.

Praeterea in quavis dioecesi, quantum fieri potest, duo alia habeantur Consilia: alterum Musicae sacrae, alterum Arti sacrae accurandae.

Quae tria Consilia in singula dioecesi non raro congruet, ut in unum coalescant.

III) Item a die, quem supra statuimus, iussum vigere volumus homiliae diebus dominicis et festis de praecepto in Missis habendae; ad normam art. 52.

IV) Eam art. 71 partem vim suam statim obtinere statui/mus, ex qua Sacramentum Confirmationis, pro op- 142
portunitate, intra Missam, post lectionem Evangelii et homiliam conferri potest.

V) Quod ad art. 78 attinet, Matrimonii Sacramentum de more intra Missam celebretur, post lectum Evangelium et habitam homiliam.

Quodsi Matrimonium sine Missa celebretur, quoad totus huius Sacramenti ritus instauratus erit, haec serventur: initio sacrae huius caerimoniae, post brevem habitam admonitionem [5], legantur lingua vernacula Epistula et Evangelium e *Missa pro Sponsis* deprompta; ac deinde ea benedictio Sponsis semper impertiatur, quae in Rituali Romano legitur tit. VIII, cap. III.

VI) Quamvis divini Officii ordo nondum sit, iuxta art. 89, recognitus et instauratus, tamen iam nunc iis qui chori obligatione non astringuntur facultatem facimus, ut, cessante legis vacatione, Horam Primam omittere possint, et ex ceteris Horis minoribus illam eligere, quae diei momento magis congruat.

Quod dum concedimus, plane confidimus fore ut sacrorum administri adeo de sui animi pietate nihil remittant, ut, si sacerdotalis officii sui munera unius Dei amore diligenter obierint, putandi sint mente cum eo coniuncti totum diem traducere.

VII) Quod ad idem Officium divinum pertinet, in casibus singularibus et de iusta causa, Ordinarii possunt subditos suos obligatione Officii recitandi ex toto vel ex parte solvere, aut hanc cum alia commutare [6].

VIII) De eadem divini Officii recitatione declaramus, cuius/vis Instituti Sodales, religiosam perfectionem pro- 143
fitentes, qui, propter suas leges, vel aliquas divini Officii partes, vel parvum aliquod Officium, instar divini Officii compositum riteque approbatum, recitent, eos publice cum Ecclesia precari putandos esse [7].

IX) Quoniam vero ex Constit. art. 101, iis, qui divinum Officium recitare obstringuntur, aliter allis facultas fit, pro latina, usurpandi linguam vernaculam, opportunum ducimus significare, varias huiusmodi populares interpretationes, a competente auctoritate ecclesiastica territoriali conficiendas et approbandas esse, ad normam art. 36, §§ 3 et 4; acta vero huius auctoritatis, ad normam eiusdem articuli 36, § 3, ab Apostolica Sede esse rite probanda seu confirmanda. Quod ut semper servetur praescribimus, quoties liturgicus quidam textus latinus a legitima, quam diximus, auctoritate in linguam vernaculam convertetur.

X) Quandoquidem ex hac Constitutione (art. 22, § 2) moderatio rei liturgicae, intra statutos limites, penes est etiam competentes varii generis territoriales Episcoporum coetus legitime constitutos, hos interim nationales, ut aiunt, esse debere decernimus.

In his vero coetibus nationalibus, praeter Episcopos residentiales, ex iure ii intersunt et suffragium ferunt, de quibus in Can. 292 C. I. C.; sed ad eosdem etiam Episcopi Coadiutores et Auxiliares vocari possunt.

In quibus coetibus, ad legitima ferenda decreta, duae ex tribus suffragiorum secretorum partes requiruntur.

XI) Ad extremum, id ut animadvertatur volumus, praeter / ea quae Nostris hisce Litteris Apostolicis in re 144
liturgica vel immutavimus, vel ante statutum tempus effici mandavimus, sacrae liturgiae moderationem penes Ec-

[5] Cfr. *Constit.* art. 35, § 3. [6] Cfr. *Constit.* art. 97. [7] Cfr. *Constit.* art. 98.

4462

http://www.obrascatolicas.com

clesiae dumtaxat auctoritatem esse: hoc est, penes Apostolicam hanc Sedem, et, ad normam iuris, penes Episcopum; atque idcirco nemini omnino alii, ne sacerdoti quidem, licere quidquam in re liturgica vel addere, vel demere, vel mutare [1].

Quaecumque a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XXV mensis Ianuarii, in festo Conversionis S. Pauli Apostoli, anno MDCCCLXIV, Pontificatus Nostri I.—PAULUS PP. VI.

[1] *Cfr. Constit. art. 22, § 1, et 22, § 3.*

Adn. C. BRAGA in EL 78 (1964) 402-405; E. F. REGATILLO in Salterrae 52 (1964) 178-185; C. ROMANO in Pal. clero 43 (1964) 561-568.

3161

1964 IAN 28. - SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

IN CASU VASECTOMIAE BILATERALIS, MATRIMONIUM NEQUIT DECLARARI NULLUM EX CAPITE IMPOTENTIAE

a) Ex Aedibus S. Officii, die 28 ianuarii 1964.

Excñe ac Revñe Domine, Rite pervenerunt ad S. Officium acta processus in causa assertae nullitatis matrimonii S. H. ob impotentiam.

Actis maturo examini subiectis, expletisque omnibus in casu explendis, Eñi ac Revñi Patres huius Supremae S. C. in Coetu plenario diei 22 ianuarii 1964 decreverunt: «matrimonium non potest declarari nullum ex capite impotentiae; hac decisione non excluditur possibilitas instruendi processum ex alio capite (v. g. ob exclusionem boni prolis)».

Hanc occasionem nactus impensos aestimationis meae sensus Tibi pando permanens Excellentiae Tuae Revñae addictissimus.—A. Card. OTTAVIANI, *Sec.*

b) Ex Aedibus S. Officii, die 25 martii 1964.

Excñe ac Revñe Domine, Litteris die februarii a. d. datis, Excellentia Tua Revña postulavit quibus de causis haec Suprema decrevit matrimonium S. H. non posse declarari nullum ex capite impotentiae.

Ad rem notum facio E. T. Revñae hanc Supremam S. C. tulisse tale decretum innixam super decisione anni 1935 ab eadem S. C. editam, scilicet; matrimonium non esse impediendum quando agitur de vasectomia bilaterali.

Quoad alia ab E. T. proposita, S. C. non opportunum duxit aliquid decernere cum de his adhuc inter moralistas et iuris peritos non una sit sententia.

Hanc occasionem nactus impensos aestimationis meae sensus Tibi pando permanens Excellentiae Tuae Revñae addictissimus.—A. Card. OTTAVIANI, *Secr.*

* Ordinario Vigorniensi. Prot. N. 1405/62: Jurist 25 (1965) 301-303; BOUSCAREN VI, p. 817-818.

3162

1964 FEB 2.-SC S. OFFICII, NORMAE. PART.*

LITTERAE CIRCULARES ET NORMAE AD CAUSAS PARANDAS DE SACRA ORDINATIONE EIUSDEMQUE ONERIBUS

I.—Omnibus Em.mis et Exc.mis locorum Ordinariis atque familiarum religiosarum Moderatoribus generalibus

Sanctissimus D. N. D. Paulus Divina Providentia Papa VI, vehementer sollicitus de sacro coelibatu tuendo et immaculate servando, anxius tamen de illorum sorte, qui propriam sacerdotalem dignitatem et sacrae Ordinationis onera neglexerunt, eousque interdum devenientes ut sese mulieribus devincirent —quandoque etiam matrimonio civili, quod dicunt, attentato—, constituere dignatus est in Suprema Sacra Congregatione S. Officii specialem Commissionem, cui posthac munus exclusivum competat examini subiciendi omnes ac singulos casus de sacra Ordinatione et adnexis oneribus (causis non exceptis de quibus in can. 214 C. I. C.), hoc nimirum fine ut, sedula indagatione ac prudenti iudicio praehabitis, ipsorum Sacerdotum spirituali bono consulatur, ita tamen ut coelibatus sacerdotalis magis corroboretur atque sua integritate refulgeat.

Itaque omnibus Emis ac Excñis locorum Ordinariis atque Moderatoribus Generalibus Familiarum Religiosarum, adnexum huic documento «*Quaestionarium*» mittitur, quo ipsi, post correptionem paternam adhibitam effectu tamen non sequuto, utentur ad omnia elementa colligenda necessaria et utilia ad perficiendos processus de Sacerdotibus lapsis apud supra dictam Commissionem in S. Officio, quae enixe et expedite adlaborabit ad causas rite perpendendas et solvendas.

Ast Summus Pontifex magnopere exoptat ut, quantum possibile est, defectionum ac praevaricationum causae et occasiones radicitus evellantur, diligentiori adhibita cura tum in candidatis ad Sacerdotium seligendis, tum in eorum vocatione provehenda atque conscientia de castitatis ac coelibatus pondere et pulchritudine mature efformanda, tum denique in iunioribus Levitis sedulo vigilandis et adiuvandis in sacro animarum ministerio. Qua de causa, praeter ea quae de hac re Sacris Congregationibus de Seminariis ac de Religiosis decernenda competunt, ipsi Ordinarii et Moderatores Generales severius examen disponent circa candidatorum ad Sacerdotium sive physicam sanitatem (peritorum etiam sententia rogata), sive indolem, praesertim propensionem ad castam vitam ducendam, sive tandem vocationem. Item maxima sollicitudo adhibenda erit ad aptos Seminariorum Superiores eligendos, praesertim spiritus Moderatores, qui non facili indulgeant educandi methodo, sed criteriis et supernaturalibus et naturalibus, iuxta sanae psychologiae ac paedagogiae normas, sacrae iuventae in sortem Domini vocatae difficultatibus, discriminibus, votis vigili prudentia et efficaci adiuvamine occurrant.

Praeterea idem Summus Pontifex, paterna miseratione compulsus et plurium Eñorum et Excñorum Patrum Oecumenici Concilii Vaticani II precibus et votis obsecundans, disponere dignatus est ut Commissio S. Officii casus etiam perpendat illorum Sacerdotum, qui iamdiu in concubinatu vel in attentato matrimonio civili versantur, quorumque aetas satis provecta est ac vera conditio vix nota. Huiusmodi casus Commissio illa, proponentibus Ordinariis necnon Moderatoribus Generalibus, suscipiet atque, facto verbo cum Sanctissimo, iisdem Ordinariis facultatem communicabit adsistendi talium Sacerdotum matrimonio conscientiae, quod quidem matrimonium coram ipso loci Ordinario sine testibus et notario erit celebrandum cuiusque acta in secreto Curiae tabulario erunt asservanda et S. Officio notificanda.

Ita fiet ut devii Sacerdotes, qui cum sua familia hactenus male conversati sunt, deinceps, gratia divina auxiliante, conscientiae pace recuperata et expiandi studio humiliter concepto, vitam christiane ducant.

Hae autem benignae Summi Pontificis providentiae cum locorum Ordinatiis et familiarum religiosarum Moderatoribus Generalibus tantummodo communicantur, qui caute ac prudenter iisdem utentur, graviter onerata eorum conscientia de secreto servando.

Romae, ex aedibus S. Officii, die 2 februarii a MCMLXIV. Card. A. OTTAVIANI, *secretarius S. Officii*. P. Parente, *Adsessor*.

II.—Normae ad causas parandas de S. Ordinatione eiusque oneribus

I. EXAMEN ACTORIS

In Dei nomine. Amen.

Anno Domini... mense..., die..., hora..., in urbe..., in aedibus... coram R. D. N., Iudice subdelegato, adstantibus R. D. N., defensore sacrae ordinationis, et infrascripto actuario, comparuit D. N., actor in causa receptae sacrae ordinationis, pro hac die et hora rite citatus.

Iudex eumdem in primis monet, quod in re tanti ponderis, quoties ea quae adducuntur haud veritati sunt consentanea, declaratio nullitatis onerum huic ordinationi adnexorum taliter obtenta, nullum sortitur effectum; deinde iusiurandum ab actore petit et accipit iuxta modum et formulam praescriptam.

Deinceps, postulante defensore sacrae ordinationis, Iudex schedam, quam idem defensor clausam exhibuerat, continentem interrogatoria oratori proponenda, reserat, et statim procedit, iuxta eadem interrogatoria, ad examen actoris, qui ad singulas quaestiones respondet ex ordine, ut sequitur.

INTERROGATIONES GENERALES

Iudex actorem interrogat circa suum nomen, cognomen, nomen parentum, aetatem, conditionem familiae, dioecesim vel religionem, cui inscriptus est, domicilium (urbem, viam, paroeciam), et locum hodiernae commorationis.

Tum Iudex mandat actuario ut legat, pro norma actoris, nomina iudicis et ministrorum tribunalis.

Deinde prosequitur:

INTERROGATIONES PARTICULARES ACTORI FACIENDAE

1. Utrum confirmet necne supplicem exhibitum libellum in singulis partibus.

2. Ubinam studia peregerit, et an in Seminarium ingressus sit libera voluntate; qua aetate, quo tempore, quamdiu in ipso permanserit, et an propositum revera haud habuerit statum clericalem ineundi.

3. Quaenam fuerit causa incitamentorum, saevitiarum, vel coactionis pro eodem clericali amplectendo statu, et a quibus incitamenta, saevitias, vel coactionem passus sit.

4. Quinam fuerint specifici actus eorumdem incitamentorum et coactionis, praesertim tempore proximo sacrae ordinationi. Quisnam praesens fuit.

5. Quaenam indoles parentum et sua.

6. Quaenam ipse peregerit ut coactionem vitaret per se, et an opera aliorum ad hunc finem sit usus, et quinam isti sint.

7. Num in Seminatio degens, studiis theologalibus libenter operam dederit et an fuerit impeditus quominus alia studia perageret, et a quibus.

8. Num sive in Seminario sive extra defectum suae voluntatis pro suscipiendis sacris ordinibus, vel aversionem patefecerit, quando et quibus.

9. An ipse, deficiente voluntate sacros suscipiendi ordines, id Seminarii Superioribus, Ordinario, vel spiritus moderatori (qui tamen eius confessarius non fuerit) manifestaverit, et quatenus negative, cur suam contrariam voluntatem ei non significaverit: quinam iste fuerit.

10. Num ipsi nota fuerint ante sacrorum ordinum susceptionem onera eis inhaerentia, ac praecipue quae coelibatus lex vigeat.

Num tractatus de castitate eidem explicatus fuerit et quando.

11. Num castitatem servaverit inde a prima pueritia.

12. Quot difficultates magistro spiritus, rectori, magistro novitiorum, Superioribus in genere manifestaverit. Quaenam consilia receperit. Num servaverit.

14. Quaenam Seminarii condicio, speciatim perdurante cursu theologico; quaenam morum disciplina; quinam pietatis spiritus; quaenam Superiorum prudentia ac sollicitudo in alumnis rite formandis.

15. Num morbum atavicum patiatur; cuius generis. Num medicorum iudicium requisiverit. Quaenam personae in familia huiusmodi hereditarios morbos patiantur.

16. Num anomalias sexuales expertus sit; cuius generis; quando ceperint. Quid ad huiusmodi anomalias medicandas fecerit.

17. Quando accesserit ad sacrum ordinem subdiaconatus et presbyteratus; qualem revera interius habuerit animum in actu sacrae ordinationis; et an communis iucunditatis tunc particeps fuerit.

18. An officium receiverit divinum, et Missam celebraverit, vel etiam alio modo sacrum ministerium exercuerit.

19. Num contentiones adfuerint, et quales in specie, inter ipsum et parentes, aliosque, qui eum impellere potuerint ad suscipiendos sacros ordines, et num notae in loco ubi idem degebat, et quinam sint qui eas confirmare valeant.

20. Quomodo sese gesserit post sacerdotium initum, et quae ministerii officia peregerit, quoties, quomodo, quanto tempore, et quibus in locis.

21. Num sacri ministerii exercitio rata habere sacrae ordinationis onera intenderit. An sibi praesto sint documenta exhibenda, uti litterae a parentibus vel ab aliis scriptae ante susceptos sacros ordines, ad confirmandam illatam coactionem, vel coactionis defectum, vel morbum atavicum etc.

22. Quosnam alios testes ipse praeter exhibitos in elencho inducat sive consanguineos, sive affines, sive familiares, vel extraneos, qui de cunctis circunstantiis certiores facti tempore non suspecto, plene et sincere referre possint.

23. An unquam contra sacram ordinationem et huius adnexa onera reclamaverit; et unde factum sit ut causae introductionem aut continuationem ad haec usque tempora distulerit.

(Exinde contestationes peragendae, si opus erit, inter ea quae actor asseruit, atque illa quae ipse in supplici libello retulit).

Absoluto examine, de mandato Iudicis integre depositio clara voce legitur actori, et Iudex eumdem interrogat an habeat aliquid addendum, supprimendum, corrigendum, variandum.

Dein petitur ut praestetur iusiurandum de veritate dictorum et de secreto servando, iuxta formam.

Ac, praestito iureiurando, subscribunt actor, Iudex, Defensor Vinculi et Actuarius.

N., *Actor*. N., *Iudex instructor*. N., *Defensor s. Ordinationis*. N., *Actuarius*.

(Adnotatio.—*Quoties alicuius sacerdotis sacra peracta sit ordinatio post Instructionem, quae a Sacra Congregatione de Sacramentis edita fuit 27 Dec.* 1930 [LE 1004], *idemque contendat se gravi coactum metu sacros suscepisse ordines, ea ordinato erunt obiicienda, quae de pandita ab ipso voluntate iurata et scripta declaratione confirmavit. Ii pariter erunt interrogandi, qui examinibus adfuere, iudiciumque pro sacra actoris ordinatione emiserunt*).

IUSIURANDUM DE VERITATE DICTORUM ET DE SECRETO SERVANDO

Ego N. iuro me solam ac totam veritatem dixisse,et nunquam, antequam praesens causa penitus absolvatur, evulgaturum sive propositas interrogationes, sive responsiones datas. Sic me Deus adiuvet, etc.

IUSIURANDUM AB INTERPRETE PRAESTANDUM

Ego N., a Revño Iudice in processu super nullitate sacrae ordinationis vel onerum eidem inhaerentium sacerdoti N. N. deputatus interpres, iuro me dictum munus fideliter impleturum, acta et documenta processus de verbo ad verbum diligenter et adamussim reddendo, ac simul secretum de omnibus quae in processu acceperim, servaturum. Sic me Deus adiuvet, etc.

II. IUDICIALE EXAMEN PARENTUM ACTORIS

(Cum praeterea super iis, quae actor in suo examine deposuit, sit ex testibus, quos Iudex satis instructos reputaverit, percontandum, ut exinde illius assertiones aut confirment, aut corrigant, aut respuant, referantque utrum facta asserta sibi sint nota, formali examini, adstante sacrae ordinationis defensore, erunt sibi subiiciendi, atque in primis parentes et affines actoris, a quibus hoc erunt exquirenda, praehabito iuramento ac delato monito, de quo in Appendice n. I).

1. Interrogandus pater, vel mater, circa nomen, cognomen, originem, aetatem, religionem, conditionem familiae, et domicilium.

2. Quot filios et filias genuerint: quae fuerit indoles actoris et quae exstiterit eius propensio ad clericalem ineundam vitam.

3. Num ipsi eum impulerint ad eumdem finem ut Seminarium vel Institutum religiosum ingrederetur, quamvis contrariam suam voluntatem patefecerit.

4. Quomodo ipsum illexerint ut sacrae theologiae studiis incumberet, et ad sacros ordines accederet.

5. Quaenam fuerint adhibitae ab ipsis sollicitationes, instigationes, vel minae, et quoties: an istae usque ad sacram ordinationem fuerint productae.

6. Num ipsi aliorum etiam operam adhibuerint ad flectendam filii voluntatem pro ineundo sacerdotio; quinam exstent; et quaenam ad hunc finem experti sint.

7. Num certiores facti fuerint ab aliquo de voluntatis defectu filii, et quinam hi sint; an pertinaciter impulerint eum; an a filio scriptis de voluntatis carentia edocti fuerint; an eadem servent, quo casu ea exhibeant.

http://www.obrascatolicas.com

8. Num ipsi Seminarii superiores vel ipsum Episcopum sollicitare studuerint et quomodo, ut filius in sacerdotium reciperetur; et an sciant excommunicatione ipso facto plecti eos, qui quoquo modo filios ad sacros ordines suscipiendos cogant iuxta can. 2352.

9. Num sacra properante ordinatione filius contrariam suam voluntatem manifestaverit et quomodo.

10. Num eidem renuenti ad sacros ordines accedere restiterint et quomodo.

11. Num profano more vitam gesserit ante ordinationem.

12. Num aliquam pravam consuetudinem fovere ausus sit.

13. An in familia infirmitatis alicuius iudicia sive mentis sive pravorum morum adfuerint, atque an aliquid adsit, quod atavismum redoleat.

14. Quaenam ipse in sacra ordinatione signa praebuerit, an scilicet laetitiae vel displicentiae; et quaenam indicia pariter ostenderit post peracta primitus solemnia, laetantibus aliis.

15. Num ipse postea, susceptis sacris ordinibus, acquieverit, vel negligens in sacro ministerio exercendo exstiterit, Missam litare vel officium recitare omittens, atque aversionem in his ostenderit.

16. Num profano more vitam degere coeperit, aliisque studiis incubuerit, post sacerdotium susceptum.

17. Num ipsi minas eidem ante sacrorum ordinum susceptionem illatas, videlicet exheredationis, derelictionis, ejectionis e domo et eiusmodi, exsecutioni mandaverint vel exsecutioni mandare intenderint.

18. Num pravam aliquam consuetudinem fovere coeperit ordinatus post sacram ordinationem susceptam, et usque dum sacerdotio permanserit.

19. Num sacrum ministerium exercuerit timore ipsorum pressus, quomodo, et quanto tempore.

20. (Heic contestationes, si opus fuerit, peragendae erunt inter ea quae actor asseruit, atque illa quae a parentibus fuere prolata, si dissona ipsorum testimonia appareant).

21. An ordinum sacrorum exercitio ratam ipse habere intenderit sacram ordinationem; et cur in eodem exercitio perrexerit.

22. His absolutis interrogationibus, ad plene suum absolvendum munus, alias Iudex ex officio interrogationes peragat, ab expletis responsionibus eruendas.

Absoluto examine, etc. uti in n. I.

(Praeter testes ab actore inductos, necesse prorsus est alios ex officio induci.

Alligentur litterae testimoniales, quae obtentae sint circa testium excutiendorum fidem et probitatem.

Fiant schedae citatoriae, uti in causis matrimonalibus, mutatis mutandis, et similiter fiat intimatio).

III. IUDICIALE EXAMEN TESTIS N., AB ACTORE INDUCTI

Sessio...

Servantur formae ut pro examine actoris. Iudex testi defert monitum, de quo in Appendice n. I, ac iusiurandum, iuxta formulam statutam, et reserat schedam exhibitam clausam a defensore, et continentem interrogatoria, quae deinde proponit.

1. Testis interrogatur circa nomen, cognomen, nomen parentum, originem, aetatem, religionem, conditionem, domicilium (urbem, viam, paroeciam), locum hodiernae commorationis.

2. An sit consanguineus vel affinis actoris, et quo gradu.

3. Quo ex tempore, qua occasione et quomodo noverit actorem.

4. Quaenam sit ipsius indoles et an mereatur fidem in iis quae ipse protulit.

5. Quinam fuerint mores eiusdem et propensiones ad studia.

6. Num ab eo edoctus fuerit, et quando, ipsum coactionem a parentibus vel ab aliis passum esse.

7. An parentes oratoris noverit, horum conditionem, artem quam exercent et exploratam habuerit eorum indolem et agendi rationem erga actorem.

8. An in Seminario degens actor, pietatis indicia exhibuerit et ad sacram confessionem et sacram Synaxim saepe et devote accesserit.

9. Num ad sacros peragendos ritus se proclivem exhibuerit.

10. Quibus potissimum studiis in Seminario fuerit deditus; num inhonestos sermones proferre solitus fuerit.

11. Num ad sacra exercenda ministeria alienum se praebuerit, et contrariam voluntatem ostenderit in suscipiendis sacris ordinibus.

12. Quaenam ipse peregerit ut eos vitaret.

13. Num in Seminario commorans demissionem et obsequium superioribus exhibuerit.

14. Num familiaritates inhonestas foverit, scripta exaraverit minus honestati consona, et clericalem habitum invite gestare visus sit.

15. Num pravis perlegendis libris fuerit deditus, saeraque studia neglexerit seu fastidiverit.

16. Num, in loquendo, de Ecclesia eiusque doctrina ac de ipsius rectoribus detraxerit.

17. Num in Seminario punitionibus ob pravam ipsius agendi rationem fuerit affectus; vel alios ad prava illexerit.

18. Num ad profana capienda oblectamenta se pronum manifestaverit, iis posthabitis, quae ad pietatem fovendam inserviunt.

19. Quaenam sit publica de ipsius vocatione opinio.

20. Num per se vel ab aliis testis sciverit parentes eum ad sacerdotium ineundum coëgisse, quando, quanam de causa, et quinam hi sint.

21. An circumstantias noscat de illata coactione et quaenam fuerint.

22. An revera parentes talis fuerint severitatis, ut merito timeri posset ipsos minas esse exsecuturos, et an actor indolis aeo timidae et pusillanimis exstiterit, ut eiusmodi minis aut saevitiis deterritus, ad sacros ordines, gravi metu coactus, accesserit, quin eas vitare potuerit.

An morbi atavici in familia exstiterint.

23. An ordinationis sacrae tempore ipsum moerentem aspexerit et quomodo.

24. An ex ipso sciverit ante sacram ordinationem eundem fore huic consensum suum denegaturum.

25. An in sacra ordinatione vel ea expleta, iucunditatis vel moestitiae indicia praebuerit.

26. An testis quaedam habeat documenta scripta eiusmodi coactionem onerumque ratihabitionem confirmantia et an sciat revera actorem per exercitium ordinis tacite voluisse obligationibus clericalibus se subiicere.

27. Quaenam sit modo agendi ratio actoris.

(Exinde Iudex integram depositionem peractam ab actore, qui testem induxit, eidem testi legi iubeat ac petat):

28. An asserta in ea depositioni veritati respondere in omnibus censeat, utrum eadem ex scientia propria perspecta habeat, an potius ex suggestione actoris et utrum facta ab eo asserta sint nota aliis, et quinam hi sint.

29. An testis habeat aliquid addendum, supprimendum, corrigendum, variandum.

30. Iudex testi alias interrogationes praeter supra allatas proponere poterit, si rerum adiuncta id requirant.

(Quod si Iudici non videatur opportunum integram legi actoris depositionem, se gerat iuxta Regulas a S. Congr. de Sacramentis a. 1931 datas, n. 51, § 2) [LE 1032].

Dein testi leguntur depositiones ab ipso viva voce prolatae, quas actuarius scripto redegit, ac ulterius rogatur:

31. An haec relatio responsione redditas plene complectatur.

32. Petitur ut praestetur iusiurandum de veritate dictorum et de secreto servando, iuxta formam.

Ac praestito iureiurando, subscribunt testis, iudex, defensor sacrae ordinationis et actuarius.

N., *Testis.* N., *Iudex instructor.* N., *Defensor s. Ordinationis.* N., *Actuarius.*

(Simili modo agendum est quoad ceteros testes qui producuntur vel ad instantiam actoris, vel ex officio, praesertim si in instructione processus appareat adesse aliquem vel aliquos de re bene edoctos: tunc enim Iudex eos citari curabit ut examini subiiciantur, eadem servata methodo).

IV. ORALE EXAMEN PERITI

Anno, etc., coram Iudici, etc., adstantibus, etc., comparuit D. N., etc. *(ut in aliis sessionibus).*

Iudex instructor, perito defert monitum, de quo in Appendice n. I, iusiurandum de veritate dicenda et de secreto servando, ac dein reserat schedam obsignationis, ubi continentur articuli concinnati a defensore sacrae ordinationis, quos iste praesertim eruerit ex relationibus ab iisdem peritis scripto antea exhibitis, iuxta generales et peculiares circumstantias et difficultates, quae in actu inspectionis sunt quidem animadvertendae.

Praemissis interrogationibus generalibus, Iudex articulos perito defert, qui esse poterunt ut infra, quibus ex officio aliis, prout casus ferat, adicere debet, attentis etiam dubiis et ambiguitatibus, quae ex ipso interrogatorio emerserint.

1. An perito aliqua sit necessitudo cum actore.

2. Quonam tempore et quomodo eum noverit.

3. An confirmet per omnes partes relationem, quam de medicali examine scripto exaravit.

4. An in eadem relatione aliquid addendum habeat, vel corrigendum, vel mutandum.

5. An peritus tum physicum examen tum etiam relationem, seorsim ab altero perito, si exstet confecerit.

6. Quanam via et ratione peritus in peragendo medicali examine processerit.

7. An actor aliquo morbo hereditario vel defectu laboraverit, qui influxum habere potuerit in errata electione status; et utrum curari queat, an non.

8. Quidnam peritus perspexerit de actoris temperamento et de statu psychico.

9. *(Si casus ferat):* Quomodo conciliari possit sententia periti cum contraria opinione alterius periti vel doctoris.

(Nota.—Relationes a medicis confectas Iudex alterius peritioris examini subiicere poterit, si id opportunum existimaverit).

10. An, praemissa lectione depositionis, peritus aliquid habeat addendum, delendum, corrigendum, vel mutandum.

Praestito iureiurando de veritate dictorum et de secreto servando, sequuntur subscriptiones, ut de more.

Absoluta processus instructione, Iudex, nisi opportunum duxerit actorem vel alium e testibus ad novum examen revocare contestationes peragendi causa, alliget in processu informationes parochi aut alterius idoneae personae attestationem de fide, quam actor et singuli testes merentur.

APPENDIX

Monitum

Illud alte insidere debet in animo iudicis et testium ac praesertim partis declarationem nullitatis sacrae ordinationis vel onerum eidem inhaerentium postulantis, videlicet, si res aliter se habeat ac ab actore asseritur, idest si sacra ordinatio aut onera eidem adnexa in suo robore ac firmitate consistant, et veritas in processu non detegatur vel ex culpa aut oscitantia tribunalis, vel ex fraude aut desidia partis et testium, *declarationem nullitatis forte pronunciatam, utpote suo fundamento destitutam, nullius esse valoris;* quodsi nihilominus actor audeat se sacro vinculo solutum existimare atque ad saecularia vota transire, bene perspectum habeat se sacrilegiorum ac censurarum paene inextricabilibus vinculis implicari. Hoc proinde est sollemniter praemonendum *ab ipso Excmo Episcopo (si ipse processum peragat, secus a Iudice instructore)* antequam iusiurandum praestetur, et animo reputandum ab omnibus, qui in his causis partem habent, praecipue eo momento quo a parte, a testibus, a peritis, respective, redduntur iuratae responsiones, attestationes, relationes.

* Ordinariis locorum et Moderatoribus Generalibus Institutorum perfectionis: e documento originali. Adn. An. can. 10 (1965) 308.

3163

1964 FEB 2.-SC STUDIORUM, LIT. CIRCULARES. PART.*

De «Die mundiali precum pro Vocationibus» rite celebrando

Romae, d. 2 febr. 1964, Purificationi B. V. Mariae Sacro

Excellentissime ac Reverendissime Domine, Honori habeo Te, Excme ac Revme Domine, certiorem facere Eminentissimum Cardinalem a publicis Ecclesiae negotiis huic Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus, per litteras n. 13971 die 23 ianuarii datas, significasse Paulum VI P. M. fel. regn. benigno animo instituisse *«Diem Mundialem Precum pro Vocationibus»*, qui dies quotannis celebrandus est secunda Dominica post Pascha, quae a Bono Pastore nuncupatur [LE 3159].

Laetum hunc nuntium cum Nostra et Sacra de Religiosis Congregatione communicans, idem Eminentissimus Cardinalis addebat placuisse Pontifici institutionem huius *«Diei Mundialis»* quibusdam clausulis definire; videlicet:

1) ut eadem publice denominetur: *«Dies Mundialis Precum pro Vocationibus»*;

2) ut haec Dies sit unica pro Vocationibus Sacerdotalibus et Religiosis, et celebretur secunda die Dominica post Pascha, quae a Bono Pastore nuncupatur;

3) ut competentes Sacrae Congregationes, in singulis celebrationis adiunctis communi consensu definiendis, spiritualem eius naturam et finem peculiari cura significent.

Hoc igitur Sacrum Dicasterium, dum omnibus locorum Ordinariis has Augusti Pontificis voluntates renuntiat, una cum Sacra Congregatione de Religiosis —quae interim idem facit cum omnibus Religiosorum Institutis sibi subiectis— quaedam optat illustrare huius celebrationis elementa, quae peculiari consideratione digna esse videntur:

1) *«Die Mundialis»* institutio comprobat constantem sollicitudinem pastoralem Summi Pontificis in provehendis augendisque sacris Vocationibus ad Sacerdotium Vitamque Religiosam, quae praecipua exstant condicio ad felicem Ecclesiae propagationem confirmationemque in quavis orbis plaga;

2) huius *«Diei Mundialis»* celebratio, diu multumque a Dioecesium Pastoribus et a Moderatoribus sodalibusque Institutorum Religiosorum expetita, propria natura fineque spirituali insignita esse debebit: tamquam universalis nempe imploratio ad Deum, divini cuiusque doni dispensatorem, innixa in Christo, Summo et Aeterno Sacerdote, in B. Virgine Maria, Cleri Religiosorumque Regina et Matre; hoc autem impensiore studio a christifidelibus, iunioribus praesertim, fiet, si probe edocti antea fuerint de divinis veritatibus, quae Sacerdotium Vitamque Religiosam spectant. Sic *«Dies Mundialis»* vere digneque Summi Pontificis mentem exsequetur; sic meritum dabit animarum Pastoribus solacium, fideles christianos ad pietatem divinique cultus studium vere excitabit, praestabit denique Ecclesiae ingens beneficium;

3) cum huiusmodi dies, sacris provehendis Vocationibus destinati, iam diversis anni temporibus pro singulis gentibus vel Dioecesibus celebrentur; et prope adsit tempus primae agendae *«Diei Mundialis»*, quae hoc decurrente anno incidit in Dominicam 12 Aprilis, poterunt Excmi locorum Ordinarii prudenter non modo debitos celebrationis gradus servare pro locorum consuetudinibus; sed etiam ita res disponere ut *«Diei Mundialis»* celebratio alias laudabiles loci industrias non tollat, quae ex consuetudine dicantur iuvando Dioecesis Seminario.

Pergratum autem huic Sacrae Congregationi erit si Tu, Excme Domine, ei breviter de acta in Tua Dioecesi celebratione *«Diei Mundialis»* referes, ut Summus Pontifex certior de re fieri iure possit. Pariter Sacra de Religiosis Congregatio a sibi subiectis Institutis edocebitur de sollerti eorum consociata opera ad communem felicem celebrationis exitum consequendum.

Libenter hanc oblatam nanciscor occasionem ut me summa animi observantia profitear atque confirmem Excellentiae Tuae Reverendissimae addictissimum.—Josephum Cardinalem Pizzardo, *Praef.* Dinum Staffa, Archiepiscopum tit. Caesarien. in Palaestina, *Secr.*

* Ad Ordinarios locorum, Prot. N. 2000/63: Seminarium 16 (1964) 59-61. Adn. Seminarium 16 (1964) 147-153.

3164

1964 FEB 6.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

Declaratur nullum matrimonium mixtum vi canonis 72 Concilii Trullani suadenturque Ordinarii ut in applicatione praedicti canonis recurrant in singulis casibus ad Sanctam Sedem

Ex Aedibus S. Officii, die 6 Februarii 1964

Excme ac Revme Domine, Rite pervenerunt ad S. Officium acta processus in causa assertae nullitatis matrimonii contracti

http://www.obrascatolicas.com

inter Josephum, acatholice baptizatum, et Paulinam, in secta orthodoxa baptizatam, anno 1945.

Actis maturo examini subiectis, expletisque omnibus in casu explendis, haec Suprema S. C. decrevit: *constat de nullitate matrimonii in casu vi can. 72 Conc. Trullani.*

Quoad quaestionem generalem, scilicet utrum Ordinarius poterit procedere ad declarationem nullitatis matrimonii in casibus similibus, haec Suprema decrevit: *Ordinarius recurrat in singulis casibus.*

* Ordinario Gariensi, Prot. N. 1769/63: Jurist 25 (1965) 308. Vide facti speciem apud Jurist 25 (1965) 306-308.

3165

1964 FEB 7.-SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

SOLVITUR IN FAVOREM FIDEI MATRIMONIUM DUORUM INFIDELIUM ABSQUE NEUTRIUS PRAEVIA CONVERSIONE

CASUS—Ralph, unbaptized, married Estelle, unbaptized, before a Jewish rabbi, on February 14, 1934. A civil divorce was obtained by mutual agreement in April 1960. There is no doubt about the non-baptism of either both petitioner and respondent.

After the petitioner separated from his wife, he began dating Beatrice, single and unbaptized. Beatrice became a convert to Catholicism and was baptized in April 1960.

In May 1962, a petition was sent to the Holy Office for a dissolution of the Raph-Estelle marriage, in order that the petitioner who did not wish to become a Catholic, might be permitted to marry the interested Catholic party.

The defender of the bond rightly questioned the need for a dissolution of the bond, since the petitioner had shown no definite eagerness to embrace the Catholic Faith and the interested Catholic party seemed to be strong enough in her own religion so that she would stop company-keeping with the petitioner should the Holy See deny the petitioner's request.

The delegate judge felt that there were some circumstances in this case which would warrant a petition for a dissolution of the bond. First of all, the petitioner and the interested Catholic party were keeping company before the conversion of the interested party to Catholicism. Secondly, the interested party was thirty years old and a girl of exceptional intellectual acumen. The petitioner possessed the qualities that Beatrice desired in a husband and it was questionable whether she could, without considerable difficulty, find another man so endowed. Thirdly, the priest-instructor testified that the petitioner was interested and cooperative during the course of instructions and that he felt in time the petitioner might embrace the Faith.

SOLUTIO—An affirmative decision was granted by the Holy See on February 7, 1964.

* Ordinario Chicagiensi, Prot. N. 2845/1962/M: Jurist 25 (1965) 295-296.

3166

1964 FEB 7.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

SOLVITUR IN FAVOREM FIDEI MATRIMONIUM INITUM INTER PARTEM ACATHOLICE BAPTIZATAM ET PARTEM IN SECTA HAERETICA INVALIDE BAPTIZATAM

CASUS—John, a baptized Baptist, married Esterlyn, before a minister of the Church of God in Christ on February 5, 1955. According to the testimony of Esterlyn and her mother, Esterlyn had been baptized twice, once in 1946 and once in 1955. Esterlyn testified that both baptisms took place in the Pentecostal religion.

A statement was obtained from the Presiding Bishop of the Pentecostal Assembles of the World to the effect that their baptism is by immersion «in the Name of the Lord Jesus Christ for the remission of sins». The Pentecostal minister who baptized the respondent in 1955 confirmed the statement from the Presiding Bishop and noted that there is no invocation of the Trinity in the baptismal ceremony.

It was impossible to determine the exact matter and form of the 1946 baptism. The respondent claimed that the baptism was conferred by a minister of the Pentecostal religion and the Presiding Bishop of the Pentecostal Assemblies wrote that many years ago there was a Pentecostal minister of the same name.

The delegate-judge argued that «In view of the impossibility of locating Reverend N. and in the absence of proof to the contrary, we must presume that the 1946 baptism was done according to the method and form prescribed by the Pentecostal Assemblies, i. e., 'in the Name of the Lord Jesus Christ for the remission of sins'».

SOLUTIO—On February 7, 1964, an affirmative decision was received from the Holy Office in the above case. The rescript from the Holy Office was a dissolution of the bond, not a «document of liberty». The rescript also noted that the marriage in question was a marriage between «Ioannem, acatholice baptizatum et Esterlyn, dubie baptizatam» [*].

[**Eadem S. C. Sancti Officii*, die 12 Ian. 1967, *prorsus determinavit sensum et rationem praedictae solutionis et Rescripti*]:

A questa S. Congregazione è pervenuto il suo pro-memoria con la foto-copia del Rescritto riguardante il caso matrimoniale Ioannes-Esterlyn da cui risulta essere stato concesso lo scioglimento in favorem fidei tra una parte acattolica battezzata e l'altra dubie battezzata in quanto che, pur essendo stata la convenuta Esterlyn battezzata due volte in setta, si dubitava della validità dei due battesimi.

Questa S. C., esaminati attentamente gli atti, ebbe a decretare che i battesimi ricevuti dalla convenuta erano invalidi perchè furono amministrati non con la formula trinitaria ma «in nomine Jesu in remissionem peccatorum» e conseguentemente la parte era da ritenersi non battezzata.

Nell'esecuzione del Rescritto vi è stato un errore dello scrittore che avrebbe dovuto mettere non «dubie battezzata» ma «non battezzata».

Per quanto riguarda la pubblicità fattane, voglia la P. V. Rev.ma provvedere a precisare bene i punti in questione agli studenti dell'Ateneo e inviare copia della presente lettera alla Direzione della revista «Jurist» [The Jurist 28 (1968) 106: LE 3166].

* Ordinario Chicagiensi, Prot. N. S. O. 4568/1962/M, iuxta summarium traditum a Jurist 25 (1965) 294-295.

3167

1964 FEB 10.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 56 (1964) 559-560

LAOSIENSIS REGIO A DELEGATIONE APOSTOLICA INDOSINENSI SEIUNGITUR AC DELEGATIONI APOSTOLICAE THAILANDIAE ET PAENINSULAE MALACENSIS ADICITUR

PAULUS PP. VI

Ad futuram rei memoriam.—Supremo, quod obimus, ministerio impellimur ad ea cuncta efficienda, quae ad Regni Christi fines latius proferendos conferant ac fidelibus in terris degentibus, quae missionali opere excoluntur, maiori sint usui. Cum igitur regio Laosiensis, quae ad praesens usque tempus Delegationi Apostolicae in Indosinis erat obnoxia, ab hac longius distet, anno vero MCMLVII a Pio Pp. XII, Decessore Nostro rec. mem., Thailandensis eiusmodi Delegatio sit constituta, cui etiam Malacensis Paeninsula fuit subiecta, res, ad Laosienses quod attinet, novo iam ordine esse componendas non perperam arbitramur. Itaque e consulto Sacrae Congregationis Nomini Christiano propagando, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, territoria Laosiensia, quae usque adhuc e Delegatione Apostolica Indosinensi pendebant, ab hac seiungimus ac *Delegationi Thailandiae et Paeninsulae Malacensis adicimus*, quae deinceps *Apostolica Delegatio Thailandensis, Laosiensis et Paeninsulae Malacensis* appelletur. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros / effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. 560

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Februarii, anno MCMLXIV, Pontificatus Nostri primo.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3168

1964 FEB 22.-PAULUS VI, MP. AAS 56 (1964) 225-231

ROMAE CONDITUR PONTIFICIUM INSTITUTUM ALTIORIS LATINITATIS

PAULUS PP. VI

Studia latinitatis antiquarumque litterarum quam maxime coniungi cum sacrorum alumnorum institutione atque disciplina persuasum nullo non tempore Summi Pontifices habuerunt, qui non minus praeterita quam nostra hac aetate huiusmodi super re gravia in lucem ediderunt documenta; Nosque ipsi Litteris Apostolicis recens datis, quibus a verbis *Summi Dei Verbum* initium, haec commonuimus: *In studiorum... supellectile, qua adulescens clerus ornari oportet, sane ponenda est non exigua variarum linguarum scientia, in primisque Latinae, si maxime de sacerdotibus agatur Latini ritus!* [1].

Sed in actis, quae hac de re ab Apostolica Sede in vulgus nostris hisce diebus profecta sunt, principem obtinere locum dicenda sane est Constitutio Apostolica, a verbis *Veterum Sapientia* incipiens, quam Decessor Noster fel. rec. Ioannes XXIII / duos abhinc annos promulgarit [2]. In ea 226
enim cum quaedam quasi laudum summa in medio ponitur, quibus Maximi Ecclesiae Pastores, spectatis catholicae rei utilitatibus, alius ex alio linguam Latinam ornaverunt, tum vero momenta illustrantur, quae praeclara multaque habent Graecae Romanaeque litterae ad sacerdotii tirones disciplinis, sui muneris propriis, optime instituendos et erudiendos. Quibus admonitionibus certa praescripta continuantur eo nimirum pertinentia, ut sive sacrorum Seminariorum sive religiosorum Ordinum ac Sodalitatum alumni magna cum cura et diligentia ad antiquas et humanas litteras informentur; in primisque illud, quasi totius Constitutionis caput, Sacro Consilio Seminariis Studiorumque Universitatibus praeposito mandatum datur, ut *Academicum Latinitatis Institutum* condendum curet.

Quae praescripta, in rebus atque in usu posita, quam opportune sint edita in confesso est omnibus. Nam si dioecesium et religiosorum Ordinum Antistites, ad quos illa spectabat Constitutio, consentienti approbatione ea acceperunt quae de pondere docebantur linguae Latinae ad sacrae iuventutis optimam disciplinam quod attinet, non defuerunt tamen qui animadverterent, se non posse facili negotio quae praescriberentur ad effectum brevi adducere, eam praesertim ob causam quod magistrorum copiam non haberent ad auctam sui muneris gravitatem idoneorum.

Etenim exploratum est prudenti cuique, nihil magis valere ad imbuendos iuvenes antiquitatis linguis quam praestantissimos praeceptores; qui scilicet et doctrinae possessione, et linguae, quam tradere debeant, scientia, et docendi arte scholis ita praesint, ut non solum frugiferas, verum etiam eas discipulis delectabiles faciant, a quibus materies eadem sit olim in alios vulganda discipulos. Cum 227
vera namque, tum honesta, et / digna sapiente haec habenda est S. Ambrosii sententia: *Primus discendi ardor nobilitas est magistri* [3].

Quam ob rem, quolibet impendio et onere neglecto, habiles praeceptores, si desint, in Seminariis maioribus et minoribus parentur oportet; cum cuiusvis eruditionis progressiones in disciplinae initiis plerumque consistant. Maximopere idcirco contendatur necesse est, ut magistri habeantur non subitarii, sed omnibus numeris ornati, sui officii propriis; abundanti eruditione exculti, atque adeo ad animos discipulorum capiendos habiles; docendi vias persequentes, non in experimentis tantum vel in memoria positas, sed rationi etiam convenientes; siquidem inepte ii sentire dicendi sunt, qui opinentur linguae Latinae professoribus sufficere, si eam aliquanto magis quam discipuli noscant. Quin immo optandum est, ut quibus tantum hoc munus deferendum sit, ii, si ullo pacto fieri queat, in maximis Athenaeis instituantur, ubi a praestantissimis magistris simul exquisitiore antiquarum litterarum cognitione, simul arte informandi alios imbui possint.

Iure igitur ac merito Decessor Noster fel. rec. Ioannes XXIII, ea, quam commemoravimus, Constitutione iniunxit Sacrae Congregationi Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositae, ut Romae Pontificium Institutum condendum curaret Latinitati docendae, quod plane hoc spectaret, ut delectum manipulum condocefaceret sacerdotum, qui qua totius Latinitatis notitia, qua assidua et rationali Latine scribendi exercitatione, pares honestissimo officio exsisterent linguam Latinam aut in sacris Seminariis et in Collegiis ecclesiasticis docendi, aut in variis Romanae Sedis Consiliis et in Curiis vel dioecesium, vel religiosorum Ordinum ad maiorum exemplum scribendo usurpandi [4].

Quapropter, cum Nobis prorsus persuasum sit id peropportune fieri, ut Romae altior Schola ab Apostolica Sede constituatur, quae ceterorum Athenaeorum, almam hanc Urbem non uno / nomine illustrantium, veluti magisteria 228
complens, ad linguae Latinae studium omni ex parte absolutum conducat, Nos, grato animo amplas et ornatas aedes accipientes, quas Sodalitas Salesiana, non sine suis incommodis, ob egregiam hanc causam Nobis dedit, ea quae sequuntur motu proprio Nostraque auctoritate decernimus.

I. Ut ad effectum adducantur praescripta Constitutionis Apostolicae *Veterum Sapientia* a Decessore Nostro Ioanne XXIII promulgatae, ad Pontificium Athenaeum Salesianum fundamus atque condimus Pontificium Institutum altioris Latinitatis, simulque praecipimus, ut inibi studiorum cursus primo quoque tempore principium ducant.

II. Institutum obnoxium erit auctoritati Sacrae Congregationis Seminariis et Studiorum Universitatibus propositae, non modo ob generalem moderationem, quam eadem ex canone 256 C. I. C. in hac provincia tenet, sed etiam ob peculiare Instituti patrocinium, quod ipsa Congregatio suscepit; ita quidem, ut huiusmodi Institutum auxilio esse possit Apostolicae Sedi in iis omnibus, quae ad linguae Latinae incrementum in Ecclesia efficaciter pertinere videantur.

III. Munus propterea Magni Cancellarii penes erit Eminum Cardinalem Praefectum Sacri Consilii Seminariis et Studiorum Universitatibus moderandis.

Quoniam vero Societas a S. Francisco Salesio in se recepit Instituti altioris Latinitatis prosperitatem, Magno Cancellario adiutricem praestabunt operam cum Moderator Supremus «pro tempore» Societatis Salesianae, qui Magni Cancellarii vice fungetur, tum Rector Magnificus Pontificii Athenaei Salesiani.

IV. Proxima autem et ordinaria Instituti moderatio erit penes Praesidem a Sacra Congregatione Seminariis et Studiorum Universitatibus praeposita, Nobis probantibus, delectum ac nominatum. Qui quidem Praeses, a Collegio academico in expe/diendis negotiis maioris momenti adiu- 229
tus, coniunctissimas habebit rationes cum eadem Sacra Congregatione in iis omnibus, quae ad ipsius Instituti actionem et incepta attinebunt.

V. Cum omnino necesse sit institutum parem habere facultatem professorum, tam famae auctoritatisque celebritate quam suae cuiusque disciplinae peritia insignium, opera idcirco danda erit, ut nullo nationum discrimine tales doctores sive ex utroque clero, sive e laicorum ordine eligantur. Quorum scilicet nominatio dumtaxat ad Sacrum Consilium spectabit Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositum.

VI. Quae doctrinarum instructio in Instituto tradetur, eas complectatur disciplinas primarias et secundarias, per quas alumnus et veterem et recentiorem Latinitatem penitus noscere possit, vias nempe rationesque secutus, quae ad litteras discendas nostris hisce diebus aptissimae putantur.

Ad quam institutionem accedat necesse est assidua Latine scribendi exercitatio, ut discipuli non solum linguae Latinae naturam, vim, praecepta cognitione comprehensa habeant, sed etiam expedite, integre, eleganterque hac lingua scribant.

VII. In numero autem disciplinarum tradendarum suus tribuatur locus oportet linguae Graecae, quam qui ignoret, litteris Latinis bene doctus nullo pacto dicendus sit. Nemo enim dubitat, quin lingua Latina quam maxime cum Graeca coniungatur, sive ad utriusque naturam structuramque respiciat, sive expendat quantum haec ad illius progressionem labentibus saeculis contulerit.

VIII. Omne studiorum curriculum quattuor annorum spatio continebitur; ita ut qui duos annos studiis laudabiliter operam dederit, Baccalaureatum, uti dicunt, adipisci possit; qui tres, Licentiam; qui vero quattuor, Lauream. Sed ad hos gradus academicos nemo traduci poterit, nisi prius disciplinarum omnium, quotquot imperatae sunt, periculum fecerit, pariter/que scriptas exercitationes sub- 230
lerit, quae summa industria elaborato studiorum ordine statuentur.

IX. Ut quorundam discipulorum necessitatibus serviatur, ita universus studiorum ordo opus est digeratur, ut praeter plenum cursum quo quis ad Lauream perducatur, breviora iis praeparentur curricula, qui peculiaria consectentur diplomata studii in litteris vel Latinis vel Graecis collocati.

X. Pontificium Institutum altioris Latinitatis adulescentibus ex omnibus gentibus patebit; quod ideo non

[1] Epist. Ap. *Summi Dei Verbum*. *A. A. S.* LV. 1963, p. 993 [LE 3134].
[2] Const. Ap. *Veterum Sapientia*, *A. A. S.* LIV, 1962, pp. 129-135 [LE 3043].
[3] S. Ambros., *De Virg.* 2, 2, 7. [4] Cf. Const. Ap. *Veterum Sapientia*, n. 6.

http://www.obrascatolicas.com

modo alumnis e clero saeculari, quem vocant, et religiosis sodalibus liberum erit adire, sed etiam laicis hominibus.

Episcopos autem ac summos religiosorum Ordinum et Sodalitatum Antistites hortamur, ut eos praeceptores qui in sacris Seminariis vel in religiosis Collegiis docent, maxime si iuniores, ad hoc Institutum mittendos curent, ut studia litterarum, quibus d.diti sint, absolvant atque perficiant.

XI. Censemus praeterea, ut optimis quibusque discipulis, qui nempe diligentia, studio, doctrina praestent, beneficia et commoda impertiantur, quibus studiorum sumptus tolerare possint. Quam in rem suademus, ut pariter alumnis studiorum celebrandorum causa annua praebeantur, pariter Instituto iusta pecunia suppeditetur, qua coepta ad litterarum doctrinarumque processus necessaria iuventur. Cuius pecuniae et annuorum administratio propria lege temperabitur, a Sacro Consilio Seminariis et Studiorum Universitatibus praeposito probanda, cuius sane erit omni rei procurationi invigilare.

XII. Institutum scriptorum opera et acta ad universam Latinitatem attinentia in lucem edenda curabit; atque deliberationes omnes capiet, coeptisque favebit, quae ad linguae Latinae scientiam et usum conducant.

XIII. Extremum Sacro Consilio Seminariis et Studiorum Universitatibus praeposito mandata damus ut, Nostris hisce / praescriptis congruenter, leges et iura opportune describat, quibus, natura et fine Instituti spectatis tum eiusdem ordinationi, tum litterarum progressibus, tum moderatorum magistrorumque condicioni prospiciatur. Peculiari modo studiorum ratio conficiatur, et docendi viae dentur et educandi normae tradantur. 231

Quaecumque a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XXII mensis Februarii, Cathedrae S. Petri Ap. sacro, anno MDCCCCLXIV, Pontificatus Nostri primo.—PAULUS PP. VI.

Adn. A. BACI in Seminarium 17 (1965) 61-75; R. JACOANGELI in ME 89 (1964) 357-395 et in Salesianum 26 (1964) 231-272; alias Adn. vide sub die 1962 Feb. 22; LE 3043.

3169

1964 FEB 26.-SC DE PROP. FIDE, RESPONSUM. PART.*

NORMAE DANTUR CIRCA AGGREGATIONEM EPISCOPORUM AD CONFERENTIAS EPISCOPALES CUM LOCALES EXURGUNT SPECIALES DIFFICULTATES

Roma, 26 febbraio 1964

Eccellenza Reverendissima, Con pregiato Rapporto numerum 155/63 del 31 gennaio scorso, l'Eccellenza Vostra Reverendissima chiedeva istruzioni per superare alcune difficoltà circa l'applicazione dell'articolo X del Motu Proprio *Sacram Liturgiam*, [LE 3160] derivanti dalla particolare situazione ecclesiastica di alcuni paesi dell'Africa Occidentale, nei quali non è possibile costituire le Assemblee Episcopali Nazionali o se costituibili, tali Assemblee non saranno certamente in grado, per il ridotto numero dei componenti, di svolgere adeguatamente il compito loro affidato dall'articolo 22 par. 2.° della Costituzione Liturgica [LE 3141].

A tal proposito, mi reco a premura di significarLe che il Santo Padre, al Quale sono state sottoposte le difficoltà prospettate da Vostra Ecclellenza, Si è benignamente degnato di decidere nei seguenti termini:

«fermo restando il principio stabilito nell'articolo X del Motu Proprio *Sacram Liturgiam*, si autorizzino quei Vescovi o quelle piccole Assemblee che si trovano nelle condizioni esposte e che spontaneamente lo domandano, ad aggregarsi alle Assemblee Nazionali da loro liberamente scelte. Che anzi qualora quei Vescovi o quelle piccole Assemblee non ne facciano espressa richiesta potrebbero essere invitate a scegliere l'Assemblea Episcopale Nazionale cui aggregarsi».

Nel parteciparLe quanto sopra, profitto ben volentieri della circostanza per confermarmi con sensi di distinto ossequio dell'Eccellenza Vostra Reverendissima devotissimo nel Signore.—G. P. Card. AGAGIANIAN, *Pref.* P. Sigismondi, *Segretario*.

* Delegato Ap. in Africa occidentali, Prot. N. 807/64. BDM 28 (1964) 202.

3170

1964 MAR 6.- CONVENTIO SOLLEMNIS CUM VENETIOLA. AAS 56 (1964) 925-932

CONVENTIO INTER APOSTOLICAM SEDEM ET VENETIOLANAM REMPUBLICAM

CONVENZIONE FRA LA SANTA SEDE E LA REPUBBLICA DI VENEZUELA

La Santa Sede Apostolica e lo Stato Venezuelano, considerando che la Religione Cattolica Apostolica e Romana è la Religione della grande maggioranza dei Venezuelani, nel desiderio che possano essere regolate quanto prima in una maniera completa e conveniente tutte le questioni di comune interesse e proponendosi di farlo in futuri Accordi, hanno, determinato di definire frattanto, di comune accordo, quanto si riferisce ad alcune materie di immediata urgenza.

A questo fine Sua Santità il Sommo Pontefice Paolo VI e Sua Eccellenza il Signor Rómulo Betancourt, Presidente della Repubblica del Venezuela, hanno nominato Loro Plenipotenziari rispettivamente Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Luigi Dadaglio, Nunzio Apostolico nel Venezuela, e Sua Eccellenza il Dott. Marcos Falcón Briceño, Ministro degli Esteri, i quali, dopo avere scambiati i loro rispettivi Pieni Poteri e riconosciuta la autenticità dei medesimi, hanno convenuto negli Articoli seguenti:

Art. I.—Lo Stato Venezuelano continuerà ad assicurare ed a garantire il libero e pieno esercizio del Potere Spirituale della Chiesa Cattolica, così come il libero e pubblico esercizio del culto cattolico in tutto il territorio della Repubblica.

Art. II.—Lo Stato Venezuelano riconosce il libero esercizio del diritto della Chiesa Cattolica di promulgare Bolle, Brevi, Statuti, Decreti, Lettere Encicliche e Pastorali nell'ambito della sua competenza e per il raggiungimento dei fini che le sono propri.

Art. III.—Lo Stato Venezuelano riconosce la personalità giuridica internazionale della Santa Sede e dello Stato della Città del Vaticano.

CONVENIO ENTRE LA SANTA SEDE Y LA REPÚBLICA DE VENEZUELA

La Santa Sede Apostólica y el Estado Venezolano, en consideración a que la Religión Católica, Apostólica y Romana es la Religión de la gran mayoría de los Venezolanos y en el deseo de que todas las cuestiones de interés común puedan ser arregladas cuanto antes de una manera completa y conveniente, y proponiéndose hacerlo en futuros Acuerdos, han determinado definir entre tanto algunas materias de particular urgencia sobre las cuales las dos Altas Partes han llegado a un acuerdo.

A este fin, Su Santidad el Sumo Pontífice Paulo VI y Su Excelencia el Señor Rómulo Betancourt, Presidente de la República de Venezuela, han tenido a bien nombrar por sus Plenipotenciarios, respectivamente, a Su Excelencia Reverendísima Monseñor Luigi Dadaglio, Nuncio Apostólico en Venezuela, y Su Excelencia el Doctor Marcos Falcón Briceño, Ministro de Relaciones Exteriores, quienes, después de entregadas sus respectivas Plenipotencias y reconocida la autenticidad de las mismas, han convenido lo siguiente: / 926

Art. I.—El Estado Venezolano continuará asegurando y garantizando el libre y pleno ejercicio del Poder Espiritual de la Iglesia Católica, así como el libre y público ejercicio del culto católico en todo el territorio de la República.

Art. II.—El Estado Venezolano reconoce el libre ejercicio del derecho de la Iglesia Católica de promulgar Bulas, Breves, Estatutos, Decretos, Cartas Encíclicas y Pastorales en el ámbito de su competencia y para la prosecución de los fines que le son propios.

Art. III.—El Estado Venezolano reconoce la personalidad jurídica internacional de la Santa Sede y del Estado de la Ciudad del Vaticano.

Allo scopo di mantenere le amichevoli relazioni tra la Santa Sede e lo Stato del Venezuela, continueranno ad essere accreditati un Ambasciatore del Venezuela presso la Santa Sede e un Nunzio Apostolico in Caracas, il quale sarà il Decano del Corpo Diplomatico presso il Governo del Venezuela.

Art. IV.—Nella Repubblica del Venezuela si riconosce la Chiesa Cattolica come persona giuridica di carattere pubblico.

Godono inoltre della personalità giuridica per gli atti della vita civile le Diocesi, i Capitoli Cattedrali, i Seminari, le Parrocchie, gli Ordini, le Congregazioni Religiose e gli altri Istituti di perfezione cristiana canonicamente riconosciuti.

Le istituzioni o enti particolari che, secondo il Diritto Canonico, hanno personalità giuridica, godranno della medesima personalità giuridica davanti allo Stato una volta adempiuti i requisiti legali.

Art. V.—La erezione di nuove Arcidiocesi, Diocesi e Prelature *Nullius* e le modificazioni degli attuali confini sarà fatta dalla Santa Sede previo accordo con il Governo.

Nessuna parte del territorio venezuelano dipenderà da un Vescovo la cui sede si trovi fuori delle frontiere della Repubblica.

Quando si debbano erigere nuove Diocesi o modificare i confini di quelle esistenti, si procurerà che i confini diocesani coincidano, nei limiti del possibile, con le divisioni politiche del territorio nazionale.

Art. VI.—Prima di procedere alla nomina di un Arcivescovo e Vescovo diocesano o di un Prelato *Nullius* o dei loro Coadiutori con diritto di successione, la Santa Sede comunicherà il nome del candidato al Presidente della Repubblica per accertarsi che il medesimo non abbia obiezioni di carattere politico generale da sollevare. Esistendo obiezioni di tale natura, la Santa Sede indicherà il nome di altro candidato per gli stessi fini.

Le pratiche relative si svolgeranno con la maggior riservatezza allo scopo di mantenere segreti i nomi dei candidati fino a che non sia stata pubblicata la nomina definitiva.

Trascorsi trenta giorni dalla comunicazione fatta al Presidente della Repubblica, il silenzio di questi si interpreterà nel senso che egli non ha alcuna obiezione contro la nomina. In casi eccezionali, detto termine potrà essere esteso fino a sessanta giorni d'accordo con la Nunziatura Apostolica.

Art. VII.—Gli Arcivescovi e i Vescovi diocesani e i loro Coadiutori con diritto di successione saranno cittadini venezuelani.

Art. VIII.—La provvista delle Dignità dei Capitoli Metropolitani e Cattedrali è riservata alla Santa Sede.

Tuttavia, in considerazione del disposto dell'Art. XI, la nomina sarà ufficialmente comunicata al Governo del Venezuela prima della presa di possesso da parte degli investiti.

Nel caso della creazione di nuove Dignità, avrà applicazione l'Art. XI rispetto ad esse, una volta che abbia avuto luogo un'intesa con il Governo.

Art. IX.—La provvista dei canonicati e benefici minori dei Capitoli Metropolitani e Cattedrali, sarà fatta liberamente dalla competente Autorità Ecclesiastica, secondo le norme del Diritto Canonico.

L'Ordinario del luogo darà comunicazione ufficiale di dette nomine all'Esecutivo Nazionale prima che i nuovi investiti prendano possesso canonico del beneficio.

Art. X.—L'erezione di nuove Parrocchie sarà fatta liberamente dagli Ordinari diocesani, i quali comunicheranno alla prima Autorità Civile della giurisdizione l'erezione ed i confini delle nuove Parrocchie, come pure i cambi dei confini delle Parrocchie già esistenti.

Art. XI.—Il Governo del Venezuela, nei limiti delle sue possibilità fiscali, continuerà a destinare un Capitolo del Bilancio, che continuerà a denominarsi «Assegnazioni Ecclesiastiche», per il decoroso sostentamento dei Vescovi, Vicari Generali e Capitoli Ecclesiastici.

Si destinerà altresì, nel Bilancio, una partita adeguata per eseguire e contribuire alla esecuzione dei lavori di

Para mantener las relaciones amistosas entre la Santa Sede y el Estado de Venezuela continuarán acreditados un Embajador de Venezuela ante la Santa Sede y un Nuncio Apostólico en Caracas, el cual será el Decano del Cuerpo Diplomático acreditado ante el Gobierno de Venezuela.

Art. IV.—Se reconoce a la Iglesia Católica en la República de Venezuela como persona jurídica de carácter público.

Gozan además de personalidad jurídica para los actos de la vida civil las Diócesis, los Capítulos Catedrales, los Seminarios, las Parroquias, / las Ordenes, Congregaciones Religiosas y demás Institutos de perfección cristiana canónicamente reconocidos. 927

Las instituciones y entidades particulares que, según el Derecho Canónico, tienen personalidad jurídica, gozarán de la misma personalidad jurídica ante el Estado una vez que hayan sido cumplidos los requisitos legales.

Art. V.—La erección de nuevas Achidiócesis, Diócesis y Prelaturas *Nullius* y las modificaciones de los límites existentes se harán por la Santa Sede previo acuerdo con el Gobierno.

Ninguna parte del territorio venezolano dependerá de un Obispo cuya sede esté fuera de las fronteras de la República.

Cuando hayan de erigirse nuevas Diócesis o modificarse los límites de las actuales se procurará que los límites diocesanos coincidan, en lo posible, con las divisiones políticas del territorio nacional.

Art. VI.—Antes de proceder al nombramiento de un Arzobispo u Obispo diocesano, o de un Prelado *Nullius*, o de sus Coadjutores con derecho a sucesión, la Santa Sede participará el nombre del candidato al Presidente de la República, a fin de que éste manifieste si tiene objeciones de carácter político general que oponer al nombramiento. En caso de existir objeciones de tal naturaleza, la Santa Sede indicará el nombre de otro candidato para los mismos fines./ 928

Las diligencias correspondientes se desarrollarán con la mayor reserva a fin de mantener secretos los nombres de los candidatos hasta que sea publicado el nombramiento definitivo.

Transcurridos treinta días desde la comunicación hecha al Presidente de la República, el silencio de éste se interpretará en el sentido de que no tiene objeciones que oponer al nombramiento. En casos excepcionales, dicho término podrá extenderse hasta sesenta días, de acuerdo con la Nunciatura Apostólica.

Art. VII.—Los Arzobispos y Obispos diocesanos y sus Coadjutores con derecho a sucesión serán ciudadanos venezolanos.

Art. VIII.—La provisión de las Dignidades de los Capítulos Metropolitanos y Catedrales está reservada a la Santa Sede.

Pero, en atención a lo que dispone el Art. XI, el nombramiento se comunicará oficialmente al Gobierno de Venesuela antes de la toma de posesión por parte de los investidos.

En el caso de creación de nuevas dignidades, tendrá aplicación el Artículo XI con respecto a ella, una vez que haya mediado un acuerdo con el Gobierno.

Art. IX.—La provisión de las canonjías y beneficios menores de los Capítulos Metropolitanos y Catedrales se hará libremente por la competente Autoridad Eclesiástica, de acuerdo con las normas del Derecho Canónico. / 929

El Ordinario del lugar dará comunicación oficial de dichos nombramientos al Ejecutivo Nacional antes de que los nuevos investidos tomen posesión canónica del beneficio.

Art. X.—La erección de nuevas Parroquias se hará libremente por los Ordinarios diocesanos, los cuales comunicarán a la primera Autoridad Civil de la jurisdicción la erección y los límites de las nuevas Parroquias así como los cambios de límites de las Parroquias ya existentes.

Art. XI.—El Gobierno de Venezuela, dentro de sus posibilidades fiscales, continuará destinando un Capítulo del Presupuesto, que seguirá llamándose «Asignaciones Eclesiásticas» para el decoroso sostenimiento de los Obispos, Vicarios Generales y Cabildos Eclesiásticos.

También se destinará una partida presupuestaria adecuada para ejecutar y contribuir a la ejecución de obras

http://www.obrascatolicas.com

costruzione e conservazione di chiese, seminari e luoghi destinati alla celebrazione del culto.

Art. XII.—Il Governo del Venezuela, con il proposito di attirare ed incorporare alla vita civile i nativi del Paese che abitano nelle regioni della frontiera o distanti dai centri popolari, continuerà a prestare speciale appoggio e protezione alle Missioni Cattoliche stabilite in alcune regioni della Repubblica.

La Santa Sede darà comunicazione ufficiale al Governo del Venezuela della erezione di nuovi Vicariati Apostolici o della divisione di quelli già esistenti.

I Vicari, i Prefetti Apostolici ed i Superiori delle Missioni autonome saranno nominati dalla Santa Sede, la quale darà al Governo comunicazione della nomina prima che essa sia pubblicata.

Art. XIII.—Quando, a giudizio degli Ordinari, sia necessaria la collaborazione sia di Istituti Religiosi dell'uno o dell'altro sesso, sia di Sacerdoti secolari di altra nazionalità, per l'assistenza religiosa dei fedeli e per le opere sociali e di beneficenza pubbliche o private, si solleciterà per iscritto la loro entrata e permanenza nel Paese, che verranno concesse dalla Competente Autorità, previo il compimento dei requisiti di legge ordinari.

Art. XIV.—La Chiesa potrà fondare liberamente Seminari Maggiori e Minori, tanto Diocesani che Interdiocesani, ed altri Istituti destinati alla formazione del Clero Secolare e Religioso, i quali dipenderanno unicamente dalla Autorità Ecclesiastica nella loro direzione, regime e programmi di studio.

Riconoscendo lo Stato i fini specifici dell'educazione impartita in tali Seminari ed Istituti, è disposto a concedere l'equivalenza degli studi dell'educazione secondaria sempre che il piano di detti studi contenga, a parità di condizioni, i programmi dell'educazione secondaria.

Art. XV.—Lo Stato Venezuelano, in conformità con quanto stabilisce la Costituzione, riconosce il diritto dei cittadini cattolici di organizzarsi per promuovere la diffusione e la pratica dei principi della fede e morale cattolica mediante le Associazioni di Azione Cattolica dipendenti dall'Autorità Ecclesiastica, le quali si manterranno sempre fuori di ogni partito politico.

Art. XVI.—Le Alte Parti contraenti si impegnano a risolvere amichevolmente le eventuali difficoltà che nel futuro potessero sorgere sia nell'interpretazione o applicazione di qualche clausola della presente Convenzione, sia in generale nelle mutue relazioni tra la Chiesa e lo Stato.

Art. XVII.—La presente Convenzione —i cui testi in lingua italiana e spagnola fanno egualmente fede— entrerà in vigore allo scambio delle ratifiche.

Una volta ratificato, il presente Accordo sarà la norma che, come lo prevede l'Art. 130 della Costituzione, regolerà le relazioni tra la Chiesa e lo Stato.

Caracas, 6 Marzo 1964.—Luigi Dadaglio, Arcivescovo Tit. di Lero, *Nunzio Ap. in Venezuela.*

de edificación y conservación de templos, Seminarios y lugares destinados a la celebración del culto.

Art. XII.—El Gobierno de Venezuela, en su propósito de atraer e incorporar a la vida ciudadana a nativos del país que habitan en regiones fronterizas o distantes de los centros poblados, continuará prestando especial apoyo y protección a las Misiones Católicas / establecidas en algunas 930
regiones de la República.

La Santa Sede dará comunicación oficial al Gobierno de Venezuela de la erección de nuevos Vicariatos Apostólicos o de la división de los ya existentes.

Los Vicarios, Prefectos Apostólicos y los Superiores de las Misiones autónomas serán nombrados por la Santa Sede, la cual dará al Gobierno comunicación del nombramiento antes de que sea publicado.

Art. XIII.—Cuando a juicio de los Ordinarios sea necesaria la colaboración ya sea de Institutos Religiosos de varones o mujeres, ya sea de Sacerdotes seculares de otra nacionalidad, para la asistencia religiosa de los fieles y para las obras sociales y de beneficencia públicas o privadas, se solicitará por escrito su entrada y permanencia en el país, las cuales serán otorgadas por la competente Autoridad, previo el cumplimiento de los requisitos legales ordinarios.

Art. XIV.—La Iglesia podrá libremente establecer Seminarios Mayores y Menores, tanto Diocesanos como Interdiocesanos, y otros Institutos destinados a la formación del Clero Secular y Religioso, los cuales dependerán únicamente de la Autoridad Eclesiástica en su dirección, régimen y programas de estudio.

Reconociendo el Estado los fines específicos de la educación impartida por tales Seminarios e Institutos, está 931
dispuesto a conceder la equivalencia de los estudios de educación secundaria siempre que el plan de dichos estudios contenga, en igualdad de condiciones, las asignaturas que integran el de educación secundaria.

Art. XV.—El Estado Venezolano, de conformidad con la Constitución, reconoce el derecho de organización de los ciudadanos católicos para promover la difusión y actuación de los principios de la fe y moral católicas mediante las asociaciones de Acción Católica, dependientes de la Autoridad Eclesiástica, las cuales se mantendrán siempre fuera de todo partido político.

Art. XVI.—Las Altas Partes signatarias se comprometen a resolver amistosamente las eventuales diferencias que en lo futuro pudiesen presentarse en la interpretación o aplicación de cualquier cláusula de la presente Convención y, en general, en las mutuas relaciones entre la Iglesia y el Estado.

Art. XVII.—La presente Convención —cuyos textos en lengua italiana y española hacen fe por igual— entrará en vigor desde el momento del canje de ratificación. / 932

Una vez ratificado, el presente Acuerdo será la norma que, como lo prevé el Art. 130 de la Constitución, regulará las relaciones entre la Iglesia y el Estado.

Caracas, 6 de Marzo de 1964.—Marcos Falcón Briceño.

Conventione inter Apostolicam Sedem atque Venetiolanam Rempublicam rata habita, die XXIV mensis anno MDCCCCLXIV Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, scilicet ab eodem nuper memorato die, huiusmodi Conventio, inter Apostolicam Sedem atque Venetiolanam Rempublicam icta, vigere coepit ad normam articuli XVII eiusdem Pactionis.

Adn. Vide ratihabitionem sub die 1964 Oct. 24: LE 3224. J. I. ANGOS in Sal terrae 52 (1964) 430-432; S. SANZ in ME 90 (1965) 361-378; M. TORRES in REDC 21 (1966) 485-555.

3171

1964 MAR 6.-SC. S. OFFICII, NORMAE. PART.*

In solvendis matrimoniis in favorem fidei curandum est, praeter fidem, bonum partium et prolis

We are now informed that in his regular audience on 6 March, 1964, the Cardinal Secretary of the Holy Office asked His Holiness for a guideline in the handling of these cases. The Holy Father saw fit to declare his mind on the handling of these cases and has given the directive that, in formulating their decisions, the Commission members and the Consultors of the Holy Office are to bear in mind not merely the *favor fidei*, as in the past, but likewise the spiritual good which can accrue to one or other of the parties or to the children from a favorable decision.

* Ordinario Sanctae Rosae in California iuxta summarium traditum a BOUSCAREN VI, p. 647-648.

3172

1964 MAR 9.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

Dispensantur a lege abstinentiae officiales et itinerantes cuiusdam Societatis aeronauticae

Catholic passengers and employees of Trans World Airlines are dispensed from the obligation of abstinence on all Fridays and other days of abstinence whenever and wherever they are served meals by Trans World Airlines.

* Ordinario Kansanopolitano-Sancti Josephi, Prot. N. 88508/D: BOUSCAREN VI, p. 686.

3173

1964 MAR 12.-SECRETARIA STATUS, RESCR. PART.*

Facultates per Motu pr. «Pastorale munus» concessae delegari possunt Cancellario, non vero Vicecancellario, Curiarum dioecesanarum S. F. A. S.

In your letter of March 5th you ask whether the faculties of the apostolic letter, *Pastorale munus*, may be delegated to Vice-Chancellors.

To this I reply that the text itself restricts delegation to Coadjutor and Auxiliary Bishop and the Vicar General. By an extension of this the Holy Father graciously allowed the Ordinaries of this country to delegate the faculties to the Chancellor.

From this *modus procedendi* I believe the term *Chancellor* is to be understood in its proper sense so that it would not include a *Vice-Chancellor*.

* Delegato Ap. in S. F. A. S. iuxta huius notificationem diei 12 Martii 1964: BOUSCAREN VI, p. 380.

3174

1964 MAR 14.-SC SACRAMENTORUM, RESCR. PART.*

Denegatur facultas sumendi S. Communionem ope fistulae per viam nasi derivantis

Preces—I the undersigned Episcopal Ordinary of the Diocese of Little Rock, respectfully request an unusual favor on behalf of C. G., a member of this diocese.

C. G., almost sixty years of age, has a brain tumor and is not expected to live long; his is a terminal case. Because of this tumor, Mr. G. can swallow nothing; he can only receive liquids through a tube in his nose. Not even the slightest particle of anything solid can be administered through this tube.

Mr. G. is most anxious to receive Holy Communion; this would be possible only if he could receive our Eucharistic Lord under the sacred species of wine. If this meets with the approval of Your Holiness, it is suggested that the sacred species be brought from the altar to the home in a glass vial.

Rescr.—Relative to the petition of Your Excellency on 3 February, 1964, in which you request the faculty to permit C. G. of your diocese to receive Holy Communion under the species of wine by means of a tube because of ill health, this Sacred Congregation replies:

«The faculty cannot be granted because lacking is the process of eating which is necessarily required for receiving Holy Communion.»

* Ordinario Petriculano, Prot. N. 267/64: BOUSCAREN VI, p. 564. Adn. J. J. LYNCH in Theological Studies 26 (1965) 279; RHEIDT in Homiletic and Pastoral Review 65 (1964-65) 106.

3175

1964 MAR 21.-SC CONSISTORIALIS, DECRETUM. PART.*

Constituitur Visitator Apostolicus cum iurisdictione personali pro clero et fidelibus dioecesis Gedanensis qui per orbem extorres versantur

Ad consulendum spirituali bono cleri et fidelium dioecesis Gedanensis qui, ob rerum commutationes, per orbem extorres nunc versantur, Ssmus Dominus Noster Paulus, Divina Providentia PP. VI, hoc Consistoriali decreto Reverendissimum D. Antonium Behrendt, e dioecesi Gedanensi, nominat Visitatorem Apostolicum memoratorum cleri et fidelium eique facultates opportunas et necessarias tribuit et largitur.

Ad clerum quod attinet praefatus Visitator Apostolicus fruetur iurisdictione personali, cum facultatibus omnibus quae Episcopis residentialibus iure communi competunt; haec autem iurisdictio erit cumulata cum iurisdictione Ordinarii loci in quo versantur iidem sacerdotes.

Quoad fideles vero officium munusque Visitatoris Apostolici erit auxilia et solemnia religionis iisdem suppeditare eorumdemque vitam christianam fovere sive congressionibus et aliis id genus provectis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 21 Martii 1964.—C. Card. Confalonieri, *Secr.*

* Ordinario Gedanensi, Prot. N. 295/64: AKKR 133 (1964) 123.

3176

1964 MAR 25.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

Matrimonium non est impediendum in casu vasectomiae bilateralis

Vide *textum* sub die 1964 Ian 28: LE 3161.

* Ordinario Vigorniensi, Prot. N. 1405/62: Jurist 25 (1965) 303.

3177

1964 MAR 28.-SC CONS., DECR. AAS 56 (1964) 767-768

GALLIAE

De constitutione Officii Cappellani Directoris Generalis Vicariatus Castrensis

Vicariatus Castrensis Galliae, Decreto Consistoriali «Obsecundare votis» diei 26 Iulii 1952 [LE 2302] erectus, Vicario Castrensi, tribus Cappellanis directoribus pro copiis respective terrestribus, maritimis et aëreis, ceteris militum cappellanis atque subditis religiosis et laicis constitutus fuit.

Cum autem ob varias recentis aevi vicissitudines, Emus P. D. Mauritius S. R. E. Cardinalis Feltin, Archiepiscopus Parisiensis et Galliae Vicarius Castrensis, ab Apostolica Sede postulaverit ut novum apud Vicariatum Castrensem constitueretur Officium id est Cappellani Directoris Generalis, SSmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, ratus huiusmodi munus animarum saluti profuturum et praehabito favorabili voto Exmi P. D. Pauli Bertoli, Archiepiscopi titularis Nicomediensis et in Gallia Nuntii Apostolici, referente infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis Consistorialis Secretario, porrectis precibus benigne adnuere dignatus est.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto, in Vicariatu Castrensi Galliae munus Cappellani Directoris Generalis instituit ac erigit.

Sacerdos ad hoc munus ab Apostolica Sede —servatis servandis— deligetur et episcopali dignitate insignietur. Eius hae erunt partes: auxiliarem Vicario Castrensi navare operam, de militum spirituali cura universam rem componendo, facultatibus in omnes Vicariatus Castrensis subditos instructi quae, congrua congruis referendo, Codex Iuris Canonici Vicario Generali tribuit; Vicariatus Castrensis regimen —nisi aliter a Sancta Sede provisum fuerit— vacante officio Vicarii Castrensis sumere atque de assumpto munere Sacram Congregationem Consistorialem certiorem facere.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua memoratum Exmum P. D. Paulum Bertoli deputare dignata est, opportunis et necessariis conlatis facultatibus, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et / onere im- 768
posito ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittendi actus peractae exsecutionis authenticum exemplar.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 27 Martii 1964.—Carolus Card. Confalonieri, *a Secr.* Franciscus Carpino, Archiep. tit. Serdicen. *Adsessor.*

Adn. A. PUGLIESE in ME 89 (1964) 570-572.

http://www.obrascatolicas.com

3178

1964 MAR 28.-SC CONSISTORIALIS, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR ASSIGNANDI, PRO SUO PRUDENTI IUDICIO, NOVOS VEL CERTOS VEL APTIORES FINES PAROECIARUM

PRECES—*Beatissime Pater*, Cum rerum secundarum ac temporum adiuncta, hisce postremis labentibus annis, plures et quidem exstensas domorum et viarum mutationes in universum S. Antonii archidioeceseos territorium induxissent, quarundam paroeciarum fines deleti vel incerti vel ad fidelium commoditatem non amplius apti evadere contingit.

Quapropter Excmus P. D. Robertus E. Lucey, Archiepiscopus S. Antonii, ad animarum sibi concreditarum spirituali bono aptius consulendum, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut novos vel certos vel aptiores paroeciarum fines in universa archidioecesi assignare valeret.

Praefatus Excmus Archiepiscopus S. Antonii memorata facultate, collatis parochorum omniumque interesse habentium consiliis, suo prudenti iudicio utetur.

RESCR.—*Ex Audientia Ssmi diei* 28 *m. Martii an.* 1964. Ssmus Dominus Noster Paulus, Divina Providentia Pp. VI, audita relatione infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorialis Secretarii, Excmo Oratori gratiam, iuxta preces benigne concedere dignatus est.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.—C. Card. CONFALONIERI, *Secr.*

* Ordinario S. Antonii, Prot. N. 287/64: Jurist 25 (1965) 308-309.

3179

1964 APR 2.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 56 (1964) 289-292

CONSTITUITUR PONTIFICIUM CONSILIUM INSTRUMENTIS COMMUNICATIONIS SOCIALIS PRAEPOSITUM

PAULUS PP. VI

In fructibus multis, quos, non sine benignissimi Dei ope et auxilio, e Concilio Oecumenico Vaticano II Christi percepit Ecclesia, aequum esse numerare censemus Decretum de instrumentis, quae appellant, communicationis socialis, quod, in publica sessione die IV mensis Decembris superiore anno habita, Oecumenica Synodus rite probavit, Nosque promulgavimus [LE 3143].

Haec enim subsidia —in quibus profecto scripta typis edita, telehorama, radiophonicum inventum et cinematographeum magni aestimanda sunt— ob artas rationes, quibus inter se cohaerent, nostris hisce temporibus tanti ponderis afferunt quaestiones, ut non solum populorum cultum et humanitatem, atque publicos mores, sed religionem ipsam attingere videantur; ob eamque causam hodie eadem praeterquam a sacrorum Antistitibus assiduas cu-
290 ras et a singulis christifide/libus sollicitam industriam, ab universis etiam cordatis hominibus alacrem postulent operam.

In quibus instrumentis quantum esse momentum Ipsi opinemur ad catholicam rem quod attinet, ex verbis cogi facile potest, quae sollemni eadem opportunitate fecimus: *Alter fructus, isque non parvi ponderis, Concilii nostri est Decretum de instrumentis, quae vocant, communicationis socialis; quod aperte testabitur facultate Ecclesiam pollere, cum vita interna iungendi externam, cum contemplatione actionem, cum precibus apostolatum. Hac etiam re Synodus nostra efficiet, ut recte dirigantur ac provehantur plurimae agendi rationes ac formae, quae, sive ut instrumenta sive ut documenta, tum perfunctioni muneris pastoralis, tum universae catholicorum alacritati in orbe terrarum iam subserviunt* [1].

Has ob causas vehementer optamus ut, non secus atque ceterae normae a Concilio Oecumenico Vaticano II, affante Spiritu Sancto, probatae, ita Decretum hoc diligenter fideliterque efficiatur. Ad quod valde prodesse putamus, si sine mora peculiare condiderimus Consilium, cui tota sit res huiusmodi demandata.

Iam Decessor Noster fel. rec. Ioannes XXIII, sui Pontificatus fere initio, Litteris Apostolicis motu proprio datis, a verbis *Boni Pastoris* incipientibus [2], Pontificium Consilium, firmum ac stabile, novo constituit ordine, cui erat propositum, *ut varias de re cinematographica, radiophonica ac televisifica quaestiones examinaret, suo foveret adiumento ac dirigeret secundum mandata normasque, Encyclicis Litteris, quibus a verbis «Miranda prorsus» initium, proposita et secundum alia Sedis Apostolicae praescripta in posterum edenda* [3].

Idemque Consilium, ex illo tempore Officio publicis Ecclesiae negotiis accurandis aggregatum [4], tam alacriter 291
tamque enixe muneribus praefuit suis, ut in communem venerit existimationem.

Porro Patres Concilii Oecumenici Vaticani II opus esse animadverterunt, ut hoc Consilium, viris rei peritis ex variis nationibus atque etiam ex ordine laicorum ascitis, industriae suae fines ad omnia communicationis socialis instrumenta proferret, scriptis scilicet typis editis non neglectis [5].

Itaque, quoniam cum tam gravi Venerabilium Patrum Concilii opinione Nostra congruit sententia, Nos, commemorati Consilii mutato nomine et munerum provincia amplificata, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, harum Litterarum vi perpetuumque in modum constituimus *Pontificium Consilium instrumentis communicationis socialis praepositum*; cuius curae, si causa pendatur catholicae religionis, demandamus res cinematographicas, radiophonicas et televisificas, atque scripta typis vel cotidie vel per intervalla edita. Ad huius autem generis scripta quod spectat, operam Consilium conferet, ut ea incepta suscipiantur, quae Apostolica haec Sedes in re tanti momenti opportuna duxerit.

Praeter officii partes, quae ex commemoratis Litteris Apostolicis *Boni Pastoris* huic Consilio attributae sunt, ipsius erit principia et normas exsequi Decreti, a Concilio Oecumenico Vaticano II dati, de instrumentis communicationis socialis, itemque, iuxta eiusdem Decreti art. 23, *Instructionem Pastoralem*, quam vocant, scriptis mandare ad Nostrumque iudicium deferre.

Quemadmodum patet, praecipua Consilii sollicitudo in eo versabitur, ut, ad sententiam Decreti Conciliaris, locorum Ordinarios auxilio iuvet, in Pastoralium munerum suorum exercitatione, quae ad hanc rerum regionem attineant [6]. /

292 Quae vero rationes Consilio intercedunt cum Sacris Romanae Curiae Congregationibus —quarum potestates facultatesque nullo modo mutare hisce Litteris Apostolicis mens est— normis regentur, Litteris Apostolicis *Boni Pastoris* statutis [7].

Ut autem novis gravibusque muneribus suis satisfacere possit, Consilium opportunis ad egendum subsidiis instruetur, atque adiutrice opera fruetur virorum ad usum instrumentorum communicationis socialis peritorum, quorum congruens numerus ab Apostolica Sede in Consilium ipsum asciscetur.

Ita profecto fiet, ut Pontificium hoc Consilium, pro officio suo, ratione servata, cum doctrina Ecclesiae cumque nostri temporis necessitatibus consentanea, magno usui vulgandae veritati sit, adeoque populorum concordiae conciliandae; quoniam, ut Decessor Noster fel. rec. Ioannes XXIII monuit, *si veritati opera tribuatur, hominibus fraterno amore coniungendis ea simul impendetur* [8].

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta et statuta sunt, ea omnia firma et rata esse iubemus, contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die 11 mensis Aprilis, anno MDCCCCLXIV, Pontificatus Nostri primo.—PAULUS PP. VI.

1959, pp. 183-187 [LE 2808.] [2] Cfr. *ibid.*, p. 185. [3] Cfr. *ibid.*, p. 187. [4] Cfr. *Decretum de instrumentis communicationis socialis*, art. 19: *A. A. S.* LVI, 1964, p. 152 [LE 3143]. [5] Cfr. *ibid.*, artt. 20 et 21. [6] Cfr. *A. A. S.*, LI, 1959, pp. 185-186 [LE 2808]. [7] Cfr. *Allocutio ad sodales e Societate, quam «Association de la Presse étrangère en Italie» vocant*, habita die XXIV mensis Octobris anno 1961; *A. A. S.* LIII, 1961, p. 723.

Adn. A. GALLETTO in Ius can. 4 (1964) 501-515.

3180

1964 APR 21.-COMM. BIBL., INSTR. AAS 56 (1964) 712-718

INSTRUCTIO DE HISTORICA EVANGELIORUM VERITATE

Sancta Mater Ecclesia quae est «columna et firmamentum veritatis» [1], semper Sacram Scripturam ad munus su-

[1] *I Tim.* 3, 15.

pernam impertiendi animis salutem adhibuit eamque a quavis falsa interpretatione defendit. Quia problemata numquam deerunt, exegeta catholicus in exponendo divino verbo et in solvendis difficultatibus quae ei opponuntur, numquam animo deficiat oportet sed strenue laboret ut genuinum Scripturarum sensum magis adaperiat, non tantum suis fretus viribus, sed praesertim Dei auxilio et Ecclesiae luce firmiter confidens.

Magnopere gaudendum est plures hodie inveniri fideles Ecclesiae filios, rerum biblicarum, prout nostra requirunt tempora, peritos, qui hortamentis Summorum Pontificum obsecundantes, indefesso labore huic gravi arduoque muneri toto animo incumbant. Quorum «strenuorum in vinea Domini operariorum conatus non solummodo aequo iustoque animo, sed summa etiam cum caritate iudicandos esse ceteri omnes Ecclesiae filii meminerint» [2], cum quaestiones difficillores etiam magni nominis interpretes, velut ipse Hieronymus, haud ita felici interdum exitu enucleare conati sint [3]. Caveatur «ne acrior disputandi contentio transgrediatur mutuae caritatis terminos; neve inter disputandum ipsae revelatae veritates divinaeque traditiones vocari in disceptationem videantur. Nisi enim salva consensione animorum collocatisque in tuto principiis, non licebit ex variis multorum studiis magnos exspectare huius disciplinae progressus» [4].

Exegetarum labor hodie eo vel magis requiritur, quod multa scripta vulgantur, quibus veritas factorum et dictorum quae in Evangeliis continentur, in discrimen vocatur.
713 Quare Pontificia Commissio de Re Bibli/ca, pro munere a Summis Pontificibus sibi commisso, opportunum duxit ea quae sequuntur exponere et inculcare.

1. Exegeta catholicus, ductu Ecclesiae, utilitates ex omnibus quae priores interpretes, praesertim Sancti Patres Doctoresque Ecclesiae, ad intellegendum sacrum textum contulerunt eorumque labores ulterius persequatur. Ut Evangeliorum perennem veritatem et auctoritatem in plena luce collocet, accurate normas hermeneuticae rationalis et catholicae servans, nova exegeseos adiumenta sollerter adhibebit, praesertim ea quae historica methodus universim considerata affert. Haec sedulo fontes indagat eorumque naturam et vim definit, subsidia per criticen textus, criticen litterariam, cognitionem linguarum sibi comparat. Observabit interpres monitum Pii XII fel. rec., qui ei iniungit ut «prudenter ... perquirat quid dicendi forma seu litterarum genus, ab hagiographo adhibitum, ad veram et genuinam conferat interpretationem; ac sibi persuadeat officii sui partem sine magno catholicae exegeseos detrimento neglegi non posse» [5]; quo monito Pius XII fel. rec. generalem artis hermeneuticae regulam enuntiat, cuius ope tum Veteris tum Novi Testamenti libri explanandi sunt, eo quod in eis exarandis hagiographi modum cogitandi et scribendi apud aequales vigentem adhibuerunt. Denique exegeta omnia media usurpabit quibus altius indolem testimonii Evangeliorum, vitam religiosam primarum ecclesiarum, sensum et vim traditionis apostolicae perspiciat.

Ubi casus fert, interpreti investigare licet, quae sana elementa in «methodo historiae formarum» insint, quibus ad pleniorem Evangeliorum intellegentiam rite uti possit. Circumspecte tamen se gerat, quia saepe huic methodo commixta prostant principia philosophica et theologica haud probanda, quae tum methodum, tum conclusiones in re litteraria non raro depravant. Quidam enim huius methodi fautores praeiudicatis opinionibus rationalismi abducti, supernaturalis ordinis existentiam et Dei personalis in mundo interventum, ope revelationis proprie dictae factum, miraculorum et prophetiarum possibilitatem et existentiam agnoscere renuunt. Alii e falsa notione fidei procedunt ac si ipsa veritatem historicam non curet, immo cum eadem componi non possit. Alii historicam vim et indolem documentorum revelationis quasi a priori negant. Alii denique auctoritatem Apostolorum, quatenus testes
714 Christi sunt, eorumque munus et influxum in primaevam communitatem parvi/pendentes, creatricem potentiam huius communitatis extollunt. Quae omnia non tantum catholicae doctrinae adversantur, sed etiam fundamento scientifico carent, a rectisque historicae methodi principiis aliena sunt.

2. Interpretes, ut de firmitate eorum quae in Evangeliis traduntur recte statuat, sollerter ad tria tempora traditionis attendat quibus doctrina et vita Iesu ad nos pervenerunt.

[1] *Divino afflante Spiritu; Enchiridion Biblicum*[3] *(EB)* 564; *A. A. S.* XXXV (1943), p. 319 [LE 1774].
[2] Cf. *Spiritus Paraclitus; EB* 451; *A. A. S.* XII (1920), p. 392.
[3] Litt. Apost. *Vigilantiae; EB* 143; *Leonis XIII Acta*, *XXII*, p. 237.
[4] *Divino afflante Spiritu; EB* 560; *A. A. S.* XXXV (1943), p. 316 [LE 1774].

Christus Dominus Sibi discipulos selectos adiunxit [6], qui Eum ab initio secuti sunt [7], Eius opera viderunt verbaque audierunt et hoc modo apti fuerunt qui Eius vitae et doctrinae testes essent [8]. Dominus, cum doctrinam ore exponebat, modos ratiocinandi et exponendi tunc temporis vulgatos sequebatur, ita ad mentem auditorum Se accommodans et efficiens ut ea quae doceret firmiter menti imprimerentur et commode a discipulis memoria tenerentur. Hi miracula aliosque Iesu vitae eventus recte tanquam facta eo fine patrata vel disposita, ut eis homines in Christum crederent et doctrinam salutis fide amplecterentur, intellexerunt.

Apostoli imprimis mortem et resurrectionem Domini annuntiabant, Iesu testimonium reddentes [9], Eiusque vitam et verba fideliter exponebant [10], adiunctorum in quibus auditores versabantur, in modo praedicandi rationem habentes [11]. Postquam Iesus a mortuis resurrexit Eiusque divinitas clare perspecta est [12], tantum afuit ut fides memoriam eorum quae evenerant, deleret, ut eam potius firmaret, quia fides in eis quae Iesus fecerat et docuerat [13] nitebatur. Nec propter cultum quo discipuli exinde Iesum ut Dominum et Filium Dei venerabantur, hic in «mythicam» personam mutatus est Eiusque doctrina deformata. Non est autem cur negetur Apostolos ea quae a Domino reapse dicta et facta sunt, auditoribus ea pleniore intellegentia tradidisse, qua ipsi eventibus gloriosis Christi instructi et lumine Spiritus veritatis [14] edocti fruebantur [15]. Inde est quod sicut Iesus Ipse post resurrectionem «interpretabatur / illis» [16] tum Veteris Testamenti tum Sui Ip- 715
sius verba [17] ita et illi Eius verba et gesta, prout auditorum necessitates postulabant, interpretati sunt. «Ministerio verbi instantes» [18], variis dicendi modis, cum proprio proposito et auditorum mente congruentibus utentes praedicaverunt; nam «Graecis ac Barbaris, sapientibus et insipientibus» [19] debitores erant [20]. Hi vero loquendi modi quibus praecones Christum annuntiaverunt, distinguendi et perpendendi sunt: catecheses, narrationes, testimonia, hymni, doxologiae, preces aliaeque id genus formae litterariae in Sacra Scriptura et ab hominibus illius aetatis usurpari solitae.

Hanc instructionem primaevam, prius ore, deinde scripto traditam —nam mox evenit ut multi conarentur «ordinare narrationem rerum» [21] quae Dominum Iesum respiciebant— *auctores sacri* methodo, peculiari fini quem quisque sibi proposuit congrua, ad utilitatem ecclesiarum quattuor evangeliis consignaverunt. Quaedam e multis traditis selegentes, quaedam in synthesim redigentes, quaedam ad statum ecclesiarum attendendo explanantes, omni ope annisi sunt ut lectores eorum verborum de quibus eruditi erant, cognoscerent firmitatem [22]. Hagiographi enim ex eis quae acceperunt, ea potissimum selegerunt quae variis condicionibus fidelium et fini a se intento accommodata erant, eademque eo modo narrabant qui eisdem condicionibus eidemque fini congruebat. Cum sensus enuntiationis etiam a consecutione rerum pendeat, Evangelistae tradentes verba vel res gestas Salvatoris, hic in alio, ille in alio contextu, ea ad utilitatem lectorum explicaverunt. Quapropter indaget exegeta quid Evangelista, dictum vel factum hoc modo narrans vel in certo contextu ponens, intenderit. Veritati narrationis enim minime officit Evangelistas dicta vel res gestas Domini diverso ordine referre [23]. Eiusque sententias non ad litteram, sensu tamen retento, diversimode exprimere [24]. Nam,ut ait S. Augustinus: «Satis probabile est quod unusquisque Evangelistarum eo se ordine credidit debuisse narrare, quo voluisset Deus ea ipsa quae narrabat eius recordationi suggerere, in eis dumtaxat rebus, quarum ordo, sive ille, sive ille sit, nihil minuit auctoritati veri/tatique evangelicae. Cur autem Spiritus 716
sanctus dividens propria unicuique prout vult [25], et ideo mentes quoque sanctorum propter Libros in tanto auctoritatis culmine collocandos, in recolendo quae scriberent sine dubio gubernans et regens, alium sic, alium vero sic narrationem suam ordinare permiserit, quisque pia diligentia quaesiverit, divinitus adiutus poterit invenire» [26].

Exegeta, nisi ad haec omnia quae ad originem et compositionem Evangeliorum spectant attenderit et quaecumque probanda recentes investigationes attulerunt, rite adhibuerit, munus suum perspiciendi quid hagiographi intenderint quidque reapse dixerint, non implebit. Cum ex

[6] Cf. *Mc.* 3, 14; *Lc.* 6, 13. [7] Cf. *Lc.* 1, 2; *Act.* 1, 21-22. [8] Cf. *Lc.* 24, 48; *Io.* 15, 27; *Act.* 1, 8; 10, 39; 13, 31. [9] Cf. *Lc.* 24, 44-48; *Act.* 2, 32; 3, 15; 5, 30-32. [10] Cf. *Act.* 10, 36-41. [11] Cf. *Act.* 13, 16-41 cum *Act.* 17, 22-31. [12] *Act.* 2, 36. *Io.* 20, 28. [13] *Act.* 2, 22; 10, 37-39. [14] Cf. *Io.* 14, 26; 16, 13. [15] *Io.* 2, 22; 12, 16; 11, 51-52; cf. 14, 26; 16, 12-13; 7, 39. [16] *Lc.* 24, 27. [17] Cf. *Lc.* 24, 44-45; *Act.* 1, 3. [18] *Act.* 6, 4. [19] *Rom.* 1, 14. [20] *I Cor.* 9, 19-23. [21] Cf. *Lc.* 1, 1. [22] Cf. *Lc.* 1, 4. [23] Cf. S. Ioan. Chrys., *In Mat., Hom.* I, 3; *PG* 57, 16-17. [24] Cf. S. August., *De consensu Evang.*, 2, 12, 28; *PL* 34, 1090-1091. [25] *I Cor.* 12, 11. [26] *De consensu Evang.*, 2, 21, 51 s.; *PL* 34, 1102.

http://www.obrascatolicas.com

eis quae novae inquisitiones contulerunt appareat doctrinam et vitam Iesu non simpliciter relatas fuisse, eo solo fine ut memoria tenerentur, sed «praedicatas» fuisse ita ut Ecclesiae fundamentum fidei et morum praeberent, interpres testimonium Evangelistarum indefesse perscrutans, vim theologicam perennem Evangeliorum altius illustrare et quantae sit Ecclesiae interpretatio necessitatis quantique momenti in plena luce collocare valebit.

Multa supersunt eaque gravissima in quibus edisserendis et explanandis exegeta catholicus acumen et ingenium libere exercere potest et debet, ut ad omnium utilitatem, ad maiorem in dies doctrinae sacrae profectum, ad iudicium magisterii Ecclesiae praeparandum et ulterius fulciendum, ad Ecclesiae defensionem et honorem ex suo quisque viritim conferat [27]. At semper animum gerat paratum ad Ecclesiae magisterio obtemperandum, neque obliviscatur Apostolos Spiritu sancto repletos bonum nuntium praedicasse, Evangelia conscripta esse Spiritu Sancto inspirante, qui eorum auctores ab omni errore praeservabat. «Non enim per alios dispositionem salutis nostrae cognovimus, quam per eos per quos Evangelium pervenit ad nos: quod quidem tunc praeconaverunt, postea vero per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum et columnam fidei nostrae futurum. Non enim fas est dicere, quoniam ante praedicaverunt quam perfectam haberet agnitionem; sicut quidam audent dicere, gloriantes emendatores se esse Apostolorum. Postea enim quam surrexit Dominus noster a mortuis, et induti sunt supervenientis Spiritus Sancti virtutem ex alto, de omnibus adimpleti sunt, et habuerunt perfectam agnitionem; exierunt in fines terrae, ea quae a Deo nobis bona sunt evangeli-
717 zantes, et coelestem pacem homini/bus annuntiantes, qui quidem et omnes pariter et singuli eorum habentes Evangelium Dei» [28].

3. Illorum vero quibus *munus docendi in Seminariis vel in id genus Institutis* commissum est, «prima cura sit, ut... sic omnino tradantur Divinae Litterae, quemadmodum et ipsius gravitas disciplinae et temporum necessitas admonent» [29]. Magistri imprimis theologicam doctrinam exponant, ut Sacrae Scripturae «futuris Ecclesiae sacerdotibus fiant et propriae cuiusque vitae spiritualis fons purus atque perennis, et sacri concionandi muneris quod susceturi sunt, alimentum et robur» [30]. Iidem cum artem criticam, ante omnia litterariam, ut aiunt, exercent, id agant, non ut hanc artem propter seipsam colant, sed ut eius luce sensum a Deo per hagiographum intentum enucleatius perspiciant. Ne igitur sistant media via, suis litterariis inventis unice contenti, sed insuper ostendant quomodo haec reapse conferant ad doctrinam revelatam clarius intellegendam, vel, si res ferat, ad fallacias refellendas. Qui alios instituentes has normas sequuntur, efficient ut alumni in Sacra Scriptura id inveniant «quod mentem ad Deum attollat, animum enutriat, interiorem vitam promoveat» [31].

4. Il vero *qui populum christianum sacris contionibus eruditunt*, maxima prudentia opus habent. Imprimis tradant doctrinam, memores admonitionis S. Pauli: «Attende tibi, et doctrinae: insta in illis. Hoc enim faciens, et teipsum salvum facies, et eos, qui te audiunt» [32]. A novitatibus futilibus vel non satis probatis proponendis prorsus abstineant. Opiniones novas, iam solide probatas, si necesse est, caute, ratione habita auditorum, exponant. Cum eventus biblicos narrant, adiuncta ficta veritati haud conformia ne addant.

Quae prudentiae virtus ab his praesertim colenda est, *qui inter christifideles scripta vulgant*. Supernas divini verbi divitias sedulo promant «ut fideles... ad vitam recte conformandam moveantur et incendantur» [33]. Sanctum habeant numquam a communi doctrina ac traditione Eccle-
718 siae vel minimum discedere; utique vera scientiae biblicae incrementa, quaecumque recentiorum sollertia contulerit in rem suam con/vertant, sed temeraria novatorum commenta omnino devitent [34]. Severe prohibentur quominus pernicioso pruritu novitatis seducti, quaelibet difficultatum solutionis tentamenta sine prudenti delectu et serio discrimine inconsiderate disseminent, ita plurimorum fidem turbantes.

Iam pridem haec Pontificia Commissio de Re Biblica opportunum censuit in memoriam revocare etiam libros et articulos in commentariis et diariis de re biblica edendos, utpote res religiosas et ad religiosam christifidelium institutionem spectantes, Ordinariorum auctoritati et iurisdictioni subesse [35]. Rogantur ergo Ordinarii ut huiusmodi scriptis vulgaribus maxima cum diligentia invigilent.

5. *Consociationum biblicarum* qui curam habent, legibus a Pontificia Commissione de Re Biblica statutis inviolate obtemperent [36].

* * *

Quae omnia si servata fuerint, studium Sacrarum Scripturarum cedet in utilitatem fidelium. Nemo erit qui nostris etiam diebus non experiatur quod S. Paulus scripsit: Sacrae Litterae «possunt instruere ad salutem, per fidem, quae est in Christo Iesu. Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus» [37].

Hanc autem Instructionem Summus Dominus Noster Paulus Pp. VI, in Audientia die 21 *Aprilis a.* 1964 *infrascripto Revmo Consultori ab Actis benigne concessa, approbavit et publici iuris fieri mandavit.*

Romae, die 21 Aprilis a. 1964.—Beniamin N. Wambacq, O. Praem., *Consultor ab Actis.*

EB 175; *Pii X Acta*, III, p. 75. [25] *Instructio ad Exactos locorum Ordinarios...* 15 Dec. 1955: 626; *A. A. S.* XLVIII (1956), p. 63 [LE 2540]. [26] *EB* 622-633; *A. A. S.* XLVIII (1956), pp. 61-64. [27] *II Tim.* 3, 15-17.

Adn. A. BEA in **Doc. Cath.** 61 (1964) 771-788, 825-842; E. GALBIATI in **Seminarium** 18 (1966) 66-91; J. LOSADA in **Sal terrae** 52 (1964) 612-624, 673-683; G. MAROCCO in **Perfice munus** 40 (1965) 338-351.

3181

1964 APR 22.-PAULUS VI, CHIR. AAS 56 (1964) 422-423

Opus in Civitate Vaticana constituitur operariis religione ac pietate excolendis

PAULUS PP. VI

Il Signor Barone Francesco Mario Oddasso, il quale ha già fornito prove di generosità verso opere della Chiesa Cattolica, aveva domandato al Nostro Predecessore Giovanni XXIII di venerata memoria, durante gli ultimi giorni della Sua vita terrena, di erigere nella Città del Vaticano una Fondazione diretta all'assistenza spirituale di operai, e aveva / altresì destinato una cospicua somma quale pri- 423
mo patrimonio della Fondazione stessa.

Il Barone Oddasso ha ora rinnovato tale sua domanda, postulando che la Fondazione assuma il nome di San Paolo.

Aderendo di buon grado al desiderio del pio gentiluomo, abbiamo stabilito di costituire la Fondazione da lui auspicata, e la costituiamo con il presente Nostro Chirografo, conferendole personalità giuridica propria e sede nella Città del Vaticano.

La Fondazione sarà retta dallo Statuto, che approveremo oggi stesso.

Il presente Nostro Chirografo sarà pubblicato negli *Acta Apostolicae Sedis*.

Dato dal Nostro Palazzo Apostolico Vaticano, il giorno 22 Aprile dell'anno 1964, primo del Nostro Pontificato.—Paulus Pp. VI.

3182

1964 APR 22.-SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM. PART.*

Requiritur beneplacitum apostolicum ad legata pia perpetua acceptanda in Ordine Fratrum Minorum

Roma, 22 aprile 1964

Reverendissimo Padre, con apposita memoria Ella prospettava a questa Sacra Congregazione l'angustia in cui viene a trovarsi l'Ordine dei Minori quando, per lasciti testamenti, vengono ad esso attribuiti dei beni per lo sviluppo delle sue opere, e simultaneamente imposti *Legati perpetui* di SS. Messe, che l'Ordine medesimo non può accettare in forza dell'articolo 279 par. 1 delle Costituzioni Generali.

Diligentemente esaminata la questione, questo Sacro Dicastero ritiene che, per un'equa soluzione, si debbano tenere presenti, quali postulati, i seguenti due punti:

1) La povertà francescana, che esclude la capacità di possedere rendite stabili provenienti da capitali fissi e conseguentemente anche l'accettazione di Legati perpetui di SS. Messe, deve essere strenuamente difesa, come la nota specifica dell'Ordine. Pertanto questa Sacra Congregazione invita i Superiori responsabili a ricordare il contenuto del citato articolo delle Costituzioni a quanti esprimano il desiderio di beneficare l'Ordine medesimo «inter vivos» o «mortis causa».

2) Se nonostante l'avvertimento fatto dai Superiori, come detto al n. 1, l'Ordine venisse a ricevere capitali fissi, Legati perpetui di SS. Messe in eredità, sarà necessario ricorrere, in ogni caso, alla Santa Sede.

Questo Sacro Dicastero, in considerazione del fatto che i beni lasciati per testamento all'Ordine sono beni dati alla Chiesa per i fini che Le sono propri, di culto, di apostolato, di beneficenza, deciderà nei singoli casi sull'attribuzione delle fondazioni ad altri enti ecclesiastici, tenendo conto delle eventuali intenzioni dei Fondatori a favore dell'Ordine.

Mi è grato profittare dell'incontro per confermarmi, con sensi di ben distinto ossequio, della Paternità Vostra Reverendissima devotissimo nel Signore.—I. Card. Antoniutti, *Praefectus*.

* Procuratori Gen. O. F. M., Prot. N. 2826/64: **AOFM** 83 (1964) 394-395.

3183

1964 APR 25.-SC RITUUM, DECR. AAS 56 (1964) 337-338

De nova formula in sacrae Communionis distributione

Quo actuosius et fructuosius fideles Missae sacrificium participent, et in ipso Communionis actu fidem in sacrosanctum Eucharistiae mysterium profiteantur, quam plurimae preces Beatissimo Patri Paulo Pp. VI exhibitae sunt, ut aptiore formula Corpus Domini nostri Iesu Christi fidelibus distribuatur.

Sanctitas porro Sua, haec vota benigne suscipiens, sta-
338 tuere dignata / est ut in sacrae Communionis distributione, sepositа praesenti formula, sacerdos dicat tantum: «Corpus Christi», et fideles respondeant: «Amen», et inde communicentur. Quod quidem servandum erit quoties sacra Communio distribuitur tam in Missa quam extra Missam.

Contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus *.

Ex Secretaria Sacrae Rituum Congregationis, die 25 Aprilis 1964.—Arcadius M. Card. Larraona, *Praef.* Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secr.*

* Ex benigna concessione Summi Pontificis Pauli Pp. VI praesens Decretum statim applicari potest; a Dominica Pentecostes ab omnibus in praxim deduci debet.

Adn. E. F. REGATILLO in **Sal terrae** 52 (1964) 573-576; L. TRIMELONI in **Perfice munus** 39 (1964) 350-352.

3184

1964 APR 25.-SC RITUUM, DECR. AAS 56 (1964) 338

De nova pia invocatione in laudem Spiritus Sancti Paraclíti

Piae invocationes in Dei, Domini nostri Iesu Christi et Beatissimae Virginis Mariae laudem, primitus in reparationem iniuriarum contra eorum sanctissima nomina exortae, decursu temporis, ob fidelium devotionem, pluribus additis supplicationibus, potius laudationis naturam induerunt. Quam ob rem, ut in hac obsecratione tota Trinitas suum laudationis et precis elogium obtineret, plures Beatissimo Patri Paulo Pp. VI adhibitae sunt preces, ut peculiaris Spiritus invocatio illic adderetur.

Sanctitas porro Sua, haec optata benigne excipiens, statuit ut in laudibus in blasphemiarum reparatione, quae incipiunt ab invocatione «Dio sia benedetto», post invocationem «Benedetto Gesù nel santissimo Sacramento del-
339 l'altare», octavo loco ponatur: «Benedetto lo Spirito Santo Paraclito».

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Rituum Congregationis, die 25 Aprilis 1964.—Arcadius M. Card. Larraona, *Praef.* Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secr.*

3185

1964 APR 28.-SECRETARIA STATUS, NOTIF. PART.*

De Cardinalibus Protectoribus Institutorum perfectionis non amplius nominandis

28 Aprile 1964

E.mo e Rev.mo Signor Mio Oss.mo, La S. Congregazione dei Religiosi ha, di recente, sottoposto alla sovrana considerazione del S. Padre uno studio sulle Protettorie... Il Sommo Pontefice... ha disposto che non si proceda, per ora, ad ulteriori nomine di Protettori. Per quanto poi riguarda le Protettorie esistenti, nella prossima edizione dell'Annuario Pontificio sarà omesso il relativo elenco, che finora si soleva far seguire ai nomi degli Eminentissimi Signori Cardinali. Per venerata disposizione di Sua Santità, mi onoro pregare l'Eminenza Vostra Rev.ma di voler cortesemente portare a conoscenza del S. Collegio quanto sopra.

Le bacio umilissimamente le Mani e con sensi di profonda venerazione mi confermo di Vostra Em.za Rev.ma Umil.mo Dev.mo Obb.mo Servitor vero.—A. G. Card. Cicognani.

* Ad Card. Decanum Sacri Collegii, Prot. N. 2078S: **CpR** 43 (1964) 152.

3186

1964 MAI 12.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 56 (1964) 800-801

Sanctus Antonius Maria Claret, Episcopus et Confessor, praecipuus definitur Patronus Congregationis Sororum Adoratricum Ancillarum a Sanctissimo Sacramento et Caritate

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Sancta amicitia, quae perfecta fuit animorum Deo pariter adhaerentium coniunctio, Antonium Mariam Claret, Episcopum eumque praeclarum religiosi instituti auctorem, mortalis vitae diebus cum Maria Michaëla ab Augusto Sacramento sociavit, cui etiam lectissimae feminae novae in Ecclesia conditae familiae laus debetur. Constat enim inspectis litterarum monumentis eundem Caelitem non solum patrem vitaeque magistrum, sed adiutorem et consiliarium etiam in opere efficiendo et solidando, multae cum urgerent difficultates, forti illi mulieri prudenter affuisse. Ipse primum Congregationis Ancillarum a SS. Sacramento et Caritate leges recognovit, quas postea ad iuris normam exquisitas Apostolica Sedes probavit; ipse providum se praebuit custodem et instituti omnis et earum domorum, quas conditrix ad cultus Eucharistici incrementum itemque ad bonum salutemque periclitantium puellarum excelso animo aperuerat. Atque nunc, in gloriam Dei assumptus, tamquam peculiaris habetur et colitur Patronus a Sanctae Michaëlae filiabus, neque ullum potest esse dubium, quin ipse validiore sane subsidio iuvet opus, quod vivens in terris fovisse cognoscitur. His quidem de causis dilecta in Christo filia Generalis Antistita huiusce Congregationis, nomine religiosi consilii, saeculari appropinquante anno gloriosae mortis fundatricis, scripsit ad Nos, ut per publicum decretum personam ac munus Sancti Antonii Mariae debita in luce collocantes, eius patrocinium ad res, domus, alumnas omnes pertinens confirmaremus. Quod votum benignissime admittere statuimus, hoc etiam religiosis virginibus suadentes, ut ipsius stent Matris exemplo ideoque sincera Patronum excolant veneratione. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctum Antonium Mariam Claret, Episcopum et Confessorem, principalem apud Deum totius Congregationis Sororum Adoratricum Ancillarum a
801 SS. Sacramento et Caritate / caelestem *Patronum* confir-

http://www.obrascatolicas.com

mamus, seu constituimus ac declaramus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis liturgicis, quae praecipuis religiosorum coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet scienter sive ignoranter attentari contingerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XII mensis Maii, anno MCMLXIV, Pontificatus Nostri primo.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3187

1964 MAI 12.-SC SACRAMENTORUM, RESCR. PART.*

FACULTAS DATUR DISPENSANDI A IEIUNIO EUCHARISTICO USQUE AD UNAM HORAM ANTE S. COMMUNIONEM

PRECES—*Très saint Père,* L'Ordinaire de Lille, au nom également des autres Ordinaires de France, prosterné aux pieds de Votre Sainteté, sollicite humblement la faculté de dispenser: 1.° les malades en séjour dans un établissement (hôpital, hospice, maison de cure ou autres institutions semblables); 2.° les enfants et adolescents des deux sexes, chaque fois qu'ils se rendent en classe, au catéchisme ou au travail; 3.° les fidèles détenus dans les prisons; 4.° les ouvriers travaillant la nuit ou astreints à des travaux pénibles, de sorte qu'ils puissent prendre une nourriture solide avant la sainte communion, étant donné la discipline et les horaires particuliers auxquels ils sont tenus.

RESCR.—*Audience du* 12 *mai* 1964. S. S. le Pape Paul VI, après avoir entendu le rapport du cardinal soussigné, préfet de la Sacrée Congrégation des Sacrements, eu égard aux motifs exposés, a daigné accorder à l'Ordinaire de Lille la faveur demandée, deux ou trois fois par semaine, en s'abstenant de nourriture solide —les boissons alcoolisées étant exclues—, une heure avant la communion, toute occasion de scandale et d'étonnement étant écartée, et en observant par ailleurs les dispositions de corps, d'âme et autres qui doivent être observées. Nonobstant toutes choses contraires.

Le présent indult est valable pour trois ans.—B. Cardinal ALOISI MASELLA, *Préf.* C. Zerba, *Secr.*

* Ordinariis locorum Galliae, Prot. N. 554/64: Doc. Cath. 61 (1964) 824. Adn. Doc. Cath. 61 (1964) 824 in notis.

3188

1964 MAI 19.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 56 (1964) 560

SECRETARIATUS DE NON CHRISTIANIS ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad futuram rei memoriam.—Progrediente Concilio Oecumenico Vaticano Secundo, expedire visum est peculiarem Coetum seu Secretariatum institui, cuius esset eos salubriter attingere, qui christianae religionis sunt expertes, scilicet in quos etiam haec verba Domini nostri cadere videntur: «et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere» (*Io.* 10, 16). Hic vero ardor caritatis divinae Ecclesiam, quae opus Christi persequitur, urgeat oportet, his praesertim temporibus, quibus inter homines cuiusvis generis, linguae, religionis multiplices intercedunt rationes. Itaque, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi *peculiarem Coetum seu Secretariatum de non Christianis* erigimus et constituimus, cuius Praesidem Dilectum Filium Nostrum Paulum Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyterum Cardinalem Marella, prudentia admodum commendatum et in doctrina religionum peritissimum, eligimus et renuntiamus, tribuentes ei facultates omnes necessarias et opportunas ad id officium fructuose in Domino implendum. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIX mensis Maii, anno MCMLXIV, Pontificatus Nostri primo.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3189

1964 MAI 22.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR SUPERIORIBUS MAIORIBUS ADMITTENDI AD VOTA PERPETUA RELIGIOSOS SERVITIO MILITARI ORDINARIO SUBIECTOS

PRECES—*Beatissime Pater,* Secretarius associationis, quae germanice appellatur «Vereinigung Deutscher Ordensobern», humillime petit, ut Superioribus maioribus Religiosorum lege civili Germaniae ad militare servitium ordinarium adstrictorum, facultas concedatur admittendi ad vota perpetua, sive simplicia sive sollemnia subditos satis probatos, qui usque ad completum vigesimum quintum aetatis annum ad servitium militare nondum vocati sunt, etiamsi in casu particulari iudicium certum de statu libero a servitio militari ordinario haberi non possit.

Praeterea humillime petitur sanatio professionis eorum qui facultatibus usque nunc concessis (SC. Rel. 01577/58) erronee adhibitis, invalide professi sunt. Et Deus, etc...

RESCR.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita attentis expositis benigne adnuit pro gratia iuxta preces, *ad quinquennium,* si tamdiu circumstantiae et certitudo moralis perduraverint, sanatis omnibus, quoad praeteritum, quae sanabilia sunt ac sanatione indigent. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 22 mensis Maii 1964.—Paulus Philippe, a *Secr.* C. Addivinola, *ad. a Studiis.*

* Prot. N. 6378/64: AKKR 133 (1964) 125.

3190

1964 MAI 23.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 56 (1964) 565-571

Allocutio die 23 *mensis Maii* 1964 *habita ad summos Moderatores quarundam Familiarum religiosarum earumque sodales, qui Romam convenerunt ad sui cuiusque Instituti Capitulum Generale:*

DE PONDERE ET VALORIBUS VITAE RELIGIOSAE IN PRAESENTIUM TEMPORUM ADIUNCTIS

Dilectissimi filii, Magno gaudio affecti neque modicam spem concipientes, vos contuemur, qui coetus delecti iique auctoritate graves estis venerabilium et illustrium Familiarum Religiosarum; vobisque Nos iuvat salutem dicere plurimam, atque egregiam, quam de vobis habemus, opinionem gratumque animum Nostrum significare. /

Convenistis Romam ad celebrandum Capitulum Generale uniuscuiusque Instituti vestri; quae quidem res, licet in primis Ordinem vel Congregationem vestram tangat, tamen etiam in vitam Ecclesiae redundat, quae a florenti condicione vitae religiosae magnam repetit partem vigoris sui, studii apostolici, ardores sanctitatis adipiscendae.

Praeterea Nos adiistis, non solum ut obsequia Christi Vicario qua filii addictissimi et amantissimi praeberetis, sed etiam ut Benedictionem Apostolicam impetraretis, quae vobis ipsis, Institutis vestris et praesertim negotiis in Capitulis vestris tractandis prodesset, et quibus, quemadmodum probe confidimus, salutares percipientur fructus, ita ut vita religiosa impensius et alacrius ducatur.

Quamvis singulos hos coetus vestros libentissime seiunctim coram admisissemus, et ad unumquemque pro peculiari indole et necessitate verba fecissemus, tamen praeoptavimus omnes simul excipere, quo maius pondus huic colloquio communi tribueremus, eo vel magis quod, hac opportuna oblata occasione, Nobis visum est quaedam exponere, quae ad omnes pertinent religiosos, quotquot sunt per orbem terrarum.

Imprimis vos animadvertere volumus Institutorum religiosorum momentum maximum et eorum munus plane necessarium esse Ecclesiae hisce temporibus. Est quidem fatendum doctrinam de universali ad sanctitatem vocatione fidelium cuiusvis ordinis et condicionis multum in praesenti, ac merito quidem, commendari; quae eo innititur, quod primaria ratione ii baptismi Deo consecrantur. Praeterea horum temporum necessitates postulant, ut ardor vitae christianae in ipso mundo ferveat et animos accendat, scilicet «consecrationem mundi» requirunt, cuius rei efficium praesertim ad laicos pertinet. Haec omnia e providentis Dei consilio contingunt, estque cur de tam salutaribus inceptis gaudeamus.

Cavendum tamen est, ne ea de causa germana notio vitae religiosae, ut semper in Ecclesia viguit, obscuretur, atque iuvenes, cum de deligendo vivendi genere cogitant, aliquo modo praepediantur, propterea quod peculiare munus et momentum immutabile status religiosi in Ecclesia non amplius distincte et dilucide perspeciunt.

Visum est igitur Nobis inaestimabile pondus vitae religiosae eiusque munus necessarium in mentem revocare; hic enim status, qui e votorum evangelicorum professione indolem propriam accipit, est, secundum exemplum ac doctrinam Iesu Christi, perfecta vivendi ratio, quippe quae eo spectet, ut caritas augescat et ad absolutionem perducatur; / aliis autem vitae generibus fines, utilitates, officia temporalia, quamquam per se legitima, sunt proposita.

Altera ex parte nunc cum maxime Ecclesiae opus est pertitur. Nam quo impensius officium laicorum expetitur testimonium publicum et sociale, quod vita religiosa imvitam christianam in ipso mundo agendi et propagandi, eo magis postulatur, ut exempla praefulgeant eorum, qui mundo re vera renuntiant, atque adeo aperte demonstretur *Regnum Christi non esse de hoc mundo* [1].

Ita fit, ut professio votorum evangelicorum adiungatur consecrationi, quae propria est baptismatis, et hanc, quasi quaedam consecratio peculiaris, compleat, eo quod Christifidelis se Deo penitus committit ac devovet, totam vitam suam efficiens eius unius famulatum.

Haec omnia cum alia re conectuntur, de qua paterno et sollicito animo vos monemus; scilicet oportet plurimi faciatis vota religiosa eorumque usui et exercitationi magnum momentum tribuatis. Nullo enim alio modo ducere potestis vitam congruentem et consentaneam statui, quem elegistis et in quo sic vobis est versandum, ut efficaciter adiuvet progressionem ad caritatem perfectam, et fideles inde accipiant testimonium vitae christianae ad eamque inflammentur.

Quamquam hominum condiciones temporibus proxime praeteritis non leviter sunt immutatae atque adeo religiosorum vivendi ratio ad eas necessario est accommodanda, tamen ea, quae ex ipsa natura consiliorum evangelicorum consequuntur, vim suam omnino retinent nec ullo pacto queunt imminui.

Summopere igitur in vitae actione *religiosam oboedientiam* excolite.

Ea est et manere debet holocaustum, uti appellant, propriae voluntatis, quod Deo offertur. Quod sacrificium sui eo fit, quod submisse legitimis Moderatoribus paretur, quamvis auctoritas exercenda sit intra fines caritatis et cum respectu personae humanae, et licet haec nostra aetas religiosos vocet ad plura gravioraque munera obeunda et ad incepta alacrius et expeditius suscipienda.

Ne desideritis *studium paupertatis* inculcare; de qua hodie multus est sermo in Ecclesia. Religiosi enim exemplo verae paupertatis evangelicae omnibus debent praelucere. Quapropter paupertatem, qua se sponte astrinxerunt, ament oportet; neque satis est, circa usum bonorum, e Superiorum arbitrio pendere, sed religiosi ipsi contenti sint rebus necessariis, quibus vitae rationibus consulitur, et fugiant commoditates / et lautitias, quibus vita religiosa enervatur. Sed praeter paupertatem, quae *singulorum* propriae esse debet, non licet neglegere paupertatem, qua *familia ipsa seu totum corpus sodalium* eniteat oportet. Itaque Instituta religiosa in aedificiis suis et quibusvis operibus cultum et ornatum nimis exquisitum, et quidquid luxum redolet, devitent atque rationem habeant condicionis socialis hominum qui circa habitant. Abstineant quoque a nimio studio quaestus faciendi, immo subsidiis temporalibus, quae divina Providentia iis est largita, veris necessitatibus fratrum indigentium subveniant, sive hi sunt conterranei sive aliis in orbis terrarum partibus degunt.

Singulari vero diligentia religiosi servent, *quasi pretiosam gemmam, castitatem.*

Notum est omnibus vitae condicionibus, quae nunc obtinent, difficilem reddi exercitationem castitatis perfectae, non solum eo quod pravi mores pervagantur, sed etiam ob doctrinas falsas, naturam plus nimio extollentes, quae animis exitiale virus infundunt. Haec tamen causam praebeant, ut fidem magis magisque excitemus, qua credimus verbis Christi praedicantis pretium supernaturale castitatis, quae propter Regnum caelorum exquiritur, et qua minime dubitamus, quin ope divinae gratiae hoc candidum lilium servari possit intaminatum. Quod ut feliciter contingat, acriore cum studio exerceatur oportet christiana mortificatio et diligentiore cura sensus custodiantur. Itaque nullus omnino locus detur, ne specie quidem cuiusdam desiderii cognoscendi scitu utilia vel amplificandi cultus humani, libris vel ephemeridibus atque spectaculis inhonestis vel indecoris; excepta fortasse studiorum probata necessitate, quae a religiosis moderatoribus explorata sit. Nemo unquam aeque aestimare poterit efficaciam sacri ministerii in mundo tot obnoxio turpitudinibus, dummodo is, quid id obit, luce fulgeat castimoniae Deo consecratae eiusdemque virtute roboretur.

Haec hactenus. Nunc autem Nobis in animo est aliquid etiam breviter attingere, quod ad ipsam Institutorum religiosorum structuram et ordinationem spectet. Hac enim in re Capitulorum Generalium labores potissimum versantur.

Patet rectam religiosae vitae rationem disciplina, certis legibus, condicionibus ad eas observandas idoneis omnino indigere. Quare Generalium Capitulorum praecipuum munus esto, Religiosae Familiae normas a Legifero Patre suo statutas, labente tempore, sartas tectas servare. Vobis igitur curandum est ut firmissimum opponatur repagulum / iis omnibus agendi rationibus, quae disciplinae robur pedetemptim enervent, scilicet moribus religiosae vitae infestis, exemptionibus non necessariis, privilegiis minus probandis. Item cavere prorsus debetis a qualibet disciplinae remissione, quam non vera necessitas, sed mentis arrogantia, vel oboedientiae fastidium vel saeculi amor suadeant. Quod attinet autem ad nova ineunda incepta et opera, ab iis abstinete, quae praecipuo Instituti vestri muneri, vel menti Conditoris non omnino respondeant. Religiosa enim Instituta tamdiu vigent et florent, quandiu in eorum disciplina et operibus, et in sodalium moribus ac vita, integer Conditoris animus perstat ac spirat.

Deinde religiosae Sodalitates, utpote corporis viventis similitudinem referentes, assidua incrementa capere iure merito exoptant. Hoc autem Instituti incrementum in diligentiore regularum vestrarum observantia ponendum est, potius quam in sodalium numero aut in novis conditis legibus. Immo legum multiplicitas non semper religiosae vitae profectum comitem habet; saepe enim fit ut, quo plures normae condantur, eo minus ad illas animus intendatur. Quare Generalia Capitula leges ferendi iure, quo gaudent, modice et quidem prudenti iudicio semper utantur.

Denique maximi momenti opus, in quo Capitula Generalia curas praecipuas ponere debent, hoc est, ut Instituti sui leges ad mutatas temporum condiciones assidue accommodent. Id tamen ita est procurandum, ut propria Instituti natura et disciplina indemnis servetur. Religiosa enim quaelibet Familia suum peculiare munus habet, eidemque omnino necesse est ut fidelis permaneat; hic vitae ubertas Instituti sita est, atque hic etiam caelestium gratiarum copia numquam defutura. Nulla ergo disciplinae renovatio inducenda est, quae cum Ordinis vel Congregationis natura non congruat, aut a mente Conditoris quoquo modo discedat. Quae quidem disciplinae renovatio hoc etiam postulat, ut a competenti auctoritate tantummodo procedat. Quare donec haec disciplinae accommodatio ad perfectum exitum adducta est, religiosi sodales ne quid novi proprio marte inducant, seu disciplinae habenas laxent vel censuris indulgeant, sed ita se gerant, ut fidelitate et oboedientia sua hoc renovationis opus potius iuvent et expeditius efficiant. Quod si contigerit, regularum vestrarum *littera* quidem immutabitur, non autem *spiritus,* qui integer perstabit.

In huiusmodi autem vestrorum Institutorum renovatione procuranda, vobis semper cura habenda est, ut spirituali sodalium vestrorum / vitae praecipuae semper partes tribuantur. Quare apud vos et apud religiosos omnes, quorum munus est sacri apostolatus operibus vacare, omnino nolumus, falsa illa quicquam valeat opinio, operibus externis primas dandas esse curas, intimae vero perfectionis studio secundas, quasi id aetatis huius ingenio et Ecclesiae necessitatibus postuletur.

Alacris operositas et spiritualis vitae cura, nedum altera alteri noceat, artissimam requirunt coniunctionem, ita ut ambo pari gradu et gressu semper procedant. Ferventibus

[1] Cfr. *Io.* 18, 36.

http://www.obrascatolicas.com

igitur operibus, congruenter ferveat precandi studium, intemeratae conscientiae nitor, rerum adversarum patientia, actuosa et pervigil caritas in animorum salutem impendenda. Quibus virtutibus neglectis, non solum robur et fructus deerunt apostolici laboris, sed etiam sensim animus defervescet, nec diu satis cavere poterit a periculis, quae in ipsa sacri ministerii perfunctione latent.

Ad apostolatum autem quod attinet, qui religiosorum sodalium curae concreditus est, haec addere velimus. Instituta religiosa ad hodiernas rerum condiciones et adiuncta apostolicum munus ipsorum proprium sedulo conformare debent. Sodales iuniores praesertim ad id recte instituendi atque educandi sunt; ita tamen, ut apostolicum studium, quo incensi esse debent, non intra fines sui Ordinis circumscribatur, sed pateat ad ingentes spirituales necessitates horum temporum. Neque in isto omnia. Sed iidem ad illam etiam exquisitam munerum suorum conscientiam excolantur, vi cuius ipsi loquendo operandoque semper se exhibeant veros Dei ministros, integritate doctrinae praestantes et vitae innocentia commendatos. Qua in re religiosi sodales ne sibi ipsis relinquantur, sed ipsorum opera vigilantiae moderatorum semper obnoxia esse debet, praesertim si de navitate agitur, quae in civili societate magnum habere solet momentum.

Magnopere etiam nobis cordi est, ut religiosorum sodalium navitas cum sacrae Hierarchiae normis concordi ratione procedat. Religiosorum enim Ordinum exemptio nullo modo constitutioni, divinitus Ecclesiae datae, repugnat, vi cuius quilibet sacerdos, praesertim in sacri ministerii perfunctione, sacrae Hierarchiae parere debet. Religiosi enim sodales semper et ubique Romani Pontificis potestati, utpote supremo suo Moderatori, in primis subiciuntur [2]. Instituta religiosa igitur praesto sunt Romano Pontifici
571 in iis operibus, quae ad bonum Ecclesiae / universae pertinent. Quod autem attinet ad sacri apostolatus exercitium in variis dioecesibus, religiosi sodales subsunt etiam Episcoporum iurisdictioni, quibus auxilium praebere tenentur, salva semper apostolatus natura ipsorum propria et vitae religiosae necessitatibus. Ex quo patet, quantopere conferat ad Ecclesiae bonum socia atque adiutrix religiosorum opera dioecesano clero praestita, cum vires unitae fortiores validioresque evadant.

Habetis iam, dilectissimi filii, ea breviter commemorata, quae Nobis ad religiosae vitae incrementum hodie magnopere conferre videntur. Quae omnia vobis testentur, quanta sollicitudine religiosae vitae rationes consideremus atque aestimemus, quantamque spem in adiutrice opera vestra collocemus. Iter, quod terendum vobis monstravimus, arduum sane est et laboris plenum. Sed animum ad spem erigite, quia non nostra, sed Iesu Christi causa agitur. Christus fortitudo nostra est, fiducia nostra, robur nostrum; ipse semper nobiscum erit. Quare fidei integritate, vitae sanctitudine, impensissimoque virtutum omnium studio bonum Christi odorem quam latissime diffundere pergite. Nos interea, dum vobis de obsequio gratias persolvimus, vota facimus a Deoque supplicibus petimus precibus, ut, deprecante suavissima Deipara Virgine Maria, materna religiosarum virtutum altrice, Instituta vestra ampliora cotidie incrementa capiant, afferantque uberiores usque salutares fructus.

Quorum quidem fructuum conciliatrix esto Apostolica Benedictio, quam vobis singulis, dilecti filii, universisque vestris sodalibus effusa caritate impertimus.

[1] Can. 499 par. 1.

Adn. L. GUTIERREZ in CpR 43 (1964) 192-200.

3191

1964 MAI 25.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPT. PART.*

NOVUS MODUS ELIGENDI DELEGATOS AD CAPITULUM PROVINCIALE O. F. M. CAPUCCINORUM ADPROBATUR

PRECES.—*Beatissime Pater*, Infrascriptus Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, ad pedes S. V. provolutus, exponit quae sequuntur:

Sacra Congregatio de Religiosis, vi rescripti diei 17 februarii 1960, pro electione Discretorum Capitularium seu Delegatorum qui Capitulo provinciali interesse debent, quasdam approbavit normas usque ad proximum Capitulum generale valituras.

Porro, nunc celebrato Capitulo Generali, vocales in ses-

sione diei 22 maii huius anni habita, omnibus mature perpensis, per 107 ex 117 suffragiis, sequentem approbaverunt modificationem:

Ex omnibus Religiosis vocem activam habentibus et iuxta antiquitatem primae professionis distribuendis:

a) in Provincia quae ducentos vocales non excedit duo conficiantur elenchi, ex quibus quilibet vocalis tot discretos eligit quot sunt Guardiani, scilicet dimidiam partem ex uno elencho, dimidiam ex altero;

b) in Provincia vero quae ducentos vocales excedit, tres conficiantur elenchi, ex quibus quilibet vocalis pariter tot discretos eligit quot sunt Guardiani, scilicet tertiam partem ex unoquoque trium elenchorum.

Praefata immutatio seu variatio peropportuna videtur ad auferendas difficultates quae oriuntur ex multis elenchis, iuxta praecedentes normas conficiendis. Propterea humiliter infrascriptus benignam petit huius immutationis adprobationem. Et Deus, etc.

RESCR.—Vigore facultatem a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces, experimenti causa ad sexennium, servatis ceteris de iure servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 25 Maii 1964.—I. Card. ANTONIUTTI, *Praef.* V. Cusumano, *Ad. a studiis.*

* Ministro Gen. O. F. M. Cap., Prot. N. 978/58.C.37: AOFMCap 80 (1964) 157-158. Vide Normas seu Instructionem de electione Discreti Capitularis apud AOFMCap 80 (1964) 158-161.

3192

1964 IUN 6.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 56 (1964) 581

DELEGATIO APOSTOLICA IN REPUBLICA RUANDENSI IN NUNTIATURAM ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quantum utilitatis e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi intercedunt cum Civitatibus, soleat exsistere, neminem latet estque usu iam dudum comprobatum. Cum igitur commodum esse visum fuerit Apostolicam Sedem et Rempublicam Ruandensem publicis huiusmodi vinculis inter se coniungi, Nos, loco Delegationis Apostolicae, quae hucusque inibi viguit, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in Republica Ruandae *Nuntiaturam Apostolicam* erigimus et constituimus, cuius sedem in urbe Chigalia collocamus. Eidem ergo sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum sunt propria. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi sic constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VI mensis Iunii, anno MCMLXIV, Pontificatus Nostri primo.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3193

1964 IUN 17.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 56 (1964) 916-917

APOSTOLICA DELEGATIO, ANTEA INDOSINENSIS APPELLATA, «VIETNAMIENSIS ET CAMBOGIENSIS» DISTINGUITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quemadmodum muneris Nostri conscientia postulat ipsique Decessores Nostri facere consueverunt, singulis Ecclesiae provinciis earumque sacro regimini, data occasione, studemus consulere. Quo ducti consilio, cum in praesenti Delegatio Nostra Apostolica, quae antea Indosinensis appellabatur, ob immutatam locorum condicionem novaque adiuncta, aptiore esse nomine distinguenda videatur, Nos huic rei mature satisfacere
917 statuimus. Collatis igitur consiliis sive cum Venerabili Fratre Nostro Hamleto Ioanne S. R. E. Cardinali Cicognani, publicis Ecclesiae negotiis praeposito, sive cum Dilecto Filio Nostro Gregorio Petro S. R. E. Presbytero Cardinali Agagianian, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefecto, Delegationem Apostolicam, Indosinensem hucusque nuncupatam, *Vietnamiensem et Cambogiensem* posthac esse appellandam constituimus atque decernimus. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtineri; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII mensis Iunii anno MCMLXIV, Pontificatus Nostri primo.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3194

1964 IUN 19.-SC STUDIORUM, LIT. CIRCULARES. PART.*

NORMAE DANTUR CIRCA USUM CINEMATOGRAPHAEI ET TELEVISIONIS IN SEMINARIIS ITALIAE

Roma, 19 giugno 1964

Reverendissimo Signore, l'attenzione rivolta dal Concilio Ecumenico Vaticano II agli strumenti della comunicazione sociale, e culminata poi nel Decreto conciliare «*Inter mirifica*» [LE 3143], non può non essere di stimolo a quanti hanno la responsabilità di formare i futuri Ministri, per avviarli a una più adeguata valutazione degli strumenti suddetti e alla loro illuminata utilizzazione pastorale.

Sappiamo, d'altra parte, che già da alcuni anni è andato sempre più diffondendosi l'uso di proiettare alcune pellicole e di consentire la visione di alcune trasmissioni televisive agli alunni dei Seminari, specie delle classi superiori, con successiva discussione, intendendo con ciò di offrire ai Seminaristi un aiuto, che valga a far loro apprezzare rettamente gli audiovisivi in genere e ad abilitarli, in particolare, alla critica estetico-morale delle singole rappresentazioni.

Mentre auspichiamo che, anche in conseguenza del Decreto conciliare, si approfondisca la sensibilità del Clero, specialmente giovane, verso strumenti di così facile, e talvolta decisiva, incidenza sociale; e mentre approviamo in linea di massima le iniziative già in atto negli Istituti di formazione ecclesiastica, non possiamo non ricordare ai responsabili che le medesime dovrebbero esser regolate secondo le norme di questo Sacro Dicastero (cfr. Lettera Circolare del 10-7-1957, n. 1677/55) [LE 2675], né possiamo trascurare la gravità dei rilievi che ci pervengono da parte di alcuni Sacerdoti, giustamente preoccupati per la frequenza e la qualità delle rappresentazioni offerte in visione agli alunni dei Seminari.

A questo riguardo, ci sembra superflua ogni parola che voglia mettere in nuova luce la delicatezza di coscienza e la particolare sensibilità di chi sta preparandosi a diventare «homo Dei» (*2 Tim.* 4, 17) di fronte al mondo, e la conseguente sconvenienza che a rappresentazioni cinematografiche o televisive, sia pure di alto livello artistico, ma di contenuto frivolo o naturalistico, vengano ammessi gli alunni del Santuario. Desideriamo solo significare a chi di ragione che i criteri di scelta per questo speciale tipo di spettatori dovranno essere molto più oculati e rigorosi di quelli seguiti per i semplici fedeli, se non vogliamo che il germe del naturalismo attacchi, forse irreparabilmente, quanti sono chiamati ad essere, per singolare privilegio, «*dispensatores mysteriorum Dei*» (*1 Cor.* 4, 1) e «*boni dispensatores gratiae*» (*1 Petr.* 4, 10).

Giudichiamo quindi necessario che ogni Rettore, al quale più che ad altri spetta d'invigilare al riguardo, voglia attenersi scrupolosamente a quanto segue:

1) ogni Seminario sia abbonato alle Segnalazioni cinematografiche del C. C. C., le quali, riportando analiticamente le caratteristiche dei films e le motivazioni del giu-

dizio estetico e morale, offrono sufficiente base di orientamento per la scelta di pellicole adatte anche a Seminaristi tenuto conto della loro età e cultura;

2) poiché non è possibile attendersi dagli organi centrali un giudizio obbiettivamente valido sui singoli programmi televisivi, per la particolare natura dei medesimi, il Rettore consentirà la visione pubblica solo di quelle trasmissioni, a proposito delle quali non abbia alcun motivo di apprensione, sia per diretta conoscenza dell'opera in programma, sia per il giudizio indicativo offerto settimanalmente su «*Guida allo Spettacolo*» dal Centro Cattolico Televisivo;

3) perché il Seminario non venga meno alle sue nobili finalità di «*palestra mansuetae Christi militiae fingendae; studiorum domus; et coenaculum in quo alumni, Spiritu Sancto operante, novi homines fiunt*» (cfr. *Ench. Cler.* 471; 1147; 1260), il Rettore non permetterà che i Seminaristi assistano troppo frequentemente a spettacoli cinematografici e televisivi, e ciò mai più di due volte il mese;

4) ogni spettacolo sia sempre seguito da opportuna discussione critica, guidata da un Sacerdote convenientemente preparato, e di provata spiritualità;

5) il Rettore, d'accordo con l'Ecc.mo Ordinario del luogo, provveda alla specifica formazione di detto Sacerdote, e possibilmente di più, facilitandone la partecipazione ai Corsi di aggiornamento promossi dall'Ente dello Spettacolo, e dotando la biblioteca dei Professori delle principali opere di critica cinematografica, nonché dell'abbonamento alla *Rivista del Cinematografo.*

Non si hanno dubbi che la Signoria Vostra Rev.ma, per l'amore che porta ai Suoi giovani alunni, e per il bene stesso della Santa Chiesa, farà ciò che è in Suo potere per l'applicazione di quanto sopra, nell'intento di evitare situazioni incresciose, e di creare ai diletti Seminaristi il clima ideale per il loro sereno avanzamento verso l'Altare.

Ci affrettiamo per questo a ringraziarLa di cuore, pregandoLa in pari tempo di portare a cotesti Seminaristi l'espressione della nostra affettuosa sollecitudine.

Mi valgo intanto della gradita occasione per confermarLe i sensi della mia distinta stima e professarmi della Signoria Vostra Reverendissima devotissimo nel Signore.—Giuseppe Cardinale PIZZARDO, *Pref.* Dino Staffa, Arcivescovo tit. di Cesarea di Palestina, *Segr.*

* Ad Rectores Seminariorum Italiae, Prot. N. 1677/55/64: Seminarium 16 (1964) 367-369.

3195

1964 IUN 20.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

INSTITUTUM ROMANUM «SEDES SAPIENTIAE» CONSTITUITUR SUB AUSPICIIS S. C. DE RELIGIOSIS

La Sacra Congregazione dei Religiosi, sempre desiderosa di contribuire alla preparazione religiosa e professionale delle Religiose, ha preso atto con compiacimento della vitalità dell'Istituto «Sedes Sapientiae», canonicamente eretto dalla Santa Sede in data 8 giugno 1945.

L'Istituto, fondato con provvido intuito e con grande sacrificio personale dall'Eminentissimo Signor Cardinale Giuseppe Pizzardo, Prefetto della S. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi, ha chiesto di poter inserirsi nel Movimento organizzativo delle Religiose d'Italia allo scopo di rendere sempre più sicura la propria esistenza e la propria efficienza.

Questo Sacro Dicastero, accedendo ben volentieri a tale richiesta, con il presente Decreto dichiara di assumere l'alta direzione dell'Istituto stesso, secondo i termini e le modalità precisate nello Statuto annesso.

L'Istituto «Sedes Sapientiae», dipendendo da questa Sacra Congregazione dei Religiosi, mantiene inalterata la sua natura di Ente Ecclesiastico Pubblico, a cui sono attribuiti tutti i diritti e i privilegi che spettano, secondo il Codice di Diritto Canonico, agli Enti Ecclesiastici.

Il presente Decreto sostituisce il precedente Decreto della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi, in data 8 giugno 1945, N.° 490/45. Nonostante qualunque cosa in contrario.

Dato a Roma, il 20 giugno 1964, Festa della B. M. V. Consolata.—I. Card. ANTONIUTTI, *Pref.*

* Prot. N. A. G. 2349/63: Rivista delle religiose 14 (1965) 49-50.

http://www.obrascatolicas.com

3196

1964 IUN 25.-SC DE PROP. FIDE, NOTIFICATIO. PART.*

TOLLITUR «VETITUM» S. C. DE PROP. FIDE UT SUPERIORI REGULARI TRIBUATUR VOX ACTIVA IN CAPITULO PROVINCIALI SUI ORDINIS RELIGIOSI

Romae, 25 iunii 1964

Reverendissime Pater, Litteris die 17 huius mensis iunii datis, huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide scripsisti circa quaestionem, his verbis in ultimo Capitulo Generali Ordinis propositam, nempe: *Placetne ut Superiori Regulari tribuatur vox activa in Capitulo Provinciali?* Cui quaestioni, sicut retulisti, ex 115 Patribus Capitularibus, 98 responderunt *Placet*, 17 tantum *Non placet*. Ad executionem tamen supradicti optati antiquum obstaret *vetitum* ex parte huius Sacri Dicasterii, quod petiisti ut tollatur.

Ad rem quod attinet, Tecum communicare satago hanc Sacram Congregationem —omnibus mature perpensis praesertim quoad hodiernas in Missionibus circumstantias—, libenter «vetitum» de quo supra tollere, ita ut votum Capituli Generalis ad effectum adduci valeat.

Interim omnia fausta feliciaque Tibi a Deo exoptans, omni qua par est observantia subsignor, Paternitati Tuae Reverendissimae addictissimus in Domino.—G. P. Card. AGAGIANIAN *Praef.* P. Sigismondi, *a Secr.*

* Procuratori Gen. O. F. M. Cap., Prot. N. 2606/61: AOFMCap 80 (1964) 162.

3197

1964 IUN 27.-CONV. CUM TUNETE. AAS 56 (1964) 917-924

CONVENTIO (MODUS VIVENDI) INTER APOSTOLICAM SEDEM ET TUNETANAM REMPUBLICAM

ARTICLE 1.—Le Gouvernement de la République Tunisienne protège le libre exercice du Culte Catholique en Tunisie, conformément aux dispositions de l'article 5 de la Constitution de la République Tunisienne du 1er Juin 1959 et dans les conditions prévues au présent *Modus Vivendi*.

ARTICLE 2.—L'Eglise Catholique en Tunisie groupe les personnes de confession catholique résidant en Tunisie: elle possède la personnalité civile; son siège est établi à Tunis.

Elle est légalement représentée par le Prélat *nullius* de 918 Tunis. /

A ce titre, ce dernier a le pouvoir d'accomplir, directement ou par mandataire, tout acte de gestion ou de disposition concernant les biens meubles et immeubles dépendant de la Prélature, sous réserve de se conformer aux lois et règlements en la matière.

ARTICLE 3.—L'Eglise Catholique s'interdit toute activité de nature politique en Tunisie.

ARTICLE 4.—Le Gouvernement de la République Tunisienne accepte que l'Eglise Catholique en Tunisie:

1) pourvoie, dans le respect des lois générales du pays, à son organisation intérieure;

2) dispense, dans les lieux visés aux paragraphes *a*, *c*, *d* et de l'article 6 ci-après, l'enseignement de la doctrine chrétienne;

3) dispense, dans les établissements scolaires prévus à l'article 9 du présent accord, l'enseignement de la doctrine chrétienne aux élèves exclusivement de confession catholique et sous réserve de l'autorisation des parents.

Le Gouvernement de la République Tunisienne ne fera pas obstacle à l'exercice de l'autorité spirituelle du Prélat de Tunis sur les fidèles catholiques en Tunisie.

ARTICLE 5.—Dans le cadre de ses activités spirituelles, le Saint-Siège pourra communiquer avec le Clergé et les fidèles catholiques en Tunisie; ceux-ci le pourront avec le Saint-Siège.

Dans le même cadre, les membres du Clergé en Tunisie pourront communiquer entre eux ainsi qu'avec leurs fidèles.

L'Eglise Catholique en Tunisie pourra publier, à l'intérieur des lieux affectés au culte, ses instructions, ordonnances et lettres pastorales destinées aux fidèles. Le Prélat communiquera, pour information, au gouvernorat dont dépend le lieu, le jour même de la publication, une copie de ces instructions, ordonnances et lettres pastorales. Toute

autre publication faite par l'Eglise Catholique en Tunisie, quels qu'en soient la forme ou l'objet, sera régie par les lois tunisiennes en matière de presse, imprimerie et librairie. /

ARTICLE 6.—*a)* Le Gouvernement de la République 919 Tunisienne reconnaît à l'Eglise Catholique en Tunisie la propriété des lieux affectés au culte et des immeubles figurant aux annexes I et II du présent *Modus Vivendi*.

Toute modification de ces annexes ne pourra intervenir que d'un commun accord entre les deux Parties. Celles-ci se réuniront, trois mois avant l'échéance prévue dans chaque cas, pour examiner la situation des lieux affectés au indiqués dans l'annexe III.

b) L'Eglise Catholique en Tunisie consent à céder définitivement et à titre gratuit à l'Etat Tunisien les lieux de culte et autres biens immeubles figurant aux annexes IV et V à la date indiquée pour chacun d'eux.

Le Gouvernement de la République Tunisienne donne l'assurance que les lieux de culte ainsi cédés ne seront utilisés qu'à des fins d'intérêt public compatibles avec leur ancienne destination.

c) Dans les localités où il n'y a pas de lieu affecté au culte catholique, et lorsque les deux Parties auront convenu d'un commun accord que l'assistance religieuse aux fidèles catholiques justifie la présence d'un lieu de culte approprié, le Gouvernement de la République Tunisienne autorisera la célébration habituelle du culte dans des locaux n'offrant pas les aspects extérieurs des lieux de culte.

d) Le culte catholique pourra continuer à être célébré, sans autorisation civile, dans les chapelles ou autres lieux destinés à cette fin, à l'intérieur des établissements prévus à l'article 9 du présent accord.

e) Le culte catholique pourra être célébré occasionnellement, sans autorisation, dans des locaux privés; dans ce cas, le propriétaire du lieu avisera au préalable les autorités locales, lorsque la cérémonie doit réunir des personnes ne résidant pas dans ce lieu, afin que l'autorité publique assure la protection nécessaire du local.

ARTICLE 7.—Les acquisitions d'immeubles à titre onéreux et les dispositions à titre gratuit en faveur de l'Eglise Catholique en Tunisie ne pourront avoir effet qu'après autorisation du Gouvernement de la République Tunisienne.

Tout appel à la générosité publique, sous quelque forme que ce soit, effectué en dehors des églises, reste soumis à la réglementation générale/. 920

ARTICLE 8.—Le Gouvernement de la République Tunisienne accordera toutes facilités pour l'entrée et le séjour en territoire tunisien aux prêtres destinés à l'Eglise, et ce sous réserve de l'observation par ces derniers des règlements de police en vigueur.

ARTICLE 9.—Le Gouvernement de la République Tunisienne autorise les établissements scolaires (écoles, collèges, jardins d'enfants, pouponnières) ou hospitaliers (clinique et dispensaires) appartenant à des associations, des sociétés civiles ou anonymes à participation religieuse et dont la liste figure à l'annexe VI, à continuer à exercer leur activité et leur accordera le bénéfice de sa bienveillance tant qu'ils se conformeront aux lois, règlements et programmes en vigueur en Tunisie.

ARTICLE 10.—Le choix du Prélat *nullius* de Tunis appartient au Saint-Siège. Afin de favoriser l'harmonie entre l'Eglise Catholique et l'Etat Tunisien, le Saint-Siège fera connaître dans le secret le plus absolu au Gouvernement de la République Tunisienne, par voie diplomatique, le nom de l'ecclésiastique choisi.

Au cas où le Gouvernement de la République Tunisienne aurait quelque objection de caractère politique général au sujet de la personne envisagée, il pourra la manifester au Saint-Siège, par voie diplomatique, dans le délai d'un mois à partir du jour de la communication.

ARTICLE 11.—Le Prélat de Tunis présentera au Gouvernement de la République Tunisienne, dans le mois qui suivra l'entrée en vigueur du présent accord, la liste des membres du Clergé exerçant en Tunisie.

Il informera le Gouvernement de la République Tunisienne de la nomination de tout nouveau curé, afin que celui-ci soit introduit auprès des autorités locales.

ARTICLE 12.—Le présent *Modus Vivendi* entrera en vigueur dès l'échange des intruments de ratification.

Du Vatican, le 27 juin 1964.—A. I. Card. CICOGNANI. / 921

PROTOCOLE ADDITIONNEL

A l'Article 5, alinéa 3: Il est entendu que cette liberté de publication est reconnue à l'Eglise Catholique sous réserve qu'il ne soit pas porté atteinte à l'ordre public.

A l'Article 6, paragraphe b: A la date de la cession, la Prélature remettra au Gouvernement soit la copie bleue des titres fonciers correspondant aux biens immatriculés cédés, soit les actes de propriété des biens cédés non encore immatriculés.

A l'Article 6, paragraphe c: Au cas où l'autorité ecclésiastique juge que l'assistance religieuse aux fidèles catholiques justifie la présence d'un lieu de culte approprié, elle en fera la demande motivée au Gouvernement: celui-ci, fidèle à sa volonté, exprimée à plusieurs reprises, de faciliter aux catholiques résidant en Tunisie l'exercice de leur culte, sur tout le territoire du pays, examinera avec bienveillance la demande en tenant compte tant de l'importance numérique des fidèles que de l'éloignement des autres lieux de culte ainsi que, le cas échéant, des exigences de l'ordre public ou de la défense nationale.

A l'Article 6, paragraphe e: Le propriétaire avisera les autorités locales au moins vingt-quatre heures à l'avance, autant que possible.

A l'Article 7: Dans le cadre de la réglementation en vigueur, le Gouvernement Tunisien facilitera l'entrée en Tunisie d'offrandes envoyées par le Saint-Siège à la Prélature.

Du Vatican, le 27 juin 1964.—A. I. Card. CICOGNANI.

Conventione inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Tunetanam rata habita, die IX mensis Iulii anno MDCCCCLXIV Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, i. e. a die IX mensis Iulii anno MDCCCCLXIV, huiusmodi Conventio inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Tunetanam icta rigere coepit ad normam articuli XII eiusdem Pactionis. / 922

DOCUMENTA

quibus Pactionis exemplaria, rite subscripta, accepta et reddita mutuo fuerunt, hic transcribuntur:

Du Vatican, le 27 juin 1964

N.3731/64

Excellence, J'ai l'honneur de remettre ci-joint à Votre Excellence l'exemplaire signé par moi-même, au nom du Saint-Siège, du Modus Vivendi et du Protocole Additionnel, ainsi que les listes y annexées, dont le texte a été établi au cours des négociations qui se sont déroulées entre les représentants du Saint-Siège et ceux du Gouvernement de la République Tunisienne.

Comme il a été convenu, l'échange des instruments de ratification de cet accord aura lieu au plus tard deux semaines à partir de la date de ce jour.

En souhaitant que cet accord inaugure une nouvelle ère de coopération entre le Saint-Siège et l'Etat Tunisien, je vous prie de croire, Excellence, aux assurances de ma très haute considération.—A. I. Card. CICOGNANI.

Son Excellence Mr MONGI SLIM, *Secrétaire d'Etat aux Affaires Etrangères*.—Tunis.

Tunis, le 27 juin 1964

Eminence, J'ai l'honneur de remettre ci-joint à Votre Eminence l'exemplaire signé par moi-même, au nom du Gouvernement de la République Tunisienne, du Modus Vivendi et du Protocole Additionnel, ainsi que les listes y annexées, dont le texte a été établi au cours des négociations qui se sont déroulées entre les représentants du Gouvernement de la République Tunisienne et ceux du Saint-Siège.

Comme il a été convenu, l'échange des instruments de ratification de cet accord aura lieu au plus tard deux se- 923 maines à partir de la date de / ce jour.

En souhaitant que cet accord inaugure une nouvelle ère de coopération entre l'Etat Tunisient et le Saint-Siège, je vous prie de croire, Eminence, aux assurances de ma très haute considération.—MONGI SLIM, *Secrétaire d'Etat aux Affaires Etrangères*.

Son Eminence Le Cardinal AMLETO GIOVANNI CICOGNANI, *Secrétaire d'Etat de sa Sainteté le Pape*.

Tunis, le 27 juin 1964

Eminence, Au cours des négociations ayant abouti à l'accord de ce jour, vous avez souligné le voeu du Saint-Siège de mettre à la disposition des fidèles catholiques résidant à Carthage, après la cession à l'Etat Tunisien de la Cathédrale, un moyen de pratiquer leur religion dans la dite localité.

J'ai l'honneur de signaler à Votre Eminence que l'article 6, dans son paragraphe *d)*, répond dès à présent à ce voeu; en tout cas, le paragraphe *c)* du même article permet toujours d'envisager, d'un commun accord, une solution appropriée.—MONGI SLIM, *Secrétaire d'Etat aux Affaires Etrangères*.

Son Eminence Le Cardinal AMLETO GIOVANNI CICOGNANI, *Secrétaire d'Etat de Sa Sainteté le Pape*.

Du Vatican, 27 juin 1964

N. 3769/64

Excellence, Vous avez bien voulu m'adresser la lettre dont la teneur suit:

«Au cours des négociations ayant abouti à l'accord de ce jour, vous avez souligné le voeu du Saint-Siège de mettre à la disposition des fidèles / catholiques resident a Carthage, 924 apres la cession à l'Etat Tunisien de la Cathédrale, un moyen de pratiquer leur religion dans la dite localité.

«J'ai l'honneur de signaler à Votre Eminence que l'article 6 du Modus Vivendi dans son paragraphe *d)* répond dès à présent à ce voeu. En tout cas, le paragraphe *c)* du même article permet d'envisager d'un commun accord une solution appropriée.»

En vous remerciant de cette courtoise communication, j'ai l'honneur, en réponse, de porter à votre connaissance que, par dérogation au paragraphe *d)* de l'article 6 du Modus Vivendi, l'Eglise Catholique, tenant compte de la situation particulière de Carthage, utilisera, aux fins de la célébration publique du culte dans cette localité, exclusivement la chapelle sise au Pensionnat des Soeurs Blanches.

Tout cela, naturellement, sans préjudice de la possibilité offerte par le paragraphe *c)* du même article, mentionnée dans la lettre de Votre Excellence.

Je profite de cette occasion pour vous confirmer que l'Eglise Catholique n'ignore pas qu'elle exerce son activité dans un pays où l'Islam est la religion de l'Etat et de la majorité des habitants. De ce point de vue, l'Etat Tunisien sait qu'il peut attendre d'Elle un respect et une discrétion qui sont d'ailleurs conformes à la doctrine et à l'esprit catholiques. Il plaît au Saint-Siège de rappeler qu'il entre dans le attributions normales du Prélat de Tunis de prévenir ou de réprimer les imprudences éventuelles dommageables aux bonnes relations réciproques.

Je vous prie, Excellence, de croire aux assurances de ma très haute considération.—A. I. Card. CICOGNANI.

Son Excellence Mr MONGI SLIM, *Secrétaire d'Etat aux Affaires Etrangères*.—Tunis.

Adn. S. SANZ in REDC 20 (1965) 54-56; ME 90 (1965) 15-32. Vide Ratihabitionem sub die 1964 Iul. 9: LE 3206.

3198

1964 IUL 1.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

SOLVITUR DUBIUM CIRCA FACULTATEM EPISCOPORUM DISPENSANDI AB IMPEDIMENTO PRO INGRESSU AD NOVITIATUM EORUM QUI SECTAE ACATHOLICAE ADHAESERUNT

Dal Palazzo di S. Offizio, 1 Luglio 1964

Reverendissimo Padre, Con pregiato Foglio in data 23 Aprile 1964 il Reverendissimo Padre Angelico Lazzeri, Procuratore Generale di cotesto Ordine, sottopose al S. Offizio il quesito se la facoltà concessa agli Ecc.mi Vescovi col n. 35 del Motu Proprio *Pastorale Munus* [LE 3139].

1.° sia limitata al caso dell'impedimento invalidante l'ingresso al noviziato contemplato nel can. 542, n. 1, ovvero;

2.° si estenda anche all'impedimento proibente di cui al n. 2 (5) dello stesso canone.

In merito mi reco a dovere di significare alla Paternità Vostra Reverendissima che il S. Offizio, dopo maturo stu-

http://www.obrascatolicas.com

dio della questione, ha risposto all'interrogazione formulata dal P. Lazzeri come segue:

«*Affirmative* ad primum; *negative* ad secundum.»

Nell'occasione ben volentieri mi confermo con i sensi di sincera e distinta stima e con religioso ossequio della Paternità Vostra Reverendissima devotissimo.—A. Card. Ottaviani, *Secretario.*

* Procuratori Gen. O. F. M., Prot. N. 30/64 (Disp. a can.): AOFM 83 (1964) 457-458. Adn. T. G. BARBERENA in REDC 19 (1964) 404-408.

3199

1964 IUL 2.-PAULUS VI, NORMAE. PART.*

Additamenta ad Ordinem Concilii Oecumenici Vaticani II celebrandi

1. Ut schematum vel eorum partium disceptatio aptius ordinari possit, quivis Pater —Emis Cardinalibus non exceptis—, qui de illis verba facere vult, orationis suae summam Secretario Generali, saltem quinque diebus antequam disceptatio initium sumat, scripto exhibeat.

2. Moderatorum est non tantum Concilii labores dirigere, sed et Congregationum generalium disputationes ordinare (cfr. *Ordo...*, art. 4, § 2). Ideoque, cum ipsis opportunum videtur, ad inutiles repetitiones vitandas, antequam in Congregatione generali disceptatio fiat, congregare possunt Patres, qui de eadem re similes rationes exponere intendant, ut inter se conveniant ad unum vel duos oratores eligendos, qui nomine ceterorum loquantur, eorum nominibus necnon rationibus publice citatis.

3. Oratorum indice exhausto, Moderator facultatem loquendi concedere potest Patribus, qui nomine saltem 70 aliorum Patrum illam petierint praeter assignatos temporis limites.

4. Disceptationi fine imposito, Moderator facultatem loquendi concedet Patribus, qui illam petierint nomine saltem 70 aliorum Patrum et novas rationes proponere velint.

5. Sine expressa Praesidis licentia, petenda per Secretarium Generalem, nemini licet distribuere in Aula vel in eius viciniis, cuiusvis generis folia, opuscula, libellos etc. Spectat ad Secretarium Generalem huius normae exsecutionem curare.

Summus Dominus Noster Paulus Pp. VI, in Audientia infrascripto hac die impertita, praedictas normas approbare dignatus est, derogando, quatenus opus sit, Ordini Concilii Oecumenici Vaticani II celebrandi.

Die II mensis Iulii, anno MCMLXIV.—Pericles Felici, Archiepiscopus tit. Samosatensis, *Ss. Concilii Secretarius Generalis.*

* Typis Poliglottis Vaticanis, 1964.

3200

1964 IUL 2.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur absolvendi praecepto Missae festivae vespere sabbati vel antecedenti diei festivi

Preces—*Beatissimo Padre*, Nelle presenti condizioni sembrerebbe opportuno al Cardinale Arcivescovo di Bologna e agli altri Ecc.mi Ordinari della Regione Flaminia provare l'esperimento di anticipare al sabato (sera) o ad altro giorno, a giudizio degli stessi Ordinari, l'adempimento dell'obbligo di udire la Messa alla domenica e feste di precetto.

Gli stessi Ecc.mi Ordinari si permettono, quindi, di implorare la relativa facoltà per le parrocchie vacanti, le cappellanie, curazie, chiese sussidiali, che non possono avere nei giorni festivi, se non con grave disagio di tempo, di viaggi, di impegni, un sacerdote per la s. messa. La domandano anche per le città ed i grossi centri —limitatamente a qualche chiesa soltanto— per favorire alcune categorie di persone (sciatori cacciatori, gitanti, turisti e simili), le quali normalmente, nei giorni festivi partono da casa quando nessuna Messa si celebra nelle chiese, e si dirigono verso località prive di chiese o da esse notevolmente discoste.

Nei giorni in cui sarà trasferito il precetto, si farà tutto il possibile perché la s. Messa sia accompagnata da sussidi liturgici e da azioni pastorali, in modo che si abbia una vera e profonda utilità delle anime.

Rescr.—Il Prefetto, Card. P. Ciriaci, ricevuto in udienza dal S. Padre il 2 luglio 1964, comunica che il Sommo Pontefice ha concesso la facoltà richiesta «*ad quinquennium et ad experimentum, dummodo omnia fiant ut in animo fidelium fixum maneat, iuxta venerandam Ecclesia traditionem, diem Domino sacratum Dominicam esse*».

* Ordinariis locorum regionis ecclesiasticae Flaminiae: Civiltà Cattolica 115 (1964-III) 511. Adn. G. RINALDI in Perfice munus 40 (1965) 18-28.

3201

1964 IUL 3.-PAULUS VI, NOTIF. AAS 56 (1964) 600

Tertia Oecumenicae Synodi periodus indicitur

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Pp. VI, in Audientia hac die infrascripto impertita, statuere dignatus est ut tertia Ss. Concilii Oecumenici Vaticani Secundi periodus initium habeat die XIV mensis Septembris, in Exaltatione S. Crucis, anno MCMLXIV.

Ex Aedibus Vaticanis, die III mensis Iulii, anno MCMLXIV. Hamletus Ioannes Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3202

1964 IUL 6.-SECRETARIA STATUS, NOTIFICATIO. PART.*

Statuta Pontificiae Academiae Marianae internationalis definitive approbantur

Dal Vaticano, 6 Luglio 1964

Reverendissimo Padre, Ho il piacere di comunicare alla P. V. Rev.ma che il Santo Padre Si è degnato di approvare definitivamente gli Statuti della «Pontificia Accademia Mariana Internazionale».

Sua Santità, in tale felice occasione, formula fervidi voti perchè detta istituzione abbia a produrre frutti sempre più copiosi sia nel promuovere gli studi, sia nell'incrementare la pietà mariana.

Profitto della circostanza per professarmi con sensi di religioso ossequio della P. V. Rev.ma dev.mo nel Signore.—A. G. Card. Cicognani.

* Praesidi Academiae Marianae Internationalis, Prot. N. 25615: AOFM 83 (1964) 467.

3203

1964 IUL 7.-CONVENTIO SOLLEMNIS CUM AUSTRIA. AAS 56 (1964) 740-743

CONVENTIO INTER APOSTOLICAM SEDEM ET AUSTRIACAM REMPUBLICAM: DE ADMINISTRATIONE APOSTOLICA OENIPONTANA IN DIOECESIM ERIGENDA

Convenzione tra la Santa Sede e la Repubblica Austriaca per erigere in Diocesi l'Amministrazione Apostolica di Innsbruck-Feldkirch

Vertrag zwischen dem Heiligen Stuhl und der Republik Österreich Betreffend die Erhebung der Apostolischen Administratur Innsbruck-Feldkirch zu Einer Diözese

Fra la Santa Sede, rappresentata dal suo Plenipotenziario Sua Eccellenza Rev.ma Mons. Opilio Rossi, Arcivescovo tit. di Ancira e Nunzio Apostolico in Austria,

Zwischen dem Heiligen Stuhl, vertreten durch dessen Bevollmächtigten, S. E. den Herrn Apostolischen Nuntius in Österreich, Titularerzbischof von Ancyra, Msgr. Opilio

e la Repubblica Austriaca, rappresentata dai suoi Plenipotenziari il Signor Dott. Bruno Kreisky, Ministro Federale per gli Affari Esteri, e il Signor Dott. Theodor Piffl-Percevic, Ministro Federale per l'Istruzione, viene conclusa la seguente Convenzione:

Rossi, und der Republik Österreich, vertreten durch deren Bevollmächtigte, Herrn Dr. Bruno Kreisky, Bundesminister für Auswärtige Angelegenheiten, und Herrn Dr. Theodor Piffl-Percevic, Bundesminister für Unterricht, / 741 wird nachstender Vertrag geschlossen:

Art. I.—La Santa Sede e la Repubblica Austriaca hanno convenuto di dare esecuzione al disposto dell'art. III, § 2, del Concordato del 5 giugno 1933 per quanto riguarda l'Amministrazione Apostolica di Innsbruck-Feldkirch, e di elevare il suddetto territorio ecclesiastico a Diocesi di Innsbruck-Feldkirch con sede in Innsbruck, mentre per il Vorarlberg sarà conservato un proprio Vicariato Generale con sede in Feldkirch.

Art. I.—Der Heilige Stuhl und die Republik Österreich sind übereingekommen, die Bestimmung des Artikels III, § 2, des Konkordates vom 5. Juni 1933, insoweit sich diese auf die Apostolische Administratur Innsbruck-Feldkirch bezieht, durchzuführen und das genannte Kirchengebiet zur Diözese Innsbruck-Feldkirch mit dem Sitz in Innsbruck zu erheben, wobei für Vorarlberg ein eigenes Generalvikariat mit dem Sitz in Feldkirch erhalten bleibt.

Art. II.—La Diocesi di Innsbruck-Feldkirch comprende lo stesso territorio che appartiene attualmente all'Amministrazione Apostolica di Innsbruck-Feldkirch.

Art. II.—Die Diözese Innsbruck-Feldkirch umschliesst das gleiche Gebiet wie die derzeitige Apostolische Administratur Innsbruck-Feldkirch.

Art. III.—La Diocesi di Innsbruck-Feldkirch viene assegnata alla Provincia Ecclesiastica di Salisburgo.

Art. III.—Die Diözese Innsbruck-Feldkirch wird der Salzburger Kirchenprovinz zugeteilt.

Art. IV.—La Diocesi di Innsbruck-Feldkirch avrà un Capitolo Cattedrale formato da un Preposito e dal numero di Dignità e Canonici richiesto per l'ordinato esercizio delle funzioni.

Art. IV.—Der Diözese Innsbruck-Feldkirch wird ein Kathedralkapitel, bestehend aus einem Propst und der für die ordnungsgemässe Ausübung der Funktionen erforderlichen Zahl von Dignitären und Kanonikern, beigegeben werden.

Art. V.—1) La Diocesi di Innsbruck-Feldkirch ha l'identica personalità giuridica dell'Amministrazione Apostolica di Innsbruck-Feldkirch. La Diocesi, la Sede Vescovile e il Capitolo Cattedrale hanno personalità giuridica nell'ambito dello Stato e godono dei diritti degli enti di diritto pubblico.

Art. V.—1) Die Diözese Innsbruck-Feldkirch ist mit der Apostolischen Administratur Innsbruck-Feldkirch / 742 hinsichtlich ihrer Rechtspersönlichkeit identisch. Die Diözese, der Bischöfliche Stuhl und das Kathedralkapitel haben Rechtspersönlichkeit für den staatlichen Bereich und geniessen die Rechte öffentlich-rechtlicher Körperschaften.

2) Entro il termine di un anno dall'entrata in vigore dell'erezione nell'ambito statale (art. VII, capov. 2) la Diocesi sarà libera di trasferire beni mobili ed immobili alla Sede Vescovile o al Capitolo Cattedrale in esenzione da tutte le tasse di bollo e da tutti i diritti legali, dalle imposte sull'acquisto di fondi e sulle donazioni, dalle tasse spettanti ai tribunali ed all'amministrazione giudiziaria, come pure dalle tasse di amministrazione spettanti allo Stato.

2) Der Diözese steht es frei, innerhalb einer Frist von einem Jahr nach Wirksamkeit der Erhebung für den staatlichen Bereich (Artikel VII Absatz 2) bewegliches und unbewegliches Vermögen frei von allen Stempel- und Rechtsgebühren, der Grunderwerbsteuer, der Schenkungssteuer, den Gerichtsund Justizverwaltungsgebühren sowie den Verwaltungsabgaben des Bundes an den Bischöflichen Stuhl oder das Kathedralkapitel zu übertragen.

Art. VI.—La Repubblica Austriaca verserà alla Diocesi di Innsbruck-Feldkirch ed alla Sede Vescovile per far fronte alle spese relative alla completa erezione in diocesi, una somma complessiva di dieci milioni di Scellini, che, a cominciare dal 1965, sarà corrisposta in tre rate annuali uguali, ciascuna delle quali verrà versata entro il 1.° luglio di ogni anno.

Art. VI.—Die Republik Österreich wird der Diözese Innsbruck-Feldkirch und dem Bischöflichen Stuhl zur Bestreitung der Auslagen, die mit dem vollen Ausbau der Diözese verbunden sind, einen Gesamtbetrag von 10,000.000 S leistin, der, beginnend mit dem Jahr 1965, in drei gleichen Teilbeträgen bis 1. Juli eines jeden Jahres zu erbringen ist.

Art. VII.—1) L'erezione della Diocesi di Innsbruck-Feldkirch deve aver luogo entro sei mesi dall'entrata in vigore della presente Convenzione.

Art. VII.—1) Die Erhebung der Diözese Innsbruck-Feldkirch soll innerhalb von sechs Monaten nach Inkrafttreten dieses Vertrages erfolgen.

2) La Santa Sede trasmetterà al Governo Federale della Repubblica Austriaca una copia della Bolla di erezione. Appena presentata tale copia, l'erezione avrà efficacia nell'ambito statale.

2) Der Heilige Stuhl wird der Bundesregierung der Republik Österreich eine Ausfertigung der Erhebungsbulle übermitteln. Mit / dem Einlangen dieser Ausfertigung wird 743 die Erhebung für den staatlichen Bereich wirksam.

Art. VIII.—Le divergenze di vedute, che sorgessero eventualmente in futuro circa l'interpretazione del presente Accordo, saranno eliminate d'intesa tra le Alte Parti contraenti a norma dell'art. XXII, capov. 2, del Concordato del 5 giugno 1933.

Art. VIII.—Eine in Zukunft etwa entstehende Meinungsverschiedenheit über die Auslegung dieses Vertrages wird nach Artikel XXII Absatz 2 des Konkordates vom 5. Juni 1933 im Einverständnis zwischen den Hohen Vertragschliessenden Teilen beseitigt werden.

Art. IX.—Questa Convenzione, il cui testo italiano e tedesco è ugualmente autentico, deve essere ratificata e gli istrumenti di ratifica devono venir scambiati al più presto in Roma. Essa entra in vigore il giorno dello scambio degli istrumenti di ratifica.

Art. IX.—Dieser Vertrag, dessen italienischer und deutscher Text authentisch ist, soll ratifiziert und die Ratifikationsurkunden sollen so bald wie möglich in Rom ausgetauscht werden. Er tritt mit dem Tage des Austausches der Ratifikationsurkunden in Kraft.

In fede di che i Plenipotenziari hanno firmato la presente Convenzione in doppio originale.

Zu Urkund dessen haben die Bevollmächtigten diesen Vertrag in doppelter Urschrift unterzeichnet.

Fatto a Vienna, il 7 luglio 1964. Per la Santa Sede: Per den Heiligen Stuhl: Opilio Rossi, *Nunzio Apostolico.*

Geschehen in Wien, am 7. Juli 1964. Per la Repubblica Austriaca: Für die Republik Österreich: Dr. Bruno Kreisky. Dr. Theodor Piffl-Percevic.

Conventione inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam rata habita, die VIII mensis Augusti anno MDCCCCLXIV Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, i. e. a die VIII Augusti anno MDCCCCLXIV, huiusmodi Conventio inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam icta vigere coepit ad normam articuli IX eiusdem Pactionis.

Adn. Vide ratihabitionem sub die 1964 Aug. 8: LE 3213.

http://www.obrascatolicas.com

3204

1964 IUL 7.-SC DE PROP. FIDE, FACULTATES. PART.*

FACULTATES DECENNALES, ET ILLAE QUAE PER «PASTORALE MUNUS» CONCESSAE SUNT, EXTENDUNTUR AD ORDINARIOS CASTRENSES

Roma, 7 luglio 1964

Eccellenza Reverendissima, in riferimento ai nostri Prot. nn. 2299 e 1697/64, rispettivamente dell'8 e del 23 giugno u. s. mi pregio significare all'Eccellenza Vostra Reverendissima che questo Sacro Dicastero, dopo maturo esame, concede agli Ecc.mi Presuli, designati ad esercitare la cura pastorale a favore delle Forze Armate dell'Australia e della Nuova Zelanda, di poter usufruire, nell'esercizio di tale ufficio, delle Facoltà Decennali di Propaganda (eccetto i numeri 26, 27, 28, 37, 38, 66), nonché delle *facoltà*, date col Motu Proprio *Pastorale Munus* [LE 3139] (con l'eccezione dei numeri 5, 6, 11, 12, 15, 16, 18, 24, 25, 31-39), e dei *privilegi*, concessi dal medesimo Motu Proprio.

Pertanto, sarei grato a Vostra Eccellenza se volesse portare a conoscenza degli Ecc.mi Monsignori McCabe e McKeefry le suddette disposizioni.

Frattanto profitto dell'occasione per porgerLe distinti ossequi.—G. P. Card. AGAGIANIAN, *Pref.* Edoardo Pecoraio, *Sottosegr.*

* Delegato Ap. in Australia, Prot. N. 2777/64: BM 28 (1964) 203.

3205

1964 IUL 7.-SC STUDIORUM, DECLARATIO. PART.*

AD LAUREAM HONORIS CAUSA CONCEDENDAM IN SCIENTIIS CIVILIBUS AB UNIVERSITATIBUS S. F. A. S. ET DICIONIS CANADENSIS QUAE AB ECCLESIA DEPENDENT, REQUIRITUR ET SUFFICIT BENEPLACITUM ORDINARII LOCI

Roma, 7 luglio 1964

Reverendissimo Padre, con lettera n. 579-63-12, del 10 ottobre 1963, questa Sacra Congregazione comunicava alla Paternità Vostra Reverendissima che, per concessione di Lauree «honoris causa» in scienze *civili* da parte di Università, Facoltà e Istituti diretti da persone ecclesiastiche, è necessario e sufficiente, nel territorio degli Stati Uniti d'America e del Canada, che si ottenga il beneplacito del Vescovo del luogo ove l'Università, Facoltà o Istituto abbia la sede.

Apprendiamo ora da fonte degna di fede che alcuni Reverendi Padri della Compagnia di Gesù andrebbero diffondendo negli Stati Uniti d'America la notizia che tale disposizione non sia più in vigore.

Siamo, pertanto, in dovere di far presente alla Paternità Vostra Reverendissima che detta norma conserva il suo pieno valore e che, quindi, sarà necessario invitare i responsabili delle Università, Facoltà e Istituti di studi superiori diretti dalla Compagnia di Gesù in quelle Nazioni ad attenervisi fedelmente.

Profitto dell'incontro per rinnovarLe i sensi della mia distinta considerazione e deferente ossequio, lieto di riaffermarmi della Paternità Vostra Reverendissima devotissimo in Gesù Cristo.—G. Card. PIZZARDO. Dino Staffa, *Segr.*

* Praeposito Gen. S. I., Prot. N. 579/63/13: Acta romana Societatis Iesu 14 (1961-66) 423.

3206

1964 IUL 9.-CONVENT. CUM TUNETE. AAS 56 (1964) 921

RATIHABITIO CONVENTIONIS SEU MODI VIVENDI INTER APOSTOLICAM SEDEM ET TUNETANAM REMPUBLICAM

Vide *lexium* supra sub die 27 Iun 1964: LE 3197.

3207

1964 IUL 10.-SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.

FACULTAS DATUR CONFICIENDI OPE DACTYLOGRAPHICAE MACHINAE TRANSUMPTUM PROCESSUS ORDINARII IN CAUSIS SANCTORUM

PRECES—*Beatissime Pater*, Revmus P. Postulator Generalis, ad Pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, reverenter petit facultatem conficiendi ope dactylographicae machinae, fasciola indelebili atramento illita, Transumptum Processus Ordinarii tam super fama sanctitatis vitae tam super non cultu tam super scriptis in ecclesiastica curia N. constructi in Causa beatificationis et canonizationis Servi Dei N. N.

RESCR.—Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus, a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI sibi tributis, attentis expositis, benigne annuit Pro Gratia iuxta preces: servatis tamen de cetero omnibus de iure ac de eiusdem Sacrae Rituum Congregationis Cancellariae praxi servandis. Quibuslibet contrariis nihil obstantibus.

Die 10 Iulii 1964.—Arcadius Maria Card. LARRAONA, *S. R. C. Praef.* S. Mattei, *a Studiis.*

* Postulatori Gen. O. F. M. Cap., Prot. N. 1041-1/964: AOFMCap 80 (1964) 205-206.

3208

1964 IUL 15.-SC SACRAMENTORUM, RESCRIP. PART.*

INDULTUM GALLIAE CONCESSUM CIRCA IEIUNIUM EUCHARISTICUM EXTENDITUR AD ALIOS DIES ET PERSONAS

PRECES—*Très Saint-Père*, L'Ordinaire de Lille et les autres Ordinaires de France, prosternés aux pieds de Votre Sainteté, demandent humblement que l'indult qui leur a été concédé par l'audience du 12 mai 1964 sous le numéro 555/64 [LE 3187] soit étendu au dimanche pour tous les fidèles énumérés dans ce document, ainsi qu'aux enfants et aux adolescents qui sont réunis dans les institutions appelées «colonies de vacances».

RESCR.—*De l'audience du* 15 *juillet* 1964 *de Sa Sainteté.* Ayant entendu le rapport de S. Exc. Mgr. Angelo Dell'Acqua, substitut de la Secrétairerie d'Etat, S. S. Paul VI considérant ce qui était exposé, a daigné accorder à l'Ordinaire de Lille et aux autres Ordinaires de France la grâce plus étendue qui était demandée, la forme et la valeur du précédent rescrit étant observées pour tout le reste.

Les présentes valent jusqu'à l'expiration du rescrit du 12 mai 1964.—B. Card. ALOISI MASELLA, *Préf.* C. Zerba, *Secrétaire.*

* Ordinariis locorum Galliae, Prot. N. 1518/64: Doc. Cath. 61 (1964) 1278. Adn. Doc. Cath. 61 (1964) 1276-1277.

3209

1964 IUL 16.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

DOMUS GENERALIS O. F. M. CONV. ADGREGATUR PONTIFICIO OPERI PRIMARIO VOCATIONUM RELIGIOSARUM

Precibus Revmi Ministri Generalis O. F. M. Conv. libenti animo susceptis, Domum Principem O. F. M. Conv. Pontificio Operi Primario Vocationum Religiosarum adgregamus, commendantes eiusdem Operis statutorum fidelem observantiam, concedentes communionem gratiarum spiritualium, quibus hoc Opus gaudet, committentes adgregatos omnes potenti tutelae Sacrae Nazarethanae Familiae, huius Operis eximiae Patronae.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Religiosis. Die 16 Iulii 1964.—I. Card. ANTONIUTTI, *Praef.* Paulus Philippe, *Secretarius.*

* Ministro Gen. O. F. M. Conv.: COFMConv. 62 (1965) 73.

3210

1964 IUL 22.-SC CONCILII, DECRET. AAS 56 (1964) 605

DECRETUM DE ABSTINENTIAE LEGIS DISPENSATIONE IN DIE 14 AUGUSTI ANNI 1964

Cum plures locorum Ordinarii e variis Nationibus petierint ut proxima die 14 Augusti, quae hoc anno in feriam sextam incidit, abstinentiae lex relaxetur, haec Sacra Concilii Congregatio, de speciali Summi Pontificis mandato, locorum Ordinariis ubique terrarum facultatem tribuit fideles praefata feria sexta a dicta lege dispensandi.

Datum Romae, die 22 Iulii 1964.—P. Card. CIRIACI, *Praef.* P. Palazzini, *a Secretis.*

3211

1964 AUG 6.-PAULUS VI, ENC. AAS 56 (1964) 609-659

Litterae Encyclicae ad Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios, pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes, ad clerum et christifideles totius orbis itemque ad universos bonae voluntatis homines:

QUIBUS VIIS CATHOLICAM ECCLESIAM IN PRAESENTI MUNUS SUUM EXSEQUI OPORTEAT

PAULUS PP. VI

Venerabiles Fratres et Dilecti Filii - Salutem et Apostolicam Benedictionem

Ecclesiam Suam cum Christus Iesus idcirco constituerit, ut universae hominum societatis benigna mater esset et ministra salutis, in aperto est cur memoria saeculorum omnium ei praecipuum testificati sint amorem, praecipuasque curas in eam contulerint, quicumque cordi habuerunt aeque summi Dei gloriae prospicere, et hominum animos in aeternum praestare salvos: inter quos, ut aequum erat, enituerunt Christi ipsius in terris Vicarii, innumerabilis Episcoporum et sacerdotum numerus, sanctorumque miranda christifidelium multitudo.

Nemini igitur non consentaneum videbitur, Nos, primas daturos Litteras Encyclicas post delatum Nobis ex arcano Dei consilio Summum Pontificatum, animum amantem eundemque reverentem ad Ecclesiam sanctam veluti natu-
610 turae sponte re/ferre.

Hac de causa suscipiemus hoc loco operam, ut magis magisque pateat omnibus quantum ex altera parte humanae societatis ad salutem intersit, quantum ex altera catholicae Ecclesiae curae sit, utrasque sibi occurrere, mutuo se cognoscere, inter se diligere.

Anno superiore cum, dante clementissimo Deo, die festo S. Michaëlis Archangeli, secunda inchoaretur sessio Concilii Oecumenici Vaticani II, Nobisque bene accideret quod praesentes vobiscum praesentibus, in maximo Petriano templo congregatis, sermonem conferre possemus, tunc esse Nobis in animo diximus fore ut, quemadmodum mos cuivis est Summo Pontifici, munus suum ineunti, etiam per litteras ad vos paternum et fraternum sermonem converteremus, ut videlicet consilia quaedam Nostra enuntiaremus, quae in animo Nostro supra cetera essent, quaeque in opere ipso magnam habere utilitatem viderentur, ad initia Pontificalis Nostri officii dirigenda.

Sed re vera in difficili Nobis est eiusmodi consilia expresse definire, quod primum ex diligenti divinae doctrinae commentatione ea oporteat Nos deducere, illius memores Christi sententiae: *mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me* [1]; quod deinde ea opus sit metiri praesentibus Ecclesiae ipsius condicionibus, in quibus pariter eius interior vita longo periclitata usu admodum viget, pariter exteriores eius vires ad apostolicos labores magnopere intenduntur; quod postremo non liceat Nobis ignorare, quo loco sit hodie hominum communitas, ad quam munus Nostrum admovetur.

Sed hic Nos non in id studemus, ut vel nova quaedam, vel absoluta exponamus; ad quod dedita opera Concilium Oecumenicum spectat; cuius labores tantum abest ut Nostro hoc simplici litterarum sermone veluti perturbare velimus, ut verius illos et laudare et incitare placeat.

Has Litteras Encyclicas dantibus Nobis non est quidem propositum, neque ut sollemne quoddam conficiamus actum, ad catholicae doctrinae capita tractanda imprimis pertinens, neque ut certa quaedam documenta vel de mo-
611 ribus vel de re sociali impertiamus, sed ut ad vos nuntium sincerum, quemadmodum inter fratres et familiares decet, mittamus. Hoc enim scrip/tum edentes nihil aliud quaerimus quam ut, pro officio, animo Nostro aperto, ea fidei caritatisque communio, quae inter nos feliciter regnat, et magis magisque coalescat, et maiorem obiciat laetitiam; propterea nempe ut pastoralis nostra diligentia cotidie magis valeat; ut fructuosius Concilii Oecumenici sessiones celebrentur; ut denique clariore in luce ponantur normae et regulae aut ad doctrinam, aut ad vitae actionem attinentes: quibus sane religiosa et apostolica alacritas regatur, sive legitimorum Ecclesiae Praesulum, sive eorum qui vel Praesulibus ipsis parent et sociam navant operam, vel alacritatem eandem benevolo dumtaxat observant animo.

Omni ablecta cunctatione vobis, Venerabiles Fratres, significamus tribus praesertim animum Nostrum commoveri consiliis, cum munus illud amplissimum perpendimus, quod, contra Nostra vota Nostraque merita, providentissimus Deus detulit Nobis, regendi scilicet Christi Ecclesiam, utpote quos Romae Episcopum constituisset atque adeo beati Petri Apostoli, *regni caelorum* clavigeri, Successorem, et ipsius Vicarium Christi, qui Petrum universalis gregis sui primum fecit Pastorem.

Initio persuasum Nobis habemus, debere Ecclesiam in seipsam introspicere penitus; suum meditari mysterium; se docendi et incitandi causa, altius perscrutari doctrinam de sua origine, de sua natura, de suo persequendo mandato, de suo fine; quae doctrina, licet iam sibi sit nota, atque superiore hoc saeculo sit enucleata et vulgata, numquam tamen satis neque excussa neque intellecta dici potest; quippe in qua contineatur *dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo... ut innotescat... per Ecclesiam* [2], quasi thesaurus videlicet arcanorum Dei consiliorum, Ecclesiae opera exponendorum; cum haec doctrina maiorem quam ceterae exspectationem attentionemque cuiuscumque hominis erigat, cui sit statutum Christum fideliter sequi, eoque vel magis eorum, quos, ut Nos et vos, Venerabiles Fratres, *Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei* [3].

Iamvero ex hac clara et alacri conscientia, quam de se / 612
habet, Ecclesia sponte fertur ad comparandam absolutam et perfectam imaginem, qualem Christus voluit, ut Ecclesia, sua Sponsa sancta et immaculata [4], indueret, cum vero suo vultu, qualem hodie nostris ipsa subicit oculis; qui profecto vultus, summi Dei beneficio, probe lineamenta quidem refert, quae divinus eius Conditor in ea impressit, et Spiritus Sanctus, saeculis vertentibus, vividiora fecit et significantiora, ut hinc plus plusque cum prima sui Conditoris notione, hinc cum ingenio et indole hominum societatis congrueret, quam Ecclesia Evangelio salutis promulgato sibi asciscere conitebatur. Attamen huiusmodi Ecclesiae vultus numquam tam perfectus, tam venustus, tam sanctus, tam splendens erit, ut omnino primae sui Auctoris notioni respondere dici possit.

Ex quo consequitur, ut Ecclesia, forti quodam et alacri acta animi impetu, suam ipsa quaerat renovationem, hoc est eorum emendationem erratorum, quae eius membra admiserunt, quaeque sui conscientia, tamquam speculum exemplaris sui, Christi, sibi indicat atque damnat. Qua in re en habetis, Venerabiles Fratres, quo pertineat secundum consilium, animum Nostrum nunc commovens: eo nempe ut Ecclesiae membra putent sibi esse, cum sua errata emendanda, tum ad perfectiora quaeque nitendum; utque vias considerate eadem membra deligant, quibus renovationem, quam diximus, adipiscantur. Quod consilium eo vobis declaramus, non tantum ut ad opportunas inducendas emendationes fidentiore animo ipsi aggrediamur, sed ut etiam, in tam gravi tamque difficili re, a vobis et consensio et consilia et auxilia Nobis praebeantur.

Ex duobus autem et prioribus hisce Nostris et vestris consiliis tertium sponte oritur, quod eo spectat, ut Ecclesia res rationesque cum hominum universa communitate contrahat, quacum ipsa continetur, et in qua media vivit et suum obit opus.

Quorum hominum, ut inter omnes constat, altera pars, postquam christianam fidem tam penitus combibit ex eaque tantam vim virtutemque sumpsit, ut saepenumero —licet id satis non aestimaverit— quaecumque optima quisque po/pulus in suo cultu habet, eidem fidei tribuat 613
necesse sit, post, hisce praeteritis saeculis, ab ea, tamquam a sua origine, se discrevit et removit. Altera vero hominum pars, quae in terrarum orbe est maxima ducenda, se ad immensos fines eorum populorum extendit, qui novi appellantur. Attamen in hac universitate generis humani iam non una, verum etiam centum afferuntur Ecclesiae habendorum cum aliis congressuum facultates; quorum sane alii aperti et quidem faciles censentur; alii ancipites et ardui; denique plurimi, pro, ab amico colloquio prorsus alieni.

Exsistit igitur hoc loco Ecclesiae quaestio de colloquio serendo cum huius aetatis hominibus. Cuius quaestionis erit Concilii definire, quae sit amplitudo et implicatio, eamque, quantum poterit, melioribus expedire modis. Sed huius quaestionis solvendae necessitas in animum Nostrum infert, quae Nobismetipsis et vobis, Venerabiles Fratres,

[1] Io. 7, 16.

[2] Cfr. *Eph.* 3, 9-10. [3] Cfr. *Act.* 20, 28. [4] Cfr. *Eph.* 5, 27.

http://www.obrascatolicas.com

eadem non minus anxie quam Nos expertis, quodammodo declarare par esse censeamus; ut scilicet magis efficiamur idonei ad eas disputationes deliberationesque aggrediendas, quas de tam gravi re tamque multiplici in Concilio una vobiscum proponendas iudicaverimus.

Ex iis, quae summatim de Nostris Encyclicis Litteris hactenus exposuimus, facile intellexistis, in his non esse Nos de omnibus gravibus instantibusque rebus acturos, quae non minus humani generis quam Ecclesiae hodie interesunt; cuiusmodi sunt: pax inter populos atque inter humanae societatis ordines; egestas et fames, quibus etiam nunc magnae hominum multitudines conflictantur; recentiorum nationum ad libertatem et ad vitae cultum progressio; hominum huius nostrae aetatis variae doctrinae cum christiana sapientia collatae; angustiae, in quibus tam multae gentes et tam latae Ecclesiae partes versantur, ubi iuribus, sive liberi civis sive humanae personae propriis, derogatur; morales quaestiones cum augescente natorum numero coniunctae; et cetera eiusmodi.

At hic facere non possumus, quin in medium proferamus esse Nos apprime conscios, Nos officio obstringi, non solum animum sedulum et propensum intendendi ad gravem universalemque de pace quaestionem, sed etiam in ea curas
614 assiduas / et efficaces defigendi. Quae curae, licet muneris Nostri finibus circumscribantur, atque adeo sive a Nostris cuiusvis generis fluxis utilitatibus, sive a certis politicorum virorum rationibus abhorreant, eo tamen pertinent, ut hominibus asserviant conformandis ad eiusmodi sensus tractationesque, quae hinc cum immanibus et internecivis conflictationibus pugnent, illinc vero attineant ad necessitudines inter populos iusto iure, rationaliter, pacate componendas. Itemque omnem industriae diligentiaeque Nostrae vim illuc intendemus, ut, praeceptis nuntiatis, quae summa inter homines putantur, quaeque valere possunt ad eorum effrenatum cuiusque sui studium et cupiditates debilitandas, unde bella cientur, in id quantum poterimus conferamus, ut populi et congruentem habeant convictum et mutuam sibi tribuant operam. Neque sane adiumentum a Nobis desiderari sinemus, si qua occasio oblata fuerit, ut contendentes nationes ad honestas fraternasque pactiones vocemus. De memoria enim Nostra numquam excidit, auxilium hoc, ab amore profectum, nihil esse aliud nisi officium, quod, ob provectum hodie cursum sive doctrinarum sive institutorum, cunctis gentibus communium, conscientia muneris, quo in hominum societate fungimur, magis ducit necessarium; munus dicimus, quod in eo versatur, ut homines inter se fraterno amore coniungamus, pro regni illius iustitiae et pacis virtute, quod Christus, cum in hunc mundum venisset, condidit.

Ceteroquin, si nunc oratio Nostra, viae rationisque causa, his tantum definitur argumentis, Ecclesiae vitam contingentibus, illas magni ponderis quaestiones ex memoria Nostra nequaquam deponemus. Dum enim in nonnullas intendet considerationem Concilium, Nos, in apostolico munere Nostro obeundo, si mentem Deus iniecerit et vires, cum in earum studium incumbemus, tum eas adducemus ad effectum.

I

Ad officii partes, quas Ecclesia praesenti aetate exsequi debet, id necessario pertinere videtur, ut ipsa de se, de veritatis thesauro, cuius heres et custos constituta est, ac de
615 munere his in terris sibi demandato, clariorem pleniorem- / que conscientiam adipisci contendat. Ecclesia scilicet, antequam peculiaris / cuiusvis quaestionis studium aggrediatur, et antequam agendi rationes perpendat cum hominum societate ineundas, in praesens se ipsam consideret oportet; ut divina consilia sibi ad exitum perducenda melius dignoscat; ut uberiorem lucem, novum robur auctumque gaudium ad sua explenda munera hauriat; ut denique apertiores inveniat rationes, quibus propius, efficacius ac fructuosius necessitudines habeat cum humana societate, ad quam quidem et ipsa pertinet, etsi notis propriis et omnino singularibus distincta.

Haec enim consideratio, qua Ecclesia se inspicere debet, Nobis videtur plane congruere cum via ac ratione a Deo adhibita ad hominibus se revelandum et ad religiosum illud cum humano genere commercium ineundum, quod per Ecclesiam ipsam perficitur et simul manifestatur. Nam si divina revelatio: *Multifariam multisque modis* [5] peracta est, et in humanis eventibus innititur, historiae fide comprobatis, eadem tamen hominum vitam pertingere potuit vilis, humani verbi divinaeque gratiae propriis; quae divina gratia secreto illapsu in animos descendit, post auditum salutis nuntium ac subinde elicitum fidei actum, a quo iustificatio nostra initium capit.

Nobis in optatis est, ut huiusmodi consideratio de origine ac natura novarum et vitalium rationum, quae religionis christianae ope inter Deum et homines instauratae sunt, indolem sumat docilis cuiusdam assensus iis verbis praebendi, quae Divinus Magister ad auditores suos habuit, ad discipulos praesertim, quorum in numero et nos ipsos hodie iure optimo recenseri gaudemus. Ex iis plurimis, quae a Christo Domino discipulis suis instantius et crebrius commendata sunt, monitionem illam commemorare placet, cuius vim omnes hodie quoque agnoscere debent, quotquot fideles Christi sectatores esse cupiunt; monitionem nempe, quae ad christianam vigilantiam spectat.

Verum enimvero haec nostri Magistri monitoria verba ita sunt praesertim accipienda, ut homines ad novissima vigilanter animum advertant, quae sibi proximo vel sero tempore contingant necesse est. Nihilominus tamen, idcirco quod huiusmodi vigilantia fidelis servi animum omni tempore efficaciter urgere debet, consequitur, ut ad eius normam sint conformanda insti/tuta, hoc est illa vivendi 616
ratio, quae christiani hominis in hoc mundo propria esse debet. Haec autem Christi Domini ad vigilandum adhortatio eventus etiam spectat, qui instare possint, scilicet pericula et vitiorum illecebras, quae mores corrumpant vel hominem a recto veritatis tramite avertant [6]. Quare facile in Evangelio continuum hortamentum reperitur ad honeste cogitandum atque agendum. Ac revera, nonne ad hoc ipsum pertinebat Ioannis Praecursoris Domini praedicatio, ex qua in Evangelio publica Iesu Christi vita exordium sumpsit? Nonne et ipse Christus Iesus homines invitavit ad regnum Dei intra se excipiendum? [7]. Eius autem educandi ars nonne in interiore animi vita commendanda atque edocenda tota vertebatur? Tum conscientia, quae in re psychologica versatur, tum conscientia quae in re morali posita est, a Christo Domino ad sui plenitudinem simul advocantur, tamquam si necessariae eaedem sint, ut modo dignitati humanae consentaneo, superna veritatis et gratiae dona recipiantur. Conscientia autem discipuli efficiet, ut is postea recolat [8] quidquid Iesus docuit et quidquid circa ipsum accidit; eademque, cum ad maturitatem pervenerit, mentem tandem adducet ad intellegendum, quis Iesus fuerit, et quarumnam rerum ipse Magister et Auctor exstiterit.

Ortus Ecclesiae et simul in ea excitata divini sui muneris conscientia —qui eventus habendi sunt Pentecostes proprii— sicut in idem tempus inciderunt, ita in posterum una progressum facient; scilicet Ecclesia proficiet in disciplinae ordinatione, in regimine, in vita sociali christifidelium, et etiam magis magisque proficiet in conscientia muneris sui, suae arcanae naturae, suae doctrinae, sui exsequendi mandati, secundum S. Pauli vota: *et hoc oro ut caritas vestra magis ac magis abundet in scientia et in omni sensu* [9].

Alio proferre modo possumus adhortationem hanc Nostram, quam adhibemus sive singulis vobis, Venerabiles Fratres, iisque qui vestrae vigilantiae crediti ad Nostram et vestram pertinent disciplinam, sive congregationi fidelium in / universum, hoc est Ecclesiae. Scilicet omnes hor- 617
tamur, ut scienter, alacriter et ardenter actum fidei edant in Iesum Christum Dominum Nostrum. Religiosam vitam nostram in praesens hac fidei professione informare debemus, firma quidem et certa, licet semper humili et trepida, qualem nempe apud Ioannem Evangelistam fuisse legimus fidem illius caeci a nativitate, cui Christus Iesus bonitate mirabili ac potentia pari oculos restituit: *Credo, Domine* [10]; vel qualem ostendit Martha, sicut in eodem Evangelio scriptum legimus: *Utique, Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti* [11]; vel denique qualem, verbis tam Nobis caris conceptam, expressit Simon, postea Petrus appellatus: *Tu es Christus, Filius Dei vivi* [12]. Sed cur vos ad hunc ecclesiasticae consc ientiae actum eliciendum, et ad hanc apertam, etsi internam, fidei professionem invitare audemus?

Multae profecto causae Nos ad id faciendum impulerunt, quae omnes necessario proficisci videntur a singularibus rerum adiunctis, in quibus hodie Ecclesia versatur.

Oportet enim Ecclesia in se ipsam inspiciat, ac se sentiat ubertate vitae florere. Si vult munere suo perfungi ac mundo salutis fraternique amoris nuntium afferre, ipsa contendat opus est ad pleniorem sui notitiam pervenire. Debet Christum in se ipsa experiri, secundum illam S. Pauli Apostoli sententiam: *Christum habitare per fidem in cordibus vestris* [13].

1, 1. [5] Cfr. Mt. 26, 41. [7] Cfr. Lc. 17, 21. [8] Cfr. Mt. 26, 75; Lc. 24, 8; Io. 14, 26; 16, 4. [9] *Phil.* 1, 9. [10] Io. 9, 38. [11] *Ibid.* 11, 27. [12] Mt. 16, 16. [13] *Eph.* 3, 17.

Apud omnes constat, Ecclesiam penitus in hominum societatem insertam esse, cum in eius sinu versetur, ab ea membra sua accipiat, ab ea eximios humani cultus thesauros ducat, eius vices participet, prosperitatem promoveat. At pariter constat, humanam communitatem, quae hodie est, ad conversiones, perturbationes rerumque progressum procedere, quae non solum externas vitae consuetudines, sed ipsas etiam animorum inclinationes magnopere immutant. Hominum opiniones, eorumque mentis cultura ac spiritualis vita penitus afficiuntur sive magnis incrementis, quae multarum rerum scientia, technicorum artes et socialis vita sumpserunt, sive philosophiis, / sive variis de 618
moderanda republica doctrinis, quae in societate circumferuntur eamque pervadunt. Haec omnia veluti maris fluctus Ecclesiam ipsam obvolvunt et commovent; cumque apud eos, qui se Ecclesiae moderamini committunt, huius mundi condiciones multam vim habeant atque momentum, exinde fit, ut veluti vertiginis, stuporis ac trepidationis periculum impendeat, quod ipsam ecclesiasticae compaginis firmitatem in discrimen adducere possit, multosque impellat ad singulares prorsus opinationes amplectendas, tamquam si Ecclesiae opus sit se munere suo abdicare ac novas omnino et inopinatas vivendi formas induere. Ceterum, ut exemplo utamur, modernismi, ut aiunt, errores, quos etiam nunc reviviscere cernimus in novis quibusdam religiosae vitae rationibus a germana religione catholica alienis, nonne specimen exstant contentionis illius, qua profanae huius saeculi doctrinae atque inclinationes sinceram Ecclesiae Christi doctrinam ac disciplinam vitiare conantur? Iamvero, ut multa huiusmodi pericula, quae variis ex partibus instant, efficaciter praecaveamus, aptum dari posse remedium arbitramur, si Ecclesia altiorem sui ipsius conscientiam assequi studeat et clarius noscat, quid revera ipsa sit secundum Iesu Christi mentem, quam Divinae Litterae et Apostolica traditio integram servant, ecclesiastica autem traditio interpretatur et explicat; quae quidem, ut probe novimus, fruitur lumine et ductu Spiritus Sancti, qui, si opem eius imploraverimus eique obtemperaverimus, semper praesens aderit, ut promissa Christi certo impleantur: *Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia, quaecumque dixero vobis* [14].

Eadem dici possunt de erroribus, quos intra ipsius Ecclesiae fines serpere animadvertimus; quibus quidem ii obnoxii sunt, qui ex parte tantum Ecclesiam eiusque munus cognoscunt, cum divinae revelationis et magisterii a Christo ipso instituti rationem, ut par est, non habeant.

Ceterum haec necessitas, qua quis ad vera iam cognita intra se ipsum consideranda permovetur, ut eadem in suo animo tamquam in interiore contempletur speculo, ingenio
619 et indoli homi/num nostrae aetatis plane respondet. Hi quidem animi sui penetralia libenter explorant, eorumque mentes tunc in veritatis securitate acquiescunt, cum ex conscientia veluti lumen accipiunt. Fatendum sane est, hanc veri inquirendi rationem gravibus periculis non carere; magni enim nominis philosophi hanc humani intellectus navitatem investigaverunt, eamque dixerunt perfectissimam atque supremam operandi formam, immo rerum omnium, quae sunt, mensuram et fontem praedicaverunt; atque eo sunt progressi, ut ad obscura, desperata, absurda et falsa omnino consectaria pervenerint. Nihilo setius hoc minime prohibet, quominus mentis educatio ad perscrutandum verum, quod in conscientiae penetralibus relucet, per se magni sit aestimanda, hodieque quasi nostri temporis praestantissimum animi cultus specimen habeatur; immo si haec educatio apte coniunctam habeat illam mentis conformationem, qua homo veritatem detegit ubi ea in rebus ipsis sane continetur, fieri etiam potest, ut ex hac inspiciendae conscientiae exercitatione quis possit se ipsum, suam ut hominis dignitatem, suasque ingenii vires agendique facultates magis magisque cognoscere.

Constat praeterea recentioribus hisce temporibus Ecclesiam diligentiore studio in se inquirere coepisse; ad id autem egregiam operam contulerunt viri doctrina insignes, homines magno animo praediti et ad cogitandum acuti, theologorum scholae auctoritate praestantes, coetus rebus pastoralibus et missionalibus promovendis, religiosae vitae experimenta feliciter suscepta, ac praesertim memoranda doctrinae documenta a Romanis Pontificibus in lucem edita.

Longum est paucis attingere copiosissima theologorum scripta, quae de Ecclesia agunt, quaeque nostro ac superiore saeculo e sinu Ecclesiae prodierunt; quemadmodum pariter longum est omnia recensere acta, quibus catholicae Ecclesiae Episcopi et haec Apostolica Sedes tantae molis

[14] Io. 14, 26.

tantaeque gravitatis argumentum pertractandum susceperunt. Revera ex quo Oecumenica Tridentina Synodus damnis mederi conata est, a gravissimo illo rerum discrimine profectis, quod membra plurima ab Ecclesia Christi saeculo XVI seiunxerat, plures floruerunt theologiae cultores, auctoritate praestantes, qui doctrinam de Ecclesia excoluerunt, ac propterea effecerunt, ut huius ge/neris studia magna 620
caperent incrementa. Hic satis esto ea commemorare, quae de hoc argumento a Concilio Oecumenico Vaticano I sancita sunt, ut manifesto intellegatur, quantopere necesse sit, ut non solum Pastores et Magistri, sed etiam catholici homines et christiani universi in doctrinam de Ecclesia intentum animum convertant, atque in hac quaestione immorentur, quasi in necessaria statione, per quam ad Christum et ad eius opus pateat iter; quodsi Concilium Oecumenicum Vaticanum II superioris Oecumenicae Synodi continuatio et complementum est appellatum, hoc idcirco contigit, quod ipsi doctrinam de Ecclesia iterum tractandi ac definiendi munus demandatum est. Brevitatis causa, plura de hac re addere nolumus, cum haec materia vobis probe comperta sit, utpote quae ad catecheticam institutionem et ad pietatis formam hodie in Ecclesia sancta late propagatam pertineat; nihilominus temperare Nobis non possumus, quin saltem duo acta in memoriam revocemus, quae Nobis peculiari laude digna videntur: scilicet Encyclicas Litteras, quae a verbis *Satis cognitum* [15] incipiunt, et pariter Litteras Encyclicas, quibus est initium *Mystici Corporis* [16]: alteras a Summo Pontifice Leone XIII, anno MDCCCXCVI, alteras a Pio XII, anno MCMXLIII, datas; quae acta fuse ac dilucide doctrinam tradunt de divino illo Instituto, per quod Christus Redemptionis opus in terris pergit et de quo in praesens disserimus. Sufficiat exordium tantummodo meminisse alterius Pontificalis acti, quod in sacrae theologiae provincia, quae ad Ecclesiam spectat, summam iam auctoritatem adeptum est, et copiosam suppeditat materiam ad pie considerandum illud divinae misericordiae mysterium, quod ad nos omnes pertinet. Audiantur enim praeclara ipsa verba Decessoris Nostri: *Mystici Corporis Christi, quod est Ecclesia, ex ipsius Redemptoris labiis primitus excepta doctrina, ex qua magnum in sua luce ponitur beneficium, satis numquam elatum laudibus, arcissimae coniunctionis nostrae cum tam excelso capite, res eiusmodi profecto est, quae praestantia dignitateque sua omnes homines, quotquot divino moventur Spiritu,* 621
ad contemplationem invitat, eorumque mentes collu/strando, ad salutifera ea opera, quae praeceptis hisce consentanea sint, summopere excitat [17].

Invitationi huiusmodi respondere cupientes, quam censemus adeo etiam nunc urgere animos nostros, ut hoc tempore maximis Ecclesiae necessitatibus parere videatur, opportunum duximus eandem per has Encyclicas Litteras iterare, ut, uberiorem eiusdem *Mystici Corporis* scientiam adepti, aptius huius mysterii divinos sensus percipere possimus; qua agendi ratione validissimis auxiliis confirmabimus animos nostros, ac magis magisque studebimus nostri officii partibus et humani generis necessitatibus apprime servire. Neque id arduum negotium videtur, cum animadvertamus hinc scripta quam plurima prodiisse ad illustrandam Ecclesiam sanctam composita, hinc vero curas sollicitudinesque Concilii Oecumenici Vaticani II ad hoc ipsum argumentum praecipue converti. Hic perplacet Nobis merita honestare laude doctos illos viros, qui, recentiore hac praesertim aetate, magisterio catholico in exemplum obsecuti, atque ingenii acumine praestantes et ad sacras disciplinas cum investigandas tum exponendas maxime idonei, in huius generis studia laboriosam, sollertem frugiferamque operam contulerunt. Qui non solum in sacrae theologiae scholis, sed in disceptationibus quoque cum eruditis litteratisque hominibus, in christianae veritatis defensione et evulgatione, atque etiam in spirituali christifidelium curatione, et in colloquiis cum fratribus a catholica Ecclesia seiunctis, multiplicibus scriptis doctrinam de Ecclesia illustraverunt, quorum nonnulla praestantissima sunt, et eximia commoda parant.

Quare fore confidimus, ut magnum Concilii opus Spiritus Sancti auxilio ac lumine perfrui pergat, et ad felicem exitum perducatur tam prompta voluntate divinae gratiae impulsibus parendi, tam alacri ardore germana Iesu Christi praecepta altius pleniusque perscrutandi et legitimos eius progressus investigandi, qui decursu temporum necessario habiti sunt; tam sollicita cura in eo posita, ut caelestium veritatum studia ad animos hominum coniungendos valeant, eosque ad clariorem lucem et concordiam adducant,

[15] *Acta Leonis XIII, XVI*, 1896, pp. 157-208.
[16] *A. A. S.* XXXV, 1943, pp. 193-248 [LE 1759].
[17] *A. A. S.* XXXV, 1943, p. 193 [LE 1759].

http://www.obrascatolicas.com

non autem vanis disceptationibus aut dolendis discidiis
622 disiungant; ita ut ex Concilio gloriam Deus, gaudium Ecclesia, mundus salutiferum exemplum accipiat.

Hisce in Encyclicis Litteris consulto abstinemus a quavis sententia Nostra proferenda circa doctrinae capita ad Ecclesiam spectantia, quae iudicio Concilii Oecumenici, cui praesidemus, iam proposita sunt. In praesens enim volumus, ut tam grave et tantae auctoritatis consessus investigandi disceptandique libertate fruatur; quemadmodum autem Nostrum postulat apostolicum Magistri ac Pastoris officium, quo uti Ecclesiae Caput fungimur, opportuno tempore ac modo Nostram aperiemus mentem, ac tunc nihil magis optabimus, quam ut sententia Nostra cum Patrum Concilii iudicio plane concordet.

Attamen praeterire non possumus, quin breviter saltem salutis fructus attingamus, quos orituros speramus sive e Concilio ipso, sive ex laboribus, quos Ecclesia, ut supra diximus, suscipiat oportet, ut ad pleniorem firmioremque sui conscientiam perveniat. Qui quidem fructus cum propositis cohaerent apostolici muneris Nostri, cuius dulcia ac praegravia officia inivimus; ad quos fructus quodammodo ipsa Pontificatus Nostri forma spectat, quam vobis, Venerabiles Fratres, strictim, sed sincere describere cupimus, ut ad proposita Nostra in rem adducenda vestro consilio, assensu vestro, sociaque vestra opera Nos adiuvare velitis. Ac dum vobis pandimus animum, Nobis videmur per vos alloqui Ecclesiae Dei filios universos; immo spem fovemus, ut vox Nostra ad eos quoque perveniat, qui extra Christi ovilis aperta ostia versantur.

Primum fructum, quem Ecclesiam ex pleniore sui ipsius conscientia percepturam speramus, ex eo provenire arbitramur, quod ipsa vitalem suam cum Christo coniunctionem rursus compertam habeat. Agitur sane de re notissima, sed tamen summi momenti ac prorsus necessaria, quae numquam satis intellegi, considerari, praedicari potest. Quid non dicamus de hac veritate, quae totius sacri patrimonii nostri veluti caput praecipuum est habenda? Peropportune accidit, quod doctrinam huiusmodi vos probe nostis; quare in praesens nihil aliud addere volumus, nisi ut eandem vobis enixe commendemus, ita ut ei semper praecipuum tribuatis momentum, ad eaque normas ductumque sumatis
623 cum in spirituali vita cuiusque vestrum excolenda, tum in Dei verbo nuntiando. Ad hoc, magis / quam adhortatio Nostra, valeant monitoria verba Decessoris Nostri Pii XII qui in memoratis Encyclicis Litteris *Mystici Corporis* haec declaravit: *Assuescamus necesse est in Ecclesia ipsum Christum videre. Christus est enim, qui in Ecclesia sua vivit, qui per eam docet, regit, sanctitatemque impertit; Christus quoque est qui varie sese in variis suis socialibus membris manifestat* [15]. O quam gratum iucundumque Nobis esset in Sacrarum Litterarum, SS. Patrum, Doctorum, Sanctorumque sententiis aliquantum immorari, quae Nostrum subeunt animum, dum hoc pulcherrimum fidei nostrae caput Nobiscum recogitamus! Nonne Iesus ipse asseveravit, se vitem, nos autem palmites esse? [16]. Nonne menti obversatur nostrae tota S. Pauli uberrima doctrina, qui in memoriam hoc revocare non cessat: *vos unum estis in Christo Iesu* [20]; qui sine intermissione nos hortatur, ut: *creseamus in illo per omnia, qui est caput Christus; ex quo totum corpus...* [21]; qui hoc item admonet: *... omnia et in omnibus Christus?* [22]. Ad Ecclesiae autem Doctores quod attinet, satis esto hunc locum S. Augustini afferre: *... gratulemur et agamus gratias, non solum nos christianos factos esse, sed Christum. Intelligitis, fratres, gratiam Dei super nos capitis? Admiramini, gaudete: Christus facti sumus. Si enim caput Ille, nos membra; totus homo, Ille et nos... Plenitudo ergo Christi, caput et membra. Quid est caput et membra? Christus et Ecclesia* [23].

Probe novimus hoc mysterium esse, et quidem Ecclesiae mysterium. Quodsi in illud considerandum mentem nostram intentam habebimus, fieri non poterit, quin exinde animi nostri plurimis beneficiis cumulentur, iis nempe, quibus Ecclesia nostro hoc tempore potissimum indigere videtur. Christus praesens aderit, immo eius vita in singu-
624 lorum animis et in universo Corpore Mystico vim virtutemque suam ostendet, per fidei vivae et vivificae exercitationem, secundum iam allatam S. Pauli Apostoli sententiam: *Christum habitare per fidem in cor/dibus vestris* [24]. Ac revera conscientia de Ecclesiae mysterio pertinet ad virtutem fidei, quae maturitatem iam assecuta sit, totamque vitae actionem imbuerit. Eadem illum gignit *sensum Ecclesiae*, quo christianus veri nominis penitus affici debet; christianum dicimus, qui divini verbi disciplina educatus

[15] *A. A. S.* XXXV, 1943, p. 238 [LE 1759].
[16] Cfr. Io. 15, 1 ss. [20] *Gal.* 3, 28. [21] *Eph.* 4, 15-16. [22] *Col.* 3, 11. [23] *In Io. Tract.* 21, 8; PL. 35, 1568. [24] *Eph.* 3, 17.

et excultus fuerit; quem sacramentorum gratia et caelestes Paracliti impulsiones aluerint; evangelicarum virtutum exercitatio roboraverit; communitatis ecclesiasticae consuetudo mentisque cultura conformaverit; qui denique vehementer gaudeat se dignitatem participare regalis illius sacerdotii, quod populo Dei attribuitur [25].

At Ecclesiae mysterium non eiusmodi veritas est, quae scientiae theologicae finibus contineatur, sed in ipsam vitae actionem transire debet; adeo ut christifideles, antequam claram de hac veritate notionem animo concipiant, eam quasi experimento naturae suae consentaneo, cognoscere possint. Communitas autem fidelium se ad Mysticum Christi Corpus pertinere certe noverit, cum animadverterit, ad Hierarchiae ecclesiasticae ministerium, ex divino mandato, munus spectare christianos homines initiandi, generandi [26], instituendi, sanctificandi, moderandi; quare ecclesiastica Hierarchia quasi superna via a Christo instituta est, qua ipse utitur, ut mysticis suis membris praestantissima veritatis et gratiae dona impertiat, atque Corpori Mystico in terris peregrinanti propriam conferat aspectabilem compaginem, nobilem unitatem, aptam variorum munerum perfunctionem, congruentem varietatem, spiritualem pulchritudinem. Imagines impares omnino sunt ad veritatem altitudinemque huius mysterii convenienter illustrandam, notionibus menti nostrae accommodatis; at post Mystici Corporis imaginem a S. Paulo Apostolo adhibitam, quam supra memoravimus, illius quoque mentionem facere oportet, qua Christus Iesus usus est, imaginis nempe aedificii, cuius ipse fabricatorem et auctorem se esse dixit; quod aedificium fundatur in homine natura sua quidem caduco et fragili, sed a Christo tamquam in firmam petram mutato, mira/bili Dei beneficio defuturam numquam: 625
super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam [27].

Quodsi hunc *Ecclesiae sensum*, ad corroborandum aptum in nobismetipsis commovere atque in christifidelium animis, nobili ac vigili educandi arte, excolere studebimus, plura quae difficilius componi videntur, et quae eruditorum hominum ingenia exercent circa doctrinam de Ecclesia— cuiusmodi sunt quaestiones curnam Ecclesia spectabilis et spiritualis simul habenda sit, libera et disciplinae simul obnoxia, communitatis indolem praeferat et secundum sacrae Hierarchiae ordines disponatur, iam sit sancta et nihilominus ad sanctitudinem semper contendat, contemplationi et simul activae vitae det operam, et id genus cetera— re ipsa clare patebunt, cum vita ipsa Ecclesiae cognita fuerit experimento, doctrinae lumine illustrato et confirmato. At ex hoc *Ecclesiae sensu* aliud potissimum commodum proficiscetur, scilicet optima quaedam pietatis forma, quae Sacrarum Litterarum, SS. Patrum Ecclesiaeque Doctorum lectione alatur, necnon iis omnibus subsidiis ad hanc conscientiam in Ecclesia fingendam idoneis, quae sunt: catechetica institutio ex ordine impertita; actuosa sacrae liturgiae participatio, quae quidem suis verbis, signis effusisque ad Deum precibus incomparabilis exstat pietatis palaestra; tacita ac fervida caelestium veritatum meditatio; generosa denique opera in excolenda contemplatione collocata. Revera christianae perfectionis studium nunc etiam uberrimus fons est habendus, unde Ecclesia suas spirituales vires haurit; itemque via propria ac ratio ad fructuose excipienda Spiritus Christi lumina; nativa ac necessaria forma, qua Ecclesiae religiosa et socialis actio exprimitur; certissimum denique praesidium et semper reviviscentis roboris causa inter profani huius saeculi difficultates.

Necesse praeterea est, ut qui sacrum Baptismum susceperint ac propterea vi huius sacramenti in Corpus Christi Mysticum, hoc est in Ecclesiam, sint inserti, iidem huiusmodi eventui maximum tribuant momentum; peculiarique modo agnoscant, se ad celsiorem evectos esse condicionem, immo ad supernaturalem regenerationem, qua experiri possint felicitatem filiorum / adoptivorum Dei, dignitatem 626
Christi fratrum propriam, beatam sortem, id est gratiam et gaudium inhabitationis Spiritus Sancti; adeo ut ad novum vitae genus verissime sint vocati, in quo nihil humani amittitur, praeterquam quod infelix status hereditarii peccati deponitur, quidquid vero humanum est, ad pulcherrima edenda perfectionis specimina et ad fructus gignendos uberrimos et sanctissimos provehi potest. Nomen igitur christianum ac sacri Baptismi susceptio non eiusmodi res sunt, quae parvum habeant pondus, aut quas neglegi liceat; eadem vero penitus ac feliciter cuiusvis christiani hominis conscientiam afficere debent, ita ut, haud secus ac primaevae Ecclesiae fiebat temporibus, a christifidelibus veluti *illuminatio* existimentur, quae super ipsorum animos vivificum devocans divinae Veritatis lumen, iis caelum aperiat, mortalem vitam illustret, potestatemque

[25] Cfr. *I. Ptr.* 2, 9. [26] Cfr. *Gal.* 4,19; *1 Cor.* 4, 15. [27] Mt. 16. 18.

faciat ambulandi, ut filios lucis addecet, ad Dei visionem versus, aeternae beatitudinis fontem.

Perspicere facile est, quaenam exsequendarum rerum proposita nobis nostroque muneri hinc suadeantur. Ac non sine animi Nostri delectatione cernimus haec proposita ubique in Ecclesia iam ad effectum deduci et sapienter incensoque religionis studio promoveri. Nos autem eadem probamus, dilaudamus et benedictione Nostra confirmamus.

II

Valde deinde exoptamus, ut Dei Ecclesia talis sit qualem Christus voluerit, scilicet unam, sanctam atque plane intentam perfectioni acquirendae, ad quam ipse eam vocavit et idoneam reddidit. Etenim, cum eam divinus Redemptor perfectissimam mente effinxerit, Ecclesia, dum in terris peregrinatur, ad perfectionem ita contendat oportet, ut eam reapse praeferat. Quocirca haec summa est quaestio, in qua vita Ecclesiae vertitur quae quanta sit eius vis et efficientia ostendit, eam exstimulat, redarguit, sustentat, ei causa est gemituum et precationum, paenitentiae et spei, laboris et fiduciae, periculi atque meriti. Agitur enim de re, quae veritatibus inhaeret divinitus patefactis et cum ipsa hominum vita arte coniunctis; videlicet nequit homo, nisi doctrinam respiciat, quam Christus do-
627 cuit et / Ecclesia ex eius praecepto tradit, iudicium de semetipso ferre vel de sua ipsius natura, de perfectione, qua fuerat initio exornatus, atque de perniciosis calamitatibus, primigeniam noxam secutis, de sibi data potestate boni faciendi et de auxilio, cuius indiget, ut id appetat et efficiat, de huius vitae pondere et fine, de bonis, quae concupiscit vel iam possidet, de regula perfectionis et sanctimoniae adipiscendae ac de modis rationibusque, quibus vita eius ad summum usque pulchritudinis plenitudinisque gradum perveniat. Impenso idcirco Ecclesia studio tenetur vias Domini agnoscendi, quod numquam deficere debet; immo Nobis valde optandum videtur, ut disputationes, ad perfectionem spectantes, quae magna cum utilitate ac varietate per saecula in ipsa Ecclesia habitae sunt, pro summo, quod obtinent, momento animos iterum accendant, non quidem ut novae conficiantur formulae disciplinae, sed potius ut novae gignantur vires ad eam ipsam sanctimoniam persequendam, quam Christus nos docuit quamque ut cognosceremus et appeteremus et consequeremur, facultatem nobis fecit suis exemplis et verbis, suo auxilio et disciplina; qui praeterea more institutoque Ecclesia confirmatur, communi eius membrorum actione stabilitur et a praeclaris sanctis caelitibus illustratur.

Huiusmodi vero religiosae ac moralis perfectionis studium magis magisque excitatur externis etiam condicionibus, in quibus Ecclesia vitam agit; nequit enim ea immobilis manere atque incuriosa vicissitudinis humanarum rerum, quae circa sunt et multiplicem vim habent ad eius agendi rationem, eique modum et condiciones imponunt. Pro comperto sane est, Ecclesiam ab humana consortione non seiungi, sed in ea versari, ideoque ipsius filios ab eadem moveri ac duci, eiusque cultum civilem imbibere, legibus obtemperare, mores induere. Haec vero Ecclesiae consuetudo cum humana societate continenter difficiles parit quaestiones, quae nunc potissimum praegraves sunt. Christiana enim vita, quam Ecclesia defendit ac provehit, sicut ea omnia praecavere debet, quibus vel decipi vel contaminari vel coerceri possit, quasi ab erroris malive contagione se tueatur, ita non modo se conformet oportet ad cogitandi et vivendi formas, quas tempora inducunt eique veluti iniungunt, dummodo praecipuis suae ipsius
628 religiosae et moralis doctri/nae praeceptis ne repugnent, verum etiam oportet ad eas formas accedere easdemque emendare, honestare, provehere, et sanctificare nitatur. Exinde Ecclesia ad id compellitur, ut continenter in se inquirat moresque suos introspiciat; quod profecto nostra aetas tam instanter tamque graviter exposcit.

In hac quoque re peropportuna existimanda videtur Oecumenici Concilii celebratio, quod, cum id imprimis sibi proponat, ut singularem induat notam, quam pastoralem appellant, ut canonicam renovet disciplinam, utque christianae vitae usum, congruenter ad divinam suam naturam, facilliorem reddat, idcirco iam nunc optime promeretur, antequam scilicet pleraque decreta promulgentur, quae ab eodem exspectantur. Nam universalis haec Synodus sive Pastorum sive fidelium animos excitat et accendit ad servandam atque augendam supernaturalem christianae vitae integritatem, omnesque commonet, se conscientiae officio teneri, ut hanc notam moribus suis vere ac firmiter imprimant; remissos adducit ut boni fiant; bonos meliores efficit, hos ad magnanimitatem, magnanimos autem ad sanctimoniam incitat. Accedit quod novas sanctitatis acquirendae vias ostendit, amorem ad sollertiam acuit, novumque elicit ardorem virtutum summaeque christianae perfectionis.

Profecto ad Concilium Oecumenicum statuere spectabit, quae in legibus et disciplina Ecclesiae sint emendanda ac renovanda; coetus seu Commissiones, quae Concilium sequentur, ac praesertim Commissio Codici Iuris Canonici recognoscendo, quae iam est instituta, consulta Oecumenicae Synodi in certam ac definitam formam redigere studebunt. Vestrum igitur erit, Venerabiles Fratres, significare Nobis, quae decerni oporteat, ut sancta Ecclesia facie pura eniteat ac iuvenescat. At rursus palam innotescat propositum Nostrum hoc esse, ut huic renovationi prorsus faveamus. O quoties huiusmodi renovationis propositum saeculis elapsis consociatum fuit cum Oecumenicorum Conciliorum celebratione! Iterum ergo consocietur, non quidem in praesenti, ut certa quaedam haeresum genera de Ecclesia tollantur, vel ut quibusdam vulgo invalescentibus vitiis remedia afferantur, quae Dei beneficio intra Ecclesia saepta minime serpunt, verumtamen ut Christi Corpus Mysticum, quatenus est societas aspectabilis, novo religionis vigore im/buatur, adeo ut, a multis membrorum 629
noxis mundatum, ad novas adipiscendas virtutes stimuletur.

Quod profecto ut, Deo opitulante, contingat, Nobis liceat nonnulla mentis cogitata patefacere, quae apta videntur sive ad hanc renovationem faciliorem reddendam, sive etiam ad animos confirmandos —nequit enim haec renovatio sine aliquo incommodo fieri— sive denique ad prima quaedam lineamenta describenda, quae si respiciantur, huiusmodi renovationem aptius ad effectum adduci posse opinamur.

Atque imprimis regulas quasdam statuere oportet, secundum quas haec renovatio sit efficienda. Quae sane neque catholicae Ecclesiae essentiam attingere potest, neque partes illas, quae ad praecipuam eius formam necessario pertinent. Quare ipsa renovationis voce inepte uteremur, si illam ad hoc significandum adhiberemus. Non enim possumus Dei Ecclesiam sanctam et dilectam infidelitatis nota insimulare, cuius nos esse membra in summi beneficii loco ponimus, et a qua illud etiam testimonium datur animo nostro: *quod sumus filii Dei* [28]. Quod profecto non superbiae nobis tribuatur, non arrogantiae, non pertinaciae, non ineptiae ac stultitiae, sed indicium habeatur firmae illius fidei ac iucundae persuasionis, qua certe credimus, esse nos membra viventia et sincera Mystici Corporis Christi, veros Evangelii Christi heredes, legitimos Apostolorum successores, penes quos integra et viva perstat, quasi hereditate tradita, primigenia eorumdem Apostolorum institutio et doctrina, id est ingens illud veritatis et sanctitatis patrimonium, in quo catholicae Ecclesiae, ut hodie est, nota propria consistit. Quod si hac de re gloriamur vel potius gratias Deo semper agimus [29], id etiam causa esse debet, cur nos graviore officio obstrictos sentiamus sive erga Deum, cui erit nobis tanti beneficii reddenda ratio; sive erga Ecclesiam, in qua tum hanc persuasionem, tum studium et propositum huius veluti thesauri servandi excitare debemus, quem S. Paulus *depositum* appellat [31]; sive denique erga fratres, a nostra communione seiunctos, atque homines universos, ut omnes una nobiscum donum Dei / parti- 630
cipent.

Si ergo hac in re de renovatione loquimur, non agitur de rebus permutandis, sed potius de confirmando proposito, quo movemur, ut faciem et lineamenta, quae Christus Ecclesiae suae dederit, servemus, quin immo eandem Ecclesiam in perfectam speciem et formam restituamus, quae et eius pristinae imagini respondeat, et consentanea sit necessario illi progressui, quo ea, quasi arbor e semine, a primigeniis institutis suis ad horum temporum statum iuste et legitime est perducta. Neminem vero fallat opinio, Ecclesiae aedificium, quod iam magnificum templum, amplum atque augustum, in Numinis gloriam factum est, ad exiguos antiquitatis modos coangustandum esse, tamquam si una haec tenuitatis forma sit vera et legitima; nec quemquam studium rapiat renovandi ipsam Ecclesiae structuram, instaurata charismaticorum ratione, perinde ac si nova et vera ea sit Ecclesiae condicio, quae e paucorum cogitatis oriatur, qui quidem, cum animorum ardore ferveant et aliquando putent se divino quodam instinctu moveri, inanibus suis ineptae restaurationis somniis contaminare possint germanam Ecclesiae conformationem. Ecclesiae, ut est, nos inservire debemus eamque amare sapienti rerum gestarum intellectu, humilique voluntatis Dei inquisitione, qui Ecclesiam regit eique adest, etiam cum sinit eius vultus splendori et actionis sanctitati, ob humanas infirmitates, ali-

[28] *Rom.* 8, 16. [29] Cfr. *Eph.* 5, 20. [31] Cfr. *I Tim.* 6, 20. [31] Cfr. *Hebr.* 7, 23.

http://www.obrascatolicas.com

quid caliginis offundi. Hanc ipsam autem sanctitatem atque splendorem nos inquirimus ac promovere studemus.

Opus igitur est in nobis huiusmodi opiniones confirmari, ut aliud periculum vitemus, in quod optata rerum mutatio adducere potest non quidem nos, qui pascimus greges quosque recta sacri officii conscientia tenet, sed multos christifideles, qui perperam arbitrantur, Ecclesiae renovationem in eo praesertim sitam esse, ut sua sensa et mores profanis huius saeculi moribus et inclinationi ipsa accommodet. Quandoquidem profanae vitae blanditiae aetate nostra maximopere prolectant, propterea accommodatio illa multis non modo necessaria, immo vero sapiens esse videtur. Qua re fit ut, si quis est, in quo nec fides divina altas radices egerit, nec legum ecclesiasticarum sit tenax observantia, is opportunum tempus advenisse putet, se ad hanc vivendi rationem conformandi, tamquam si haec optima sit, unaque ea, quam christianus possit ac debeat suscipere.
631 Quae nimia / ad id genus accommodationem proclivitas gliscit tum ad philosophiae provinciam —in qua mirum quantum huius saeculi mos et consuetudo pollent, cum contra animus debeat esse liber nullique obnoxius, solius veritatis cupidus, et ad probatorum magistrorum auctoritatem docilis— tum etiam ad vitae actionem, in qua nempe magis magisque anceps et difficile est, quid sit rectum, quidve recta vitae ratio, definire.

Porro alias naturalismus, qui dicitur, conatur si primam christianae fidei notionem dissolvat; alias relativismus, quem vocant, utpote qui omnia rata habeat omnlaque aeque valere putet, infitiatur in christianis institutis quidquam inesse simplex et absolutum; alias consuetudo, quae increbruit, amputandi in vita christiana quidquid aut laborem aut incommoditatem parit, christianam disciplinam et rerum divinarum contemplationem fastidiosae inanitatis incusat. Quin immo fit nonnumquam, ut apostolicum studium aditum habendi faciliorem ad profanos hominum coetus, aut sibi hominum, et praesertim iuvenum qui nunc sunt, voluntates conciliandi, quosdam iubeat aequissimas vitae rationes, nostrae fidei proprias, deponere, aut genus illud gravitatis dimittere, ex quo et illa alios adeundi solicitudo et illa erudiendi alios efficacitas, significationem vigoremque sumunt. Qua de re, nonne quidam tum e iuniore clero, tum e sodalitatibus religiosis, optimo certe ducti consilio, ut aut ad popularium multitudines aut ad singulares quosdam coetus propius accedant, hos assimulare cupiunt potius quam ab iis distingui, eo scilicet effectu, ut per inanem imitationem labores suos vi et efficacitate exuant? Iamvero gravis illa Christi sententia: opus esse nos quidem esse in mundo, non autem de mundo, in tempora haec nostra quadrat aptissime, licet sit factu difficilis. Bene ergo eveniet nobis, si Christus, qui *semper vivit ad interpellandum pro nobis* [31], etiam in praesenti hanc pro nobis precationem praestantissimam et peropportunam caelesti Patri adhibeat: *Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo* [32].

Nostrae autem eiusmodi hortationes non illuc sane per-
632 tinent, ut credatur omnem perfectionem aut in earum immobilitate agendi rationum contineri, quas Ecclesia per anteacta saecula suscepit, aut in eo ut quadamtenus non accedamus ad communes agendi modos, cum ingenio hobari possint. Quapropter in mente Nostra versabitur semper, tamquam finis et opus Pontificatus Nostri, verbum illud Decessoris Nostri Ioannis XXIII ven. mem., quo rerum accommodatio significatur ad nostri aevi necessitates. Quod verbum, praeterquam quod Concilio Oecumenico, veluti ratam confirmatamque regulam, fere praefinivimus, identidem praeterea in Ecclesiae memoriam redigemus, ut eius semper renascens alacritas vel magis instimuletur, ut ea qua pollet circumspiciendi facultate, vigilantem animum ad nostrorum temporum indicia advertat; ut denique pro sua iuvenali alacritate, semper et ubique, *omnia... probet, et quod bonum est teneat* [33].

Verumtamen ad communem omnium nostrum hortationem et utilitatem iterum asseveretur oportet, Ecclesiam non magis suas commutando leges exteriores posse ad revirentem iuventutem suam redire, quam seipsam ad Christi obsequium ita componendo, ut iis legibus diligenter pareat, quas ipsa sibi eo consilio condidit, ut Christi semitas sequatur. In hoc vertitur eius perfectionis exercitatio. Poterit quidem Ecclesia cuiusdam suae legis vel praecepti conservationem vel faciliorem vel simpliciorem reddere, ob fiduciam in libertate christianorum hominum hodie collocatam, utpote qui et officiorum suorum magis conscii sint facti, et maiores sapientioresque in vils exquirendis, quibus officia sua

[31] Io. 17, 15. [32] Cir. *I Thes.* 5, 21.

retineant; nihilominus tamen necessaria et praecipua via legis integra manet. Nam christianae vitae condicio, qualem Ecclesia proponit et consideratis definit describiltque praeceptionibus, quoquo modo fidem, sedulitatem, sui castigandi devovendique studium postulat; quoquo modo in illam *arlam viam* coget, quam divinus Redemptor adumbravit [34]; a nobisque, Christum hac aetate sequentibus, haud minorem requiret animi vigorem, immo fortasse maiorem, quam a praeteritae aetatis fidelibus; / requiret alacri- 633
tatem eius servandae oboedientiae, quae hodie non minus quam superiore tempore necessaria et difficilis ducitur, quaeque maiore praemio digna est, quod divinis potius quam humanis movetur causis. At enim neque congruentia cum mundi sensu; neque recusatio eius disciplinae, quam sanum christianae perfectionis studium poscit; neque de dissolutis huius temporis moribus haudquaquam laborare; neque se a legitimorum prudentiumque praepositorum auctoritate vindicare; neque erga inconstantes hominum huius aetatis sententias ignavia: haec omnia, dicimus, nullo modo possunt Ecclesiam vel corroborare, vel idoneam facere ad donorum Spiritus Sancti vim virtutemque accipiendam, vel eam ut verum Christi consectatricem confirmare, vel in eandem inicere sive caritatem de fratribus sollicitam, sive facultatem cum aliis salutis nuntium participandi. E contrario unae res, quae sequuntur, ad illa bona comparanda Ecclesiae valent: et eius voluntas vivendi iuxta Dei gratiam, et eius fidelitas erga Christi Evangelium, et animorum coniunctio inter sacrae auctoritatis ordines et christianae communitatis homines. Non mollis et ignavus Christi sectator est, sed fortis et fidelis.

Sermo Noster, ut probe novimus, longius produceretur, si rationem vitae christianae, ut hac obtinet aetate, licet praecipua tantum persequendo, describeremus; nolumus autem nunc considerationem in huiusmodi negotium intendere. Ceterum notae sunt vobis necessitates horum temporum ad mores quod attinet; ideoque non cessabitis fideles vestros commonere, ut animis comprehendant, quanta sit vitae christianae dignitas, integritas, gravitas; neque arguere praetermittetis, meliore quo fieri poterit modo, etiam palam, morum discrimina et vitia, quibus aetas haec nostra laborat. Omnes quidem memoria tenemus graves illas hortationes, quas Sacrae Litterae clamant: *Scio opera tua, et laborem et patientiam tuam, et quia non potes sustinere malos* [35]; quibusque permoti pastores pervigiles et industrii esse studebimus; Concilium Oecumenicum nova nobis et salutaria impertiet instituta: ad quae accipienda et exsequenda iam nunc animos nostros debemus componere. / 634

Abstinere autem non possumus, quin duas res peculiares attingamus, quae ad praecipuas quasdam necessitates et officia Nobis videntur pertinere, quaeque mentem adducunt ad considerandas generales vias atque rationes, quibus recta vitae ecclesiasticae renovatio nitatur.

Ac primum quidem servandae paupertatis spiritum seu studium significamus. Est enim Nobis persuasum hoc praeceptum in sancto Christi Evangelio tam aperte declarari et postulari; tam penitus insidere superno illi consilio, ex quo Dei adipiscendo regno destinamur, tantum in discrimen vocari ob invectam hac nostra aetate aestimandorum bonorum consuetudinem; item id paupertatis studium tam necessarium esse, sive ut tot errata, quae praeterito tempore admisimus ac damna, quae cepimus, cognoscamus, sive ut intellegamus, ad quam normam noster vivendi agendique modus dirigatur oporteat, et qua accommodatiore ratione Christi religio a nobis sit animis annuntianda; id denique tam difficile reapse haberi, ut in hisce Encyclicis Litteris Nostris consulto de eo monendum Nobis esse arbitremur: non quod Nobis in animo sit peculiaria praecepta canonica de hac re statuere, sed quod ea ducimur mente, ut a vobis, Venerabiles Fratres, assensionis, consilii, exempli postulemus adiumentum. Scilicet confidimus fore ut vos, qui cum auctoritate aestimatis et enuntiatis eximias illas impulsiones, quas divinus Paraclitus in sancta Ecclesia excitat et movet, exponatis quomodo Pastores et fideles eloquium suum vitaeque institutum ad paupertatis praeceptum conforment, Paulo Apostolo ita hortante: *hoc sentite in nobis, quod et in Christo Iesu* [36]; et ut demonstretis, quae iudicia regulasque simul proponamus, quibus ecclesiastica vita astringatur, ut Dei potius auxilio et animi bonis quam caducis humanis subsidiis fidamus; eas videlicet normas, quibus nosmetipsi atque huius saeculi homines moneamur, illa animi bona rebus oeconomicis longe praestare, harumque possessioni et usui eum modum et ordinem esse statuendum, qui muneri apostolico, quo fungimur, conducat atque conveniat.

[34] Cir. Mt. 7, 13. [35] *Apoc.* 2, 2. [36] *Phil.* 2, 5.

Quae de excellentia atque necessitate spiritus paupertatis, quae Christi Evangelii peculiaris est nota, breviter di-
635 ximus, / Nos non exsolvunt officio monendi, hoc paupertatis studium minime impedire, quominus rei oeconomicae momentum recte aestimemus eademque licite utamur, quae his temporibus maximum incrementum cepit, et in qua innitur civilis cultus progressus, praesertim ad rationes humanas socialesque quod attinet. Quin etiam censemus, interiore hac animi libertate, quam parit evangelicae paupertatis studium, acriores nos reddi aptioresque ad intellegendos humanos eventus, qui cum re oeconomica conectantur; nempe ubi aequum ac saepe severum iudicium a nobis est ferendum de divitiis ac de vitae commodis; ubi quam promptissime ac largissime est egentibus subveniendum; ubi denique enitendum, ut opes non contentionum, cupiditatis vel superbiae inter homines causa exsistant, verum ut, duce iustitia et aequitate, communi utilitati inserviant, atque adeo diligentiore providentia distribuantur. De iis omnibus, quae ad huiusmodi externa bona, caelestibus quidem et aeternis bonis posthabenda sed ad praesentem vitam necessaria, pertinent, Evangelii asseclae valent prudens ferre iudicium atque hac in re auxilium humanissime praebere; primum enim doctrina, artes, ac praesertim opus quam maxime studia nostra excitant; tum fructus exinde collectus, id est panis, sacer est habendus, sive mensae sive arae destinatur. Doctrina socialis ab Ecclesia tradita huiusmodi est, ut nullum de hac re dubitioni locum relinquat; oblatam autem hanc occasionem libenter nanciscimur, ut tam salutaria praecepta auctoritate quoque Nostra confirmemus.

Deinde caritatis studium etiam attingere iuvat. Huiusmodi vero argumentum nonne in animis vestris altis iam radicibus haeret? Nonne caritas caput et veluti centrum est illius providentis Dei consilii sive in Vetere sive in Novo Testamento patefacti? Nonne ad caritatem Ecclesia in spiritualis vitae usu contendit? Nonne denique ad caritatem plenius iucundiusque in dies cognoscendam conducunt sive sacrae theologiae investigationes, sive christianae pietatis exercitatio, utpote quae mentem permoveant ad assidue meditandos divinarum Litterarum et Sacramentorum thesauros, quorum Ecclesia est heres et custos, magistra atque administra? Revera Nos —idem sentientes ac
636 Decessores Nostri atque Sancti illi, quos aetas nostra caelesti ac terrestri Ecclesiae adiunxit, itemque pieta/tis sensus declarantes christiano populo insitos— plane persuasum habemus, oportere caritatem debitum sibi locum, hoc est summum atque praecipuum, hac aetate obtinere in bonorum ordine, quae ad religionem et ad mores spectant; idque non tantum in existimatione et opinione, verum etiam in christianae vitae actione et usu. Haec profecto dicimus quod attinet sive ad caritatem erga Deum, qui dilectionem suam in nos abunde effudit, sive ad caritatem, quam inde haustam nosmetipsi in fratres nostros, scilicet in homines universos, vicissim transfundere debemus. Caritas omnia explanat. Caritas ad recta omnia inducit. Nihil omnino est, quod per caritatem effici ac renovari nequeat. Caritas *omnia suffert, omnia credit, omnia speral, omnia sustinet* [37]. Quis nostrum haec ignoret? Quodsi haec novimus, nonne hoc tempus est caritatis exercendae?

Haec vobis proposita excelsae humilisque christianae perfectionis imago, mentem Nostram ad Mariam Virginem sanctissimam sponte appellit; ipsa enim plene ac mirandum in modum hanc perfectionem in se rettulit, immo ad eius normam his in terris suam vivendi rationem instituit, atque nunc in caelesti sede eiusdem fruitur fulgore ac beatitudine. Hisce nostris temporibus in Ecclesia pietas et cultus Deiparae feliciter florent; quare, hac oblata opportunitate, libenter illuc animum intendimus, ut in sanctissima Virgine Maria, Christi Genetrice, atque adeo Dei hominumque Matre, absolutissimum christianae perfectionis exemplum, germanarum virtutum speculum, atque humanae naturae prodigiale specimen, admiremur. Persuasum Nobis est, Deiparae cultum plurimum prodesse ad evangelicam disciplinam exercendam; quamobrem, cum in sanctis divini Servatoris locis peregrinati sumus, ab ipsa— quae est inter omnes beatissima, suavissima, humillima atque intaminata, quippe cui privilegium collatum si a aeterno Dei Verbo carnem, primigeniae innocentiae fulgentem pulchritudine, ministrandi— veram christianae legis professionem discere studuimus; ad eandem nunc supplices convertimus oculos, tamquam ad amantissimam vivendi magistram, dum vobiscum, Venerabiles Fratres, sermonem
637 habemus de Ecclesiae sanctae vita, quoad pietatem et mores renovanda. /

[37] *I Cor.* 13, 7.

III

Tertio hoc loco est animadvertendum quam mentem quamve voluntatem oporteat catholicam Ecclesiam gerere erga huius temporis homines: est nimirum illi investigandum quasnam consuetudines cum hominum societate in praesenti faciat. Accidit enim ut, si Ecclesia seipsam cotidie altius noscat, et exemplar nitatur exprimere, quod Christus illi proposuit, plurimum existimetur ea differre ab hominum sensu et usu, inter quos vivit, ad quosque se applicare studet.

De qua distantia et discrimine palam nos Evangelium iis locis admonet, ubi de *mundo* agit, hoc est vel de hominum communitate, a lumine fidei atque a gratiae dono aliena; vel de humana societate, quae de optimo etiam rerum statu, in quo se versari putat, inaniter gloriatur, cum persuasum habeat, sibi suas vires esse satis ad prosperitatem expletam, diuturnam, fructuosam adipiscendam; vel de humana gente, quae pessimam esse rata suarum rerum condicionem, se vehementer abicit, atque sua vitia, impotentias suas, suas animi aegrotationes asseverat esse non modo necessaria, et insanabilia, sed etiam exoptanda, proinde quasi sint certissima suae libertatis et sincerae suae originis indicia. Atqui Christi Evangelium, quod, saepe subtili et nonnumquam acerrima sinceritate adhibita, hominum miserias et novit, et arguit, et condonat, et sanat, neque hinc vanam eorum opinionem admittit qui naturalem hominis bonitatem affirmant, tamquam si homo sibimet sufficiat, neque aliud desideret nisi ut suo arbitratu seipsum explicare possit; neque illinc assentitur iis, qui sine spe in insanabili humanae naturae corruptela quiescunt. Omnino Christi Evangelium est lumen, est novitas, est robur, est vitae restitutio, est salus. Hoc propterea Evangelium novum et diversum parit vitae genus, de quo cum Novi Testamenti paginae identidem mirabilia praedicant, tum vero S. Paulus haec nos nominatim admonet: *Nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quae sit voluntas Dei bona et beneplacens, et perfecta* [38]. / 638

Porro discrepantia inter vitam christianam et profanam ex eo etiam proficiscitur quod iustificationem re vera sumus consecuti, huiusque rei exinde conscientiam adepti sumus; quae quidem iustificatio in nos manavit, idcirco quia mysterii Paschalis, imprimis per sacrum Baptismum, participes facti sumus, quem scilicet veram regenerationem ducamus oportet, nos eodem S. Paulo his verbis docente: *... quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem; ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus* [39].

Itaque peropportune nostri huius temporis christianus homo sibi repraesentat singulare hoc et mirabile vitae genus; utpote quo permoveri queat tum ad laetandum de sua dignitate, tum ad contagionem, quae circumcirca urit, humanae miseriae fugiendam, tum ad se subducendum ab humani fastus praestigiis.

Quibus de rebus Gentium Apostolus ita suae aetatis christianos hortabatur: *Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras? ... aut quae pars fideli cum infideli?* [41]. Hanc ob causam qui in praesenti educatores praeceptoresque in Ecclesia agunt, eos necesse est catholicam iuventutem commonefacere praestantissimae condicionis suae, atque officii, quod inde nascitur, vivendi in mundo, non autem ad huius mundi sensum, convenienter ad hanc precationem, a Christo Iesu pro discipulis suis factam: *Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo: de mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo* [41]. Quam precationem asciscit sibi Ecclesia.

Nihilominus tamen huiuscemodi discrimen non idem significat atque disiunctionem; neque neglegentiam declarat, neque metum, neque contemptionem. Etenim cum Ecclesia se ab hominum genere discernit, adeo huic non obsistit, ut potius cum eo coniungatur. Nam, haud secus atque medicus, qui, quoniam pestilitatis insidias novit, seipsum quidem aliosque / a contagione prohibet, sed simul 639
aegrotis sanandis studiosam dat operam, ita Ecclesia, non modo misericordiam ab optimo Deo sibi impertitam, per sui solius commodum impertitam esse non putat, neque, ob praeclaram suam condicionem, huius expertes sentit esse neglegendos; sed propter eam causam quod salutem ipsa accepit, idcirco propensiorem voluntatem amoremque vehementiorem confert cum erga eos qui proximi sint, tum

[38] *Rom.* 12, 2. [39] *Ibid.* 6, 3-4. [40] *II Cor.* 6, 14-15. [41] Io. 17, 15-15.

http://www.obrascatolicas.com

erga eos, ad quos, per conatum omnes faciendi salutis consortes, adire possit.

Si revera Ecclesia, quemadmodum diximus, novit qualis ex Dei voluntate ipsa exsistat, tum in eam provenit singularis virium plenitudo; ad quam veluti adiunguntur sive necessitas ea in omnes infundendi, sive perspicua conscientia pariter mandati divinitus accepti, et nuntii quocumque vulgandi. Ex his videlicet initium capiunt et debitum Evangelii disseminandi, et officium docendi omnes gentes, et partes traducendi apostolicas curas in aeternam hominum salutem quaerendam. Profecto non est satis constanter in fide versari. Quamvis enim haud quidem sit dubium, quin veritatis et gratiae thesauri, hereditate nobis a christianae fidei patribus traditi, sint servandi integri atque tuendi, S. Paulo monente: *depositum custodi* [42]; tamen neque custodia, neque defensione plane explentur officia, quibus obstringitur Ecclesia erga data sibi dona. Quippe bona, a Christo Ecclesiae tributa, suapte veluti natura postulant, ut simul ea aliis subiciat, simul dispertiat inter alios; quandoquidem, ut palam est nobis, in eo nuntio: *Euntes ergo docete omnes gentes* [43], supremum continetur iussum a Christo Apostolis descriptum. Quorum nempe nomine delegatum officium designatur, quod nullo modo praeteriri potest. Ad Nos quod attinet, intimam huiusmodi caritatis impulsionem, quae eo tendit, ut in externum ipsa transeat donum caritatis, usitato iam nomine colloquium appellabimus.

Iamvero Ecclesiae in colloquium veniendum est cum hominum societate, in qua vivit; ex quo fit, ut eadem veluti speciem et verbi, et nuntii, et colloquii induat.

Cum futurum sit ut, quemadmodum pro explorato habetur, / Concilium ad hanc Ecclesiae peculiarem praecipuamque agendi rationem intendat cogitationes suas et studia, nolumus propterea huius generis argumentis parem dare operam, ne Concilii Patribus non sit integrum eadem distincte pertractare. Nobis hoc unum in animo est, Venerabiles Fratres, quaedam vobis ad meditandum proponere, antequam in tertiam Concilii sessionem coeatis; ut nimirum Nobis et vobis clarius pateat, quibus primum causis Ecclesia ad colloquium incitetur, quae deinde rationes sint sibi sequendae, quod denique sibi propositum habeat. Voluntas namque Nostra hoc dumtaxat fert, ut animos comparemus, neque ullas quaestiones definite expediamus.

Nec, pro eo quod persuasum habemus huius exempli colloquium fore Nostro Apostolico officio consentaneum et proprium, Nobis est secus agendum; utpote qui vias et rationes pastoralis muneris sustinendi quasi hereditate a Decessoribus Nostris proximi saeculi acceperimus. Initio docemur a Leone XIII, Pontifice mira magnitudine et sapientia, qui, prudentem illum scribam imitatus in Evangelio laudatum, qui *similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera* [44], cum dignitate reposito praesentato Apostolicae Sedis magisterio, totus incubuit ad quaestiones explicandas, quas recens aetas invexisset, nimirum Christi verbis adhaerescens. Docemur deinde ab eius Successoribus qui, ut in confesso est, eius vestigia sunt persecuti.

Nonne Decessores Nostri, imprimis autem Pius XI et Pius XII, veluti patrimonii loco, nobis praestantissimum doctrinarum thesaurum reliquerunt, quibus eo providenter nisi sunt, ut non recondita quadam ratione usi, sed linguae commercio nostri huius temporis proprio, divinas cogitationes cum hominum cogitationibus quodammodo coniungerent? Et quid aliud est huiusmodi apostolicum conatum, nisi certum colloquium? Ad hoc, nonne proximus Decessor Noster fel. rec. Ioannes XXIII, visus est fidenter et aperte agere, ut divinas veritates, quoad fieri posset, ad usum captumque hominum, qui nunc sunt, admoveret propius? Nonne Concilium ipsum ex eo, quod sibi propositum, pastorali munere, illuc contendit iure meritoque, ut / christianus nuntius in cogitationes influat, in verba, in cognitiones, in mores, in sensa hominum, qui in terrarum orbe hodie vivunt et animis aestuant? Antequam mundum ad fidem traducamus, immo vero ut traducamus, ad mundum oportet accedamus, cum eoque loquamur.

Quod attinet ad Nos tenuissimos, quamvis collibeat de Nobismetipsis tacere, aliorumque oculos in Nos neutiquam convertere, facere tamen non possumus quin, dum Nosmet ultro sive collegio Episcoporum sive christiano populo stimus, consilium Nostrum aperiamus in eo perstandi incepto, in eoque conatu —si per exiguas vires Nostras licuerit, sique praesertim Dei gratia concesserit facultatem— ut reverenter, ut sedulo, ut amanter adeamus ad homines,

[42] *I Tim.* 6, 20. [43] Mt. 28, 19. [44] Mt. 13, 52.

inter quos Deus dedit ut viveremus. Adibimus scilicet ea mente homines, ut primum eorum animos intellegamus; ut tum iis veritatis et gratiae dona subiciamus, quorum Nos Deus constituit custodem; ut postremo eos divinae Redemptionis consortes faciamus et spei, quae inde est nobis iniecta. Haerent enim animo Nostro infixa ea Christi verba, quae per tenuem et constantem laborem Nostra facere velimus: *Non enim misit Deus Filium in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum* [45].

En igitur tenetis, Venerabiles Fratres, quae sit huiusce colloquii excellentissima origo, in ipsius Dei mente posita. Suapte natura religio necessitudinem quandam flagitat inter Deum et hominem, quae precatione declaratur, utpote qua aliquod colloquium habeatur. Tum etiam revelatio —id est ratio superna, quam Deus ipse cum hominibus instauravit— quasi quoddam colloquium haberi potest, quo Verbum Dei sive per Incarnationem, sive in Evangelio loquitur. Colloquium paternum et sanctum inter Deum et homines, quod post miserum Adae casum abruptum erat, postea per aetates et tempora redintegratum est. Re enim vera historiae humanae salutis hoc longum et varium colloquium produnt, quod Deus mirifice cum hominibus inchoat cum iisdemque multimodis protrahit. In huiuscemodi prorsus Christi inter homines quasi sermocinatione [46] aliquid Deus de se demonstrat, de suae vitae arcano, / de sua videlicet unica essentia, Personis trina. Simul autem significat, hinc qualis a Nobis agnosci velit, uti Amor plane; illinc qua ratione velit sibi et honorem et officium a nobis adhiberi, amorem certe ut nihil supra nobis imperans. Ad colloquium id genus, quod identidem fit crebrum et fiduciae plenum, cum puer vocatur, tum mysticis disciplinis initiatus homo, cuius animi vires eo sane explentur.

Hoc igitur nomine opus est nos veram huiusmodi et inenarrabilem colloquii consuetudinem intueri, quam Deus Pater, per Iesum Christum in Spiritu Sancto aperuit et nobiscum instituit: si modo nos, hoc est Ecclesia, intellegere cupimus, quaenam sit nobis cum hominibus ineunda atque intendenda necessitudo.

Itaque quoniam salutis colloquium primus ipse Deus coepit, quia *ipse prior dilexit nos* [47], oportet idcirco nos primi petamus cum hominibus colloquium, neque exspectemus dum alii ad colloquium nos vocent.

Cum salutis colloquium a caritate bonitateque Dei ortum sit, quia *sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret* [48], necesse propterea est, nos nulla alia re nisi ferventi et sincero amore ad colloquium permoveri.

Ex eo quod colloquium salutis neque ad merita relatum est eorum quibuscum serendum esset, neque ad exitus, quod esset habiturum, siquidem *non egent qui sani sunt medico* [49], proinde aequum est nostrum etiam colloquium neque circumscribi finibus, neque ad nostram utilitatem accommodari.

Adeo afuit ut quisquam vi cogeretur venire ad colloquium salutis, ut is magis amoris impulsione invitaretur. Qua invitatione, quamquam grave onus eius animo impositum est, ad quem pertinuit [50], relicta tamen est ipsi potestas aut veniendi ad colloquium, aut illud fugiendi; quin immo Christus sive miraculorum numerum [51], sive eorumdem vim probativam cum ad condiciones tum ad voluntatem audientium aptavit [52]; / eo nimirum consilio, ut iidem iuvarentur ad libere assentiendum divinae revelationi, neque exinde suae assensionis praemio carerent. Eodem modo munus Nostrum, quamvis veritatem certam et salutem necessariam nuntiet, nullam tamen praeferet externae coërcitionis rationem; immo contra, legitimas vias humanae comitatis, intimae persuasionis, communisque colloquii inibit; atque salutis donum praebebit, uniuscuiusque sive privati hominis sive civis salva libertate.

Quia salutis colloquium omnibus ad unum patuit, ad omnesque nullo discrimine spectavit [53], ideo colloquium nostrum, quoad possimus, oportet sit universale, hoc est catholicum, omnibusque aptum, extra eos qui aut illud prorsus fugiant, aut ementiantur se illud accipere velle.

Quia salutis colloquium, antequam plane succederet, plerumque et parva habuit initia, et gradus processusque accepit subsequentes [54], propterea decet nos ad colloquium vocantes, ut hominum ita temporum tardas intueri progressiones, et horam exspectare, qua illud Deus fructuosum efficiat. Neque tamen hanc ob causam in crastinum nos id reiciemus, quod hodie ad finem perducere possumus. Par enim est, nos tum in sollicitudine esse de horae oppor-

[45] Io. 3, 17. [46] Cfr. *Bar.* 3, 38. [47] *I Io.* 4, 10. [48] Io. 3, 16. [49] *Lc.* 5, 31. [50] Cfr. Mt. 11, 21. [51] Cfr. *Ibid.* 12, 38 ss. [52] Cfr. *Ibid.* 13, 13 ss. [53] *Cfr. Col.* 3, 11. [54] Cfr. Mt. 13, 31.

tunitate, tum de magno temporis pretio, ut oportet, sentire [55]. Hodie, hoc est cotidie, colloquium nostrum redintegrandum est; et quidem prius a nobis quam ab iis, ad quos dirigatur.

Etenim, ut cuique manifestum est, consuetudines inter Ecclesiam et hominum societatem multis diversisque modis effici ipsae possunt. Si rem dumtaxat ratione existimamus, potest Ecclesia eo consuetudines huius generis minuere quo non minus, hoc animo ut certe semetipsam a profanorum hominum societate cohibeat; potest illud sibi proponere, ut mala per eandem serpentia anquirat, eaque publice exsecretur, et quasi sacro bello suscepto insectetur; potest contra, ad profanam societatem eatenus accedere, ut ipsa conetur si aut potentia praeponderet, aut Dei nomine dominetur; et alia generis eiusdem. Attamen videtur
644 Nobis posse Ecclesiam, aliis / sibi non praeclusis rationum modis, tales cum hominum genere necessitudines coniungere, quae verius colloquii naturam praeferant; quod quidem hinc non sit univocum, illinc sit consentaneum sive cum eorum ingenio, cum quibus sermo nobis est conferendus, sive cum rerum adiunctis; aliud enim cum pueris est colloquium, aliud cum adultis; aliud cum iis qui in Christum credunt, aliud cum iis qui in illum non credunt. Quod profecto exigunt: primum mos, qui tam late manavit, hoc modo intellegendi rationes inter sacra et profana; deinde incitatus agendi cursus, qui tantopere humanae societatis faciem, quae aetate nostra est, commutavit; tum plures eiusdem societatis significationes; postremo maturitas, ad quam venit nostri huius temporis homo; qui, sive religionem ipse colat, sive neglegat, civili tamen cultu idoneus factus est ad cogitandum, ad loquendum, ad colloquium cum dignitate serendum.

Insuper qui huius necessitudinis genus adiungit, ex altera parte esse sibi statutum ostendit, ut et urbane agat, et magni aestimet alios, et benevolentiam bonitatemque erga alios declaret; ex altera abhorret a praeiudicatis aliorum vituperationibus, a contentionibus iniuriosis et passim excitatis, denique a quovis inani colloquio, ostentationis causa, petendo. Quodsi ipso colloquio ad id non spectamus, ut ad veram religionem is statim adducatur, quocum colloquimur, quippe cuius dignitati libertatique parcere velimus, tamen, cum eius quaeramus utilitatem, animum eius exoptamus ad pleniorem sensuum et opinionum communionem componere.

Quam ob rem colloquium in nobis eiusmodi mentem requirit, quam in iis parere alereque velimus, qui circa nos sunt: mentem dicimus illius propriam, qui quam grave sit apostolicum mandatum sentiat; qui autumet se non posse suam ab aliorum salute seiungere; qui denique in eo curas continenter defigat, ut nuntius, qui sibi concreditus est, in communem omnium hominum sermonem permanet.

Itaque colloquium quasi ratio quaedam est putandum apostolici obeundi muneris, atque animorum iungendorum veluti instrumentum. Illud autem has habere proprietates, quae pone succedunt, oportet. Primum omnium *perspicuitate* colloquium praestare aequum est; cum id postulet
645 atque efflagitet, / ut quid dicatur, ab eo qui audit plane intellegi possit; cum idem cogitationum tamquam transfusio habendum sit; cum fere invitamentum sit ad animi mentisque praecipuas virtutes explicandas atque excutiendas. Quae proprietas una per se ipsa sufficit, ut colloquium in numero ducatur praestantissimarum earum rerum, quas hominum sollertia et eruditio efficiunt; simul prima haec colloquii necessitas sufficit, ut, quicumque apostolica alacritate movemur, nostri sermonis formas recognoscamus, sintne videlicet necne intellectu faciles, captui populi aptae, politaeque. Deinde colloquium nostrum necesse est ea *lenitas* comitetur, quam Christus ut a se ipso disceremus hortatus est: *discite a me, quia mitis sum et humilis corde* [56]; quandoquidem indecorum est colloquium nostrum superbia tumere, aculeata usurpare verba, alios acerbe laedere. Ab eo auctoritatem ipsum repetit, quia verum declarat, quia caritatis dona disseminat, quia virtutis exempla supponit, quia iussis non utitur, quia nihil iniungit. Idem adhuc patuit est, rationes respuit immoderatas, contraria tolerat, ad liberalitatem inclinat. Tum *fiducia* opus est, praeterquam in sermonis cuiusque sui virtute, in alterius etiam voluntate admittendi alterius verba. Quocirca colloquium pariter mutuam fovet familiaritatem et amicitiam, pariter colloquentium animos iungit ad assentiendum Bono illi, quod sane nullius consilium recipit omnia in commodum sui trahendi. Postremo colloquium *prudentiam* educandi postulat, quae diligentissime expendit quaenam sint audientis affectiones animi et honestas [57], quaeve eius condiciones: utrum scilicet puerulus sit, an imparatus, an suspiciosus, an inimicus. Qui autem loquitur, in eo laborat, ut audientis animi sensus cognoscat ut, si ratio id flagitaverit, aliquid de se immutet, deque rerum a se exponendarum modis; ne umquam audienti vel ingratus vel obscurus fiat.

In colloquio, quod tali provisione seratur, veritas cum caritate, intellegentia cum amore copulantur.

Neque haec satis. Nam in colloquio facile perspicitur variis viis ad lumen fidei perveniri posse, ipsasque in unum eun/demque finem posse confluere. Quae viae, etiamsi de- 646
vertuntur, possunt tamen aliquando alia aliam complere, et ratiocinationem nostram de communi semita aliquatenus deducere; ita ut quandoque cogamur vel nostras investigationes altius explorare, vel dicendi genus in melius convertere. Ac vero lenta huiusmodi quasi exercitatio cogitandi illud praestabit, ut in ipsis aliorum sententiis elementa quaedam veritatis inveniamus; ut quod alios docere velimus magna fide exponamus; ut denique in nostra laude poni possit, quod doctrinam nostram sic aliis proposuerimus, ut non modo eidem, si velint, respondere possint, sed etiam eam sensim combibere. Quod nos efficere profecto sapientes poterit itemque magistros.

Deinceps quasnam colloquio salutis formas figurasque explicandi tribuamus?

Sane multiplices; utpote quod experimenta, si opus sit, admittat; subsidia sibi opportuna exquirat; nullis praeiudicatis opinionibus praepediatur; in dicendi genere neutiquam haereat infixum, quod sua ipsum vi iam careat, neque iam hominum animos permoveat.

Iamvero exsistit hoc loco quaestio gravis: quo modo Ecclesiae munus sit hominum vitae accommodandum, certo quodam tempore, certo quodam loco viventium, certo quodam vigente sive communis eruditionis sive rerum socialium statu.

Quousque oportet Ecclesia se ad rerum temporumque rationes conformet, in quibus sua munera gerat? Quomodo sibi ipsa praecaverit, ne pericula relativismi, quem vocant, fidelitatem suam erga sua dogmata suasque morales praeceptiones labefactent? At igitur qua ratione evadat ipsa idonea ad omnes homines adeundos, ad omnesque salute donandos, de Paulo Apostolo capto exemplo, qui de se scribebat: *omnibus omnia factus, ut omnes facerem salvos?* [58] Quoniam hominum coetui nulla salus afferri extrinsecus potest, opus est utique, ut primum, non secus atque Verbum Dei, quod seipsum fecit hominem, eorum vitae formas induamus, quibus Christi nuntium delaturi sumus; opus est deinde ut, nullo nobis dato praecipuo iure, nulloque interiecto perplexi sermonis discrimine, in communem aliorum morem, dum tamen sit humanus et ho/nestus, 647
abeamus: in morem praesertim minimorum, si modo illud consequi volumus, ut alteri nos et audiant et intellegant; opus est deinde ut, antequam loquamur, multum operae hominis voci, quin potius animo audiendo demus, utque postea hominem non tantum intellegamus et observemus, verum etiam quantum fieri possit, eius voluntatis obsequamur; opus est deinde, ut ea re quod hominum pastores, patres et magistri esse cupimus, idcirco eorum fratres agamus. Colloquium enim cum amicitia, tum vero adhibita officia maximopere alunt. Quae omnia, ex praeceptis et exemplis Christi, necesse est nos memoria aeque tenere et ad effectum adducere [59].

Atqui periculum manet, utpote cum apostoli qui munera obeat, in periculo versetur passim. Profecto fratrum adeundorum sollicitudo eo nos nullo pacto moveat oportet, ut veritatem vel extenuemus, vel de ea aliquid imminuamus; cum hinc colloquium nostrum nulla ex parte possit officii remissionem recipere fidei nostrae servandae, hinc apostolica opera nostra haudquaquam possit mediis et incertis consiliis componere et transigere praecepta quae, re et ratione, christianae fidei professionem et definiunt et moderantur. Nam irenismus et syncretismus, quos nominant, nihil aliud significare ad ultimum videntur, nisi scepticismi modos, sive quoad vim sive quoad rem verbi Dei, quod nuntiare nobis animus est. Is enim unus efficaciter apostoli munus praestabit, qui cum omni fide Christi doctrinam servet. Itemque ille potest unus se ex errorum, qui serpunt, contagione vindicare, qui omnino in suos transferat mores christiana praecepta, quae profiteatur.

Opinamur quidem Concilium Oecumenicum, quaestiones pertractans ad Ecclesiam pertinentes quatenus in humana consortione nostrorum temporum operatur, magisterio suo nonnullas traditurum esse normas, sive quoad doctrinam sive quoad usum, aptas ad recte serendum colloquium cum hominibus huius aetatis. Pari etiam modo arbitramur, cum

[55] *I Cor.* 9, 22. [56] Cfr. Io. 13, 14-17.

http://www.obrascatolicas.com

res attineat ad munus Ecclesiae apostolicum, quod proprie vereque dicitur, et ad varias ac mutabiles condiciones, in quibus illud exercetur, supremam eiusdem Ecclesiae auctoritatem sapienter efficaciterque certos fines, normas, vias,
648 prout casus ferat, esse constitutu/ram, eo consilio ut colloquium eiusmodi vivax et fructuosum continenter reddatur.

Hoc tamen argumento seposito, iterum monere volumus de summo momento, quod verbi divini praedicatio servat et his potissimum temporibus accipit in apostolatus catholici provincia, scilicet quatenus ad colloquium illud spectat, quod nostra nunc interest. Pro ea enim nulla alia ratio pervulgandi cogitata, licet ob technicorum inventa, scripta edita, instrumenta radiophonica ac televisifica adhibita singulari vi et efficientia praedita sit, potest substitui. Iamvero apostolatus et sacra praedicatio idem fere valent; primaria vero apostolatus forma est praedicatio. Ministerium igitur nostrum, Venerabiles Fratres, imprimis est ministerium verbi. Quod, quamvis a nobis comprensum habeatur, in praesenti tamen in memoriam revocandum esse videtur, ea mente ut actio nostra pastoralis ad rectum finem dirigatur. Redeundum igitur est ad studium non quidem humanae eloquentiae vel inanis rhetorices, sed germanae artis verbi divini annuntiandi.

Praecepta oportet requiramus ex quibus ea fiat simplex, perspicua, vehemens, gravis, ut naturalem imperitiam, qua in tam celsi et arcani subsidii, id est verbi divini, usu praepedimur, exuamus, et ut nobili certatione eos aequemus, quotquot arte dicendi his temporibus nostris maximum pondus habent, ut pote quibus datum sit loqui ubi publica hominum opinio fingitur. A Domino ipso flagitandum est tam grave animosque pelliciens donum [60], ut digni simus, a quorum opera fides reapse et efficaciter initium sumat [61], et nuntius noster ad fines orbis terrarum pertingat [62]. Quae igitur Constitutione Concilii de sacra Liturgia circa ministerium verbi praescribuntur, ea studiose scilicet exsequamur. Catechesis quoque, populo christiano aliisque, ut fieri potest, tradenda, semper peritia sermonis, apta ratione et via, usu assiduo commendetur; confirmetur veterum virtutum testimonio; nitatur ad progressus faciendos, curetque ut audientes ad certam fidem perducantur, et ad
649 noscendam / convenientiam verbi divini cum vita hominum atque ad aliquantulum divini luminis dispiciendum.

Ii demum sunt significandi, cum quibus colloquium nostrum habeamus, sed nolumus, ad hoc etiam quod attinet, Concilii consulta antevertere; quae, si Deo placuerit, brevi innotescent.

Universe autem de colloquendi munere agentes, in quod Ecclesia, novo studio impulsa, his temporibus oportet accendatur, illud tantum iuvat monere eam paratam esse debere ad sociandum sermonem cum omnibus hominibus bona voluntate praeditis, sive intra limina ipsius sunt sive extra.

Neminem enim a materno animo suo putat alienum; neminem ad suum ministerium non pertinere arbitratur; nemo ei est inimicus, nisi quis ipse ei velit adversari; non frustra appellatur catholica; non in cassum ei officium creditum est in hominum familia unitatem, amorem, pacem fovendi.

Ecclesia praegrave pondus tanti muneris nequaquam ignorat; immo probe novit, quanta sit, si numerorum ratio ducitur, inaequalitas inter ipsam et homines terram incolentes; perspectum habet quantum niti possit; agnoscit etiam suas infirmitates suorumque membrorum errata; id praeterea sibi persuasum habet non in nisu quodam apostolico, non in opportunitate huius vitae positum esse, ut evangelicus nuntius accipiatur, siquidem fides est donum Dei, qui solus in mundo ordinem tempusque salutis praestituit. Scit tamen Ecclesia se esse veluti semen, fermentum, sal et lucem mundi. Singularem novitatem huius aetatis nostrae animadvertens quidem, ea simplici cum fiducia inter rerum vicissitudines progreditur et homines ita quasi affatur: penes me ea sunt quae quaeritis, quibus indigetis. His autem verbis non terrenam felicitatem pollicetur, sed opem porrigit, lucem dicimus et gratiam, qua ad illam, quo melius fieri potest, perveniatur; atque homines de vita futura, quae naturam exsuperat, docet. Cum iis etiam de veritate, iustitia, libertate, rerum progressione, concordia, pace, cultu civili sermocinatur. Quarum rerum reconditam vim Ecclesia optime novit, quippe cui a Christo ea sit patefacta. Ita fit, ut Ecclesia habeat, quod singulis hominum generibus nuntiet: pueris puellisque, adulescentibus, iis qui doctrinis sunt eruditi et ingenio florent, qui ad opus faciendum incumbunt et sociales efficiunt ordines, qui in artibus et in publica re ver/santur; maxime autem pauperibus, a fortuna derelictis, dolore vexatis at-
650 que etiam morientibus: ut uno verbo dicamus, omnibus.

[60] Cfr. *Ier.* 1, 6. [61] Cfr. *Rom.* 10, 17. [62] Cfr. *Ps.* 18, 5; *Rom.* 10, 18.

Dixerit quispiam, haec asserentes nos nimio studio nostri muneris ferri, nec satis perpendere, quo loco revera sit, respectu Ecclesiae catholicae, societas hominum. Quod non ita se habet, siquidem veras eius condiciones plane cognitas habemus. Quas ut summatim comprehendamus, in genera, ut nobis videtur, dividere possumus, quasi orbes circum centrum ductos, in quo manus divina nos collocavit.

Immensus imprimis circulus patet, cuius fines oculis terminari nequeunt et in prospectus longinquitatem abeunt; agitur scilicet de universa humana consortione, de mundo. Quanto spatio hic a nobis absit, recte quidem aestimamus, sentimus tamen eum non esse a nobis alienum. Quidquid est humanum, nostra interest. Communis enim cum tota gente humana nobis est natura, seu vita, cum omnibus muneribus, quibus locupletatur, et cunctis, quibus premitur, difficultatibus. Parati sumus hanc primariam consortionem universalem participare, ea quae praecipue eius necessitates impensius postulant, admittere, nova et interdum altissima, quae eius ingenia pepererunt, plaudendo comprobare. Nos vero veritates morales maximi momenti omnibusque salutares in medium proferimus et in hominum conscientiis confirmamus. Ubicumque homines se ipsos et mundum intellegere student, commercium cum iis possumus habere; ubicumque populorum coetus sunt congregati ad constituenda iura et officia hominis, libenter in iis, cum licet, considimus, idque honori nobis ducimus. Quodsi in homine *anima naturaliter christiana* inest, eam revereri volumus et observare et colloqui cum ea.

Nos autem ipsos ceterosque omnes monemus, hanc voluntatem nostram et propriae utilitatis cupidine prorsus carere, siquidem nulla commoda politica vel temporalia affectamus, et eo pertinere, ut, quidquid honesti in humanis terrenisque rebus perficitur, accipiamus, seu ad gradum evehamus supernaturalem atque christianum. Ecclesia enim non aequatur cum cultu civili, est tamen eius fautrix.

Verum haud ignoramus in amplissimo hoc circulo multos, immo, pro dolor, plurimos reperiri, qui nullam religionem pro/fiteantur; non paucos etiam scimus asserere se 651
Deum negare, secundum multiplices quidem rationes. Nec nos latet nonnullos impietatem hanc suam palam ostendere atque ut institutum humanae educationis artisque politicae propugnare, quippe qui inepte et exitiabiliter sibi persuaserint se homines ab obsoletis falsisque opinionibus de vita et mundo liberare, substituentes pro iis, ut dictitant, sententias e doctrinis haustas et progredienti huic aetati consentaneas.

Haec res profecto gravissima est earum, quae nostris contingunt temporibus. Pro certo autem habemus placita quibus negatio Dei nitatur, esse natura sua falsissima, non congruere cum iis, quae mens ut ultima et necessaria requirit, rationalem ordinem mundi veris et efficacibus fundamentis destituere, in vitam humanam inducere non iudicium aptum ad solvendas quaestiones, sed inane quoddam dogma eam dehonestans et affligens et quemvis ordinem sociælem radicitus comminuens, qui eo contineatur. Non igitur causa est liberationis, sed casus funestissimi origo, eo spectantis ut restinguatur lumen Dei viventis. Quamobrem ingruenti huius negationis malo omnibus viribus obsistemus, veritatis tuendae potissimo studio ducti, sanctissimo conscientiae officio moti, ex quo Christum eiusque Evangelium fidelissime nos oportet confiteri, flagranti nec umquam deponendo amore impulsi, quo humanae consortionis fortunas curemus; id ipsum agemus, invicta etiam spe erecti fore, ut mortales, qui nunc sunt, religionis forma, quam catholica fides proponit, se compelli sentiant ad persequendum cultum civilem, qui deficit numquam, sed ad naturalem et supernaturalem progreditur perfectionem animi humani, idonei, divinae gratiae munere, ad possidenda pacifice honesteque bona temporalia et in fiduciam procli-
vis potiendorum bonorum perennium.

Has ob causas cogimur, quemadmodum Decessores Nostri coacti sunt et quotquot religionis praestantiam et momentum cordi habent, opinionum commenta, quibus Deus negatur et Ecclesia opprimitur, reprobare; quae quidem placita cum publicae moderationis forma oeconomica, sociali et politica saepe cohaerent, ut maxime in communismo atheo accidit. Dicere licet non tam nos ea instituta damnare, quam ipsa et publicae rei moderatores, eadem se- 652
quentes, nobis circa doctrinam plane / refragari, nosque vi opprimere. Re quidem vera, nostra haec deploratio potius est existimanda afflictorum hominum questus, quam sententia iudicum.

Quo in rerum statu difficile cogitari quit de colloquio, ne dicamus id haberi non posse, quamvis animus noster, hodieque nulla praeiudicata opinione impeditus, minime homines a se submoveat, qui ab illa sunt disciplina et

eiusmodi publicae moderationis formis addicti. Ei qui diligit verum, semper integra est disputatio; tamen difficultates immensum augescunt propter ea quae ob moralem obstant rationem, eo quod sufficiens in iudicando et agendo deest libertas et in disserendo pravus usus fit verborum, quae non ad investigandam et exprimendam veritatem, ut se habet, adhibentur, sed propriae utilitati consulto iubentur servire.

Hac de causa, loco colloquii, silentium habetur. Ut exemplum afferamus, Ecclesia, quae a silentio nomen accepit, licet, cum solum cruciatus eius loquantur, qui iis iunguntur quos hominum societas oppressa et abiecta perpetitur, scilicet ubi animi iura obruuntur potestate eorum qui ei imperant. Si autem disputationem ingrederemur, quomodo in tali rerum condicione seri possent colloquia? Haec scilicet non essent nisi *vox clamantis in deserto* [63]. Solum silentium, vox doloris, patientia et caritas numquam deficiens fiunt testimonium, quod Ecclesia dare potest et ne mors quidem infringere.

Quodsi religionem et bona animi humani, quae ea profitetur ac fovet, firmiter et candide obtinemus atque defendimus, tamen pro pastorali sollicitudine in mente atheorum huius aetatis abditas causas oportet deprehendamus, ob quas conturbantur Deumque esse negant. Eas implicatas et multiplices esse facile intellegimus, ita ut prudenter de iis sit iudicandum eaedemque efficacius refutandae; nonnumquam inde oriuntur, quod poscitur, ut ordo rerum divinarum altiore purioreque ratione proponatur quam ea, quae in quibusdam imperfectis sermonis cultusque modis invaluit; quos ut emendatiores magisque perspicuos reddamus, pro viribus studendum est nobis, quo satius sacra, quorum sunt indicia, explicent. Animadvertimus eos, sol-
653 licito quodam studio eoque saepe nobili ductos simulque / animi ardore commotos et vanarum rerum cogitatione inflammatos, iustitiam ac rerum progressionem somniare atque in sociali disciplina ad ea quae optima sibi ac veluti divina videntur, coniti. Haec quidem apud ipsos vicem supplent eius, quod Absolutum et Necessarium est, ac documento sunt, eosdem illo, quod ex animis evelli nequit, desiderio Principii et Finis superni teneri; quae omnia nos, sacrum magisterium patienter sapienterque obeuntes, hominum naturam transcendere et immanentia esse doceamus oportet. Eos item cernimus accurate uti, interdum non sine simplicioris mentis incitatione, adiumentis ratiocinationis humanae eo consilio ut de mundo universo notionem a scientia profectam comparent sibi. Quae inquisitio eo minus potest improbari quo magis in cogitando artis logicae sequitur vias, saepe haud dissimiles iis, quae in scholis ex optima disciplina traduntur; eadem vero, invitis iis ipsis, qui ad atheismum defendendum hoc modo subsidium certissimum arbitrantur se invenisse, vi sua intima impellit, ut ad summum Deum, ad metaphysicae ac logicae doctrinae rationem, rursus ac definite agnoscendum procedatur. Quis ex nobis hunc necessarium ratiocinandi ordinem, quem consulto homo *atheus-politicus-scientia eruditus* quodam loco sistit, lumen exstinguens supremum quo universum possit intellegi, non adiuvet efficiatque, ut tandem perveniatur ad eam notionem veritatis obiectivae universi cosmici, qua animus praesentia divina percellatur et os singultim humilia proferens verba faustas fundat preces? Interdum vero eos, mentis quadam magnitudine ornatos atque mediocritatis et cupidinis proprii commodi impatientes, quibus tot partes societatis humanae temporibus nostris inquinantur, videmus dicendi modos et sententias de Evangelio nostro deprompta callide usurpare ad significandam hominum necessitudinem mutuumque auxilium et miserationis affectum: nonne huiusmodi voces, quibus bona moralia significantur, olim poterimus ad ipsos fontes, christianos videlicet, revocare?

Iuvat igitur ea memorare, quae Ioannes XXIII, Decessor noster fel. mem., in Encyclicis Litteris, a verbis *Pacem in terris* incipientibus, scripsit, scilicet formulam disciplinae eorum qui ita sentiant, postquam exarata sit et constituta, iam non mutari, ipsa tamen incepta eorumdem posse
654 gradatim allo / converti ac mutationibus etiam permagnis obnoxia esse [64], qua de causa non desperamus, eos quondam cum Ecclesia in colloquium posse venire, fructuosius sane quam id quod nostra habetur aetate, et quo nihil aliud significatur quam debita improbatio nostra et questus.

Sed antequam mentem a contuendo mundo, qui nunc est, avertamus, facere non possumus quin suavissimum concipiamus votum: percupimus nempe ut propositum nostrum hoc habendi colloquium et incrementis provehendi secundum varios et mutabiles, quos praefert, modos, ad pacem inter homines stabiliendam valeat: quatenus videlicet colloquium eam instat viam, qua rationes inter homines intercedentes ad prudentiae et sinceritatis normam dirigantur, et quatenus utilitates experientiae et sapientiae affert, quibus omnes ad praestantissima bona superna consideranda revocentur. Colloquium ergo nostrum, quod ingredimur, quodque ad nostra ipsorum commoda minime spectat, ab omni opinionis arbitrio est seiunctum, ex aperto profluit animo, natura sua paci liberae et honestae favet; abhorret a simulatione, ab aemulatu, a fraude et insidiis; notat, ut scelus et calamitatem, bellum, quo populus aliquis lacessitur vel quod imperii amplificandi aut dominationis exercendae causa suscipitur; ac necessario ad humanam pertinet coniunctionem, quae obtinet in summa nationum parte, in earum corpore, in earum veluti fundamentis prout sive ordines societatis sive familiae sive singuli spectantur, idque contendit, ut cuncta instituta et omnium animos ad intellectum amansque studium pacis eiusque servandae officium adducat.

Circa nos deinde circulum itidem amplissimum prospectamus, qui a nobis est minus longinquus. Eo imprimis homines comprehenduntur, qui Deum unum et summum adorant, quem nos quoque colimus. Mentionem scilicet inicimus de filiis gentis Iudaeae, reverentia et amore nostro sane dignis, qui eam retinent religionem, quam Veteris Testamenti propriam esse dicimus; deinde de iis, qui Deum adorant religionis forma, quae monotheismus dicitur, maxime ea qua Mahometani sunt astricti; quos propter ea quae in eorum cultu vera sunt et probanda, merito admiramur; ac demum de sectatoribus amplarum religio/num 655
Africanarum et Asiaticarum. Liquet nos variis hisce religiosi cultus rationibus non posse assentiri, neque esse negiegentes et incuriosos quasi cunctae, suo quaeque modo, sint eodem loco habendae et quasi ii qui illas profitentur, sinantur non inquirere, num Deus modum ab omni errore immunem ac certum ipse revelaverit, quo cognosci velit, amari, ministrari. Quin immo, sinceritatis officio ducti, ea quae nos credimus, oportet manifestemus, videlicet veram religionem esse unam eamque esse christianam, atque spem habeamus fore ut ab omnibus, qui Deum quaerant et adorent, ut talis agnoscatur.

Nolumus tamen reverenter non respicere bona spiritualia et moralia, quae in variis religionibus, christiano nomine non insignibus, insunt; una enim cum iis provehere iuvat ac tueri alta et praeclara, quae in campo libertatis religiosae, fraternitatis humanae, eruditionis ac doctrinae, beneficientiae socialis et ordinis civilis sunt communia. Quod ad haec magna attinet, quae nobis sunt cum illis consociata, colloquium a nobis poterit fieri, neque omittemus, quominus eius copiam demus quotiescumque, mutua sincerague reverentia servata, benevole accipietur.

En autem circulus propior nobis, quo ii continentur, qui a Christo appellationem traxerunt. In hac regione iam habetur collocutio, quae oecumenica vocatur, et quibusdam in partibus feliciter progredi coepit. De hoc argumento implicato deque multae prudentiae re copiosius quidem est disserendum; institutus autem hic sermo noster non deponetur. Cui in praesenti eum tantum modum adhibemus, ut pauca quaedam eaque non ignota cursim attingamus. Libenter hoc sequemur institutum ex quo ante ea, quae omnium sunt communia, in lucem proferantur quam ea, quae dividunt, commonstrentur. In hoc enim egregie utiliterque versatur colloquium nostrum; quod persequi ex animo sumus parati. Sed etiam maiora libet affirmare: scilicet circa plura ad differentias pertinentia, veluti ad traditionem, pietatis formas, leges canonicas, Dei cultum, promptos nos esse ad perpendendum, quomodo legitimis optatis fratrum a nobis adhuc seiunctorum obsecundare possimus. Nihil enim antiquius habemus quam ut eos in perfecta unitate fidei et caritatis complectamur. Verum- 656
tamen asseverare debemus, non esse / in nostra potestate positum, ut de integritate fidei et caritatis officiis quidquam detrahamus. Perspicimus quidem, ad haec quod spectat, quosdam diffidere ac repugnare; sed Ecclesia catholica, quandoquidem sua sponte consilium cepit unum Christi ovile restituere, non desinet maxima uti prudentia et consideratione; non desinet confirmare praerogativas, ob quas fratres extra eius limina degentes ab ea sunt adhuc alieni, non ex ambitione, in memoria rerum gestarum nisa, vel ex insana quadam indagatione theologica manasse, sed ex voluntate Christi; easque, si vera ipsarum vis ponderetur, omnibus prodesse, nempe communi unitati, communi libertati, communi plenitudini vitae christianae conducere. Ecclesia catholica, preces fundendo et paenitentiam agendo, se ad optatam reconciliationem idoneam dignamque reddere numquam desistet.

Qua in re dolor haeret animo Nostro, quod multi fratres ab Apostolicae Sedis communione seiuncti opinantur, Nos

[63] Mc. 1, 3. [64] Cfr. *A. A. S.* LV, 1963, p. 300 [LE 3110].

http://www.obrascatolicas.com

ipsos, qui reconciliationi favemus, huic esse impedimento propter primatum honoris et iurisdictionis, quem Christus Petro Apostolo tribuit et Nos per successionem ab eo accepimus. Nonne sunt qui dicunt, ablato Romani Pontificis primatu, Ecclesias seiunctas posse cum Ecclesia catholica in unum corpus facilius coniungi? Obsecramus igitur fratres a nostra communione segregatos, ut considerent quomodo eiusmodi opinatio vero careat fundamento, non solum propterea quod sine Pontifice Maximo religio catholica iam non esset talis, sed etiam quod, si in Christi Ecclesia Petri munus pastorale summum, efficax, decretorium deesset, unitas dissolveretur. Hanc autem in cassum aliquis conaretur restituere, rationes secutus, quae pro vera norma a Christo tradita essent substitutae; merito enim ait S. Hieronymus: *Iot in Ecclesia efficerentur schismata quot sacerdotes* [65]. Id etiam monere volumus, hunc praecipuum veluti cardinem sanctae Ecclesiae non esse supremam auctoritatem superbia spirituali tumentem vel humanae dominationi inhiantem, sed primatum famulatus, ministerii, amoris. Non inanis igitur funditur sonus, cum Christi Vicario inditur nomen quo appellatur *servus servorum Dei*.

657 Itaque huc nostrum colloquium spectat; quod priusquam/ fiat sermonis communicatio cum fratribus, pium efficitur commercium cum Patre caelesti, impensa cum precatione, bona cum spe.

Laeti fidentesque animadvertimus, Venerabiles Fratres, variae huius et amplissimae regionis christifideles spirituali quodam ardore incitari, qui futuras secundasque praenuntiare videtur progressiones huius negotii, quod in eo vertitur, ut christiani universi in una Christi Ecclesia componantur. Spiritum Sanctum deprecamur, ut oecumenicis afflet inceptis; iterumque libet declarare, quantopere animus Noster sit commotus, quanto gaudio affectus congressu illo, caritatis pleno spemque novam inciente, qui Hierosolymis Nobis fuit cum Athenagora Patriarcha. Observanter grateque eos consalutamus, qui, nomine Ecclesiarum a Sedis Apostolicae communione seiunctarum, Concilio Oecumenico Vaticano II intersunt. Rursus confirmamus, Nos vigil ac religiosum studium conferre ad res omnes spirituales, quae cum quaestione de unitate copulatae sunt conexaeque, quibusque homines singuli, coetus, communitates, flagranti gravique pietate illustres, moventur. Cunctis iis christianis cum caritate ac reverentia dicimus salutem, fore confisi ut, praesertim sincero amantique animo serendis colloquiis, causa Christi et unitatis, qua ipse Ecclesiam suam voluit vigere, provehatur.

Extremum, colloquium nostrum ad filios pertinet, qui in domo Dei sunt, hoc est in Ecclesia una, sancta, catholica et apostolica, cuius Romana Ecclesia est *mater et caput*. O quam velimus domesticum huiusmodi colloquium et plenitudine fidei, et caritate, et sanctis operibus oblectari! Quam crebrum et familiare illud esse velimus! Quam patens apertumque omnibus veritatibus, omnibus virtutibus, omnibusque animi bonis, quibus christianae hereditas doctrinae continetur! Quam sincerum, idemque ingenua pietate incitatum! Quam promptum ad varias nostri huius temporis hominum voces audiendas! Quam aptum postremo ad catholicos homines plane bonos efficiendos, prudentes, liberos, aequabiles, fortes!

Quodsi optandum est, ut intimae Ecclesiae necessitudines eo sensu imbuantur, qui inter se colloquentes socios eiusdem communitatis deceat, cuius quidem caritas est 658 fundamentum, nihil tamen de oboedientiae virtute derogandum est, cum sive / recta cuiusvis societatis compositio, sive maxime sacrae auctoritatis ordo, qui in Ecclesia viget, omnino hinc imperandi ius, illinc obtemperandi officium postulent. Enimvero in Ecclesia potestas a Christo est constituta, ipsius vice fungitur, est eius verbi veluti publicum instrumentum, tantique Pastoris repraesentat amorem. Ex quo sequitur, ut oboedientia a fide proficiscatur, in palaestram vertatur evangelicae humilitatis, et eum qui pli, caritatisque, quibus Ecclesiae corpus regitur. Sequitur pareat participem faciat sapientiae, unitatis, optimi exempraeterea, ut et qui iussa iniungit, et qui iussa facit, uterque laudem sibi colligat imitantis Christum, qui est *factus oboediens usque ad mortem* [66].

Huc accedit quod, in huiusmodi collocutionis causa, ipsa potestatis exercitatio in oboedientiam transit; si tamen qui praeest conscius est, se veritatis caritatisque operam et officium in oboedientem conferre. Oboedientiam autem statuimus esse cum normarum canonicarum conservationem, tum obsequium legitimo praeposito impensum; dummodo duo haec alacri et aequo animo praestentur, quemadmodum liberos et amantes filios decet. Siquidem liberiores

[65] Cfr. *Dial. contra Luciferianos*, n. 9; PL. 23, 173.
[66] *Phil.* 2, 8.

spiritus, invidae obtrectationes, contumacia et arrogantia ab ea prorsus dissident caritate, quae nimirum in Ecclesia mutuam coniunctionem, concordiam ac pacem alit fovetque; quin etiam vitia illa colloquium in altercationem vertunt, in discidium, in simultates: spectaculum sine dubio iniucundum, quod tamen, pro dolor, nonnumquam praebetur, contra hanc Pauli monitionem: *non sint in nobis schismata* [67].

Profecto cupimus vehementer, ut colloquium illud, quod iamdiu in ipso Ecclesiae gremio seritur, novo ardore inflammetur, nova sumat argumenta tractanda, novos evocet colloquentes; ut videlicet vigor et sanctimonia augeatur Mystici Corporis Christi, hisce in terris viventis. Quamobrem quaecumque ad praecepta pervulganda valent, quorum Ecclesia est custos et administra, iis omnibus sine 659 ulla dubitatione a Nobis favetur. Cumque supra iam intimam animi vitam, ad liturgiae sensum agendam, rerumque divinarum nuntiationem tetigerimus, par est nunc Nos de scholis quoque, de scriptionibus / prelo impressis, de apostolatu ad res sociales pertinente, de sacris ad ethnicos expeditionibus, de caritatis exercitatione commemorare: quae porro omnia non dubitamus, quin Concilium Oecumenicum nobis ad disputandum proponat. Quotquot autem in vivax salutiferumque Ecclesiae colloquium, ducibus legitimis Praesulibus, veniunt, eos hortemur iisque bene precemur oportet; in quibus maxime nominamus: sacerdotes, religiosos sodales, carissimosque laicos homines, qui vel in Actione Catholicae ordinibus, vel in aliis consociationibus et apostolatus operibus pro Christo militant.

Laetamur recreamurque magnopere, quod colloquium istud, sive in Ecclesiae gremio sive extra, iam initium sumpsit. Ecclesia enim in praesentia vivacior est quam antea numquam! Attamen si res quis diligentius expendit, ei omnia adhuc videntur infecta; quoniam opus, quod nunc inchoatur, numquam finem esse capturum videtur. Haec enim quaedam quasi lex est nostrae terrestris peregrinationis, temporis cursu circumscriptae. Haec eadem est, Venerabiles Fratres, communis condicio muneris nostri, quod ut renovetur fiatque diligentius et alacrius, omnia hac tempestate sollicitant.

Nobis autem haec vos admonentibus placet non solum de opera a vobis navata confidere, sed etiam Nostram vobis dicare vicissim. Quam voluntatum operumque conspirationem petimus simulque pollicemur, anno exacto postquam in Petri solium ascendimus, atque ab Apostolo gentium cum nomine tantillum quoque spiritus —Dei ita placeat— Nobis ascivimus.

Quod superest, dum huiusmodi animorum nostrorum coniunctione, quae a Christo ducit originem, ingentem haurimus laetitiam, primis hisce Litteris Encyclicis Nostris finem afferentes, immortalis Dei nomine, vobis, fratris patrisque animo, Apostolicam Benedictionem impertimus, quam libenter ad Ecclesiam totam ad universamque hominum societatem pertinere cupimus.

Datum Romae apud S. Petrum, in festo Transfigurationis D. N. Iesu Christi, die VI mensis Augusti, anno MDCCCCLXIV, Pontificatus Nostri secundo. — PAULUS PP. VI.

[67] *I Cor.* 1, 10.

Adn. G. CONCETTI in Pal. clero 43 (1964) 1215-1221; E. FOGLIASSO in Salesianum 26 (1964) 547-804; G. SCIARRETTA in Vita rel. 1 (1965) 25-34; Doc. Cath. 61 (1964) 1094-1100.

3212

1964 AUG 6. - SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.

FACULTAS DATUR PERFICIENDI XEROGRAPHICO MODO EXEMPLAR TRANSUMPTI PROCESSUS ORDINARII INFORMATIVI IN CAUSIS SANCTORUM

Instante Revmo P. Postulatore generali, Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi a Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI tributis, benigne indulsit ut alterum exemplar Transumpti Processus Ordinarii informativi super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere Servi Dei N. N., sacerdotis professi eiusdem Ordinis, in Curia Berytensi constructi, xerographico modo perfici queat. Servatis de cetero omnibus de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Die 6 Augusti 1964.—Arcadius Maria Card. LARRAONA, *S. R. C. Praef.* Ioachim Sormanti, *Subst.*

* Postulatori Gen. O. F. M. Cap., Prot. N. 1024-4/964: AOFMCap 80 (1964) 208. Datur sola formula, omissis nominibus. Adn. A. DIEZ in CpR 44 (1965) 205-206.

3213

1964 AUG 8.-CONV. CUM AUSTRIA. AAS 56 (1964) 743

RATIHABITIO CONVENTIONIS INTER APOSTOLICAM SEDEM ET AUSTRIACAM REMPUBLICAM: DE ADMINISTRATIONE APOSTOLICA OENIPONTANA IN DIOECESIM ERIGENDA

Vide *textum* supra sub die 7 Iul. 1964: LE 3203.

3214

1964 SEP 8.-SC STUD., DECR. AAS 56 (1964) 951-952

INSTITUTUM SPIRITUALITATIS CANONICE ERIGITUR IN PONTIFICIA FACULTATE THEOLOGICA SS. TERESIAE A IESU ET IOANNIS A CRUCE IN URBE

Divinae Revelationis fontes perpetuum certamen inter carnem et spiritum indesinenter describunt, quo hominum conscientiae in terris gravantur: «Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem; haec enim sibi invicem adversantur, ut non quaecumque vultis haec faciatis» (*Gal.* 5, 17), ita ut cum ipsis ethnicis ingemisceret Apostolus: «Non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio», qui tandem fide Christi regeneratus exclamabat: «Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum Nostrum» (*Rom.* 7, 15. 24-25). Ad huiusmodi animarum a peccato ad iustitiam translatarum excelsum in Deum itinerarium explorandum illustrandumque summopere adlaboravit semper Patrum Doctorumque theologica eruditio, adeo ut «Theologia spiritualis» quae dicitur de christiana ascesi ac de sanctorum mysticis phaenomenis plenius penitiusque in dies disseruerit, vestigiis Evangelii D. N. I. C. Ipsiusque praeclarorum imitatorum supernae sapientiae fideliter haerens. Qua in evehenda doctrina praecipui innotuerunt praeclari illi magistri qui in Ordine B. M. V. de Monte Carmelo sanctitate emicuerunt. Quapropter Pontificia Facultas Theologica SS. Teresiae a Iesu et Ioannis a Cruce, quae anno MCMXXXVII in Urbe ab Apostolica Sede erecta est, assiduis hortamentis Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus ad laudatam Theologiam Spiritualem alacrius impensiusque excolendam adeo incitata est, ut anno Domini MCMLVII «Institutum Spiritualitatis» in suis aedibus composuerit. Expleto autem primo septennio uberrimis fructibus locupletato, eadem Facultas Theologica, per Magnum suum 952 Cancellarium Praepositum Generalem Ordinis Carmelitarum Discalceato/rum, suppliciter postulavit ut Institutum Spiritualitatis ita Facultati inseretur ut omnes Licentiatos S. Theologiae biennio asceticarum mysticarumque disciplinarum altioris studii ad Doctoratum S. Theologiae cum «specialisatione» Theologiae Spiritualis promovere posset. Eadem igitur Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, potestate sibi facta a Ssmo D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI, optatis Praepositi Generalis O. C. D. obsecundans, ut in Ecclesia magistri Theologiae Spiritualis efformentur asceticis mysticisque doctrinis alte imbuti, *Institutum Spiritualitatis Pontificiae Facultati Theologicae SS. Teresiae a Iesu et Ioannis a Cruce* ita inserit ut ad Doctoratum S. Theologiae Licentiatos peculiari biennio «specialisationis» perducere valeat, servatis tum in generalibus Facultatis tum in peculiaribus Instituti ad hoc approbatis Statutis promulgatis normis, addita potestate conferendi auditoribus qui per integrum saltem annum praelectionum cursum rite ad normam peculiarium Statutorum frequentaverint «diploma magisterii in Theologia Spirituali» aut «diploma peritiae in Theologia Spirituali». Ceteris omnibus servatis de iure servandis, ad praelectionum celebrationem atque ad examina et scripto et ore superanda in primis quod attinet. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Seminariis et de studiorum Universitatibus, d. VIII m. Septembris, in Festo Nativitatis B. Mariae Virginis, a D. MCMLXIV. Iosephus Card. PIZZARDO, Ep. Albanen., *Praef.* Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaestina, *a Secr.*

Adn. Vide Statuta Instituti Spiritualitatis Pontificiae Facultatis Theologicae SS. Teresiae a Iesu et Ioannis a Cruce, approbata per decretum S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus diei 8 sep. 1964, apud AOCD 8 (1964) 147-152.

3215

1964 SEP 14.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 56 (1964) 805-816

Allocutio die 14 *sept.* 1964 *habita ad Patres Conciliares in Vaticana Basilica, in festo Exaltationis Crucis Domini nostri Iesu Christi, tertia periodo Concilii oecumenici Vaticani II ineunte:*

DE NOTIS VERAE ECCLESIAE CHRISTI PROUT IN CELEBRATIONE CONCILII APPARENT

Venerabiles Fratres ac dilecti filii, In signo Sanctae Crucis, cuius honori Eucharisticum Sacrificium modo concelebravimus, tertia Sessio Concilii Oecumenici Vaticani secundi hodie initium capit. Hic revera est Ecclesia, Nos ipsi hic Ecclesiam efficimus, idque propterea quod membra sumus Mystici Corporis Christi. Deus enim nobis inaestimabili gratiae suae munere dedit, ut in ipsum crederemus, ut baptismo ablueremur, ut caritate eiusdem sacri et visibilis populi Dei compaginaremur. Efficimus Ecclesiam, quia eius administri sumus, scilicet sacerdotes peculiari characterе insigniti; vi / cuius in hoc officio sumus 806 constituti, cum sacramentalem ordinationem suscepimus, quae potestates mirabiles et gravissimas contulit nobis, et sacrae Hierarchiae Ordinis nos compotes reddidit, cuius est ministeria obire apta ad pergendum per tempora et ad propagandum in terris ipsum munus salvificum Christi. Ecclesiam demum efficimus, quia ut Magistri fidei, Pastores animarum, Dispensatores mysteriorum Dei (*1 Cor.* 4, 1), illius universae partes hic agimus, non quidem ut delegati vel delecti a fidelibus, quos spirituali sollicitudine attingimus, sed ut Patres ac Fratres, qui communitatum, curis uniuscuiusque nostrum commissarum, personam gerimus, et ut Coetus plenarius, quem Nos, cum omnibus vobis sociati ut Frater vester, iure meritoque convocavimus qua Episcopus Romae, Urbis huius e divinae providentiae consilio praecipuae, qua Successor, humillimus quidem sed certus, Petri Apostoli, ad cuius sepulcrum pie convenimus, atque adeo qua indignus sed verus Moderator Ecclesiae catholicae et Christi Vicarius, Servus servorum Dei.

Nos igitur, qui totam Ecclesiam per personas nostras sacraque munera complectimur, hoc Concilium dicimus Oecumenicum: hic celebratur unitas, hic celebratur Ecclesiae nota catholica, quibus haec admirabile robur et singularem illam facultatem testatur homines fraterno foedere inter se sociandi, diversas recipiendi humani cultus formas, sermones inter se plane dissimiles, liturgiae ac pietatis modos notabilissimos, discrepantes res illas, quas vita nationum, res socialis, eruditio atque doctrina prae se ferunt: haec omnia ea ad unitatem feliciter redigit, omnium servans legitimam et naturalem varietatem.

Sanctitas Ecclesiae hic celebratur, quia ea hic implorat misericordiam Dei, ut ignoscat infirmitatibus et erroribus hominum peccatorum, quos esse confitemur, et quia hic, ministerio sacro fungentes, quam maxime intellegimus nos haurire posse ex «investigabilibus divitiis Christi» [1] praeclarissima dona salutis et sanctificationis, quibus homines cunctos locupletemus, et quia conscii sumus nihil aliud nobis esse propositum, quam ut «paremus Domino plebem perfectam» [2].

Hic denique celebratur Ecclesiae nota apostolica, quae praerogativa nobis ipsis mira esse videtur, utpote qui fragilitatem nostram experiendo cognoscamus nec ignoremus ex historia constare, etiam firmissima humana instituta eidem esse obnoxia, atque etiam probe sciamus quam congruenter constanterque mandatum a Christo Apostolis datum usque / ad nos, humiles et stupentes, pervenerit, 807 quam inexplicabiliter et quam invicte Ecclesia per saecula permanserit, semper vivax, semper idonea ad excitandas in se ipsa vires, quibus irrefrenabili quasi impulsione reviresceret.

Cadunt sane in rem haec verba Tertulliani: «Ipsa repraesentatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur. Et hoc quam dignum fide auspicante congregari undique ad Christum! Vide, quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum» [3].

Quodsi hic est Ecclesia, hic etiam est Spiritus Paraclitus, quem Christus Apostolis suis ad Ecclesiam ipsam aedificandam promisit, in hanc sententiam locutus: «... Ego rogabo Patrem et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum; Spiritum veritatis quem munduS non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum; vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit et in

[1] *Cf.* Eph. 3, 8. [2] *Cf.* Luc. 1, 17. [3] *De ieiuniis*, cap. XIII: PL 2, 1024.

http://www.obrascatolicas.com

vobis erit...» *(Io.* 14, 16-17). Siquidem, ut novimus, opus duorum, apostolatus nempe et Spiritus Sancti, Christus pollicitus est et diversa ratione transmisit, ut ipsum munus suum pergeret, regnum a se conditum per tempora orbemque terrarum propagaret, atque homines a se redemptos congregaret in Ecclesiam suam, in Corpus suum Mysticum, ut essent plenitudo sui ipsius, donec exspectatur reditus eius in fine saeculorum, qui ad postremum fiet triumphi in modum.

Apostolatus, extrinsecus et obiectiva ratione operans, corpus, ut ita dicamus, materiale Ecclesiae conficit, eique compaginem visibilem et socialem tribuit; Spiritus autem Sanctus intrinsecus agit vimque suam non solum in animis singulorum hominum edit, sed etiam in tota communitate, quatenus movet, vivificat, sanctificat.

Ambo, apostolatus, quem per successionem sacra Hierarchia suscepit, et Spiritus Iesu, qui eadem hac Hierarchia quasi ordinario instrumento utitur in verbi et Sacramentorum ministerio, simul agunt: die enim Pentecostes mirum in modum inter se coniunguntur, cum initium sumit amplissimum opus Christi Domini, iam non visibilis sed semper praesentis in Apostolis eorumque successoribus, «quos operis sui vicarios contulit esse pastores» [4]: uterque, ratione quidem differenti, sed conspiranti, de Christo perhibent testimonium, foedere quodam iuncti, quo actioni apostolicae vis supernaturalis confertur [5]. /

Credimusne hoc consilium operis salvifici, quo Redemptio Christi ad nos pertinet et in nobis perficitur, etiam nunc vigere? Certe, Venerabiles Fratres; quin immo credamus oportet per nos eiusmodi consilium continuari et ad effectum deduci, eo quod facultate et sufficientia praediti sumus, quae est a Deo, «qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti: non littera sed Spiritu... qui vivificat» [6].

Si quis hac de re dubitaret, iniuriam inferret fidelitati Christi, qui promissa sua facit, deesset mandato nostro apostolico, Ecclesiam destitueret certissima illa proprietate, ex qua deficere nequit, et quae verbo divino est praestita atque experientia per saeculorum decursum comprobatur.

Spiritus hic adest, non quidem ut gratiam sacramentalem addat operi, quod nos omnes in Concilio congregati aggredimur, sed ut id illuminet ac dirigat in Ecclesiae totiusque humanae familiae utilitatem. Spiritus hic adest: eum nos invocamus, eum exspectamus, eum sequimur. Spiritus hic adest: hoc doctrinae caput, hanc veram eius praesentiam memoramus praecipue, ut iterum et modo quam absolutissimo ac paene ineffabili communionem cum Christo viventi percipiamus; nam Spiritus nos cum eo coniungit. Haec monemus etiam, ut animo parato et sollicito ei nos sistamus, ut sentiamus miseriam nostram et inanitatem, qua humiliamur, et necessitatem implorandi eius misericordiam et auxilium, atque ut haec verba Apostoli, «... habentes administrationem iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus» *(2 Cor.* 4, 1): hoc igitur quasi in intimis latebris animorum ad nos facta, audiamus: Concilii tempore ad summam doctilitatem interiorem impellamur, ad verbum Dei obsequentissime, ut filios addecet, accipiendum, ad impense precandum et amandum, ad mentes nostras spirituali ardore inflammandas. Huic singulari eventui haec verba a S. Ambrosio, quo erat poetico ingenio, prolata, quam maxime videntur congruere: «laeti bibamus sobriam ebrietatem spiritus» [7]. Hoc profecto nobis contingat per sacrum Concilii tempus.

Ac demum haec affirmamus, siquidem in rerum ac vicissitudinum progressione nunc eo perventum est, ut Ecclesia, quae per nos repraesentatur et a nobis formam et
809 vitam accipit, dicat de se ea, quae Christus eandem instituens cogitavit et voluit, et Patres, Pontifices, Doctores / pro sua sapientia, veluti meditatione in saecula producta, pie fideliterque exploraverunt. Ecclesia oportet se ipsam definiat, et ex germana conscientia sua promat doctrinam quam Spiritus Sanctus iam ei ingerit iuxta promissum Domini: «Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quaecumque dixero vobis» *(Io.* 14, 26).

Hoc igitur modo absolvenda est doctrina, quam Concilium Oecumenicum Vaticanum primum sibi statuerat enuntiare, sed, ob externa impedimenta abruptum, definire non potuit nisi quoad primam partem, quae agit, ut nostis, de Summo Ecclesiae Pastore seu Romano Pontifice, atque de eius summis praerogativis, ad primatum iurisdictionis et infallibilitatem magisterii pertinentibus, quibus Iesus Christus Petrum Apostolum donavit, utpote suum Vica-

[4] *Cf. Missale romanum*, praefatio de Apostolis. [5] Cf. 1 Petr. 1, 12. [6] Cf 2 Cor. 3, 6. [7] PL. 16, 1411.

rium visibilem ac terrenum, et eos, qui in tam celso et gravissimo munere ei essent successuri.

Superest, ut compleatur tractatio de hac doctrina atque adeo explicentur cogitata Christi de universa Ecclesia ipsius ac praesertim de natura et munere eorum, qui Apostolorum sunt successores, Episcopatus nempe, cuius dignitate et officio maior pars vestrum, Venerabiles Patres, quin immo nostrum, Reverendissimi Fratres, ex benigna Dei voluntate, est aucta.

De multis aliis rebus Concilio erit sermo instituendus; sed eiusdem disceptatio, quae in hac ipsa re vertitur, prae ceteris esse videtur maioris gravitatis atque prudentiae. Haec eadem res in posteritatis memoria peculiarem notam sine dubio tribuet sollemni huic Synodo, historia sane dignae. Eius est quasdam theologicas controversias easque laboriosas dirimere; de Pastorum Ecclesiae natura et sacro munere constituere; disceptare de praerogativis ex Episcopatu legitime manantibus ac, Spiritus Sancti ope, de iis certam ferre sententiam; rationes, quae huic Sedi Apostolicae cum Episcopis intercedunt circumscribere; ostendere instituta et formam Ecclesiae, tam in oriente quam in occidente, licet proprietates quasdam utrimque habeat, esse eiusdem naturae; eius denique est manifestare Fidelibus Ecclesiae catholicae et Fratribus ab eius communione seiunctis, quae sit vera notio ordinum sacrae Hierarchiae, de quibus haec verba dicta sunt: «Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei» *(Act.* 20, 28), ac quidem
819 cum auctoritate certa, quam in dubium vocari non licet; / ii vero etiam contendant, ut fratribus humiliter / ac patienter serviant, quemadmodum Pastores decet, ministros scilicet fidei et caritatis.

Haec vividiore cum meditatione Nos et vos ipsi, Venerabiles Fratres, animo volvimus, eo quod in tertia sessione Concilii Oecumenici ex variis diversisque quaestionibus illic disceptandis praecipua habebitur quaestio ad enucleandam et declarandam doctrinam naturae et mandati Ecclesiae pertinens. Ex quo continget, ut resumatur et integre perficiatur pertractatio in superioribus duabus sessionibus inchoata, utque haec sollemnis generalis Synodus congruens continuatio et perpetuitas Oecumenici Concilii Vaticani primi evadat. Vult denique Ecclesia se ipsam contemplari, vel potius in mente Iesu Christi, Divini Conditoris sui, se ipsam inquirere. Quod profecto idem valet ac sapientiae et caritati Fundatoris sui honoris exhibere obsequium, atque, dum ipsi iterata observantia fidem et fidelitatem profitetur, se instructiorem facere ad opus salutis exsequendum, ob quod instituta est.

Nemo autem putet Ecclesiam, dum ita se gerit, oblectationis causa in se ipsa conquiescere eandemque oblivisci tum Christum, a quo cuncta accipit, cui cuncta debet, tum humanum genus, cui quidem ad deserviendum nata est. Inter Christum et hominum societatem Ecclesia media consistit, minime contenta sui, minime quasi opacum quiddam visum impediens, minime sibi ipsi finis, sed contra dicirco constanter sollicita, ut tota sit Christi, in Christo, pro Christo, ut tota sit hominum, inter homines, pro hominibus, vere humilis et excellens trames inter Divinum Servatorem et humanum genus ideo constitutus, ut tueatur et expandat supernaturalis vitae veritatem et gratiam.

Haec nunc praegravia et maxima sunt, hoc nimirum momento vertente temporis, quod saeculorum decursu valde sacratum esse videtur. Etenim de Ecclesia suscipienda consideratio Nobis ac potissimum vobis aliquid in medium proferet summi profecto ponderis, quod spectabit Ecclesiae ipsius hierarchicam constitutionem coniunctimque originem, naturam, munus, potestatem Episcopatus. Ecclesiasticae nempe Hierarchiae, ut iam monuimus, Episcopatus pars est celsa et eximia eamque «Spiritus Sanctus posuit... regere Ecclesiam Dei» *(Act.* 20, 28).

Quocirca putamus Nos providentissimi Dei obsequi consilio, cum in hoc eventu celebrationis historia dignae vobis, Venerabiles et dilecti in Episcopatu Fratres, honorem impertimus, quem Dominus Noster voluit Apostolis una cum Petro attribui. /

A Patribus Concilii Oecumenici Vaticani primi definitae et declaratae sunt potestates, reapse unicae summaeque, a Christo Petro collatae et successoribus eius transmissae. Hac pronuntiatione nonnullis visa est Episcoporum, Apostolorum successorum, auctoritas minui; hoc persuasum illis habebatur supervacaneam prorsus fieri et praepediri convocationem subsequentis Concilii Oecumenici, cui tamen suprema in universam Ecclesiam potestas iure canonico agnoscitur.

Haec Synodus pariter Oecumenica confirmatura utique est doctrinam superioris Concilii Oecumenici de Summi Pontificis praerogativis; attamen id quoque et praecipue

intendet, ut praerogativas Episcopatus describat et honore collustret. Pro certo sciant omnes praesentis Concilii convocationem ultro et sponte factam esse a felicis recordationis Decessore Nostro Ioanne XXIII et a Nobis statim confirmatam, cum probe novissemus, id quod a sacratissimo hoc Coetu quaereretur, prorsus Episcopatum attingere. Nec aliter evenire poterat, cum non tantum considerarentur conexae doctrinae, verum etiam cum sincera exsistere voluntas profitendi gloriam, mandatum, merita, amicitiam Nostrorum Fratrum, qui partes agunt docendi, sanctificandi, moderandi Ecclesiam Dei.

Liceat Nobis iterare et quasi Nostra facere praeclara verba, quae remotus sanctissimusque Decessor Noster immortalis memoriae Gregorius Magnus ad Eulogium, Episcopum Alexandrinum, scripsit: «Meus honor est honor universalis Ecclesiae. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tum ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur» [8].

Veritatis catholicae integritas nunc postulat, ut doctrinae caput declaretur, quod, congruenter cum doctrina de Romano Pontifice, fulgida in sua luce ponat dignitatem ac munera, quae ad Episcopatum pertinent. Huiusmodi dignitatis atque munerum lineamenta describere, officium erit Concilii Oecumenici quod non alio contendet nisi ut mentem Iesu Christi recte interpretetur, qualem divinae revelationis fontes ac doctrina catholica certe exinde derivata exhibent. Ad Nos quod attinet, iam nunc gaudemus Episcopos agnoscere Fratres Nostros, eosque cum Petro Apostolo appellare «Seniores», Nosque «Conseniorem» grata nec absimili appellatione nuncupare [9]; hoc est gaudium Nostrum, quod eos Pauli Apostoli verbis appellare possumus «socios in tribulationibus et consolationibus» [10], haec
812 sollicitudo Nostra, quod venerationem, existi/mationem, caritatem, animi coniunctionem Nostram iis testari licet. Denique Nostrum est officium eos agnoscendi Magistros, Pastores, Sanctificatores populi christiani, «dispensatores mysteriorum Dei» [11], testes Evangelii, ministros novi Testamenti, quasi splendorem gloriae Domini [12].

Quodsi, utpote Petri successor, atque hac de causa plena in universam Ecclesiam potestate praediti, Nos etsi immerentes officio fungimur vestri Moderatoris; hoc non eo spectat ut vestra imminuatur auctoritas; immo eam Nos imprimis veneratione prosequimur. Praeterea, si apostolicum munus a Nobis requirit ut, ad potestatis episcopalis perfunctionem quod attinet, aliquid Nobis reservemus, limites praefiniamus, formas statuamus, agendi rationes ordinemus, haec omnia, ut probe nostis, ipsum Ecclesiae universae bonum postulat, postulat unitas Ecclesiae; quae quidem eo magis supremo ductore indiget, quo latius catholici nominis fines proferuntur, quo graviora fiunt pericula et instantius urgent necessitates populi christiani in variis temporum rerumque adiunctis, immo, ut addere liceat, quo expeditior hodie nobis commeandi facultas praebetur. Haec potestatis ecclesiasticae in unum veluti centrum ordinatio, quae temperate semper exercebitur, ac semper pensabitur opportunis facultatibus utilibusque ministeriis quae locorum Pastoribus vigilanter tribuantur; haec ad unum veluti centrum ordinatio, dicimus, censenda minime est quasi quoddam artificium dominandi cupiditate quaesitum; verum eadem, Venerabiles Fratres, famulatus speciem induit; indoli Ecclesiae respondet, quae suapte natura una et hierarchica est; efficit illud ornamentum, illud robur, illam pulchritudinem, quam Christus Ecclesiae pollicitus est eique temporum successione concedit.

Quam ad rem verba commemorare placet, quae Decessor Noster Pius XII fel. rec. ad Episcoporum coetum habuit: «Haec ergo coniunctio et congruens rei communicatio cum Sancta Sede non oritur ex quodam studio omnia in unum cogendi et conformandi, sed ex iure divino et ex proprio ipsius constitutionis Ecclesiae Christi elemento» [13].

Attamen haec norma episcopalem auctoritatem nullo modo extenuat, immo robore auget, sive ea in singulis Antistitibus, sive in toto Episcoporum collegio considera-
813 tur. O quanta admiratione prosequimur, quantopere tueri cupimus munera sacrae Hierarchiae proprial Ea enim e / caritate Christi orta est, ut compleret, diffunderet atque integrum frugiferumque per temporum decursum transmitteret sacrum illum fidei, exemplorum, praeceptorum et charismatum thesaurum, quem Christus Ecclesiae suae hereditate reliquit; ipsa christifidelium communitatem generat eiusque visibilem compaginem apte ordinat; ipsius opera fit ut Ecclesia Mater et Magistra appellari possit; ipsius ministerio nobis Sacramentorum divitiae impertiuntur; ipsa praeeunte, Deo preces adhibentur; ipsa christianae caritatis promovet opera atque incepta. Nos, qui sacri huius Instituti supremo regimini praepositi sumus, nonne Nostras curas, Nostram fiduciam, Nostrum praesidium illi praebebimus? Num defensionem Nostram ei denegabimus? Quod officium frequentius, gravius, gratiusque Nobis esse poterit, quam iura, libertatem, dignitatem sacrae Hierarchiae in variis Nationibus tueri? Nonne hac ardua navitate fere tota Summi Pontificatus historia contexitur, praesertim nostris temporibus, quibus tot rerum perturbationes cernimus?

Alio quoque argumento has catholici Episcopatus laudes confirmare placet, ut manifesto pateat quantum eius dignitati, quantum eius caritati prosint haec hierarchicae communionis vincula, quae Episcopos cum Apostolica Sede coniungunt; scilicet Sedes Apostolica vobis indiget, Venerabiles Fratres! Etenim quemadmodum vobis, varias terrarum orbis partes incolentibus, ut veram Ecclesiae notam catholicam efficiatis atque ostendatis, necessarium omnino est centrum et principium unitatis fidei et communionis, quod in hac Petri Cathedra habetis; ita semper vestram praesentem operam expetimus, ut vultus Apostolicae Sedis pulchritudine niteat neve eadem careat vi atque momento suo humano et historico, immo ut fides eius consonanter servetur, officia eius in exemplum impleantur, in eius angustiis solacium ipsi praebeatur.

Itaque Nos, dum exspectamus vestros coetus doctrinam de episcopali munere declaraturos esse, ipsi Episcopatui iam Nostrum tribuimus honorem, animum Nostrum fraternum, immo paternum profitemur, atque ab ipso assensionem petimus, quae Nos ex imo pectore soletur. Utinam animorum illa consensio et conspiratio, qua catholicae Hierarchiae ordines vitali fidei caritatisque foedere inter se coniunguntur, ex hoc Oecumenico Concilio altior, validior atque sanctior usque fiat: exinde gloria Christo, pax Ecclesiae, lux terrarum orbi obveniet.

De qua re, deque aliis multis, quae Concilio ad examinandum propositae sunt, vel plura diceremus, nisi timeremus vestra abuti patientia.

Attamen facere non possumus, quin ex hac Basilica atque hoc peculiari temporis momento ecclesiasticas communitates, quarum partes / agitis, singulari cum bene- 814
volentia salvere iubeamus: imprimis cogitatio convertitur Nostra ad Sacerdotes in universo terrarum orbe degentes, quos carissimos habemus et colimus, eosdemque veros validosque episcopalis muneris adiutores existimamus; ad Religiosos Sodales, omni studio adlaborantes, ut Christo conformes fratribusque utiles fiant; ad omnes e laicorum ordine catholicos homines, qui adiutricem operam sacrae Hierarchiae impense navant, ut Ecclesia aedificetur atque humani generis societati praebeatur ministerium; ad omnes convertitur corporis animive doloribus affectos, ad inopes, ad hostiliter insectatos: hi sane e recordatione Nostra excidere nequeunt, et ii praesertim, qui libertatis expertes ab hac Synodo abesse coguntur.

Deinde salutem dicimus hic praesentibus Auditoribus, quorum nobiles animi sensus atque insignia merita Nobis perquam nota sunt. Tum laetantes consalutamus dilectas Nobis in Christo filias, scilicet Auditrices mulieres, quae nuncupantur, quibusque primum facultas facta est quosdam Concilii conventus participandi. Qui omnes, sive Auditores sive Auditrices, ex huiusmodi sibi facto ad Concilium aditu procul dubio intellegant oportet, quo paterno animo in cunctos plebis Dei ordines feramur, et quantopere cupiamus, ut christianae societati uberiorem in dies copiam concordiae, mutuae conspirationis et operae, caritatisque demus.

Vos denique, dignissimi ac praeclari Observatores, qui iam tertio Concilii coetibus volentes interestis, salvere iubemus; vobis gratias agimus, vobis voluntatem atque opem Nostram denuo testamur, fore confisi ut omne impedimentum, omnis dissensio, omnisque suspicio quondam tollantur, quibus praepedimur, quominus in Christo in eiusque Ecclesia «cor unum et animam unam» [14] omnino nos esse sentiamus. Pro Nostra parte nihil intentatum relinquemus, quod ad id consequendum in Nostra fuerit potestate. Plane intellegimus, rem maximi momenti esse, ut huiusmodi unitas redintegretur: qua de causa omnem curam in id intendemus, omneque in hac re consumemus tempus, quod ab eadem postulatum erit. Haec res prorsus nova ac recens est, si eam cum diuturna lugendaque rerum gestarum serie comparamus, quae singula discidia antecesserunt: at nos aequo animo exspectabimus, donec condicionum maturitas veniat, quibus eam quaestionem certo exitu et mente amica expediamus. Haec res maximi est momenti, quae in arcanis

[8] 8, 30; PL 77, 933. [9] Cf. 1 Pt. 5, 1. [10] Cf. 2 Cor. 1, 4, 7. [11] Cf. 1 Cor. 4, 1. [12] Cf. 2 Cor. 3, 6-18. [13] AAS 46 (1954) p. 676.

[14] Cf. Act. 4, 32.

http://www.obrascatolicas.com

Dei consiliis penitus est recondita; at nos humili plaque voluntate studebimus, ut tanta gratia digni evadamus.
815 Memores sumus, quae verba Paulus Apostolus fecerit, qui «omnibus omnia factus» (*Cor.* 9, 22), Evangelii donum cunctis gentibus est largitus, tali usus indulgentia, quam e nostrae aetatis ratione «pluralismum practicum» appellare Nobis liceat; memores pariter sumus, ipsum Apostolum nos obtestari, ut «solliciti servemus unitatem spiritus in vinculo pacis», quoniam «unus est Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et Pater omnium» [15]: quam ob rem operam dabimus, ut summa cum fidelitate erga unam Christi Ecclesiam, ea omnia melius cognoscamus atque probemus, quae in variis christianorum hominum communitatibus, a nobis adhuc seiunctis, et vera et probanda sint. Itemque ab istis communitatibus petimus, ut catholicam fidem et catholicam vitae rationem melius ipsae cognoscant, neve ullam offensionem capiant ex huiusmodi Nostra invitatione, sed eam potius officiosam atque fraternam esse ducant, quippe qua eos advocemus, ut veritatis caritatisque plenitudinem ex integro participent: eam dicimus plenitudinem, quam Christi praeceptum nobis immeritis laetissima sorte at gravissimo onere custodiendam tradidit; et quae clariore in luce ponetur cum omnes Christi nomen profitentes in unitate compositi erunt.

Interea per vos, venerabiles et illustres hospites, sollemnibus his coetibus observatorum partes agentes, et christianas communitates ex animo salutamus, quarum personam geritis; et ad eas etiam, quae delegatos huc non miserunt, reverentem cogitationem Nostram convertimus. Nos vero precibus caritateque omnia Christi membra, adhuc a plena spirituali et visibili Mystici Corporis integritate seiuncta, in unum componimus; in quo sane amoris pietatisque studio Noster accrescit dolor, nostraque accrescit spes. O Ecclesiae a Nobis remotae, at Nobis tam proximae! O Ecclesiae, quas sincera benevolentia suspiramus! O Ecclesiae, quas insomni desiderio prosequimur! O Ecclesiae lacrimarum Nostrarum, quas valde cupimus in germano Christi amore complecti et honestare! Ad vos perveniant, ex hoc unitatis cardine, nempe ab apostoli martyrisque Petri sepulcro, ab hoc Oecumenico fraternitatis et pacis Concilio, Nostra clamantia caritatisque plena verba: adhuc longo fortasse intervallo seiungimur, multumque temporis praeteribit, donec plena et perfecta reconciliatio fiat; sciatis tamen vos iam in sinu Nostro esse; atque misericordiarum Deus haec vota Nostra excipiat atque spem alat tam
816 suavem!. /

Postremum, cogitatio Nostra ad hominum consortionem convertitur, in qua vivimus, quaeque favore, vel neglegentia, vel fortasse hostili animo in nos est affecta: ei salutem interum dicimus, quam a Bethlehemico specu ipsi iam fecimus, eodem proposito moti operam dandi, ut Ecclesia ad hominum spiritualem salutem civilemque prosperitatem comparandam inserviat, atque adeo ipsi pace verăque felicitate fruantur.

Dum igitur vos omnes compellamus, Venerabiles Fratres, ut Spiritum Paraclitum concordes exoretis, tertiae huius Oecumenici Concilii Vaticani secundi Sessionis initium facimus, atque in nomine Domini, tutela confisi Sanctissimae Virginis Mariae ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, vobis omnibus Apostolicam Benedictionem peramanter largimur.

[15] Cf. Eph. 4, 3-6.

3216

1964 SEP 14.-SC CONS., DECR. AAS 56 (1964) 1026-1027

PERUVIAE

DE IMMUTATIONE VICARIATUS CASTRENSIS

Cum ob varias huius aevi vicissitudines Vicariatus Castrensis Peruviae —Consistoriali Decreto die 15 Maii 1943 erectus— in novas adductus fuerit condiciones, Excmus P. D. Santiago Hermoza Sarmiento, Archiepiscopus tit. Beroënsis et Vicarius Castrensis Peruviae, Apostolicae Sedi supplices porrexit preces ut variationes quaedam inducerentur huius temporis adiunctis consentaneae.

Ssmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Papa VI, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Romuli Carboni, Archiepiscopi tit. Sidoniensis et in Republica Peruviana Nuntii Apostolici, ratus huiusmodi variationes in bonum animarum cessuras, de consilio infrascripti Emi P. D. Caroli S. R. E. Card. Confalonieri, Sacra Congregationis Consistorialis Secretarii, precibus annuendum censuit.

4539

Quapropter praesenti Consistoriali Decreto eadem Sanctitas Sua decernit:

1) ut inter subditos Vicariatus Castrensis Peruviani, memorato Decreto die 15 Maii 1943 assignatos, posthac adlegantur etiam; *a)* qui stipendia merentur in copiis vulgo nuncupatis «Guardia civil, Guardia Republicana et Policia de investigaciones»; *b)* familiae militum omnium copiarum Peruviae, id est uxores, liberi, propinqui et necessarii ac famuli qui cum illis cohabitent in locis militibus reservatis.

2) ut Vicarius Castrensis pro-Vicarium possit constituere eique necessarias et opportunas facultates tribuere.

3) ut vacante munere Vicarii Castrensis —nisi aliter Sancta Sedes providerit— Vicariatus Castrensis regimen assumat pro-Vicarius Castrensis qui omnibus et solis facultatibus fruetur quae —congrua congruis referendo— Vicario Capitulari ad normam iuris communis competunt, eiusdemque obligationibus erit obnoxius.

Vicarius Castrensis iurisdictione pollebit personali, ordinaria, tum fori externi tum fori interni, speciali ac cumulativa cum iurisdictione Ordinariorum locorum, ad normam Instructionis de Vicariis Castrensibus *Sollemne semper* [LE 2208] a Sacra Congregatione Consistoriali die 23 mensis Aprilis anno 1951 editae. /

1027

Vicarius Castrensis, collatis cum Reipublicae Praeside consiliis, ab Apostolica Sede deligetur et per peculiare Sacrae Congregationis Consistorialis Decretum officio potietur.

Sedes Vicariatus Castrensis eiusque Curiae Limae erit. Curia autem ad instar dioecesanae effornabitur atque ad eam pertinebunt: pro-Vicarius, consultores ceterique administri qui iudicio Vicarii Castrensis necessarii putentur.

Militum Cappellani a Vicario Castrensi, servatis servandis, nominantur eiusque potestate durante munere subduntur et animarum sibi commissarum curam gerunt muneribus et obligationibus parochorum congrua congruis referendo instructi.

Vicarius Castrensis Relationem de statu Vicariatus Castrensis singulis quinquenniis exhibebit, quaesitis respondens iuxta ea quae in *Formula servanda* praescribuntur, a Sacra Congregatione Consistoriali die 20 mensis Octobris anno 1956 statuta [LE 2603].

Quinquennia autem sunt fixa ad normam canonis 340, § 1, proinde huiusmodi obligationi satisfaciet anno quo locorum Ordinarii Reipublicae Peruvianae Relationem de statu dioecesium exhibere tenentur.

Eodem anno quo Relatio est promenda, Vicarius Castrensis ad Urbem Apostolorum Petri et Pauli sepulchra veneraturus accedat et Romano Pontifici se sistat.

Causas subditorum Vicariatus Castrensis Peruviae sive contentiosas inter ipsos, sive criminales, tribunal metropolitanum Limanum in prima instantia, metropolitanum Arequipense in altera instantia pertractabunt.

Ad haec exsecutioni mandanda, Sanctitatis Sua deputare dignata est memoratum Excmum P. D. Romulum Carboni, necessarias et opportunas ei tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 14 Septembris 1964.—Carolus Card. CONFALONIERI, *a Secr.* Franciscus Carpino, Archiep. tit. Serdicen., *Adsessor.*

3217

1964 SEP 26.-SC RITUUM, INSTR. AAS 56 (1964) 877-900

INSTRUCTIO AD EXSECUTIONEM CONSTITUTIONIS DE SACRA LITURGIA RECTE ORDINANDAM

PROOEMIUM

I. *De natura huius Instructionis*

1. Inter Oecumenici Concilii Vaticani II primitias Constitutio de Sacra Liturgia [LE 3141] merito adnumeratur, utpote quae partem excellentissimam actionis

4540

Ecclesiae moderetur; eaque tanto abundantiores fructus feret quanto altius animarum pastores atque christifideles genuinum eiusdem spiritum perspexerint et volenti animo in usum deduxerint.

2. Consilium ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia, a Summo Pontifice Paulo VI fel. regnante per Litteras Apostolicas *Sacram Liturgiam* [LE 3160] institutum, munus sibi commissum alacriter iam coepit, tum ad Constitutionis earundemque Litterarum Apostolicarum praecepta sancte perficienda, tum ad ea omnia praestanda quae interpretationem et exsecutionem horum Documentorum respiciunt.

3. Cum autem maximi momenti sit, ut, iam ab initio, haec Documenta recte ubique applicentur, sublatis, si qua sint, dubiis circa ipsorum interpretationem, «Consilium», de mandato Summi Pontificis, praesentem Instructionem paravit, in qua munera Coetuum Episcoporum in re liturgica clarius definiuntur, nonnulla principia, quae in praeludatis Documentis verbis generalioribus praebentur, pressius explicantur, ac denique nonnulla quae iam nunc, ante librorum liturgicorum instaurationem, in praxim de-
878 duci possunt, fieri permittuntur aut statuuntur. /

II. *De nonnullis principiis animadvertendis*

4. Quae autem iam nunc in praxim deducenda definiuntur eo pertinent ut Liturgia perfectius semper menti Concilii respondeat de fidelium actuosa participatione promovenda.

Insuper generalis sacrae Liturgiae instauratio aptius a fidelibus accipietur, si gradatim atque per progressiones procedet, et si iis per debitam catechesim a pastoribus proposita et explicata fuerit.

5. Attamen, in primis necesse est ut omnes sibi persuasum habeant Constitutionem Concilii Vaticani II de Sacra Liturgia non sibi proponere tantum formas et textus liturgicos mutare, sed potius illam fidelium institutionem illamque actionem pastoralem excitare, quae Sacram Liturgiam veluti culmen et fontem habeat (cfr. Const. art. 10). Mutationes enim in Sacram Liturgiam usque adhuc inductae atque in posterum inducendae ad hunc finem ordinantur.

6. Vis autem huius actionis pastoralis circa Liturgiam ordinandae in eo posita est ut Mysterium paschale vivendo exprimatur, in quo Filius Dei incarnatus, oboediens factus usque ad mortem crucis, in resurrectione et ascensione ita exaltatur, ut ipse vitam divinam cum mundo communicet, qua homines mortui peccato et Christo conformati «iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit» (*2 Cor.* 5, 15).

Quod fit per fidem et fidei sacramenta, id est praecipue per Baptismum (cfr. Const. art. 6) et sacrosanctum Eucharistiae mysterium (cfr. Const. art. 47), circa quod ordinantur cetera sacramenta et sacramentalia (cfr. Const. art. 61), et celebrationum circulus, quo paschale Christi mysterium per annum in Ecclesia explicatur (cfr. Const. art. 102-107).

7. Quare, etsi Liturgia totam actionem Ecclesiae non explet (cfr. Const. art. 9), probe tamen attendendum est ut opera pastoralia cum Sacra Liturgia debite connectantur, et simul actio pastoralis liturgica non quasi separata ac veluti abstracta, sed cum aliis operibus pastoralibus intime unita exerceatur.

Praesertim autem necesse est ut intima unio vigeat Liturgiam inter et catechesim, religiosam institutionem at-
879 que praedicationem. /

III. *De fructibus qui exinde sperantur*

8. Episcopi proinde et eorum in sacerdotio adiutores munus suum pastorale universum circa Liturgiam ordinatum pluris in dies faciant. Ita et fideles per perfectam participationem sacrarum celebrationem vitam divinam coplose haurient et, fermentum Christi et sal terrae effecti, eandem annuntiabunt et in alios transfundent.

CAP. I.—DE QUIBUSDAM NORMIS GENERALIBUS

I. *De harum normarum applicatione*

9. Practicae normae, quae sive in Constitutione sive in hac Instructione inveniuntur, necnon ea quae per hanc eandem Instructionem iam nunc, ante librorum liturgicorum instaurationem, fieri permittuntur aut statuuntur, etsi ad solum ritum romanum spectant, possunt tamen et aliis ritibus latinis, servatis de iure servandis, applicari.

10. Ea quae competenti auctoritati ecclesiasticae territoriali in hac Instructione demandantur, ab eadem tantum auctoritate, per legitima decreta, ad effectum deduci possunt ac debent.

In singulis vero casibus, tempus et adiuncta definiantur, a quibus haec decreta vigere incipiant, rationabili semper interiecto vacationis tempore, ut fideles interim ad ipsa exsequenda instrui et manuduci valeant.

II. *De liturgica clericorum institutione*
(ad Const. art. 15-16 et 18)

11. Ad liturgicam clericorum institutionem quod attinet:

a) in facultatibus theologicis cathedra liturgiae habeatur, ut omnes alumni debitam institutionem liturgicam accipiant; in seminariis autem studiorumque domibus religiosis curent Ordinarii locorum et Superiores maiores ut quamprimum adsit specialis magister disciplinae liturgiae probe formatus;

b) magistri qui sacrae Liturgiae disciplinae docendae praeficiuntur, quamprimum formentur, ad normam art. 15 *Constitutionis*;

c) ad ulteriorem clericorum institutionem liturgicam, eorum praesertim qui in vinea Domini iam operantur, pro opportunitate erigantur Instituta liturgica pastoralia. / 880

12. Liturgia per congruum tempus doceatur, a competente auctoritate in ratione studiorum indicandum, et apta methodo tradatur, ad normam art. 16 *Constitutionis*.

13. Celebrationes liturgicae quam perfectissime agantur, ac proinde:

a) rubricae sedulo observentur et caeremoniae decore exerceantur, sub assidua moderatorum vigilantia, praemissis necessariis exercitationibus;

b) clerici muneribus liturgicis sui ordinis frequenter fungantur, idest diaconi, subdiaconi, acolythi, lectoris, et insuper commentatoris et cantoris;

c) ecclesia et oratoria, sacra supellex in genere et sacrae vestes speciem genuinae artis christianae, etiam hodiernae, praeseferant.

III. *De clericorum vitae spiritualis formatione liturgica*
(ad Const. art. 17)

14. Ut clerici formentur ad plenam celebrationum liturgicarum participationem et ad vitam spiritualem ex iis hauriendam atque cum aliis postea communicandam, Constitutio de Sacra Liturgia in seminariis studiorumque domibus religiosis, ad normam documentorum Apostolicae Sedis, plane ad effectum ducatur, unanimiter et concorditer ad hoc conspirantibus omnibus moderatoribus et magistris. Apta autem manuductio ad Sacram Liturgiam clericis praebeatur commendatione librorum de Liturgia, praesertim sub aspectu theologico et spirituali, tractantium, qui in bibliotheca debito numero praesto sint; meditationibus atque praedicationibus, quae in primis ex fonte sacrae Scripturae et Liturgiae hauriantur (cfr. Const. art. 35, 2); et communi exercitio eorum, quae consuetudines christianaeque disciplinae secum ferunt, variis temporibus anni liturgici congruentia.

15. Eucharistia, totius vitae spiritualis centrum, cotidie celebretur variis et aptioribus adhibitis formis, quae participantium condicioni melius respondeant (cfr. Const. art. 19).

Die vero dominica aliisque maioribus diebus festis, Missa, omnibus qui in domo sunt participantibus, in cantu celebretur, cum homilia, et, quantum fieri potest, communione sacramentali eorum qui non sunt sacerdotes. Sacerdotes autem, cum utilitas christifidelium singularem eorum celebrationem non postulat, praesertim in solem-
881 nioribus festivi/tatibus, concelebrare possunt, postquam novus ritus publici iuris factus fuerit.

Expedit ut saltem maioribus diebus festis sacrorum alumni Eucharistiam circa Episcopum in ecclesia cathedrali congregati participent (cfr. Const. art. 41).

16. Maxime convenit ut clerici, etsi divini Officii obligatione nondum adstricti, cotidie in communi recitent vel cantent mane Laudes, ut preces matutinas, sero autem Vesperas, ut preces vespertinas, vel Completorium, in fine diei. Ipsi moderatores hanc communem recitationem, quantum fieri potest, participent. Praeterea clericis in sacris

4542

http://www.obrascatolicas.com

ordinatis tempus sufficiens ad Officium divinum persolvendum in ordine diei tribuatur.

Expedit ut saltem maioribus diebus festis, sacrorum alumni Vesperas in ecclesia cathedrali, pro opportunitate, cantent.

17. Pietatis exercitia secundum cuiusque loci vel Instituti leges aut consuetudines ordinata, debito in honore habeantur. Attendatur tamen, ut, praesertim si in communi fiunt, sacrae Liturgiae, ad mentem art. 13 *Constitutionis*, congruant et temporum anni liturgici rationem habeant.

IV. *De sodalium Statuum perfectionis formatione liturgica*

18. Ea quae de clericorum vitae spiritualis formatione liturgica in articulis praecedentibus dicuntur, etiam ad sodales Statuum perfectionis, sive viros sive mulieres, servatis servandis, applicari debent.

V. *De fidelium institutione liturgica* (ad Const. art. 19)

19. Annitantur animarum pastores ut praeceptum Constitutionis de fidelium institutione liturgica eorumque actuosa participatione, interna et externa, «iuxta ipsorum aetatem, condicionem, vitae genus et religiosae culturae gradum» (*Const.* art. 19) prosequenda, sedulo ac patienter perficiant. Praesertim vero curent liturgicam institutionem et actuosam participationem eorum qui in sodalitatibus religiosis laicorum versantur, cum ipsorum officium sit vitam Ecclesiae intimius participare atque sacris pastoribus adiumentum afferre etiam in vita liturgica paroeciae
882 opportune fovenda (cfr. *Const.* art. 42). /

VI. *De competenti auctoritate in re liturgica* (ad Const. art. 22)

20. Sacrae Liturgiae moderatio ad Ecclesiae auctoritatem pertinet; nemo proinde alius in hac re suo marte procedat, cum detrimento, saepius, ipsius Liturgiae eiusque instaurationis a competenti auctoritate peragendae.

21. Apostolicae Sedis est tum libros liturgicos generales instaurare atque approbare, tum Sacram Liturgiam in iis quae universam Ecclesiam respiciunt ordinare, tum Acta et deliberationes auctoritatis territorialis probare seu confirmare, tum eiusdem auctoritatis territorialis propositiones et petitiones accipere.

22. Episcopi est Liturgiam intra fines suae dioeceseos, iuxta normas et spiritum Constitutionis de Sacra Liturgia, necnon decretorum Apostolicae Sedis et competentis auctoritatis territorialis, moderari.

23. Varii generis territorialis coetus Episcoporum, ad quos moderatio rei liturgicae, vi art. 22 § 2 *Constitutionis*, pertinet, *interim* intellegi debent:

a) vel coetus omnium Episcoporum alicuius nationis, ad normam Litt. Apost. *Sacram Liturgiam*, n. X [LE 3160];

b) vel coetus iam legitime constitutus ex Episcopis, aut ex Episcopis aliisque locorum Ordinariis, plurium nationum constans;

c) vel coetus, de licentia Apostolicae Sedis, constituendus ex Episcopis aut ex Episcopis aliisque locorum Ordinariis plurium nationum, praesertim si in singulis nationibus Episcopi tam pauci sunt, ut aptius simul conveniant ex variis nationibus eiusdem sermonis eiusdemque cultus civilis.

Si vero peculiares locorum condiciones aliud suadeant, res Apostolicae Sedi proponatur.

24. Ad praedictos vero coetus vocari debent: *a)* Episcopi residentiales; *b)* Abbates et Praelati nullius; *c)* Vicarii et Praefecti Apostolici; *d)* Administratores Apostolici dioecesium stabiliter constituti; *e)* ceteri omnes locorum
883 Ordinarii, Vicariis Generalibus exceptis. Episcopi Coadiutores et Auxiliares vocari possunt a Praeside, cum / consensu maioris partis illorum qui cum voto deliberativo coetui intersunt.

25. Coetus convocatio, nisi pro quibusdam locis et attentis peculiaribus rerum adiunctis aliter legitime provideatur, fieri debet: *a)* a respectivo Praeside, si agitur de coetibus iam legitime constitutis; *b)* ab Archiepiscopo vel Episcopo cui legitime competit ius praecedentiae ad normam iuris, in aliis casibus.

26. Praeses, habito Patrum consensu, statuit ordinem servandum in quaestionibus examinandis, et ipsum coetum aperit, transfert, prorogat, absolvit.

27. Suffragium deliberativum competit omnibus de

quibus in n. 24, Episcopis Coadiutoribus et Auxiliaribus minime exceptis, nisi aliud in convocationis documento expresse caveatur.

28. Ad legitima ferenda decreta, duae ex tribus suffragiorum secretorum partes requiruntur.

29. Acta competentis auctoritatis territorialis ad Apostolicam Sedem transmittenda, ut ab hac probentur seu confirmentur, ea quae sequuntur contineant oportet: *a)* nomina eorum qui coetui interfuerunt; *b)* relationem de rebus actis; *c)* exitum suffragationis pro singulis decretis.

Haec Acta duplici exemplari exarata, a Praeside et Secretario coetus subscripta et sigillo debite munita, mittantur Consilio ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia.

30. Cum vero agitur de Actis in quibus decreta habentur circa usum et modum linguae vernaculae in Liturgia admittendae, praeter ea quae numero praecedenti recensentur, iuxta art. 36 § 3, *Constitutionis* et Litt. Apost. *Sacram Liturgiam*, n. IX, contineant, oportet etiam:

a) indicationem singularum partium, quae in Liturgia lingua vernacula dici statuuntur;

b) textuum liturgicorum lingua vernacula exaratorum duplex exemplar, quorum alterum coetui Episcoporum restituetur;

c) brevem relationem circa criteria, quibus interpretationis opus innixum est. /

884

31. Decreta auctoritatis territorialis quae Apostolicae Sedis probatione seu confirmatione indigent, tunc tantum promulgentur et in praxim deducantur cum ab Apostolica Sede probata seu confirmata fuerint.

VII. *De singulorum officio in Liturgia servando* (ad Const. art. 28)

32. Partes quae ad scholam et ad populum spectant, si ab ipsis canuntur aut recitantur, a celebrante privatim non dicuntur.

33. Item a celebrante privatim non dicuntur lectiones quae a competenti ministro vel a ministrante leguntur aut canuntur.

VIII. *De acceptione personarum non habenda* (ad Const. art. 32)

34. Singuli Episcopi, aut si opportune videtur, Conferentiae Episcoporum regionales vel nationales, curent ut praescriptum sacrosancti Concilii, quo vetatur acceptio privatarum personarum aut condicionum socialium, sive in caeremoniis sive in exterioribus pompis, in suis territoriis in praxim adducatur.

35. De cetero ne omittant pastores cum prudentia et caritate adlaborare ut in actionibus liturgicis, et peculiari ratione in Missae celebratione et in Sacramentorum et Sacramentalium administratione, aequalitas fidelium etiam exterius eniteat ac praeterea omnis species quaestus vitetur.

IX. *De nonnullis ritibus ad simpliciorem formam reducendis* (ad Const. art. 34)

36. Ut actiones liturgicae nobili illa simplicitate fulgeant, quae nostrae aetatis menti aptius respondet:

a) chori salutationes ex parte celebrantis et ministrorum fiant tantum in initio et in fine actionis sacrae;

b) cleri thurificatio, praeterquam eorum qui charactere episcopali sunt insignes, fiat per modum unius, ad singulas chori partes, triplici ductu;

c) altaris vero thurificatio unice ad altare perficiatur, ad quod actio liturgica celebratur;

d) oscula manus et rerum, quae porriguntur aut accipiuntur, omittantur.

X. *De sacris verbi Dei celebrationibus* (ad Const. art. 35, 4)

37. In locis quae sacerdote carent, si nulla copia est Missam celebrandi diebus dominicis et festis de praecepto, sacra verbi Dei celebratio, de iudicio Ordinarii loci, fovea-
885 tur, diacono vel etiam laico ad hoc deputato ei praesidente.

Ratio huius celebrationis eadem fere sit ac ratio liturgiae verbi in Missa: lingua vernacula legantur generatim Epistola et Evangelium e Missa diei, cantibus, praesertim e psalmis, praemissis et interiectis; is qui praeest, si est diaconus, homiliam habeat, vel, si non est diaconus, homiliam legat ab Episcopo vel a parocho significatam; et

universa celebratio «oratione communi» seu «fidelium» et oratione dominica claudatur.

38. Convenit ut etiam sacrae verbi Dei celebrationes, in sollemniorum festorum pervigiliis, in aliquibus feriis Adventus et Quadragesimae, atque dominicis et diebus festis fovendae, rationem liturgiae verbi in Missa prae se ferant, quamvis nihil impediat quominus una tantum lectio fiat.

In pluribus autem lectionibus disponendis, ita ut etiam historia salutis clare perspiciatur, lectio Veteris Testamenti generatim lectionem Novi Testamenti praecedat, et lectio sancti Evangelii quasi culmen efficiatur.

39. Ut hae celebrationes digne pleque fiant, curae sit Commissionibus liturgicis in singulis dioecesibus apta subsidia indicare et praebere.

XI. *De popularibus textuum liturgicorum interpretationibus* (ad Const. art. 36 § 3)

40. In interpretationibus popularibus textuum liturgicorum exarandis ad normam art. 36 § 3, expedit ut haec serventur:

a) Populares textuum liturgicorum interpretationes fiant e textu liturgico latino. Pericoparum autem biblicarum versio eidem textui liturgico latino conformis sit oportet, integra manente facultate illam ipsam versionem, si expediat, iuxta textum primigenium vel aliam versionem magis perspicuam recognoscendi.

b) Praeparatio interpretationis textuum liturgicorum speciali modo Commissioni liturgicae, de qua in art. 44 Constitutionis et in n. 44 huius Instructionis, mandetur, cui, quantum fieri potest, opem ferat Institutum liturgiae pastoralis. Si vero eiusmodi Commissio non habetur, cura interpretationis faciendae duobus vel tribus Episcopis committatur, qui sibi personas, laicis non exceptis, in re biblica, liturgica, linguis biblicis et lingua latina, lingua ver-
886 nacula necnon arte musica / peritas eligant: perfecta enim textuum liturgicorum interpretatio popularis multis condicionibus simul apte respondeat necesse est.

c) Consilium de interpretationibus ineatur, si casus fert, cum Episcopis finitimarum regionum eiusdem linguae.

d) In nationibus plurium linguarum interpretationes populares singulis linguis respondentes conficiantur et peculiari examini Episcoporum quorum interest subiciantur.

e) Consulatur dignitati librorum ex quibus textus liturgicus populo lingua vernacula legitur, ut ipsius libri dignitas fideles ad maiorem verbi Dei et rerum sacrarum reverentiam excitet.

41. In actionibus liturgicis quae concurrente populo alius linguae alicubi, praesertim adstante coetu emigrantium, paroeciae personalis hisque similium, celebrantur, adhibere licet, de consensu Ordinarii loci, linguam vernaculam iis fidelibus notam, iuxta modum et versionem a competenti auctoritate ecclesiastica territoriali illius linguae legitime approbata.

42. Novae melodiae pro partibus lingua vernacula a celebrante et a ministris canendis, a competenti auctoritate ecclesiastica territoriali approbari debent.

43. Libri liturgici particulares rite approbati ante promulgationem Constitutionis de Sacra Liturgia, atque indulta usque ad eundem diem concessa, nisi Constitutioni adversentur, vim suam retinent, donec, instauratione liturgica, ex parte vel ex toto, perfecta, aliter statuatur.

XII. *De Commissione liturgica penes coetum Episcoporum* (ad Const. art. 44)

44. Commissio liturgica, ab auctoritate territoriali opportune instituenda, ex ipso Episcoporum gremio, quantum fieri potest, eligatur; aut saltem ex uno alterove Episcopo constet, nonnullis additis sacerdotibus in re liturgica et pastorali peritis, nominatim ad hoc designatis.

Expedit ut huius Commissionis sodales aliquoties in anno cum eiusdem Commissionis consultoribus conveniant ad quaestiones simul pertractandas.

45. Cui Commissioni auctoritas territorialis opportune
887 committere potest: /

a) studia atque experimenta, ad normam art. 40, 1) et 2) Constitutionis, promovenda;

b) practica incepta in universo territorio provehenda, quibus res liturgica et applicatio Constitutionis de Sacra Liturgia foveatur;

c) studia et subsidia praeparanda quae ex decretis coetus plenarii Episcoporum necessaria fiunt;

d) munus actionem liturgicam pastoralem in universa dicione moderandi, applicationi decretorum ipsius coetus plenarii invigilandi, et de his omnibus ad ipsum coetum referendi;

e) consilia saepe conferenda atque incepta communia promovenda cum sodalitatibus quae in eadem regione rem biblicam, catecheticam, pastoralem, musicam et artem sacram curant itemque cum sodalitatibus religiosis laicorum omnis generis.

46. Instituti liturgiae pastoralis membra necnon singuli periti qui in adiutorium Commissionis liturgicae vocantur, ne renuant etiam singulis Episcopis opem libenter ferre, ad actionem liturgicam pastoralem in ipsorum territorio efficacius promovendam.

XIII. *De Commissione liturgica dioecesana* (ad Const. art. 45)

47. Commissionis liturgicae dioecesanae, moderante Episcopo, est:

a) statum actionis pastoralis liturgicae in dioecesi cognoscere;

b) accurate persequi ea quae in re liturgica a competenti auctoritate proposita sunt, necnon perspecta habere studia et incepta quae alibi in hoc campo fiunt;

c) incepta practica omnis generis, quae ad rem liturgicam provehendam conferre possint, suggerere et promovere, praesertim ad sacerdotes iam in vinea Domini operantes adiuvandos quod spectat;

d) in singulis casibus, aut etiam pro universa dioecesi, suggerere opportunos et progressivos ordines laboris pastoralis liturgici; idoneos viros, qui in hac re sacerdotes, data occasione, iuvare possint, indicare aut etiam vocare, et apta instrumenta atque subsidia proponere;

e) curare ut in dioecesi incepta ad rem liturgicam provehendam concordi animo et mutuo adiutorio cum aliis sodalitatibus progrediantur, simili quadam ratione ei quae de Commissione penes coetum Episcoporum instituta dicta est (n. 45 *e*). /

888

CAP. II.—DE SACROSANCTO EUCHARISTIAE MYSTERIO

I. *De Ordine Missae* (ad Const. art. 50)

48. Donec integer Ordo Missae instauratus fuerit, haec iam serventur:

a) Partes Proprii, quae a schola vel a populo canuntur aut recitantur, a celebrante privatim non dicuntur.

b) Partes Ordinarii celebrans potest una cum populo vel schola cantare vel recitare.

c) In precibus ad pedem altaris faciendis, initio Missae psalmus 42 omittitur. Omnes autem preces ad pedem altaris omittuntur, quoties alia actio liturgica immediate praecessit.

d) In Missa sollemni, patena a subdiacono non tenetur, sed super altare relinquitur.

e) Oratio secreta, seu super oblata, in Missis in cantu cantetur, in aliis elata voce dicatur.

f) Doxologia in fine Canonis a verbis *Per ipsum* usque ad *Per omnia saecula saeculorum*. ℟. *Amen* inclusive, cantetur aut elata voce dicatur. Per totam autem doxologiam celebrans calicem cum hostia parum elevatum tenet, omissis signis crucis et, in fine, genuflectit solum post responsum *Amen* a populo datum.

g) *Pater noster*, in Missis lectis, a populo una cum celebrante recitari potest lingua vernacula; in Missis autem in cantu a populo una cum celebrante cani potest lingua latina, et, si auctoritas ecclesiastica territorialis id decreverit, etiam lingua vernacula, melodiis ab eadem auctoritate approbatis.

h) Embolismus post orationem dominicam cantetur aut elata voce dicatur.

i) In distribuenda sacra Communione adhibeatur formula *Corpus Christi*. Celebrans, haec verba proferens, hostiam parum elevatam supra pyxidem communicanti ostendit, qui respondet: *Amen*, et postea a celebrante, omisso signo crucis cum hostia, communicatur.

j) Ultimum Evangelium omittitur; preces Leonianae supprimuntur.

k) Licet Missam cum solo diacono in cantu celebrare.

l) Licet Episcopis, pro necessitate, Missam in cantu more presbyterorum celebrare. /

889

http://www.obrascatolicas.com

II. *De Lectionibus et cantibus inter Lectiones* (ad Const. art. 51)

49. In Missis cum populo celebratis, Lectiones, Epistola et Evangelium versus populum legantur vel cantentur:

a) in Missa sollemni, in ambone aut ad cancellos;

b) in Missa cantata et in Missa lecta, si a celebrante leguntur aut canuntur, sive ex altari sive in ambone sive ad cancellos, prout magis opportunum fuerit; si vero ab alio leguntur aut canuntur, in ambone vel ad cancellos.

50. In Missis non sollemnibus cum populo celebratis, Lectiones et Epistola, una cum cantibus inter ipsas occurrentibus, a lectore idoneo seu ministrante legi possunt, celebrante sedente et auscultante; Evangelium autem a diacono vel ab aliquo sacerdote legi potest, qui dicit *Munda cor meum*, benedictionem petit et, in fine, librum Evangeliorum celebranti deosculandum praebet.

51. In Missis in cantu, Lectiones, Epistola et Evangelium, si lingua vernacula proferuntur, sine cantu legi possunt.

52. In legendis vel cantandis Lectionibus, Epistola, cantibus post ipsas occurrentibus, et Evangelio, sic proceditur:

a) In Missa sollemni, celebrans Lectiones et Epistolam, necnon cantus inter ipsas occurrentes sedens auscultat. Epistola cantata aut lecta, subdiaconus se confert ad celebrantem et ab eo benedicitur. Deinde celebrans sedens incensum imponit et benedicit, et dum cantatur *Alleluia* cum suo versu, vel circa finem aliorum cantuum post Epistolam, surgit diaconum benedicturus, et ad sedem Evangelium auscultat, librum Evangeliorum osculatur et, post homiliam, symbolum intonat, si dicendum sit; symbolo autem expleto, cum ministris ad altare revertitur, nisi orationem fidelium moderetur.

b) In Missis cantatis aut lectis, in quibus Lectiones, Epistola, cantus post ipsas occurrentes et Evangelium a ministro, de quo in n. 50, canuntur aut leguntur, celebrans modo supra exposito se gerit.

c) In Missis cantatis aut lectis, in quibus Evangelium a celebrante cantatur aut legitur, ipse celebrans, dum cantatur aut legitur *Alleluia* cum suo versu, vel circa finem aliorum cantuum post Epistolam, accedit ante infimum gradum altaris, ibique profunde inclinatus dicit *Munda cor meum* ac deinde pergit ad ambonem vel ad cancellos ad
890 Evangelium cantandum vel legendum. /

d) Si vero in Missa cantata aut lecta omnes lectiones ab ipso celebrante in ambone aut ad cancellos canuntur aut leguntur, ipse celebrans ibidem stans etiam cantus post Lectiones et Epistolam occurrentes, si necesse sit, legit; *Munda cor meum* dicit ad altare conversus.

III. *De homilia* (ad Const. art. 52)

53. Homilia diebus dominicis et festis de praecepto habeatur in omnibus Missis, quae concurrente populo celebrantur, Missis conventualibus, in cantu atque pontificalibus minime exceptis.

Diebus vero non festis, homilia commendatur praesertim in quibusdam feriis Adventus et Quadragesimae necnon in aliis occasionibus in quibus populus frequentior ad ecclesiam convenit.

54. Nomine homiliae ex textu sacro faciendae intelligitur explicatio aut alicuius aspectus lectionum Sacrae Scripturae aut alterius textus ex Ordinario vel Proprio Missae diei, ratione habita sive mysterii quod celebratur sive peculiarium necessitatum auditorum.

55. Si schemata praedicationis intra Missam habendae pro aliquibus temporibus proponuntur, intimus nexus cum praecipuis saltem temporibus et festis anni liturgici (cfr. *Const.* art. 102-104) seu cum mysterio Redemptionis harmonice servandus est; homilia enim est pars Liturgiae diei.

IV. *De oratione communi seu fidelium* (ad Const. art. 53)

56. In locis ubi iam viget consuetudo faciendi orationem communem seu fidelium, ante Offertorium, dicto *Oremus*, fiat interim iuxta formulas in singulis regionibus exstantes; quam celebrans aut ad sedem, aut ex altari aut in ambone vel ad cancellos moderetur.

Intentiones seu deprecationes a diacono vel a cantore vel ab alio idoneo ministrante cani possunt, servatis tamen celebranti verbis introductionis atque oratione conclusiva, quae de more erit oratio: *Deus, refugium nostrum et virtus*

(cfr. *Missale romanum*, Orationes diversae, n. 20), aut alia peculiari necessitati magis respondens.

In locis autem ubi orationis communis seu fidelium usus non habetur, competens auctoritas territorialis decernere potest ut fiat, modo supra indicato, formulis interim ab ipsa approbatis. /

891

V. *De parte quae linguae vernaculae in Missa tribui potest* (ad Const. art. 54)

57. In Missis sive in cantu sive lectis, quae cum populo celebrantur, competens auctoritas ecclesiastica territorialis linguam vernaculam admittere potest, actis ab Apostolica Sede probatis seu confirmatis:

a) praesertim in proferendis Lectionibus, Epistola et Evangelio, necnon in oratione communi seu fidelium;

b) pro condicione autem locorum, etiam in cantibus Ordinarii Missae, nempe: *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus-Benedictus* et *Agnus Dei*, et in antiphonis ad introitum, ad offertorium et ad communionem, necnon in cantibus inter lectiones occurrentibus;

c) insuper in acclamationibus, salutationibus et formulis dialogi, in formulis: *Ecce Agnus Dei; Domine, non sum dignus* et *Corpus Christi* in communione fidelium, et in oratione dominica cum sua admonitione et embolismo.

Missalia tamen, quae usui liturgico inserviunt, praeter interpretationem vernaculam, etiam textum latinum contineant oportet.

58. Solius Apostolicae Sedis est linguam vernaculam concedere in aliis partibus Missae, quae a solo celebrante canuntur aut dicuntur.

59. Sedulo curent animarum pastores ut christifideles, maxime vero sodales religiosarum societatum laicorum, etiam lingua latina partes Ordinarii Missae, quae ad ipsos spectant, simul dicere vel cantare sciant, praesertim adhibitis modis simplicioribus.

VI. *De facultate Communionem eodem die iterandi* (ad Const. art. 55)

60. Fideles qui in Missa Vigiliae paschalis et in Missa in nocte Nativitatis Domini communicaverint, iterum ad communionem accedere possunt in secunda Missa Paschatis et in una ex Missis quae die Nativitatis Domini celebrantur. /

892

Cap. III.—De ceteris Sacramentis et de Sacramentalibus

I. *De parte quae linguae vernaculae tribui potest* (ad Const. art. 63)

61. Competens auctoritas territorialis linguam vernaculam admittere potest, actis ab Apostolica Sede probatis seu confirmatis:

a) in ritibus Baptismi, Confirmationis, Paenitentiae, Unctionis infirmorum et Matrimonii, formula essentiali minime excepta; necnon in distribuenda sacra Communione;

b) in collatione Ordinum: in allocutionibus initio cuiusque Ordinationis seu Consecrationis, et etiam in examine electi in Consecratione Episcopali, necnon in admonitionibus;

c) in Sacramentalibus;

d) in exsequiis.

Sicubi tamen amplior usus linguae vernaculae opportunus esse videatur, servetur praescriptum art. 40 Constitutionis.

II. *De omittendis in Ordine supplendi omissa super baptizatum* (ad Const. art. 69)

62. In Ordine supplendi omissa super infantem baptizatum, qui legitur in Rituali romano, tit. II, cap. 5, omittantur exorcismi qui inveniuntur sub nn. 6 *(Exi ab eo)*, 10 *(Exorcizo te, immunde spiritus - Ergo, maledicte diabole)* et sub n. 15 *(Exorcizo te, omnis spiritus)*.

63. In Ordine supplendi omissa super adultum baptizatum, qui legitur in Rituali romano, tit. II, cap. 6, omittantur exorcismi qui inveniuntur sub nn. 5 *(Exi ab eo)*, 15 *(Ergo, maledicte diabole)*, 17 *(Audi, maledicte satana)*, 19 *(Exorcizo te - maledicte diabole)*, 21 *(Ergo, maledicte diabole)*, 23 *(Ergo, maledicte diabole)*, 25 *(Exorcizo te -Ergo, maledicte diabole)*, 31 *(Nec te latet)* et 35 *(Exi, immunde spiritus)*.

III. *De Confirmatione* (ad Const. art. 71)

64. Si Confirmatio intra Missam confertur, convenit, ut Missa ab ipso Episcopo celebretur, qui proinde Confir-
883 mationem paramentis Missae indutus confert. /

Missa autem intra quam confertur Confirmatio dici potest, tamquam votiva II classis, de Spiritu Sancto.

65. Post Evangelium et homiliam ante susceptionem Confirmationis, confirmandi laudabiliter renovent promissiones Baptismi, iuxta ritum in singulis regionibus legitime vigentem, nisi ante Missam hoc iam factum fuerit.

66. Si Missa ab alio celebratur, convenit, ut Episcopus Missae assistat paramentis indutus pro Confirmationis collatione praescriptis, quae possunt esse aut coloris Missae aut albi coloris. Ipse Episcopus homiliam habeat, celebrans vero Missam tantum post collatam Confirmationem resumat.

67. Confirmatio confertur iuxta ritum in Pontificali romano descriptum; sed ad verba *In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*, quae sequuntur formulam *Signo te*, unicum signum crucis fiat.

IV. *De ritu continuo Unctionis infirmorum et Viatici* (ad Const. art. 74)

68. Cum Unctio infirmorum et Viaticum simul administrantur, nisi in Rituali particulari ritus continuus iam habeantur, res ita ordinentur: praemissa aspersione cum orationibus ad ingressum quae sunt in Ordine Unctionis sacerdos confessionem infirmi, si necesse sit, recipiat, ac deinde Unctionem conferat ac tandem Viaticum praebeat, omissis aspersione cum suis formulis et confessione atque absolutione.

Si autem et Benedictio Apostolica cum indulgentia plenaria in articulo mortis tunc impertiatur, haec immediate ante Unctionem detur, omissis aspersione cum suis formulis et confessione atque absolutione.

V. *De manuum impositione in Consecratione Episcopali* (ad Const. art. 76)

69. Manuum impositionem, in Consecratione Episcopali, omnes Episcopi praesentes, habitu chorali induti, facere possunt. Verba autem *Accipe Spiritum Sanctum* a Pontifice Consecratore et duobus Episcopis Conconsecrantibus tantum dicantur.

VI. *De ritu Matrimonii* (ad Const. art. 78)

70. Matrimonium, nisi iusta causa a celebratione Missae excuset, intra Missam, post Evangelium et homiliam,
894 quae numquam est omittenda, celebretur. /

71. Quoties Matrimonium intra Missam celebratur, semper, etiam tempore clauso, dicatur Missa votiva pro Sponsis aut de ea fiat commemoratio, iuxta rubricas.

72. Quantum fieri potest, parochus ipse vel eius delegatus qui Matrimonio assistit Missam celebret; quod si alius sacerdos assistit, celebrans Missam ne prosequatur nisi expleto ritu Matrimonii.

Sacerdos autem qui Matrimonio tantum assistit sed Missam ipse non celebrat, sit superpelliceo et stola alba et, iuxta locorum consuetudinem, etiam pluviali, indutus, et homiliam habeat. Benedictio vero post *Pater noster* et ante *Placeat* semper a sacerdote Missam celebrante impertienda est.

73. Benedictio nuptialis intra Missam semper, etiam tempore clauso et etsi unus vel uterque coniux ad alias nuptias transit, impertiatur.

74. In celebrando Matrimonio sine Missa:

a) initio ritus, iuxta Litt. Apost. *Sacram Liturgiam*, n. V [LE 3160], brevis admonitio habeatur, quae tamen non est homilia, sed tantum simplex introductio ad celebrandum Matrimonium (cfr. *Const.* art. 53, 3); sermo autem seu homilia habeatur, e textu sacro (cfr. *Const.* art. 52), post lectionem Epistolae et Evangelii e Missa pro Sponsis, ita ut ordo totius ritus sit: brevis admonitio, lectio Epistolae et Evangelii lingua vernacula, homilia, celebratio Matrimonii, benedictio nuptialis.

b) Pro lectione Epistolae et Evangelii e Missa pro Sponsis, deficiente textu vulgari a competenti auctoritate ecclesiastica territoriali approbato, licet, ad interim, adhibere textum ab Ordinario loci approbatum.

c) Nihil impedit quominus inter Epistolam et Evangelium habeatur cantus. Item valde commendatur post expletum ritum Matrimonii, ante benedictionem nuptialem, oratio fidelium, iuxta formulam ab Ordinario loci approbatam, in qua etiam supplicationes pro sponsis proferantur.

d) In fine ritus, benedictio sponsis semper, etiam tempore clauso et etiam si unus vel uterque coniux ad alias nuptias transit, impertiatur, iuxta formulam quae legitur in Rituali romano tit. VIII, cap. III, nisi in Ritualibus particularibus alia benedictio habeatur. /

895

75. Si Matrimonium celebratur tempore clauso, parochus sponsos moneat ut rationem habeant peculiaris naturae illius temporis liturgici.

VI. *De Sacramentalibus* (ad Const. art. 79)

76. In benedictione candelarum die 2 februarii, et cinerum in capite ieiunii quadragesimalis, dici potest una tantum ex orationibus quae in Missali romano pro his benedictionibus inveniuntur.

77. Benedictiones usque adhuc reservatae, quae in Rituali romano, tit. IX, cap. 9, 10 et 11 continentur, ab omni sacerdote impertiri possunt, exceptis benedictionibus campanae ad usum ecclesiae benedictae vel oratorii (cap. 9, n. 11), primarii lapidis pro ecclesia aedificanda (cap. 9, n. 16), novae ecclesiae seu oratorii publici (cap. 9, n. 17), antimensii (cap. 9, n. 21), novi coemeterii (cap. 9, n. 22) et exceptis benedictionibus papalibus (cap. 10, nn. 1-3), necnon benedictione et erectione stationum Viae Crucis (cap. 11, n. 1) utpote Episcopo reservata.

Cap. IV.—De Officio Divino

I. *De Officio Divino persolvendo ab iis qui chori obligatione tenentur* (ad Const. art. 95)

78. Donec divini Officii instauratio perficiatur:

a) Communitates Canonicorum, Monachorum et Monialium aliorumque Regularium vel Religiosorum ex iure vel constitutionibus choro adstrictae, praeter Missam conventualem, debent cotidie totum Officium in choro persolvere.

Singuli vero harum communitatum sodales, qui sunt in ordinibus maioribus constituti aut sollemniter professi, conversis exceptis, etsi a choro legitime dispensati, debent cotidie Horas canonicas, quas in choro non persolvunt, soli recitare.

b) Capitula cathedralia et collegialia, praeter Missam conventualem, illas partes Officii in choro persolvere debent, quae iis a iure communi vel particulari imponuntur.

Singuli vero horum Capitulorum sodales, praeter Horas canonicas, quas omnes clerici in Ordinibus maioribus constituti persolvere tenentur (cfr. *Const.* art. 96 et 89), debent illas Horas soli recitare, quae a suo Capitulo persolvuntur. / 896

c) In regionibus vero Missionum, salva disciplina chorali religiosa vel capitulari iure statuta, sodales religiosi vel capitulares qui ministerii pastoralis causa legitime a choro absunt, de licentia Ordinarii loci, non tamen Vicarii Generalis vel Delegati, frui possunt concessione facta per Litteras Apostolicas *Sacram Liturgiam*, n. VI [LE 3160].

II. *De facultate ab Officio divino dispensandi vel illud commutandi* (ad Const. art. 97)

79. Facultas omnibus Ordinariis concessa subditos suos, in casibus singularibus iustaque de causa, ab obligatione Officii divini ex toto vel ex parte dispensandi, vel illud commutandi, extenditur etiam ad Superiores maiores Religionum clericalium non exemptarum vel Societatum clericorum in communi viventium sine votis.

III. *De parvis Officiis* (ad Const. art. 98)

80. Nullum parvum Officium in modum divini Officii confectum censetur, quod non coalescat e psalmis, lectionibus, hymnis, orationibus et horarum diei necnon respectivi temporis liturgici aliquam rationem non habeat.

81. Ad publicam Ecclesiae orationem agendam, interim illa parva Officia adhiberi possunt, quae usque adhuc legitime approbata sunt, dummodo iuxta requisita, quae sub numero praecedenti recensentur, confecta sint.

Nova autem parva Officia, ut ad publicam Ecclesiae orationem agendam adhiberi possint, ab Apostolica Sede approbari debent.

82. Conversio textus parvi Officii in linguam vernacu-

http://www.obrascatolicas.com

lam ad publicam Ecclesiae orationem agendam, a competenti auctoritate ecclesiastica territoriali approbari debet, actis ab Apostolica Sede probatis seu confirmatis.

83. Auctoritas competens ad linguam vernaculam concedendam in recitatione parvi Officii iis qui ex constitutionibus ad hoc adstringuntur, aut ad dispensandum ab obligatione recitationis vel ad eam commutandam, est cuiusque subiecti Ordinarius vel Superior maior.

IV. *De Officio divino aut parvis Officiis a sodalibus Statuum perfectionis in communi persolvendis* (ad Const. art. 99)

84. Obligatio persolvendi in communi Officium divinum, aut aliquod parvum Officium, aut eorum partes, sodalibus Statuum perfectionis ab / ipsorum Constitutionibus 897
facta, facultatem non adimit omittendi Horam Primam, et ex ceteris Horis minoribus illam eligendi, quae diei momento magis congruat (cfr. Litt. Apost. *Sacram Liturgiam*, n. VI) [LE 3160].

V. *De lingua in recitatione divini Officii adhibenda* (ad Const. art. 101)

85. In divino Officio in choro persolvendo, clerici linguam latinam servare tenentur.

86. Facultas Ordinario facta concedendi usum linguae vernaculae, singulis pro casibus, iis clericis quibus usus linguae latinae grave impedimentum est quominus Officium debite persolvant, extenditur etiam ad Superiores maiores Religionum clericalium non exemptarum et Societatum clericorum in communi viventium sine votis.

87. Grave impedimentum quod requiritur ut praedicta concessio detur, ponderari debet considerata condicione physica, morali, intellectuali et spirituali petentis. Hac tamen facultate, quae ad recitationem divini Officii faciliorem reddendam magisque devotam unice conceditur, nullo modo derogari intenditur obligationi qua sacerdos ritus latini tenetur linguam latinam discendi.

88. Versio vernacula Officii divini iuxta alium ritum ac romanum a respectivis Ordinariis eiusdem linguae praeparetur et approbetur, adhibita tamen, pro elementis utrique ritui communibus, versione ab auctoritate territoriali approbata, ac deinde confirmationi Apostolicae Sedis proponatur.

89. Breviaria adhibenda a clericis quibus usus linguae vernaculae in persolvendo divino Officio, ad normam articuli 101 § 1 Constitutionis, tribuitur, praeter interpretationem vernaculam, textum etiam latinum contineant, oportet.

CAP. V.—DE ECCLESIIS ET ALTARIBUS DEBITE EXSTRUENDIS AD FIDELIUM ACTUOSAM PARTICIPATIONEM FACILIUS OBTINENDAM

I. *De ecclesiarum dispositione*

90. In ecclesiis noviter erigendis, reficiendis aut aptandis sedulo curetur ut idoneae evadant ad actiones sacras celebrandas iuxta veram ipsarum naturam, et ad fidelium actuo- 898
sam participationem obtinendam (cfr. *Const.* art. 124). /

II. *De altari maiore*

91. Praestat ut altare maius exstruatur a pariete seiunctum, ut facile circumiri et in eo celebratio versus populum peragi possit; in sacra autem aede eum occupet locum, ut revera centrum sit quo totius congregationis fidelium attentio sponte convertatur.

In eligenda materia ad ipsum altare aedificandum et ornandum, praescripta iuris serventur.

Presbyterium insuper circa altare eius amplitudinis sit, ut sacri ritus commode peragi possint.

III. *De sede celebrantis et ministrorum*

92. Sedes pro celebrante et ministris, iuxta singularum ecclesiarum structuram, ita collocetur ut a fidelibus bene conspici possit, et ipse celebrans revera universae fidelium communitati praeesse videatur.

Attamen, si sedes post altare collocatur, vitanda est forma throni, utpote qui uni Episcopo competat.

IV. *De altaribus minoribus*

93. Altaria minora numero sint pauciora, immo quantum aedificii structura permittit, valde congruit ut in sacellis ab ecclesiae parte principali aliquomodo seiunctis collocentur.

V. *De altarium ornatu*

94. Crux et candelabra, quae pro singulis actionibus liturgicis in altari requiruntur, de iudicio Ordinarii loci, etiam iuxta ipsum poni possunt.

VI. *De sanctissima Eucharistia asservanda*

95. Sanctissima Eucharistia asservetur in tabernaculo solido atque inviolabili in medio altaris maioris vel minoris, sed vere praecellentis, posito, aut, iuxta legitimas consuetudines et in casibus peculiaribus ab Ordinario loci probandis, etiam in alia ecclesiae parte vere pernobili et rite ornata.

Licet Missam versus populum celebrare, etiam si in altari exstat tabernaculum, parvum quidem, sed aptum, / 899

VII. *De ambone*

96. Convenit ut ambo vel ambones habeantur ad sacras lectiones proferendas, ita dispositi ut minister a fidelibus bene conspici et audiri possit.

VIII. *De loco scholae et organi*

97. Scholae et organi loca ita disponantur, ut clare appareat cantores et organi modulatorem fidelium communitatis congregatae partem efficere, et ut ipsi suo munere liturgico aptius fungi possint.

IX. *De locis fidelium*

98. Loca fidelium peculiari cura disponantur, ut ipsi visu et animo sacras celebrationes debite participare possint. Expedit ut de more scamna seu sedilia ad eorum usum ponantur. Consuetudo tamen personis quibusdam privatis sedilia reservandi reprobanda est, ad normam art. 32 Constitutionis.

Curetur etiam ut fideles sive celebrantem sive alios ministros non tantum videre, sed etiam, hodiernis instrumentis technicis adhibitis, commode audire valeant.

X. *De baptisterio*

99. In baptisterio exstruendo et ornando, sedulo attendatur ut dignitas sacramenti Baptismi clare appareat, et locus aptus sit ad communes celebrationes peragendas (cfr. art. 27 *Const.*).

* * *

Praesentem Instructionem a Consilio ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia de mandato Ssmi Domini Nostri Pauli Pp. VI paratam, Iacobus S. R. E. Card. Lercaro, eiusdem Consilii Praeses, Sanctitati Suae detulit.

Beatissimus Pater, postquam ea qua par est consideratione hanc Instructionem perpendit, in hac re auxilium ferentibus sive supra memorato Consilio, sive hac Sacra Rituum Congregatione, eam in Audientia, die 26 septembris 1964 Arcadio Mariae S. R. E. Card. Larraona, Sacrae 900
Rituum Congregationis Praefecto, concessa, in omnibus et singulis speciali modo approbavit et auctoritate Sua confirmavit, et publici iuris fieri iussit, ab omnibus ad quos spectat, a die 7 martii anno 1965, prima dominica in Quadragesima, sedulo servandam.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, die 26 septembris 1964.—Iacobus Card. Lercaro, Archiepiscopus Bononiensis, *Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia*. Arcadius M. Card. Larraona, *S. R. C. Praefectus*. Henricus Dante, Archiep. tit. Carpasien., *S. R. C. a Secr.*

Adn. M. AUGE in CpR 43 (1964) 320-335; C. BRAGA in EL 78 (1964) 448-518; O. DE SIMONE in ME 91 (1966) 283-297; J. M. LECEA in Ius can. 5 (1965) 195-197; B. NEUNHEUSER in Seminarium 18 (1966) 104-115; L. TRIMELONI in Perfice munus 40 (1965) 2-12, 66-86, 140-158, 194-207, 258-270.

3218

1964 OCT 7.-SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR CELEBRANDI QUASDAM MISSAS VOTIVAS LOCO MISSAE CONVENTUALIS

PRECES—*Beatissime Pater*, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter implorat indultum, vi cuius in Conven-

tibus eiusdem Ordinis, quibus est chori obligatio, celebrari possit, quando desit sacerdotum copia, loco Missae Officio diei respondentis, idest Missae conventua,is:

1) Prima feria V cuiusvis mensis (vel Sabbato, secundum consuetudinem in quibusdam dioecesibus vigentem), *Missa votiva Domini nostri Iesu Christi Summi et Aeterni Sacerdotis;*

2) Prima feria VI cuiusvis mensis, *Missa votiva Sacratissimi Cordis Iesu;*

3) Primo Sabbato mensis cuiuslibet, *Missa votiva de Immaculato Corde B. M. V. vel de Conceptione Immaculata B.M.V.*

Et Deus...

RESCR.—Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi a Sstho Domino nostro Paulo Papa VI tributarum, attentis peculiaribus in supplici libello expositis adiunctis, benigne annuit pro gratia iuxta preces, dummodo non occurrat dies liturgicus I vel II classis: servatis de cetero rubricis.

Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 7 octobris 1964.

HENRICUS DANTE, Archiep. Carpasien., *S. S. C. a Secretis.*
Ioachim Sormanti, *Subst.*

* Procuratori Gen. O. F. M. Cap., Prot. N. O. 87/964: AOFMCap 80 (1964) 274-275. Adn. AOFMCap 80 (1964) 274-275.

3219

1964 OCT 9.-SC DE PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR ORDINARIO DIGNITATE EPISCOPALI NON INSIGNITO CONSECRANDI OLEA SACRA

20 Settembre 1964

PRECES—*Beatissime Pater*, Ordinarius Praefecturae Apostolicae de Insulis Falkland seu Malvinis, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit ut, etsi dignitate episcopali non sit insignitus, Olea Sacra conficere possit.

Rationes huius petitionis sunt tum magna difficultas ea obtinendi ob nimiam distantiam et infrequentiam maritimarum communicationum, tum irriverentiae periculum ex praecedentibus profluens. Et Deus...

RESCR.—Sacra Congregatio de Propaganda Fide, vigore facultatum sibi a Ssmo D. N. Paulo Div. Prov. Papa VI tributarum, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces. Praesentibus valituris iisdem perdurantibus circumstantiis.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 9 mensis octobris a. D. 1964.—P. Sigismondi, *a Secr.*

* Ordinario de Insulis Falkland seu Malvinis, Prot. N. 3987/64: BIM 31 (1967) 167.

3220

1964 OCT 16.-PAULUS VI, RESCRIPTUM. PART.*

CONCEDITUR VICARIO GENERALI SOCIETATIS IESU FACULTAS PARTEM HABENDI IN CONCILIO OECUMENICO VATICANO II CUM VOTO DELIBERATIVO

Vaticano, 16 Octobris 1964

Reverendissime Pater, Gratissimo officio mihi est communicare Tibi Sanctissimum Dominum Nostrum Paulum Pp. VI concedere dignatum esse Tibi, «pro gratia et durante munere» privilegium partem habendi in Concilio Oecumenico Vaticano II, cum iure voti deliberativi, et ideo Te in Patres eiusdem Concilii cooptatum esse.

Omnor igitur cuncta bona et fausta quaeque adprecor. Tibi addictissimus.—PERICLES FELICI.

* Vicario Gen. S. I., Prot. N. 2363CV/64: Acta romana Societatis Iesu 14 (1961-66) 424.

3221

1964 OCT 16.-CONSILIUM LITURGIAE, LIT. CIRC. PART.*

IN REGIONIBUS EIUSDEM LINGUAE, UNITAS TEXTUUM QUI EADEM LINGUA VERNACULA RECITANDI SUNT, SERVETUR

Romae, die 16 octobris 1964

Excellentissime Domine, Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia, complurium Coetuum Episcoporum Acta ad rem liturgicam spectantia «confirmando», attentionem saepius posuit ad peculiarem et aliquando gra-

viorem difficultatem, quae exoritur ex ampliore parte quam Constitutio tribuit linguae vernaculae in Liturgia.

Nam, dum saecularis unitas linguae liturgicae labitur, et simul cum lingua latina variae populorum linguae existere incipiunt, bene providendum est ne ipsa spiritualis et pastoralis efficacia Liturgiae in discrimen adducatur. Transitus enim ad novam rerum condicionem debita cum gradualitate et prudentia faciendus est.

Qua de causa, «Consilium» hac in re mentem suam aperire cupit circa peculiarem quaestionem de popularibus interpretationibus in regionibus eiusdem linguae. Mens enim «Consilii» est ut his in regionibus unitas textuum, qui lingua vernacula in Liturgia dicendi sunt, servetur: minus enim probandae videntur multiplices interpretationes, textus et editiones pro una eadem lingua, praesertim e maioribus, uti v. gr. Anglica, Gallica, Germanica, Hispanica, etc. Quod certo et gravitati ipsius textus et dignitati librorum liturgicorum officeret.

Hoc desiderium «Consilii», Excellentissime Domine, animo fidenti Tecum communico, ut illud velis Exemo Praesidi Commissionis Liturgicae apud Coetum Episcoporum Tuae Nationis significare, quo opportuniore modo, per personam competentem, consilium ineatur cum Coetibus Episcoporum, quorum interest, ut laudabiliter iam factum est quibusdam in casibus.

Gratissimum erit «Consilio» si Tu, Excellentissime Domine, quamprimum notitias circa exitum huius suggestionis humaniter ad Secretariam eiusdem «Consilii» transmiseris, difficultates forte exortas indicando, ut, si casu; fert, subsidium ad illas solvendas praestari possit.

Interea omnia fausta Tibi a Deo adprecor, atque, omni quo par est obsequio, me profiteor Excellentiae Tuae Reverendissimae addictissimum.—IACOBUM CARD. LERCARO, *Praesidem.*

* Notit. 1 (1965) 195-196.

3222

1964 OCT 22.-SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR ADHIBENDI RITUM CATHOLICUM ET RITUM ORTHODOXUM GRAECUM IN CELEBRATIONE NUPTIARUM MIXTAE RELIGIONIS

Vide *textum* sub die 26 Oct 1964: LE 3225

* Ordinario Riverormensi: Jurist 25 (1965) 382.

3223

1964 OCT 24.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 56 (1964) 965-967

SANCTUS BENEDICTUS ABBAS PRINCIPALIS TOTIUS EUROPAE PATRONUS ELIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Pacis nuntius, unitatis effector, civilis cultus magister, maxime vero religionis christianae praeco et monasticae vitae in occidente auctor meritissimo Sanctus Benedictus Abbas praedicatur. Is, cum aliae Europae regiones, quo tempore Romanorum imperium vetustate corruptum dilabebatur, in tenebras videbantur incidere, aliae adhuc politioris humanitatis et spiritualium bonorum erant expertes, arduo molimine virtutis constantissimae suae effecit, ut nova veluti aurora eidem terrae continenti affulgeret. Cruce enim, libro, aratro, praecipue ipse per se et per filios suos gentibus, quae a Mari Mediterraneo usque ad Scandinaviam, ab Hibernia usque ad Polonorum loca patentia incolunt, christianum attulit cultum civilem (cfr. *A. A. S.*, 1947, p. 453). Cruce, id est lege Iesu Christi, privatae et publicae vitae instituta firmavit et auxit. Iuvat quoque memorare «opere Dei», seu certa assiduaque precandi ratione, eum docuisse cultum divinum in humana consortione summi esse momenti. Sic igitur spiritualem illam unitatem Europae coagmentavit, qua quidem nationes, sermone, genere, ingenio diversae, unum populum Dei se esse sentiebant. Quae unitas, fideliter annitentibus monachis, disciplinae tanti parentis alumnis, peculiaris nota facta est mediae, quam vocant, aetatis. Illam, / quae, ut ait Sanctus Augustinus, «omnis pulchri- 966
tudinis forma» est (cfr. *Ep.* 18, 2; *P. L.* 33, 85), lugenda rerum vicissitudine discissam, quotquot sunt bona praediti voluntate, restituere temporibus nostris conantur. Libro, seu ingenii cultu, idem venerabilis patriarcha, a quo tot monasteria nomen vigoremque traxerunt, vetera litterarum monumenta, cum liberales disciplinae artesque obruebantur caligine, diligenti cura servavit et ad posteros

http://www.obrascatolicas.com

transmisit, atque doctrinas studiose excoluit. Aratro demum, seu re rustica, aliisque subsidiis loca vasta et horrida in agros frugum feraces et hortos amoenos mutavit; et precationibus fabrilia iungens, secundum verba illa «ora et labora», humano operi excellentiam addidit. Haud immerito ergo Pius Pp. XII Sanctum Benedictum «Europae patrem» appellavit (cfr. *A. A. S.*, loc. mem.); cuius quidem terrae continentis populis ille amorem et studium recti ordinis inspiravit, in quo socialis vita eorum inniteretur. Hic Decessor Noster deinde exoptavit, ut tam incliti viri deprecatione Deus inceptis faveret eorum, qui gentes easdem verae fraternitatis vinculis copulare niituntur. Idem ut feliciter eveniret, etiam Ioannes Pp. XXIII amanti, qua enitebat, sollicitudine, ex animo concupivit. Atque Nos ipsi consilia huiusmodi, eo pertinentia, ut unitas inter Europae nationes foveatur, valde probamus. Qua de causa libenter concessimus precibus, quibus plurimi ex variis Europae partibus Patres Purpurati, Archiepiscopi, Episcopi, Supremi Moderatores Ordinum et Congregationum religiosarum aliique insignes ex laicorum ordine viri Nos rogaverunt, ut Sanctum Benedictum Europae renuntiaremus Patronum. Cuius caelestis tutelae palam declarandae praeclara opportunitas Nobis praebetur, cum Montis Casini templum, anno MCMXLIV, bello per orbem terrarum saeviente, eversum, sed invicta pietate deinde refectum, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis et Sancti Benedicti hodie rursus consecramus. Quod quidem libenter peragimus, nonnullos Decessores Nostros in hoc imitati, qui eam religionis et vitae monasticae sedem, ob eiusdem Sancti Benedicti sepulchrum celeberrimam, per saeculorum decursum ipsi dedicarunt. Hic igitur praestantissimus Caeles vota Nostra secundet, et ut olim lumine christiano tenebras dispulit pacisque bona impertiit, ita nunc Europae rebus praesit easque propitiatione sua maioribus in dies provehat incrementis. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Benedictum Abbatem totius Europae principalem apud Deum caelestem *Patronum* constituimus ac declaramus, omnibus
967 ad/iectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIV mensis Octobris, anno MCMLXIV, Pontificatus Nostri secundo.—PAULUS PP. VI.

3224

1964 OCT 24-CONV. c. VENETIOLA. AAS 56 (1964) 932

RATIHABITIO CONVENTIONIS INTER APOSTOLICAM SEDEM ET VENETIOLANAM REMPUBLICAM

Vide *textum* supra sub die 6 Martii 1964: LE 3170.

3225

1964 OCT 26.-SC ORIENTALIS, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR ADHIBENDI RITUM CATHOLICUM ET RITUM GRAECUM ORTHODOXUM IN CELEBRATIONE MUPTIARUM MIXTAE RELIGIONIS

October 26, 1964

Your Excellency: On August 22 of this year, Mrs. G. G., of your Diocese, sent to this Sacred Congregation, through the Secretariat of States of His Holiness, a petition in which she asked that the planned marriage of her daughter Jeanne with a Greek Orthodox man might be celebrated also before a dissident minister.

It is my happy duty to communicate to Your Excellency that the Supreme Sacred Congregation of the Holy Office, on the twenty-second of this month, has granted the faculty requested provided that the marriage be first celebrated before the Catholic priest, that the promises of the man, prescribed by the Code, be secured, and that the danger of scandal be removed.

I take the opportuny to profess myself, with sentiments of deepest esteem, Your Excellency's most devoted servant.—Giovanni B. Scapinelli, *Assessor*.

* Ordinario Riverormensi, Prot. N. 4/58, iuxta versionem editam a Jurist 25 (1965) 382.

3226

1964 OCT 28-SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM PART.*

CURSUS PASTORALIS PARTEM CONSTITUIT INTEGRANTEM CURRICULI THEOLOGICI, ETIAM AD EFFECTUS VOCIS ACTIVAE ET PASSIVAE

Roma, 28 ottobre 1964

1.° «Se il corso di pastorale, prescritto dalla Costituzione Apostolica «Sedes Sapientiae» debba considerarsi come parte integrale del prescritto «curriculum studiorum» (Cost. n. 694) anche agli effetti della voce sia attiva che passiva nella elezione del Delegato del Convento al Capitolo Provinciale, ed eventualmente per la partecipazione a qualsiasi altro atto capitolare propriamente detto;

2.° Se nel caso che, per un giustificato motivo, il detto corso di pastorale venga ritardato a qualche Sacerdote, egli abbia diritto alla voce attiva e passiva;

3.° Quale debba essere la norma ed il criterio, sempre agli effetti della elezione del Delegato del Convento, e degli altri atti capitolari, per quei Sacerdoti, che, dopo il consueto curriculum theologicum, proseguono gli studi superiori presso gli Istituti nei quali è obbligatoria la frequenza o presso Università statali, ove la frequenza non è obbligatoria;

4.° Infine il Definitorio generale umilmente supplica che, presentandosi qualche caso di fondato dubbio, in relazione alla condizioni contemplate, il Ministro Generale possa essere autorizzato a risolverlo;

attentis omnibus ad rem facientibus, rescribendum censuit prout rescribit: ad I: *affirmative;* ad II: *negative;* ad III: *provisum* in art. 48 § 2 Statutorum Generalium Constitutioni Apostolicae «Sedes Sapientiae» adnexorum; ad IV: *recurratur in singulis casibus.*

Omnia fausta a Domino adprecor ac permaneo Paternitati Tuae Reverendissimae addictissimus in Domino.—PAULUS PHILIPPE, *a Secretis.*

* Procuratori Gen. O. F. M. Conv., Prot. N. 1955/64: COFM.Conv 83 (1968) 143.

3227

1964 NOV 5-PAENITENTIARIA, DECR. AAS 56 (1964) 953

NOVENSILIBUS SACERDOTIBUS FACULTAS TRIBUITUR IMPERTIENDI BENEDICTIONEM PAPALEM

Ssmus D. N. Paulus Div. Prov. Pp. VI, preces Sibi oblatas in favorem novensilium sacerdotum libenti animo excipiens, ut paternam Suam sollicitudinem erga ipsos ostenderet, benigne statuere dignatus est ut quilibet novensilis sacerdos, cum primum Missam quadam sollemnitate celebraverit, impertiri valeat, unica vice, adhibita formula quae in Rituali Romano invenitur, ac extra Urbem, Benedictionem Papalem cum adnexa plenaria Indulgentia, acquirenda a christifidelibus, qui, sacramentali paenitentia expiati et sacra Communione refecti, eidem Missae sacrificio pia mente adstiterint, praefatam Benedictionem devote acceperint et ad Summi Pontificis mentem preces fuderint.

Praesenti *in perpetuum* valituro, ab hac ipsa die et absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, e S. Paenitentiaria Apostolica, die 5 Novembris 1964.—F. Card. CENTO, *Paenitentiarius Maior.* I. Sessolo, *Regens.*

Adn. E. F. REGATILLO in Sal terrae 53 (1965) 178-179.

3228

1964 NOV 6-PAULUS VI, ALLOC. AAS 56 (1964) 998-999

Allocutio die 6 Nov. 1964 *habita ad Patres Conciliares, cum Summus Pontifex generali coetui tertiae sessionis praesedit, dum de schemate Missionum disceptatio versabatur:*

DE RATIONE MISSIONALI UNIVERSAE ECCLESIAE

Pro certo habetote, dilectissimi Nobis, crebro Nostris esse in votis adesse coetibus Oecumenici Concilii, quod in hac sacra aula Vaticanae Basilicae celebratis.

Cum vero firmiter statuissemus saltem alicui uni ex generalibus vestris Conventibus praesidere, hunc delegimus praesentiae Nostrae diem, quo in Schemate Missionum disceptatio vestra versatur. Hoc quidem ut praeoptaremus, certe suasit Nobis singularis gravitas et magnitudo argumenti, ad quod nunc mentes et animos convertitis.

Nobis, beatissimi Petri Successori, ac vobis, Apostolorum Successoribus, nunc potissimum instanter insonat divinum mandatum: «Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae» (*Mc.* 16, 15), e quo efficiendo iusso salus mundi pependit et pendet. Huic sacrosanctae Synodo praeter alia perinsigne constituitur consilium, ut ad Evangelium largius et efficientius evulgandum nova muniantur itinera, novae rationes excogitentur, nova contentio alacris instimuletur.

Hoc, quod vestris in manibus est Schema, ubi de huiusmodi quaestione pertractatur, cum perpendissemus, multum, immo plurimum invenimus —sive materies, sive argumentorum pondus, sive edisserendi ordo spectatur— quod dignum laude Nostra existimaremus. Quapropter opinionem profitemur facile fore, ut, quamvis fortasse arbitremini hoc nonnullis in partibus perpoliendum et excolendum esse, idem adprobationem vestram consequatur. Librata ibi consilia, enucleata opera, definitae viae et rationes tantae rei causa utinam actuosam vim exserant ad Regnum Dei in terris incensiore cum studio provehendum; utinam evangelicae sationi spes messis inde paretur uberrima.

Perplacet praesertim Nobis, quod constanter hoc deposcitur, ut Ecclesia universa missionalis sit, ut singuli etiam fideles animo et re, quantum geri possit, missionales evadant. Qui inenarrabili fidei dono sunt praediti, qui illuminatione gloriae Evangelii collustrati sunt, qui regale sacerdotium et gens sancta Ecclesiae filii numerantur, maximas semper Deo gratias de tanto accepto munere agant, preces, pietatis officia, stipem perquam liberalem afferen-
969 tes in adiumentum scilicet / et levamen eorum, qui praecones sunt Evangelii. Quocirca, cum nihil sit hominibus salutarius et Dei gloriae congruentius quam in fidem diffundendam pro virili parte anniti, missionali apostolatui, qui praestantia et efficacitate excellentissimus est, nobili cum certatione devotionis studium, providentiam largitatum, misericordiam donorum dispensent. «Munerator tuus vult te esse munificum, et qui dat ut habeas, mandat ut tribuas dicens: Date et dabitur vobis (*Lc.* 6, 38)» [1].

Verumtamen Evangelicus ager, etsi diligenter excolitur, tantummodo rorante Dei gratia, novalium felici fecunditate vestitur. Quam ob rem eleemosynis et piis operibus roboratae, ascendant ferventiores ad Deum pro missionalibus precationes: «Deus, qui omnes homines vis salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire: mitte, quaesumus, operarios in messem tuam, et da eis cum omni fiducia loqui verbum Dei, ut sermo tuus currat et clarificetur, et omnes gentes te agnoscant solum Deum verum et quem misisti Iesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum» [2].

Antequam brevi sermoni finem imponimus, benevolentissima voluntate salvere iubemus Patres Oecumenici Concilii, qui in missionalibus finibus pro Christi Regno adlaborant; et sicut ad ipsos, cogitatio Nostra grata, gratulabunda bono cum omine ita advolat ad eorumdem sacerdotes, ad missionales sodales utriusque sexus, ad christianae doctrinae institutores, ad eos qui ibidem adiutricem operam navant, ad eos qui provida beneficia collocant et salutaria fovent incepta.

Haec flagrantissima vota Apostolica Benedictio Nostra confirmet, quam vobis universis peramanter impertimus.

«Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: et metuant eum omnes fines terrae» (*Ps.* 66, 8).

[1] S. LEO MAGNUS, *Sermo XVII*, II: PL 54, 181.
[2] *Missale romanum*, Missa de Fidei propagatione.

3229

1964 NOV 6-PAULUS VI, ALLOC. AAS 56 (1964) 999-1001

Allocutio die 6 nov. 1964 *habita iis qui fuerunt conventui sexto promovendis ecclesiasticis Tabulariis Romae indicto:*

DE RATIONE ARCHIVORUM IN REGIMINE ECCLESIARUM

Salutiamo il diletto figlio Monsignor Martino Giusti, Prefetto dell'Archivo Segreto Vaticano, tanto benemerito di questo incontro, come dell'attività della Associazione Archivista Ecclesiastica;

1000 e voi tutti salutiamo, diletti figli, che con l'alta e impegnativa qua/lifica di «Archivisti Ecclesiastici» partecipate con tanta autorevolezza e competenza al vostro sesto Convegno di Roma.

La continuità del vostro lavoro, com'è testimoniata dai vostri periodici incontri, procura all'animo Nostro schietta compiacenza; e intendiamo manifestarla di tutto cuore, lieti come siamo della serietà, con cui compite la vostra delicata e paziente mansione; lieti della preparazione che ad essa portate, germinata in studi appropriati, e arricchita man mano alla scuola della applicazione e della esperienza quotidiana; lieti ancora dello spirito di umile servizio, con cui proseguite nell'adempimento del dovere, al quale vi ha chiamato la fiducia dei vostri Vescovi o dei vostri Superiori ecclesiastici.

Il ritmo del vostro lavoro di esperti e di studiosi dice da sé la perseveranza di una missione, la cui preziosa utilità pratica non è disgiunta da un profondo valore storico, destinato anzi a crescere col volgere del tempo, che tutto ridimensiona e situa nell'ampia visuale della storia. Il vostro ritmo di lavoro dice ancora il proposito di migliorare sempre più, adeguando gli strumenti e i metodi alle moltiplicate esigenze; dice il programma, che con mente chiara e volontà decisa volete portare avanti per l'efficienza, l'avvaloramento, la difesa, il recupero perfino, quando è necessario, degli Archivi Ecclesiastici e dei documenti preziosissimi che essi contengono; tale ritmo di lavoro dice infine conquista lieta di sempre nuovi orizzonti, di sempre più valido ordinamento, di sempre più matura consapevolezza.

Per questo Ci è caro esprimervi la Nostra soddisfazione, il Nostro plauso, il Nostro incoraggiamento, affinché, dopo il tonificante incontro romano, così aperto ad arricchimenti umani, culturali, scientifici e tecnici, possiate riprendere con nuovo entusiasmo e con rinnovata pazienza il vostro posto di lavoro.

Consuetudine vorrebbe che entrassimo con qualche paterna indicazione nel vivo degli argomenti svolti nel Congresso a proposito dei compiti e dei mutui rapporti del cancelliere vescovile e dell'archivista diocesano. L'esperienza che abbiamo fatta in una diocesi vasta e complessa come Milano —nella quale il molteplice articolarsi delle moderne forme di apostolato e di organizzazione affonda le sue radici in un *humus* vitale, quant'altri mai denso di storico passato— questa esperienza, diciamo, basta per farCi comprendere e stimare l'importanza, l'attualità e le attinenze del tema prescelto. Ma già ve ne è stato parlato con esauriente competenza, e avete avuto agio altresì di approfondire le singole applicazioni con l'apporto delle vostre discussioni. / 1001

Vogliamo piuttosto cogliere la gradita occasione della vostra presenza in questo Palazzo Apostolico Vaticano, per sottolineare ancora una volta davanti alla Chiesa intera, in questo tempo di Concilio, la dignità, il valore, la necessità, l'urgenza degli Archivi Ecclesiastici, per stimolare le singole diocesi e famiglie religiose a dare definitivamente ad essi il posto che loro compete.

È noto infatti che la condizione di molti Archivi Ecclesiastici non è ancora soddisfacente, specialmente per quanto riguarda quelli minori, familiari e locali. Inoltre, le persone che ne sono incaricate non sempre hanno la necessaria qualificazione, conseguita attraverso i severi studi di archivistica e paleografia, con l'apprendimento del relativo metodo di lavoro; a ciò aggiungasi il fatto della loro scarsità numerica, che rende difficile, anche con la migliore preparazione, l'adeguato funzionamento e la cura degli Archivi Ecclesiastici. I bisogni degli studi storici, come le accresciute esigenze pratiche reclamano infine il progressivo ordinamento del lavoro archivistico, sicché balza evidente agli occhi la necessità di questo lavoro.

È stata questa l'ansia paterna dei Nostri Predecessori, tante volte manifestata, e questa ansia raccogliamo fedelmente, perché è anch'essa eredità dell'apostolico ministero. Lo vuole la serietà stessa della materia, lo reclama il prestigio della storia, soprattutto lo esige con materna autorità la Santa Chiesa, che anche dall'ordinamento e dalla conoscenza di tutto ciò che riguarda il suo passato trae incoraggiamento e programma di azione, trova difesa davanti ai ricorrenti pericoli, prende rinnovato slancio alla sua provvida opera di Madre e Maestra: di fatto, anche il più modesto documento, conservato con questo spirito, diventa un segno della sua presenza nel mondo, un argomento della sua missione, un'orma del Corpo Mistico nel cammino secolare della storia.

Queste le ragioni e il significato del Nostro compiacimento per la vostra presenza; questi i voti e le speranze, che lasciamo a voi, diletti figli, e per mezzo vostro affidiamo a quanti attendono come voi allo stesso paziente lavoro, o verranno ad ingrandire le vostre file. Vi conforti il pensiero che amiamo seguirvi con un particolare ricordo nella preghiera; e vi attiri le copiose grazie divine la Nostra Benedizione, che ora vi impartiamo, e che vuol essere riflesso e pegno di quelle celesti.

http://www.obrascatolicas.com

3230

1964 NOV 6 -SECR. STATUS, RESCR. AAS 59 (1967) 374-378

RESCRIPTUM PONTIFICIUM

SUPREMIS MODERATORIBUS RELIGIONUM CLERICALIUM IURIS PONTIFICII ATQUE ABBATIBUS PRAESIDIBUS CONGREGATIONUM MONASTICARUM FACULTATES QUAEDAM AB APOSTOLICA SEDE DELEGANTUR

Cum admotae essent Apostolicae Sedi preces, ut Supremi Moderatores Religionum clericalium certis quibusdam facultatibus frui possent, quibus suum munus expeditius redderetur, Sanctissimus Dominus Noster Paulus VI Pontifex Maximus, die VI mensis Novembris, hoc anno, me subscripto Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis coram admisso, adhibitis precibus annuens, haec quae sequuntur decernere dignatus est, eo videlicet consilio ductus, ut pariter Religionum internum regimen promptius efficeret, pariter Religionibus ipsis meritum suae propensae voluntatis testimonium tribueret.

I. *Supremis Moderatoribus Religionum clericalium iuris Pontificii, et Abbatibus Praesidibus Congregationum Monasticarum hac, quae subeunt, facultates delegantur*

1. Permittendi, boni Religiosorum causa, sacerdotibus subditis suis tantum, iusta de causa, ut Missam qualibet diei hora in suis domibus celebrent et sacram Communionem distribuant; servatis ceteris servandis, et salvis iuribus Ordinarii loci, quod spectat ad Missam per utilitatem fidelium celebrandam.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, ceteris Superioribus Maioribus eiusdem Religionis subdelegare possunt.

2. Concedendi sacerdotibus subditis suis vel visivae potentiae debilitate affectis, vel alia infirmitate laborantibus, cotidie celebrandi Missam votivam Deiparae Virginis Mariae, aut Missam Defunctorum: assistente, si opus sit, alio sacerdote vel diacono, servatisque normis liturgicis et praescriptis hac super re a Sancta Sede latis. /

375

3. Concedendi eandem facultatem sacerdotibus subditis suis omnino caecis, dummodo tamen hisce celebrantibus alius sacerdos vel diaconus assistat.

4. Concedendi sacerdotibus subditis suis facultatem Missam celebrandi in domo religiosa extra locum sacrum, sed loco honesto et decenti, excepto cubiculo, supra petram sacram, aut, si de Orientalibus agatur, supra *antimension*: quod concedi tantum potest per modum actus, et iusta de causa; si vero de constanti eiusmodi celebratione agatur, causa gravior requiritur.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, ceteris Superioribus Maioribus eiusdem Religionis subdelegare possunt.

5. Concedendi sacerdotibus subditis suis infirmis aut affecta aetate provectis ut, si stare nequeant, sedentes Missam celebrent: legibus liturgicis servatis.

6. De consensu sui Consilii, dispensandi subditos suos ad sacros Ordines promovendos a defectu aetatis, qui sex integros menses non excedat.

7. Dispensandi, de consensu sui Consilii, suos subditos ab impedimento ad sacros ordines, quo filii acatholicorum afficiuntur quamdiu parentes in suo errore permanent.

Pariter dispensandi super impedimento quo detinentur admittendos in Religionem, qui sectae acatholicae adhaeserunt et dispensandi super illegitimitate natalium admittendos in Religionem, etiamsi sint sacerdotio destinati, dummodo ne sint sacrilegi vel adulterini. Si tamen conflictus hac de re oriatur inter Episcopum et Supremum Moderatorem Religionis, prioris sententia praevaleat.

8. Dispensandi, de consensu sui Consilii, subditos suos ad sacros ordines iam promotos, eam tantum ob causam ut Missam celebrare possint, a quibuslibet irregularitatibus tum ex delicto, tum ex defectu provenientibus: ea conditione ut altaris ministerium rite expleatur, neve scandalum exinde oriatur: exceptis tamen casibus de quibus agitur in can. 985, nn. 3 et 4 C. I. C., et praevia abiuratione in manibus absolventis, quando agitur de crimine haeresis vel schismatis.

9. De consensu sui Consilii, concedendi iusta de causa, ut bona propriae Religionis alienari, oppignerari, hypothecae nomine obligari, locari, emphyteusi redimi possint, utque personis moralibus propriae / Religionis aes alienum

376

contrahere liceat, usque ad eam pecuniae summam, quam vel Nationalis vel Regionalis Episcoporum Coetus proposuerit et Apostolica Sedes probaverit.

10. Concedendi suis subditis veniam legendi et retinendi, ita tamen seposita ne ad aliorum manus perveniant, libros et ephemerides prohibita, iis non exceptis quae haeresim vel schisma ex professo propugnent, aut ipsa religionis fundamenta evertere conentur. Haec autem venia iis dumtaxat concedi potest, quibus opus sit libros vel ephemerides prohibita legere, ut aut eadem impugnent, aut fructuosius munere suo fungantur, aut studiorum curriculum cumulatius peragant.

11. Dandi suis subditis litteras dimissorias ad sacros ordines recipiendos, servatis de iure servandis: cum nempe de Religionibus agitur, quae huiusmodi facultate ex iure (can. 964, n. 2 C. I. C.) non fruuntur.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, subdelegare possunt ceteris Superioribus Maioribus eiusdem Religionis.

12. Concedendi non modo sacerdotibus subditis suis, sed ipsis etiam cuiusvis ritus sacerdotibus vel e clero saeculari vel ex alia Religione, a suo Ordinario vel a suo Superiore Maiore approbatis, iurisdictionem delegatam ad audiendas confessiones religiosa vota professorum, novitiorum aliorumque, de quibus in can. 514, § 1 C. I. C. et canone 46, § 1 Litterarum Apostolicarum *Postquam Apostolicis Litteris* motu proprio datarum die IX Februarii anno MCMLII [LE 2263]; cum scilicet et de Religionibus agitur, quae huiusmodi facultate ex iure (can. 875, § 1 C. I. C.) non fruuntur.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, subdelegare possunt non solum ceteris Superioribus Maioribus, sed etiam Superioribus singularum domorum eiusdem Religionis.

13. Ponendi actus iurisdictionis pro regimine et disciplina interna ad instar Superiorum Maiorum Regularium, salva semper dependentia ab Ordinariis locorum ad normam iuris canonici; cum scilicet de Religionibus agitur, quae huiusmodi facultate ex iure (can. 501, § 1; can. 198, § 1, C. I. C.) non fruuntur.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, ceteris Superioribus Maioribus suae Religionis subdelegare possunt.

14. Restituendi, de consensu sui Consilii, subditos suos temporaria vota professos in saecularem condicionem, ita ut hi ad saeculum, / quod vocant, redire libere et licite possint, ad normam sive can. 640, § 1, nn. 1 et 2 C. I. C., sive can. 191, § 1 Litterarum Apostolicarum *Postquam Apostolicis Litteris* [LE 2263].

377

15. Permittendi, de consensu sui Consilii, propriis subditis, ut iusta de causa a domo religiosa non ultra annum absint. Quae venia, si infirmitatis gratia detur, usquedum necessitas perdurabit dari potest; si vero obeundi opera apostolatus gratia, etiam ultra annum, iusta de causa, dari potest; dummodo et obeunda apostolatus opera cum finibus Religionis coniungantur, et normae sive iuris communis, sive iuris peculiaris serventur.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, subdelegare possunt ceteris Superioribus Maioribus, qui tamen ea uti nequeunt, nisi suo ipsorum Consilio consentiente.

16. De consensu sui Consilii, concedendi suis subditis vota simplicia professis, id rationabiliter petentibus, facultatem cedendi sua bona patrimonialia, iusta de causa et salvis normis prudentiae.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, subdelegare possunt ceteris Superioribus Maioribus, qui tamen ea uti nequeunt, nisi suo ipsorum Consilio consentiente.

17. Concedendi suis subditis, vota simplicia professis, ut testamentum suum mutare possint.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, ceteris Superioribus Maioribus eiusdem Religionis subdelegare possunt.

18. Transferendi, de consensu sui Consilii, vel in perpetuum vel ad tempus, sedem novitiatus, ad normam iuris iam erectam, in aliam domum eiusdem Religionis, praemonitis Ordinariis locorum interesse habentibus et servatis de iure servandis.

19. Confirmandi, de consensu sui Consilii, ad tertium triennium Superiores locales, collatis antea consiliis cum Ordinario loci.

II. *Quoad extensionem, subiectum et usum spectat earundem facultatum, haec declarantur:*

1. Facultates, de quibus supra, respiciunt ad Religiones clericales iuris Pontificii cuiuslibet ritus, e quavis Sacra Congregatione Apostolicae Sedis pendentes. /

378

2. Facultates de quibus supra, concessae equoque sse putandae sunt Supremis Moderatoribus Societatum clericalium, in communi viventium, sine votis publicis, iuris Pontificii (Cf. Lib. II, Cap. XVII, C. I. C.); facultates sub nn. 9 et 14 recensitae etiam Supremis Moderatoribus Institutorum Saecularium clericalium iuris Pontificii; ceteris vero facultatibus uti poterunt hi Supremi Moderatores pro suis subditis clericis, qui alicui dioecesi non sint incardinati.

3. Subiectum earundem facultatum est persona Supremi Moderatoris aut Abbatis Praesidis, vel persona quae, illis deficientibus, ex probatis Constitutionibus interim iis succedit in regimine.

4. Si supremus Moderator vel Abbas Praeses sint in suo munere impediti, easdem facultates possunt vel ex toto vel ex parte Religioso viro subdelegare, qui ipsorum vicibus fungitur, quique propterea potest et facultatibus ipse uti et aliis quoque, in singulis casibus, iterum subdelegare, iuxta limites et clausulas supra statutas.

5. Haec autem decreta a die XXI mensis Novembris, hoc anno, vigere incipient, neque formula indigent, quam executionis vocant.

E sede Secretariae Status Sanctitatis Suae, die VI mensis Novembris anno MCMLXIV.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

Adn. ANASTASIUS AB UTRECHT in **Laurentianum** 11 (1970) 308-356; M. DESDOUITS in **An. can.** 14 (1970) 41-52; A. DE BONHOME in **Rev. Comm. Rel.** 37 (1965) 49-58, 106-112; A. DIEZ in **CpR** 45 (1966) 364-372; 46 (1967) 59-86, 202-207, 388-394; J. FUERTES in **CpR** 44 (1965) 205-242, 313-324; 45 (1966) 40-69, 171-177; E. GAMBARI in **Vita rel.** 1 (1965) n. 3, p. 19-38, n. 4, p. 3-23, n. 5, p. 23-34, n. 6, p. 28-44; 2 (1966) 115-124, 211-226; A. GUTIERREZ in **CpR** 44 (1965) 8-28, 108-110, 210-224; A. LARRAONA in **CpR** 44 (1965) 302-312; I. LEE in **CpR** 44 (1965) 28-84, 118-119; XAV. OCHOA in **CpR** 44 (1965) 324-344; A. PUGLIESE in **ME** 93 (1968) 423-464; J. TORRES in **CpR** 44 (1965) 119-142, 243-247.

3231

1964 NOV 16 -CONC. VAT. II, NOT. AAS 57 (1965) 72-75

Notificationes factae ab Exc^mo Secretario generali Concilii Vaticani II in Congregatione generali CXXIII diei 16 *Novembris* 1964:

CIRCA QUALIFICATIONEM THEOLOGICAM DOCTRINAE IN SCHEMATE DE ECCLESIA PROPOSITAE, CUM NOTA EXPLICATIVA PRAEVIA

Quaesitum est quaenam esse debeat *qualificatio theologica* doctrinae, quae in Schemate *de Ecclesia* exponitur et suffragationi subicitur.

Commissio Doctrinalis quaesito responsionem dedit, in expendendis *Modis* spectantibus ad caput tertium Schematis *de Ecclesia*, hisce verbis:

«Ut de se patet, textus Concilii semper secundum regulas generales, ab omnibus cognitas, interpretandus est.»

Qua occasione Commissio Doctrinalis remittit ad suam *Declarationem* 6 martii 1964, cuius textum hic transcribimus:

«Ratione habita moris conciliaris ac praesentis Concilii finis pastoralis, haec S. Synodus ea tantum de rebus fidei vel morum ab Ecclesia tenenda definit, quae ut talia aperte ipsa declaraverit.

«Cetera autem, quae S. Synodus proponit, utpote Supremi Ecclesiae Magisterii doctrinam, omnes ac singuli christifideles excipere et amplecti debent iuxta ipsius S. Synodi mentem, quae sive ex subiecta materia sive ex dicendi ratione innotescit, secundum normas theologicae interpretationis.»

Superiore dein Auctoritate communicatur Patribus nota explicativa praevia ad Modos circa caput tertium Schematis *de Ecclesia*, ad cuius notae mentem atque sententiam explicari et intelligi debet doctrina in eodem capite tertio exposita.

NOTA EXPLICATIVA PRAEVIA

«Commissio statuit expensioni *Modorum* sequentes observationes generales praemittere.

1.° *Collegium* non intelligitur sensu *stricte iuridico*, scilicet de coetu aequalium, qui potestatem suam praesidi 73
uno demandarent, sed de coetu / stabili, cuius structura et auctoritas ex Revelatione deduci debent. Quapropter

in Responsione ad Modum 12 explicite de Duodecim dicitur quod Dominus eos constituit «ad modum collegii seu *coetus stabilis*.» Cf. etiam Mod. 53, c. — Ob eandem rationem, de Collegio Episcoporum passim etiam adhibentur vocabula *Ordo* vel *Corpus*. Parallelismus inter Petrum ceterosque Apostolos ex una parte, et Summum Pontificem et Episcopos ex altera parte, non implicat transmissionem potestatis extraordinariae Apostolorum ad successores eorum, neque, uti patet, *aequalitatem* inter Caput et membra Collegii, sed solam *proportionalitatem* inter primam relationem (Petrus - Apostoli) et alteram (Papa - Episcopi). Unde Commissio statuit scribere in n. 22: non *eadem* sed *pari* ratione. Cf. Modum 57.

2.° Aliquis fit *membrum Collegii* vi consecrationis episcopalis et communione hierarchica cum Collegii Capite atque membris. Cf. n. 22, § 1 in fine. In *consecratione* datur *ontologica* participatio *sacrorum* munerum, ut indubie constat ex Traditione, etiam liturgica. Consulto adhibetur vocabulum *munerum*, non vero *potestatum*, quia haec ultima vox de potestate *ad actum expedita* intelligi posset. Ut vero talis expedita potestas habeatur, accedere debet *canonica* seu *iuridica determinatio* per auctoritatem hierarchicam. Quae determinatio potestatis consistere potest in concessione particularis officii vel in assignatione subditorum, et datur iuxta *normas* a suprema auctoritate adprobatas. Huiusmodi ulterior norma *ex natura rei* requiritur, quia agitur de muneribus quae *a pluribus subiectis*, hierarchice ex voluntate Christi cooperantibus, exerceri debent. Evidens est quod haec «communio» *in vita* Ecclesiae secundum adiuncta temporum applicata est, priusquam *in iure* velut codificata fuerit.

Quapropter signanter dicitur, requiri *hierarchicam* communionem cum Ecclesiae Capite atque membris. *Communio* est notio quae in antiqua Ecclesia (sicut etiam hodie praesertim in Oriente) in magno honore habetur. Non intelligitur autem de vago quodam *affectu*, sed de *realitate organica*, quae iuridicam formam exigit et simul caritate animatur. Unde Commissio, fere unanimi consensu, scribendum esse statuit: «in *hierarchica* communione». Cf. Modum 40 et etiam illa quae dicuntur de *missione canonica*, sub n. 24.

Documenta recentiorum Summorum Pontificum circa iurisdictionem / Episcoporum interpretanda sunt de hac 74
necessaria determinatione potestatum.

3.° Collegium, quod sine Capite non datur, dicitur: «*subiectum quoque supremae ac plenae potestatis* in universam Ecclesiam existere». Quod necessario admittendum est, ne plenitudo potestatis Romani Pontificis in discrimen poneretur. Collegium enim necessario et semper Caput suum cointelligit, *quod in Collegio integrum servat suum munus Vicarii Christi et Pastoris Ecclesiae universalis*. Aliis verbis distinctio non est inter Romanum Pontificem et Episcopos collective sumptos, sed inter Romanum Pontificem seorsim et Romanum Pontificem simul cum Episcopis. Quia vero Summus Pontifex est *Caput* Collegii, ipse solus quosdam actus facere potest, qui Episcopis nullo modo competunt, v. gr. Collegium convocare et dirigere, normas actionis approbare, etc. Cf. Modum 81. Ad iudicium Summi Pontificis, cui cura totius gregis Christi commissa est, spectat, secundum necessitates Ecclesiae decursu temporum variantes, determinare modum quo haec cura actuari conveniat, sive modo personali, sive modo collegiali. Romanus Pontifex ad collegiale exercitium ordinandum, promovendum, approbandum, intuitu boni Ecclesiae, secundum propriam discretionem procedit.

4.° Summus Pontifex, utpote Pastor Supremus Ecclesiae, suam potestatem omni tempore ad placitum exercere potest, sicut ab ipso suo munere requiritur. Collegium vero, licet semper exsistat, non propterea permanenter actione *stricte* collegiali agit, sicut ex Traditione Ecclesiae constat. Aliis verbis non semper est «in actu pleno», immo nonnisi per intervalla actu stricte collegiali agit et nonnisi *consentiente Capite*. Dicitur autem «*consentiente Capite*», ne cogitetur de *dependentia* velut ab aliquo *extraneo*; terminus «consentiens» evocat e contra *communionem* inter Caput et membra, et implicat necessitatem *actus* qui Capiti proprie competit. Res affirmatur explicite in n. 22, § 2 et explicatur ibid., in fine. Formula negativa «*nonnisi*» omnes casus comprehendit: unde evidens est quod *normae* a suprema Auctoritate approbatae semper observari debent. Cf. Modum 84.

In omnibus autem apparet quod agitur de *coniunctione* Episcoporum *cum Capite suo*, numquam vero de actione Episcoporum *independenter* a Papa. In quo casu, deficiente actione Capitis, Episcopi agere ut Collegium nequeunt,

http://www.obrascatolicas.com

75 sicut ex notione «Collegii» patet. Haec hierarchica / communio omnium Episcoporum cum Summo Pontifice in Traditione certe solemnis est.

N. B. Sine communione hierarchica munus sacramentale-ontologicum, quod distinguendum est ab aspectu canonico-iuridico, exerceri *non potest*. Commissio autem censuit non intrandum esse in quaestiones de *liceitate* et *validitate*, quae relinquuntur disceptationi theologorum, in specie quod attinet ad potestatem quae de facto apud Orientales seiunctos exercetur, et de cuius explicatione variae exstant sententiae.»—Pericles Felici, Archiepiscopus tit. Samosatensis, *Ss. Concilii Secretarius Generalis.*

Adn. A. ANTON in PrM 55 (1966) 549-593.

3232

1964 NOV 21.-CONC. VAT. II, CONST. AAS 57 (1965) 5-71

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, una cum Sacrosancti Concilii Patribus
Ad perpetuam rei memoriam

Constitutio Dogmatica de Ecclesia

Cap I.—De Ecclesiae Mysterio

1. Lumen gentium cum sit Christus, haec Sacrosancta Synodus, in Spiritu Sancto congregata, omnes homines claritate Eius, super faciem Ecclesiae resplendente, illuminare vehementer exoptat, omni creaturae Evangelium annuntiando (cf. Mc. 16 15). Cum autem Ecclesia sit in Christo veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis, naturam missionemque suam universalem, praecedentium Conciliorum argumento instans, pressius fidelibus suis et mundo universo declarare intendit. Condiciones huius temporis huic Ecclesiae officio urgentiorem vim addunt, ut nempe homines cuncti, variis hodie vinculis socialibus, technicis, culturalibus arctius coniuncti, plenam etiam unitatem in Christo consequantur.

2. Aeternus Pater, liberrimo et arcano sapientiae ac bonitatis suae consilio, mundum universum creavit, ho-
6 mines ad participandam vitam divi/nam elevare decrevit,
eosque lapsos in Adamo non dereliquit, semper eis auxilia ad salutem praebens, intuitu Christi, Redemptoris, «qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae» (Col. 1, 15). Omnes autem electos Pater ante saecula «praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus» (Rom. 8, 29). Credentes autem in Christum convocare statuit in sancta Ecclesia, quae iam ab origine mundi praefigurata, in historia populi Israel ac foedere antiquo mirabiliter praeparata [1], in novissimis temporibus constituta, effuso Spiritu est manifestata, et in fine saeculorum gloriose consummabitur. Tunc autem, sicut apud sanctos Patres legitur, omnes iusti inde ab Adam, «ab Abel iusto usque ad ultimum electum» [2] in Ecclesia universali apud Patrem congregabuntur.

3. Venit igitur Filius, missus a Patre, qui nos in Eo ante mundi constitutionem elegit ac in adoptionem filiorum praedestinavit, quia in Eo omnia instaurare sibi complacuit (cf. Eph. 1, 4-5 et 10). Christus ideo, ut voluntatem Patris impleret, regnum caelorum in terris inauguravit nobisque Eius mysterium revelavit, atque oboedientia sua redemptionem effecit. Ecclesia, seu regnum Christi iam praesens in mysterio, ex virtute Dei in mundo visibiliter crescit. Quod exordium et incrementum significantur sanguine et aqua ex aperto latere Iesu crucifixi exeuntibus (cf. Io. 19, 34), ac praenuntiantur verbis Domini de morte sua in cruce: «Et ego, si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad meipsum» (Io. 12, 32 gr.). Quoties sacrificium crucis, quo «Pascha nostrum immolatus est Christus» (1 Cor. 5, 7), in altari celebratur, opus nostrae redemptionis exercetur. Simul sacramento panis eucharistici repraesentatur et efficitur unitas fidelium, qui unum corpus in Christo constituunt (cf. 1 Cor. 10, 17). Omnes homines ad hanc

[1] Cf. S. Cyprianus, *Epist.* 64, 4: PL 3, 1017; CSEL (Hartel), III B, p. 720. S. Hilarius Pict., *In Mt.* 23, 6: PL 9, 1047. S. Augustinus, *passim*. S. Cyrillus Alex., *Glaph. in Gen.* 2, 10: PG 69, 110 A.

[2] S. Gregorius M., *Hom. in Evang.* 19, 1: PL 76, 1154B. Cf. S. Augustinus, *Serm.* 341, 9, 11: PL 39, 1499 s. S. Io. Damascenus, *Adv. Iconocl.* 11: PG 96, 1357.

vocantur unionem cum Christo, qui est lux mundi, a quo procedimus, per quem vivimus, ad quem tendimus.

4. Opere autem consummato, quod Pater Filio commisit in terra faciendum (cf. Io. 17, 4), missus est Spiritus Sanctus die Pentecostes, ut Ecclesiam iugiter sanctificaret, atque ita credentes per Christum in / uno Spiritu acces-
sum haberent ad Patrem (cf. Eph. 2, 18). Ipse est Spiritus 7
vitae seu fons aquae salientis in vitam aeternam (cf. Io. 4, 14; 7, 38-39), per quen Pater homines, peccato mortuos, vivificat, donec eorum mortalia corpora in Christo resuscitet (cf. Rom. 8, 10-11). Spiritus in Ecclesia et in cordibus fidelium tamquam in templo habitat (cf. 1 Cor. 3, 16; 6, 19), in eisque orat et testimonium adoptionis filiorum reddit (cf. Gal. 4, 6; Rom. 8, 15-16 et 26). Ecclesiam, quam in omnem veritatem inducit (cf. Io. 16, 13) et in communione et ministratione unificat, diversis donis hierarchicis et charismaticis instruit ac dirigit, et fructibus suis adornat (cf. Eph. 4, 11-12; 1 Cor. 12, 4; Gal. 5, 22). Virtute Evangelii iuvenescere facit Ecclesiam eamque perpetuo renovat et ad consummatam cum Sponso suo unionem perducit [3]. Nam Spiritus et Sponsa ad Dominum Iesum dicunt: Veni! (cf. Apoc. 22, 17).

Sic apparet universa Ecclesia sicuti «de unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti plebs adunata» [4].

5. Ecclesiae sanctae mysterium in eiusdem fundatione manifestatur. Dominus enim Iesus Ecclesiae suae initium fecit praedicando faustum nuntium, adventum scilicet Regni Dei a saeculis in Scripturis promissi: «Quoniam impletum est tempus, et appropinquavit regnum Dei» (Mc. 1, 15; cf. Mt. 4, 17). Hoc vero regnum in verbo, operibus et praesentia Christi hominibus elucescit. Verbum nempe Domini comparatur semini, quod in agro seminatur (cf. Mc. 4, 14): qui illud cum fide audiunt et Christi pusillo gregi (cf. Lc. 12, 32) adnumerantur, regnum ipsum susceperunt; propria dein virtute semen germinat et increscit usque ad tempus messis (cf. Mc. 4, 26-29). Miracula etiam Iesu Regnum iam in terris pervenisse comprobant: «Si in digito Dei eicio daemonia, profecto pervenit in vos Regnum Dei» (Lc. 11, 20; cf. Mt. 12, 28). Ante omnia tamen Regnum manifestatur in ipsa Persona Christi, Filii Dei et Filii hominis, qui venit «ut ministraret et daret animam suam redemptionem pro multis» (Mc. 10, 45).

Cum autem Iesus, mortem crucis pro hominibus passus, resurrexerit, tamquam Dominus et Christus Sacerdosque in aeternum constitutus apparuit (cf. Act. 2, 36; Hebr. 5,
6; 7, 17-21), atque Spiritum a Patre / promissum in discipu- 8
los suos effudit (cf. Act. 2, 33). Unde Ecclesia, donis sui Fundatoris instructa fideliterque eiusdem praecepta caritatis, humilitatis et abnegationis servans, missionem accipit Regnum Christi et Dei annuntiandi et in omnibus gentibus instaurandi, huiusque Regni in terris germen et initium constituit. Ipsa interea, dum paulatim increscit, ad Regnum consummatum anhelat, ac totis viribus sperat et exoptat cum Rege suo in gloria coniungi.

6. Sicut in Vetere Testamento revelatio Regni saepe sub figuris proponitur, ita nunc quoque variis imaginibus intima Ecclesiae natura nobis innotescit, quae sive a vita pastorali vel ab agricultura, sive ab aedificatione aut etiam a familia et sponsalibus desumptae, in libris Prophetarum praeparantur.

Est enim Ecclesia *ovile*, cuius ostium unicum et necessarium Christus est (cf. Io. 10, 1-10). Est etiam grex, cuius ipse Deus pastorem se fore praenuntiavit (cf. Is. 40, 11; Ez. 34, 11 ss.), et cuius oves, etsi a pastoribus humanis gubernantur, indesinenter tamen deducuntur et nutriuntur ab ipso Christo, bono Pastore Principeque pastorum (cf. Io. 10, 11; 1 Pt. 5, 4), qui vitam suam dedit pro ovibus (cf. Io. 10, 11-15).

Est Ecclesia *agricultura* seu ager Dei (cf. 1 Cor. 3, 9). In illo agro crescit antiqua oliva, cuius radix sancta fuerunt Patriarchae, et in qua Iudaeorum et Gentium reconciliatio facta est et fiet (cf. Rom. 11, 13-26). Ipsa plantata est a caelesti Agricola tamquam vinea electa (cf. Mt. 21, 33-43 par.; Is. 5, 1 ss.). Vitis vera Christus est, vitam et fecunditatem tribuens palmitibus, scilicet nobis, qui per Ecclesiam in ipso manemus, et sine quo nihil possumus facere (cf. Io. 15, 1-5).

Saepius quoque Ecclesia dicitur *aedificatio* Dei (cf. 1 Cor. 3, 9). Dominus ipse se comparavit lapidi, quem repro-

[3] Cf. S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 24, 1: PG 7, 966B; Harvey 2, 131, ed. Sagnard, *Sources Chr.*, p. 398.

[4] S. Cyprianus, *De Orat. Dom.* 23: PL 4, 553: Hartel, III A, p. 285. S. Augustinus, *Serm.* 71, 20, 33: PL 38, 463 s. S. Io. Damascenus, *Adv. Iconocl.* 12: PG 96, 1358D.

baverunt aedificantes, sed qui factus est in caput anguli (cf. Mt. 21, 42 par.; Act. 4, 11; 1 Pt. 2, 7; Ps. 117, 22). Super illud fundamentum Ecclesia ab Apostolis exstruitur (cf. 1 Cor. 3, 11), ab eoque firmitatem et cohaesionem accipit. Quae constructio variis appellationibus decoratur: domus Dei (cf. 1 Tim. 3, 15), in qua nempe habitat eius *familia*, habitaculum Dei in Spiritu (cf. Eph. 2, 19-22), «tabernaculum Dei cum hominibus» (Apoc. 21, 3), et praesertim *templum* sanctum, quod in lapideis sanctuariis repraesentatum a Sanctis Patribus laudatur, et in Liturgia non immerito assimilatur Civitati sanctae, novae Ierusa-
9 lem [5]. In ipsa enim tamquam lapides vivi / his in terris
aedificamur (cf. 1 Pt. 2, 5). Quam sanctam civitatem Ioannes contemplatur, in renovatione mundi descendentem de caelis a Deo, «paratam sicut sponsam ornatam viro suo» (Apoc. 21, 1 ss.).

Ecclesia etiam, «quae sursum est Hierusalem» et «mater nostra» appellatur (Gal. 4, 26; cf. Apoc. 12, 17), describitur ut *sponsa* immaculata Agni immaculati (cf. Apoc. 19, 7; 21, 2 et 9; 22, 17), quam Christus «dilexit... et se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret» (Eph. 5, 25-26), quam sibi foedere indissolubili sociavit et indesinenter «nutrit et fovet» (Eph. 5, 29), et quam mundatam sibi voluit coniunctam et in dilectione ac fidelitate subditam (cf. Eph. 5, 24), quam tandem bonis caelestibus in aeternum cumulavit, ut Dei et Christi erga nos caritatem, quae omnem scientiam superat, comprehendamus (cf. Eph. 3, 19). Dum vero his in terris Ecclesia peregrinatur a Domino (cf. 2 Cor. 5, 6), tamquam exsulem se habet, ita ut quae sursum sunt quaerat et sapiat, ubi Christus est in dextera Dei sedens, ubi vita Ecclesiae abscondita est cum Christo in Deo, donec cum Sponso suo appareat in gloria (cf. Col. 3, 1-4).

7. Dei Filius, in natura humana Sibi unita, morte et resurrectione sua mortem superando, hominem redemit et in novam creaturam transformavit (cf. Gal. 6, 15; 2 Cor. 5, 17). Communicando enim Spiritum suum, fratres suos, ex omnibus gentibus convocatos, tamquam corpus suum mystice constituit.

In corpore illo vita Christi in credentes diffunditur, qui Christo passo atque glorificato, per sacramenta arcano ac reali modo uniuntur [6]. Per baptismum enim Christo conformamur; «Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus» (1 Cor. 12 13). Quo sacro ritu consociatio cum morte et resurrectione Christi repraesentatur et efficitur: «Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem»; si autem «complantati facti sumus similitudini mortis Eius, simul et resurrectionis erimus» (Rom. 6, 4-5). In fractione panis eucharistici de Corpore Domini realiter participantes, ad communionem cum Eo ac inter nos elevamur. «Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus» (1
10 Cor. 10, 17). Ita nos omnes / membra illius Corporis effici-
mur (cf. 1 Cor. 12, 27), «singuli autem alter alterius membra» (Rom. 12, 5).

Sicut vero omnia corporis humani membra, licet multa sint, unum tamen corpus efformant, ita fideles in Christo (cf. 1 Cor. 12, 12). Etiam in aedificatione corporis Christi diversitas viget membrorum et officiorum. Unus est Spiritus, qui varia sua dona, secundum divitias suas atque ministeriorum necessitates, ad Ecclesiae utilitatem dispertit (cf. 1 Cor. 12, 1-11). Inter quae dona praestat gratia Apostolorum, quorum auctoritati ipse Spiritus etiam charismaticos subdit (cf. 1 Cor. 14). Idem Spiritus per Se suaque virtute atque interna membrorum connexione corpus unificans, caritatem inter fideles producit et urget. Unde, si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; sive si unum membrum honoratur, congaudent omnia membra (cf. 1 Cor. 12, 26).

Huius corporis Caput est Christus. Ipse est imago Dei invisibilis, in Eoque condita sunt universa. Ipse est ante omnes et omnia in Ipso constant. Ipse est caput corporis quod est Ecclesia. Ipse est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus primatum tenens (cf. Col. 1, 15-18). Magnitudine virtutis suae caelestibus et terrestribus dominatur, et supereminenti perfectione et operatione sua totum corpus gloriae suae divitiis replet (cf. Eph. 1, 18-23) [7].

[5] Cf. Origenes, *In Mt.* 16, 21: PG 13, 1443 C; Tertullianus, *Adv. Marc.* 3, 7: PL 2, 357 C; CSEL 47, 3, p. 386. Pro documentis liturgicis, cf. *Sacramentarium Gregorianum:* PL 78, 160B; vel C. Mohlberg, *Liber Sacramentorum Romanae Ecclesiae*, Romae, 1960, p. 111, XC: «Deus, qui ex omni coaptacione sanctorum aeternum tibi condis habitaculum...». Hymnus *Urbs Ierusalem beata* in Breviario monastico, et *Coelestis urbs Ierusalem* in Breviario romano.

[6] Cf. S. Thomas, *Summa Theol.* III, q. 62, a. 5, ad 1.

[7] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943), p. 208 [LE 1759].

Omnia membra Ei conformari oportet, donec Christus formetur in eis (cf. Gal. 4, 19). Quapropter in vitae Eius mysteria adsumimur, cum Eo configurati, commortui et conresuscitati, donec cum Eo conregnemus (cf. Phil. 3, 21; 2 Tim. 2, 11; Eph. 2, 6; Col. 2, 12; ect.). In terris adhuc peregrinantes, Eiusque vestigia in tribulatione et persecutione prementes, Eius passionibus tamquam corpus Capiti consociamur, Ei compatientes, ut cum Eo conglorificemur (cf. Rom. 8, 17).

Ex Eo «totum corpus per nexus et coniunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum Dei» (Col. 2, 19). Ipse in corpore suo, scilicet Ecclesia, dona ministrationum iugiter disponit, quibus Ipsius virtute nobis invicem ad salutem servitia praestamus, ut veritatem facientes in caritate, crescamus in illum per omnia, qui est Caput nostrum (cf. Eph. 4, 11-16 gr.).

Ut autem in Illo incessanter renovemur (cf. Eph. 4, 23), dedit nobis de Spiritu suo, qui unus et idem in Capite et in membris exsistens, totum corpus ita vivificat, unificat
et movet, ut Eius officium a / sanctis Patribus comparari 11
potuerit cum munere, quod principium vitae seu anima in corpore humano adimplet [8].

Christus vero diligit Ecclesiam ut sponsam suam, exemplar factus viri diligentis uxorem suam ut corpus suum (cf. Eph. 5, 25-28); ipsa vero Ecclesia subiecta est Capiti suo (ib. 23-24). «Quia in Ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter» (Col. 2, 9), Ecclesiam, quae corpus et plenitudo Eius est, divinis suis donis replet (cf. Eph. 1, 22-23), ut ipsa protendat et perveniat ad omnem plenitudinem Dei (cf. Eph. 3, 19).

8. Unicus Mediator Christus Ecclesiam suam sanctam, fidei, spei et caritatis communitatem his in terris ut compaginem visibilem constituit et indesinenter sustentat [9], qua veritatem et gratiam ad omnes diffundit. Societas autem organis hierarchicis instructa et mysticum Christi Corpus, coetus adspectabilis et communitas spiritualis, Ecclesia terrestris et Ecclesia coelestibus bonis ditata, non ut duae res considerandae sunt, sed unam realitatem complexam efformant, quae humano et divino coalescit elemento [10]. Ideo ob non mediocrem analogiam incarnati Verbi mysterio assimilatur. Sicut enim natura assumpta Verbo divino ut vivum organum salutis, Ei indissolubiliter unitum, inservit, non dissimili modo socialis compago Ecclesiae Spiritui Christi, eam vivificanti, ad augmentum corporis inservit (cf. Eph. 4, 16) [11].

Haec est unica Christi Ecclesia, quam in Symbolo unam, sanctam, catholicam et apostolicam profitemur [12], quam Salvator noster, post resurrectionem suam Petro pascendam tradidit (cf. Io. 21, 17), eique ac ceteris Apostolis diffundendam et regendam commisit (cf. Mt. 28, 18 ss.), et
in perpetuum ut columnam et firmamentum veritatis» / ere- 12
xit (cf. 1 Tim. 3, 15). Haec Ecclesia, in hoc mundo ut societas constituta et ordinata, subsistit in Ecclesia catholica, a successore Petri et Episcopis in eius communione gubernata [13], licet extra eius compaginem elementa plura sanctificationis et veritatis inveniantur, quae ut dona Ecclesiae Christi propria, ad unitatem catholicam impellunt.

Sicut autem Christus opus redemptionis in paupertate et persecutione perfecit, ita Ecclesia ad eamdem viam ingrediendam vocatur, ut fructus salutis hominibus communicet. Christus Iesus, «cum in forma Dei esset, ... semetipsum exinanivit formam servi accipiens» (Phil. 2, 6-7) et propter nos «egenus factus est, cum esset dives» (2 Cor. 8, 9): ita Ecclesia, licet ad missionem suam exsequendam humanis opibus indigeat, non ad gloriam terrestrem quaerendam erigitur, sed ad humilitatem et abnegationem etiam exemplo suo divulgandas. Christus a Patre missus est «evangelizare pauperibus, ... sanare contritos corde» (Lc. 4, 18), «quaerere et salvum facere quod perierat» (Lc. 19, 10):

[8] Cf. Leo XIII, Epist. Encycl. *Divinum illud*, 9 maii 1897: ASS 29 (1896-1897), p. 650. Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, l. c., pp. 219-220; Denz. 2288 (3808) [LE 1759]. S. Augustinus, *Serm.* 268, 2: PL 38, 1232; et alibi. S. Io. Chrysostomus, *In Eph.*, Hom. 9, 3: PG 62, 72. Didymus Alex., *Trin.* 2, 1: PG 39, 449 s. S. Thomas, *In Col.* 1, 18, lect. 5: ed. Marietti II, n. 46: «Sicut constituitur unum corpus ex unitate animae, ita Ecclesia ex unitate Spiritus...».

[9] Cf. Leo XIII, Litt. Encycl. *Sapientiae christianae*, 10 ian. 1890: ASS 22 (1889-90), p. 392. Id., Epist. Encycl. *Satis cognitum*, 29 iun. 1896: ASS 28 (1895-96), pp. 710 et 724 ss. Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, l. c., pp. 199-200 [LE 1759].

[10] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, l. c., p. 221 ss. Id., Litt. Encycl. *Humani generis*, 12 aug. 1950: AAS 42 (1950), p. 571 [LE 2147].

[11] Cf. Leo XIII, Epist. Encycl. *Satis cognitum*, l. c., p. 713.

[12] Cf. *Symbolum Apostolicum:* Denz. 6-9 (10-30); *Symb. Nic.-Const.:* Denz. 86 (150); coll. *Prof. fidei Trid.:* Denz. 994 et 999 (1862 et 1868).

[13] Dicitur «Sancta (catholica apostolica) Romana Ecclesia», in *Prof. fidei Trid.*, l. c. et Conc. Vat. I, Const. dogm. de fide cath. *Dei Filius:* Denz. 1782 (3001).

http://www.obrascatolicas.com

similiter Ecclesia omnes infirmitate humana afflictos amore circumdat, imo in pauperibus et patientibus imaginem Fundatoris sui pauperis et patientis agnoscit, eorum inopiam sublevare satagit, et Christo in eis inservire intendit. Dum vero Christus, «sanctus, innocens impollutus» (Hebr. 7, 26), peccatum non novit (cf. 2 Cor. 5, 21), sed sola delicta populi reropitiare venit (cf. Hebr. 2, 17), Ecclesia in proprio sinu peccatores complectens, sancta simul et semper purificanda, poenitentiam et renovationem continuo prosequitur.

«Inter persecutiones mundi et consolationes Dei peregrinando procurrit» [14] Ecclesia, crucem et mortem Domini annuntians, donec veniat (cf. 1 Cor. 11, 26). Virtute autem Domini resuscitati roboratur, ut afflictiones et difficultates suas, internas pariter et extrinsecas, patientia et caritate devincat, et mysterium Eius, licet sub umbris, fideliter tamen in mundo revelet, donec in fine lumine pleno manifestabitur.

Cap. II—De Populo Dei

9. In omni quidem tempore et in omni gente Deo acceptus est quicumque timet Eum et operatur iustitiam (cf. Act. 10, 35). Placuit tamen Deo homines non singulatim, quavis mutua connexione seclusa, sancti/ficare et salvare, sed eos in populum constituere, qui in veritate Ipsum 13
agnosceret Ipsique sancte serviret. Plebem igitur israelíticam Sibi in populum elegit, quocum foedus instituit et quem gradatim instruxit, Sese atque propositum voluntatis suae in eius historia manifestando eumque Sibi sanctificando. Haec tamen omnia in praeparationem et figuram contigerunt foederis illius novi et perfecti, in Christo feriendi, et plenioris revelationis per Ipsum Dei Verbum carnem factum tradendae. «Ecce dies venient, dicit Dominus, et feriam domui Israël et domui Iuda foedus novum... Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam, et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum... Omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus» (Ier. 31, 31-34). Quod foedus novum Christus instituit, novum scilicet testamentum in suo sanguine (cf. 1 Cor. 11, 25), ex Iudaeis ac gentibus plebem vocans, quae non secundum carnem sed in Spiritu ad unitatem coalesceret, essetque novus Populus Dei. Credentes enim in Christum, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi (cf. 1 Pt. 1, 23), non ex carne sed ex aqua et Spiritu Sancto (cf. Io. 3, 5-6), constituuntur tandem «genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis... qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei» (1 Pt. 2, 9-10).

Populus ille messianicus habet pro capite Christum, «qui traditus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram» (Rom. 4, 25), et nunc nomen quod est super omne nomen adeptus, gloriose regnat in coelis. Habet pro conditione dignitatem libertatemque filiorum Dei, in quorum cordibus Spiritus Sanctus sicut in templo inhabitat. Habet pro lege mandatum novum diligendi sicut ipse Christus dilexit nos (cf. Io. 13, 34). Habet tandem pro fine Regnum Dei, ab ipso Deo in terris inchoatum, ulterius dilatandum, donec in fine saeculorum ab Ipso etiam consummetur, cum Christus apparuerit, vita nostra (cf. Col. 3, 4), et «ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei» (Rom. 8, 21). Itaque populus ille messianicus, quamvis universos homines actu non comprehendat, et non semel ut pusillus grex appareat, pro toto tamen genere humano firmissimum est germen unitatis, spei et salutis. A Christo in communionem vitae, caritatis et veritatis constitutus, ab Eo etiam ut instrumentum redemptionis omnium adsumitur, et tamquam lux mundi et sal terrae (cf. Mt. 5, 13-16), ad universum mundum emittitur.

Sicut vero Israel secundum carnem, qui in deserto peregrinabatur, Dei Ecclesia iam appellatur (cf. 2 Esd. 13, 14 1; Num. 20, 4; Deut. 23, / 1 ss.), ita novus Israel qui in praesenti saeculo incedens, futuram eamque manentem civitatem inquirit (cf. Hebr. 13, 14), etiam Ecclesia Christi nuncupatur (cf. Mt. 16, 18), quippe quam Ipse sanguine suo acquisivit (cf. Act. 20, 28), suo Spiritu replevit, apti/sque mediis unionis visibilis et socialis instruxit. Deus congregationem eorum qui in Iesum, salutis auctorem et unitatis pacisque principium, credentes aspiciunt, convocavit et constituit Ecclesiam, ut sit universis et singulis sacramentum visibile huius salutiferae unitatis [1]. Ad uni-

[14] S. Augustinus, *De civ. Dei*, XVIII, 51, 2: PL 41, 614.
[1] Cf. S. Cyprianus, *Epist.* 69, 6: PL 3, 1142B; Hartel 3B, p. 754: «insepárabile unitátis sacraméntum».

versas regiones extendenda, in historiam hominum intrat, dum tamen simul tempora et fines populorum transcendit. Per tentationes vero et tribulationes procedens Ecclesia virtute gratiae Dei sibi a Domino promissae confortatur ut in infirmitate carnis a perfecta fidelitate non deficiat, sed Domini sui digna sponsa remaneat, et sub actione Spiritus Sancti, seipsam renovare non desinat, donec per crucem perveniat ad lucem, quae nescit occasum.

10. Christus Dominus, Pontifex ex hominibus assumptus (cf. Hebr. 5, 1-5) novum populum «fecit... regnum, et sacerdotes Deo et Patri suo» (Apoc. 1, 6; cf. 5, 9-10). Baptizati enim, per regenerationem et Spiritus Sancti unctionem consecrantur in domum spiritualem et sacerdotium sanctum, ut per omnia opera hominis christiani offerant hostias, et virtutes annuntient Eius qui de tenebris eos vocavit in admirabile lumen suum (cf. 1 Pt. 2 4-10). Ideo universi discipuli Christi, in oratione perseverantes et collaudantes Deum (cf. Act. 2, 42-47), seipsos hostiam viventem, sanctam, Deo placentem exhibeant (cf. Rom. 12, 1), ubique terrarum de Christo testimonium perhibeant, atque poscentibus rationem reddant de ea, quae in eis est, spe vitae aeternae (cf. 1 Pt. 3, 15).

Sacerdotium autem commune fidelium et sacerdotium ministeriale seu hierarchicum, licet essentia et non gradu tantum differant, ad invicem tamen ordinantur; unum enim et alterum suo peculiari modo de uno Christi sacerdotio participant [2]. Sacerdos quidem ministerialis, potestate sacra qua gaudet, populum sacerdotalem efformat ac regit, sacrificium eucharisticum in persona Christi conficit illudque nomine totius populi Deo offert; fideles vero, vi regalis sui sacerdotii, in oblatio/nem Eucharistiae concurrunt [3], illudque in sacramentis suscipiendis, in oratione et gratiarum actione, testimonio vitae sanctae, abnegatione et actuosa caritate exercent. 15

11. Indoles sacra et organice exstructa communitatis sacerdotalis et per sacramenta et per virtutes ad actum deducitur. Fideles per baptismum in Ecclesia incorporati, ad cultum religionis christianae charactere deputantur et, in filios Dei regenerati, fidem quam a Deo per Ecclesiam acceperunt coram hominibus profiteri tenentur [4]. Sacramento confirmationis perfectius Ecclesiae vinculantur, speciali Spiritus Sancti robore ditantur, sicque ad fidem tamquam veri testes Christi verbo et opere simul diffundendam et defendendam arctius obligantur [5]. Sacrificium eucharisticum, totius vitae christianae fontem et culmen, participantes, divinam Victimam Deo offerunt atque seipsos cum Ea [6]; ita tum oblatione tum sacra communione, non promiscue sed alii aliter, omnes in liturgica actione partem propriam agunt. Porro corpore Christi in sacra synaxi refecti, unitatem Populi Dei, quae hoc augustissimo sacramento apte significatur et mirabiliter efficitur, modo concreto exhibent.

Qui vero ad sacramentum poenitentiae accedunt, veniam offensionis Deo illatae ab Eius misericordia obtinent et simul reconciliantur cum Ecclesia, quam peccando vulneraverunt, et quae eorum conversioni caritate, exemplo, precibus adlaborat. Sacra infirmorum unctione atque oratione presbyterorum Ecclesia tota aegrotantes Domino patienti et glorificato commendat, ut eos alleviet et salvet (cf. Iac. 5, 14-16), immo eos hortatur ut sese Christi passioni et morti libere sociantes (cf. Rom. 8, 17; Col. 1, 24; 2 Tim. 2, 11-12; 1 Pt. 4, 13), ad bonum Populi Dei conferant. Iterum, qui inter fideles sacro Ordine insigniuntur, ad Ecclesiam verbo et gratia Dei pascendam, Christi nomine instituuntur. Tandem coniuges christiani, virtute matrimonii sacramenti, quo mysterium unitatis et fecundi amoris inter Christum et Ecclesiam significant atque participant (cf. Eph. 5, 32), se invicem in vita coniugali nec- 16
non / prolis susceptione et educatione ad sanctitatem adiuvant, adeoque in suo vitae statu et ordine proprium suum in Populo Dei donum habent [7]. Ex hoc enim connubio procedit familia, in qua nascuntur novi societatis humanae

[2] Cf. Pius XII, Alloc. *Magnificate Dominum*, 2 nov. 1954: AAS 46 (1954), p. 669. Litt. Encycl. *Mediator Dei*, 20 nov. 1947: AAS 39 (1947), p. 555 [LE 1963].
[3] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Miserentissimus Redemptor*, 8 maii 1928: AAS 20 (1928), p. 171 s. Pius XII, Alloc. *Vous nous avez*, 22 sept. 1956: AAS 48 (1956), p. 714.
[4] Cf. S. Thomas, *Summa Theol.* III, q. 63, a. 2.
[5] Cf. S. Cyrillus Hier., *Catech.* 17, de Spiritu Sancto, II, 35-37: PG 33, 1009-1012. Nic. Cabasilas, *De vita in Cristo*, lib. III, de utilitate chrismatis: PG 150, 569-580. S. Thomas, *Summa Theol.* III, q. 65, a. 3 et q. 72, a. 1 et 5.
[6] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*, 20 nov. 1947: AAS 39 (1947), praesertim p. 552 s. [LE 1463].
[7] 1 Cor. 7, 7: «Unusquisque proprium donum (idion charisma) habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic». Cf. S. Augustinus, *De Dono perser.* 14, 37: PL 45, 1015 s.; «Non tantum continentia Dei donum est, sed coniugatorum etiam castitas».

cives, qui per Spiritus Sancti gratiam, ad Populum Dei saeculorum decursu perpetuandum, baptismo in filios Dei constituuntur. In hac velut Ecclesia domestica parentes verbo et exemplo sint pro filiis suis primi fidei praecones, et vocationem unicuique propriam, sacram vero peculiari cura, foveant oportet.

Tot ac tantis salutaribus mediis muniti, christifideles omnes, cuiusvis conditionis ac status, ad perfectionem sanctitatis qua Pater ipse perfectus est, sua quisque via, a Domino vocantur.

12. Populus Dei sanctus de munere quoque prophetico Christi participat, vivum Eius testimonium maxime per vitam fidei ac caritatis diffundendo, et Deo hostiam laudis offerendo, fructum labiorum confitentium nomini Eius (cf. Hebr. 13, 15). Universitas fidelium, qui unctionem habent a Sancto (cf. 1 Io. 2, 20 et 27), in credendo falli nequit, atque hanc suam peculiarem proprietatem mediante supernaturali sensu fidei totius populi manifestat, cum «ab Episcopis usque ad extremos laicos fideles» [8] universalem suum consensum de rebus fidei et morum exhibet. Illo enim sensu fidei, qui a Spiritu veritatis excitatur et sustentatur, Populus Dei sub ductu sacri magisterii, cui fideliter obsequens, iam non verbum hominum, sed vere accipit verbum Dei (cf. 1 Thess. 2, 13), «semel traditae sanctis fidei» (Iud. 3), indefectibiliter adhaeret, recto iudicio in eam profundius penetrat eamque in vita plenius applicat.

Idem praeterea Spiritus Sanctus non tantum per sacramenta et ministeria Populum Dei sanctificat et ducit eumque virtutibus ornat, sed dona sua «dividens singulis prout vult» (1 Cor. 12, 11), inter omnis ordinis fideles distribuit gratias quoque speciales, quibus illos aptos et promptos reddit ad suscipienda varia opera vel officia, pro renovatione et ampliore aedificatione Ecclesiae proficua, secundum illud: «Unicuique... datur manifestatio Spiritus ad utilitatem» (1 Cor. 12, 7). Quae charismata, sive clarissima, sive etiam simpliciora et latius diffusa, cum sint necessitatibus Ecclesiae apprime accommodata et utilia, cum gratia- 17
rum / actione ac consolatione accipienda sunt. Dona autem extraordinaria non sunt temere expetenda, neque praesumptuose ab eis sperandi sunt fructus operarum apostolicarum; sed iudicium de eorum genuinitate et ordinato exercitio ad eos pertinet, qui in Ecclesia praesunt, et quibus speciatim competit, non Spiritum exstinguere, sed omnia probare et quod bonum est tenere (cf. 1 Thess. 5, 12 et 19-21).

13. Ad novum Populum Dei cuncti vocantur homines. Quapropter hic populus, unus et unicus manens, ad universum mundum et per omnia saecula est dilatandus, ut propositum adimpleatur voluntatis Dei, qui naturam humanam in initio condidit unam, filiosque suos, qui erant dispersi, in unum tandem congregare statuit (cf. Io. 11, 11, 52). Ad hoc enim misit Deus Filium suum, quem constituit heredem universorum (cf. Hebr. 1, 2), ut sit Magister, Rex et Sacerdos omnium, Caput novi et universalis populi filiorum Dei. Ad hoc tandem misit Deus Spiritum Filii sui, Dominum et Vivificantem, qui pro tota Ecclesia et singulis universisque credentibus principium est congregationis et unitatis in doctrina Apostolorum et communione, fractione panis et orationibus (cf. Act. 2, 42, gr.).

Omnibus itaque gentibus terrae inest unus Populus Dei, cum ex omnibus gentibus mutuetur suos cives, Regni quidem indolis non terrestris, sed coelestis. Cuncti enim per orbem sparsi fideles cum ceteris in Spiritu Sancto communicant, et sic «qui Romae sedet, Indos scit membrum suum esse» [9]. Cum autem Regnum Christi de hoc mundo non sit (cf. Io. 18, 36), ideo Ecclesia seu Populus Dei, hoc Regnum inducens, nihil bono temporali cuiusvis populi subtrahit, sed e contra facultates et copias moresque populorum, quantum bona sunt, fovet et assumit, assumendo vero purificat, roborat et elevat. Memor est enim se cum illo Rege colligere debere, Cui gentes in hereditatem datae sunt (cf. Ps. 2, 8), et in Cuius civitatem dona et munera adducunt (cf. Ps. 71 [72], 10; Is. 60, 4-7; Apoc. 21, 24). Hic universalitatis character, qui Populum Dei condecorat, ipsius Domini donum est, quo catholica Ecclesia efficaciter et perpetuo tendit ad recapitulandam totam humanitatem cum omnibus bonis eius, sub Capite Christo, in unitate Spiritus Eius [10].

Vi huius catholicitatis, singulae partes propria dona ceteris partibus et toti Ecclesiae afferunt, ita ut totum et singulae partes augeantur ex / omnibus invicem communi- 18
cantibus et ad plenitudinem in unitate conspirantibus. Inde fit ut Populus Dei non tantum ex diversis populis congregetur, sed etiam in seipso ex variis ordinibus confletur. Adest enim inter membra eius diversitas, sive secundum officia, dum aliqui sacro ministerio in bonum fratrum suorum funguntur, sive secundum condicionem et vitae ordinationem, dum plures in statu religioso, arctiore via ad sanctitatem tendentes, fratres exemplo suo stimulant. Inde etiam in ecclesiastica communione legitime adsunt Ecclesiae particulares, propriis traditionibus fruentes, integro manente primatu Petri Cathedrae, quae universo caritatis coetui praesidet [11], legitimas varietates tuetur et simul invigilat ut particularia, nedum unitati noceant, ei potius inserviant. Inde denique inter diversas Ecclesiae partes vincula intimae communionis quoad divitias spirituales, operarios apostolicos et temporalia subsidia. Ad communicandum enim bona vocantur membra Populi Dei, et de singulis etiam Ecclesiis valent verba Apostoli: «Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei» (1 Pt. 4, 10).

Ad hanc igitur catholicam Populi Dei unitatem, quae pacem universalem praesignat et promovet, omnes vocantur homines, ad eamque variis modis pertinent vel ordinantur sive fideles catholici, sive alii credentes in Christo, sive denique omnes universaliter homines, gratia Dei ad salutem vocati.

14. Ad fideles ergo catholicos imprimis Sancta Synodus animum vertit. Docet autem, Sacra Scriptura et Traditione innixa, Ecclesiam hanc peregrinantem necessariam esse ad salutem. Unus enim Christus est Mediator ac via salutis, qui in Corpore suo, quod est Ecclesia, praesens nobis fit; Ipse autem necessitatem fidei et baptismi expressis verbis inculcando (cf. Mc. 16, 16; Io. 3, 5), necessitatem Ecclesiae, in quam homines per baptismum tamquam per ianuam intrant, simul confirmavit. Quare illi homines salvari non possent, qui Ecclesiam Catholicam a Deo per Iesum Christum ut necessariam esse conditam non ignorantes, tamen vel in eam intrare, vel in eadem perseverare noluerint.

Illi plene Ecclesiae societati incorporantur, qui Spiritum Christi habentes, integram eius ordinationem omniaque media salutis in ea instituta accipiunt, et in eiusdem compage visibili cum Christo, eam per Summum Pontificem atque Episcopos regente, iunguntur, vinculis nem/pe pro- 19
fessionis fidei, sacramentorum et ecclesiastici regiminis ac communionis. Non salvatur tamen, licet Ecclesiae incorporetur, qui in caritate non perseverans, in Ecclesiae sinu «corpore» quidem, sed non «corde» remanet [12]. Memores autem sint omnes Ecclesiae filii condicionem suam eximiam non propriis meritis, sed peculiari gratiae Christi esse adscribendam; cui si cogitatione, verbo et opere non respondent, nedum salventur, severius iudicabuntur [13].

Catechumeni qui, Spiritu Sancto movente, explicita voluntate ut Ecclesiae incorporentur expetunt, hoc ipso voto cum ea coniunguntur; quos iam ut suos dilectione curaque complectitur Mater Ecclesia.

15. Cum illis qui, baptizati, christiano nomine decorantur, integram autem fidem non profitentur vel unitatem communionis sub Successore Petri non servant, Ecclesia semetipsam novit plures ob rationes coniunctam [14]. Sunt enim multi, qui sacram Scripturam ut normam credendi et vivendi in honore habent sincerumque zelum religiosum ostendunt, amanter credunt in Deum Patrem omnipotentem et in Christum, Filium Dei Salvatorem [15], baptismo signantur, quo Christo coniunguntur, imo et alia sacramenta in propriis Ecclesiis vel communitatibus ecclesiasticis agnoscunt et recipiunt. Plures inter illos et episcopatu gaudent, Sacram Eucharistiam celebrant necnon pietatem erga Deiparam Virginem fovent [16]. Accedit orationum

[8] Cf. S. Augustinus, *De praed. Sanct.* 14, 27: PL 44, 980.
[9] S. Io. Chrysostomus, *In Io.*, Hom. 65, 2: PG 59, 361.
[10] Cf. S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 16, 6; III, 22, 1-3: PG 7, 925C-926A et 955C-958A; Harvey 2, 87 s. et 120-123; Sagnard, ed. *Sources Chrét.*, pp. 290-292 et 372 ss.

[11] Cf. S. Ignatius M., *Ad Rom.*, Praef.: ed. Funk, I, 252.
[12] Cf. S. Augustinus, *Bapt. c. Donat.* V, 28, 39: PL 43, 197: «Certe manifestum est, id quod dicitur, in Ecclesia intus et foris, in corde, non in corpore cogitandum». Cf. *ib.*, III, 19, 26: col. 152; V, 18, 24: col. 189; *In Io.*, Tr. 61, 2: PL 35, 1800, et alibi saepe.
[13] Lc. 12, 48: «Omni autem, cui multum datum est, multum quaeretur ab eo». Cf. Mt. 5, 19-20; 7, 21-22; 25, 41-46; Iac. 2, 14.
[14] Cf. Leo XIII, Epist. Apost. *Praeclara gratulationis*, 20 iun. 1894: ASS 26 (1893-94), p. 707.
[15] Cf. Leo XIII, Epist. Encycl. *Satis cognitum*, 29 iun. 1896: ASS 28 (1895-96), p. 738. Epist. Encycl. *Caritatis studium*, 25 iul. 1898: ASS 31 1898-99), p. 11. Pius XII, Nuntius radioph. *Nell'alba*, 24 dec. 1941: AAS 34 (1942), p. 21.
[16] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Rerum Orientalium*, 8 sept. 1928: AAS 20 (1928), p. 287. Pius XII, Litt. Encycl. *Orientalis Ecclesiae*, 9 apr. 1944: AAS 36 (1944), p. 137.

http://www.obrascatolicas.com

aliorumque beneficiorum spiritualium communio; imo vera quaedam in Spiritu Sancto coniunctio, quippe qui donis et gratiis etiam in illis sua virtute sanctificante operatur, et quosdam illorum usque ad sanguinis effusionem roboravit. Ita Spiritus in cunctis Christi discipulis desiderium actionemque suscitat, ut omnes, modo a Christo statuto, in uno grege sub uno Pastore pacifice uniantur [17]. / Quod ut obtineat, Ecclesia Mater precari, sperare et agere non desinit, filiosque ad purificationem et renovationem exhortatur, ut signum Christi super faciem Ecclesiae clarius effulgeat.

16. Ii tandem qui Evangelium nondum acceperunt, ad Populum Dei diversis rationibus ordinantur [18]. In primis quidem populus ille cui data fuerunt testamenta et promissa et ex quo Christus ortus est secundum carnem (cf. Rom. 9, 4-5), populus secundum electionem carissimus propter patres: sine poenitentia enim sunt dona et vocatio Dei (cf. Rom. 11, 28-29). Sed propositum salutis et eos amplectitur, qui Creatorem agnoscunt, inter quos imprimis Musulmanos, qui fidem Abrahae se tenere profitentes, nobiscum Deum adorant unicum, misericordem, homines die novissimo iudicaturum. Neque ab aliis, qui in umbris et imaginibus Deum ignotum quaerunt, ab huiusmodi Deus ipse longe est, cum det omnibus vitam et inspirationem et omnia (cf. Act. 17, 25-28), et Salvator velit omnes homines salvos fieri (cf. 1 Tim. 2, 4). Qui enim Evangelium Christi Eiusque Ecclesiam sine culpa ignorantes, Deum tamen sincero corde quaerunt, Eiusque voluntatem per conscientiae dictamen agnitam, operibus adimplere, sub gratiae influxu, conantur, aeternam salutem consequi possunt [19]. Nec divina Providentia auxilia ad salutem necessaria denegat his qui sine culpa ad expressam agnitionem Dei nondum pervenerunt et rectam vitam non sine divina gratia assequi nituntur. Quidquid enim boni et veri apud illos invenitur, ab Ecclesia tamquam praeparatio evangelica aestimatur [20] et ab Illo datum qui illuminat omnem hominem, ut tandem vitam habeat. At saepius homines, a Maligno decepti, evanuerunt in cogitationibus suis, et commutaverunt veritatem Dei in mendacium, servientes creaturae magis quam Creatori (cf. Rom. 1, 21 et 25) vel sine Deo viventes ac morientes in hoc mundo, extremae desperationi exponuntur. Quapropter ad gloriam Dei et salutem istorum omnium promovendam, Ecclesia, memor mandati Domini dicentis: «Praedicate evangelium omni creaturae» (Mc. 16, 15), missiones fovere sedulo curat.

17. Sicut enim Filius missus est a Patre, et Ipse Apostolos misit (cf. Io. 20, 21), dicens: «Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et
21 Spiritus Sancti, docentes eos servare / omnia quaecumque mandavi vobis». Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi» (Mt. 28, 19-20). Quod solemne Christi mandatum annuntiandi veritatem salutarem Ecclesia ab Apostolis recepit adimplendum usque ad ultimum terrae (cf. Act. 1, 8). Unde sua facit verba Apostoli: «Vae... mihi est si non evangelizaverol» (1 Cor. 9, 16), ideoque in mittendis praeconibus indesinenter pergit, usquedum novellae Ecclesiae plene constituantur atque opus evangelizandi et ipsae continuent. A Spiritu Sancto enim ad cooperandum compellitur, ut propositum Dei, qui Christum principium salutis pro universo mundo constituit, effectu compleatur. Praedicando Evangelium, Ecclesia audientes ad fidem confessionemque fidei allicit, ad baptismum disponit, a servitute erroris eripit, eosque Christo incorporat, ut per caritatem in Illum usque ad plenitudinem crescant. Opera autem sua efficit ut quidquid boni in corde menteque hominum vel in propriis ritibus et culturis populorum seminatum invenitur, non tantum non pereat, sed sanetur, elevetur et consummetur ad gloriam Dei, confusionem daemonis et beatitudinem hominis. Cuilibet discipulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbit [21]. Sed si quilibet credentes baptizare potest, sacerdotis tamen est aedificationem Corporis sacrificio eucharistico perficere, adimplendo verba Dei per prophetam: «Ab ortu... solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur autem simul orat et laborat Ecclesia, ut in Populum Dei, Corpus Domini et Templum Spiritus Sancti, totius mundi transeat plenitudo, et in Christo, omnium Capite, reddatur universorum Creatori ac Patri omnis honor et gloria.

Cap. III—De constitutione Hierarchica Ecclesiae et in specie de Episcopatu

18. Christus Dominus, ad Populum Dei pascendum semperque augendum, in Ecclesia sua varia ministeria instituit, quae ad bonum totius Corporis tendunt. Ministri enim, qui sacra potestate pollent, fratribus / suis inserviunt, 22
ut omnes qui de Populo Dei sunt, ideoque vera dignitate christiana gaudent, ad eumdem finem libere et ordinatim conspirantes, ad salutem perveniant.

Haec Sacrosancta Synodus, Concilii Vaticani primi vestigia premens, cum eo docet et declarat Iesum Christum Pastorem aeternum sanctam aedificasse Ecclesiam, missis Apostolis sicut Ipse missus erat a Patre (cf. Io. 20, 21); quorum successores, videlicet Episcopos, in Ecclesia sua usque ad consummationem saeculi pastores esse voluit. Ut vero Episcopatus ipse unus et indivisus esset, beatum Petrum ceteris Apostolis praeposuit in ipsoque instituit perpetuum ac visibile unitatis fidei et communionis principium et fundamentum [1]. Quam doctrinam de institutione, perpetuitate, vi ac ratione sacri Primatus Romani Pontificis deque eius infallibili Magisterio, Sacra Synodus cunctis fidelibus firmiter credendam rursus proponit, et in eodem incepto pergens, doctrinam de Episcopis, successoribus Apostolorum, qui cum successore Petri, Christi Vicario [2] ac totius Ecclesiae visibili Capite, domum Dei viventis regunt, coram omnibus profiteri et declarare constituit.

19. Dominus Iesus, precibus ad Patrem fusis, vocans ad Se quos voluit Ipse, duodecim constituit ut essent cum Illo et ut mitteret eos praedicare Regnum Dei (cf. Mc. 3, 13-19); Mt. 10, 1-42); quos Apostolos (cf. Lc. 6, 13) ad modum collegii seu coetus stabilis instituit, cui ex iisdem electum Petrum praefecit (cf. Io. 21, 15-17). Eos ad filios Israel primum et ad omnes gentes misit (cf. Rom. 1, 16), ut suae participes potestatis, omnes populos discipulos Ipsius facerent, eosque sanctificarent et gubernarent (cf. Mt. 28, 16-20; Mc. 16, 15; Lc. 24, 45-48; Io. 20, 21-23), sicque Ecclesiam propagarent, eamque sub ductu Domini ministrando pascerent, omnibus diebus usque ad consummationem saeculi (cf. Mt. 28, 20). In qua missione die Pentecostes plene confirmati sunt (cf. Act. 2, 1-36) secundum promissum Domini: «Accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos, et eritis mihi testes in Hierusalem et in omni Iudaea et Samaria, et usque ad ultimum terrae» (Act. 1, 8). Apostoli autem praedicando ubique Evangelium (cf. Mc. 16, 20), ab audientibus Spiritu Sancto operante acceptum, Ecclesiam congregant universalem, quam 23
Dominus in Apostolis condidit / et supra beatum Petrum, eorum principem, aedificavit, ipso summo angulari lapide Christo Iesu (cf. Apoc. 21, 14; Mt. 16, 18; Eph. 2, 20) [3].

20. Missio illa divina, a Christo Apostolis concredita, ad finem saeculi erit duratura (cf. Mt. 28, 20), cum Evangelium, ab eis tradendum, sit in omne tempus pro Ecclesia totius vitae principium. Quapropter Apostoli, in hac societate hierarchice ordinata, de instituendis successoribus curam egerunt.

Non solum enim varios adiutores in ministerio habuerunt [4], sed ut missio ipsis concredita post eorum mortem continuaretur, cooperatoribus suis immediatis, quasi per modum testamenti, demandaverunt munus perficiendi et confirmandi opus ab ipsis inceptum [5], commendantes illis ut attenderent universo gregi, in quo Spiritus Sanctus eos posuit pascere Ecclesiam Dei (cf. Act. 20, 28). Constituerunt itaque huius modi viros ac deinceps ordinationem dederunt, ut cum decessissent, ministerium eorum alii viri

[1] Cf. Conc. Vat. I, Const. dogm. De Ecclesia Christi, *Pastor aeternus*: Denz. 1821 (3050 s.).
[2] Cf. Conc. Flor., *Decretum* pro Graecis: Denz. 694 (1307) et Conc. Vat. I, ib.: Denz. 1826 (3059).
[3] Cf. *Liber sacramentorum* S. Gregorii, Praef. in natali S. Matthiae et S. Thomae: PL 78, 51 et 152; cf. Cod. Vat. lat. 3548, f. 18. S. Hilarius, *In Ps.* 67, 10: PL 9, 450, CSEL 22, p. 286. S. Hieronymus, *Adv. Iovin.* 1, 26: PL 23, 247A. S. Augustinus, *In Ps.* 86, 4: PL 37, 1103. S. Gregorius M., *Mor. in Iob*, XXVIII, V: PL 76, 455-456. Primasius, *Comm. in Apoc.* V: PL 68, 924 BC. Paschasius Radb., *In Mt.*, L. VIII, cap. 16: PL 120, 561 C. Cf. Leo XIII, Epist. *Et sane*, 17 dec. 1888: ASS 21 (1888), p. 321.
[4] Cf. *Act.* 6, 2-6; 11, 30; 13, 1; 14, 23; 20, 17; *1 Thess.* 5, 12-13; *Phil.* 1, 1; *Col.* 4, 11 et passim.
[5] Cf. *Act.* 20, 25-27; *2 Tim.* 4, 6 s. coll.; *1 Tim.* 5, 22; *2 Tim.* 2, 2; *Tit.* 1, 5. S. Clemens Rom., *Ad Cor.* 44, 3: ed. Funk, I, p. 156.

probati exciperent [6]. Inter varia illa ministeria quae inde a primis temporibus in Ecclesia exercentur, teste traditione, praecipuum locum tenet munus illorum qui, in episcopatum constituti, per successionem ab initio decurrentem [7], apostolici seminis traduces habent [8]. Ita, ut testatur S. Irenaeus, per eos qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi et successores eorum usque ad nos, traditio apostolica in toto mundo manifestatur [9] et custoditur [10].

Episcopi igitur communitatis ministerium cum adiuto-
24 ribus presbyte/ris et diaconis susceperunt [11], loco Dei praesidentes gregi [12], cuius sunt pastores, ut doctrinae magistri, sacri cultus sacerdotes, gubernationis ministri [13]. Sicut autem permanet munus a Domino singulariter Petro, primo Apostolorum, concessum et successoribus eius transmittendum, ita permanet munus Apostolorum pascendi Ecclesiam, ab ordine sacrato Episcoporum iugiter exercendum [14]. Proinde docet Sacra Synodus Episcopos ex divina institutione in locum Apostolorum successisse [15], tamquam Ecclesiae pastores, quos qui audit, Christum audit, qui vero spernit, Christum spernit et Eum qui Christum misit (cf. Lc 10, 16) [16].

21. In Episcopis igitur, quibus presbyteri assistunt, adest in medio credentium Dominus Iesus Christus, Pontifex Summus. Sedens enim ad dexteram Dei Patris, non deest a suorum congregatione pontificum [17], sed imprimis per eorum eximium servitium verbum Dei omnibus gentibus praedicat et credentibus sacramenta fidei continuo administrat, eorum paterno munere (cf. 1 Cor. 4, 15) nova membra Corpori suo regeneratione superna incorporat, eorum denique sapientia et prudentia Populum Novi Testamenti in sua ad aeternam beatitudinem peregrinatione dirigit et ordinat. Hi pastores ad pascendum dominicum gregem electi, ministri Christi sunt et dispensatores mysteriorum Dei (cf. 1 Cor. 4, 1), quibus concredita est testificatio Evangelii gratiae Dei (cf. Rom. 15, 16; Act. 20, 24), atque ministratio Spiritus et iustitiae in gloria (cf. 2 Cor. 3, 8-9).

Ad tanta munera explenda, Apostoli speciali effusione supervenientis Spiritus Sancti a Christo ditati sunt (cf. Act. 1, 8; 2, 4; Io. 20, 22-23), et ipsi adiutoribus suis per
25 impositionem manuum donum spirituale / tradiderunt (cf. 1 Tim. 4, 14; 2 Tim. 1, 6-7), quod usque ad nos in episcopali consecratione transmissum est [18]. Docet autem Sancta Synodus episcopali consecratione plenitudinem conferri sacramenti Ordinis, quae nimirum et liturgia Ecclesiae consuetudine et voce Sanctorum Patrum summum sacerdotium, sacri ministerii summa nuncupatur [19]. Episcopalis autem consecratio, cum munere sanctificandi, munera quoque confert docendi et regendi, quae tamen natura sua nonnisi in hierarchica communione cum Collegii Capite et membris exerceri possunt. Ex traditione enim, quae praesertim liturgicis ritibus et Ecclesiae tum Orientis tum Occidentis usu declaratur, perspicuum est manuum impositione et verbis consecrationis gratiam Spiritus Sancti ita conferri [20] et sacrum characterem ita imprimi [21], ut Episcopi, eminenti ac adspectabili modo, ipsius Christi Magistri, Pastoris et Pontificis partes sustineant et in Eius persona agant [22]. Episcoporum est per Sacramentum Ordinis novos electos in corpus episcopale assumere.

22. Sicut, statuente Domino, sanctus Petrus et ceteri Apostoli unum Collegium apostolicum constituunt, pari ratione Romanus Pontifex, successor Petri, et Episcopi, successores Apostolorum, inter se coniunguntur. Iam perantiqua disciplina, qua Episcopi in universo orbe constituti ad invicem et cum Romano Episcopo communicabant in vinculo / unitatis, caritatis et pacis [23], itemque concilia 26
coadunata [24], per quae et altiora quaeque in commune statuerentur [25], sententia multorum consilio ponderata [26], ordinis episcopalis indolem et rationem collegialem significant; quam manifeste comprobant Concilia Oecumenica decursu saeculorum celebrata. Eandem vero iam innuit ipse usus, antiquitus inductus, plures advocandi Episcopos qui in novo electo ad summi sacerdotii ministerium elevando partem haberent. Membrum Corporis episcopalis aliquis constituitur vi sacramentalis consecrationis et hierarchica communione cum Collegii Capite atque membris.

Collegium autem seu corpus Episcoporum auctoritatem non habet, nisi simul cum Pontifice Romano, successore Petri, ut capite eius intellegatur, huiusque integre manente potestate Primatus in omnes sive Pastores sive fideles. Romanus enim Pontifex habet in Ecclesiam, vi muneris sui, Vicarii scilicet Christi et totius Ecclesiae Pastoris, plenam, supremam et universalem potestatem, quam semper libere exercere valet. Ordo autem Episcoporum, qui collegio Apostolorum in magisterio et regimine pastorali succedit, immo in quo corpus apostolicum continuo perseverat, una cum Capite suo Romano Pontifice, et numquam sine hoc Capite, subiectum quoque supremae ac plenae potestatis in universam Ecclesiam exsistit [27], quae quidem potestas nonnisi consentiente Romano Pontifice exerceri potest. Dominus unum Simonem ut petram et clavigerum Ecclesiae posuit (cf. Mt. 16, 18-19), eumque Pastorem totius sui gregis constituit (cf. Io. 21, 15 ss.); illud autem ligandi ac solvendi munus, quod Petro datum est (cf. Mt. 16, 19), collegio quoque Apostolorum, suo Capiti coniuncto, tributum esse constat (cf. Mt. 18, 18; 28, 16-20) [28]. Collegium hoc quatenus ex multis compositum, varietatem et universalitatem Populi Dei, quatenus vero sub uno capite collectum unitatem gregis Christi exprimit. In ipso, Episcopi, primatum et principatum Capitis sui fideliter ser- 27
vantes, propria potestate in bonum / fidelium suorum, immo totius Ecclesiae funguntur, Spiritu Sancto organicam structuram eiusque concordiam continenter roborante. Suprema in universam Ecclesiam potestas, qua istud Collegium pollet, sollemni modo in Concilio Oecumenico exercetur. Concilium Oecumenicum numquam datur, quod a Sucessore Petri non sit ut tale confirmatum vel saltem receptum; et Romani Pontificis praerogativa est haec Concilia convocare, iisdem praesidere et eadem confirmare [29]. Eadem potestas collegialis una cum Papa exerceri potest ab Episcopis in orbe terrarum degentibus, dummodo Caput Collegii eos ad actionem collegialem vocet, vel saltem Episcoporum dispersorum unitam actionem approbet vel libere recipiat, ita ut verus actus collegialis efficiatur.

23. Collegialis unio etiam in mutuis relationibus singulorum Episcoporum cum particularibus Ecclesiis Ecclesiaque universali apparet. Romanus Pontifex, ut successor Petri, est unitatis, tum Episcoporum tum fidelium multitudinis, perpetuum ac visibile principium et fundamentum [30]. Episcopi autem singuli visibile principium et fundamentum sunt unitatis in suis Ecclesiis particularibus [31], ad imaginem Ecclesiae universalis formatis in quibus et ex quibus una et unica Ecclesia catholica exsistit [32]. Qua

[6] Cf. S. Clemens Rom., *Ad Cor.* 44, 2: ed. Funk, I, p. 154 s.
[7] Cf. Tertullianus, *Praescr. Haer.* 32: PL 2, 52 s. S. Ignatius M., passim.
[8] Cf. Tertullianus, *Praescr. Haer.* 32: PL 2, 53.
[9] Cf. S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 3, 1: PG 7, 848A; Harvey 2, 8; Sagnard, p. 100 s.: «manifestatam».
[10] Cf. S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 2, 2: PG 7, 847; Harvey 2, 7; Sagnard, p. 100: «custoditur», cf. *ib.* IV, 26, 2: col. 1053; Harvey 2, 236, necnon IV, 33, 8: col. 1077; Harvey 2, 262.
[11] Cf. S. Ignatius M., *Philad.*, Praef.: ed. Funk, I, p. 264.
[12] Cf. S. Ignatius M., *Philad.*, 1, 1; *Magn.* 6, 1: ed. Funk, I, 264 et 234.
[13] S. Clemens Rom., *l. c.*, 42, 3-4; 44, 3-4; 57, 1-2; ed. Funk, I, 152, 156, 171 s. S. Ignatius M., *Philad.* 2; *Smyrn.* 8; *Magn.* 3; *Trall.* 7; ed. Funk, I, p. 265 s.; 282; 232; 246 s. etc.; S. Iustinus, *Apol.*, 1, 65: PG 6, 428; S. Cyprianus, *Epist.*, passim.
[14] Cf. Leo XIII, Epist. Encycl. *Satis cognitum*, 29 iun. 1896: ASS 28 (1895-96), p. 732.
[15] Cf. Conc. Trid., Decr. *De sacr. Ordinis*, cap. 4: Denz. 960 (1768); Conc. Vat. I, Const. dogm. I De Ecclesia Christi, *Pastor aeternus*, cap. 3: Denz. 1828 (3061). Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943), pp. 209 et 212. [LE 1759]. *CIC*, can. 329 § 1.
[16] Cf. Leo XIII, Epist. *Et sane*, 17 dec. 1888: ASS 21 (1888), p. 321 s.
[17] Cf. S. Leo M., *Serm.* 5, 3: PL 54, 154.
[18] Conc. Trid., Sess. 23, cap. 3, citat verba *2 Tim.* 1, 6-7, ut demonstret Ordinem esse verum sacramentum: Denz. 959 (1766).
[19] In *Trad. Apost.* 3: ed. Botte, *Sources Chr.*, pp. 27-30, Episcopo tribuitur «primatus sacerdotii». Cf. *Sacramentarium Leonianum*, ed. C. Mohlberg, *Sacramentarium Veronense*, Romae, 1955, p. 119: «ad summi sacerdotii ministerium». Comple in sacerdotibus tuis mysterii tui summam»... Idem, *Liber Sacramentorum Romanae Ecclesiae*, Romae, 1960, pp. 121-122: «Tribuas eis, Domine, cathedram episcopalem ad regendam Ecclesiam tuam et plebem universam». Cf. PL 78, 224. [20] Cf. *Trad. Apost.* 2: ed. Botte, p. 27. Conc. Trid., Sess. 23, cap. 4, docet Ordinis sacramentum imprimere characterem indelebilem: Denz. 960 (1767). Cf. Ioannes XXIII, Alloc. *Iubilate Deo*, 8 maii 1960: AAS 52 (1960), p. 466. Paulus VI, Homilia in Bas. Vaticana, 20 oct. 1963: AAS 55 (1963), p. 1014.

[21] S. Cyprianus, *Epist.* 63, 14: PL 4, 386; Hartel, III B, p. 713: «Sacerdos vice Christi vere fungitur». S. Io. Chrysostomus, *In 2 Tim.*, Hom. 2, 4: PG 62, 612: Sacerdos est «symbolon» Christi. S. Ambrosius, *In Ps.* 38, 25-26: PL 14, 1051-52; CSEL 64, 203-204. Ambrosiaster, *In 1 Tim.* 5, 19: PL 17, 479 C et *In Eph.* 4, 11-12: col. 387 C. Theodorus Mops., *Hom. Catech.* XV, 21 et 24: ed. Tonneau, pp. 497 et 503. Hesychius Hier., *In Lev.*, L. 2, 9, 23: PG 93, 894B.
[22] Cf. Eusebius, *Hist. Eccl.*, V, 24, 10: GCS II, 1, p. 495; ed. Bardy, *Sources Chrét.* II, p. 69. Dionysius, apud Eusebium, *ib.* VII, 5, 2: GCS II, 2, p. 638 s.; Bardy, II, p. 168 s.
[23] Cf. de antiquis Conciliis, Eusebius, *Hist. Eccl.* V, 23-24: GCS II, 1, p. 488 ss.; Bardy, II, 66 ss. et passim. Conc. Nicaenum, can. 5: *Conc. Oec. Decr.* p. 7. [24] Cf. Tertullianus, *De Ieunio*, 13: PL 2, 972B; CSEL 20, p. 292, lin. 13-16. [25] Cf. S. Cyprianus, *Epist.* 56, 3: Hartel, III B, p. 650; Bayard, p. 154.
[26] Cf. Relatio officialis Zinelli, in Conc. Vat. I: Mansi 52, 1109C.
[27] Cf. Conc. Vat. I, Schema Const. dogm. II, *De Ecclesia Christi*, c. 4: Mansi 53, 310. Cf. relatio Kleutgen de Schemate reformato: Mansi 53, 321B - 322 B et declaratio Zinelli: Mansi 52, 1110A. Vide etiam S. Leonem M., *Serm.* 4, 3: PL 54, 151A. [28] Cf. *CIC*, cann. 222 et 227.
[29] Cf. Conc. Vat. I, Const. Dogm. *Pastor aeternus*: Denz. 1821 (3050 s.).
[30] Cf. S. Cyprianus, *Epist.* 66, 8: Hartel III, 2, p. 733: «Episcopus in Ecclesia et Ecclesia in Episcopo».
[31] Cf. S. Cyprianus, *Epist.* 55, 24: Hartel, p. 624, lin. 13: «Una Ecclesia

http://www.obrascatolicas.com

de causa singuli Episcopi suam Ecclesiam, omnes autem simul cum Papa totam Ecclesiam repraesentant in vinculo pacis, amoris et unitatis.

Singuli Episcopi, qui particularibus Ecclesiis praeficiuntur, regimen suum pastorale super portionem Populi Dei sibi commissam, non super alias Ecclesias neque super Ecclesiam universalem exercent. Sed qua membra Collegii episcopalis et legitimi Apostolorum successores singuli ea sollicitudine pro universa Ecclesia ex Christi institutione et praecepto tenentur [32], quae, etiamsi per actum iurisdictionis non exerceatur, summopere tamen confert ad Ecclesiae universalis emolumentum. Debent enim omnes Episcopi promovere et tueri unitatem fidei et disciplinam cunctae Ecclesiae communem, fideles edocere ad amorem totius Corporis mystici Christi, praesertim membrorum
28 pauperum, / dolentium et eorum qui persecutionem patiuntur propter iustitiam (cf. Mt. 5, 10), tandem promovere omnem actuositatem quae toti Ecclesiae communis est, praesertim ut fides incrementum capiat et lux plenae veritatis omnibus hominibus oriatur. Ceterum hoc sanctum est quod, bene regendo propriam Ecclesiam ut portionem Ecclesiae universalis, ipsi efficaciter conferunt ad bonum totius mystici Corporis, quod est etiam corpus Ecclesiarum [34].

Cura Evangelium ubique terrarum annuntiandi ad corpus Pastorum pertinet, quibus omnibus in commune Christus mandatum dedit imponendo commune officium, ut iam Papa Coelestinus Patribus Ephesini Concilii commendavit [35]. Unde singuli Episcopi, quantum propria eorum perfunctio muneris sinit, in laborum societatem venire tenentur inter se et cum successore Petri, cui grande munus christiani nominis propagandi singulari modo demandatum est [36]. Quare missionibus tum messis operarios, tum etiam auxilia spiritualia et materialia, tam per se directe, quam suscitando fidelium ardentem cooperationem, suppeditare omnibus viribus debent. Episcopi denique, in universali caritatis societate, fraternum adiutorium aliis Ecclesiis, praesertim finitimis et egentioribus, secundum venerandum antiquitatis exemplum, libenter praebeant.

Divina autem Providentia factum est ut variae variis in locis ab Apostolis eorumque successoribus institutae Ecclesiae decursu temporum in plures coaluerint coetus, organice coniunctos, qui, salva fidei unitate et unica divina constitutione universalis Ecclesiae, gaudent propria disciplina, proprio liturgico usu, theologico spiritualique patrimonio. Inter quas aliquae, notatim antiquae Patriarchales Ecclesiae, veluti matrices fidei, alias pepererunt quasi filias, quibuscum arctiore vinculo caritatis in vita sacramentali
29 atque in mutua iurium et officiorum reverentia ad nostra usque tempora connectuntur [37]. Quae Ecclesiarum loca/lium in unum conspirans varietas indivisae Ecclesiae catholicitatem luculentius demonstrat. Simili ratione Coetus Episcopales hodie multiplicem atque fecundam opem conferre possunt, ut collegialis affectus ad concretam applicationem perducatur.

24. Episcopi, utpote Apostolorum successores, a Domino, cui omnis potestas in coelo et in terra data est, missionem accipiunt docendi omnes gentes et praedicandi Evangelium omni creaturae, ut homines universi, per fidem, baptismum et adimplet/ionem mandatorum salutem consequantur (cf. Mt. 28, 18-20; Mc. 16, 15-16; Act. 26, 17 s.). Ad hanc missionem implendam, Christus Dominus Spiritum Sanctum promisit Apostolis et die Pentecostes e coelo misit, cuius virtute testes Eidem essent usque ad ultimum terrae, coram gentibus et populis et regibus (cf. Act. 1, 8; 2, 1 ss.; 9, 15). Munus autem illud quod Dominus pastoribus populi sui commisit, verum est servitium quod in sacris Litteris «diaconia» seu ministerium significanter nuncupantur (cf. Act. 1, 17 et 25; 21, 19; Rom. 11, 13; 1 Tim. 1, 12).

Episcoporum autem missio canonica fieri potest per legitimas consuetudines, a suprema et universali potestate Ecclesiae non revocatas, vel per leges ab eadem auctoritate latas aut agnitas, vel directe per ipsum Successorem Petri;

per totum mundum in multa membra divisa». *Epist.* 36, 4: HARTEL, p. 575, lin. 20-21.

[32] Cf. PIUS XII, Litt. Encycl. *Fidei Donum*, 21 apr. 1957: AAS 49 (1957), p. 237 [LE 2659].

[33] Cf. S. HILARIUS PICT., *In Ps.* 14, 3: PL 9, 206; CSEL 22, p. 86. S. GREGORIUS M., *Moral.* IV, 7, 12: PL 75, 643C. PS.-BASILIUS, *In Is.* 15, 296: PG 30, 637C.

[34] Cf. S. COELESTINUS, *Epist.* 18, 1-2, ad Conc. Eph.: PL 50, 505AB; SCHWARTZ, *Acta Conc. Oec.* I, 1, 1, p. 22. Cf. BENEDICTUS XV, Epist. Apost. *Maximam illud*: AAS 11 (1919), p. 440 [LE 221]. PIUS XI, Litt. Encycl. *Rerum Ecclesiae*, 28 febr. 1926: AAS 18 (1926), p. 69 [LE 693]. PIUS XII, Litt. Encycl. *Fidei Donum*, l. c. [LE 2650].

[35] Cf. LEO XIII, Litt. encycl. *Grande munus*, 30 sept. 1880: ASS 13 (1880), p. 145. Cf. CIC, can. 1327; can. 1350 § 2.

quo renuente seu communionem Apostolicam denegante, Episcopi in officium assumi nequeunt [38].

25. Inter praecipua Episcoporum munera eminet praedicatio Evangelii [39]. Episcopi enim sunt fidei praecones, qui novos discipulos ad Christum adducunt, et doctores authentici seu auctoritate Christi praediti, qui populo sibi commisso fidem credendam et moribus applicandam praedicant, et sub lumine Sancti Spiritus illustrant, ex thesauro Revelationis nova et vetera proferentes (cf. Mt. 13, 52), eam fructificare faciunt erroresque gregi suo impendentes vigilanter arcent (cf. 2 Tim. 4, 1-4). Episcopi in communione cum Romano Pontifice docentes ab omnibus tamquam divinae et catholicae veritatis testes venerandi sunt; fideles autem in sui Episcopi sententiam de fide et moribus nomine Christi prolatam concurrere, eique religioso animi obsequio adhaerere / debent. Hoc vero religiosum voluntatis et intellectus obsequium singulari ratione praestandum est Romani Pontificis authentico magisterio etiam cum non ex cathedra loquitur; ita nempe ut magisterium eius supremum reverenter agnoscatur, et sententiis ab eo prolatis sincere adhaereatur, iuxta mentem et voluntatem manifestatam ipsius, quae se prodit praecipue sive indole documentorum, sive ex frequenti propositione eiusdem doctrinae, sive ex dicendi ratione.

Licet singuli praesules infallibilitatis praerogativa non polleant, quando tamen, etiam per orbem dispersi, sed communionis nexum inter se et cum Successore Petri servantes, authentice res fidei et morum docentes in unam sententiam tamquam definitive tenendam conveniunt, doctrinam Christi infallibiliter enuntiant [40]. Quod adhuc manifestius habetur quando, in Concilio Oecumenico coadunati, pro universa Ecclesia fidei et morum doctores et iudices sunt, quorum definitionibus fidei obsequio est adhaerendum [41].

Haec autem infallibilitas, qua Divinus Redemptor Ecclesiam suam in definienda doctrina de fide vel moribus instructam esse voluit, tantum patet quantum divinae Revelationis patet depositum, sancte custodiendum et fideliter exponendum. Qua quidem infallibilitate Romanus Pontifex, Collegii Episcoporum Caput, vi muneris sui gaudet, quando, ut supremus omnium christifidelium pastor et doctor, qui fratres suos in fide confirmat (cf. Lc. 22, 32), doctrinam de fide vel moribus definitivo actu proclamat [42]. Quare definitiones eius ex sese, et non ex consensu Ecclesiae, irreformabiles merito dicuntur, quippe quae sub assistentia Spiritus Sancti, ipsi in beato Petro promissa, prolatae sint, ideoque nulla indigeant aliorum approbatione, nec ullam ad aliud iudicium appellationem patiantur. Tunc enim Romanus Pontifex non ut persona privata sententiam profert, sed ut universalis Ecclesiae magister supremus, in quo charisma infallibilitatis ipsius Ecclesiae singulariter inest, doctrinam fidei catholicae exponit vel tuetur [43]. Infallibilitas Ecclesiae promissa in corpore Episcoporum quoque inest, quando supremum magisterium cum Petri Successore exercet. Istis autem definitionibus assensus Ecclesiae numquam deesse potest propter actionem
31 eiusdem Spiritus Sancti, qua universus Christi grex in unitate fidei servatur et proficit [44].

Cum autem sive Romanus Pontifex sive Corpus Episcoporum cum eo sententiam definiunt, eam proferunt secundum ipsam Revelationem, cui omnes stare et conformari tenentur et quae scripta vel tradita per legitimam Episcoporum successionem et imprimis ipsius Romani Pontificis cura integre transmittitur, atque praelucente Spiritu veritatis in Ecclesia sancte servatur et fideliter exponitur [45]. Ad quam rite indagandam et apte enuntiandam, Romanus Pontifex et Episcopi, pro officio suo et rei gravitate, per media apta, sedulo operam navant [46]; novam vero revela-

[37] De iuribus Sedium patriarchalium, cf. CONC. NICAENUM, can. 6 de Alexandria et Antiochia, et can. 7 de Hierosolymis: *Conc. Oec. Decr.*, p. 3. CONC. LATER. IV, anno 1215, Constit. V: *De dignitate Patriarcharum*: *ibid.* p. 212. CONC. FERR.-FLOR.: *ibid.* p. 504.

[38] Cf. *Cod. Iuris Can., pro Eccl. Orient.*, cann. 216-314: de Patriarchis cc. 324-339: de Archiepiscopis maioribus; cc. 326-391: de aliis dignitatis in specie, c. 238 § 3; 216; 240; 251; 255: de Episcopis a Patriarcha nominandis.

[39] Cf. CONC. TRID., Decr. *De reform.*, Sess. V, c. 2, n. 9, et Sess XXIV, can. 4: *Conc. Oec. Decr.*, pp. 645 et 739.

[40] Cf. CONC. VAT. I, Const. dogm. *Dei Filius*, 3: DENZ. 1712 (3011). Cf. nota adiecta ad Schema I *De Eccl.* (desumpta ex S. ROB. BELLARMINO): MANSI 51, 579C; necnon Schema reformatum Const. II *De Ecclesia Christi*, *inhorter*: DENZ. 1683 (2879).

[41] Cf. *CIC*, cann. 1322-1323.

[42] Cf. CONC. VAT. I, Const. dogm. *Pastor Aeternus*: DENZ. 1839 (3074). Cf. explicatio GASSER in CONC. VAT. I: MANSI 52, 1213 AC.

[43] Cf. GASSER, *ib.*: MANSI 1214A.

[44] Cf. GASSER, *ib.*: MANSI 1215CD, 1216-1217A.

[45] Cf. GASSER, *ib.*: MANSI 1213.

tionem publicam tamquam ad divinum fidei depositum pertinentem non accipiunt [47].

26. Episcopus, plenitudine sacramenti Ordinis insignitus, est «oeconomus gratiae supremi sacerdotii» [48], praesertim in Eucharistia, quam ipse offert vel offerri curat [49], et qua continuo vivit et crescit Ecclesia. Haec Christi Ecclesia vere adest in omnibus legitimis fidelium congregationibus localibus, quae, pastoribus suis adhaerentes, et ipsae in Novo Testamento ecclesiae vocantur [50]. Hae sunt enim loco suo Populus novus a Deo vocatus, in Spiritu Sancto et in plenitudine multa (cf. 1 Thess. 1, 5). In eis praedicatione Evangelii Christi congregantur fideles et celebratur mysterium Coenae Domini, «ut per escam et sanguinem Domini corporis fraternitas cuncta copuletur» [51]. In quavis altaris communitate, sub Episcopi sacro ministerio [52], exhibetur symbolum illius caritatis et «unitatis Corporis mystici, sine qua non potest esse salus» [53]. In his communitatibus, licet saepe exiguis et pauperibus, vel in dispersione degentibus, praesens est Christus, cuius virtute consociatur una, sancta, catholica et apostolica Ec-
32 clesia [54]. / Etenim «non aliud agit participatio corporis et sanguinis Christi, quam ut in id quod sumimus transeamus» [55].

Omnis autem legitima Eucharistiae celebratio dirigitur ab Episcopo, cui officium commissum est cultum christianae religionis Divinae Maiestati deferendi atque administrandi secundum praecepta Domini et Ecclesiae leges, eius particulari iudicio ulterius pro dioecesi determinatas.

Ita Episcopi, orando pro populo et laborando, de plenitudine sanctitatis Christi multiformiter et abundanter effundunt. Per ministerium verbi virtutem Dei credentibus in salutem communicant (cf. Rom. 1, 16), et per sacramenta, quorum regularem et fructuosam distributionem auctoritate sua ordinant [56], fideles sanctificant. Ipsi regunt collationem baptismi, quo regalis sacerdotii Christi participatio conceditur. Ipsi sunt ministri originarii confirmationis, dispensatores sacrorum ordinum et moderatores disciplinae poenitentialis, atque populos suos, ut in liturgia et praesertim in sacro Missae sacrificio partes suas fide et reverentia impleant, sollicite exhortantur et instruunt. Eis denique quibus praesunt exemplo conversationis suae proficere debent, mores suos ab omni malo temperantes et quantum poterint, Domino adiuvante, ad bonum commutando, ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniant sempiternam [57].

27. Episcopi Ecclesias particulares sibi commissas ut vicarii et legati Christi regunt [58], consiliis, suasionibus, exemplis, verum etiam auctoritate et sacra potestate, qua quidem nonnisi ad gregem suum in veritate et sanctitate aedificandum utuntur, memores quod qui maior est fiat sicut minor et qui praecessor est sicut ministrator (cf. Lc. 22, 26-27). Haec potestas qua, nomine Christi personaliter funguntur, est propria, ordinaria et immediata, licet a suprema Ecclesia auctoritate exercitium eiusdem ultimatim regatur et certis limitibus, intuitu utilitatis Ecclesiae vel fidelium, circumscribi possit. Vi huius potestatis Epi-
33 scopi sacrum ius et coram Domino officium habent in suos subditos leges / ferendi, iudicium faciendi, atque omnia, quae ad cultus apostolatusque ordinem pertinent, moderandi.

Ipsis munus pastorale seu habitualis et cotidiana cura ovium suarum plene committitur, neque vicarii Romanorum Pontificum putandi sunt, quia potestatem gerunt sibi propriam verissimeque populorum quos regunt, Antistites dicuntur [59]. Eorum itaque potestas a suprema et universali potestate non eliditur, sed e contra asseritur, roboratur et vindicatur [60], Spiritu Sancto constitutam a Christo Domino in sua Ecclesia regiminis formam indefectibiliter servante.

Episcopus, missus a Patrefamilias ad gubernandam familiam suam, ante oculos teneat exemplum Boni Pastoris, qui venit non ministrari sed ministrare (cf. Mt. 20, 28; Mc. 10, 45) et animam suam pro ovibus ponere (cf. Io. 10, 11). Assumptus ex hominibus et circumdatus infirmitate, condolere potest iis qui ignorant et errant (cf. Hebr. 5, 1-2). Subditos, quos ut veros filios suos fovet et ad alacriter secum cooperandum exhortatur, audire ne renuat. Pro animabus eorum rationem redditurus Deo (cf. Hebr. 13, 17) oratione, praedicatione omnibusque operibus caritatis curam habeat tum eorumdem, tum etiam illorum qui de uno grege nondum sunt, quos in Domino commendatos sibi habeat. Ipse, cum sicut Paulus Apostolus cunctis debitor sit, promptus sit omnibus evangelizare (cf. Rom. 1, 14-15), fidelesque suos ad operositatem apostolicam et missionalem exhortari. Fideles autem Episcopo adhaerere debent sicut Ecclesia Iesu Christo, et sicut Iesus Christus Patri, ut omnia per unitatem consentiant [61], et abundent in gloriam Dei (cf. 2 Cor. 4, 15).

28. Christus, quem Pater sanctificavit et misit in mundum (cf. Io. 10, 36), consecrationis missionisque suae per Apostolos suos, eorum successores, videlicet Episcopos participes effecit [62], qui munus ministerii sui, vario gradu, variis subiectis in Ecclesia legitime tradiderunt. Sic ministerium ecclesiasticum divinitus institutum diversis ordinibus exercetur ab illis / qui iam ab antiquo Episcopi, 34
Presbyteri, Diaconi vocantur [63]. Presbyteri, quamvis pontificatus apicem non habeant et in exercenda sua potestate ab Episcopis pendeant, cum eis tamen sacerdotali honore coniuncti sunt [64] et vi sacramenti Ordinis [65], ad imaginem Christi, summi atque aeterni Sacerdotis (cf. Hebr. 5, 1-10; 7, 24; 9, 11-28), ad Evangelium praedicandum fidelesque pascendos et ad divinum cultum celebrandum consecrantur, ut veri sacerdotes Novi Testamenti [66]. Muneris unici Mediatoris Christi (cf. 1 Tim. 2, 5) participes in suo gradu ministerii, omnibus verbum divinum annuntiant. Suum vero munus sacrum maxime exercent in eucharistico cultu vel synaxi, qua in persona Christi agentes [67] Eiusque mysterium proclamantes, vota fidelium sacrificio Capitis ipsorum coniungunt, et unicum sacrificium Novi Testamenti, Christi scilicet Sese Patri immaculatam hostiam semel offerentis (cf. Hebr. 9, 11-28), in sacrificio Missae usque ad adventum Domini (cf. 1 Cor. 11, 26) repraesentant et applicant [68]. Pro fidelibus autem poenitentibus vel aegrotantibus ministerio reconciliationis et alleviationis summe funguntur, et necessitates ac preces fidelium ad Deum Patrem afferunt (cf. Hebr. 5, 1-3). Munus Christi Pastoris et Capitis pro sua parte auctoritatis exercentes [69], familiam Dei, ut fraternitatem in unum animatam [70], colligunt et per Christum in Spiritu ad Deum Patrem adducunt. In medio gregis Eum in spiritu et veritate adorant (cf. Io. 4, 24). In verbo demum et doctrina laborant (cf. 1 Tim. 5, 17), credentes quod in lege Domini mediantes legerint, docentes quod crediderint, imitantes quod docuerint [71]. / 35

Presbyteri, ordinis Episcopalis providi cooperatores [72] eiusque adiutorium et organum, ad Populo Dei inserviendum vocati, unum presbyterium [73] cum suo Episcopo constituunt, diversis quidem officiis mancipatum. In singulis localibus fidelium congregationibus Episcoporum, quocum fidenti et magno animo consociantur, quodammodo praesentem reddunt eiusque munera et sollicitudinem pro parte suscipiunt et cura cotidiana exercent. Qui sub auctoritate Episcopi portionem gregis dominici sibi adiutor sanctificet et regunt, Ecclesiam universalem

[47] Cf. CONC. VAT. I, Const. dogm. *Pastor Aeternus*, 4: DENZ. 1836 (3070).

[48] Oratio consecrationis episcopalis in ritu byzantino: *Euchologion to mega*, Romae, 1873, p. 139.

[49] Cf. S. IGNATIUS M., *Smyrn.* 8, 1: ed. FUNK, I, p. 282.

[50] Cf. *Act.* 8, 1; 14, 22-23; 20, 17, et passim.

[51] Oratio mozarabica: PL 96, 759B.

[52] Cf. S. IGNATIUS M., *Smyrn.* 8, 1: ed. FUNK, I, p. 282.

[53] S. THOMAS, *Summa Theol.* III, q. 73, a. 3.

[54] Cf. S. AUGUSTINUS, *C. Faustum*, 12, 20: PL 42, 265; *Serm.* 57, 7: PL 38, 389, etc.

[55] S. LEO M., *Serm.* 63, 7: PL 54, 357C.

[56] Cf. textus *examinis* in initio consecrationis episcopalis, et *Oratio* in fine Missae eiusdem consecrationis, post *Te Deum*.

[57] BENEDICTUS XIV, Br. *Romana Ecclesia*, 5 oct. 1752, § 1: *Bullarium Benedicti XIV*, t. IV, Romae, 1758, 21: «Episcopus Christi typum gerit, Eiusque munere fungitur». PIUS XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, l. c., p. 211: «Assignatos sibi greges singuli singulos Christi nomine pascunt et regunt» [LE 1759].

[58] Cf. LEO XIII, Epist. Encycl. *Satis cognitum*, 29 iun 1896: ASS 28 (1895-96), p. 732. IDEM, Epist. *Officio sanctissimo*, 22 dec. 1887: ASS 20 (1887), p. 264. PIUS IX, Litt. Apost. ad Episcopos Germaniae, 12 mart. 1875, et Alloc. Consist., 15 mart. 1875: DENZ. 3112-3117, in nova ed. tantum.

[59] Cf. CONC. VAT. I, Const. dogm. *Pastor aeternus*, 3: DENZ. 1828 (3061). Cf. Relatio ZINELLI: MANSI 52, 1114D.

[60] Cf. S. IGNATIUS M., *Ad Ephes.* 5, 1: ed. FUNK, I, p. 216.

[61] Cf. S. IGNATIUS M., *Ad Ephes.* 6, 1: ed. I, p. 218.

[62] Cf. CONC. TRID., *De sacr. Ordinis*, cap. 2: DENZ. 958 (1765), et can. 6: DENZ. 966 (1776).

[63] Cf. INNOCENTIUS I, *Epist. ad Decentium*: PL 20, 554 A; MANSI 3, 1029; DENZ. 98 (215): «Presbyteri, licet secundi sint *sacerdotes*, pontificatus tamen *apicem* non habent». S. CYPRIANUS, *Epist.* 61, 3: ed. HARTEL, p. 696.

[64] Cf. CONC. TRID., *l. c.*, DENZ. 956a-968 (1763-1778), et in specie can. 7: DENZ. 967 (1777). PIUS XII, Const. Apost. *Sacramentum Ordinis*: DENZ. 2301 (3857-61).

[65] Cf. INNOCENTIUS I, *l. c.* S. GREGORIUS NAZ., *Apol.* II, 22: PG 35, 432 B. PS.-DIONYSIUS, *Eccl. Hier.*, 1, 2: PG 3, 372 D.

[66] Cf. CONC. TRID., Sess. 22: DENZ. 940 (1743). PIUS XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*, 20 nov. 1947: AAS 39 (1947), p. 553: DENZ. 2300 (3850).

[67] Cf. CONC. TRID., Sess. 22: DENZ. 938 (1739-40). CONC. VAT. II, Const. De Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 7 et n. 47, AAS 56 (1964), pp. 100-113 [LE 3141].

[68] Cf. PIUS XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*, l. c., sub. n. 67 [LE 1963].

[69] Cf. S. CYPRIANUS, *Epist.* 11, 3: PL 4, 241B; HARTEL, II, 2, p. 497.

[70] Cf. *Pontificale romanum*, De Ordinatione Presbyterorum, in impositione vestimentorum.

[71] Cf. *Pontificale romanum*, De Ordinatione Presbyterorum, in praefatione.

[72] Cf. S. IGNATIUS M., *Philad.* 4: ed. FUNK, I, p. 266. S. CORNELIUS I, apud S. CYPRIANUM, *Epist.* 48, 2: HARTEL, III, 2, p. 610.

http://www.obrascatolicas.com

in suo loco visibilem faciunt et in aedificando toto corpore Christi (cf. Eph. 4, 12) validam opem afferunt. Ad bonum autem filiorum Dei semper intenti operam suam ad opus pastorale totius dioeceseos, immo totius Ecclesiae conferre studeant. Propter hanc in sacerdotio et missione participationem Presbyteri Episcopum vere ut patrem suum agnoscant eique reverenter oboediant. Episcopus vero Sacerdotes cooperatores suos ut filios et amicos consideret, sicut Christus discipulos suos iam non servos, sed amicos vocat (cf. Io. 15, 15). Corpori igitur Episcoporum, ratione Ordinis et ministerii, omnes Sacerdotes, tum dioecesani tum religiosi coaptantur et bono totius Ecclesiae pro sua vocatione et gratia inserviunt.

Vi communis sacrae ordinationis et missionis Presbyteri omnes inter se intima fraternitate nectuntur, quae sponte ac libenter sese manifestet in mutuo auxilio, tam spirituali quam materiali, in conventibus et communione vitae, laboris et caritatis.

Fidelium vero, quos spiritualiter baptismate et doctrina genuerunt (cf. 1 Cor. 4, 15; 1 Pt. 1, 23), curam tamquam patres in Christo agant. Forma facti gregis ex animo (cf. 1 Pt. 5, 3) suae communitati locali ita praesint et inserviant, ut ista digne vocari possit illo nomine, quo unus et totus Populus Dei insignitur, Ecclesiae scilicet Dei (cf. 1 Cor. 1, 2; 2 Cor. 1, 1; et passim). Memores sint se sua cotidiana conversatione et sollicitudine fidelibus et infidelibus, catholicis et non catholicis, faciem ministerii vere sacerdotalis et pastoralis exhibere, omnibusque testimonium veritatis et vitae reddere debere, et ut boni pastores illos quoque quaerere (cf. Lc. 15, 4-7), qui baptizati quidem in Ecclesia catholica a praxi sacramentorum, vel imo a fide defecerunt.

Quia genus humanum hodie magis magisque in unitatem civilem, / oeconomicam et socialem coalescit, eo magis 36
oportet ut Sacerdotes, coniuncta cura et ope sub ductu Episcoporum et Summi Pontificis, omnem rationem dispersionis elidant, ut in unitatem familiae Dei totum genus humanum adducantur.

29. In gradu inferiori hierarchiae sistunt Diaconi, quibus «non ad sacerdotium, sed ad ministerium» manus imponuntur [74]. Gratia etenim sacramentali roborati, in diaconia liturgiae, verbi et caritatis Populo Dei, in communione cum Episcopo eiusque presbyterio, inserviunt. Diaconi est, prout ei a competenti auctoritate assignatum fuerit, solemniter baptismum administrare, Eucharistiam servare et distribuere, matrimonio Ecclesiae nomine assistere et benedicere, Viaticum moribundis deferre, fidelibus sacram legere Scripturam, populum instruere et exhortari, fidelium cultui et orationi praesidere, sacramentalia ministrare, ritui funeris ac sepulturae praeesse. Caritatis et administrationis officiis dediti, meminerint Diaconi moniti Beati Polycarpi: «Misericordes, seduli, incedentes iuxta veritatem Domini, qui omnium minister factus est» [75].

Cum vero haec munera, ad vitam Ecclesiae summopere necessaria, in disciplina Ecclesiae latinae hodie vigenti in pluribus regionibus adimpleri difficulter possint, Diaconatus in futurum tamquam proprius ac permanens gradus hierarchiae restitui poterit. Ad competentes autem varii generis territoriales Episcoporum coetus, approbante ipso Summo Pontifice, spectat decernere, utrum et ubinam pro cura animarum huiusmodi diaconos institui opportunum sit. De consensu Romani Pontificis hic diaconatus viris maturioris aetatis etiam in matrimonio viventibus conferri poterit, necnon iuvenibus idoneis, pro quibus tamen lex 37
coelibatus firma remanere debet. /

Cap. IV—De Laicis

30. Sancta Synodus, muneribus Hierarchiae declaratis, libenter animum advertit statui illorum christifidelium qui laici nuncupantur. Quodsi omnia quae de Populo Dei dicta sunt, ad laicos, religiosos et clericos aequaliter diriguntur, laicis tamen, viris et mulieribus, ratione condicionis et missionis, quaedam particulariter pertinent, quorum fundamenta ob specialia rerum adiuncta nostri temporis magis expendenda sunt. Pastores enim sacri probe norunt quantum laici ad bonum totius Ecclesiae conferant. Sciunt enim Pastores se a Christo non esse institutos, ut totam missionem salvificam Ecclesiae versus mundum in se solos suscipiant, sed praeclarum munus suum esse ita pascere fideles eorumque ministrationes et charismata ita recognoscere, ut cuncti suo modo ad commune opus unanimiter cooperentur. Oportet enim, ut omnes «veritatem... facientes in caritate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum et conexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniusciuiusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate» (Eph. 4, 15-16).

31. Nomine laicorum hic intelleguntur omnes christifideles praeter membra ordinis sacri et status religiosi in Ecclesia sanciti, christifideles scilicet qui, utpote baptismate Christo concorporati, in Populum Dei constituti, et de munere Christi sacerdotali, prophetico et regali suo modo participes facti, pro parte sua missionem totius populi christiani in Ecclesia et in mundo exercent.

Laicis indoles saecularis propria et peculiaris est. Membra enim ordinis sacri, quamquam aliquando in saecularibus versari possunt, etiam saecularem professionem exercendo, ratione suae particularis vocationis praecipue et ex professo ad sacrum ministerium ordinantur, dum religiosi suo statu praeclarum et eximium testimonium reddunt, mundum transfigurari Deoque offerri non posse sine spiritu beatitudinum. Laicorum est, ex vocatione propria, res temporales gerendo et secundum Deum ordinando, regnum Dei quaerere. In saeculo vivunt, scilicet in omnibus et singulis mundi officiis et operibus et in ordinariis vitae familiaris et socialis condicionibus, quibus eorum existentia quasi contexitur. Ibi a Deo vocantur, ut suum proprium munus exercendo, spiritu evangelico ducti, fermenti instar ad mundi sanctificationem velut ab in/tra conferant, sicque 38
praeprimis testimonio vitae suae, fide, spe et caritate fulgentes, Christum aliis manifestent. Ad illos ergo peculiari modo spectat res temporales omnes, quibus arcte coniunguntur, ita illuminare et ordinare, ut secundum Christum iugiter fiant et crescant et sint in laudem Creatoris et Redemptoris.

32. Ecclesia sancta, ex divina institutione, mira varietate ordinatur et regitur. «Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra» (Rom. 12, 4-5).

Unus est ergo Populus Dei electus: «unus Dominus, una fides, unum baptisma» (Eph. 4, 5); communis dignitas membrorum ex eorum in Christo regeneratione, communis filiorum gratia, communis ad perfectionem vocatio, una salus, una spes indivisaque caritas. Nulla igitur in Christo et in Ecclesia inaequalitas, spectata stirpe vel natione, condicione sociali vel sexu, quia «non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina. Omnes enim vos *unus* estis in Christo Iesu» (Gal. 3, 28 gr.; cf. Col. 3, 11).

Si igitur in Ecclesia non omnes eadem via incedunt, omnes tamen ad sanctitatem vocantur et coaequalem sortiti sunt fidem in iustitia Dei (cf. 2 Pt. 1, 1). Etsi quidam ex voluntate Christi ut doctores, mysteriorum dispensatores et pastores pro aliis constituuntur, vera tamen inter omnes viget aequalitas quoad dignitatem et actionem cunctis fidelibus communem circa aedificationem Corporis Christi. Distinctio enim quam Dominus posuit inter sacros ministros et reliquum Populum Dei, secumfert coniunctionem, cum Pastores et alii fideles inter se communi necessitudine devinciantur; Ecclesiae Pastores, exemplum Domini secuti, sibi invicem aliisque fidelibus ministrent, hi autem alacriter Pastoribus et doctoribus sociam operam praestent. Sic in varietate omnes testimonium perhibent de mirabili unitate in Corpore Christi: ipsa enim diversitas gratiarum, ministrationum et operationum filios Dei in unum colligit, quia «haec... omnia operatur unus atque idem Spiritus» (1 Cor. 12, 11).

Laici igitur sicut ex divina dignatione fratrem habent Christum, qui cum sit Dominus omnium, venit tamen non ministrari sed ministrare (cf. Mt. 20, 28), ita etiam fratres habent eos, qui in sacro ministerio positi, auctoritate Christi docendo et sanctificando et regendo familiam Dei ita pascunt, ut mandatum novum caritatis ab omnibus impleatur. Quocirca pulcherrime dicit S. Augustinus: «Ubi me terret / quod vobis sum, ibi me consolatur quod vobiscum 39
sum. Vobis enim sum episcopus, vobiscum sum christianus. Illud est nomen officii, hoc gratiae; illud periculi est, hoc salutis» [1].

33. Laici in Populo Dei congregati et in uno Corpore Christi sub uno capite constituti, quicumque sunt, vocantur, ut tamquam viva membra ad Ecclesiae incrementum

[74] *Constitutiones Ecclesiae Aegyptiacae*, III, 2: ed. Funk, *Didascalia*, II p. 103. *Statuta Eccl. Ant.* 37-41: Mansi 3, 954.
[75] S. Polycarpus, *Ad Phil.* 5, 2: ed. Funk, I, p. 300: Christus dicitur omnium diaconus factus». Cf. *Didachè*, 15, 1: *ib.*, p. 32. S. Ignatius M., *Trall.* 2, 3: *ib.*, p. 242. *Constitutiones Apostolorum*, 8, 28, 4: ed. Funk, *Didascalia*, I, p. 530.

[1] S. Augustinus, *Serm.* 340, 1: PL 38, 1483.

eiusque iugem sanctificationem vires suas omnes, beneficio Creatoris et gratia Redemptoris acceptas, conferant.

Apostolatus autem laicorum est participatio ipsius salvificae missionis Ecclesiae, ad quem apostolatum omnes ab ipso Domino per baptismum et confirmationem deputantur. Sacramentis autem, praesertim sacra Eucharistia, communicatur et alitur illa caritas erga Deum et homines, quae anima est totius apostolatus. Laici autem speciatim ad hoc vocantur, ut praesentem et actuosam reddant Ecclesiam in eis locis et rerum adiunctis, ubi ipsa nonnisi per eos sal terrae evadere potest [2]. Sic omnis laicus, ex ipsis donis sibi collatis, testis simul et vivum instrumentum missionis ipsius Ecclesiae exsistit «secundum mensuram donationis Christi» (Eph. 4, 7).

Praeter hunc apostolatum, qui ad omnes omnino christifideles spectat, laici insuper diversis modis ad cooperationem magis immediatam cum apostolatu Hierarchiae vocari possunt [3], ad modum illorum virorum ac mulierum, qui Paulum apostolum in Evangelio adiuvabant, multum in Domino laborantes (cf. Phil. 4, 3; Rom. 16, 3 ss.). Praeterea aptitudine gaudent, ut ad quaedam munera ecclesiastica, ad finem spiritualem exercenda, ab Hierarchia adsumantur.

Omnibus igitur laicis onus praeclarum incumbit adlaborandi, ut divinum salutis propositum ad universos homines omnium temporum et ubique terrarum magis magisque pertingat. Via proinde eisdem undequaque pateat, ut pro suis viribus temporumque necessitatibus opus sa-
40 lutare Ecclesiae naviter et ipsi participent. /

34. Supremus et aeternus Sacerdos Christus Iesus, cum etiam per laicos suum testimonium suumque servitium continuare velit, eos suo Spiritu vivificat indesinenterque impellit ad omne opus bonum et perfectum.

Illis enim, quos vitae et missioni suae intime coniungit, etiam sui muneris sacerdotalis partem tribuit ad cultum spiritualem exercendum, ut glorificetur Deus et salventur homines. Qua de causa laici, utpote Christo dicati et Spiritu Sancto uncti, mirabiliter vocantur et instruuntur, ut uberiores semper fructus Spiritus in ipsis producantur. Omnia enim eorum opera, preces et incepta apostolica, conversatio coniugalis et familiaris, labor quotidianus, animi corporisque relaxatio, si in Spiritu peragantur, imo molestiae vitae si patienter sustineantur, fiunt spirituales hostiae, acceptabiles Deo per Iesum Christum (cf. 1 Pt. 2, 5), quae in Eucharistiae celebratione, cum dominici Corporis oblatione, Patri piissime offeruntur. Sic et laici, qua adoratores ubique sancte agentes, ipsum mundum Deo consecrant.

35. Christus, Propheta magnus, qui et testimonio vitae et verbi virtute Regnum proclamavit Patris, usque ad plenam manifestationem gloriae suum munus propheticum adimplet, non solum per Hierarchiam, quae nomine et potestate Eius docet, sed etiam per laicos, quos ideo et testes constituit et sensu fidei et gratia verbi instruit (cf. Act. 2, 17-18; Apoc. 19, 10), ut virtus Evangelii in vita quotidiana, familiari et sociali eluceat. Ipsi se praebent ut filios repromissionis, si fortes in fide et spe praesens momentum redimunt (cf. Eph. 5, 16; Col. 4, 5) et futuram gloriam per patientiam exspectant (cf. Rom. 8, 25). Hanc autem spem non in animi interioritate abscondant, sed conversione continua et colluctatione «adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae» (Eph. 6, 12) etiam per vitae saecularis structuras exprimant.

Sicut sacramenta Novae Legis, quibus vita et apostolatus fidelium alitur, coelum novum et terram novam (cf. Apoc. 21, 1) praefigurant, ita laici evadunt validi praecones fidei sperandarum rerum (cf. Hebr. 11, 1), si cum vita ex fide professionem fidei inhaesitanter coniungunt. Haec evangelizatio, nuntium Christi scilicet et testimonio vitae et verbo prolatum, notam quamdam specificam et peculiarem efficacitatem acquirit ex hoc, quod in communibus condicionibus saeculi completur.

Quo in munere magni pretii apparet ille status vitae, qui speciali sacramento sanctificatur, scilicet vita matrimonialis et familiaris. Ibi exercitium et schola praeclara apostolatus laicorum habetur, ubi religio christiana totam vitae institutionem pervadit et in dies magis transformat. Ibi coniuges propriam habent vocationem, ut sibi invicem
41 et filiis sint testes fidei et amoris Christi. Familia christiana tum praesentes / virtutes Regni Dei tum spem vitae beatae alta voce proclamat. Ita exemplo et testimonio suo arguit mundum de peccato et eos qui veritatem quaerunt illuminat.

Proinde laici, etiam quando curis temporalibus occupantur, pretiosam actionem ad evangelizandum mundum exercere possunt et debent. Quodsi quidam eorum, deficientibus sacris ministris, vel iisdem in regimine persecutionis impeditis, quaedam officia sacra pro facultate supplent; et si plures quidem ex eis totas vires suas in opere apostolico impendunt: universos tamen oportet ad dilatationem et incrementum Regni Christi in mundo cooperari. Quapropter laici sollerter in profundiorem cognitionem veritatis revelatae incumbant, et instanter a Deo sapientiae donum impetrent.

36. Christus, factus oboediens usque ad mortem et propter hoc a Patre exaltatus (cf. Phil. 2, 8-9), in gloriam regni sui intravit. Cui omnia subiiciuntur, donec Ipse se cunctaque creata Patri subiiciat, ut sit Deus omnia in omnibus (cf. 1 Cor. 15, 27-28). Quam potestatem discipulis communicavit, ut et illi in regali libertate constituantur et sui abnegatione vitaque sancta regnum peccati in seipsis devincant (cf. Rom. 6, 12), immo ut Christo etiam in aliis servientes, fratres suos ad Regem, cui servire regnare est, humilitate et patientia perducant. Dominus enim regnum suum etiam per laicos fideles dilatare cupit, regnum scilicet «veritatis et vitae, regnum sanctitatis et gratiae, regnum iustitiae, amoris et pacis» [4]; in quo regno ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei (cf. Rom. 8, 21). Magna sane promissio, magnumque mandatum discipulis datur: «Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei» (1 Cor. 3, 23).

Fideles igitur totius creaturae intimam naturam, valorem et ordinationem in laudem Dei agnoscere, et per opera etiam saecularia se invicem ad sanctiorem vitam adiuvare debent, ita ut mundus spiritu Christi imbuatur atque in iustitia, caritate et pace finem suum efficacius attingat. In quo officio universaliter adimplendo laici praecipuum locum obtinent. Sua igitur in profanis disciplinis competentia suaque activitate, gratia Christi intrinsecus elevata, valide conferant operam, ut bona creata secundum Creatoris ordinationem Eiusque Verbi illuminationem humano labore, arte technica, civilique cultura ad utilitatem omnium prorsus hominum excolantur, aptiusque inter illos distribuan/tur, et suo modo ad universalem progressum in 42
humana et christiana libertate conducant. Ita Christus per Ecclesiae membra totam societatem humanam suo salutari lumine magis magisque illuminabit.

Laici praeterea, collatis quoque viribus, instituta et condiciones mundi, si qua mores ad peccatum incitant, ita sanent, ut haec omnia ad iustitiae normas conformentur et virtutum exercitio potius faveant quam obsint. Ita agendo culturam operaque humana valore morali imbuent. Hoc modo simul ager mundi melius pro semine verbi divini paratur, et Ecclesiae latius patent portae, quibus praeconium pacis in mundum introeat.

Propter ipsam oeconomiam salutis, fideles discant sedulo distinguere inter iura et officia quae eis incumbunt, quatenus Ecclesiae aggregantur, et ea quae eis competunt, ut sunt humanae societatis membra. Utraque inter se harmonice consociare satagent, memores se, in quavis re temporali, christiana conscientia duci debere, cum nulla humana activitas, ne in rebus temporalibus quidem, Dei imperio subtrahi possit. Nostro autem tempore maxime oportet ut distinctio haec simul et harmonia quam clarissime in modo agendi fidelium elucescant, ut missio Ecclesiae particularibus mundi hodierni condicionibus plenius respondere valeat. Sicut enim agnoscendum est terrenam civitatem, saeculariibus curis iure addictam propriis regi principiis, ita infausta doctrina, quae societatem, nulla habita religionis ratione, exstruere contendit et libertatem religiosam civium impugnat et eruit, merito reiicitur [5].

37. Laici, sicut omnes christifideles, ius habent ex spiritualibus Ecclesiae bonis, verbi Dei praesertim et sacramentorum adiumenta a sacris Pastoribus abundanter accipiendi [6], hisque necessitates et optata sua ea libertate et fiducia, quae filios Dei et fratres in Christo decet, patefaciant. Pro scientia, competentia et praestantia quibus pollent, facultatem, immo aliquando et officium habent suam sententiam de iis quae bonum Ecclesiae respiciunt declarandi [7]. Hoc fiat, si casus ferat, per / instituta ad hoc ab 43

[4] *Missale romanum*, e Praefatione festi Christi Regis.
[5] Cf. Leo XIII, Epist. Encycl. *Immortale Dei*, 1 nov. 1885: ASS 18 (1885), p. 166 ss. Idem, Litt. Encycl. *Sapientiae christianae*, 10 ian. 1890: ASS 22 (1889-90), p. 397 ss. Pius XII, Alloc. *Alla vostra filiale*, 23 mart. 1958: AAS 50 (1958), p. 220: «la legittima sana laicità dello Stato». [6] Cf. *CIC*, can. 682.
[7] Cf. Pius XII, Alloc. *De quelle consolation*, l. c., p. 789: «Dans les batailles

http://www.obrascatolicas.com

Ecclesia stabilita, et semper in veracitate, fortitudine et prudentia, cum reverentia et caritate erga illos, qui ratione sacri sui muneris personam Christi gerunt.

Laici, sicut omnes christifideles, illa quae sacri Pastores, utpote Christum repraesentantes, tamquam magistri et rectores in Ecclesia statuunt, christiana oboedientia prompte amplectantur, Christi exemplum secuti, qui, sua oboedientia usque ad mortem, beatam libertatis filiorum Dei viam omnibus hominibus aperuit. Neque omittant precibus suis Praepositos suos Deo commendare, quippe qui pervigilant quasi rationem pro animabus nostris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant et non gementes (cf. Hebr. 13, 17).

Sacri vero Pastores laicorum dignitatem et responsabilitatem in Ecclesia agnoscant et promoveant; libenter eorum prudenti consilio utantur, cum confidentia eis in servitium Ecclesiae officia committant et eis agendi libertatem et spatium relinquant, immo animum eis addant, ut etiam sua sponte opera aggrediantur. Paterno cum amore coepta, vota et desideria a laicis proposita attente in Christo considerent [8]. Iustam autem libertatem, quae omnibus in civitate terrestri competit, Pastores observanter agnoscent.

Ex hoc familiari commercio inter Laicos et Pastores permulta bona Ecclesia exspectanda sunt: ita enim in laicis roboratur propriae responsabilitatis sensus, fovetur alacritas, et facilius laicorum vires Pastorum operi associantur. Hi vero, laicorum experientia adiuti, tam in rebus spiritualibus quam in temporalibus, distinctius et aptius iudicare valent, ita ut tota Ecclesia, ab omnibus membris suis roborata, suam pro mundi vita missionem efficacius compleat.

38. Unusquisque laicus debet esse coram saeculo testis resurrectionis et vitae Domini Iesu atque signum Dei vivi. Omnes insimul et unusquisque pro sua parte mundum fructibus spiritualibus alere debent (cf. Gal. 5, 22), in eumque spiritum diffundere, quo animantur illi pauperes, mites et pacifici, quos Dominus in Evangelio beatos proclamavit (cf. Mt. 5, 3-9). Uno verbo, «quod anima est in
44 corpore, hoc sint in mundo christiani» [9]. /

Cap. V—De universali vocatione ad Sanctitatem in Ecclesia

39. Ecclesia, cuius mysterium a Sacra Synodo proponitur, indefectibiliter sancta creditur. Christus enim, Dei Filius, qui cum Patre et Spiritu «solus Sanctus» celebratur [1], Ecclesiam tamquam sponsam suam dilexit, Seipsum tradens pro ea, ut illam sanctificaret (cf. Eph. 5, 25-26), eamque Sibi ut corpus suum coniunxit atque Spiritus Sancti dono cumulavit, ad gloriam Dei. Ideo in Ecclesia omnes, sive ad Hierarchiam pertinent sive ab ea pascuntur, ad sanctitatem vocantur, iuxta illud Apostoli: «Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra» (1 Thess. 4, 3; cf. Eph. 1, 4). Haec autem Ecclesiae sanctitas in gratiae fructibus quos Spiritus in fidelibus producit, incessanter manifestatur et manifestari debet; multiformiter exprimitur apud singulos, qui in suo vitae ordine ad perfectionem caritatis, aedificantes alios, tendunt; proprio quodam modo apparent in praxi consiliorum, quae evangelica appellari consueverunt. Quae consiliorum praxis, Spiritu Sancto impellente, a multis christianis assumpta, sive privatim sive in conditione vel statu in Ecclesia sancitis, praeclarum in mundo fert, et ferre oportet, eiusdem sanctitatis testimonium et exemplum.

40. Omnis perfectionis divinus Magister et Exemplar, Dominus Iesus, sanctitatem vitae, cuius Ipse et auctor et consummator exstat, omnibus et singulis discipulis suis cuiuscumque conditionis praedicavit: «Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester coelestis perfectus est» (Mt. 5, 48) [2]. In omnes enim Spiritum Sanctum misit, qui eos intus moveat, ut Deum diligant ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente et ex tota virtute sua (cf. Mc. 12, 30), et ut invicem se diligant sicut Christus eos dilexit (cf. Io. 13, 34; 15, 12). Christi asseciae a Deo non secundum opera sua, sed secundum propositum et gratiam Eius vocati atque in Iesu Domino iustificati, in fidei baptismate

décisives, c'est parfois du front que partent les plus hereuses initiatives...», Idem, Alloc. *L'importance de la presse catholique*, 17 febr. 1950: AAS 42 (1950), p. 256. [2] Cf. 1 Thess. 5, 19 et 1 Io. 4, 1.

[8] *Epist. ad Diognetum*, 6: ed. Funk, I, p. 400. Cf. S. Io. Chrysostomus, *In Mt.*, Hom. 46 (47), 2: PG 58, 478, de fermento in massa.

[9] *Missale romanum*, Gloria in excelsis. Cf. Lc. 1, 35; Mc. 1, 24; Lc. 4, 34; Io. 6, 69 (ho hagios tou Theou); Act. 3, 14; 4, 27 et 30; Hebr. 7, 26; 1 Io. 2, 20; Apoc. 3, 7.

vere filii Dei et consortes divinae naturae, ideoque reapse sancti effecti sunt. Eos proinde oportet sanctificationem quam acceperunt, Deo dante, vivendo tenere atque perficere. Ab Apostolo monentur, ut vivant «sicut / decet sanctos» (Eph. 5, 3), et induant «sicut electi Dei, sanctí et di- 45
lecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam» (Col. 3, 12), fructusque Spiritus habeant in sanctificationem (cf. Gal. 5, 22; Rom. 6, 22). Cum vero in multis offendimus omnes (cf. Iac. 3, 2), misericordiae Dei iugiter egemus atque orare quotidie debemus: «Et dimitte nobis debita nostra» (Mt. 6, 12) [3].

Cunctis proinde perspicuum est, omnes christifideles culuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocari [4], qua sanctitate, in societate quoque terrena, humanior vivendi modus promovetur. Ad quam perfectionem adipiscendam fideles vires secundum mensuram donationis Christi acceptas adhibeant, ut Eius vestigia sequentes Eiusque imagini conformes effecti, voluntatem Patris in omnibus obsequentes, gloriae Dei et servitio proximi toto animo sese devoveant. Ita sanctitas Populi Dei in abundantes fructus excrescet, sicut in Ecclesiae historia per tot Sanctorum vitam luculenter commonstratur.

41. In variis vitae generibus et officiis una sanctitas excolitur ab omnibus, qui a Spiritu Dei aguntur, atque voci Patris oboedientes Deumque Patrem in spiritu et veritate adorantes, Christum pauperem, humilem, et crucem baiulantem sequuntur, ut gloriae Eius mereantur esse consortes. Unusquisque vero secundum propria dona et munera per viam fidei vivae, quae spem excitat et per caritatem operatur, incunctanter incedere debet.

Gregis Christi Pastores imprimis oportet, ut ad imaginem summi et aeterni Sacerdotis, Pastoris et Episcopi animarum nostrarum, sancte et alacriter, humiliter et fortiter exsequantur ministerium suum, quod ita adimpletum, etiam pro eis erit praecelsum sanctificationis medium. Ad plenitudinem sacerdotii electi, sacramentali gratia donantur, ut orando, sacrificando et praedicando, per omnem formam episcopalis curae et servitii, perfectum pastoralis caritatis munus exerceant [5], ani/mam suam pro ovibus po- 46
nere ne timeant et forma facti gregis (cf. 1 Pt. 5, 3), Ecclesiam etiam exemplo suo ad maiorem in dies sanctitatem promoveant.

Presbyteri in similitudinem ordinis Episcoporum, quorum spiritualem coronam efformant [6], de eorum muneris gratia participantes per Christum, aeternum et unicum Mediatorem, quotidiano officii sui exercitio in Dei proximique amore crescant, communionis sacerdotalis vinculum servent, in omni bono spirituali abundent atque vivum Dei testimonium omnibus praestent [7], aemuli eorum sacerdotum, qui saeculorum decursu, in humili saepe et abscondito servitio praeclarum sanctitatis specimen reliquerunt. Quorum laus est in Ecclesia Dei. Pro plebe sua et toto Populo Dei ex officio precantes et sacrificium offerentes, agnoscendo quod agunt et imitando quod tractant [8], nedum apostolicis curis, periculis et aerumnis impediantur, per ea potius ad altiorem sanctitatem ascendant, ex abundantia contemplationis actionem suam nutriendo et fovendo, in oblectamentum totius Ecclesiae Dei. Omnes presbyteri et speciatim illi qui peculiari suae ordinationis titulo sacerdotes dioecesani vocantur, meminerint quantum ad suam sanctificationem conferant cum suo Episcopo fidelis coniunctio atque generosa cooperatio.

Missionis autem et gratiae supremi Sacerdotis peculiari modo participes sunt inferioris quoque ordinis ministri, imprimis Diaconi, qui mysteriis Christi et Ecclesiae servientes[9], ab omni vitio puros se custodire atque Deo placere et omne bonum coram hominibus providere debent (cf. 1 Tim. 3, 8-10 et 12-13). Clerici, qui a Domino vocati et in partem Eius sepositi, sub vigilantia Pastorum ad

[1] Cf. Origenes, *Comm. Rom.* 7, 7: PG 14, 1122B. Ps.-Macarius, *De Oratione*, 11: PG 34, 861AB. S. Thomas, *Summa Theol.* II-II, 9, 184, a. 3.

[2] Cf. S. Augustinus, *Retract.* II, 18: PL 32, 637 s. Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943), p. 225. [LE 1759].

[3] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Rerum omnium*, 26 ian. 1923: AAS 15 (1923), pp. 50 et 59-60. Litt. Encycl. *Casti Connubii*, 31 dec. 1930: AAS 22 (1930), p. 548 [LE 1005]. Pius XII, Const. Apost. *Provida Mater*, 2 febr. 1947: AAS 39 (1947), p. 117 [LE 1908]. Alloc. *Annus sacer*, 8 dec. 1950: AAS 43 (1951), pp. 27-28 [LE 2173]. Alloc. *Nel darvi*, 1 iul. 1956: AAS 48 (1956), p. 574 s.

[4] Cf. S. Thomas, *Summa Theol.* II-II, q. 184, a. 5 et 6. *De perf. vitae spir.*, c. 18. Origenes, *In Is.*, Hom. 6, 1: PG 13, 239.

[5] Cf. S. Ignatius M., *Magn.* 13, 1: ed. Funk, I, p. 241.

[6] Cf. S. Pius X, Exhort. *Haerent animo*, 4 aug. 1908: ASS 41 (1908), p. 560 s. *CIC*, can. 124 Pius XI, Litt. Encycl. *Ad catholici sacerdotii*, 20 dec. 1935: AAS 28 (1936), p. 22 [LE 1302].

[7] Cf. *Pontificale romanum*, De Ordinatione Presbyterorum, in exhortatione initiali. [8] Cf. S. Ignatius M., *Trall.* 2, 3: ed. Funk, I, p. 244.

officia ministrorum se praeparant, mentes et corda sua tam praeclarae electioni conformare tenentur, in oratione assidui, amore ferventes, quaecumque sunt vera, iusta et bonae famae cogitantes, omnia in gloriam et honorem Dei perficientes. Quibus accedunt illi a Deo electi laici, qui, ut plene se dedant apostolicis operibus, ab Episcopo vo-
47 cantur et in agro Domini cum multo fructu laborant [10]. /

Coniuges autem parentesque christiani oportet ut propriam viam sequentes, amore fideli, totius vitae decursu se invicem in gratia sustineant, et prolem amanter a Deo acceptam christianis doctrinis et evangelicis virtutibus imbeant. Ita enim exemplum indefessi et generosi amoris omnibus praebent, fraternitatem caritatis aedificant, et foecunditatis Matris Ecclesiae testes et cooperatores exsistunt, in signum et participationem illius dilectionis, qua Christus Sponsam suam dilexit Seque pro ea tradidit [11]. Simile exemplum alio modo praebetur a viduis et innuptis, qui ad sanctitatem et operositatem in Ecclesia, et ipsi haud parum conferre possunt. Ii vero, qui laboribus saepe duris incumbunt, oportet ut humanis operibus seipsos perficiant, concives adiuvent, totamque societatem et creationem ad meliorem statum promoveant, verum etiam ut Christum, cuius manus fabrilibus se exercuerunt et qui semper cum Patre ad salutem omnium operatur, in actuosa caritate imitentur, spe gaudentes, alter alterius onera portantes, atque ipso suo quotidiano labore ad altiorem ascendant sanctitatem etiam apostolicam.

Specialiter etiam Christo pro salute mundi patienti se uniri sciant ii, qui paupertate, infirmitate, morbo, variisque aerumnis opprimuntur, vel persecutionem propter iustitiam patiuntur, quos Dominus in Evangelio beatos praedicavit et quos «Deus... omnis gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos, ipse perficiet, confirmabit solidabitque» (1 Pt. 5, 10).

Omnes igitur christifideles in vitae suae conditionibus, officiis vel circumstantiis, et per illa omnia, in dies magis sanctificabuntur, si cuncta e manu Patris coelestis cum fide suscipiunt et voluntati divinae cooperantur, caritatem qua Deus dilexit mundum in ipso temporali servitio omnibus manifestando.

42. «Deus caritas est, et qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo» (1 Io. 4, 16). Deus autem caritatem suam in cordibus nostris diffudit per Spiritum Sanctum qui datus est nobis (cf. Rom. 5, 5); ideoque donum primum et maxime necessarium est caritas, qua Deum super omnia et proximum propter Illum diligimus. Ut vero caritas tamquam bonum semen in anima increscat et fructificet, unusquisque fidelis debet verbum Dei libenter audire Eiusque voluntatem, opitulante Eius gratia, opere complere, sacramentis, praesertim Eucharistiae, et sacris actionibus frequenter participare, seseque orationi, sui ipsius abnega-
48 tio/ni, fraterno actuoso servitio et omnium virtutum exercitationi constanter applicare. Caritas enim, ut vinculum perfectionis et plenitudo legis (cf. Col. 3, 14; Rom. 13, 10), omnia sanctificationis media regit, informat ad finemque perducit [12]. Unde caritate tum in Deum tum in proximum signatur verus Christi discipulus.

Cum Iesus, Dei Filius, caritatem suam manifestaverit, animam suam pro nobis ponendo, nemo maiorem habet dilectionem, quam qui animam suam pro Eo et fratribus suis ponit (cf. 1 Io. 3, 16; Io. 15, 13). Ad hoc ergo maximum amoris testimonium reddendum coram omnibus, praesertim persecutoribus, aliqui christiani iam a primo tempore vocati sunt et semper vocabuntur. Martyrium igitur, quo discipulus Magistro pro mundi salute mortem libere accipienti assimilatur, Eique in effusione sanguinis conformatur, ab Ecclesiae eximium donum supremaque probatio caritatis aestimatur. Quod si paucis datur, omnes tamen parati sint oportet, Christum coram hominibus confiteri, Eumque inter persecutiones, quae Ecclesiae numquam desunt, in via crucis subsequi.

Sanctitas Ecclesiae item speciali modo fovetur multiplicibus consiliis, quae Dominus in Evangelio discipulis suis observanda proponit [13]. Inter quae eminet pretiosum gratiae donum, quod a Patre quibusdam datur (cf. Mt. 19,

[10] Cf. Pius XII, Alloc. *Sous la maternelle protection*, 9 dec. 1957: AAS 50 (1958), p. 36 [LE 2715].

[11] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Casti Connubii*, 31 dec. 1930: AAS 22 (1930), p. 548 s. [LE 1005]. S. Io. Chrysostomus, *In Ephes.*, Hom. 20, 2: PG 62, 136 ss.

[12] Cf. S. Augustinus, *Enchir.* 121, 32: PL 40, 288. S. Thomas, *Summa Theol.* II-II, q. 184, a. 1. Pius XII, Adhort. Apost. *Menti nostrae*, 23 sept. 1950: AAS 42 (1950), p. 660 [LE 2151].

[13] De consiliis in genere, cf. Origenes, *Comm. Rom.* X, 14: PG 14, 1275B.

11; 1 Cor. 7, 7), ut in virginitate vel coelibatu facilius indiviso corde (cf. 1 Cor. 7, 32-34) Deo soli se devoveant [14]. Haec perfecta propter Regnum coelorum continentia semper in honore praecipuo ab Ecclesia habita est, tamquam signum et stimulus caritatis, ac quidam peculiaris fons spiritualis foecunditatis in mundo.

Ecclesia etiam Apostoli monitionem recogitat, qui fideles ad caritatem provocans, eos exhortatur, ut hoc in se sentiant quod et in Christo Iesu, qui «semet ipsum exinanivit formam servi accipiens, ... factus oboediens usque ad mortem» (Phil. 2, 7-8) et propter nos «egenus factus est, cum esset dives» (2 Cor. 8, 9). Huius caritatis et humilitatis Christi imitationem et testimonium cum a discipulis semper praeberi necesse sit, gaudet Mater Ecclesia plu-
49 res in sinu suo inveniri viros ac mulieres, / qui exinanitionem Salvatoris pressius sequuntur et clarius demonstrant, paupertatem in filiorum Dei libertate suscipientes et propriis voluntatibus abrenuntiantes: illi scilicet sese homini propter Deum in re perfectionis ultra mensuram praecepti subiiciunt, ut Christo oboedienti sese plenius conforment [15].

Omnes igitur christifideles ad sanctitatem et proprii status perfectionem prosequendam invitantur et tenentur. Attendant igitur omnes, ut affectus suos recte dirigant, ne usu rerum mundanarum et adhaesione ad divitias contra spiritum paupertatis evangelicae a caritate perfecta prosequenda impediantur, monente Apostolo: Qui utuntur hoc mundo, in eo ne sistant: praeterit enim figura huius mundi (cf. 1 Cor. 7, 31 gr.). [16].

Cap. VI—De Religiosis

43. Consilia evangelica castitatis Deo dicatae, paupertatis et oboedientiae, utpote in verbis et exemplis Domini fundata et ab Apostolis et Patribus Ecclesiaeque doctoribus et pastoribus commendata, sunt donum divinum, quod Ecclesia a Domino suo accepit et gratia Eius semper conservat. Ipsa autem auctoritas Ecclesiae, duce Spiritu Sancto, ea interpretari, eorum praxim moderari et etiam stabiles inde vivendi formas constituere curavit. Quo factum est ut, quasi in arbore ex germine divinitus dato mirabiliter et multipliciter in agro Domini ramificata, variae formae vitae solitariae vel communis, variaeque familiae creverint, quae tum ad profectum sodalium, tum ad bonum totius Corporis Christi opes augent [1]. Illae enim familiae sodalibus suis adminicula conferunt stabilitatis in modo vivendi firmioris, doctrinae ad perfectionem prosequendam probatae, communionis in militia Christi fraternae, liber-
50 tatis per oboedientiam roboratae, ita ut suam religiosam / professionem secure implere et fideliter custodire valeant, atque in caritatis via spiritu gaudentes progrediantur [2].

Status huiusmodi, ratione habita divinae et hierarchicae Ecclesiae constitutionis, non est intermedius inter clericalem et laicalem conditionem, sed ex utraque parte quidam christifideles a Deo vocantur, ut in vita Ecclesiae peculiari dono fruantur et, suo quisque modo, eiusdem missioni salvificae prosint [3].

44. Per vota aut alia sacra ligamina, votis propriis sua ratione assimilata, quibus christifidelis ad tria praedicta consilia evangelica se obligat, Deo summe dilecto totaliter mancipatur, ita ut ipse ad Dei servitium Eiusque honorem novo et peculiari titulo referatur. Per baptismum quidem mortuus est peccato, et Deo sacratus; ut autem gratiae baptismalis uberiorem fructum percipere queat, consiliorum evangelicorum professione in Ecclesia liberari intendit ab impedimentis, quae ipsum a caritatis fervore et di-

S. Augustinus, *De S. Virginitate*, 15, 15: PL 40, 403. S. Thomas, *Summa Theol.* I-II, q. 100, a. 2 C (in fine); II-II, q. 44, a. 4, ad 3.

[14] De praestantia sacrae virginitatis, cf. Tertullianus, *Exhort. Cast.* 10: PL 2, 925 C. S. Cyprianus, *Hab. Virg.* 3 et 22: PL 4, 443B et 461A s. S. Athanasius (?), *De Virg.*: PG 28, 252 ss. S. Io. Chrysostomus, *De Virg.*: PG 48, 533 ss.

[15] De spirituali paupertate cf. *Mt.* 5, 3 et 19, 21; *Mc.* 10, 21; *Lc.* 18, 22; de oboedientia exemplum Christi affertur *Io.* 4, 34 et 6, 38; *Phil.* 2, 8-10; *Hebr.* 10, 5-7. Patres et ordinum fundatores abundant.

[16] De praxi effectiva consiliorum quae non omnibus imponitur, cf. S. Io. Chrysostomus, *In Mt.*, Hom. 7, 7: PG 57, 81 s. S. Ambrosius, *De Viduis*, 4, 23: PL 16, 241 s.

[1] Cf. Rosweydus, *Vitae Patrum*, Antwerpiae, 1628. *Apophthegmata Patrum*: PG 65. Palladius, *Historia Lausiaca*: PG 34, 995 ss.: ed. C. Butler, Cambridge 1898 (1904). Pius XI, Const. Apost. *Umbratilem*, 8 iul. 1924: AAS 16 (1924), pp. 386-387. Pius XII, Alloc. *Nous sommes heureux*, 11 apr. 1958: AAS 50 (1958), p. 283.

[2] Cf. Paulus VI, Alloc. *Magno gaudio*, 23 maii 1964: AAS 56 (1964), p. 566.

[3] Cf. *CIC*, cann. 487 et 488, 4.° Pius XII, Alloc *Annus sacer*, 8 dec. 1950: AAS 43 (1951), p. 27 s. [LE 2173]. Pius XII, Const. Apost. *Provida Mater*,

http://www.obrascatolicas.com

vini cultus perfectione retrahere possent, et divino obsequio intimius consecratur [4]. Tanto autem perfectior erit consecratio, quo per firmiora et stabiliora vincula magis repraesentatur Christus cum sponsa Ecclesia indissolubili vinculo coniunctus.

Cum vero evangelica consilia suos asseclas, per caritatem ad quam ducunt [5], Ecclesiae eiusque mysterio speciali modo coniungant, spiritualis horum vita bono quoque totius Ecclesiae devoveatur oportet. Inde oritur officium pro viribus et secundum formam propriae vocationis, sive oratione, sive actuosa quoque opera, laborandi ad Regnum Christi in animis radicandum et roborandum, illudque ad omnes plagas dilatandum. Unde et Ecclesia propriam indolem variorum Institutorum religiosorum tuetur et fovet.

Evangelicorum proinde consiliorum professio tamquam signum apparet, quod omnia Ecclesiae membra ad officia vocationis christianae impigre adimplenda efficaciter attrahere potest ac debet. Cum enim Populus Dei hic manentem civitatem non habeat, sed futuram inquirat, status religiosus, qui suos asseclas a curis terrenis magis liberat, magis etiam tum bona coelestia iam in hoc saeculo praesentia omnibus creden/tibus manifestat, tum vitam novam
51 et aeternam redemptione Christi acquisitam testificat, tum resurrectionem futuram et gloriam Regni coelestis praenuntiat. Formam quoque vitae, quam Filius Dei accepit, mundum ingressus ut faceret voluntatem Patris, quamque discipulis Ipsum sequentibus proposuit, idem status pressius imitatur atque in Ecclesia perpetuo repraesentat. Regni Dei denique super omnia terrestria elevationem eiusque summas necessitudines peculiari modo patefacit; supereminentem quoque magnitudinem virtutis Christi regnantis atque infinitam Spiritus Sancti potentiam, in Ecclesia mirabiliter operantem, cunctis hominibus demonstrat.

Status ergo, qui professione consiliorum evangelicorum constituitur, licet ad Ecclesiae structuram hierarchicam non spectet, ad eius tamen vitam et sanctitatem inconcusse pertinet.

45. Cum ecclesiasticae Hierarchiae munus sit Populum Dei pascere et ad pascua uberrima ducere (cf. Ez. 34, 14), ad ipsam spectat evangelicorum consiliorum praxim, quibus perfectio caritatis erga Deum et proximum singulariter fovetur, legibus suis sapienter moderari [6]. Ipsa etiam, Spiritus Sancti impulsus dociliter sequens, regulas a praeclaris viris et mulieribus propositas recipit et ulterius ordinatas authentice adprobat, necnon Institutis ad aedificationem Corporis Christi passim erectis, ut secundum spiritum fundatorum crescant atque floreant, auctoritate sua invigilante et protegente adest.

Quo autem melius necessitatibus totius dominici gregis provideatur, quodcumque perfectionis Institutum ac sodales singuli a Summo Pontifice, ratione ipsius in universam Ecclesiam primatus, intuitu utilitatis communis, ab Ordinariorum loci iurisdictione eximi et ei soli subici possunt [7]. Similiter possunt propriis auctoritatibus patriarchalibus relinqui aut committi. Ipsi sodales, in officio erga Ecclesiam ex peculiari suae vitae forma adimplendo, reverentiam et oboedientiam secundum canonicas leges praestare debent Episcopis, ob eorum in Ecclesiis particularibus auc-
52 toritatem pastoralem et ob necessariam in labore apostolico unitatem et concordiam [8]. /

Ecclesia autem professionem religiosam non tantum sua sanctione ad status canonici dignitatem erigit, sed eam ut statum Deo consecratum etiam actione sua liturgica exhibet. Ipsa enim Ecclesia, auctoritate sibi a Deo commissa, professionem vota suscipit, prece sua publica eis auxilia et gratiam a Deo impetrat, eos Deo commendat eisque spiritualem benedictionem impertitur, oblationem eorum sacrificio eucharistico adsocians.

46. Sollicite attendant religiosi, ut per ipsos Ecclesia revera Christum in dies, sive fidelibus sive infidelibus, melius commonstret, vel in monte contemplantem, vel turbis

2 febr. 1947: AAS 39 (1947), p. 120 ss. [LE 1908]. [4] Cf. Paulus VI, *l. c.*, p. 567.

[5] Cf. S. Thomas, *Summa Theol.* II-II, q. 184, a. 3 et q. 188, a. 2. S. Bonaventura, Opusc. XI, *Apologia Pauperum*, c. 3, 3: ed. Opera, Quaracchi, t. 8, 1898, p. 245 a.

[6] Cf. Conc. Vat. I, Schema *De Ecclesia Christi*, cap. XV, et Adnot. 48: Mansi 51, 549 s. et 619 s. Leo XIII, Epist. *Au milieu des consolations*, 23 dec. 1900: ASS 33 (1900-01), p. 361. Pius XII, Const. Apost. *Provida Mater*, l. c., p. 114 s. [LE 1908].

[7] Cf. Leo XIII, Const. *Romanos Pontifices*, 8 maii 1881: ASS 13 (1880-81), p. 483. Pius XII, Alloc. *Annus sacer*, 8 dec. 1950: AAS 43 (1951), p. 28 s. [LE 2173].

[8] Cf. Pius XII, Alloc. l. c., p. 28. Pius XII, Const. Apost. *Sedes Sapientiae*, 31 maii 1956: AAS 48 (1956), p. 355 [LE 2379]. Paulus VI, Alloc. *Magno gaudio*, 23 maii 1964: AAS 56 (1964), pp. 570-571.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
CLEVELAND, OHIO

Regnum Dei annuntiantem, vel aegrotos et saucios sanantem ac peccatores ad bonam frugem convertentem, vel pueris benedicentem, et omnibus benefacientem, semper autem voluntati Patris qui Eum misit oboedientem [9].

Omnes tandem perspectum habeant, consiliorum evangelicorum professionem, quamvis renuntiationem secumferat bonorum quae indubie magni aestimanda veniunt, tamen personae humanae vero profectui non obstare, sed natura sua ei summopere prodesse. Consilia enim, secundum cuiusquam personalem vocationem voluntarie suscepta, ad cordis purificationem et spiritualem libertatem non parum conferunt, fervorem caritatis iugiter excitant et praesertim ad genus vitae virginalis ac pauperis, quod sibi elegit Christus Dominus, quodque Mater Eius Virgo amplexa est, hominem christianum magis conformare valent, ut exemplo tot sanctorum fundatorum comprobatur. Nec quisquam aestimet religiosos consecratione sua aut ab hominibus alienos aut inutiles in civitate terrestri fieri. Nam etsi quandoque coaetaneis suis non directe adsistunt, profundiore tamen modo eos in visceribus Christi praesentes habent atque cum eius spiritualiter cooperantur, ut aedificatio terrenae civitatis semper in Domino fundetur ad Ipsumque dirigatur, ne forte in vanum laboraverint qui aedificant eam [10].

Idcirco denique Sacra Synodus confirmat et laudat viros ac mulieres, Fratres ac Sorores, qui in monasteriis, vel in scholis et nosocomiis, vel in missionibus, constanti et humili fidelitate in praedicta consecratione Sponsam Christi condecorant, omnibusque hominibus generosa ac diversissima servitia praestant. /
53

47. Unusquisque autem ad professionem consiliorum vocatus sedulo curet, ut in quam vocationem a Deo vocatus est, in ea permaneat atque magis excellat, ad uberiorem Ecclesiae sanctitatem, ad maiorem gloriam unius et indivisae Trinitatis, quae in Christo et per Christum est omnis sanctitatis fons et origo.

Cap. VII—De indole eschatologica Ecclesiae peregrinantis eiusque unione cum Ecclesia coelesti

48. Ecclesia, ad quam in Christo Iesu vocamur omnes et in qua per gratiam Dei sanctitatem acquirimus, nonnisi in gloria coelesti consummabitur, quando adveniet tempus restitutionis omnium (cf. Act. 3, 21) atque cum genere humano universus quoque mundus, qui intime cum homine coniungitur et per eum ad finem suum accedit, perfecte in Christo instaurabitur (cf. Eph. 1, 10; Col. 1, 20; 2 Pt. 3, 10-13).

Christus quidem exaltatus a terra omnes traxit ad seipsum (cf. Io. 12, 32 gr.); resurgens ex mortuis (cf. Rom. 6, 9) Spiritum suum vivicantem in discipulos immisit et per eum Corpus suum quod est Ecclesia ut universale salutis sacramentum constituit; sedens ad dexteram Patris continuo operatur in mundo ut homines ad Ecclesiam perducat arctiusque per eam Sibi coniungat ac proprio Corpore et Sanguine illos nutriendo gloriosae vitae suae faciat esse participes. Restitutio ergo quam promissam exspectamus, iam incepit in Christo, provehitur in missione Spiritus Sancti et per Eum pergit in Ecclesia in qua per fidem de sensu quoque vitae nostrae temporalis edocemur, dum opus a Patre nobis in mundo commissum cum spe futurorum bonorum ad finem perducimus et salutem nostram operamur (cf. Phil. 2, 12).

Iam ergo fines saeculorum ad nos pervenerunt (cf. 1 Cor. 10, 11) et renovatio mundi irrevocabiliter est constituta atque in hoc saeculo reali quodam modo anticipatur: etenim Ecclesia iam in terris vera sanctitate licet imperfecta insignitur. Donec tamen fuerint novi coeli et nova terra, in quibus iustitia habitat (cf. 2 Pt. 3, 13), Ecclesia peregrinans, in suis sacramentis et institutionibus, quae ad hoc aevum pertinent, portat figuram huius saeculi quae praeterit et ipsa inter creaturas degit quae ingemiscunt et parturiunt usque adhuc et exspectant revelationem filiorum Dei (cf. Rom. 8, 19-22).

Coniuncti ergo Christo in Ecclesia et signati Spiritu Sancto «qui est / pignus hereditatis nostrae» (Eph. 1, 14), veri filii Dei nominamur et sumus (cf. 1 Io. 3, 1), sed nondum apparuimus cum Christo in gloria (cf. Col. 3, 4), in qua similes Deo erimus, quoniam videbimus Eum sicut est (cf. 1 Io. 3, 2). Itaque «dum sumus in corpore, pere-
54

[9] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943), p. 214 s. [LE 1759].

[10] Cf. Pius XII, Alloc. *Annus sacer*, l. c., p. 30 [LE 2173]. Alloc. *Sous la maternelle protection*, 9 dec. 1957: AAS 50 (1958), p. 39 s. [LE 2715].

grinamur a Domino» (2 Cor. 5, 6) et primitias Spiritus habentes intra nos gemimus (cf. Rom. 8, 23) et cupimus esse cum Christo (cf. Phil. 1, 23). Eadem autem caritate urgemur ut magis vivamus Ei, qui pro nobis mortuus est et resurrexit (cf. 2 Cor. 5, 15). Contendimus ergo in omnibus placere Domino (cf. 2 Cor. 5, 9) et induimus armaturam Dei, ut possimus stare adversus insidias diaboli et resistere in die malo (cf. Eph. 6, 11-13). Cum vero nesciamus diem neque horam, monente Domino, constanter vigilemus oportet ut, expleto unico terrestris nostrae vitae cursu (cf. Hebr. 9, 27), cum Ipso ad nuptias intrare et cum benedictis connumerari mereamur (cf. Mt. 25, 31-36), neque sicut servi mali et pigri (cf. Mt. 25, 26) iubeamur discedere in ignem aeternum (cf. Mt. 25, 41), in tenebras exteriores ubi erit fletus et stridor dentium» (Mt. 22, 13 et 25, 30). Etenim, antequam cum Christo glorioso regnemus, omnes nos manifestabimur «ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit sive bonum sive malum» (2 Cor. 5, 10) et in fine mundi «procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii» (Io. 5, 29; cf. Mt. 25, 46). Existimantes proinde quod «non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis» (Rom. 8, 18; cf. 2 Tim. 2, 11-12), fortes in fide exspectamus «beatam spem et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi» (Tit. 2, 13), «qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae» (Phil. 3, 21) et qui veniet «glorificari in sanctis suis et admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt» (2 Thess. 1, 10).

49. Donec ergo Dominus venerit in maiestate sua et omnes Angeli cum eo (cf. Mt. 25, 31) et, destructa morte, illi subiecta fuerint omnia (cf. 1 Cor. 15, 26-27), alii e discipulis Eius in terris peregrinantur, alii hac vita functi purificantur, alii vero glorificantur intuentes «clare ipsum Deum trinum et unum, sicuti est» [1]; omnes tamen, gradu quidem modoque diverso, in eadem Dei et proximi caritate communicamus et eundem hymnum gloriae Deo nostro
55 canimus. Universi enim / qui Christi sunt, Spiritum Eius habentes, in unam Ecclesiam coalescunt et invicem cohaerent in Ipso (cf. Eph. 4, 16). Viatorum igitur unio cum fratribus qui in pace Christi dormierunt, minime intermittitur, immo secundum perennem Ecclesiae fidem, spiritualium bonorum communicatione roboratur [2]. Ex eo enim quod coelites intimius cum Christo uniuntur, totam Ecclesiam in sanctitatem firmius consolidant, cultum, quem ipsa hic in terris Deo exhibet, nobilitant ac multipliciter ad ampliorem eius aedificationem contribuunt (cf. 1 Cor. 12, 12-27) [3]. Nam in patriam recepti et praesentes ad Dominum (cf. 2 Cor. 5, 8), per Ipsum, cum Ipso et in Ipso non desinunt apud Patrem pro nobis intercedere [4], exhibentes merita quae per unum Mediatorem Dei et hominum, Christum Iesum (cf. 1 Tim. 2, 5) in terris sunt adepti, Domino in omnibus servientes et adimplentes ea quae desunt passionum Christi in carne sua pro Corpore Eius quod est Ecclesia (cf. Col. 1, 24) [5]. Eorum proinde fraterna sollicitudine infirmitas nostra plurimum iuvatur.

50. Hanc communionem totius Iesu Christi Mystici Corporis apprime agnoscens, Ecclesia viatorum inde a primaevis christiane religionis temporibus, defunctorum memoriam magna cum pietate excoluit [6] et, quia «sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur» (2 Mach. 12, 46), etiam suffragia pro illis obtulit. Apostolos autem et martyres Christi, qui sui sanguinis effusione supremum fidei et caritatis testimonium dederant, in Christo arctius nobis coniunctos esse Ecclesia semper credidit, eos simul cum Beata Virgine Maria et sanctis Angelis peculiari affectu venerata est [7], eorumque

[1] Conc. Flor., *Decretum pro Graecis:* Denz. 693 (1305).

[2] Praeter documenta antiquiora contra quamlibet formam evocationis spirituum inde ab Alexandro IV (27 sept. 1258), cf. Encycl. S. S. C. S. Officii, *De magnetismi abusu*, 4 aug. 1856: ASS (1865), pp. 177-178, Denz. 1653-1654 (2823-2825); responsionem S. S. C. S. Officii, 24 apr. 1917: AAS 9 (1917), p. 268; Denz. 2182 (3642) [LE 30].

[3] Videatur synthetica exposito huius doctrinae paulinae in: Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis:* AAS 35 (1943), p. 200 et passim [LE 1759].

[4] Cf., v. g., S. Augustinus, *Enarr. in Ps.* 85, 24: PL 37, 1099. S. Hieronymus, *Liber contra Vigilantium*, 6: PL 23, 344. S. Thomas, *In IV Sent.*, d. 45, q. 3, a. 2. S. Bonaventura, *In IV Sent.*, d. 45, a. 3, q. 2; etc.

[5] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis:* AAS 35 (1943), p. 245 [LE 1759].

[6] Cf. Phirmae inscriptiones in Catacumbis romanis.

[7] Cf. Gelasius I, Decretalis *De libris recipiendis*, 3: PL 59, 160: Denz. 165 (353). [8] Cf. S. Methodius, *Symposion*, VII, 3: GCS (Bonwetsch), p. 74. [9] Cf. Benedictus XV, *Decretum approbationis virtutum in Causa beatificationis et canonizationis Servi Dei Ioannis Nepomuceni Neumann:* AAS 14 (1922), p. 23; plures Allocutiones Pii XI de Sanctis: *Invidi all'eroismo*, in *Discorsi e Radiomessaggi*, tt. I-III, 1941-1942, passim; Pius XII, *Discorsi e Radiomessaggi*, t. X, 1949, 37-43.

intercessionis auxilium pie imploravit. Quibus mox adnumerati sunt alii quoque qui Christi virginitatem et paupertatem pressius erant imitati [8] et / tandem ceteri quos praeclarum virtutum christianarum exercitium [9] ac divina charismata piae fidelium devotioni et imitationi commendabant [10]. 56

Dum enim illorum conspicimus vitam qui Christum fideliter sunt secuti, nova ratione ad futuram Civitatem inquirendam (cf. Hebr. 13, 14 et 11, 10) incitamur simulque tutissimam edocemur viam qua inter mundanas varietates, secundum statum ac condicionem unicuique propriam, ad perfectam cum Christo unionem seu sanctitatem pervenire poterimus [11]. In vita eorum qui, humanitatis nostrae consortes, ad imaginem tamen Christi perfectius transformantur (cf. 2 Cor. 3, 18), Deus praesentiam vultumque suum hominibus vivide manifestat. In eis Ipse nos alloquitur, signumque nobis praebet Regni sui [12], ad quod tantam habentes impositam nubem testium (cf. Hebr. 12, 1), talemque contestationem veritatis Evangelii, potenter attrahimur.

Nec tamen solius exempli titulo coelitum memoriam colimus, sed magis adhuc ut totius Ecclesiae unio in Spiritu roboretur per fraternae caritatis exercitium (cf. Eph. 4, 1-6). Nam sicut christiana inter viatores communio propinquius nos ad Christum adducit, ita consortium cum Sanctis nos Christo coniungit, a quo tamquam a Fonte et Capite omnis gratia et ipsius Populi Dei vita promanat [13]. Summopere ergo decet ut hos Iesu Christi amicos et coheredes, fratres quoque nostros et benefactores eximios diligamus, debitas pro ipsis Deo rependamus gratias [14], «suppliciter eos invocemus et ob beneficia impetranda a Deo per Filium eius Iesum Christum, Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor et Salvator est, ad eorum orationes, opem auxiliumque confugiamus» [15]. Omne enim genuinum amoris testimonium coelitibus a nobis exhibitum, suapte natura tendit ac terminatur ad Christum qui / est 57
«corona Sanctorum omnium» [16] et per Ipsum ad Deum qui est mirabilis in Sanctis suis et in ipsis magnificatur [17].

Nobilissima vero ratione unio nostra cum Ecclesia coelesti actuatur, cum, praesertim in sacra Liturgia, in qua virtus Spiritus Sancti per signa sacramentalia super nos agit, divinae maiestatis laudem socia exsultatione concelebramus [18], et universi, in sanguine Christi ex omni tribu et lingua et populo et natione redempti (cf. Apoc. 5, 9) atque in unam Ecclesiam congregati, uno cantico laudis Deum unum et trinum magnificamus. Eucharisticum ergo sacrificium celebrantes cultui Ecclesiae coelestis vel maxime iungimur communicantes et memoriam venerantes in primis gloriosae semper Virginis Mariae, sed et beati Ioseph et beatorum Apostolorum et Martyrum et omnium Sanctorum [19].

51. Quam venerabilem malorum nostrorum fidem circa vitale consortium cum fratribus qui in gloria coelesti sunt vel adhuc post mortem purificantur, magna cum pietate haec Sacrosancta Synodus recipit et decreta Sacrorum Conciliorum Nicaeni II [20], Florentini [21] et Tridentini [22] rursus proponit. Simul autem pro pastorali sua sollicitudine omnes ad quos spectat hortatur, ut si qui abusus, excessus vel defectus hic illicve irrepserint, eos arcere aut corrigere satagant ac omnia ad pleniorem Christi et Dei laudem instaurent. Doceant ergo fideles autheniticum Sanctorum cultum non tam in actuum exteriorum multiplicitate quam potius in intensitate amoris nostri actuosi consistere, quo, ad maius nostrum et Ecclesiae bonum, Sanctorum quaerimus «et conversatione exemplum et communione consortium, et intercessione subsidium» [23].

[10] Cf. Pius XII, litt. Encycl. *Mediator Dei:* AAS 39 (1947), p. 581 [LE 1963].

[11] Cf. Hebr. 13, 7; *Eccli.* capp. 44-50; Hebr. 11, 3-40. Cf. etiam Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei:* AAS 39 (1947), pp. 582-583 [LE 1963].

[12] Cf. Conc. Vat. I, Const. dogm. De fide catholica, *Dei Filius*, cap. 3: Denz. 1794 (3013).

[13] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis:* AAS 35 (1943), p. 216 [LE 1759].

[14] Quoad gratitudinem erga ipsos Sanctos, cf. E. Diehl, *Inscriptiones latinae christianae veteres*, I, Berolini, 1925, nn. 2008, 2382 et passim.

[15] Conc. Trid., Decr. *De invocatione... Sanctorum:* Denz. 984 (1821).

[16] *Breviarium romanum*, Invitatorium in festo Sanctorum Omnium.

[17] Cf. v. g., 2 *Thess.* 1, 10.

[18] Conc. Vat. II, Const. De Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, cap. 5, n. 104. AAS 56 (1964), pp. 125-126 [LE 3141].

[19] Cf. *Missale romanum*, Canon Missae.

[20] Cf. Conc. Nic. II, Act. VII: Denz. 302 (600).

[21] Cf. Conc. Flor., *Decretum pro Graecis:* Denz. 693 (1304).

[22] Cf. Conc. Trid., Decr. *de invocatione, veneratione et reliquiis Sanctorum et sacris imaginibus:* Denz. 984-988 (1821-1824); Decr. *de Purgatorio:* Denz. 983 (1820); Decr. *de iustificatione*, can. 30: Denz. 840 (1580).

[23] *Missale romanum*, e Praefatione de Sanctis, dioecesibus Galliae concessa.

http://www.obrascatolicas.com

Ex altera vero parte instruant fideles nostram cum coelitibus conversationem, dummodo haec in pleniore fidei luce concipiatur, nequaquam extenuare latreuticum cultum, Deo Patri per Christum in Spiritu tributum, sed illum e
58 contra impensius ditare [24]. /

Nam omnes qui filii Dei sumus et unam familiam in Christo constituimus (cf. Hebr. 3 6), dum in mutua caritate et una sanctissimae Trinitatis laude invicem communicamus, intimae Ecclesiae vocationi correspondemus et consummatae gloriae liturgiam praegustando participamus [25]. Quando enim Christus apparebit et gloriosa mortuorum resurrectio erit, claritas Dei illuminabit coelestem Civitatem et eius lucerna erit Agnus (cf. Apoc. 21, 23). Tunc tota Ecclesia sanctorum in summa caritatis beatitudine adorabit Deum et «Agnum qui occisus est» (Apoc. 5, 12), una voce proclamans: «Sedenti in throno et Agno: benedictio et honor et gloria, et potestas in saecula saeculorum» (Apoc. 5, 13).

Cap. VIII—De Beata Maria Virgine Deipara in mysterio Christi et Ecclesiae

I. *Prooemium*

52. Benignissimus et sapientissimus Deus, mundi redemptionem complere volens, «ubi venit plenitudo temporis, misit Filium suum factum ex muliere, ... ut adoptionem filiorum reciperemus» (Gal. 4, 4-5). «Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine» [1]. Quod salutis divinum mysterium nobis revelatur et continuatur in Ecclesia, quam Dominus ut corpus suum constituit, et in qua fideles Christo Capiti adhaerentes atque cum omnibus sanctis Eius communicantes, memoriam etiam venerentur oportet «in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genetricis Dei et Domini nostri Iesu Christi» [2].

53. Virgo enim Maria, quae Angelo nuntiante Verbum Dei corde et corpore suscepit et Vitam mundo protulit, ut vera Mater Dei ac Redemptoris agnoscitur et honoratur. Intuitu meritorum Filii sui sublimiore modo redempta Eique arcto et indissolubili vinculo unita, hoc summo mu-
59 nere ac dignitate ditatur ut sit Genetrix Dei Filii, ideoque / praedilecta filia Patris necnon sacrarium Spiritus Sancti quo eximiae gratiae dono omnibus aliis creaturis, coelestibus et terrestribus, longe antecellit. Simul autem cum omnibus hominibus salvandis in stirpe Adam invenitur coniuncta, immo «plane mater membrorum (Christi), ... quia cooperata est caritate ut fideles in Ecclesia nascerentur, quae illius Capitis membra sunt» [3]. Quapropter etiam ut supereminens prorsusque singulare membrum Ecclesiae necnon eius in fide et caritate typus et exemplar spectatissimum salutatur eamque Catholica Ecclesia, a Spiritu Sancto edocta, filialis pietatis affectu tamquam matrem amantissimam prosequitur.

54. Ideo Sacrosancta Synodus, doctrinam de Ecclesia, in qua divinus Redemptor salutem operatur, exponens, illustrare sedulo intendit tum munus Beatae Virginis in mysterio Incarnati Verbi et Corporis Mystici, tum hominum redemptorum officia erga Deiparam, matrem Christi et matrem hominum, maxime fidelium, quin tamen in animo habeat completam de Maria proponere doctrinam, atque quaestiones labore theologorum nondum ad plenam lucem perductas dirimere. Servantur itaque in suo iure sententiae, quae in scholis catholicis libere proponuntur de Illa, quae in Sancta Ecclesia locum occupat post Christum altissimum nobisque maxime propinquum [4].

II. *De munere B. Virginis in oeconomia salutis*

55. Sacrae Litterae Veteris Novique Testamenti et veneranda Traditio munus Matris Salvatoris in salutis oeconomia modo magis magisque dilucido ostendunt et veluti conspiciendum proponunt. Libri quidem Veteris Testamenti historiam salutis, qua Christi in mundum adventus lento gradu praeparatur, describunt. Quae primaeva documenta,

[1] Cf. S. Petrus Canisius, *Catechismus Maior seu Summa Doctrinae christianae*, cap. III (ed. crit. F. Streicher), Pars I, 15-16, n. 44 et pp. 100-105, n. 49.
[2] Cf. Conc. Vat. II, Const. De Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, cap. I, n. 8: AAS 56 (1964), p. 101 [LE 3141].
[3] Symbolum Constantinopolitanum: Mansi 3, 566. Cf. Conc. Eph., lb. 4, 1139 (necnon ib. 2, 665 et 4, 1071); Conc. Chalc., lb. 7, 111-116; Conc. Constantinop. II, lb. 9, 375-396. *Missale romanum*, e Credo. [4] *Missale romanum*, e Canone. [5] S. Augustinus, *De S. Virginitate*, 6: PL 40, 399. [6] Cf. Paulus VI, Allocutio in Concilio, die 4 dec. 1963: AAS 56 (1964), p. 37 [LE 3140].

qualiter in Ecclesia leguntur et sub luce ulterioris et plenae revelationis intelliguntur, clarius pedetentim in lucem prodeunt figuram mulieris, Matris Redemptoris. Ipsa, sub hac luce, iam prophetice adumbratur in promissione, lapsis in peccatum primis parentibus data, de victoria super serpentem (cf. Gen. 3, 15). Similiter haec est Virgo quae concipiet et pariet Filium, cuius nomen vocabitur Emmanuel (cf. Is. 7, 14; coll. Mi., 5, 2-3; Mt. 1, 22-23). Ipsa praecellit inter humiles ac pauperes / Domini, qui salutem cum 60
fiducia ab Eo sperant et accipiunt. Cum Ipsa tandem praecelsa Filia Sion, post diuturnam exspectationem promissionis, complentur tempora et nova instauratur Oeconomia, quando Filius Dei humanam naturam ex ea assumpsit, ut mysteriis carnis suae hominem a peccato liberaret.

56. Voluit autem misericordiarum Pater, ut acceptatio praedestinatae matris incarnationem praecederet, ut sic, quemadmodum femina contulit ad mortem, ita etiam femina conferret ad vitam. Quod praecellentissime valet de Matre Iesu, quae ipsam Vitam, omnia renovantem, mundo effudit, et a Deo donis tanto munere dignis praedita est. Unde nil mirum apud Sanctos Patres usum invaluisse quo Deiparam appellarunt totam sanctam et ab omni peccati labe immunem, quasi a Spiritu Sancto plasmatam novamque creaturam formatam [5]. Singularis prorsus sanctitatis splendoribus a primo instante suae conceptionis ditata, Nazarethana Virgo ab Angelo muntiante, Dei mandato, ut «gratia plena» salutatur (cf. Lc. 1, 28), et coelesti nuntio ipsa respondet: «Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum» (Lc. 1, 38). Ita Maria filia Adam, verbo divino consentiens, facta est Mater Iesu, ac salvificam voluntatem Dei, pleno corde et nullo retardata peccato, complectens, semetipsam ut Domini ancillam personae et operi Filii sui totaliter devovit, sub Ipso et cum Ipso, omnipotentis Dei gratia, mysterio redemptionis inserviens. Merito igitur SS. Patres Mariam non mere passive a Deo adhibitam, sed libera fide et oboedientia humanae saluti cooperantem censent. Ipsa enim, ut ait S. Irenaeus, «oboediens et sibi et universo generi humano causa facta est salutis» [6]. Unde non pauci Patres antiqui in praedicatione sua cum eo libenter asserunt: «Hevae inoboedientiae nodum solutionem accepisse per oboedientiam Mariae; quod al igavit virgo Heva per incredulitatem, hoc virginem Mariam solvisse per fidem» [7]; et comparatione cum Heva instituta, Mariam «ma/trem viventium» appellant [8], saepiusque 61
affirmant: «mors per Hevam, vita per Mariam» [9].

57. Haec autem Matris cum Filio in opere salutari coniunctio a tempore virginalis conceptionis Christi ad Eius usque mortem manifestatur; in primis quidem cum Maria, exsurgens cum festinatione ad visitandam Elisabeth, ab ea ob fidem suam in salutem promissam beata salutatur et praecursor in sinu matris exsultavit (cf. Lc. 1, 41-45); in nativitate vero, cum Deipara Filium suum primogenitum, qui virginalem eius integritatem non minuit sed sacravit [10], pastoribus et Magis laetabunda ostendit. Cum autem Eum in templo, dono pauperum oblato, Domino praesentavit, audivit Simeonem simul praenuntiantem Filium futurum contradictionis signum et matris animam gladium pertransiturum, ut revelarentur ex multis cordibus cogitationes (cf. Lc. 2, 34-35). Puerum Iesum deperditum ac cum dolore quaesitum, parentes eius in templo invenerunt in his quae Patris Eius erant occupatum; verbumque Filii non intellexerunt. Mater vero Eius omnia haec in corde suo meditabunda conservabat (cf. Lc. 2, 41-51).

58. In vita publica Iesu, Mater Eius signanter apparet, in initio quidem, cum ad nuptias in Cana Galilaeae, misericordia permota, initium signorum Iesu Messiae intercessione sua induxit (cf. Io. 2, 1-11). In decursu praedicationis Eius suscepit verba, quibus Filius, Regnum ultra rationes et vincula carnis et sanguinis extollens, audientes et custodientes verbum Dei, sicut ipsa fideliter facit (cf. Lc. 2 19 et 51), beatos proclamavit (cf. Mc. 3, 35; Lc. 11, 27-28),

[4] Cf. S. Germanus Const., *Hom. in Annunt. Deiparae*: PG 98, 328A; *In Dorm.* 2: 357. Anastasius Antioch., *Serm. 2 de Annunt.*, 2: PG 89, 1377AB; *Serm.* 3, 2: 1388C. S. Andreas Cret., *Can. in B. V. Nat.*, 4: PG 97, 1322B. *In B. V. Nat.*, 1: 812A. *Hom. in dorm.*, 1: 1068C. S. Sophronius, *Or. 2 in Annunt.* 18: PG 87 (3), 3237BD.
[5] S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 22, 4: PG 7, 959A; Harvey, 2, 123. [6] S. Irenaeus *ibidem*; Harvey, 2, 124. [7] S. Epiphanius, *Haer.* 78, 18: PG 42, 728CD-729AB.
[8] S. Hieronymus, *Epist.* 22, 21: PL 22, 408. Cf. S. Augustinus, *Serm.* 51, 2, 3: PL 38, 335; *Serm.* 232,2: 1108. S. Cyrillus Hieros., *Catech.* 12, 15: PG 33, 741AB. S. Io. Chrysostomus, *In Ps.* 44, 7: PG 55, 193. S. Io. Damascenus, *Hom. 2 in dorm. B. M. V.*, 3: PG 96, 728.
[9] Cf. Conc. Lat. anni 649, can. 3: Mansi 10, 1151. S. Leo M., *Epist. ad Flav.*: PL 54, 759. Conc. Chalc.: Mansi 7, 462. S. Ambrosius, *De instit. virg.*: PL 16, 320.

Ita etiam B. Virgo in peregrinatione fidei processit, suamque unionem cum Filio fideliter sustinuit usque ad crucem, ubi non sine divino consilio stetit (cf. Io. 19, 25), vehementer cum Unigenito suo condoluit et sacrificio Eius se materno animo sociavit, victimae de se genitae immolationi amanter consentiens; ac demum ab eodem Christo Iesu
62 in cruce moriente / uti mater discipulo, hisce verbis data est: Mulier, ecce filius tuus (cf. Io. 19, 26-27) [11].

59. Cum vero Deo placuerit humanae salutis sacramentum non ante solemniter manifestare quam promissum a Christo Spiritum effunderet, Apostolos videmus ante diem Pentecostes «perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus et Maria Matre Iesu et fratribus Eius» (Act. 1, 14), Mariam quoque precibus suis implorantem donum Spiritus, qui in Annuntiatione ipsam iam obumbraverat. Denique Immaculata Virgo, ab omni originalis culpae labe praeservata immunis [12], expleto terrestris vitae cursu, corpore et anima ad coelestem gloriam assumpta est [13], ac tamquam universorum Regina a Domino exaltata, ut plenius conformaretur Filio suo, Domino dominantium (cf. Apoc. 19, 16) ac peccati mortisque victori [14].

III. *De Beata Virgine et Ecclesia*

60. Unicus est Mediator noster secundum verba Apostoli: «Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus» (1 Tim. 2, 5-6). Mariae autem maternum munus erga homines hanc Christi unicam mediationem nullo modo obscurat nec minuit, sed virtutem eius ostendit. Omnis enim salutaris Beatae Virginis influxus in homines non ex aliqua rei necessitate, sed ex beneplacito divino exoritur et ex superabundantia meritorum Christi profluit, Eius mediationi innititur, ab illa omnino dependet, ex eademque totam virtutem haurit; unionem autem immedia-
63 tam credentium cum Christo nullo modo impedit sed fovet. /

61. Beata Virgo, ab aeterno una cum divini Verbi incarnatione tamquam Mater Dei praedestinata, divinae Providentiae consilio, his in terris exstitit alma divini Redemptoris Mater, singulariter prae aliis generosa socia, et humilis ancilla Domini. Christum concipiens, generans, alens, in templo Patri sistens, Filioque suo in cruce morienti compatiens, operi Salvatoris singulari prorsus modo cooperata est, oboedientia, fide, spe et flagrante caritate, ad vitam animarum supernaturalem restaurandam. Quam ob causam mater nobis in ordine gratiae exstitit.

62. Haec autem in gratiae oeconomia maternitas Mariae indesinenter perdurat, inde a consensu quem in Annuntiatione fideliter praebuit, quemque sub cruce incunctanter sustinuit, usque ad perpetuam omnium electorum consummationem. In coelis enim assumpta salutiferum hoc munus non deposuit, sed multiplici intercessione sua pergit in aeternae salutis donis nobis conciliandis [15]. Materna sua caritate de fratribus Filii sui adhuc peregrinantibus necnon in periculis et angustiis versantibus curat, donec ad felicem patriam perducantur. Propterea B. Virgo in Ecclesia titulis Advocatae, Auxiliatricis, Adiutricis, Mediatricis invocatur [16]. Quod tamen ita intelligitur, ut dignitati et efficacitati Christi unius Mediatoris nihil deroget, nihil superaddat [17].

Nulla enim creatura cum Verbo incarnato ac Redemptore connumerari umquam potest; sed sicut sacerdotium Christi variis modis tum a ministris tum a fideli populo participatur, et sicut una bonitas Dei in creaturis modis diversis realiter diffunditur, ita etiam unica mediatio Redemptoris non excludit, sed suscitat variam apud creaturas participatam ex unico fonte cooperationem.

Tale autem munus subordinatum Mariae Ecclesia profiteri non dubitat, iugiter experitur et fidelium cordi commendat, ut hoc materno fulti praesidio Mediatori ac Salvatori intimius adhaereant. / 64

63. Beata autem Virgo divinae maternitatis dono et munere, quo cum Filio Redemptore unitur, suisque singularibus gratiis et muneribus, etiam cum Ecclesia intime coniungitur: Deipara est Ecclesiae typus, ut iam docebat S. Ambrosius, in ordine scilicet fidei, caritatis et perfectae cum Christo unionis [18]. In mysterio enim Ecclesiae, quae et ipsa iure mater vocatur et virgo, Beata Virgo Maria praecessit, eminenter et singulariter tum virginis tum matris exemplar praebens [19]. Credens enim et oboediens, ipsum Filium Patris in terris genuit, et quidem viri nescia, Spiritu Sancto obumbrata, tamquam nova Heva, non serpenti antiquo, sed Dei nuntio praestans fidem, nullo dubio adulteratam. Filium autem peperit, quem Deus posuit primogenitum in multis fratribus (cf. Rom. 8, 29), fidelibus nempe, ad quos gignendos et educandos materno amore cooperatur.

64. Iamvero Ecclesia, eius arcanam sanctitatem contemplans et caritatem imitans, voluntatemque Patris fideliter adimplens, per verbum Dei fideliter susceptum et ipsa fit mater: praedicatione enim ac baptismo filios, de Spiritu Sancto conceptos et ex Deo natos, ad vitam novam et immortalem generat. Et ipsa est virgo, quae fidem Sponso datam integre et pure custodit, et imitans Domini sui Matrem, virtute Spiritus Sancti, virginaliter servat integram fidem, solidam spem, sinceram caritatem [20].

65. Dum autem Ecclesia in Beatissima Virgine ad perfectionem iam pertingit, qua sine macula et ruga existit (cf. Eph. 5, 27), christifideles adhuc nituntur, ut devincentes peccatum in sanctitate crescant; ideoque oculos suos ad Mariam attollunt, quae toti electorum communitati tamquam exemplar virtutum praefulget. Ecclesia de Ea pie recogitans Eamque in lumine Verbi hominis facti contemplans, in summum incarnationis mysterium venerabunda penitius intrat, Sponsoque suo magis magisque conformatur. Maria enim, quae, in historiam salutis intime ingressa, maxima fidei placita in se quodammodo unit et reverberat, dum praedicatur et colitur, ad Filium suum Eiusque sacrificium atque / ad amorem Patris credentes ad- 65
vocat. Ecclesia vero, gloriam Christi prosequens, praecelso suo Typo similior efficitur, continuo progrediens in fide, spe et caritate, ac divinam voluntatem in omnibus quaerens et obsequens. Unde etiam in opere suo apostolico Ecclesia ad Eam merito respicit, quae genuit Christum, ideo de Spiritu Sancto conceptum et de Virgine natum, ut per Ecclesiam in cordibus quoque fidelium nascatur et crescat. Quae Virgo in sua vita exemplum exstitit materni illius affectus, quo cuncti in missione apostolica Ecclesiae cooperantes ad regenerandos homines animentur oportet.

IV. *De cultu Beatae Virginis in Ecclesia*

66. Maria, per gratiam Dei post Filium prae omnibus angelis et hominibus exaltata, utpote sanctissima Dei Mater, quae mysteriis Christi interfuit, speciali cultu ab Ecclesia merito honoratur. Et sane ab antiquissimis temporibus Beata Virgo sub titulo «Deiparae» colitur, sub cuius praesidium fideles in cunctis periculis et necessitatibus suis deprecantes confugiunt [21]. Inde praesertim ab Ephesina Synodo cultus Populi Dei erga Mariam mirabiliter crevit in veneratione et dilectione, in invocatione et imitatione, secundum ipsius verba prophetica: «Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est» (Lc. 1, 48-49). Qui cultus, prout in Ecclesia semper exstitit, singularis omnino quamquam est, essentialiter differt a cultu adorationis, qui Verbo incarnato aeque ac Patri et Spiritui Sancto exhibetur, eidemque potissimum favet. Variae enim formae pietatis erga Dei Genitricem, quas Ecclesia intra limites sanae et orthodoxae doctrinae, pro temporum et locorum conditionibus et pro indole ingenioque fidelium approbavit, id efficiunt ut dum Mater honoratur, Filius, propter quem omnia (cf. Col. 1, 15-16) et in quo aeterno Patri «complacuit omnem plenitudinem inhabitare» (Col. 1, 19), rite noscatur, ametur, glorificetur, Eiusque mandata serventur.

[11] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943), pp. 247-248 [LE 1759].
[12] Cf. Pius IX, Bulla *Ineffabilis*, 8 dec. 1854: Acta Pii IX, 1, I, p. 616; Denz. 1641 (2803).
[13] Cf. Pius XII, Const. Apost. *Munificentissimus*, 1 nov. 1950: AAS 42 (1950); Denz. 2333 (3903) [LE 2158]. Cf. S. Io. Damascenus, *Enc. in dorm. Dei genetricis*, Hom. 2 et 3: PG 96, 721-761, speciatim 728 B. S. Germanus Constantinop., *In S. Dei gen. dorm.*, Serm. 1: PG 98 (6), 340-348; Serm. 3: 361. S. Modestus Hier., *In dorm. SS. Deiparae*: PG 86 (2), 3277-3312.
[14] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Ad coeli Reginam*, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954), pp. 633-636; Denz. 3913 ss. [LE 2454]. Cf. S. Andreas Cret., *Hom. 3 in dorm. SS. Deiparae*: PG 97, 1089-1109. S. Io. Damascenus, *De fide orth.*, IV, 14: PG 94, 1153-1161.
[15] Cf. Kleutgen, textus reformatus *De mysterio Verbi incarnati*, cap IV: Mansi 53, 290. Cf. S. Andreas Cret., *In nat. Mariae*, Sermo 4: PG 97, 865A. S. Germanus Constantinop., *In annunt. Deiparae*: PG 98, 321BC. *In dorm. B. V. Mariae*, Hom. 1, 8: PG 96, 712BC-713A.
[16] Cf. Leo XIII, Litt. Encycl. *Adiutricem populi*, 5 sept. 1895: ASS 15 (1895-96), p. 303. S. Pius X, Litt. Encycl. *Ad diem illum*, 2 febr. 1904: Acta I, p. 154; Denz. 1978 a (3370). Pius XI, Litt. Encycl. *Miserentissimus*, 8 mail 1928: AAS 20 (1928), p. 178. Pius XII, *Nuntius Radioph.*, 13 mail 1946: AAS 38 (1946), p. 266.
[17] Cf. S. Ambrosius, *Epist.* 63: PL 16, 1218.

[18] Cf. S. Ambrosius, *Expos. Lc.* II, 7: PL 15, 1555.
[19] Cf. Ps.-Petrus Dam., *Serm.* 63: PL 144, 861AB. Godefridus a S. Victore, *In nat. B. M.*, Ms. Paris, Mazarine, 1002, fol. 109 r. Gerhohus Reich., *De gloria et honore Filii hominis*, 10: PL 194, 1105AB.
[20] Cf. S. Ambrosius, *Expos. Lc.*, II, 7 et X, 24-25: PL 15, 1555 et 1810. S. Augustinus, *In Io.*, Tr. 13, 12: PL 35, 1499. Cf. *Serm.* 191, 2, 3: PL 38, 1010; etc. Cf. etiam *Ven.* Beda, *In Lc. Expos.* I, cap. 2: PL 92, 330. Isaac de Stella, *Serm.* 51: PL 194, 1863A.
[21] Cf. *Breviarium romanum*, ant. «Sub tuum praesidium», ex I Vesperis Officii Parvi Beatae Mariae Virginis.

http://www.obrascatolicas.com

67. Hanc catholicam doctrinam Sacrosancta Synodus consulto docet, simulque omnes Ecclesiae filios admonet, ut cultum, praesertim liturgicum, erga Beatam Virginem generose foveant, praxes autem et exercitia pietatis erga
66 Eam saeculorum cursu a Magisterio commendata magni / faciant et ea quae anteactis temporibus de cultu imaginum Christi, Beatae Virginis et Sanctorum decreta fuere, religiose servent [22]. Theologos autem verbique divini praecones enixe exhortatur, ut aeque ab omni falsa superlatione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Deiparae dignitate consideranda sedulo abstineant [23]. Studium Sacrae Scripturae, Sanctorum Patrum et Doctorum Ecclesiaeque liturgiarum sub ductu Magisterii excolentes, recte illustrent munera et privilegia Beatae Virginis, quae semper Christum spectant, totius veritatis, sanctitatis et pietatis originem. Sedulo arceant quaecumque sive in dictis sive in factis fratres seiunctos vel alios quoscumque in errorem circa veram Ecclesiae doctrinam inducere possent. Meminerint porro fideles veram devotionem neque in sterili et transitorio affectu, neque in vana quadam credulitate consistere, sed a vera fide procedere, qua ad Dei Genitricis excellentiam agnoscendam adducimur, et ad filialem erga Matrem nostram amorem eiusque virtutum imitationem excitamur.

V. *Maria, signum certae spei et solatii peregrinanti Populo Dei*

68. Interim autem Mater Iesu, quemadmodum in coelis corpore et anima iam glorificata, imago et initium est Ecclesiae in futuro saeculo consummandae, ita his in terris quoadusque advenerit dies Domini (cf. 2 Pt. 3, 10), tamquam signum certae spei et solatii peregrinanti Populo Dei praelucet.

69. Sacrosanctae huic Synodo magnum affert gaudium et solatium, etiam inter fratres seiunctos non deesse, qui Matri Domini ac Salvatoris debitum afferunt honorem, speciatim apud Orientales, qui ad cultum Deiparae semper Virginis fervido impulsu ac devoto animo concurrunt [24]. Universi christifideles supplicationes instantes ad Matrem Dei et Matrem hominum effundant, ut Ipsa, quae primitiis Ecclesiae precibus suis adstitit, nunc quoque in coelo super omnes Beatos et Angelos exaltata, in omnium Sanctorum Communione apud Filium suum intercedat, donec
67 cunctae familiae populorum, sive quae christiano no/mine decorantur, sive quae Salvatorem suum adhuc ignorant, cum pace et concordia in unum Populum Dei feliciter congregentur, ad gloriam Sanctissimae et individuae Trinitatis.

Haec omni et singula quae in hac Constitutione [*] dogmatica edicta sunt placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

Romae, apud S. Petrum die XXI mensis Novembris anno
68 MCMLXIV.—Ego PAULUS, *Catholicae Ecclesiae Episcopus.*
71 *(Sequuntur celerae Patrum subsignationes).* /

[22] Cf. Conc. Nic. II, anno 787: MANSI 13, 378-379; DENZ. 302 (600-601). Conc. Trid., Sess. 25: MANSI 33, 171-172.
[23] Cf. PIUS XII, Nuntius radioph., 24 oct. 1954: AAS 46 (1954), p. 679. Litt. Encycl. *Ad caeli Reginam*, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954), p. 637 [LE 2454]. p. 581. PIUS XII, Litt. Encycl. *Ecclesiam Dei*, 12 nov. 1923: AAS 15 (1923), PP. 590-591 [LE 2370].
[24] Cf. PIUS XI, Litt. Encycl. *Fulgens corona*, 8 sept. 1953: AAS 45 (1953),

* In sessione V celebrata die 21 nov. an. 1964 promulgata. Adn. A. ANTON in PrM 55 (1966) 549-593; A. M. CHARUE in **Seminarium** 18 (1966) 549-565; G. DEJAIFVE in **NrT** 87 (1965) 3-22; E. GAMBARI in **Vita rel.** 2 (1966) 34-44; H. HOLSTEIN in **Rev. Comm. Rel.** 37 (1965) 196-207; F. MARINELLI in **Pal. clero** 45 (1966) 927-943, 1047-1062; L. MOERSDORF in **Seminarium** 18 (1966) 403-416; F. SEBASTIAN in **CpR** 45 (1966) 349-363; G. TALIERCIO in **Pal. clero** 45 (1966) 24-38, 95-105; G. VAN DEN BROECK in **Vita rel.** 2 (1966) 45-48

3233

1964 NOV 21.-CONC. VAT. II, DECR. AAS 57 (1965) 76-89

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei, una cum sacrosancti Concilii Patribus. Ad perpetuam rei memoriam

Decretum de Ecclesiis Orientalibus Catholicis

PROOEMIUM

1. Orientalium Ecclesiarum instituta, ritus liturgicos, traditiones ecclesiasticas atque vitae christianae disciplinam Ecclesia catholica magni facit. In eis enim, utpote veneranda antiquitate praeclaris, elucet ea quae ab Apostolis per Patres est traditio [1], quaeque partem constituit divinitus revelati atque indivisi universae Ecclesiae patrimonii. Ecclesiarum igitur Orientalium, quae huius traditionis testes sunt vivi, sollicitudinem gerens, haec Sancta et Oecumenica Synodus cupiens ut eaedem floreant et novo robore apostolico concreditum sibi munus absolvant, praeter ea quae ad universam spectant Ecclesiam capita quaedam statuere decrevit, ceteris ad providentiam Synodorum orientalium nec non Sedis Apostolicae remissis.

DE ECCLESIIS PARTICULARIBUS SEU RITIBUS

2. Sancta et catholica Ecclesia, quae est corpus Christi mysticum, constat ex fidelibus, qui eadem fide, iisdem sacramentis et eodem regimine in Spiritu Sancto organice uniuntur, quique in varios coetus hierarchia iunctos coalescentes, particulares Ecclesias seu ritus constituunt. Inter eas mirabilis viget communio, ita ut varietas in Ecclesia nedum eiusdem noceat unitati, eam potius declaret; Ecclesiae enim catholicae hoc propositum est, ut salvae et integrae maneant uniuscuiusque particularis Ecclesiae seu ritus traditiones, eademque pariter vult suam vitae rationem aptare variis temporum locorumque necessitatibus [2]. / 77

3. Huiusmodi particulares Ecclesiae, tum Orientis tum Occidentis, licet ritibus, ut aiunt, nempe liturgia, ecclesiastica disciplina et patrimonio spirituali partim inter se differant, aequali tamen modo concreduntur pastorali gubernio Romani Pontificis, qui Beato Petro in primatu super universam Ecclesiam divinitus succedit. Eaedem proinde pari pollent dignitate, ita ut nulla earum ceteris praestet ratione ritus, atque iisdem fruuntur iuribus et tenentur obligationibus, etiam quod attinet ad Evangelium praedicandum in universum mundum (cf. Mc. 16, 15), sub moderamine Romani Pontificis.

4. Provideatur igitur ubique terrarum tuitioni atque incremento omnium Ecclesiarum particularium ac propterea constituantur paroeciae atque propria hierarchia, ubi id postulat bonum spirituale fidelium. Hierarchae vero variarum Ecclesiarum particularium in eodem territorio iurisdictionem obtinentes, curent, collatis consiliis in periodicis conventibus, unitatem actionis fovere, et, viribus unitis, communia adiuvare opera, ad bonum religionis expeditius promovendum et cleri disciplinam efficacius tuendam [3]. Clerici omnes et ascendentes ad ordines sacros bene instruantur de ritibus et praesertim de normis practicis in materiis interritualibus, imo et laici in institutione catechetica de ritibus eorumque normis doceantur. Omnes denique et singuli catholici, necnon baptizati cuiusvis Ecclesiae vel communitatis acatholicae ad plenitudinem communionis catholicae convenientes, proprium ubique terrarum retineant ritum eumque colant et pro viribus observent [4]; salvo iure recurrendi ad Sedem Apostolicam in casibus peculiaribus personarum, communitatum, vel regionum, quae, uti suprema relationum interecclesialium arbitra, / providebit necessitatibus in spiritu oecumenico, ipsa 78
vel per alias auctoritates, datis opportunis normis, decretis vel rescriptis.

DE SPIRITUALI ECCLESIARUM ORIENTALIUM PATRIMONIO SERVANDO

5. Historia, traditiones et plurima ecclesiastica instituta praeclare testantur quantopere de universa Ecclesia Orientales Ecclesiae meritae sint [5]. Quapropter Sancta Synodus

[1] Cf. LEO XIII, Litt. Ap. *Orientalium dignitas*, 30 nov. 1894, in Leonis XIII Acta, vol. XIV, pp. 201-202.
[2] Cf. S. LEO IX, Litt. *In terra pax*, an. 1053: «Ut enim». INNOCENTIUS III, Synodus Lateranensis IV, an. 1215, cap. IV: «Licet Graecos»; Litt. *Inter quatuor*, 2 aug. 1206: «Postulasti postmodum». INNOCENTIUS IV, Ep. *Cum de cetero*, 27 aug. 1247; Ep. *Sub catholicae*, 6 mart. 1254, prooem. NICOLAUS III, Instructio *Istud est memoriale*, 9 oct. 1278. LEO X, Litt. Ap. *Accepimus nuper*, 15 mai 1521. PAULUS III, Litt. Ap. *Dudum*, 23 dec. 1534; PIUS IV, Const. *Romanus Pontifex*, 16 febr. 1564, § 5. CLEMENS VIII, Const. *Magnus Dominus*, 23 dec. 1595, § 10. PAULUS V, Const. *Solet circumspecta*, 10 dec. 1615, § 3. BENEDICTUS XIV, Ep. Enc. *Demandatam*, 24 dec. 1743, § 3; Ep. Encycl. *Allatae sunt*, 26 iun. 1755, §§ 3, 6-19, 32. PIUS VI, Litt. Encycl. *Catholicae communionis*, 24 maii 1787. PIUS IX, Litt. *In suprema*, 6 ian 1848, § 5; Litt. Ap. *Ecclesiam Christi*, 26 nov. 1853; Const. *Romani Pontificis*, 6 ian 1862. LEO XIII, Litt. Ap. *Praeclara*, 20 iun. 1894, n. 7; Litt. Ap. *Orientalium dignitas*, 30 nov. 1894, prooem.; etc.
[3] Cf. PIUS XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 4 [LE 2664].
[4] PIUS XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 8: «nisi licentia Sedis Apostolicae», sequendo praxim saeculorum praecedentium; item quoad baptizatos acatholicos in can. 11 habetur: «ritum quem maluerint amplecti possunt»; in textu proposito disponitur modo positivo observantia ritus pro omnibus et ubique terrarum [LE 2664].
[5] Cf. LEO XIII, Litt. Ap. *Orientalium dignitas*, 30 nov. 1894; Ep. Ap. *Praeclara gratulationis*, 20 iun. 1894, et documenta in nota 2 allata.

patrimonium hoc ecclesiasticum et spirituale non solum aestimatione debita et iusta laude prosequitur sed etiam tamquam patrimonium universae Christi Ecclesiae firmiter considerat. Quamobrem sollemniter declarat, Ecclesias Orientis sicut et Occidentis iure pollere et officio teneri se secundum proprias disciplinas peculiares regendi, utpote quae veneranda antiquitate commendentur, moribus suorum fidelium magis sint congruae atque ad bonum animarum consulendum aptiores videantur.

6. Sciant ac pro certo habeant omnes Orientales, se suos legitimos ritus liturgicos suamque disciplinam semper servare posse et debere, ac nonnisi ratione proprii et organici progressus mutationes inducendas esse. Haec omnia, igitur, maxima fidelitate ab ipsis Orientalibus observanda sunt; qui quidem harum rerum cognitionem in dies maiorem usumque perfectiorem acquirere debent, et, si ab iis ob temporum vel personarum adiuncta indebite defecerint, ad avitas traditiones redire satagant. Illi vero qui ratione sive muneris, sive apostolici ministerii frequens cum Orientalibus Ecclesiis aut cum earum fidelibus habeant commercium, in cognitione et cultu rituum, disciplinae, doctrinae, historiae atque indolis Orientalium accurate, pro gravitate officii quod gerunt, instituantur [6]. Religionibus vero et associationibus latini ritus, quae in regionibus orientalibus vel inter fideles orientales operam praestant, enixe commendatur, ut, ad maiorem apostolatus efficaciam, domos aut etiam provincias orientalis ritus, quantum fieri potest, constituant [7]. /
79

DE PATRIARCHIS ORIENTALIBUS

7. Ab antiquissimis temporibus in Ecclesia viget institutio patriarchalis, iam a primis Synodis Oecumenicis agnita [8].

Nomine vero Patriarchae orientalis venit episcopus, cui competit iurisdictio in omnes episcopos, haud exceptis metropolitis, clerum et populum proprii territorii vel ritus, ad normam iuris et salvo primatu Romani Pontificis [9].

Ubicumque Hierarcha alicuius ritus extra fines territorii patriarchalis constituitur, manet aggregatus hierarchiae patriarchatus eiusdem ritus ad normam iuris.

8. Patriarchae Ecclesiarum Orientalium, licet alii aliis tempore posteriores, omnes tamen aequales sunt ratione dignitatis patriarchalis, salva inter eos praecedentia honoris legitime statuta [10].

9. Secundum antiquissimam Ecclesiae traditionem, singulari honore prosequendi sunt Ecclesiarum Orientalium Patriarchae, quippe qui suo quisque patriarchatui tamquam pater et caput praesint. Ideo statuit haec Sancta Synodus, ut eorum iura atque privilegia instaurentur, iuxta antiquas traditiones uniuscuiusque Ecclesiae et Synodorum Oecumenicarum decreta [11].

Haec autem iura et privilegia sunt illa, quae tempore unionis Orientis et Occidentis viguerunt, etsi ad hodiernas conditiones aliquantum aptanda sint.

Patriarchae cum suis synodis superiorem constituunt instantiam pro quibusvis negotiis patriarchatus, non secluso iure constituendi novas eparchias atque nominandi episcopos sui ritus intra fines territorii patriarchalis, salvo inalienabili Romani Pontificis iure in singulis casibus in-
80 terveniendi. /

10. Quae de Patriarchis sunt dicta, valent etiam, ad normam iuris, de Archiepiscopis maioribus, qui universae cuidam Ecclesiae particulari seu ritui praesunt [12].

11. Cum institutum patriarchale in Ecclesiis Orientalibus sit forma regiminis traditionalis, Sancta et Oecumenica Synodus exoptat ut, ubi opus sit, novi erigantur patriarchatus, quorum constitutio Synodo Oecumenicae vel Romano Pontifici reservatur [13].

[6] Cf. BENEDICTUS XV, Motu proprio *Orientis catholici*, 15 oct. 1917 [LE 54]; PIUS XI, Litt. Encycl. *Rerum orientalium*, 8 sept. 1928, etc.
[7] Praxis Ecclesiae catholicae temporibus Pii XI, Pii XII, Ioannis XXIII notum hunc abunde demonstrat.
[8] Cf. SYN. NIC. I, can. 6; CONSTANTINOP. I, can. 2 et 3; CHALCED., can. 28; can. 9; CONSTANTINOP. IV, can. 17; can. 21; LATERAN. IV, can. 5; can. 30, FLORENT., *Decr. pro Graecis*; etc.
[9] Cf. SYN. NIC. I, can. 6; CONSTANTINOP. I, can. 3; CONSTANTINOP. IV, can. 17; PIUS XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, can. 216, § 2, 1° [LE 2664].
[10] In SYN. ORCUM.: NIC. I, can. 6; CONSTANTINOP. I, can. 3; CONSTANTINOP. IV, can. 21; LATERAN. IV, can. 5; FLORENT., *Decr. pro Graecis*, 6 iul 1439. § 9. Cf. PIUS XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 219, etc [LE 2664]. [11] Cf. supra, nota 8.
[12] Cf. SYN. EPHES., can. 8. CLEMENS VII, *Decet Romanum Pontificem*, 23 febr. 1596. PIUS VII, Litt. Ap. *In universalis Ecclesiae*, 22 febr. 1807; PIUS XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 324-339 [LE 2664]; SYN. CARTHAGIN., an. 419, can. 17.
[13] Cf. SYN. CARTHAGIN., an. 419, can. 17 et 57; CHALCED., an. 451, can. 12;

DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

12. Veterem disciplinam de sacramentis apud Orientales Ecclesias vigentem, itemque praxim quae ad eorum celebrationem et ministrationem spectat, Sancta Oecumenica Synodus confirmat et laudat, et, si casus ferat, exoptat ut eadem instauretur.

13. Disciplina de ministro S. Chrismatis inde ab antiquissimis temporibus apud Orientales vigens plene instauretur. Idcirco presbyteri hoc sacramentum conferre valent, adhibito Chrismate a patriarcha vel episcopo benedicto [14].

14. Presbyteri omnes orientales hoc sacramentum, sive una cum Baptismo sive separatim, valide conferre possunt omnibus fidelibus cuiusvis ritus, latino haud excluso, servatis ad liceitatem praescriptis iuris tum communis tum particularis [15]. Presbyteri quoque latini ritus, secun/dum 81
facultates quibus gaudent circa ministrationem huius sacramenti, valent illud etiam fidelibus Ecclesiarum Orientalium ministrare, sine praeiudicio ritui, servatis quoad liceitatem praescriptis iuris sive communis sive particularis [16].

15. Fideles obligatione tenentur diebus dominicis et festis interesse divinae liturgiae aut, iuxta praescripta vel consuetudinem proprii ritus, celebrationi divinarum laudum [17]. Quo facilius fideles hanc obligationem adimplere valeant, statuitur tempus utile, pro hoc praecepto adimplendo, decurrere inde a vesperis vigiliae usque ad finem diei Dominicae vel festi [18]. Enixe commendatur fidelibus, ut his diebus, imo frequentius ac vel etiam quotidie, Sacram Eucharistiam suscipiant [19].

16. Ob quotidianam permixtionem fidelium diversarum particularium Ecclesiarum in eadem regione vel territorio orientali, facultas presbyterorum cuiuscumque ritus excipiendi confessiones, a propriis hierarchis rite et sine ulla restrictione concessa, ad totum territorium extenditur concedentis necnon ad loca et fideles cuiuscumque ritus in eodem territorio, nisi hierarcha loci, quoad loca sui ritus, expresse renuerit [20].

17. Ut antiqua sacramenti Ordinis disciplina in Ecclesiis Orientalibus iterum vigeat, exoptat haec Sancta Synodus, ut institutum diaconatus permanentis, ubi in desue-
82 tudinem venerit, instauretur [21]. Quoad subdi/aconatum vero et Ordines inferiores eorumque iura et obligationes, provideat Auctoritas legislativa uniuscuiusque Ecclesiae particularis [22].

18. Ad praecavenda matrimonia invalida, quando catholici orientales cum acatholicis orientalibus baptizatis matrimonium ineunt, et ad consulendum nuptiarum firmitati et sanctitati nec non domesticae paci, Sancta Synodus statuit formam canonicam celebrationis pro his matrimo-

S. INNOCENTIUS I, Litt. *Et onus et honor*, a. c. 415: «Nam quid sciscitaris»; S. Nicolaus I, Litt. *Ad consulta vestra*, 13 nov. 866: «A quo autem»; INNOCENTIUS III, Litt. *Rex regum*, 25 febr. 1204; LEO XII, Const. Ap. *Petrus Apostolorum Princeps*, 15 aug. 1824; LEO XIII, Litt. Ap. *Christi Domini*, an. 1895; PIUS XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun 1957, can. 159 [LE 2664].
[14] Cf. INNOCENTIUS IV, Ep. *Sub catholicae*, 6 mart. 1254, § 3, n. 4; SYN. LUGD. II, an. 1274 (professio fidei Michaelis Palaeologi Gregorio X oblata); EUGENIUS IV, in Syn. Florentina, Const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 11; CLEMENS VIII, Instr. *Sanctissimus*, 31 aug. 1595; BENEDICTUS XIV, Const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § II, n. 1, § III, n. 1, etc.; SYN. LAODIC., an. 347-381, can. 48; SYN. SISEN. ARMENORUM, an. 1342; SYN. LIBANEN. MARONITARUM, an. 1736, P. II, Cap. III, n. 2, et aliae Synodi particulares.
[15] Cf. S. C. S. OFFICII, Instr. (ad Ep. Scepusien.), an. 1783; S. C. DE PROP. FIDE (pro Coptis), 15 mart. 1790, n. XIII; Decr. 6 oct. 1863, C, 3; S. C. PRO ECCL. ORIENT., 1 maii 1948; S. C. S. OFFICII, resp. 22 apr. 1896 cum litt. 19 maii 1896.
[16] CIC, can. 782, § 4; S. C. PRO ECCL. ORIENT., Decr. *de Sacramento Confirmationis administrando etiam fidelibus orientalibus a presbyteris latini ritus, qui hoc indulto gaudent pro fidelibus sui ritus*, 1 maii 1948 [LE 1990].
[17] Cf. SYN. LAODICEN., an. 347-381, can. 29; S. NICEPHORUS CP., cap. 14; SYN. DUINEN. ARMENORUM, an. 719, can. 31; S. THEODORUS STUDITA, sermo 21; S. NICOLAUS I, Litt. *Ad consulta vestra*, 13 nov. 866: «In quorum Apostolorum»; «Nosse cupitis»; «Quod interrogatis»; «Praeterea consultis»; «Si die Dominico»; et Synodi particulares.
[18] Novum quid, saltem ubi viget obligatio audiendi S. Liturgiam; ceterum cohaeret diei liturgicae apud Orientales.
[19] Cf. CANONES APOSTOLORUM, 8 et 9; SYN. ANTIOCH., an. 341, can. 2; TIMOTHEUS ALEXANDRINUS, interrogat. 3; INNOCENTIUS III, Const. *Quia divinae*, 4 ian. 1215; et plurimae Synodi particulares Ecclesiarum Orientalium recentiores.
[20] Salva territorialitate iurisdictionis, canon providere intendit, in bonum animarum, pluralitati iurisdictionis in eodem territorio.
[21] Cf. SYN. NIC. I, can. 18; SYN. NEOCAESARIEN., an. 314-325, can. 15; SYN. SARDICEN., an. 343, can. 8; S. LEO M., Litt. *Omnium quidem*, 13 ian. 444; SYN. CHALCED., can. 6; SYN. CONSTANTINOP. IV, can. 23, 25; etc.
[22] Subdiaconatus consideratur apud Ecclesias Orientales plures Ordo minor, sed Motu proprio PII XII, *Cleri sanctitati*, et praescribuntur obligationes Ordinum maiorum. Canon proponit ut redeatur ad disciplinam antiquam singularum Ecclesiarum quoad obligationes subdiaconorum, in derogationem iuris communis «*Cleri sanctitati*» [LE 2664].

http://www.obrascatolicas.com

niis obligare tantum ad liceitatem; ad validitatem sufficere praesentiam ministri sacri, servatis aliis de iure servandis [23].

De cultu divino

19. Dies festos pro omnibus Ecclesiis Orientalibus communes in posterum constituere, transferre aut supprimere unius est Synodi Oecumenicae vel Sedis Apostolicae. Dies vero festos pro singulis Ecclesiis particularibus constituere, transferre aut supprimere, praeter Apostolicam Sedem, competit Synodis patriarchalibus aut archiepiscopalibus, debita tamen ratione habita totius regionis ceterarumque
83 Ecclesiarum particularium [24]. /

20. Donec perveniatur ad optatam inter omnes christianos conventionem de unico die, quo festivitas Paschatis ab omnibus celebretur, interim ad unitatem inter christianos in eadem regione vel natione degentes fovendam, Patriarchis vel Supremis in loco Auctoritatibus ecclesiasticis committitur, ut, unanimi consensu et collatis consiliis cum iis quorum interest, de festo Paschatis eadem die Dominica celebrando conveniant [25].

21. Singuli fideles extra regionem vel territorium proprii ritus versantes, quoad legem de temporibus sacris, ad disciplinam in loco ubi degunt vigentem se plene conformare possunt. In familiis mixti ritus hanc legem servare licet iuxta unum eundemque ritum [26].

22. Clerici et religiosi orientales celebrent iuxta propriae disciplinae praescripta et traditiones Laudes Divinas, quae inde ab antiqua aetate magno in honore fuerunt apud omnes Ecclesias Orientales [27]. Fideles quoque, exempla maiorum secuti, in Divinas Laudes pro viribus et devote incumbant.

23. Ad Patriarcham cum Synodo vel ad Supremam cuiusque Ecclesiae Auctoritatem cum Consilio hierarcharum, ius pertinet moderandi usum linguarum in sacris actionibus liturgicis nec non, facta relatione ad Sedem Apostolicam, probandi versiones textuum in linguam vernaculam [28].

De conversatione cum fratribus Ecclesiarum seiunctarum

24. Ad Ecclesias Orientales, communionem cum Sede Apostolica Romana habentes, peculiare pertinet munus omnium christianorum unitatem, orientalium praesertim, fovendi, iuxta principia decreti huius S. Synodi «De Oecumenismo» [LE 3235], precibus imprimis, vitae exemplis, religiosa erga antiquas traditiones orientales fidelitate, mutua et meliore cognitione, collaboratione ac fraterna rerum animorumque aestimatione [29].

25. Ab Orientalibus seiunctis, in unitatem catholicam sub influxu gratiae Sancti Spiritus convenientibus ne plus
84 exigatur quam quod / simplex fidei catholicae professio exigit. Et cum apud eos sacerdotium validum servatum sit, clericis orientalibus, in unitatem catholicam convenientibus, facultas est proprium Ordinem exercendi, iuxta normas a competenti Auctoritate statutas [30].

26. Communicatio in sacris, quae unitatem Ecclesiae offendit aut formalem errori adhaesionem vel periculum aberrationis in fide, scandali et indifferentismi includit, lege divina prohibetur [31]. Praxis vero pastoralis demonstrat, ad fratres orientales quod spectat, varia considerari posse et debere singularum personarum adiuncta, in quibus nec unitas Ecclesiae laeditur, nec pericula vitanda adsunt, sed necessitas salutis et bonum spirituale animarum urgent. Ideo Ecclesia catholica, pro temporum, locorum et personarum adiunctis, mitiorem saepe adhibuit et adhibet rationem agendi, salutis media et testimonium caritatis inter christianos omnibus praebens, per participationem in sacramentis aliisque in functionibus et rebus sacris. His attentis, Sancta Synodus, «ne impedimento propter sententiae severitatem simus iis qui salvantur» [32] et ad magis fovendam unionem cum Ecclesiis Orientalibus a nobis se
85 iunctis, sequentem agendi rationem statuit. /

27. Positis memoratis principiis, Orientalibus, qui bona fide seiuncti inveniuntur ab Ecclesia catholica, si sponte petant et rite sint dispositi, sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae et Unctionis Infirmorum conferri possunt; imo, etiam catholicis eadem sacramenta licet petere ab iis ministris acatholicis, in quorum Ecclesia habentur valida sacramenta, quotiescumque id necessitas aut vera spiritualis utilitas suadeat, et accessus ad sacerdotem catholicum physice vel moraliter impossibilis evadat [33]. /

28. Item, positis iisdem principiis, communicatio in sacris functionibus, rebus et locis inter catholicos et fratres seiunctos orientales iusta de causa permittitur [34]. 85

29. Haec mitior communicationis in sacris cum fratribus Ecclesiarum Orientalium seiunctarum ratio vigilantiae et moderamini hierarcharum locorum committitur, ut, collatis inter se consiliis, et, si casus ferat, auditis etiam hierarchis Ecclesiarum seiunctarum, opportunis efficacibusque praeceptis et normis christianorum moderentur conversationem.

Conclusio

30. Magnopere laetatur Sancta Synodus de fructuosa et actuosa collaboratione Orientalium et Occidentalium Ecclesiarum Catholicarum, simulque declarat: hae omnes iuris dispositiones pro praesentibus conditionibus statuuntur, usquedum Ecclesia catholica et Ecclesiae Orientales seiunctae ad plenitudinem communionis convenient.

Interim tamen omnes christiani, Orientales nec non Occidentales, enixe rogantur, ut ferventes atque assiduas, imo quotidianas preces Deo fundant ut, Sanctissima Delpara auxiliante, omnes unum fiant. Orent quoque, ut tot christianis cuiuscumque Ecclesiae, qui, strenue profitentes Christi nomen, patiuntur et angustiantur, Spiritus Sancti Paracliti adfluat plenitudo confortationis et solatii.

Omnes caritate fraternitatis invicem diligamus, honore invicem praevenientes [35].

Haec omnia et singula quae in hoc Decreto [*] edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

Romae, apud S. Petrum die XXI mensis Novembris anno MCMLXIV.—Ego Paulus, *Catholicae Ecclesiae Episcopus.* 86
(Sequuntur ceterae subsignationes). 89

[23] Cf. Pius XII, Motu proprio *Crebrae allatae*, 22 febr. 1949, can. 32, § 2, n. 5.° (facultas patriarcharum dispensandi a forma) [LE 3029]; Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 267 (facultas patriarcharum sanandi in radice) [LE 3664]; S. C. S. Officii et S. C. Pro Eccl. Orient., 22. 1957 concedunt facultatem dispensandi a forma et sanandi ob defectum formae (ad quinquennium): «extra patriarchatus, Metropolitis, ceterisque Ordinariis locorum... qui nullum habent Superiorem infra Sanctam Sedem».

[24] Cf. S. Leo M., Litt. *Quod saepissime*, 15 apr. 454: «Petitionem autem»; S. Nicephorus CP., cap. 13; Syn. Sergii Patriarchae, 18 sept. 1596, can. 17; Pius VI, Litt. Ap. *Assueto paterno*, 8 apr. 1775; etc.

[25] Cf. Syn. Vat. II, Const. *De Sacra Liturgia*, 4 dec. 1963 [LE 3141].

[26] Cf. Clemens VIII, Instr. *Sanctissimus*, 31 aug. 1595, § 6: «Si ipsi graeci»; S. C. S. Officii, 7 iun. 1673, ad 1 et 3; 13 mart. 1727, ad 1; S. C. de Prop. Fide, Decr. 18 aug. 1913, art. 33; Decret. 14 aug. 1914, art. 27; Decr. 27 mart. 1916, art. 14; S. C. pro Eccl. Orient., Decr. 1 mart. 1929, art. 36; Decr. 4 mail 1930, art. 41.

[27] Cf. Syn. Laodicen., 347-381, can. 18; Syn. Mar Issaci Chaldaeorum, an. 410, can. 15; S. Nerses Glaien. Armenorum, an. 1166; Innocentius IV, Ep. *Sub catholicae*, 6 mart. 1254, § 8; Benedictus XIV, Const. *Etsi pastoralis* 26 mail 1742, § 7, n. 5; Instr. *Eo quamvis tempore*, 4 mail 1745, §§ 42 ss.; et Synodi particulares recentiores: Armenorum (1911), Coptorum (1898), Maronitarum (1736), Rumenorum (1872), Ruthenorum (1891), Syrorum (1888). [28] Ex traditione orientali. [29] Ex tenore Bullarum unionis singularum Ecclesiarum orientalium catholicarum.

[30] Obligatio synodalis quoad fratres seiunctos orientales et quoad omnes Ordines cuiuscumque gradus tum iuris divini tum ecclesiastici.

[31] Haec doctrina valet etiam in Ecclesiis seiunctis.

[32] S. Basilius M., *Epistula canonica ad Amphilochium*, PG 32, 669 B.

[33] Fundamentum mitigationis consideratur: 1) validitas sacramentorum; 2) bona fides et dispositio; 3) necessitas salutis aeternae; 4) absentia sacerdotis proprii; 5) exclusio periculorum vitandorum et formalis adhaesionis erroni.

[34] Agitur de s. d. «communicatione in sacris extrasacramentali». Conciliun est quod mitigationem concedit, servatis servandis.

[35] Cf. Rom. 12, 10.

[*] In sessione V celebrata die 21 nov. an. 1964 promulgato. Adn. M. Breydy in REDC 21 (1966) 295-311; P. Mahfoud in Apoll. 38 (1965) 84-95; 39 (1966) 71-92; M. M. Wojnar in Jurist 25 (1965) 173-255; I. Zuzek in PrM 55 (1966) 266-288.

3234

1964 NOV 21.-PAULUS VI, DECR. AAS 57 (1965) 89

Vacatio legis statuitur pro decreto Concilii Vaticani II «De Ecclesiis Orientalibus Catholicis»

Pro Decreto De Ecclesiis Orientalibus Catholicis Summus Pontifex statuit vacationem legis duorum mensium, facta tamen facultate Patriarchis illam iusta de causa reducendi vel prorogandi.—Pericles Felici, Archiepiscopus tit. Samosatensis, *Ss. Concilii Secretarius Generalis.*

3235

1964 NOV 21.-CONC. VAT. II, DECR. AAS 57 (1965) 90-112

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei, una cum sacrosancti Concilii Patribus
Ad perpetuam rei memoriam

Decretum de Oecumenismo

Prooemium

1. Unitatis redintegratio inter universos Christianos promovenda unum est ex praecipuis Sacrae Oecumenicae Synodi Vaticanae Secundae propositis. Una enim atque unica a Christo Domino condita est Ecclesia, plures tamen christianae Communiones sese ut Iesu Christi veram haereditatem hominibus proponunt; discipulos quidem Domini omnes se esse profitentur at diversa sentiunt et per diversas ambulant vias, ac si Christus Ipse divisus sit [1]. Quae sane divisio et aperte voluntati Christi contradicit et scandalo est mundo atque sanctissimae causae praedicandi Evangelium omni creaturae affert detrimentum.

Dominus vero saeculorum, qui propositum gratiae suae erga nos peccatores sapienter et patienter prosequitur, novissime in Christianos inter se disiunctos animi comunctionem et desiderium unionis abundantius effundere incepit. Qua gratia permulti ubique homines permoti sunt atque inter fratres quoque nostros seiunctos amplior in dies motus, Spiritus Sancti fovente gratia, exortus est ad omnium Christianorum unitatem restaurandam. Hunc autem unitatis motum, oecumenicum nuncupatum, participant qui Deum Trinum invocant atque Iesum confitentur Dominum et Salvatorem, nec modo singuli seiunctim, sed etiam in coetibus congregati, in quibus Evangelium audierunt quosque singuli Ecclesiam dicunt esse suam et Dei. Fere omnes tamen, etsi diverso modo, ad Ecclesiam Dei
91 unam et visibilem adspirant, quae sit vere universalis / et ad universum mundum missa ut mundus ad Evangelium convertatur et sic salvus fiat ad gloriam Dei.

Haec igitur Sacra Synodus ea omnia laeto animo considerans, cum iam doctrinam de Ecclesia declaraverit, desiderio unitatis inter omnes Christi discipulos restaurandae permota, Catholicis omnibus proponere vult adiumenta, vias ac modos quibus ipsi possint huic divinae vocationi et gratiae respondere.

Cap. I—De catholicis oecumenismi principiis

2. In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quod Filius Dei unigenitus a Patre in mundum missus est, ut homo factus totum genus humanum redimendo regeneraret atque in unum congregaret [2]. Qui antequam seipsum in ara crucis hostiam immaculatam offerret, Patrem pro credentibus oravit, dicens: «ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint; ut credat mundus quia tu me misisti» (Io. 17, 21), et in Ecclesia sua Eucharistiae mirabile sacramentum instituit, quo unitas Ecclesiae et significatur et efficitur. Discipulis suis novum mutui amoris mandatum dedit [3] atque Paraclitum Spiritum promisit [4] qui, Dominus et vivificans, cum eis maneret in aeternum.

Exaltatus autem in cruce et glorificatus Dominus Iesus Spiritum promissum effudit, per quem Novi Foederis populum, qui est Ecclesia, in unitatem fidei, spei et caritatis vocavit et congregavit, sicut docet Apostolus: «Unum corpus et unus Spiritus sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma» (Eph. 4, 4-5). Etenim «quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis... Omnes enim vos unus estis in Christo Iesu» (Gal. 3, 27-28 gr.). Spiritus Sanctus, qui credentes inhabitat totamque replet atque regit Ecclesiam, miram illam communionem fidelium efficit et tam intime omnes in Christo coniungit, ut Ecclesiae unitatis sit Principium. Ille divisiones gratiarum et ministrationum operatur [5],
92 variis muneribus Ecclesiam Iesu Chri/sti ditans «ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi» (Eph. 4, 12).

Ad hanc autem sanctam suam Ecclesiam ubique terrarum usque ad consummationem saeculi stabiliendam, Christus munus docendi, regendi et sanctificandi Collegio Duodecim concredidit [6]. Inter eos Petrum elegit, super quem post fidei confessionem Ecclesiam suam aedificare decrevit; cui claves regni caelorum promisit [7] atque, post suae dilectionis professionem, universas oves in fide confirmandas [8] et in perfecta unitate pascendas commisit [9], Ipso Christo Iesu summo angulari lapide [10] et pastore animarum nostrarum [11] in aeternum manente.

Iesus Christus per Apostolorum eorumque successorum, nempe episcoporum cum Petri successore capite, fidelem Evangelii praedicationem sacramentorumque administrationem, et per gubernationem in dilectione, Spiritu Sancto operante, populum suum crescere vult eiusque communionem perficit in unitate: in confessione unius fidei, in divini cultus communi celebratione, necnon in familiae Dei fraterna concordia.

Ita Ecclesia, unicus Dei grex, tamquam signum levatum in nationes [12], Evangelium pacis ministrans toti generi humano [13], peregrinatur in spe ad patriae supernae metam [14].

Hoc est unitatis Ecclesiae sacrum mysterium, in Christo et per Christum, Spiritu Sancto munerum varietatem operante. Huius mysterii supremum exemplar et principium est in Trinitate Personarum unitas unius Dei Patris et Filii in Spiritu Sancto.

3. In hac una et unica Dei Ecclesia iam a primordiis scissurae quaedam exortae sunt [15], quas ut damnandas graviter vituperat Apostolus [16]; posterioribus vero saeculis ampliores natae sunt dissensiones, et Communitates haud 93
exiguae a plena communione Ecclesiae catholicae seiunctae sunt, quandoque non sine hominum utriusque partis culpa. Qui autem nunc in talibus Communitatibus nascuntur et fide Christi imbuuntur, de separationis peccato argui nequeunt, eosque fraterna reverentia et dilectione amplectitur Ecclesia catholica. Hi enim qui in Christum credunt et baptismum rite receperunt, in quadam cum Ecclesia catholica communione, etsi non perfecta, constituuntur. Profecto, ob discrepantias variis modis vigentes inter eos et Ecclesiam catholicam tum in re doctrinali et quandoque etiam disciplinari tum circa structuram Ecclesiae, plenae ecclesiasticae communioni opponuntur impedimenta non pauca, quandoque graviora, ad quae superanda tendit motus oecumenicus. Nihilominus, iustificati ex fide in baptismate, Christo incorporantur [17]; ideoque christiano nomine iure decorantur et a filiis Ecclesiae catholicae ut fratres in Domino merito agnoscuntur [18].

Insuper ex elementis seu bonis, quibus simul sumptis ipsa Ecclesia aedificatur et vivificatur, quaedam immo plurima et eximia exstare possunt extra visibilia Ecclesiae catholicae saepta: verbum Dei scriptum, vita gratiae, fides, spes et caritas, aliaque interiora Spiritus Sancti dona ac visibilia elementa: haec omnia, quae a Christo proveniunt et ad Ipsum conducunt, ad unicam Christi Ecclesiam iure pertinent.

Non paucae etiam christianae religionis actiones sacrae apud fratres a nobis seiunctos peraguntur, quae variis modis secundum diversam condicionem uniusciuisque Ecclesiae vel Communitatis procul dubio vitam gratiae reapse generare possunt atque aptae dicendae sunt quae ingressum in salutis communionem pandant.

Proinde ipsae Ecclesiae [19] et Communitates seiunctae, etsi defectus illas pati credimus, nequaquam in mysterio salutis significatione et pondere exutae sunt. Iis enim Spiritus Christi uti non renuit tamquam salutis mediis, quorum virtus derivatur ab ipsa plenitudine gratiae et veritatis quae Ecclesiae catholicae concredita est.

Attamen fratres a nobis seiuncti, sive singuli sive Communitates et Ecclesiae eorum, unitate illa non fruuntur, quam Iesus Christus iis / omnibus dilargiri voluit quos in 94
unum corpus et in novitatem vitae regeneravit et convivificavit, quamque Sacrae Scripturae et veneranda Ecclesiae Traditio profitentur. Per solam enim catholicam Christi Ecclesiam, quae generale auxilium salutis est, omnis salutarium mediorum plenitudo attingi potest. Uni nempe Collegio apostolico cui Petrus praeest credimus Dominum commisisse omnia bona Foederis Novi, ad constituendum unum Christi corpus in terris, cui plene incorporentur oportet omnes, qui ad populum Dei iam aliquo modo perti-

[1] Cf. Mt. 16, 19, coll. Mt. 18, 18. [2] Cf. Lc. 22, 32. [3] Cf. Io. 21, 15-17. [4] Cf. Eph. 2, 20. [5] Cf. 1 Pt. 2, 25; Conc. Vat. I, Const. *Pastor Aeternus*: Coll. Lac. 7, 482 a. [6] Cf. Is. 11, 10-12. [7] Cf. Eph. 2, 17-18, coll. Mc. 16, 15. [8] Cf. 1 Pt. 1, 3-9. [9] Cf. 1 Cor. 11, 18-19; Gal. 1, 6-9; 1 Io. 2, 18-19. [10] Cf. 1 Cor. 1, 11 ss.; 11, 22. [11] Cf. Conc. Flor., Sess. VIII, Decr. *Exultate Deo*: Mansi 31, 1055A. [12] Cf. S. Augustinus, *In Ps.* 32, *Enarr. II*, 29: PL 36, 299.

[13] Cf. Conc. Lat. IV, Constitutio IV: Mansi 22, 990; Conc. Lugd. II, Professio fidei Michaelis Palaeologi: Mansi 24, 71E; Conc. Flor., Sess. VI, Definitio *Laetentur caeli*: Mansi 31, 1026E.

http://www.obrascatolicas.com

nent. Qui populus, durante sua terrestri peregrinatione, quamvis in membris suis peccato obnoxius remaneat, in Christo crescit et a Deo, secundum Eius arcana consilia, suaviter ducitur, usquedum ad totam aeternae gloriae plenitudinem in caelesti Ierusalem laetus perveniat.

4. Cum hodie in pluribus orbis partibus, afflante Spiritus Sancti gratia, oratione, verbo et opere multi conatus fiant accedendi ad illam plenitudinem unitatis, quam Iesus Christus vult, haec Sancta Synodus cunctos fideles catholicos hortatur ut, signa temporum agnoscentes, operi oecumenico sollerter participent.

Per «motum oecumenicum» intelliguntur activitates et incepta, quae pro variis Ecclesiae necessitatibus et opportunitatibus temporum ad Christianorum unitatem fovendam suscitantur et ordinantur, ut sunt: primum, omnes conatus ad eliminanda verba, iudicia et opera, quae fratrum seiunctorum condicioni secundum aequitatem et veritatem non respondeant, ideoque mutuas cum ipsis rationes difficiliores reddant; dein, in conventibus Christianorum ex diversis Ecclesiis vel Communitatibus in spiritu religioso ordinatis, «dialogus» inter peritos apte instructos initus, in quo unusquisque suae Communionis doctrinam profundius explicat eiusque characteres perspicue praesentat. Per hunc enim dialogum veriorem utriusque Communionis doctrinae vitaeque cognitionem et magis aequam aestimationem omnes acquirunt; tum etiam illae Communiones eam consequuntur ampliorem collaborationem in quibusvis officiis ad bonum commune ab omni conscientia christiana postulatis, et in oratione unanimi, sicubi licet, conveniunt. Denique omnes suam fidelitatem voluntati Christi circa Ecclesiam examinant atque, ut oportet, opus renovationis nec non reformationis strenue aggrediuntur.

Quae omnia, cum a fidelibus Ecclesiae catholicae sub pastorum vigilantia prudenter et patienter perficiuntur, 95 ad bonum aequitatis et veritatis, concordiae et collaborationis, fraterni animi et unionis conferunt; ut hac via paulatim, superatis obstaculis perfectam communionem ecclesiasticam impedientibus, omnes Christiani, in una Eucharistiae celebratione, in unius unicaeque Ecclesiae unitatem congregentur quam Christus ab initio Ecclesiae suae largitus est, quamque inamissibilem in Ecclesia catholica subsistere credimus et usque ad consummationem saeculi in dies crescere speramus.

Patet autem opus praeparationis ac reconciliationis eorum singulorum, qui plenam communionem catholicam desiderant, ab oecumenico incepto natura sua distingui; nulla tamen adest oppositio, cum utrumque ex Dei mirabili dispositione procedat.

Fideles catholici in actione oecumenica sine dubio de fratribus seiunctis solliciti sint oportet, pro illis orando, de rebus Ecclesiae cum illis communicando, primos gressus ad illos movendo. In primis vero ipsimet sincero attentoque animo ea perpendere debent, quae in ipsa Familia catholica renovanda et efficienda sunt, ut eius vita fidelius et clarius testimonium reddat de doctrina institutisque a Christo per Apostolos traditis.

Quamvis enim Ecclesia catholica omni a Deo revelata veritate et omnibus mediis gratiae ditata sit, tamen membra eius non omni quo par est fervore inde vivunt, ita ut vultus Ecclesiae fratribus a nobis seiunctis et universo mundo minus affulgeat atque regni Dei incrementum retardetur. Quapropter Catholici omnes ad perfectionem christianam tendere debent [20] atque, pro sua quisque condicione, eniti ut Ecclesia, humilitatem et mortificationem Iesu in corpore suo portans [21], de die in diem mundetur et renovetur, donec Christus eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam aut rugam [22].

In necessariis unitatem custodientes, omnes in Ecclesia, secundum munus unicuique datum, cum in variis formis vitae spiritualis et disciplinae, tum in diversitate liturgicorum rituum, immo et in theologica veritatis revelatae elaboratione, debitam libertatem servent; in omnibus vero caritatem colant. Hac enim agendi ratione ipsi veri nomi-
96 nis catholicitatem simul et apostolicitatem Ecclesiae in dies plenius manifestabunt. /

Ex altera parte necessarium est Catholicos cum gaudio agnoscere et aestimare bona vere christiana, a communi patrimonio promanantia, quae apud fratres a nobis seiunctos inveniuntur. Divitias Christi et virtutum opera agnoscere in vita aliorum, qui pro Christo testimonium ferunt, quandoque usque ad sanguinis effusionem, aequum et salutare est: Deus enim semper mirabilis est et mirandus in operibus suis.

[20] Cf. Iac. 1, 4; Rom. 12, 1-2. [21] Cf. 2 Cor. 4, 10; Phil. 2, 5-8. [22] Cf. Eph. 5, 27.

Neque est praetereundum, quaecumque Spiritus Sancti gratia in fratribus seiunctis efficiuntur, eadem ad nostram quoque aedificationem conferre posse. Quodcumque vere christianum est, numquam germanis fidei bonis adversatur, immo semper efficere potest ut perfectius ipsum mysterium Christi et Ecclesiae attingatur.

Attamen divisiones Christianorum impedimento Ecclesiae sunt, quominus ipsa ad effectum deducat plenitudinem catholicitatis sibi propriam in iis filiis, qui sibi quidem baptismate appositi, sed a sua plena communione seiuncti sunt. Immo et pro ipsa Ecclesia difficilius fit plenitudinem catholicitatis sub omni respectu in ipsa vitae realitate exprimere.

Haec Sacra Synodus cum gaudio advertit participationem fidelium catholicorum in actione oecumenica in dies augeri, eamque episcopis ubique terrarum commendat, ut eadem promoveatur sollerter, et prudenter ab ipsis dirigatur.

Cap. II—De oecumenismi exercitio

5. Ad totam Ecclesiam sollicitudo unionis instauran-dae spectat, tam ad fideles quam ad pastores, et unumquemque secundum propriam virtutem afficit, sive in vita christiana quotidiana sive in theologicis et historicis investigationibus. Haec cura fraternam coniunctionem inter omnes Christianos existentem iam quodammodo manifestat, atque ad plenam perfectamque unitatem secundum Dei benevolentiam conducit.

6. Cum omnis renovatio Ecclesiae [1] essentialiter in aucta fidelitate erga vocationem eius consistat, ea procul dubio ratio est cur motus versus unitatem contendat. Ecclesia in via peregrinans vocatur a Christo / ad hanc peren- 97
nem reformationem qua ipsa, qua humanum terrenumque institutum, perpetuo indiget; ita ut si quae, pro rerum temporumque adiunctis, sive in moribus, sive in ecclesiastica disciplina, sive etiam in doctrinae enuntiandae modo —qui ab ipso deposito fidei sedulo distingui debet— minus accurate servata fuerint, opportuno tempore recte debiteque instaurentur.

Haec igitur renovatio insigne obtinet momentum oecumenicum. Varii autem illi modi vitae Ecclesiae, per quos haec renovatio iam efficitur —ut sunt motus biblicus et liturgicus, praedicatio verbi Dei atque catechesis, laicorum apostolatus, vitae religiosae novae formae, matrimonii spiritualitas, doctrina et activitas Ecclesiae in re sociali— tamquam pignora et auspicia quaedam sunt habenda, quae futuros oecumenismi progressus fauste portendunt.

7. Oecumenismus veri nominis sine interiore conversione non datur. Etenim ex novitate mentis [2], ex sui ipsius abnegatione atque ex caritatis liberrima effusione proficiscuntur et maturescunt desideria unitatis. Ideo a Spiritu divino imploranda nobis est gratia sincerae abnegationis, humilitatis et mansuetudinis in serviendo, atque fraternae in alios animi liberalitatis. «Obsecro itaque vos», ait Apostolus gentium, «ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis» (Eph. 4, 1-2). Exhortatio haec illos praesertim spectat, qui ad sacrum ordinem eo consilio evecti sunt, ut continuetur missio Christi, qui inter nos «non venit ministrari, sed ministrare» (Mt. 20, 28).

De culpis etiam adversus unitatem valet testimonium S. Ioannis: «Si dixerimus quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum, et verbum eius non est in nobis» (1 Io. 1, 10). Humili igitur prece veniam petimus a Deo et a fratribus seiunctis, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Meminerint omnes christifideles se Christianorum unionem eo melius promovere, immo exercere, quo puriorem secundum Evangelium vitam degere studeant. Quo enim arctiore communione cum Patre, Verbo et Spiritu unientur, eo intimius atque facilius mutuam fraternitatem augere 98
valebunt. /

8. Haec cordis conversio vitaeque sanctitas, una cum privatis et publicis supplicationibus pro Christianorum unitate, tamquam anima totius motus oecumenici existimandae sunt et merito oecumenismus spiritualis nuncupari possunt.

Sollemne enim est Catholicis frequenter ad illam orationem convenire pro Ecclesiae unitate, quam Salvator Ipse

[1] Cf. Conc. Lat. V, Sess. XII, Const. *Constituti*: Mansi 32, 988B-C.
[2] Cf. Eph. 4, 23.

in pervigilio mortis a Patre flagranter precatus est: «ut omnes unum sint» (Io. 17, 21).

In quibusdam peculiaribus rerum adiunctis, cuiusmodi sunt precationes quae «pro unitate» indicuntur, atque in oecumenicis conventibus licitum est immo et optandum, ut Catholici cum fratribus seiunctis in oratione consocientur. Communes eiusmodi preces perefficax sane medium sunt gratiae unitatis impetrandae et genuina significatio vinculorum, quibus Catholici cum fratribus seiunctis adhuc coniunguntur: «Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum» (Mt. 18, 20).

Attamen communicationem in sacris considerare non licet velut medium indiscretim adhibendum ad Christianorum unitatem restaurandam. Quae communicatio a duobus principiis praecipue pendet: ab unitate Ecclesiae significanda, et a participatione in mediis gratiae. Significatio unitatis plerumque vetat communicationem. Gratia procuranda quandoque illam commendat. De modo concreto agendi, attentis omnibus circumstantiis temporum, locorum et personarum, prudenter decernat auctoritas episcopalis localis, nisi aliud a conferentia episcopali, ad normam propriorum statutorum, vel a Sancta Sede statuatur.

9. Fratrum seiunctorum animum cognoscere oportet. Ad hoc necessario requiritur studium, quod secundum veritatem et animo benevolo peragendum est. Catholici debito modo praeparati acquirant necesse est meliorem cognitionem doctrinae et historiae, vitae spiritualis et cultualis, psychologiae religiosae et culturae, quae fratribus propria est. Ad id assequendum multum iuvant ex utraque parte conventus ad theologicas praesertim quaestiones tractandas, ubi unusquisque par cum pari agat, dummodo qui in illis partem habent sub praesulum vigilantia vere periti sint. Ex tali dialogo etiam clarius innotescet, quae sit revera Ecclesiae catholicae condicio. Hac via et seiunctorum fratrum mens melius cognoscetur eiusque fides nostra
99 aptius exponetur. /

10. Sacrae theologiae institutiones et aliae disciplinae praesertim historicae tradantur oportet etiam sub aspectu oecumenico, ut usque accuratius rerum veritati respondeant.

Multum enim interest futuros pastores et sacerdotes pollere theologia hoc modo adamussim elaborata, non polemice, in iis imprimis, quae fratrum seiunctorum erga Ecclesiam catholicam relationes spectant.

A sacerdotum enim formatione necessaria institutio ac formatio spiritualis fidelium et religiosorum quam maxime pendet.

Etiam Catholici in missionalia opera in iisdem terris ac alii Christiani incumbentes hodie praesertim cognoscant oportet quaestiones et fructus, quae ex oecumenismo in eorum apostolatu oriuntur.

11. Modus ac ratio fidem catholicam exprimendi nullatenus obstaculum fieri debet dialogo cum fratribus. Integra doctrina lucide exponatur omnino oportet. Nil ab oecumenismo tam alienum est quam ille falsus irenismus, quo puritas doctrinae catholicae detrimentum patitur et eius sensus genuinus et certus obscuratur.

Simul fides catholica et profundius et rectius explicanda est, modo et sermone qui etiam a fratribus seiunctis possit vere comprehendi.

Insuper in dialogo oecumenico theologi catholici, doctrinae Ecclesiae inhaerentes, una cum fratribus seiunctis investigationem peragentes de divinis mysteriis, cum veritatis amore, caritate et humilitate progredi debent. In comparandis doctrinis meminerint existere ordinem seu «hierarchiam» veritatum doctrinae catholicae, cum diversus sit earum nexus cum fundamento fidei christianae. Sic via sternetur qua per fraternam hanc aemulationem omnes incitentur ad profundiorem cognitionem et clariorem manifestationem investigabilium divitiarum Christi [3].

12. Coram omnibus gentibus Christiani universi fidem in Deum unum et trinum, in Filium Dei incarnatum, Redemptorem et Dominum nostrum profiteantur et communi conatu in mutua aestimatione testimonium reddant spei nostrae, quae non confundit. Cum hodiernis temporibus in re sociali cooperatio latissime instauretur, omnes prorsus homines ad communem operam vocantur, potiore vero ratione ii, qui in Deum credunt, maxime autem omnes Christiani utpote Christi nomine insigniti. Omnium Chri-
100 stianorum cooperatio coniunctionem illam qua iam inter / se uniuntur vivo modo exprimit atque Christi servi vultum in pleniorem lucem ponit. Cooperatio haec, in non paucis nationibus iam instaurata, magis magisque perficiatur oportet, in regionibus praesertim, ubi evolutio socialis vel technica peragitur, sive in dignitate personae humanae recte aestimanda, sive in bono pacis promovendo, sive in sociali Evangelii applicatione prosequenda, sive in scientiis et artibus spiritu christiano provehendis, sive etiam in cuiusvis generis remediis adhibendis contra nostrae aetatis aerumnas, cuiusmodi sunt fames et calamitates, analphabetismus et inopia, penuria habitationum et non aequa bonorum distributio. Hac cooperatione omnes qui in Christum credunt facile addiscere possunt, quomodo alii alios melius cognoscere et pluris aestimare queant atque ad unitatem Christianorum via sternatur.

[3] Cf. Eph. 3, 8.

Cap. III—De Ecclesiis et de Communitatibus ecclesialibus a Sede Apostolica Romana seiunctis

13. Ad duas praecipuas scissionum categorias inconsutilem tunicam Christi afficientium oculos convertimus.

Primae earum in Oriente evenerunt, sive contestatione dogmaticarum formularum Conciliorum Ephesini et Chalcedonensis, sive, posteriore tempore, per solutionem ecclesiasticae communionis inter Patriarchatus orientales et Sedem Romanam.

Aliae dein, post amplius quattuor saecula, in Occidente ortae sunt ex eventibus qui sub nomine Reformationis communiter veniunt. Exinde a Sede Romana plures Communiones sive nationales sive confessionales seiunctae sunt. Inter eas, in quibus traditiones et structurae catholicae ex parte subsistere pergunt, locum specialem tenet Communio anglicana.

Hae tamen diversae divisiones inter se valde differunt non solum ratione originis, loci et temporis, sed praesertim natura et gravitate quaestionum ad fidem et structuram ecclesiasticam pertinentium.

Quam ob rem, haec Sancta Synodus, nec condiciones diversas diversorum Coetuum christianorum parvipendens, neque superstites, non obstante divisione, nexus inter eos praeteriens, ad prudentem actionem oecumenicam exercendam sequentes considerationes proponere decernit. / 101

I. *De Ecclesiarum Orientalium peculiari consideratione*

14. Ecclesiae Orientis et Occidentis per non pauca saecula suam propriam viam, fraterna tamen communione fidei et vitae sacramentalis coniunctae, secutae sunt, Sede Romana moderante communi consensu, si dissensiones circa fidem vel disciplinam inter eas orirentur. Sacrosanctae Synodo gratum est, inter cetera gravis momenti, omnibus in mentem revocare plures in Oriente florere particulares seu locales Ecclesias, inter quas primum locum tenent Ecclesiae Patriarchales, et ex quibus non paucae ab ipsis Apostolis ortum habere gloriantur. Proinde apud Orientales praevaluit atque praevalet sollicitudo et cura servandi fraternas illas in fidei caritatisque communione necessitudines, quae inter Ecclesias locales, ut inter sorores, vigere debent.

Praetermittendum pariter non est Ecclesias Orientis ab origine habere thesaurum, ex quo plura in rebus liturgicis, in traditione spirituali et in ordine iuridico Ecclesia Occidentis deprompsit. Neque illud parvi faciendum est fundamentalia dogmata christianae fidei de Trinitate et de Verbo Dei, ex Virgine Maria incarnato, in Conciliis Oecumenicis in Oriente celebratis definita esse. Ad hanc fidem servandam illae Ecclesiae multa et passae sunt et patiuntur.

Tradita autem ab Apostolis haereditas diversis formis et modis acceptata est et inde ab ipsis Ecclesiae primordiis hic et illic varie explicata ob diversitatem quoque ingenii et vitae condicionum. Quae omnia, praeter causas externas, propter defectum etiam mutuae comprehensionis et caritatis separationibus ansam praebuerunt.

Quamobrem Sacrosancta Synodus omnes quidem, sed praesertim eos exhortatur qui in instaurationem plenae communionis optatae inter Ecclesias orientales et Ecclesiam catholicam incumbere intendut, ut debitam considerationem habeant de hac peculiari condicione nascentium crescentiumque Ecclesiarum Orientis et de indole relationum, quae inter eas et Sedem Romanam ante separationem vigebant atque rectam de his omnibus existimationem sibi efforment. Haec accurate servata ad dialogum intentum summopere conferent.

15. Omnibus quoque notum est quanto cum amore Christiani orientales liturgica Sacra peragant, praesertim

http://www.obrascatolicas.com

celebrationem eucharisticam, / fontem vitae Ecclesiae et 102
pignus futurae gloriae, qua fideles cum episcopo uniti accessum ad Deum Patrem habentes per Filium Verbum incarnatum, passum et glorificatum, in effusione Sancti Spiritus, communionem cum Sanctissima Trinitate consequuntur, «divinae consortes naturae» (2 Pt. 1, 4) effecti. Proinde per celebrationem Eucharistiae Domini in his singulis Ecclesiis, Ecclesia Dei aedificatur et crescit [1], et per concelebrationem communio earum manifestatur.

In cultu hoc liturgico Mariam semper Virginem, quam Oecumenica Synodus Ephesina sollemniter Deiparam Sanctissimam proclamavit ut vere et proprie Christus Filius Dei et Filius Hominis secundum Scripturas agnosceretur, Orientales pulcherrimis hymnis magnificant et multos quoque Sanctos, inter quos Patres universalis Ecclesiae, collaudant.

Cum autem illae Ecclesiae, quamvis seiunctae, vera sacramenta habeant, praecipue vero, vi successionis apostolicae, Sacerdotium et Eucharistiam, quibus arctissima necessitudine adhuc nobiscum coniunguntur, quaedam communicatio in sacris, datis opportunis circumstantiis et approbante auctoritate ecclesiastica, non solum possibilis est sed etiam suadetur.

In Oriente quoque inveniuntur divitiae illarum traditionum spiritualium, quas praesertim monachismus expressit. Ibi enim inde a gloriosis Sanctorum Patrum temporibus floruit spiritualitas illa monastica, quae dein ad occidentales partes manavit et ex qua religiosum latinorum institutum tamquam e suo fonte originem duxit ac deinceps novum vigorem identidem accepit. Quapropter enixe commendatur ut Catholici frequentius accedant ad has spirituales Patrum Orientalium divitias quae hominem totum ad divina contemplanda evehunt.

Ditissimum Orientalium patrimonium liturgicum et spirituale cognoscere, venerari, conservare et fovere omnes sciant maximi esse momenti ad plenitudinem traditionis christianae fideliter custodiendam et ad reconciliationem orientalium et occidentalium Christianorum perficiendam.

16. Praeterea a primis iam temporibus Ecclesiae Orientis disciplinas proprias a Sanctis Patribus atque Synodis, etiam Oecumenicis, sancitas sequebantur. Cum autem unitati Ecclesiae minime obstet, immo decorem eius augeat 103
et ad missionem eius implendam non parum conferat quae-/ dam morum consuetudinumque diversitas, uti supra memoratur, Sacra Synodus, ad omne dubium tollendum, declarat Ecclesias Orientis, memores necessariae unitatis totius Ecclesiae, facultatem habere se secundum proprias disciplinas regendi, utpote indoli suorum fidelium magis congruas atque bono animorum consulendo aptiores. Perfecta huius traditionalis principii observantia, non semper quidem servata, ad ea pertinet quae ad unionem restaurandam tamquam praevia condicio omnino requiruntur.

17. Quae supra de legitima diversitate dicta sunt, eadem placet etiam de diversa theologica doctrinarum enuntiatione declarare. Etenim in veritatis revelatae exploratione methodi gressusque diversi ad divina cognoscenda et confitenda in Oriente et in Occidente adhibiti sunt. Unde mirum non est quosdam aspectus mysterii revelati quandoque magis congrue percipi et in meliorem lucem poni ab uno quam ab altero, ita ut tunc variae illae theologicae formulae non raro potius inter se compleri dicendae sint quam opponi. Ad traditiones theologicas authenticas Orientalium quod attinet, agnoscendum est eas eximio quidem modo in Sacris Scripturis radicatas esse, vita liturgica foveri et exprimi, viva apostolica traditione scriptisque Orientalium Patrum ac spiritualium auctorum nutriri, ad rectam vitae institutionem, immo ad christianam veritatem plene contemplandam tendere.

Haec Sancta Synodus, gratias agens Deo quod multi orientales Ecclesiae catholicae filii, qui hoc patrimonium custodiunt et illud purius pleniusque vivere cupiunt, iam cum fratribus traditionem occidentalem colentibus in plena communione vivunt, declarat, totum hoc patrimonium spirituale ac liturgicum, disciplinare ac theologicum in diversis suis traditionibus ad plenam catholicitatem et apostolicitatem Ecclesiae pertinere.

18. His omnibus bene perspectis, haec Sacrosancta Synodus renovat id quod a Sacris praeteritis Conciliis nec non a Romanis Pontificibus declaratum est, nempe ad communionem et unitatem restaurandam vel servandam opus esse «nihil ultra imponere... oneris quam... necessaria» (Act. 15, 28). Vehementer etiam exoptat ut ad eam paulatim consequendam omnes conatus exinde intendant in variis institutis et formis vitae Ecclesiae, praesertim oratione et fraterno dialogo circa doctrinam et muneris pastoralis urgentiores aetatis nostrae necessitates. Eodem / modo 104
pastoribus et fidelibus Ecclesiae catholicae commendat necessitudines cum eis qui non iam in Oriente, sed procul a patria vitam degunt, ut fraterna collaboratio cum eis in spiritu caritatis et secluso omni spiritu contentiosae aemulationis crescat. Quod si hoc opus toto animo promoveatur, Sacrosancta Synodus sperat fore, ut sublato pariete occidentalem orientalemque Ecclesiam dividente, unica tandem fiat mansio angulari firmata lapide, Christo Iesu, qui faciet utraque unum [2].

II. *De Ecclesiis et Communitatibus ecclesialibus in Occidente seiunctis*

19. Ecclesiae et Communitates ecclesiales, quae vel in gravissimo illo rerum discrimine, quod in Occidente iam ab exeunte medio aevo initium sumpsit, vel posterioribus temporibus ab Apostolica Sede Romana separatae sunt cum Ecclesia catholica peculiari affinitate ac necessitudine iunguntur ob diuturnam populi christiani vitam praeteritis saeculis in ecclesiastica communione peractam.

Cum hae vero Ecclesiae et Communitates ecclesiales propter diversitatem originis, doctrinae et vitae spiritualis non tantum a nobis, sed etiam inter se non parum differant, eas aeque describere opus perdifficile est, quod hic aggredi non intendimus.

Quamvis motus oecumenicus et desiderium pacis cum Ecclesia catholica nondum ubique invaluerint, spes nobis est fore ut in omnibus sensus oecumenicus et mutua aestimatio paulatim crescant.

Attamen agnoscendum est inter has Ecclesias et Communitates atque Ecclesiam catholicam magni ponderis discrepantias adesse, non tantum indolis historicae, sociologicae, psychologicae, culturalis, sed imprimis interpretationis revelatae veritatis. Quo autem facilius, non obstantibus illis differentiis, dialogus oecumenicus instaurari possit, in sequentibus quaedam efferre volumus quae fundamentum huius dialogi atque incitamentum esse possunt ac debent.

20. Mens nostra eos imprimis Christianos respicit, qui Iesum Christum ut Deum ac Dominum et unicum mediatorem inter Deum et homines palam confitentur ad unius gloriam Dei, Patris et Filii et Spiritus / Sancti. Non leves 105
scimus quidem existere discrepantias a doctrina catholicae Ecclesiae etiam de Christo Verbo Dei incarnato et de opere redemptionis, proinde de mysterio ministerioque Ecclesiae et munere Mariae in opere salutis. Laetamur tamen videntes fratres seiunctos in Christum tamquam fontem et centrum communionis ecclesiasticae intendere. Desiderio tacti unionis cum Christo compelluntur ad unitatem magis magisque quaerendam atque etiam ad testimonium fidei suae ubique apud gentes reddendum.

21. Sacrarum Scripturarum amor et veneratio ac prope cultus fratres nostros ad constans et sollers Sacrae Paginae studium adducunt: Evangelium «virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudaeo primum et Graeco» (Rom. 1, 16).

Spiritum Sanctum invocantes, in ipsis Sacris Scripturis Deum inquirunt quasi sibi loquentem in Christo, a Prophetis praenuntiatio, Verbo Dei pro nobis incarnato. In iis vitam Christi contemplantur et ea quae Divinus Magister ad salutem hominum docuit et peregit, mysteria praesertim mortis eius et resurrectionis.

At cum Christiani a nobis seiuncti auctoritatem divinam Sacrorum Librorum affirmant, aliter ac nos —diversi quidem diverse— sentiunt de habitudine Scripturas inter et Ecclesiam, in qua secundum fidem catholicam magisterium authenticum peculiarem obtinet locum in verbo Dei scripto exponendo et praedicando.

Nihilominus Sacra Eloquia in ipso dialogo eximia sunt instrumenta in potenti manu Dei ad illam unitatem adipiscendam, quam Salvator omnibus hominibus exhibet.

22. Baptismi sacramento, quandocumque iuxta Domini institutionem rite confertur ac debita animi dispositione accipitur, homo vere Christo crucifixo et glorificato incorporatur atque ad vitae divinae consortium regeneratur

[1] Cf. S. Ioannes Chrysostomus, *In Ioannem Homelia XLVI*, PG 59, 260-262.

[2] Cf. Conc. Flor., Sess. VI, Definitio *Laetentur caeli*: Mansi 31, 1026 E.

iuxta illud Apostoli: «consepulti ei in baptismo, in quo et resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis» (Col. 2, 12) [3].

Baptismus igitur vinculum unitatis sacramentale constituit vigens inter omnes qui per illum regenerati sunt. Attamen baptismus per se dumtaxat initium et exordium est, quippe qui totus in acquirendam tendit plenitudinem vitae in Christo. Itaque baptismus ordinatur ad inte/gram 106
fidei professionem, ad integram incorporationem in salutis institutum, prout ipse Christus illud voluit, ad integram denique in communionem eucharisticam insertionem.

Communitates ecclesiales a nobis seiunctae, quamvis deficiat earum plena nobiscum unitas ex baptismate profluens, et quamvis credamus illas praesertim propter sacramenti Ordinis defectum, genuinam atque integram substantiam Mysterii eucharistici non servasse, tamen, dum in Sancta Coena mortis et resurrectionis Domini memoriam faciunt, vitam in Christi communione significari profitentur atque gloriosum Eius adventum exspectant. Quapropter doctrina circa Coenam Domini, cetera sacramenta et cultum ac Ecclesiae ministeria obiectum dialogi constituat oportet.

23. Christiana horum fratrum conversatio fide in Christum alitur, baptismatis gratia et verbo Dei audito fovetur. Manifestatur quidem in oratione privata, in meditatione biblica, in familiae christianae vita, in cultu communitatis ad laudem Dei congregatae. Ceteroquin cultus eorum nonnumquam elementa conspicua communis antiquae liturgiae prae se fert.

Fides qua Christo creditur fructus edit in laude et gratiarum actione pro beneficiis divinitus acceptis; accedit vivus iustitiae sensus et sincera caritas in proximum. Haec autem operosa fides haud pauca etiam instituta ad miseriam spiritualem et corporalem sublevandam, ad iuventutis educationem excolendam, ad sociales vitae condiciones humaniores reddendas, ad pacem universim constabiliendam protulit.

Quod si inter Christianos multi non semper eadem ratione atque Catholici Evangelium in re morali intelligunt neque easdem solutiones difficiliorum hodiernae societatis quaestionum admittunt, nihilominus ut nos volunt verbo Christi ut fonti christianae virtutis haerere et apostolico oboedire praecepto: «Omne, quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum» (Col. 3, 17). Hinc dialogus oecumenicus de morali Evangelii applicatione initium sumere potest.

24. Sic post breviter expositas condiciones, quibus exerceri contingit actio oecumenica, et principia quibus moderanda est, fidenter oculos ad futura convertimus. Haec Sacrosancta Synodus hortatur fideles, ut a quavis levitate 107
vel imprudenti zelo se abstineant, quae vero progressui / unitatis nocere possint. Eorum enim oecumenica actio non potest esse nisi plene sincereque catholica, fidelis nempe veritati, quam ab Apostolis et Patribus accepimus, et consentanea fidei, quam Ecclesia catholica semper professa est, ac simul in eam plenitudinem tendens, qua Dominus decursu temporum Corpus Suum vult augeatur.

Haec Sacrosancta Synodus instanter exoptat ut filiorum Ecclesiae catholicae incepta cum inceptis fratrum seiunctorum coniuncta progrediantur, quin Providentiae viis ullum ponatur obstaculum et quin futuris Spiritus Sancti impulsionibus praeiudicetur. Insuper se consciam esse declarat hoc sanctum propositum reconciliandi Christianos omnes in unitate unius unicaeque Ecclesiae Christi humanas vires et dotes excedere. Quapropter spem suam in oratione Christi pro Ecclesia, in amore Patris erga nos, in virtute Spiritus Sancti penitus ponit. «Spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis» (Rom. 5, 5).

Haec omnia et singula quae in hoc Decreto [*] edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

Romae, apud S. Petrum die XXI mensis Novembris anno 108
MCMLXIV.—Ego Paulus, *Catholicae Ecclesiae Episcopus.* 112
(Sequuntur ceterae subsignationes.) /

[3] Cf. Rom. 6, 4.

[*] In sessione V celebrata die 21 nov. an. 1964 promulgato. Adn. F. J. Cossman in **Jurist** 26 (1966) 41-68; P. M. Perantoni in **Vita rel.** 1 (1966) n. p. 3-10; G. Thils in **Nrt** 87 (1965) 225-244.

3236

1964 NOV 21.-PAULUS VI, ALL. AAS 56 (1964) 1007-1018

Allocutio in Vaticana Basilica die 21 Nov. 1964 ad Conciliares Patres habita, die festo Praesentationis Beatae Mariae Virginis post sollemnem ab ipso Summo Pontifice cum Praesulibus quibusdam peractam concelebrationem, tertia exacta Oecumenicae Synodi Sessione promulgatisque Constitutione dogmatica de Ecclesia atque Decretis de Oecumenismo et de Ecclesiis Orientalibus catholicis:

De arctiore coniunctione Episcopatus cum Romano Pontifice in regimine Ecclesiae deque Beata Maria Virgine Matre Ecclesiae appellanda

Venerabiles Patres, Post duos menses, navitate et fraterna opera plenos, Deo gratias agamus pro felici huius Concilii Oecumenici Vaticani secundi celebratione, cuius laboriosae tertiae Sessioni hoc sollemni et sacro coetu finem imponimus. Oh, revera officio devincimur Deo animos nostros beneficii memores et laetantes significandi, eo quod nobis singulari munere suo concessit, ut huic eventui historia digno et provido interessemus, immo ut nos ipsi, humiliter feliciterque primas partes agentes, vim, significationem, plenitudinem eidem tribueremus. Oh, profecto oportet quasi / ad nos dicta audiamus haec verba Domini: 1008
«Vestri autem beati oculi quia vident, et aures vestrae quia audiunt!» [1]. En, obversatur ante mentis nostrae oculos, Sancta Ecclesia Dei, quae a Pastoribus repraesentatur, quibus proprii greges adhaerent; quae quidem Ecclesia divinitus, Nostrae vocis ope, simul est congregata. En Hierarchia catholica, cuius est populum sanctum Dei instituere et regere; ea huc in unam sedem convenit, uno animi sensu conspirens, una precatione, una fide, una caritate, quae est in ore et in pectore; ecce, incomparabilis hic coetus, quem admirari numquam desinimus, nec umquam poterimus oblivisci, utpote qui nitatur ad gloriam Patris et Filii et Spiritus Sancti, et intentus sit praecelso nuntio Revelationis commemorando eiusque verae et intimae significationi perscrutandae; ecce, homines, in unum congregati, a studio propriae utilitatis vanarumque rerum ut nemo alius alieni; ut nemo alius eo contendentes, ut testimonium praebeant divinae veritati; homines, infirmi quidem et ab errore non immunes, sed persuasum habentes se posse veritates enuntiare, quae nullo modo queant in controversiam vocari aut finem capere; homines, dicimus, huius aetatis et huius terrae filii, sed supra tempus ac terram elati, ut onera fratrum suorum umeris suis accipiant, utque eos perducant ad spiritualem salutem; homines, praediti se plane devovendi voluntate, inflammati amore, qui amplior est quam ipsi animi in quibus ardet, nisu impulsi qui forsitan temerarius esse videatur, sed qui coniungitur cum fiducia tranquilla, ut in sensum vitae humanae et historiae inquirant iisque tribuant vim, magnitudinem, pulchritudinem, unitatem in Christo; in Christo Domino tantum! Haec admirationem movent, Venerabiles Fratres, qui hic adestis praesentes; haec admirationem movent, homines, qui foris versantes nos contuemini. Poterimusne umquam videre spectaculum maius, religiosius, aptius ad animos permovendos, sollemnius?

Augetur autem laetitia nostra si extremo hoc tempore Concilii Sessionis, cuius finem facturi sumus, obiter in memoriam revocamus argumenta, de quibus est disceptatum ac denique constitutum: pertractata est enim doctrina de Ecclesia atque exposita: ita opus Concilii Oecumenici Vatican[i] primi est completum, quod pertinet ad doctrinam; exploratum est mysterium Ecclesiae et consilium divinum de primariis eius institutis.

Iterum dicimus: Deo gratias agamus pro felici hoc exitu et merito / patiamur pectora nostra gaudio perfundi: in 1009
posterum enim facilius intellegemus mentem divinam, quod attinet ad mysticum Corpus Christi, atque ex hac cognitione normas clariores certioresque quoad vitam Ecclesiae poterimus haurire, item maiores vires, quibus indesinenter eius conatus adiuvemus ut homines ad salutem adducantur, et ampliorem spem circa progressum regni Christi in mundo. Itaque, benedicamus Domino!

Longum est disserere de opere patrato: de studio pio et acri, eo pertinente ut illud cum veritate, quae in Sacris Bibliis continetur, et cum germana traditione Ecclesiae plane congrueret; de labore ideo suscepto, ut intima vis et primaria veritas iuris constitutivi Ecclesiae ipsius invenirentur, ut discerneretur inter id quod est immobile et certum, et id quod e principiis naturali et legitima pro-

[1] *Matth.* 13, 16.

http://www.obrascatolicas.com

gressione deducitur; de studio denique quaquaversus in sua luce ponendi Ecclesiae mysterium, ita ut congrua ratione illustretur vita Corporis Christi mystici, quoad omnes suas partes, quoad omnia sua munera, quoad omnes fines ipsi assequendos.

Attamen caput maxime arduum atque memorandum peracti huiusmodi spiritualis laboris illud profecto est, quod ad doctrinam de Episcopatu spectat; quare de hoc tantum capite liceat nunc Nobis paucis exponere, quid sentiamus.

Hoc unum fateri volumus: Nobis scilicet admodum placuisse, quod doctrina huiusmodi sat ampla studiorum disceptationumque copia, nec minore conclusionum perspecuitate pertractata sit. Necessarium sane hoc erat, ut Concilium Oecumenicum Vaticanum primum compleretur. Tempus etiam opportunum advenerat; id ipsum sane postulabant sive magna incrementa quae aetate hac nostra theologica studia susceperunt, sive Catholicae Ecclesiae in terrarum orbe propagatio, sive quaestiones ab Ecclesia solvendae propositae, quae e cotidiano pastoralis navitatis usu oriuntur, sive denique plurimorum Episcoporum vota, qui doctrinae explicationem, quae ad eos pertinet, exspectabant. Congruebat denique ratio ad id faciendum adhibita; ita quidem ut minime dubitemus —ratione habita explicationum quae additae sunt sive ad verba usurpata interpretanda, sive ad vim theologicam doctrinae propositae tribuendam secundum Concilii mentem— minime dubitemus, dicimus, auxiliante Deo, hanc de Ecclesia Constitutionem promulgare.

Huius vero promulgationis potissimum commentarium illud esse videtur, quod per eam doctrina tradita nullo modo immutata est. Quod Christus voluit, id ipsum nosmet-
1010 ipsi volumus. Quod erat, permansit. / Quae volventibus saeculis Ecclesia docuit, eadem et nos docemus. Tantummodo, id quod antea solum vitae actione continebatur, nunc aperta etiam doctrina exprimitur; quod usque adhuc considerationi, disputationi, atque ex parte etiam controversiis obnoxium erat, in certam doctrinae formulam nunc redactum est. Fateri sane possumus, ex providentis Dei consilio splendidissimam horam illuxisse nobis: horam dicimus, cuius adventus heri lente procedebat, cuius fulgor hodie renidet, cuius salutifera virtus cras novis doctrinae incrementis, auctioribus viribus, aptioribus institutis Ecclesiae vitam certe locupletabit.

Id quoque animadvertere iuvat, honorem nempe, qui per hanc Constitutionem populo Dei attribuitur. Nihil enim iucundius Nobis accidere potest, quam cernere sollemniter agnitam dignitatem omnium nostrorum Fratrum nostrorumque Filiorum, ex quibus plebs sancta coalescit; quandoquidem ad eius vocationem, ad eius sanctificationem, ad eius regimen, ad eius sempiternam salutem totum spectat sacrae Hierarchiae ministerium, tamquam ad suum finem. Nec minore Nos afficiunt solacio ea quae per hanc Constitutionem de Nostris in Episcopatu Fratribus statuuntur. Oh quam gaudemus, cum animadvertamus, ipsorum dignitatem sollemniter declarari, munera celebrari, potestatem agnosci! Oh quam impensas grates Deo persolvimus, quod feliciter contigit, ut Nosmetipsi sacram ministerii vestri dignitatem vestrique plenitudinem sacerdotii honore debito exornaremus, itemque mutuae necessitudinis vincula declararemus, quae inter Nos et vos, Venerabiles ac dilecti Fratres, intercedunt.

Id quoque non sine pietatis affectu considerare placuit, quod munus primarium, singulare, universale, quod Christus Dominus Petro contulit et ad ipsius successores, hoc est Romanos Pontifices, transmittitur —cuius quidem partes officii hodie Nos licet immerentes sustinemus— hoc munus, dicimus, in sollemni Documento, a Nobis iam iam promulgato fuse ac saepe agnoscitur eique reverentia tribuitur. Id Nobis non placere non potest; at non propter dignitatem quae exinde in Nos recidat, cum Nos tantum officium reformidemus potius quam cupide teneamus; sed verius propter honorem verbis Christi exhibitum, propter rursus confirmatam concordiam cum sacra traditione et Ecclesiae magisterio, ac denique propter sancitam tutelam sive ipsius Ecclesiae unitatis, sive etiam cohaerentis atque efficacis actionis, quae in Ecclesiae regimine in tuto est omnino ponenda. Summopere autem intereat, has Summi Pontificatus praerogativas tunc aperte ac definite agnosci,
1011 cum solvenda erat quaestio de auctoritate episcopali in Ecclesia; ita quidem / ut talis auctoritas videretur nullo modo adversari, sed plane congruere potestati Vicarii Christi et Capitis collegii episcopalis, secundum ius Ecclesiae constitutivum.

Per hanc igitur arctam et in ipsa rei naturâ positam coniunctionem, Episcopatus efficitur quoddam unum inter

se cohaerens corpus, habens in Episcopo, Beati Petri Successore, non diversam neque externam potestatem, sed contra suum caput et veluti centrum; quo Nos ipsi impellimur, ut sollicito studio vestra iura una cum Nostris praedicemus, atque de eorum incrementis gaudeamus eorum vindicemus praestantiam, et iis aeque ac Nostris cumulum perfectionemque afferamus.

Hac igitur ratione episcopali officio suam plenam agnoscentes vim atque efficacitatem, animadvertimus fidei, caritatis, suscepti oneris et mutuae adiutricis operae communionem circa Nos augeri. Dum ergo vestram agnoscimus et extollimus auctoritatem, minime timemus, ne minuatur vel impediatur Nostra; immo Nos validiores fieri sentimus, ob animorum coniunctionem, per quam fratres efficimur; item magis idoneos Nos evadere scimus universae regendae Ecclesiae, cum probe noverimus unumquemque vestrum ad idem consilium assequendum conspirare; confidentiores denique Iesu Christi adiumentis Nos fieri sentimus, cum omnes inter nos arctius in eius nomine sociemur, atque coniungi in posterum cupiamus.

Quosnam vero effectus huiusmodi doctrinae explanatio re et usu consecutura sit, haud facile nunc conspicitur; sed haud difficile provideri potest, fore ut ea ferax omnino sit spiritualium pervestigationum et canonicorum institutorum. Oecumenicum Concilium proxima quarta Sessione concludetur. Ut autem eius decreta ad effectum deducantur, complures Commissiones *post-conciliares* instituendae erunt, in quibus moderandis plane oportebit, ut Episcopatus suam adiutricem operam praestet. Item eo consilio moti, ut generalis momenti negotia componamus, quae huius nostri temporis veluti propria nota sunt, et continenter exoriuntur, Nos paratiores usque erimus quosdam ex vobis deligendos, Venerabiles Fratres, certis temporibus arcessere atque ad deliberationem adhibere, ne Nobis vestrae praesentiae solacium, vestrae prudentiae ac rerum usus auxilium, vestri consilii munimentum, vestrae auctoritatis suffragium desit; hoc utiliter etiam fiet eo quod Curia Romana in novam formam redigenda, cui rei diligenter studetur, experientia uti poterit Pastorum dioecesium; atque ita officia sua, quae iam efficacitate pollent
1012 ob fidele ministerium, ad absolutionem perfectionem/que perducet ope Praesulum, e variis regionibus oriundorum et adiumentum sapientiae suae et caritatis afferentium.

Quod ad rem et usum attinet, adauctus studiorum ac deliberationum numerus aliqua fortasse laborabit difficultate, quandoquidem multorum agendi ratio maiora habet impedimenta quam singulorum. Si autem id Ecclesiae indoli simul monarchicae et hierarchicae aptius respondet, idque per adiutricem vestram praestitam operam labores Nostros magis allevat, prudentia et caritate difficultates evincamus, quae ad implicatiorem huiusmodi ecclesiastici regiminis disciplinam suapte natura attinent.

Nobis sperare placet fore ut ex doctrina de Ecclesiae mysterio, quam Concilium Vaticanum secundum illustravit atque enuntiavit, iam nunc bona multa in hominum animos, praesertim catholicorum, proficiscantur, ut videlicet christifideles omnes verum Sponsae Christi vultum planius delineatum et ostensum videant; ut suae matris et magistrae videant pulchritudinem; ut videant simplicitatem et maiestatem venerabilis huius instituti; ut hoc quasi miraculum suspiciant historicae fidei, praeclarae vitae socialis, et latarum legum optimarum, itemque signum quoddam continuos progressus indicans: in quo divina et humana pars conexae copulantur, ut exinde in hominum, in Iesum credentium, societate consilium Incarnationis et Redemptionis luculenter appareat: ut scilicet, de S. Augustini sententia, Christus totus appareat, Salvator noster.

De quo iucundissimo spectaculo imprimis laetitia exsultent, qui unice et constanter christianam perfectionem profitentur, Religiosos viros ac mulieres dicimus, qui Ecclesiae sunt membra optima, generosi defensores, filii carissimi.

Sed de eodem spectaculo gaudeant oportet ii etiam ex Nostris Fratribus et Filiis, qui in territoriis degunt vitam, ubi etiam nunc iusta et digna religionis profitendae libertas vel omnino recusatur, vel eatenus imminuitur, ut eos in Ecclesia ascribere opus sit, quam vel *a silentio* vel *a lacrimis* appellare debeamus. Item ipsi de magnifica doctrina delectentur, Ecclesiam collustrante, quam ab ipsis toleratae aegritudines ab ipsisque praebita fides splendide testificantur. Qui haec faciunt, gloriam nanciscuntur maximam, cum Christo nempe similem, humanae Redemptionis victima.

In spem praeterea erigimur fore ut eandem Ecclesiae doctrinam aequo benevolentique animo perpendant in

Christo fratres, qui etiam nunc a nobis seiuncti sunt. Oh
1013 quam vellimus, ut ea doctrina, explica/tionibus completa, in Schemate *de Oecumenismo* comprehensis, quod hoc Concilium pariter probavit, eorum animos, quasi amoris fermentum quoddam, excitet ad sua consilia, et ad sua proposita ita recognoscenda, ut ii magis magisque ad communionem nostram admoveantur, atque tandem, Deo donante, in hac nobiscum sint pares. Interea autem nos, ipsa doctrina perculsi, summa cum mentium nostrarum laetitia animadvertimus, Ecclesiam, dum suae figurae lineamenta tradit, suae caritatis fines nequaquam contrahere, sed magis prorogare, neque suae catholicitatis, quam vocant, multiplicem motum reprimere, quae semper progreditur, semperque invitat. Quo loco, ut nobis liceat rogamus, Observatoribus, qui hic Ecclesiarum vel christianarum confessionum, a Nobis disiunctarum, legati sunt, tum reverenter salutem dicere, tum gratam voluntatem testari, quod Congregationibus Conciliaribus interesse voluerunt, tum pro illorum prosperitate vota suscipere.

Denique voluntas Nobis esset, ut sacra Ecclesiae doctrina profanum etiam saeculum, in quo ipsa vivit et a quo saepta continetur, aliquo iucundae suae lucis repercussu illuminaret: ea enim sicut illud signum elevatum in nationibus [2] se praebeat oportet, ut omnes in itinere ad veritatem et ad vitam consequendam tuto dirigat. Sicut enim omnibus patet, huius doctrinae explicatio dum ad severam sacrae theologiae rationem et viam se fideliter accommodat, quae ipsam probat atque praedicat, ea tamen humanum genus non obliviscitur: humanum genus dicimus, quod vel ad Ecclesiam confluit, vel historica et socialia rerum locorumque adiuncta efficit, in quibus ipsa divino suo munere fungitur. Ecclesia humani generis causa constituta est. Ecclesia nullam aliam terrenam auctoritatem sibi vindicat, quam eam, quae ipsi permittit, ut hominibus inserviat eosque diligat.

Ecclesia sancta, dum suum sentiendi modum atque suam compagem ad perfectionem adducit, non sese ab usu et consuetudine secernit hominum, quibuscum vivit, sed eo potius spectat, ut eos melius intellegat, eorum angustias et legitima optata participet, eorum conamina sustentet, ad assequendam prosperitatem, libertatem et pacem suscepta.

Huiusmodi autem institutum sermonem in extremo Concilio plane continuabimus, cum scilicet Schema «De libertate religiosa», quod tantum ob temporis defectum, sub exitum Sessionis, pertractari non potuit, itemque aliud Schema «De Ecclesia in mundo huius temporis» —quod
1014 Concilii operi veluti sertum imponet, quodque in hac / Sessione iam breviter perstrictum est— in proxima et ultima Sessione omni ex parte explicata erunt.

Quibus dictis, antequam verbis hisce Nostris finem imponimus, alia proposita res cogitationem Nostram suaviter tangit.

Scilicet, Venerabiles Fratres, facere non possumus quin cogitationem convertamus, animo quidem sincero et grato, ut filios addecet, etiam ad Beatissimam Virginem Mariam, ad Eam scilicet, quam libenter habemus tutricem huius Concilii, testem laborum nostrorum, consiliatricem amabilissimam; eius enim et Sancti Ioseph patrocinio caelesti ab initio coetus Concilii crediti sunt [3].

Hac eadem ducti mente Almam Deiparam anno praeterito communi excoluimus obsequio, in Liberiana Basilica congregati ad venerandam imaginem, cui hoc gloriosum nomen adiectum est: «Salus Populi Romani».

Hoc vero anno honor, quem Concilium eidem adhibere cupit, multo magnificentior est ac significantior: etenim hac Constitutione de Ecclesia hodie promulgata, cuius veluti fastigium est totum caput de Beata Maria Virgine agens, iure affirmare nobis licet hanc Sessionem finem capere veluti quodam hymno incomparabili, quo laudes Deiparae Virginis celebrentur.

Primum enim factum est —quod enuntiantes animo penitus commovemur— ut Concilium aliquod Oecumenicum ad unum quasi ac tam amplum corpus redigeret doctrinam catholicam circa locum Beatae Mariae Virgini in mysterio Christi et Ecclesiae tribuendum.

Id plane congruit cum iis, quae huic Concilio sunt proposita, ut pote quod ostendere studeat vultum sanctae Ecclesiae, cui Dei Genetrix est arcte iuncta et cuius est, ut quidam egregie dixit, «portio maxima, portio optima, portio praecipua, portio electissima» [4].

Ecclesia enim ipsa non efficitur tantum ordine suo hie-

[2] Cfr. *A. A. S.* LIII, 1961, p. 37 s., 211 ss.; LIV, 1962, p. 727.
[4] Rupertus, in *Apoc.* I, VII, c. 12; *P. L.* 169, 1043.

rarchico, sacra liturgia, sacramentis, compage institutorum suorum; sed intima eius vis et proprietas, fons praecipuus efficacitatis, qua homines sanctificat, posita sunt in mystica eius coniunctione cum Christo; quam quidem coniunctionem censere non possumus abstractam ab Ea, quae est Mater Verbi Incarnati, et quam Christus ipse sibi intime sociavit ad nostram salutem procurandam.

Itaque Ecclesiam ipsam intuentes, oportet amanti animo contem/plemur mirabilia, quae Deus in Sancta Matre sua
1015 est operatus. Atque cognitio verae doctrinae catholicae de Beata Maria Virgine semper subsidium erit efficax ad recte intellegendum mysterium Christi et Ecclesiae.

Has arctas rationes considerantes, quibus Maria et Ecclesia inter se coniunguntur, quaeque in hac Constitutione Concilii tam dilucide sunt expositae, eaedem Nobis suadent, ut hoc temporis momentum sollemnissimum et maxime opportunum esse ducamus ad votum implendum, quod in praeteritae Sessionis fine significavimus et permulti Patres itidem susceperunt, instanter rogantes, ut inter hoc Concilium expressis verbis munus maternum annuntiaretur, quod Beata Maria Virgo in christiano populo gerit. Hac de causa expedire Nobis videtur, ut in hoc ipso publico coetu rite titulum inducamus, quo Beata Maria Virgo honoretur, qui a variis orbis catholici partibus postulatus est, Nobisque peculiari modo acceptus gratusque; siquidem mirabili quadam brevitate eximium locum exprimit, quem Deiparae in Ecclesia proprium esse hoc Concilium agnovit.

Igitur ad Beatae Virginis gloriam ad nostrumque solacium, Mariam Sanctissimam declaramus Matrem Ecclesiae, hoc est totius populi christiani, tam fidelium quam Pastorum, qui eam Matrem amantissimam appellant; ac statuimus ut suavissimo hoc nomine iam nunc universus christianus populus magis adhuc honorem Deiparae tribuat eique supplicationes adhibeat.

De appellatione agitur, Venerabiles Fratres, christianorum pietati haud insueta; quin immo hoc potissimum Matris nomine christifideles et Ecclesia universa Mariam invocare praeoptant. Hoc revera nomen ad germanam Marianae pietatis rationem pertinet, cum in dignitate ipsa, qua Maria utpote Mater Verbi Dei Incarnati praedita est, firmiter innitatur.

Sicut enim divina Maternitas causa est, cur Maria singulares prorsus cum Christo rationes habeat eademque praesens adsit in humanae salutis opere a Christo Iesu peracto, ita pariter e divina Maternitate praesertim eae profluunt rationes, quae inter Mariam et Ecclesiam intercedunt; quandoquidem Maria Mater Christi est, qui statim ac in ipsius virginali utero humanam naturam assumpsit, sibi ut Capiti adiunxit Corpus suum mysticum, quod est Ecclesia. Maria igitur, utpote Mater Christi, Mater etiam idelium ac Pastorum omnium, scilicet Ecclesiae, habenda est.

Hinc causa est, cur nos, licet indignos, licet debiles, nihilominus fidenti animo filiorumque amore flagrantes ad
1016 Eam oculos attollamus. / Quae olim Iesum, supernae gratiae fontem, nobis donavit, ipsa maternam suam opem Ecclesiae non afferre non potest, hoc praesertim tempore, quo Christi Sponsa alacriore studio salutiferum suum munus explere contendit.

Ad hanc autem fiduciam magis usque alendam confirmandamque, Nobis suadent arctissima ea vincula, quae inter hanc nostram caelestem Matrem et humanum genus intercedunt. Etsi amplissimis admirandisque donis a Deo cumulata est, ut digna Mater Incarnati Verbi efficeretur, nihilominus Maria proxima nobis est. Sicut nos, et ipsa est Adae filia, ac propterea etiam nostra soror ob communem humanam naturam; quae immunis quidem fuit ab originaria labe ob futura Christi merita, sed divinitus acceptis donis ipsa suae ipsius perfectae fidei exemplum addidit, ita ut evangelicum promereret praeconium: «Beata, quae credidisti».

In hac mortali vita perfectam Christi discipuli formam expressit, speculum fuit omnium virtutum, atque plene in suos rettulit mores beatitudines illas, quae a Christo Iesu praedicatae fuerunt. Quo fit, ut Ecclesia universa, dum multiformem suam vitam actuosamque suam navidum multiformem suam vitam actuosamque suam navitatem explicat, a Deipara Virgine absolutissimum exemplum sumat, quo perfecte Christum imitari oporteat.

Quare, post Constitutionem de Ecclesia rite promulgatam, cui quidem, Mariam omnium fidelium et Pastorum seu Ecclesiae Matrem declarando, veluti fastigium imposuimus, fore omnino confidimus, ut christianus populus

[3] Cfr. *Is.* 5, 26.

http://www.obrascatolicas.com

maiore spe ac ferventiore studio invocet Beatissimam Virginem, eique cultum et honorem debitum exhibeat.

Ad nos quod attinet, quemadmodum Decessoris Nostri Ioannis XXIII exhortationi obtemperantes, primum in hanc Concilii aulam convenimus una «cum Maria, Matre Iesu», ita pariter in sanctissimo suavissimoque nomine Mariae, Ecclesiae Matris, ab hoc templo discedamus.

Ad testandum autem gratum memoremque animum ob maternam opem nobis a Maria benigne praestitam per huius Sessionis decursum, unusquisque vestrum, Venerabiles Fratres, studeat Mariae nomen et honorem apud christianum populum impensius extollere, eiusque exemplum ad imitandum proponat, quoad fidem, quoad obsequium cuilibet caelestis gratiae impulsioni prompte praestandum, quoad vitam denique Christi praeceptis caritatisque afflatu penitus conformandam; ita quidem ut fideles universi, inter se communis Matris nomine coniuncti, sese sentiant magis magisque firmos in fide profitenda atque in Christo Iesu assectando, atque simul ardentiore caritate ferveant
1017 erga fratres, pro/movendo pauperum amorem, iustitiae studium et pacis tutelam. Quemadmodum iam magnus Sanctus Ambrosius egregie admonebat, *sit in singulis Mariae anima ut magnificet Dominum; sic in singulis spiritus Mariae ut exsultet in Deo* [1].

Praesertim exoptamus ut id praeclara in luce collocetur: scilicet Mariam, humilem Domini ancillam, ad Deum et ad Christum Iesum, unicum Mediatorem Redemptoremque nostrum, totam spectare. Pariterque cupimus, ut perspicue explicetur, qua vera natura polleat, et quorsus intendat cultus Mariae Virgini debitus, in iis potissimum regionibus, ubi plures commorantur seiuncti a nobis fratres, ut, quotquot extra Catholicae Ecclesiae sinum degunt, plane intellegant, pietatem erga Deiparam Virginem non in seipsa consistere, sed subsidium esse censendum, quod suapte natura homines ad Christum perducit, eosque cum Aeterno caelorum Patre, in Sancti Spiritus caritatis vinculo, coniungit.

Dum animum flagranti supplicatione ad Beatam Virginem Mariam intendimus, ut Oecumenico Concilio atque sanctae Ecclesiae bene precetur, et exspectatum deproperet tempus, quo omnes Iesu Christi sectatores inter se iterum devinciantur, oculi Nostri ad universum terrarum orbem, in immensum veluti sese protendentem, convertuntur: terrarum orbem dicimus, in quem considerandum Oecumenica haec Synodus alacres atque amantissimas curas intendit, quem pariter Decessor Noster Pius XII v. m., haud sine caelesti afflatu, Immaculato Mariae Virginis Cordi sollemni ritu dicavit. Huiusmodi sanctissimum religionis obsequium singularem in modum hodie a Nobis commemorari, aequum esse duximus. Hoc igitur moti consilio, per Legationem ad id proprie destinatam proxime mittere decrevimus Auream Rosam ad Fatimense templum, non modo perquam carum populo nobilis Lusitaniae Nationis —quem semper, at hodie praesertim dilectissimum habemus— sed etiam apud omnes catholicae familiae fideles iam cognitum ac veneratum. Hac igitur ratione etiam Nos caelestis Matris tutelae universum hominum genus protegendum, eiusque difficultates et anxitudines, iusta optata spesque ardentissimas committimus.

O Deipara Virgo Maria, Ecclesiae Mater augustissima, Tibi universam Ecclesiam atque Oecumenicum Concilium commendamus.

Quae «Episcoporum auxilium» suavi appellatione nun-
1018 cuparis, sa/cros Pastores in suo tuendo munere custodi iisdemque adsis, una cum sacerdotibus, religiosis sodalibus atque e laicorum ordine fidelibus, quotquot adiutricem operam illis in arduis sustinendis pastoralis officii partibus conferunt.

Quae ab ipso Divino Servatore, Filio Tuo, in Cruce moriente, Mater tradita es amantissima discipulo, quem ille diligebat, christiani populi memento, qui se Tibi committit.

Omnium Tuorum memor sis filiorum; eorum precibus singularem Tuam virtutem auctoritatemque apud Deum adiunge; eorum fidem integram atque constantem serva, spem robora, accende caritatem.

Memento eorum, qui in rerum angustiis, in necessitatibus, in periculis versantur, et eorum in primis, qui vexationes patiuntur atque ob christianam fidem in vinculis detinentur. Ipsis, Virgo Mater, animi fortitudinem impetra atque exspectatum iustae libertatis depropera diem.

Tuos benignissimos oculos ad nostros seiunctos fratres converte, Tibique placeat ut inter nos iterum aliquando coniungamur, quae Christum, inter Deum et homines unitatis pontem atque artificem, genuisti.

[1] S. Ambros. Exp. in *Luc.* 2, 26; *P. L.* 15, 1642.

O intaminatae neque umquam obumbratae lucis templum, Unigenitum Filium Tuum deprecare, per quem nunc reconciliationem cum Patre accepimus [a], ut erratis nostris adhibeat misericordiam, discidia omne genus arceat, gaudium amandi fratres nostris mentibus tribuat.

Immaculato Cordi Tuo, o Deipara Virgo, universum genus humanum commendamus; ipsum adduc ad Christum Iesum, unicum verumque Servatorem, agnoscendum; calamitates ab eo depelle, quas peccata secum adducunt ipsique compara pacem, quae in veritate, in iustitia, in libertate atque in amore consistit.

Tandem universae Ecclesiae concede, ut, magnam hanc celebrans Oecumenicam Synodum, valeat misericordiarum Deo sollemnem laudis et gratiarum actionis hymnum concinere, hymnum laetitiae et exsultationis, quia fecit per Te magna qui potens est, o clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

[a] *Rom.* 5, 11.

3237

1964 NOV 21.-PAULUS VI, RESCR. AAS 57 (1965) 188

TEMPUS EUCHARISTICI IEIUNII SERVANDI REDUCITUR AD UNAM HORAM ANTE S. COMMUNIONEM

*Die XXI mensis novembris a. MCMLXIV, in publica Oecumenicae Synodi Sessione, cui ipse Summus Pontifex praefuit, Exc*mus *P. D. Pericles Felici, Sacrosancti Concilii Secretarius Generalis, Conciliaribus Patribus aliisque, qui aderant, novam Beatissimi Patris concessionem quoad Eucharisticum ieiunium nuntiavit. Concessio his terminis concluditur.*

Attentis multarum regionum difficultatibus quoad ieiunium eucharisticum, Summus Pontifex, petitionibus Episcoporum benigne annuens, concedit ut ieiunium quoad cibos solidos reducatur ad unam horam ante Sanctam Communionem, et quidem tum pro sacerdotibus tum pro fidelibus. In hac autem concessione includitur quoque potuum alchoolicorum usus, servata tamen debita moderatione.

Adn. A. DIEZ in CpR 44 (1965) 199-200; Perfice munus 40 (1965) 13-14.

3238

1964 NOV 24.-SECRETARIA STATUS, FACUL. PART.*

FACULTATES PER MOTU PROPRIO «PASTORALE MUNUS» CONCESSAE EXTENDUNTUR AD ALIOS ORDINARIOS LOCORUM CUM POTESTATE EAS DELEGANDI ALIIS SACERDOTIBUS

Dal Vaticano, 24 Novembre 1964

E.mo e Rev.mo Signor Mio Oss.mo, Facendo seguito al Foglio N. 3521/64, del 23 giugno u. s., ho l'onore di significare all'Eminenza Vostra Reverendissima che il Santo Padre, per venire incontro al desiderio espresso da alcuni Eccellentissimi Ordinari che fosse allargato il potere di delega delle facoltà, di cui alla sezione prima del Motu Proprio *Pastorale Munus*, del 30 novembre 1963 [LE 3139], Si è degnato di concedere che codesto Sacro Dicastero, qualora ne venisse espressamente richiesto dai Vescovi da esso dipendenti, applichi le seguenti norme:

A) *le facoltà del Pastorale Munus sono estese*: 1) ai Vicari Castrensi; 2) agli Amministratori Apostolici; 3) a quelli che hanno *in actu* la responsabilità del governo diocesano (sede impedita, ecc.);

B) *l'Ordinario può delegare tali facoltà anche*: 1) al Delegato Vescovile, se il Vescovo non ha un Vicario Generale; 2) al Sacerdote che secondo il Can. 366 par. 3 supplisce il Vicario Generale assente o impedito; 3) ai Pro-Vicari Generali eletti per coadiuvare i Vicari Generali di vaste diocesi; 4) ai Cancellieri Vescovili in quei Paesi dove questi esercitano di fatto le funzioni di Vicari Generali, come ad esempio negli USA e nel Canada; 5) al Sacerdote ordinariamente incaricato delle Religiose nelle diocesi, solo per quelle facoltà che riguardano le medesime Religiose.

Nel concedere ai Vescovi il potere di cui sopra, codesto Sacro Dicastero non mancherà di raccomandare che le facoltà vengano usate con la debita prudenza e per ragioni di evidente necessità.

Le bacio umilissimamente le mani e con sensi di profonda venerazione mi confermo di Vostra Eminenza Reverendissima Umilissimo Devotissimo Obbligatissimo.— A. G. Card. CICOGNANI.

* Card. Praefecto S. C. de Prop. Fide: BIM 28 (1964) 218-219.

3239

1964 NOV 25.-SC STUD., DECRET. AAS 57 (1965) 191-192

FACULTATES SACRAE THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE SCHOLASTICAE, A SOCIETATE IESU HEYTHROPII RECTAE, CANONICE ERIGUNTUR IN «ATHENAEUM HEYTHROPENSE STUDIORUM ECCLESIASTICORUM», OMNIBUS PATENS

In perscrutandis Dei veritate iustitiaque, omnibus humanae scientiae adhibitis opibus, inde ab anno millesimo sexcentesimo decimo sexto peritissimi inclytae Societatis Iesu magistri naviter sui Ordinis alumnos exercent in Collegio Heythropensi apud nobilissimam Anglorum gentem. Ad hoc superiorum studiorum domicilium merito honorandum, Apostolica Sedes ipsi ius tribuit anno millesimo nongentesimo trigesimo secundo academicos gradus et theologiae et philosophiae eisdem conferendi candidatis qui, ad normam Apostolicae Constitutionis «Deus scientiarum Dominus» adnexarumque «Ordinationem» inibi edocti, pericula scripto et ore bene superaverint. Nunc autem, tota Sacra Angliae Cambriaeque Hierarchia postulante, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, postquam moderandi ac docendi rationem rite aptavit, Sño D. N. Paulo Pp. VI libentissime annuente, vi auctoritatis ab eadem Sanctitate Sua sibi tributae, in gloriam Dei O. M., in Catholicae Ecclesiae decus ac dioeceseon totius Maioris Britanniae uberrimum proventum, «Athenaeum Heythropense Studiorum Ecclesiasticorum» seu «Heythrop Faculties of Theology and Philosophy» hoc Decreto *erigit erectumque declarat*, cum iure gradus academicos conferendi; quod, omnibus patens alumnis ex quavis orbis plaga ortis, praeclaris Patribus Societatis Iesu academice regendum ita committit, ut sub moderamine constituatur tum Exc*mi Archiepiscopi Westmonasteriensis pro tempore, officio Magni Cancellarii fungentis, tum Rev*mi Superioris Provincialis Angliae Societatis Iesu, munus Vice-Magni Cancellarii adimplentis, id praeterea praefiniens ut
192 electi Professores etiam extra Societatem Iesu assumi possint ad alumnos disciplinis sacris rite effor/mandos, ad amussim servatis normis tum Apostolicae Constitutionis «Deus scientiarum Dominus» adnexarumque «Ordinationum», tum specialis «conventionis» inter Sacram Hierarciam Angliae Cambriaeque et Societatem Iesu initae die-que XII m. novembris a. D. MCMLXIV ab eadem Sacra Congregatione approbatae, necnon peculiarium «Statutorum» ab ipso Sacro Dicasterio probandorum, quibus vitae didactico-scientificae Facultatum absolutissime prospiciatur, in primis quod attinet ad rationem studiorum, exercitationes scientificas, examina ore et scripto subeunda et dissertationes doctorales conficiendas, servatis ceteris de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. d. XXV mensis Novembris, in festo S. Catharinae V. et M., a. D. MCMLXIV.—Iosephus Card. PIZZARDO, Ep. Alban., *Praef.* Dinus Staffa, Archiepi. tit. Caesarien. in Palaest., *a Secr.*

3240

1964 NOV 28.-PAULUS VI, DECLAR. AAS 57 (1965) 187

DECLARATIO DE INTERPRETATIONE N. 23 IN MOTU PROPRIO «PASTORALE MUNUS», CIRCA INTERPELLATIONEM CONIUGIS INFIDELIS ANTE BAPTISMUM ALTERIUS PARTIS

Ad omnem tollendam dubitationem quoad interpretationem n. 23 in Litteris Apostolicis «Pastorale munus» die XXX mensis novembris anno MCMLXIII Motu Proprio datis et facultates spectantibus atque privilegia quaedam Episcopis concessa [LE 3139], *Summus Pontifex Paulus Pp. VI hanc novam praefati numeri textus formulam dignatus est approbare divulgandam:*

23. «Permittendi ut, accedente gravi causa, interpellatio coniugis infidelis ante baptismum partis quae ad fidem convertitur fieri possit; necnon, gravi pariter de causa, ab interpellatione, *sive ante sive post baptismum* partis quae convertitur, dispensandi; dummodo hoc in casu ex processu saltem summario et extraiudiciali constet interpellationem fieri non posse, vel fore inutilem.»

Die XXVIII mensis novembris a. MCMLXIV.

3241

1964 NOV 30.-SC STUD., DECR. AAS 57 (1965) 192-193

FACULTAS SACRAE THEOLOGIAE CANONICE ERIGITUR IN CANADENSI CATHOLICA STUDIORUM UNIVERSITATE SHERBROOKENSI

Supernarum rerum cognitio primum locum in hominum studio, quorum inquietum est cor donec requiescat in immortali invisibilique Deo, «apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio», obtinet; ingrediens igitur mundum, Christus Iesus id effecit, ut per historicum Verbi Dei Incarnati «in plenitudine temporum» adventum «in invisibilium amorem rapiamur». Nobilissimum hunc finem Catholica studiorum Universitas Sherbrookensis, die vigesima prima mensis novembris anno a reparata salute millesimo nongentesimo quinquagesimo septimo canonice erecta, quum naviter persequatur, sapienter fundamenta posuit scholarum illarum quae in primis clericos notionibus illis imbuant, quibus suffulti, homines divinam Revelationem et aeternae salutis dispensationem, omnibus humanis scientiis ad sacra oracula sanctorumque sapientiam
193 tum ad inaccessibilem Deum tum ad hu/manam naturam quod attinet illustranda diligentissime adhibitis, altius plenius efficacius inquirant, secundum traditam formulam «fides quaerens intellectum». Postquam autem Metropolita Sherbrookensis cum Episcopis suffraganeis ideo Facultatem in florente sua Universitate constituendam instantissime postulasset, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, benignissime annuente Sño D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI, potestate ab eadem Sanctitate Sua sibi concredita, in Dei O. M. gloriam Ecclesiaeque sanctae decus, praesentium vi *erigit* atque *erectam declarat* «Facultatem Sacrae Theologiae in Catholica Studiorum Universitate Sherbrookensi», omnibus ipsi agnitis tributisque honoribus, iuribus officiisque, privilegiis oneribusque superiorum huiusmodi sacrorum studiorum domiciliis spectantibus; cuius sexenne studiorum curriculum ita disponatur, ut post quartum annum Baccalaureatus, post quintum Licentia, post sextum Doctoratus iis alumnis conferri queant, qui normis ad amussim satisfecerint tum Constitutionis Apostolicae «Deus scientiarum Dominus» tum peculiarium Statutorum, ab eadem Sacra Congregatione probandorum, ceteris servatis de iure servandis; contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. XXX mensis Novembris, in festo Sancti Andreae Apostoli, a. D. MCMLXIV.—Iosephus Card. PIZZARDO, Ep. Alban., *Praef.* Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaest., *a Secr.*

3242

1964 DEC 5.-SC RELIGIOSORUM, NORMAE. PART.*

NORMAE AD COLLABORATIONEM FOVENDAM INTER CONFOEDERATIONEM LATINO-AMERICANAM RELIGIOSORUM ET CONSILIUM EPISCOPALE LATINO-AMERICANUM

Reverendísimo Padre: La Pontificia Comisión para la América Latina ha enviado recientemente a este Sagrado Dicasterio la copia de la relación a CLAR y su colaboración apostólica con el Consejo Episcopal Latinoamericano, que V. P. ha desarrollado en la octava reunión del CELAM (Roma, 8 de octubre pasado), y ha expresado el deseo de reconocer el pensamiento de este Sagrado Dicasterio acerca de dicha relación.

Después de haber examinado atentamente este documento de V. P., la Sagrada Congregación de Religiosos desea comunicarle su profunda satisfacción por la perfecta uniformidad en los puntos de vista y en los programas de acción, que une ahora esa Confederación y el CELAM y anima a la CLAR y a todas las Conferencias Nacionales de Superiores Mayores de América Latina a llevar a la práctica diligentemente el proyecto que V. P. ha formu-

http://www.obrascatolicas.com

lado, para llegar a una completa y bien estudiada colaboración de los Religiosos en los trabajos pastorales del CELAM.

Para mejorar tal asistencia mutua este Sagrado Dicasterio desea que se tenga en cuenta los siguientes puntos:

1. El primer cometido y fundamental responsabilidad de la CLAR es, como se afirma en sus Estatutos, promover en América Latina una profunda renovación de la vida religiosa, de acuerdo con el movimiento general de renovación del que se ocupa el Concilio Ecuménico, para favorecer en los Institutos Religiosos una mayor correspondencia a la sublime vocación religiosa.

2. Por tanto, es urgente procurar un conocimiento mejor y más amplio desarrollo de la vida religiosa, saliendo así al encuentro de las ingentes necesidades de la Iglesia en América Latina.

a) A este fin se debe cuidar especialmente la pastoral de las vocaciones, llevándola a la práctica en cordial armonía con el CELAM; se deberá intensificar, además, la selección y la formación de los aspirantes a la vida religiosa, profundizando en las mismas, en conformidad con lo que se declara en la Instrucción «De candidatis ad Status Perfectionis et ad Sacros Ordines sedulo seligendis et instituendis», de esta Sagrada Congregación (2 de febrero de 1961) [LE 0000].

b) Para el trabajo de la formación de los candidatos a la vida Religiosa deben ser designados religiosos de probada experiencia. Por este motivo, y también para dejar libre para el apostolado el mayor número posible de sacerdotes religiosos, la CLAR proveerá a la realización del conocido plan de reducción de las casas de formación de los Institutos Religiosos en América Latina.

c) Del mismo modo, y por lo que se refiere al envío de religiosos extranjeros a América Latina, la CLAR, juntamente con el CELAM, pensará el modo de ponerse de acuerdo con los Institutos Religiosos y con las Conferencias de Superiores Mayores de Europa y de América del Norte para que se asegure una prudente selección y la debida preparación a los Religiosos destinados al apostolado en América Latina. La CLAR estudiará después, junto con el CELAM, el mejor modo de proveer a la distribución de tal personal, teniendo en cuenta las fundaciones religiosas ya existentes y las obras que las mismas dirigen y administran.

d) La misma Confederación ayudará también a las Conferencias Nacionales de Superiores Mayores a incrementar los Institutos de Pastoral para Religiosos Clérigos y los Institutos o Escuelas de formación para Religiosos o Religiosas. Sería necesario que los alumnos que frecuentan estos Institutos obtuviesen de los Superiores respectivos una cierta libertad en las obligaciones propias del apostolado, para tener la posibilidad de dedicarse así con fruto al trabajo de estudio y de la formación y poder dar después un rendimiento más completo y eficaz.

3. Siempre en colaboración con el CELAM, la CLAR ayudará a las Conferencias Nacionales de Superiores Mayores a conseguir en todas las naciones de América Latina la mayor cooperación posible de los Religiosos con la acción Pastoral de los Ordinarios. Para lograr un entendimiento cordial podrá ser muy útil que se constituya en cada nación una especie de Comité de Coordinación, compuesto por algunos representantes del Venerable Episcopado y de la Conferencia de Superiores Mayores.

Con tal contacto recíproco en efecto, será posible conocer las muy urgentes necesidades de la Iglesia y las más graves de cada Diócesis y, al mismo tiempo, también podrán ser más fácilmente realizadas y mejor comprendidas las exigencias de la vida religiosa apostólica.

4. Para coordinar satisfactoriamente las ayudas destinadas desde el extranjero a los religiosos de América Latina, la CLAR se ocupará de ponerse en contacto con Entes nacionales o internacionales que normalmente promueven iniciativa en favor de América Latina.

De modo particular convendrá intensificar la correspondencia con la Unión de los Superiores Generales y con la Unión de las Superioras Generales.

5. Con el fin de que la CLAR pueda cumplir debidamente tales importantes y gravosas funciones, las Conferencias de los Superiores y de las Superioras Mayores de América Latina, procurarán sostenerla con todos los medios a su alcance y colaborar generosamente en todas las iniciativas de la Confederación, de cuya vitalidad ellas serán las primeras beneficiarias.

Estas son las sugerencias que esta Sagrada Congregación ha juzgado útiles para conseguir la alta finalidad que la CLAR se propone y ruego a V. P. tenga a bien comunicarlo a todas las Conferencias de los Superiores Mayores que son miembros de esa Confederación, así como mis más cordiales y fervientes votos augurales.

Aprovecho gustoso esta oportunidad para enviarle una bendición especial y confirmarme de Vuestra Paternidad. Afectísimo in Domino.

Roma, 5 de diciembre de 1964.—H. Card. Antoniutti, *Prefecto.*

* Praesidi Confoederationis Latino-Americanae Religiosorum: Confer 7 (1965-II) 109-111.

3243

1964 DEC 14.-SC RITUUM, DECRET. AAS 57 (1965) 407

Kyriale simplex editur

Quum Constitutio de sacra Liturgia statuerit (art. 117) [LE 3141], ut libr̃orum cantus gregoriani simpliciores continentium modos editio apparetur, Consilium ad praefatam Constitutionem exsequendam novissimam melodiarum collectionem Ordinarii Missae diligenti studio confecit.

Sacra vero haec Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi a Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI tributis, praesentem collectionem melodiarum gregorianarum Ordinarii Missae, opportune revisam, uti in adiecto prostat exemplari, probavit, atque authenticam declaravit et adhibendam indulsit. Quibuslibet contrariis non obstantibus. Die 14 Decembris 1964.—Iacobus Card. Lercaro, Archiepiscopus Bononiensis, *Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia.* Arcadius M. Card. Larraona, *Praefectus.* Henricus Dante, Archiep. tit. Carpasien., *a Secretis.*

Adn. EL 79 (1965) 118-119.

3244

1964 DEC 14.-SC RITUUM, DECRET. AAS 57 (1965) 480

Cantus, qui in Missali Romano desiderantur, iuxta Instructionem ad exsecutionem Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinandam et iuxta ritum Concelebrationis eduntur

Edita Instructione ad exsecutionem Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinandam [LE 3217], nonnulli cantus necessarii aut opportuni videbantur in Missale romanum inserendi, sive ad praecepta eiusdem Instructionis perficienda sive pro ritu Concelebrationis.

Quapropter Consilium ad praefatam Constitutionem exsequendam hanc melodiarum collectionem diligenti studio confecit, quae ad experimentum adhiberi possint. Sacra porro haec Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi a Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI tributis, praesentem collectionem melodiarum gregorianarum cantuum, qui in Missali romano iuxta Instructionem ad exsecutionem Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinandam et iuxta ritum Concelebrationis desiderantur, prout in adiecto prostat exemplari, probavit atque authenticam declaravit et ad experimentum adhibendam indulsit.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Die 14 Decembris 1964.—Iacobus Card. Lercaro, Archiepiscopus Bononiensis, *Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia.* Arcadius M. Card. Larraona, *Praef.* Henricus Dante, Archiep. tit. Carpasien., *a Secretis.*

Adn. EL 79 (1965) 121-122.

3245

1964 DEC 28.-SC STUDIORUM, LIT. CIRCULARES. PART.*

Nuntius datur de proximo cursus initio apud Pontificium Institutum Altioris Latinitatis deque alumnis tempestive mittendis

Romae, die 28 decembris 1964

Excellentissime ac Reverendissime Domine, Ut probe nosti, Ioannes XXIII f. r. in Const. Ap. *Veterum Sapientia* [LE 3043], opportunas tradere voluit normas, quibus Latinae linguae studium et usus in quavis ecclesiasticae formationis sede restaurentur. Cum autem huius instaurationis instrumentum praecipuum in magistris ad hoc apte institutis collocaret, in eadem Constitutione edixerat Pontifex, ut Sacra haec Congregatio, Seminariis et studiorum Universitatibus praeposita, de condendo Romae Pontificio Instituto Altioris Latinitatis curaret (cf. *Constitutionem Ap.* n. 6 [LE 3043]; *Ordinationes* ad eius exsecutionem cap. I, art. II, § 4) [LE 3062].

Hoc igitur Institutum, quod condendum imperaverat Ioannes XXIII, et Paulus VI, Decessoris sui voluntati obsecundans, Litteris Apostolicis *Studia Latinitatis* die 22 februarii anno 1964 datis [LE 3168], condidit, iam erectum est sedemque amplam et apte instructam habet, ad hoc ipsum propositum exsequendum exstructam apud Pontificium Athenaeum Salesianum.

Cursuum initium fiet ineunte proximo anno academico 1965-1966. Quare ut tempestive de tota hac re certior fias et de mittendis alumnis possis cogitare, gratum nobis est his litteris libellum addere, qui et naturam propositumque Instituti illustrat et debitas tradit notitias de eius studiorum ratione.

Sacrum hoc Studiorum Consilium in magna spe est Te, Excellentissime Domine, secundum Pontificis optata, hoc praevalido usurum esse instrumento, quod Ecclesia, pro sua in omnes sollicitudine suppeditat ad futuros magistros in hac etiam studiorum parte optime formandos. Si enim huiusmodi magistri deerint in Seminariis, manca necessario erit prima potissimum, at etiam altior alumnorum institutio.

Oblatam nactus occasionem, totam animi mei observantiam Tibi exhibeo meque profiteor Excellentiae Tuae Reverendissimae addictissimum in Christo.—Iosephum Card. Pizzardo, *Praef.* Dinum Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaestina, *a Secr.*

* Ad Ordinarios locorum, Prot. N. 18/65: **Seminarium** 17 (1965) 39-40. «Studiorum ratio curriculorumque Ordo» exponitur apud **Seminarium** 17 (1965) 40-53.

ANNUS 1965

3246

1965 IAN 4.-PAULUS VI, RESCR. AAS 57 (1965) 188

Quarta Oecumenicae Synodi Vaticanae Secundae periodus indicitur

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Pp. VI, in Audientia hac die infrascripto impertita, statuere dignatus est ut quarta Ss. Concilii Oecumenici Vaticani Secundi periodus initium habeat die XIV mensis Septembris, in festo Exaltationis S. Crucis, anno MCMLXV; qua periodo exacta, memorato Concilio finis imponetur.

Ex Aedibus Vaticanis, die IV mensis Ianuarii, anno MCMLXV.—Hamletus I. Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3247

1965 IAN 7.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

De certitudine necessaria in dispensante ad valide dispensandum impedimentum disparitatis cultus cum cautiones praestantur aequipollentes

Casus—*Quaesitum.* Maria, neo-conversa ad fidem catholicam, est unica catholica in familia sua; vivit extra magnam civitatem, et praesentatur juveni infideli, a parentibus suis paganis, pro matrimonio. Hic juvenis infidelis est bene dispositus erga religionem catholicam, quapropter paratus est permittere ut pueri nati e matrimonio in religione catholica educentur. Attamen, de facto, nolit cautiones formales praestare quia parentes sui infideles non volunt. Notandum est quod, post matrimonium, Maria vivere tenetur cum parentibus mariti sui, i. e. in eadem domo. Ex eo quod scimus, parentes mariti non sunt bene dispositi erga religionem catholicam, et volunt ut proles «more patrio» educetur. Quia parentes magnum influxum habent in re domestica, timetur ne, de facto, proles non educetur catholice. Maria tamen est fervens catholica et promittit se facere quod potest ut proles catholice educetur.

Quia Maria est tantum 20 circiter annos nata et bene educata, forsan potest invenire aliam partem; sed de hoc nescimus. Ex alia parte, amat hunc juvenem infidelem bene dispositum erga religionem catholicam.

Dubium—*Quaeritur:* Matrimonium permitti potestne cum usu *cautionem aequipollentium?...*

In quantum fieri potest, Emñam ac Revñam Vestram humiliter rogo ut responsum quamprimum mihi mittere velit. Nam agitur de norma agendi maximi momenti.

Interim Sacram Purpuram reverenter deosculor.—Dominicus Fukahori, *Episcopus Fukuokaensis.* Datum Fukuokaensi, e sede Episcopali, die 18 augusti 1964.

Responsum—Ex Aedibus S. Officii, die 7 ianuarii 1965.

Exclñe ac Revñe Domine, Rite pervenerunt ad S. Officium documenta circa dispensationem ab impedimento disparitatis cultus pro matrimonio quod *Maria* catholica, intendit contrahere cum viro pagano, qui renuit cautiones formales praestare quamvis promittat se permissurum esse educationem catholicam prolis.

Attentis circumstantiis expositis, Emñi Patres huius Supremae S. C. in Coetu Plenario diei 16 decembris 1964 decreverunt: «pro gratia dispensationis ab impedimento disparitatis cultus, attentis cautionibus aequipollentibus iam datis et monita oratrice de suis obligationibus religiosis quoad se et quoadm prolem.»

Hanc occasionem nactus impensos aestimationis meae sensus Tibi pando permanens Excellentiae Tuae Revñae addictissimus.—A. Card. Ottaviani, *Secret.*

* Ordinario Fukuokaënsi, Prot. N. 2505/64: **RDC** 18 (1968) 201-206. **Adn.** J. P. LABELLE in **RDC** 18 (1968) 159-206.

3248

1965 IAN 9.-SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas denegatur absolvendi Officium divinum in choro lingua vernacula; facultas vero conceditur concelebrandi et impertiendi Absolutionem generalem formula breviori

Preces—Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, ad pedes S. V. provolutus, enixe petit:

I. Ut Fratres laici simul cum sacerdotibus in choro absolvere possint Laudes, Vesperas et Completorium lingua vernacula, adhibita versione legitime approbata.

II. Ut in casibus a Constitutione de Sacra Liturgia praevisis sacerdotes Ordinis concelebrare possint.

III. Ut Absolutio Generalis impertiri possit formula breviori, nempe incipiendo a verbis: *Dominus noster...*

Rescr.—Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi a Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI tributis, attentis peculiaribus adiunctis in supplici libello expositis, respondit: Ad I: *negative.* Ad II et III: *pro gratia iuxta petita,* postquam vero novus ritus concelebrationis publici iuris factus fuerit. Servatis de cetero servandis. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 9 ianuarii 1965.—Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *S. R. C. a Secretis.* Ioachim Sormanti, *Subst.*

* Procuratori Gen. O. F. M. Cap., Prot. N. O. 113/964: **AOFMCap** 81 (1965) 53. **Adn. AOFMCap** 81 (1965) 53; **CpR** 44 (1965) 207.

http://www.obrascatolicas.com

3249

1965 IAN 11.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 57 (1965) 233-236

Allocutio die 11 *Ian.* 1965 *habita ad Praelatos Auditores, Officiales et Advocatos Tribunalis S. Romanae Rotae, novo litibus iudicandis ineunte anno:*

DE MODO RECTE EXERCENDI NOBILE MINISTERIUM IUSTITIAE ADMINISTRANDAE

Monsignor Decano dei Prelati Uditori della Sacra Romana Rota; e voi tutti, venerati e distinti Prelati del detto Collegio; Officiali; Avvocati Concistoriali e abilitati al patrocinio presso la Sacra Rota, che partecipate a questa Udienza, dopo il rito propiziatorio, per voi celebrato nella Nostra Cappella Paolina!

Vi accogliamo con paterno compiacimento, lieti di potervi attestare in questa occasione, che ogni anno si ripresenta con faustissimo auspicio, la Nostra stima, la Nostra considerazione, il Nostro incoraggiamento, la Nostra lode, ampia e paterna. Le parole, che abbiamo testé udite, Ci hanno confermato solennemente e autorevolmente quali sono i vostri intenti nell'adempimento del vostro delicato, prudente, arduo compito al servizio della Chiesa e dei fratelli; Ci hanno detto con quale spirito di sacerdotale apostolato, di assoluta serietà e preparazione professionale, di profonda competenza e appassionata dedizione, voi attendete alla quotidiana responsabilità dell'impegno, che la Santa Sede vi affida con tanta fiducia, a difesa della giustizia, ed a cui guardano con rispetto, con estimazione, con speranza coloro, che a voi ricorrono. In voi vediamo i successori, tanto degni quanto esperti, di quei lontani *auditores causarum curiae domini Papae*, di quei *doctores iuris famosi*, ai quali i Nostri Predecessori, nel secolare seguito di in-
234 teressanti/ vicende storiche, assegnarono man mano attribuzioni sempre più ample, tanto meritate dalla loro dottrina, dall'esperienza del loro fedele servizio alla Cattedra di Pietro, dalla prudenza e integrità di vita, che li distingueva.

Sicché, nel ricevervi come di consueto, nel giorno in cui avete solennemente inaugurato l'Anno giudiziario con l'umile invocazione dei doni del Paraclito, l'animo Nostro si riempie di grande consolazione. E' anzi un'occasione attesa, possiamo ben dirvi, perché Ci permette di offrire un solenne, dovuto, meritatissimo riconoscimento a cotesto storico Tribunale, alla funzione che esso svolge in un campo tanto vasto e importante: sia nella difesa e nella ricerca della giustizia, cosa che da sola determina la sua fisionomia; sia nel servizio fedele del diritto, in vista del bene comune della società e delle anime; sia nella sollecitudine pastorale, per l'esemplare e benefica promozione dell'ordine equo ed umano, primo e indispensabile fondamento per l'edificazione dell'ordine cristiano, secondo le leggi imprescrittibili del Vangelo e le materne sollecitudini della Santa Chiesa.

Nell'esprimere questi sentimenti di plauso a voi, che componete il Tribunale nell'ordinato e saggio contemperarsi delle singole competenze e dei rispettivi uffici, si configura nel Nostro pensiero la fisionomia ideale dei perfetti cultori del diritto, di coloro che, dedicandosi al servizio della nobile virtù della giustizia, ben possono essere chiamati *Sacerdotes iustitiae*, bellissimo e augusto appellativo già usato da Ulpiano.

Si tratta in verità di un nobile ed alto ministero su la cui dignità si riverbera la luce stessa di Dio, Giustizia primordiale e assoluta, fonte purissima di ogni giustizia terrena. In questa luce divina è da considerare il vostro *ministerium iustitiae*, che deve essere sempre fedele e irreprensibile; in questa luce si comprende come esso debba rifuggire da ogni più piccola macchia di ingiustizia, per conservare a tale ministero il suo carattere di purezza cristallina.

Vigile senso di giustizia

Anche su questo argomento Noi abbiamo da porgervi il Nostro ampio riconoscimento. Ma vorremmo altresì richiamare la vostra attenzione sui pericoli che possono insidiare la vostra opera, la quale, essendo fatta per la Chiesa e in nome di essa, deve pertanto essere lontana anche solo dal sospetto, dall'ombra di qualsiasi ingiustizia. Eppure
235 giustizia potrebbero/ talora verificarsi dolorose e deplorevoli ingiustizie, che sarebbero assai nocive anche al retto funzionamento del vostro Tribunale. Diciamo soltanto ipoteticamente.

Ingiustizie possono incontrarsi nella preparazione del processo, quando, per i maneggi di professionisti senza scrupoli, le cause fossero a voi presentate già fondamentalmente alterate nella loro realtà giuridica, con motivi infondati, prove inconcludenti, testimoni subornati, documenti contraffatti o manipolati. In tale fase di istruttoria sarà dunque necessaria grande oculatezza e prudenza da parte vostra, per evitare che ogni ingiustizia possa prendere consistenza; sarà necessario il coraggio della verità, per ammonire i coniugi, o qualunque parte in causa, che non si inganna il Giudice divino, per il Quale ha valore soltanto la verità oggettiva, quella inerente alla realtà dei fatti.

Nell'accettare o respingere un libello, vi occorrerà dunque un vigile senso di giustizia, affinché cause destituite di ogni fondamento, o manifestamente basate sul falso, o anche su fatti veri, ma giuridicamente inetti a ottenere l'effetto desiderato, siano respinte con coraggiosa fermezza. Il culto della giustizia vi farà evitare da una parte un certo lassismo, che può indurre le parti a pericolose illusioni, a spese inutili, a reali danni, precludendo loro più eque soluzioni; e dall'altra rifuggirete da un eccessivo rigorismo, che rifiuta una ragionevole fiducia ai ricorrenti, col pericolo di ostacolare chi sta nel suo giusto diritto, con funeste conseguenze per la sua stessa salvezza eterna, quando si tratti di sanare dolorose situazioni morali.

Sapiente e sollecita premura

Ancora, ogni sospetto di ingiustizia andrà eluso anche nel proseguimento del processo, abolendo ogni *mora* non richiesta dalla particolare caratteristica o dalle circostanze speciali di qualche singola causa, e procedendo con sollecita premura, *sedulo et cito*, nel porre gli atti giudiziari, como nell'estendere, notificare ed eseguire le sentenze. Di fatto, voi ben sapete che ogni colpevole ritardo, causato da negligenza o da estranee occupazioni, nel fare o nell'eseguire la giustizia è già di per sé una ingiustizia, che ogni membro dei Tribunali ecclesistici deve accuratamente studiarsi di evitare anche da lontano.

Rifuggire infine da ogni ombra di sospetto nel costo dell'amministrazione della giustizia, è un dovere morale, che travalica la responsabilità individuale per assumere alte implicazioni sociali: poiché sa/rebbe di per sé una in- 236
giustizia, inammissibile in seno alla Chiesa, che un privato non possa pensare di ottenere giustizia, se non a caro prezzo. Da questo rimprovero sono lontani i Tribunali ecclesiastici —e possono andarne fieri davanti agli uomini e davanti a Dio—, perché essi sono largamente generosi nel concedere il beneficio dell'assistenza gratuita; e la Sacra Romana Rota, come Ci avete voluto far conoscere, anche quest'anno ha trattato con gratuito patrocinio, o con riduzione delle spese processuali, un numero di cause corrispondenti al quaranta per cento: di questo Ci rallegriamo vivamente, specialmente con voi, diletti e illustri signori Avvocati, che siete abilitati a patrocinare nei Tribunali della Chiesa. Ma un diverso modo di procedere, voi ne convenite, sarebbe tanto più riprovevole, in quanto offrirebbe immeritato motivo di critica all'intero operato della Chiesa medesima.

Diletti figli!

Nell'esprimervi questi pensieri di riconoscimento insieme e di esortazione, che farete oggetto delle vostre considerazioni, Noi invochiamo su di voi, e sull'attività del nuovo Anno giudiziario la costante pienezza della celeste Sapienza. La grazia del Signore vi accompagni sempre; il perfetto servizio della Chiesa brilli come ideale modello davanti ai vostri occhi e vi sostenga nelle immancabili difficoltà; la storia secolare della vostra istituzione vi animi a sempre più nobile e fruttuoso impiego delle vostre elette doti di ingegno e di volontà, affinché lo splendore della Sacra Romana Rota sia sempre gloria luminosa della Sede di Pietro, e testimonianza di Cristo al mondo, nella difesa della giustizia e nell'applicazione della carità.

E la Nostra Apostolica Benedizione scenda su ciascuno di voi, diletti Prelati Uditori, Officiali e Avvocati del Tribunale della Sacra Romana Rota, e vi mantenga nella pace e nella gioia del Signore, affinché la sua giustizia «accumuli sopra di voi un tesoro di consolazione e di gaudio e vi dia un nome eterno in eredità»[1].

[1] Cfr. *Eccli*, 15, 6.

Adn. P. T. in NrT 87 (1965) 316-317.

3250

1965 IAN 15.-SC STUDIORUM, LITT. CIRC. PART.*

DE UNICA DIE MUNDIALI PRECUM PRO VOCATIONIBUS SACERDOTALIBUS ET RELIGIOSIS CELEBRANDA DEQUE FINIBUS ET RATIONE SPIRITUALI HUIUS CELEBRATIONIS

Roma, 15 gennaio 1965

Eccellenza Reverendissima, La «GIORNATA MONDIALE di preghiere per le vocazioni», istituita in perpetuo da S. S. Paolo VI, f. r., è stata celebrata per la prima volta lo scorso anno in gran parte delle diocesi il 12 aprile, seconda domenica dopo Pasqua.

Nel prenderne atto con il più vivo compiacimento, ci rechiamo innanzi tutto a dovere di esprimere la nostra sincera gratitudine agli Eccellentissimi Vescovi i quali, a celebrazione avvenuta, hanno sollecitamente fatto pervenire a questo Sacro Dicastero una particolareggiata relazione, accompagnata da copiosa ed interessante documentazione.

L'Em.mo signor Cardinale Segretario di Stato di Sua Santità, informato di ciò che si era lodevolmente compiuto nelle diocesi, si compiaceva di significare fervidi sensi di riconoscenza e di rallegramento «a quanti hanno dato il loro generoso, valido contributo al felice esito della recente iniziativa pontificia». E aggiungeva: «Formulo, inoltre, voti che questa continui nel tempo avvenire ad avere una risonanza sempre più vasta e proficua presso il popolo cristiano, impegnandone mente e forze alla soluzione dell'importante problema delle vocazioni».

Con l'intento di corrispondere alle sollecitudini ed ai voti dell'Augusto Pontefice, questo Sacro Dicastero, presi gli opportuni accordi con la Sacra Congregazione dei Religiosi, si onora di comunicare all'Eccellenza Vostra Reverendissima che la seconda «Giornata Mondiale di preghiere per le vocazioni», in armonia con le disposizioni date dal Santo Padre, avrà luogo nel corrente anno 1965 il 2 maggio prossimo, seconda domenica dopo la Pasqua, detta, nel Rito Romano, del «Buon Pastore».

Tra quelle disposizioni ci piace rievocarne due in particolare: la prima che riguarda l'unicità della «Giornata Mondiale», comune a tutte le vocazioni, sia sacerdotali che religiose; la seconda che riguarda la finalità ed il carattere spirituale della celebrazione.

Come a commento delle disposizioni medesime vorremmo ancora rilevare che la «Giornata Mondiale» costituirà occasione veramente straordinaria per una nuova «crociata» di preghiere di sacerdoti, religiosi, seminaristi, fedeli, la quale troverà nella celebrazione del 2 maggio il punto culminante di una larga partecipazione comunitaria e di un religioso fervore intensamente sentito.

La «Giornata Mondiale», a sua volta, non potrà non avere le più favorevoli ripercussioni anche sulla ordinaria e costante attività pastorale del clero e su quella apostolica dei fedeli per le vocazioni, specialmente nelle presenti circostanze, quando le necessità della Chiesa si sono ovunque grandemente accresciute, mentre le forze disponibili di sacerdoti, religiosi, missionari appaiono ancora tanto impari all'immensità dell'impresa.

Fin d'ora siamo lieti di porgere a Vostra Eccellenza Rev.ma i migliori auguri per la celebrazione della «Giornata Mondiale» nella Sua diocesi, salve sempre le altre lodevoli consuetudini locali; come saremo grati di ricevere successivamente una relazione sullo svolgimento di essa insieme alla documentazione che Ella crederà opportuno farci conoscere.

Con profonda stima e reverente ossequio mi confermo dell'Eccellenza Vostra Reverendissima devotissimo.—Giuseppe Card. PIZZARDO, *Prefetto.* Dino Staffa, Arciv. tit. di Cesarea di Palestina, *Segretario.*

* Ad omnes Ordinarios locorum orbis; Seminarium 17 (1965) 54-55.

3251

1965 IAN 27.-SC RITUUM, DECR. AAS 57 (1965) 408-409

ORDO MISSAE, «RITUS SERVANDUS IN CELEBRATIONE MISSAE» ET «DE DEFECTIBUS IN CELEBRATIONE MISSAE OCCURRENTIBUS» EDUNTUR

Nuper edita Instructio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia [LE 3217] plures induxit mutationes, diversi sane momenti, praesertim in Missae celebrationem. Necessarium proinde visum est ut sive Ordo Missae, sive tractatus qui inscribuntur «Ritus in celebratione Missae servandus» et «De defectibus in Missae celebratione occurrentibus», quique in Missali romano inveniuntur, nova recensione donarentur, quae praelaudatae Instructionis praeceptis responderet./ 409

Consilium itaque ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia deputatum, prae oculis habens generalem rationem instaurationis Missae, hanc novam recensionem accurate redegit, quam Sacra haec Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi a Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI tributis, probavit atque uti typicam declaravit, mandans ut publici iuris fieret, et in novis Missalis romani editionibus assumeretur, ita ut normae ibi contentae ab omnibus fideliter serventur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Die 27 Ianuarii 1965.—Iacobus Card. LERCARO, *Archiepiscopus Bononiensis, Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia.* Arcadius M. Card. LARRAONA, *Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *a Secretis.*

Adn. P. TIHON in NrT 87 (1965) 632-640; EL 79 (1965) 122-143.

3252

1965 IAN 27.-SC STUDIORUM, DECR. AAS 57 (1965) 347

DOCTORATUS «IN STUDIIS ECCLESIASTICIS ORIENTALIBUS» CERTIS CONDITIONIBUS OBTENTUS AEQUIPARATUR, AD DOCENDI FINEM, DOCTORATUI «IN SACRA THEOLOGIA»

Optatissimam christifidelium «ab oriente et occidente venientium» (cf. *Matth.* 8, 11) iunctionem impigre strenueque prosequens, Apostolica Sedes «proprium altiorum studiorum domicilium de rebus orientalibus in hac Urbe, christiani nominis capite, condidit» (Benedicti XV M. P. d. XV m. octobris a. D. MCMXVII: *A. A. S.* IX, 532) [LE 54]. Pontificium hoc Institutum studiis rerum Orientalium Christianorum provehendis magnopere profuit, ita ut distinctae in eo «sectiones» ortae sint annorumque decursu probe succreverint, theologica scilicet, historica, liturgica, una cum Iure Canonico Orientali. Quum dubium nunc propositum sit de norma applicanda quae d. XXVIII m. augusti a. D. MCMXLV (*A. A. S.* XXXVII, 275) [LE 1837] promulgata est, re diligentissime perpensa, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, auctoritate a Ssmo D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI sibi concredita, declarat atque statuit gradum doctoratus in «studiis ecclesiasticis orientalibus» laudati Pont. Instituti ab ecclesiasticis viris obtentum qui, quadriennium theologicum praescriptum can. 1365 C. I. C. emensi et licentiam post expletum in Theologica Sectione biennium assecuti, examina ad doctoratum superaverint ac approbatam dissertationem doctoralem typis saltem ex parte ediderint, *Lauream esse doctoralem congruentem ad docendum* in Facultate Theologica ad normam Constitutionis Apostolicae «Deus scientiarum Dominus» [LE 1030], art. 21, 2.°, ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. XXVII m. Ianuarii, in festo S. Ioannis Chrysostomi, Antistitis Constantinopolitani et Ecclesiae Doctoris, a. D. MCMLXV.—Iosephus Card. PIZZARDO, Ep. Alban., *Praefectus.* Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaestina, *a Secretis.*

3253

1965 FEB 5.-SC STUD., DECR. AAS 57 (1965) 348-349

UNIVERSITAS CATHOLICA A BEATA MARIA VIRGINE IN COELUM ASSUMPTA IN URBE ASUNCIÓN, CAPITE REIPUBLICAE PARAQUARIAE, CANONICE CONSTITUITUR

Fovendi provehendique scientias ac artes atque in ipsis selectos iuvenes instituendi summa perpetuo fuit Catholicae Ecclesiae sollicitudo, adeo ut semper et ubique Ecclesiastici Antistites superiores condiderint scholas quibus alumni altioribus exercerentur studiis, exquisitiore scibilium rerum notitia imbuerentur, optimis denique moribus educarentur. Quod praesertim in Hibero-Americae territoriis Apostolica Sedes sine intermissione effecit, nulli par-

http://www.obrascatolicas.com

cens labori quo plures orirentur pleniusque florerent scientificarum investigationum domicilia, quibus aptissimorum magistrorum eruditorumque procerum delectus haberetur. Nuper quidem in Paraguayana ditione Sacra Hierarchia, cum laeta videret regiones albas esse iam ad messem, aptissimos operarios accivit «ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit» congregando «fructum in vitam aeternam» (*cf. Io.* 4, 36), atque cuncto plaudente populo cum supremis civilibus magistratibus, d. XXIV m. aprilis a D. MCMLX in capitali urbe ab Assumptione B. Mariae Virginis appellata, superiores aperuit scholas, praeeunte eiusdem urbis Archiepiscopo Metropolita cum Reipublicae Praeside, quas titulo «Universidad Católica Nuestra Señora de la Asunción» decoratas voluit. Cum autem, post quinquennium prospere transactum, Paraguayani Praesules per Apostolicum Nuntium canonicam erectionem ad normam can. 1376 C. I. C. a Sede Apostolica suppliciter postulaverint, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, re diligentissime perpensa, post approbata Statuta, Augusto Pontifici de Catholica Universitate canonice in laudata Metropoli constituenda humiliter retulit. Fausta autem initi Athenaei incrementa cum animadvertisset, Ssmus D. N. Paulus Div. Prov. Pp. VI peramanter annuere dignatus est ut idem Dicasterium rem ad actum deduceret secundum debitam praxim. Sacra igitur Congregatio, ad Dei O. M. gloriam Ecclesiaeque sanctae decus ac proventum, Catholicam Studiorum Universitatem a B. Maria Virgine in coelum Assumpta nuncupatam, in capitali urbe Paraguayanae Reipublicae nunc florentem, pro munere *constituit, erigit atque in perpetuum erectam declarat*, Facultatibus Philosophiae et Paedagogiae, Iuris (cum scientiis politicis et socialibus), Scientiarum adminis-
349 strativarum instructam, aliis praeditam scholis in/ disciplinas tum humanas tum religiosas excolendas, cum sectionibus in episcopali civitate Villaricensi et alibi inchoatis, ipsique iura, honores, privilegia tribuit quae huiusmodi Athenaeis in universo Catholico Orbe ad normam iuris competunt. Sacra eadem Congregatio praeterea praecipit ut omnia ad amussim compleantur quae approbata Statuta tum de coetu curatorum ac de moderatoribus praescribunt tum de magistrorum discipulorumque officiis definiunt, maxime autem de ipso Sacro Dicasterio statis temporibus edocendo rogandoque quoties novus Rector erit nominandus, aut nova Facultas vel superiorum studiorum Institutum forte instaurandum, aut cuiusvis disciplinae doctoratus honoris causa conferendus, aut quaevis in eadem Statuta mutatio inducenda. Hoc tandem Decreto Archiepiscopus Metropolitanus Sanctissimae Assumptionis pro tempore, Ordinarius loci, Catholicae nunc canonice constitutae Universitatis *Magnus Cancellarius* de iure edicitur, qui nomine Sanctae Sedis rite praesit invigiletque, ad normam —prout res ferat— articuli 14 Constitutionis Apostolicae «Deus scientiarum Dominus» [LE 1030] necnon articuli 3 «Ordinationum» [LE 1033] ad eandem Apostolicam Constitutionem exsequendam additarum. Ceteris servatis de iure servandis. Contrariis quibuslibet nullatenus obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis, d. II m. Februarii, in festo Purificationis B. M. V., a D. MCMLXV. Iosephus Card. PIZZARDO, Ep. Alban., *Praefectus*. Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaestina, *a Secretis*.

3254

1965 FEB 5.-PAULUS VI, CONST. AAS 57 (1965) 490-491

URBIS

TEMPLUM AB IMMACULATO CORDE BEATAE MARIAE VIRGINIS ROMAE EXSTANS DIACONIAE DIGNITATE AUGETUR

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei-Ad perpetuam rei memoriam

De magnitudine munerum suorum conscii, Romani Pontifices, quibus id oneris datum est ut universam christianam Rem publicam sapienti administratione gubernarent, iam inde a primaeva Ecclesiae aetate prudentissimorum virorum consilio uti consueverunt, quibus sane ut commode fruerentur, templa Romae exstantia Sanctorumque memoria nitentia in titulum dabant: ita factum est ut hi viri in Ecclesia principes sua virtute, pietate, fide castissima iisdem sacris aedibus ornamento essent. Cum autem hodie, auctis fere in immensum christianae religionis negotiis, et numerus Patrum Cardinalium sit aeque augen-

dus, nec tamen tituli iisdem attribuendis sint satis, visum est etiam, idque per has Litteras facimus, augustum templum Immaculato Cordi B. M. V. sacrum ad *diaconiae* dignitatem et gradum evehere, datis nempe iuribus et privilegiis quae his templis iure et consuetudine fieri solent. Id enim templum cura et studio summorum Pontificum Benedicti XV, Pii XI, Pii XII excitatum, ac benevolentia Ioannis XXIII in Basilicis Minoribus annumeratum, assiduo Missionariorum labore Filiorum Immaculati Cordis B. M. V. laetissime floret. Dilectus autem filius sacrae aedis Pastor curet ut has Litteras Nostras ad exitum adducat, inque populi atque cleri notitiam ferat, cum diem festum de praecepto in eodem celebrent. Re vero acta, documenta exaret, quorum sincera exempla ad Sacram Consistorialem Congregationem cito mittat.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis / sive manu exaratis, 491
quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo quinto, Pontificatus Nostri altero.—Iacobus A. Card. COPPELLO, *S. R. E. Cancellarius*. Carolus Card. CONFALONIERI, *S. Congr. Consistorialis a Secretis*. Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens*. Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost. Decanus*. Ioannes Calleri, *Proton. Apost.*

3255

1965 FEB. 5.-PAULUS VI, CONST. AAS 57 (1965) 481-482

URBIS

TEMPLUM SACRI CORDIS BEATAE MARIAE VIRGINIS DIGNITATE DECORATUR TITULI CARDINALICII

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei-Ad perpetuam rei memoriam

Sacrum Patrum Cardinalium Collegium, quorum mox numerum augendum studemus ut magis magisque huiusmodi praeclarissimorum virorum et consilii donis fruamur et in christiano populo regendo peritia, id quidem exigit, ut sacrarum etiam aedium numerum multiplicemus quas ad translaticium morem iisdem titulo assignemus. Haec plerumque templa vel antiquitate praestant, vel magni cuiusdam eventus celebritate, vel, si nostra praesertim conspiciantur tempora, populi frequentia rectorumque fideliumque rebus catholicis fovendis studio et alacritate. In quibus sacra etiam aedes, Sacro Cordi Beatae Mariae Virginis dicata, procul dubio est annumeranda, quae Nostra hac in Urbe existit, in regione scilicet, quam Parioli vulgata appellatione nominant. De apostolica ideo et suprema auctoritate Nostra templum, quod diximus, Deo dicatum in honorem Sacri Cordis Beatae Mariae Virginis *cardinalicio presbyterali titulo* honestamus, datis eidem iuribus et privilegiis, quibus huiusmodi Romana templa fruuntur. Ceterum mandamus, ut hae Nostrae sub plumbo Litterae, eius cura qui ad praesens eidem templo moderatur, ad effectum adducantur atque sive clero sive populo perlegantur, cum / primus dies festus de praecepto post 482
eas acceptas celebrabitur. Peracti autem negotii instrumentum conficiatur idemque, rite subscriptum sigilloque impressum, ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittatur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint sub-

scripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo quinto, Pontificatus Nostri altero.—Iacobus A. Card. COPPELLO, *S. R. E. Cancellarius*. Carolus Card. CONFALONIERI, *S. Congr. Consistorialis a Secretis*. Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens*. Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost. Decanus*. Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.*

3256

1965 FEB. 6.-SC RELIGIOSORUM, NOTIFICATIO. PART.*

DE DIFFERENTIA HABITUS RELIGIOSI INTER CHORALES ET CONVERSAS ABOLENDA APUD MONIALES CLARISSAS

Roma, 6 febbraio 1965

Reverendissimo Padre, informo la Paternità Vostra Reverendissima che potrà comunicare ai Monasteri delle Clarisse Cappuccine l'autorizzazione di abolire ogni differenza di abito tra Coriste e Converse.

Perché si proceda ovunque con uniformità, tale comunicazione riguarda tanto i Monasteri sotto la giurisdizione dell'Ordine come quelli dipendenti dagli Ordinarii dei luoghi; per questi ultimi, la Paternità Vostra si compiaccia d'informare gli Eccellentissimi Vescovi diocesani.

Sarà bene, intanto, pensare d'inserire il citato mutamento nelle Costituzioni.

Con sensi di religioso ossequio, mi confermo della Paternità Vostra Reverendissima devotissimo nel Signore.—I. Card. ANTONIUTTI, *Pref.*

* AOFMCap 81 (1965) 54. Adn. AOFMCap 81 (1965) 54; AOFM 84 (1965) 189-190.

3257

1965 FEB 9.-SC S. OFFICII, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR ADHIBENDI RITUM CATHOLICUM ET RITUM GRAECUM ORTHODOXUM IN CELEBRATIONE NUPTIARUM MIXTAE RELIGIONIS

PRECES—[Ordinarius Riverormensis, allegans Rescriptum S. C. Ecclesiae Orientalis diei 26 decembris 1964: notat in specie quoad graecos orthodoxos]: «he desires to observe the rules of his Church and, if I mistake not, he is unwilling to give offense to his parents and absolutely refuses to enter marriage without the blessing of an Orthodox priest». This case was sent to the Holy Office through the Vatican Secretariate of State.

RESCR.—In this matter I inform you that this Supreme Congregation, after consideration of the circumstances set forth, has granted the requested faculty provided that the marriage first be celebrated in the Catholic form and that danger of scandal be removed by avoiding external pomp of every kind.

* Ordinario Riverormensi, Prot. N. 321/65: BOUSCAREN VI, p. 607.

3258

1965 FEB. 11.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 57 (1965) 295-296

DE LOCO PATRIARCHARUM ORIENTALIUM IN SACRO CARDINALIUM COLLEGIO

PAULUS PP. VI

Ad purpuratorum patrum Collegium animum Nostrum intendentes, quaedam constituere opportunum censemus, quibus in eodem amplissimo Summi Pontificis Consilio honoratior posthac tribuatur locus Patriarchis Orientalibus, in supremum Ecclesiae Senatum allectis.

Itaque, derogantes quantum opus est canoni 231 § 1 Codicis Iuris Canonici, Nostris hisce Litteris motu proprio datis, ea quae sequuntur decernimus.

I. Patriarchae Orientales, qui in Patrum Cardinalium Collegium relati fuerint, ordini Episcopali eiusdem Collegii accensebuntur.

II. Hi tamen, cum suam Patriarchalem sedem retineant, nullius dioecesis suburbicariae titulo augebuntur nec ad clerum Urbis pertinebunt.

III. Lex de qua supra (nn. I et II) ad eos etiam Cardinales spectat, qui nunc officio Patriarchali in Oriente potiuntur. Qui propterea, amisso titulo in Urbe, ex ordine Presbyterali ad ordinem Episcopalem ipso iure transferun tur, et in eodem obtin ent locum iuxta normas, quae subeunt.

IV. In Cardinalium Collegio priores locos ordinatim obtinent Decanus et Subdecanus; quos proxime sequuntur alii Cardinales Episcopi, qui dioecesibus suburbicariis vel praesunt vel ab ipsis titulum sumunt. Hae enim dioeceses, ad historiae fidem, peculiari modo cum Urbe Roma, Nostri episcopatus sede, semper coniunctae sunt, cumque ea aliquid unum quodammodo effecerunt. / 296

V. Deinde in eiusdem sacri Collegii ordine Episcopali singularem locum obtinent, suae dignitati congruum, Cardinales Patriarchae ex Oriente, ratione habita et temporis et dispositionis, quibus quisque in Purpuratorum Patrum numerum cooptatus est.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XI mensis Februarii, anno MDCCCCLXV, Pontificatus Nostri secundo.—PAULUS PP. VI.

Adn. E. B. in NRT 87 (1965) 416; C. DE CLERCQ in Apoll. 38 (1965) 105-107; C. SECO in Ius can. 8 (1968) 223-266.

3259

1965 FEB. 15.-SECRETARIA STATUS, LITTERAE. PART.*

STATUTA FOEDERATIONIS INTERNATIONALIS «PUERI CANTORES» DEFINITIVE ADPROBANTUR

Dal Vaticano, 15 Febbraio 1965

Ill.mo e Rev.mo Signore, ho il piacere di comunicare alla Signoria Vostra Ill.ma e Rev.ma che il Santo Padre Si è degnato di approvare definitivamente gli «Statuta Foederationis Internationalis Pueri Cantores», secondo il testo qui unito.

Sua Santità Si compiace di rinnovare, in tale felice circostanza, il Suo apprezzamento per la Federazione, mentre formula fervidi voti di prosperità e imparte di cuore la Sua particolare Benedizione Apostolica in auspicio di elette e copiose grazie celesti.

Mi valgo dell'incontro per confermarmi con sensi di distinta stima, della S. V. Ill.ma e Rev.ma dev.mo nel Signore.—A. G. Card. CICOGNANI.

* Praesidi Foederationis internationalis «Pueri cantores», Prot. N. 25598: ME 90 (1965) 175-183. Adn. F. ROMITA in ME 90 (1965) 184-197. Vide Statuta Foederationis apud ME 90 (1965) 176-183.

3260

1965 FEB 17.-SC SACRAMENT., DECRETUM. PART.*

DE ORDINANDIS IN REGIONE PASTORALI TOLOSANA TRIBUNALIBUS ECCLESIASTICIS TOLOSANO IN PRIMO IURISDICTIONIS GRADU ET RUTHENENSI IN SECUNDO IURISDICTIONIS GRADU PRO CAUSIS NULLITATIS MATRIMONII ARCHIDIOECESIUM TOLOSANAE ET ALBIENSIS AC DIOECESIUM AUXITANAE, CARCASSONENSIS, MONTIS ALBANI, APAMIENSIS, ELNENSIS, RUTHENENSIS, CADURCENSIS, MIMATENSIS, TARBIENSIS ET LAPURDENSIS DECIDENDIS

Excmi Ordinarii Tolosanus, Albiensis, Auxitanus, Carcassonensis, Montis Albani, Apamiensis, Elnensis, Ru-

http://www.obrascatolicas.com

thenensis, Cadurcensis, Mimatensis, Tarbiensis et Lapurdensis prae oculis habitis:

Iis quae Litteris Apostolicis «Qua cura», die 8 decembris 1938 Motu proprio a Pio Pp. XI v.m. datis *(A. A. S.*, XXX, p. 410 ss.) [LE 1457] pro Tribunalibus ecclesiasticis Italiae salubriter provideque statuta fuerunt;

Decreto Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum diei 28 ianuarii 1946 *(A. A. S.*, XXXVIII, p. 28 ss.) [LE 1850] pro Tribunalibus Ecclesiasticis Matrimonialibus Ditionis Canadensis ordinandis.

Decreto diei 31 decembris 1956 *(A. A. S.*, t. XXXXIX, p. 163 ss.) [LE 2619] pro Tribunalibus Ecclesiasticis Matrimonialibus Insularum Philippinarum ordinandis;

Perpensis gravibus difficultatibus, quas ipsi praesertim in praesentiarum experiuntur, ob sacerdotum penuriam, qui iudiciario labori incumbant, ad propria ac idonea Tribunalia Matrimonialia constituenda, per Excmi Archiepiscopi Tolosani tramitem, postulationem Sanctae Sedi porrigendam statuerunt, vi cuius in Regione Pastorali Tolosana *duo* constituerentur Tribunalia Matrimonialia competentia ad pertractandas causas nullitatis matrimoniorum suarum dioecesium, sive formales, sive summarias, sc. *Tribunal Tolosanum* in primo iurisdictionis gradu, cum sede *Tolosae*, et *Tribunal Ruthenense*, in secundo iurisdictionis gradu, cum sede *Ruthenis*.

Quas preces haec Congregatio de disciplina Sacramentorum cum rite perpendisset,

attenti etiam voto favorabili Excmi Nuntii Apostolici in Gallia, easdem per infrascriptum Secretarium Ssmo Nostro Paulo Divina Providentia Papae VI in Audientia diei 4 m. Novembris 1964 eidem benigne concessa retulit.

Sanctitas vero Sua, quae sequuntur, *ad decennium* et *ad experimentum* decernere dignata est:

I. Tribunal competens ad pertractandas in prima instantia omnes causas nullitatis matrimoniorum, ritu sive formali, sive summario (cc. 1990-92) dioecesium Tolosanae, Albiensis, Auxitanae, Carcassonensis, Montis Albani, Apamiensis, Elnensis, Ruthenensis, Cadurcensis, Mimatensis, Tarbiensis, in Regione pastorali Tolosana exstantium, conditionibus a Codice I. C., necnon ab Instructione «Provida Mater» diei 15 augusti 1936 *(A. A. S.*, t. XXVIII, pp. 313-336) [LE 1347] definitis, sit *Tribunal Tolosanum*.

II. Praefatarum causarum appellatio, incolumi semper manente facultate directe provocandi ad Tribunal Sacrae Romanae Rotae iuxta c. 1599 § 1, 1.° C. I. C., recipitur a Tribunali secundae instantiae *Ruthenensi* in sede episcopali Ruthenensi constituto. Quae duo tribunalia primae nempe et secundae instantiae sint *communia* praefatis dioecesibus et insimul *propria* unicuique. Officialem autem horum duorum Tribunalium sint insimul unusquisque Officialis in propria dioecesi.

III. Officiales, Iudices, Promotores Iustitiae et vinculi Defensores (necnon, si opus sit, eorum substituti) eorumdem tribunalium ex undecim memoratis dioecesibus aeque deligi possunt: omnes tamen constituantur oportet *ad validitatem* in Coetibus Regionalibus Excmorum Ordinariorum Regionis Pastoralis Tolosanae ad maiorem suffragiorum partem.

IV. Quorum Tribunalium Tolosani et Ruthenensis iura et officia, practicam agendi rationem, tempus exsecutionis eorum quae supra statuta sunt normasque temporarias, relate ad causas nullitatis matrimoniorum pendentes, Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum definiet.

V. Eadem Sacra Congregatio vigilem sedulamque pro suo munere operam dabit, ut tum Officiales, tum Iudices, tum praesertim Promotores Iustitiae et vinculi Defensores muneribus suis rite naviterque perfungantur iuxta normas ab eadem Sacra Congregatione editas.

Ssmus Dominus Noster Paulus Pp. VI haec statuit, non obstantibus quibuslibet in contrarium facientibus, licet speciali mentione dignis.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 17 mensis februarii, anno MCMLXV.

* An. can. 10 (1965) 297-298 not. 195. Adn. L. BONNET - M. A. THERME in RDC 18 (1968) 74-83; B. DE LAUNIVERSIN in Ius can. 8 (1968) 369-398; M. DESDOUITS in RDC 18 (1968) 188-195; 19 (1969) 3-24; 20 (1970) 3-22, 220-240; CH. LEFEBVRE in An. can. 10 (1965) 295-305.

3261

1965 FEB 17.-SC SACRAMENTORUM, DECRETUM. PART.*

De constituendis Tribunalibus Regionalibus Ecclesiasticis Massiliensi in primo iurisdictionis gradu et Aquensi in secundo iurisdictionis gradu pro causis nullitatis matrimonii decidendis dioecesium Massiliensis, Aquensis, Adiacensis, Forojuliensis-Tolonensis, Niciensis, Diniensis et Vapincensis

Exc. mi Ordinarii Massiliensis, Aquensis, Adiacensis, Forojuliensis-Tolonensis, Niciensis, Diniensis et Vapincensis, prae oculis habitis:

Iis quae Litteris Apostolicis *«Qua Cura»*, die 8 decembris 1938 Motu Proprio a Pio Pp. XI v. m. datis *(A. A. S.*, XXX, p. 410 ss) [LE 1457], pro Tribunalibus Ecclesiasticis Italiae salubriter provideque statuta fuerunt;

Decreto Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum diei 28 Ianuarii 1946 *(A. A. S.*, XXXVIII, p. 28ss) [LE 1850], pro Tribunalibus Ecclesiasticis Matrimonialibus Ditionis Canadensis ordinandis;

Decreto diei 31 Decembris 1956 *(A. A. S.*, XXXXIX, p. 163ss) [LE 2619] pro Tribunalibus Ecclesiasticis Matrimonialibus Insularum Philippinarum ordinandis;

Perpensis gravibus difficultatibus, quas ipsi praesertim in praesentiarum experiuntur, ob sacerdotum penuriam, qui iudiciario labori incumbant, ad propria ac idonea Tribunalia constituenda, postulationem Sanctae Sedi porrigendam statuerunt, vi cuius in eorum regione duo constituerentur tribunalia matrimonialia competentia ad pertractandas causas nullitatis matrimoniorum suarum dioecesium, sive formales sive summarias, sc. *Tribunal Massiliense*, in primo jurisdictionis gradu, cum sede *Massiliae* et *Tribunal Aquense*, in secundo jurisdictionis gradu, cum sede *Aquis Sextiis*.

Quas preces Sacra haec Congregatio de Disciplina Sacramentorum cum rite perpendisset, attento etiam favorabili voto Exc. mi Nuntii Apostolici in Gallia, easdem per infrascriptum Cardinalem Praefectum retulit Ss. mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI in Audientia die 16 Februarii 1965 eidem benigne concessa.

Sanctitas vero Sua, quae sequuntur, *ad decennium* et ad *experimentum* statuere dignata est, decernens eadem executioni mandata, contrariis quibuscumque, licet speciali mentione dignis, minime obstantibus.

I. Tribunal competens ad pertractandas, in prima instantia, omnes causas nullitatis matrimoniorum, ritu sive formali sive summario (cc. 1990-92) dioecesium Massiliensis, Aquensis, Adiacensis, Foroiuliensis-Tolonensis, Niciensis, Diniensis et Vapincensis, conditionibus a Codice J. C. necnon ab Instructione «Provida Mater» diei 15 Augusti 1936 *(A. A. S.*, XXVIII, p. 313-36) [LE 1347] definitis, sit *Tribunal Massiliense*.

II. Praefatarum causarum appellatio, incolumi semper manente facultate directe provocandi ad Tribunal Sacrae Romanae Rotae, juxta can. 1599, § 1 n.° 1 C. J. C., recipitur a Tribunali secundae instantiae *Aquensi*.

Quae duo Tribunalia primae nempe et secundae instantiae sint *communia* praefatis dioecesibus et insimul propria unicuique. Officiales autem horum duorum Tribunalium sint insimul unusquisque Officialis in propria dioecesi.

III. Officiales, Judices, Promotores Justitiae et Vinculi Defensores (necnon, si opus sint, eorum substituti) eorumdem tribunalium ex septem memoratis dioecesibus aeque deligi possunt; omnes tamen constituantur oportet, *ad validitatem*, in Coetibus Regionalibus Excmorum Ordinariorum ad majorem suffragiorum partem.

IV. Quorum Tribunalium Massiliensis et Aquensis jura et officia, practicam agendi rationem, tempus executionis eorum quae supra statuta sunt normasque temporarias, relate ad causas nullitatis matrimoniorum pendentes, Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum definiet.

V. Eadem Sacra Congregatio vigilem sedulamque pro suo munere operam dabit ut tum Officiales, tum Judices, tum praesertim Promotores Iustitiae et Vinculi Defensores muneribus suis rite naviterque perfungantur juxta normas ab eadem Sacra Congragatione editas.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 17, mense Februarii, anno MCMLXV.—B. Card. Aloisi Masella, *Praef.* C. Zerba, *Secr.*

* RDC 15 (1965) 358-359. Adn. vide sub die 1965 Feb. 17: LE 3260

3262

1965 FEB 17.-SC SACRAMENTORUM, NORMAE. PART.*

Normae pro exsequendo decreto diei 17 Februarii 1965 de constituendis Tribunalibus Regionalibus Ecclesiasticis Massiliensi in primo iurisdictionis gradu et Aquensi in secundo iurisdictionis gradu pro decidendis causis nullitatis matrimonii dioecesium Massiliensis, Aquensis, Adiacensis, Foroiuliensis-Tolonensis, Niciensis, Diniensis et Vapicensis

Ut ad effectum deducantur quae per Decretum diei 17, mensis Februarii, anni 1965 [LE 3261] praescripta sunt, Sacra haec Congregatio quae sequuntur statuit:

Caput I.—*De Tribunalium Regionalium Massiliensis et Aquensis moderatore, iudicibus et administris*

Art. 1. Tribunal primae instantiae Massiliense et Tribunal secundae instantiae Aquense subsunt respective auctoritati Archiepiscopi Massiliensis et Archiepiscopi Aquensis, qui, proinde eadem regunt et moderantur nomine omnium Episcoporum Regionis eisdemque omnia jura et officia attribuuntur quae Ordinariis locorum ad normam Sacrorum canonum C. J. C. et *Instructionis* Sacrae hujus Congregationis de Disciplina Sacramentorum diei 15 Augusti 1936 *(A. A. S.*, vol. XXVIII, p. 113ss) [LE 1347] circa proprium Tribunal competunt, nisi aliter infra cautum sit vel subiecta materia aperte exigat.

Art. 2. Officiales, Iudices, Promotores Iustitiae, Vinculi Defensores (necnon si opus sint, eorum substituti) Tribunalium Massiliensis et Aquensis constituantur *ad validitatem*, ut mandat praefatum Decretum sub n. III, in *Coetibus* memoratorum Excmorum Ordinariorum Regionis ad majorem suffragiorum partem.

Quoad constitutionem ceterorum ministrorum Excmi Moderatores utriusque Tribunalis utantur iure communi.

Art. 3. Candidati ad ista munera obeunda integritate morum praestent, et, ad Iudices quod attinet, laurea, vel saltem licentia in iure canonico praediti sint, quod maxime est optandum; secus candidati seligantur scientia diuturnaque experientia juridica vere praecellentes; ipsi autem congruum tempus quidem impendere valeant gravibus muneribus sibi collatis rite obeundis.

Art. 4. Nomina eorum qui electi ad munera Officialis (necnon, si adsint, Vice-Officialis vel Vice-Officialium), Iudicum, Promotores Iustitiae, Vinculi Defensores (et horum, si exstent, substitutorum) cum Excmo Nuntio Apostolico in Gallia quamprimum ab eodem Excmo Praeside Coetus Episcoporum communicentur, una cum indicatione aetatis, studiorum, curriculi vitae necnon cum testimonio circa eorum sacerdotales virtutes, ad *«Nihil obstat»* ab hac Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum obtinendum.

Art. 5. Nominationes, de quibus supra, generatim ad *triennium* fiant salva facultate eas confirmandi ad successiva triennia.

Art. 6. Iusiurandum de officio rite fideliterque implendo ac de secreto servando (c. 1623; c. 1625 § 2) praestari debet coram Archiepiscopo Massiliensi inde ab initio susceptiofficii, si de ministris Tribunalis primae instantiae agatur; coram Archiepiscopo Aquensi, si de ministris Tribunalis appellationis.

Art. 7. Ministri Tribunalium Matrimonium Regionalium Massiliensis et Aquensis removeri nequeunt durante munere nisi a Coetu Excmorum Ordinariorum, de quibus in Decreto, excepto gravissimo urgentique casu, quo ab Archiepiscopo Massiliensi aut Archiepiscopo Aquensi, pro sua cujusque competentia, removeri queunt, statim Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum certiore facta. Necessariae substitutioni provideatur juxta Art. 2 harum Normarum.

Art. 8. Nemo judicis munere in causa fungi poterit qui advocati vel procuratoris munus exerceat in causis matrimonialibus, sive directe sive per interpositam personam, quamvis id agat apud alia Tribunalia, etiam Sanctae Sedis: idem valet pro Iustitiae promotore et pro Vinculi Defensore. Iidem omnes districte vetantur etiam in quaslibet causas matrimoniales extra munus suum se quomodolibet ingerere.

Art. 9. Excmi Moderatores Tribunalium Massiliensis et Aquensis, collatis consiliis cum ceteris Episcopis Regionis, qui a Sancta Sede Decretum de predictis Tribunalibus erigendis petierunt, album advocatorum pro Tribunalibus conficiendum curent iuxta art. 47-53 memoratae *Instructionis*.

Art. 10. Advocati et procuratores esse debent vere catholici, aetate maiores et integritate religioneque praestantes; advocati sint oportet praeterea laurea in iure canonico saltem praediti et ab Archiepiscopo Massiliensi aut ab Archiepiscopo Aquensi respective approbati.

Caput II.—*De modo procedendi in causis matrimonialibus pertractandis*

Art. 11. Quoad causarum tractationem adamussim serventur praescripta citatae Instructionis *Provida Mater* diei 15 Augusti 1936, his tantum additis aut immutatis, quae infra statuuntur.

Art. 12. Libellus porrigatur Episcopo Dioecesis partis actricis, qui illum tradere curabit Tribunali Regionali primae instantiae.

Art. 13. Causae ita inscribantur: primum ponatur nomen Tribunalis Regionalis, deinde Dioecesis celebrati matrimonii vel dioecesis viri, postremo titulus causae, ex. gr. *Tribunal Massiliense Regionale primae instantiae* - Adiacensis. *Nullitatis Matrimonii* (N.-N.)»; in Tribunali Appellationis, titulus causae sit: «*Tribunal Aquense Regionale Appellationis* - Adiacensis - *Nullitatis matrimonii* (N.-N.)».

Art. 14. Ad Episcopum domicilii conjugum spectat iudicium ferre de existentia adiunctorum, de quibus in art. 38 § 2 et 39 b, *Instructionis* praefatae; quod tamen iudicium antequam ferat, opportune cum Excmo Archiepiscopo et Moderatore Tribunalis Massiliensis aget.

Art. 15. Archiepiscopi Sedis Tribunalis Regionalis erit tutorem aut curatorem admittere vel designare ad normam art. 78 praefatae *Instructionis*, collatis consiliis cum Ordinario partis conventae, cui tutor constituendus est.

Art. 16. Partium depositio excipietur de more in ipsa sede Tribunalis primae instantiae Massiliensis vel secundae instantiae Aquensis; quatenus vero necessitas postulet, in sede Tribunalis Dioecesani a Iudice Tribunalis Massiliensis vel Aquensis Notarioque.

Art. 17. Testes generatim excutiantur in Dioecesi proprii domicilii ab Officiali Dioecesano, adstantibus Vinculi Defensore Notarioque Dioecesanis.

Art. 18. Depositiones in textu originali sive partium sive testium serventur apud Dioecesanum Tribunal, et earum authentica exemplaria ad Tribunal Regionale primae vel secundae instantiae mittantur.

Documenta vero tradantur in textu originali eisdem Tribunalibus primae vel secundae instantiae et authentica exemplaria apud Dioecesanum Tribunal serventur.

Art. 19. § 1. In casibus exceptis (can. 1990-92) quaelibet petitio remittatur ad Archiepiscopum Tribunalis Regionalis qui, praehabito voto Episcopi domicilii conjugum, de eadem videat ad normam Tituli XV *Instructionis* citatae. Officialis vero de quo in art. 228 *Instructionis* est Officialis Tribunalis Massiliensis vel Aquensis, prout agatur de Tribunali primae vel secundae instantiae.

§ 2. Vinculi Defensor facile ne omittat appellationem, de qua in art. 229 *Instructionis*, interponere ad Tribunal secundae instantiae, praesertim cum agatur de impedimentis a quibus dispensari solet.

Caput III.—*De ministrorum tribunalium, advocatorum et procuratorum remuneratione necnon de taxis et iudicialibus expensis*

Art. 20. Remunerationes pro ministris Tribunalium Regionalium Massiliensis et Aquensis ab Excmorum Episcoporum Coetu definiantur, probe consideratis munerum, locorum temporumque adjunctis, sicuti et causarum munere.

Art. 21. Idem Excmorum Episcoporum Coetus notulam taxarum et expensarum iudicialium necnon emolumentorum ad Advocatos et Procuratores spectantium pro causis nullitatis matrimonii apud Tribunalia Regionalia Massiliense et Aquense pertractandis definiat.

Art. 22. Notula vero taxarum, expensarum iudicialium (prae oculis habito art. 233 citatae *Instructionis)* et emolumentorum distincte litigantibus necessario notificetur.

Art. 23. Excmi Ordinarii in suetis Regionalibus Coetibus contributionem statuent singularum Dioecesium pro expensis Tribunalium Matrimonialium Regionalium, numero catholicorum, vel etiam, si opportunum fuerit, causarum singularum Dioecesium proportionatam.

http://www.obrascatolicas.com

Art. 24. Quoties ad normam juris (art. 237ss. Instructionis *Provida Mater;* c. 1914ss) gratuitum vel semi-gratuitum patrocinium concessum fuerit, litigantium Dioecesis Regionis itinerum ministrorum Tribunalium Massiliensis et Aquensis expensas praestabit, quae ad se attinent.

Art. 25. Curent Exc*mi* Moderatores ut in sede Tribunalium sive primae sive secundae instantiae iuridica Bibliotheca constituatur ad ministrorum muneri favendum.

NORMAE TEMPORARIAE SEU TRANSITORIAE

Quae supra statuta sunt necnon Decretum diei 17 Februarii 1965 de ordinandis Tribunalibus Regionalibus Massiliense et Aquense exsecutioni mandentur die 5 *Aprilis* 1965. Quod causas quae dicta die pendentes in prima instantia invenientur in Tribunalibus Dioecesanis, ita procedatur:

1) Si libellus iam oblatus est, nec adhuc ad litis contestationem seu dubiorum concordantiam (c. 1727 C. J. C., art. 88 *Instructionis)* deventum sit, libellus ipse transmittatur ad competens Tribunal primae instantiae Massiliense, neque de causa ulterius agat Tribunal Dioecesanum.

2) Si instructio processus sit tantum initiata per litis contestationem et partes, necnon Vinculi Defensor et, si causae intersit, Promotor Justitiae, non obstent, processus deferri potest ad Tribunal primae instantiae Massiliense.

3) Causa iam conclusa (art. 177 *Instructionis)*, Tribunal Dioecesanum sententiam definitivam edat necesse est.

4) Idem fiat, mutatis mutandis, in causis de qua agitantur in gradu appellationis.

Ss*mus* Dominus Noster Paulus divina Providentia Pp. VI in Audientia Emo hujus Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto die 16 Februarii 1965 concessa, praefatas Normas benigne confirmare et ratas habere dignatus est.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 17 mense Februario, anno 1965.—B. Card. Aloisi MASELLA, *Praef.* C. Zerba, *Secr.*

*RDC 15 (1965) 380-384. Adn. vide sub die 1965 Feb. 17: LE 3260.

3263

1965 FEB 22.-PAULUS VI, EPIST. AAS 57 (1965) 301-305

Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos orbis catholici, LXXV exeunte anno post conditum Pontificium Opus a S. Petro Apostolo appellatum:

PONTIFICIUM OPUS A S. PETRO APOSTOLO LAUDATUR ET INTER ALUMNOS SCHOLARUM MEDIARUM TOTIUS ORBIS APTIUS PROPAGANDUM PRAECIPITUR

PAULUS PP. VI

Venerabiles fratres - Salutem et Apostolicam Benedictionem

Benignissimus Deus, qui arcano providentiae suae consilio, antequam ad Petri Cathedram eveheremur, gressus Nostros ad Africae regiones direxerat, nuper hoc novum Nobis contulit beneficium, ut scilicet, occasione data Congressus Eucharistici Bombayensis, etiam dissitas Orientis plagas Indorumque nobilissimas gentes inviseremus.

In hisce autem faustis vitae Nostrae eventibus quasi auspicium quoddam ac supernum invitamentum placet
302 agnoscere, ut impensiore sollicitudine officium Nostrum consideremus ac / partes transigamus supremi muneris apostolici proprias, quae Nos iubent, ex certissimo Iesu Christi mandato, salutiferum eius veritatis, gratiae, pacisque nuntium inter universos populos propagare [1].

Nunc vero opportuna praebetur occasio animum Nostrum, paterna cura praecipuoque amore affectum *in viscera Iesu Christi* [2], ad eos iuvenes convertendi, quos in variis iisque longinquis terrarum orbis partibus, missionalium labore excolendis, eo consilio sibi elegit Deus, ut fratres suos sacri muneris ope ad gloriam Domini videndam

perducant [3]. Iamvero, nuper septuagesimus quintus annus expletus est, ex quo primordia sumpsit Pontificium Opus a Sancto Petro Apostolo appellatum, cui hoc fuit propositum, ut in iis regionibus, ubi catholica Ecclesia recens constituta esset vel Evangelii nuntiatio adhuc Missionalium curis demandaretur, adolescenti clero auxilium ferret, opes suppeditando ad Maiora et Minora Seminaria condenda vel sustentanda.

Probe nostis, Venerabiles Fratres, anno MDCCCLXXXIX piissimas feminas e Gallica natione ortas, Stephaniam Cottin-Bigard eiusque filiam Ioannam, postquam Vicariatus Apostolicus Nagasakiensis auxilium pro suo clero indigena postulaverat, divini Spiritus impulsioni obsecutas, consilium cepisse, se, sua bona suique animi vires in id impendendi, ut christifidelium voluntates quam latissime excitarentur ad efficaciter iis iuvenibus subveniendum, qui in terris nondum catholicae Ecclesiae adiunctis ad sacerdotium divinitus vocarentur.

Primi conatus primaque huius Operis initia, ut fieri solet in Ecclesia quotiescumque, Deo volente ac favente, salutaria incepta ineuntur, contemptionibus, doloribus difficultatibusque omne genus non caruerunt, quae tamen animum egregium illarum feminarum non modo non fregerunt, sed etiam in generosis susceptis propositis magis magisque confirmarunt. Anno MDCCCXCV Opus a S. Petro Episcopus Sagiensis legitime approbavit, ac deinde anno MCMII Moderatores Pagorum Friburgensium, in nobili Helvetiorum Natione, eidem personae / iura tribuerunt. 303
Post obitum autem Stephaniae Cottin-Bigard, doloribus rebusque adversis magis quam aetate confectae, eius filia Ioanna, quae infirma laborabat valetudine, cum recens Opus firmiore regimine munire vellet, illud religiosae feminae Mariae a Passione et Sororum Congregationi ab ea conditae, Franciscalium scilicet Missionalium a Maria Virgine, concredidit et commendavit.

Ad Decessores Nostros quod attinet, constat Leonem XIII et S. Pium X plurimis benevolentiae significationibus Opus a S. Petro Apostolo prosecutos esse. Benedictus XV autem, petitiones benigne admittens Sororum Franciscalium Missionalium a Maria Virgine, decreto S. Congregationis Propagandae Fidei edito anno MCMXX, cui est initium *Ut missiones ad exteras gentes,* Opus sua auctoritate probavit, idemque subiectum voluit potestati ipsius Sacrae Congregationis Propagandae Fidei; qua quidem agendi ratione ille Pontifex etiam dignum praemium persolvere visus est summae fidelitati, quam egregiae Operis Auctrices erga Apostolicam Sedem semper in exemplum sunt professae. Denique Summus Pontifex Pius XI, Apostolicis Litteris motu proprio datis anno MCMXXIX, quibus est index *Vix ad summi* et *Decessor Noster,* statum iuridicum Operis aptius definivit eique leges ac statuta propria dedit. Itaque Opus a S. Petro Apostolo, Sanctae Sedis praesidio et impulsu munitum, novo floruit vigore ac summos progressus fecit in auxiliatrice opera Missionalibus praestanda; quod inter alia aperte ostendit ingentissimus sacerdotum atque etiam sacrorum Pastorum numerus, quibus ad hos usque dies Opus a S. Petro sapienti ac liberali caritate opitulatum est.

At hominum societas celerrimo cursu ad novas vitae condiciones procedit, ac dum in omnibus navitatis campis progressus augentur, simul Evangelii disseminandi eiusque operariorum necessitas in dies crescit. Etenim, si territoria S. Congregationis Propagandae Fidei auctoritati subiecta spectamus, non in omnibus Nationibus unum saltem Seminarium Maius, neque in omnibus dicionibus ecclesiasticis saltem proprium Seminarium Minus adhuc habetur, quibus satisfieri possit iustis atque impensissimis locorum Ordinariorum postulationibus, qui paucitate cleri laborant. 304
Praeterea necesse est, ut / Instituta iam condita in meliorem statum redigantur, eorum sedes in opportuniorem transferantur locum, scholarum temperatio atque subsidia efficaciore ratione ordinentur, magistrorum numerus multiplicetur; paucis verbis, prorsus opus est, ut novis rerum condicionibus, quae in illis territoriis ob felicia catholicae Ecclesiae incrementa inductae sunt, tempestivo tempore congruentique ratione prospiciatur. Ceterum, cum Concilium Oecumenicum Vaticanum II christifideles omnes animum intendere iubeat ad latissima spatia veritatis et caritatis Christi, atque ad graviores maioresque necessitates, quibus hodie premitur Evangelii in mundo nuntiatio, si alias umquam, nostris praesertim temporibus oportet in his, qui in sortem Domini sint vocati, agnoscamus amantis-

[1] Cfr. *Matth.* 28, 19-20. [2] *Phil.* 1, 8. [3] Cfr. *Is.* 66, 18-21.

simum ipsum Redemptorem nostrum, arcano modo praesentem, et auxilium nostrum veluti implorantem, quemadmodum Christus Dominus nos admonuit: *Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis* [4]. Nos vero, grati memoresque, aestimatione ac benedictione Nostra eos omnes prosequi non cessabimus, quotquot christiana animi magnitudine permoti, operam Nobismetipsis praebebunt, qui per Pontificium Opus a S. Petro Apostolo prospicere contendimus augescenti in dies necessitati cleri rite sancteque instituendi, in commodum earum Ecclesiarum, quae maxime omnium hoc fraterno egent auxilio.

Probe novimus, Venerabiles Fratres, Nobis supervacuum esse vestrum instimulare religionis studium, cuius ad Nos cotidie testimonia afferuntur, vel vestram incitare veri nominis pastoralem sollicitudinem de Ecclesia Dei universa, ubicumque per terrarum orbem diffusa est. Attamen, cum vehementer cupiamus ut septuagesimus quintus annus ab ortu Pontificii Operis a S. Petro Apostolo salutares edat fructus, utque valde conferat ad incensam caritatem vestram novo ardore inflammandam, Nobis visum est novum quoddam suscipere inceptum. Vobis plane compertum est, Venerabiles Fratres, quam candido amore atque alacritate pueri elementarii opitulentur Pontificio Operi a S. Infantia, in quod innocentes eorum animi flagranti studio feruntur; iamvero Nobis decernere ac statuere placuit, ut
305 iam nunc Pontificium Opus a S. Petro Apo/stolo in toto terrarum orbe catholico ab alumnis scholarum secundi ordinis peculiari modo cognoscatur atque propagetur. Hinc fore confidimus, ut iuvenes, laeta spes Ecclesiae, quae ipsos, Christum imitata, praecipuo diligit amore, itemque catholicae iuvenum consociationes melius animo intellegant, quibus sanctis propositis hi sacrorum alumni ad sacerdotium permoveantur; neque dubitamus quin iidem ultro libenterque hisce suis aequalibus suppetias ferre velint.

Pro certo habemus, Venerabiles Fratres, vos vestrosque adiutores in Pontificiis Operibus Missionalibus moderandis in eo multam curam et promptam alacritatem posituros esse, ut quotannis peculiaris dies constituatur, quo adolescentes scholarum secundi ordinis precibus christianaeque caritatis operibus palam suam fidem testentur suumque religionis studium significent pro causa hac sanctissima, quae tantopere ad regnum Dei in terris ampliificandum conducere videtur.

Hac spe suffulti, caelestium gratiarum pignus et auspicium, sine quibus nihil validum ac nihil efficax perfici potest, Apostolicam Benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, iisque omnibus qui inceptum modo a Nobis nuntiatum efficere alacri opera studebunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXII mensis Februarii, in festo Cathedrae S. Petri, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri secundo.—PAULUS PP. VI.

[4] *Matt.* 25, 40.

3264

1965 FEB 26.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 57 (1965) 296-297

DE ELECTIONE DECANI ET SUBDECANI SACRI CARDINALIUM COLLEGII

PAULUS PP. VI

Sacro cardinalium consilio, cuius momentum et gravitas quantum nostris hisce diebus aucta sint neminem latet, iteratas cogitationes adhibendas hodie esse censemus, ut translaticiam Iuris Canonici normam immutantes novam inducamus in successionem sive Decani sive Subdecani eiusdem amplissimi Consilii. Placet videlicet Nobis, ut in posterum duo haec officia non iam ipso iure ii Cardinales adipiscantur, qui *antiquiores sint promotione ad aliquam Sedem suburbicariam* (cfr. can. 237 § 1), sed quos Collegae, dioecesium suburbicariarum Episcopi vel harum titulo ornati, suis suffragiis ad istiusmodi munera designaverint.

Quapropter, derogantes quantum opus est canoni 237 § 1 et § 2 Codicis Iuris Canonici, Nostris hisce Litteris motu proprio datis, ea quae sequuntur statuimus.

I. Primum omnium, volumus ut cum Decanus tum Subdecanus ex Cardinalibus dumtaxat deligantur, qui Sedium suburbicariarum vel Episcopi sint vel titulum gerant; cum hinc / Cardinales Decanus et Subdecanus mu- 297
nera sua Romae explere debeant, illinc vero, vi can. 238 § 1 et § 2, Cardinales Episcopi suburbicarii obligatione teneantur residendi in Curia.

II. Quam ob rem, ubi vacaverit officium Decanatus Sacri Collegii, Cardinales sive Episcopi dioecesium suburbicariarum sive harum titulo decorati, iique tantum, praesidente Subdecano, si adsit, aut antiquiore ex ipsis, e coetus sui gremio virum eligent, qui Decanum Sacri Collegii agat; atque eius nomen ad Summum Pontificem deferent, qui unus illud probare poterit.

III. Hanc electionis formam quoad omnia tunc etiam servari volumus, cum Subdecanatus officium vacaverit; quo tamen in casu, eligenti coetui Cardinalis Decanus praeerit.

IV. Quam sive Decani sive Subdecani eligendi rationem, de qua in nn. I, II et III egimus, in posterum semper servari iubemus.

V. Cardinali Subdecano iam ius posthac non competet, ut ipso facto in Decanatum vacantem succedat, sed ut tantummodo Decani impediti vices sustineat.

VI. Quod ad munera attinet Decani et Subdecani Sacri Collegii, his condicionibus electorum, nihil immutandum esse censemus de normis nunc vigentibus.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXVI mensis Februarii, anno MDCCCCLXV, Pontificatus Nostri secundo.—PAULUS PP. VI.

Adn. C. SECO in Ius can. 8 (1968) 223-288.

3265

1965 FEB 26.-CONVENTIO SOLLEMNIS CUM SAXONIA INFERIORE. AAS 57 (1965) 834-856

CONVENTIO INTER APOSTOLICAM SEDEM ET SAXONIAM INFERIOREM

CONCORDATO TRA LA SANTA SEDE E IL LAND NIEDERSACHSEN

Sua Santità il Papa Paolo VI e il Presidente dei Ministri del Niedersachsen, concordi nel desiderio di consolidare e promuovere in spirito di amicizia i rapporti tra la Chiesa Cattolica e il Land Niedersachsen, hanno risolto di concludere una solenne Convenzione, con cui venga sviluppata e regolata in modo stabile la situazione giuridica della Chiesa Cattolica nel Niedersachsen, la quale risulta segnatamente dai Concordati tra la Santa Sede e la Prussia del 14 giugno 1929 [LE 905] e tra la Santa Sede ed il Reich Germanico del 20 luglio 1933 [LE 1182], che sono ulteriormente in vigore.

A tal fine Sua Santità ha nominato Suo Plenipotenziario Sua Eccellenza Reverendissima Monsignor Dr. Corrado Bafile, Arcivescovo titolare di Antiochia di Pisidia, Nunzio Apostolico in Germania; dopo la presentazione dei suoi Pieni Poteri, i quali furono trovati in buona e dovuta

KONKORDAT ZWISCHEN DEM HEILIGEN STUHLE UND DEM LANDE NIEDERSACHSEN

Seine Heiligkeit Papst Paul VI und der Niedersächsische Ministerpräsident, die in dem Wunsche einig sind, das Verhältnis zwischen der katholischen Kirche und dem Lande Niedersachsen in freundschaftlichem Geiste zu festigen und zu fördern, haben beschlossen, eine feierliche Übereinkunft zu treffen, durch die die Rechtslage der katholischen Kirche in Niedersachsen, die sich namentlich aus den fortgeltenden Konkordaten zwischen dem Heiligen Stuhle und dem Freistaate Preuszen vom 14. Juni 1929 [LE 905] und dem Deutschen Reich vom 20. Juli 1933 [LE 1182] ergibt, fortgebildet und dauernd geregelt wird.

Zu diesem Zwecke hat Seine Heiligkeit su Ihrem Bevollmächtigten Seine Exzellenz den Hochwürdigsten Herrn Apostolischen Nuntius in Deutschland Dr. Konrad Bafile, Titularerzbischof von Antiochien in Pisidien, ernannt; nach Überreichung seiner für gut und richtig befundenen

http://www.obrascatolicas.com

forma, egli ed il Presidente dei Ministri del Nierdersachsen hanno convenuto negli articoli seguenti:

Art. 1.—(1) Il Land Niedersachsen dà protezione legale alla libertà di professare e di praticare la Religione cattolica e alle opere di carità della Chiesa Cattolica.

(2) La protezione della domenica e delle solennità ecclesiastiche rimane garantita.

Art. 2.—(1) Rimane in vigore l'attuale organizzazione e circoscrizione diocesana della Chiesa Cattolica nel Niedersachsen, che si basa principalmente sui seguenti documenti, concordati con i Governi o da essi riconosciuti, e cioè nel territorio dell'ex-Land Hannover sulla Bolla *Impensa Romanorum Pontificum* del 26 marzo 1824, con la quale il territorio dell'antico Regno di Hannover veniva assegnato alle Diocesi di Hildesheim e Osnabrück, e sul Concordato tra la Santa Sede e la Prussia del 14 giugno 1929;

nel territorio dell'ex-Land Oldemburgo sulla Bolla *De salute animarum* del 16 luglio 1821 e sull'ulteriore delimitazione di confini, avvenuta in esecuzione della medesima mediante l'Accordo per regolare la situazione diocesana degli abitanti cattolici del Ducato dell'Oldemburgo del 5 gennaio 1830, per cui il territorio dell'antico Ducato dell'Oldemburgo veniva assegnato alla Diocesi di Münster;

nel territorio dell'ex-Land Braunschweig sul Decreto Concistoriale del 2 luglio 1834, con il quale il territorio dell'antico Ducato del Braunschweig veniva assegnato alla Diocesi di Hildesheim.

(2) Allo scopo di meglio regolare nell'ambito del Land Niedersachsen i confini tra le Diocesi di Hildesheim e di Osnabrück si effettuano le seguenti modifiche territoriali:

a) La Diocesi di Osnabrück cede alla Diocesi di Hildesheim le porzioni di sua pertinenza dei circondari *(Landkreise)* di Holzminden, Hameln-Pyrmont e Verden, il circondario di Schaumburg-Lippe, la città di Cuxhaven ed i restanti territori dell'antico Amt Ritzebüttel, come anche le isole di Neuwerk e di Scharhörn e inoltre la parte della città di Nienburg situata sulla sinistra del Weser.

b) La Diocesi di Hildesheim cede alla Diocesi di Osnabrück quella parte del circondario della Contea di Hoya che è situata sulla destra del Weser.

(3) La parte della Diocesi di Münster situata nel Niedersachsen (l'ex-Land Oldemburgo) rimane come speciale distretto ecclesiastico, la cui direzione verrà affidata anche in futuro dal Vescovo di Münster ad un suo stabile rappresentante con le facoltà di cui questo ha goduto finora.

(4) Un eventuale cambiamento della circoscrizione diocesana, in quanto non riguardi unicamente spostamenti di confine nell'interesse della cura locale delle anime, rimane riservato ad un accordo supplementare.

Art. 3.—(1) Per il conferimento di uffici ecclesiastici nell'intero territorio del Land Niedersachsen valgono le norme del Concordato del 14 giugno 1929. L'obbligo di notificazione, previsto nel comma 2 dell'articolo 10, cessa di aver vigore.

(2) Prima della nomina del rappresentante di cui al comma 3 dell'articolo 2 di questo Accordo, il Vescovo di Münster rende noto in via confidenziale al Governo del Land il nome dell'ecclesiastico preso in considerazione per dare al Governo stesso la possibilità di avanzare entro 20 giorni eventuali obiezioni di carattere politico generale contro la persona designata. Prima dello scadere del termine indicato o dell'esame delle obiezioni sollevate, il Vescovo non procederà alla nomina.

(3) Nel Capitolo Cattedrale di Münster verranno conferiti, come finora, al clero dell'Oldemburgo due Canonici non residenziali di cui uno andrà al rappresentante del Vescovo, di cui al comma 3 dell'articolo 2.

(4) Di ciascuno dei Capitoli Cattedrali di Hildesheim e Osnabrück faranno parte per l'avenire due Canonici non residenziali. Dopo l'erezione della Facoltà teologica di cui all'articolo 4, entrerà inoltre a far parte del Capitolo di Hildesheim un altro Canonico non residenziale, che sarà scelto fra i membri ordinari di detta Facoltà.

(5) Ai membri di Capitoli Cattedrali di cui ai commi 3 e 4 si applica il comma 2 dell'articolo 6 del Concordato del 14 giugno 1929.

Vollmacht sind er und der / Niedersächsische Ministerpräsident über folgende Artikel übereingekommen: 835

Art. 1.—(1) Das Land Niedersachsen gewährt der Freiheit, den katholischen Glauben zu bekennen und auszuüben, und der Liebestätigkeit der katholischen Kirche den gesetzlichen Schutz.

(2) Der Schutz der Sonntage und der kirchlichen Feiertage bleibt gewährleistet.

Art. 2.—(1) Die gegenwärtige Diözesanorganisation und -zirkumskription der katholischen Kirche in Niedersachsen, die namentlich auf den nachstehenden, mit den Regierungen vereinbarten oder von ihnen anerkannten Urkunden beruht, und zwar im Gebiet des ehemaligen Landes Hannover auf der Bulle Impensa Romanorum Pontificum vom 26. März 1824, durch die das Gebiet des vormaligen Königreichs Hannover den Bistümern Hildesheim und Osnabrück zugewiesen wurde, und auf dem Vertrag zwischen dem Heiligen Stuhle und dem Freistaate Preußen vom 14. Juni 1929,

im Gebiet des ehemaligen Landes Oodenburg auf der Bulle De salute animarum vom 16. Juli 1821 und der zu ihrer Ausführung erfolgten weiteren Grenzziehung durch den Vertrag zur Regulierung der Diözesanangelegenheiten der katholischen Einwohner des Herzogtums Oldenburg vom 5. Januar 1830, durch die das Gebiet des vormaligen Herzogtums Oldenburg dem Bistum Münster zugewiesen wurde, 836

im Gebiet des ehemaligen Landes Braunschweig auf dem Konsistorialdekret vom 2. Juli 1834, durch das das Gebiet des vormaligen Herzogtums Braunschweig dem Bistum Hildesheim zugewiesen wurde, bleibt besthen.

(2) Zwischen den Bistümern Hildesheim und Osnabrück werden zum Zwecke der Granzbereinigung im Bereich des Landes Niedersachsen folgende Gebietsveränderungen vorgenommen:

a) Das Bistum Osnabrück überträgt an das Bistum Hildesheim seine Gebietsanteile an den Landkreisen Holzminden, Hameln-Pyrmont und Verden, den Landkreis Schaumburg-Lippe, die Stadt Cuxhaven und die übrigen Gebiete des ehemaligen Amtes Ritzebüttel sowie die Inseln Heuwerk und Scharhörn, ferner den links der Weser liegenden Teil der Stadt Nienburg.

b) Das Bistum Hildesheim überträgt an das Bistum Osnabrück den rechts der Weser liegenden Teil des Landkreises Grafschaft Hoya.

(3) Der in Niedersachsen liegende Teil des Bistums Münster (das ehemalige Land Oldenburg) bleibt als besonderer kirchlicher Verwaltungsbezirk bestehen, dessen Leitung der Bischof von Münster weiterhin einem ständigen Stellvertreter mit den diesem bisher zustehenden Befugnissen anvertraut.

(4) Eine etwaige Änderung der / Zirkumskription bleibt, soweit es sich nicht lediglich um Grenzverlegungen im Interesse der örtlichen Seelsorge handelt, ergänzender Vereinbarung vorbehalten. 837

Art. 3.—(1) Für die Besetzung der kirchlichen Ämter im gesamten Gebiet des Landes Niedersachsen gelten die Vorschriften des Konkordats vom 14. Juni 1929. Die in Artikel 10 Absatz 2 vorgesehene Mitteilungspflicht entfällt.

(2) Vor der Ernennung des in Artikel 2 Absatz 3 dieses Vertrages erwähnten Stellvertreters teilt der Bischof von Münster den Namen des in Aussicht Genommenen der Landesregierung vertraulich mit, um ihm die Möglichkeit zu geben, etwaige Bedenken allgemeinpolitischer Natur bezüglich dessen Person binnen 20 Tagen vorzubringen. Der Bischof wird vor Ablauf des angegebenen Termins beziehungsweise vor der Prüfung der vorgetragenen Bedenken die Ernennung nicht vornehmen.

(3) Im Kathedralkapitel in Münster werden wie bisher zwei der den nichtresidierenden Kapitularen vorbehaltenen Stellen an den Oldenburger Klerus vergeben, und zwar so, dass eine Stelle dem in Artikel 2 Absatz 3 erwähnten Stellvertreter des Bischofs zuteil wird.

(4) Den Kathedralkapiteln in Hildesheim und Osnabrück werden künftig je zwei nichtresidierende Domkapitulare angehören. Nach Errichtung der in Artikel 4 vorgesehenen Fakultät tritt zu dem Kapitel in Hildesheim ein weiterer nichtre/sidierender Kapitular, der den ordentlichen Mitgliedern der Fakultät entnommen werden wird. 838

(5) Artikel 6 Absatz 2 des Konkordats vom 14. Juni 1929 findet für die in Absatz 3 und 4 genannten Mitglieder von Domkapiteln Anwendung.

(6) Le prescrizioni legislative vigenti nel Land (propriamente *landesrechtliche Vorschriften)* circa i patronati, in quanto siano norme statali, vengono abrogate.

Art. 4.—(1) A suo tempo il Land erigerà una Facoltà teologica cattolica nell'Università di Göttingen. I rapporti di detta Facoltà con l'Autorità ecclesiastica sono regolati dal comma 1 dell'articolo 12 del Concordato del 14 giugno 1929 e relative disposizioni del Protocollo Finale.

(2) Con l'erezione della Facoltà di cui al comma 1 cessa di aver vigore per i Vescovi di Hildesheim e Osnabrück il comma 2 dell'articolo 12 del Concordato del 14 giugno 1929.

Art. 5.—(1) Per l'assegnazione delle cattedre di pedagogia della Religione cattolica e di metodo dell'insegnamento della Religione cattolica nelle Alte Scuole Pedagogiche si devono applicare analogamente il comma 1 dell'articolo 12 del Concordato del 14 giugno 1929 e relative disposizioni del Protocollo Finale.

(2) L'attuale carattere dell'Alta Scuola Pedagogica di Vechta viene garantito.

Art. 13. Causae inscribantur: primum ponatur nomen Tribunalis Regionis pastoralis Tolosanae, dein Dioecesis celebrati matrimonii vel domicilii viri, postremo titulus causae, ex. gr. «Tribunal Regionale Tolosanum. Carcassonensis. Nullitatis matrimonii (N. N.)»; in Tribunali appellationis titulus causae sit: «Tribunal Regionale Ruthenense appellationis. Carcassonensis. Nullitatis matrimonii (N. N.)».

Art. 14. Ad Episcopum domicilii coniugum spectat iudicium ferre de exsistentia adiunctorum, de quibus in art. 38 § 2 et 39 b) Instructionis praefatae; quod tamen iudicium antequam ferat opportune cum Excño Archiepiscopo et Moderatore Tribunalis Tolosani aget.

Art. 15. Archiepiscopi Tolosani erit tutorem aut curatorem admittere vel designare ad normam art. 78 Instructionis, collatis consiliis cum Ordinario partis conventae, cui tutor vel curator constituendus est.

Art. 16. Partium depositio excipietur *de more* in ipsa sede Tribunalis primae instantiae Tolosani vel secundae instantiae Ruthenensis, quatenus vero necessitas postulet, in sede Tribunalis Dioecesani a Iudice Tribunalis Tolosani vel Ruthenensis.

Art. 17. Testes generatim excutiantur in Dioecesi proprii domicilii ab Officiali dioecesano, adstantibus vinculi Defensore notarioque dioecesanis.

Art. 18. Depositiones in textu originali sive partium sive testium serventur apud dioecesanum Tribunal, et istarum autentica exemplaria in archivo Tribunalis primae instantiae Tolosani.

Ad documenta quod attinet, ista tradantur in textu originali Tribunalibus primae instantiae vel secundae et authenticum exemplar apud dioecesanum Tribunal reponatur.

Art. 19 § 1. In casibus exceptis (cc. 1990-92) quaelibet petitio remittatur ad Archiepiscopum Tribunalis Regionalis Tolosani qui, praehabito voto Episcopi domicilii coniugum, de eadem videat ad normam Tituli XV Instructionis citatae. Officialis vero de quo in art. 228 Instructionis est Officialis Tribunalis Tolosani vel Ruthenensis, prout agatur de Tribunali primae vel secundae instantiae.

§ 2. Vinculi Defensor facile ne omittat appellationem, de qua in art. 22. Instructionis, interponere ad Tribunal secundae instantiae, praesertim cum agatur de impedimentis a quibus dispensari solet.

Caput III. *De honorariis, taxis et iudicialibus expensis.*

Art. 20. Remunerationes pro ministris Tribunalium Tolosani et Ruthenensis ab Excñorum Episcoporum Coetu definiantur, probe consideratis locorum temporumque adiunctis, sicuti et causarum numero.

Art. 21. Idem Excñorum Episcoporum Coetus notulam taxarum et expensarum iudicialium necnon emolumentorum ad Advocatos et Procuratores spectantium pro causis nullitatis matrimonii apud Tribunalia Tolosanum et Ruthenense petractandis definiat.

Art. 22. Notula vero taxarum, expensarum iudicialium (prae oculis habito art. 233 citatae Instructionis) et emolumentorum distincte litigantibus necessario notificetur.

Art. 23. Excñi Ordinarii in suetis Regionis Pastoralis Coetibus contributionem statuent singularum Dioecesium pro expensis Tribunalium Regionalium Tolosani et Ruthenensis, proportionatam numero catholicorum vel etiam numero causarum singularum Dioecesium.

Art. 24. Quoties ad normam iuris (art. 237 ss. Instructionis «Provida Mater; c. 1914 ss. C. I. C.) gratuitum vel semi-gratuitum patrocinium concessum fuerit, litigantium Dioecesi onus incumbet expensas solvendi. Unaquaeque pariter Dioecesis Regionis Tolosanae itinerum ministrorum Tribunalium Tolosani et Ruthenensis expensas praestabit quae ad se attinent.

Art. 25. Curent Excñi Moderatores ut in sede Tribunalium sive primae sive secundae instantiae iuridica Bibliotheca constituatur ad ministrorum muneri favendum.

Ssmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, in audientia Excño huius Sacrae Congregationis Secretario die 17 februarii concessa, praefatas *Normas* benigne confirmare et ratas habere dignatus est.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum die 26 februarii 1965.

An. can. 10 (1965) 300-302 not. 207. Adn. vide sub die 1965 Feb. 17: LE 3260.

3267

1965 MAR 4.-SC RITUUM, DECR. AAS 57 (1965) 409

Ordinariis locorum conceditur facultas permittendi sacerdotibus sacrum infirmorum Oleum secum deferendi

Pientissima Mater Ecclesia suis filiis victricia suppeditat arma vel in extremo vitae discrimine constitutis, eos ad supremum certamen et victoriam adiuvando.

Cum vero hac aetate nostra maiora, eaque magis inopinata, sint vitae pericula, plurimi sacrorum Antistites, ad aeternam christifidelium salutem in extremo agone procurandam, supplices adhibuerunt Summo Pontifici preces ut, non obstante canone 946 C. I. C., facultatem concedere dignaretur omnibus et singulis sacerdotibus sacrum infirmorum Oleum secum deferendi, praesertim cum itinera variis vehiculis faciunt.

Sanctissimus porro Dominus noster Paulus Divina Providentia Papa VI, referente infrascripto Sacrae Rituum Congregationis Cardinali Praefecto, in Audientia eidem die 4 Martii huius anni concessa, attentis peculiaribus expositis adiunctis, facultatem benigne fecit Ordinariis locorum permittendi sacerdotibus, ut sacrum infirmorum Oleum rite benedictum, in tuta ac decenti custodia asservatum, secum deferre valeant, cum rerum adiuncta id suadeant.

Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 4 Marti 1965.—Arcadius M. Card. Larraona, *Praefectus*. Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *a Secretis*.

Adn. A. DIEZ in CpR 44 (1965) 202-204; R. MASI in ME 91 (1966) 240-250; E. F. REGATILLO in Sal terrae 53 (1965) 508-508.

3268

1965 MAR 6.-S. PAENITENT., DECL. AAS 57 (1965) 547

Sacerdotes omnes, qui obiecta pietatis rite benedicunt, adnectere possunt indulgentias nunc vigentes

Sacra Paenitentiaria Apostolica declarat sacerdotes omnes, qui vi facultatis eisdem concessae per Instructionem ad exsecutionem Constitutionis de Sacra Liturgia [LE 3217] recte ordinandam, obiecta pietatis, de quibus in *Rituali Romano* Tit. IX, cap. X, n. 4 et cap. XI, n. 2 et sequentibus, adhibita praescripta formula rite benedicunt, eadem obiecta, donec aliter statuatur, Indulgentiis nunc vigentibus insimul ditare.

Facta autem relatione Ssño D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI in Audientia habita ab infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiore die 2 Februarii vertentis anni, Sanctitas Sua declarationem approbavit, confirmavit et publicandam permisit, simulque benigne statuere dignatus est ipsam a die 7 Martii 1965 vim habere.

Datum Romae, e S. Paenitentiaria Apostolica, die 6 Martii 1965.—F. Card. Cento, *Paenitentiarius Maior*. I. Sessolo, *Regens*.

Adn. EL 79 (1965) 420; Notit. 1 (1965) 280.

http://www.obrascatolicas.com

3269

1965 MAR 7.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 57 (1965) 574-576

DE «UNIONE INTERNATIONALI» CETERISQUE OPERIBUS, QUIBUS NOMEN «PRO DEO», LAUDANDIS RECTEQUE ORDINANDIS

PAULUS PP. VI

Ad futuram rei memoriam.—«Pro Deo aut contra Deum; en rursus deliberatio, in qua universi orbis sortes continentur; in quavis enim re, in re politica et oeconomica, in moribus, disciplinis, artibus, in Civitate ac domestica civilque consortione, in Oriente et Occidente, ubique haec deliberatio occurrit, cuius consectaria summum prorsus momentum habent» (Litt. Encycl. *Caritate Christi compulsi; A. A. S.* XXIV, 1932, p. 184). Haec verba Pii Pp. XI, Decessoris Nostri imm. mem., effecerunt, ut conderentur instituta, quae semina fecunda inicerent in cultum ingenii, in rationes politicas, oeconomicas et sociales
575 populorum, fraterni/tatis vinculis se coniungere cupientium. Quae inter instituta effloruit Consociatio seu «Unio Internationalis», cui nomen «pro Deo» est quaeque ipsa hac appellatione quo nitatur aperte manifestat. Ab ipso enim ortu eo curas intendit, ut homines variis in regionibus doctrinis dediti vel in vitae actione constituti operam sociarent ad unitatem componendam inter terrae incolas, etiam diversi ordinis socialis et religionis, qui supremam Dei auctoritatem in vita publica et privata agnoscunt. Surculus iam in arborem ramosam excrevit: etenim familia, quae «Pro Deo» vocatur, nunc complectitur «Unionem» illam, quasi matricem, sacerdotum utriusque cleri, qui operam dant, ut rationes, quibus eadem familia regitur, serventur et ad effectum deducantur; deinde sodalitatem Europaeam laicorum et Americanam item laicorum; quae utraque sodalitas auxilia praebet ad alta et excelsa assequenda, operi proposita, quod «Pro Deo» appellatur, et utraque «Unioni» praedictae est consociata. Ex his coalescit Consilium, cuius est rem totam promovere, ac peculiari modo curas impendere Romanae studiorum sedi, quae «Pro Deo» nuncupatur quaeque est validum instrumentum tam nobilis causae tuendae ac provehendae. Est igitur proprium huiusmodi studiorum et totius operae, quae, nomine «Pro Deo» signantur, eo contendere, ut principia disciplinarum anthropologicarum et socialium apte congruant cum principiis philosophiae ac theologiae, et conclusiones inde colligantur utiles ad solvendas huius aetatis quaestiones spirituales et eas, quae ad cultum spectant civilem. Cum vero in praesens viginti annorum spatium expleatur ab illa studiorum sede Romae constituta, Nos Moderatoribus, sociis, fautoribus ex animo gratulamur opus per hoc tempus non parvo cum labore sed iam laeta cum fructuum copia perfectum. Iuvat Nos praeterea commemorare totum institutum, quod nomine «Pro Deo» comprehenditur, sive quoad doctrinam, sive quoad ordinationem, sive quoad rem oeconomicam, moderationi Magistri Generalis inciti Ordinis Fratrum Praedicatorum, quorum est «contemplata aliis traderе», nuper creditum esse, salvo tutelae iure Sacrae Congregationis Studiorum Universitatibus et Seminariis praepositae. Quod quidem Sacrum Consilium etiam «Unionem Internationalem Pro Deo», uti dicitur, auctoritate Nostra in personam moralem ad normam Codicis Iuris Canonici, lato Decreto die XXV mensis Ianuarii hoc anno MCMLXV, rite erexit. Probe igitur fore confidimus, ut his sibi collatis muneribus sodales isti impensius se impelli sentiant ad conitendum, ut Deus in publico ac domestico convictu reapse teneat primatum.
576 Caelestium demum donorum auspicem, Benedictionem Apostolicam filiis Nostris, in eadem / spirituali familia «Pro Deo» congregatis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Martii, quo Sanctus Thomas Aquinas, Confessor et Ecclesiae Doctor, recolitur, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri secundo.—PAULUS PP. VI.

3270

1965 MAR 7.-SC RITUUM, DECR. AAS 57 (1965) 410-412

RITUS CONCELEBRATIONIS ET COMMUNIONIS SUB UTRAQUE SPECIE PROMULGANTUR ATQUE STATUUNTUR

I.—Decretum generale

Ecclesiae semper curae fuit, in sacrorum mysteriorum celebrationibus ordinandis et instaurandis, ut ipsi ritus

inexhaustas divitias Christi, quas continent et bene dispositis communicant, etiam optimo quo fieri potest modo, manifestent, atque ita facilius animos et vitam fidelium imbuant, qui eos participant.

Hoc autem peculiari studio attendit Ecclesia, quando agitur de celebranda Eucharistia: eius enim diversas formas ita comparat et ordinat, ut Sacrificii eucharistici diversos aspectus exprimant et christifidelibus inculcent.

In omni enim forma, quamvis simplici, qua Missa celebratur, omnes dotes et proprietates vigent, quae, ipsa sua natura, sacrosancto Missae Sacrificio necessario conveniunt. Peculiari tamen ratione inter eas hae recensentur.

Imprimis quidem unitas Sacrificii Crucis, quatenus multae Missae nonnisi unicum Sacrificium Christi repraesentant [1], et ex eo rationem Sacrificii sortiuntur quod sunt memoriale immolationis cruentae in cruce peractae, cuius fructus per hanc incruentam percipiuntur.

Deinde unitas sacerdotii, quatenus multi quidem sunt sacerdotes qui Missam celebrant, singuli tamen non sunt nisi ministri Christi, qui per eos suum Sacerdotium exercet atque, ad hunc finem, singulos per sacramentum Ordinis, eiusdem sui Sacerdotii participes specialissimo modo efficit. Proinde etiam cum singuli Sacrificium offerunt, omnes tamen id virtute eiusdem Sacerdotii faciunt et in persona Summi Sacerdotis agunt, cui integrum est sive per unum sive per multos simul sacramentum sui Corporis et Sanguinis consecrare [2].

Actio demum totius populi Dei clarius apparet; omnis siquidem Missa, utpote celebratio illius sacramenti quo continenter vivit et crescit Ecclesia [3], et in qua ipsa germana natura eiusdem Ecclesiae praecipue manifestatur [4], est, magis etiam quam omnes ceterae actiones liturgicae [5], actio totius populi sancti Dei, hierarchice ordinati et agentis.

Haec porro triplex praerogativa quae omni Missae convenit, singulari modo in ritu quo plures sacerdotes eandem Missam concelebrant quasi ob oculos ponitur. / 411

Nam in hac ratione Missam celebrandi plures sacerdotes, in virtute eiusdem Sacerdotii et in persona Summi Sacerdotis simul una voluntate et una voce agunt, atque unicum Sacrificium unico actu sacramentali simul conficiunt et offerunt, idemque simul participant.

Quare in huiusmodi Sacrificii celebratione, quam simul fideles, conscie, actuose atque modo communitatis proprio participent, praesertim si praeest Episcopus, vere habetur praecipua manifestatio Ecclesiae [6] in unitate Sacrificii et Sacerdotii, in unica gratiarum actione, circa unicum altare cum ministris et populo sancto.

Hoc modo sane, per ritum concelebrationis veritates magni momenti, quae vitam spiritualem et pastoralem sacerdotum atque christianam fidelium institutionem respiciunt, vivide proponuntur et inculcantur.

His itaque rationibus, multo magis quam aliis ordinis mere practici, diversis quidem modis et formis, concelebratio mysterii eucharistici inde ab antiquitate in Ecclesia agnoscitur, et diversimode evoluta, tam in Orientquam in Occidente, usque ad praesens tempus in usu ree mansit.

Iisdem autem ex rationibus factum est ut iam rei liturgicae periti investigationes peragerent atque vota proferrent de extendenda facultate Missam concelebrandi et de aptiore instauratione huius ritus facienda.

Demum Concilium Vaticanum II, re probe perpensa, facultatem concelebrandi ad plures casus extendit et statuit novum ritum concelebrationis conficiendum esse, Pontificali et Missali Romano inserendum [7]. Ideo SSmus D. N. Paulus Papa VI, Constitutione de sacra Liturgia Concilii Vaticani II sollemniter approbata et promulgata, Consilio ad eandem Constitutionem exsequendam deputato, mandavit ut ritum servandum in concelebratione Missae quam primum pararet. Quem ritum pluries examini consultorum et membrorum subiectum et perpolitum, Consilium, die 19 mensis iunii anno 1964, unanimiter ratum habuit, statuens ut, si SSmo Domino placuisset, antequam definitive approbaretur, eius experimenta practica fierent in variis Orbis partibus et diversis in adiunctis.

Sacrosancti autem Concilii voluntati pariter obsecundans, idem Consilium ad Constitutionem de sacra Liturgia exsequendam deputatum etiam ritum communionis sub utraque specie redegit, in quo et casus et formae definiuntur quibus tum clericis tum religiosis tum laicis licet Eucharistiam sub utraque specie sumere. / 412

Per aliquot igitur menses, tum circa ritum concelebrationis tum circa ritum communionis sub utraque specie, multa experimenta, optimo quidem cum fructu, ubique terrarum facta sunt, et de iisdem relationes ad Consilii Secretariam missae, additis quoque animadversionibus et votis, quibus attentis, uterque ritus ultimo expolitus est, atque ab Em.mo Domino Iacobo S. R. E. Card. Lercaro, eiusdem Consilii Praeside, Sanctitati Suae delatus.

Beatissimus Pater, postquam ea qua par est consideratione utrumque ritum perpendit, in hac re auxilium ferentibus sive supra memorato Consilio, sive hac Sacra Rituum Congregatione, eum in Audientia die 4 martii anno 1965 Arcadio Mariae S. R. E. Card. Larraona, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, concessa in omnibus et singulis speciali modo approbavit et auctoritate Sua confirmavit, et publici iuris fieri iussit, ab omnibus a die 15 aprilis anno 1965, feria quinta in Cena Domini, sedulo servandum, et in Pontificali et Missali Romano accurate excribendum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Die 7 Martii 1965.—Iacobus Card. LERCARO, *Archiepiscopus Bononiensis, Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia.* Arcadius M. Card. LARRAONA, *Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *a Secretis.*

II.—Ritus servandus in concelebratione Missae

PRAENOTANDA

1. *De facultate concelebrandi.*—Concelebratio, qua unitas sacerdotii opportune manifestatur, in Ecclesia usque adhuc in usu remansit tam in Oriente quam in Occidente. Quare facultatem concelebrandi ad sequentes casus Concilio extendere placuit:

1.° *a)* Feria V in Cena Domini, tum ad Missam chrismatis, tum ad Missam vespertinam; *b)* ad Missas in Conciliis, Conventibus Episcopalibus et Synodis; *c)* ad Missam in Benedictione Abbatis.

2.° Praeterea, accedente licentia Ordinarii, cuius est de opportunitate concelebrationis iudicare: *a)* Ad Missam conventualem et ad Missam principalem in ecclesiis et oratoriis, cum utilitas christifidelium singularem celebrationem omnium sacerdotum praesentium non postulat; *b)* ad Missas in conventibus cuiusvis generis sacerdotum tum saecularium tum religiosorum. Salva tamen semper sit cuique sacerdoti facultas Missam singularem celebrandi, non vero eodem tempore in eadem ecclesia, nec feria V in Cena Domini *(Const. de sacra Liturgia, art. 57).*

2. Ut unitas sacerdotii opportune manifestetur, concelebratio semel tantum in die in qualibet ecclesia et in quolibet oratorio permittitur. Ubi tamen magnus habetur numerus sacerdotum, Ordinarius vel Superior maior, de quo in numero sequenti, concedere potest ut concelebratio etiam pluries in eodem die fiat, sed temporibus successivis.

3. *De concelebrationis disciplina moderanda.*—Episcopi est, ad normam iuris, concelebrationis disciplinam in sua dioecesi moderari, etiam in exemptorum ecclesiis et oratoriis semipublicis.

Est autem omnis Ordinarii et etiam Superioris maioris Religionum clericalium non exemptarum et Societatum clericorum in communi viventium sine votis, de opportunitate concelebrationis iudicare atque licentiam in suis ecclesiis et oratoriis dare, necnon concelebrantium numerum, ad normam articuli sequentis, definire, si, attentis adiunctis, id censuerit ad ritus dignitatem exigi.

4. *De numero concelebrantium.*—Numerus concelebrantium, singulis in casibus, definiatur ratione habita tam ecclesiae quam altaris in quo fit concelebratio, ita ut concelebrantes circum altare stare possint, etsi omnes mensam altaris immediate non tangunt.

Provideatur tamen ut sacer ritus a fidelibus bene conspici queat; quare opportunum erit ut concelebrantes circa latus altaris, quod versus populum respicit, non consistant.

5. *De concelebratione in Consecratione Episcopi, in Benedictione Abbatis et in Ordinatione Presbyterorum.*—In Consecratione Episcopi valde convenit ut Episcopi conconsecrantes Missam concelebrent cum Pontifice consecrante et Episcopo nuper consecrato.

Item, in Benedictione Abbatis, expedit ut Abbates assistentes Missam cum Pontifice et Abbate benedicto concelebrent.

In ordinatione Presbyterorum, omnes neo-presbyteri concelebrare tenentur cum Episcopo.

His omnibus in casibus, Pontifex celebrans principalis potest etiam alios ad concelebrandum admittere.

6. *De ritu in concelebratione servando.*—Normae quae sequuntur servari debent quotiescumque Missa iuxta ritum romanum concelebratur; applicari autem debent, servatis de iure servandis, etiam ad allos ritus latinos.

7. Quilibet sacerdos ritus latini potest cum aliis sacerdotibus ritus latini concelebrare, etiamsi Missa alio ritu ac suo celebretur.

8. *De concelebrantibus non admittendis post inceptam Missam.*—Nemo, quacumque ex causa, ad concelebrandum admittatur Missa iam incepta.

9. *De Missis pluries celebrandis vel concelebrandis eodem die.*—*a)* Qui, feria V in Cena Domini, Missam chrismatis celebravit aut concelebravit, etiam Missam vespertinam celebrare aut concelebrare potest. *b)* Qui Missam primam in nocte Paschatis celebravit aut concelebravit, potest secundam Missam Paschatis celebrare aut concelebrare. *c)* In Navitate Domini, dummodo suo tempore celebrentur, omnes sacerdotes tres Missas concelebrare possunt. *d)* Qui in Synodo, in Visitatione pastorali aut in coetibus sacerdotum cum Episcopo vel eius delegato concelebrat, alteram Missam ad utilitatem fidelium, de iudicio eiusdem Episcopi, celebrare potest.

Ceteris in casibus, qui concelebrat non potest alteram Missam eodem die celebrare.

10. *De stipendio.*—Singuli concelebrantes stipendium legitime percipere possunt ad normam iuris.

11. *De catechesi praemittenda.*—Curent animarum pastores ut fideles qui concelebrationi intersunt, per aptam catechesim, de ipso ritu eiusque significatione opportune edoceantur.

12. *Normae generales.*—Omnes concelebrantes sacras vestes induere debent, quas sumere tenentur, cum Missam soli celebrant. Episcopi tamen concelebrantes tantum amictum, albam, cingulum, crucem pectoralem, stolam, casulam, manipulum et mitram sumunt.

Sacrae vestes eius coloris sint, qui Missae convenit. Attamen, retento colore Missae proprio pro celebrante principali, concelebrantes possunt, pro necessitate, colorem album, exceptis Missis defunctorum, adhibere.

In casibus peculiaribus, res Apostolicae Sedi proponatur.

13. Celebrans principalis, nisi aliter in sequentibus rubricis notetur, omnes ritus perficit omnesque preces dicit, quae ipse de more, iuxta varias Missae formas, peragere et dicere debet quando solus celebrat. Proinde se inclinat, genuflectit, altare osculatur, signat oblata et allos gestus facit, prout in rubricis habetur. Bene autem attendat ut orationes, quas simul cum aliis concelebrantibus cantare vel dicere debet, distincte et altius quam ceteri concelebrantes proferat, ita ut omnes singula cum ipso simul dicere possint, praesertim autem verba consecrationis, quae ab omnibus et eodem momento proferenda sunt, quamvis sufficiat unio verborum moralis.

14. Ceteri vero concelebrantes eos tantum gestus et ritus percifiunt, qui ipsis expresse assignantur. Manus autem tunc tantum extendunt quando aliquas orationes manibus extensis proferendas aut cum celebrante principali aut soli elata voce dicunt; secus eas iunctas teneant. Item eas tantum orationes elata voce dicunt, quas aut soli aut una cum celebrante principali dicere debent; eas autem, quantum fieri potest, memoriter recitent, neque voce tam elata proferant ut ipsorum vox voci celebrantis principalis superimponatur. Orationes vero, quae ipsis expresse non committuntur dicendae, auscultent vel mentaliter dicant.

15. Si quis sacerdos ministerio diaconi, vel diaconi assistentis, vel subdiaconi in Missa concelebrata fungitur a concelebrando in eaden Missa abstineat.

Diaconus autem et subdiaconus et diaconi assistentes sub utraque specie communicare possunt: quod, si sunt sacerdotes, facere possunt, etsi Missam iam celebraverunt vel celebraturi sunt.

16. Diaconus et subdiaconus et reliqui ministri et ministrantes attendant ne inter concelebrantes consistant, nisi quando eorum ministerium requiritur, secundum rubricas: quo facto, statim recedant.

17. *De iis quae paranda sunt.*—Praeter ea, quae iuxta cuiusque Missae formam, necessaria sunt, haec parentur: *a)* Omnes vestes sacrae, quas celebrans principalis, iuxta varias Missae formas, sumere debet; *b)* amictus, alba, cingulum, manipulum, stola et casula pro singulis concelebrantibus; *c)* una hostia satis magna, vel plures, iuxta concelebrantium numerum, postea in particulas frangendae, et hostiae pro fidelium Communione. Si quando Communio concelebrantium fit per intinctionem, provideatur ne hostiae sint nimis parvae aut nimis tenues, sed paulum solito spissiores, ut, Sanguine partim intinctae, commode distribui possint; *d)* unus calix sufficientis magnitudinis; aut, si talis haberi nequeat, etiam alter, ita ut sufficere possint ad Communionem omnium concelebrantium; *e)* bursa cum corporali, vel, si necesse est, cum pluribus corporalibus, palla et purificatorium pro calice, necnon alia purificatoria pro concelebrantibus; *f)* patenae pro concelebrantium Communione; *g)* calami argentei vel cochlearia argentea pro singulis concelebrantibus, et vas cum aqua ad ea purificanda, si Sanguis calamo vel cochleari sumitur; *h)* libelli Ordini Missae, si necessarii sunt, pro concelebrantibus; *i)* vas aut vasa cum aqua ad digitos abluendos; *j)* sedes seu scamna pro concelebrantibus, iuxta sedem celebrantis principalis, aut opportuniore loco in presbyterio.

[1] Cfr. Concilium Trid., Sess. XXII, cap. 1.
[2] Cfr. S. Thomas Aq., *S. Th.* III, 82, a. 3, ad 2 et ad 3.
[3] Cfr. Conc. Vat. II, *Const. de Ecclesia*, art. 26 [LE 3232].
[4] Cfr. Conc. Vat. II, *Const. de sacra Lit.*, art. 2 et 41 [LE 3141].
[5] Cfr. Conc. Vat. II, *Const. de sacra Lit.*, art. 26 [LE 3141].
[6] Cfr. Conc. Vat. II, *Const. de sacra Lit.*, art. 41 [LE 3141].
[7] Cfr. Conc. Vat. II, *Const. de sacra Lit.*, art. 57 et 58 [LE 3141].

http://www.obrascatolicas.com

[Omittantur]:

a) Ritus Missae pontificalis. *b)* Ritus Missae sollemnis. *c)* Ritus Missae cum Diacono. *d)* Ritus Missae Cantatae. *e)* Ritus Missae Lectae. *f)* De concelebratione missae in qua ordinatio sacerdotalis confertur. *g)* De concelebratione missae in qua consecratio episcopalis confertur. *h)* De concelebratione missae in qua benedicitur abbas.

Ritus concelebrationis pro sacerdotibus qui infirmitate laborant

I. Normas generales

140. Sacerdotes infirmi, dummodo non decumbant, cum allo sacerdote non infirmo concelebrare possunt, servatis sive ritu concelebrationis sive normis quae infra ponuntur.

141. Etiam sacerdotes caecutientes aut omnino caeci hoc ritu uti possunt.

142. Sacerdos celebrans principalis omnes sacras vestes de more induere debet. Sacerdotes autem infirmi eas, quantum fieri potest, induant; aut saltem albam aut cottam aut habitum choralem et stolam.

143. Sacerdotes infirmi circum altare, loco magis opportuno, disponantur, antequam celebrans principalis ad altare accedat, in sedibus ad hoc paratis. Qui autem licentiam habent sedendi durante celebratione, ea frui possunt etiam in concelebratione.

II. De liturgia verbi

144. Celebrans principalis omnia peragit et dicit iuxta ritum concelebrationis supra descriptum.

145. Concelebrantes vero, quantum possunt, cum celebrante principali alternatim dicunt preces ad gradus altaris faciendas et «*Kyrie*», et simul cum eo recitant «*Gloria*» et «*Credo*»; antiphonam autem ad introitum et cantus inter Lectiones occurrentes sufficit ut auscultent.

146. Lectiones, Epistola et Evangelium, deficiente ministro competente qui ea proferat, ab uno alterove e concelebrantibus aut ab ipso celebrante principali leguntur.

III. De liturgia eucharistica

147. Post antiphonam ad offertorium, concelebrantes ad altare, quantum fieri potest, accedunt et, antequam celebrans principalis dicat orationem super oblata, circa mensam aut prope altare, loco magis opportuno, se ponunt.

148. Preces ad offertorium dicuntur secreto a solo celebrante principali.

149. Oratio super oblata dicitur a solo celebrante principali, ceteris «*Amen*» respondentibus. Item a solo celebrante principali dicitur praefatio, aliis in dialogo ante ipsam respondentibus et «*Sanctus*» simul cum eo dicentibus.

150. Canon dicitur ut supra expositum est. Omnes autem concelebrantes una cum celebrante principali omnia dicere tenentur ab «*Hanc igitur*» usque ad «*Supplices*» inclusive. Gestus tamen, omnes aut singuli, quantum possunt, faciunt.

151. Oratio dominica dicitur ab omnibus concelebrantibus. embolismus autem a solo celebrante principali.

152. Osculum pacis, si sacerdotes infirmi inter se dare non possunt, singulis a celebrante principali defertur.

153. Orationes ante Communionem a solo celebrante principali secreto dicuntur.

154. Ritus Communionis ex iis qui supra descripti sunt magis aptus seligatur. Celebrans tamen principalis, si magis opportunum videtur, potest ipse singulos concelebrantes communicare sub utraque specie, postquam ipse singulas species sumpsit.

155. Communione expleta, concelebrantes ad loca sua, ut initio Missae, recedunt. Purificationes calicis et reliqua in fine Missae a celebrante principali de more fiunt.

III.—Ritus servandus in distribuenda Communione sub utraque specie

Praenotanda

1. *De iis quibus Communio sub utraque specie conceditur.*— Communio sub utraque specie, firmis principiis dogmaticis a Concilio Tridentino statutis, de iudicio Episcoporum, concedi potest: *1)* ordinatis in Missa suae Ordinationis; *2)* diacono e subdiacono ministerium suum in Missa pontificali vel sollemni adimplentibus; *3)* abbatissae in Missa suae Benedictionis; *4)* virginibus in Missa suae Consecrationis; *5)* professis in Missa religiosae suae Professionis, dummodo vota intra Missam

emittant; *6)* sponsis in Missa sui Matrimonii; *7)* neophytis adultis in Missa quae Baptismum subsequitur; *8)* confirmatis adultis in Missa suae Confirmationis; *9)* baptizatis qui in Ecclesiae communionem recipiuntur; *10)* iis qui sub nn. 1-5 recensentur, in Missa suorum iubilaeorum; *11)* sacerdotibus, qui magnis celebrationibus intersunt et celebrare vel concelebrare non possunt; atque fratribus conversis, qui in domibus religiosis concelebrationi intersunt.

Episcopi est, singulis in casibus, ritum adhibendum, ex iis qui infra describuntur, eligere.

2. *De catechesi praemittenda.*—Curent animarum pastores fidelibus qui ritum participant, vel ei intersunt, apiore quo fieri potest modo doctrinam catholicam de forma sacrae Communionis in mentem revocare iuxta Concilium Tridentinum (*Sessio XXI*, c. 1-9). Inculcent in primis fidem catholicam docere etiam «sub altera tantum specie totum atque integrum Christum verumque sacramentum sumi ac propterea quos ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari qui unam speciem solam recipiunt» (*Ibidem, c. 3*).

Exponant insuper Ecclesiam potestatem habere in Sacramentorum dispensatione, salva eorum substantia, statuendi vel mutandi quae ipsorum venerationi vel suscipientium utilitati pro rerum, temporum et locorum varietate magis expedire iudicaverit (*cf. Ibidem, c. 2*). Simul tamen fideles hortentur ut sacrum ritum, quo signum eucharistici convivii plenius elucet, impensius participare satagant.

3. *De iis quae paranda sunt.*—Ad Communionem sub utraque specie distribuendam, parentur: *a)* Si Communio calicis fit cum calamo, calami argentei pro celebrante et pro singulis communicandis, atque vas cum aqua ad calamos purificandos. *b)* Si cum cochleari Sanguis administratur, unum cochlear. *c)* Si Communio sub utraque specie per intinctionem distribuitur, providendum est ne hostiae sint nimis tenues neque nimis parvae, sed paulum solito spissiores, ut, Sanguine partim intinctae, possint commode distribui.

I. Ritus communionis sub utraque specie quando communicantes directe e calice bibunt [*Omittitur*]

II. Ritus communionis sub utraque specie per intinctionem [*Omittitur*]

III. Ritus communionis sub utraque specie cum calamo [*Omittitur*]

IV. Ritus communionis sub utraque specie cum cochleari [*Omittitur*]

Adn. C. Braga in EL 79 (1965) 219-235; L. Buijs in PrM 54 (1966) 410-460; 55 (1966) 133-152.

3271

1965 MAR 7.-SC RITUUM, DECR. AAS 57 (1965) 412-413

Variationes in Ordinem Hebdomadae sanctae inducendae eduntur

Quamplures Episcopi ab Apostolica Sede petierunt ut, iam proxima feria quinta in Cena Domini, facultas ipsis tribueretur Missam chrismatis concelebrandi. Tali enim modo, sacerdotibus ex variis dioecesis regionibus circum Episcopum coadunatis, et cum eo tam in celebranda Eucharistia quam in Oleis sacris benedicendis concelebrantibus, apte elucet sive unitas presbyterorum cum Episcopo, sive ipsius Pastoris momentum in vita liturgica dioecesis, qui «sacerdos magnus sui gregis habendus est, a quo vita suorum fidelium in Christo quodammodo derivatur et pendet» (*Constitutio de sacra Liturgia*, articulus 41) / [LE 3141].

Cum autem Constitutio de sacra Liturgia (art. 57, 1.° *a)* praevideat ut, edito ritu concelebrationis, facultas sit singulis Episcopis Missam chrismatis concelebrandi, opportunum visum est etiam, et textus Missae aliquatenus recognoscere, quo melius fini huius Missae responderent, et ritum benedictionis Oleorum, iam ante eius instaurationem definitivam, una cum recognitione totius Pontificalis Romani suo tempore peragendam, simpliciorem reddere, quo aptius celebrationi huius diei inseratur, et actuosa fidelium participatio facilior reddatur.

Insuper, hac eadem arrepta occasione, qua nonnullae variationes in Ordinem Hebdomadae sanctae inducuntur, congruum visum est etiam unam aliamve locutionem, in orationibus solemnibus feriae VI in Passione et Morte Domini occurrentem, aptare, ut spiritui et decretis de re oecumenica sacrosancti Concilii Vaticani II congrueret.

Quapropter, de mandato Summi Pontificis, Consilium ad Constitutionem de sacra Liturgia exsequendam deputatum praefatas variationes in Ordinem Hebdomadae san-

ctae inducendas diligenter perpendit ac paravit, atque haec Sacra Rituum Congregatio, eodem Summo Pontifice approbante, has variationes edendas esse decrevit, ab omnibus, ab Hebdomada sancta huius anni, sedulo servandas.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Die 7 Martii 1965.—Iacobus Card. Lercaro, *Archiepiscopus Bononiensis, Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia.* Arcadius M. Card. Larraona, *Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *a Secretis.*

Adn. C. Braga in EL 80 (1966) 49-51.

3272

1965 MAR 7.-SC STUD., DECR. AAS 57 (1965) 414-415

Facultas Theologica «Marianum» de Urbe iure datur auditoribus sui «Instituti Mariologiae» doctoratum Sacrae Theologiae certis conditionibus conferendi

Multa sane theologicae doctrinae penitius in dies investiganda illustrandaque sunt in omnibus quibus constat partibus, Biblicae Revelationis et Patrum Catholicique Magisterii Traditionis textibus diligentissime exploratis. Inter quas centrum tenet tractatus de ineffabili Divini Salvatoris Incarnatione «secundum divitias gratiae eius, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae, secundum beneplacitum eius quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quae in caelis et quae in terra sunt, in ipso» (*Eph.* 1, 7-10). Ad quod summum explanandum mysterium non parum confert praerogativarum munerumque Almae Redemptoris Matris studium, quae «genuit, natura mirante, suum sanctum Genitorem», a recentioribus «Mariologia» vocatum. Cum haec theologiae regio a Sodalibus Ordinis Servorum Mariae inde a suis primordiis maximopere exculta sit,
415 Summus Pontifex s. rec. Pius XII / eisdem Theologicam Facultatem in Urbe exeunte anno Iubilaei MCML laudati Ordinis alumnis reservatam concessit, in qua d. VII m. martii a. D. MCMLX Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus «Institutum Mariologiae» constituit omnibus mariali theologiae studentibus patens, facto iure diplomata conferendi eis qui integrum statutum curriculum frequentassent atque scientifica dissertatione exhibita praescripta examina superassent [LE 2894]. Expleto autem primo quinquennio uberrimis fructibus locupletato, ipsa Theologica Facultas, «Marianum» nuncupata, per Magnum suum Cancellarium Priorem Generalem memorati Ordinis, suppliciter postulavit ut Institutum Mariologiae ita dilataretur ut omnes Licentiatos S. Theologiae biennio altioris institutionis theologiae de Tractatu de Verbo Incarnato et de B. Maria Virgine ad Doctoratum S. Theologiae cum «specialisatione Mariologiae» apparare posset. Eadem igitur Sacra Congregatio, auctoritate sibi concredita a Ssmo D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI, optatis Prioris Generalis O. S. M. obsecundans, in Dei O. M. gloriam atque in sacrarum disciplinarum proventum, idem Institutum Mariologicum adeo provehit ut *ad Doctoratum S. Theologiae Licentiatos peculiari biennio «specialisationis» perducere valeat*, normis omnino servatis tum in generalibus Facultatis tum in peculiaribus Instituti nunc approbatis Statutis promulgatis, manente potestate concedendi auditoribus qui praeceptos praelectionum cursus rite frequentaverint diplomata quae hactenus traduntur. Ceteris omnibus servatis de iure servandis, ad praelectionum celebrationem atque ad examina scripto et ore superanda in primis quod pertinet. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus, d. VII m. Martii, in festo Sancti Thomae Aquinatis, Doctoris Communis, a. D. MCMLXV.—Iosephus Card. Pizzardo, Ep. Alban., *Praefectus.* Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaestina, *a Secretis.*

3273

1965 MAR 8.-SC DE PROP. FIDE, EPISTULA. PART.*

Media proponuntur ut Opus a S. Petro Apostolo inter alumnos scholarum mediarum diffundatur

Roma, 8 martii 1965.

Ethe et Revthe Domine mi colendissime, recurrente anno 75° a condito Pontificio Opere quod a S. Petro Apostolo

nomen habet, Ssmus Pater, eidem maiorem impetum addere desiderans, datis die 22 Febr. huius anni Litt. Ap. *Benignissimus Deus*, [LE 3263] praecepit ut illud Opus inter alumnos potissimum scholarum mediarum quae sunt in universo mundo catholico, notum fieret et diffunderetur.

Quod augustum propositum, si indicto orationis et caritatis die diligenter praeparetur, speratur fore ut multis iuvenibus facultatem praebeat, propria ipsorum opera collata, favendi formationi sacerdotali plurimorum aequalium suorum in terris Missionum. Cuius spei pignus hoc est, quod multae ex eiusmodi scholis catholicis in toto mundo dispersis ab institutis religiosis diriguntur, atque horum sodales non est dubium quin curaturi sint, ut Summi Pontificis veneranda praecepta ad effectum quam primum adducantur.

Praeterea, scholarum mediarum alumni, cum seminaristis regionum missionalium spiritu coniuncti, thesauros accipient sapientiae et gratiae, quae in aliquo animo generoso vocationem sacerdotalem excitare poterunt.

Ideo persuasum mihi est, Eminentiae Tuae verbum exhortationis, Superioribus maioribus praedictorum institutorum insinuatum, valde utile fore et vim efficacissimam habiturum ad Opus a S. Petro Ap. in scholis mediis propagandum.

Pergratum mihi feceris, si, pro eo zelo missionali quo semper fuisti animatus inter gravia munera in servitium Sanctae Sedis expleta, eiusmodi interventus opportunitatem considerare velis.

Interea manus Tibi humillime osculor et summa veneratione me profiteor Eminentiae Tuae Revmae humillimum, obsequentissimum, devotissimum servum.—G. P. Card. Agagianian, *Praef.*

* Card. Praefecto S. C. de Religiosis, Prot. N. 446/65: SPA: AOFMCap 81 (1965) 140. Vide in AOFMCap 81 (1965) 140-141, Epistulam S. C. de Religiosis diei 15 martii 1965 ad Praesidem Unionis Romanae Superiorum Generalium, desideria S. C. de Pro. Fide commendantem.

3274

1965 MAR 20.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur accipiendi ac retinendi stipendium pro Missis bis aut ter litatis

Preces—*Beatissime Pater*: Infrascriptus Vicarius Generalis Chicagiensis postulat a Sanctitate Vestra prorogationem rescripti S. Congr. Concilii diei 31 maii 1960 (N. 52765-D), circa facultatem permittendi ut pro Missis binatis ac trinatis quae sive diebus dominicis et festis sive diebus ferialibus in Archidioecesi celebrantur, eleemosynae accipiantur pro eiusdem Archidioecesis necessitatibus erogandis. Facultatem item petit pro eodem fine stipendia iam oblata erogandi. Et Deus...

Rescr.—[Sacra Cong. Concilii, attentis expositis, petitam prorogationem benigne concedit. Romae die 20 martii 1965.]

* Ordinario Chicagiensi, Prot. N. 52765/D): e documento originali.

3275

1965 MAR 25.-SC RIT., DECR. AAS 57 (1965) 413-414

Facultas conceditur legendi Evangelium Passionis domini ab iis qui in ordine diaconatus non sunt constituti

Plures locorum Ordinarii ab Apostolica Sede petierunt ut attenta difficultate habendi tres diaconos vel tres sacerdotes qui, ad normam artt. 50 et 51 *Instructionis* diei 26 Septembris 1964 [LE 3217], Evangelium Passionis et Mortis Domini proferrent, assumi possent, pro necessitate, 414
etiam tres lectores vel idonei ministrantes. /

Et Sacra haec Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi a Ssmo Domino nostro Paulo Papa VI tributis, indulget ut, deficientibus uno, vel duobus vel etiam tribus diaconibus vel sacerdotibus, Evangelium Passionis et Mortis Domini proferri possit ab aliis clericis, vel etiam laicis, habitu tamen liturgico indutis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Die 25 Martii 1965.—Arcadius M. Card. Larraona, *Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *a Secretis.*

http://www.obrascatolicas.com

3276

1965 APR 1.-SC CONCILII, DECLARATIO. PART.*

ITINERANTES, QUI MEDIIS TRANSVECTIONIS AËRONAUTICIS UTUNTUR, NON TENENTUR LEGE ABSTINENTIAE

Under date of April 1, 1965, the Sacred Congregation of the Council has written that, in view of the difficulty that the railroad companies have in preparing meatless meals, the passengers should not be considered as bound by the law of abstinence.

* Iuxta summarium traditum a BOUSCAREN VI, p. 686.

3277

1965 APR 3.-PAULUS VI, LIT, AP. AAS 57 (1965) 578

DELEGATIO APOSTOLICA AFRICAE CENTRALIS SEU YAUNDENSIS ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad futuram rei memoriam.—Qui res Africanas impenso studio consideramus, siquidem novae Civitates sunt consitutae et populi ad profectum, huius aetatis proprium, impigre nituntur, peculiares curas, ut supremum munus pastorale postulat, ad religionem catholicam ibi tuendam provehendamque intendimus. Hac ducti mente Delegationem in Media Africa instituere decrevimus, quinque regiones ea in plaga comprehendentem, atque adeo bono fidelium ibidem degentium aptius consulere. Itaque, e consulto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi *Delegationem Africae Centralis* seu *Yaundensem*, iurisdictioni eiusdem Sacri Consilii obnoxiam, erigimus atque ei territoria Rerumpublicarum Cammaruniensis, Cladianae, Congicae Brazzapolitanae, Gabonensis atque ipsius Reipublicae Africae Mediae subicimus. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Aprilis, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri secundo.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3278

1965 APR 18.-SC STUD., DECR. AAS 57 (1965) 545-546

PONTIFICIUM INSTITUTUM SCIENTIARUM RELIGIOSARUM A SANCTO PIO X IN URBE SALMANTINA ACADEMICE INCLUDITUR IN FACULTATEM SACRAE THEOLOGIAE PONTIFICIAE UNIVERSITATIS ECCLESIASTICAE SALMANTICENSIS IUREQUE AUGETUR GRADUS ACADEMICOS CONFERENDI BACCALAUREATUS ET LICENTIAE SCIENTIARUM RELIGIOSARUM CUM SPECIALISATIONE CATECHETICAE

Sacrae Catecheseos princeps munus suum, ipso Christo Domino promulgante «Euntes, docete omnes gentes» (*Matth.* 28, 19), summa cum cura semper prosecuta, Ecclesia nunquam destitit sacra hominibus praecepta integra tradere atque illustrare. Veritatis enim thesaurum a Deo revelatum omnino ipsa peculiare sibi habuit cum hominibus indesinenter communicare, ut omnes spiritualia consequerentur bona, adeo ut cunctis tum individuis tum nationibus Dei sapientia atque caritas largius in dies innotescerent, omniumque in Christum Redemptorem recta aleretur fides, quibusvis erroribus profligatis, divinisque mandatis mores temperarentur. Quod sane munus cum plenam postulet christianorum magistrorum idoneitatem, Summi Pontifices, recentioribus praesertim saeculis, peculiares Scholas pueris atque adolescentibus sacra doctrina informandis et summopere commendaverunt et condendas curaverunt, illis approbatis confirmatisque religiosis societatibus, quae gravissimum hoc officium tanquam primarium sibi susciperent. Quas inter, Instituta Religiosa Laicalia emicuerunt, quorum sodales sacris Pastoribus diligenter fideliterque se obtulerunt, ad iuventam religiosis veritatibus atque normis funditus erudiendam. Quam ob rem, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus benevole prosecuta est Superiorem Scholam ad Catecheticam tradendam, quam Fratres Scholarum Christianarum, omnium primi, magnis nisibus exantlatis, Salmanticae sub nomine et tutela S. Pii X a D. MCMLV condiderunt, quamque Sacra Congregatio de Religiosis a. D. MCMLX approbavit tituloque decoravit Pontificio [LE 2898]. Attentis peculiaribus in ipsa adhibitis studiorum ratione atque methodis sive ad scientificam obtinendam discipulorum efformationem sive ad religiosas provehendas scientias, Sacra eadem Congregatio Seminariis studiorumque Universitatibus praeposita rogationem suscipiendam censuit sibi ab Auctoritatibus academicis Pontificiae Universitatis Ecclesiasticae Salmanticensis et ab eadem Sacra Congregatione de Religiosis oblatam, ut nempe laudata Schola a Sancto Pio X per insertionem in Theologicam Facultatem Salmantinae Universitatis ad dignitatem academicam eveheretur. Quapropter, idem Sacrum Dicasterium de Seminariis studiorumque Universitatibus, ut uberes hucusque inibi percepti fructus in annos multiplicati producantur, et debitae simul tribuantur laudes insigni Fratrum a Scholis Christianis sodalitio, quod post decennes labores suam communi Scholam offert utilitati, auctoritate a Ssmo D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI sibi tributa, ad Dei Optimi Maximi gloriam, Ecclesiae decus animarumque proventum «Pontificium Institutum Scientiarum Religiosarum a Sancto Pio X» in Facultatem Theologicam Pontificiae Universitatis Ecclesiasticae Salmanticensis hoc Decreto *includit* inclusumque *declarat*, quadrienni studiorum curriculo constans, facta eidem Facultati Theologicae potestate per ipsum gradus academicos *Baccalaureatus* atque *Licentiae Scientiarum Religiosarum* (cum specialisatione in *Catechetica*) iis alumnis conferendi, qui, ad normam Statutorum tum generalium Pontificiae Universitatis tum peculiarium Instituti ab eadem Sacra Congregatione approbatorum, omnibus praestitutis scholaribus obligationibus rite satisfecerint, ad amussim servatis praescriptionibus Apostolicae Constitutionis «*Deus scientiarum Dominus*» [LE 1030] adnexarumque «*Ordinationum*» [LE 1033], ceterisque omnimodis de iure servandis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, die XVIII mensis Aprilis, in Resurrectione D. N. I. Ch., anno reparatae salutis MCMLXV.—I. Card. PIZZARDO, Ep. Albanen., *Praefectus*. Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaestina, *a Secretis*.

3279

1965 APR 21.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

DE USU FACULTATIS DISPENSANDI AD SACROS ORDINES CUM FILIIS ACATHOLICORUM QUI IAM OBTINUERANT DISPENSATIONEM AD NOVITIATUM ET ORDINES MINORES

Dal Palazzo del S. Offizio, 21 Aprile 1965.

Reverendissimo Padre, con foglio del 3 c. m., il Rev.mo Procuratore Generale di codesto Ordine chiedeva se la Facoltà N.° 7 del Rescritto Pont. «*Cum admotae*» del 6 Nov. 1964 [LE 3230] potesse essere applicata anche quando il Sant'Offizio avesse precedentemente concesso la dispensa per l'accesso al Noviziato ed agli Ordini Minori.

In merito mi reco a doverosa premura significarLe che quanto stabilito dal suscitato Rescritto Pontificio abroga qualsiasi altra contraria disposizione e pertanto la Facoltà in oggetto può essere usata anche quando si fosse ricorsi a questa Suprema in ottemperanza alle precedenti norme.

L'occasione mi è propizia per significarLe la mia alta stima e confermarmi altresì della Paternità Vostra Rev.ma devotissimo.—A. Card. OTTAVIANI, *Segr.*

* Procuratori Gen. O. F. M., Prot. N. SS. Canones 7/65: AOFM 85 (1966) 287-288.

3280

1965 APR 24.-SECRET. STATUS, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR NONNULLIS RELIGIOSIS FEMINIS ADMINISTRANDI SACRAM COMMUNIONEM

O Santo Padre, o Papa Paulo VI, em audiência concedida ao abaixo assinado Secretário da Sagrada Congregação

para os Negócios Eclesiásticos Extraordinários, concedeu o favor solicitado (de permitir a distribuição da Sagrada Comunhão por religiosas das paróquias de Nísia Floresta e Taipu) sob as seguintes condições:

1) Quando o ministro sagrado do Santíssimo Sacramento estiver ausente, há oito dias pelo menos;

2) A faculdade é concedida só na capela da comunidade para as religiosas e todos os que se habituaram a freqüentar a capela;

3) A Santíssima Eucaristia seja distribuída por uma ou algumas religiosas, designadas para êsse mister pelo Ordinário do lugar;

4) O Santíssimo Sacramento da Eucaristia seja administrado depois que todos recitarem, juntamente, o *Eu pecador* e o *Senhor, eu não sou digno;* à religiosa que distribuir o Santíssimo Sacramento é permitido dizer as palavras: *O Corpo de Cristo;*

5) Tal faculdade seja usada sob a expressa licença do Ordinário e sob a sua vigilância;

6) A faculdade é concedida *ad experimentum*, por um ano, e não ser que antes a Santa Sé dê determinações mais definidas.

Revogam-se as disposições em contrário. Dado do Palacio Vaticano, aos 24 de abril de 1965.—Antônio SAMORÉ, Arcebispo Titular de Ternobeno. *Secretário da Sagr. Congr. para os Negócios Eclesiásticos Extraordinários.*

* Revista da Conferencia dos Religiosos do Brasil 12 (1966) 182-183. Adn. Revista da Conferencia dos Rel. do Brasil 12 (1966) 183.

3281

1965 MAI 14.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 57 (1965) 520-522

Allocutio diei 14 *maii* 1965 *iis qui interfuerunt coetui Romae habito a Consilio Sodalitatis Advocatorum ex omnibus nationibus:*

DE OFFICIO ADVOCATI HODIE RECTE EXERCENDO

Chers Messieurs, Membres du Conseil de l'Union Internationale des Avocats, soyez les bienvenus dans Notre demeure. Réunis à Rome pour approuver les nouveaux Statut de votre Union, avant votre Congrès de septembre, vous avez exprimé le désir de venir en personne Nous présenter vos hommages. Nous vous accueillons d'autant plus volontiers que la belle profession que vous représentez ici est une de celles que l'Eglise considère avec le plus
521 d'estime et de respect. /

Elle voit d'abord dans l'avocat l'homme qui a voué son existence à assister ceux qui ne sont pas en mesure de se défendre par eux-mêmes. Comme le maître assiste l'élève et lui ouvre les voies du savoir, comme le médecin assiste le malade et le soigne dans ses infirmités corporelles, ainsi l'avocat assiste le client qui a besoin d'être guidé, conseillé, défendu, dans le labyrinthe des relations humaines. Et déjà cette seule finalité, bien comprise et bien pratiquée, suffirait à constituer un mérite singulier à inscrire à l'actif de votre profession: car celle-ci s'en trouve élevée à la dignité d'un service, d'un véritable et très authentique ministère de charité. Et si cela est vrai en principe, chacun peut constater que cela se vérifie également en pratique, au moins dans la plupart des cas.

L'avocat assiste, conseille, défend. Mais pour ce faire, il doit connaître. Et ici se manifeste un autre aspect de sa personnalité: c'est un homme qui cherche la vérité. Vérité des faits, pour étayer sa défense sur un terrain solide; vérité des lois, que sa conscience professionnelle lui fait un devoir de posséder parfaitement; vérité des âmes, surtout, dont il recueille bien souvent les plus intimes secrets. Personne peut-être, à part le prêtre, ne connaît mieux que lui la vie humaine sous ses aspects les plus variés, les plus dramatiques, les plus douloureux, les plus défectueux parfois, mais bien souvent aussi les meilleurs. Rien d'étonnant donc que dès l'antiquité l'avocat ait été le candidat tout désigné pour les fonctions politiques ou pour les charges publiques, comme étant le plus capable de les exercer: c'était l'hommage spontanément rendu à sa valeur humaine, à ses capacités, à son expérience.

Si l'avocat cherche à connaître la vérité, ce n'est pas pour en être l'avare possesseur: c'est pour la divulguer et la faire connaître. Il est par excellence l'homme de la parole. L'abus qu'on fait du langage n'est-il pas, à sa façon, un hommage rendu à sa sublime fonction? Quelle puissance a la parole pour persuader, pour émouvoir, pour entraîner l'assentiment! Mais quelle responsabilité aussi pour celui qui se laisserait porter à mettre ce merveilleux instrument au service des passions humaines!

Et Nous touchons ici sans doute le sommet de la vocation de l'avocat: tout son art, toute sa science sont, en définitive, au service de la justice. Il est l'homme qui défend, et —autant qu'il le peut— fait triompher la justice.

Et non pas seulement la justice inscrite par les hommes dans les / textes de lois. Celle-ci lui sert de point de départ, 522
certes; mais c'est pour lui permettre de s'élever à la justice inscrite par Dieu dans le coeur de l'homme. Et quand il en a sondé les profondeurs, il revient à la justice des codes, pour en tempérer et en vivifier la rigidité par un grand souffle d'humaine compassion.

Le jugement définitif des consciences ne lui appartient pas, non plus que l'évaluation des dernières responsabilités: c'est la part que Dieu se réserve. *Nolite iudicare!* Mais l'action de l'avocat, qui se déploie entre les deux pôles de la justice et de la miséricorde, frôle un domaine mystérieux et sacré, au seuil duquel on ne peut que s'arrêter avec respect.

Voilà, chers Messieurs, brièvement esquissée, ce que Nous voudrions appeler l'«apologie de l'avocat». Voilà aussi énumérées, par le fait même, les raisons de l'estime et de la considération dont jouit aux yeux de l'Eglise votre noble profession. Fonction sociale de premier ordre que la vôtre, et dont la pratique tend à perfectionner sans cesse celui qui l'exerce, pour en faire chaque jour davantage le héraut de la parole, le serviteur de la vérité, l'homme de la justice et de la bonté.

Plus cet idéal sera réalisé dans les faits, plus aussi progresseront, on peut l'espérer, le sens du droit, le respect d'autrui, la compréhension et la concorde entre les hommes et les peuples. Et à cet égard Nous avons relevé avec intérêt dans les projets de nouveaux Statuts de votre Union le souci que vous avez de «contribuer à l'établissement d'un ordre juridique international fondé sur le principe de la justice entre les nations par le droit et pour la paix». Excellent propos, en vérité, à la réalisation duquel l'Eglise travaille pour sa part autant qu'elle le peut.

Dieu veuille couronner ces efforts, les vôtres, les Nôtres, ceux de tous les hommes de bonne volonté! Nous le souhaitons de tout coeur en invoquant sur vos personnes et vos travaux la divine assistance, dont veut être le gage Notre Bénédiction Apostolique.

3282

1965 MAI 14.- SC STUDIORUM, EPISTULA. PART.*

IUS PROPRIUM ET NATIVUM ECCLESIAE VINDICATUR SACROS ADMINISTROS EFFORMANDI AC INSTITUENDI IN POLONIA

Romae, d.d. XIV m. maii a.D. MCMLXV.

Excellentissime Domine, gravia sane atque lacrimabilia his novissimis temporibus Sacro huic Dicasterio relata sunt de plurimis nisibus inceptisque a Gubernio Polonico adhibitis ad Seminariorum Dioecesanorum istius Nationis vitam conturbandam, quin immo, exstinguendam, si hoc possibile evaderet.

Civiles enim Auctoritates, postquam annis elapsis gravissimam intulerunt Ecclesiae iniuriam, supprimendo scilicet plurima Seminaria Minora, nunc vero Seminaria Maiora frequentius in dies inspicere volunt, omnia perscrutantes quae ad disciplinam atque studia in Piis Institutis pertinent. Certiores enim facti sumus Status Officiales saepe in Seminaria Maiora ingressos esse; praelectionibus adfuisse non tantum disciplinarum quae «laicae» dicuntur, verum etiam disciplinarum ecclesiasticarum, uti theologiae, Sacrae Scripturae, iuris canonici, sociologiae christianae, historiae ecclesiasticae, etc.; nonnullos alumnorum periculis interfuisse; non raro plurima volumina e Bibliothecis Seminariorum amovisse.

Quae omnia, Excellentissime Domine, nobis inaudita atque incredibilia videntur, cum Supremi Poloniae Moderatores longe lateque libertatem religiosam proclament, una cum separatione Ecclesiae a Statu.

http://www.obrascatolicas.com

Si revera res ita se habent, si reapse Status ab Ecclesia separatus est, si vera datur libertas religiosa, qua ratione Status se immiscere vult rebus Ecclesiae? Quae nobis enarrata sunt clarum exstant testimonium facta, proh dolor, non semper respondere verbis!

Quare praesentibus litteris, dum moerorem nostrum de tam gravibus nuntiis Tibi manifestare cupimus, Te, Excellentissime Domine, rogamus, ut fortiter constanterque tantis iniuriis obsistere velis, iura Ecclesiae vindicans, Officialibus Status significans se gravem iniuriam atque offensionem ipsi Sanctae Sedi inferre, quae Seminaria utpote pupillam oculorum diligit ac fovet. Ecclesia enim ius proprium atque nativum habet efformandi suos sacros administros, iuxta principia a Divino Redemptore statuta necnon ab ipsa Ecclesia per saecula fideliter servata. Ius enim ab omnibus populis —etiam primitivis et barbaris— agnitum facultatem facit unicuique societati religiosae proprios parandi sacerdotes, sine ullo interventu civilis societatis.

Sincere proinde speramus Polonicum Gubernium finem inspectionibus Seminariorum, cum pro certo noscat in Seminariis tantummodo efformari sacerdotes zelanter studioseque pro bono spirituali Christifidelium adlaboraturos.

Qua par est observantia optima quaeque a Domino Tibi adprecamur, dum super dilectos Tuos alumnos, Seminarii Moderatores et Professores divinarum gratiarum imbrem invocamus, atque salutem plurimam dicimus Excellentiae Tuae Reverendissimae addictissimus in Christo Iesu.— Iosephus Card. Pizzardo, *Praefectus*. Dinus Staffa, *a Secretis*.

* Ordinariis locorum Poloniae: Seminarium 18 (1966) 64-65. Adn. Seminarium 18 (1966) 63-64.

3283

1965 MAI 15.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur satisfaciendi praecepto festivo audiendi Missam in horis postmeridianis sabbati vel in vigilia festorum

Preces—*Très Saint Père*, Prosterné aux pieds de Votre Sainteté, l'archevêque d'Alger, président de la conférence épiscopale d'Afrique du Nord (Maroc, Algérie, Tunisie), la supplie humblement de vouloir bien accorder l'autorisation nécessaire pour que la participation à la messe du samedi soir puisse satisfaire à l'obligation de la messe dominicale dans le cas où un groupe de fidèles, pour un motif légitime, serait privé de la messe de dimanche.

Les raisons sont les suivantes:

Les chrétiens de nos diocèses sont très dispersés; beaucoup moins nombreux qu'autrefois, ils couvrent un territoire aussi vaste; par contre, le nombre des prêtres a considérablement diminué. Il est impossible dans certaines régions d'assurer la messe le dimanche dans toutes les paroisses de campagne.

D'autre part, il arrive que les fidèles sont amenés à effectuer un voyage le dimanche, pour un motif de culture ou pour un besoin légitime de détente, après une semaine de travail quelquefois accablant.

Dans l'un et l'autre cas, l'indult demandé serait très utile pour le soutien spirituel des chrétiens qui se trouvent dans une situation présentant de réelles difficultés pour leur vie religieuse.

Rescr.—Après avoir étudié les raisons exposées, la S. C. du Concile accorde à S. Em. le cardinal-archevêque d'Alger et aux autres ordinaires de la conférence épiscopale l'indult demandé *ad experimentum*, pour une durée de cinq ans. Deux points sont recommandés: qu'il n'y ait pas de désaccords dans chaque région; que tout soit fait pour que dans l'esprit des fidèles le dimanche demeure le jour consacré au Seigneur, selon les vénérables traditions de l'Eglise.

Donné à Rome le 15 mai 1965.—P. Card. Ciriaci, *Praef.* P. Palazzini, *Secr.*

* Praesidi Conferentiae episcopalis Africae septentrionalis: Doc. Cath. 62 (1965) 1488.

3284

1965 MAI 18.-SC CONSIST., DECR. AAS 57 (1965) 1006-1007

TOLOSANAE - RUTHENENSIS ET ALIARUM

De Tribunalibus regionalibus constituendis ac ordinandis ad universas causas contentiosas et criminales iudicandas

Occasionem nacti constituti tribunalis regionis pastoralis Tolosanae per Decretum Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum die 17 Februarii 1965 ad causas nullitatis matrimoniorum pertractandas datum [LE 3260], Excmi Ordinarii Tolosanus, Albiensis, Auxitanus, Carcassonensis, Montis Albani, Apamiensis, Elnensis, Ruthenensis, Cadurcensis, Mimatensis, Tarbiensis et Lourdensis, quo aptius iudicandi munus in tribunalibus ecclesiasticis exerceretur, nuper ab Apostolica Sede exspostulaverunt ut universae causae, sive contentiosae sive criminales, quae ad eorum competens forum iure communi essent deferendae, posthac a tribunalibus Tolosano, in primo iurisdictionis gradu, et Ruthenensi, in secundo iurisdictionis gradu, cognoscerentur.

Porro Ssmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Pauli Bertoli, Archiepiscopi titulo Nicomediensis et in Gallia Apostolici Nuntii, preces ad se admotas animarum bono valde profuturas agnovit benigneque excipiendas censuit. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, ea quae sequuntur decrevit

1. Tribunal Tolosanum iudicabit in prima instantia universas causas, sive contentiosas sive criminales, Ecclesiarum quas supra memoravimus. 1007

2. Ab huiusmodi causis, in prima instantia pertractatis coram tribunali Tolosano, fiet appellatio ad tribunal Ruthenense.

Quibus super rebus edi iussit hoc Consistoriale Decretum, *ad decennium experimenti gratia* valiturum.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua praefatum Excmum P. D. Paulum Bertoli deputavit, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi, quam primum, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis, atque revocatis superioribus Rescriptis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 18 Maii 1965.—Carolus Card. Confalonieri, *a Secretis*. Franciscus Carpino, Archiep. tit. Serdicen., *Adsessor*.

Adn. vide sub die 17 feb. 1965: LE 3260.

3285

1965 MAI 21.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

Sanantur professiones invalide emissae ob defectum consilii petiti duorum saltem Definitorum apud Ordinem Fratrum Minorum

Preces—*Beatissime Pater*, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter exponit:

Superiores Maiores Ordinis ad admittendos candidatos ad novitiatum indigent (ad validitatem) consilio duorum saltem Definitorum aut Delegatorum Definitorii (can. 543, 105; Constit. Gener. art. 14, § 2, n. 3). Ex inadvertentia in aliquibus casibus constat, in aliis probabiles est, hoc consilium locum non habuisse.

Ne defectu huius aliorumve requisitorum a parte Ordinis alumni Religionis damna aut perturbationes spiritualia vel iuridica patiantur, Orator ab Eadem Sanctitate Vestra implorat, pro toto Ordine Minoritico, benignam sanationem in radice religiosarum professionum sive simplicium sive sollemnium et admissionum ad novitiatum, quae defectu quorumlibet requisitorum a parte Ordinis invalidae vel dubiae sint, necnon omnium sequelarum quae inde ortae fuerint quaeque sanatione indigent et sanari possunt, quin tamen inde auferatur ius impugnandi professionem ad normam can. 586. Et Deus, etc. ...

Rescr.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis a Revmo Patre Oratore, benigne adnuit pro gratia sanationis, iuxta preces, sanatis omnibus quae sanabilia sunt ac sanatione indigent, servatisque ceteris servandis. In posterum autem Superiores ad quos spectat, cautius agant.

Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, die 21 mensis maii 1965.—Paulus Philippe, *a Secretis*. C. Addivinola, *Ad. a Studiis*.

* Procuratori Gen. O. F. M., Prot. N. 17795/65: AOFM 84 (1965) 401.

3286

1965 MAI 26.-SC RITUUM, DECRETUM. AAS 57 (1965) 542

DIOECESIUM EUROPAE

Missa propria de S. Benedicto Abbate, Europae Patrono, probatur et editur

Sanctum Benedictum Abbatem, qui Europae rebus praeesset easque propitiatione sua maioribus in dies proveheret incrementis, Sanctissimus Dominus noster Paulus Papa VI principalem totius Europae apud Deum Patronum constituit ac declaravit per Apostolicas Litteras «*Pacis nuntius*», die 24 mensis Octobris datas (cf. *A. A. S.*, 1964, pp. 965-967) [LE 3223].

Quo autem huiusmodi patrocinium maiore celebraretur liturgica solemnitate, Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi ab Eodem Ssmo Domino nostro Paulo Papa VI tributarum, Missam propriam de S. Benedicto Abbate, Europae Patrono, concinnavit eamque, prout in adnexo prostat exemplari, probavit.

Eadem insuper Sacra Rituum Congregatio, firmo manente S. Benedicti Abbatis festo gradu III classis die 21 mensis Martii, servatis rubricis, recolendo, indulget ut, quotannis die 11 mensis Iulii, in omnibus et singulis Europae ecclesiis et oratoriis, Missa de praefato patrocinio S. Benedicti celebrari possit tamquam votiva II classis. Si vero dies 11 Iulii in dominicam inciderit, permittuntur duae tantum Missae de eodem patrocinio, tamquam votivae II classis, iuxta n. 360 Codicis rubricarum [LE 2927].

Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 26 Maii 1965.—Arcadius M. Card. Larraona, *Praefectus*. Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *a Secretis*.

3287

1965 MAI ...-CONS. LITURGIAE, RESPONSUM. PART.*

Responsa ad proposita dubia circa: 1.—Instructionem diei 26 sept. 1964. 2.—Ritum servandum in celebratione Missae. 3.—Ritum servandum in concelebratione Missae. 4.—Ritum servandum in Communione sub utraque specie

1.—*Ad Instructionem diei 26 sept. 1964* [LE 3217]

1. *(Ad nn. 15 et 18)*. Utrum expressio art. 15 *Instructionis*: «omnibus qui in domo sunt participantibus» relate ad Missam principalem in die dominica in seminariis et studiorum domibus religiosis, intellegenda sit etiam de moderatoribus et magistris, qui tempore huius Missae in seminario vel domo formationis religiosa manent?

Resp.: *Affirmative*. Si moderatores sunt sacerdotes et si, secundum eundem articulum *Instructionis*, fit concelebratio, convenit ut in hac Missa concelebrent.

2. *(Ad n. 36 b)*. Utrum liceat aspersionem aquae benedictae facere per modum unius pro omnibus in presbyterio praesentibus, sicut fit pro incensatione iuxta *Instructionem* n. 36, b?

Resp.: *Affirmative*.

3. *(Ad n. 48)*. Utrum in Missa *lecta* una alterave pars Ordinarii *(Kyrie, Gloria*, etc.) aut Proprii (e. g. Graduale, antiphona ad Communionem) cantari possit?

Resp.: *Affirmative*.

4. *(Ad nn. 53-55)*. Utrum sit contra spiritum *Constitutionis*, n. 52, ut, loco homiliae, catechetica instructio fidelibus praebeatur?

Resp.: *Instructio* art. 52 *Constitutionis* declarat, eo sensu ut, si schemata praedicationis intra Missam habendae a competenti auctoritate disponuntur, praedicatio ipsa ita ordinari debet ut intimus nexus servetur cum praecipuis saltem temporibus et festis anni liturgici seu cum mysterio Redemptionis.

5. *(Ad. n. 60)*. Cur duobus tantum diebus licet fidelibus bis ad sanctam Communionem accedere?

Resp.: Firma lege generali de unica Communione singulis diebus concessa, Ecclesia, principio innixa de pleniore participatione per Eucharistiae susceptionem in sacris celebrationibus, his diebus, in quibus duo officia liturgica, inter se omnino distincta, pro universa communitate celebrat, facultatem dat bis communicandi fidelibus qui utramque celebrationem participant. Quam facultatem ad omnes dies non extendit cum plures celebrationes tunc sint tantummodo iteratio eiusdem celebrationis in favorem fidelium qui unicae celebrationi interesse non possent. Breviter: cum unum celebratur Officium, etsi iteratum, unica conceditur accessio ad sacram mensam; cum duplex celebratur Officium, duplex conceditur Communio.

6. *(Ad. n. 74 a)*. Quinam sit contentus brevis admonitionis in initio ritus Matrimonii, secundum Litt. Apost. *Sacram Liturgiam*, n. V et *Instructionem* n. 74, *a* habendae?

Resp.: In celebratione Matrimonii sine Missa, brevis admonitio, paucis tantum verbis facienda, revocet attentionem praesentium ad ea, quae postea fient. Haec admonitio etiam a commentatore bene fieri potest.

7. *(Ad n. 91)*. Utrum liceat altare in medio ecclesiae exstruere, ut Missa semper celebretur versus populum?

Resp.: *Instructio* non loquitur de «centro mathematico» ecclesiae, sed tantum de «centro ideali», uti dicitur, «quo totius congregationis fidelium attentio sponte convertatur» (n. 91).

8. Utrum liceat, donec ecclesia opportune reficiatur, collocare altare portatile, forma simplicis mensae, ante altare maius fixum ex marmore pretioso confectum, ut adhibeatur pro celebratione Missae versus populum?

Resp.: *Affirmative*, dummodo *a)* spatium vere notabile inter utrumque altare intercedat; *b)* optandum vero est ut altare portatile extra sanctuarium ponatur, quo autem in casu, circa se habeat spatium sufficiens ad modum presbyterii, ab aula ecclesiae opportune distinctum.

9. *(Ad n. 92)*. Aliqui sacerdotes putant optimum locum pro celebrante et ministris esse retro, in absida; sed ne altare illos celet, dicunt sedem debere esse in alto positam, saltem tribus gradibus, ut populus eos videre possit et appareat celebrantem vere praeesse. Potestne haec opinio sustineri, praesertim si in ipsa absida ponatur thronus ad exponendam Ssmam Eucharistiam?

Resp.: Ad primam partem, *affirmative*, iuxta *Instructionem* n. 92.

Ad alteram partem: si in absida exstat tabernaculum, vel ponitur thronus ad exponendam Ssmam Eucharistiam, sedes praesidentialis ponatur, parumper elevata, ad latus altaris.

10. *(Ad n. 95)*. Cum celebratur Missa in altari, posito inter altare maius et populum, potestne asservari Ssma Eucharistia in altari maiore, etsi celebrans terga vertat Ssmae Eucharistiae?

Resp.: *Affirmative*, dummodo *a)* spatium vere notabile inter utrumque altare intercedat; *b)* tabernaculum in altari maiore sit tali altitudine collocatum, ut caput celebrantis, qui stat ad pedes altaris intermedii, superet.

11. Utrum tabernaculum in latere sinistro altaris versus populum poni possit et in alio latere crux vel liber sacrae Scripturae?

Resp.: *Negative*. Attendendum est potius ad art. 95 *Instructionis*, secundum quem «in casibus peculiaribus *ab Ordinario loci probandis*» tabernaculum poni potest «etiam in alia ecclesiae parte vere pernobili et rite ornata», v. gr. in dextera parte sanctuarii, aut in absida.

2.—*Ad Ritum servandum in celebratione Missae* [LE 3251]

12. *(Ad n. 22)*. Utrum omitti possint preces ad gradus altaris, quando Laudes, recitatae a communitate choro non adstricta, Missam immediate praecedunt?

Resp.: *Affirmative*, si hanc Missam immediate subsequentem tota communitas participat. *Negative*, si post Laudes singuli sacerdotes eiusdem communitatis Missam privatim in altaribus minoribus celebrant.

13. Utrum preces ad gradus altaris faciendae omitti possint secundum n. 22 *Ritus servandi*, quando immediate ante Missam ad altare celebrationis, in quo habetur tabernaculum Ssmi Sacramenti, distribuitur sancta Communio? Nam in ritu distributionis iam habetur *Confiteor, Misereatur, Indulgentiam*, quae secus repeti deberent.

Resp.: *Negative*. Sunt duae actiones liturgicae omnino distinctae.

14. *(Ad n. 23)*. Utrum ad *Gloria Patri*, quando in Missa occurrit, adhuc caput sit inclinandum?

Resp.: *Affirmative*, iuxta principia generalia.

15. Utrum antiphona ad introitum, post *Gloria Patri* repetenda omitti possit, quia repetitiones secundum art. 34 *Constitutionis* sunt vitandae?

Resp.: Repetitio antiphonae ad introitum sequitur ex ipsa natura antiphonae; ideoque non est numeranda inter «repetitiones inutiles», de quibus art. 34 *Constitutionis*.

16. *(Ad nn. 41 et 44)*. Utrum in Missa cum participatione mulierum tantum (e. g. in domibus religiosarum) mulier, rite edocta, munus lectoris possit assumere?

Resp.: *Negative*. Munus lectoris est munus liturgicum, quod solis viris committitur. Proinde Epistola legatur a celebrante.

17. *(Ad n. 50)* Utrum celebrans, inchoando *Credo*, adhuc manus extendere debeat?

Resp.: *Negative*. Verba hunc gestum significantia, ex errore materiali in prima editione *Ordinis Missae* irrepserunt. Postea dempta sunt: nam in *Ritu servando* non inveniuntur.

18. Utrum *Credo* solummodo ad sedem vel ad altare inchoare liceat, an etiam in ambone vel ad cancellos?

Resp.: Servetur *Ritus servandus* n. 50: «... ad sedem vel ad altare, inchoat, si dicendum est, *Credo in unum Deum*, ...».

http://www.obrascatolicas.com

19. *(Ad n. 51)* Quomodo celebrans manus tenere debet durante oratione fidelium?

Resp.: Stet manibus iu ctis.

20. *(Ad nn. 55 et 56)*. Utrum celebrans calicem pro offertorio praeparare possit stans in medio altaris?

Resp.: *Negative*, sed praeparet calicem de more ad latus dexterum altaris (excepto casu in *Ritu servando* n. 99, *b* indicato).

21. *(Ad n. 58)*. Utrum diebus ieiunii et in Missis defunctorum genuflectendum sit ad orationem super oblata?

Resp.: *Affirmative*, ad mentem Cod. rubr. n. 521, *c*.

22. *(Ad n. 61)*. Utrum liceat dicere praefationem lingua vernacula, cum dialogus ante, et *Sanctus* post praefationem certo dici possint in lingua populari?

Resp.: Ex recenti concessione (27 aprilis 1965) Apostolicae Sedis, iuxta n. 58 *Instructionis*, competens auctoritas territorialis ecclesiastica permittere potest usum linguae vernaculaein praefationibus, interpretatione populari a «Consilio» confirmata.

23. *(Ad n. 69)*. Utrum liceat caeremoniario assistere ad librum in Missa sollemni, praesertim durante Canone?

Resp.: Servetur *Ritus servandus* n. 69: «In Missa sollemni, inde ab oratione super oblata diaconus et subdiaconus stant post celebrantem. Diaconus autem ad celebrantem accedit quando opus est eius ministerio, statimque in locum suum redit». Quando diacono impossibile sit assistere ad librum, caeremoniarius hoc faciat. Servitio autem peracto statim recedat in locum suum. Verbum autem *post* indicat, quod ministri stare debent infra celebrantem, etsi non materialiter post terga ipsius.

24. Ubi stare debent assistentes seu capellani in Missa lecta Praelati durante Canone?

Resp.: Stent *post* celebrantem. Idest, sese habeant uti ministri sacri ad mentem *Ritus servandi* n. 69, supra citati.

25. *(Ad nn. 76 et 77)*. Utrum celebrans exspectare debeat finem cantus *Agnus Dei*, an prosequi possit cum oratione *Domine, Iesu Christe*?

Resp.: Potest procedere.

26. *(Ad n. 84)*. Utrum celebrans ad digitos purificandos post Communionem adhuc ire debeat ad latus dexterum altaris, an ministrantes ad eum, in medio altaris stantem, accedere possint?

Resp.: Ablutione sumpta, celebrans vadat ad latus dexterum altaris et ibi purificet digitos (excepto casu de quo in *Ritu servando* n. 99, *a*).

27. Utrum verba *Ritus servandi* n. 84: «Deinde celebrans, stans in medio, et habens apud se librum...» et n. 85: «... stans in medio altaris ante librum dicit...» ita interpretari debeant, ut Missale ponendum sit in medio altaris?

Resp.: Missale pro legendis antiphona ad Communionem et postcommunionem relinqui potest aut ad sinistram, sicut exstat pro Canone, aut, calice ex altari ablato, in medio poni, prout magis commodum pro celebrante fuerit.

28. Utrum *Dominus vobiscum* ante postcommunionem omittendum sit secundum *Ordinem Missae* n. 56?

Resp.: *Ordo Missae* generaliter clarificatur et completur a *Ritu servando*, qui hoc in casu dicit: «Ablutionibus sumptis... osculatur altare, vertit se ad populum et dicit: *Dominus vobiscum*, et reversus ad altare...».

29. Utrum liceat complere circulum post *Dominus vobiscum* ante postcommunionem eum liber missalis sit ad latus sinistrum celebrantis, secundum exemplum ad *Orate fratres*?

Resp.: *Affirmative*.

30. *(Ad n. 87)*. Utrum benedictio finalis omitti possit quando benedictio eucharistica immediate sequitur celebrationem Missae?

Resp.: *Negative*. Agitur enim de duabus actionibus diversis et non inter se connexis. Immo magis conveniens videtur ut benedictio eucharistica immediate post Missam non detur.

3.—*De ritu servando in concelebratione Missae* [LE 3270]

31. *(Ad n. 1. 2.° b)*. Utrum conveniat habere concelebrationem occasione funebrium, loco plurium Missarum singularium quae alicubi durante Missa exsequiali celebrari solent?

Resp.: *Affirmative*.

32. *(Ad n. 15)*. Utrum ministri sacri qui bis in die in Missa concelebrata munere suo funguntur, etiam bis sub utraque specie communicare possint?

Resp.: *Affirmative*.

33. *(Ad n. 31)*. Utrum etiam Episcopi concelebrantes incensentur per modum unius?

Resp.: *Affirmative*.

34. *(Ad n. 39 c)*. Utrum liceat rubricam Ritus concelebrationis Missae n. 39, *c*: «Verba consecrationis, manu dextera... manus versa sit ad latus (non ad terram), ut extensio manus intellegatur ut gestus demonstrativus et congruat cum verbis: *Hoc, Hic est...*»?

Resp.: *Affirmative*.

35. *(Ad n. 39, e)*. Utrum concelebrantes qui stant circa mensam altaris illud osculentur ad verba «ex hac altaris participatione»?

Resp.: *Affirmative*, secundum *Ritum servandum in concelebratione Missae*: «... celebrans principalis, et concelebrantes qui stant circa mensam altaris, osculantur illud; deinde omnes se erigunt...»

4.—*De ritu Communionis sub utraque specie* [LE 3270]

36. *(Ad n. 1. 8)*. Utrum «confirmati *adulti*» intellegantur sensu iuridico, ut in C.I.C., can. 745 § 2, 2, scilicet ii, qui rationis usu fruuntur, an sensu vulgari, i. e. ii, qui saltem annos pubertatis adepti sint?

Resp.: Ii, qui annos pubertatis adepti sunt.

37. *(Ad n. 1. 11)*. Utrum, relate ad Communionem sub utraque specie, quando sermo est de «fratribus conversis», agatur *a)* tantum de illis, qui partem ministrantium in concelebratione Missae agunt? *b)* de omnibus fratribus conversis professis, qui, concelebrationi Missae participant?

Resp.: ad *a) Negative;* ad *b) Affirmative*.

* Notit. 1 (1965) 138-143.

3288

1965 IUN 2.-CONS. LITURGIAE, INSTRUCTIO. PART.*

De popularibus interpretationibus Propriorum Dioecesium et Religiosarum Familiarum

Popularibus interpretationibus Missalis et Breviarii romani pro singulis Nationibus confirmatis, iuxta textus a Coetibus Episcoporum approbatos, restat ut et interpretationes popolares Propriorum cuiusque dioecesis vel familiae religiosae Apostolicae Sedis confirmationi proponantur.

Cum autem saepius ab hoc «Consilio» quaeratur quanam ratione sit hac in re procedendum, opportunum videtur sequentes praebere normas:

1. Usus linguae vernaculae in Propriis dioecesanis vel familiarum religiosarum subiacet limitibus a Coetibus Episcoporum pro unaquaque Natione legitime statutis, et ab Apostolica Sede probatis seu confirmatis (Const., art. 36, § 3) [LE 3141].

2. Interpretatio popularis Proprii dioecesis vel familiae religiosae paranda et approbanda est, ad mentem eorum quae in n. 88 *Instructionis* diei 26 septembris 1964 [LE 3217] habentur, «a respectivis Ordinariis eiusdem linguae». Proinde: *a)* si agitur de Propriis dioecesanis, ab Episcopo, vel Episcopis, quorum interest; *b)* si agitur de Proprio familiae religiosae, a Superioribus Maioribus regionum eiusdem linguae.

3. In interpretatione populari exaranda, ea serventur, congrua congruis referendo, quae in n. 40 memoratae *Instructionis* habentur.

4. Ut in qualibet Natione uniformitas, quantum fieri potest, in textibus liturgicis, habeatur: *a)* Partes Proprii, quae etiam in textibus lingua vernacula conversis et ab Episcoporum Coetu approbatis atque ab Apostolica Sede confirmatis inveniuntur, ex his sumantur. Ita, ex. gr., partes e Communi vel Proprio Breviarii aut Missalis derivatae, ponantur iuxta popularem interpretationem pro universa Natione iam approbatam; item lectiones, si Coetus Episcoporum, aliquam popularem interpretationem Sacrae Scripturae ad usum liturgicum approbavit, ex hac sumantur; formulae aliquae Ritualis, quae in textu a Coetu Episcoporum approbato inveniuntur, ex hoc deriventur, et ita porro; *b)* partes item quae pluribus dioecesibus vel familiis religiosis forte sunt communes, communi consilio parentur, iis servatis, quae supra dicuntur.

5. Textus qui uni tantum ecclesiae sunt proprii, a respectivo Ordinario approbari debent.

6. Interim, scilicet donec interpretatio popularis magis perfecta conficiatur, assumere licet etiam textus apud fideles iam usitatos: qui tamen, ut ad usum liturgicum adhiberi possint, Apostolicae Sedis probatione seu confirmatione indigent.

7. Ad confirmationem obtinendam, textus, ab Episcopo si agitur de Proprio dioecesano, aut a Supremo Religionis Moderatore si agitur de Proprio familiae religiosae, duplici exemplari mittantur «Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia», addita brevi relatione circa criteria, quibus opus interpretationibus innixum est (cf. *Instructionem*, nn. 29 et 30).

8. Textus tunc tantum evulgentur et in usum deducantur, cum ab Apostolica Sede probati seu confirmati fuerint.

In transmittendis textibus pro confirmatione haec notentur: 1. Citationes e Sacra Scriptura exactae et completae sint. 2. Terminologia adhibeatur a rubricis statuta sive recentior (e. gr. *super oblata*) sive tradita (v. gr. *graduale*, et non *cantus meditationis*). 3. *i* Textus fideliter reddantur lingua vernacula, etsi iuxta criteria data ab *Instructione*, n. 40. 4. Pro confirmatione *duo exemplaria* mittantur ad «Consilium» interpretationis popularis, una *cum textu latino*. 5. Una cum textibus addatur *relatio*, ad normam *Instructionis* n. 30. 6. Textus Proprium familiarum religiosarum ad «Consilium» mittantur per *Procuratorem Generalem* cuiusque Ordinis vel Congregationis.

* Ad Praesides Conferentiarum episcopalium et Supremos Moderatores Institutorum perfectionis: Notit. 1 (1965) 196-198. Adn. A. M. ROGUET in Notit. 2 (1966) 106-117; Notit. 1 (1965) 196.

3289

1965 IUN 11.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

Convalidari potest matrimonium in casu quo vir impedimentum impotentiae adeptus sit post initas nuptias

Dubium—Fabius, baptized Roman Catholic, contracted marriage with Livia, baptized Roman Catholic, before a non-Catholic minister in 1947. In 1957 Fabius underwent an operation which consisted of removal of both testicles (orchiectomy) and a partial prostatectomy at the neck of the bladder. The operation left intact the prostate, seminal vesicles, and sphincter muscles.

Several years after the operation, Fabius and Livia requested permission to convalidate their marriage. The case was sent to the Sacred Congregation of the Sacraments with the thought that it would sanate the marriage from the time of the original non-Catholic ceremony when the man was definitely potent. While the Tribunal requested permission for convalidation *or* sanation, it included the request for convalidation merely as a formality since the Tribunal was certain that the man was impotent. Every author agrees that a man lacking both testicles is impotent. There is also the Motu proprio, *Cum frequenter*, of Sixtus V that eunuchs cannot validly marry, a document which Cappello calls an «authentic and infallible declaration of the natural divine law.»

Resp.—In your letter, Your Excellency proposed the following doubt: whether Mr. N. N., who is lacking both testicles, should be considered impotent and, therefore whether the marriage he contracted with Z. Z. can be convalidated.

Regarding this matter I inform you that the eminent Fathers of the Supreme Sacred Congregation, after mature consideration of the case, have, in their plenary session held on 2 June, 1965, decided to reply: The marriage in the instance can be convalidated.

* Quidam Ordinario loci S. F. A. S., Prot. N. 4543m/63: BOUSCAREN VI, p. 818-819.

3290

1965 IUN 11.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

Vox activa conceditur fratribus et sororibus conversis in electione Abbatis vel Abbatissae

Preces—*Beatissime Pater*, Abbas generalis Ordinis Cistercensium Reformatorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter implorat concessionem vocis activae in electione Abbatis aut Abbatissae: 1) pro omnibus fratribus conversis; 2) pro sororibus conversis votorum sollemnium (vel simplicium perpetuorum in aliquibus monialium monasteriis), ob rationes Sacrae Congregationi de Religiosis allatas. Et Deus, etc.

Rescr.—Vigore facultatum a SSmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces, servatis ceteris servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 11 Iunii 1965.—Hil. Card. Antoniutti, *Praef.* Paulus Philippe, *a Secr.*

* Abbati Gen. Ordinis Cisterciensium Reformatorum, Prot.N. 16525/65: e documento originali.

3291

1965 IUN 12.-SC NEG. ECCL. EXTRAORD., RESCR. PART.*

Facultas datur sororibus distribuendi Ssmam Eucharistiam ritusque determinatur sequendus

Preces—*Beatísimo Padre:* El Obispo de la Diócesis de Girardot, pide con todo respeto se le conceda la facultad de permitir, a la Superiora de cada una de las casas de misión que en su territorio tienen las Misioneras de María Inmaculada y Sta. Catalina de Sena (Misioneras de la Madre Laura), que distribuya la Sagrada Comunión a las religiosas y aun a sus educandos, cuando transcurridos ocho días de la última comunión no hayan podido recibirla por falta de sacerdote que se la administre.

Rescr.—SSmus Dominus Noster Paulus Papa VI, in audientia concessa infrascripto a Secretis Sacrae Congregationis Pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis gratiam concedit iuxta petita, his quae sequuntur conditionibus:

I. Sacer SS. Sacramenti administer octo saltem dies iam defuerit; II. facultate fruantur, in oratoriis religiosarum domorum tantum, Sanctimoniales et omnes qui ad commemorata oratoria convenire consueverint; III. Sanctissima Eucharistia distribuatur ab una vel nonnullis Sanctimonialibus, quas loci Ordinarius ad id muneris destinaverit; IV. SS. Eucharistiae Sacramentum administretur postquam omnes simul recitaverint precationis formulas «*Confiteor*» atque «*Domine non sum dignus*». Quae Sanctimonialis Sacramentum distribuerit, ei sueta verba dicere licebit, quae sonant: «*Corpus Christi*»; V. huiusmodi administratio cum expressa Ordinarii licentia, eodemque invigilante, fiat; VI. facultas ad experimentum conceditur, *atque ad annum* nisi antea de hac re a Sancta Sede definita praescripta dentur.

Contrariis quibuslibet obstantibus. Datum ex aedibus Vaticanis, die XII mensis iunii anno MCMLXV.

* Ordinario Girardotensi, Prot. N. 3854/65: Vida rel. 23 (1966) 193-194. Adn. C. E. MESA in Vida rel. 23 (1966) 214-217.

3292

1965 IUN 16.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPT. PART.*

Facultas datur abolendi differentiam habitus religiosi inter monachos et moniales Ordinis Cisterciensis reformati

Preces—*Beatissime Pater*, Abbas Generalis Ordinis Cisterciensium Reformatorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter implorat facultatem qua fratres conversi et sorores conversae votorum sollemnium eodem omnino habitu induantur sicut et monachi et moniales. Et Deus etc.

Rescr.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces, servatis ceteris servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 16 Iunii 1965.—Paulus Philippe, *a Secr.* C. Addivinola, *Ad. a studiis.*

* Abbati Gen. O. C. S. O., Prot. N. 16524/65: e documento originali.

3293

1965 IUN 18.-SC CONCILII, NOTIF. AAS 57 (1965) 666

De nova formula in catechismo S. Pii X substituenda quoad ieiunium eucharisticum

Come è noto, nella pubblica Sessione del Concilio Ecumenico del 21 novembre 1964 *(*A. A. S., vol LVII, p. 186) [LE 3233], il Santo Padre ha comunicato la nuova concessione riguardo al digiuno eucaristico.

In conformità a tale concessione, questa Sacra Congregazione, d'intesa con la Sacra Congregazione del Santo Offizio e con l'augusta approvazione del Santo Padre, ha disposto che la formula N. 339 del Catechismo di S. Pio X sia sostituita dalla seguente:

— In che cosa consiste il digiuno eucaristico?

— Il digiuno eucaristico consiste nell'astenersi da ogni cibo e da ogni bevanda per un'ora prima della Comunione.

Roma, 18 giugno 1965.—P. Card. Ciriaci, *Prefetto.* P. Palazzini, *Segretario.*

3294

1965 IUN 24.-PAULUS VI, CONST. AAS 58 (1966) 265-268

LAURETANAE ET RECINETENSIS

Delegatio Pontificia in Sanctuario Lauretano constituitur atque a dioecesi Recinetensi certum territorium seiungitur novaque ex eo praelatura «nullius» conditur «Ab Alma Domo Lauretana» appellanda

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei-Ad perpetuam rei memoriam

Lauretanae Almae Domus sacrum templum eidemque adnexa opera notum est omnibus peculiaribus semper esse

http://www.obrascatolicas.com

sive privilegiis sive iuribus a Romanis Pontificibus haud parum ditata, utpote quae videlicet singulari semper religione christianorum fidelium coetus prosecuti sint. Quae inter iura et privilegia, illud memorare placet quo Pius XI, fel. rec. Decessor Noster, ut ad effectum adduceretur articulus XXVII Conventionis inter Sanctam Sedem et Italiam initae, Apostolicis sub plumbo Litteris, die XV mensis septembris, anno MDCCCCXXXIV, datis, sacram illam aedem atque aedificia et opera quae circumstabant Ro-
266 mano / Pontifici directo subiecit, sive ad bona temporalia quod pertineret sive ad res religiosas, quorum regimen et curam Pontificius Administrator, ad hoc electus, haberet. Insequenti vero anno, die XI mensis octobris idem Summus Pontifex consistoriali decreto statuit ut, quo arctius Lauretani fideles cum Almae Domus B. M. V. Basilica religionis vinculis coniungerentur, Administratoris Pontificii iurisdictio ad territorium quoque civitatis Lauretanae eiusque districtum, suspensa nempe super eodem territorio iurisdictione Ordinarii Recinetensis-Lauretani, extenderetur. Volentes autem Nos quoque aptius et stabilius sacro illi templo, inter omnia celeberrimo, atque circumscriptioni Lauretanae providere, eo etiam quod rationes tunc eximentes Administratorem Pontificium a lege residentiae iam diu cessaverint, eorum suppleto consensu qui hoc super negotio vel ius aliquod habeant vel se praesumant habere, de suprema et apostolica Nostra potestate, ad exercendam iurisdictionem, quae Nobis competit, sive in res religiosas sive in bona temporalia, *Delegationem Pontificiam* constituimus in Sanctuario Almae Domus Lauretanae atque in aedibus operibusque adnexis. Sacer Praelatus qui in eodem Sanctuario Delegatum Pontificium aget, iure et officio tenebitur curandi ut templum rite regatur in religiosis rebus bonisque temporalibus; ut animorum bono, eorum praesertim qui, infirma valetudine affecti, illuc undique peregrinantur, attente prospiciatur; ut bona denique et collationes sponte a fidelibus oblatae ordinate administrentur. Eidem Delegato omnia praeterea subdantur opera et consociationes in eodem sanctuario erecta, haud exclusa Congregatione Universali Almae Domus Lauretanae. Ad curiam seu paroeciam quod attinet et matrimoniorum celebrationem in eodem Sanctuario peculiares normae edentur, ut Sanctuarii ipsius et curiae iura definiantur. Delegatus Pontificius munus etiam habebit Sanctuarium Almae Domus Lauretanae simulque aedes et opera eidem adnexa ad omnes iuris effectus repraesentandi. Quod autem spectat extraordinariae administrationis actus, idem muniri debet auctoritate Apostolicae Sedis, cui quotannis administrationis relationem submittat. Eadem praeterea auctoritate Nostra praelaturam «nullius» ctam, *Ab Alma Domo Lauretana* appellandam, cuius territorium civitas ipsa Lauretana eiusque districtus efficient, iuxta praesentes fines Municipii Lauretani, cum quattuor curiis ibidem exstantibus. Quod territorium a dioecesi Recinetensi perpetuo et definitive detrahimus, dum, ab
267 anno MDCCCCXXXV usque adhuc, in idem territorium iurisdictio Ordinarii / Recinetensis mere erat suspensa. Proinde Episcopus Recinetensis, pro tempore exsistens, posthac non fruetur titulo Episcopi Lauretani, qui ei per Apostolicas Litteras additus est, die XV mensis septembris, anno MDCCCCXXXIV datas. Noviter condita praelatura saeculari ris ad normam iuris communis gubernabitur, cuius praelaticium templum ipsa Basilica Pontificia Almae Domus Lauretanae erit cum iuribus et privilegiis congruis; sacrorum praeterea Antistes, praeterquam quod debitis iuribus fruetur, obligationibus etiam tenebitur, ex iure eidem obvenientibus. Mensam praelaticiam, quam dicunt, constituent Curiae emolumenta et ceterae fidelium collationes, in quorum praecipue bonum praelaturam hanc condidimus, quae praeberi Praelato solent, quaeque declaramus annuis vicibus esse septies centena milia. Ob cleri saecularis in praesens inopiam, Canonicorum loco Consultores praelaturae deligantur, ad normam iuris communis. Ad clerum quod attinet statuimus ut, simul ac hae Litterae Nostrae ad effectum adductae fuerint, sacerdotes Ecclesiae illi addicantur adscripti in cuius territorio officium ecclesiasticum habeant; ceteri vero clerici ei, in qua legitimo domicilio degant. Documenta insuper et acta quae novam praelaturam nullius quovis modo respiciant, a Recinetensi ad Curiam novae praelaturae transmittantur, in tabulario religiose custodienda. Etiamsi munus Delegati Pontificii in Sanctuario Lauretano et officium Praelati Ordinarii ab Alma Domo Lauretana uni eidemque personae conferantur, modo condita praelatura iuridicam suam habet personalitatem, independenter a Sanctuario, et a Praelato repraesentatur. Ut haec omnia perficiantur curet venerabilis Frater Carolus Grano, Archiepiscopus titulo Thessalonicensis et in Italia Apostolicus Nuntius,

factis eidem facultatibus alium virum delegandi, in ecclesiastica tamen dignitate constitutum. Qui vero negotium perfecerit documenta de more exaranda studeat ad Sacramque Congregationem Consistorialem quam primum mittenda, rite signata sigilloque impressa.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere potenunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, 268
quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto et vicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio.—Iacobus A. Card. COPELLO, *S. R. E. Cancellarius*. Carolus Card. CONFALONIERI, *S. Congr. Consistorialis a Secretis*. Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens*. Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.* Ioannes Calleri, *Proton. Apost.*

3295

1965 IUN 25.-SC REL. ET STUD., DECRETUM. PART.

STATUTA PONTIFICII INSTITUTI «IESUS MAGISTER» ADPROBANTUR

I.—Decretum approbationis

Statuta haec Pontificii Instituti «Jesus Magister», Facultate Theologica Pontificiae Universitatis Lateranensis inclusi, quadraginta quatuor articulis constantia, vidimus ac approbavimus, atque omnibus, ad quos pertinet, ut ad effectum fideliter traducant, districte praecipimus.

Romae, ex aedibus Sacrarum Congregationum de Religiosis, necnon de Seminariis et studiorum Universitatibus, d. d. XXV m. iunii, in festo Sacratissimi Cordis Jesu, a. D. MCMLXV.—Hild. Card. ANTONIUTTI, *Praefectus S. C. de Religiosis*. Joseph Card. PIZZARDO, *Praefectus S. C. de Sem. et Univ.* Paulus Philippe, *a Secretis S. C. de Religiosis*. Dinus Staffa, *a Secretis S. C. de Sem. et Univ.*

II.—Statuta Pontificii Instituti «Jesus Magister»

TIT. I—DE INSTITUTI NATURA ET FINE

Art. 1. Pontificium Institutum «Jesus Magister», die 1 m. julii a. D. 1957 [LE 2673] conditum a Sacra Congregatione de Religiosis, auspice Pio Pp. XII, compl. mem., insertum est Pontificiae Universitati Lateranensi a Summo Pontifice Joanne XXIII, fel. rec., Motu Proprio *Cum inde*, die 17 m. maii a. D. 1959 dato [LE 2822].

Art. 2. Finis Instituti est Statuum Perfectionis acquirendae virorum Sodales laicos aliosque viros catholicos, quorum erit iuvenum animos christiana veritate ac virtute imbuere, in disciplinis religiosis sacrisve aliisque auxiliaribus ita instituere, ut in promovenda propria suorumque sodalium sanctificatione aptiores in dies evadant et munere suo christianam religionem docendi recte perfungantur.

Art. 3. Institutum aliter eadem vita «scientifica», qua pollet Pontificia Universitas Lateranensis; cuius ideo Statutis Generalibus regitur, praeter quam his peculiaribus.

Art. 4. Institutum Christo «Jesu Magistro» dicatum est, et Beatam Virginem Mariam sub titulo «Mater Ecclesiae» compatronam habet.

TIT. II—DE AUCTORITATIBUS DEQUE OFFICIALIBUS

Art. 5 § 1. Institutum, ad vitam academicam quod attinet, moderatur a Sacra Congregatione de Seminariis et studiorum Universitatibus, ad normam in primis horum Statutorum; cuius erit ea simul cum Sacra Congregatione de Religiosis ad effectum deducere.

§ 2. Sacrarum Congregationum de Religiosis necnon de Seminariis studiorumque Universitatibus ideo erit concorditer curare de programmate studiorum ordinando, de textibus et magistris approbandis, de praelectionum horariis et examinum temporibus atque modis definiendis, de quibusvis immutationibus circa disciplinas vel magisterium inducendis, et in genere de iis omnibus quae ad scientificam alumnorum institutionem pertinent moderandis.

§ 3. Ad disciplinam religiosam quod spectat, Institutum manet sub iurisdictione Sacrae Congregationis de Religiosis.

Art. 6. Immediato Instituti regimini, praeter Supremas Sanctae Sedis Auctoritates et Universatis, ad normam Statutorum Pontificiae Universitatis Lateranensis, praeponuntur Praeses et Vice-Praeses, qui, ad normam art. 11, utuntur Instituti Consilio.

Art. 7. Institutum est sub patronatu Comitatus Superiorum Generalium Religionum Laicalum consociatarum, quae proprios alumnos ad Institutum frequentandum mittunt.

Art. 8. Praeses est Rector Universitatis Lateranensis pro tempore.

Art. 9 § 1. Vice-Praeses nominatur a Magno Cancellario ad quinquennium, obtento «nihil obstat» Congregationum de Religiosis et de Seminariis studiorumque Universitatibus, praevia praesentatione trium nominum a Comitatu Superiorum Generalium et a Praeside facta.

§ 2. Vice-Praeses eligitur inter Fratres Docentes Congregationum Religiosarum Laicalium consociatarum.

Art. 10. Consilium Instituti —quod, praeter Praesidem et Vice-Praesidem, constat Professoribus tum ordinariis tum «Directoribus cathedrae» (cf. art. 17, *a*)— convocatur a Praeside saltem ter in anno, et praeterea quoties Praeses opportunum judicaverit, vel tres Consilii sodales scripto petierint.

Art. 11. Consilium Instituti de omnibus rebus majoris momenti ad regimen et studia Instituti pertinentibus agit; ac, praeter alia his Statutis definita: *a)* distributionem peragit et ordinem statuit disciplinarum iuxta programmata, a SS. Congregationibus de Religiosis et de Seminariis studiorumque Universitatibus approbata, tradendarum; *b)* Statutorum necnon programmatum studiorum mutationes et additiones, quae in posterum opportunae videantur, Sacris Congregationibus de Religiosis et de Seminariis studiorumque Universitatibus proponit.

Art. 12 § 1. Praeses immediatam curam et gubernationem Instituti exercet, ac speciatim: *a)* curat ut praescripta Sanctae Sedis, Instituti Statuta ac legitimae normae fideliter serventur; *b)* Consilium Instituti convocat eique praeest; *c)* testimonia studiorum ab Auditoribus allata una cum Consilio Instituti examinat, ad normam art. 23; *d)* elementa statistica annua et relationem triennalem de Instituti vita SS. Congregationibus de Religiosis et de Seminariis studiorumque Universitatibus exhibet; *e)* opportuno tempore Kalendarium et horaria pro sequenti anno academico praeparat; *f)* adunationem generalem Professorum semel saltem in anno indicit, ut eorum sententiam audiat circa ea quae ad studia pertinent, ad Kalendarii redactionem aliorumque quae ab Instituto edantur.

§ 2. Praeses omnia hic recensita munera Vice-Praesidi demandare potest.

Art. 13. Vice-Praeses: *a)* Praesidem absentem substituit; *b)* Auditores a cursibus frequentandis gravi de causa et ad breve tempus, non ultra triduum, dispensat; *c)* disciplinae Instituti invigilat, praesertim iis quae ad Kalendarii, horarii, aliarumque ordinationum observantiam spectant; *d)* Professorum et Auditorum animadversiones et petitiones accipit ac Praesidi proponit; *e)* Auditorum frequentiam inspicit et recognoscit.

Art. 14 § 1. Secretarius eligitur a Praeside cum Vice-Praeside, audito Consilio Instituti.

§ 2. Eius munus est ea omnia perficere, quae a Praeside et Vice-Praeside ipsi perficienda mandantur; in primis: *a)* conficere ac servare documenta quae ad Auditores pertinent, codices vel schedas personales et examinum suffragia accurate notare; *b)* diplomata graduum academicorum ac cetera studiorum testimonia praeparare; *c)* ordinem diei redigere; *d)* sessionum Consilii acta redigere, si ad ipsas arcessitur, atque ea quae statuta sunt cum iis quorum interest communicare; *e)* Kalendarium praeparare et, post Praesidis approbationem, edere atque Auditoribus ceterisque quorum interest distribuere; *f)* Instituti historiam scribere atque in Instituti archivo ea quae ad eius vitam et progressum pertinent, diligenter servare; *g)* Schedarium generale Bibliothecae, ab omnibus facile et ordinate adeundum, in sede Instituti custodire.

Art. 15 § 1. Tot Bibliothecarii in Instituto habentur, quot sunt Sectiones Bibliothecae quae in Curiis Religionum Laicalium consociatarum ad hoc conditae sint.

§ 2. Bibliothecarii, proponente Superiore Generali Familiae Religiosae cuius interest et audito Consilio Instituti, a Praeside cum Vice-Praeside nominantur.

§ 3. Ipsorum est omnia curare quae ad Bibliothecae incrementum et ordinationem spectant, et insuper ad Secretarium Instituti mittere schedulas omnium librorum atque, pro viribus, articulorum in periodicis suae Sectionis editorum.

Art. 16 § 1. Gestio oeconomica Instituti pendet a Comitatu Superiorum Generalium Religionum Laicalium consociatarum.

§ 2. Oeconomus, ab eodem Comitatu electus, ordinariam administrationem Instituti peragit, sub vigilantia eiusdem Comitatus. Potest quidem a Praeside ad coetus Consilii Instituti accersi, quoties negotia agantur quae illius intersint.

TIT. III—DE PROFESSORIBUS

Art. 17. Professores Instituti distinguuntur in ordinarios, extraordinarios et adiunctos. *a) Ordinarii* sunt qui pleno ac firmo iure in Professorum collegium sunt cooptati. Si quis vero Professor in alia Universitate vel Facultate Institutove Superiore tanquam ordinarius iam doceat, nequit in Instituto aliquam cathedram titulo «ordinarii» occupare; potest, tamen, «Director cathedrae» appellari et, qua talis, omnia iura et officia quae ad ordinarium pertinent obtinere; *b) Extraordinarii* sunt qui pleno at nondum firmo iure in Professorum collegium sunt cooptati; *c) Adiuncti* sunt ceteri docentes, stabiles vel precarii, qui quocumque titulo in Instituto aliquam disciplinam tradunt.

Art. 18 § 1. Professores Instituti per publicum concursum assumuntur, ante sex menses indictum in periodico Facultatis Theologicae Lateranensis aliisque periodicis Institutorum Religiosorum quae sint Comitatus Patronorum membra.

§ 2. Candidati, qui a speciali Commissione iudicante (a Consilio Instituti nominata) electi sint et a memorato Comitatu Patronorum approbati, nominantur a Magno Cancellario et a Rectore Universitatis, post tamen obtentum consensum S. Congregationis de Religiosis et «nihil obstat» S. Congregationis de Seminariis studiorumque Universitatibus.

§ 3. «Nihil obstat» S. Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus requiritur etiam quoties Professores Instituti ad ordines superiores academicos promoventur.

Art. 19. Professor non eligitur nisi qui: *a)* Laurea in sua cuiusque disciplina donatus sit, salvo praescripto S. C. de Seminariis et studiorum Universitatibus diei 28 augusti 1945, nempe de sufficientia gradus Licentiae in disciplina quam quis tradit, dummodo in aliqua alia disciplina gradum Doctoratus ipse consecutus sit (*A. A. S.*, XXXVII [1945], p. 272) [LE 1837]; *b)* suae scientiae egregia specimina scriptis dederit; *c)* docendi arte seu meritis didacticis vere emineat.

Art. 20. Quivis Professor in Instituto, nullo respectu habito qualitatis cathedrae quam occupat, nominari potest ordinarius, dummodo qualitatibus polleat quae art. 19 recensentur atque per saltem tres annos tanquam extraordinarius docuerit.

Art. 21 § 1. Professores Instituti suo explendo muneri exclusive addici debent; quod quidem duplex est: *a)* praelectiones tradendi aliaque scholaria munia absolvendi (non tamen per ultra sex horas in hebdomada); *b)* investigationi laborique scientifico privato incumbendi, ad scientias religiosas et auxiliares quammaxime provehendas.

§ 2. Eandem ob causam, Professores onera vel officia obire nequeunt, quibus a muneribus docendi et investigandi impediantur.

Art. 22 § 1. Professores fidei professionem ad normam iuris emittunt.

§ 2. Professor, qui doctrinam catholicam laeserit, vel ad periculosas novitates sit propensus, vel malum exemplum dederit, officio privatur a Magno Cancellario, referente Praeside, audito Consilio Instituti, et probantibus SS. Congregationibus de Religiosis et de Seminariis studiorumque Universitatibus.

TIT. IV—DE AUDITORIBUS

Art. 23. Auditor ordinarius, id est, qui ad gradus academicos Instituti contendit, debet in actu adscriptionis praesentare: *a)* documentum authenticum de studiorum classicorum curriculo rite peracto, prout in sua Natione requiritur ad adscriptionem in Facultatem vel Universitatem, ratione habita normarum quae in ecclesiasticis Urbis Athenaeis servantur. Si quis alumnus e schola secundaria sive civili sive ecclesiastica venerit, in qua linguae latina et graeca omnino non, aut non satis traditae sint, earum studium supplere debet, partim antequam Instituto adscribatur (utique in schola a competenti Auctoritate approbata), partim, iudicante Praeside cum Consilio Instituti (cf. art. 12, c), in primo Instituti biennio (item in schola approbata); de quibus studiis feliciter peractis in examinibus constare debet.

b) documentum authenticum de biennio philosophico in schola ab Auctoritate Ecclesiastica approbata rite peracto. Documentum de uno tantum anno philosophico peracto (utique in regulari schola ab Auctoritate Ecclesiastica approbata, et superatis examinibus de omnibus et singulis tractatibus Philosophiae Scholasticae) tunc solummodo sufficere potest, cum candidatus curriculum medium frequentaverit in quo disciplinae philosophicae aliquomodo traditae sint, vel aliquot saltem cursus peculiares Philosophiae emensus sit apud aliquam studiorum Universitatem etiam non catholicam salvo semper iure, et aliquando officio, Instituti huiusmod candidatum speciali examini subiiciendi.

Art. 24. Ut Instituto ascribatur, Auditor debet, intra praescriptum tempus, petitionem scriptam Praesidi praesentare: quae petitio, si de alumno religioso vel religiosis aequiparato agitur, etiam a Superiore Maiore subsignari debet.

Art. 25. Auditori libellus traditur, in quo adnotantur disciplinae quas celebrat, examina quae subit et suffragia quae consequitur.

Art. 26 § 1. De Praesidis licentia, in Institutum admitti possunt etiam Auditores extraordinarii, id est, qui ad gradus academicos Instituti non contendunt, sed cursus frequentant ad propriam tantum institutionem perficiendam.

§ 2. Ut adscribantur, praescriptum art. 24 servari debet.

§ 3. Ipsis concedi possunt testimonia sive de scholis frequentatis, sive de studiis peractis et examinibus superatis.

TIT. V—DE STUDIORUM CURRICULO

Art. 27. Studiorum curriculum, ad mentem art. 2, ita ordinatur, ut Auditores totius Theologiae scientiarumque

http://www.obrascatolicas.com

fafinium cognitionem acquirant, simul vero paedagogicis methodis imbuantur, quibus aptius veritatem christianam suis discipulis tradere valeant.

Art. 28. In scientiis sacris doctrina tuta semper proponatur, traditioni integre conformis, secundum Ecclesiae leges. Systematica et scientifica methodo tradatur, quaestionibus fundamentalibus penitus expositis, subtilioribus vero et disputatis breviter indicatis. Recentiorum errorum peculiaris ratio habeatur, ac modus doceatur christianas veritates proponendi ingenio ac propensioni nostrae aetatis vere accommodatus.

Art. 29. In praelectionibus habendis, Professores possunt una ex modernis linguis uti, quam alumni generatim sufficienter intelligant, adhibita tamen lingua latina non modo, uti patet, in latinis fontibus afferendis, sed etiam ubi de typicis formulis philosophico-theologicis agatur, ad substantiam doctrinae tuendam necessariis.

Art. 30 § 1. Studiorum curriculum quatuor annos, seu octo semestria (idibus februariis distincta), complectitur.

§ 2. Si ex authenticis documentis constet Auditorem quosdam cursus vel disciplinas Instituti in aliqua Catholica Facultate vel Universitate iam frequentasse, examinibus feliciter superatis, Praeses cum Consilio Instituti decernet quaenam sit peractorum ab ipso studiorum ratio habenda.

Art. 31 § 1. Disciplinae in Instituto traditae quadrifariam distinguuntur, nempe: principales, peculiares, auxiliares, speciales.

§ 2. Disciplinae peculiares sunt Instituti typicae seu characteristicae, quippe quae ad eius finem assequendum (cf. artt. 2 et 28) propius conducunt.

Art. 32 § 1. Institutum triplicem studiorum specialisationem suis alumnis offert, in totidem Sectionibus dispertitam, nempe: Apologeticam, Catechetico-paedagogicam, Asceticam.

§ 2. Singulae Sectiones sub moderamine Professorum respectivarum disciplinarum constituuntur, id est: Apologetica, Professorum Theologiae Fundamentalis et Historiae Ecclesiasticae; Catechetico-paedagogica, Professorum Theologiae Dogmaticae et Catechesis; Ascetica, Professorum Theologiae Moralis et Spiritualis.

§ 3. Omnes Auditores inde a secundo quadriennii anno unam ex tribus Sectionibus seligere tenentur.

Art. 33. Ratio studiorum Instituti haec est:

A) *Anno primo:* 1. Disciplinae *principales:* Synthesis Philosophiae Scholasticae: 4 h. in I et II sem. Apologetica (De vera Religione): 3 h. in I et II sem. Theologia Fundamentalis: 3 h. in I et II sem. Introductio in Sacram Scripturam: 2 h. in I et II sem. Introductio in Theologiam Moralem: 1 h. in I et II sem.

2. Disciplinae *auxiliares:* Litteratura religiosa: 2 h. in I et II sem. Philologia biblica: 2 h. in I et II sem. Institutiones Iuris Canonici: 2 h. in I et II sem.

3. Disciplinae *speciales:* Prima disciplina (cf. infra): 1 h. in I sem. Secunda disciplina (cf. infra): 1 h. in II sem.

B) *Anno secundo:* 1. Disciplinae *principales:* Theologia Dogmatica: 5 h. in I et II sem. Theologia Moralis: 2 h. in I et II sem. Sacra Scriptura A. Testamenti: 2 h. in I et II sem. Sacra Scriptura N. Testamenti: 2 h. in I et II sem.

2. Disciplinae *peculiares:* Pastoralis catechetica: 2 h. in I sem. Paedagogia religiosa: 2 h. in I sem. Methodologia catechetica: 2 h. in II sem. Psychologia religiosa: 2 h. in II sem.

3. Disciplinae *auxiliares:* Historia Ecclesiastica et Patrologia: 3 h. in I sem. Archaeologia: 1 h. in I sem. Litteratura religiosa: 1 h. in I sem.

4. Disciplinae *speciales: a)* Sectio *apologetica:* Historia religionum: 3 h. in II sem. Disciplina selecta: 2h. in II sem. *b)* Sectio *catechetico-paedagogica:* Historia catechesis: 3 h. in II sem. Disciplina selecta: 2 h. in II sem. *c)* Sectio *ascetica:* Theologia spiritualis: 3 h. in II sem. Disciplina selecta: 2 h. in II sem.

5. *Exercitatio* practica.

6. *Examen* peculiare ad Baccalaureatum.

C) *Anno tertio:* 1. Disciplinae *principales:* Theologia Dogmatica: 5 h. in I et II sem. Theologia Moralis: 2 h. in I et II sem. Sacra Scriptura A. Testamenti: 2 h. in I et II sem. Sacra Scriptura N. Testamenti: 2 h. in I et II sem.

2. Disciplinae *peculiares:* Pastoralis catechetica: 2 h. in I sem. Paedagogia religiosa: 2 h. in I sem. Methodologia catechetica: 2 h. in II sem. Psychologia religiosa: 2 h. in II sem.

3. Disciplinae *auxiliares:* Historia Ecclesiastica et Conciliorum: 3 h. in I sem. Litteratura religiosa: 1 h. in I sem. Ars sacra: 1 h. in I sem.

4. Disciplinae *speciales: a)* Sectio *apologetica:* Historia religionum: 3 h. in II sem. Disciplina selecta: 2 h. in II sem. *b)* Sectio *catechetico-paedagogica:* Historia catechesis: 3 h. in II sem. Disciplina selecta: 2 h. in II sem. *c)* Sectio *ascetica:* Theologia spiritualis: 3 h. in II sem. Disciplina selecta: 2 h. in II sem.

5. *Exercitatio* practica.

D) *Anno quarto:* 1. Disciplinae *principales:* Theologia Dogmatica: 5 h. in I et II sem. Theologia Moralis: 2 h. in I et II em. Sacra Scriptura A. Testamenti: 2 h. in I et II sem. Sacra Scriptura N. Testamenti: 2 h. in I et II sem.

2. Disciplinae *peculiares:* Pastoralis catechetica: 2 h. in I sem. Paedagogia religiosa: 2 h. in I sem. Methodologia catechetica: 2 h. in II sem. Psychologia religiosa: 2 h. in II sem.

3. Disciplinae *auxiliares:* Historia Ecclesiastica: 3 h. in I sem. Litteratura religiosa: 1 h. in I sem.

4. Disciplinae *speciales: a)* Sectio *apologetica:* Historia religionum: 3 h. in II sem. Disciplina selecta: 2 h. in II sem. *b)* Sectio *catechetico-paedagogica:* Historia catechesis: 3 h. in II sem. Disciplina selecta: 2 h. in II sem. *c)* Sectio *ascetica:* Theologia spiritualis 3 h. in II sem. Disciplina selecta: 2 h. in II sem.

5. *Exercitatio* practica.

6. *Dissertatio* ad Licentiam.

7. Examen de *Universa Scientia Religiosa.*

Art. 34. Disciplinae *speciales*, quarum saltem una in singulis quadriennii annis frequentanda est, hae, inter alias, proponuntur: Philosophia religionis. Historia idearum (et scientiarum). Quaestiones sociales selectae. Statistica socialis. Methodologia publicistica. Legislatio scholastica comparata. Litteratura pro iuventute. Consociationum iuventutis organisatio. Ars figurativa et musica religiosa. «Folklore» religiosum. Mariologia. Hagiologia. Historia Oecumenismi Christiani. Historia Spiritualitatis Christianae. Theologia vitae religiosae. Coenobitismus in religione Maometana et ceteris Asiae. Quaestiones peculiares de iure religiosorum. Catechesis missionalis. Atheismus hodiernus. Problemata hodierna Apologeticae (pro IV anno Sect. Apol.). Problemata hodierna Catecheticae (pro IV anno Sect. Cat.). Problemata hodierna Theologiae Spirit. (pro IV anno Sect. Ascet.).

Art. 35. A secundo quadriennii anno Auditores ordinarii unam saltem quotannis exercitationem practicam in propria Sectione perficere tenentur, qua in laborem scientificum introducantur et ad dissertationem exarandam praeparentur.

TIT. VI—DE EXAMINIBUS DEQUE GRADUUM COLLATIONE

Art. 36 § 1. Examina praecipuarum disciplinarum sunt scripta et oralia; ceterarum vero vel scripta, vel oralia, vel utroque modo, prout a Praeside cum Consilio Instituti statuetur.

§ 2. Ab eodem Praeside cum Consilio Instituti examinum duratio determinabitur, ratione habita naturae et momenti singularum disciplinarum, ita tamen ut examini orali disciplinarum principalium saltem unus horae quadrans addicatur.

Art. 37 § 1. Themata examinis scripti a disciplinae Professore proponuntur; a quo etiam alumnorum scripta iudicantur et ad Praesidem mittuntur.

§ 2. Singularum disciplinarum coëfficiens a Praeside cum Consilio Instituti determinatur.

§ 3. Suffragia definitiva cum brevi examinum relatione in archivo Instituti asservantur.

Art. 38 § 1. Auditores ab ineunte anno academico, prout in Kalendario indicatur, praesentes esse debent.

§ 2. Scholarum frequentia est omnibus severe praescripta. Quare, qui a scholis alicuius disciplinae pluries absens fuerit sine iustificatione, amittit ius illius examen subeundi.

§ 3. Qui vero per tertiam partem anni vel semestris, etiam ex iusta causa, a scholis abfuerit, ius amittit omnia examina subeundi et annus vel semestre nullum ei evadit.

Art. 39. Expleto primo Instituti biennio, Auditor qui pericula feliciter superaverit Baccalaureatum in Scientiis Religiosis assequitur, si exercitationem scientificam, ad normam art. 35 digestam, exhibuerit et examen scripto et ore de praecipuis disciplinis in biennio traditis superaverit; scripto quidem, per quatuor horas et duobus Professoribus iudicantibus; ore autem, coram trium Professorum Commissione et per dimidiam horam.

Art. 40. Expleto quarto anno, qui omnia pericula feliciter obierint, Licentiam in Scientiis Religiosis assequentur si, praevia dissertatione scientifica, quadraginta saltem paginarum dactyloscriptarum, exhibita in aliqua disciplina propriae Sectionis (cf. art. 33), coram quatuor Professorum Commissione, per integram horam examen orale de universa Scientia Religiosa, iuxta thesarium centum propositionum a Consilio Instituti digestum, probe superaverint.

Art. 41 § 1. Auditori Licentia in Scientiis Religiosis rite aucto patet aditus ad Doctoratum in Sacra Theologia, dummodo biennium in aliqua Facultate Theologica frequentaverit. In primo biennii anno, studia stricte theologica ei integranda erunt; in secundo, iuxta vigentes normas Facultatis Theologicae, disciplinae speciales ei addiscendae erunt et dissertatio doctoralis apparanda.

§ 2. Una vel plures ex disciplinis specialibus huius anni eligi poterunt, si dissertationis thema poposcerit vel permiserit et Auditor Romae degat, ex iis quae in quadriennio Instituti quotannis prostent.

TIT. VII—DE REBUS DIDACTICIS ET OECONOMICIS

Art. 42 § 1. Peculiaris cura impenditur a Comitatu Patronorum Instituti, ut Bibliotheca Instituti in variis suis Sectionibus (cf. art. 15) libris, periodicis et aliis studiorum instrumentis, prout ab ipsius natura requiruntur, in annos augeatur. Quam ob rem, annuam pecuniae summam Comitatus ad id decernet.

§ 2. Singulae Bibliothecae Sectiones patent, iuxta proba-

tas normas, omnibus Instituti alumnis et subiiciuntur inspectionibus Praesidis et Vice-Praesidis.

§ 3. Ad Consilium Instituti pertinet collectiones, libros et periodica emenda suggerere, quae peculiaris sint momenti ad finem Instituti assequendum.

Art. 43. Idem Comitatus Patronorum iusta Professorum stipendia (etiam emerita), pro diversis eorum gradibus academicis, ratione quoque habita praxis in Universitate vigentis, solvenda praestituet.

Art. 44 § 1. Comitatus Superiorum Generalium proprium est, collatis consiliis cum Auctoritatibus Academicis Instituti, statuere alumnorum tributa et decernere de expensis extraordinariis deque mediis aptioribus, quibus Institutum incrementa capere possit.

§ 2. Administratio oeconomica geritur sub iurisdictione Sacrae Congregationis de Religiosis, ad normam iuris.

* SC. Rel.: Prot. N. 01034/57; SC. de Seminariis: Prot. N. 343/63/42: Seminarium 18 (1966) 295 et 285-295.

3296

1965 IUN 30.-CONSIL. LITURGIAE, LITT. CIRC. PART.*

NORMAE PROPONUNTUR PRO REFORMATIONE LITURGICA PROSEQUENDA

Cité du Vatican, 30 *Juin* 1965

Excellence, Le renouveau liturgique actuel est un fait réconfortant, qui encourage à poursuivre le travail; ce n'est pas l'affaire de quelques élus, mais de tout le peuple saint de Dieu, qui a pour limites l'Eglise et l'humanité, que d'entrer dans le courant de ce renouveau spirituel issu du Second Concile du Vatican.

Avec émotion et admiration, nous sommes témoins de ce «nouveau passage de l'Esprit-Saint sur son Eglise», annoncé prophétiquement par le Saint-Père Pie XII, voici déjà neuf ans, lors de l'audience qui a conclu le premier Congrès de liturgie pastorale d'Assise; et nous voyons croître et s'affermir cette «nouvelle pédagogie spirituelle» à laquelle le Souverain Pontife régnant a fait souvent allusion, comme à un des fruits les plus précieux du Concile. Il n'est pas imprudent d'affirmer que le Second Concile du Vatican passera à l'histoire avec pour caractéristique une de ses réalisations les plus audacieuses, celle de la réforme de la saint liturgie, rendue plus lumineuse et plus dynamique.

Si nous devions raconter, en toute sincérité et objectivité, ce qui s'est réalisé dans les églises du monde entier après le 7 mars, chacun de nous devrait faire le récit des «mirabilia Dei». On en trouve un témoignage dans les relations concernant les divers pays que publient les *Notitiae*, le bulletin d'information du «Consilium». Relations dignes de foi, habituellement faites par le Président ou par un membre qualifié des commissions liturgiques nationales; si brèves qu'elles soient, elles montrent à l'évidence qu'en tous les points du globe l'Eglise assiste à un printemps inattendu. On doit prévoir que cette efflorescence spirituelle s'accentuera, à mesure que les fidèles, plus conscients de constituer le peuple de Dieu, s'inséreront profondément dans le mystère de la liturgie sacrée, et que la vie chrétienne et la sainteté héroïque suivront, notamment chez les laïcs, le contact progressif avec les sources authentiques de la grâce, non seulement dans quelques nations privilégiées, mais dans le monde entier.

Tout cela nous réconforte, nous qui sommes les instruments de la «grâce multiforme de Dieu» (*1 Pt.* 4, 10), auprès des âmes. Mais en même temps, c'est notre devoir de prendre soin que cette plénitude de vie n'aille pas s'affaiblir, que ce fleuve qui «réjouit la cité de Dieu» (*Ps.* 45, 5) n'aille pas se perdre en branches mortes, au risque de s'assécher. C'est ce que pourrait se produire, au moment où la direction unique et centralisée de la discipline du culte passe graduellement du centre à la périphérie, si on n'était pas attentif à conserver, en un sens supérieur, l'unité d'intention et d'action.

Il faut bien constater que, sur l'horizon d'une vitalité liturgique reconquise, des nuées isolées ne cessent d'offusquer la lumière. Aussi, au moment où partout vont se tenir des semaines ou rencontres d'études au niveau national ou diocésain, pour la mise en application des normes récentes et des Documents liturgiques, le «Consilium» a cru opportun de faire parvenir a V. E. Rév.me, et, par son intermédiaire, à tous les évêques, ainsi qu'au clergé diocésain et régulier de son pays, quelques indications qu'il faudrait suivre comme lignes directrices d'une action liturgique plus féconde.

1. Les nouvelles normes liturgiques ont été conçues avec une certaine élasticité, qui puisse permettre l'adaptation, et par conséquent une meilleure efficacité pastorale. Cela ne signifie pas que chaque prêtre puisse agir en toute liberté, et reconstruire à sa guise les rites sacrés de l'Eglise. Il faut considérer d'abord à qui l'Eglise a donné la faculté de faire de telles adaptations; en second lieu, tenir compte des dispositions, et voir jusqu'à quel point l'adaptation est prévue.

2. Par ailleurs, le sens de la fraternité et de la famille rassemblée, sens qui a déjà fait des progrès et doit encore en faire, car la liturgie le favorise et l'étend, sens qui est un des fruits les plus sentis des cérémonies sacrées célébrées selon les rites rénovés, ce sens ne peut ni ne doit étouffer le sens de la hiérarchie dans l'Eglise. Ceci doit s'exprimer dans une coopération harmonieuse et disciplinée du *presbytérium* avec l'évêque, avec le collège episcopal en particulier avec les évêques du pays réunis en Conférence enfin en coopération de tous avec le Vicaire du Christ. Une telle coopération ne fera rien perdre à la fraîcheur ou à l'efficacité des expériences pastorales en contact avec la vie concrète, mais elle mettra un frein à l'arbitraire incontrôlé, à la variété inutile, et même au péril que les laïcs à leur tour, malgré leur participation plus pléniére à la vie de l'Eglise, ne se sentent en fait moins authentiquement «peuple» et «famille» de Dieu, et n'en viennent à se lamenter et murmurer, comme les fils d'Israël contre Moïse et Aaron.

L'unité ne consiste pas à étouffer ni éliminer la variété, mais elle s'exprimera dans la variété elle-même, en veillant à ce qu'elle n'aboutisse pas à l'incohérence.

Et l'obéissance chétienne, la vertu des fils, qui est l'expression de la charité, sera aussi le lien et la garantie de l'union et de l'unité.

3. Depuis 15 mois, le «Consilium» travaille sans reiâche, dans ses 40 groupes d'études d'experts, et par le corps bien tempéré des 42 évêques qui forment le coeur de l'institution. Pourtant une réforme générale de la liturgie, qui va aux fondements, ne peut se faire en un jour. Elle exige du temps, des recherches, une lente élaboration, des critiques et des contrôles. A tous, elle demande patience. Je voudrais que V. E. Rév.me souligne cela devant le clergé, pour que disparaissent ces initiatives personnelles, prématurées, nuisibles, que Dieu ne bénit pas et qui ne peuvent par conséquent porter des fruits durables; bien au contraire, elles font du mal à la piété du peuple fidèle et au renouveau saintement commencé. Elles portent préjudice aussi à notre effort, car ce sont en général des initiatives arbitraires, qui finissent par jeter une lumière antipathique jusque sur le travail conduit avec circonspection, sens des responsabilités, prudence et vraie connaissance des besoins pastoraux. Ce travail du «Consilium» ne sera pas indéfini, nous nous sommes engagés à ne pas le retarder au delà du strict nécessaire. Mais que personne ne prenne sur lui de troubler un pas aussi assuré et décidé, en intervenant d'une façon individualiste.

Au contraire, ceux qui croient pouvoir apporter des suggestions constructives feront oeuvre de charité en soumettant au «Consilium» leurs propositions; elles y seront examinées avec soin, pour que la réforme soit l'oeuvre de toute la Sainte Eglise.

4. Durant la période de transition, l'ancienne législation liturgique reste en vigueur pour tout ce qui n'a pas été formellement déclaré périmé. En outre, la *Constitution liturgique* [LE 3141], le *Motu proprio* [LE 3160], l'*Instruction* [LE 3217] avec l'interprétation autorisée, celle de la Sacrée Congrégation des Rites et celle du «Consilium», enfin les normes portées par les Conférences Episcopales, sont des textes qui font loi.

Il n'est pas permis d'aller au delà de ces termes. Ainsi, il n'est permis à personne de faire des «expériences» sans autorisation explicite. Le «Consilium» n'a jamais donné une telle autorisation d'une façon générale, d'autant que la Constitution elle-même prévoit les expériences comme quelque chose de limité à des milieux préparés et choisis, et cela pour un temps bien défini, et sous la vigilance de l'autorité ecclésiastique. Toute concession en ce sens sera donnée par écrit et communiquée à l'autorité compétente, avec l'indication des limites où l'expérience doit se tenir. Par conséquent, toute initiative qui entre en conflit avec les dispositions actuelles de la loi, doit être tenue pour une action personnelle et arbitraire, et par là réprouvée par la Constitution et par le «Consilium».

D'autre part, s'il est nécessaire d'inviter à s'en tenir aux limites indiquées par la législation authentique de la Sainte Eglise, il est nécessaire aussi de faire à tous un nouvel appel à une mise en oeuvre totale des normes nouvelles, celles portées par les documents conciliaires eux-mêmes et celles ajoutées pour l'application des premières. En fait, les deux attitudes sont également nuisibles à l'oeuvre de renouveau entreprise par l'Eglise: l'action intempérante des uns, et l'inaction des autres, qu'elle soit due à l'incompréhension ou à une simple inertie. La parole du Saint-Père à ce propos est explicite: «Il faut se rendre compte qu'une nouvelle pédagogie spirituelle est née avec le Concile; c'est là sa grande nouveauté. Nous ne devons aucunement hésiter à nous faire d'abord disciples, puis promoteurs de cette école de prière qui commence à s'établir. Sans doute les réformes toucheront à des habitudes que nous aimions, et qui méritaient le respect; sans doute elles exigeront des efforts, qui au premier moment ne plairont guère. Mais nous devons être dociles et avoir confiance. L'horizon religieux et spirituel qui s'est ouvert devant la nouvelle Constitution liturgique est admirable, en raison de la profondeur et de l'authenticité de la doctrine, de la cohérence de sa logique chrétienne, de la pureté et de la richesse des éléments culturels et artistiques, enfin, de sa correspondence à la nature et aux besoins de l'homme moderne. C'est l'Eglise, avec toute son autorité, qui promulgue cet enseignement et garantit la qualité de la réforme, dans l'effort pastoral de renforcer dans les âmes la foi et l'amour envers le Christ, et le sens religieux du monde actuel» *(Discours à l'Audience générale du 13 janvier 1965).*

5. La piété eucharistique a été pleinement mise en valeur par la Constitution sur la sainte liturgie, dans sa forme de «culte authentique, nourri de l'Evangile et de la doctrine

http://www.obrascatolicas.com

théologique» (cf. *l'Homélie du Saint-Père au Congrès eucharistique de Pise*).

Cette piété trouve son expression la plus haute dans la célébration du Saint Sacrifice, qui rassemble dans une participation active le peuple de Dieu tout entier autour de l'unique autel, dans une foi unique et une prière unique, sous la présidence de l'Evêque ou de son représentant (cf. *Constitution*, art. 41-42).

Parmi les différentes formes de célébration eucharistique, il en est une qui prend une valeur particulière: c'est la Concélébration, que le Concile a rétablie dans la pratique commune de l'Eglise. Cette Concélébration ne doit pas être jugée seulement un moyen de surmonter des difficultés pratiques, telles qu'il peut s'en rencontrer, par suite de la multiplication des célébrations individuelles. Il faut la voir dans sa vraie valeur doctrinale de manifestation de l'unité du Sacrifice et du Sacerdoce, de l'unité de tout le peuple de Dieu dans l'action sacrée, enfin, de l'augmentation de la vraie charité, fruit de l'Eucharistie, entre ceux qui célèbrent cet unique sacrifice.

Il sera donc opportun de promouvoir la Concélébration dans le cas où elle peut être avantageuse à la piété des prêtres et des fidèles. Il faut néanmoins veiller à ce que cela ne se fasse jamais aux dépens de l'utilité des fidèles, par suite de la réduction excessive du nombre des célébrations individuelles en leur faveur, ni que cela n'empêche les prêtres qui le désirent de célébrer individuellement. En effet, la célébration individuelle, même sans assistance du peuple, conserve aussi toute son importance doctrinale et ascétique, et la pleine approbation de l'Eglise. On doit veiller en outre, à ce que la Concélébration se déroule toujours avec la due préparation catéchétique et rituelle, et avec la dignité nécessaire, et la solennité prescrite par le rite publié récemment.

6. Depuis le 7 mars, il y a eu un mouvement général pour célébrer «versus populum»; on a constaté que cette façon de faire est la plus commode au point de vue pastoral. Mais un tel désir, bon en soi, a parfois engendré des solutions de mauvais goût, peu logiques, forcées. Le «Consilium» a déjà, en forme privée, formulé quelques normes à ce sujet. Le plus tôt possible, elles seront complétées et publiées officiellement. De toute façon, nous tenons à souligner que la célébration de toute la messe vers le peuple n'est pas absolument indispensable à une action pastorale efficace. Toute la liturgie de la Parole, dans laquelle se réalise amplement la participation active des fidèles, au moyen du dialogue et du chant, se déroule déjà vers le peuple, et elle est aujourd'hui d'autant plus intelligible qu'elle fait usage de la langue même du peuple. On peut certainement souhaiter que la liturgie eucharistique elle aussi soit célébrée «versus populum», et que les fidèles puissent suivre directement tout le rite, et par là y participer d'une façon plus consciente. Mais cela ne doit pas entraîner un renversement précipité, parfois peu réfléchi, des églises et des autels préexistants, aux dépens plus ou moins irréparables d'autres valeurs, qui doivent elles aussi être respectées.

La construction de l'autel vers le peuple est donc souhaitable dans les nouvelles églises; ailleurs, on pourra y arriver graduellement, par des adaptations étudiées sérieusement, dans le respect de toutes les valeurs.

Si, provisoirement, on pense utile de permettre l'érection d'autels portatifs qui favorisent la célébration «versus populum», que l'on veille soigneusement à la dignité et à la beauté qui conviennent à l'autel, table du sacrifice et du banquet de la famille de Dieu.

7. Il y a une question étroitement liée à celle de l'autel, c'est celle du *tabernacle*. On ne peut guère donner ici d'indications de caractère général et uniforme. Il faut faire une étude attentive, dans chaque cas, et tenir compte de la situation matérielle et spirituelle qui caractérise le milieu.

Les artistes suggéreront peu à peu la solution la meilleure. Mais c'est l'affaire des prêtres de les conseiller, de rappeler les principes qui doivent sauvegarder le respect et l'honneur dus à l'Eucharistie. Il importe de favoriser le culte eucharistique, qui doit continuer dans toutes les formes authentiques où l'Eglise a reconnu l'expression de la vraie piété chrétienne.

On peut conseiller, surtout dans les grandes églises, une chapelle destinée précisément à la réserve et à l'adoration de l'Eucharistie. Elle pourrait servir utilement pour la célébration eucharistique en semaine, quand le nombre des fidèles participants est réduit.

Quelle que soit la solution retenue parmi celles préconisées par l'*Instruction* (n. 95) [LE 3217], que l'on ait le plus grand soin de la dignité du tabernacle. Que si l'Ordinaire du lieu accorde qu'il soit situé en dehors de l'autel, qu'il soit situé en un lieu vraiment noble et bien en relief, que ce soit facilement visible, et non pas caché par le prêtre durant la célébration de la messe. En un mot, qu'il soit possible d'y trouver immédiatement le signe et le sens de la présence du Seigneur au milieu de son peuple.

Il semble donc opportun de signaler tout de suite quelques solutions qui, parfois proposées ou mises en oeuvre, *ne semblent pas offrir un résultat vraiment satisfaisant*. Tels sont: les tabernacles insérés d'une façon stable dans l'autel, ou qui y disparaissent par un procédé mécanique au moment de la célébration; les tabernacles placés devant l'autel, soit sur une colonne plus basse, soit sur un autre autel de niveau inférieur qui fait double emploi avec celui où célèbre; enfin les tabernacles insérés dans l'abside de l'église, ou laissés adossés à un autel préexistant, devant lequel ou sous lequel, immédiatement, on a placé le siège du célébrant.

On donnera bientôt des indications plus détaillées sur cette question en même temps que sur l'autel lui-même, comme on l'a dit plus haut.

8. Dans l'adaptation des églises aux postulats du renouveau liturgique, il y a eu parfois quelque exagération au sujet des images sacrées. On avait eu parfois des églises regorgeant d'images et de statues, mais on risque de passer à l'excès opposé, en faisant table rase, et en éliminant absolument tout. La transformation a été parfois réalisée sans être accompagnée d'une catéchèse suffisante, et a pu entraîner des réactions nuisibles, ou du moins ne pas édifier les fidèles.

Sans aucun doute, les mystères de la Rédemption et l'action eucharistique doivent être au centre du culte; mais, selon la Constitution (art. 103, 104, 108, 111), il y a place, en harmonie et en subordination parfaite, pour le culte de la Vierge Marie, Mère de Dieu, et des saints. C'est le dogme catholique, consolant et lumineux.

Un zèle éclairé, dans l'esprit de l'Eglise, sait que, dans la maison de Dieu, tout a un sens, tout parle, tout doit conserver la marque du sacré et du mystère.

9. Jusqu'en 1947, le mouvement liturgique était né, soutenu, guidé, par l'initiative de volontaires, ou de familles religieuses, qui supportaient généreusement dépenses et sacrifices pour promouvoir la connaissance et l'étude de la liturgie, par des publications, des semaines liturgiques, et d'autres manifestations.

En 1947, Pie XII fit passer le mouvement sous la dépendance directe de la Hiérarchie ecclésiastique (Enc. *Mediator Dei*, n. 108) [LE 1963].

Cette disposition a été renforcée et, pour ainsi dire, canonisée par le Second Concile du Vatican, qui a donné aux Conférences Episcopales, ou aux Evêques et Ordinaires, diverses facultés réservées exclusivement jusque là au Siège Apostolique. C'est un fait dont les conséquences sont très importantes. Le mouvement liturgique a obtenu de l'Eglise la reconnaissance officielle vers laquelle il tendait. Les groupes, les familles religieuses, les individus qui se sont faits ses promoteurs ont bien mérité, ils ont rendu un service inappréciable à la Sainte Eglise. Mais pour que la richesse spirituelle à laquelle ils se sont consacrés poursuive son action sanctifiante, il est nécessaire qu'elle s'insère plus profondément dans la ligne tracée par l'Eglise, dans les formes et dans les limites qui seront jugées les plus opportuns, selon le jugement de la Hiérarchie sacrée.

Que l'on recherche donc, en harmonieuse entente, les formules les meilleures et les plus avantageuses pour une étroite collaboration. Aujourd'hui, aucun Centre liturgique ne devrait rester isolé, en marge de la voie tracée par l'Eglise.

Les périodiques liturgiques, ou ceux qui s'intéressent à la pastorale, sont invités à continuer avec zèle l'étude, la recherche, la vulgarisation intelligente et sérieuse de la liturgie sacrée. Mais qu'ils s'abstiennent de publier des initiatives, ou des projets de réforme, qui sont de toute évidence opposés à la législation actuelle, ou révèlent un sens liturgique moins sûr.

J'ai voulu écrire ces choses à V. E. Rév.me, comme pour ouvrir mon coeur, par Votre intermédiaire, à tous ceux qui, en ce moment de particulière responsabilité, travaillent avec zèle et enthousiasme, pour que par le moyen de la liturgie tous les fidèles vivent plus intensément le mystère du Christ; et je pense en particulier au clergé, ainsi qu'à la phalange de nos laïcs organisés, surtout aux jeunes gens, aux religieux, aux religieuses.

J'aime Vous exprimer, avec ces voeux, mes remerciements fraternels et sincères pour tout ce que Vous voudrez faire en vue de faire connaître et mettre en oeuvre les présentes directives, et de tout coeur je Vous prie de me croire, de V. E. Révérendissime le très humble serviteur.—Giacomo Card. Lercaro, *Président*.

* Ad Praesides Conferentiarum episcopalium cuiusvis Nationis: Notit. 1 (1965) 257-264.

3297

1965 IUN...-CONSIL. LITURGIAE, DECLARATIO. PART.*

Experimenta liturgica induci nequeunt absque licentia Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia

Passim quandoque fama diffunditur quorundam inceptuum, que sive vigentes rubricas, sive Constitutionem vel Instructionem de sacra Liturgia praetergrediuntur. Horum autem inceptuum auctores, ut plurimum, asserunt se facultatem seu indultum a «Consilio» obtinuisse ad experimenta facienda.

«Consilium» declarat, praeter indulta pro Concelebratione et Communione sub utraque specie a die 3 Iulii 1964 ad diem 15 aprilis huius anni concessa, nullum umquam generale indultum ad experimenta ducenda datum esse.

Superfluum enim est in mentem revocare huiusmodi facultatem unice Auctoritati ecclesiasticae territoriali ab Apostolica Sede esse tribuendam, iuxta art. 40, 2 Constitutionis; ipsaque experimenta concedi tantum: *a)* in quibusdam coetibus, *b)* ad id aptis, et *c)* per determinatum tempus.

Si ergo «Consilium» experimenta permittet, facultas ea peragendi Auctoritati ecclesiasticae territoriali semper communicabit, et quidem in scriptis, additis condicionibus et limitibus, intra quae experimenta agere liceat.

Proinde cum ritus vel caeremoniae vel inceptus cuiusvis generis ab hodiernis legibus absona in re liturgica videntur, haec omnia habenda sunt inceptus «personales», «proprio marte» (cf. *Constitutio*, art. 22, § 3) [LE 3141] inducti, et eo ipso a Constitutione et a «Consilio» reprobati.

* Notit. 1 (1965) 145.

3298

1965 IUN ...-CONSIL. LITURGIAE, RESPONSUM. PART.*

Responsa ad proposita dubia ad: 1.—Instructionem diei 24 sept. 1964. 2.—Ordinem Missae. 3.—Ritum concelebrationis Missae. 4.—Ritum Communionis sub utraque specie. 5.—Participationem liturgicam Monialium

1.—*Ad Instructionem diei 24 Sept. 1964*

38. *(Ad n. 36, d)* Utrum norma de omittendis osculis manus et rerum, quae porriguntur aut recipiuntur, vim habeat cum Episcopus celebrat tam forma sollemni quam non sollemni?

Resp.: *Affirmative.*

39. Utrum osculum anuli Episcopi communionem fidelibus distribuentis omittendum sit?

Resp.: *Affirmative.*

40. Utrum celebrans et ministri, res, veluti paramenta, accipientes, osculari debeant?

Resp.: *Negative.*

41. *(Ad n. 57)* Dicitur «in Missis sive in cantu sive lectis, quae *cum populo* celebrantur, competens auctoritas... linguam vernaculam admittere potest». Et in decreto pro quadam natione dicitur «In Missis quae cum fidelium *concursu* celebrantur. *Cum populo* videtur innuere ad assistentiam actuosam participantium; dum *concursus* fidelium haberi potest etiam absque actuosa participatione. Estne hic ultimus casus ratio sufficiens ad adhibendam linguam vernaculam?

Resp.: *Certissime.* Immo, a fortiori, cum passiva adsistentia etiam ex hoc capite pendet quod fideles nihil intelligunt, neque de verbis quae proferuntur ad altare. De cetero expressiones *cum populo* vel *concursu populi* idem sonant.

42. *(Ad n. 78, a)* Quaeritur utrum religiosi itinerantes, recitatione chorali divini Officii onerati, teneantur (etiam ut hospites in domo, quae non ad Officium divinum in choro recitandum obligatur) omnes Horas Canonicas privatim recitare?

Resp.: *Affirmative.* Hi religiosi non eximuntur, ratione can. 14, § 1 et 3, ab observatione legum personalium. Lex vero divini Officii, vi Constitutionum religiosarum seu professionis sollemnis ac vi Ordinis sacri, est personalis.

43. *(Ad n. 78, c)* Possunt Ordinarii religiosi vi art. 97 *Constitutionis* de sacra Liturgia [LE 3141] et art. VII Motu Proprio *Sacram Liturgiam* [LE 3160] in casibus singularibus et iusta de causa a recitatione Divini Officii dispensare etiam singulas communitates ex toto vel ex parte, aut commutare?

Resp.: *Negative.* Art. 97 *Constitutionis* est obvius: «in casibus singularibus». Nullo modo agitur de dispensandis communitatibus choro adstrictis. Ideo Motu Proprio *Pastorale munus* n. 24 [LE 3139] concessit Episcopis facultatem reducendi obligationem choralem Capitulorum. Clare tandem excluditur talis interpretatio in *Instructione* diei 26 sept. 1964, n. 78, c [LE 3217], ubi pro regionibus Missionum peculiares conceduntur facultates, sed «salva disciplina chorali religiosa... iure statuta».

44. *(Ad nn. 80-84)* Utrum Officia parva post instaurationem sacrae Liturgiae abolenda sint?

Resp.: *Constitutio* art. 98 et *Instructio* nn. 80 ad 84 supponunt existentiam Officiorum parvorum etiam post instaurationem sacrae Liturgiae.

2.—*Ad Ordinem Missae*

45. *(Ad n. 59)* Cum celebrans, in precibus ad gradus altaris, non amplius se signet ad verba *Adiutorium nostrum in nomine Domini*, quaeritur, utrum Episcopus se signare debeat, eadem verba dicens, ad benedictionem in fine Missae?

Resp.: *Negative*, congrua congruis referendo. Nam in utroque casu signum crucis ad verba *Adiutorium nostrum* omittitur, ne bis successive celebrans se signet.

46. *(Ad nn. 44 et 45)* Utrum diacono, qui in Missa secundum n. 44 et 45 *Ritus servandi* legit aut cantat Evangelium, liceat etiam homiliam habere?

Resp.: *Affirmative*, post debitam, ab Ordinario obtentam facultatem, secundum C. I. C. can. 1342, § 1.

47. Utrum diaconus, qui in Missa lecta secundum n. 44 et 45 *Ritus servandi* legit Evangelium, possit etiam in aliis partibus Missae assistere more diaconali?

Resp. *Affirmative.*

48. *(Ad nn. 44-46)* Vidi Missam lectam «versus populum» celebratam, in qua Epistola lecta est a dexteris celebrantis, Evangelium vero a sinistris. Quaeritur, utrum talis modus sit correctus, an procedere debet sensu opposito, sicut fiebat in antiquis basilicis?

Resp.: Si *unus* tantum habetur ambo, omnes lectiones ex eo proferantur. Unicus autem ambo a dexteris vel a sinistris altaris collocari potest, prout, iuxta ecclesiae et presbyterii structuram, magis opportunum videtur. Si ecclesia *duos* habet ambones ita quidem exstructos ut unus maior pro Evangelio, alter minor pro Epistola sint constituti, lectiones ex iisdem ambonibus proferantur iuxta cuiusque destinationem. Si vero duo ambones aequales sunt, aut duo sunt extruendi, Epistola legatur in ambone, qui est ad sinistram, Evangelium in ambone, qui est ad dexteram celebrantis stantis ad sedem in absida ecclesiae, retro altare.

49. *(Ad n. 46)* Commentaria de Missa cum concursu populi tractantia nil dicunt de Missa, quae celebratur in domibus religiosarum, in scholis pro puellis, etc., quod dolendum est, praesertim relate ad munus lectoris et commentatoris. In genere haberi non possunt pro his officiis clerici in sacris constituti. Sed nil dicitur in rubricis, quod talia munera assumi possunt a laicis? Quid faciendum?

Resp.: *Ad munus lectoris*: Assumi potest a ministrante, etiamsi non est clericus. Quando non habetur ministrans, lectiones et Epistola legantur, secundum n. 46. *Ritus servandi*, ab ipso celebrante (cf. «Notitiae» p. 139-140, n. 16). *Ad munus commentatoris*: Generaliter sufficit, ut secundum *Instructionem* S. C. R. diei 3 sept. 1958 n. 96, *a)* [LE 2774] «mulier cantum aut precationes... quasi ducat».

50. *(Ad nn. 46-57)* Utrum liceat legere Evangelium e sede praesidentiali, e qua etiam pronuntiatur homilia?

Resp.: Servetur *Ritus servandus* nn. 46 et 47: «... celebrans legit vel cantat etiam lectiones et Epistolam in ambone vel ad cancellos... Stans deinde in eodem loco... cantat vel legit Evangelium. Si tamen non habetur ambo aut magis opportunum videtur, celebrans potest omnes lectiones etiam ex altari proferre versus ad populum».

51. *(Ad n. 60)* Utrum acolythi non amplius incensari debeant in Missa sollemni a thuriferario?

Resp.: Considerentur incensati cum illa parte chori, in quo stant acolythi.

52. *(Ad n. 83)* Utrum in Missa sollemni ministri communicandi genuflectere debeant in ore suppedanei, an stare possint in plano ante altare?

Resp.: Servetur consuetudo localis.

3.—*Ad Ritum servandum in concelebratione Missae*

53. *(Ad n. 17)* Utrum concelebrantes adhibere possint parvos calices in Missa concelebrata?

Resp.: Pro concelebratione ipsius Missae paretur, secundum *Ritum servandum in concelebratione Missae* n. 17, *d)* «unus calix sufficientis magnitudinis; aut si talis haberi nequeat, etiam alter, ita ut sufficere possint ad communionem omnium concelebrantium». Si unusquisque in ipsa concelebratione Missae suum haberet calicem, potius quam Missa concelebrata esset synchronizatio plurium Missarum.

Pro communione autem calicis eligatur unus ex modis in ipso Ritu exstantibus. Etsi usus parvorum calicum sit tantum medium ad Communionem faciendam, infusio pretiosissimi Sanguinis e magno calice in alios parvos, et ipsa forma parvorum calicum, minus apta videntur pro concelebratione. Valde proinde convenit servare ritum communionis calicis, quo concelebrantes directe ex ipso eodemque calice, etsi cum calamo aut cochleari, Communionem sumunt.

54. *(Ad nn. 76, 93 et 108)* Ubi debet celebrans principalis dicere: *Quod ore sumpsimus* et lavare pollices et indices dicendo *Corpus tuum, Domine*?

Resp.: Stans in medio altaris dicit secreto: *Quod ore sumpsimus, Domine*, etc., et postea in vase cum aqua parato digitos abluit dicens: *Corpus tuum, Domine*, et abstergit.

55. *(Ad nn. 77 et 78)* Utrum liceat diacono in Missa concelebrata ad modum «Missae cum diacono» (*Ritus servandus*, n. 95-98) assistere, ut functiones specifice diaconales exerceat?

Resp.: *Affirmative*, secundum nn. 77 et 78 *Ritus servandi in concelebratione Missae.*

4.—*Ad Ritum Communionis sub utraque specie*

56. *(Ad n. 1. 2)* Licetne diacono recipere sacram Communionem sub utraque specie, ad menten n. 1. 2) *Ritus servandi in distribuenda Communione sub utraque specie*, quando solus assistit in celebratione Missae?

Resp.: *Affirmative*, in Missa in cantu, ad quam *Ritus servandus* restringit Communionem sub utraque specie pro diacono: «in Missa pontificali vel sollemni».

5.—*Ad participationem liturgicam Monialium*

57. «Exstant in hac dioecesi plura monasteria monialium. Pro nonnullis, superiores maiores statuerunt, ut dum celebra-

http://www.obrascatolicas.com

tur Missa, crates aperiantur, quo moniales sacros ritus melius participare possint. Quaeritur utrum fas sit hanc normam extendere ad omnia monasteria, sive iuris dioecesani, sive iuris Pontificii.»

Resp.: Res pertinet ad Sacram Congregationem de Religiosis, cui transmittenda est quaevis petitio ad indulta petenda. Constat tamen Sacram Congregationem de Religiosis, his in casibus, de more, suggerere ut ad participationem liturgicam faciliorem reddendam, moniales ita disponantur ut omnes sacros ritus conspicere possint, qui ad altare peraguntur, fenestellis, si quae sint, apertis, vel velariis e cratibus demptis; velis quoque e vulto sibi subiatis, si a populo non videntur.

* Notit. 1 (1965) 185-190.

3299

1965 IUL 2.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

Episcopi vi Motu pr. «Pastorale munus» dispensare possunt ab interpellationibus quae impossibiles aut damnosae videntur

In your letter of 2 June of this year, Your Excellency proposed the following doubt to the Holy Office: Can the Ordinary dispense from the required interpellations not only when they are impossible or useless as stated in Motu proprio, *Pastorale munus*, but also when they are harmful *(damnosae)*?

To the proposed doubt this Supreme S. C. has decided to reply: *In the affirmative*, sc., the Ordinary can dispense from the required interpellations also when they are harmful.

* Ordinario S. Francisci in California, Prot. N. 1450/65: BOUSCAREN VI, p. 387.

3300

1965 IUL 2.-SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.*

Novae facultates conceduntur sacerdotibus in Terram Sanctam peregrinantibus

Preces—*Beatissimo Padre*, da alcuni anni la Palestina è divenuta mèta di pellegrinaggio di tanti fedeli e di tanti Sacerdoti che sempre più aumentano.

Soprattutto per dare a tutti i sacerdoti, partecipanti al pellegrinaggio, la possibilità di celebrare entro un tempo relativamente breve, il Procuratore Generale dell'Ordine dei Frati Minori, prostrato al bacio del S. Piede, implora umilmente, a loro favore, quanto segue:

1) La facoltà della concelebrazione in nave e nelle chiese durante tutto il tempo del pellegrinaggio;

2) la facoltà di poter concelebrare anche il Giovedì Santo e nella Veglia Pasquale del Sabato Santo;

3) la facoltà di poter celebrare o concelebrare la sera, se la necessità o la convenienza dei luoghi o del numero dei Sacerdoti pellegrini lo richieda. Che della grazia...

Rescr.—Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi a Ssmo Domino nostro Paulo Papa VI tributarum, attentis peculiaribus expositis adiunctis, benigne annuit pro gratia iuxta preces: servatis de cetero servandis.

Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 2 Iulii 1965. Arcadius M. Card. Larraona, *S. R. C. Praef.* Fr. F. Antonelli, *a Secretis*.

* Procuratori Gen. O. F. M., Prot. N. O. 83/965: AOFM 84 (1965) 401-402.

3301

1965 IUL 2.-SECR. STAT., NORM. AA S57 (1965) 677-679

Normae de commodandis operibus summo artis merito factis ad Sanctam Sedem pertinentibus, adprobantur

Regolamento relativo al prestito di opere d'arte di proprietà della Santa Sede.

I—Adprobatio ex Audientia Sanctissimi diei 2 iul. 1965

Il Santo Padre, nell'Udienza concessa al sottoscritto Cardinale Segretario di Stato il giorno 2 Luglio 1965 si è degnato di approvare l'unito Regolamento relativo al Prestito di Opere d'Arte di proprietà della Santa Sede.

Sua Santità si è degnata altresì di ordinare la promulgazione del medesimo Regolamento e la sua pubblicazione negli Acta Apostolicae Sedis.—Amleto Giovanni Card. Cicognani.

II.—Regolamento relativo al prestito di Opere d'arte di proprietà della Santa Sede

La Santa Sede, che considera le opere d'arte come un prezioso e insostituibile documento per la storia delle civiltà, della cultura e della pietà dei popoli, custodisce con particolare cura i cimeli storici e le opere artistiche in suo possesso, usando a tale scopo ogni precauzione ed i mezzi tecnici più idonei.

La Santa Sede, nel timore che l'accoglimento delle frequenti domande per la concessione di opere d'arte di sua proprietà potrebbe mettere in pericolo l'integrità delle opere richieste, ha stabilito che l'accoglimento di tali domande sia disciplinato da precise norme, contenute nel seguente Regolamento:

Art. 1.—Le opere d'arte di proprietà della Santa Sede si distinguono in tre categorie:

a) Le collezioni artistiche ed archeologiche pontificie, esistenti nella Città del Vaticano; /

b) tutte le opere d'arte che si trovano negli immobili indicati negli articoli 13, 14, 15 e 16 del Trattato del Laterano fra la Santa Sede e l'Italia, nonché nelle Basiliche Pontificie di cui all'articolo 27 del Concordato;

c) qualsiasi opera d'arte, o raccolta, di interesse storico o artistico, di proprietà della Santa Sede, provenienti da atti di liberalità *inter vivos* o *mortis causa* e conservate in collezioni fuori dello Stato della Città del Vaticano.

Art. 2.—Le opere d'arte di cui alla prima e seconda categoria, considerato il loro eccezionale valore storico ed artistico, e per essere le prime elementi essenziali della fisionomia tradizionale del Vaticano, ove sono visibili ai visitatori (come i Musei, le Gallerie, la Basilica) e agli studiosi (Biblioteca Apostolica e Archivio), non potranno essere allontanate per la cessione temporanea o Mostre, Esposizioni, manifestazioni celebrative.

Questa prassi si adegua a quella tenuta da alcuni tra i maggiori Musei del mondo.

Art. 3.—Eventuali richieste riguardanti le opere d'arte, di cui alla terza categoria, per Esposizioni o Mostre, potranno essere prese in considerazione solo quando sia preminente il carattere religioso della domanda o quando intervenga un eccezionale motivo di studio, e non esclusivamente il movente culturale ed estetico e tanto meno altro motivo puramente profano.

Ogni richiesta, che non sia preliminarmente esclusa da Superiori Autorità, dovrà essere esaminata dalla Commissione Permanente per la Tutela dei Monumenti Storici ed Artistici della Santa Sede e dovrà essere presentata dagli Enti interessati attraverso la via diplomatica, ovvero, se la domanda provenga da Ente ecclesiastico, per il tramite della locale Autorità ecclesiastica.

Sono esclusi rigorosamente dal prestito quei monumenti, oggetti e opere d'arte che, per fragilità, sensibilità alle variazioni climatiche, stato di conservazione, insicurezza di mezzi di trasporto, od altre ragioni sarebbe troppo rischioso trasportare, o che, per l'insigne loro valore, non possono essere allontanati dal luogo ove sono esposti o dall'ambiente a cui sono destinati./

Art. 4.—Nel caso che sia concesso il prestito di un oggetto o di una raccolta d'arte, di cui alla terza categoria, sarà affidato alla Direzione Generale dei Monumenti, Musei e Gallerie Pontificie, l'incarico di stabilire le modalità della esecuzione con tutte le garanzie tecniche, assicurative e di qualsiasi altra natura ritenute più opportune per la tutela dell'opera.

Art. 5.—Il presente regolamento sarà pubblicato negli *Acta Apostolicae Sedis* ed entrerà in vigore nello stesso giorno della sua pubblicazione.

3302

1965 IUL 8.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

Sacra Communio sub utraque specie distribui etiam potest sodalibus Institutorum saecularium die eorum consecrationis propriae

A Sacra Rituum Congregatione postulatum est pro opportuna declaratione: «Utrum sacra Communio sub utraque specie

distribui possit etiam sodalibus Institutorum saecularium die suae Professionis emittendae, prouti novum ius concedit professis in Missa religiosae suae Professionis, dummodo vota intra Missam emittant».

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, re mature perpensa, respondit: *Affirmative*, dummodo ipsa Professio fiat intra Missam.

Quod quidem responsum Ssmus Dominus noster Paulus Papa VI, in Audientia diei 8 Iulii a. 1965, ratum habuit et confirmavit.

Die 8 Iulii 1965.—Arcadius M. Card. Larraona, *S. R. C. Praefectus*. Ferdinandus Antonelli, *a Secretis*.

* Notit. 2 (1966) 132.

3303

1965 IUL 12.-SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM. PART.*

Facultas in n. 16 Rescr. «Cum admotae» concessa cedendi bona patrimonialia intelligitur de religiosis qui vota perpetua nuncupant

Roma, 12 luglio 1965

Reverendissimo Padre Presidente, alcuni membri dell'Unione Romana dei Superiori Generali si sono rivolti a questa Sacra Congregazione chiedendo una interpretazione pratica del testo dell'articolo 16 delle facoltà concesse ai Superiori Maggiori con il Rescritto Pontificio *Cum admotae* del 6 Novembre 1964 [LE 3230] ove si legge: *De consensu sui Consilii concedendi suis subditis vota simplicia professis, id rationaliter petentibus, facultatem cedendi sua bona patrimonialia, iusta de causa, exceptis bonis necessariis ad sustentationem religiosi in casu discessus a Religione.*

Nell'ultima Udienza che Si degnava concedermi, il giorno 5 c. m., Sua Santità, dopo aver ascoltato le ragioni avanzate da alcuni Superiori Generali per chiedere un chiarimento del citato articolo, disponeva che il testo venisse interpretato nel seguente modo: *De consensu sui Consilii, concedendi suis subditis vota simplicia perpetua professis id petentibus, facultatem cedendi sua bona patrimonialia, iusta de causa et salvis normis prudentiae.*

Le sarei grato di voler comunicare ai Superiori interessati la benigna decisione del Santo Padre.

Colgo ben volentieri l'occasione per professarmi, della Paternità Vostra Reverendissima, devotissimo nel Signore.—I. Card. Antoniutti, *Pref.* D. M. Huot, *add. a st.*

* Praesidi Unionis Romanae Superiorum Generalium, Prot. N. S. R. 145/64: CpR 44 (1965) 300-301. Adn. ANASTASIUS AB UTRECHT in Laurentianum 11 (1970) 308-356; M. DORTEL-CLAUDOT in Vie consacrée 43 (1971) 166-177; AOMCap 81 (1965) 311; Vita rel. 1 (1965) n. 8, p. 83.

3304

1965 IUL 16.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

Solvitur dubium circa altare et celebrationem Missae versus populum

Exmus ac Revmus Dominus Philippus Matthaeus Hannan, Episcopus titularis Hieropolitan. atque Auxiliaris et Vicarius Generalis Washingtonen., Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione reverenter exhibuit, nimirum:

1. Utrum ad exstruendum altare versus populum requiratur Ordinarii loci licentia.

2. Utrum sacerdos quilibet possit sine Ordinarii vel parochi licentia Missam celebrare facie populum versus.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, re mature perpensa, propositis dubiis respondit: Ad I. *Affirmative*. Ad II. *Affirmative*.

Die 16 Iulii 1965.—Arcadius M. Card. Larraona, *S. R. C. Praefectus*. Ferdinandus Antonelli, *a Secretis*.

* Ordinario Washingtonensi: Notit. 2 (1966) 183.

3305

1965 IUL 17.-SC RITUUM, DECLARATIO. PART.*

Partes ritus sacrarum ordinationum quae lingua vernacula dici possunt

Constitutio de sacra Liturgia (art. 76) [LE 3141] statuit: «Allocutiones Episcopi, initio cuiusque Ordinationis aut Consecrationis, fieri possunt lingua vernacula».

Et *Instructio* (n. 61) [LE 3217] rem pressius hoc modo determinat: «Competens auctoritas territorialis linguam vernaculam admittere potest, actis ab Apostolica Sede probatis seu confirmatis... in collatione Ordinum: in allocutionibus initio cuiusque Ordinationis seu Consecrationis, et etiam in examine electi in Consecratione Episcopali, necnon in admonitionibus».

Cum autem Episcopi petierint ut singulae partes quae in unoquoque ritu lingua vernacula proferri possunt exacte indicarentur, Sacra Rituum Congregatio, die 17 iulii 1965 eas hoc modo indicavit:

De clerico faciendo: Appellatio. ℣ Adiutorium nostrum etc. «Oremus, fratres carissimi». «Filii carissimi, animadvertere debetis».

In ordinatione Ostiariorum: Appellatio. «Suscepturi, filii carissimi» «Deum Patrem omnipotentem. Oremus. Flectamus genua. Levate.

In ordinatione Lectorum: Appellatio. «Electi, filii carissimi». «Oremus, fratres carissimi». Oremus. Flectamus genua. Levate.

In ordinatione Exorcistarum: Appellatio. «Ordinandi, filii carissimi». «Deum Patrem omnipotentem». Oremus. Flectamus genua. Levate.

In ordinatione Acolythorum: Appellatio. «Suscepturi, filii carissimi». «Deum Patrem omnipotentem». Oremus. Flectamus genua. Levate.

De ordinatione Subdiaconorum: Appellatio. «Accedant qui ordinandi sunt diaconi et presbyteri». «Filii dilectissimi ad sacrum». «Reccedant in partem, qui ordinandi sunt diaconi et presbyteri». «Adepturi, filii carissimi». In admonitione «Adepturi» ultima verba ita aptentur: «in vera et catholica fide fundati. Quod ipse vobis praestare dignetur, qui vivit et regnat, Deus, in saecula saeculorum. ℟. Amen». «Oremus Deum». Oremus. Flectamus genua. Levate.

In ordinatione Diaconorum: Appellatio. «Reverendissime Pater... Deo gratias». «Auxiliante Domino». «Provehendi, filii dilectissimi». «Commune votum». «Oremus, fratres carissimi... vivit et regnat Deus». Oremus. Flectamus genua. Levate.

De ordinatione Presbyterorum: Appellatio. «Reverendissime Pater... Deo gratias». «Quoniam, fratres carissimi». «Consecrandi, filii dilectissimi». «Oremus, fratres carissimi». Oremus. Flectamus genua. Levate. «Quia res». «Benedictio Dei omnipotentis». «Filii dilectissimi».

In consecratione electi in Episcopum: «Reverendissime Pater... Deo gratias». Examen electi. «Episcopum oportet». «Oremus, fratres carissimi».

* Ordinariis locorum: Notit. 1 (1965) 277-279

3306

1965 IUL 19.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

Ad convalidandum matrimonium nullum ex defectu aetatis requiritur ut prius cesset impedimentum, et deinde consensus renovetur

In your letter of 2 April of this year, Your Excellency proposed the following doubt: In order to convalidate a marriage which is invalid because of defect of age, is it necessary that a new act of consent be placed after the diriment impediment has ceased.

This Supreme S. C. has decided to answer the proposed doubt: *In the affirmative* according to the norm of can. 1133 of the Code of Canon Law.

* Ordinario Peoriensi, Prot. N. 903/59: BOUSCAREN VI, p. 662.

3307

1965 IUL 25.-SC S. OFFICII, NORMAE. PART.*

Normae servandae cum matrimonium mixtum celebratur primo in ecclesia catholica et deinde coram ministro acatholico

In your letter of 22 June of this year, Your Excellency requested the faculty to allow V. N., a Catholic, to go before a non-Catholic minister to contract marriage with J. V., an Orthodox.

On this matter, I am communicating to you the following norms which must be followed in cases of this kind.

http://www.obrascatolicas.com

1) When all the conditions set down in the sacred canons have been fulfilled, the marriage must be celebrated in the Catholic Church. The Ordinary has the faculty also to permit the celebration of Mass and the blessing of the bride within the Mass. Even if other ceremonies follow, it must be expressly declared that the marriage celebrated in the Catholic Church is the only true marriage.

2) If, after the celebration of the marriage, the non-Catholic party absolutely plans to have a non-Catholic rite follow, the parties may summon a non-Catholic minister to their home in order to have him impart a blessing (without any renewal of consent); if desired, he may also add a prayer petitioning good fortune for the spouses.

3) If, however, in an extraodinary case it will be necessary to tolerate having some religious ceremony in a non-Catholic church in order to avoid greater evil, (e.g., marriage before a non-Catholic minister only), the Ordinary should take care that this be done without external pomp; that scandal be removed and that a previous declaration be made that the only true marriage is that which was celebrated in the Catholic Church.

The Ordinary shall take care that the above-mentioned norms be observed in the best way possible.—P. R. Verasto, O. P., *Cons.*

* Cuidam Ordinario loci S. F. A. S.: BOUSCAREN VI, p. 609.

3308

1965 IUL 28.-SC S. OFFICII, DECLARATIO. PART.*

CIRCA APPARITIONES B. MARIAE VIRGINIS IN LOCO VULGO DICTO GARABANDAL

I—Declaratio Episcopi Santandierensis

Escribimos esta nota por imperativo de nuestro deber pastoral. El nombre de Garabandal y los hechos que en esa pequeña aldea de montaña de nuestra diócesis se han producido durante estos años, han llegado, por todos los medios de comunicación social, más allá de nuestra Patria y de nuestro continente europeo. Agencias internacionales han divulgado informaciones gráficas y reportajes especiales. Se habla de apariciones de Nuestra Señora la Virgen María, de mensajes espirituales, de deseos de la Virgen Santísima. Al mismo tiempo se nos pide un parecer autorizado sobre estos acontecimientos que se quieren unir con otras venerables advocaciones marianas universalmente conocidas.

El Obispado de Santander ha recogido amplísima documentación durante estos años de todo cuanto allí ha acontecido. No ha cerrado su «carpeta» en este asunto. Recibirá siempre agradecido todos los elementos de juicio que se le remitan. Han sido tres las notas oficiales que hasta el momento han aparecido tratando de orientar el juicio de los fieles. Esta nota será la cuarta. Y su conclusión hasta el presente, la misma que las precedentes. La Comisión, que entiende en la calificación de los hechos, no ha encontrado razones para modificar el juicio ya emitido, opinando que no consta de la sobrenaturalidad de los fenómenos, que ha examinado cuidadosamente.

Renovación de providencias

En consecuencia procede que esta autoridad diocesana renueve las oportunas providencias para que artificialmente no se fomente un ambiente de confusión, por una propaganda masiva al margen de la letra y el espíritu de los sagrados cánones, por medio de noticias, artículos periodísticos o de revistas, informaciones gráficas, reseñas de itinerarios y otros medios semejantes.

Recordamos que según el canon 1.399, número quinto, «están prohibidos por el derecho mismo los libros y folletos que refieran nuevas apariciones, revelaciones, visiones, profecías, milagros o que introducen nuevas devociones, si se han publicado sin observar las prescripciones». Hacemos saber que hasta el momento presente no hemos concedido el «imprimatur» a ningún libro, folleto, artículo o reseña en esta materia. Extendemos hasta donde llegue nuestra autoridad diocesana la misma prohibición del canon a cualesquiera publicaciones de artículos o informaciones que no se hayan sometido a la censura de la diócesis de Santander.

Suplicamos a todos los fieles cristianos que se abstengan de fomentar con su presencia en San Sebastián de Garabandal el ambiente creado en torno a estas apariciones y comunicaciones espirituales, haciendo constar, sin embargo, que no hemos encontrado materia de censura eclesiástica condenatoria, ni en nos, ya que contienen una exhortación a la oración y al sala doctrina ni en las recomendaciones espirituales que se han divulgado con esta ocasión, como dirigidas a los fieles cristiacrificio, a la devoción eucarística, al culto de Nuestra Señora en formas tradicionalmente laudables y al santo temor de Dios, ofendido por nuestros pecados. Repiten simplemente la doctrina corriente de la Iglesia en esta materia.

Fervor y buena fe

Admitimos la buena fe y el fervor religioso de las personas que acuden a San Sebastián de Garabandal y merecen el más profundo respeto, y queremos apoyarnos precisamente en este mismo fervor religioso para que, confiando plenamente en la Iglesia jerárquica y en su magisterio, cumplan con la mayor exactitud nuestras recomendaciones reiteradamente publicadas.

En cuanto a los sacerdotes, por la especial importancia que su intervención puede tener, tanto en su forma de activa participación y colaboración en el desarrollo de los hechos, cuanto en la forma de simple presencia como espectadores, prohibimos de manera explícita y formal su asistencia sin la expresa licencia, particular y en cada caso, de la autoridad diocesana, declarando que quedan suspendidas *ipso facto* las licencias en esta diócesis de Santander, para cuantos contravinieren esta nuestra formal advertencia.

La suprema sagrada Congregación del Santo Oficio ha tomado contacto con la diócesis de Santander para obtener la debida información en este grave asunto.

En Santander, a 8 de julio de 1965.—EUGENIO, *Obispo A. A. de Santander.*

II—Declaratio S. C. Sancti Officii

S. C. Sancti Officii, post accepta documenta ab Ordinario Santandierensi transmissa, die 28 Iulii 1965 declaravit:

«Por la documentación transmitida aparece con claridad suficiente cuán prudentemente ha obrado V. E. en este asunto. Ahora ruego a V. E. que siga con mirada vigilante en lo futuro esta cuestión. Y si algo nuevo surgiere, se digne comunicarlo al Santo Oficio.»—VEREMUNDO VERARDO.

* Ordinario Santandierensi: **Ilustración del clero** 58 (1965) 518-518. Adn. J. M. ABONSO in **Ephemerides Mariologicae** 19 (1969) 473-488.

3309

1965 IUL 31.-PAULUS VI, LITT. AP. AAS 57 (1965) 704-712

STATUTA APPROBANTUR AD CURAM SPIRITUALEM MILITUM REIPUBLICAE FOEDERATAE GERMANIAE SPECTANTIA

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Normam secutus articuli XXVII sollemnis Conventionis inter Apostolicam Sedem et Germaniam die XX mensis Iulii anno MCMXXXIII [LE 1182] initae, Pius Pp. XI, Decessor Noster rec. mem., «Statuta ad curam spiritualem militum exercitus Germanici spectantia» Litteris Apostolicis die XIX mensis Septembris anno MCMXXXV [LE 1288] sub anulo Piscatoris datis approbavit. Cum autem ius et disciplina ad Vicarios Castrenses pertinentia a Pio Pp. XII, item Decessore Nostro, Instructione die XXIII mensis Aprilis anno MCMLI [LE 2208] edita, nonnihil sint immutata, aliaeque interea causae exortae, iam expedire videtur eiusmodi regulas nova ratione componi, quo aptius religiosae utilitati catholicorum ad armatorum copias Reipublicae Foederatae Germaniae pertinentium conducant. Nova igitur Statuta diligenter condita sunt et a Sacra Congregatione Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praeposita recognita. Eorum vero, circa quae etiam Moderatores Reipublicae Foederatae Germaniae sunt auditi, hic est, qui sequitur, tenor:

Statuta ad curam spiritualem militum Reipublicae Foederatae Germaniae spectantia

I.—De Vicario Castrensi

1 Vicarii Castrensis (Militärbischof) munus officiumque est universum negotium de animarum cura catholicorum ad armatorum copias Reipublicae Foederatae Germaniae pertinentium componere, dirigere atque / promovere. Opera ideo ab ipso navanda est, ut catholicis sua iurisdictioni obnoxiis facilior et fructuosior aditus ad christianam doctrinam reddatur, Ecclesiae Sacramenta administrentur, itque pastorali ministerio confirmentur. 705

2. Vicarii Castrensis munus Apostolica Sedes confert uni ex Episcopis residentialibus Reipublicae Foederatae Germaniae, servatis quae in art. 27 sollemnis Conventionis

inter Sanctam Sedem et Germaniam die XX mensis Iulii anno MCMXXXIII initae *(A. A. S.* XXV, 1933, 389-414) [LE 1182] sancita sunt.

3. Electus Vicarius Castrensis potestate iurisdictionis pollet ordinaria, tum fori externi, tum fori interni, personali et speciali, ceteris Ordinariis locorum minime obnoxia. Huiusmodi autem iurisdictio non est exclusiva; subiectos igitur Vicario Castrensi ab Ordinarii loci et parochi potestate haud subtrahit, qui tamen in eosdem potestatem exercent secundario, semper vero iure proprio.

Potestas ac facultates ad Vicarium Castrensem ab Apostolica Sede directe profluunt.

4. Vicarii Castrensis iurisdictioni subduntur: universi milites catholici; omnes e civium ordinibus, qui iuxta legum vigentium praescripta copiis armatorum addicti sunt atque catholicam religionem profitentur; membra catholica familiarum militum sive stabiliter sive ad tempus servitium militare exercentium et eorum e civium ordinibus quos supra memoravimus, etiam si eorundem paterfamilias catholicam fidem non profiteatur.

Vocabulo familiae designantur unice uxor et liberi, sive patrisfamilias sive uxoris, sive proprii sive adoptivi, usquedum vigesimum primum aetatis annum expleverint et in domo paterna vitam degerint.

Iurisdictioni Vicarii Castrensis subtrahuntur uxor a viro legitime separata atque liberi cum eadem cohabitantes, qui omnes potestati Ordinarii loci subiciuntur. / 706

5. Iurisdictioni Vicarii Castrensis subsunt in iis, quae militum cura pastoralis postulat, tum aedificia omnia militaria (contubernia, stativa castra, munitiones etc.), tum scholae militares necnon nosocomia et carceres unice militibus destinata, item ecclesiae et oratoria, quae unice militibus usui sunt.

Quod vero ad alias ecclesias attinet, quae tantum certis diebus vel horis militibus usui sunt, pacta opportuna ineantur cum rectore ecclesiae, vel, si opus sit, cum iis, qui sacras aedes possident aut administrant, accedente semper Ordinarii loci consensu.

6. Vicarius Castrensis suam Curiam constituit in urbe, ubi sedes Reipublicae Foederatae Germaniae Moderatorum exstat, eamque instruet iuxta normas communes, quibus dioecesana Curia regitur *(cann.* 363, 364). Moderatorum Reipublicae autem est necessaria et congrua loca Curiae Castrensi expedire atque assignare. Quin etiam danda erit opera, ut huic fini apta domus attribuatur.

Fas est Vicario Castrensi Vicarium Generalem, seu Pro-Vicarium, eligere, qui adiutricem operam navabit in iis omnibus, quae spiritualem curam catholicorum Reipublicae Foederatae Germaniae ad armatorum copias pertinentium respiciunt, omnibus facultatibus auctus, quae —congrua congruis referendo— a Codice Iuris Canonici Vicario Generali tribuuntur.

7. Ad Vicarium Castrensem pertinet, collatis consiliis cum Reipublicae Potestatibus competentibus, veluti «districtus curae animarum» statuere eosque immutare, quibus uniusciuisque militum cappellani definite et apte praefiniantur subiecti.

De his constitutis Vicarius Castrensis Episcopos dioecesanos, quorum intersit, edocebit.

8. Vicario Castrensi ius est Statutum pastorale condendi, quo ea omnia decernantur, quae sacrae disciplinae militum cappellanorum consulant, ut rite et fructuose rationes provehantur ad spiritualem curam perti/nentes. 707
Curabit igitur, collatis consiliis cum Reipublicae Potestatibus competentibus, ut militum catholicorum ius ad curam spiritualem, attentis praesertim peculiaribus militiae muneribus, recte et opportune impleatur atque libero religionis exercitio rite consulatur.

Porro huiusmodi Statutum pastorale, antequam promulgetur, Apostolicae Sedi subiciendum erit.

9. Leges ac normae a Vicario Castrensi edendae in Commentario actorum eiusdem Vicarii Castrensis promulgantur.

10. Vacante Vicarii Castrensis munere, nisi aliud a Sancta Sede cautum sit, iurisdistio et facultates huius muneris propriae a Vicario Generali, seu Pro-Vicario, exercebuntur, ea tamen lege, ut hoc tempore nihil innovetur.

II—De militum Cappellanis

11. In cura spirituali perfungenda cappellani militum unice iuri ecclesiastico subiciuntur ideoque nullis potestatis civilis normis obnoxii erunt.

12. Militum cappellani tenentur legibus ecclesiasticis non tantum generalibus, sed etiam particularibus loci, in quo versantur, praesertim iis, quae ad obligationes clericorum et cultum divinum spectant.

Habitum ecclesiasticum secundum legitimas locorum consuetudines et Vicarii Castrensis praescripta deferant. Ornatus militaris cappellanorum militum induci potest nonnisi consentiente Vicario Castrensi.

13. Vicarius Castrensis militum cappellanos nominat, quos normis et condicionibus respondere reppererit art. 27 Conventionis inter Sanctam Sedem et Germaniam initae 708
statutis. Item a Reipublicae Potestatibus competentibus postulat, ut electis militum cappellanis status officialium Reipublicae iuxta leges vigentes conferatur.

14. Vicario Castrensi ius est, collatis consiliis cum Reipublicae Potestatibus competentibus, militum cappellanos sede et officio mutare.

15. Nominatio cappellani militum excardinationem a dioecesi non parit. Quapropter, expleto quovis munere cappellani militum, sacerdos, ipso facto, Ordinarii proprii —qui scilicet eidem concesserat, ut ministerio castrensi manciparetur— iurisdictioni iterum obnoxius erit.

Vicarius Castrensis Ordinarios locorum certiores faciat de nominibus cappellanorum militum, qui in eorum dioeceses mittuntur vel ab eisdem abscedunt, necnon de translatione et promotione ipsorum.

Quilibet militum cappellanus statu officialium Reipublicae ad tempus fruens, in arcam nummariam pensioni providendae dioecesis, cui incardinatur, legitimum certumque tributum inferet.

16. Ubi neque necesse neque possibile est militum cappellanos stabiliter constituere, Vicarius Castrensis, praehabito consensu Ordinarii loci, consiliisque collatis cum Reipublicae Potestatibus competentibus, idoneos ad curam spiritualem militum peragendam designat sacerdotes e clero saeculari vel etiam religioso, qui hoc munere ut auxiliares fungantur.

17. Militum cappellani stabiliter constituti ordinariae potestati Vicarii Castrensis durante munere omnino subduntur; at sacerdotes, qui munere cappellani militum ut auxiliares funguntur, a Vicario Castrensi dependent in iis tantummodo, quae ad exercitium spiritualis curae militum attinent.

Caveat Vicarius Castrensis, ut unicuique militum cappellano stabiliter constituto, pariterque iis sacerdotibus, qui munere cappellani / militum ut auxiliares funguntur, te- 709
stimonium litteris consignatum tradat muneris exercendi, ut hic, si opus sit, facultates, quibus praeditus est, probare valeat.

III—De Auxiliaribus

18. Vicarii Castrensis erit viros auxiliares proponere, quos Moderatores Reipublicae suppeditabunt, ut militum cappellanis adiutricem operam navent in omnibus negotiis expediendis, quae tum cultum exercendum respiciunt, tum rerum curationem ad spiritualem gerendam militum curam spectantium. Ut ad hoc ministerium, auxiliari ratione, obeundum idoneus aptusque quis reperiatur, si necessitas id ferat, examini subicietur, assistente quoque militum cappellano a Vicario Castrensi delegato.

IV—De administratione Sacramentorum

19. Quod attinet ad administrationem Sacramentorum et exercitium pastoralis muneris, militum cappellani ius commune quoad fieri potest servabunt, haud spretis tamen legitimis locorum consuetudinibus.

20. In exercenda cura animarum militum cappellani parochorum iuribus et facultatibus —congrua congruis referendo— fruuntur. Ipsis ius est assistendi matrimoniis fidelium sibi vi potestatis exemptae subditorum, ea tamen lege, ut quoad validitatem matrimoniorum haec potestas intelligenda sit cumulativa cum Ordinario et parocho loci, vel sacerdote ab alterutro delegato.

In iis, quae spectant ad celebrationem matrimonii vigeant praescripta can. 1097 C. I. C. / 710

21. Causas matrimoniales subiectorum Vicario Castrensi, in prima licet instantia, tribunal dioecesanum cognoscet competens ad normam iuris communis. Declarationem nullitatis matrimonii in casibus exceptis, de quibus in cann. 1990, 1991 C. I. C., Ordinarii loci tribunal pariter iudicat.

22. Caveat Vicarius Castrensis, ut in celebrando Mis-

http://www.obrascatolicas.com

sae sacrificio sub divo diligentissime serventur praescripta can. 822, 4, et ea, quae Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum in Epistola die XXVI mensis Iulii anno MCMXXIV circa facultatem celebrandi Missam sub divo edidit (cfr. *A. A. S.* XVI, 1924, 370-371) [LE 609]. Consideret praesertim, quod in eadem Epistola statutum, nempe S. Missae celebrationem extra ecclesiae saepta tantummodo ad saeculares celebritates aut politica festa religioso honestanda decore, prorsus vetitam esse.

Sacris litari sub divo, servatis servandis, tantum in castris sinat et in locis militibus peculiariter reservatis; si alibi Missa sub divo celebranda, licet normae can. 822, 4 et memoratae Epistolae impleantur, Ordinarii loci licentiam obtineat.

23. Ut acta et documenta ad animarum curam spectantia rite serventur atque, data occasione, facilius reperiantur, studeant militum cappellani ceterique sacerdotes, qui munere militum cappellani ut auxiliares funguntur, ut omnia acta, quae baptismata, confirmationes, matrimonia et decessus subditorum respiciunt, citissime et diligentissime duplici exemplari conficiantur, quorum alterum quotannis ad Curiam castrensem mittatur.

V—De rationibus ad curam animarum spectantibus

24. Cum animarum cura pro militibus gerenda gravis sit pars universalis ministerii pastoralis, cumque, ut rite et fructuose expleatur, expediat, ut pro mille quingentis
711 militibus catholicis unus saltem sta/biliter constituatur cappellanus militum, curabit Vicarius Castrensis, ut numero sufficientes sacerdotes Ordinarii locorum praebeant. Id vero et Congregationes religiosorum sodalium propenso animo facere studebunt.

25. Locorum Ordinariis, quos Vicarius Castrensis sacerdotes rogaturus ad militum cappellani munus deputandos adierit, potissimum cordi erit, ut nonnisi presbyteri probatae virtutis, pietate ac doctrina conspicui, de quorum idoneitate et dignitate plane ipsis constet, ad tam difficile munus obeundum destinentur.

Praeterea ratio illorum solummodo habeatur, qui ab Ordinario proprio proponuntur vel saltem, habitis testimoniis idoneitatis et dignitatis, efficaciter commendentur.

26. Ut optimi quoque expertique presbyteri religiosi ad munus cappellani militum assumantur, normae servantur a Sacra Congregatione negotiis religiosorum sodalium praeposita statutae per Instructionem «De cappellanis militum religiosis», die 11 mensis Februarii anno MCMLV editam (*A. A. S.* XLVII, 1955, 93-97) [LE 2478]. Hi tamen, quantum fieri possit, locis destinentur, ubi ipsorum Religionis domus habeatur.

27. Locorum Ordinarii Reipublicae Foederatae Germaniae propense libentique animo curabunt, ut Vicario Castrensi eiusque militum cappellanis pro necessitate, in munere perfungendo, praesto sint tum usus ecclesiarum, tum opera sacerdotum. Vicario autem Castrensi vicissim curae erit, ut militum cappellani grato animo huiusmodi officia rependant ac praesertim parochis locorum in sacris muneribus obeundis auxilium ferant.

Ad munera sacerdotalia extra fines suae iurisdictionis in commodum fidelium sibi non subiectorum explenda, cappellanus militum necessarias facultates ab Ordinario loci impetrabit.

28. Usum legitimorum tributorum a christifidelibus iurisdictioni Vicarii Castrensis obnoxiis solutorum Vicarius
712 Castrensis disponet concorditer cum dioecesibus, quarum intersit. /

29. Si controversia inter militum cappellanos et clerum dioecesanum oriatur in sacro ministerio aut in qualibet re, quae ad forum ecclesiasticum spectat, pro bono et aequo componantur ab Episcopis utriusque partis; quod si fieri nequeat, res Apostolicae Sedi deferatur.

30. Ad quaestiones canonicas solvendas spiritualem militum curam respicientes de quibus in praesentibus Statutis nihil decernitur, norma sumenda est a legibus Codicis Iuris Canonici et ab Instructione de Vicariis Castrensibus «Sollemne semper» a Sacra Congregatione Consistoriali die XXIII mensis Aprilis anno MCMLI edita (*A. A. S.* XLIII, 1951, 562-565) [LE 2208].

Praesentes normae, cum vim suam exserunt, Statutis promulgatis per Apostolicas Litteras «Decessores nostros» Motu proprio a Pio Pp. XI datas die XIX mensis Septembris

4695

anno MCMXXXV (*A. A. S.* XXVII, 1935-367-373) [LE 1288] omnino obrogant.

Itaque motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi supra scripta «Statuta ad curam spiritualem militum Reipublicae Foederatae Germaniae spectantia» approbamus iisdemque Apostolicae sanctionis robur adicimus. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec statuimus, decernentes praesentes litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant, plenissime suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXXI mensis Iulii, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3310

1965 IUL 31.-SC STUD., DECR. AAS 57 (1965) 809-810

Facultas Sacrae Theologiae in Seminario nationali Maiori Dalatensi, in Vietnamensi Republica, canonice erigitur

Ab ortu solis ad occasum, magnum ut esset nomen Domini in gentibus [1], Catholica Ecclesia plura abhinc saecula in extremas Asiae oras Christi Iesu praecones misit qui sapientibus et insipientibus Evangelii lumen proferrent, aeternae vitae pignus atque humanae sapientiae a patribus diutina traditione perceptae amplissimum incrementum. Indosinenses autem regiones (vulgo «Vietnam»), humana probitate «naturaliter christiana» singulariter florentes, Apostolica Sedes peculiari benevolentia adeo prosecuta est ut in civitate Dalat anno rep. sal. MCMLVIII Pontificium Seminarium constitueret a S. Pio X nuncupatum, quo omnes Dioeceseon Indosinensium clerici exciperentur ac instituerentur theologica philosophicaque studia peragendo can. 1365 C. I. C. praescripta. Simul insuper Catholicam studiorum Universitatem inchoabat ad eos cuiusvis religionis laicos et ministros eruditendos qui historicis litterarlis philosophicis, naturalibus experimentalibus technicis, didacticis paedagogicis, iuridicis administrativis disciplinis imbuendi essent ad scientias et artes provehendas publicave munera in commune sui populi bonum exercenda. Ut supremum huic altiorum studiorum domicilio fastigium tandem imponeretur, Apostolicus Delegatus Indosinensis, precibus omnium Praesulum Vietnamitarum necnon Patrum Societatis Iesu, qui inde a primordiis laudato Pontificio Seminario praepositi sunt / Catholicaeque Universitati 810
augendae operam dant, annuens, Theologicam Facultatem, in aedibus Pontificii Seminarii Dalatensis erigendam suppliciter petiit, quae cunctae Catholicae Universitati animae instar in posterum proficeret praesideretque, ad Philosophicam Facultatem praesertim ibidem promovendam fovendam alendam quod attinet. Sacra nunc igitur Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, auctoritate a Ssmo D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI peculiari ratione sibi concredita, re penitus perpensa, in gloriam Dei O. M., in Catholicae Ecclesiae decus ac Dioeceseon Vietnamitarum uberrimum incrementum, Facultatem Sacrae Theologiae in aedibus Pontificii Seminarii Maioris nationalis Dalatensis sedem habentem *erigit atque erectam declarat*, cum iure gradus academicos conferendi ad normam Apostolicae Constitutionis «Deus scientiarum Dominus» adnexarumque «Ordinationum» nec non peculiarium Statutorum ab eodem Sacro Dicasterio probandorum, ea quidem lege ut Catholicae studiorum Universitati Dalatensi moraliter cohaereat et quadamtenus praesit, ad philosophicas doctrinas praesertim ibidem provehendas, omnibus plane agnitis iuribus ac privilegiis, honoribus ac officiis quae ecclesiasticis Facultatibus de more competunt, ceteris servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. XXXI m. Iulii, in festo S. Ignatii Confessoris, a. D. MCMLXV. Iosephus Card. Pizzardo, Ep. Alban., *Praefectus.* Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaestina, *a Secretis.*

[1] Cfr. *Mal.* 1, 11.

3311

1965 AUG 2.-SC CONCILII, NOTIFICATIO. PART.*

Benedictio nuptiarum in diebus Dominicis vel festis de praecepto non debet impediri

Giungono sovente alla Santa Sede ricorsi da parte dei fedeli di molte Diocesi per la proibizione, fatta dai rispettivi Ordinari, di benedire i matrimoni nelle domeniche o nelle altre feste di precetto.

Non si può certo negare la ragionevolezza dei diversi motivi che hanno indotto non pochi Vescovi a proibire la celebrazione delle nozze nei predetti giorni: provvedimenti spesso sanciti in decreti o in Concili provinciali, debitamente approvati da questo stesso Sacro Dicastero.

Tuttavia, come si è detto, l'applicazione di tali provvedimenti non è passata senza contrasto, per non dire che in questi ultimi tempi ci sono anche altri punti di vista da considerare. Infatti, nelle particolari condizioni ora verificatesi, non sembra sia opportuno insistere con severità nelle accennate limitazioni, anche considerando che esse, non di rado, creano difficoltà e inconvenienti a fedeli di umile condizione, spesso impossibilitati a lasciare il lavoro in giorni feriali.

Invero, l'attuale disciplina per la binazione e trinazione, e la possibilità di celebrare anche nel pomeriggio, consentono oggi in molte parrocchie maggiori disponibilità di sante Messe. Per cui, in completa dipendenza e separazione dalle Messe festive di orario per il popolo, onde non intralciarne la consueta liturgia, la Messa degli sposi può essere celebrata in altre ore del mattino, oppure anche nel pomeriggio.

Pertanto questa Sacra Congregazione, pur raccomandando che sia preferita la disciplina vigente e che siano prese tutte le possibili precauzioni perché nei giorni di precetto non sia disturbata la liturgia delle Messe di «orario», ritiene che sia bene, ove possibile, venire incontro ai desideri degli sposi cristiani, sempre che tali desideri siano suffragati da motivi plausibili.—Roma, 2 agosto 1965.—Pietro Card. Ciriaci, *Prefetto.* P. Palazzini, *Segretario.*

* Ordinariis locorum Italiae: Riv. dioc. Roma 7 (1966) 747.

3312

1965 AUG 3.-SC SACRAMENTORUM, NORMAE. PART.*

Ordinatio Tribunalium appellationis pro causis matrimonialibus in ditione Canadiensi

Rome, le 3 août 1965

Excellence Révérendissime [...], a la suite de l'accueil des demandes exposées plus haut, l'organisation des Tribunaux d'Appel au Canada sera la suivante: 1) *Montréal,* pour les causes matrimoniales jugées en première instance à Montréal, Québec et Toronto. 2) *Québec,* pour les causes matrimoniales jugées en première instance à Ottawa et Halifax. 3) *Toronto,* pour les causes matrimoniales jugées en première instance à Regina, Vancouver et Edmonton.

Pour le Tribunal d'Appel de Montréal, il faudra appliquer les normes suivantes: *a)* Le Tribunal devra avoir un siège propre et être composé de membres différents de ceux du Tribunal de première instance. *b)* L'Official, les Juges, le Promoteur de la Justice, le Défenseur du Lien et les autres membres devront être nommés, «ad triennium», collégialement par les Eminentissimes Archevêques de Montréal et de Québec et par l'Excellentissime Archevêque de Toronto. Leurs noms devront être soumis à Son Excellence le Délégué Apostolique pour le «nihil obstat».

Votre Excellence voudra bien informer les Révérendissimes Archevêques et Evêques intéressés de ces dispositions du Saint-Père et en assurer l'exécution, en ayant soin d'envoyer, par la suite, un rapport à ce Sacré Dicastère. Je profite de l'occasion...—Cardinal Aloisi Masella, *Préfet.*

* Delegato Ap. in dicione Canadensi, Prot. N. 1021/64 Vg.: Studia canonica 1 (1967) 126.

3313

1965 AUG 4.-SC SACRAMENTORUM, RESCR. PART.*

Datur dispensatio ab irregularitate ob defectum primae partis digiti pollicis

Preces—*Beatissime Pater,* Joseph, dioecesis G., ad pedes S. V. provolutus, humiliter postulat dispensationem ab irregularitate ex defectu corporis ob carentiam primae partis digiti pollicis sinistrae manus, ita ut ad primam tonsuram atque ordines legitime promoveri valeat.

Rescr.—Die 4 Aug. 1965, Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a SSmo Dño Nostro Paulo Papa VI tributarum, attentis expositis et commendatione Ordinarii G., eidem benigne committit ut oratori gratiam dispensationis indulgeat ab enunciata irregularitate, aptato pollici mutilo capsula aurea vel argentea aurata, quatenus possibile erit, servatis Instruct. H. S. C. diei 27 Decembris 1930 necnon Litteris Circularibus diei 27 Decembris 1955 a iisque de iure servandis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

* Ordinario Greensburgensi, Prot. N. 1508/65: Jurist 27 (1967) 227-228; BOUSCAREN VI, p. 585-586.

3314

1965 AUG 21.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur implendi praeceptum paschale quovis anni tempore

Preces—*Beatissime Pater,* Commissarius et Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, perdurantibus iisdem causis, a Sanctitate Vestra humiliter postulat ut sibi prorogetur indultum iampridem concessum per rescriptum Sacrae Congregationis Concilii diei 27 septembris 1960, N. 54748/D, quo per quinquennium concedebatur ut christifideles praecepto paschali satisfacere possent, ubique terrarum et quocumque anni tempore, occasione Sacrarum Missionum, Exercitiorum Spiritualium et Supplicationum Quadraginta Horarum, quae a sacerdotibus praefati Ordinis praedicarentur seu dirigerentur.

Rescr.—Sacra Congregatio Concilii, attentis expositis, petitam prorogationem, in terminis et forma praecedentis rescripti, benigne impertita est ad aliud quinquennium, de consensu tamen Ordinarii loci ac fidelibus tempore utili praemonitis. Datum Romae, die 21 augusti 1965.—P. Palazzini, *a Secretis.* I. Brunelli, *a Studiis.*

* Procuratori Gen. O. F. M. Cap., Prot. N. 100516/D: AOFMCap 81 (1965) 311-312.

3315

1965 AUG .. -CONSILIUM LITURGIAE, RESP. PART.*

Responsa ad proposita dubia circa: 1.—Instructionem diei 26 sept. 1964. 2.—Ritum celebrationis Missae. 3.—Ritum concelebrationis Missae. 4.—Varias materias

1.—*Ad Instructionem diei* 26 *Sept.* 1964

58. *(Ad n. 56)* Utrum in Missis cum populo celebratis, oratio fidelium sit obligatoria diebus ferialibus? Resp. *Diebus ferialibus non obligat.*

59. Utrum Ordinario loci liceat conficere pro sua dioecesi formularia Orationis fidelium, an haec facultas exclusive sit penes Coetum Episcoporum nationis? Rescr. Secundum *Instructionem* n. 56 [LE 3217] «in locis, ubi Orationis communis seu fidelium usus non habetur, competens auctoritas territorialis decernere potest ut fiat... formulis interim ab ipsa approbatis». Attamen, in formulis exarandis, maxime convenit ut facultas singulis Episcopis relinquatur addendi unam alteramve intentionem, quae necessitatibus cuiusque dioecesis vel loci respondeat.

60. Utrum liceat rectoribus ecclesiarum addere ad formularium quoddam unam alteramve intentionem ad Orationem fidelium secundum necessitates locales? Rescr. *Licet,* immo valde convenit, eadem ratione, quae supra, pro dioecesibus, indicatur.

61. *(Ad n. 78)* Utrum Religiosi «choro adstricti» adhuc obligentur ad recitationem Horae Primae? Resp. Ex recenti concessione (2 iunii 1965) [LE 3288] Apostolica Sedes remisit Superioribus Maioribus religiosis, ut secundum prudens eorum iudicium, statuant Horam Primam retinere aut facultativam declarare pro suis subditis.

62. *(Ad n. 91)* Utrum stabiliter exstrui liceat altare portatile ante altare maius ad celebrandam Missam versus populum? Resp. Per se licet, sed non consulitur. Nam Missa ad normam novi Ordinis celebrata, optime participatur a fidelibus etiam si altare ita exstruitur ut celebrans terga ad populum vertat. Tota enim liturgia verbi celebratur versus populum, ad sedem vel ad ambonem. Si autem, his non obstantibus, ecclesiae rector aestimaverit aliud altare, portatile, collocare ante altare maius, hoc ponatur *ad tempus,* et inter utrumque altare intervallum vere notabile intercedat, et altare portatile circa se habeat satis magnum spatium ad modum presbyterii.

63. *(Ad n. 95)* Utrum, si altare maius versus populum exstruitur, ad mentem *Constitutionis* [LE 3141] et n. 95 *Instructionis* Ssma Eucharistia asservari conveniat in a tari minori ab altari principali distincto? Resp. *Affirmative.*

64. Utrum liceat sacrum litari coram Ssmo Sacramento exposito, in altari portatili, in eodem loco altaris expositionis, sed ab eo distincto? Resp.: *Negative.* Nec potest in oppositum afferri *Cod. rubr.* n. 349 agens de Missa die medio occasione quadraginta Horarum, quae celebrari debet «in altari ubi Ssmum Sacramentum non est expositum». Nam agitur de altari, ita ab altari expositionis distincto, ut non impediatur adoratio Ssmi Sacramenti.

http://www.obrascatolicas.com

2.—Ad Ritum servandum in celebratione Missae

65. *(Ad n. 14)* Utrum liceat celebranti in Missa versus populum celebrata, dicere preces ad gradus altaris terga vertens populo? RESP. *Licet.*

66. *(Ad n. 35)* Quomodo gerere se debeat celebrans in Missis, v. g. fer. IV Quat. Temp., sabb. Quat. Temp., fer. IV post dom. IV Quadrag. etc., cum ipse lectiones omnes legere teneatur, deficiente idoneo lectore? Utrum pro unaquaque oratione debeat ab ambone recedere et ad sedem (vel ad altare) accedere ad pronuntiandam orationem? RESP. *Potest* in casu etiam orationes proferre ex ambone.

67. *(Ad n. 47)* Utrum celebrans, deficiente lectore seu ministrante idoneo, praeter lectiones, proferre possit ex altari «versus ad populum» etiam Graduale, Alleluia, Tractus, etc., si non cantentur vel legantur a schola vel a populo? RESP. *Potest.*

68. *(Ad n. 49)* Utrum genuflectendum sit ad verba *Et incarnatus est...* in festo Nativitatis Domini tantum, an durante tota Octava. RESP. Die 25 decembris tantum.

69. Utrum genuflectendum sit ad verba *Veni, sancte Spiritus* in Missa dominicae Pentecostes tantum, an etiam durante tota octava? RESP. In dominica Pentecostes tantum.

70. *(Ad n. 51)* Quando dicitur *Credo* in Missis lectis debetne celebrans post Evangelium ad altare ascendere, vel ad sedem recedere, et iterum ad ambonem accedere pro oratione fidelium? RESP. In Missis lectis, quando celebrans ipse legit Evangelium ad ambonem, *Credo in unum Deum* intonet, iuxta *Ritum servandum* n. 50 «ad sedem vel ad altare». Ex eodem loco, potius quam ex ambone, ut vitetur nimis frequens mutatio loci, dirigat orationem fidelium (cf. *Ritum servandum* n. 51).

71. *(Ad n. 61)* Quid facere debet celebrans, cum *Sanctus* a schola tantum, musica «polyphonica» canitur? RESP. Interim opportunius videtur nihil mutare et celebrantem statim inchoare *Te igitur* dum canitur *Sanctus.*

72. *(Ad n. 83)* Utrum liceat diacono, vi consuetudinis et magnae christifidelium affluentiae, in Missa sollemni ministerium suum ad altare relinquere ad sacram Communionem distribuendam? RESP. *Negative.* Quod vetitum fuit iam per *Cod. rubr.* n. 502: «Tempus proprium sanctae Communionis fidelibus distribuendae est infra Missam, post Communionem sacerdotis celebrantis, qui ipsemet eam petentibus distribuat, nisi propter grandem communicantium numerum conveniat, ut ab alio vel ab aliis sacerdotibus adiuvetur.»

Dedecet omnino, ut in eodem altari, in quo actu Missa celebratur, ab alio sacerdote (sive in casu: a diacono) sancta Communio distribuatur, extra tempus Communionis proprium.

73. *(Ad n. 84)* Utrum Missale pro legenda antiphona ad Communionem et subsequentem orationem in medio altaris poni possit si, deficiente ministrante apto ad calicem ex altari auferendum, calix ab ipso celebrante supra altare aliquantulum versus latus dexterum ponatur. RESP. Nil obstat ut ita fiat.

74. *(Ad n. 87)* Quando fit expositio sollemnis Sanctissimi Sacramenti in fine Missae (ex indulto), num dicendum *Ite, missa est* et benedicendum populo, vel potius, ut feria V in Cena Domini et in festo Corporis Christi in Missa quae praecedit processionem *Benedicamus Domino* et *Placeat* sine benedictione (quod rationi magis consentaneum videtur)? RESP. Nil in ritu Missae mutetur. Agitur enim de duabus actionibus diversis et non inter se connexis.

3.—De Ritu servando in concelebratione Missae

75. *(Ad nn. 9 et 10)* Potestne sacerdos, qui indultum habet, diebus dominicis et festis bis aut ter Missam celebrandi, in secunda aut tertia Missa concelebrare? Et quid hoc in casu de stipendio? RESP. *Ad primam partem:* Facultas concelebrandi pro sacerdotibus, qui Missam singularem iam celebraverunt (semel vel bis) non est ad satisfaciendum devotioni personali; sed praevidetur tantum pro determinatis adiunctis in bonum ipsorum concelebrantium (cf. n. 9 *Ritus concelebrationis*). Iudicium vero an conveniat, ut sacerdos, qui hisce in casibus concelebrat, possit etiam celebrare singulariter in bonum fidelium, remittitur Episcopo, qui considerare debet singula adiuncta, sicut fit pro concedenda binatione vel trinatione.

Ad alteram partem: Stipendium pro Missa concelebrata recipitur ad normam iuris: ideo si haec Missa concelebrata est binata, servandae sunt normae generales C. I. C. vel indulta particularia, quae alicubi forte habentur.

4.—Ad varias materias

76. Utrum, ad uniformitatem obtinendam, quando a rubricis plures dantur possibilitates, auctoritas territorialis competens pro universa regione, vel Episcopus pro sua dioecesi statuere possit ut unica ratio ab omnibus tenenda sit? RESP. *Per se licet.* Attamen, semper prae oculis habendo quod non tollatur illa libertas, quae a novis rubricis praevidetur, aptandi, *modo intelligenti*, celebrationem sive ecclesiae sive coetui fidelium, ita ut sacer ritus universus sit revera quid vivum pro hominibus vivis.

77. Utrum ministrantes Missae lectae servare debeant veteres rubricas, praescribentes ut genuflexi maneant per totam Missam (excepto ad evangelium), an sese accommodare rationi genuflectendi, standi aut sedenti fidelium? RESP. In Missis *cum populo* ministrantes certe sese accommodare debent ordini statuto pro fidelibus, quasi eorum exemplar et speculum. In Missis vero *sine populo* (seu «privatis»), nihil prohibet quominus veteres rubricae serventur.

78. Utrum absolutio super tumulum facienda sit tantum praesente cadavere, aut adhuc fieri possit post alias Missas? RESP. Num. 401 *Codicis rubricarum* servat valorem suum. *Convenit* tamen ut absolutio habeatur solummodo praesente cadavere.

* Notit. 1 (1965) 250-254.

3316

1965 SEP 3.-PAULUS VI, ENCYCL. AAS 57 (1965) 753-774

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES, ATQUE AD CLERUM ET CHRISTIFIDELES TOTIUS ORBIS CATHOLICI:

De doctrina et cultu SS. Eucharistiae

PAULUS PP. VI

Venerabiles Fratres et dilecti filii-Salutem et Apostolicam Benedictionem

Mysterium Fidei, ineffabile nempe Eucharistiae donum, quod a Sponso suo Christo tamquam immensae caritatis pignus accepit, Catholica Ecclesia veluti thesaurum, quo nihil pretiosius, sancte iugiter custodivit eique novam sollemnissimamque fidei et cultus exhibuit in Concilio Vaticano II professionem.

Patres enim Concilii, de instauranda Sacra Liturgia agentes, nihil pro sua de universa Ecclesia pastorali sollicitudine antiquius habuerunt quam fideles hortari, ut integra fide et pietate summa hoc Sacrosanctum Mysterium celebrandum actuose participarent illudque, ut sacrificium Deo pro sua et totius mundi salute, una cum sacerdote offerrent eoque tamquam spirituali alimonia se nutrirent.

Nam si Sacra Liturgia principem locum obtinet in vita Ecclesiae, eiusdem Sacrae Liturgiae quasi cor et centrum est / Mysterium Eucharisticum, quippe quod sit fons vitae, 754
quo mundati et roborati non nobis, sed Deo vivimus et arctissima inter nos caritate coniungimur.

Ut autem indissolubile pateret vinculum quo fides ac pietas inter se conectuntur, patres Concilii, doctrinam confirmantes quam Ecclesia semper tenuit et docuit atque Concilium Tridentinum sollemniter definivit, tractationi de sacrosancto Eucharistiae Mysterio hanc veritatum summam praeponendam esse putaverunt: «Salvator noster in Cena novissima, qua nocte tradebatur, Sacrificium Eucharisticum corporis et sanguinis sui instituit, quo sacrificium Crucis in saecula, donec veniret, perpetuaret, atque adeo Ecclesiae dilectae Sponsae memoriale concrederet mortis et resurrectionis suae: sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum caritatis, convivium paschale, in quo Christus sumitur, mens impletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur» [1].

Quibus verbis et Sacrificium extollitur, quod ad essentiam pertinet Missae quae quotidie celebratur, et Sacramentum, cuius qui participes per sacram Communionem efficiuntur, carnem Christi manducant et sanguinem Christi bibunt, gratiam, quae est inchoatio vitae aeternae, accipientes et «pharmacum immortalitatis» iuxta verbum Domini: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam: et ego resuscitabo eum in novissimo die* [2].

Ex instaurata igitur Sacra Liturgia Eucharisticae pietatis uberes fructus manaturos esse enixe speramus, ut Ecclesia sancta, hoc salutifero signo pietatis elato, in dies progrediatur donec consummetur in unum [3], et omnes qui christiano nomine censentur ad fidei caritatisque unitatem invitet et divina operante gratia suaviter trahat.

Quos fructus Nobis perspicere eorumque quasi primitias percipere videmur in effuso gaudio et prompto animo quo Catholicae Ecclesiae filii Constitutionem de Sacra Liturgia eiusque instaurationem exceperunt, nec non in multis multumque elaboratis operibus quae vulgantur ut doctrina

[1] [Constit. *De Sacra Liturgia*, c. 2, n. 47; *A. A. S.* LVI, 1964, p. 111 [LE 3141] [2] *Io.* 6, 55. [3] Cfr. *Io.* 17, 23.

755 de sanctissima / Eucharistia, praesertim quod ad eius necessitudinem cum mysterio Ecclesiae attinet, altius pervestigetur et fructuosius intellegatur.

Haec quidem non mediocris consolationis laetitiaeque Nobis sunt causa. Quam vobiscum communicare, Venerabiles Fratres, iucundissimum est, ut et vos Nobiscum Deo, bonorum omnium largitori, qui Spiritu suo Ecclesiam regit et virtutum incrementis fecundat, gratias agatis.

Sollicitudinis pastoralis et anxietatis causae

Non desunt tamen, Fratres Venerabiles, et in ipsa hac re de qua agimus, gravis sollicitudinis pastoralis et anxietatis causae, de quibus itidem, Apostolici muneris impellente conscientia, tacere non possumus.

Compertum namque habemus inter eos, qui de hoc Sacrosancto Mysterio loquendo scribendoque disserunt, esse nonnullos qui circa Missas quae privatim celebrentur, circa dogma transsubstantiationis et cultum Eucharisticum tales vulgent opiniones, quae fidelium animos perturbent inque eorum mentes non modicam de rebus fidei ingerant confusionem, quasi cuique doctrinam semel ab Ecclesia definitam in oblivionem adducere liceat aut eam ita interpretari ut genuina verborum significatio seu probata conceptuum vis extenuetur.

Non enim fas est, ut exemplo rem confirmemus, Missam quam «communitariam» dicunt, ita extollere, ut Missis quae privatim celebrentur derogetur; aut rationi signi sacramentalis considerandae ita instare quasi symbolismus, qui nullo diffitente sanctissimae Eucharistiae certissime inest, totam exprimat et exhauriat rationem praesentiae Christi in hoc Sacramento; aut de transsubstantiationis mysterio disserere quin de mirabili conversione totius substantiae panis in corpus et totius substantiae vini in sanguinem Christi, de qua loquitur Concilium Tridentinum, mentio fiat, ita ut in sola «transsignificatione» et «transfinalizatione», ut aiunt, consistant; aut denique sententiam proponere et in usum deducere secundum quam in Hostiis consecratis, quae expleta celebratione sacrificii Missae supersunt, Christus Dominus praesens non amplius sit.

Nemo non videt his similibusve vulgatis opinionibus
756 fidem et cultum divinae Eucharistiae haud parum laedi. /

Ne igitur spes, quae promovente Concilio oborta est, de nova luce Eucharisticae pietatis qua Ecclesia tota perfundatur, falsarum opinionum sparsis seminibus ad irritum redigatur, vos, Venerabiles Fratres, de hoc argumento alloqui Nostramque de eo mentem vobis aperire apostolica auctoritate statuimus.

Equidem non negamus eorum qui has miras opiniones disseminant, haud spernendum studium tantum Mysterium vestigandi eiusque inexhaustas edisserendi divitias eiusdemque intellegentiam hominibus nostrae aetatis aperiendi, quinimmo illud agnoscimus probamusque; sed, quas proferunt, opiniones probare non possumus deque earum pro recta fide gravi periculo vos monere iubemur.

Sanctissima Eucharistia est Mysterium Fidei

Illud in primis memorare volumus, vobis quidem notissimum, sed ad propulsandum cuiusque rationalismi virus maxime necessarium, quod plures inciti Martyres proprio sanguine sunt testati quodque praeclari Patres et Doctores Ecclesiae continenter professi sunt et docuerunt, id est Eucharistiam esse pergrande mysterium, immo proprie, ut Sacra Liturgia loquitur, *mysterium fidei*. «Hoc nimirum uno», ut sapientissime ait Decessor Noster Leo XIII f. r., «quaecumque supra naturam sunt, singulari quadam miraculorum copia et varietate, universa continentur» [4].

Oportet igitur ut ad hoc praesertim mysterium humili accedamus obsequio, non humanas rationes sectantes, quae conticescere debent, sed divinae Revelationi firmiter adhaerentes.

S. Ioannes Chrysostomus, qui tanta, ut nostis, dicendi elatione tantaque intellegentia pietatis de Eucharistiae Mysterio disseruit, suos olim hac de re monens fideles, haec protulit aptissima verba: «Deo ubique obsequamur; nec contradicamus ei, etiamsi id quod dicit rationi et intelligentiae nostrae contrarium videatur; sed praevaleat eius sermo rationi et intelligentiae nostrae. Sic etiam in mysteriis [Eucharisticis] faciamus, non ea solum quae
757 sub sensum cadunt respicientes, sed verba eius retinentes. Verbum quippe eius fallere nequit» [5]. /

[4] Litt. Encycl. *Mirae caritatis Acta Leonis XIII*, XXII, 1902-1903, p. 122. [5] *In Matth. homil.* 82, 4; PG 58, 743.

Hoc ipsum scholastici Doctores non semel edixerunt. Verum corpus Christi et verum sanguinem esse in hoc Sacramento, ut ait S. Thomas, «non sensu deprehendi potest, sed sola fide, quae auctoritati divinae innititur. Unde super illud Lucae XXII, 19: *Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur*, dicit Cyrillus: Non dubites an hoc verum sit; sed potius suscipe verba Salvatoris in fide; cum enim sit veritas, non mentitur» [6].

Unde, ipso Angelico Doctore praeeunte, quam saepissime cantat populus christianus: «Visus, tactus, gustus in te fallitur, Sed auditu solo tuto creditur: Credo quidquid dixit Dei Filius, Nil hoc Verbo veritatis verius».

Quinimmo S. Bonaventura asserit: «Quod Christus sit in sacramento sicut in signo, nullam habet difficultatem; quod autem sit in sacramento veraciter, sicut in caelo, hoc maximam habet difficultatem: ergo hoc maxime meritorium est credere» [7].

Hoc ipsum ceteroquin sanctum innuit Evangelium ubi narrat multos ex discipulis Christi, audito sermone de manducatione carnis eius et potione sanguinis eius, ablisse retro reliquisseque Dominum dicentes: *Durus est hic sermo, et quis potest eum audire?* Petrus contra, percontante Iesu utrum et ipsi duodecim vellent abire, suam ceterorumque Apostolorum fidem prompte firmiterque asseveravit, mirabiliter respondens: *Domine, ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes* [8].

Consequens igitur est, ut Ecclesiae Magisterium, cui divinus Redemptor verbum Dei scriptum vel traditum custodiendum declarandumque commisit, quasi stellam in hoc mysterio investigando sequamur, hoc persuasum nobis habentes: «etsi nulla ratione indagetur, nullo sermone explicetur: verum tamen est quod antiquitus veraci fide catholica praedicatur et creditur per Ecclesiam totam» [9].

Nec tamen satis. Servata enim fidei integritate, aptus quoque modus loquendi servetur oportet, ne indisciplinatis verbis utentibus nobis falsae, quod absit, de fide altissimarum rerum suboriantur opiniones. Hoc graviter monet S. Augustinus diversum / loquendi modum consi- 758
derans quo utuntur philosophi et quo uti debent Christiani. «Liberis verbis», inquit, «loquuntur philosophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt. Nobis autem ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia etiam de rebus, quae his significantur, impiam gignat opinionem» [10].

Regula ergo loquendi, quam Ecclesia longo saeculorum labore non sine Spiritus Sancti munimine induxit et Conciliorum auctoritate firmavit, quaeque non semel tessera et vexillum fidei orthodoxae facta est, sancte servetur, neque eam quisquam pro lubitu vel sub praetextu novae scientiae immutare praesumat. Quis enim ferat quod formulae dogmaticae, quas de mysteriis SS. Trinitatis et Incarnationis Oecumenica Concilia adhibuerunt, quasi hominibus nostrae aetatis accommodatae non esse arguantur, aliaeque loco earum temere inducantur? Eodem modo ferendus non est quisquis formulis, quibus Concilium Tridentinum Mysterium Eucharisticum ad credendum proposuit, suo marte derogare velit. Formulis namque illis, sicut et ceteris quas ad dogmata fidei proponenda adhibet Ecclesia, conceptus exprimuntur, qui non definitae cuidam humani cultus rationi, non cuidam certae scientiarum progressioni, non uni alterive theologorum scholae obligantur, sed id exhibent quod mens humana universali et necessaria experientia de rebus percipit et aptis certisque vocibus sive de vulgari sive de expolito sermone depromptis manifestat. Quapropter omnibus omnium temporum et locorum hominibus accommodatae sunt.

Possunt quidem quod fructuosissime contingit, clarius et apertius exponi, numquam tamen nisi eodem sensu quo adhibitae sunt, ut proficiente fidei intellegentia maneat fidei immutabilis veritas. Nam, docente Concilio Vaticano I, sacrorum dogmatum «is sensus perpetuo est retinendus, quem semel declaravit sancta mater Ecclesia, nec umquam ab eo sensu altioris intelligentiae specie et nomine recedendum» [11]. / 759

Mysterium Eucharisticum in Missae Sacrificio conficitur

Ad communem vero omnium aedificationem et laetitiam libet vobiscum, Venerabiles Fratres, recolere doctrinam quam de Mysterio Eucharistico traditam tenet et unanimi consensu docet Catholica Ecclesia.

[6] *Summ. Theol.* III[a], q. 75, a. 1 c. [7] *In IV Sent.*, dist. X, P. I art. un., qu. 1; *Oper. omn.* tom. IV, Ad Claras Aquas 1889, p. 217. [8] *Io.* 6, 61-69. [9] S. Agustin., *Contr. Iulian.*, VI, 5, 11; *PL* 44, 829. [10] *De civit. Dei*, X, 23; *PL* 41, 300. [11] Constit. dogm. *De fide cathol.* c. 4.

http://www.obrascatolicas.com

Illud in primis, quod huius doctrinae est veluti summa et caput, iuvat meminisse, scilicet per Mysterium Eucharisticum Sacrificium Crucis, semel in Calvaria peractum, admirabili modo repraesentari, iugiter in memoriam revocari eiusque virtutem salutarem in remissionem eorum quae quotidie a nobis committuntur peccatorum applicari [12].

Mysterium quippe Eucharisticum instituens, Christus Dominus Novum Testamentum, cuius Mediator est, sanxit sanguine suo, sicut olim Moyses Vetus sanxerat sanguine vitulorum [13]. Ut enim Evangelistae narrant, in novissima Cena *accepto pane, gratias egit, et fregit, et dedit eis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cenavit, dicens: Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur*[14]. Iubens autem Apostolos ut id in memoriam sui facerent, idem perpetuo renovandum esse voluit. Quod primaeva Ecclesia fideliter exsecuta est in doctrina Apostolorum perseverans et ad Sacrificium Eucharisticum celebrandum conveniens. *Erant autem perseverantes*, ut diligenter testatur S. Lucas, *in doctrina Apostolorum, et communicatione fractionis panis, et orationibus* [15]. Tantum inde concipiebant Christifideles animi fervorem, ut de iis hoc affirmari potuerit: *multitudinis credentium erat cor unum et anima una* [16].

Paulus vero Apostolus, qui fidelissime nobis tradidit quod acceperat a Domino [17], de Sacrificio Eucharistico aperte loquitur cum ostendit christianos sacrificia paga-
760 norum participare non / debere quippe qui mensae Domini participes facti sint. *Calix benedictionis, cui benedicimus*, inquit, *nonne communicatio sanguinis Christi est? et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Christi est?...: non potestis calicem Domini bibere et calicem daemoniorum: non potestis mensae Domini participes esse et mensae daemoniorum* [18]. Hanc Novi Testamenti novam oblationem quam praesignaverat Malachias [19], Ecclesia, a Domino et Apostolis edocta, semper obtulit «non solum pro fidelium vivorum peccatis, poenis, satisfactionibus et aliis necessitatibus, sed et pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis» [20].

Unum, ut cetera taceamus, commemoramus testimonium, nempe S. Cyrilli Hierosolymitani, qui neophytos in fide christiana instruens, haec memoranda verba fecit: «Postquam vero perfectum est spirituale sacrificium, incruentus cultus, super illam propitiationis hostiam obsecramus Deum pro communi Ecclesiarum pace; pro recta mundi compositione, pro imperatoribus, pro militibus et sociis, pro iis qui infirmitatibus laborant, pro iis qui afflictionibus premuntur, et universim pro omnibus qui opis indigent precamur nos omnes, et hanc victimam offerimus... deinde et pro defunctis sanctis patribus et episcopis et omnibus generatim qui inter nos vita functi sunt [oramus], maximum hoc credentes adiumentum illis animabus fore, pro quibus oratio defertur, dum sancta et perquam tremenda coram iacet victima». Re autem confirmata exemplo coronae, quae plectitur imperatori, ut in exsilium pulsis veniam praestet, idem S. Doctor sermonem concludit dicens: «Ad eumdem modum et nos pro defunctis, etiamsi peccatores sint, preces Deo offerentes, non coronam plectimus, sed Christum mactatum pro peccatis nostris offerimus, clementem Deum cum pro illis tum pro nobis demereri et propitiare satagentes» [21]. Hunc morem offerendi «sacrificium pretii nostri» etiam pro defunctis in Ecclesia
761 Romana vigentem S. Augustinus testatur [22] / simulque animadvertit eumdem, tamquam a Patribus traditum, ab universa observari Ecclesia [23].

Sed est aliud, quod, cum ad mysterium Ecclesiae illustrandum maxime conducat, addere libet, id est Ecclesiam una cum Christo munere fungentem sacerdotis et victimae, Missae Sacrificium totam offerre in eoque et ipsam totam offerri. Haec doctrina sane mirabilis, quam olim docuerunt Patres [24], quam paucis ante annis Decessor Noster f. r. Pius XII exposuit [25] quamque nuper Concilium Vaticanum II in Constitutione de Ecclesia, cum de populo Dei ageret, expressit [26], vehementer o ptamus, servata, quemadmodum par est, distinctione non gradus solum sed etiam essentiae, quae intercedit inter sacerdotium commune et sacerdotium hierarchicum [27], ut etiam atque etiam

[12] Cfr. Concil. Trid., *Doctrina de SS. Missae Sacrificio*, c. 1. [13] Cfr. *Ex.* 24, 8. [14] *Luc.* 22 19-20; cfr. *Matth.* 26, 26-28; *Mc.* 14, 22-24. [15] *Act.* 2, 42. [16] *Act.* 4, 32. [17] *1 Cor.* 11, 23 ss. [18] *1 Cor.* 10, 16. [19] Cfr. 1, 11. [20] Concil. Trid. *Doct. de SS. Missae Sacrif.* c. 2. [21] *Catecheses*, 23 (*myst.* 5), 8-18; *PG* 33, 1115-1118. [22] Cfr. *Confess.* IX, 12, 32; *PL* 32, 777; cfr. *ibid.* IX, 11, 27; *PL* 32, 775. [23] Cfr. *Serm.* 172, 2; *PL* 38, 936; cfr. *De cura gerenda pro mortuis*, 13; *PL* 40, 595. [24] Cfr. S. Augustin., *De civit. Dei*, X, 6; *PL* 41, 284. [25] Cfr. Litt. Encycl. *Mediator Dei*; *A. A. S.* XXIX, 1947, p. 552 [LE 1963]. [26] Cfr. Const. dogm. *De Ecclesia*, c. 2, n. 10; *A. A. S.* LVII, 1965, p. 15 [LE 3232]. [27] Cfr. *ibid.* c. 2, n. 10; *A. A. S.* LVII, 1965, p. 14 [LE 3232].

explanetur animisque fidelium penitus inseratur; aptissima enim invenitur ad pietatem Eucharisticam fovendam, ad dignitatem omnium fidelium extollendam necnon ad eorum impellendum animum ut fastigium sanctitatis, quod idem est ac generosa sui oblatione totum se divinae Maiestati mancipare, attingat.

Praeterea, quae inde elucet conclusio de «natura publica et sociali cuiusvis Missae» [28], commemoretur oportet. Quaelibet enim Missa, etsi a sacerdote privatim celebratur, privata tamen non est, sed actus Christi et Ecclesiae; quae quidem Ecclesia in sacrificio, quod offert, seipsam tamquam universale sacrificium discit offerre et unicam et infinitam redemptricem sacrificii Crucis virtutem universo mundo ad salutem applicat. Unaquaeque enim Missa quae celebratur, non pro aliquorum tantum sed pro totius etiam mundi salute offertur. Inde sequitur ut si Missae celebrationem quasi natura sua frequens et actuosa fidelium participatio maxime deceat, carpenda tamen non sit immo probanda Missa quae, iuxta Sanctae Ecclesiae praescripta et legitimas traditiones, iusta de causa a Sacerdote privatim, etiam solo ministro inserviente et respondente, celebratur; ex illa / enim non parva, immo amplissima pecu- 762
liarium gratiarum copia ad salutem tum ipsi sacerdoti, tum fideli populo et toti Ecclesiae, tum universo mundo provenit, quae gratiae eadem copia per solam Communionem non obtinentur.

Paterne igitur et enixe commendamus sacerdotibus, qui potissimum gaudium Nostrum et corona Nostra sunt in Domino, ut memores potestatis quam per Episcopum consecrantem acceperunt, offerendi scilicet Sacrificium Deo Missasque celebrandi tam pro vivis quam pro defunctis in nomine Domini [29], quotidie digne et devote Missam celebrent, ut ipsi et ceteri Christifideles fructuum ex sacrificio Crucis uberrime manantium applicatione fruantur. Ita etiam plurimum ad salutem humani generis conferunt.

In Missae Sacrificio Christus sacramentaliter praesens efficitur

Pauca quae tetigimus de Missae Sacrificio animum addunt, ut nonnulla etiam exponamus de Eucharistiae Sacramento, cum utrumque, Sacrificium et Sacramentum, ad idem mysterium pertineat et alterum ab altero separari non possit. Tunc Dominus incruente immolatur in Sacrificio Missae, Crucis sacrificium repraesentante et virtutem eius salutiferam applicante, cum per consecrationis verba sacramentaliter incipit praesens adesse, tamquam spiritualis fidelium alimonia, sub speciebus panis et vini.

Omnes compertum habemus non unam esse rationem, qua Christus praesens adsit Ecclesiae suae. Rem iucundissimam, quam Constitutio *De Sacra Liturgia* breviter exposuit [30], paulo fusius recolere iuvat. Praesens adest Christus Ecclesiae suae oranti, cum ipse sit qui «et oret pro nobis, et oret in nobis, et oretur a nobis: orat pro nobis ut sacerdos noster, orat in nobis ut caput nostrum, oratur a nobis ut Deus noster» [31], quique ipse promiserit: *ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum* [32]. Praesens adest Ecclesiae suae opera misericordiae exercenti, non solum quia, dum aliquid boni facimus uni ex fratribus eius minimis id ipsi Christo faci- / 763
mus [33], verum etiam quia Christus est, qui per Ecclesiam haec opera facit, continenter hominibus divina caritate subveniens. Praesens adest Ecclesiae suae peregrinanti et ad portum aeternae vitae pervenire cupienti, cum Ipse habitet per fidem in cordibus nostris [43] et in ea caritatem diffundat per Spiritum Sanctum, quem dat nobis [35].

Alia quidem ratione, verissime tamen, praesens adest Ecclesiae suae praedicanti, cum Evangelium, quod annuntiatur, verbum Dei sit, et nonnisi nomine et auctoritate Christi, Verbi Dei incarnati, ipsoque adsistente, praedicetur, ut sit «unus grex de uno pastore securus» [36].

Praesens adest Ecclesiae suae populum Dei regenti et gubernanti, cum sacra potestas a Christo sit et pastoribus eam exercentibus Christus adsit, «Pastor pastorum» [37], secundum promissionem Apostolis factam.

Insuper, et sublimiore quidem modo, praesens adest Christus Ecclesiae suae Sacrificium Missae nomine ipsius immolanti; adest Sacramenta administranti. De praesentia Christi in Missae Sacrificio offerendo commemorare placet ea, quae S. Ioannes Chrysostomus admiratione percitus, non minus vere quam diserte, dixit: «Volo quid plane stu-

[28] Const. *De Sacra Liturgia*, c. 1, n. 27; *A. A. S.* LVI, 1964, p. 107 [LE 3141]. [29] Cfr. Pontificale Romanum. [30] Cfr. c. 1, n. 7; *A. A. S.* LVI, 1964, pp. 100-101 [31] S. Augustin., *In Ps.* 85, 1; *PL* 37, 1081. [32] Cfr. *Matth.* 18, 20. [33] Cfr. *Matth.* 25, 40. [34] Cfr. *Eph.* 3, 17. [35] Cfr. *Rom.* 5, 5. [36] S. Augustin. *Contr. Litt. Petiliani* III, 10, 11; *PL* 43, 353. [37] Idem, *In Ps.* 86, 3; *PL* 37, 1102-

pendum adicere, sed ne miremini neque turbemini. Quid hoc est? oblatio eadem est, quisquis offerat, sive Paulus, sive Petrus; eadem est, quam Christus dedit discipulis, et quam nunc sacerdotes faciunt: haec illa nihil minor est, quia non homines hanc sanctificant, sed is ipse qui illam sanctificavit. Sicut enim verba quae Deus locutus est, eadem sunt quae nunc sacerdos dicit, sic oblatio eadem ipsa est» [38]. Sacramenta vero actiones esse Christi, qui eadem per homines administrat, nemo est qui ignoret. Et ideo Sacramenta per se ipsa sancta sunt et Christi virtute dum corpus tangunt animae gratiam infundunt. Hae praesentiae rationes stupore mentem replent et mysterium Ecclesiae contemplandum praebent. Sed alia est ratio, praestantis- 764
sima quidem, / qua Christus praesens adest Ecclesiae suae in sacramento Eucharistiae, quod est propterea inter cetera Sacramenta «devotione suavius, intellegentia pulchrius, continentia sanctius» [39]; continet enim ipsum Christum et est «quasi consummatio spiritualis vitae et omnium sacramentorum finis» [40].

Quae quidem praesentia «realis» dicitur non per exclusionem, quasi aliae «reales» non sint, sed per excellentiam, quia est substantialis, qua nimirum totus atque integer Christus, Deus et homo, fit praesens [41]. Perperam igitur hanc praesentiae rationem aliquis explicet fingendo naturam «pneumaticam», uti dicunt, corporis Christi gloriosi ubique praesentem; aut illam intra limites symbolismi coarctando, quasi hoc augustissimum Sacramentum nulla alia constet re quam signo efficaci «spiritualis praesentiae Christi eiusque intimae coniunctionis cum fidelibus membris in Corpore Mystico» [42].

Sane de symbolismo Eucharistico, praesertim quoad Ecclesiae unitatem, multa disseruerunt Patres, multa Doctores scholastici, quorum doctrinam perstringens, Concilium Tridentinum docuit Salvatorem nostrum in Ecclesia sua Eucharistiam reliquisse «tamquam symbolum... eius unitatis et caritatis, qua christianos omnes inter se coniunctos et copulatos esse voluit», «adeoque symbolum unius illius *corporis* cuius Ipse *caput exsistit*» [43].

In ipso exordio litterarum christianarum ignotus auctor operis cui titulus «Didachè seu Doctrina duodecim Apostolorum» haec ad rem spectantia scripsit: «Quod ad Eucharistiam attinet, sic gratias agite: ... sicut hic panis fractus dispersus erat supra montes, et collectus factus est unus, ita colligatur ecclesia tua a finibus terrae in regnum tuum» [44].

Item S. Cyprianus unitatem Ecclesiae urgens contra schisma, «Denique», inquit, «unanimitatem Christianam firma sibi atque inseparabili caritate connexam etiam ipsa Dominica sacrificia declarant. Nam quando Dominus corpus
765 suum panem / vocat de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum quem portabat indicat adunatum; et quando sanguinem suum vinum appellat de botris atque acinis plurimis expressum atque in unum coactum, gregem item nostrum significat commixtione adunatae multitudinis copulatum» [45].

Omnes ceteroquin praecesserat Apostolus scribens ad Corinthios: *Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus* [46].

At symbolismus Eucharisticus, si ad effectum huius Sacramenti proprium, qui unitas est Corporis Mystici, apte nos ducit intellegendum, tamen Sacramenti naturam, qua ab aliis distinguitur, non explicat, non edisserit. Nam perpetua Ecclesiae Catholicae instructio, catechumenis tradita, populi christiani sensus, doctrina definita a Concilio Tridentino, ipsaque verba Christi sanctissimam Eucharistiam instituentis profiteri nos iubent «Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Iesu Christi, quae pro peccatis nostris passa est, quamque Pater benignitate sua suscitavit» [47]. His verbis S. Ignatii Antiocheni licet addere ea quibus Theodorus Mopsuestenus, hac in re fidei Ecclesiae testis fidelis, populum est allocutus: «Dominus enim non dixit: Hoc est symbolum corporis mei, et hoc symbolum sanguinis mei, sed: *Hoc est corpus meum et sanguis meus*. Docet nos non attendere naturam rei subiectae ac sensibus propositae: ea enim per gratiarum actionem et verba super eam pronuntiata, in carnem et sanguinem mutata est» [48].

Hac Ecclesiae fide innixa Tridentina Synodus «aperte et simpliciter profitetur, in almo sanctae Eucharistiae sacramento post panis et vini consecrationem Dominum Nostrum Iesum Christum, verum Deum atque hominem, vere, realiter ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri». Ideo Salvator noster secundum suam humanitatem praesens adest non solum ad dexteram Patris, iuxta modum exsistendi naturalem, sed simul etiam in sacramento Eucharistiae «ea exsistendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, / possibilem tamen 766
esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus et constantissime credere debemus» [49].

Christus Dominus praesens adest in Eucharistiae Sacramento per transsubstantiationem

Ne autem hunc praesentiae modum, qui leges naturae praetergreditur et miraculum omnium in suo genere maximum efficit [50], perperam aliquis intellegat, docentis et orantis Ecclesiae vocem docili mente sequamur oportet. Porro haec vox, quae Christi vocem iugiter resonat, certiores nos facit non aliter Christum fieri praesentem in hoc Sacramento quam per conversionem totius substantiae panis in corpus et totius substantiae vini in sanguinem ipsius, quam conversionem, plane mirabilem et singularem, Catholica Ecclesia convenienter et proprie transsubstantiationem appellat [51]. Peracta transsubstantiatione, species panis et vini novam procul dubio induunt significationem, novumque finem, cum amplius non sint communis panis et communis potus, sed signum rei sacrae signumque spiritualis alimoniae; sed ideo novam induunt significationem et novum finem, quia novam continent «realitatem», quam merito *ontologicam* dicimus. Non enim sub praedictis speciebus iam latet quod prius erat, sed aliud omnino; et quidem non tantum ob fidei Ecclesiae aestimationem, sed ipsa re, cum conversa substantia seu natura panis et vini in corpus et sanguinem Christi, nihil panis et vini maneat nisi solae species; sub quibus totus et integer Christus adest in sua physica «realitate» etiam corporaliter praesens, licet non eo modo quo corpora adsunt in loco.

Qua de causa Patres sollemne habuerunt monere fideles, ut in hoc augustissimo Sacramento considerando, non acquiescerent sensibus, qui panis et vini referunt proprietates, sed verbis Christi, quae tantae sunt virtutis, ut panem et vinum in corpus et sanguinem ipsius mutent, transformant, «transelementent»; siquidem, ut iidem Patres non semel dicunt, vir/tus, quae hoc facit, eadem omnipotentis 767
Dei virtus est, quae ab initio temporis universitatem rerum ex nihilo creavit.

«Isthaec edoctus et certissima imbutus fide», inquit S. Cyrillus Hierosolymitanus concludens sermonem de Fidei mysteriis, «quod qui videtur panis, panis non est, tametsi gustu sensibilis sit, sed corpus Christi; et quod videtur vinum, vinum non est, etiamsi ita gustui videatur, sed sanguis Christi... confirma cor tuum, panem illum tanquam spiritualem sumens, et animae tuae faciem exhilara» [52].

Instat autem S. Ioannes Chrysostomus dicens: «Non homo est, qui facit ut proposita efficiantur corpus et sanguis Christi, sed ipse Christus qui pro nobis crucifixus est. Figuram implens stat sacerdos verba illa proferens, virtus autem et gratia Dei est. *Hoc est Corpus meum*, inquit. Hoc verbum transformat ea quae proposita sunt» [53].

Episcopo autem Constantinopolitano Ioanni mire concinit Episcopus Alexandrinus Cyrillus, qui in commentario suo in Evangelium S. Matthaei scribit: «Demonstrative autem dixit: *Hoc est corpus meum*, et: *hic est sanguis meus*, ne figuram esse arbitreris ea quae videntur, sed arcana ratione aliqua transformari ab omnipotente Deo vere oblata, in corpus et sanguinem Christi quorum participes effecti vivificam et sanctificantem Christi virtutem suscipimus» [54].

Mediolanensis vero Episcopus Ambrosius de conversione Eucharistica dilucide disserens: «Probemus», inquit, «non hoc esse quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit; maioremque vim esse benedictionis quam naturae, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur». Volens autem mysterii adstruere veritatem, multa miraculorum exempla, quae in Scripturis Sacris narrantur, proponit, inter quae nativitatem ipsam Christi ex Virgine Maria, et posteaquam animum convertit ad creationis opus, concludens ait: «Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quae sunt in id mutare quod

[38] *In Epist. 2 ad Timoth. homil.* 2, 4; *PG* 62, 612. [39] Aegidius Romanus, *Theoremata de Corpore Christi*, theor. 50, Venetiis 1512, p. 127. [40] S. Thomas, *Summ. Theol.* III^a, q. 73, a. 3 c. [41] Cfr. Concil. Trid. *Decr. de SS. Euchar.* c. 3. [42] Pius XII, Litt. Encycl. *Humani generis*; *A. A. S.* XLII, 1950, p. 578 [LE 2147]. [43] Decr. *de SS. Eucharistia*, prooem. et c. 2. [44] *Didachè*, 9, 1; F. X. Funk, *Patres Apostolici*, 1, 20. [45] *Epist. ad Magnum*, 6; *PL* 3, 1189. [46] *1 Cor.* 10, 17. [47] S. Ignatius, *Epist. ad Smyrn.* 7, 1; *PG* 5, 714. [48] *In Matth. Comm.*, c. 26; *PG* 66, 714.

[49] *Decret. de SS. Eucharistia*, c. 1. [50] Cfr. Litt. Encycl. *Mirae caritatis*; *Acta Leonis XIII*, XXII, 1902-1903, p. 123. [51] Cfr. Concil. Trid. *Decr. de SS. Eucharist.* c. 4 et can. 2. [52] *Catecheses*, 22, 9 (*myst.* 4); *PG* 33, 1103. [53] *De prodit Iudae, homil.* 1, 6; *PG* 49, 380; cfr. *In Matth., homil.* 82, 5; *PG* 58, 744. [54] *In Matth.* 26, 27; *PG* 72, 451.

http://www.obrascatolicas.com

non erant? Non enim minus est novas rebus dare, quam
768 mutare naturas» [55]./

Sed multa testimonia contexere non vacat. Iuvat potius fidei firmitatem recolere qua Ecclesia unanimi consensione restitit Berengario qui, humanae rationis cedens difficultatibus, conversionem Eucharisticam negare primum ausus est, pluries eum, nisi resipisceret, damnans. Ideo ius iurandum Decessor Noster S. Gregorius VII praestari iussit sequentibus verbis expressum: «Corde credo et ore confiteor panem et vinum, quae ponuntur in altari, per mysterium sacrae orationis et verba nostri Redemptoris substantialiter converti in veram et propriam ac vivificatricem carnem et sanguinem Iesu Christi Domini nostri et post consecrationem esse verum Christi corpus, quod natum est de Virgine et quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit, et quod sedet ad dexteram Patris, et verum sanguinem Christi, qui de latere eius effusus est, non tantum per signum et virtutem sacramenti, sed in proprietate naturae et veritate substantiae» [56].

Quibus verbis congruunt, admirabile stabilitatis fidei catholicae exemplum praebendo, ea quae Concilia Oecumenica Lateranense, Constantiense, Florentinum, demum Tridentinum de conversionis Eucharisticae mysterio sive exponendo Ecclesiae doctrinam, sive errores damnando, constanter docuerunt.

Post Tridentinum vero Concilium, Decessor Noster Pius VI contra errores synodi Pistoriensis graviter monuit ne parochi docendi munere fungentes a mentione facienda de transsubstantiatione, quae inter articulos fidei recensetur, abstinerent [57]. Item Decessor Noster Pius XII, f. r., limites in memoriam revocavit, quos de transsubstantiationis mysterio subtiliter disputantibus transgredi non licet [58]; Nosque ipsi in Conventu Eucharistico e Natione Italica Pisis nuper celebrato pro apostolico Nostro munere fidei Ecclesiae testimonium aperte sollemniterque reddidimus [59].

Ceterum Catholica Ecclesia, fidem de praesentia corporis et sanguinis Christi in Eucharistia non solum docendo, verum etiam vivendo tenuit, cum tantum Sacramentum
769 cultu latriae, / qui uni Deo debetur, nullo non tempore venerata sit. De quo S. Augustinus: «In ipsa carne», inquit, «(Dominus) hic ambulavit et ipsam carnem nobis mandu-candam ad salutem dedit; nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adoraverit... et non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando» [60].

De cultu latriae Sacramento Eucharistiae exhibendo

Hunc latriae cultum Eucharistiae Sacramento praestandum, Catholica Ecclesia non solum intra, verum etiam extra Missarum sollemnia exhibuit et exhibet, consecratas Hostias quam diligentissime adservando, eas sollemni fidelium venerationi proponendo, in processionibus frequentissimi populi laetitia circumferendo.

De qua veneratione perantiqua Ecclesiae documenta non unum perhibent testimonium. Pastores enim Ecclesiae id semper agebant, ut fideles hortarentur ad Eucharistiam, quam secum domibus haberent, summa cum diligentia adservandam. «Corpus enim Christi est edendum credentibus et non contemnendum», ut graviter monet S. Hippolytus [61].

Re quidem vera fideles reos se credebant, et merito quidem, ut memorat Origenes, si corpore Domini suscepto, et cum omni cautela et veneratione servato, aliquid inde per neglegentiam decidisset [62].

Eosdem autem pastores quoscumque debitae reverentiae defectus, si qui irrepsissent, vehementer arguisse testis est Novatianus, hac in re fide dignus, qui damnationem mereri existimat eum qui «dimissus e dominico et adhuc gerens secum, ut assolet, eucharistiam... sanctum Domini corpus circumtulit», non in suam domum, sed ad spectacula currens [63].

Immo S. Cyrillus Alexandrinus uti insaniam respuit eorum opinionem qui dicebant Eucharistiam ad sanctificationem nihil conferre, si quid ex ea in alium diem reliquum
770 foret. «Neque / enim», inquit, «alteratur Christus, neque sanctum eius corpus immutatur, sed benedictionis vis et facultas et vivificans gratia perpetua in ipso exsistit» [64].

[55] *De myster.* 9, 50-52; *PL* 16, 422-424. [56] Mansi, *SS. Concil. nova et ampliss. coll.* XX, 524 D. [57] Constit. *Auctorem fidei*, 28 Aug. 1794. [58] Allocutio habita die 22 Septembris a. 1956 - *A. A. S.* XLVIII, 1956, p. 720 [LE 3599] [59] *A. A. S.* LVII, 1965, pp. 588-592 [60] *In Ps.* 98, 9; *PL* 37, 1264. [61] *Tradit. Apost.*; ed. Botte, *La tradition Apostolique de St. Hippolyte*, Münster 1963, p. 84. [62] *In Exod. fragm.*; *PG* 12, 391. [63] *De Spectaculis*; *CSEL* III², p. 8. [64] *Epist. ad Calosyrium*; *PG* 76, 1075.

Nec oblivisci fas est antiquitus fideles, sive persecutionum violentia vexatos, sive in solitudine ob vitae monasticae amorem commorantes, sese Eucharistia singulis etiam diebus refecisse, sacram Communionem, absente sacerdote aut diacono, suis ipsorum manibus sumentes [65].

Hoc autem non ideo dicimus, ut de more custodiendi Eucharistiam sacramque Communionem recipiendi, legibus ecclesiasticis postea praescripto et etiam nunc vigente, aliquid immutetur, sed ut de fide Ecclesiae, quae una et eadem semper est, collaetemur.

Ex qua una fide etiam festum corporis Domini ortum habuit, quod in dioecesi Leodiensi, praesertim movente Dei famula beata Iuliana de Monte Cornelii, primo celebratum Decessor Noster Urbanus IV pro universa Ecclesia instituit, et multae pietatis Eucharisticae institutiones, quae, divina inspirante gratia, magis in dies auctae sunt, et quibus Ecclesia Catholica quasi certatim et honorem exhibere Christo et ei pro tanto dono gratias agere et eius misericordiam implorare studet.

Exhortatio ad cultum Eucharisticum promovendum

Oramus ergo vos, Venerabiles Fratres, ut hanc fidem, quae nihil aliud gestit quam omnimodam servare fidelitatem verbis Christi et Apostolorum, quibuslibet falsis perniciosisque opinionibus omnino exclusis, pure et integre, apud populum curae vestrae et vigilantiae commissum, custodiatis et cultum Eucharisticum, in quem ceteri pietatis modi demum conducant et desinant oportet, nullis parcentes verbis nullisque laboribus, promoveatis.

Magis magisque, instantibus vobis, hoc noverint et experientur Christifideles: «qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat. Accedat, credat, incorporetur, ut vivificetur. Non abhorreat a compage membrorum, non sit putre membrum quod / resecari mereatur, non sit distortum 771
de quo erubescatur: sit pulchrum, sit aptum, sit sanum; haereat corpori, vivat Deo de Deo: nunc laboret in terra, ut postea regnet in caelo» [66].

Quotidie, ut optabile est, et quam frequentissimi fideles Missae sacrificium actuose participent, et sacra Communione pure sancteque se reficiant et congruam gratiarum actionem pro tanto dono Christo Domino rependant. Memores sint horum verborum: «Desiderium Iesu Christi et Ecclesiae, ut omnes Christifideles quotidie ad sacrum convivium accedant, in eo potissimum est ut per sacramentum Deo coniuncti robur inde capiant ad compescendam libidinem, ad leves culpas quae quotidie occurrunt abluendas, et ad graviora peccata, quibus humana fragilitas est obnoxia, praecavenda» [67]. Insuper visitationem sanctissimi Sacramenti, in nobilissimo loco et quam honorificentissime in ecclesiis secundum leges liturgicas adservandi, interdiu facere ne omittant, utpote quae erga Christum Dominum, in eodem praesentem, sit et grati animi argumentum et amoris pignus et debitae adorationis officium.

Neminem fugit divinam Eucharistiam inaestimabilem populo christiano conferre dignitatem. Non enim solum dum Sacrificium offertur et Sacramentum conficitur, verum etiam, Sacrificio oblato et confecto Sacramento, dum Eucharistia in ecclesiis vel oratoriis adservatur, Christus est revera Emmanuel, id est «nobiscum Deus». Nam die ac nocte in medio nostri est, in nobis habitat plenus gratiae et veritatis [68]: mores instruit, virtutes alit, maerentes consolatur, debiles roborat, et omnes qui ad eum accedunt ad imitationem sui provocat, ut ipsius exemplo discant mites esse et humiles corde, et non sua sed quae Dei sunt quaerere. Quisquis igitur augustam Eucharistiam singulari prosequitur devotione et Christum infinite nos amantem prompte et generose redamare nititur, experitur et plane intellegit, non sine magno animi oblectamento et fructu, quanti pretii sit vita abscondita cum Christo in Deo [69] et
quantum / valeat colloquia cum Christo serere, quo hisce 772
in terris nihil est suavius, nihil ad percurrendas sanctitatis vias efficacius.

Nostis insuper, Venerabiles Fratres, Eucharistiam adservari in templis seu oratoriis tamquam centrum spirituale communitatis religiosae vel communitatis paroecialis, immo universae Ecclesiae et totius humanitatis, quippe quae contineat sub specierum velamine Christum Ecclesiae invisibile Caput, mundi Redemptorem, centrum omnium cordium, *per quem omnia et nos per ipsum* [70].

Inde efficitur ut cultus divinae Eucharistiae animum magnopere permoveat ad amorem «socialem» [71] excolen-

[65] Cfr. S. Basil. *Epist.* 93; *PG* 32, 483-486. [66] S. Augustin. *In Ioann. tract.* 26, 13; *PL* 35, 1613. [67] Decr. S. Congr. Concil., 20 dec. 1905, approb. a S. Pio X. *A. S. S.* XXXVIII, 1905, p. 401. [68] Cfr. *Io.* 1, 14. [69] Cfr. *Col.* 3, 3. [70] 1 *Cor.* 8, 6. [71] Cfr. S. Augustin., *De gen. ad litt.* XI, 15, 20; *PL* 34, 437.

dum, quo privato bono bonum commune anteponimus, causam communitatis, paroeciae, Ecclesiae universae sequimus caritatemque extendimus in totum mundum, quia ubique membra Christi esse novimus.

Quia igitur, Venerabiles Fratres, Eucharistiae sacramentum est signum et causa unitatis Corporis Christi Mystici et in iis qui ferventiore affectu illud colunt actuosum spiritum ecclesialem», ut appellant, excitat, fidelibus vestris numquam persuadere cessetis, ut ad Mysterium Eucharisticum accedentes causam Ecclesiae, tamquam suam, discant amplecti, sine intermissione Deum obsecrare, seipsos Domino ut acceptabile sacrificium offerre pro Ecclesiae pace et unitate; ut omnes Ecclesiae filii unum sint et idipsum sapiant, nec sint inter eos schismata, sed perfecti sint in eodem sensu et in eadem sententia, ut Apostolus praecipit [72]; omnes autem qui nondum perfecta communione cum Ecclesia Catholica coniunguntur, utpote ab ea seiuncti, sed christiano nomine decorantur et gloriantur, ea unitate fidei et communionis quantocius, divina opitulante gratia, nobiscum fruantur quam Christus discipulorum suorum propriam esse voluit.

Hoc autem obsecrandi et se Deo devovendi studium pro Ecclesiae unitate religiosi, sive viri sive mulieres, potissimum suum esse intellegant, quippe qui sanctissimo Sacramento adorando, speciali modo, mancipentur, eiusque quasi corona hisce in terris, per vota quae nuncuparunt, ef-
773 ficiantur. /

Porro unitatis omnium christianorum votum, quo nihil antiquius, nihil gratius habuit et habet Ecclesia, Nos iterum promere volumus ipsis verbis quibus id olim Concilium Tridentinum, decretum de sanctissima Eucharistia absolvens, prompsit: «Demum autem paterno affectu admonet sancta Synodus, hortatur, rogat et obsecrat «per viscera misericordiae Dei nostri» [73] ut omnes et singuli, qui christiano nomine censentur, in hoc *unitatis signo*, in hoc *vinculo caritatis*, in hoc concordiae symbolo iam tandem aliquando conveniant et concordent, memoresque tantae maiestatis et tam eximii amoris Iesu Christi Domini nostri, qui dilectam animam suam in nostrae salutis pretium, et *carnem suam* nobis dedit *ad manducandum* [74], haec sacra mysteria corporis et sanguinis eius ea Fidei constantia et firmitate, ea animi devotione, ea pietate et cultu credant et venerentur, ut panem illum *supersubstantialem* [75] frequenter suscipere possint, et is vere eis sit animae vita et perpetua sanitas mentis, «cuius vigore confortati» [76] ex huius miserae peregrinationis itinere ad caelestem patriam pervenire valeant, eundem «panem angelorum» [77], quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi» [78].

Utinam benignissimus Redemptor, qui mortem iam iam subiturus Patrem oravit, ut omnes qui in se crediturі essent unum forent, sicut ipse et Pater unum sunt [79], flagrantissimum hoc Nostrum universaeque Ecclesiae votum quam citissime exaudire dignetur, ut omnes uno ore et una fide Eucharisticum Mysterium celebremus et Corporis Christi participes effecti, unum corpus efficiamur [80], eisdem nexibus compactum quibus ipse illud constitutum voluit.

Eos insuper alloquimur, fraternae caritatis sensus pandentes, qui ad venerabiles Orientis Ecclesias pertinent ex
774 quibus tot exstiterunt gloriosissimi Patres, quorum fidei testimonia de / Eucharistia perlibenti animo in hisce Nostris Litteris commemoravimus. Permagno gaudio animus perfunditur cum fidem vestram, quae et nostra est, de Eucharistia consideramus, orationes liturgicas quibus tantum mysterium celebratis auscultamus, cultum Eucharisticum conspicimus, theologos doctrinam de augustissimo hoc Sacramento exponentes aut defendentes legimus.

Beatissima Virgo Maria, ex qua Christus Dominus eam carnem assumpsit quae in hoc Sacramento sub speciebus panis et vini «continetur, offertur, sumitur» [81] omnesque Sancti et Sanctae Dei, ii praesertim qui ardentiore devotione erga divinam Eucharistiam flagrarunt, intercedant apud misericordiarum Patrem, ut ex communi fide et cultu Eucharistico perfecta unitas communionis inter omnes qui christiano nomine censentur exoriatur et vigeat. Haerent animo verba sanctissimi martyris Ignatii Philadelphenos monentis contra malum divisionum et schismatum, quorum remedium est in Eucharistia. «Studete igitur», inquit, «una gratiarum actione uti. Una enim caro Domini nostri Iesu Christi, et unus calix in unionem sanguinis ipsius, unum altare, unus episcopus...» [82].

Suavissima spe freti bonorum, quae ex aucto cultu Eucharistico in universam Ecclesiam universumque mundum

[72] Cfr. 1 *Cor.* 1, 10. [73] *Luc.* 1, 78. [74] *Io.* 6, 48 ss. [75] *Matth.* 6, 11. [76] *Reg.* 19, 8. [77] *Ps.* 77, 25. [78] *Decr. de SS. Eucharistia*, c. 8. [79] Cfr. *Io.* 17, 20-21. [80] Cfr. 1 *Cor.* 10, 17. [81] *C. I. C.*, can. 801. [82] *Epist. ad Philadelph.* 4; *PG* 5, 700.

proficiscentur, vobis, Venerabiles Fratres, presbyteris, religiosis, et omnibus qui adiutricem operam vobis praestant universisque fidelibus curae vestrae commissis, Apostolicam Benedictionem, caelestium gratiarum auspicem, effuso et peramanti animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die III mensis Septembris, in festo S. Pii X, Papae, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

Adn. L. CIAPPI in Vita rel. 2 (1966) 387-399; R. MASI in ME 91 (1966) 156-174.

3317

1965 SEP 14.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 57 (1965) 794-805

Allocutio habita die 14 *sept.* 1965 *in Vaticana Basilica ad Patres Conciliares, in festo Exaltationis Crucis D. N. I. C., cum quarta Concilii Oecumenici Vaticani II Sessio initium caperet, sollemni ab ipso Summo Pontifice peracta Missae concelebratione:*

DE CARITATE ERGA DEUM, ECCLESIAM ET GENUS HUMANUM QUA LABORES CONCILIARES PROSEQUENDI SUNT DEQUE PROPOSITO SYNODUM EPISCOPORUM INSTITUENDI

Venerabiles Fratres, in hoc laetamur admodum, quod quartae Sessionis Concilii Oecumenici Vaticani secundi initium in nomine Domini facere possumus.

Principio Deo Patri nostro omnipotenti, per Iesum Christum eius / Filium et Salvatorem nostrum, et in Spiritu 795
Sancto Paracleto, sanctam Ecclesiam alente et gubernante, laudes gratesque habendas esse censemus, quod ad hoc feliciter perducti sumus, ut huius sacrosanctae Synodi oecumenicae extremum conventum cogeremus; summo videlicet communique consilio moti, ut primum dedito firmoque animo haereremus divinis verbis; ut tum fraterno more essemus in catholica fide penitus consentientes; ut deinde liberam ardentemque operam plurimis quaestionibus daremus, ad nostram religionem, in primisque ad naturam munusque Ecclesiae Dei pertinentibus; ut post unanimo studio arctiora necteremus communionis vincula cum christianis fratribus, adhuc a Nobis seiunctis; ut tum sincero proposito ad mundum amicitiae et salutis nuntium mitteremus; ut postremo demissa firmaque mente fore speraremus, ut a Dei misericordia, quamvis indigni necessaria auxilia impetraremus, quibus fulti nostrum Pastorum munus amanti, alacri, devinctoque animo coleremus.

Grande profecto quiddam est hoc Concilium! Quam ob rem gaudeant vehementer animi nostri, quod nobis illud tribuitur, ut tam magna et composita caerimonia unitatem aspectabilis Ecclesiae celebremus: unitatem dicimus, quam hic iucunde professi sumus non extrinsecus magis quam in intimis animis nostris, ob mutuam, quae inter nos orta est, cognitionem, et ob eas alacres congressiones, in quibus et communiter Deum precati sumus, et una simul res perpendimus, et invicem colloquia seruimus, et in eadem denique sententia fuimus: id semper seduli et laeti spectantes, ut eam unitatem pariter referremus, pariter adiuvaremus, quam quasi pulcherrimam certamque hereditatem, et tamquam supremam hortationem Christus Apostolis reliquit. Gaudeant —iterum dicimus— animi nostri, quod per hanc singularissimam congressionem, quae, statuto anni tempore, in hac Basilica, memoriae sacra Petri Apostoli, Christi Ecclesiae aspectabilis fundamenti, iam tertio habita est, cuiusque nunc quarta incipit Sessio, catholica Hierarchia verbis expressit, firmavit, illustravitque vincula illius concordis et univocae consensionis, qualem, qui multiplicem humanarum gentium varietatem, itemque acerbissimas discordias, homines in contrarias partes distrahentes, cernat, coalescere posse neget; qualem, ex contrario, nostra opera, ad rem veritatemque feliciter traductam, arcanam nempe et catholicam, ante oculos nostros versari videmus.

Qua de re in mentem occurrunt Nostram illa verba eximii Doctoris, eiusdemque veteris et Sancti Decessoris
nostri Leonis magni: *eumque / hanc venerabilium consacer-* 796
dotum meorum splendidissimam frequentiam video, angelicum nobis in tot sanctis sentio interesse conventum [1].

Atque nobiscum universa Ecclesia, cuius tum Pastores sumus tum personam gerimus, gaudeat, id intellegens et sentiens, se nobiscum congregari, seque ea animorum consensione totam perfundi, qua, si vigilaverit, non poterit quin inflammetur.

[1] Sermo II in anniversario die suae assumptionis, *PL* 54, 143.

http://www.obrascatolicas.com

Grande quiddam hoc est Concilium! Quapropter, cum ob certam eius sessionum iterationem fieri possit, ut animi nostri minus novitate afficiantur huius maximi momenti et ponderis conventus, hortamur, ne ob eam rem minus attenti minusque mirabundi in eventum, quod celebramus, intueamur; sed ut potius rei ipsius consuetudo, ab iteratione horum coetuum profecta, nos magis ideoneos magisque pios efficiat ad magnam, multiplicem, mysticam huius conventus significationem perscrutandam. Ne quis ergo nostrum —quaesumus— gravissimam huiusmodi horam neglegentia praetereat; neve ea quae e singulari hac re experiendo collecta sunt, permixte cum tot usitatisque casibus implicet, quibus nostrae cotidianae vitae exercitatio continetur. Illud praeterea tenendum est —hoc diligentissime meminerimus!— in hac nostra congressione non unos nos interesse, cum nobiscum sit Christus, in cuius nomine congregati sumus [2], quique in terrestri hac vita nostrum iter praesens comitatur [3].

Ex officio, quo tenemur, persequendi plena mentis assensione extremum hoc Concilii tempus, in nos grave manat onus, quod quisque in intimo animo suo aestimet oportet, atque cum peculiaribus suis moralibus et spiritualibus conformationibus congruere iubeat. Ne nos pigeat, Fratres dilectissimi, multiplicibus et instantibus curis, quae nos maneant, tempus hoc anteferre meditationis, ut animos nostros, ut par est, opportune inclinemus ad reconditam Dei actionem cum nostra nescimus quo modo coniungendam. Quae coniunctio, si, ad gratiam quod attinet, semper est in effectione, praecipua tamen ratione et modo efficitur, cum in medio est Ecclesiae fortuna; quemadmodum reapse fit cum Concilium celebratur. Nam in huiusmodi causa optime in nos cadit haec sancti Pauli sententia: *Dei enim sumus adiutores* [4]: non quo nobis hoc sumere
797 possimus, ut ad Dei actionem efficacitatem ipsi adiungamus, sed quod spera/mus fore ut tenuis et prompta alacritas nostra robur praemiumque a Dei actione capiat. Equidem non ignoramus, Concilium hoc nostrum, cum in exitu erit, ea sacra et formidolosa Apostolorum verba esse usurpaturum: *visum est... Spiritui Sancto et nobis* [5]. Necesse est igitur nos omni studio niti, ut Spiritus Sancti actio non solum cum nostra coniungatur, sed ut eam etiam penitus afficiat, illustret, corroboret, sanctamque praestet. Quo autem studio nobis sit enitendum pariter novimus, cum in Apocalypseos libro [6] Ecclesiarum primigeniarum Pastoribus —Angelis appellatis— huius generis nuntius apostolicus septies iniungatur: *Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis*. Hoc ergo primum omnium nobis praecipitur, ut proximis diebus, inter hos extremos Concilii coetus, occultae Paracleti voci aures iterum iterumque praebeamus; utque sinamus Spiritum Sanctum in animos nostros eam profundere caritatem, quae in sapientiam, hoc est in eam iudicii aequitatem iuxta excellentissimas scientiae rationes, vertatur, cuius ope ad Deum, a quo inenarrabile hoc donum accepit, mens hominis ascendat, atque adeo quaevis eiusdem cogitatio, quaevis eiusdem actio, in amorem, inque caritatem transeat. A Deo orta caritas in caritatem mutatur, quae ad Deum ascendit, et eo spectat, ut ab homine ad Deum revertatur.

Hic progressus caritatis peculiaris nota esse debet extremae huius partis Synodi nostrae oecumenicae. Oportet quam maxime valeamus ad eum progressum caritatis in nobismetipsis perficiendum, ut hoc tempus plenitudine vitali insigne, quod Ecclesiae contigit, altissimam significationem et vim efficientissimam accipiat. Caritate oportet incitemur ac dirigamus ad veritates, quas hic in sua luce ponere nitimur, et ad proposita, quae hic statuere volumus: quae quidem veritates et proposita annuntiata ab hoc Concilio, quod ipsum est intrumentum auctoritatis pastoralis celsissimae et amantissimae, non sunt nisi significationes caritatis. Ad hanc igitur veritatem sequendam, sive in doctrinis tradendis, sive in edendis normis, caritas nos perducat, memores dilucidae sententiae Sancti Augustini: *nullum(que) bonum perfecte nosc*itur, *quod non perfecte amatur* [7].

Nec difficile esse videtur Concilio nostro Oecumenico notam actus caritatis imprimere: actus nempe caritatis vehementis ac triplicis: erga Deum, erga Ecclesiam, erga
798 genus humanum. /

1. Imprimis nos ipsos, Venerabiles Fratres, inspiciamus. Nonne ex convocatione Concilii in ea condicione versamur, quae aliter appellari nequit quam animorum contentio et spiritualis conatus? Ea convocatio a torpore vitae cotidianae nos abduxit ac plenam conscientiam divinae vocationis et muneris nostri in nobis excitavit, vires exstimulavit in nobis latentes, mentesque nostras inflammavit spiritu prophetiae, qui proprius est Ecclesiae Dei. Eadem nos movit, ut necessitatem et officium sentiremus fidem nostram palam profitendi, Dei laudes celebrandi, Christo prorsus adhaerendi, in mundo enuntiandi mysterium Revelationis et Redemptionis. Nonne haec omnia e caritate oriuntur? In haec veluti rostra arcessiti, unde mundus hodiernus circumspectatur, nubibus dubitationis ac tenebris neglegentiae religionis coopertus, quodammodo in regionem lucis divinae ascendimus; hoc spirituale fastigium adepti, nos ipsi, socii et fratres hominum, inter quos vitam degimus, nobis visi sumus emersisse e terra, ex eius rebus implicatis et perditis, atque solem vitae clarum et calidum cernere, secundum illud: *et vita erat lux hominum* [8]; quinimmo nobis visi sumus Deum, Patrem nostrum, cum humilitate, filiorum in modum, cum gaudio, in spiritu et veritate, alloqui; ei, canendo et flendo, laudes tribuere propter magnam gloriam eius, quae hodie ex aucta cognitione universitatis rerum est magis manifesta; felicitatem nostram ei significare, quod nomen suum, regnum suum, voluntatem suam nobis revelavit; ac deinde patefacere dolorem, quo mundus vexatur, gravem molestiam et immanitatem miseriarum nostrarum et errorum late serpentium. Sed hic fortes, magis quam umquam alias, nos esse sentimus propter certam persuasionem, quam habemus et quae animos nostros singulari cum vi pulsat, eosque monet nos esse defensores spiritus, tutores fortunae hominum, verae spei nuntios. Nonne haec est caritas, de qua in divinis litteris hoc verbis praeclaris et significantibus dicitur *credidimus caritati, quam habet Deus in nobis*? [9].

Concilium enim in vicissitudines mundi huius aetatis inseritur ut eventus, quo ratione praestantissima, clarissima, humanissima affirmatur religio sublimis, non ab hominibus excogitata, sed revelata a Deo; quae posita est, in necessitudine, naturam extollente et amoris plena, quam ipse ineffabilis Pater, per Christum Filium suum et Fratrem nostrum, in Spiritu Sancto vivificante cum humano genere constituit. /

2. An autem altera ratio caritatis nostrae, Concilii propriae; siquidem, hoc proferentes sentimus nos solos non esse. Unus populus sumus, videlicet populus Dei. Nos efficimus Ecclesiam Catholicam. Efficimus societatem singularem, visibilem simul et spiritualem. Concilium apertius nos monet Ecclesiam nostram esse societatem innixam in unitate fidei et universalitate amoris. Cum de perfecta et superiore consortione sociali comparanda agitur, de quaestione scilicet summi momenti in historia hominum, quae solvi non posse videtur —satis est de perenni illo casu Babylonio cogitare, hac aetate acerbissimis eventibus comprobato— eadem consortio quoad principia pro nobis est absoluta, licet re vera solum *virtualiter* sit ad effectum deducta. Novimus tamen solutionem, quam habemus, non posse deficere, scilicet communionem qua inter nos coniungimur et ad quam hortamur, quia non in rationibus deformis obsequii unius cuiusvis hominis vel societatis innititur, sed in principio religioso quod permutari non potest: in amore videlicet erga homines, quos non propter merita eorum vel utilitates nostras amamus, sed propter caritatem Dei. Ecclesia numquam antea, ex quo, recens ab ortu *erat cor unum et anima una* [10], affirmando, vivendo et laetando, ita voluit, oravit et concupivit, ut mystica unitas, quam Christus ei concedit, perfecte compleretur, quemadmodum in huius Concilii celebratione. Oportebat quasi experiendo cognosceremus unitatem, qua omnes familia ac templum Dei et Corpus Christi Mysticum efficimur, dum res huius aetatis nostrae turbulente aguntur, dum aliae perturbationes in posterum praevidentur, dum animadvertimus continenter discordias inter homines spe destitutos concitari, dum contra populi ad consociationem coniunctionemque irrevocabiliter progrediuntur; oportebat inter nos congrederemur, sentiremus nos fratres esse, osculum pacis invicem praeberemus, ut paucis verbis dicamus, inter nos diligeremus sicut Christus dilexit nos.

Mutuus amor iam hic ita est manifestatus et manifestatur, ut, in historia praesenti et futura, huius Concilii peculiaris nota evadat. Ex hoc profecto responsum capiet homo cupiens Ecclesiam describere quod attinet ad hoc tempus magni momenti et periculi pro eius vita: quid fecit, ita interrogabit, Ecclesia Catholica tempestate illa? Eam amavisse respondebitur. Amabat animo pastorali, ut omnes noverunt, quamvis altitudo et divitiae huius amoris difficile perspiciantur, quem Christus e pectore Simonis
800 Petri, paenitentia et ardore commoti, ter exprompsit / (meministisne? *dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei (Iesus): Pasce oves meas)* [11]. Sane, manda-

[1] Cfr. *Matth.* 18, 20. [2] Cfr. *Matth.* 28, 20. [3] 1 *Cor.* 3, 9. [4] *Act.* 15, 28. [5] *Apoc.* 2, 7-3, 22. [6] *De diversis quaest.* 83; *PL* 40, 24.

[7] *Io.* 1, 4. [8] 1 *Io.* 4, 16. [9] *Act* 4, 32. [10] *Io.* 21, 15.

tum, ex amore Christi profectum, gregem eius pascendi, adhuc vim suam obtinet, et causa est cur haec Sedes existat, quemadmodum ad vos, Venerabiles Fratres, adhuc pertinet, et causa est, cur vestrae Sedes sint; hodie vero nova cum conscientia et vi illud a nobis affirmatur. Hoc Concilium asserit Ecclesiam esse societatem, quae in amore innitatur regaturque amore!

Ecclesia, quo tempore Concilium nostrum celebratur, amabat —ita dicetur—; amabat animo missionali. Nemem latet hanc Sacrosanctam Synodum unicuique recto proboque Ecclesiae Catholicae filio praecepisse, ut esset apostolus, eamque studium apostolicum eo provexisse, ut universos complecteretur homines cuiusvis generis, omnes nationes, cunctos civium ordines. Hic sollemniter enuntiata est —et velimus id factum esse in omne aevum— universalitas amoris, superantis etiam vires eorum, qui ei adversantur vel qui postulant, ut plane et ad fortissimorum hominum exemplum se aliis addicat.

Sane quidem Ecclesia, cum Concilium Vaticanum secundum agebatur, amabat animo oecumenico, id est animo qui humiliter blandeque aperiebatur omnibus fratribus christianis, perfecta communione nondum coniunctis cum haec Ecclesia nostra, quae est, una, sancta, catholica et apostolica.

Quodsi huius Concilii tractationibus nota frequens et animos permovens inerat, haec sine dubio ad gravem spectabat quaestionem de restituenda omnium Christianorum unitate, quam Christus voluit, de difficultatibus, quae obstant, de spe, quae affulget. Nonne, Venerabiles Fratres et reverendi ac dilecti Observatores, haec est nota caritatis?

3. Neque huic universali Synodo, quae tota in nomine Christi eiusque Ecclesiae vertitur, atque adeo indolem certam habet certisque finibus circumscribitur, dicere licet se omnia absolvisse, si excludat, ignoret et neglegat utilitates aliorum innumerabilium hominum, quibus bonum, quo nos sine merito nostro fruimur, non obtigit; scilicet qui in hoc beatissimo regno Dei, quod est Ecclesia, non sunt congregati.

Non ita est, non ita. Amor enim, quo communio nostra roboratur, nos non segregat ab hominibus, non sinit nos ab aliis esse alienos nostrisque tantum commodis servire.
801 Quinimmo, amor, utpote cum a Deo pro/veniat, universalitatem persequi nos docet; veritas nostra impellit nos ad caritatem; meministis hortamentum Apostoli: *veritatem facientes in caritate* [12]. Hic vero, in hoc Coetu, eiusmodi praeceptum caritatis, quod enuntiatur, nomen sacrum et grave accipit: dicitur scilicet suscepti officii ratio; Sanctus vero Paulus ad hoc significandum utitur verbo urgendi: *caritas Christi urget nos* [13]. Hoc modo toti generi humano nos obligari sentimus. Omnibus debitores sumus [14]. Ecclesia, in hoc mundo, non se ipsam tantum, quasi finem, spectat, sed cunctis hominibus inservit; eius est Christum apud universos et singulos homines et populos, quam amplissime et animo ardentissimo praesentem efficere; hoc est munus ipsius. Ea est nuntia amoris, ea est fautrix verae pacis, haec Christi iterans verba: *ignem veni mittere in terram* [15]. Ut huius etiam rei conscia fieret, ut hoc palam ediceret, opus Ecclesiae fuit; cuius rei opportunitatem Concilium praebuit.

Num oblivisci fas erit, huc tamquam ad suum exitum confluere cursum historiae salutis, hoc est divini amoris terrenas vicissitudines? Num nos effugiet, Ecclesiam, huius Concilii ope, plenius ac perfectius consciam factam esse sive de se ipsa, seu de reconditis consiliis Dei, qui *dilexit mundum* [16], sive de natura muneris sui, quod dives ac ferax semper exstitit vitalium veluti germinum ad novo vigore donandam hominum societatem?

Concilium Oecumenicum praeterea Ecclesiae, atque in primis omnibus nobis, prospectum praebet ad mundum universum: quid Ecclesia, quid nos aliud agere possumus, nisi hunc contemplari atque diligere? [17]. Quare in hac mundi contemplatione haec Sessio, quae initium habet, potissimum versabitur; deinde ac praesertim accedet amor; amorem dicimus, erga homines qui hodie sunt, ut sunt, ubi sunt, scilicet erga homines universos.

Aliter quidem sentiunt atque alia se gerunt ratione, qui ad humanum cultum promovendum longe diversa statuunt principia, cuiusmodi sunt potentia, opes, doctrina, contenti
802 ones, privatae utilitates: Ecclesia vero amoris necessitatem edicit. Ac revera Concilium publica ac sollemnis / amoris significatio sane est erga hominum societatem. Christus adsit nobis, ut ita reapse contingat.

[12] Eph. 4, 15. [13] 2 *Cor.* 5, 14. [14] Cfr. *Rom.* 1, 14. [15] *Luc* 12, 49. [16] *Io.* 3, 16. [17] Cfr. *Marc.* 10, 21.

Hoc loco animum Nostrum cogitatio subit, quae minime congruere videtur cum hac suavi vehementique Nostrae humanae et christianae benevolentiae effusione, qua singulos populos terrarum orbis complectimur. Revera ex acerbo ac praesenti semper rerum usu perspectum hoc habemus, quod etiam amor, immo fortasse praesertim amor, comites habet ac gignit neglectionem, repugnantiam, contemptum, simultatem. Ac revera nullum lacrimabile eventum, nullus miserandus casus comparari potest cum Christi immolatione, cui profecto suus amor et inimicorum odium causa fuerunt, cur ipse supplicium crucis pertulerit. Saepe ars amandi in patiendi artem convertitur.

Haud secus res se habent ad Ecclesiam quod attinet: an ipsa ab amandi studio recedet, propterea quod eius amori insidiae et impedimenta opponuntur?

Rursus audite Sancti Pauli verba: *Quis nos separabit a caritate Christi*? [18]; ac mente recolite adversos casus, quos Apostolus, quasi illos provocans, subinde enumerat, ut admoneat, nihil esse quod nos a caritate Christi separare possit aut debeat. Iamvero hoc Concilium a Deo pie postulat, ut gaudio affici mereatur, sicut primi Apostoli [19], si forte pro nomine Iesu contumeliae ipsi tolerandae sint. Nam gravis adhuc et acerba contumelia huic pacifico Concilio infertur; non pauci enim ex iis, qui una vobiscum praesentes hic adesse debuerant, Venerabiles Fratres, iniuste prohibiti sunt quominus Nobis, qui eos arcessivimus, obtemperare possent. Quod profecto palam ostendit, graves etiamnunc acerbasque vigere vexationes, quibus in non paucis Nationibus Catholica Ecclesia opprimitur, atque de industria opera datur eidem exstinguendae atque eradicandae. Haec dum Nobiscum reputamus, tristitia opletur animus Noster, cum pro dolor animadvertamus, mundum sane longe procul adhuc abesse a veritate, a iustitia, a libertate, ab amore, hoc est a pace, ut verbis utamur Decessoris Nostri Ioannis XXIII [20].

Nos vero cum fideliter viae ac rationi huius Concilii obsecundare velimus, ad haec duplici amoris significatione respondebimus, cuius altera ad Fratres Nostros spectat, qui in aerumnis versantur. Utinam Angeli Dei ipsis annuntient, Nos eis salutem dicere, ad eos mentes / cogita- 803
tionesque Nostras semper convertere, eosque impenso amore prosequi! Ad suum solacium Nostri illi Fratres plane persuasum habeant, exemplum suum in Ecclesiae gloriam transire. Faciant igitur, ut communionem illam caritatis, qua Ecclesiae adhaerent, ne flendo extinguant, sed sperando corroborent.

Alteram vero amoris significationem ad eos pertinere volumus, qui Christum eiusque Ecclesiam oppugnant, ac Dei cultores timore vexationibusque debilitant; scilicet erga eos Nos gerimus ad normam humilis supernaeque caritatis, quam divinus Magister nobis praecepit: *Diligite inimicos vestros... et orate pro persequentibus, et calumniantibus vos* [21]. Quare hoc Concilium clare quidem et firmiter rectam doctrinam tuebitur; quod autem ad eos attinet, qui praeiudicatis opinionibus permoti contra religionem, aut iniustis ducti propositis adversus Ecclesiam, eam tantopere afflictant, erga eos, dicimus, Concilium, potius quam damnare aliquos, sensus bonitatis et pacis testari exoptat et pro iisdem Deum precabitur. Reipsa, Venerabiles Fratres, nos omnes Deum amanter precabimur, ut misericordiam illam, quam nobis imploramus, iis quoque dilargiri dignetur. Amor dumtaxat apud omnes victor triumpheti

Atque etiam pax inter homines triumpheti! Pacem dicimus, quae hisce ipsis diebus veluti vulneratur atque cruentatur acribus populorum conflictionibus, qui pace tantopere egent! Flagrantissimum votum, ne hac quidem hora, tacere possumus, eo spectans ut bellum restinguatur, ut mutuum honoris concordiaeque officium inter populos tandem redintegretur, ut postremo pax quam primum semperque triumpheti

Hic orationem Nostram concludimus, qua quidem nihil aliud spectavimus, nisi ut significatio huius postremae Sessionis Concilii Oecumenici clarius pateret, eiusque proposita novo vigore firmarentur. Ut vobis in comperto est, nullum eorum argumentorum tetigimus, de quibus in hoc consessu vobis erit disputandum atque decernendum; at silentium Nostrum significatione non vacat, immo vero palam declarat, Nos data opera siluisse, ne scilicet verba Nostra libero vestrarum opinionum cursui impedimentum inferre possent.

Nonnulla tamen silentio praeterire nolumus.

Ac primum memoris gratique animi Nostri sensus patefacere cupimus iis omnibus, qui apud Commissiones et

[18] *Rom.* 8, 35. [19] Cfr. *Act.* 4, 41 [20] Cfr. Litt. Enc. *Pacem in terris* [LE 3110]. [21] *Matth.* 5, 44.

http://www.obrascatolicas.com

804 Subcommissiones operam / dederunt, eximiam quidem et diligentem, ut proxime excutienda Schemata in aptiorem formam redigerentur. De quibus Schematibus qualecumque vos iudicium tuleritis, nihilominus omnes quotquot in ea exaranda studium, tempus, laborem contulerunt, laudem et gratiam merentur.

Deinde Nosmetipsi vobis iam praenuntiare gaudemus, Episcoporum Synodum, secundum huius Concilii optata et vota, mox constitutum iri; quae quidem Episcopis constabit maxima ex parte a Coetibus Episcoporum variarum Nationum approbatione Nostra nominandis; eademque Romanus Pontifex convocabit pro Ecclesiae necessitatibus, ut Sacrorum Pastorum consilio et opera adiuvetur, quotiescumque ad commune Ecclesiae bonum et utilitatem id Ipsi opportunum visum fuerit. Supervacaneum addere censemus, huiusmodi auxiliatricem operam sacrorum Antistitum oportere plurimum cedat in bonum Sanctae Sedis et universae Ecclesiae, peculiarique modo prosit cotidianis laboribus Romanae Curiae: cui a Nobis tanta est habenda gratia, ob maximi momenti Nobis latum auxilium; quo Nos, quemadmodum Episcopi in sua quisque dioecesi, pro Nostris apostolicis sollicitudinibus assidue indigemus. Nuntii et normae de hac re in notitiam huius Concilii quam primum perferentur. Nos vero carere noluimus honore et gaudio haec breviter vobiscum communicandi, ut Nosmetipsi rursus vobis significaremus Nostram fiduciam, Nostram fraternam coniunctionem. Novum huiusmodi institutum, eximium sane ac spei plenum, patrocinio Beatissimae Mariae Virginis commendamus.

Quod postremo loco vobis significare cupimus, iam compertum habetis. Siquidem agitur de proposito annuendi invitationi, quae Nobis facta est, ut ad Consilium Nationum Unitarum in sua Neo-Eboracensi sede Nos conferremus, anno vicesimo expleto, postquam hoc omnium gentium Consilium conditum est. Hoc autem iter, Deo volente, inter hanc Concilii Sessionem, brevissimo temporis spatio peragemus, ut ad eos, qui illic una congregati Nationum personam gerunt, Nostri obsequii testimonium Nostrumque pacis nuntium afferamus. Plane confidimus, cum Nostro hoc pacis nuntio vestram omnium consensionem coniunctum iri. Non alio enim consilio ducimur, quam ut vox Nostra concentum referat vocum vestrarum; quae quidem voces apostolici muneris vobis, sicut Nobis, a Christo concrediti, semper annuntiant et precantur concordiam, iustitiam, fraternum amorem, pacem inter ho-
805 mines a Deo dilectos et bona praeditos voluntate. /

Reliquum est, ut qua par est reverentia vos singulos universos in Christo salvere ex animo iubeamus, Fratres Nostri, sive Orientis sive Occidentis, qui in hoc Concilio praesentes adestis.

Peculiare etiam obsequii et benevolentiae testimonium deferre placet excellentissimis viris, qui ad Legatorum Corpus pertinent. Item omnes Observatores grato animo salutamus; gaudio affecti atque honori Nobis habentes, quod eos hic praesentes cernere licet, eosdem de sincera Nostra observantia certiores facere volumus. Salutamus denique Auditores, Auditrices, Peritos, Nobis sane carissimos, ac ceteros omnes qui assistunt aut operam collocant in Concilio celebrando, ac viros praesertim qui nuntiis dandis sunt addicti, sive scriptis, sive radiophonicis et televisificis instrumentis. Extremum, Apostolicam Benedictionem universis impertimus.

3318

1965 SEP 15.-PAULUS VI, MOTU PR. AAS 57 (1965) 775-780

SYNODUS EPISCOPORUM PRO UNIVERSA ECCLESIA CONSTITUITUR, PROPRIIS GENERALIBUS NORMIS ORDINATUS

PAULUS PP. VI

Apostolica sollicitudo, qua signa temporum attente perscrutantes vias ac rationes sacri apostolatus increbrescentibus nostrorum dierum necessitatibus mutatisque societatis condicionibus aptare contendimus, Nos impellit, ut coniunctionem Nostram cum Episcopis *quos Spiritus Sanctus posuit... regere Ecclesiam Dei* [1], artioribus usque vinculis confirmemus. Ad id Nos permovent non solum reverentia, existimatio, gratique animi sensus, quibus omnes Venerabiles in Episcopatu Fratres merito iure prosequimur, sed etiam gravissimum Pastoris universalis onus Nobis impositum, quo officio obstringimur populum Dei ad aeterna pascua perducendi. Aetate enim hac nostra, perturbata quidem et discriminum plena, sed ad salutares caelestis gratiae afflatus tantopere patente, cotidiano experimento comperimus quantum prosit apostolico officio Nostro huiusmodi cum sacris Pastoribus coniunctio, quam proinde Nobis in animo est omni ope provehere ac fovere, *ne Nobis* —ut alias asseveravimus— *illorum praesentiae solacium, illorum prudentiae ac rerum usus auxilium, illorum consilii munimentum, illorum auctoritatis suffragium desit* [2].

Consentaneum propterea erat, praesertim inter Concilii Oecumenici Vaticani II celebrationem, in animo Nostro firmiter insidere persuasionem hanc Nostram de momento ac necessitate magis magisque utendi adiutrice opera Episcoporum in bonum Ecclesiae universae. Immo Concilium Oecumenicum Nobis etiam causa fuit, cur propositum conciperemus constituendi stabiliter peculiare sacrorum Antistitum consilium, ea quidem mente, ut etiam post Concilium peractum ad christianum populum affluere perageret larga illa beneficiorum copia, / quae Concilii tempore 778
ex arta Nostra cum Episcopis coniunctione feliciter percepta est.

Nunc autem, cum ad exitum vergat Concilium Oecumenicum Vaticanum II, opportunum advenisse tempus putamus conceptum iamdiu propositum tandem ad effectum deducendi; idque eo libentius facimus, quod catholici orbis Episcopos scimus aperte huic Nostro proposito favere, ut constat ex plurimorum sacrorum Pastorum votis, quae de hac re in Concilio Oecumenico significata sunt.

Itaque, omnibus mature perpensis, pro Nostra existimatione atque observantia erga universos catholicos Episcopos, atque ut iisdem copia detur manifestiore efficaciore ratione participandi sollicitudinem Nostram erga Ecclesiam universam, motu proprio ac Nostra apostolica auctoritate erigimus ac constituimus hac in alma Urbe stabile Episcoporum consilium pro Ecclesia universa, Nostrae potestati directe atque immediate subiectum, quod nomine proprio *SYNODUM EPISCOPORUM* appellamus.

Haec Synodus, quae omnium humanorum institutorum more, successu temporis, perfectiorem usque formam assequi poterit, generalibus normis regitur, quae sequuntur.

I. Synodus Episcoporum, qua Episcopi selecti e diversis orbis regionibus supremo Ecclesiae Pastori validiorem praestant adiutricem operam, ita constituitur, ut sit: *a)* institutum ecclesiasticum centrale; *b)* partes agens totius catholici Episcopatus; *c)* natura sua perpetuum; *d)* quoad structuram, ad tempus atque ex occasione munere suo perfungens.

II. Ad Synodum Episcoporum suapte natura munus pertinet edocendi et consilia dandi. Poterit etiam potestate deliberativa gaudere, ubi haec ei collata fuerit a Romano Pontifice, cuius erit in hoc casu decisiones Synodi ratas habere.

1. Fines generales Synodi Episcoporum sunt: *a)* fovere artam coniunctionem et adiutricem operam inter Summum/ 777
Pontificem et Episcopos totius orbis terrarum; *b)* curare ut directa ac vera notitia habeatur de quaestionibus et de rerum condicionibus, quae spectant ad vitam internam Ecclesiae eiusque debitam in hodierno mundo actionem; *c)* faciliorem efficere concordiam sententiarum saltem quoad essentialia capita doctrinae et quoad modum procedendi in vita Ecclesiae.

2. Fines speciales atque proximi sunt: *a)* opportunos nuntios invicem communicare; *b)* consilia conferre circa negotia, quorum causa Synodus singulis vicibus convocabitur.

III. Synodus Episcoporum directe et immediate subest auctoritati Romani Pontificis, cuius praeterea erit:

1. Convocare Synodum, quotiescumque id ipsi opportunum visum erit, loco etiam designato ubi coetus habendi erunt;

2. ratam habere membrorum electionem, de qua in nn. V et VIII;

3. statuere argumenta quaestionum pertractandarum saltem sex menses, si fieri poterit, antequam Synodus celebretur;

4. decernere ut materia rerum pertractandarum iis mittatur, qui harum quaestionum tractationi interesse debeant;

[1] *Act.* 20, 28.

[2] *Allocutio ad Patres Conciliares habita, III exacta Oecum. Synodi Sessione: A. A. S.*, 1964, p. 1011 [LE 3236].

5. statuere ordinem rerum agendarum;

6. praeesse Synodo per se vel per alios.

IV. Synodus Episcoporum congregari potest in coetum generalem, in coetum extraordinarium et in coetum specialem.

V. Synodus Episcoporum in coetum generalem congregata complectitur primo et per se:

1. *a)* Patriarchas, Archiepiscopos Maiores et Metropolitas extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus orientales;

b) Episcopos electos a singulis Conferentiis Episcopa-
libus Nationalibus, ad normam n. VIII; / 778

c) Episcopos electos a Conferentiis Episcopalibus plurium Nationum, constitutis scilicet pro iis Nationibus quae propriam Conferentiam non habent, ad normam n. VIII;

d) his accedunt decem viri religiosi qui partes agunt Institutorum Religiosorum Clericalium, electi ab Unione Romana Superiorum Generalium.

2. Intersunt coetui generali Synodi Episcoporum etiam Patres Cardinales Dicasteriis Curiae Romanae praepositi.

VI. Synodus Episcoporum in coetum extraordinarium congregata complectitur:

1. *a)* Patriarchas, Archiepiscopos Maiores et Metropolitas extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus orientalis;

b) Praesides Conferentiarum Episcopalium Nationalium;

c) Praesides Conferentiarum Episcopalium plurium Nationum, pro iis Nationibus constitutarum quae propriam Conferentiam Episcopalem non habent;

d) Tres viros religiosos qui partes agunt Institutorum Religiosorum Clericalium, electos ab Unione Romana Superiorum Generalium.

2. Intersunt coetui extraordinario Synodi Episcoporum etiam Patres Cardinales Dicasteriis Curiae Romanae praepositi.

VII. Synodus Episcoporum in coetum specialem congregata complectitur Patriarchas, Archiepiscopos Maiores et Metropolitas extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus orientalis, necnon eos qui partes agunt sive Conferentiarum Episcopalium unius vel plurium Nationum, sive Institutorum Religiosorum, ut in n. V et n. VIII statutum est, qui tamen omnes ad regiones pertineant,
779 pro quibus Synodus Episcoporum convocata est. /

VIII. Episcopi, qui partes agunt singularum Conferentiarum Episcopalium Nationalium, ita eliguntur:

a) Unus pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet non plus quam 25 membris;

b) duo pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet non plus quam 50 membris;

c) tres pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet non plus quam 100 membris;

d) quattuor pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet plus quam 100 membris.

Conferentiae Episcopales plurium Nationum eligunt eos, qui suas partes agunt, secundum easdem normas.

IX. In eligendis iis, qui partes agunt Conferentiarum Episcopalium unius vel plurium Nationum et Institutorum Religiosorum in Synodo Episcoporum, summopere ratio habenda est non solum ipsorum scientiae et prudentiae generatim, sed etiam cognitionis, ad theoriam et ad praxim quod attinet, materiae de qua Synodus pertractabit.

X. Summus Pontifex, si ei placuerit, auget numerum membrorum Synodi Episcoporum, addendo sive Episcopos, sive religiosos sodales qui partes agunt Institutorum Religiosorum, sive denique ecclesiasticos viros peritos, usque ad quindecim centesimas partes universi numeri membrorum, de quibus in nn. V et VIII.

XI. Cum coetus concluditur, cuius causa Synodus Episcoporum convocata est, desinunt ipso facto sive com-
780 positio personarum eiusdem Synodi, sive officia et munera quae ad singula membra qua talia pertinent. /

XII. Synodus Episcoporum habet secretarium perpetuum seu generalem, cui congruus adiutorum numerus destinatur. Praeterea quilibet coetus Synodi Episcoporum habet suum secretarium specialem, qui in officio suo permanet usque ad eiusdem coetus terminum.

Tum secretarius generalis tum secretarii speciales a Summo Pontifice nominantur.

Haec decernimus et statuimus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XV mensis Septembris, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

Adn. A. ANTON in PrM 57 (1968) 495-527; E. BERCH in NrT 87 (1965) 975-978; W. BERTRAMS in PrM 55 (1966) 115-132; 57 (1968) 495-527; CH. BERUTTI in ME 90 (1965) 531-549; J. CALVO in Ius can. 5 (1965) 476-485; C. DE CLERCQ in Apoll. 38 (1965) 212-214; F. ROMITA in ME 93 (1968) 403-422.

3319

1965 SEP 16.-SC STUDIORUM, FACULTAS. PART.*

FACULTAS DATUR ACCIPIENDI STIPENDIUM PRO MISSIS BINATIS AD NECESSITATES OECONOMICAS SEMINARIORUM ET SACERDOTUM INDIGENTIUM SUBLEVANDAS

The Supreme Pontiff, Pope Paul VI, in the audience of 6 July, 1965, granted to the undersigned Cardinal Prefect of the Sacred Congregation of Seminaries and Universities, has, in view of the economic hardships under which the seminaries of some nations labor, kindly allowed, for a period of five years, that the Most Reverend Local Ordinaries may grant to priests celebrating Mass in their respective dioceses, the faculty to accept offerings for binated Masses on feast days and ferials on the condition, however, that the same Most Reverend Prelates destine the offerings to the diocesan seminary as well as to other diocesan needs. The power is also granted to provide for the inconvenience and poverty of the celebrating priests insofar as it shall be necessary.

It will be very praiseworthy if the local Ordinaries shall be pleased to remit part of these offerings to the Sacred Congregation of Seminaries and Universities to provide a subsidy to poorer seminaries.

Given at Rome, from the office of he Sacred Congregation of Seminaries and Universities, on 16 September, 1965.

* Iuxta communicationem die 19 Oct. 1965, Prot. N. 189/42, a Delegato Ap. Ordinariis locorum S. F. A. S. factam: BOUSCAREN VI, p. 558-559.

3320

1965 SEP 25.-SC RITUUM, EPISTULA. PART.*

DE ORDINANDA MISSA QUAE CELEBRATUR VESPERE SABBATI VEL VESPERE PRIDIE FESTORUM AD SATISFACIENDUM PRAECEPTO FESTIVO

Romae, die 25 Septembris 1965

Eminentissime Princeps, impetrata prius ab ista Sacra Congregatione Concilii facultate permittendi fidelibus commissae sibi dioeceseos, ut praecepto Missae audiendae satisfacere valeant vespere sabbati aut vespere pridie festorum de praecepto, multi locorum Ordinarii ab hac Sacra Rituum Congregatione postulaverunt ut in huiusmodi vespertinis Missis adhibeantur textus liturgici proprii sive dominicae sive festi sequentis.

Attenta porro aequa Ordinariorum petitionis ratione, atque ea mente ut utraque Apostolicae Sedis concessio simplicior evadat, Sacra haec Congregatio Rituum rogat Eminentiam Tuam Reverendissimam ut, quotiescumque Sacra ista Concilii Congregatio locorum Ordinariis facultatem concesserit permittendi christifidelibus creditae sibi dioeceseos satisfacere praecepto audiendae Missae vespere sabbati aut vespere pridie festorum, velit in relativo Rescripto mentionem facere *de adhibendis*, talibus in casibus, de mandato Sacrae huius Congregationis, *textibus liturgicis* sive dominicae sive festi sequentis, atque *de non* omittendis homilia et oratione fidelium, ad mentem *Instructionis* S. R. C. diei 26 septembris 1964, nn. 53-56 [LE 3217].

Dum haec cum Eminentia Tua communico, Manus humillime tuas deosculor meque summae venerationis sensibus laetus profiteor Eminentiae Tuae Reverendissimae addictissimum in Domino.—Arcadium Card. LARRAONA, *Praef.* Ferdinandum Antonelli, *a Secretis*.

* Card. Praefecto S. C. Concilii, Prot. N. R. 50/965: Notit. 2 (1966) 14.

http://www.obrascatolicas.com

3321

1965 SEP 29.-SC STUD., DECR. AAS 58 (1966) 171-172

STUDIUM THEOLOGICUM «AUGUSTINIANUM» IN URBE FACULTATI SACRAE THEOLOGIAE PONTIFICIAE UNIVERSITATIS LATERANENSIS AGGREGATUR, FACTA FACULTATI POTESTATE CONFERENDI PER STUDIUM GRADUS ACADEMICOS BACCALAUREATUS ET LICENTIAE SACRAE THEOLOGIAE

Summi divinae gratiae Doctoris filii nihil unquam antiquius habuerunt quam orationi instantes ita Deo internoque homini studere ut mentem superna luce ditando in invisibilium amorem raperentur. Quamobrem Studium
172 Generale Ordinis Fratrum Sancti Augustini, alacriter / anno rep. sal. MCCCXXIV inceptum, nunc autem in Collegio Internationali Sanctae Monicae sedem Romae habens, augustinianos alumnos altius universaliusque instituendos excipiet, qui, scientifica methodo Const. Apost. «Deus scientiarum Dominus» d. XXVI m. maii a. D. MCMXXXI [LE 1030] pressius definita, adeo erudiantur ut opportuno tempore confratres in sua quisque provincia uberrime docere valeant. Sacra igitur Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, inclyti Ordinis optatis iamdudum prolatis benigne annuens, die XXIX m. septembris a. D. MCMLXI laudatum Studium Thelogicum affiliatum decrevit Theologicae Facultati Pontificiae Universitatis Lateranensis. Quadrienni experimento nunc feliciter exacto, eadem Sacra Congregatio, Pontificiae Lateranensis Universitatis votis atque Prioris Generalis Ordinis Fratrum Sancti Augustini supplicibus litteris rite perpensis, in Dei gloriam Ecclesiaeque decus provehenda per doctrinae sacrae exquisitiorem cultum penitius efficiendum, Studium Theologicum Collegii Internationalis Sanctae Monicae in Urbe eidem Theologicae Facultati Pontificiae Lateranensis Universitatis *aggregat atque aggregatum ad quinquennium et ad experimentum constituit declaratque*, potestate Facultati collata Sacrae Theologiae Baccalaureatum post expletum theologicorum studiorum triennium necnon Licentiam post quadriennium (donec aliter provideatur), eis qui specialia examina tum scripto tum ore sub vigilantia ductu auctoritate memoratae Facultatis, in aedibus vel Universitatis vel Internationalis Collegii, bene superaverint, ad normas approbatorum Statutorum ad amussim retentas; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. XXIX m. septembris, in Festo Sancti Michaëlis Archangeli, anno Domini MCMLXV.—Iosephus Card. PIZZARDO, Ep. Alban., *Praefectus*. Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaestina, *a Secretis*.

3322

1965 OCT 4.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 57 (1965) 877-885

ALLOCUTIO DIE 4 OCT. 1965 HABITA IN CONSILIO NATIONUM UNITARUM: DE HUIUS CONSILII OFFICIIS IN CONSOCIATIONE HUMANA TUTANDA

Au moment de prendre la parole devant cet auditoire unique au monde, Nous tenons à exprimer d'abord Notre profonde gratitude à Monsieur Thant, votre Secrétaire Général, qui a bien voulu Nous inviter à rendre visite aux Nations-Unies à l'occasion du vingtième anniversaire de cette institution mondiale pour la paix et la collaboration entre les peuples de toute la terre.

Merci également à Monsieur le Président de l'Assemblée, Monsieur Amintore Fanfani, qui, dès le jour de son entrée en charge, a eu pour Nous des paroles si aimables.

Merci à vous tous, ici présents, pour votre bienveillant accueil. A chacun d'entre vous, Nous présentons Notre salut cordial et déférent. Votre amitié Nous a convié et Nous admet à cette réunion: c'est en ami que Nous Nous présentons à vous.

En plus de Notre hommage personnel, Nous vous apportons celui du Second Concile Oecuménique du Vatican, actuellement réuni à Rome, et dont les Cardinaux qui Nous accompagnent sont les éminents représentants.

En leur nom, comme au Nôtre, à vous tous, honneur et salut!

Simplicité et grandeur d'une rencontre

Cette rencontre, vous en êtes tous bien conscients, revêt un double caractère: elle est empreinte à la fois de simplicité et de grandeur. De simplicité, car celui qui vous parle est un homme comme vous; il est votre frère, et même un des plus petits parmi vous, qui représentez des Etats Souverains, puisqu'il n'est investi —s'il vous plaît de Nous considérer à ce point de vue— que d'une minuscule et quasi symbolique souveraineté temporelle: le minimum nécessaire pour être libre d'exercer sa mission spirituelle et assurer ceux qui traitent avec lui qu'il est indépendant de toute souveraineté de ce monde. Il n'a aucune puissance temporelle, aucune ambition d'entrer avec vous en compétition. De fait, Nous n'avons rien à demander; aucune question à soulever; tout au / plus un désir à formuler, une 873
permission à solliciter: celle de pouvoir vous servir dans ce qui est de notre compétence, avec désintéressement, humilité et amour.

Telle est la première declaration que Nous avons à faire. Comme vous le voyez, elle est si simple qu'elle peut paraître insignifiante pour cette assemblée, habituée à traiter d'affaires extrêmement importantes et difficiles.

Et pourtant, Nous vous le disions, et vous le sentez tous, ce moment est empreint d'une singulière grandeur: il est grand pour Nous, il est grand pour vous.

Pour Nous d'abord. Oh! Vous savez bien qui Nous sommes. Et quelle que soit votre opinion sur le Pontife de Rome, vous connaissez Notre mission: Nous sommes porteur d'un message pour toute l'humanité. Et Nous le sommes non seulement en Notre Nom personnel et au nom de la grande famille catholique: mais aussi au nom des Frères chrétiens qui partagent les sentiments que Nous exprimons ici, et spécialement de ceux qui ont bien voulu Nous charger explicitement d'être leur interprète. Et tel le messager qui, au terme d'un long voyage, remet la lettre qui lui a été confiée: ainsi Nous avons conscience de vivre l'instant privilégié —si bref soit-il—, où s'accomplit un voeu que Nous portons dans le coeur depuis près de vingt siècles. Oui, vous vous en souvenez. C'est depuis longtemps que sommes en route, et Nous portons avec Nous une longue histoire; Nous célébrons ici l'épilogue d'un laborieux pèlerinage à la recherche d'un colloque avec le monde entier, depuis le jour où Il Nous fut commandé: «allez, portez la bonne nouvelle à toutes les nations!» Or c'est vous qui représentez toutes les nations.

Laissez-Nous vous dire que Nous avons pour vous un message, oui, un heureux message, à remettre à chacun d'entre vous.

Une ratification morale et solennelle

1. Notre message veut être tout d'abord une ratification morale et solennelle de cette haute Institution. Ce message vient de Notre expérience historique. C'est comme «expert en humanité» que Nous apportons à cette Organisation le suffrage de Nos derniers prédécesseurs, celui de tout l'Episcopat Catholique et le Nôtre, convaincu comme Nous le sommes que cette Organisation représente le chemin obligé de la civilisation moderne et de la Paix mondiale.

En disant cela, Nous avons conscience de faire Nôtre aussi bien la / voix des morts que celle des vivants: des 879
morts tombés dans les terribles guerres du passé en rêvant à la concorde et à la paix du monde; des vivants qui y ont survécu, et qui condamnent d'avance dans leurs coeurs ceux qui tenteraient de les renouveler; d'autres vivants encore: les jeunes générations d'aujourd'hui, qui s'avancent confiantes, attendant à bon droit une humanité meilleure. Nous faisons Nôtre aussi la voix des pauvres, des déshérités, des malheureux, de ceux qui aspirent à la justice, à la dignité de vivre, à la liberté, au bien-être et au progrès. Les peuples se tournent vers les Nations-Unies comme vers l'ultime espoir de la concorde et de la paix: Nous osons apporter ici, avec le Nôtre, leur tribut d'honneur et d'espérance. Et voilà pourquoi pour vous aussi ce moment est grand.

Les uns et les autres

2. Nous le savons, vous en êtes pleinement conscients. Ecoutez maintenant la suite de Notre Message. Il est tout entier tourné vers l'avenir. L'édifice que vous avez construit ne doit plus jamais tomber en ruines: il doit être perfectionné et adapté aux exigences que l'histoire du monde présentera. Vous marquez une étape dans le développement de l'humanité: désormais, impossible de reculer, il faut avancer.

A la pluralité des Etats, qui ne peuvent plus s'ignorer les uns les autres, vous proposez une forme de coexistence extrêment simple et féconde. La voici: d'abord vous reconnaissez et vous distinguez *les uns et les autres*. Vous conférez certes pas l'existence aux Etats: mais vous qualifiez comme digne de siéger dans l'assemblée ordonnée de peuples chacune des nations; vous donnez une reconnaissance d'une haute valeur morale et juridique à chaque communauté nationale souveraine, et vous lui garantissez une honorable citoyenneté internationale. C'est déjà un grand service rendu à la cause de l'humanité: bien définir et honorer les sujets nationaux de la communauté mondiale; les établir dans une condition juridique qui leur vaut la reconnaissance et le respect de tous, et d'où peut dériver un système ordonné et stable de vie internationale. Vous sanctionnez le grand principe que les rapports entre les peuples doivent être réglés par la raison, par la justice, le droit, et la négociation, et non par la force, ni par la violence, ni par la guerre, non plus que par la peur et par la tromperie.

C'est ainsi que cela doit être. Et permettez que Nous vous félicitions d'avoir eu la sagesse d'ouvrir l'accès de cette assemblée aux peuples jeunes, aux Etats parvenus
880 depuis peu à l'indépendance et à la liberté / nationales; leur présence ici est la preuve de l'universalité et de la magnanimité qui inspirent les principes de cette institution.

C'est ainsi que cela doit être. Tel est Notre éloge et Notre souhait, et comme vous le voyez Nous ne les attribuons pas du dehors: Nous les tirons du dedans, du génie même de votre Institution.

Les uns avec les autres

3. Votre Statut va plus loin encore: et Notre message s'avance avec lui. Vous existez et vous travaillez pour unir les nations, pour associer les Etats. Adoptons la formule: pour mettre ensemble *les uns avec le autres*. Vous êtes une Association. Vous êtes un pont entre les peuples. Vous êtes un réseau de rapports entre les Etats. Nous serions tenté de dire que votre caractéristique reflète en quelque sorte dans l'ordre temporel ce que notre Eglise Catholique veut être dans l'ordre spirituel: unique et universelle. On ne peut rien concevoir de plus élevé, sur le plan naturel, dans la construction idéologique de l'humanité. Votre vocation est de faire fraterniser, non pas quelques-uns des peuples, mais tous les peuples. Entreprise difficile? Sans nul doute. Mais telle est l'entreprise, telle est votre très noble entreprise. Qui ne voit la nécessité d'arriver ainsi progressivement à instaurer une autorité mondiale en mesure d'agir efficacement sur le plan juridique et politique?

Ici encore Nous répétons Notre souhait: allez de l'avant! Nous dirons davantage: faites en sorte de ramener parmi vous ceux qui se seraient détachés de vous; étudiez le moyen d'appeler à votre pacte de fraternité, dans l'honneur et avec loyauté, ceux qui ne le partagent pas encore. Faites en sorte que ceux qui sont encore au dehors désirent et méritent la confiance commune, et soyez alors généreux à l'accorder. Et vous, qui avez la chance et l'honneur de siéger dans cette assemblée de la communauté pacifique, écoutez-Nous: cette confiance mutuelle qui vous unit et vous permet d'opérer de bonnes et grandes choses, faites en sorte qu'il n'y soit jamais porté atteinte, qu'elle ne soit jamais trahie.

Pas l'un au-dessus de l'autre

4. La logique de ce souhait qui appartient, peut-on dire, à la structure de votre Organisation, Nous porte à le compléter par d'autres formules. Les voici: que personne, en tant que membre de votre union, ne soit supérieur aux autres: *Pas l'un au-dessus de l'autre*. C'est la formule de l'égalité. Nous savons, certes, que d'autres facteurs sont
881 à considérer outre la simple appartenance à votre organisme. Mais l'égalité aussi / fait partie de sa constitution: non pas que vous soyez égaux, mais ici vous vous faites égaux. Et il se peut que, pour plusieurs d'entre vous, ce soit un acte de grande vertu: permettez que Nous vous le disions, Nous, le représentant d'une religion qui opère le salut par l'humilité de son divin Fondateur. Impossible d'être frère si l'on n'est humble. Car c'est l'orgueil, si inévitable qu'il puisse paraître, qui provoque les tensions et les luttes du prestige, de la prédominance, du colonialisme, de l'égoïsme: c'est lui qui brise la fraternité.

Jamais plus les uns contre les autres

5. Et ici Notre Message atteint son sommet. Négativement d'abord: c'est la parole que vous attendez de Nous et que Nous ne pouvons prononcer sans être conscient de sa gravité et de sa solennité: *jamais plus les uns contre les autres*, jamais, plus jamais! N'est-ce pas surtout dans ce but qu'est née l'Organisation des Nations-Unies: contre la guerre et pour la paix? Ecoutez les paroles lucides d'un grand disparu, John Kennedy, qui proclamait, il y a quatre ans: «L'humanité devra mettre fin à la guerre, ou c'est la guerre qui mettra fin à l'humanité». Il n'est pas besoin de longs discours pour proclamer la finalité suprême de votre Institution. Il suffit de rappeler que le sang de millions d'hommes, que des souffrances inouïes et innombrables, que d'inutiles massacres et d'épouvantables ruines sanctionnent le pacte qui vous unit, en un serment qui doit changer l'histoire future du monde: jamais plus la guerre, jamais plus la guerre! C'est la paix, la paix, qui doit guider le destin des peuples et de toute l'humanité!

Merci à vous, gloire à vous, qui depuis vingt ans travaillez pour la paix, et qui avez même donné à cette sainte cause d'illustres victimes! Merci à vous et gloire à vous pour les conflits que vous avez empêchés et pour ceux que vous avez réglés. Les résultats de vos efforts en faveur de la paix, jusqu'à ces tout derniers jours, méritent, même s'ils ne sont pas encore décisifs, que Nous osions Nous faire l'interprète du monde entier et que Nous vous exprimions en son nom félicitations et gratitude.

Construire la paix

Vous avez, Messieurs, accompli, et vous accomplissez une grande oeuvre: vous enseignez aux hommes la paix. L'ONU est la grande école où l'on reçoit cette éducation, et nous sommes ici dans l'*Aula Magna* de cette école. Quiconque prend place ici devient élève et devient maître dans l'art de construire la paix. Et quand vous sortez de cette salle, le / monde regarde vers vous comme vers les 882
architectes, les constructeurs de la paix.

La paix, vous le savez, ne se construit pas seulement au moyen de la politique et de l'équilibre des forces et des intérêts. Elle se construit avec l'esprit, les idées, les oeuvres de la paix. Vous travaillez à cette grande oeuvre. Mais vous n'êtes encore qu'au début de vos peines. Le monde arrivera-t-il jamais à changer la mentalité particulariste et belliqueuse qui a tissé jusqu'ici une si grande partie de son histoire? Il est difficile de le prévoir; mais il est facile d'affirmer qu'il faut se mettre résolument en route vers la nouvelle histoire, l'histoire pacifique, celle qui sera vraiment et pleinement humaine, celle-là même que Dieu a promise aux hommes de bonne volonté. Les voies en sont tracées devant vous: la première est celle du désarmement.

Si vous voulez être frères, laissez tomber les armes de vos mains. On ne peut pas aimer avec des armes offensives dans les mains. Les armes, surtout les terribles armes que la science moderne vous a données, avant même de causer des victimes et des ruines, engendrent de mauvais rêves, alimentent de mauvais sentiments, créent des cauchemars, des défiances, de sombres résolutions; elles exigent d'énormes dépenses; elles arrêtent les projets de solidarité et d'utile travail; elles faussent la psychologie des peuples. Tant que l'homme restera l'être faible, changeant, et même méchant qu'il se montre souvent, les armes défensives seront, hélas!, nécessaires. Mais vous, votre courage et votre valeur vous poussent à étudier les moyens de garantir la sécurité de la vie internationale sans recourir aux armes: voilà un but digne de vos efforts, voilà ce que les peuples attendent de vous. Voilà ce qu'il faut obtenir! Et pour cela, il faut que grandisse la confiance unanime en cette Institution, que grandisse son autorité; et le but alors —on peut l'espérer— sera atteint. Vous y gagnerez la reconnaissance des peuples, soulagés des pesantes dépenses des armements, et délivrés du cauchemar de la guerre toujours imminente.

Vous savons —et comment ne pas Nous en réjouir?— que beaucoup d'entre vous ont considéré avec faveur l'invitation que Nous avons lancée pour la cause de la paix, de Bombay, à tous les Etats, en décembre dernier: consacrer au bénéfice des Pays en voie de développement une partie au moins des économies qui peuvent être réalisées grâce à la réduction des armements. Nous renouvelons ici cette invitation, avec la confiance que Nous inspirent vos sentiments d'humanité et de générosité. / 883

http://www.obrascatolicas.com

Les uns pour les autres

6. Parler d'humanité, de générosité, c'est faire écho à un autre principe constitutif des Nations-Unies, son sommet positif: ce n'est pas seulement pour conjurer les conflits entre les Etats que l'on oeuvre ici; c'est pour rendre les Etats capables de travailler *les uns pour les autres*. Vous ne vous contentez pas de faciliter la coexistence entre les nations: vous faites un bien plus grand pas en avant, digne de Notre éloge et de Notre appui: vous organisez la collaboration fraternelle des Peuples. Ici s'instaure un système de solidarité, qui fait que de hautes finalités, dans l'ordre de la civilisation, reçoivent l'appui et ordonné de toute la famille des Peuples, pour le bien de tous et de chacun. C'est ce qu'il y a de plus beau dans l'Organisation des Nations-Unies, c'est son visage humain le plus authentique; c'est l'idéal dont rêve l'humanité dans son pèlerinage à travers le temps; c'est le plus grand espoir du monde; Nous oserons dire: c'est le reflet du dessein de Dieu —dessein transcendant et plein d'amour— pour le progrès de la société humaine sur la terre, reflet où Nous voyons le message évangélique, de céleste, se faire terrestre. Ici, en effet, il Nous semble entendre l'écho de la voix de Nos Prédécesseurs, et de celle, en particulier, du Pape Jean XXIII, dont le Message de *Pacem in terris* [LE 3110] a trouvé parmi vous une résonance si honorable et si significative.

Droits et devoirs de l'homme

Ce que vous proclamez ici, ce sont les droits et les devoirs fondamentaux de l'homme, sa dignité, sa liberté, et avant tout la liberté religieuse. Nous sentons que vous êtes les interprètes de ce qu'il y a de plus haut dans la sagesse humaine, Nous dirions presque: son caractère sacré. Car c'est, avant tout, de la vie de l'homme qu'il s'agit, et la vie de l'homme est sacrée: personne ne peut oser y attenter. C'est dans votre Assemblée que le respect de la vie, même en ce qui concerne le grand problème de la natalité, doit trouver sa plus haute profession et sa plus raisonnable défense. Votre tâche est de faire en sorte que le pain soit suffisamment abondant à la table de l'humanité, et non pas de favoriser un contrôle artificiel des naissances, qui serait irrationnel, en vue de diminuer le nombre des convives au banquet de la vie.

Mais il ne suffit pas de nourrir les affamés: encore faut-il assurer à chaque homme une vie conforme à sa dignité. Et c'est ce que vous vous efforcez de faire. N'est-ce pas
884 l'accomplissement, sous Nos yeux, et grâce / à vous, de l'annonce prophétique qui s'applique si bien à votre Institution: «Ils fondront leurs épées pour en faire des charrues et leurs lances pour en faire des faux»? [1]. N'employez-vous pas les prodigieuses énergies de la terre et les magnifiques inventions de la science non plus en instruments de mort, mais en instruments de vie pour la nouvelle ère de l'humanité?

Nous savons avec quelle intensité et quelle efficacité croissantes l'Organisation des Nations-Unies et les organismes mondiaux qui en dépendent travaillent pour aider les Gouvernements qui en ont besoin à hâter leur progrès économique et social.

Nous savons avec quelle ardeur vous vous employez à vaincre l'analphabétisme et à répandre la culture dans le monde; à donner aux hommes une assistance sanitaire appropriée et moderne; à mettre au service de l'homme les merveilleuses ressources de la science, de la technique, de l'organisation: tout cela est magnifique et mérite l'éloge et l'appui de tous, y compris le Nôtre.

Nous voudrions Nous aussi donner l'exemple, même si la petitesse de Nos moyens empêche d'en apprécier la portée pratique et quantitative: Nous voulons donner à Nos institutions caritatives un nouveau développement contre la faim du monde et en faveur de ses principaux besoins: c'est ainsi, et pas autrement, qu'on construit la paix.

Construire sur des principes spirituels

7. Un mot encore, Messieurs, un dernier mot: cet édifice que vous construisez ne repose pas sur des bases purement matérielles et terrestres, car ce serait alors un édifice construit sur le sable; il repose avant tout sur nos consciences. Oui, le moment est venu de la «conversion», de la transformation personnelle, du renouvellement intérieur. Nous devons nous habituer à penser d'une manière nouvelle l'homme; d'une manière nouvelle aussi la vie en commun des hommes, d'une manière nouvelle enfin les chemins de l'histoire et les destins du monde, selon la parole de saint Paul: «revêtir l'homme nouveau créé selon Dieu dans la justice et la sainteté de la vérité» [2]. Voici arrivée l'heure où s'impose une halte, un moment de recueillement, de réflexion, quasi de prière: repenser à notre commune origine, à notre histoire, à notre destin commun. 885
Jamais comme aujourd'hui, dans une époque marquée par un tel progrès humain, n'a été aussi nécessaire l'appel à la conscience morale de l'homme. Car le péril ne vient ni du progrès ni de la science, qui, bien utilisés, pourront au contraire résoudre un grand nombre des graves problèmes qui assaillent l'humanité. Le vrai péril se tient dans l'homme, qui dispose d'instruments toujours plus puissants, aptes aussi bien à la ruine qu'aux plus hautes conquêtes.

En un mot, l'édifice de la civilisation moderne doit se construire sur des principes spirituels, les seuls capables non seulement de la soutenir, mais aussi de l'éclairer et de l'animer. Et ces indispensables principes de sagesse supérieure ne peuvent reposer —c'est Notre conviction, vous le savez— que sur la foi en Dieu. Le Dieu inconnu dont parlait Saint Paul aux Athéniens sur l'aréopage? Inconnu de ceux, qui pourtant, sans s'en douter, le cherchaient et l'avaient près d'eux, comme il arrive à tant d'hommes de notre siècle?... Pour nous, en tout cas, et pour tous ceux qui accueillent l'ineffable révélation que le Christ nous a fait de lui, c'est le Dieu vivant, le Père de tous les hommes.

Adn. R. CERECEDA in PrM 55 (1966) 725-747.

3323

1965 OCT 4.-CONV. c. SAXONIA INF. AAS 57 (1965) 858

RATIHABITIO CONVENTIONIS INTER APOSTOLICAM SEDEM ET SAXONIAM INFERIOREM

Vide *textum* sub die 26 feb. 1965: LE 3265.

3324

1965 OCT 6.-SC. RITUUM, RESCRIPTUM. PART.*

VARIATIONES IN RITU VESTITIONIS ET PROFESSIONIS IN ORDINE FRATRUM MINORUM

PRECES—*Beatissimo Padre*, il Procuratore Generale dell'Ordine dei Frati Minori, prostrato al bacio del Sacro Piede, espone umilmente quanto segue:

La Commissione Liturgica istituita presso la Curia Generale dell'Ordine, dopo matura considerazione, propone di chiedere alla Santa Sede le seguenti facoltà:

1. La facoltà di fare la *Vestizione* prima della Santa Messa e non dopo, modificando su questo punto il Rituale attuale;

2. La facoltà di fare la *Professione dei voti temporanei* durante la S. Messa dopo la lettura del santo Vangelo e l'Omelia, prima della «Orazione dei fedeli», come è raccomandato dalla stessa Costituzione Conciliare sulla sacra Liturgia al n. 80;

3. La facoltà di fare le seguenti modifiche al rito attuale della Professione dei voti temporanei: *a)* di sopprimere la prima interrogazione o domanda: «Fratres carissimi, quae est petitio vestra», per conservare soltanto la seconda: «Vultis, fratres carissimi, etc.», da farsi dopo l'Omelia; *b)* di cantare l'inno «Te Deum» coi versetti e le orazioni dopo la Santa Messa; *c)* di poter fare il rito della Professione all'altare o al banco o alla balaustra, ove sia più adatto. E della grazia...

RESCR.—Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatem sibi a Ssmo Domino nostro Paulo Papa VI tributarum, attentis expositis necnon specialis Commissionis liturgicae suffragio, benigne precibus annuit prout sequitur:

Ad I. *Affirmative*. Ad II. *Affirmative*. Ad III: a) *Negative;* b) *Affirmative;* c) *Negative;* professio igitur fiat ad altare.

[1] *Is.* 2, 4. [2] *Eph.*, 4 2-3

Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 6 Octobris 1965.—Arcadius M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praef.* Fr. Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *S. R. C. a Secretis.*

* Procuratori Gen. O. F. M., Prot. N. O. 96/965: AOFM 85 (1966) 41; 86 (1967) 159.

3325

1965 OCT 15.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

MISSA EXSEQUIALIS DICI POTEST IN PERVIGILIIS DIERUM LITURGICORUM IN QUIBUS MISSA EXSEQUIALIS PROHIBETUR

Exc^mus ac Rev^mus Dominus Sanctus Moro, Episcopus Abulen. in Hispania, Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione exhibuit, nimirum:

Utrum in exsequiis vespere peractis pervigilii alicuius diei liturgici in quo Missa exsequialis prohibetur, eadem Missa dici posit, absque tamen cantu.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audito Commissionis liturgicae suffragio reque mature perpensa, proposito dubio respondit: *Affirmative.*

Die 15 octobris 1965.—Arcadius M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, *a Secretis.*

* Ordinario Abulensi: Notit. 2 (1966) 181.

3326

1965 OCT 18.-SC CONCILII, INSTRUCTIO. PART.*

NOTIFICENTUR FIDELIBUS NORMAE CIRCA ACCEPTATIONEM ET SATISFACTIONEM MISSARUM INFRA ELEEMOSYNAM DIOECESANAM OBLATARUM

Madrid, 29 de diciembre de 1965

Excelencia Reverendísima: Ya en el año 1941, esta Nunciatura Apostólica informó con carácter reservado a los excelentísimos ordinarios de España del decreto de la Sagrada Congregación del Concilio *de Missarum reductione et satisfactione* (de fecha 1 de agosto de 1941, número 3.165).

El número 5 de dicho decreto prescribía que los sacerdotes de uno y otro clero no aceptasen para la celebración de las Santas Misas una limosna inferior a la diocesana y vigente en las diócesis; y ello al objeto de asegurar la debida satisfacción de las mismas Santas Misas.

«Et ne hac de causa —se añadía en el siguiente número 6— qui tenuioris sunt conditionis prohibeant Missas applicandas tradere, locorum Ordinarii praescribere curent ut in unaquaque ecclesia, etiam religiosa seu regulari, collocetur capsa aliqua ad oblationes, cuiusvis sint valoris, colligendas pro Missis applicandis, et ex pecunia ita collecta tot applicentur Missae ad mentem oblatorum quot satis sint ad rationem eleemosynae in dioecesi vigentis.»

Ahora, la referida Sagrada Congregación del Concilio, con fecha 18 de octubre de 1965 (Prot. núm. 101324/D), añade la siguiente instrucción:

Puesto que el canon 836 del Código de Derecho canónico prescribe que «in ecclesiis, in quibus ob fidelium peculiarem devotionem Missarum eleemosynae ita affluunt, ut omnes Missae celebrari ibidem debito tempore nequeant, moneantur fideles, per tabellam in loco patenti et obvio positam, Missas oblatas celebraturum iri vel ibidem, cum commode poterit, vel alibi», será oportuno en dicha *tabella* se notifique a los fieles también lo arriba dicho acerca de la limosna inferior a la establecida en la diócesis para la celebración de Santas Misas.

Al tener el honor de comunicar a vuestra excelencia reverendísima cuanto precede, aprovecho gustoso la oportunidad para reiterarme, con el más afectuoso saludo, de Vuestra Excelencia Reverendísima atto. s. s.—Ant. RIBERI, *Nuncio Apostólico.*

* Prot. N. 101324/D. Textus datur iuxta notificationem Ordinariis Hispaniae a Nuntio Ap. die 29 Dec. 1965 factam: **Ilustración del clero** 59 (1966) 128.

3327

1965 OCT 18.-SC STUD., DECR. AAS 58 (1966) 250-251

STUDIUM THEOLOGICUM «SANCTI AUGUSTINI», IN LOCO SIEGBURG PROPE BONNAM IN GERMANIA, FACULTATI SACRAE THEOLOGIAE PONTIFICII ATHENAEI ANSELMIANI IN URBE AGGREGATUR, FACTA FACULTATI POTESTATE CONFERENDI PER STUDIUM GRADUS ACADEMICOS BACCALAUREATUS ET LICENTIAE SACRAE THEOLOGIAE

Universorum hominum salutem opere verboque ministrare Catholicae Ecclesiae indesinenter interest omnium-

que virorum qui, Christi Domini vestigia prementes, omnia omnibus facti animas Deo lucrifacere contendunt. Ad hoc autem excelsum assequendum propositum, Novi Foederis ministri «arma militiae non carnalis» quibus «in captivitatem redigant omnem intellectum in obsequium Christi» (*2 Cor.* 10, 4) seu «arma lucis» (*Rom.* 13, 12) comparare debent, quibus munitus «perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus» (*2 Tim.* 3, 17). Quo plures praestantioresque huiusmodi apparerentur «operarii inconfusibiles recte tractantes verbum veritatis» (*2 Tim.* 2, 15), Societas condita est a Verbo Divino appellata, quae hoc ineunte saeculo procera arbor excreverat longe lateque uberrimos ramos extendens. Cuius optime meritae religiosae sodalitatis altiorum studiorum domicilium a Sancto Augustino nuncupatum in loco Siegburg dicto prope Bonnam in Germania anno rep. sal. MCMXXV inchoatum est, quo penitius missionarii Evangelii nuntii in omnes orbis plagas profecturi theologica doctrina imbuerentur omnimodaque cognitione erudirentur quae ad hominum attingendas mentes movendaque corda nostris diebus sane requiruntur. Quum insuper nuper perillustre Institutum «Anthropos», a doctissimo s. r. P. Guilelmo Schmidt S. V. D. compositum ac exquisita doctrina decoratum, in laudato Theologico Studio definitivam sedem fixerit, simulque «Institutum Missionarium» praeclaris praesidentibus magistris ibidem ordinatum sit, idem religiosarum scientiarum sacrarium fastigium pertingere visum est, assumpto speciali munere ethnologiam anthropologiamque atque psychologiam tum individualem tum collectivam (seu sociologiam) religiosas necnon achristianas religiones fun/ditus investigandi, docendi scriptisque divulgandi. 251
Exhibita tandem instantissima postulatione Superioris Generalis memoratae Societatis ut idem Institutum ad dignitatem academicam eveheretur, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, Ssmo D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI benevolenter annuente, in Dei gloriam Ecclesiaeque decus per accuratam clericorum institutionem in psychologiam ethnologiam anthropologiam religiosam, atque variorum populorum religionum cultuumque diligentissimam notionem, fovenda augendaque ad normam Encyclicarum Litterarum eiusdem Summi Pontificis Pauli VI *Ecclesiam Suam* (*A. A. S.* LVI, 1964, pp. 637-654) [LE 3211], Studium Theologicum Collegii a Sancto Augustino nuncupati Societatis Verbi Divini, prope Bonnam in Germania, Theologicae Facultati Pontificii Athenaei Sancti Anselmi in Urbe *aggregat atque aggregatum ad quinquennium et ad experimentum constituit declaratque,* potestate Facultati collata Sacrae Theologiae Baccalaureatum post expletum theologicum triennium necnon Licentiam post quadriennium (donec aliter provideatur) alumnis eiusdem religiosae Societatis qui specialia examina tum scripto tum ore sub vigilantia, ductu et auctoritate Facultatis, in aedibus vel Athenaei vel Collegii «Sancti Augustini», bene superaverint, ad normas tum Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominus* [LE 1030] adnexarumque *Ordinationum* [LE 1033] tum approbatorum Statutorum ad amussim retentas; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. XVIII mensis octobris, in die festo Sancti Lucae Evangelistae, anno Domini MCMLXV.—Iosephus Card. PIZZARDO, Ep. Alban., *Praefectus.* Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaestina, *a Secretis.*

3328

1965 OCT 19.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR SATISFACIENDI MISSAE FESTIVAE VESPERE SABBATI VEL ANTECEDENTI DIEBUS FESTIVIS IN GERMANIA

PRECES—*Beatissime Pater*, Praeses Coetus Episcoporum Germaniae, a Sanctitate Vestra pro singulis locorum Ordinariis humiliter facultatem postulat concedendi in casibus specialibus anticipationem Missae diei Dominicae vel Festi de praecepto in pervigilio cum indulto ut fideles Sacro adsistentes satisfacere valeant praescripto canonis 1248 Codicis Juris Canonici. Ratio petitionis est penuria sacerdotum, praesertim in regionibus diasporae, et creba populi demigratio in fines hebdomadae. Simul petitur ut singulis Ordinariis committatur facultas determinandi ecclesias et personas quibus indultum obveniat.

RESCR.—Sacra Congregatio Concilii, attentis expositis, omnibus Germaniae locorum Ordinariis benigne tribuit facultates iuxta preces, ad quinquennium et ad experimen-

http://www.obrascatolicas.com

tum, sub lege adhibendi textus liturgicos diei sequentis et habendi homeliam Orationemque fidelium, ad mentem Instructionis S. Rituum Congregationis diei 26 septembris 1964, nn. 53 seq.; cauto insuper ut in animis fidelium fixum remaneat diem Deo dicatum Dominicam esse.

Datum Romae die 19 octobris 1965.—P. Card. CIRIACI, *Praefectus.* P. Palazzini, *a Secretis.*

* Praesidi Conferentiae episcopali Germaniae, Prot. N. 10172?/D: AKKR 135 (1966) 253-254.

3329

1965 OCT 19.-CONS. LITURGIAE, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR DISPENSANDI A RECITATIONE HORAE LITURGICAE PRIMAE

Instante Revmo P. Aniceto Fernández Magistro Generali Ordinis Fratrum Praedicatorum, litteris die 15 octobris datis, vigore facultatum huic «Consilio» a Summo Pontifice Paulo Pp. VI tributarum, conceditur ut idem Magister Generalis Sodales Sui Instituti ab obligatione recitandi Horam Primam, tam in choro quam extra chorum, dispensare valeat, ita ut Ordo etsi choro adstrictus, obligatione hanc Horam divini officii persolvendi amplius non teneatur.

Contrariis quibuslibet non obstantibus. E Civitate Vaticana, die 19 octobris 1965.—Iacobus Card. LERCARO, *Praeses.* A. Bugnini, CM., *a Secretis.*

* Ordini Fratrum Praedicatorum, Prot. N. 3787/65: AOP 37 (1965-66) 299.

3330

1965 OCT 27.-PAULUS VI, LITT. AP. AAS 58 (1966) 131-132

NUNTIATURA APOSTOLICA IN CHENIANA REPUBLICA ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quantum utilitatis e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi intercedunt cum Civitatibus, soleat exsistere, neminem latet estque usu iam dudum comprobatum. Cum igitur commodum esse visum fuerit Apostolicam Sedem et Chenianam Rempublicam publicis huiusmodi vinculis inter se
132 coniungi, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione / Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi in Republica Cheniae *Nuntiaturam Apostolicam* erigimus et constituimus, cuius sedem in urbe Nairobia collocamus. Eidem ergo sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi sic constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII mensis Octobris, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3331

1965 OCT 27.-PAULUS VI, LITT. AP. AAS 57 (1965) 962-963

NUNTIATURA APOSTOLICA IN ZAMBIA ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Africae gentes amanti respicimus studio, quae ad civilem cultum alacres nituntur, quarumque plures hac aetate factae sunt sui iuris; imprimis autem cum gaudio animadvertimus inter eas

Evangelium Christi proficere multorumque voluntates propensas esse in Apostolicam Sedem. Cum igitur huic cum Civitate Zambiae convenisset, ut, ad communem utilitatem, publicae necessitudinis rationibus inter se coniungerentur, visum est Nobis Legationem praecipui ordinis ibi constituere. Itaque, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in *Zambia Apostolicam Nuntiaturam erigimus*, cuius sedem in urbe Lusaca collocamus, 963
eique omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi sic per Nos constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII mensis Octobris, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3332

1965 OCT 28.-CONC. VAT. II, DECR. AAS 58 (1966) 673-701

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei una cum Sacrosancti Concilii Patribus. Ad perpetuam rei memoriam

Decretum de pastorali episcoporum munere in ecclesia

PROOEMIUM

1. Christus Dominus, Filius Dei vivi, qui venit ut salvum faceret populum suum a peccatis [1] utque omnes homines sanctificarentur, sicut Ipse missus est a Patre, ita et misit Apostolos suos [2], quos ideo sanctificavit, tradens eis Spiritum Sanctum, ut et ipsi glorificarent Patrem super terram et homines salvos facerent, «in aedificationem Corporis Christi» *(Eph.* 4, 12) quod est Ecclesia.

2. In hac Christi Ecclesia, Romanus Pontifex, ut successor Petri, cui oves et agnos suos pascendos Christus concredidit, suprema, plena, immediata et universali in curam animarum, ex divina institutione, gaudet potestate. Qui ideo, cum tamquam omnium fidelium pastor ad bonum commune Ecclesiae universae et ad bonum singularum Ecclesiarum procurandum missus sit, super omnes Ecclesias ordinariae potestatis obtinet principatum./ 674

Episcopi autem et ipsi, positi a Spiritu Sancto, in Apostolorum locum succedunt ut animarum pastores [3], atque, una cum Summo Pontifice et sub Eiusdem auctoritate, ad Christi, aeterni Pastoris, opus perenne reddendum missi sunt [4]. Christus enim Apostolis eorumque successoribus dedit mandatum atque potestatem ut docerent omnes gentes, hominesque sanctificarent in veritate atque pascerent. Episcopi itaque, per Spiritum Sanctum qui datus est eis, veri et authentici effecti sunt fidei Magistri, Pontifices ac Pastores [5].

3. Hoc suum episcopale munus, quod per consecrationem episcopalem susceperunt [6], Episcopi, sollicitudinis omnium Ecclesiarum participes, in communione et sub auctoritate Summi Pontificis exercent, ad magisterium et regimen pastorale quod attinet, omnes uniti in Collegio seu corpore quoad universam Dei Ecclesiam.

Illud exercent singuli quoad assignatas sibi dominici gregis partes, unusquisque Ecclesiae particularis sibi commissae curam gerens aut quandoque aliqui coniunctim necessitatibus quibusdam diversarum Ecclesiarum communibus providentes.

[1] Cf. Mt. 1, 21. [2] Cf. Io. 20, 21.
[3] Cf. CONC. VAT. I, Const. dogm. I, de Ecclesia Christi, *Pastor aeternus*, cap. 3; DENZ. 828 (3061).
[4] Cf. CONC. VAT. I, Const. dogm. I, de Ecclesia Christi, *Prooem.*; DENZ. 821 (3050).
[5] Cf. CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, cap. III, nn. 21, 24, 25: AAS 57 (1965), pp. 24-25, 29-31 [LE 3232].
[6] Cf. CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, cap. III, n. 21: AAS 57 (1965), pp. 24-25 [LE 3232].

Quare Sacrosancta Synodus, attentis etiam condicionibus hominum consociationis, quae nostra hac aetate, ad novum fertur rerum ordinem [7], pressius determinare intendens pastorale Episcoporum munus, haec quae sequuntur statuit.

CAPUT I—DE EPISCOPIS QUOAD UNIVERSAM ECCLESIAM

I. Partes quas habent Episcopi quoad universam Ecclesiam

4. Episcopi, vi sacramentalis consecrationis et hierarchica communione cum Collegii Capite atque membris, constituuntur membra Corporis episcopalis [1]. «Ordo autem
675 Episcoporum, qui collegio Apostolo/rum in magisterio et regimine pastorali succedit, immo in quo corpus apostolicum continuo perseverat, una cum Capite suo Romano Pontifice, et numquam sine hoc Capite, subiectum quoque supremae ac plenae potestatis in universam Ecclesiam exsistit, quae quidem potestas nonnisi consentiente Romano Pontifice exerceri potest» [2]. Haec vero potestas «sollemni modo in Concilio Oecumenico exercetur» [3]: ideo Sacrosancta Synodus decernit omnibus Episcopis, qui sint membra Collegii episcopalis, ius esse ut Concilio Oecumenico intersint.

«Eadem potestas collegialis una cum Papa exerceri potest ab Episcopis in orbe terrarum degentibus, dummodo Caput Collegii eos ad actionem collegialem vocet, vel saltem Episcoporum dispersorum unitam actionem approbet vel libere recipiat, ita ut verus actus collegialis efficiatur» [4].

5. Episcopi e diversis orbis regionibus selecti, modis et rationibus a Romano Pontifice statutis vel statuendis, Supremo Ecclesiae Pastori validiorem praestant adiutricem operam in Consilio, quod proprio nomine *Synodus Episcoporum* [5] appellatur, quae quidem, utpote totius catholici Episcopatus partes agens, simul significat omnes Episcopos in hierarchica communione sollicitudinis universae Ecclesiae participes esse [6].

6. Episcopi, qua legitimi Apostolorum successores et Collegii episcopalis membra, inter se coniunctos semper se sciant atque omnium Ecclesiarum sollicitos sese exhibeant, cum ex Dei institutione et praecepto apostolici muneris unusquisque Ecclesiae una cum ceteris Episcopis sponsor sit [7]. Praesertim solliciti sint de illis orbis terrarum regionibus in quibus verbum Dei nuntiatum nondum est aut in quibus, praecipue ob parvum sacerdotum numerum, christifideles in periculo versantur a vitae christianae man-
676 datis discedendi, immo et ipsam fidem amittendi./

Quare omnibus viribus satagant ut evangelizationis et apostolatus opera a fidelibus alacriter sustineantur et promoveantur. Insuper curare studeant ut apti praeparentur sacrorum administri necnon auxiliares tum religiosi tum laici pro missionibus atque regionibus cleri penuria laborantibus. Curent etiam ut, quantum possibile sit, aliqui ex suis sacerdotibus praedictas missiones vel dioeceses adeant, ibidem sacrum ministerium in perpetuum aut saltem ad praefinitum tempus peracturi.

Prae oculis habeant praeterea Episcopi in usu bonorum ecclesiasticorum rationem quoque esse habendam necessitatum non tantum suae dioecesis sed et aliarum particularium Ecclesiarum, quippe quae unius Ecclesiae Christi sint partes. Attendant denique ad calamitates pro viribus sublevandas, quibus aliae dioeceses vel regiones laborant.

7. Maxime illos Sacrorum Antistites, qui propter nomen Christi calumniis et angustiis vexantur, in carceribus detinentur, vel suo ministerio prohibentur, fraterno amplectantur animo eosque germana actuosa cura prosequantur, ut eorum dolores precatione et opera Confratrum leniantur et mulceantur.

[1] Cf. IOANNES XXIII, Const. Apost. *Humanae salutis*, 25 dec. 1961. AAS 54 (1962), p. 6 [LE 3026].
[2] Cf. CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, cap. III, n. 22: AAS 57 (1965), pp. 25-27 [LE 3232].
[3] CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, ibid.
[4] CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, ibid.
[5] CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, ibid.
[6] CF. PAULUS VI, Motu proprio *Apostolica Sollicitudo*, 15 sept. 1965: AAS 57 (1965), pp. 775-780 [LE 3318].
[7] CF. CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, cap. III, n. 23: AAS 57 (1965), pp. 27-28 [LE 3232].
[7] CF. PIUS XII, Litt. Encycl. *Fidei donum*, 21 apr. 1957: AAS 49 (1957), p. 237 [LE 2650]; cf. etiam: BENEDICTUS XV, Epist. Ap. *Maximum illud*, 30 nov. 1919: AAS 11 (1919), p. 440 [LE 221]; PIUS XI, Litt. Encycl. *Rerum Ecclesiae*, 28 febr. 1926: AAS 18 (1926), p. 68 ss. [LE 693].

II. Episcopi et Apostolica Sedes

8. *a)* Episcopis, ut Apostolorum successoribus, in dioecesibus ipsis commissis per se omnis competit potestas ordinaria, propria ac immediata, quae ad exercitium eorum muneris pastoralis requiritur, firma semper in omnibus potestate quam, vi muneris sui, Romanus Pontifex habet sibi vel alii Auctoritati causas reservandi.

b) Singulis Episcopis dioecesanis facultas fit a lege generali Ecclesiae in casu particulari dispensandi fideles in quos ad normam iuris exercent auctoritatem, quoties id ad eorum bonum spirituale conferre iudicent, nisi a Suprema Ecclesiae Auctoritate specialis reservatio facta fuerit.

9. In exercenda suprema, plena et immediata potestate in universam Ecclesiam, Romanus Pontifex utitur Romanae Curiae Dicasteriis, quae proinde nomine et auctoritate illius munus suum explent in bonum Ecclesiarum et in servitium Sacrorum Pastorum.

Exoptant autem Sacrosancti Concilii Patres ut haec Dicasteria, quae quidem Romano Pontifici atque Ecclesiae Pastoribus eximium praebuerunt auxilium, novae ordinationi, necessitatibus temporum, regionum ac Rituum magis aptatae, subiciantur, praesertim quod spectat eorundem numerum, nomen, competentiam propriamque procedendi ratio/nem atque inter se laborum coordinationem [8]. 677
Exoptant pariter ut, ratione habita muneris pastoralis Episcoporum proprii, Legatorum Romani Pontificis officium pressius determinetur.

10. Praeterea cum eadem Dicasteria ad universalis Ecclesiae bonum sint constituta, optatur ut eorum Membra, Officiales et Consultores, necnon Legati Romani Pontificis, quantum fieri potest, ex diversis Ecclesiae regionibus magis assumantur, ita ut catholicae Ecclesiae officia seu organa centralia indolem vere universalem prae se ferant.

In votis quoque est ut inter Dicasteriorum Membra cooptentur etiam aliqui Episcopi praesertim dioecesani, qui mentem, optata ac necessitates omnium Ecclesiarum Summo Pontifici plenius referre valeant.

Denique perutile esse censent Concilii Patres si eadem Dicasteria laicos, virtute, scientia et experientia praestantes, magis audiant, ita ut et ipsi in rebus Ecclesiae partes sibi congruentes habeant.

CAPUT II—DE EPISCOPIS QUOAD ECCLESIAS PARTICULARES SEU DIOECESES

I. Episcopi Dioecesani

11. Dioecesis est Populi Dei portio, quae Episcopo cum cooperatione presbyterii pascenda concreditur, ita ut, pastori suo adhaerens ab eoque per Evangelium et Eucharistiam in Spiritu Sancto congregata, Ecclesiam particularem constituat, in qua vere inest et operatur Una Sancta Catholica et Apostolica Christi Ecclesia.

Singuli Episcopi, quibus Ecclesiae particularis cura commissa est, sub auctoritate Summi Pontificis, tamquam proprii, ordinarii et immediati earum pastores, oves suas in nomine Domini pascunt, munus docendi, sanctificandi et regendi in eas exercentes. Ipsi tamen agnoscant iura, quae sive Patriarchis sive aliis hierarchicis Auctoritatibus legitime competunt [1].

Ad suum autem apostolicum munus intendant Episcopi ut Christi testes coram omnibus hominibus, non solum iis providentes qui iam Principem Pastorum sequuntur, sed 678
iis quoque toto animo sese devo/ventes qui a via veritatis quoquo modo deflexerunt aut Christi Evangelium et misericordiam salutiferam ignorant, donec «in omni bonitate et iustitia et veritate» *(Eph.* 5, 9) tandem omnes ambulent.

12. In exercendo suo munere docendi, Christi Evangelium hominibus annuntient, quod inter praecipua Episcoporum munera eminet [2], eos in Spiritus fortitudine ad fidem vocantes aut in fide viva confirmantes; integrum Christi mysterium ipsis proponant, illas nempe veritates quarum ignorantia, Christi ignorantia est, itemque viam

[8] Cf. PAULUS VI, Allocutio ad Em.mos Patres Cardinales, Exc.mos Praesules, Rev.mos Praelatos ceterosque Romanae Curiae Officiales, 21 sept. 1963: AAS 55 (1963), p. 793 ss.
[1] Cf. CONC. VAT. II, Decr. de Ecclesiis Orientalibus Catholicis, *Orientalium Ecclesiarum*, nn. 7-11: AAS 57 (1965), pp. 79-80 [LE 3233].
[2] Cf. CONC. TRID., Sess. V, Decr. *de reform.*, c. 2, MANSI 33, 30; Sess. XXIV, Decr. *de reform.*, c. 4, MANSI 33, 159; CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, cap. III, n. 25: AAS 57 (1965), p. 29 ss. [LE 3232].

http://www.obrascatolicas.com

quae divinitus revelata est ad glorificationem Dei atque eo ipso ad beatitudinem aeternam consequendam [3].

Ostendant insuper res ipsas terrestres et humana instituta secundum Dei Creatoris consilium, ad hominum salutem quoque ordinari et ideo ad aedificationem Corporis Christi non parum conferre posse.

Edoceant ideo quanti, iuxta doctrinam Ecclesiae, aestimanda sit persona humana cum sua libertate et ipsa corporis vita; familia eiusque unitas et stabilitas, prolisque procreatio et educatio; civile consortium cum suis legibus et professionibus; labor et otia, artes et technica inventa; paupertas et opum affluentia; rationes denique exponant quibus solvendae sunt de bonorum materialium possessione, incremento ac recta distributione, de pace et bello, de fraterna omnium populorum conversatione gravissimae quaestiones.»

13. Doctrinam christianam proponant ratione temporum necessitatibus aptata, quae scilicet respondeat difficultatibus et quaestionibus quibus maxime homines premuntur et anguntur; eandem doctrinam quoque tueantur, ipsos fideles docentes illam defendere et propagare. In eadem tradenda, maternam Ecclesiae sollicitudinem comprobent erga omnes homines, sive fideles sive non fideles, et peculiari cura prosequantur pauperes et tenuiores, quos evangelizare misit eos Dominus.

Cum Ecclesiae sit cum humana societate, in qua vivit, ad colloquium venire [4], Episcoporum imprimis est officium ut homines adeant et colloquia cum eisdem petant ac
679 promoveant. Quae salutis colloquia, ut/semper veritas cum caritate, intellegentia cum amore copulentur, perspicuitate sermonis simul ac humilitate et lenitate praestent oportet, itemque debita prudentia iuncta tamen cum fiducia, quippe quae amicitiam cum foveat animos coniungere nata sit [5].

Varia media ad doctrinam christianam annuntiandam adhibere satagant in hodierno tempore quae praesto sunt, videlicet imprimis praedicationem atque catecheticam institutionem, quae quidem semper principem tenent locum, sed et propositionem doctrinae in scholis, in academiis, conferentiis et coadunationibus omnis generis, necnon eiusdem diffusionem declarationibus publicis occasione quorumdam eventuum factis, prelo variisque instrumentis communicationis socialis, quibus ad Christi Evangelium nuntiandum uti omnino oportet [7].

14. Invigilent ut catechetica institutio, quae eo tendit ut in hominibus fides, per doctrinam illustrata, viva fiat atque explicita et operosa, tum pueris et adolescentibus, tum iuvenibus, tum etiam adultis sedula cura tradatur; ut in eadem tradenda serventur aptus ordo atque methodus conveniens non tantum materiae de qua agitur, sed et indoli, facultatibus et aetati necnon vitae condicionibus auditorum, ut eadem institutio innitatur Sacra Scriptura, Traditione, Liturgia, Magisterio vitaque Ecclesiae.

Curent praeterea ut catechetae ad munus suum rite praeparentur, ita ut Ecclesiae doctrinam plane cognoscant, necnon et leges psychologicas et disciplinas paedagogicas theoretice et practice addiscant.

Satagant etiam ut institutio catechumenorum adultorum restituatur aut melius adaptetur.

15. In exercendo suo munere sanctificandi memores sint Episcopi se ex hominibus assumptos esse et pro hominibus constitui, in iis quae sunt ad Deum, ut offerant dona et sacrificia pro peccatis. Episcopi enim plenitudine Sacramenti Ordinis gaudent et ab ipsis in exercenda sua potestate pendent tum presbyteri, qui quidem, ut Ordinis episcopalis providi sint cooperatores, et ipsi consecrati sunt veri Novi Testamenti sacerdotes, tum diaconi, qui ad ministerium ordinati populo Dei in communione cum Episco-
680 po eiusque presbyterio inserviunt; ipsi itaque Episcopi praecipui sunt dispensatores mysteriorum Dei, sicut et totius / vitae liturgicae in Ecclesia sibi commissa moderatores, promotores atque custodes [8].

Iugiter itaque adnitantur ut christifideles paschale mysterium penitius cognoscant et vivant, per Eucharistiam, ita ut unum arctissimum efficiant Corpus in unitate caritatis Christi [9]; «orationi et ministerio verbi instantes» (*Act.* 6, 4), laborem impendant ut omnes quorum cura sibi est commissa unanimi sint in oratione [10] utque Sacramentorum receptione in gratia crescant ac fideles Domino sint testes.

Qua perfectores, Episcopi clericorum suorum, religiosorum et laicorum sanctitatem, secundum suam cuiusque peculiarem vocationem, promovere studeant [11], memores quidem se teneri ad exemplum sanctitatis praebendum, in caritate, humilitate et vitae simplicitate. Ita Ecclesiae sibi concreditas sanctificent ut in eisdem universae Christi Ecclesiae sensus plene effulgeat. Idcirco vocationes sacerdotales ac religiosas quam maxime foveant, speciali cura vocationum missionalium adhibita.

16. In exercendo suo munere patris ac pastoris, sint Episcopi in medio suorum sicut qui ministrant [12], boni pastores qui cognoscunt suas oves quosque et ipsae cognoscunt, veri patres qui spiritu dilectionis et sollicitudinis erga omnes praestant, quorumque auctoritati divinitus quidem collatae omnes grato animo sese subiciunt. Integram sui gregis familiam ita congregent atque efforment ut omnes, officiorum suorum conscii, in communione caritatis vivant et operentur.

Quae ut efficaciter facere valeant, Episcopi, «ad omne opus bonum parati» (*2 Tim.* 2, 21) et «omnia sustinentes propter electos» (*2 Tim.* 2, 10) vitam suam ita ordinent oportet, ut necessitatibus temporum accommodata sit.

Sacerdotes, quippe qui munera et sollicitudinem ipsorum pro parte suscipiant et cura cotidiana tam studiose exerceant, peculiari semper caritate amplectantur, eosdem ut filios et amicos habentes [13] ideoque/ad eos audiendos pa- 681
rati atque confidenti cum eiusdem consuetudine, integrum opus pastorale totius dioecesis promovere studeant.

Solliciti sint eorum condicionum spiritualium, intellectualium et materialium ut hi sancte pieque vivere atque ministerium suum fideliter ac fructuose adimplere valeant. Quare institutiones foveant et peculiares conventus instaurent, in quibus sacerdotes aliquoties congregentur tum ad longiora peragenda exercitia spiritualia in vitae suae renovationem tum ad altiorem acquirendam cognitionem ecclesiasticarum disciplinarum, praesertim Sacrae Scripturae et theologiae, socialium maioris momenti quaestionum, necnon novarum actionis pastoralis rationum. Operosa misericordia prosequantur sacerdotes qui in periculo quoquo modo versantur aut in quibusdam defecerunt.

Fidelium bono ut pro sua cuiusque condicione aptius consulere queant, eorumdem necessitates, in socialibus in quibus vivunt adiunctis, rite cognoscere satagant, aptis ideo adhibitis instrumentis, praesertim investigationis socialis. Erga omnes sollicitos se praebeant cuiuscumque sunt aetatis, condicionis vel nationis, tum incolas, tum advenas et peregrinos. In hac pastorali sollicitudine exercenda fidelibus suis in rebus Ecclesiae partes ipsis congruentes servent, eorumdem officium et ius quoque agnoscentes active adlaborandi ad aedificationem mystici Corporis Christi.

Fratres seiunctos amore prosequantur, fidelibus etiam commendantes ut erga eos magna cum humanitate et caritate se gerant, oecumenismum quoque, ut ab Ecclesia intelligitur, foventes [14]. Etiam non baptizatos cordi habeant, ut et ipsis caritas eluceat Christi Iesu, Cuius coram omnibus testes sunt Episcopi.

17. Variae foveantur apostolatus rationes atque in universa dioecesi, vel in eiusdem peculiaribus regionibus, omnium operum apostolatus, sub moderamine Episcopi, coordinatio atque intima coniunctio, qua quidem omnia incepta atque instituta, catechetica, missionalia, caritativa, socialia, familiaria, scholastica atque quaelibet alia finem pastoralem persequentia, ad concordem redigantur actionem, qua simul clarius dioecesis unitas eluceat.

Sedulo urgeatur officium quo tenentur fideles ad apostolatum pro sua quisque condicione et aptitudine exercendum, atque ipsis commendetur ut varia opera laicorum 682
apostolatus, et praesertim Actionem Ca/tholicam, participent aut iuvent. Associationes quoque promoveantur vel foveantur quae finem supernaturalem directe aut indi-

[3] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, cap. III n. 25: AAS 57 (1965), pp. 29-31 [LE 3232].
[4] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 apr. 1963, passim AAS 55 (1963), pp. 257-304 [LE 3210].
[5] Cf. Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam Suam*, 6 aug. 1964: AAS 56 (1964), p. 639 [LE 3211].
[6] Cf. Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam Suam*, 6 aug. 1964: AAS 56 (1964), pp. 644-645 [LE 3211].
[7] Cf. Conc. Vat. II, Decr. de instrumentis communicationis socialis, *Inter mirifica*, AAS 56 (1964), pp. 145-153 [LE 3143].
[8] Cf. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, AAS 56 (1964), p. 97 ss. [LE 3141]; Paulus VI, Motu proprio *Sacram Liturgiam*, 25 ian. 1964: AAS 56 (1964), p. 139 ss. [LE 3160].

[9] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*, 20 nov. 1947: AAS 39 (1947), p. 521 ss. [LE 1963]; Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*, 3 sep. 1965: AAS 57 (1965), pp. 753-774 [LE 3316].
[10] Cf. Act. 1, 14 et 2, 46.
[11] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, cap. VI, n. 44-45: AAS 57 (1965), pp. 50-52 [LE 3232].
[12] Cf. Lc. 22, 26-27.
[13] Cf. Io. 15, 15.
[14] Cf. Conc. Vat. II, Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio*, AAS 57 (1965), pp. 90-107 [LE 3235].

recte prosequuntur, ad perfectiorem scilicet vitam assequendam, aut ad Christi Evangelium omnibus annuntiandum, aut ad doctrinam christianam vel incrementum cultus publici promovendum, aut ad fines sociales persequendos aut ad pietatis vel caritatis opera exercenda.

Apostolatus formae rite accommodentur necessitatibus hodiernis, attentis hominum condicionibus, non solum spiritualibus et moralibus, sed etiam socialibus, demographicis et oeconomicis. Ad quod efficaciter et fructuose assequendum, magnopere conferunt investigationes sociales et religiosae, per officia sociologiae pastoralis, quae enixe commendantur.

18. Peculiaris sollicitudo habeatur fidelium, qui ob vitae condicionem communi ordinaria parochorum cura pastorali non satis frui valent aut eadem penitus carent, uti sunt quamplurimi migrantes, exsules et profugi, maritimi sicut et aëronavigantes, nomades aliique id genus. Aptae methodi pastorales promoveantur ad vitam spiritualem fovendam eorum qui relaxationis causa ad tempus alias regiones petunt.

Episcoporum Conferentiae, praesertim Nationales, urgentioribus quaestionibus ad praedictos spectantibus sedulo studeant, et aptis instrumentis ac institutionibus spirituali eorum curae, concordi voluntate viribusque unitis consulant atque faveant, attentis in primis normis ab Apostolica Sede statutis [15] vel statuendis, temporum, locorum et personarum condicionibus apte accommodatis.

19. In suo apostolico munere obeundo, quod animarum salutem intendit, Episcopi per se plena ac perfecta gaudent libertate atque independentia a quacumque civili potestate. Quare non licet eorum muneris ecclesiastici exercitium directe vel indirecte impedire neve eos prohibere quominus cum Apostolica Sede aliisque Auctoritatibus ecclesiasticis et cum suis subditis libere communicent.

Profecto Sacri Pastores, dum in spiritualem sui gregis curam incumbunt, reapse sociali quoque et civili profectui ac prosperitati consulunt, actuosam in hunc finem cum
683 publicis auctoritatibus, pro sui officii ra/tione et sicut Episcopos decet, operam consociantes atque iustis legibus oboedientiam et legitime constitutis potestatibus reverentiam suadentes.

20. Cum apostolicum Episcoporum munus sit a Christo Domino institutum atque spiritualem et supernaturalem finem prosequatur, Sacrosancta Oecumenica Synodus declarat ius nominandi et instituendi Episcopos esse competenti Auctoritati ecclesiasticae proprium, peculiare et per se exclusivum.

Quapropter ad Ecclesiae libertatem rite tuendam et ad christifidelium bonum aptius et expeditius promovendum in votis est Sacrosancti Concilii ut in posterum nulla amplius civilibus Auctoritatibus concedantur iura aut privilegia electionis, nominationis, praesentationis vel designationis ad Episcopatus officium; civiles vero Auctoritates, quarum obsequentem erga Ecclesiam voluntatem Sacrosancta Synodus grato animo agnoscit plurimique facit, humanissime rogantur ut praedictis iuribus vel privilegiis, quibus in praesens pacto aut consuetudine fruantur, consiliis cum Apostolica Sede initis, sua sponte renuntiare velint.

21. Cum igitur pastorale Episcoporum munus tanti sit momenti tantaeque gravitatis, Episcopi dioecesani aliique in iure ipsis aequiparati, si, ob ingravescentem aetatem aliamve gravem causam, implendo suo officio minus apti evaserint, enixe rogantur ut, vel sua ipsi sponte vel a competenti Auctoritate invitati, renuntiationem ab officio exhibeant. Competens autem Auctoritas, si illam acceptaverit, et de congruenti renuntiantium sustentatione et de peculiaribus iuribus iisdem recognoscendis providebit.

II. Dioecesium circumscriptio

22. Ad proprium dioecesis finem consequendum, oportet ut Ecclesiae natura in populo Dei ad ipsam dioecesim pertinente perspicue manifestetur; ut Episcopi munera sua pastoralia in iisdem efficaciter explere valeant; ut denique populi Dei saluti quam perfectissime fieri potet ministretur.

Id autem postulat sive congruentem finium territorialium dioecesium circumscriptionem, sive clericorum opum-que distributionem rationi consentaneam atque apostolatus exigentiis accommodatam. Quae omnia non solum cle-

[15] Cf. S. Pius X, Motu Proprio *Iampridem*, 19 mart. 1914: AAS 6 (1914), p. 173 ss.; Pius XII, Const. Ap. *Exsul Familia*, 1 aug. 1952: AAS 44 (1952), p. 649 ss. [LE 2304]; *Leges Operis Apostolatus Maris*, auctoritate Pii XII conditae, 21 nov. 1957: AAS 50 (1958), pp. 375-383 [LE 2703].

ricorum et christifidelium, quorum directe interest, verum etiam et totius catholicae Ecclesiae in bonum cedunt.

Itaque, ad dioecesium circumscriptiones quod attinet, decernit Sacrosancta Synodus ut, quatenus animarum bo- 684
num id exigat, quamprimum ad congruam recognitionem prudenter deveniatur, eas dividendo vel dismembrando vel uniendo, aut ipsarum fines mutando vel episcopalium sedium aptiorem locum determinando, aut denique, praesertim si de dioecesibus agatur quae ex maioribus urbibus constant, eas nova interna ordinatione disponendo.

23. In dioecesium circumscriptionibus recognoscendis in tuto ponatur praeprimis uniuscuiusque dioecesis unitas organica, quoad personas, officia, instituta, ad instar corporis apte viventis. Singulis vero in casibus, omnibus adiunctis accurate perpensis, prae oculis habeantur criteria generaliora quae sequuntur.

1) In circumscriptione dioecesana definienda ratio, quantum fieri poterit, habeatur varietatis compositionis populi Dei, quae multum conferre potest ad pastoralem curam aptius exercendam; simulque curetur ut huius populi conglobationes demographicae, cum civilibus officiis institutisque socialibus quae structuram ipsius organicam efficiunt, in unum, quantum fieri poterit, serventur. Qua de causa uniuscuiusque dioecesis territorium nonnisi continuum pateat.

Attendatur etiam, si casus ferat, ad fines circumscriptionum civilium, atque ad peculiaria personarum locorumve adiuncta, v. g. psychologica, oeconomica, geographica, historica.

2) Amplitudo territorii dioecesani eiusve incolarum numerus talis sit generatim ut, ex una parte, ipse Episcopus, licet ab aliis adiutus, pontificalia exercere visitationesque pastorales congrue peragere valeat, omnia apostolatus opera in dioecesi rite moderari atque coordinare, sacerdotes suos praesertim cognoscere, necnon et religiosos et laicos rationem aliquam in dioecesanis inceptis habentes; ex altera vero parte, sufficiens ac idoneus praebeatur campus in quo sive Episcopus sive clerici, omnes suas vires in ministerium, prae oculis habitis universalis Ecclesiae necessitatibus, utiliter impendere possint.

3) Quo denique aptius salutis ministerium in dioecesi exerceri possit, pro regula habeatur ut unicuique dioecesi clerici, numero et idoneitate saltem sufficientes, praesto sint pro rite pascendo populo Dei; officia, instituta et opera ne desint quae Ecclesiae particularis propria sunt, quaeque pro eius apto regimine et apostolatu necessaria usu comprobantur; opes denique ad personas et instituta sustentanda aut iam adsint aut saltem prudenter praevideantur aliunde non defuturae.

Hunc quoque in finem, ubi sint fideles diversi Ritus, eorum spiritua/libus necessitatibus Episcopus dioecesanus 685
provideat sive per sacerdotes aut paroecias eiusdem Ritus, sive per Vicarium Episcopalem aptis facultatibus instructum et, si casus ferat, etiam charactere episcopali ornatum, sive per seipsum diversorum Rituum Ordinarii munere fungentem. Quod si haec omnia, ob rationes peculiares, iudicio Apostolicae Sedis, fieri non possint, Hierarchia propria pro diversitate Rituum constituatur [16].

Item, in similibus circumstantiis, diversi sermonis fidelibus provideatur sive per sacerdotes aut paroecias eiusdem sermonis, sive per Vicarium Episcopalem sermonem bene callentem et etiam, si casus ferat, charactere episcopali ornatum, sive denique alia opportuniore ratione.

24. Ad dioecesium immutationes aut innovationes ad normam nn. 22-23 inducendas quod attinet, salva disciplina Ecclesiarum Orientalium, expedit ut competentes Conferentiae Episcopales haec negotia pro suo quaeque territorio examini subiciant —ope etiam adhibita peculiaris Commissionis Episcopalis, si id opportunum videatur, at semper auditis praesertim Episcopis provinciarum vel regionum quarum interest— et deinde sua consilia et vota Apostolicae Sedi proponant.

III. Episcopi Dioecesani in munere pastorali Cooperatores

1) *Episcopi Coadiutores et Auxiliares*

25. In regendis dioecesibus, pastorali Episcoporum muneri ita provideatur, ut bonum dominici gregis semper sit suprema ratio. Quod bonum ut debite procuretur, haud raro Episcopi Auxiliares constituendi sunt, eo quod Episcopus dioecesanus, vel ob nimiam dioecesis amplitudinem

[16] Cf. Conc. Vat. II, Decr. de Ecclesiis Orientalibus Catholicis, *Orientalium Ecclesiarum*, n. 4: AAS 57 (1965), p. 77 [LE 3233].

http://www.obrascatolicas.com

aut nimium incolarum numerum, vel ob peculiaria apostolatus adiuncta aut alias diversae naturae causas, nequit per semetipsum omnia episcopalia munia, sicut animarum exigit bonum, adimplere. Imo et aliquando peculiaris necessitas postulat ut in ipsius Episcopi dioecesani adiutorium constituatur Episcopus Coadiutor. Qui Episcopi Coadiutores et Auxiliares ita congruentibus facultatibus instruendi sunt, ut, salva semper unitate dioecesani regiminis necnon Episcopi dioecesani auctoritate, eorum actio efficacior reddatur et dignitas, Episcoporum propria, magis in tuto ponatur.

Iamvero Episcopi Coadiutores et Auxiliares, eo quod in partem sollicitudinis Episcopi dioecesani vocati sunt, ita
686 munus suum exerceant,/ut in omnibus negotiis unanima consensione cum ipso procedant. Praeterea obsequium et reverentiam semper exhibeant Episcopo dioecesano, qui et ipse Episcopos Coadiutores vel Auxiliares fraterne diligat atque existimatione prosequatur.

26. Bono animarum id exigente, ne renuat Episcopus dioecesanus a competenti Auctoritate unum pluresve Auxiliares expostulare, qui nempe sine iure successionis pro dioecesi constituuntur.

Quodsi in Litteris nominationis provisum non fuerit, Episcopus dioecesanus Auxiliarem vel Auxiliares suos constituat Vicarios Generales vel saltem Vicarios Episcopales, a sua auctoritate dumtaxat dependentes quos ipse, in perpendendis causis maioris momenti praesertim indolis pastoralis, consulere velit.

Nisi aliud a competenti Auctoritate statutum fuerit, cum Episcopi dioecesani munere non exspirant potestates et facultates quibus Episcopi Auxiliares a iure instructi sunt. Optandum quoque est ut, sede vacante, munus dioecesim regendi, nisi aliud graves rationes suadeant, committatur Episcopo Auxiliari vel, ubi plures sunt, uni ex Auxiliaribus. Episcopus Coadiutor, qui nempe cum iure successionis nominatur, ab Episcopo dioecesano Vicarius Generalis semper constituatur. Eidem autem pleniores facultates in casibus particularibus a competenti Auctoritate concedi poterunt.

Ut quam maxime praesenti ac futuro dioecesis bono faveatur, Episcopus Coadiutus et Coadiutor in rebus maioris momenti mutuo se consulere ne omittant.

2) *Curia atque Consilia Dioecesana*

27. Eminens in Curia dioecesana est officium Vicarii Generalis. Quoties autem rectum dioecesis regimen id requirat, constitui possunt ab Episcopo unus aut plures Vicarii Episcopales, qui nempe ipso iure, in determinata dioecesis parte aut in certo negotiorum genere aut quoad fideles determinati Ritus, ea gaudent potestate, quam ius commune Vicario Generali tribuit.

Inter Episcopi cooperatores in regimine dioecesis, illi presbyteri quoque enumerantur qui eius senatum consiliumve constituunt, ut sunt capitulum cathedrale, consultorum coetus vel alia consilia, secundum diversorum loco-
687 rum circumstantias vel indolem. Haec instituta, praesertim capitula cathedralia, novae ordinationi, quatenus opus sit, necessitatibus hodiernis aptatae, subiciantur./

Sacerdotes et laici, qui ad Curiam dioecesanam pertinent, sciant se pastorali Episcopi ministerio adiutricem operam praestare.

Curia dioecesana ita ordinetur ut aptum instrumentum Episcopo fiat, non tantum ad dioecesim administrandam, sed etiam ad opera apostolatus exercenda.

Valde optandum est ut in unaquaque dioecesi peculiare instituatur Consilium pastorale, cui Episcopus dioecesanus ipse praesit et in quo clerici, religiosi et laici, speciali-ter delecti, partes habeant. Huius Consilii erit, ea quae ad pastoralia opera spectant investigare, perpendere atque de eis practicas expromere conclusiones.

3) *Clerus dioecesanus*

28. Omnes quidem presbyteri sive dioecesani sive religiosi, unum sacerdotium Christi cum Episcopo participant et exercent, ideoque Ordinis episcopalis providi cooperatores constituuntur. In animarum autem cura procuranda primas partes habent sacerdotes dioecesani, quippe qui, Ecclesiae particulari incardinati vel addicti, eiusdem servitio plene sese devoveant ad unam dominici gregis portionem pascendam; quare unum constituunt presbyterium atque unam familiam, cuius pater est Episcopus. Qui, ut ministeria sacra inter sacerdotes suos aptius et aequius disponere valeat, necessaria libertate gaudere debet in officiis vel beneficiis conferendis, suppressis proinde iuribus seu privilegiis, quae eamdem libertatem quoquo modo coarctent.

Necessitudines Episcopum inter et sacerdotes dioecesanos vinculis potissimum supernaturalis caritatis inniti debent, ita quidem ut sacerdotum voluntatis consociatio cum Episcopi voluntate pastoralem eorumdem actionem reddat uberiorem. Quare, ut animarum servitium magis magisque promoveatur, Episcopus sacerdotes ad colloquium, commune quoque, de re praesertim pastorali, vocare velit, non tantum data occasione, sed etiam, quantum fieri possit, statis temporibus.

Praeterea, omnes sacerdotes dioecesani uniti inter se sint ideoque boni spiritualis universae dioecesis sollicitudine urgeantur; insuper, memores bona, quae occasione officii ecclesiastici sibi comparant, cum munere sacro cohaerere, necessitatibus materialibus quoque dioecesis, iuxta Episcopi ordinationem, pro viribus liberaliter subveniant.

29. Proximiores Episcopi cooperatores sunt illi etiam sacerdotes, quibus munus pastorale aut apostolatus opera indolis supraparoecialis/ ab ipso committuntur, sive quoad 688
determinatum dioecesis territorium, sive quoad speciales fidelium coetus, sive quoad peculiare actionis genus.

Eximiam quoque adiutricem operam praestant sacerdotes, quibus ab Episcopo diversa munera apostolatus, sive in scholis sive in aliis institutis aut associationibus, concreduntur. Etiam illi sacerdotes, qui operibus supradioecesanis sunt addicti, cum praeclara apostolatus opera exerceant, peculiari sollicitudini commendantur praesertim Episcopi in cuius dioecesi commorantur.

30. Praecipua autem ratione Episcopi cooperatores sunt parochi, quibus, tamquam pastoribus propriis, animarum cura committitur in determinata dioecesis parte sub illius auctoritate.

1) In hac autem cura gerenda parochi, cum suis adiutoribus ita munus docendi, sanctificandi et regendi adimpleant, ut fideles atque communitates paroeciales, tum dioecesis tum totius Ecclesiae universalis membra revera se sentiant. Quapropter cum aliis parochis collaborent necnon cum sacerdotibus, qui munus pastorale in territorio exercent (uti sunt e. g. Vicarii Foranei, Decani), vel operibus indolis supraparoecialis sunt addicti, ut cura pastoralis in dioecesi unitate non careat atque efficacior reddatur.

Praeterea cura animarum spiritu missionali semper informetur, ita ut ad omnes in paroecia degentes, debito modo, se extendat. Quodsi parochi quosdam personarum coetus attingere nequeant, alios, etiam laicos, in proprium adiutorium vocent, qui sibi auxilium praestent in iis quae ad apostolatum spectant.

Ad eamdem vero animarum curam efficaciorem reddendam, vita communis sacerdotum, praesertim eidem paroeciae addictorum, enixe commendatur, quae, dum actionem apostolicam fovet, caritatis et unitatis exemplum fidelibus praebet.

2) In exsequendo munere magisterii, parochorum est: verbum Dei praedicare omnibus christifidelibus, ut hi in fide, spe et caritate radicati, in Christo crescant et communitas christiana illud testimonium caritatis reddat, quod Dominus commendavit [17]; itemque catechetica instructione fideles ad plenam mysterii salutis cognitionem ducere, unicuique aetati accommodatam. Ad hanc autem instructionem tradendam non solum religiosorum auxilium quaerant, sed etiam laicorum cooperatione, erecta quoque Confraternitate Doctrinae Christianae.

In perficiendo opere sanctificationis, curent parochi ut celebratio/ Eucharistici Sacrificii centrum sit et culmen to- 689
tius vitae communitatis christianae; itemque adlaborent ut fideles spirituali pabulo pascantur per devotam et frequentem Sacramentorum receptionem atque per consciam et actuosam in Liturgia participationem. Meminerint etiam parochi quam maxime sacramentum Poenitentiae ad vitam christianam fovendam conferre; quare faciles se praebeant ad fidelium confessiones audiendas, advocatis ad hoc, si opus fuerit, aliis etiam sacerdotibus, qui varias linguas calleant.

In officio pastoris adimplendo, imprimis curent parochi proprium gregem cognoscere. Cum autem omnium ovium sint ministri, vitae christianae incrementum foveant tum in singulis fidelibus, tum in familiis, tum in associationibus praesertim apostolatui addictis, tum in universa communitate paroeciali. Domos igitur et scholas visitent, prout pastorale munus id exigat; adulescentibus et iuvenibus studiose prospiciant; pauperes et infirmos paterna caritate

[17] Cf. Io. 13, 35.

prosequantur; peculiarem denique curam de opificibus habeant atque adlaborent ut fideles operibus apostolatus auxilium praestent.

3) Vicarii paroeciales tamquam parochi cooperatores, praestantem et actuosam operam quotidie impendunt in ministerio pastorali sub parochi auctoritate exercendo. Quare inter parochum eiusque vicarios fraterna habeatur conversatio, mutua caritas et reverentia semper vigeat lidemque consiliis, auxilio et exemplo sese invicem adiuvent, paroeciali curae concordi voluntate communique studio providentes.

31. In iudicio efformando de sacerdotis indoneitate ad aliquam paroeciam regendam, Episcopus rationem habeat, non solum de illius doctrina, sed etiam de pietate, zelo apostolico, ceterisque dotibus ac qualitatibus, quae ad curam animarum rite exercendam requiruntur.

Praeterea cum muneris paroecialis tota ratio sit bonum animarum, quo facilius et aptius Episcopus ad provisionem paroeciarum procedere valeat, supprimantur, salvo iure Religiosorum, quaelibet iura praesentationis, nominationis vel reservationis, necnon, ubi exsistat, lex concursus, sive generalis sive particularis.

Parochi vero in sua quisque paroecia ea gaudeant stabilitate in officio, quam animarum bonum requirat. Quare, abrogata distinctione inter parochos amovibiles et inamovibiles, recognoscatur et simplicior reddatur modus procedendi in translatione et amotione parochorum, quo Episcopus, servata quidem naturali et canonica aequitate,
690 aptius necessitatibus boni animarum providere possit. /

Parochi autem, qui ob ingravescentem aetatem aliamve gravem causam, ab officio rite et fructuose adimplendo impediuntur, enixe rogantur ut sua ipsi sponte, aut ab Episcopo invitati, officii renuntiationem faciant. Episcopus renuntiantibus congruam sustentationem provideat.

32. Eadem denique salus animarum causa sit, qua determinentur aut recognoscantur paroeciarum erectiones aut suppressiones, aliaeve huiusmodi innovationes, quas quidem Episcopus propria auctoritate peragere poterit.

4) *Religiosi*

33. Omnibus Religiosis, quibus in iis quae sequuntur sodales accensentur ceterorum Institutorum consilia evangelica profitentes, iuxta propriam cuiusque vocationem, officium incumbit impense diligenterque adlaborandi ad aedificationem et incrementum totius mystici Corporis Christi et in bonum Ecclesiarum particularium.

Hos vero fines promovere tenentur imprimis oratione, poenitentiae operibus et propriae vitae exemplo, in quorum aestimatione et studio ut iugiter crescant, Sacrosancta haec Synodus eos magnopere hortatur. At, ratione habita indolis uniuscuiusque Religionis propriae, ad externa quoque apostolatus opera impensius accedant.

34. Religiosi sacerdotes, qui in presbyteratus officium consecrantur ut sint et ipsi providi cooperatores Ordinis episcopalis, hodie adhuc maiori auxilio Episcopis esse valent, pro ingravescente animarum necessitate. Ideo vera quadam ratione ad clerum dioecesis pertinere dicendi sunt, quatenus in cura animarum atque apostolatus operibus exercendis partem habent sub sacrorum Praesulum auctoritate.

Etiam alii sodales, sive viri sint sive mulieres, qui et ipsi peculiari ratione ad familiam dioecesanam pertinent, magnum auxilium sacrae Hierarchiae afferunt, atque in dies, auctis apostolatus necessitatibus, magis magisque afferre possunt ac debent.

35. Ad hoc autem ut apostolatus opera in singulis dioecesibus concorditer semper exerceantur atque unitas dioecesanae disciplinae sarta tecta servetur, haec principia fundamentalia statuuntur:

1) Episcopos, utpote Apostolorum successores, Religiosi omnes devoto semper obsequio ac reverentia prosequantur. Praeterea quoties ad apostolatus opera legitime vo-
691 cantur ita munia sua exercere tenentur/ ut Episcopis auxiliatores adsint et subsint [18]. Quin immo Religiosi Episcoporum postulationibus votisque prompte ac fideliter obsecundent ut ampliores partes in salutis humanae ministerium suscipiant, salva Instituti indole et secundum Constitutiones, quae, si necesse sit, ad hunc finem accommodentur, inspectis huius Decreti Concilii principiis.

Praesertim, attentis urgentibus animarum necessitatibus atque cleri dioecesani penuria, Instituta religiosa, quae vitae mere contemplativae non addicuntur, ab Episcopis advocari possunt ut in variis ministeriis pastoralibus operam adiutricem impendant, inspecta tamen propria cuiusque Instituti indole; quam operam ut praestent, in paroeciis quoque suscipiendis etiam ad tempus, Superiores pro viribus faveant.

2) Religiosi autem, in externum apostolatum immissi, spiritu religionis propriae imbuti sint, atque fideles permaneant regulari observantiae et subiectioni erga proprios Superiores; quam obligationem ipsi Episcopi urgere ne omittant.

3) Exemptio, qua Religiosi ad Summum Pontificem vel ad aliam ecclesiasticam Auctoritatem advocantur et ab Episcoporum iurisdictione subducuntur, ordinem Institutorum internum potissimum respicit, quo melius in iisdem omnia sint inter se apta et connexa atque incremento et perfectioni religiosae conversationis consulatur [19]; necnon ut de illis disponere possit Summus Pontifex in bonum Ecclesiae universae[2], alia vero competens Auctoritas in bonum Ecclesiarum propriae iurisdictionis.

Haec autem exemptio non impedit quominus Religiosi in singulis dioecesibus Episcoporum iurisdictioni subsint ad normam iuris, prout horum pastorale munus perfungendum et animarum rite ordinanda curatio requirunt [21].

4) Omnes Religiosi, exempti et non exempti, Ordinariorum locorum potestati subsunt in iis quae ad publicum exercitium cultus divini, salva quidem Rituum diversitate, ad curam animarum, ad sacram praedicationem populo tradendam, ad christifidelium, praesertim puerorum, religiosam et moralem educationem, catecheticam institutionem et liturgicam efformationem atque ad status clericalis decorem spectant necnon ad varia opera in iis quae sacri apostolatus exercitium respiciunt. / Religiosorum quo- 692
que scholae catholicae Ordinariis locorum subsunt ad earum generalem ordinationem et vigilantiam quod attinet, firmo tamen iure Religiosorum quoad earumdem moderamen. Pariter Religiosi tenentur servare ea omnia quae Episcoporum Concilia aut Conferentiae ab omnibus servanda legitime edixerint.

5) Inter varia Instituta religiosa atque inter eadem et clerum dioecesanum, ordinata foveatur cooperatio. Arcta insuper habeatur omnium operum et actionum apostolicarum coordinatio, quae maxime pendet a supernaturali animorum et mentium habitu, in caritate radicato et fundato. Hanc autem coordinationem curare Apostolicae Sedi competit pro universa Ecclesia; sacris vero Pastoribus in sua cuiusque dioecesi; Patriarchalibus demum Synodis et Episcoporum Conferentiis in proprio territorio.

Episcopi vel Episcoporum Conferentiae et Superiores religiosi vel Conferentiae Superiorum Maiorum, pro operibus apostolatus quae a Religiosis exercentur, praeviis consiliis mutuo inter se collatis procedere velint.

6) Ad fovendas concorditer et fructuose mutuas relationes inter Episcopos et Religiosos, statis temporibus et quoties id opportunum videbitur, Episcopi et Superiores religiosi convenire velint ad negotia tractanda, quae universim ad apostolatum in territorio pertinent.

Cap. III—De Episcopis in commune plurium Ecclesiarum bonum cooperantibus

I. Synodi, Concilia et praesertim Episcoporum Conferentiae

36. Inde a prioribus Ecclesiae saeculis Episcopi, peculiaribus quidem Ecclesiis praepositi, communione fraternae caritatis atque studio permoti universalis missionis Apostolis traditae, vires ac voluntates suas consociaverunt ad bonum tum commune tum singularum Ecclesiarum provehendum. Hac ratione sive Synodi, sive Concilia provincialia, sive demum Concilia plenaria constituta fuerunt in quibus Episcopi aequalem pro variis Ecclesiis statuerunt rationem servandam tum in fidei veritatibus docendis tum in disciplina ecclesiastica ordinanda.

Exoptat haec Sancta Oecumenica Synodus ut veneranda Synodorum et Conciliorum instituta novo vigeant robore, quo aptius et efficacius fidei incremento disciplinaeque conservationi in variis Ecclesiis, pro temporum adiunctis, 693
provideatur. /

[18] Cf. Leo XIII, Const. Ap. *Romanos Pontifices*, 8 mali 1881: Acta Leonis XIII, vol. II (1882), p. 234 ss.
[19] Cf. Paulus VI, Allocutio, 23 mali 1964: AAS 56 (1964), pp. 570-571 [LE 3190].
[21] Cf. Pius XII, Allocutio, 8 dec. 1950: l. c. [LE 2173].

http://www.obrascatolicas.com

37. Hodiernis potissimum temporibus Episcopi haud raro munus suum apte ac fructuose adimplere non valent nisi cum aliis Episcopis arctiorem in dies suam concordem atque coniunctiorem operam efficiant. Cum autem Episcoporum Conferentiae —pluribus in nationibus iam constitutae— praeclara ediderint uberioris apostolatus argumenta, Sacrosancta haec Synodus summopere expedire censet, ut ubique terrarum eiusdem nationis seu regionis Episcopi in unum coetum confluant, statis temporibus simul convenientes, ut communicatis prudentiae et experientiae luminibus, collatisque consiliis sancta fiat ad commune Ecclesiarum bonum virium conspiratio. Propterea de Episcoporum Conferentiis haec quae sequuntur statuit.

38. 1) Est Episcoporum Conferentia veluti coetus in quo sacrorum Antistites cuiusdam nationis vel territorii munus suum pastorale coniunctim exercent ad maius bonum, quod hominibus praebet Ecclesia, provehendum, praesertim per apostolatus formas et rationes occurrentibus aetatis adiunctis apte compositas.

2) Omnes Ordinarii locorum cuiuscumque ritus, Vicariis Generalibus exceptis, Coadiutores, Auxiliares aliique Episcopi titulares peculiari munere vel ab Apostolica Sede vel ab Episcoporum Conferentiis demandato fungentes ad Episcoporum Conferentiam pertinent. Ceteri Episcopi titulares necnon, ob singulare quod obeunt in territorio officium, Legati Romani Pontificis non sunt de iure membra Conferentiae.

Ordinariis locorum necnon Coadiutoribus competit suffragium deliberativum. Auxiliaribus aliisque Episcopis, quibus ius est Conferentiae interesse, suffragium deliberativum aut consultivum decernent statuta Conferentiae.

3) Quaelibet Conferentia Episcoporum sua conficiat statuta, ab Apostolica Sede recognoscenda, in quibus —praeter alia media— officia provideantur quae fini consequendo efficacius consulant, e. g. Consilium permanens Episcoporum, Commissiones Episcopales, Secretariatus Generalis.

4) Decisiones Conferentiae Episcoporum, dummodo legitime et per duas saltem ex tribus partibus suffragiorum Praesulum, qui voto deliberativo fruentes ad Conferentiam pertinent, prolatae fuerint et ab Apostolica Sede recognitae, vim habeant iuridice obligandi in casibus dumtaxat in quibus aut ius commune id praescripserit aut peculiare Apostolicae Sedis mandatum, motu proprio aut ad petitionem ipsius Conferentiae datum, id statuerit./

694

5) Ubi peculiaria adiuncta id postulent, Episcopi plurium nationum, Apostolica Sede approbante, unam poterunt Conferentiam constituere.

Foveantur insuper relationes inter Conferentias Episcopales diversarum nationum ad maius bonum promovendum ac tuendum.

6) Enixe commendatur ut Praesules Orientalium Ecclesiarum, in disciplina propriae Ecclesiae in Synodis promovenda et ad opera in bonum religionis efficacius fovenda, rationem etiam habeant boni communis totius territorii, ubi plures Ecclesiae diversorum rituum exstant, consiliis in conventibus interritualibus collatis, iuxta normas a competenti Auctoritate statuendas.

II. Provinciarum ecclesiasticarum circumscriptio et regionum ecclesiasticarum erectio

39. Animarum bonum non dioecesium tantum sed provinciarum quoque ecclesiasticarum aptam expostulat circumscriptionem, immo et regionum ecclesiasticarum suadet erectionem, ita ut apostolatus necessitatibus iuxta solerter fructuosioresque reddantur Episcoporum relationes sive inter se sive cum Metropolitis et cum ceteris eiusdem nationis Episcopis, necnon et Episcoporum cum civilibus Auctoritatibus.

40. Itaque, ad memoratos fines consequendos, Sacrosancta Synodus haec statuenda decernit:

1) Provinciarum ecclesiasticarum circumscriptiones opportune recognoscantur et iura ac privilegia Metropolitarum novis aptisque normis definiantur.

2) Pro regula habeatur ut omnes dioeceses aliaeque territoriales circumscriptiones quae iure dioecesibus aequiparantur alicui provinciae ecclesiasticae adscribantur. Proinde dioeceses quae nunc Apostolicae Sedi immediate sint subiectae quaeque nulli alii uniantur, aut in novam provinciam ecclesiasticam, si id fieri possit, sunt simul componendae aut illi provinciae aggregandae, quae vicinior seu opportunior sit, et iuri metropolitico Archiepiscopi sunt subiciendae ad normam iuris communis.

3) Ubi utilitas id suadet, provinciae ecclesiasticae in regiones ecclesiasticas componantur, quarum ordinatio iure est statuenda.

41. Expedit ut competentes Episcoporum Conferentiae quaestionem de huiusmodi provinciarum circumscriptione aut regionum erectione/examini subiciant, iuxta normas 695
iam de dioecesium circumscriptione in nn. 23 et 24 statutas, et consilia ac vota sua Apostolicae Sedi proponant.

III. Episcopi munere interdioecesano fungentes

42. Cum necessitates pastorales magis magisque requirant ut quaedam pastoralia munia concorditer regantur et promoveantur, expedit ut in servitium omnium vel plurium dioecesium alicuius determinatae regionis aut nationis nonnulla constituantur officia, quae etiam Episcopis committi possunt.

Commendat autem Sancta Synodus ut inter Praelatos seu Episcopos, his muneribus perfungentes, et Episcopos dioecesanos atque Conferentias Episcopales fraterna semper vigeat communio et animorum in sollicitudine pastorali conspiratio, cuius rationes etiam iure communi definiantur oportet.

43. Cum spirituali militum curae, ob peculiares eorumdem vitae condiciones, eximia debeatur sollicitudo, in unaquaque natione erigatur, pro viribus, Vicariatus Castrensis. Tum Vicarius tum cappellani in concordi cum Episcopis dioecesanis cooperatione huic difficili operi impense se devoveant [1].

Quare Episcopi dioecesani Vicario Castrensi concedant numero sufficienti sacerdotes huic gravi muneri aptos simulque faveant inceptis ad bonum spirituale militum provehendum [2].

Mandatum generale

44 Decernit Sacrosancta Synodus, ut in recognoscendo Codice Iuris Canonici aptae definiantur leges, ad normam principiorum quae in hoc Decreto statuuntur, perpensis etiam animadversionibus quae vel a Commissionibus vel a Patribus Conciliaribus prolatae sunt./ 696

Decernit insuper Sancta Synodus ut Directoria generalia de cura animarum conficiantur in usum tum Episcoporum tum parochorum, ut certae ipsis praebeantur rationes ad proprium munus pastorale facilius aptiusque obeundum.

Conficiantur etiam tum speciale Directorium de cura pastorali peculiarium fidelium coetuum pro diversis singularum nationum vel regionum adiunctis, tum Directorium de catechetica populi christiani institutione, in quo agatur de fundamentalibus eiusdem institutionis principiis et ordinatione deque elaboratione librorum ad rem pertinentium. In iis vero Directoriis conficiendis ratio item habeatur animadversionum quae sive a Commissionibus sive a Patribus Conciliaribus exhibitae sunt.

Haec omnia et singula quae in hoc Decreto [*] *edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.*

Romae, apud S. Petrum, die XXVIII mensis octobris 697
anno MCMLXV.—Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus *(Sequuntur celerae subsignationes).* 701

[1] Cf. S. C. CONSISTORIALIS: *Instructio de Vicariis Castrensibus*, 23 apr. 1951: AAS 43 (1951), pp. 562-565 [LE 2208]; *Formula servanda in relatione de statu Vicariatus Castrensis conficienda*, 20 oct. 1956: AAS 49 (1957), pp. 150-163 [LE 2603]; Decr. *De Sacrorum Liminum Visitatione a Vicariis Castrensibus peragenda*, 28 febr. 1959: AAS 51 (1959), pp. 272-74 [LE 2809]. Decr. *Facultas audiendi confessiones militum Capellanis extenditur*, 27 nov. 1960: AAS 53 (1961), pp. 49-50 [LE 2949]. Cf. etiam S. C. DE RELIGIOSIS, *Instructio de Cappellanis militum religiosis*, 2 febr. 1955: AAS 47 (1955) pp. 93-97 [LE 2478].

[2] Cf. S. C. CONSISTORIALIS: Epistula ad Em.mos PP. DD. Cardinales atque Exc.mos PP. DD. Archiepiscopos, Episcopos ceterosque Ordinarios Hispaniae Ditionis, 2 iun. 1951: AAS 43 (1951), p. 566 [LE 2220].

[*] In sessione VII celebrata die 28 octobris an. 1965 promulgato. Adn. W. BERTRAMS in PrM 55 (1966) 153-169; L. BUIJS in PrM 58 (1967) 88-115; G. CONCETTI in Pal. clero 45 (1966) 180-170, 227-242; J. DENIS in An. can. 11 (1967) 27-38; V. DE PAOLIS in PrM 58 (1967) 305-330; J. HERVADA in Ius can. 6 (1966) 259-285; F. LODOS in REDC 22 (1966) 417-460.

3333

1965 OCT 28.-CONC. VAT. II, DECR. AAS 58 (1966) 702-712

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei una cum Sacrosancti Concilii Patribus. Ad perpetuam rei memoriam

Decretum de accommodata renovatione vitae religiosae

1. Perfectae caritatis per consilia evangelica prosecutionem Sacrosancta Synodus praevie ostendit, in Constitutione cui initium est *Lumen gentium*, a Divini Magistri doctrina et exemplis originem ducere et tamquam praeclarum signum Regni caelestis apparere. Nunc vero, de vita ac disciplina institutorum, quorum sodales castitatem, paupertatem et oboedientiam profitentur, intendit agere eorumque necessitatibus, prout tempora nostra suadent, providere.

Inde ab exordiis quidem Ecclesiae fuerunt viri ac mulieres, qui per praxim consiliorum evangelicorum Christum maiore cum libertate sequi pressiusque imitari intenderunt et suo quisque modo vitam Deo dicatam duxerunt, e quibus multi, Spiritu Sancto afflante, vel vitam solitariam degerunt vel familias religiosas suscitaverunt, quas Ecclesia sua auctoritate libenter suscepit et adprobavit. Unde e consilio divino mirabilis varietas coetuum religiosorum succrevit, quae valde contulit, ut Ecclesia, non solum ad omne opus bonum instructa (cf. 2 *Tim.* 3, 17) et ad opus ministerii in aedificationem Corporis Christi (cf. *Eph.* 4, 12) parata sit, sed etiam variis donis filiorum suorum decorata appareat sicut sponsa ornata viro suo (cf. *Apoc.* 21, 2) et per eam innotescat multiformis sapientia Dei (cf. *Eph.* 3, 10).

In tanta autem donorum varietate omnes, qui ad praxim consiliorum evangelicorum a Deo vocantur eademque fideliter profitentur, Domino se peculiariter devovent, Christum sequentes, qui virgo et pauper (cf. *Mt.* 8, 20; *Lc.* 9, 58) per oboedientiam usque ad mortem Crucis (cf. *Phil.* 2, 8) homines redemit et sanctificavit. Ita caritate impulsi, quam Spiritus Sanctus in cordibus eorum diffundit (cf. *Rom.* 5, 5), magis magisque vivunt Christo et corpori Eius quod est Ecclesia (cf. *Col.* 1, 24). Quo fervens- 703
tius ergo tali sui donatione quae totam vitam/complectitur, Christo coniunguntur, eo uberior fit vita Ecclesiae et apostolatus eius vegetius fecundatur.

Ut autem praestans valor vitae per consiliorum professionem consecratae eiusque necessarium munus in praesentis temporis adiunctis ad maius Ecclesiae bonum cedat, haec Sacra Synodus sequentia statuit, quae nonnisi principia generalia respiciunt accommodatae renovationis vitae ac disciplinae religionum atque, propria indole servata, societatum vitae communis sine votis et institutorum saecularium. Normae vero particulares pro eorumdem congrua expositione et applicatione post Concilium a competenti auctoritate statuendae sunt.

2. Accommodata renovatio vitae religiosae simul complectitur et continuum reditum ad omnis vitae christianae fontes primigeniamque institutorum inspirationem et aptationem ipsorum ad mutatas temporum condiciones. Quae renovatio, sub impulsu Spiritus Sancti et Ecclesia duce, promovenda est secundum principia quae sequuntur:

a) Cum vitae religiosae ultima norma sit Christi sequela in Evangelio proposita, haec ab omnibus institutis tamquam suprema regula habeatur.

b) In ipsum Ecclesiae bonum cedit ut instituta peculiarem suam indolem ac munus habeant. Ideo fideliter agnoscantur et serventur Fundatorum spiritus propriaque proposita, necnon sanae traditiones, quae omnia cuiusque instituti patrimonium constituunt.

c) Omnia instituta vitam Ecclesiae participent, eiusque incoepta et proposita ut in re biblica, liturgica, dogmatica, pastorali, oecumenica, missionali et sociali, iuxta propriam suam indolem, sua faciant et pro viribus foveant.

d) Instituta, de hominum temporumque condicionibus deque Ecclesiae necessitatibus, congruam cognitionem apud sodales suos promoveant; ita ut mundi huius aetatis adiuncta in lumine fidei sapienter diiudicantes, atque zelo apostolico exardescentes, efficacius hominibus subvenire valeant.

e) Cum vita religiosa ante omnia ad hoc ordinetur ut sodales Christum sequantur et Deo uniantur per professionem consiliorum evangelicorum, serio perpendendum est optimas accommodationes ad necessitates temporis nostri peractas effectum non sortiri, nisi animentur renovatione spirituali, cui semper etiam in operibus externis pro- 704
movendis primae partes tribuendae sunt./

3. Ratio vivendi, orandi et operandi hodiernis sodalium condicionibus physicis et psychicis, necnon, prout ab indole cuiusque instituti requiritur, apostolatus necessitatibus, culturae exigentiis, circumstantiis socialibus et oeconomicis, ubique, praesertim in missionum locis, apte conveniat.

Secundum eadem criteria examini quoque subiiciatur regiminis ratio institutorum.

Quapropter constitutiones, «directoria», libri usuum, precum et caeremoniarum aliique id genus codices, congruenter recognoscantur atque, iis praescriptis suppressis quae obsoleta sint, documentis huius Sacrae Synodi aptentur.

4. Efficax renovatio et recta accommodatio obtineri nequeunt nisi cooperantibus omnibus instituti sodalibus.

Normas autem accommodatae renovationis statuere et leges ferre, necnon sufficienti prudentique experientiae locum dare, competentium tantum auctoritatum est, praesertim capitulorum generalium, salva, quatenus necessaria sit, approbatione Sanctae Sedis aut Ordinariorum locorum, ad normam iuris. Superiores vero, in his quae ad totius instituti sortes spectant, sodales suos apto modo consulant et audiant.

Pro accommodata renovatione monasteriorum monialium, vota et consulta etiam a consessibus foederationum aut ab aliis conventibus legitime convocatis obtineri poterunt.

Meminerint tamen omnes spem renovationis ponendam esse magis in diligentiore regulae et constitutionum observantia quam in multiplicandis legibus.

5. Cuiusvis instituti sodales mente recolant imprimis se professione consiliorum evangelicorum vocationi divinae responsum dedisse, ita ut, non solum peccato mortui (cf. *Rom.* 6, 11) sed etiam mundo renuntiantes, soli Deo vivant. Totam enim vitam suam Eius famulatui mancipaverunt, quod quidem constituit peculiarem quamdam consecrationem, quae in baptismatis consecratione intime radicatur eamque plenius exprimit.

Cum autem haec suipsius donatio ab Ecclesia suscepta sit, eius etiam servitio sese sciant addictos.

Qui Dei famulatus exercitium virtutum in eis urgere ac fovere debet, praesertim humilitatis et oboedientiae, fortitudinis et castitatis, quibus Christi exinanitio (cf. *Phil.* 2, 7-8) simulque Eius vita in spiritu (cf. *Rom.* 8, 1-13) parti- 705
cipantur./

Religiosi ergo suae professioni fideles, omnia propter Christum dimittentes (cf. *Mc.* 10, 28), Ipsum tamquam unum necessarium (cf. *Lc.* 10, 42) sequantur (cf. *Mt.* 19, 21), Eius verba audientes (cf. *Lc.* 10, 39), de iis quae Eius sunt solliciti (cf. 1 *Cor.* 7, 32).

Quapropter cuiuslibet instituti sodales, Deum prae omnibus et unice quaerentes, contemplationem, qua Ei mente et corde adhaereant, cum amore apostolico, quo operi Redemptionis adsociari Regnumque Dei dilatare nitantur, coniungant oportet.

6. Qui evangelica consilia profitentur Deum qui nos prior dilexit (cf. 1 *Io.* 4, 10) ante omnia quaerant ac diligant et in omnibus rerum adiunctis fovere studeant vitam absconditam cum Christo in Deo (cf. *Col.* 3, 3), unde profluit et urgetur proximi dilectio in salutem mundi Ecclesiaeque aedificationem. Hac caritate etiam ipsa praxis consiliorum evangelicorum animatur et regitur.

Quapropter institutorum sodales spiritum orationis et orationem ipsam, haurientes e germanis spiritualitatis christianae fontibus assiduo studio colant. Imprimis vero Sacram Scripturam quotidie prae manibus habeant, ut divinarum scripturarum lectione et meditatione «eminentem scientiam Iesu Christi» *(Phil.* 3, 8) ediscant. Sacram Liturgiam, praesertim sacrosanctum Eucharistiae mysterium, ad mentem Ecclesiae corde et ore peragant atque ex hoc ditissimo fonte vitam spiritualem alant.

Ita in mensa divinae Legis et sacri altaris refecti Christi membra fraterne ament, pastores spiritu filiali revereantur atque diligant; magis magisque vivant et sentiant cum Ecclesia eiusque missioni totaliter se devoveant.

7. Instituta quae integre ad contemplationem ordinantur, ita ut eorum sodales in solitudine ac silentio, in assidua prece et alacri poenitentia soli Deo vacent, in Corpore Christi mystico, in quo «omnia... membra non eumdem actum habent» *(Rom.* 12, 4), quantumvis actuosi aposto-

http://www.obrascatolicas.com

latus urgeat necessitas, praeclaram partem semper retinent. Deo enim eximium laudis sacrificium offerunt, populum Dei sanctitatis uberrimis fructibus collustrant atque exemplo movent necnon arcana fecunditate apostolica dilatant. Ita Ecclesiae decus exstant et caelestium scatebra gratiarum. At eorum ratio vivendi secundum praedicta principia et criteria accommodatae renovationis recognoscatur, sanctissime tamen servatis eorum a mundo secessu atque vitae
706 contemplativae exercitiis propriis. /

8. Permulta sunt in Ecclesia instituta, vel clericalia vel laicalia, variis apostolatus operibus dedita, quae donationes habent secundum gratiam quae data est eis, differentes: sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui miseretur in hilaritate (cf. *Rom.* 12, 5-8). «Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus» (1 *Cor* 12, 4).

In istis institutis, ad ipsam naturam vitae religiosae pertinet actio apostolica et benefica utpote sanctum ministerium et opus caritatis proprium ab Ecclesia ipsis commissum eiusque nomine exercendum. Proinde tota vita religiosa sodalium spiritu apostolico imbuatur, tota vero actio apostolica religioso spiritu informetur. Ut igitur sodales vocationi suae ad Christum sequendum imprimis respondeant, ac ipsi Christo in Eius membris deserviant actio eorum apostolica ex intima cum Ipso unione procedat oportet. Inde fit ut caritas ipsa erga Deum et proximum foveatur.

Quapropter instituta illa observantias suas atque usus cum requisitis apostolatus, cui dedicantur, apte componant. Cum autem vita religiosa apostolicis operibus dedita formas multiplices induat, necesse est ut accommodata eius renovatio huiusmodi diversitatis rationem habeat, atque ut apud varia instituta sodalium vita in servitium Christi propriis eorum congruisque mediis sustentetur.

9. Fideliter servetur atque magis in dies elucescat in suo germano spiritu tum in Oriente tum in Occidente venerabile vitae monasticae institutum, quod praeclara merita longo saeculorum cursu in Ecclesia et in humana consortione sibi acquisivit. Monachorum praecipuum officium est divinae Maiestati humile simul ac nobile servitium praestare intra septa monasterii, sive in umbratili vita integre se divino cultui dedicent sive aliqua apostolatus vel christianae caritatis opera legitime assumpserint. Servata igitur indole propriae institutionis, antiquas beneficas traditiones renovent easque hodiernis animarum necessitatibus ita accommodent ut monasteria veluti seminaria sint aedificationis populi christiani.

Item religiones quae ex regula vel instituto vitam apostolicam intime consociant officio chorali observantiisque monasticis, ita rationem vivendi cum apostolatus sibi convenientis exigentiis componant ut suam formam vitae fideliter servent utpote quae eximio Ecclesiae bono cedat.

10. Vita religiosa laicalis, tam pro viris quam pro mulieribus, statum in se completum professionis consiliorum
707 evangelicorum constituit. Qua propter illam, muneri pastorali Ecclesiae in erudienda iuventute, in aegrotis curandis aliisque ministeriis explendis tam utilem, Sacra Synodus magni faciens, sodales in sua vocatione confirmat eosque ut hodiernis exigentiis vitam suam accommodent hortatur.

Sacra Synodus declarat nihil obstare quominus in religionibus Fratrum, firma manente earum indole laicali, ex dispositione Capituli generalis, ad subveniendum necessitatibus ministerii sacerdotalis in suis domibus, aliqui sodales sacris Ordinibus initientur.

11. Instituta saecularia, quamvis non sint instituta religiosa, veram tamen et completam consiliorum evangelicorum professionem in saeculo ab Ecclesia recognitam secumferunt. Quae professio viris ac mulieribus, laicis et clericis in saeculo degentibus, consecrationem confert. Proinde idem totalem suipsius Deo dedicationem in caritate perfecta praecipue intendant et ipsa instituta propriam ac peculiarem indolem, saecularem scilicet, servent ut apostolatum in saeculo ac veluti ex saeculo, ad quem exercendum orta sunt, efficaciter et ubique adimplere valeant.

Probe tamen sciant se tantum munus obire non posse, nisi sodales accurate in rebus divinis et humanis ita instituantur, ut revera fermentum sint in mundo ad robur et incrementum Corporis Christi. Moderatores ergo serio curent de institutione praesertim spirituali sodalibus impertienda necnon de ulteriore formatione promovenda.

12. Castitas «propter regnum caelorum» (*Mt.* 19, 12), quam religiosi profitentur, tamquam eximium gratiae donum aestimanda est. Cor enim hominis singulari modo liberat (cf. 1 *Cor.* 7, 32-35), ut magis accendatur caritate erga Deum et homines universos, ideoque est peculiare signum bonorum caelestium necnon medium aptissimum quo religiosi alacriter servitio divino operibusque apostolatus sese dedicent. Sic ipsi coram omnibus Christifidelibus mirabile illud evocant connubium a Deo conditum et in futuro saeculo plene manifestandum quo Ecclesia unicum sponsum Christum habet.

Oportet ergo ut religiosi, professionem suam fideliter servare studentes, verbis Domini credant et, Dei auxilio confisi, de propriis viribus ne praesumant, mortificationem sensuumque custodiam adhibeant. Media quoque naturalia ne omittant, quae mentis et corporis sanitati favent. Ita fit ut falsis doctrinis, quae continentiam perfectam tamquam impossibilem vel humano profectui nocivam ostentant, non moveantur, et omnia quae castitatem in periculum adducunt, instinctu quodam spirituali, respuant. Meminerint insuper omnes, praesertim Superiores, / castitatem securius servari cum inter sodales vera dilectio fra 708
terna in vita communi viget.

Cum observantia continentiae perfectae profundiores naturae humanae inclinationes intime attingat, candidati ad professionem castitatis ne accedant neve admittantur, nisi post probationem vere sufficientem et cum debita maturitate psychologica et affectiva. Ipsi non solum de periculis castitati occurrentibus moneantur, sed ita instruantur ut coelibatum Deo dicatum etiam in bonum integrae personae assumant.

13. Paupertas voluntaria propter Christi sequelam cuius est signum praesertim hodie multum aestimatum, a religiosis diligenter excolatur atque, si opus sit novis etiam formis exprimatur. Per eam participatur paupertas Christi, qui propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia nos divites essemus (cf. 2 *Cor.* 8, 9; *Mt.* 8, 20).

Ad paupertatem autem religiosam quod attinet, haud sufficit in usu bonorum Superioribus subiici, sed oportet ut sodales re et spiritu sint pauperes, thesauros in caelo habentes (cf. *Mt.* 6, 20).

In suo quisque officio communi legi laboris se sentiant obnoxios, atque, dum ita res victui operibusque eorum necessariae comparantur, omnem indebitam sollicitudinem proiiciant et Patris caelestis Providentiae sese committant (cf. *Mt.* 6, 25).

Congregationes religiosae suis constitutionibus permittere possunt ut sodales bonis patrimonialibus acquisitis vel acquirendis renuntient.

Instituta ipsa, ratione habita singulorum locorum, testimonium paupertatis quasi collectivum reddere satagant et libenter ex propriis bonis aliquid conferant ad alias Ecclesiae necessitates et egenorum sustentationem, quos religiosi omnes in visceribus Christi diligant (cf. *Mt.* 19, 21; 25, 34-46; *Iac.* 2, 15-16; 1 *Io.* 3, 17). Institutorum provinciae ac domus aliae cum aliis in bonis temporalibus communicent, ita ut illae quae plus habent alias adiuvent quae egestatem patiuntur.

Quamvis instituta, salvis regulis et constitutionibus, ius habeant possidendi omnia necessaria ad vitam temporalem et opera, omnem tamen speciem luxus, immoderati lucri ac bonorum cumulationis vitent.

14. Religiosi per professionem oboedientiae plenam propriae voluntatis dedicationem veluti sacrificium sui Deo offerunt, et per illud constantius et securius divinae voluntati salvificae uniuntur. Inde ad exemplum Iesu Christi, qui venit ut faceret voluntatem Patris (cf. *Io.* 4, 34; 5, 30; *Hebr.* 10, 7; *Ps.* 39, 9), et «formam servi accipiens» (*Phil.* 2, 7) ex iis, quae passus est, didicit oboedientiam (cf. *Hebr.* 5, 8), religiosi, Spiritu Sancto moventi, Superioribus, vices Dei gerentibus, in fide sese subiiciunt et per eos ad omnium in Christo fratrum ministerium ducuntur, 709
sicut ipse Christus ob suam erga Patrem sub/missionem fratribus ministravit et animam suam posuit redemptionem pro multis (cf. *Mt.* 20, 28; *Io.* 10, 14-18). Ita, Ecclesiae servitio arctius devinciuntur et in mensuram aetatis plenitudinis Christi (cf. *Eph.* 4, 13) pervenire contendunt.

Sodales ergo in spiritu fidei et amoris erga Dei voluntatem Superioribus suis ad normam regulae et constitutionum humile praestent obsequium, vires intelligentiae et voluntatis necnon naturae et gratiae dona in praeceptorum exsecutione et in expletione munerum sibi commissorum conferendo, scientes se ad aedificationem Corporis Christi secundum Dei propositum operam praestare. Sic oboedientia religiosa, nedum dignitatem personae humanae minuit, illam, ampliata libertate filiorum Dei, ad maturitatem adducit.

Superiores vero, rationem pro animabus sibi commissis reddituri (cf. *Hebr.* 13, 17), voluntati Dei in munere expiendo dociles, in spiritu servitii pro fratribus auctoritatem exerceant, ita ut caritatem qua Deus illos diligit exprimant. Subditos regant qua filios Dei et cum respectu personae humanae, illorum voluntariam subiectionem promoventes. Ideoque speciatim debitam eis libertatem relinquant quoad poenitentiae sacramentum et conscientiae moderamen. Sodales eo perducant ut in muneribus obeundis et in inceptis suscipiendis activa atque responsabili oboedientia cooperentur. Itaque Superiores libenter sodales audiant necnon eorum conspirationem ad bonum instituti et Ecclesiae promoveant, firma tamen sua auctoritate decernendi et praecipiendi quae agenda sunt.

Capitula et consilia fideliter munus sibi commissum in regimine expleant atque suo quaeque modo sodalium omnium pro bono totius communitatis participationem et curam exprimant.

15. Vita in communi agenda, ad exemplum primaevae Ecclesiae in qua multitudo credentium erat cor unum et anima una (cf. *Act.* 4, 32), evangelica doctrina, Sacra Liturgia et praesertim Eucharistia refecta, in oratione et communione eiusdem spiritus perseveret (cf. *Act.* 2, 42). Religiosi, ut membra Christi, in fraterna conversatione honore se invicem praeveniant (cf. *Rom.* 12, 1), alter alterius onera portantes (cf. *Gal.* 6, 2). Caritate enim Dei in cordibus per Spiritum Sanctum diffusa (cf. *Rom.* 5, 5), communitas ut vera familia, in nomine Domini congregata, Eius praesentia gaudet (cf. *Mt.* 18, 20). Caritas autem plenitudo legis est (cf. *Rom.* 13, 10) ac vinculum perfectionis (cf. *Col.* 3, 14), eaque scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam (cf. 1 *Io.* 3, 14). Immo fratrum unitas Christi adventum manifestat (cf. *Io.* 13, 35; 17, 21) magnaque virtus apostolica ex ea manat.

Ut autem inter sodales intimius sit vinculum fraternitatis, illi qui / conversi, cooperatores vel alio nomine vocan 710
tur, vitae et communitatis operibus arcte coniungantur. Nisi rerum adiuncta aliud vere suadeant, curandum est ut in institutis mulierum ad unum genus sororum perveniatur. Tunc illa personarum tantum retineatur diversitas, quam diversorum operum distinctio exigat ad quae sorores vel speciali Dei vocatione vel speciali aptitudine destinentur.

Virorum autem monasteria et instituta non mere laicalia pro indole sua clericos et laicos, ad normam constitutionum, admittere possunt, pari ratione paribusque iuribus et obligationibus, salvis iis quae ex ordine sacro proveniunt.

16. Clausura papalis pro monialibus vitae unice contemplativae firma maneat sed iuxta temporum locorumque condiciones, iisque usibus sublatis qui obsoleti sint, accommodetur, auditis ipsorum monasteriorum votis.

Aliae vero moniales operibus externis apostolatus ex instituto deditae a clausura papali eximantur, ut concreditа sibi munera apostolatus melius adimplere valeant, servata tamen clausura ad normam constitutionum.

17. Habitus religiosus, utpote signum consecrationis, sit simplex ac modestus, pauper simul et decens, insuper valetudinis requisitis consentaneus et temporum locorumque adiunctis necnon ministerii necessitatibus accommodatus. Habitus autem tam virorum quam mulierum, qui iis normis non congruit, immutandus est.

18. Institutorum accommodata renovatio a sodalium institutione maxime pendet. Ideo et ipsi sodales non clerici ac religiosae apostolatus operibus immediate post noviciatum ne destinentur, sed eorum institutio religiosa et apostolica, doctrinalis et technica, titulis etiam congruentibus obtentis, in aptis domibus convenienter protrahatur.

Ne vero vitae religiosae ad nostri temporis exigentias adaptatio sit mere externa, neve illi qui externo apostolatui ex instituto vacant muneri suo impiendo impares inveniantur, iuxta cuiusque intellectualem dotem et personalem indolem, de vigentibus hodiernae vitae socialis moribus rationibusque sentiendi et cogitandi, congruenter instruantur. Institutio per harmonicam elementorum suorum fusionem, ita peragatur ut ad unitatem vitae sodalium conferat.

Per totam autem vitam sodales intendant hanc culturam spiritualem, doctrinalem et technicam sedulo perficere, et Superiores, pro viribus, opportunitatem, adiumenta et tempus ad hoc eis procurent. Officium quoque est Superiorum curare ut Moderatores, Magistri spiritus et Profes 711
sores optime seligantur et sedulo praeparentur. /

19. In novis institutis condendis, necessitas vel saltem magna utilitas necnon incrementi possibilitas serio ponderandae sunt, ne incaute oriantur instituta inutilia aut sufficienti vigore non praedita. Peculiari ratione in novellis Ecclesiis formae vitae religiosae promoveantur et excolantur quae indolis morumque incolarum necnon loci consuetudinum et condicionum rationem habeant.

20. Instituta, opera propria fideliter retineant et adimpleant atque, attenta utilitate universae Ecclesiae et dioecesium, temporum locorum necessitatibus ea accommodent, opportunis ac etiam novis mediis adhibitis, illis autem relictis operibus, quae instituti spiritui et germanae indoli hodie minus sint consentanea.

Spiritus missionalis in institutis religiosis omnino servetur et pro cuiusque eorum indole aptetur condicionibus hodiernis, ita ut praedicatio Evangelii apud omnes gentes efficacior fiat.

21. Instituta vero et monasteria quae, auditis Ordinariis locorum quorum intersit, iudicio Sanctae Sedis non praebeant fundatam spem ut ulterius floreant, prohibeantur ne in posterum novicios recipiant et, si fieri possit, alii instituto vel monasterio vegetiori, quod fine et spiritu haud multum differat, uniantur.

22. Instituta et monasteria sui iuris, pro rei opportunitate et approbante Sancta Sede, inter se promoveant foederationes, si quodammodo ad eamdem familiam religiosam pertinent, aut uniones, si fere pares habent constitutiones et usus eodemque animantur spiritu, praesertim cum nimis sunt exigua, aut associationes, si iisdem vel similibus operibus externis incumbunt.

23. Favendum est conferentiis seu consiliis Superiorum maiorum a Sancta Sede erectis, quae valde conferre possunt ad finem singulorum institutorum plenius assequendum, ad efficaciorem conspirationem in bonum Ecclesiae fovendam, ad Evangelii operarios in determinato territorio aequiore modo distribuendos, necnon ad communia religiosorum negotia pertractanda, congrua instaurata coordinatione et cooperatione cum Conferentiis episcopalibus quoad exercitium apostolatus.

► Huiusmodi autem conferentiae etiam pro institutis saecularibus institui possunt.

24. Sacerdotes educatoresque christiani seria conamina adhibeant ut vocationibus religiosis, congruenter et accurate selectis, novum detur incrementum Ecclesiae necessitatibus plane respondens. Etiam in praedicatione ordinaria saepius agatur de consiliis evangelicis et de statu / religioso 712
amplectendo. Parentes filios suos christianis moribus educando, vocationem religiosam in eorum cordibus excolant ac tueantur.

Institutis autem fas est sui notitiam, ad vocationes fovendas, divulgare atque candidatos quaerere, dummodo hoc fiat cum debita prudentia et servatis normis a Sancta Sede et Ordinario loci traditis.

Meminerint vero sodales exemplum propriae vitae optimam commendationem esse sui instituti et invitationem ad vitam religiosam capessendam.

25. Instituta pro quibus hae accommodatae renovationis normae statuuntur, prompto animo suae divinae vocationi et muneri suo in Ecclesia hisce temporibus respondeant. Magni enim facit Sacra Synodus genus eorum vitae, virginalis, pauperis et oboedientis, cuius Ipse Christus Dominus est exemplar firmamque spem in opera eorum abscondita et aperta tam fecunda collocat. Religiosi ergo omnes fidei integritate, caritate erga Deum et proximum, amore crucis necnon spe futurae gloriae, Christi bonum nuntium in toto mundo diffundant, ut testimonium eorum ab omnibus conspiciatur et Pater noster, qui in caelis est, glorificetur (cf. *Mt.* 5, 16). Ita deprecante suavissima Deipara Virgine Maria, «cuius vita omnium est disciplina» [1], ampliora quotidie incrementa capient ac uberiores salutares afferent fructus.

Haec omnia et singula quae in hoc Decreto [*] *edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.*

Romae, apud S. Petrum die XXVIII mensis octobris anno MCMLXV.—Ego PAULUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus *(Sequuntur Patrum subsignationes).*

[1] S. Ambrosius, De Virginitate, l. II, c. II, n. 15.

* In sessione VII celebrata die 28 oct. an. 1965 promulgato. Adn. L. BEYER in PrM 55 (1966) 430-493, 653-693; 56 (1967) 3-60, 331-358, 519-553; 57 (1968) 80-130, 373-434; P. DE LA JONQUIÈRE in **Vie consacrée** 38 (1968) 295-314; J. GALOT in **Vie consacrée** 38 (1966) 5-15, 32-60; A. GUTIERREZ in CpR 48 (1967) 271-282; L. GUTIERREZ in CpR 45 (1966) 17-39; 48 (1967) 72-75; J. MARTINEZ in Vinculum 15

http://www.obrascatolicas.com

(1967) 36-45; XAV. OCHOA in CpR 45 (1966) 265-275; 46 (1967) 113-128, 337-350; 47 (1968) 97-111; G. ROLDAN in Vinculum 15 (1967) 64-76; G. ROUSSEAU in Vita rel. 2 (1966) 49-81; V. SERER in Vinculum 15 (1967) 46-60; P. ZAKAR in CpR 51 (1970) 289-328.

3334

1965 OCT 28.-CONC. VAT. II, DECR. AAS 58 (1966) 713-727

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, una cum Sacrosancti Concilii Patribus.
Ad perpetuam rei memoriam

Decretum de Institutione Sacerdotali

PROOEMIUM

Optatam totius Ecclesiae renovationem probe noscens Sancta Synodus a sacerdotum ministerio, Christi spiritu animato, magna ex parte pendere [1], gravissimum institutionis sacerdotalis momentum proclamat, eiusque primaria quaedam principia declarat, quibus confirmentur leges iam saeculorum usu probatae in easque nova inducantur, quae huius Sancti Concilii Constitutionibus et Decretis necnon mutatis temporum rationibus respondeant. Quae sacerdotalis conformatio ob ipsam catholici sacerdotii unitatem, omnibus sacerdotibus utriusque cleri et cuiusvis ritus necessaria est; ideoque haec praescripta, quae clerum dioecesanum directe respiciunt, congrua congruis referendo, omnibus accommodanda sunt.

I. De sacerdotalis institutionis ratione in singulis nationibus ineunda

1. Cum in tanta gentium regionumque diversitate nonnisi generales leges ferri possint, in singulis nationibus vel
714 ritibus peculiaris «Sacer/dotalis Institutionis Ratio» ineatur, ab Episcoporum Conferentiis statuenda [2], certis temporibus recognoscenda atque ab Apostolica Sede approbanda, qua leges universales ad peculiaria locorum temporumque adiuncta accommodentur, ut sacerdotalis institutio semper congruat pastoralibus necessitatibus illarum regionum in quibus ministerium exercendum sit.

II. De vocationibus sacerdotalibus instantius fovendis

2. Fovendarum vocationum officium [3] ad totam christianam communitatem pertinet, quae imprimis vita plene christiana id provehere debet; maxime in id conferunt tum familiae, quae, spiritu fidei, caritatis et pietatis animatae, veluti primum seminarium fiunt, tum paroeciae quarum uberem vitam ipsi adolescentes participant. Magistri atque omnes qui puerorum iuvenumque institutionem quovis modo curant, praecipue Consociationes Catholicae, adolescentes sibi concreditos ita excolere studeant ut vocationem divinam percipere et libenter sequi valeant. Omnes sacerdotes zelum apostolicum in fovendis vocationibus quam maxime ostendant et propria ipsorum vita humili, operosa, laeto animo peracta, necnon mutua sacerdotali caritate et fraterna operae consortione, adolescentium animos ad sacerdotium trahant.

Episcoporum autem est in vocationibus provehendis gregem suum excitare arctamque omnium virium laborumque curare coniunctionem; eos vero quos ipsi ad sortem Domini vocatos iudicaverint, ut patres, nullis parcentes sacrificiis adiuvare.

Haec actuosa ad vocationes fovendas universi populi Dei conspira/tio Divinae Providentiae actioni respondet, 715
quae hominibus ad Christi Sacerdotium hierarchicum participandum divinitus electis congruas dotes tribuit easque sua gratia adiuvat, dum legitimis Ecclesiae ministris committit ut idoneitate agnita, candidatos qui tantum munus recta intentione et plena libertate petierint, comprobatos vocent et Sancti Spiritus sigillo Dei cultui et Ecclesiae servitio consecrent [4].

Sancta Synodus tradita quidem communis cooperationis subsidia imprimis commendat uti sunt instans oratio, christiana paenitentia necnon in dies altior christifidelium institutio, sive praedicatione et catechesi sive etiam variis communicationis socialis instrumentis impertienda, qua quidem necessitas, natura et praestantia vocationis sacerdotalis declarentur. Insuper mandat ut Opera vocationum, secundum pontificia ad rem documenta, in singularum dioecesium, regionum vel nationum ambitu iam constituta vel ineunda, universam fovendarum vocationum pastoralem actionem, nullis opportunis auxiliis posthabitis quae hodiernae doctrinae psychologicae et sociologicae utiliter protulerint, methodice et cohaerenter disponant atque pari discretione ac zelo promoveant [5].

Opus vero fovendarum vocationum fines singularum dioecesium, nationum, familiarum religiosarum atque rituum dilatato corde transcendat oportet atque ad universalis Ecclesiae necessitates respiciens illis praecipue regionibus auxilium afferat, in quibus ad Domini vineam instantius operarii advocantur.

3. In Seminariis Minoribus ad germina vocationis excolenda erectis alumni peculiari religiosa conformatione, imprimis apta moderatione spirituali, ad Christum Redemptorem generoso animo et puro corde sequendum componantur. Sub paterno superiorum moderamine, parentibus opportune cooperantibus, vitam ducant quae adolescentium aetati, spiritui et evolutioni conveniat et sanae psychologiae normis plene aptetur, congrua rerum humanarum experientia et consuetudine cum propria / familia 716
non praetermissis [6]. Ea praeterea quae insequentibus de Seminariis Maioribus statuuntur, quatenus fini et rationi Seminarii Minoris conveniunt, ipsi quoque accommodentur. Studia ab alumnis peragenda sic ordinentur oportet ut ipsi ea sine incommodo alibi prosequi possint, si alium vitae statum amplectantur.

Pari cura foveantur etiam germina vocationis adolescentium et iuvenum in peculiaribus Institutis quae pro locorum adiunctis Seminariorum Minorum quoque fini inserviunt, necnon eorum qui sive in aliis scholis sive ceteris educationis mediis instituuntur; ac sedulo promoveantur Instituta aliaque incoepta pro iis qui maiore aetate divinam sequuntur vocationem.

III. De Seminariorum Maiorum ordinatione

4. Seminaria Maiora ad sacerdotalem conformationem necessaria sunt. In eis integra alumnorum institutio eo tendere debet ut ad exemplar Domini Nostri Iesu Christo Magistri, Sacerdotis et Pastoris, veri animarum pastores

[1] Pius XII, Const. Apost. *Sedes Sapientiae*, 31 maii 1956: AAS 48 (1956), p. 357 [LE 2579]. Paulus VI, Ep. Apost. *Summi Dei Verbum*, 4 nov. 1963: AAS 55 (1963), pp. 984 ss. [LE 3134].

[2] Cf. imprimis: Pius XII, Motu proprio *Cum nobis* «de Pontificio Opere Vocationum Sacerdotalium apud S. Congregationem Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositam constituendo», 4 nov. 1941: AAS 33 (1941), p. 479 [LE 1646]; cum adnexis Statutis et Normis ab eadem S. Congregatione promulgatis die 8 sept. 1943 [LE 1768, 1769]. Motu proprio *Cum supremae* «de Pontificio Opere primario religiosarum vocationum», 11 febr. 1955: AAS 47 (1955), p. 266 [LE 2482]; cum adnexis Statutis et Normis a S. Congr. de Religiosis promulgatis (ibid., pp. 298-301) [LE 2483, 2484]; Conc. Vat. II, Decr. De accommodata renovatione vitae religiosae, *Perfectae Caritatis*, n. 24 [LE 3333]; Decr. De Pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, n. 15 [LE 3332].

[3] Cf. Pius XII, Adhort. Apost. *Menti Nostrae*, 23 sept. 1950: AAS 42 (1950), p. 685 LE [2231].

ipsi formentur [7]; praeparentur ergo ad ministerium verbi: ut verbum Dei revelatum semper melius intelligant, meditantes possideant, lingua et moribus exprimant; ad ministerium cultus et sanctificationis: ut orantes et sacras liturgicas celebrationes peragentes opus salutis per Sacrificium eucharisticum et Sacramenta exerceant; ad ministerium Pastoris: ut sciant repraesentare hominibus Christum, qui «non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret et daret animam suam redemptionem pro multis» (*Mc.* 10, 45; cf. *Io.* 13, 12-17) et ut, omnium facti servi, plures lucrifaciant (cf. 1 *Cor.* 9, 19).

Quare omnes institutionis rationes, spiritualis, intellectualis, disciplinaris, consociata actione ad hunc finem pastoralem ordinentur, eique assequendo sedulam concordemque operam navent omnes moderatores et magistri, Episcopi auctoritati fideliter obsequentes.

5. Cum alumnorum institutio et a sapientibus legibus et maxime quidem ab idoneis educatoribus pendeat, Seminariorum moderatores et magistri ex optimis viris seli-
717 gantur [8] atque solida doctrina, congrua experien/tia pastorali et peculiari institutione spirituali et paedagogica diligenter praeparentur. Instituta igitur ad hunc finem assequendum vel saltem cursus apta ratione disponendi necnon Moderatorum Seminariorum conventus statutis temporibus celebrandi promoveantur oportet.

Moderatores vero et magistri persentiant quantopere a suipsorum cogitandi agendique ratione pendeat alumnorum formationis exitus; sub Rectoris ductu arctissimam spiritus et actionis consortionem ineant atque inter semetipsos et cum alumnis eam familiam constituant quae Domini orationi «Ut sint unum» (*Io.* 17, 11) respondeat et in alumnis propriae vocationis gaudium nutriat. Episcopus autem assidua praedilectionis cura animet eos qui in Seminario laborant ac ipsis alumnis se demonstret verum in Christo Patrem. Omnes denique sacerdotes cor dioecesis Seminarium considerent eique propriam adiutricem operam libenter praestent [9].

6. Vigilanti cura, pro singulorum aetate eorumque progressu, inquiratur de candidatorum recta intentione ac libera voluntate, de idoneitate spirituali, morali et intellectuali, de congrua physica et psychica valetudine, consideratis quoque dispositionibus a familia forsan transmissis. Expendatur quoque candidatorum capacitas sacerdotalia onera ferendi et officia pastoralia exercendi [10].

In universa autem alumnorum selectione et probatione debita semper adhibeatur animi firmitas etiamsi lugenda sit sacerdotum penuria [11], cum Deus Ecclesiam suam ministris carere non sinat, si digni promoveantur, non idonei tempestive ad alia munera obeunda paterne dirigantur
718 atque iuventur ut vocationis suae christianae conscii, alacriter apostolatum laicalem ineant. /

7. Ubi singulae dioeceses proprio Seminario rite instruendo impares sint, erigantur ac foveantur Seminaria pluribus dioecesibus vel universae regioni vel nationi communia, ut solidae alumnorum institutioni, quae in hac re suprema lex est habenda, efficaciore ratione consulatur. Haec vero Seminaria, si regionalia sint vel nationalia, regantur iuxta statuta ab Episcopis quorum interest [12] condita et ab Apostolica Sede probata.,

In Seminariis autem ubi multi sunt alumni, retenta reginis et scientificae institutionis unitate, alumni apta ratione distribuantur in coetus minores ut singulorum conformationi personali melius provideatur.

[7] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 28: AAS 57 (1965), p. 34 [LE 3232].

[8] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Ad Catholici Sacerdotii*, 20 dec. 1935: AAS 28 (1936), p. 37 [LE 1302]; «Diligens imprimis esto moderatorum magistrorumque delectus... Sacris eiusmodi collegiis sacerdotes tribuite maxima virtute ornatos; neque gravemini eos e muneribus abstrahere, specie quidem maioris ponderis, quae tamen cum hac capitali re, cujus partes nulla alia suscipere, comparari nequeunt». Quod seligendi optimos principium iterum inculcatur a Pio XII in Litteris Apostolicis ad Ordinarios Brasiliae directis die 23 aprilis 1947, *Discorsi e Radiomessaggi* IX, pp. 579-580.

[9] De communi officio Seminariis auxiliatricem operam navandi cf. Paulus VI, Ep. Apost. *Summi Dei Verbum*, 4 nov. 1963: AAS 55 (1963), p. 984 [LE 3134].

[10] Cf. Pius XII, Adhort. Apost. *Menti Nostrae*, 23 sept. 1950: AAS 42 (1950), p. 684 [LE 2231]; S. Congr. de Sacramentis, Litt. circulares *Magna quidem* ad locorum Ordinarios, 27 dec. 1935, n. 10. Pro religiosis cf. *Statuta Generalia* adnexa Constitutioni Apostolicae *Sedes Sapientiae*, 31 maii 1956, art. 33 [LE 2579]. Paulus VI, Ep. Apost. *Summi Dei Verbum*, 4 nov. 1963: AAS 55 (1963), p. 987 s. [LE 3134].

[11] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Ad Catholici Sacerdotii*, 20 dec. 1935: AAS 28 (1936), p. 41 [LE 1302].

[12] Statuitur, ut in determinandis Seminariorum regionalium vel nationalium Statutis omnes Episcopi quorum interest partem habeant, derogando praescripto canonis 1357, par. 4 CIC.

IV. De institutione spirituali impensius excolenda

8 Institutio spiritualis cum doctrinali et pastorali arcte connectatur et, directore spiritus praecipue adiuvante [13], ita impertiatur, ut alumni cum Patre per Filium Eius Iesum Christum in Spiritu Sancto familiari et assidua societate vivere discant. Per sacram ordinationem Christo Sacerdoti configurandi, etiam intima totius vitae consortione, ut amici, Ei adhaerere assuescant [14]. Eius Mysterium Paschale ita vivant ut in illud initiare sciant plebem sibi committendam. Christum quaerere edoceantur in verbi Dei fideli meditatione, in actuosa cum sacrosanctis Ecclesiae Mysteriis communicatione, imprimis in Eucharistia et in officio divino [15]; in Episcopo, qui eos mittit et in hominibus ad quos mittuntur praesertim pauperibus, parvulis, infirmis, peccatoribus et incredulis. Beatissimam Virginem Mariam, quae a Christo Iesu in cruce moriente discipulo data est uti mater, filiali fiducia diligant et colant. / 719

Enixe foveantur pietatis exercitia venerando Ecclesiae usu commendata; curandum vero est ne formatio spiritualis in iis solis consistat nec solum affectum religiosum excolat. Discant potius alumni secundum formam Evangelii vivere, in fide, spe et caritate firmari, ut in earum exercitio spiritum orationis sibi acquirant [16], vocationis suae robur et munimen consequantur, ceterarum virtutum vigorem obtineant et zelo omnes homines Christo lucrifaciendi crescant.

9. Mysterio Ecclesiae ab hac Sancta Synodo praecipue illustrato alumni ita imbuantur ut Christi Vicario humili et filiali caritate devincti atque, sacerdotio aucti, proprio Episcopo tamquam fidi cooperatores adhaerentes et sociam cum fratribus operam praestantes, testimonium exhibeant illius unitatis qua homines ad Christum attrahuntur [17]. Dilatato corde participare discant in totius Ecclesiae vita secundum illud S. Augustini: «Quantum quisque amat Ecclesiam Christi, tantum habet Spiritum Sanctum» [18]. Clarissime intelligant alumni, se non dominatui nec honoribus destinari, sed totos servitio Dei et pastorali ministerio mancipari. Peculiari sollicitudine in sacerdotali oboedientia, in pauperis vitae ratione et in sui abnegandi spiritu ita excolantur [19], ut etiam ea quae licita sunt, sed non expediunt, prompte abdicare et Christo crucifixo se conformare assuescant.

De oneribus ab ipsis suscipiendis alumni reddantur certiores, nulla vitae sacerdotalis difficultate reticita; ne tamen in futura operositate periculi rationem fere unice conspiciant, sed potius ad vitam spiritualem ex ipsa eorum pastorali actione quam maxime roborandam conformentur.

10. Alumni qui secundum proprii ritus sanctas firmasque leges venerandam coelibatus sacerdotalis traditionem sequuntur, diligenti cura educentur ad hunc statum, in quo societati coniugali propter regnum coelorum renuntiantes (cf. *Mat.* 19, 12), Domino adhaerent amore / indivi- 720
so [20] novo Foederi intime congruente, futuri saeculi resurrectionis testimonium exhibent (cf. *Lc.* 20 36) [21] et aptissimum consequuntur auxilium ad eam perfectam caritatem continuo exercendam, qua in ministerio sacerdotali omnia omnibus fieri valeant [22]. Alte persentiant quam grato animo ille status suscipi debeat non quidem solum ut

[13] Cf. Pius XII, Adhort. Apost. *Menti Nostrae*, 23 sept. 1950: AAS 42 (1950), p. 674 [LE 2231]; S. Congr. de Sem. et Stud. Univ., *La Formazione spirituale del candidato al sacerdozio*, Città del Vaticano 1965.

[14] Cf. S. Pius X, Exhort. ad Clerum, *Haerent animo*, 4 aug. 1908: S. Pii X Acta, IV, pp. 242-244; Pius XII, Adhort. Apost. *Menti Nostrae*, 23 sept. 1950: AAS 42 (1950), pp. 659-661 [LE 2231]; Ioannes XXIII, Litt. Encyc. *Sacerdotii Nostri Primordia*, 1 aug. 1959: AAS 51 (1959), p. 550 s.

[15] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*, 20 nov. 1947: AAS 39 (1947), pp. 547 ss. et 572 s. [LE 1963]; Ioannes XXIII, Adhort. Apost. *Sacrae Laudis*, 6 ian. 1962: AAS 54 (1962), p. 69; Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, art. 16 et 17: AAS 56 (1964), p. 104 s. [LE 3141]; S. Congr. Rituum, *Instructio ad exsecutionem Constitutionis de Sacra Liturgia recte ordinandam*, 26 sept. 1964, nn. 14-17: AAS 56 (1964), p. 880 s. [LE 3217].

[16] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Sacerdotii Nostri Primordia*: AAS 51 (1959), p. 559 s.

[17] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 28: AAS 57 (1965), p. 35 s. [LE 3232].

[18] S. Augustinus, *In Ioannem tract.* 32, 8: PL 35, 1646.

[19] Cf. Pius XII, Adhort. Apost. *Menti Nostrae*: AAS 42 (1950), pp. 662 s., 685, 690 [LE 2231]; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Sacerdotii Nostri Primordia*: AAS 51 (1959), pp. 551-553; 556 s.; Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam suam*, 6 aug. 1964: AAS 56 (1964), p. 634 s. [LE 3211]; Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, imprimis n. 8: AAS 57 (1965), p. 12 [LE 3232].

[20] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Sacra Virginitas*, 25 mart. 1954: AAS 46, (1954), pp. 165 ss. [LE 2421].

[21] Cf. S. Cyprianus *De habitu virginum*, 22: PL 4, 475; S. Ambrosius: *De virginibus* I, 8, 52: PL 16, 202 s.

[22] Cf. Pius XII, Adhort. Apost. *Menti Nostrae*: AAS 42 (1950), p. 663 [LE 2232].

http://www.obrascatolicas.com

lege ecclesiastica praeceptus, sed ut pretiosum donum Dei humiliter impetrandum, cui gratia Spiritus Sancti excitante et adiuvante, libere et generose respondere properent.

Officia et dignitatem christiani matrimonii, quod amorem inter Christum et Ecclesiam repraesentat (cf. *Eph.* 5, 22-33), alumni debite cognoscant; perspiciant autem virginitatis Christo consecratae praecellentiam [23], ita ut optione mature deliberata ac magnanimi, integra corporis et animi deditione Domino se devoveant.

De periculis quae eorum castitati maxime in praesentis temporis societate occurrunt, moneantur [24]; aptis praesidiis divinis humanisque adiuti, matrimonii renuntiationem ita integrare addiscant ut ipsorum vita et operositas ex coelibatu non modo ullum patiatur detrimentum, sed potius ipsi altius animi corporisque dominium pleniorisque maturitatis profectum acquirant atque Evangelii beatitudinem perfectius percipiant.

11. Christianae educationis normae sancte serventur, et recentioribus sanae psychologiae et paedagogiae inventis rite compleantur. Institutione igitur sapienter ordinata in alumnis excolenda est etiam debita maturitas humana, praecipue comprobata in quadam animi stabilitate, in facultate ferendi ponderatas decisiones atque in recta de eventibus et hominibus iudicandi ratione. Alumni propriam indolem recte componere assuescant; ad animi fortitudinem formentur et in universum illas virtutes aestimare discant quae inter homines pluris fiunt et Christi ministrum commendant [25], cuiusmodi sunt animi sinceritas, assidua iustitiae cura, promissis servata fides, in agendo urbanitas, in colloquendo modestia cum caritate coniuncta. /

Vitae Seminarii disciplina aestimanda est non solum validum vitae communis caritatisque praesidium, sed totius institutionis necessaria pars ad sui dominium acquirendum, ad solidam personae maturitatem promovendam ceterasque animi dispositiones efformandas quae ordinatam et fructuosam Ecclesiae operositatem maxime iuvant. Ita tamen exerceatur ut fiat alumnorum interna aptitudo qua auctoritas superiorum ex intima persuasione seu propter conscientiam (cf. *Rom.* 13, 5) et propter supernaturales rationes suscipiatur. Disciplinae vero normae iuxta alumnorum aetatem ita applicentur ut ipsi, dum gradatim sibimetipsis moderari addiscant, libertate sapienter uti, sponte naviterque agere [26] et cum confratribus et laicis sociam praestare operam assuescant.

Tota Seminarii ratio, pietatis et silentii studio atque mutui adiutorii sollicitudine perfusa, ita ordinetur oportet ut iam quaedam initiatio sit futurae vitae a sacerdote ducendae.

12. Ut spiritualis institutio solidiore ratione innitatur et alumni vocationem optione mature deliberata amplectantur, Episcoporum erit congruum instaurare temporis intervallum pro impensiore tirocinio spirituali. Eorundem quoque erit opportunitatem perpendere quandam studiorum interruptionem statuendi vel aptum tirocinium pastorale disponendi ut sacerdotii candidatorum probationi satius consulatur. Pro singularum regionum condicionibus Episcoporum pariter erit decernere de protrahenda aetate a iure communi in praesenti pro sacris ordinibus expostulata necnon deliberare de opportunitate statuendi ut alumni, expleto cursu theologico, per congruum tempus diaconalem exerceant ordinem, antequam ad sacerdotium promoveantur.

V. De studiis ecclesiasticis recognoscendis

13. Antequam sacrorum alumni studia proprie ecclesiastica aggrediantur, ea humanistica et scientifica institutione ornentur, qua iuvenes in sua cuiusque natione superiora studia inire valeant; ac praeterea eam linguae latinae cognitionem acquirant, qua tot scientiarum fontes et Ecclesiae documenta intelligere atque adhibere possint [27]. Studium linguae liturgicae uniculque ritui propriae necessarium habeatur, cognitio vero congrua linguarum Sacrae Scripturae et Traditionis valde foveatur. /

14. In ecclesiasticis studiis recognoscendis eo imprimis spectandum est ut disciplinae philosophicae et theologicae aptius componantur et concordi ratione conspirent ad alumnorum mentibus magis magisque aperiendum Mysterium Christi quod totam generis humani historiam afficit, in Ecclesiam iugiter influit et ministerio sacerdotali praecipue operatur [28].

Ut haec visio ab institutionis limine cum alumnis communicetur, studia ecclesiastica inchoentur cursu introductorio per congruum tempus protrahendo. In hac studiorum initiatione Mysterium salutis ita proponatur ut alumni studiorum ecclesiasticorum sensum, ordinem eorumque finem pastoralem conspiciant simulque ad propriam vitam universam fide fundandam et penetrandam iuventur atque in vocatione deditione personali et laeto animo amplectenda firmentur.

15. Philosophicae disciplinae ita tradantur ut alumni imprimis ad solidam et cohaerentem hominis, mundi et Dei cognitionem acquirendam manuducantur, innixi patrimonio philosophico perenniter valido [29], ratione quoque habita philosophicarum investigationum progredientis aetatis, praesertim earum quae in propria natione maiorem influxum exercent, necnon recentioris scientiarum progressus, ita ut alumni hodiernae aetatis indole recte percepta ad colloquium cum hominibus sui temporis opportune praeparentur [30].

Historia philosophiae ita tradatur ut alumni, dum variorum systematum principia ultima attingunt, ea quae ibi vera probantur teneant, errorum radices detegere eosque refellere valeant.

In ipsa docendi ratione excitetur in alumnis amor veritatis rigorose quaerendae, observandae, demonstrandae simul cum honesta agnitione limitum cognitionis humanae. Sedulo attendatur ad necessitudinem inter philosophiam et vera problemata vitae necnon quaestiones quae alumnorum mentes movent; ipsi quoque adiuventur ad perspiciendos nexus qui intercedunt inter argumenta philosophica et mysteria salutis quae in theologia superiore lumine fidei considerantur. /

16. Disciplinae theologicae, in lumine fidei, sub Ecclesiae Magisterii ductu [31] ita tradantur ut alumni doctrinam catholicam ex divina Revelatione accurate hauriant, profunde penetrent, propriae vitae spiritualis reddant alimentum [32] eamque in ministerio sacerdotali annuntiare, exponere atque tueri valeant.

Sacrae Scripturae studio, quae universae theologiae veluti anima esse debet [33], peculiari diligentia alumni instituantur; congrua introductione praemissa, in exegeseos methodum accurate initientur, maxima divinae Revelationis themata perspiciant et in Sacris Libris quotidie legendis et meditandis incitamentum et nutrimentum recipiant [34].

Theologia dogmatica ita disponatur ut ipsa themata biblica primum proponantur; quid Patres Ecclesiae Orientis et Occidentis ad singulas Revelationis veritates fideliter transmittendas et enucleandas contulerint necnon ulterior dogmatis historia —considerata quoque ipsius relatione ad generalem Ecclesiae historiam— alumnis aperiatur [35]; deinde ad mysteria salutis integre quantum fieri potest illustranda, ea ope speculationis, S. Thoma magistro, intimius penetrare eorumque nexum perspicere alumni addiscant [36]; eademque semper in actionibus liturgicis [37] et

[23] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium* nn. 7 et 28: AAS 57 (1965), pp. 9-11; 33 [LE 3232].
[24] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Humani Generis*, 12 aug. 1950: AAS 42 (1950), pp. 571-575 [LE 2147].
[25] Cf. Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam suam*, 6 aug 1964: AAS 56 (1964), pp. 637 ss. [LE 3211].
[26] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Humani Generis*, 12 aug. 1950: AAS 42 (1950), pp. 567-569 [LE 2147]; Allocutio *Si diligis*, 31 mai 1954: AAS 46 (1954), p. 314 s. [LE 2433]; Paulus VI, Allocutio in Gregoriana Pontificia Studiorum Universitate habita, 12 mart. 1964: AAS 56 (1964), p. 364 s.; Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium* n. 25: AAS 57 (1965), pp. 29-31 [LE 3232].
[27] Cf. S. Bonaventura, *Itinerarium mentis in Deum*, Prol., n. 4: «(Nemo) credat quod sibi sufficiat lectio sine unctione, speculatio sine devotione, investigatio sine admiratione, circumspectio sine exsultatione, industria sine pietate, scientia sine charitate, intelligentia sine humilitate, studium absque divina gratia, speculum absque sapientia divinitus inspirata» (S. Bonaventura, *Opera Omnia*, V, Quaracchi 1891, p. 296).
[28] Cf. Leo XIII, Litt. Encycl. *Providentissimus Deus*, 18 nov. 1893: ASS 26 (1893-94), p. 283.
[29] Cf. Pontificia Commissio de Re Biblica, *Instructio de Sacra Scriptura recte docenda*, 13 maii 1950: AAS 42 (1950), p. 502 [LE 2127].
[30] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Humani Generis*, 12 aug. 1950: AAS 42 (1950), p. 568 s. [LE 2147]: «... sacrorum fontium studio sacrae disciplinae semper iuvenescunt; dum contra speculatio quae ulteriorem sacri depositi inquisitionem neglegit, ut experiundo novimus, sterilis evadit».
[31] Cf. Pius XII, *Sermo ad Alumnos Seminariorum*, 24 iunii 1939: AAS 31 (1939), p. 247: «Aemulatio... in veritate quaerenda et propaganda per commendationem doctrinae S. Thomae non supprimitur, sed excitatur potius ac tuto dirigitur». Paulus VI, Allocutio in Gregoriana Pont. Studiorum Univ. habita, 12 mart. 1964: AAS 56 (1964), p. 365: «(Magistri)... vocem Ecclesiae Doctorum reverenter auscultent, inter quos Divus Aquinas praecipuum obtinet locum; Angelici enim Doctoris tanta est ingenii vis, tam sincerus veritatis amor, ac tanta sapientia in altissimis veritatibus per-

[32] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium* nn. 7 et 28: AAS 57 (1965), pp. 9-11; 33 [LE 3232].
[33] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Humani Generis*, 12 aug. 1950: AAS 42 (1950), pp. 571-575 [LE 2147].
[34] Cf. Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam suam*, 6 aug 1964: AAS 56 (1964), pp. 637 ss. [LE 3211].
[35] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Humani Generis*, 12 aug. 1950: AAS 42 (1950), pp. 567-569 [LE 2147]; Allocutio *Si diligis*, 31 mai 1954: AAS 46 (1954), p. 314 s. [LE 2433]; Paulus VI, Allocutio in Gregoriana Pontificia Studiorum Universitate habita, 12 mart. 1964: AAS 56 (1964), p. 364 s.; Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium* n. 25: AAS 57 (1965), pp. 29-31 [LE 3232].
[36] Cf. S. Bonaventura, *Itinerarium mentis in Deum*, Prol., n. 4: «(Nemo) credat quod sibi sufficiat lectio sine unctione, speculatio sine devotione, investigatio sine admiratione, circumspectio sine exsultatione, industria sine pietate, scientia sine charitate, intelligentia sine humilitate, studium absque divina gratia, speculum absque sapientia divinitus inspirata» (S. Bonaventura, *Opera Omnia*, V, Quaracchi 1891, p. 296).
[37] Cf. Leo XIII, Litt. Encycl. *Providentissimus Deus*, 18 nov. 1893: ASS 26 (1893-94), p. 283.
[38] Cf. Pontificia Commissio de Re Biblica, *Instructio de Sacra Scriptura recte docenda*, 13 maii 1950: AAS 42 (1950), p. 502 [LE 2127].
[39] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Humani Generis*, 12 aug. 1950: AAS 42 (1950), p. 568 s. [LE 2147]: «... sacrorum fontium studio sacrae disciplinae semper iuvenescunt; dum contra speculatio quae ulteriorem sacri depositi inquisitionem neglegit, ut experiundo novimus, sterilis evadit».
[40] Cf. Pius XII, *Sermo ad Alumnos Seminariorum*, 24 iunii 1939: AAS 31 (1939), p. 247: «Aemulatio... in veritate quaerenda et propaganda per commendationem doctrinae S. Thomae non supprimitur, sed excitatur potius ac tuto dirigitur». Paulus VI, Allocutio in Gregoriana Pont. Studiorum Univ. habita, 12 mart. 1964: AAS 56 (1964), p. 365: «(Magistri)... vocem Ecclesiae Doctorum reverenter auscultent, inter quos Divus Aquinas praecipuum obtinet locum; Angelici enim Doctoris tanta est ingenii vis, tam sincerus veritatis amor, ac tanta sapientia in altissimis veritatibus per-

universa Ecclesiae vita praesentia et operantia agnoscere doceantur; atque humanorum problematum solutiones sub Revelationis luce quaerere, eius aeternas veritates mutabili rerum humanarum condicioni applicare easque modo coaevis hominibus accommodato communicare discant [38].

Item ceterae theologicae disciplinae ex vividiore cum Mysterio Christi et historia salutis contactu instaurentur. Specialis cura impendatur Theologiae morali perficiendae, cuius scientifica expositio, doctrina S. Scripturae magis nutrita, celsitudinem vocationis fidelium in Christo illustret eorumque obligationem in caritate pro mundi vita fructum ferendi. Similiter in iure canonico exponendo et in historia ecclesiastica tradenda respiciatur ad Mysterium Ecclesiae, secundum Constitutionem dogmaticam «De Ecclesia» ab hac S. Synodo promulgatam. Sacra Liturgia quae primus, isque necessarius fons spiritus vere christiani habenda est, doceatur ad mentem articulorum 15 et 16 Constitutionis de Sacra Liturgia [39].

Variarum regionum condicionibus opportune consideratis, manuducantur alumni ad plenius cognoscendas Ecclesias et Communitates ecclesiales a Sede Apostolica Romana seiunctas, ut unitatis redintegrationi inter universos Christianos secundum huius S. Synodi praescripta promovendae conferre valeant [40].

Introducantur etiam ad alias religiones cognoscendas in singulis regionibus magis vulgatas, quo melius id quod boni et veri, Deo disponente, habent, agnoscant, errores refellere discant et plenum veritatis lumen non habentibus communicare valeant.

17. Cum vero doctrinalis institutio non ad meram notionum communicationem, sed ad veram intimamque alumnorum formationem ten/dere debeat, methodi didacticae recognoscantur tum ad praelectiones, colloquia et exercitationes quod attinet, tum quoad alumnorum studium sive privatum sive in parvis coetibus excitandum. Totius institutionis unitas ac soliditas sedulo curetur, vitata nimia disciplinarum et lectionum multiplicatione atque iis quaestionibus omissis, quae vix ullum momentum retinent vel quae ad altiora academica studia remittenda sunt.

18. Episcoporum erit curare ut iuvenes indole, virtute et ingenio apti ad peculiaria Instituta, Facultates vel Universitates mittantur ut in scientiis sacris necnon in aliis quae opportunae videantur, sacerdotes praeparentur altiore ratione scientifica instructi, qui variis apostolatus necessitatibus satisfacere valeant; eorum vero institutio spiritualis et pastoralis, maxime si sacerdotio nondum sint aucti, nullo modo negligatur.

VI. De institutione stricte pastorali promovenda

19. Pastoralis illa sollicitudo quae integram prorsus alumnorum institutionem informare debet [41], postulat etiam ut ipsi diligenter instruantur in iis quae peculiari ratione ad sacrum ministerium spectant, praesertim in catechesi et praedicatione, in cultu liturgico et sacramentorum administratione, in operibus caritatis, in officio occurrendi errantibus et incredulis, et in ceteris pastoralibus muneribus. Accurate instituantur in animarum moderandarum arte, qua universos Ecclesiae filios imprimis ad vi-

vestigandis, illustrandis aptissimoque unitatis nexu colligendis, ut ipsius doctrina efficacissimum sit instrumentum non solum ad Fidei fundamenta in tuto collocanda, sed etiam ad sanae progressionis fructus utiliter et secure percipiendos». Cf. etiam Allocutio coram VI Congressu Internationali Thomistico, 10 sept. 1965: AAS 57 (1965), pp. 788-792.
[41] Cf. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 7 et 16: AAS 56 (1964), pp. 100 s. et 104 s. [LE 3141].
[42] Cf. Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam Suam*, 6 aug. 1964: AAS 56 (1964), p. 640 s. [LE 3211].
[43] Cf. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 10, 14, 15, 16 [LE 3232]; S. Congr. Rituum, *Instructio ad exsecutionem Constitutionis de Sacra Liturgia recte ordinandam*, 26 sept. 1964, nn. 11 et 12: AAS 56 (1964), p. 879 s. [LE 3217].
[44] Cf. Conc. Vat. II, Decr. de Oecumenismo, *Unitatis Redintegratio* nn. 1, 9, 10: AAS 57 (1965), pp. 90 et 98 s. [LE 3235].
[45] Perfecta pastoris forma potest deduci ex recentiorum Pontificum documentis quae de vita, de dotibus et de institutione Sacerdotum distincte agunt, imprimis: S. Pius X, Exhort. ad Clerum *Haerent animo*, S. Pii X Acta, IV, pp. 237 ss.; Pius XI, Litt. Encycl. *Ad Catholici Sacerdotii*: AAS 28 (1936), pp. 5 ss. [LE 1302]; Pius XII, Adhort. Apost. *Menti Nostrae*: AAS 42 (1950), pp. 657 ss. [LE 2151]; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Sacerdotii Nostri primordia*: AAS 51 (1959), pp. 545 ss.; Paulus VI, Ep. Apost. *Summi Dei Verbum*: AAS 55 (1963), pp. 979 ss. [LE 3134]. Non pauca de formatione pastorali inveniuntur etiam in Litt. Encycl. *Mystici Corporis* (1943) [LE 1759], *Mediator Dei* (1947) [LE 1963], *Evangelii Praecones* (1951) [LE 2218], *Sacra Virginitas* (1954) [LE 2421], *Musicae Sacrae Disciplina* (1955) [LE 2541], *Princeps Pastorum* (1959) [LE 2861], necnon Ioannes XXIII et Paulus VI etiam in suis allocutionibus ad seminaristas et sacerdotes formam boni pastoris compluries illustrarunt.

tam christianam plene consciam et apostolicam atque ad sui status officia implenda conformare valeant; pari sollicitudine adiuvare discant religiosos et religiosas ut in propriae vocationis / gratia perseverent et secundum varios Institutorum spiritum proficiant [42]. 726

In universum in alumnis congruae aptitudines excolantur, quae maxime ad dialogum cum hominibus conferunt, uti sunt capacitas alios audiendi et ad varia necessitudinis humanae adiuncta animum aperiendi in spiritu caritatis [43].

20. Subsidiis quoque uti edoceantur quae disciplinae sive paedagogicae, sive psychologicae, sive sociologicae [44] afferre valent, iuxta rectas methodos et Auctoritatis Ecclesiasticae normas. Item ad apostolicam laicorum actionem excitandam ac fovendam accurate instruantur [45], necnon ad varias efficacioresque apostolatus formas promovendas; atque eo spiritu vere catholico imbuantur, quo propriae dioecesis, nationis vel ritus fines transcendere et totius Ecclesiae necessitates iuvare assuescant, animo parati ad Evangelium ubique praedicandum [46].

21. Cum vero opus sit ut alumni apostolatus exercendi artem non tantum theoretice, sed etiam practice addiscant atque propria responsabilitate et consociata opera agere valeant, iidem iam per studiorum curriculum, feriarum quoque tempore, praxi pastorali initientur per opportunas exercitationes; quae vero pro alumnorum aetate ac locorum condicione, prudenti Episcoporum iudicio, methodice et sub virorum in re pastorali peritorum ductu fieri debent, praepollente supernaturalium auxiliorum vi semper memorata [47].

VII. De institutione post studiorum curriculum perficienda

22. Cum sacerdotalis institutio, ob recentioris potissimum societatis rerum adiuncta, etiam studiorum in Seminariis curriculo absoluto / prosequenda atque perficienda 727 sit [48], Conferentiarum Episcoporum erit in singulis nationibus aptiora media adhibere, cuiusmodi sunt pastoralia Instituta cum paroeciis opportune selectis cooperantia, conventus statis temporibus cogendi et accommodatae exercitationes quarum ope iunior clerus sub aspectu spirituali, intellectuali et pastorali in sacerdotalem vitam atque apostolicam operositatem gradatim introducatur easque in dies magis renovare ac fovere valeat.

Conclusio

Huius Sanctae Synodi Patres, opus a Concilio Tridentino inchoatum prosequentes, dum Seminariorum moderatoribus et magistris fidenter concredunt munus futuros Christi sacerdotes efformandi in spiritu renovationis ab hac Sacrosancta Synodo promotae, eos qui ad sacerdotale ministerium se praeparant, vehementer hortantur ut ipsi spem Ecclesiae animarumque salutem sibi committi persentiant atque huius Decreti normas libenti animo suscipientes, fructus qui semper maneant, uberrimos afferant.

Haec omnia et singula quae in hoc Decreto [*] edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

[46] De momento status, qui professione consiliorum evangelicorum constituitur cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, cap. VI: AAS 57 (1965), pp. 49-53 [LE 3232]; Decr. de accommodata renovatione vitae religiosae, *Perfectae Caritatis* [LE 3333].
[47] Cf. Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam Suam*, 6 aug. 1964: AAS 56 (1964), passim, imprimis pp. 635 s. et 640 ss. [LE 3211].
[48] Cf. imprimis Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 mali 1961: AAS 53 (1961), pp. 401 ss. [LE 2984].
[49] Cf. praecipue Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium* n. 33: AAS 57 (1965), p. 39. [LE 3232].
[50] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 17: AAS 57 (1965), p. 20 s. [LE 3232].
[51] Plurima documenta Pontificia praemonent contra periculum in actione pastorali neglegendi finem supernaturalem et parvipendendi saltem practice subsidia supernaturalia; cf. imprimis documenta in nota 42 laudata.
[52] Recentiora S. Sedis documenta particularem de necsacerdotibus coram habendam urgent; commemoranda sunt imprimis: Pius XII, Motu Proprio *Quandoquidem*, 2 aprilis 1949: AAS 41 (1949), pp. 165-167 [LE 2038]; Adhort. Apost. *Menti Nostrae*, 23 septembris 1950: AAS 42 (1950) [LE 2131]; Const. Apost. (pro Religiosis) *Sedes Sapientiae*, 31 maii 1956 et Statuta Generalia adnexa [LE 2579]; Allocutio ad sacerdotes «Convictus Bareisonensis», 14 iunii 1957: *Discorsi e Radiomessaggi*, XIX, pp. 271-273. Paulus VI, Allocutio coram sacerdotibus Instituti «Gian Matteo Giberti» dioecesis Veronensis ,11 martii 1964: *L'Osservatore Romano*, 13 marzo 1964.

http://www.obrascatolicas.com

Romae, apud S. Petrum, die XXVIII mensis octobris anno MCMLXV.—Ego PAULUS Ecclesiae Catholicae Episcopus *(Sequuntur Patrum subsignationes)*.

* In sessione VII celebrata die 28 oct. an. 1965 promulgato. Adn. P. BENOIT in **Seminarium** 18 (1966) 842-852; W. BERTRAMS in **PrM** 55 (1966) 594-599; G. CENACCHI in **Pal. clero** 45 (1966) 808-823; L. GARDET in **Seminarium** 18 (1966) 578-603; L. B. GILLON in **Seminarium** 18 (1966) 327-336; P. GRELOT in **Seminarium** 18 (1966) 853-879; L. J. GUYOT n **Seminarium** 18 (1966) 313-317; B. HAERING n **Seminarium** 18 (1966) 357-368; F. KLOSTERMANN in **Seminarium** 18 (1966) 628-674; L. LELOIR in **Seminarium** 18 (1966) 880-892; A. MAYER et G. BALDANZA in **Seminarium** 18 (1966) 911-967; CH. MOELLER in **Seminarium** 18 (1966) 604-625; I. M. PALACIOS in **CpR** 48 (1966) 149-170; M. PELLEGRINO in **Seminarium** 18 (1966) 853-901; G. L. PELLETIER in **Seminarium** 19 (1967) 782-881; L. G. RAMIREZ in **Vinculum** 15 (1967) 77-97; J. SAUVAGE in **Seminarium** 18 (1966) 318-328; J. SCHROEFFER n **Seminarium** 18 (1966) 339-358, 575-708; R. SPIAZZI in **Seminarium** 18 (1966) 389-393; C. VAGAGGINI in **Seminarium** 18 (1966) 819-841; J. J. WRIGHT in **Seminarium** 18 (1966) 902-910.

3335

1965 OCT 28.-CONC. VAT. II, DECL. AAS 58 (1966) 728-739

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, una cum Sacrosancti Concilii Patribus. Ad perpetuam rei memoriam

Declaratio de Educatione Christiana

Gravissimum educationis momentum in vita hominis eiusque influxum semper maiorem in socialem huius aetatis progressum Sancta Oecumenica Synodus attente perpendit [1]. Re quidem vera iuvenum educatio, immo adultorum quoque continua quaedam institutio, cum facilior tum urgentior redditur temporis nostri adiunctis. Homines enim propriae dignitatis et officii plenius conscii, vitam socialem ac praesertim oeconomicam et politicam actuosius in dies participare praeoptant [2]; mirabiles artis technicae et inquisitionis scientificae progressus, nova communicationis socialis subsidia opportunitatem praebent hominibus, maiore interdum temporis spatio ab occupationibus liberi fruentibus, facilius ad patrimonium mentis animique culturae accedendi atque arctiore tum coetuum tum ipsorum populorum necessitudine mutuo se complendi.

Proinde ubique conatus fiunt ad opus educationis magis magisque promovendum; hominum, et peculiariter pue-
729 rorum atque parentum, iura primaria educationem respicientia declarantur et publicis documentis/ consignantur [3]; alumnorum numero celeriter crescente, late multiplicantur et perficiuntur scholae atque alia educationis instituta conduntur; novis experimentis excoluntur educationis et instructionis methodi; magni quidem ponderis peraguntur nisus ad eas omnibus hominibus procurandas, licet permulti pueri et iuvenes institutione etiam fundamentali adhuc priventur et tot alii apta educatione, in qua simul veritas et caritas excoluntur, careant.

Cum vero Sancta Mater Ecclesia ad mandatum implendum a divino suo Conditore acceptum, mysterium nempe salutis omnibus hominibus nuntiandi et omnia instaurandi in Christo, integram hominis vitam etiam terrenam quatenus cum vocatione coelesti connexam curare debeat [4],

[1] Inter plurima documenta momentum educationis illustrantia cf. imprimis: BENEDICTUS XV, Ep. Apost. *Communes Litteras*, 10 apr. 1919: AAS 11 (1919), p. 172. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, 31 dec. 1929: AAS 22 (1930), pp. 49-86 [LE 939]. PIUS XII, Allocutio ad Iuvenes A. C. I., 20 apr. 1946: *Discorsi e Radiomessaggi* VIII, pp. 53-57. — Allocutio ad Patres familias Galliae, 18 sept. 1951: *Discorsi e Radiomessaggi* XIII, pp. 241-245. IOANNES XXIII, Nuntius tricesimo exacto anno ex quo Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri* editae sunt, 30 dec. 1959: AAS 52 (1960), pp. 57-59. PAULUS VI, Allocutio ad sodales F. I. D. A. E. (Federazione Istituti Dipendenti dall'Autorità Ecclesiastica), 30 dec. 1963: *Encicliche e Discorsi di S. S. Paolo VI*, I, Roma 1964, pp. 602-603. Insuper conferantur Antepraeparatoria, vol. III, pp. 363-364, 370-371, 373-374.

[2] Cfr. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 mail 1961: AAS 53 (1961) pp. 413, 415-417, 424 [LE 2984]. — Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 apr. 1963: AAS 55 (1963) p. 278 s. [LE 3110].

[3] Cf. Professio Universalis iurium humanorum (Déclaration des droits de l'homme) die 10 dec. 1948 a Foederatarum Nationum Coetu generali rata habita; et cf. Déclaration des droits de l'enfant, 20 nov. 1959; Protocole additionnel à la convention de sauvegarde des droits de l'Homme et des libertés fondamentales, Parisiis, 20 mart. 1952; circa illam Professionem Universalem iurium humanorum cf. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 apr. 1963: AAS 55 (1963), p. 295 2. [LE 3110].

[4] Cf. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 mail 1961: AAS 53 (1961), p. 402 [LE 2984]. CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 17: AAS 57 (1965), p. 21 [LE 3232].

in educationis progressu atque amplificatione partes suas habet. Proinde S. Synodus de educatione christiana praesertim in scholis fundamentalia quaedam principia declarat, quae a speciali post Concilium Commissione fusius evolvenda erunt atque ab Episcoporum Conferentiis ad diversas regionum condiciones applicanda.

1. Omnibus hominibus cuiusvis stirpis, condicionis et aetatis utpote dignitate personae pollentibus, ius est inalienabile ad educationem [5], proprio fini respondentem [6], propriae indoli, sexus differentiae, culturae patriisque traditionibus accommodatam et simul fraternae cum aliis populis consortioni apertam ad veram unitatem et pacem in terris fovendam. Vera autem educatio prosequitur formationem personae humanae in ordine ad finem eius ultimum et simul ad bonum societatum, quarum homo membrum exstat et in quarum officiis, adultus effectus, partem habebit.

Pueri igitur et adolescentes, ratione habita progressus scientiae psychologicae, paedagogicae et didacticae adiu- 730
ventur oportet ad dotes physicas, morales et intellectuales harmonice evolvendas, ad gradatim acquirendum perfectiorem sensum responsabilitatis in propria vita continuo nisu recte excolenda et in vera libertate prosequenda, obstaculis magno et constanti animo superatis. Positiva et prudenti educatione sexuali progrediente aetate instituantur. Praeterea ad vitam socialem participandam ita conformentur ut, instrumentis necessariis et opportunis rite instructi, in varios humanae communitatis coetus actuose sese inserere valeant, colloquio cum aliis aperiantur communique bono provehendo operam libenter navent.

Similiter Sancta Synodus declarat pueris ac adolescentibus ius esse ut in valoribus moralibus recta conscientia aestimandis et adhaesione personali amplectendis necnon in Deo perfectius cognoscendo et diligendo instimulentur. Ideoque enixe rogat omnes qui vel populorum regimen tenent vel educationi praesunt, ut curent ne umquam iuventus hoc sacro iure privetur. Filios autem Ecclesiae exhortatur ut generoso animo operam praestent in universo educationis campo, praesertim hunc in finem ut congrua educationis et instructionis beneficia ad omnes ubique terrarum citius extendi possint [7].

2. Omnibus christianis, quippe qui, per regenerationem ex aqua et Spiritu Sancto nova creatura effecti [8], filii Dei nominentur et sint, ius est ad educationem christianam. Quae quidem non solum maturitatem humanae personae modo descriptam prosequitur, sed eo principaliter spectat ut baptizati dum in cognitionem mysteriis salutis gradatim introducuntur, accepti fidei doni in dies magis conscii fiant; Deum Patrem in spiritu et veritate adorare (cf. *Io.* 4, 23) praeprimis in actione liturgica addiscant, ad propriam vitam secundum novum hominem in iustitia et sanctitate veritatis (*Eph.* 4, 22-24) gerendam conformentur; ita quidem occurrant in virum perfectum, in aetatem plenitudinis Christi (cf. *Eph.* 4, 13) et augmento corporis mystici operam praestent. Iidem insuper suae vocationis conscii tum spei quae in eis est (cf. 1 *Petr.* 3, 15), testimonium exhibere christianam mundi conformationem adiuvare consuescant, qua naturales valores in completa hominis a Christo redempti consideratione assumpti, ad totius societatis bonum conferant [9]. Quare/ haec S. Synodus animarum Pasto- 731
ribus gravissimum recolit officium omnia disponendi ut hac educatione christiana omnes fideles fruantur, praeprimis iuvenes qui spes sunt Ecclesiae [10].

3. Parentes, cum vitam filiis contulerint, prolem educandi gravissima obligatione tenentur et ideo primi et praecipui eorum educatores agnoscendi sunt [11]. Quod munus educationis tanti ponderis est ut, ubi desit, aegre suppleri possit. Parentum enim est talem familiae ambitum amore, pietate erga Deum et homines animatum creare qui integrae filiorum educationi personali et sociali faveat. Familia proinde est prima schola virtutum socialium quibus indigent omnes societates. Maxime vero in christiana familia, matrimonii sacramenti gratia et officio ditata, filii iam a prima aetate secundum fidem in baptismo receptam,

[5] PIUS XII, Nuntius radiophonicus datus 24 dec. 1942: AAS 35 (1943), pp. 12, 19. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 apr. 1963: AAS 55 (1963), p. 259 s. [LE 3110]. Et cf. Declarationes iurium hominis laudatas in nota 3.

[6] Cf. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, 31 dec. 1929: AAS 22 (1930), p. 50 s. [LE 939].

[7] Cf. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 mail 1961: AAS 53 (1961), p. 441 s. [LE 2984].

[8] Cf. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, l. c., p. 83.

[9] Cf. CONC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 36: AAS 57 (1965), p. 41 s. [LE 3232].

[10] Cf. CONC. VAT. II, Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, nn. 12-14 [LE 3332].

[11] Cf. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, l. c., p. 59 s.; Litt

Deum percipere et colere atque proximum diligere doceantur oportet; ibidem primam inveniunt experientiam et satur societatis humanae et Ecclesiae; per familiam denique in civilem hominum consortionem et in populum Dei sensim introducuntur. Persentiant igitur parentes quanti momenti sit familia vere christiana pro vita et progressu ipsius populi Dei [12].

Educationis impertiendae munus primario familiae competens totius societatis auxiliis indiget. Praeter igitur iura parentum ceterorumque quibus ipsi partem in munere educationis concredunt, certa quidem officia et iura competunt societati civili, quatenus eius est ea ordinare quae ad bonum commune temporale requiruntur. Ad eius munera pertinet educationem iuventutis pluribus modis provehere: parentum scilicet aliorumque qui in educatione partes habent officia et iura tueri eisque adiumenta praebere; iuxta subsidiarii officii principium, deficientibus parentum aliarumque societatum incoeptis, educationis opus, attentis quidem parentum votis, perficere; insuper, quatenus bonum commune postulat, scholas et instituta propria con-
732 dere [13]. /

Singulari demum ratione officium educandi ad Ecclesiam spectat, non solum quia humana quoque societas educationis tradendae capax agnoscenda est, sed maxime quia munus habet viam salutis omnibus hominibus annuntiandi, credentibus vitam Christi communicandi eosque continua sollicitudine adiuvandi ut ad huius vitae plenitudinem pervenire valeant [14]. His igitur filiis suis tanquam Mater eam praestare Ecclesia tenetur educationem, qua tota eorum vita spiritu Christi imbuatur, simul autem omnibus populis suam operam praebet ad promovendam integram personae humanae perfectionem, ad bonum quoque societatis terrestris atque ad aedificationem mundi humanius configurandi [15].

4. In munere suo educationis explendo Ecclesia de omnibus aptis subsidiis sollicita, praecipue de eis curat quae ipsi sunt propria, quorum primum est institutio catechetica [17] quae fidem illuminat et roborat, vitam secundum spiritum Christi nutrit, ad mysterii liturgici consciam et actuosam participationem conducit [17] atque ad actionem apostolicam excitat. Ecclesia magni facit et suo spiritu penetrare et elevare quaerit cetera quoque auxilia, quae ad commune hominum patrimonium pertinent quaeque ad animos excolendos hominesque formandos magnopere conferunt, uti sunt communicationis socialis instrumenta [18], multiplices animi corporisque exercitationum coetus, iu-
733 venum consociationes atque praesertim scholae. /

5. Inter omnia educationis instrumenta peculiare momentum habet schola [19], quae vi suae missionis dum facultates intellectuales assidua cura excolit, recte iudicandi capacitatem evolvit, in patrimonium culturae a generationibus praeteritis acquisitum introducit, sensum valorum promovet, vitam professionalem praeparat, inter alumnos diversae indolis et condicionis amicalem consortionem pariens mutuam se comprehendendi dispositionem fovet; insuper velut quoddam centrum constituit cuius operositatem et profectum una participare debent familiae, magistri, varii generis consociationes vitam culturalem, civicam, religiosam promoventes, societas civilis, et tota communitas humana.

Pulchra igitur et gravis quidem ponderis est vocatio illorum omnium qui parentes in eorundem officio implendo iuvantes et communitatis humanae vices gerentes, munus educandi in scholis suscipiunt; quae vocatio peculiares mentis et cordis dotes, diligentissimam praeparationem, continuam renovationis et adaptationis promptitudinem expostulat.

6. Parentes quibus primum et inalienabile officium et ius est filios educandi, in scholis eligendis vera libertate gaudeant oportet. Potestas publica igitur cuius est civium libertates tueri et defendere, iustitiae distributivae consulens curare debet, ut subsidia publica ita ergentur ut parentes pro filiis suis scholas, secundum conscientiam suam, vere libere selegere valeant [20].

Ceterum rei publicae est providere ut omnes cives ad congruam culturae participationem accedere valeant atque ad officia et iura civilia exercenda debite praeparentur. Ipsa igitur res publica ius puerorum ad adaequatam educationem scholarem tutari, magistrorum capacitati studiorumque praestantiae vigilare, alumnorum sanitati consulere atque in genere integrum scholarum opus promovere debet, principio subsidiarii officii prae oculis habito et ideo quovis excluso scholarum monopolio, quod nativis humanae personae iuribus, ipsius quoque culturae profectui et divulgationi, pacificae civium consortioni necnon pluralismo in permultis societatibus hodie vigenti adversatur [21]. / 734

Christifideles vero S. Synodus hortatur ut sive ad aptas educationis methodos studiorumque rationem inveniendas, sive ad magistros efformandos qui iuvenes recte educare valeant, auxiliatricem operam ultro praestent atque, parentum praesertim consociationibus, universum scholae munus et praecipue educationem moralem in ea tradendam suis adiumentis prosequantur [22].

7. Gravissimum praeterea officium persentiens moralem et religiosam educationem omnium suorum filiorum sedulo curandi, Ecclesia peculiari suo affectu et adiutorio praesens sit oportet iis plurimis qui in scholis non catholicis instituuntur; tum per testimonium vitae eorum qui eos docent et moderantur, tum per condiscipulorum apostolicam actionem [23], tum maxime per ministerium sacerdotum et laicorum qui eis doctrinam salutis tradunt, ratione aetati et adiunctis accommodata et spirituale auxilium praebent opportunis incoeptis pro rerum temporumque condicione.

Parentibus autem grave recolit officium quod eis competit omnia disponendi vel etiam exigendi ut filii sui illis auxiliis frui possint et formatione christiana harmonico gressu cum profana progrediantur. Propterea Ecclesia illas auctoritates et societates civiles dilaudat, quae pluralismi hodiernae societatis ratione habita et debitae libertati religiosae consulentes, familias adiuvant ut educatio filiorum in omnibus scholis secundum propria familiarum principia moralia et religiosa impertiri possit [24].

8. Ecclesiae praesentia in scholarum campo ostenditur peculiari ratione per scholam catholicam. Ea quidem non minus quam aliae scholae fines culturales et humanam iuvenum formationem prosequitur. Proprium autem illius est communitatis scholaris ambitum, spiritu evangelico libertatis et caritatis animatum creare, adolescentes adiuvare ut in propria persona evolvenda una simul crescant secundum novam crea/turam quae per baptismum effecti 735
sunt, atque universam culturam humanam ad nuntium salutis postremo ordinare ita ut cognitio quam alumni de mundo, vita et homine gradatim acquirunt, fide illuminetur [25]. Ita quidem schola catholica, dum progredientis ae-

Encycl. *Mit brennender Sorge*, 14 martii 1937: AAS 29 (1937), p. 164 s.; PIUS XII, Allocutio ad primum congressum nationalem Consociationis Italicae Magistrorum catholicorum (A. I. M. C.), 8 sept. 1946: *Discorsi e Radiomessaggi* VIII, p. 218.

[12] Cf. CONC. VAT. II, Constitutio dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, nn. 11 et 35: AAS 57 (1965), pp. 16 et 40 s. [LE 3232].

[13] Cf. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, l. c., p. 63 s. [LE 939]. PIUS XII, Nuntius radiophonicus datus 1 iunii 1941: AAS 33 (1941) p. 200; Allocutio ad primum Congressum nationalem Consociationis Italicae Magistrorum catholicorum, 8 sept. 1946: *Discorsi e Radiomessaggi* VIII, p. 218. Circa principium subsidiaritatis cf. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 apr. 1963: AAS 55 (1963), p. 294 [LE 3110].

[14] Cf. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, l. c., pp. 53 s., 56 s. — Litt. Encycl. *Non abbiamo bisogno*, 29 iunii 1931: AAS 23 (1931), p. 311 s. [LE 1038]. PIUS XII, Litt. Secretariae Status ad XXVIII Hebdomadam Soc. Ital. 20 sept. 1955: *L'Osservatore Romano*, 29 sept. 1955.

[15] Ecclesia laudat illas auctoritates civiles, locales, nationales et internationales quae, urgentiorum huius aetatis necessitatum consciae, omnes vires impendunt, ut omnes populi plenioris educationis et cultus humani participes fieri valeant. Cf. PAULUS VI, Allocutio in Consilio Nationum Unitarum, 4 oct. 1965: AAS 57 (1965), pp. 877-885 [LE 3322].

[16] Cf. PIUS XI, Motu proprio *Orbem catholicum*, 29 iunii 1923: AAS 15 (1923), pp. 327-329 [LE 527]. Decr. *Provido sane*, 12 ian. 1935: AAS 27 (1935), pp. 145-152 [LE 1254]. CONC. VAT. II, Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, nn. 13 et 14 [LE 3332].

[17] Cf. CONC. VAT. II, Constit. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 14: AAS 56 (1964), p. 104 [LE 3141].

[18] Cf. CONC. VAT. II, Decr. de instrumentis communicationis socialis, *Inter mirifica*, nn. 13 et 14: AAS 56 (1964), p. 149 s. [LE 3143].

[19] Cf. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, l. c., p. 76 [LE 939]; PIUS XII, Allocutio ad Associationem Magistrorum Catholicorum Bavariae, 31 dec. 1956: *Discorsi e Radiomessaggi* XVIII, p. 746.

[20] Cf. CONC. PROV. CINCINNATENSE III, a. 1861: Collectio Lacensis, III, col. 1240, c / d; PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, l. c., pp. 60, 63 s. [LE 939].

[21] Cf. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, l. c., p. 63; Litt. Encycl. *Non abbiamo bisogno*, 29 iunii 1931: AAS 23 (1931), p. 305 [LE 1038]. PIUS XII, Litt. Secretariae Status ad XXVIII Hebdomadam Soc. Ital., 20 sept. 1955: *L'Osservatore Romano*, 29 sept. 1955. PAULUS VI, Allocutio ad Associationem Christianam Operariorum Italiae (A. C. L. I.), 6 oct. 1963: *Encicliche e Discorsi di Paolo VI*, I, Roma 1964, p. 230.

[22] Cf. IOANNES XXIII, Nuntius tricesimo exacto anno ex quo Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri* editae sunt, 30 dec. 1959: AAS 52 (1960), p. 57.

[23] Ecclesia magni facit actionem apostolicam, quam etiam in illis scholis magistri et condiscipuli catholici exercere valent.

[24] Cf. PIUS XII, Allocutio ad Associationem Magistrorum Catholicorum Bavariae, 31 dec. 1956: *Discorsi e Radiomessaggi* XVIII, p. 745 s.

[25] Cf. CONC. PROV. WESTMONASTERIENSE I, a. 1852: Collectio Lacensis III, col. 1334, a / b; PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, l. c., p. 77 s.; PIUS XII, Allocutio ad Associationem Magistrorum Catholicorum Bavariae, 31 dec. 1956: *Discorsi e Radiomessaggi* XVIII, p. 746; PAULUS VI, Allocutio ad sodales F. I. D. A. E. (Federazione Istituti Dipendenti dall'Autorità

http://www.obrascatolicas.com

tatis condicionibus sicut oportet se aperit, suos alumnos ad civitatis terrestris bonum efficaciter provehendum educat et ad servitium pro Regno Dei dilatando praeparat, ut exemplaris et apostolicae vitae exercitio salutare veluti fermentum humanae communitatis efficiantur.

Schola catholica igitur cum ad Populi Dei missionem explendam tantopere conferre et dialogo inter Ecclesiam et hominum communitatem, in ipsorum mutuum beneficium, inservire valeat, nostris quoque rerum adiunctis suum gravissimum retinet momentum. Quare haec S. Synodus ius Ecclesiae scholas cuiusvis ordinis et gradus libere condendi atque regendi, in plurimis Magisterii documentis iam declaratum [26], denuo proclamat, in memoriam revocans huiusmodi iuris exercitium libertati quoque conscientiae et parentum iuribus tuendis necnon ipsius culturae profectui summopere conferre.

Meminerint autem Magistri se quam maxime esse auctores ut schola catholica sua proposita et incoepta ad rem deducere valeat [27]. Peculiari ergo iidem praeparentur sollicitudine ut scientia tum profana tum religiosa idoneis titulis comprobata sint praediti et arte educandi progredientis aetatis inventis congruente ditati. Caritate sibi vicissim et discipulis devincti atque spiritu apostolico imbuti, tam vita quam doctrina testimonium exhibeant unico Magistro Christo. Sociam, imprimis cum parentibus praestent operam; una cum ipsis debitam in universa educatione habeant rationem discriminis sexus et finis proprii utrique sexui in familia et in societate a divina providentia
736 praestituti; personalem / ipsorum alumnorum actionem excitare satagant eosque, absoluto curriculo scholari, consilio, amicitia, peculiaribus quoque conditis associationibus vero spiritu ecclesiali ditatis prosequi pergant. Horum magistrorum ministerium veri nominis apostolatum, nostris quoque temporibus maxime congruentem et necessarium S. Synodus declarat, simulque verum servitium societati praestitum. Parentibus vero catholicis officium memorat liberos suos concredendi, quando et ubi possunt, scholis catholicis, eas pro viribus sustinendi et cum eis in bonum filiorum suorum collaborandi [28].

9. Huic scholae catholicae imagini omnes scholae ab Ecclesia quavis ratione dependentes pro viribus conformentur oportet, licet schola catholica pro locorum adiunctis varias formas induere possit [29]. Carissimas sane sibi habet Ecclesia etiam scholas catholicas quae in novarum ecclesiarum praesertim territoriis ab alumnis quoque non catholicis frequentantur.

Ceterum in scholis catholicis constituendis et ordinandis progredientis aetatis necessitatibus consulendum est. Propterea, dum fovendae manent scholae quae inferioris et medii ordinis sunt atque educationis fundamentum constituunt, magni quoque faciendae sunt illae quae ab hodiernis condicionibus peculiari ratione requiruntur, ut sunt scholae quae professionales [30] et technicae nuncupantur, instituta eruditendis adultis, socialibus auxiliis provehendis necnon iis, qui ob naturae defectum peculiari cura indigent, destinata atque scholae in quibus magistri tum pro institutione religiosa tum pro aliis educationis formis praeparantur.

Sancta Synodus Ecclesiae Pastores necnon omnes christifideles vehementer hortatur ut, nullis praetermissis sacrificiis, scholas catholicas adiuvent in earundem munere in dies perfectius explendo et praeprimis in curandis necessitatibus eorum qui bonis temporalibus sunt pauperes vel familiae adiutorio et affectu privantur vel a dono fidei sunt alieni.

10. Altioris ordinis pariter scholas, praesertim Universitates et Facultates Ecclesia sedula prosequitur cura. Quin
737 etiam in iis quae ab / ipsa dependent, organica ratione intendit ut singulae disciplinae propriis principiis, propria methodo atque propria inquisitionis scientificae libertate ita excolantur, ut profundior in dies earum intelligentia obtineatur et, novis progredientis aetatis quaestionibus ac investigationibus accuratissime consideratis, altius perspiciatur quomodo fides et ratio in unum verum conspirent. Ecclesiae Doctorum, praesertim S. Thomae Aquinatis vestigia premendo [31]. Ita quidem veluti publica, stabilis atque universalis praesentia efficiatur mentis christianae in institutorum alumni formentur homines doctrina vere praestantes, gravioribus officiis in societate obeundis parati atque fidei in mundo testes [32].

In Universitatibus Catholicis in quibus nulla Facultas S. Theologiae exstet, Institutum habeatur vel Cathedra S. Theologiae, in qua lectiones laicis quoque alumnis accommodatae tradantur. Cum scientiae per investigationes peculiares altioris scientifici momenti praecipue proficiant, in Universitatibus et Facultatibus catholicis Instituta maxime foveantur, quae primario investigationi scientificae promovendae inserviant.

Sancta Synodus valde commendat ut Universitates et Facultates catholicae in diversis terrae partibus convenienter distributae, promoveantur, ita tamen ut non numero, sed doctrinae studio eniteant; eorumque aditus facile pateat alumnis maioris spei, etsi tenuioris fortunae, iis praesertim qui e novis adveniant nationibus.

Quandoquidem sors societatis et ipsius Ecclesiae cum iuvenum altiora studia excolentium profectu intime connectitur [33], Ecclesiae Pastores non tantum impensam habeant curam de vita spirituali alumnorum qui Universitates Catholicas frequentant; sed de formatione spirituali omnium filiorum suorum solliciti, inter Episcopos consiliis opportune collatis, provideant ut etiam apud Universitates non catholicas convictus / et centra universitaria catholica 738
habeantur, in quibus sacerdotes, religiosi et laici, accurate selecti et praeparati, iuventuti universitariae spirituale et intellectuale adiutorium praebeant permanens. Iuvenes autem melioris ingenii sive catholicarum sive aliarum Universitatum, qui ad docendum et investigandum apti videantur, peculiari cura excolantur et ad magisteria suscipienda promoveantur.

11. A scientiarum sacrarum Facultatum operositate plurimum exspectat Ecclesia [34]. Ipsis enim concredit gravissimum officium proprios alumnos praeparandi non solum ad ministerium sacerdotale sed maxime sive ad docendum in superiorum studiorum ecclesiasticorum sedibus sive ad disciplinas propria ope promovendas sive ad magis ardua apostolatus intellectualis munera suscipienda. Ipsarum Facultatum item est varias sacrarum disciplinarum regiones altius pervestigare ita ut profundior in dies Sacrae Revelationis intellectus obtineatur, patrimonium sapientiae christianae a maioribus traditum plenius aperiatur, dialogus cum fratribus seiunctis et cum non christianis promoveatur atque quaestionibus a doctrinarum progressu exortis respondeatur [35].

Quare ecclesiasticae Facultates, propriis ipsarum legibus opportune recognitis, scientias sacras et cum sacris connexas impense promoveant et recentioribus quoque methodis et auxiliis adhibitis, ad altiores investigationes auditores instituant.

12. Cum cooperatio, quae in ordine dioecesano, nationali et internationali altius in dies urgetur et invalescit, etiam in re scholastica maxime sit necessaria, omni ope curandum est ut inter scholas catholicas apta foveatur coordinatio, atque inter easdem ceterasque scholas provehatur collaboratio, quam universae hominum communitatis bonum requirit [36].

Ex maiore coordinatione sociaque opera praecipue in Institutorum academicorum ambitu uberiores fructus percipientur. In omni igitur Universitate variae Facultates mutuam sibi, prout obiectum siverit, praestent operam. Ipsae quoque Universitates mutua inter sese operae
739 conlun/ctione conspirent, conventus internationales una simul promovendo, scientificas pervestigationes inter sese distribuendo, inventa vicissim communicando ac magistros ad tempus permutando inter se ceteraque quae ad maiorem adiutricem operam conferunt provehendo.

Conclusio

S. Synodus ipsos iuvenes enixe hortatur ut praestantiae muneris educandi conscii, ad illud suscipiendum generoso animo sint parati, in illis praesertim regionibus in quibus ob magistrorum inopiam iuventutis educatio in discrimine est.

Eadem S. Synodus, dum gratissimam se profitetur erga sacerdotes, religiosos, religiosas et laicos, qui evangelica sui deditione in praecellens educationis et scholarum cuiusvis generis et gradus opus incumbunt, eos hortatur ut in suscepto munere generose perseverent atque in alumnis spiritu Christi imbuendis, in paedagogica arte et in scientiarum studio ita excellere nitantur ut non solum internam Ecclesiae renovationem promoveant, sed eius beneficam praesentiam in mundo hodierno praesertim intellectuali servent et augeant.

Haec omnia et singula quae in hac Declaratione [*] *edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.*

Romae, apud S. Petrum, die XXVIII mensis octobris anno MCMLXV.—Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus *(Sequuntur Patrum subsignationes).*

[26] *Cf.* IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 apr. 1963: AAS 55 (1963), p. 284 et passim [LE 0000].

[*] In sessione VII celebrata die 28 oct. an. 1965 promulgata. Adn. J. V. DAEN in **Seminarium** 18 (1966) 394-402; P. DEZZA in **PrM** 55 (1966) 198-204. P. GOUYON, **Déclaration sur l'éducation chrétienne**, Malhouse 1966; J. LINDAMANS, J. MOERMAN, C. PETIT, **Enseignement, éducation, culture**, Par s 1966; R. SANCHEZ MEDAL, **La educación y el Concilio**, Mexico 1966.

[27] Cf. PAULUS VI, Allocutio coram VI Congressu Thomistico Internationali, 10 sept. 1965: AAS 57 (1965), pp. 788-792.

[28] Cf. PIUS XII, Allocutio ad magistros et alumnos Institutorum Superiorum Catholicorum Galliae, 21 sept. 1950: *Discorsi e Radiomessaggi*, XII, pp. 219-221; Ep. ad XXII Congressum «Pax Romana», 12 aug. 1952: *Discorsi e Radiomessaggi*, XIV, pp. 567-569; IOANNES XXIII, Allocutio ad Foederationem Universitatum Catholicarum, 1 apr. 1959: *Discorsi, Messaggi, Colloqui*, I, Roma 1960, pp. 226-229; PAULUS VI, Allocutio ad Senatum Academicum Universitatis Catholicae Mediolanensis, 5 apr. 1964: *Encicliche e Discorsi di Paolo VI*, II, Roma 1964, pp. 438-443.

[29] Cf. PIUS XII, Allocutio ad Senatum Academicum et alumnos Universitatis Romanae, 15 iunii 1952: *Discorsi e Radiomessaggi*, XIV, p. 208: «La direzione della società di domani è principalmente riposta nella mente e nel cuore degli universitari di oggi».

[30] Cf. PIUS XI, Const. Apost. *Deus Scientiarum Dominus*, 24 mail 1931: AAS 23 (1931), pp. 245-247 [LE 1030].

[31] Cf. PIUS XII, Litt. Encycl. *Humani Generis*, 12 aug. 1950: AAS 42, (1950), pp. 568 s., 578 [LE 2147]; PAULUS VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam Suam*, Pars III, 6 aug. 1964: AAS 56 (1964), pp. 637-659 [LE 3211]; CONC. VAT. II, Decr. de Oecumenismo, *Unitatis Redintegratio*, AAS 57 (1965), pp. 90-107 [LE 3235].

3336

1965 OCT 28.-CONC. VAT. II, DECL. AAS 58 (1966) 740-744

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, una cum sacrosancti Concilii Patribus. Ad perpetuam rei memoriam

Declaratio de Ecclesiae habitudine ad Religiones non-christianas

1. Nostra aetate, in qua genus humanum in dies arctius unitur et necessitudines inter varios populos augentur, Ecclesia attentius considerat quae sit sua habitudo ad religiones non-christianas. In suo munere unitatem et caritatem inter homines, immo et inter gentes, fovendi ea imprimis hic considerat quae hominibus sunt communia et ad mutuum consortium ducunt.

Una enim communitas sunt omnes gentes, unam habent originem, cum Deus omne genus hominum inhabitare fecerit super universam faciem terrae [1], unum etiam habent finem ultimum, Deum, cuius providentia ac bonitatis testimonium et consilia salutis ad omnes se extendunt [2], donec uniantur electi in Civitate Sancta, quam claritas Dei illuminabit, ubi gentes ambulabunt in lumine eius [3].

Homines a variis religionibus responsum exspectant de reconditis condicionis humanae aenigmatibus, quae sicut olim et hodie corda hominum intime commovent: quid sit homo, quis sensus et finis vitae nostrae, quid bonum et quid peccatum, quem ortum habeant dolores et quem finem, quae sit via ad veram felicitatem obtinendam, quid mors, iudicium et retributio post mortem, quid demum illud ultimum et ineffabile mysterium quod nostram existentiam amplectitur, ex quo ortum sumimus et quo tendimus.

2. Iam ab antiquo usque ad tempus hodiernum apud diversas gentes invenitur quaedam perceptio illius arcanae virtutis, quae cursui rerum et eventibus vitae humanae praesens est, immo aliquando agnitio Summi Numinis vel etiam Patris. Quae perceptio atque agnitio / vitam earum 741
intimo sensu religioso penetrant. Religiones vero cum progressu culturae connexae subtilioribus notionibus et lingua magis exculta ad easdem quaestiones respondere satagunt. Ita in Hinduismo homines mysterium divinum scrutantur et exprimunt inexhausta fecunditate mythorum et acutis conatibus philosophiae, atque liberationem quaerunt ab angustiis nostrae condicionis vel per formas vitae asceticae vel per profundam meditationem vel per refugium ad Deum cum amore et confidentia. In Buddhismo secundum varias eius formas radicalis insufficientia mundi huius mutabilis agnoscitur et via docetur qua homines, animo devoto et confidente, sive statum perfectae liberationis acquirere, sive, vel propriis conatibus vel superiore auxilio innixi, ad summam illuminationem pertingere valeant. Sic ceterae quoque religiones quae per totum mundum inveniuntur, inquietudini cordis hominum variis modis occurrere nituntur proponendo vias, doctrinas scilicet ac praecepta vitae, necnon ritus sacros.

Ecclesia catholica nihil eorum, quae in his religionibus vera et sancta sunt, reicit. Sincera cum observantia considerat illos modos agendi et vivendi, illa praecepta et doctrinas, quae, quamvis ab iis quae ipsa tenet et proponit in multis discrepent, haud raro referunt tamen radium illius Veritatis, quae illuminat omnes homines. Annuntiat vero et annuntiare tenetur indesinenter Christum, qui est «via et veritas et vita» *(Io.* 14, 6), in quo homines plenitudinem vitae religiosae inveniunt, in quo Deus omnia Sibi reconciliavit [4].

Filios suos igitur hortatur, ut cum prudentia et caritate per colloquia et collaborationem cum asseclis aliarum religionum, fidem et vitam christianam testantes, illa bona spiritualia et moralia necnon illos valores socio-culturales, quae apud eos inveniuntur, agnoscant, servent et promoveant.

3. Ecclesia cum aestimatione quoque Muslimos respicit qui unicum Deum adorant, viventem et subsistentem, misericordem et omnipotentem, Creatorem caeli et terrae [5], homines allocutum, cuius occultis etiam decretis toto animo se submittere student, sicut Deo se submisit Abraham ad quem fides islamica libenter sese refert. Iesum, quem quidem ut Deum non agnoscunt, ut prophetam ta- 742
men venerantur, ma/tremque eius virginalem honorant Mariam et aliquando eam devote etiam invocant. Diem insuper iudicii expectant cum Deus omnes homines resuscitatos remunerabit. Exinde vitam moralem aestimant et Deum maxime in oratione, eleemosynis et ieiunio colunt.

Quodsi in decursu saeculorum inter Christianos et Muslimos non paucae dissensiones et inimicitiae exortae sint, Sacrosancta Synodus omnes exhortatur, ut, praeterita oblivi scentes, se ad comprehensionem mutuam sincere exerceant et pro omnibus hominibus iustitiam socialem, bona moralia necnon pacem et libertatem communiter tueantur et promoveant.

4. Mysterium Ecclesiae perscrutans, Sacra haec Synodus meminit vinculi, quo populus Novi Testamenti cum stirpe Abrahae spiritualiter coniunctus est.

Ecclesiae enim Christi agnoscit fidei et electionis suae initia iam apud Patriarchas, Moysen et Prophetas, iuxta salutare Dei mysterium, inveniri. Confitetur omnes Christifideles, Abrahae filios secundum fidem [6], in eiusdem Patriarchae vocatione includi et salutem Ecclesiae in populi electi exitu de terra servitutis mystice praesignari. Quare nequit Ecclesia oblivisci se per populum illum, quocum Deus ex ineffabili misericordia sua Antiquum Foedus inire dignatus est, Revelationem Veteris Testamenti accepisse et nutriri radice bonae olivae, in quam inserti sunt rami oleastri Gentium [7]. Credit enim Ecclesia Christum, Pacem nostram, per crucem Iudaeos et Gentes reconciliasse et utraque in Semetipso fecisse unum [8].

Semper quoque prae oculis habet Ecclesia verba Apostoli Pauli de cognatis eius, «quorum adoptio est filiorum et gloria et testamentum et legislatio et obsequium et promissa, quorum patres et ex quibus est Christus secundum

[1] Cf. Act. 17, 26. [2] Cf. Sap. 8, 1; Act. 14, 17; Rom. 2, 6-7; 1 Tim. 2, 4. [3] Cf. Apoc. 21, 23-24.

[4] Cf. 2 Cor. 5, 18-19.

[5] Cf. S. GREGORIUS VII, *Epist. III, 21 ad Anazir (Al-Nāṣir) regem Mauritaniae*, ed. E. CASPAR in MGH, *Ep. sel. II*, 1920, I, p. 288, 11-15; PL 148, 451 A.

[6] Cf. Gal. 3, 7. [7] Cf. Rom. 11, 17-24. [8] Cf. Eph. 2, 14-16.

http://www.obrascatolicas.com

carnem» *(Rom.* 9, 4-5), filius Mariae Virginis. Recordatur etiam ex populo iudaico natos esse Apostolos, Ecclesiae fundamenta et columnas, atque plurimos illos primos discipulos, qui Evangelium Christi mundo annuntiaverunt.

Teste Sacra Scriptura, Ierusalem tempus visitationis suae non cognovit [9], atque Iudaei magna parte Evangelium non acceperunt, immo non pauci diffusioni eius se opposuerunt [10]. Nihilominus, secundum Apostolum, Iudaei Deo, 743
cuius dona et vocatio sine paenitentia sunt, adhuc carissimi manent propter Patres [11]. Una cum Prophetis eodemque Apostolo Ecclesia diem Deo soli notum expectat, quo populi omnes una voce Dominum invocabunt et «servient ei umero uno» *(Soph.* 3, 9) [12].

Cum igitur adeo magnum sit patrimonium spirituale Christianis et Iudaeis commune, Sacra haec Synodus mutuam utriusque cognitionem et aestimationem, quae praesertim studiis biblicis et theologicis atque fraternis colloquiis obtinetur, fovere vult et commendare.

Etsi autoritates Iudaeorum cum suis asseclis mortem Christi urserunt [13], tamen ea quae in passione Eius perpetrata sunt nec omnibus indistincte Iudaeis tunc viventibus, nec Iudaeis hodiernis imputari possunt. Licet autem Ecclesia sit novus populus Dei, Iudaei tamen neque ut a Deo reprobati neque ut maledicti exhibeantur, quasi hoc ex Sacris Litteris sequatur. Ideo curent omnes ne in catechesi et in verbi Dei praedicatione habenda quidquam doceant, quod cum veritate evangelica et spiritu Christi non congruat.

Praeterea, Ecclesia, quae omnes persecutiones in quosvis homines reprobat, memor communis cum Iudaeis patrimonii, nec rationibus politicis sed religiosa caritate evangelica impulsa, odia, persecutiones, antisemitismi manifestationes, quovis tempore et a quibusvis in Iudaeos habita, deplorat. Ceterum Christus, uti semper tenuit et tenet Ecclesia, propter peccata omnium hominum voluntarie passionem suam et mortem immensa caritate obiit, ut omnes salutem consequantur. Ecclesiae praedicantis ergo est annuntiare crucem Christi tamquam signum universalis Dei amoris et fontem omnis gratiae.

5. Nequimus vero Deum omnium Patrem invocare, si erga quosdam homines, ad imaginem Dei creatos, fraterne nos gerere renuimus. Habitudo hominis ad Deum Patrem et habitudo hominis ad homines fratres adeo connectuntur, ut Scriptura dicat: «qui non diligit, non novit Deum» *(1 Io.* 4, 8).

Fundamentum ergo tollitur omni theoriae vel praxi quae inter hominem et hominem, inter gentem et gentem, discri- 744
men quoad humanam dignitatem et iura exinde dimanantia inducit. /

Ecclesia igitur quamvis hominum discriminationem aut vexationem stirpis vel coloris, condicionis vel religionis causa factam tamquam a Christi mente alienam, reprobat. Proinde, Christifideles Sacra Synodus, vestigia Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli premens, ardenter obsecrat ut «conversationem... inter gentes habentes bonam» *(1 Pt.* 2, 12), si fieri potest, quod in eis est cum omnibus hominibus pacem habeant [14], ita ut vere sint filii Patris qui in caelis est [15].

Haec omnia et singula quae in hac Declaratione [*] *edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.*

Romae, apud S. Petrum, die XXVIII mensis octobris anno MCMLXV.—Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus *(Sequuntur Patrum subsignationes).*

[9] Cf. Lc. 19,44. [10] Cf. Rom. 11, 28. [11] Cf. Rom. 11, 28-29; CONC. VAT. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, AAS 57 (1965), p. 20. [LE 3232]. [12] Cf. Is. 66, 23; Ps. 65, 4; Rom. 11, 11-32. [13] Cf. Io. 19, 6. [14] Cf. Rom. 12, 18. [15] Cf. Mt. 5, 45.

[*] In sessione VII celebrata die 28 oct. 1965 promulgata. Adn. J. P. LICHTENBERG in NrT 88 (1966) 225-248. B. HUSSAR, P. ROSSANO, T. DEMARIA, A. FAVALE, C. PAPALI, G. SHIRIEDA, G. ANAWATI, La dichiarazione su le relazioni della Chiesa con le religioni non cristiane, Torino-Leumann 1967; A. BEA, La dichiarazione sulle religioni non cristiane, Roma 1967; G. M.-M. COTTIER, J. DOURNES, M. MAURIER, J. MASSON, R. CASPAR, A.-M. HENRY, Les relations de l'église avec les religions non chrétiennes, Paris 1966; T. FEDERICI, Il Concilio e i non cristiani, Roma 1966.

3337

1965 OCT 28.- PAULUS VI, DECRETUM. PART.*

VACATIO LEGIS PRO DECRETIS PROMULGATIS IN SESSIONE VII CONCILII VATICANI SECUNDI

Beatissimus Pater pro novis legibus, quae in modo promulgatis decretis continentur, statuit vacationem usque ad diem vigesimam nonam mensis iunii anni MCMLXVI, nempe usque ad festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli proximi anni.

Interea Summus Pontifex normas edet ad praedictas leges exsequendas.—Pericles FELICI, Archiepiscopus tit. Samosatensis, *Ss. Concilii Secretarius Generalis.*

* Sacrosanctum oecumenicum Concilium Vaticanum II. Constitutiones, Decreta, Declarationes, Typis Poliglottis Vaticanis 1966, p. 419. Adn. Documenta promulgata in hac sessione VII fuerunt: 1—Decretum de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, CHRISTUS DOMINUS, LE 3332. 2—Decretum de accommodata renovatione vitae religiosae, PERFECTAE CARITATIS: LE 3333. 3—Decretum de institutione sacerdotali, OPTATAM TOTIUS: LE 3334. 4—Declaratio de educatione christiana, GRAVISSIMUM EDUCATIONIS: LE 3335. 5—Declaratio de Ecclesiae habitudine ad religiones non-christianas, NOSTRA AETATE: LE 3336.

3338

1965 OCT .. -CONS. LITURGIAE, RESPONSUM. PART.*

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA CIRCA: 1.—INSTRUCTIONEM DIEI 26 SEPT. 1964. 2.—RITUM CELEBRATIONIS MISSAE. 3.—RITUM CONCELEBRATIONIS MISSAE. 4.—RITUM COMMUNIONIS SUB UTRAQUE SPECIE. 5.—VARIAS MATERIAS

1.—Ad Instructionem diei 26 Sept. 1964

79. *(Ad n. 15)* Communitas seminarii die dominica duas Missas participare debet: mane Missam lectam cum communione sacramentali, horis vero tardioribus Missam solemnem sine participatione sacramentali. Nonne praeferendum ut unica habeatur Missa et quidem solemnis, universo coetu seminarii illam participante, cum communione sacramentali?

RESP. Mens et spiritus *Instructionis*, n. 15, postulat ut in seminariis, diebus dominicis et festis, habeatur Missa solemnior quam aliis diebus, et cum omnibus elementis Missae, inter quae nominanda veniunt: homilia, oratio fidelium, sacramentalis communio. Si haec perfectior celebratio difficiliorem aut impossibilem reddit participationem ad aliam Missam, haec videtur supprimi aut facultativa reddi posse, absque praeiudicio sincerae pietatis. Eo praesertim cum in eius locum haberi possint cantus Laudum (cfr. *Instructio*, n. 16), celebratio verbi Dei (cfr. *Instructio*, n. 38), vel alia peculiaria pietatis exercitia, v. g. oratio mentalis.

80. *(Ad n. 37)* In exponenda ratione celebrationis verbi Dei diebus dominicis et festis, in locis quae sacerdote carent, *Instructio* videtur excludere orationem quae congregationem spiritualiter coniungit cum Sacrificio quod offertur in ecclesia paroeciali et secundam orationem invitantem fideles ad spiritualem communionem. Estne haec vera mens *Instructionis*?

RESP. *Nullo modo.* Immo praestat orationem fidelium in casu cum oratione Missae concludi.

81. *(Ad n. 56)* Utrum pro aliquo coetu, v. g. pro pastoribus, peregrinis, etc., confici possint formularia orationis communis ipsi accommodata? Quaenam est in casu auctoritas competens ad illa probanda?

RESP. Normae a «Consilio» datae *(De Oratione communi seu fidelium*, In Civitate Vaticana, 1965, p. 6, n. 10), praevident ut habeantur formularia pro celebrationibus votivis, in quibus, non totaliter derelictis intentionibus generalibus, «longior amplitudo tribuatur intentioni votivae». Cum agitur de coetu particulari, formularia approbari debent ab Ordinario loci, cuius interest. Neque indigent, usque ad instaurationem definitivam, confirmatione «Consilii» (Cfr. *Instructio*, n. 56).

82. *(Ad n. 78)* In *Notitiae*, 1 (1965 251, n. 61, relate ad Horam Primam pro religiosis «choro adstrictis», dicitur: «Ex recenti concessione (2 iunii 1965) Apostolica Sedes remisit Superioribus Maioribus religiosis, ut secundum prudens eorum iudicium, statuant Horam Primam retinere aut facultativam declarare pro suis subditis». Quid intelligitur verbis «Superioribus Maioribus religiosis»?

RESP. In casu, verba «Superiores Maiores religiosi» stant pro «*Supremi Moderatores religiosi*».

2.—Ad Ritum servandum in celebratione Missae

83. *(Ad n. 81)* In quadam ecclesia Missae pro defunctis in die depositionis, septimo, trigesimo et anniversario, ad peculiare altare celebrantur. Fideles participantes qui s. Com-

munionem recipere cupiunt ad altare in quo SS. Eucharistia asservatur pergere debent. Estne probanda haec praxis?

RESP. Convenit ut in unaquaque Missa consecrentur etiam Hostiae pro fidelium communione (cfr. *Ritum servandum*, n. 7), etsi paucorum, ut habeatur illa perfectior participatio de qua loquitur *Constitutio*, art. 55.

3.—De Ritu servando in concelebratione Missae

84. *(Ad n. 1)* Utrum ad concelebrationem Missae *In Cena Domini* requiratur licentia Ordinarii?

RESP. *Negative*, nisi ob peculiares rationes (v. gr. ne desint Missae pro fidelibus), habeatur dispositio particularis contraria. Nam *Constitutio* liturgica, art. 57, 1a et *Ritus concelebrationis*, 1, 1a) concedunt ipso iure omnibus sacerdotibus facultatem concelebrandi feria V in Cena Domini ad Missam vespertinam.

85. *(Ad n. 46)* Utrum Episcopus post diaconos assistentes etiam diacono et subdiacono Missae pacem dare possit?

RESP. *Affirmative*, si non communicant. Nam osculum pacis diacono et subdiacono datur ab Episcopo ad communionem (cfr. n. 50).

4.—De ritu Communionis sub utraque specie

86. *(Ad n. 1, 2)* Utrum presbyteri ministerio diaconi et subdiaconi in Missa solemni fungentes communicari possint sub utraque specie, etsi Missam iam celebraverint vel celebraturi sint, ex analogia cum norma data in *Ritu concelebrationis* (n. 15).

RESP. *Negative.* Nam lex generalis (CJC, can. 857) de non iteranda s. Communione eodem die vigere pergit. Casus in n. 15 *Ritus concelebrationis* et in n. 60 *Instructionis* considerati, habendi sunt ut relaxatio legis quae tantum pro illis casibus expresse determinatis valet. In casu allato agitur tantum de vero diacono et subdiacono ministerium suum implentibus.

5.—De variis materiis

87. Quaenam Missa dicenda est ubi de indulto Apostolicae Sedis, praecepto Missae festivae satisfieri potest Missa quae celebratur vespere diei praecedentis.

RESP. Praestat ut dicatur Missa de dominica, vel festo, cum homilia et oratione fidelium.

88. Estne probanda praxis distribuendi Communionem ante Missam?

RESP. Communio est et apparere debet uti culmen participationis ad Missam. Ideo convenit ut Communio fiat intra Missam, ut erui potest ex *Ordine Missae*, n. 53, et *Ritu servando*, n. 81. Si aliquando necessitas adest distribuendi Communionem ante Missam, opportunius fiat cum alba et stola, quam vestibus sacerdotalibus pro Missa requisitis.

89. Quomodo se gerere debet congregatio fidelium relate ad positionem corporis, scilicet quaenam est ratio standi, genuflectendi, sedendi, etc.

RESP. Serventur dispositiones forte a competenti auctoritate datae; secus, quoad fieri potest, normae caeremoniales pro choro praescriptae *(Cod. Rubr.*, 520-521).

90. Utrum conopeo tegendum sit tabernaculum in quo reconditur Sanctissimum Sacramentum, quoties idem tabernaculum inveniatur subter baldachinum altaris, velis coloris albi vel coloris convenientis Officio instructum.

RESP. *Negative* (SRC, 3 iulii 1965; Prot. n. 33-65).

* Notit. 1 (1965) 305-308.

3339

1965 NOV 8.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA: 1.—DE OMISSIONE VERSUS «FIDELIUM ANIMAE». 2.—DE PRECIBUS AD PEDEM ALTARIS OMITTENDIS. 3.—DE DISTRIBUTIONE S. COMMUNIONIS CUM SOLA STOLA. 4.—DE LITANIIS SANCTORUM DICENDIS CUM OMITTITUR PROCESSIO

DUBIA—Revibus Dominus Ioannes Baptista Franzoni, Abbas Ordinarius Sancti Pauli de Urbe, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna enodatione reverenter proposuit, nimirum:

1. Utrum in Hora canonica quae Missam conventualem immediate praecedit, itemque in fine Vesperarum, si statim sequatur expositio Ss. Sacramenti et benedictio, omittendus sit V. «Fidelium animae».

2. Utrum praescriptum n. 22 *Ritus servandi* in celebratione Missae, idest de precibus ad pedem altaris omittendis quoties alia actio liturgica immediate praecesserit, valeat de illis tantum actionibus liturgicis quibus ipse sacerdos Missam celebraturus praefuerit, an latius pateat, ita ut applicari debeat etiam in casu quo sacerdos, qui Missam celebret, praecedenti actione liturgicae non praefuerit, immo ne interfuerit quidem; exempli gratia in Missa conventuali post Tertiam celebranda.

3. Cum habitus choralis proprius monachorum Ordinis S. Benedicti sit cuculla, quaeritur: an liceat sacerdotibus, qui Missae conventuali intersint, celebrantem in sacrae Communionis distributione coadiuvare stola super cuculla simpliciter sumpta, quin superpelliceum induant, secundum antiquum ritum monasticum, qui adhuc servatur in distributione ramorum olivarum atque candelarum festis diebus respectivis.

4. Utrum, si una aliave ex feriis in quibus Litaniae Minores celebrantur, omitti contingat processio, Litaniae Sanctorum cum suis VV. et precibus dicendae in choro absque processione, an potius ex toto praetermittendae etiam in choro.

RESP.—Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audito Commissionis liturgicae suffragio rebusque mature perpensis, propositis dubiis respondere censuit: Ad I. *Negative*. Ad II. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam. Ad III. *Negative*. Ad IV. Iuxta n. 83 Codicis rubricarum, Ordinarius loci peculiares supplicationes instituat, in quibus dicantur Litaniae Sanctorum.

Die 8 novembris 1965.—Arcadius M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, *a Secretis.*

* Abbati Ordinario S. Pauli de Urbe: Notit. 2 (1966) 182-183.

3340

1965 NOV 9.-PAULUS VI, EPIST. AAS 57 (1965) 898-899

Ad Emum P. D. Eugenium S. R. E. Cardinalem Tisserant, Episcopum Ostiensem, Portuensem et S. Rufinae, Sacri Collegii Decanum et primum e Consilio Praesidentiae Concilii Oecumenici Vaticani II, quem:

SUMMUS PONTIFEX CERTIOREM FACIT, STATUISSE SE UT DIE OCTAVO PROXIMI MENSIS DECEMBRIS, IN FESTO IMMACULATAE CONCEPTIONIS B. MARIAE VIRGINIS, OECUMENICA SYNODUS SOLLEMNI RITU FINEM HABEAT

PAULUS PP. VI

Venerabilis frater noster - Salutem et Apostolicam Benedictionem

Laeto animo comperimus labores Concilii Oecumenici Vaticani II non modo celeriter procedere, sed etiam ad exitum vergere. Hac de causa, nomine istius Consilii Praesidentiae, a Nobis postulasti, Venerabilis Frater Noster, ut dies ac sollemnes ritus statuantur, quibus Oecumenica Synodus sit concludenda.

Grates Deo maximas agamus de superna ope per totum Concilii celebrationis decursum Patribus et Ecclesiae collata, ac nostras multiplicemus preces, ut nuper per Adhortationem Apostolicam «Postrema Sessio» christifideles omnes appellavimus, quibus quidem ab Omnipotenti Deo impetretur, ut grande eventum, cuius initium spem maximam excitavit, ad exitum feliciter perducatur atque uberrimam salutarium fructuum copiam Ecclesiae et mundo gignere valeat.

Quamobrem tuis precibus libenter annuentes, statuimus ut Sacrosanctum Concilium Oecumenicum Vaticanum II, quod in festo divinae Maternitatis Mariae Ssmae initium cepit eiusque / peculiari patrocinio commissum est, finem 899
sollemni ritu habeat die VIII proximi mensis decembris, quo liturgicum festum Immaculatae Conceptionis Mariae, Matris Ecclesiae, recoletur. Eodem decembris die, anno MDCCCLXIX, sollemniter inauguratum fuit Concilium Oecumenicum Vaticanum I, cuius praesens Oecumenica Synodus non una de causa veluti dignum complementum optimo iure haberi potest.

Statuimus etiam ut die VII eiusdem mensis decembris celebretur publica Sessio, in qua Sacri Concilii deliberationi proponantur postrema Schemata, quae in superioribus Congregationibus Generalibus iam approbata sunt.

Faveas, Venerabilis Frater Noster, haec, quae statuimus, in notitiam Patrum Conciliarium humaniter perferre.

Spem bonam foventes, fore ut superna ope et Conciliarium Patrum sollertia reliqui Oecumenicae Synodi labores prosperum sortiantur exitum, Tibi, Venerabilis Frater Noster, ceterisque Consilii Praesidentiae Membris, necnon Concilii Oecumenici Patribus universis Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die IX mensis novembris, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

http://www.obrascatolicas.com

3341

1965 NOV 10.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

DE NECESSITATE INTERPELLATIONUM AD USUM LICITUM ET VALIDUM PRIVILEGII PAULINI

Ex aedibus S. Officii, die 10 Nov. 1965

Litteris die 12 aprilis d. a. datis, Excellentia Tua Revma S. Officio sequens dubium proposuit: 'Utrum omissio interpellationum, absque legitima dispensatione, non solum illiceitatem, verum etiam nullitatem matrimonii, deinde contracti, secumferat'.

Ad rem notum facio Excellentiae Tuae Revmae Emmos Patres huius Supremae S. Congregationis, in Coetu Plenario die 3 novembris d. a. habito, ad propositum dubium respondendum decrevisse: 'Interpellationes semper esse faciendas; in casibus autem particularibus esse recurrendum'.—A. Card. OTTAVIANI.

* Ordinario Lyalipurensi, Prot. N. 2654/65: A. ABATE, Lo scioglimento del vincolo coniugale, II ed. Roma 1965, p. 87 not. 27. Adn. A. ABATE, op. cit. p. 86-89.

3342

1965 NOV 13.-SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.*

DISPENSATO CANONE 2101, DISCEPTATIO SUPER VIRTUTIBUS SERVI DEI INCHOATUR ANTE QUINQUAGINTA ANNOS AB EIUSDEM MORTE

Instante Revmo P. Antonio Ricciardi, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium Postulatore generali, Sanctissimus Dominus noster Paulus Papa VI, attentis peculiaribus casus adiunctis, et praehabito S. Rituum Congregationis favorabili voto, de speciali gratia a praescripto canonis 2101 Codicis Iuris Canonici dispensare benigne dignatus est, ita ut disceptatio super virtutibus Servi Dei Maximiliani Mariae Kolbe, sacerdotis professi eiusdem Ordinis, ante quinquaginta annos ab eius morte inchoari queat. Servatis de cetero omnibus de iure servandis. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 13 Novembris 1965.—Arcadius M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praef.* Fr. F. Antonelli, *a Secretis.*

* Postulatori Gen. O. F. M. Conv., Prot. N. 719-41/965: COFMConv 62 (1965) 316.

3343

1965 NOV 15.-CONC. VAT. II, NOTIF. AAS 58 (1966) 836

NOTIFICATIO FACTA AB EXCMO SECRETARIO GENERALI CONCILII VATICANI II IN CONGREGATIONE GENERALI CLXXI DIEI 15 NOV. 1965 CIRCA QUALIFICATIONEM THEOLOGICAM DOCTRINAE QUAE IN SCHEMATE «DE DIVINA REVELATIONE» EXPONITUR

Quaesitum est quaenam esse debeat *qualificatio theologica* doctrinae, quae in Schemate Constitutionis dogmaticae *de Divina Revelatione* exponitur et suffragationi subicitur.

Huic quaestio Commissio de doctrina fidei et morum hanc dedit responsionem iuxta suam *Declarationem* diei 6 martii 1964:

«Ratione habita moris conciliaris ac praesentis Concilii finis pastoralis, haec S. Synodus ea tantum de rebus fidei vel morum ab Ecclesia tenenda definit quae ut talia aperte ipsa declaraverit.»

«Cetera autem, quae S. Synodus proponit, utpote Supremi Ecclesiae Magisterii doctrinam, omnes ac singuli christifideles excipere et amplecti debent iuxta ipsius S. Synodi mentem, quae sive ex subiecta materia sive ex dicendi ratione innotescit, secundum normas theologicae interpretationis.»— PERICLES FELICI, Archiepiscopus tit. Samosatensis, *Ss. Concilii Secretarius Generalis.*

3344

1965 NOV 16.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

NON EXPEDIT CONCEDERE FACULTATEM SUMENDI S. COMMUNIONEM OPE FISTULAE PER VIAM NASI DERIVANTIS

It is my duty to inform you that this Supreme Congregation, after subjecting the petition to mature examination, has passed this decision:

4767

«In view of special circumstances, it is not expedient», since such an unusual manner of administering the sacred species would bring along with it the danger of wonderment and would not sufficiently provide for the reverence due the Sacrament.

Therefore, Your Excellency will please communicate this decision to the said pious member of the faithful and, at the same time, with the pastoral care so characteristic of you, exhort him to compensate himself by a devout spiritual communion.

* Ordinario Petriculano, Prot. N. D. E. 404/48-446-67: BOUSCAREN VI, p. 565.

3345

1965 NOV 18.-CONC. VAT. II, CONST. AAS 58 (1966) 817-835

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, una cum Sacrosancti Concilii Patribus, Ad perpetuam rei memoriam

Constitutio Dogmatica de Divina Revelatione

PROOEMIUM

1. Dei verbum religiose audiens et fidenter proclamans, Sacrosancta Synodus verbis S. Ioannis obsequitur dicentis: «Adnuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem et apparuit nobis: quod vidimus et audivimus adnuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre et cum Filio eius Iesu Christo» *(1 Io.* 1, 2-3). Propterea, Conciliorum Tridentini et Vaticani I inhaerens vestigiis, genuinam de divina revelatione ac de eius transmissione doctrinam proponere intendit, ut salutis praeconio mundus universus audiendo credat, credendo speret, sperando amet [1]./ 818

CAPUT I—DE IPSA REVELATIONE

2. Placuit Deo in sua bonitate et sapientia Seipsum revelare et notum facere sacramentum voluntatis suae (cf. *Eph.* 1, 9), quo homines per Christum, Verbum carnem factum, in Spiritu Sancto accessum habent ad Patrem et divinae naturae consortes efficiuntur (cf. *Eph.* 2, 18; 2 *Petr.* 1, 4). Hac itaque revelatione Deus invisibilis (cf. *Col.* 1, 15; *1 Tim.* 1, 17) ex abundantia caritatis suae homines tamquam amicos alloquitur (cf. *Ex.* 33, 11; *Io.* 15, 14-15) et cum eis conversatur (cf. *Bar.* 3, 38), ut eos ad societatem Secum invitet in eamque suscipiat. Haec revelationis oeconomia fit gestis verbisque intrinsece inter se connexis, ita ut opera, in historia salutis a Deo patrata, doctrinam et res verbis significatas manifestent ac corroborent, verba autem opera proclament et mysterium in eis contentum elucident. Intima autem per hanc revelationem tam de Deo quam de hominis salute veritas nobis in Christo illucescit, qui mediator simul et plenitudo totius revelationis exsistit [2].

3. Deus, per Verbum omnia creans (cf. *Io.* 1, 3) et conservans, in rebus creatis perenne sui testimonium hominibus praebet (cf. *Rom.* 1, 19-20) et, viam salutis supernae aperire intendens, insuper protoparentibus inde ab initio Semetipsum manifestavit. Post eorum autem lapsum eos, redemptione promissa, in spem salutis erexit (cf. *Gen.* 3, 15) et sine intermissione generis humani curam egit, ut omnibus qui secundum patientiam boni operis salutem quaerunt, vitam aeternam daret (cf. *Rom.* 2, 6-7). Suo autem tempore Abraham vocavit, ut faceret eum in gentem magnam (cf. *Gen.* 12, 2-3), quam post Patriarchas per Moysen et Prophetas erudivit ad se solum Deum vivum et verum, providum Patrem et iudicem iustum agnoscendum et ad promissum Salvatorem expectandum, atque ita per saecula viam Evangelio praeparavit.

4. Postquam vero multifariam multisque modis Deus locutus est in Prophetis, «novissime diebus istis locutus est nobis in Filio» *(Hebr.* 1, 1-2). Misit enim Filium suum, aeternum scilicet Verbum, qui omnes/homines illuminat, ut inter homines habitaret iisque intima Dei enarraret (cf. *Io.* 1, 1-8). Iesus Christus ergo, Verbum caro factum, thomo ad homines» missus [3], «verba Dei loquitur» *(Io.* 3, 34), 819

[1] Cf. S. AUGUSTINUS, *De catechizandis rudibus*, 4, 8: PL 40, 316.
[2] Cf. Mt. 11, 27; Io. 1, 14 et 17; 14, 6; 17, 1-3; 2 Cor. 3, 16 et 4, 6; Eph. 1, 3-14.
[3] *Epist. ad Diognetum*, 7, 4: FUNK, *Patres Apostolici*, I, p. 403.

et opus salutare consummat quod dedit ei Pater faciendum (cf. *Io.* 5, 36; 17, 4). Quapropter Ipse, quem qui videt, videt et Patrem (cf. *Io.* 14, 9), tota Suipsius praesentia ac manifestatione, verbis et operibus, signis et miraculis, praesertim autem morte sua et gloriosa ex mortuis resurrectione, misso tandem Spiritu veritatis, revelationem complendo perficit ac testimonio divino confirmat, Deum nempe nobiscum esse ad nos ex peccati mortisque tenebris liberandos et in aeternam vitam resuscitandos.

Oeconomia ergo christiana, utpote foedus novum et definitivum, numquam praeteribit, et nulla iam nova revelatio publica expectanda est ante gloriosam manifestationem Domini nostri Iesu Christi (cf. 1 *Tim.* 6, 14 et *Tit.* 2, 13).

5. Deo revelanti praestanda est *oboeditio fidei* (cf. *Rom.* 16, 26; coll. *Rom.* 1, 5; *2 Cor.* 10, 5-6), qua homo se totum libere Deo committit «plenum revelanti Deo intellectus et voluntatis obsequium» praestando [4] et voluntarie revelationi ab Eo datae assentiendo. Quae fides ut praebeatur, opus est praeveniente et adiuvante gratia Dei et internis Spiritus Sancti auxiliis, qui cor moveat et in Deum convertat, mentis oculos aperiat, et det «omnibus suavitatem in consentiendo et credendo veritati» [5]. Quo vero profundior usque evadat revelationis intelligentia, idem Spiritus Sanctus fidem iugiter per dona sua perficit.

6. Divina revelatione Deus Seipsum atque aeterna voluntatis suae decreta circa hominum salutem manifestare ac communicare voluit, «ad participanda scilicet bona divina, quae humanae mentis intelligentiam omnino superant» [6].

Confitetur Sacra Synodus, «Deum, rerum omnium principium et finem, naturali humanae rationis lumine e rebus creatis certo cognosci posse» (cf. *Rom.* 1, 20); eius vero re- 820
velationi tribuendum esse docet, «ut ea, quae in rebus divinis humanae rationi per se impervia non sunt, in praesenti quoque generis humani conditione ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint» [7].

CAP. II—DE DIVINAE REVELATIONIS TRANSMISSIONE

7. Quae Deus ad salutem cunctarum gentium revelaverat, eadem benignissime disposuit ut in aevum integra permanerent omnibusque generationibus transmitterentur. Ideo Christus Dominus, in quo summi Dei tota revelatio consummatur (cf. *2 Cor.* 1, 20 et 3, 16-4, 6), mandatum dedit Apostolis ut Evangelium, quod promissum ante per Prophetas Ipse adimplevit et proprio ore promulgavit, tamquam fontem omnis et salutaris veritatis et morum disciplinae omnibus praedicarent [1], eis dona divina communicantes. Quod quidem fideliter factum est, tum ab Apostolis, qui in praedicatione orali, exemplis et institutionibus ea tradiderunt quae sive ex ore, conversatione et operibus Christi acceperant, sive a Spiritu Sancto suggerente didicerant, tum ab illis Apostolis virisque apostolicis, qui, sub inspiratione eiusdem Spiritus Sancti, nuntium salutis scriptis mandaverunt [2].

Ut autem Evangelium integrum et vivum iugiter in Ecclesia servaretur, Apostoli successores reliquerunt Episcopos, ipsis «suum ipsorum locum magisterii tradentes» [3]. Haec igitur Sacra Traditio et Sacra utriusque Testamenti Scriptura veluti speculum sunt in quo Ecclesia in terris peregrinans contemplatur Deum, a quo omnia accipit, usquedum ad Eum videndum facie ad faciem sicuti est perducatur (cf. *1 Io.* 3, 2).

8. Itaque praedicatio apostolica, quae in inspiratis libris speciali modo exprimitur, continua successione usque ad consummationem temporum conservari debebat.

Unde Apostoli, tradentes quod et ipsi acceperunt, fideles monent ut teneant traditiones quas sive per sermonem sive per epistulam didicerint (cf. *2 Thess.* 2, 15), utque pro semel 821
sibi tradita fide decertent (cf. *Iud.* 3) [4]. Quod vero ab Apostolis traditum est, ea omnia complectitur quae ad

[4] CONC. VAT. I, Const. dogm. de fide catholica, *Dei Filius*, cap. 3: DENZ. 1789 (3008).
[5] CONC. ARAUS. II, can. 7: DENZ. 180 (377); CONC. VAT. I, *l. c.*: DENZ. 1791 (3010).
[6] CONC. VAT. I, Const. dogm. de fide catholica, *Dei Filius*, cap. 2: DENZ. 1786 (3005).
[7] Ibid.: DENZ. 1785 et 1786 (3004 et 3005).
[1] Cf. Mt. 28, 19-20 et Mc. 16, 15. CONC. TRID., Decr. *De canonicis Scripturis*: DENZ. 783 (1501).
[2] Cf. CONC. TRID., *l. c.*; CONC. VAT. I, Const. dogm. de fide catholica, *Dei Filius*, cap. 2: DENZ. 1787 (3006).
[3] S. IRENAEUS, *Adv. Haer.*, III, 3, 1: PG 7, 848; HARVEY, 2, p. 9.
[4] Cf. CONC. NIC. II: DENZ. 303 (602). CONC. CONSTANT. IV, Sess. X, can. 1: DENZ. 336 (650-652).

Populi Dei vitam sancte ducendam fidemque augendam conferunt, sicque Ecclesia, in sua doctrina, vita et cultu, perpetuat cunctisque generationibus transmittit omne quod ipsa est, omne quod credit.

Haec quae est ab Apostolis Traditio sub assistentia Spiritus Sancti in Ecclesia proficit [5]: crescit enim tam rerum quam verborum traditorum perceptio, tum ex contemplatione et studio credentium, qui ea conferunt in corde suo (cf. *Lc.* 2, 19 et 51), tum ex intima spiritualium rerum quam experiuntur intelligentia, tum ex praeconio eorum qui cum episcopatus successione charisma veritatis certum acceperunt. Ecclesia scilicet, volventibus saeculis, ad plenitudinem divinae veritatis iugiter tendit, donec in ipsa consummentur verba Dei.

Sanctorum Patrum dicta huius Traditionis vivificam testificantur praesentiam, cuius divitiae in praxim vitamque credentis et orantis Ecclesiae transfunduntur. Per eandem Traditionem integer Sacrorum Librorum canon Ecclesiae innotescit, ipsaeque Sacrae Litterae in ea penitius intelliguntur et indesinenter actuosae redduntur; sicque Deus, qui olim locutus est, sine intermissione cum dilecti Filii sui Sponsa colloquitur, et Spiritus Sanctus, per quem viva vox Evangelii in Ecclesia, et per ipsam in mundo resonat, credentes in omnem veritatem inducit, verbumque Christi in eis abundanter inhabitare facit (cf. *Col.* 3, 16).

9. Sacra Traditio ergo et Sacra Scriptura arcte inter se connectuntur atque communicant. Nam ambae, ex eadem divina scaturigine promanantes, in unum quodammodo coalescunt et in eundem finem tendunt. Etenim Sacra Scriptura est locutio Dei quatenus divino afflante Spiritu scripto consignatur; Sacra autem Traditio verbum Dei, a Christo Domino et a Spiritu Sancto Apostolis concreditum, successoribus eorum integre transmittit, ut illud, praelucente Spiritu veritatis, praeconio suo fideliter servent, exponant atque diffundant; quo fit ut Ecclesia certitudinem suam de omnibus revelatis non per solam Sacram Scripturam hauriat. Quapropter utraque pari pietatis affectu ac reverentia suscipienda et veneranda est [6]./ 822

10. Sacra Traditio et Sacra Scriptura unum verbi Dei sacrum depositum constituunt Ecclesiae commissum, cui inhaerens tota plebs sancta Pastoribus suis adunata in doctrina Apostolorum et communione, fractione panis et orationibus iugiter perseverat (cf. *Act.* 2, 42 gr.), ita ut in tradita fide tenenda, exercenda profitendaque singularis fiat Antistitum et fidelium conspiratio [7].

Munus autem authentice interpretandi verbum Dei scriptum vel traditum [8] soli vivo Ecclesiae Magisterio concreditum est [9], cuius auctoritas in nomine Iesu Christi exercetur. Quod quidem Magisterium non supra verbum Dei est, sed eidem ministrat, docens nonnisi quod traditum est, quatenus illud, ex divino mandato et Spiritu Sancto assistente, pie audit, sancte custodit et fideliter exponit, ac ea omnia ex hoc uno fidei deposito haurit quae tamquam divinitus revelata credenda proponit.

Patet igitur Sacram Traditionem, Sacram Scripturam et Ecclesiae Magisterium, iuxta sapientissimum Dei consilium, ita inter se connecti et consociari, ut unum sine aliis non consistat, omniaque simul, singula suo modo sub actione unius Spiritus Sancti, ad animarum salutem efficaciter conferant.

CAP. III—DE SACRAE SCRIPTURAE DIVINA INSPIRATIONE ET DE EIUS INTERPRETATIONE

11. Divinitus revelata, quae in Sacra Scriptura litteris continentur et prostant, Spiritu Sancto afflante consignata sunt. Libros enim integros tam Veteris quam Novi Testamenti, cum omnibus eorum partibus, sancta Mater Ecclesia ex apostolica fide pro sacris et canonicis habet, propterea quod, Spiritu Sancto inspirante conscripti (cf. *Io.* 20, 31; 2 *Tim.* 3, 16; 2 *Pt.* 1, 19-21; 3, 15-16), Deum habent auctorem, atque ut / tales ipsi Ecclesiae traditi sunt [1]. In 823
sacris vero libris conficiendis Deus homines elegit, quos

[5] Cf. CONC. VAT. I, Const. dogm. de fide catholica, *Dei Filius*, cap. 4: DENZ. 1800 (3020).
[6] Cf. CONC. TRID., DECR. *De canonicis Scripturis*: DENZ 783 (1501).
[7] Cf. PIUS XII, Const. Apost. *Munificentissimus Deus*, 1 nov. 1950: AAS 42 (1950), p. 756 [LE 2158], collatis verbis S. CYPRIANI, *Epist.* 66, 8: CSEL 3, 2, 733: «Ecclesia plebs Sacerdoti adunata et Pastori suo grex adhaerens».
[8] Cf. PIUS XII, Litt. Encycl. *Humani Generis*, 12 aug. 1950: AAS 42 (1950), pp. 568-569: DENZ. 2314 (3886) [LE 2147].
[9] Cf. CONC. VAT. I, Const. dogm. de fide catholica, *Dei Filius*, cap. 2: DENZ. 1787 (3006). PONT. COMM. BIBLICA, *Decr.* 18 iunii 1915: DENZ. 2180 (3629); EB 420. S. S. C. S. Officii, *Epist.* 22 dec. 1923: EB 499 [LE 349].

[1] Cf. CONC. VAT. I, Const. dogm. de fide catholica, *Dei Filius*, cap. 2: DENZ. 1787 (3006). PONT. COMM. BIBLICA, *Decr.* 18 iunii 1915: DENZ. 2180

http://www.obrascatolicas.com

facultatibus ac viribus suis utentes adhibuit [2], ut Ipso in illis et per illos agente [3], ea omnia eaque sola, quae Ipse vellet, ut veri auctores scripto traderent [4].

Cum ergo omne id, quod auctores inspirati seu hagiographi asserunt, retineri debeat assertum a Spiritu Sancto, inde Scripturae libri veritatem, quam Deus nostrae salutis causa Litteris Sacris consignari voluit, firmiter, fideliter et sine errore docere profitendi sunt [5]. Itaque «omnis Scriptura divinitus inspirata et utilis ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus» *(2 Tim.* 3, 16-17, gr.).

12. Cum autem Deus in Sacra Scriptura per homines more hominum locutus sit [6], interpres Sacrae Scripturae, ut perspiciat, quid Ipse nobiscum communicare voluerit, attente investigare debet, quid hagiographi reapse significare intenderint et eorum verbis manifestare Deo placuerit.

Ad hagiographorum intentionem eruendam inter alia etiam *genera litteraria* respicienda sunt.

Aliter enim atque aliter veritas in textibus vario modo historicis, vel propheticis, vel poëticis, vel in aliis dicendi generibus proponitur et exprimitur.

Oportet porro ut interpres sensum inquirat, quem in determinatis adiunctis hagiographus, pro sui temporis et suae culturae condicione, ope generum litterariorum illo
824 tempore adhibitorum exprimere inten/derit et expresserit [7]. Ad recte enim intelligendum id quod sacer auctor scripto asserere voluerit, rite attendendum est tum ad suetos illos nativos sentiendi, dicendi, narrandive modos, qui temporibus hagiographi vigebant, tum ad illos qui illo aevo in mutuo hominum commercio passim adhiberi solebant [8].

Sed, cum Sacra Scriptura eodem Spiritu quo scripta est etiam legenda et interpretanda sit [9], ad recte sacrorum textuum sensum eruendum, non minus diligenter respiciendum est ad contentum et unitatem totius Scripturae, ratione habita vivae totius Ecclesiae Traditionis et analogiae fidei. Exegetarum autem est secundum has regulas adlaborare ad Sacrae Scripturae sensum penitius intelligendum et exponendum, ut quasi praeparato studio, iudicium Ecclesiae maturetur. Cuncta enim haec, de ratione interpretandi Scripturam, Ecclesiae iudicio ultime subsunt, quae verbi Dei servandi et interpretandi divino fungitur mandato et ministerio [10].

13. In Sacra Scriptura ergo manifestatur, salva semper Dei veritate et sanctitate, aeternae Sapientiae admirabilis *condescensio*, «ut discamus ineffabilem Dei benignitatem, et quanta sermonis attemperatione usus sit, nostrae naturae providentiam et curam habens» [11]. Dei enim verba, humanis linguis expressa, humano sermoni assimilia facta sunt, sicut olim Aeterni Patris Verbum, humanae infirmitatis assumpta carne, hominibus simile factum est.

Cap. IV—De Vetere Testamento

14. Amantissimus Deus totius humani generis salutem sollicite intendens et praeparans, singulari dispensatione populum sibi elegit, cui promissiones concrederet. Foedere
825 enim cum Abraham (cf. *Gen.* 15, 18) et cum plebe Israel per Moysen (cf. *Ex.* 24, 8) inito, populo sibi acquisito / ita Se tamquam unicum Deum verum et vivum verbis ac gestis revelavit, ut Israel, quae divinae essent cum hominibus viae experiretur, easque, ipso Deo per os Prophetarum loquente, penitius et clarius in dies intelligeret atque latius in gentes exhiberet (cf. *Ps.* 21, 28-29; 95, 1-3; *Is.* 2, 1-4; *Ier.*, 3, 17). Oeconomia autem salutis ab auctoribus sacris praenuntiata, enarrata atque explicata, ut verum Dei verbum in libris Veteris Testamenti exstat; quapropter hi libri divinitus inspirati perennem valorem servant «Quaecumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus» *(Rom.* 15, 4).

15. Veteris Testamenti oeconomia ad hoc potissimum disposita erat, ut Christi universorum redemptoris Regnique Messianici adventum praepararet, prophetice nuntiaret (cf. *Lc.* 24, 44; *Io.* 5, 39; 1 *Pt.* 1, 10) et variis typis significaret (cf. 1 *Cor.* 10, 11). Veteris autem Testamenti libri, pro condicione humani generis ante tempora instauratae a Christo salutis, Dei et hominis cognitionem ac modos quibus Deus iustus et misericors cum hominibus agit, omnibus manifestant. Qui libri, quamvis etiam imperfecta et temporaria contineant, veram tamen paedagogiam divinam demonstrant [1]. Unde fidem libri, qui vivum sensum Dei exprimunt, in quibus sublimes de Deo doctrinae ac salutaris de vita hominis sapientia mirabilesque precum thesauri reconduntur, in quibus tandem latet mysterium salutis nostrae, a Christifidelibus devote accipiendi sunt.

16. Deus igitur librorum utriusque Testamenti inspirator et auctor, ita sapienter disposuit, ut Novum in Vetere lateret et in Novo Vetus pateret [2]. Nam, etsi Christus in sanguine suo Novum Foedus condidit (cf. *Luc.* 22, 20; 1 *Cor.* 11, 25), libri tamen Veteris Testamenti integri in praeconio evangelico assumpti [3], in Novo Testamento significationem suam completam acquirunt et ostendunt (cf. *Mt.* 5, 17; *Lc* 24, 27; *Rom.* 16, 25-26; 2 *Cor* 3, 14-16), illudque vicissim illuminant et explicant. / 826

Cap. V—De Novo Testamento

17. Verbum Dei, quod virtus Dei est in salutem omni credenti (cf. *Rom.* 1, 16), in scriptis Novi Testamenti praecellenti modo praesentatur et vim suam exhibet. Ubi enim venit plenitudo temporis (cf. *Gal.* 4, 4), Verbum caro factum est et habitavit in nobis plenum gratiae et veritatis (cf. *Io.* 1, 14). Christus Regnum Dei in terris instauravit, factis et verbis Patrem suum ac Seipsum manifestavit, atque morte, resurrectione et gloriosa ascensione missioneque Spiritus Sancti opus suum complevit. Exaltatus a terra omnes ad Seipsum trahit (cf. *Io.* 12, 32, gr.), Ipse qui solus verba vitae aeternae habet (cf. *Io.* 6, 68).

Hoc autem mysterium aliis generationibus non est patefactum, sicut nunc revelatum est sanctis Apostolis Eius et Prophetis in Spiritu Sancto (cf. *Eph.* 3, 4-6, gr.), ut Evangelium praedicarent, fidem in Iesum Christum ac Dominum excitarent et Ecclesiam congregarent. Quarum rerum scripta Novi Testamenti exstant testimonium perenne atque divinum.

18. Neminem fugit inter omnes, etiam Novi Testamenti Scripturas, Evangelia merito excellere, quippe quae praecipuum testimonium sint de Verbi Incarnati, Salvatoris nostri, vita atque doctrina.

Quattuor Evangelia originem apostolicam habere Ecclesia semper et ubique tenuit ac tenet. Quae enim Apostoli ex mandato Christi praedicaverunt, postea divino afflante Spiritu, in scriptis, ipsi et apostolici viri nobis tradiderunt, fidei fundamentum, quadriforme nempe Evangelium, secundum Matthaeum, Marcum, Lucam et Ioannem [10*].

19. Sancta Mater Ecclesia firmiter et constantissime tenuit ac tenet quattuor recensita Evangelia, quorum historicitatem incunctanter affirmat, fideliter tradere quae Iesus Dei Filius, vitam inter homines degens, ad aeternam eorum salutem reapse fecit et docuit, usque in diem qua assumptus est (cf. *Act.* 1, 1-2). Apostoli quidem post ascensionem Domini, illa quae Ipse dixerat et fecerat, auditoribus ea pleniore intelligentia tradiderunt, qua ipsi, eventibus gloriosis Christi instructi et lumine / Spiritus veritatis [2*] 827
edocti, fruebantur [3]. Auctores autem sacri quattuor Evangelia conscripserunt, quaedam e multis aut ore aut iam scripto traditis seligentes, quaedam in synthesim redigentes, vel statui ecclesiarum attendendo explanantes, formam denique praeconii retinentes, ita semper ut vera et

[1] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mit brennender Sorge*, 14 martii 1937: AAS 29 (1937), p. 151.
[2] Cf. S. Augustinus, *Quaest. in Hept.* 2, 73: PL 34,623.
[3] Cf. S. Irenaeus, *Adv. Haer.*, III, 21, 3: PG 7, 950; (= 25, 1: Harvey, 2, p. 115). S. Cyrillus Hieros., *Catech.*, 4, 35: PG 33, 497. Theodorus Mops., *In Soph.*, 1, 4-6: PG 66, 453 D-453 A.
[10*] Cf. S. Irenaeus, *Adv. Haer.*, III, 11, 8: PG 7, 885; ed. Sagnard, p. 194.
[11] Cf. Io. 14, 26; 16, 13. [1] Cf. Io. 2, 22; 13, 16; coll. 14, 26; 16, 12-13; 7, 39.

sincera de Iesu nobiscum communicarent [4]. Illa enim intentione scripserunt, sive ex sua propria memoria et recordatione, sive ex testimonio illorum «qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis», ut cognoscamus eorum verborum de quibus eruditi sumus, «veritatem» (cf. *Lc.* 1, 2-4).

20. Novi Testamenti canon praeter quattuor Evangelia etiam epistulas sancti Pauli aliaque scripta apostolica Spiritu Sancto inspirante exarata continet, quibus, ex sapienti Dei consilio, ea quae sunt de Christo Domino confirmantur, genuina Eius doctrina magis magisque declaratur, salutifera virtus divini operis Christi praedicatur, Ecclesiae initia ac admirabilis diffusio narrantur eiusque consummatio gloriosa praenuntiatur.

Apostolis enim suis Dominus Iesus sicut promiserat affuit (cf. *Mt.* 28, 20) et iis Paraclitum Spiritum misit, qui eos in plenitudinem veritatis induceret (cf. *Io.* 16, 13).

Cap VI.—De Sacra Scriptura in vita Ecclesiae

21. Divinas Scripturas sicut et ipsum Corpus dominicum semper venerata est Ecclesia, cum, maxime in sacra Liturgia, non desinat ex mensa tam verbi Dei quam Corporis Christi panem vitae sumere atque fidelibus porrigere. Eas una cum Sacra Traditione semper ut supremam fidei suae regulam habuit et habet, cum a Deo inspiratae et semel pro semper litteris consignatae, verbum ipsius Dei immutabiliter impertiant, atque in verbis Prophetarum Apostolorumque vocem Spiritus Sancti personare faciant. Omnis ergo praedicatio ecclesiastica sicut ipsa religio christiana Sacra Scriptura nutriatur et regatur oportet. In sacris enim libris Pater qui in caelis est filiis suis pera-
828 manter occurrit et cum eis / sermonem confert; tanta autem verbo Dei vis ac virtus inest, ut Ecclesiae sustentaculum ac vigor, et Ecclesiae filiis fidei robur, animae cibus, vitae spiritualis fons purus et perennis exstet. Unde de Sacra Scriptura excellenter valent dicta: «Vivus est enim sermo Dei et efficax» *(Hebr.* 4, 12), «qui potens est aedificare et dare hereditatem in sanctificatis omnibus» *(Act.* 20, 32; cf. 1 *Thess.* 2, 13).

22. Christifidelibus aditus ad Sacram Scripturam late pateat oportet. Qua de causa Ecclesia inde ab initiis graecam illam antiquissimam Veteris Testamenti versionem a LXX viris nuncupatam ut suam suscepit; alias vero versiones orientales et versiones latinas, praecipue illam quam Vulgatam vocant, semper in honore habet. Cum autem verbum Dei omnibus temporibus praesto esse debeat, Ecclesia materna sollicitudine curat, ut aptae ac rectae exarentur in varias linguas versiones, praesertim ex primigenis Sacrorum Librorum textibus. Quae si, data opportunitate et annuente Ecclesiae auctoritate, conficiantur communi etiam cum fratribus seiunctis nisu, ab omnibus christianis adhiberi poterunt.

23. Verbi incarnati Sponsa, Ecclesia nempe, a Sancto Spiritu edocta, ad profundiorem in dies Scripturarum Sacrarum intelligentiam assequendam accedere satagit, ut filios suos divinis eloquiis indesinenter pascat; quapropter etiam studium sanctorum Patrum tum Orientis tum Occidentis et sacrarum Liturgiarum rite fovet. Exegetae autem catholici, aliique Sacrae Theologiae cultores, collatis sedulo viribus, operam dent oportet, ut sub vigilantia Sacri Magisterii, aptis subsidiis divinas Litteras ita investigent et proponant, ut quam plurimi divini verbi administri possint plebi Dei Scripturarum pabulum fructuose suppeditare, quod mentem illuminet, firmet voluntates, hominum corda ad Dei amorem accendat [1]. Sacra Synodus Ecclesiae filiis, biblicarum rerum cultoribus, animum addit, ut opus feliciter susceptum, renovatis in dies viribus, omni studio secundum sensum Ecclesiae exsequi pergant [2].

24. Sacra Theologia in verbo Dei scripto, una cum Sacra Traditione, tamquam in perenni fundamento innititur, 829
in eoque ipsa firmissime / roboratur semperque iuvenescit, omnem veritatem in mysterio Christi conditam sub lumine fidei perscrutando. Sacrae autem Scripturae verbum Dei continent et, quia inspiratae, vere verbum Dei sunt; ideoque Sacrae Paginae studium sit veluti anima Sacrae Theologiae [3]. Eodem autem Scripturae verbo etiam ministerium verbi, pastoralis nempe praedicatio, catechesis omnisque instructio christiana, in qua homilia liturgica eximium locum habeat oportet, salubriter nutritur sancteque virescit.

25. Quapropter clericos omnes, imprimis Christi sacerdotes ceterosque qui ut diaconi vel catechistae ministerio verbi legitime instant, assidua lectione sacra atque exquisito studio in Scripturis haerere necesse est, ne quis eorum fiat «verbi Dei inanis forinsecus praedicator, qui non est intus auditor» [4], dum verbi divini amplissimas divitias, speciatim in sacra Liturgia, cum fidelibus sibi commissis communicare debet. Pariter Sancta Synodus christifideles omnes, praesertim sodales religiosos, vehementer peculiariterque exhortatur, ut frequenti divinarum Scripturarum lectione «eminentem scientiam Iesu Christi» *(Phil.* 3, 8) ediscant. «Ignoratio enim Scripturarum ignoratio Christi est» [5]. Libenter igitur ad sacrum textum ipsum accedant, sive per sacram Liturgiam divinis eloquiis confertam, sive per piam lectionem, sive per institutiones ad id aptas aliaque subsidia, quae approbantibus et curantibus Pastoribus Ecclesiae ubique nostro tempore laudabiliter diffunduntur. Meminerint autem orationem concomitari debere Sacrae Scripturae lectionem, ut fiat colloquium inter Deum et hominem; nam «illum alloquimur, cum oramus; illum audimus, cum divina legimus oracula» [6].

Sacris autem Antistitibus, «apud quos est apostolica doctrina» [7], fideles sibi commissos ad rectum divinorum librorum usum, praesertim Novi Testamenti et imprimis Evangeliorum, opportune instituere competit per sacrorum textuum versiones, quae necessariis et vere sufficien/tibus 830
explicationibus instructae sint, ut tuto ac utiliter Ecclesiae filii cum Scripturis Sacris conversentur earumque spiritu imbuantur.

Insuper editiones Sacrae Scripturae, aptis instructae adnotationibus, ad usum etiam non-christianorum eorundemque conditionibus accommodatae, conficiantur, quas quoquomodo sive animarum Pastores sive Christiani cuiuscumque status spargere sapienter curent.

26. Ita ergo lectione et studio Sacrorum Librorum «sermo Dei currat et clarificetur» *(2 Thess.* 3, 1), thesaurusque revelationis, Ecclesiae concreditus, magis magisque corda hominum impleat. Sicut ex assidua frequentatione mysterii Eucharistici Ecclesiae vita incrementum suscipit, ita novum spiritualis vitae impulsum sperare licet ex adaucta veneratione verbi Dei, quod «manet in aeternum» *(Is.* 40, 8; *1 Pt.* 1, 23-25).

Haec omnia et singula quae in hac Constitutione [*] *dogmatica edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.*

Romae, apud S. Petrum, die XVIII mensis novembris anno MCMLXV.—Ego Paulus Catholicae Ecclesiae Epis- 831
copus *(Sequuntur ceterae subsignationes).* 835

[4] S. Augustinus, *Serm.* 179, 1: PL 38, 966.
[5] S. Hieronymus, *Comm. in Is.*, Prol.: PL 24, 17.—*Cf.* Benedictus XV, Litt. Encycl. *Spiritus Paraclitus*: EB 475-480. Pius XII, Litt. Enc. *Divino afflante*: EB 544.
[6] S. Ambrosius, *De officiis ministrorum*, I, 20, 88: PL 16, 50.
[7] S. Irenaeus, *Adv. Haer.*, IV, 32, 1: PG 7, 1071; (= 49, 2) Harvey, 2, p. 255.

* In sessione VIII celebrata die 18 nov. an. 1965 promulgata.

3346

1965 NOV 18.-CONC. VAT. II, DECR. AAS 58 (1966) 837-864

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, una cum Sacrosancti Concilii Patribus. Ad perpetuam rei memoriam

Decretum de Apostolatu Laicorum

Prooemium

1. Apostolicam actuositatem populi Dei impensiorem reddere volens [1], Sacrosancta Synodus sollicite se vertit ad christifideles laicos, quorum partes in missione Ecclesiae proprias et omnino necessarias iam aliis in locis com-

[1] Cf. Ioannes XXIII, Const. Apost. *Humanae Salutis*, 25 dec. 1961: AAS 54 (1962), pp. 7-10 [LE 3026].

http://www.obrascatolicas.com

memoravit [2]. Apostolatus enim laicorum, ex ipsa eorum christiana vocatione promanans, numquam potest in Ecclesia deficere. Quam spontanea fuerit huiusmodi actuositas in primordiis Ecclesiae, quamque frugifera, ipsae Sacrae Litterae luculenter demonstrant (cf. *Act.* 11, 19-21; 18, 26; *Rom.* 16, 1-16; *Phil.* 4, 3).

Nostra autem tempora non minorem exigunt zelum laicorum, immo condiciones hodiernae omnino impensiorem et latiorem poscunt apostolatum eorum. Augescens enim in dies numerus hominum, scientiarum atque technicarum artium progressus, arctiores inter homines necessitudines non solum in immensum dilatarunt apostolatus laicorum spatia, magna ex parte ipsis tantum aperta, verum etiam nova suscitarunt problemata quae eorum sollertem curam studiumque expostulant. Eo urgentior huiusmodi apostolatus redditur quatenus autonomia multarum provinciarum vitae humanae plurimum, uti par est, succrevit, / aliquando cum quadam abscessione ab ordine ethico ac religioso et gravi discrimine vitae christianae. Insuper multis in regionibus in quibus sacerdotes admodum pauci sunt vel, ut quandoque accidit, debita ministerii libertate privantur, sine laicorum opera Ecclesia vix posset praesens et actuosa esse. Huius multiplicis urgentisque necessitatis signum est evidens operatio Spiritus Sancti laicos hodie magis magisque propriae responsabilitatis conscios reddentis eosque ad servitium Christi et Ecclesiae ubique incitantis [3].

838

Hoc in decreto Concilium apostolatus laicorum naturam, indolem et varietatem illustrare intendit, necnon principia fundamentalia enuntiare instructionesque pastorales tradere ad eiusdem efficacius exercitium; quae omnia tamquam normae habeantur in recognoscendo iure canonico quod ad laicorum apostolatum attinet.

Cap. I—De vocatione laicorum ad apostolatum

2. Ad hoc nata est Ecclesia ut regnum Christi ubique terrarum dilatando ad gloriam Dei Patris, omnes homines salutaris redemptionis participes efficiat [1], et per eos mundus universus re vera ad Christum ordinetur. Omnis navitas Corporis Mystici hunc in finem directa apostolatus dicitur quem Ecclesia per omnia sua membra, variis quidem modis, exercet; vocatio enim christiana, natura sua, vocatio quoque est ad apostolatum. Sicut in viventis corporis compage, nullum membrum mere passive sese gerit, sed simul cum vita corporis eiusdem operositatem quoque participat, sic in corpore Christi, quod est Ecclesia, totum corpus «secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit» (*Eph.* 4, 16). Quinimmo tanta est in hoc corpore connexio et membrorum compactio (cf. *Eph.* 4, 16), ut membrum quod ad augmentum corporis secundum suam mensuram non operatur, nec Ecclesiae nec sibi prodesse dicendum sit. Est in Ecclesia diversitas ministerii, sed unitas missionis. Apostolis eorumque successoribus a Christo collatum est munus in ipsius nomine et potestate docendi, sanctificandi et regendi. At laici, muneris sacerdotalis, prophetici et regalis Christi par-
839 ticipes effecti, suas partes in missione totius / populi Dei expleni in Ecclesia et in mundo [2]. Apostolatum reapse exercent sua operositate ad evangelizationem ac sanctificationem hominum et ad rerum temporalium ordinem spiritu evangelico perfundendum ac perficiendum, ita ut eorum operositas in hoc ordine testimonium Christi manifeste perhibeat et ad salutem hominum inserviat. Cum vero laicorum statui hoc sit proprium ut in medio mundi negotiorumque saecularium vitam agant, ipsi a Deo vocantur ut, spiritu christiano ferventes, fermenti instar in mundo apostolatum suum exerceant.

3. Laici officium et ius ad apostolatum obtinent ex ipsa sua cum Christo Capite unione. Per Baptismum enim corpori Christi mystico inserti, per Confirmationem virtute Spiritus Sancti roborati, ad apostolatum ab ipso Domino deputantur. In regale sacerdotium et gentem sanctam (cf. *1 Pt.* 2, 4-10) consecrantur, ut per omnia opera spirituales offerant hostias et ubique terrarum Christo testimonium perhibeant. Sacramentis autem, praesertim SS. Eucharistia, communicatur et alitur illa caritas quae veluti anima est totius apostolatus [3].

Apostolatus in fide, spe et caritate exercetur quas Spiritus Sanctus in cordibus omnium Ecclesiae membrorum diffundit. Immo praecepto caritatis, quod est maximum mandatum Domini, omnes christifideles urgentur ad procurandam gloriam Dei per adventum regni eius, et vitam aeternam omnibus hominibus ut cognoscant solum Deum verum et quem misit Iesum Christum (cf. *Io.* 17, 3).

Omnibus igitur christifidelibus onus praeclarum imponitur adlaborandi ut divinum salutis nuntium ab universis hominibus ubique terrarum cognoscatur et accipiatur.

Ad hunc apostolatum exercendum Spiritus Sanctus, qui populi Dei sanctificationem per ministerium et sacramenta operatur, fidelibus peculiaria quoque tribuit dona (cf. *1 Cor.* 12, 7), ea «dividens singulis prout vult» (*1 Cor.* 12, 11), ut «unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes» sint et ipsi «sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei» (*1 Pt.* 4, 10), in aedificationem totius corporis in caritate (cf. *Eph.* 4, 16). Ex horum charismatum, etiam simpliciorum, acceptione, pro unoquoque credentium ius et officium oritur eadem in bonum hominum et aedificationem Ecclesiae exercendi in Ecclesia et in / 840 mundo, in libertate Spiritus Sancti, qui «ubi vult spirat» (*Io.* 3, 8), et simul in communione cum fratribus in Christo, maxime cum pastoribus suis, quorum est de eorum germana natura et ordinato exercitio iudicium ferre, non quidem ut Spiritum extinguant sed ut omnia probent et quod bonum est teneant (cf. *1 Thess.* 5, 12. 19. 21) [4].

4. Cum Christus missus a Patre totius apostolatus Ecclesiae fons et origo sit, patet fecunditatem apostolatus laicorum pendere ex ipsorum cum Christo vitali unione, dicente Domino: «Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere» (*Io.* 15, 5). Haec vita intimae unionis cum Christo in Ecclesia alitur subsidiis spiritualibus, quae omnibus fidelibus sunt communia, praesertim actuosa participatione Sacrae Liturgiae [5], ita a laicis adhibenda ut hi, dum ipsa mundi officia in ordinariis vitae condicionibus recte adimpleant, unionem cum Christo a vita sua non separent, sed suum opus iuxta voluntatem Dei exercentes in ipsa percrescant. Hac via laici alacri et laeto animo in sanctitate progrediantur oportet, difficultates in prudentia et patientia superare satagentes [6]. Neque curae familiares neque alia negotia saecularia extranea debent esse a spirituali vitae ratione, iuxta illud Apostoli: «Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum» (*Col.* 3, 17).

Talis vita continuum exercitium fidei, spei et caritatis exposcit.

Lumine fidei et meditatione verbi Dei solum potest aliquis semper et ubique dignoscere Deum in quo «vivimus et movemur et sumus» (*Act.* 17, 28), in omni eventu quaerere eius voluntatem, Christum intueri in omnibus hominibus, sive propinqui sint sive extranei, de vera significatione et pretio rerum temporalium in seipsis et in ordine ad finem hominis recta iudicia ferre.

Qui hanc habent fidem, in spe revelationis filiorum Dei vivunt memores crucis et resurrectionis Domini.

In peregrinatione huius vitae, cum Christo in Deo absconditi et a servitute divitiarum liberi, dum ad illa bona quae in aeternum manent / intendunt, generoso animo totos 841 se dedicant ad regnum Dei dilatandum et ad ordinem rerum temporalium spiritu christiano informandum et perficiendum. Inter adversa huius vitae in spe fortitudinem inveniunt existimantes quod «non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis» (*Rom.* 8, 18).

Caritate quae ex Deo est impulsi, ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, bonum operantur (cf. *Gal.* 6, 10), deponentes «omnem malitiam et omnem dolum et simulationes et invidias et omnes detractiones» (*1 Pt.* 2, 1) et sic ad Christum homines trahentes. Caritas autem Dei quae «diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis» (*Rom.* 5, 5), reddit laicos capaces spiritum Beatitudinum reapse exprimendi in vita sua. Iesum pauperem secuti, bonorum temporalium nec inopia deliciuntur nec copia inflantur; Christum humilem imitati, non efficiuntur inanis gloriae cupidi (cf. *Gal.* 5, 26), sed placere Deo magis quam hominibus student, semper parati propter Christum omnia relinquere (cf. *Lc.* 14, 26) et persecutionem pati propter iustitiam (cf. *Mt.* 5, 10), memores verbi Domini: «Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me» (*Mt.* 16, 24). Christianam amicitiam inter se colentes, adiutorium in quacumque necessitate sibi invicem praebent.

Haec laicorum spiritualis vitae ratio notam peculiarem assumere debet ex statu matrimonii et familiae, coelibatus vel viduitatis, ex condicione infirmitatis, ex activitate professionali et sociali. Ne desinant ergo qualitates et dotes his condicionibus congruentes sibi collatas assidue excolere, propriisque uti donis a Spiritu Sancto acceptis.

Praeterea laici, qui suam vocationem secuti, nomen dederunt alicui ex associationibus vel institutis quae ab Ecclesia approbata sunt, pariter peculiarem notam vitae spiritualis ipsis propriam fideliter induere conantur.

Magni quoque faciant professionalem peritiam, sensum familiarem et civicum atque illas virtutes quae ad sociales consuetudines pertinent, scilicet probitatem, spiritum iustitiae, sinceritatem, humanitatem, animi fortitudinem, sine quibus nec vera vita christiana consistere potest.

Huiusmodi vitae spiritualis et apostolicae perfectum exemplar est Beatissima Virgo Maria, Regina Apostolorum, quae, dum in terris vitam ageret omnibus communem, familiari cura et laboribus plenam, intime semper cum Filio suo coniungebatur et operi Salvatoris singulari prorsus modo cooperata est; nunc autem in caelum assumpta «ma-
842 terna sua / caritate de fratribus Filii sui adhuc peregrinantibus necnon in periculis et angustiis versantibus curat, donec ad felicem patriam perducantur» [7]. Hanc devotissime colant omnes suamque vitam atque apostolatum eius maternae curae commendent.

Cap. II—De finibus assequendis

5. Opus redemptionis Christi, dum homines salvandos de se spectat, totius quoque ordinis temporalis instaurationem complectitur. Unde Ecclesiae missio non solum est nuntium Christi et gratiam eius hominibus afferendi, sed et spiritu evangelico rerum temporalium ordinem perfundendi et perficiendi. Laici ergo, hanc Ecclesiae missionem exsequentes, apostolatum suum exercent tam in Ecclesia quam in mundo, tam in ordine spirituali quam in ordine temporali: qui ordines, etsi distinguuntur, in unico consilio Dei ita sunt connexi ut ipse Deus intendat, in Christo, totum mundum reassumere in novam creaturam, inchoative his in terris, plene in ultimo die. In utroque ordine laicus, qui est simul fidelis et civis, una conscientia christiana continenter duci debet.

6. Missio Ecclesiae salutem hominum spectat, fide in Christum et gratia eius consequendam. Apostolatus ergo Ecclesiae, omniumque membrorum eius, imprimis dirigitur ad nuntium Christi verbis et factis mundo patefaciendum gratiamque eius communicandam. Hoc principaliter fit per ministerium verbi et sacramentorum, speciali modo clero commissum, in quo et laici habent suas magni momenti partes adimplendas, ut sint «cooperatores... veritatis» (*3 Io.* 8). Hoc potissimum in ordine apostolatus laicorum et ministerium pastorale mutuo se complent.

Innumerae patent laicis occasiones ad apostolatum evangelizationis et sanctificationis exercendum. Ipsum testimonium vitae christianae et opera bona spiritu supernaturali exercita, vim habent attrahendi homines ad fidem et ad Deum; dicit enim Dominus: «Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent Pa-
843 trem vestrum qui in caelis est» (*Mt.* 5, 16).

Apostolatus tamen huiusmodi non in solo vitae testimonio consistit; verus apostolus quaerit occasiones Christum verbis annuntiandi sive non credentibus ad eos adducendos ad fidem, sive fidelibus ad eos instruendos, confirmandos et ad fervidiorem vitam excitandos; «caritas enim Christi urget nos». *2 Cor.* 5, 14), et in corde omnium debent resonare illa verba Apostoli: «Vae enim mihi est, si non evangelizavero» (*1 Cor.* 9, 16 [1].

Cum autem hac nostra aetate novae quaestiones oriantur, et gravissimi grassentur errores qui religionem, ordinem moralem et ipsam societatem humanam funditus evertere nituntur, haec Sancta Synodus ex corde hortatur laicos, iuxta cuiusque ingenii dotes et doctrinam, ut secundum mentem Ecclesiae, suas diligentius expleant partes in principiis christianis enucleandis, defendendis et rite applicandis ad problemata huius aetatis.

7. Circa mundum vero consilium Dei est, ut homines concordi animo ordinem rerum temporalium instaurent iugiterque perficiant.

Omnia quae efficiunt ordinem temporalem, videlicet bona vitae et familiae, cultura, res oeconomicae, artes et professiones, communitatis politicae instituta, relationes internationales et alia huiusmodi eorumque evolutio et progressus, non solum subsidia sunt ad finem ultimum hominis, sed et proprium habent valorem, a Deo eis insitum, sive in seipsis considerata, sive uti partes universi ordinis temporalis: «viditque Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona» (*Gen.* 1, 31). Haec eorum naturalis bonitas specialem quandam dignitatem accipit ex eorum relatione cum persona humana in cuius servitium sunt creata. Tandem placuit Deo omnia, tam naturalia quam supernaturalia, in Christo Iesu in unum colligere «ut sit in omnibus ipse primatum tenens» (*Col.* 1, 18). Haec tamen destinatio non modo non privat ordinem temporalem sua autonomia, suis propriis finibus, legibus, subsidiis, momento pro hominum bono, sed potius perficit in sua vi et praestantia propria simulque adaequat integrae vocationi hominis super terram.

Decursu historiae, rerum temporalium usus gravibus foedatus est vitiis, quia homines, originali labe affecti, in perplures saepe lapsi sunt / errores circa verum Deum, na- 844
turam hominis et principia legis moralis: unde mores et institutiones humanae corruptae, et ipsa persona humana non raro conculcata. Nostris quoque diebus, non pauci, disciplinarum naturalium et technicarum artium progressibus plus aequo fidentes, in rerum temporalium veluti idololatriam declinant, potius earum servi effecti quam domini.

Totius Ecclesiae est ad hoc operam navare, ut homines capaces reddantur universum ordinem rerum temporalium recte instituendi et ad Deum per Christum ordinandi. Ad Pastores spectat principia circa finem creationis et usum mundi clare enuntiare, auxilia moralia et spiritualia praestare, ut ordo rerum temporalium in Christo instauretur.

Laicos autem oportet ordinis temporalis instaurationem tamquam proprium munus assumere et in eo, lumine Evangelii ac mente Ecclesiae ductos et caritate christiana actos, directo et modo definito agere; qua cives cum civibus, specifica peritia et propria responsabilitate cooperari; ubique et in omnibus iustitiam regni quaerere. Ita instaurandus est ordo temporalis ut, propriis eiusdem legibus integre servatis, ulterioribus vitae christianae principiis conformis reddatur, variisque locorum, temporum et populorum, condicionibus aptatus. Inter opera huiusmodi apostolatus eminet actio socialis christianorum, quam hodie ad totam provinciam temporalem, etiam ad culturam, sese extendere cupit Sancta Synodus [2].

8. Dum omne exercitium apostolatus a caritate originem et vim ducere debet, aliqua opera natura sua apta sunt ut convertantur in ipsius caritatis vividam expressionem; quae Christus Dominus suae messianicae missionis signa esse voluit (cf. *Mt.* 11, 4-5).

Maximum mandatum in lege est diligere Deum ex toto corde et proximum suum sicut seipsum (cf. *Mt.* 22, 37-40). Hoc vero mandatum caritatis erga proximum Christus proprium fecit novaque significatione ditavit, dum seipsum idem ac fratres tamquam obiectum caritatis esse voluit, dicens: «quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis» (*Mt.* 25, 40). Ipse enim, assumendo naturam humanam, totum genus humanum supernaturali, quadam solidarietate in fa/miliam sibi colligavit, et ut si- 845
gnum suorum discipulorum constituit caritatem his verbis: «In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem» (*Io.* 13, 35).

At Sancta Ecclesia, sicut in suis primordiis Cenae Eucharisticae iungens «agapen» se totam caritatis vinculo circa Christum unitam manifestabat, sic omni tempore hoc dilectionis signo dignoscitur, et, dum gaudet de aliorum inceptis, caritatis opera ut suum officium et ius, quod abalienari nequit, vindicat. Quapropter misericordia erga egenos et infirmos atque sic dicta opera caritativa et mutui

---

[1] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, nn. 33 ss. AAS 57 (1965), pp. 39 s. [LE 3232]; cf. etiam Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 26-40: AAS 56 (1964), pp. 107-111 [LE 3141]; cf. Decr. de Instrumentis communicationis socialis, *Inter mirifica*: AAS 56 (1964), pp. 145-153 [LE 3143]; cf. Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio*: AAS 57 (1965), pp. 90-107 [LE 3235]; cf. Decr. de Pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, nn. 16, 17, 18 [LE 3332]; cf. Declaratio de Educatione christiana, *Gravissimum educationis*, nn. 3, 5, 7 [LE 3335].

[2] Cf. Pius XII, Alloc. ad *Cardinales*, 18 febr. 1946: AAS 38 (1946), pp. 101-102; Idem, Sermo ad *Iuvenes Operarios Catholicos*, 25 aug. 1957: AAS 49 (1957), p. 843.

[3] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Rerum Ecclesiae*: AAS 18 (1926), p. 65.

[4] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 31: AAS 57 (1965), p. 37 [LE 3232].

[1] Cf. *Ibid.*, n. 33, p. 39; cf. etiam n. 10, p. 14.

[2] Cf. *Ibid.*, n. 12, p. 16.

[3] Cf. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*: cap. I, n. 11: AAS 56 (1964), pp. 102-103 [LE 3141].

[4] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 37: AAS 57 (1965), p. 38 [LE 3232]; cf. etiam n. 40-41, pp. 45-47.

[1] Cf. *Ibid.*, n. 62, p. 63; cf. etiam n. 65, pp. 64-65.

[2] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Ubi arcano*, 23 dec. 1922: AAS 14 (1922), p. 699; Pius XII, Litt. Encycl. *Summi Pontificatus*, 20 oct. 1939: AAS 31 (1939), pp. 442-443.

[1] Cf. Leo XIII, Litt. Encycl. *Rerum Novarum*: ASS 23 (1890-91), p. 647; Pius XI, Litt. Encycl. *Quadragesimo Anno*: AAS 23 (1931), p. 190 [LE 1027]; Pius XII, Nuntius Radiophonicus, 1 iunii 1941: AAS 33 (1941), p. 207.

http://www.obrascatolicas.com

auxilii ad sublevandas omnimodas necessitates humanas praecipuo in honore habentur ab Ecclesia [3].

Quae actiones et opera praesenti tempore, communicationis instrumentis expeditioribus factis, distantia inter homines quodammodo evicta et mundi universi incolis quasi unius familiae membris redditis, multo urgentiora et universaliora facta sunt. Actio caritativa hodie omnes omnino homines et universas necessitates complecti potest et debet. Ubicumque versantur qui cibo potuque, vestitu, domo, medicinis, opere, instructione, facultatibus ad vitam vere humanam ducendam necessariis carent, aerumnis vel infirma valetudine cruciantur, exilium vel carcerem patiuntur, ibi eos christiana caritas debet quaerere et invenire, impensa cura solari et praestitis auxiliis sublevare. Quae obligatio praeprimis imponitur singulis hominibus et populis in rebus prosperis constitutis [4].

Quo huiusmodi caritatis exercitium omni exceptione maius sit et tale appareat: in proximo consideretur imago Dei ad quam creatus est, et Christus Dominus cui re vera offertur quidquid indigenti donatur; libertas et dignitas personae auxilium accipientis maxima humanitate respiciatur; puritas intentionis non maculetur ullo propriae utilitatis quaestu vel dominandi studio; [5] exigentiis iustitiae praeprimis satisfiat, ne tamquam caritatis dona offerantur quae iustitiae titulo iam debentur; causae malorum, non solum effectus, tollantur; ita ordinetur auxilium ut accipientes paulatim a dependentia externa liberentur sibique sufficientes evadant.

Laici ergo magni faciant et pro viribus adiuvent opera
846 caritatis et/incepta assistentiae socialis sive privata sive publica, etiam internationalia, quibus efficax auxilium singulis hominibus et populis in necessitate versantibus fertur, cooperantes in hoc cum omnibus bonae voluntatis hominibus [6].

Cap. III—De variis apostolatus campis

9. Laici suum exercent multiplicem apostolatum tam in Ecclesia quam in mundo. In utroque hoc ordine varii patent campi apostolicae actuositatis, quorum principaliores hic commemorare volumus; hi sunt: communitates Ecclesiae, familia, iuvenes, ambitus socialis, ordines nationalis et internationalis. Cum autem nostris diebus mulieres magis magisque partes activas habeant in tota societatis vita, magni momenti est amplior earum participatio etiam in variis campis apostolatus Ecclesiae.

10. Utpote participes muneris Christi sacerdotis, prophetae et regis, laici suas partes activas habent in Ecclesiae vita et actione. Intra communitates Ecclesiae eorum actio tam necessaria est ut sine ea ipse pastorum apostolatus plenum suum effectum assequi plerumque nequeat. Verae enim apostolicae mentis laici, ad modum illorum virorum et mulierum qui Paulum in Evangelio adiuvabant (cf. *Act.* 18, 18. 26; *Rom.* 16, 3), supplent quod suis fratribus deest, et reficiunt spiritum tam pastorum quam reliqui populi fidelis (cf. 1 *Cor* 16, 17-18). Ipsi enim, actuosa participationi vitae liturgicae suae communitatis nutriti, sollicite partes agunt in eiusdem operibus apostolicis; homines longe fortasse versantes, ad Ecclesiam adducunt; in verbo Dei tradendo, praesertim catechetica institutione, impense cooperantur; oblata sua peritia curam animarum et etiam administrationem bonorum Ecclesiae efficaciorem reddunt.

Paroecia exemplum perspicuum apostolatus communitarii praebet, omnes quotquot ibi invenit diversitates hu-
847 manas in unum congregans et/Ecclesiae universalitati inserens [1]. Assuescant laici intime cum sacerdotibus suis uniti in paroecia operari [2]; problemata propria ac mundi et quaestiones ad salutem hominum spectantes, collatis consiliis examinanda et solvenda, ad communitatem Ecclesiae afferre; omnique incepto apostolico et missionali suae familiae ecclesiasticae adiutricem operam pro viribus navare.

Colant iugiter sensum dioecesis, cuius paroecia velut cellula est, prompti semper, ad invitationem Pastoris sui, suas quoque vires inceptis dioecesanis adicere. Immo, ut respondeant necessitatibus urbium et regionum ruralium [3], suam cooperationem non intra fines paroeciae vel dioecesis circumscriptam retineant, sed ad campos interparoecialem, interdioecesanum, nationalem vel internationalem extendere satagant, eo vel magis quia crebrescens in dies migratio populorum, mutuae necessitudinis augmentatio et communicationum facilitas, iam non sinunt ullam partem societatis in se clausam manere. Ita de necessitatibus populi Dei in toto orbe terrarum dispersi solliciti sint. Imprimis sua reddant opera missionalia, auxilia materialia vel etiam personalia praestando. Officium et honor enim est christianorum Deo restituere partem bonorum quae ab Eo accipiunt.

11. Cum Conditor omnium constituerit coniugale consortium exordium et fundamentum societatis humanae, idque gratia sua redditerit sacramentum magnum in Christo et in Ecclesia (cf. *Eph.* 5, 32), apostolatus coniugum et familiarum singulare habet momentum tam pro Ecclesia quam pro societate civili. Coniuges christiani sibi invicem, filiis suis ceterisque familiaribus, gratiae cooperatores sunt et fidei testes. Filiis suis ipsi sunt primi fidei praecones et educatores; verbo et exemplo eos ad vitam christianam et apostolicam formant, in eorum vocatione seligenda prudenter eos adiuvant et vocationem sacram, in eis forte detectam, omni cura fovent./ 848

Coniugum semper officium fuit, hodie vero maxima apostolatus eorum pars est: indissolubilitatem et sanctitatem vinculi matrimonialis vita sua manifestare et probare; ius et officium prolem christiane educandi, genitoribus et tutoribus inditum, strenue affirmare; dignitatem et legitimam autonomiam familiae defendere. Cooperentur igitur ipsi ceterique christifideles, cum hominibus bonae voluntatis, ut in civili legislatione haec iura sarta serventur; in moderanda societate ratio habeatur necessitatum familiarum quod ad habitationem, educationem puerorum, condicionem laboris, securitatem socialem et tributa pertinet; in migrationibus ordinandis convictus domesticus omnino in tuto ponatur [4].

Hanc familia ipsa missionem divinitus accepit ut sit prima et vitalis cellula societatis. Quam missionem adimplebit, si per mutuam membrorum pietatem et orationem in communi Deo factam, tamquam domesticum sanctuarium Ecclesiae se exhibeat; si tota familia in cultum liturgicum Ecclesiae se inserat; si denique, familia actuosam hospitalitatem praestet, iustitiam aliaque bona opera in servitium omnium fratrum necessitate laborantium promoveat. Inter varia opera apostolatus familiaris sequentia enumerare licet: infantes derelictos in filios adoptare, advenas benigne excipere, scholis moderandis adiutricem operam navare, adolescentibus consilio et opibus adesse, sponsos ut melius sese ad matrimonium praeparent adiuvare, ad catechesim operam praestare, coniuges et familias in discrimine materiali vel morali versantes sustentare, senibus non solum necessaria providere, sed etiam progressus oeconomici aequos fructus procurare.

Semper et ubique, sed peculiari modo in regionibus in quibus prima Evangelii sparguntur semina, vel Ecclesia in suis primordiis exsistit, vel in aliquo gravi discrimine versatur, familiae christianae, tota vita sua Evangelio cohaerentes ac matrimonii christiani exemplum praebentes, pretiosissimum Christi testimonium mundo perhibent [5]./ 849

Ut fines sui apostolatus facilius attingere valeant, opportunum esse potest ut familiae in aliquos coetus congregentur [6].

12. Iuvenes maximi momenti vim exercent in hodierna societate [7]. Eorum vitae adiuncta, habitus mentis necnon ipsae necessitudines cum propria familia sunt admodum mutata. Saepe ad novam condicionem socialem et oeconomicam nimis celeriter transeunt. Dum autem in dies momentum eorum sociale et etiam politicum crescit, quasi impares videntur oneribus novis apte suscipiendis.

[3] Cf. Pius XII, Alloc. *ad Parochos, etc.*, 6 febr. 1951: *Discorsi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII*, 12 (1950-1951), pp. 437-443; 8 martii 1952: *ibid.*, 14 (1952-1953), pp. 5-10; 27 martii 1953: *ibid.*, 15 (1953-1954), pp. 27-350 28 febr. 1954: *ibid.*, pp. 585-590.

[4] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Casti Connubii*: AAS 22 (1930), p. 554 [LE 1005]; Pius XII, Nuntius Radiophonicus, 1 iunii 1941: AAS 33 (1941), p. 203; Idem, *Delegatis ad Conventum Unionis Internationalis sodalitatum ad iura familiae tuenda*, 20 sept. 1949: AAS 41 (1949), p. 552; Idem, *Ad patresfamiliae e Gallia Romam peregrinantes*, 18 sept. 1951: AAS 43 (1951), p. 731; Idem, Nuntius Radiophonicus in Natali Domini 1952: AAS 45 (1953), p. 41; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 maii 1961: AAS 53 (1961), pp. 429, 439 [LE 2984].

[5] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Evangelii Praecones*, 2 iunii 1951: AAS 43 (1951), p. 514 [LE 2218].

[6] Cf. Pius XII, *Delegatis ad Conventum Unionis Internationalis sodalitatum ad iura familiae tuenda*, 20 sept. 1949: AAS 41 (1949), p. 552.

[7] Cf. S. Pius X, Alloc. *ad catholicam Associationem Iuventutis Gallicae de pietate, scientia et actione*, 25 sept. 1904: ASS 37 (1904-1905), pp. 296-300.

[1] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*: AAS 53 (1961), p. 402 [LE 2984]. [2] Cf. *Ibid.*, pp. 440-441. [3] Cf. *Ibid.*, pp. 442-443. [4] Cf. Pius XII, Alloc. *ad «Pax Romana M. I. I. C.»*, 25 apr. 1957: AAS 49 (1957) pp. 298-299; et praesertim Ioannes XXIII, *Ad Conventum Consilii «Food and Agriculture Organisation» (F. A. O.)*, 10 nov. 1959: AAS 51 (1959), pp. 856, 866.

[5] Cf. S. Pius X, Litt. Apost. *Creationis duarum nonarum paroeciarum, S. Saba*, 11 ian 1953: *Discorsi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII*, 14 (1952-1953), pp. 449-454; Ioannes XXIII, Alloc. *Clero et christifidelibus e dioecesi suburbicaria Albanensi, ad Arcem Gandulfi habita*, 26 aug. 1962: AAS 54 (1962), pp. 656-660.

[6] Cf. Leo XIII, Alloc., 28 ian. 1894: *Acta*, 14 (1894), pp. 424-25.

Hoc eorum adauctum in societate pondus consimilem ab eis exigit actuositatem apostolicam, sed et ipsa eorum naturalis indoles ad eandem eos disponit. Maturescente conscientia propriae personalitatis, ardore vitae atque profluente navitate impulsi, propriam responsabilitatem assumunt, in vita sociali et culturali suas partes agere cupiunt: qui zelus si spiritu Christi imbuitur ac obedientia et amore erga Ecclesiae pastores animatur, uberrimos exinde fructus sperari licet. Ipsi debent fieri primi et immediati apostoli iuvenum, apostolatum inter seipsos per seipsos exercentes, ratione habita ambitus socialis ubi vivunt [8].

Curent adulti cum iuvenibus amicale colloquium instituere quod permittat utrique parti, aetatis distantia superata, mutuo sese cognoscere atque divitias cuique proprias invicem communicare. Exemplo primum et, data occasione, prudenti consilio validoque auxilio adulti iuventutem ad apostolatum stimulent. Iuvenes vero erga adultos reverentiam ac fiduciam nutriant; et, licet naturaliter sint ad novitates inclinati, laudabiles tamen traditiones debite aestiment.

Pueri quoque propriam habent apostolicam actuositatem. Secundum vires suas veri sunt testes viventes Christi inter socios.

13. Apostolatus in ambitu sociali, scilicet studium spiritu christiano informandi mentem et mores, leges et structuras communitatis in qua aliquis vivit, adeo laicorum munus onusque est ut ab aliis numquam debite expleri
850 valeat. Hoc in campo laici possunt apostolatum similis/erga similem exercere. Ibi vitae testimonium per verbi testimonium complent [9]. Ibi in campo vel laboris, vel professionis, vel studii, vel incolatus, vel otii, vel consortionis, fratribus adiuvandis aptiores exsistunt.

Hanc Ecclesiae missionem in mundo laici adimplent ante omnia illa cohaerentia vitae cum fide qua lux mundi efficiuntur; probitate sua in quovis negotio, qua omnes ad amorem veri et boni, et tandem ad Christum et Ecclesiam alliciunt; caritate fraterna qua participes facti condicionum vitae, laborum, dolorum et aspirationum fratrum, omnium corda sensim sine sensu ad gratiae salutaris operationem disponunt; plena illa conscientia suarum partium in aedificanda societate, qua navitatem suam domesticam, socialem, professionalem, christiana magnanimitate adimplere satagunt. Ita ipsorum modus agendi paulatim penetrat ambitum vitae et laboris. Apostolatus hic omnes amplecti debet quotquot ibi inveniuntur, neque ullum excludere bonum spirituale vel temporale quod eis faciendi copia est. Sed veri apostoli, hac actione sola non contenti, animos intendunt ad Christum etiam verbis proximo annuntiandum. Multi enim homines nonnisi per vicinos laicos possunt Evangelium audire et Christum agnoscere.

14. Immensus patet apostolatus campus in ordine nationali et internationali, ubi laici potissimum sunt sapientiae christianae administri. In pietate erga nationem et in fideli impletione officiorum civilium catholici obligatos se sentiant ad verum bonum commune promovendum, et sic pondus suae opinionis valere faciant ut potestas civilis iuste exerceatur ac leges praeceptis moralibus bonoque communi respondeant. Catholici rerum publicarum periti et, uti par est, in fide et doctrina christiana firmati, ne recusent negotia publica gerere, cum per ea digne gesta bono communi consulere et simul Evangelio viam sternere possint.

Studeant catholici cooperari cum omnibus bonae voluntatis hominibus ad promovenda quaecumque sunt vera, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia (cf. *Phil.* 4 8). Colloquium habeant cum eis, prudentia et humanitate eos praevenientes, investigationemque instituant circa instituta socialia et publica secundum Evangelii spiritum perficienda.

Inter signa nostri temporis speciali notatu dignus est
851 crebrescens ille et ineluctabilis sensus solidarietatis omnium populorum, quem sol/licite promovere et in sincerum et verum fraternitatis affectum convertere apostolatus laicorum munus est. Insuper laici conscii esse debent campi internationalis et quaestionum ac solutionum sive doctrinalium sive practicarum quae in illo oriuntur, praesertim quoad gentes ad progressum nitentes [10].

Meminerint omnes qui in alienis nationibus laborant vel eis auxilium praestant, relationes inter populos verum commercium fraternum esse debere, in quo utraque pars dat simul et accipit. Qui vero operum internationalium causa vel negotii vel otii, iter faciunt, recordentur se esse ubique etiam praecones itinerantes Christi, et ut tales in veritate sese gerant.

Cap IV.—De variis apostolatus modis

15. Laici suam actionem apostolicam exercere possunt vel ut singuli vel in variis communitatibus aut associationibus coadunati.

16. Apostolatus a singulis peragendus, ex fonte vitae vere christianae abundanter profluens (cf. *Io.* 4, 14), primordium est et condicio omnis apostolatus laicorum, etiam consociati, nec quidquam pro eo substitui potest.

Ad huiusmodi apostolatum, semper et ubique proficuum, sed in quibusdam adiunctis unice aptum et possibilem, omnes laici, cuiusvis condicionis, vocantur eoque obligantur, etsi deest eis occasio vel possibilitas in associationibus cooperandi.

Multae sunt apostolatus formae quibus laici Ecclesiam aedificant atque mundum sanctificant et in Christo animant.

Peculiaris forma apostolatus singulorum et signum nostris quoque temporibus accommodatissimum, Christum in fidelibus suis viventem manifestans, est testimonium totius vitae laicalis e fide, spe et caritate emanantis. Apostolatu verbi autem, in quibusdam adiunctis omnino necessario, laici Christum annuntiant, eiusdem doctrinam enucleant, diffundunt secundum suam cuiusque condicionem ac peritiam, et eam fideliter profitentur./ 852

Cooperantes insuper, utpote cives huius mundi in his quae ad ordinem temporalem aedificandum et gerendum pertinent, oportet ut laici in vita familiari, professionali, culturali et sociali rationes agendi altiores in lumine fidei quaerant allisque, occasione data, patefaciant, conscii se sic Dei creatoris, redemptoris et sanctificatoris cooperatores fieri, laudemque Ei praestare.

Denique laici suam vitam caritate vivificent et, pro facultate, operibus exprimant.

Meminerint omnes, cultu publico et oratione, paenitentia et laborum aerumnarumque vitae libera acceptatione, qua Christo patienti conformes efficiuntur (cf. 2 *Cor.* 4, 10; *Col.* 1, 24), se omnes homines attingere et ad totius mundi salutem conferre posse.

17. Magna necessitate hic apostolatus singulorum urget in illis regionibus in quibus graviter impeditur libertas Ecclesiae. In his difficillimis adiunctis laici vicem, pro facultate, sacerdotum supplentes, ipsam suam libertatem et aliquando vitam in discrimen ponentes, eos qui circa ipsos sunt christianam docent doctrinam, ad vitam religiosam ac mentem catholicam instituunt, ad sacramenta frequenter suscipienda pietatemque praesertim eucharisticam colendam inducunt [1]. Sacrosancta Synodus, dum ex imo corde gratias agit Deo, qui, nostris etiam temporibus heroicae fortitudinis laicos in medio persecutionum suscitare non desinit, eos paterno affectu ac grato animo complectitur.

Apostolatus singulorum specialem habet campum in regionibus ubi catholici sunt pauci et dispersi. Ibi laici, qui solummodo ut singuli apostolatum exercent, sive ob causas supra dictas, sive ob rationes speciales etiam ex propria navitate professionali exortas, opportune tamen ad colloquium conveniunt in minoribus coetibus sine ulla strictiore institutionis vel organizationis forma, ita ut semper appareat signum communitatis Ecclesiae coram aliis, tamquam verum amoris testimonium. Hoc modo, per amicitiam et communicationem experientiae, sese mutuo spiritualiter adiuvantes confirmantur ad incommoda vitae et actionis nimis segregatae superanda atque ad fructus uberiores apostolatus ferendos.

18. Christifideles ut singuli ad apostolatum exercendum in variis suae vitae condicionibus vocati sunt; meminerint tamen hominem natura sua/socialem esse et Deo 853 placuisse credentes in Christum in populum Dei (cf. *1 Pt.*

[8] Cf. Pius XII, Epist. *Dans quelques semaines*, ad Archiepiscopum Mariannopolitanum: *de contentibus a iuvenibus operariis christianis canadiensibus indictis*, 24 mai 1947: AAS 39 (1947), p. 257; Nuntius Radiophonicus *ad J. O. C. Bruxellas*, 3 sept. 1950: AAS 42 (1950), pp. 640-641.

[9] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Quadragesimo Anno*, 15 maii 1931: AAS 23 (1931), pp. 225-226 [LE 1027].

[10] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 maii 1961) pp. 448-450 [LE 2984].

[1] Cf. Pius XII, Alloc. *ad I Conventum ex Omnibus Gentibus Laicorum, provehendo*, 14 oct. 1951: AAS 43 (1951), p. 788.

http://www.obrascatolicas.com

2, 5-10) et in unum corpus coadunare (cf. *1 Cor.* 12, 12). Apostolatus consociatus ergo exigentiae christifidelium tam humanae quam christianae feliciter respondet simulque signum prae se fert communionis et unitatis Ecclesiae in Christo qui dixit: «Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum» (*Mt.* 18, 20). Quapropter christifideles apostolatum suum exerceant, in unum conspirantes [2]. Sint apostoli tam in suis communitatibus familiaribus, quam in paroeciis et dioecesibus, quae ipsae exprimunt indolem communitariam apostolatus, atque in liberis coetibus in quos se congregare statuerint.

Apostolatus consociatus magni momenti est etiam eo quod, sive in communitatibus Ecclesiae sive in variis ambitibus, apostolatus saepe postulat ut actione communi impleatur. Consociationes enim pro actionibus apostolatus communibus erectae sua membra fulciunt et ad apostolatum formant, eorumque operam apostolicam recte disponunt et moderantur, ut multo uberiores exinde sperari liceat fructus quam si singuli seiunctim agant.

In praesentibus vero adiunctis, pernecesse est ut in ambitu navitatis laicorum consociata et organizata forma apostolatus roboretur; etenim arcta virium coniunctio sola valet et ad omnes apostolatus hodierni fines plene assequendos et eius bona valide defendenda [3]. Qua in re peculiari modo interest ut apostolatus etiam mentes communes et sociales condiciones eorum, ad quos convertitur, attingat; secus pressioni sive opinionis publicae sive institutionum saepe impares erunt.

19. Magna invenitur varietas in apostolatus consociationibus [4]; aliae finem generalem apostolicum Ecclesiae sibi proponunt; aliae modo particulari fines evangelizationis et sanctificationis; aliae fines animationis christianae ordinis temporalis persequuntur; aliae speciali modo per opera misericordiae et caritatis testimonium Christi praebent.

Inter has consociationes illae imprimis considerandae sunt quae intimiorem unitatem inter vitam practicam
854 membrorum et eorum fidem /fovent atque extollunt. Consociationes non sunt sibi ipsis finis, sed missioni Ecclesiae circa mundum adimplendae inservire debent; earum vis apostolica e conformitate cum finibus Ecclesiae pendet atque e singulorum membrorum totiusque associationis testimonio christiano et spiritu evangelico.

Universale autem munus missionis Ecclesiae, spectato simul progressu institutorum et impellente cursu societatis hodiernae, requirit ut incepta apostolica catholicorum magis magisque perficiant formas consociatas in campo internationali. Organizationes Internationales Catholicae finem suum melius consequentur, si coetus qui in illis coadunantur eorumque membra intimius eisdem uniuntur.

Debita cum auctoritate ecclesiastica relatione servata [5], ius est laicis consociationes condere [6] et moderari conditisque nomen dare. Vitanda tamen est virium dispersio quae tunc contingit, si promoventur sine sufficienti ratione novae associationes et opera, vel si retinentur ultra vitam utilem associationes sive methodi obsoletae; nec semper opportunum erit formas quae in alia natione instituuntur, ad alias sine discrimine transferre [7].

20. Abhinc non pauca decennia, pluribus in nationibus, laici, magis in dies apostolatui sese devoventes, in varias formas actionum et consociationum sese congregarunt quae, arctiorem cum Hierarchia servantes coniunctionem, fines proprie apostolicos persecutae sunt et persequuntur. Inter has vel etiam similes antiquiores institutiones eae praesertim commemorandae sunt quae, etsi diversas rationes operandi sequebantur, uberrimos tamen fructus regno Christi attulerunt, quaeque a Summis Pontificibus et a multis Episcopis merito commendatae atque promotae, ab eis nomen Actionis Catholicae acceperunt, et saepissime ut cooperatio laicorum in apostolatu hierarchico describebantur [8].

Haec apostolatus formae sive nomen Actionis Catholicae habeant sive aliud, quae nostris temporibus pretiosum apostolatum exercent, sequentium notarum concursu et
855 cumulata acceptione constituuntur:/

[2] Cf. Pius XII, Alloc. *ad I Conventum ex Omnibus Gentibus Laicorum Apostolatui provehendo*, 14 oct. 1951: AAS 43 (1951), pp. 787-788.

[3] Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Le pèlerinage de Lourdes*, 2 iulii 1957: AAS 49 (1957), p. 615.

[4] Cf. Pius XII, Alloc. *ad Consilium Foederationis internationalis virorum catholicorum*, 8 dec. 1956: AAS 49 (1957), pp. 26-27.

[5] Cf. infra cap V, n. 24.

[6] Cf. S. C. Concilii, Resolutio *Corrienten.*, 13 nov. 1920: AAS 13 (1921), p. 139 [LE 301].

[7] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Princeps Pastorum*, 10 dec. 1959: AAS 51 (1959), p. 856 [LE 2861].

[8] Cf. Pius XI, Epist. *Quae nobis*, ad Card. Bertram, 13 nov. 1928: AAS 20 (1928), p. 385. Cf. etiam Pius XII, Alloc. *ad A. C. Italicam*, 4 sept. 1940: AAS 32 (1940), p. 362.

a) Finis immediatus huiusmodi organizationum finis apostolicus Ecclesiae est, scilicet in ordine ad homines evangelizandos et sanctificandos eorumque conscientiam christiane efformandam ita ut varias communitates variosque ambitus spiritu Evangelii imbuere valeant;

b) Laici, cooperantes iuxta modum proprium cum Hierarchia, suam experientiam afferunt et responsabilitatem assumunt in iis organizationibus moderandis, in condicionibus perpendendis in quibus actio pastoralis Ecclesiae exercenda sit, atque in elaboranda et exsequenda ratione rerum agendarum;

c) Laici agunt uniti ad instar organici corporis, ita ut aptius Ecclesiae communitas significetur et efficacior evadat apostolatus;

d) Laici, sive sponte sese offerentes, sive invitati ad actionem et directam cooperationem cum apostolatu hierarchico, agunt sub superiore moderamine ipsius Hierarchiae, quae potest hanc cooperationem etiam per explicitum mandatum sancire.

Organizationes in quibus hae notae simul sumptae iudicio Hierarchiae reperiuntur, Actio Catholica censendae sunt, etsi ob locorum ac populorum exigentias, varias formas et nomina assumunt.

Sacrosanctum Concilium has institutiones, quae necessitatibus apostolatus Ecclesiae, apud multas gentes, certe respondent, enixe commendat: sacerdotes et laicos qui in ipsis adlaborant invitat, ut notas supra commemoratas magis magisque ad effectum adducant et cum omnibus aliis apostolatus formis semper fraterne in Ecclesia cooperentur.

21. Omnes consociationes apostolatus recte aestimandae sunt; eae vero quas Hierarchia secundum temporum necnon locorum necessitates laudaverit vel commendaverit vel ut urgentiores instituendas decreverit, a sacerdotibus, religiosis et a laicis plurimi faciendae atque secundum modum uniuscuiusque promovendae sunt. Inter illas vero hodie praesertim recensendae sunt consociationes vel coetus internationales catholicorum.

22. Speciali honore et commendatione in Ecclesia digni sunt laici, sive caelibes sive matrimonio iuncti, qui perpetuo aut ad tempus servitio institutionum earumque operum seipsos, sua peritia professionali, devovent. Eidem magno gaudio est quod in dies numerus laicorum augetur, qui proprium ministerium praebent associationibus et operibus apostolatus, sive intra fines suae nationis sive in
campo internationali/sive praesertim in catholicis commu- 856
nitatibus missionum et ecclesiarum novellarum.

Pastores Ecclesiae hos laicos libenter et grato animo recipiant, curent ut eorum condicio exigentiis iustitiae, aequitatis et caritatis quam maxime satisfaciat, praesertim quoad honestam eorum familiarumque sustentationem, ipsique necessaria institutione, spirituali solamine et incitamento gaudeant.

Cap. V—De ordine servando

23. Laicorum apostolatus, sive a singulis sive a consociatis christifidelibus exerceatur, recto ordine insertus esse debet in apostolatum totius Ecclesiae; immo coniunctio cum eis, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei (cf. *Act.* 20, 28), elementum essentiale apostolatus christiani est. Non minus necessaria est cooperatio inter varia apostolatus incepta, congrue ab Hierarchia ordinanda.

Etenim ad promovendum spiritum unitatis, ut in toto apostolatu Ecclesiae splendeat caritas fraternitatis, fines communes obtineantur ac perniciosae aemulationes vitentur, exigitur omnium formarum apostolatus in Ecclesia mutua aestimatio et —servata uniuscuiusque propria indole— apta coordinatio [1]. Quod maxime convenit, cum peculiaris actio in Ecclesia requirit harmoniam et cooperationem apostolicam utriusque cleri, religiosorum et laicorum.

24. Hierarchiae est laicorum apostolatum fovere, principia et subisidia spiritualia praebere, eiusdem apostolatus exercitium ad bonum commune Ecclesiae ordinare atque, ut doctrina et ordo serventur, invigilare.

Varios quidem modos relationum ad Hierarchiam apostolatus laicorum admittit secundum varias eiusdem apostolatus formas et obiecta.

Plurima enim inveniuntur in Ecclesia incepta apostolica quae laicorum libera electione constituuntur et eorum pru-

[1] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Quamvis Nostra*, 30 apr. 1936: AAS 28 (1936), pp. 160-161.

denti iudicio reguntur. Huiusmodi inceptis in quibusdam adiunctis missio Ecclesiae melius impleri potest, et proinde ipsa non raro ab Hierarchia laudantur vel commendan-
857 tur [2]. Nullum autem inceptum nomen catholicum sibi vin-/
dicet, nisi consensus accesserit legitimae auctoritatis ecclesiasticae.

Quaedam laicorum apostolatus formae, variis quidem modis, ab Hierarchia explicite agnoscuntur.

Potest insuper ecclesiastica auctoritas, propter exigentias boni communis Ecclesiae, ex consociationibus et inceptis apostolicis immediate finem spiritualem intendentibus, aliqua eligere et particulari modo promovere in quibus specialem assumit responsabilitatem. Ita Hierarchia, apostolatum iuxta adiuncta diversimode ordinans, aliquam eius formam cum suo proprio munere apostolico arctius coniungit, servata tamen utriusque propria natura et distinctione, nec proinde laicorum ablata necessaria facultate sua sponte agendi. Qui actus Hierarchiae in variis documentis ecclesiasticis mandatum appellatur. Denique Hierarchia laicis munia quaedam committit, quae propius cum officiis pastorum coniuncta sunt, ut in propositione doctrinae christianae, in quibusdam actibus liturgicis, in cura animarum. Vi huius missionis laici quoad muneris exercitium plene subduntur superiori ecclesiasticae moderationi. Quod attinet ad opera et institutiones ordinis temporalis, munus ecclesiasticae Hierarchiae est docere et authentice interpretari principia moralia in rebus temporalibus sequenda; ipsi etiam fas est iudicare, omnibus rite perpensis et auxilio adhibito peritorum, de conformitate talium operum et institutionum cum principiis moralibus et decernere de eis quae ad ordinis supernaturalis bona custodienda et promovenda requiruntur.

25. Prae oculis habeant Episcopi, parochi, ceterique sacerdotes utriusque cleri, ius et officium exercendi apostolatum esse commune omnibus fidelibus sive clericis sive laicis, et in aedificatione Ecclesiae etiam laicos proprias partes habere [3]. Quapropter fraterne cum laicis operentur in Ecclesia et pro Ecclesia, specialemque curam habeant laicorum in eorum operibus apostolicis [4].

Diligenter seligantur sacerdotes apostolatus laicorum specialibus formis iuvandis idonei et apte formati [5]. Qui
858 vero huic ministerio vacant, /missione accepta ab Hierarchia, hanc repraesentant in sua actione pastorali; congruas laicorum relationes cum ipsa foveant, semper spiritui et doctrinae Ecclesiae fideliter inhaerentes; seipsos in alenda vita spirituali et sensu apostolico consociationum catholicarum sibi commissarum impendant; earum apostolicae operositati sapienti suo consilio adsint atque incepta foveant. Continuo cum laicis instituto colloquio, attente inquirant quae sint formae ad magis frugiferam reddendam apostolicam actionem; spiritum unitatis intra ipsam consociationem et eam inter et ceteras promoveant.

Religiosi demum, sive fratres sive sorores, opera apostolica laicorum aestiment; secundum spiritum et normas suorum institutorum, operibus laicorum promovendis libenter se devoveant [6]; munera sacerdotalia sustinere, adiuvare, complere studeant.

26. In dioecesibus, in quantum fieri potest, habeantur consilia quae operam apostolicam Ecclesiae, sive in campo evangelizationis et sanctificationis sive in campo caritativo, sociali et aliis, adiuvent, cooperantibus convenienter clericis et religiosis cum laicis. Haec consilia poterunt variarum laicorum consociationum et inceptorum mutuae coordinationi inservire, salva uniuscuiusque indole propria et autonomia [7].

Huiusmodi consilia habeantur, si fieri potest, etiam in ambitu paroeciali vel interparoeciali, interdioecesano, necnon in ordine nationali vel internationali [8].

Constituatur insuper apud Sanctam Sedem peculiaris aliquis secretariatus in servitium et impulsum apostolatus laicorum, tamquam centrum, quod aptis instrumentis nuntia de variis inceptis apostolicis laicorum suppeditet, investigationibus de hodiernis quaestionibus in hoc campo orientibus studeat et suis consiliis Hierarchiae et laicis in operibus apostolicis adsistat. In hoc secretariatu varii motus et incepta apostolatus laicorum in universo mundo exsistentia suas partes habeant, cooperantibus cum laicis etiam clericis et religiosis.

27. Commune veluti patrimonium evangelicum communeque inde consequens christiani testimonii officium commendant et saepe exigunt coo/perationem catholicorum 859
cum aliis christianis, a singulis et a communitatibus Ecclesiae exercendam, sive in actionibus sive in consociationibus, in campo nationali vel internationali [9].

Communes valores humani similem quoque cooperationem christianorum, apostolicos fines prosequentium, cum eis haud raro postulant, qui nomen christianum non profitentur, sed hos valores agnoscunt.

Hac cooperatione dynamica et prudenti [10], quae magni momenti in activitatibus temporalibus est, laici testimonium praebent Christo, Salvatori mundi, et unitati familiae humanae.

Cap. VI—De formatione ad apostolatum

28. Apostolatus plenam efficaciam attingere potest solummodo multiformi et integra formatione; quam exigunt non solum continuus spiritualis et doctrinalis profectus ipsius laici, sed et varia adiuncta rerum, personarum et officiorum ad quae navitas eius accommodanda est. Haec formatio ad apostolatum iis fundamentis inniti debet quae ab hoc Sacrosancto Concilio in aliis locis asserta et declarata sunt [1]. Praeter formationem omnibus christianis communem, ob varietatem personarum et adiunctorum, non paucae apostolatus formae specificam quoque et peculiarem formationem requirunt.

29. Cum laici suo modo missionem Ecclesiae participent, formatio eorum apostolica ab ipsa indole saeculari et propria laicatus, eiusque spiritualis vitae ratione notam specialem accipit.

Formatio ad apostolatum formationem integram quandam humanam uniuscuiusque ingenio condicionibusque
accommodatam supponit. /Laicus enim, mundum huius 860
temporis bene cognoscens, membrum propriae societatis eiusque culturae aptatum esse debet.

Imprimis autem laicus discat implere Christi et Ecclesiae missionem, ex fide in divino mysterio creationis et redemptionis vivens, motus Spiritu Sancto populum Dei vivificante, qui omnes homines impellit ad Deum Patrem diligendum atque mundum et homines in Ipso. Quae formatio ut fundamentum et condicio cuiusvis apostolatus fructuosi considerari debet.

Praeter formationem spiritualem, requiritur solida institutio doctrinalis, et quidem theologica, ethica, philosophica, secundum diversitatem aetatis, condicionis et ingenii. Momentum etiam culturae generalis una cum formatione practica et technica minime negligantur.

Ad bonas relationes humanas colendas oportet ut valores vere humani foveantur, imprimis ars fraterne convivendi atque cooperandi, necnon colloquium instituendi.

Quoniam vero formatio ad apostolatum non potest in sola instructione theoretica consistere, gradatim quidem et prudenter, laicus inde ab initio formationis suae discat omnia sub lumine fidei aspicere, iudicare et agere, per actionem seipsum cum aliis efformare ac perficere, et sic in operosum servitium Ecclesiae ingredi [2]. Quae formatio, semper perficienda propter personae humanae crescentem maturitatem et propter evolutionem problematum, altiorem in dies cognitionem et aptatam actionem postulat. In omnibus formationis exigentiis explendis semper unitas et integritas personae humanae prae oculis habenda est, ita ut eius harmonia et aequilibrium salvetur et augeatur.

Hoc modo laicus penitus et naviter sese inserit in ipsam realitatem ordinis temporalis suamque partem in eius gerendis rebus efficaciter suscipit, simulque tamquam vivum

[2] Cf. S. C. Concilii, Resolutio *Corrienten.*, 13 nov. 1920: AAS 13 (1921), pp. 137-140 [LE 301].

[3] Cf. Pius XII, Alloc. *ad II Conventum ex omnibus gentibus Laicorum Apostolatui provehendo*, 5 oct. 1957: AAS 49 (1957), p. 927.

[4] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 37: AAS 57 (1965), pp. 42-43 [LE 3232].

[5] Cf. Pius XII, Adhort. Apost. *Menti Nostrae*, 23 sept. 1950: AAS 42 (1950), p. 660 [LE 2151].

[6] Cf. Conc. Vat. II, Decr. *De accommodata renovatione vitae religiosae*, n. 8 [LE 3332].

[7] Cf. Benedictus XIV, *De Synodo Dioecesana*, l. III, c. IX, n. VII-VIII: *Opera omnia in tomos XVII distributa*, tom. XI (Prati, 1844), pp. 76-77.

[8] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Quamvis Nostra*, 30 apr. 1936: AAS 28 (1936): pp. 160-161.

[9] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 maii 1961: AAS 53 (1961), pp. 456-457 [LE 2984]. Cf. Conc. Vat. II, Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio*, n. 12: AAS 57 (1965), pp. 99-100 [LE 3235].

[10] Cf. Conc. Vat. II, Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio*, n. 12, AAS 57 (1965), p. 100 [LE 3235]. Cf. etiam Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 15: AAS 57 (1965), pp. 19-20 [LE 3232].

[1] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, cap. II, IV, V: AAS 57 (1965), pp. 12-21; 37-49 [LE 3232]; cf. etiam Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio*, nn. 4, 6, 7, 12: AAS 57 (1965), pp. 94, 96, 97, 99, 100 [LE 3235]; cf. etiam supra, n. 4.

[2] Cf. Pius XII, Alloc. *Ad VI Conferentiam internationalem «boy-scouts»*, 6 iunii 1952: AAS 44 (1952), pp. 579-580; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 maii 1961: AAS 53 (1961), p. 456 [LE 2984].

http://www.obrascatolicas.com

membrum et testis Ecclesiae eandem in sinu rerum temporalium praesentem et actuosam reddit [3].

30. Formatio ad apostolatum a prima puerorum institutione incipere debet. Peculiari autem modo initientur
861 apostolatu adulescentes et iuve/nes atque hoc spiritu imbuantur. Per totam vitam haec formatio perficienda est prout nova suscepta munera requirunt. Patet igitur eos ad quos spectat educatio christiana, officio quoque formationis ad apostolatum devinciri.

Parentum est in familia filios suos ab ipsa pueritia disponere ad agnoscendum amorem Dei erga universos homines, illosque gradatim, praesertim exemplo, docere sollicitudinem de proximi necessitatibus tam materialibus quam spiritualibus. Tota ergo familia eiusque communis vita quasi tirocinium apostolatus evadat.

Pueri insuper educandi sunt ut, fines familiae transcendentes, communitatibus tam ecclesiasticis quam temporalibus animum pandant. In locali communitate paroeciae ita assumantur, ut in ea conscientiam acquirant se viva et activa membra esse populi Dei. Sacerdotes autem in catechesi et ministerio verbi, in moderatione animarum, necnon in aliis ministeriis pastoralibus formationem ad apostolatum prae oculis habeant.

Scholarum quoque, collegiorum aliarumque institutionum catholicarum formationi inservientium est in iuvenibus sensum catholicum et actionem apostolicam fovere. Quae formatio si deficit, vel quia illas scholas iuvenes non frequentant, vel alia de causa, eo magis de ea curent parentes et animarum pastores et consociationes apostolicae. Magistri vero et educatores qui vocatione sua et officio formam egregiam apostolatus laicorum exercent, doctrina necessaria et arte paedagogica imbuti sint, quibus hanc institutionem efficaciter tradere valeant.

Coetus et consociationes item laicorum, sive apostolatum sive alios fines supernaturales intendant, pro fine et modulo suo formationem ad apostolatum sedulo et assidue fovere debent [4]. Ipsae sunt saepe via ordinaria congruentis formationis ad apostolatum. In ipsis enim habetur formatio doctrinalis, spiritualis et practica. Sodales earum cum sociis vel amicis in parvis coetibus methodos et fructus suae navitatis apostolicae perpendunt et rationem vitae suae cotidianae cum Evangelio comparant.

Huiusmodi formatio ita ordinanda est ut ratio habeatur totius apostolatus laicorum, qui non tantum inter coetus ipsos consociationum, sed in omnibus etiam adiunctis per
862 totam vitam est exercendus, prae/sertim professionalem et socialem. Immo unusquisque ad apostolatum seipsum naviter praeparare debet, quod magis urget in adulta aetate. Progrediente enim aetate melius animus panditur atque ita unusquisque diligentius detegere potest talenta quibus Deus animam suam ditavit illaque charismata efficacius exercere quae ei a Spiritu Sancto in bonum fratrum suorum collata sunt.

31. Variae formae apostolatus peculiariter congruentem formationem quoque expostulant.

a) Quoad apostolatum ad homines evangelizandos et sanctificandos, laici specialiter formandi sunt ad colloquium instaurandum cum aliis, credentibus vel non credentibus, ad nuntium Christi omnibus manifestandum [5].

Cum autem nostris temporibus diversi generis materialismus late ubique, etiam inter catholicos, diffundatur, laici non tantum diligentius doctrinam catholicam ediscant, ea peculiariter capita quae in controversiam vocantur, sed etiam contra quamlibet formam materialismi exhibeant testimonium vitae evangelicae.

b) Quoad instaurationem christianam ordinis rerum temporalium, laici edoceantur de vera significatione et valore bonorum temporalium, tum in se ipsis, tum ad omnes fines personae humanae quod attinet; exerceantur in recto usu rerum et organizatione institutionum, semper attendentes ad bonum commune iuxta principia doctrinae moralis et socialis Ecclesiae. Socialis doctrinae imprimis principia eiusque conclusiones ita laici addiscant, ut capaces reddantur, tum ad operam pro parte sua praestandam doctrinae progressui, tum ad eadem singulis casibus rite applicanda [6].

[3] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 33: AAS 57 (1965), p. 39 [LE 3332].
[4] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 maii 1961: AAS 53 (1961), p. 455 [LE 2984].
[5] Cf. Pius XII, Epist. Encycl. *Sertum laetitiae*, 1 nov. 1939: AAS 31 (1939), pp. 635-644; cf. Idem, *Ad «laureatis» Act. Cath. It.* 24 maii 1953.
[6] Cf. Pius XII, Alloc. ad *Congressum Universalem Foederationis Mundialis Iuventutis Femineae Catholicae*, 18 apr. 1952: AAS 44 (1952), pp. 414-419. Cf. Idem, Alloc. ad *Associationem Christianam Operariorum Italiae (A. C. L. I.)*, 1 maii 1955: AAS 47 (1955), pp. 403-404.

c) Cum caritatis et misericordiae opera praeclarissimum testimonium christianae vitae efferant, formatio apostolica ad haec quoque/exercenda adducere debet, ut 863
discant christifideles ab ipsa pueritia fratribus compati eiusque indigentibus generoso animo subvenire [7].

32. Laicis apostolatui deditis iam exstant multa subsidia, scilicet sessiones, congressus, recollectiones, exercitia spiritualia, frequentes conventus, conferentiae, libri, commentaria, ad altiorem cognitionem Sacrae Scripturae et doctrinae catholicae consequendam, ad vitam spiritualem alendam necnon ad mundi condiciones dignoscendas et aptas methodos inveniendas et excolendas [8].

Quae formationis subsidia rationem habent variarum formarum apostolatus in ambitibus ubi exercetur.

Hunc in finem etiam erecta sunt centra vel instituta superiora quae optimos fructus iam dederunt.

Sacrosanctum Concilium laetatur de huius generis inceptis iam in quibusdam partibus florentibus et exoptat ut aliis etiam in locis, ubi necessaria fuerint, promoveantur.

Centra insuper documentationis et studiorum non solum in re theologica, sed etiam in materia anthropologica, psychologica, sociologica, methodologica, quo melius foveantur laicorum ingenii facultates, virorum mulierumque, iuvenum et adultorum, pro omnibus apostolatus campis erigantur.

Adhortatio

33. Sacrosanctum igitur Concilium omnes laicos enixe in Domino obtestatur ut voce Christi, hac hora se instantius invitanti, et impulsui Spiritus Sancti libenter, generoso animo, prompto corde respondeant. Speciali modo hanc appellationem ad se directam esse sentiant iuniores, eamque accipiant cum alacritate et magnanimitate. Ipse enim Dominus omnes laicos per hanc Sanctam Synodum iterato invitat ut intimus in dies sibi iungantur et quae ipsius sunt, tamquam propria sentientes (cf. *Phil.* 2, 5), in eiusdem salvifica missione consocientur; eos/que 864
denuo mittit in omnem civitatem et locum quo ipse venturus est (cf. *Lc.* 10, 1); ut variis formis et modis unius apostolatus Ecclesiae, novis necessitatibus temporum continenter aptandi, cooperatores ei se exhibeant, abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor eorum non est inanis in Domino (cf. 1 *Cor.* 15, 58).

Haec omnia et singula quae in hoc Decreto [*] *edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.*

Romae, apud S. Petrum, die XVIII mensis novembris anno MCMLXV.—Ego Paulus Catholicae Ecclesiae Episcopus *(Sequuntur Patrum subsignationes).*

[7] Cf. Pius XII, *Ad Delegatos Conventus Sodalitatum Caritatis*, 27 apr. 1952: AAS 44 (1952), pp. 470-471.
[8] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 maii 1961, AAS 53 (1961), p. 454 [LE 2984].

* In sessione VIII celebrata die 18 nov. an. 1965 promulgato.

3347

1965 NOV 18. - PAULUS VI, DECRETUM. PART.*

Vacatio legis pro Concilii Vat. II Decreto de apostolatu laicorum

Beatissimus Pater pro novis legibus quae in modo promulgato Decreto *De Apostolatu laicorum* [LE 3346] continentur, statuit vacationem usque ad diem vigesimam nonam mensis iunii anni MCMLXVI, nempe usque ad festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli proximi anni.

Interea Summus Pontifex normas edet ad praedictas leges exsequendas.—Pericles Felici, Archiepiscopus tit. Samosatensis. *Ss. Concilii Secretarius Generalis.*

* Sacrosanctum oecumenicum Concilium Vaticanum II, Constitutiones, Decreta, Declarationes, Typis Poliglottis Vaticanis 1966, p. 509. Vide LE 3444.

3348

1965 NOV 18.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 57 (1965) 978-984

Allocutio habita die 18 nov. 1965, in festo Dedicationis Basilicarum SS. Petri et Pauli Apostolorum, in Vaticana Basilica ad Patres Conciliares, in paenultima publica Oecumenicae Synodi sessione, Missae concelebratione a Summo Pontifice peracta, Constitutione dogmatica «De divina Revelatione» et Decreto «De apostolatu laicorum» approbatis ac promulgatis:

De propriis propositis ad intenta Concilii in praxim deducenda deque processu canonico instituendo beatificationis Pii XII et Ioannis XXIII

Publica haec Sessio nostri Concilii Oecumenici Vaticani Secundi habetur viginti diebus ante eiusdem Concilii finem; atque adeo, praeterquam quod in hac maximi ponderis acta conciliaria, bene vobis cognita, promulgantur, praeterea occasionem eadem Nobis praebet vobiscum sermonem conferendi de quibusdam rebus in agendo positis, quae ad exitum pertinent gravissimi huius eventus ecclesiastici, quem ordinatim per quattuor temporis spatia, multi sane laboris, celebravimus.

Nihil hodie dicemus neque de huius Concilii permagno momento —ad religionem, ad doctrinas, ad bonum animorum, ad pastoralem sollertiam, ad vim historicam quod attinet—; neque de mysteriis sapientiae et gratiae, quae nobis nunc proponit et diu in posterum ad meditandum proponet; neque de rebus novis, quas Concilii deliberationes inducunt, sive in interiorem Ecclesiae vitam, sive in rationes et necessitudines, quas habet vel cum iis hominibus, vel cum iis rebus, quae ipsi circumfunduntur. Haec enim omnia uniuscuiusque nostrum haerent in animo, nosque cum ad considerandum, tum ad agendum salutariter movent. De his argumentis aliquid iam diximus in sermonibus superiore tempore expositis, vel recens in *Adhortatione Apostolica* die quarta huius mensis edita. Consilium Nobis hoc loco non est, ut rationem totius Concilii computemus; cum, summum, satis sit Nobis animadvertere ipsius iter et progressionem fuisse omni ex parte apte disposita, normis convenientia, libera, pacata, et, vobis praesentibus et operam conferentibus, sollemnia, frugifera et admodum salutaria. Nullum aliud Concilium, ex iis quae in Ecclesia Dei celebrata sunt, hoc fuit terrarum spatio amplius, labores suscepit operosiores et pacatiores, de argumentis egit vel magis variis, vel latius patentibus. Nam deliberavit et de propria Ecclesiae vita, et de Fratribus christianis adhuc a sua communione seiunctis, et de aliis religionibus non christianis, et generatim de hominum societate, cuius nos in hoc Concilio didicimus implicitas et perdifficiles quaestio-
979 nes planius cognoscere; quam nos/ vehementius amare didicimus, quod ad eius prosperitatem, ad eius pacem, ad eiusque salutem spectat. Laudes ergo Deo tribuantur, eique soli, Patri nostro optimo et summo, per Iesum Christum, nostrum unicum et amantissimum Dominum, in Spiritu Sancto, dulcissimo Paracleto, qui sua nos caritate alit, ducit, solatur. Laudes Deo tribuantur.

Satis in praesentia habemus mentem ad eas Concilii consecutiones intendere, quae, quemadmodum diximus, ad Synodi ipsius finem attinent. Quem finem potius multarum rerum initium appellaverimus; quod primum omnium constat e Consiliorum constitutione, quorum est Nobis sollertem navare operam ad praescripta definienda, Concilii decretis proposita. Huius generis Consilia est Nobis in animo quam primum condere, cum hoc intendamus, ut sacras huius Oecumenicae Synodi deliberationes sine cunctatione ad effectum adducamus. Tria Consilia postconciliaria, quae dicunt, iam constituta sunt, quorum primum ad sacram Liturgiam pertinet, alterum ad Codicis Iuris Canonici recognitionem attinet, tertium denique eo spectat, ut praescripta serventur in Decreto habita, quod de instrumentis communicationis, uti vocant, socialis agit. Neque exspectavimus donec Decretum *De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia* approbaretur, ut, optato, quod in eo inesset, respondentes, nuntiaremus Synodum Episcoporum constitutam esse. Hanc autem, Deo volente, primum Nos esse coacturos speramus —nisi id fieri poterit in proximum annum, multis curis tribuendum, cum celebrato Concilio coniunctis— in secuturum annum millesimum nongentesimum sexagesimum septimum. Eo enim tempore, iuxta praescriptum, centum abhinc annos, a Decessore Nostro ven. mem. Pio IX datum, sacra saecularia ob martyrium a Petro Apostolo factum agenda erunt.

Per idem vero tempus omnem curam adhibebimus, ut nulla mora Consilia condantur, quae Concilium condenda esse statuerit; aut ad normas Decretorum perficiendas, quae Concilium fecit, aut ad peculiares labores insumendos, qui earundem normarum effectioni necessarii sint [1]. Nova item Officia aperientur ad ea praestanda ministeria, quae sive huius Concilii leges, sive renovatae vitae Ecclesiae usus postulaverint. Ad Nos quod attinet, in proposito perstabimus ea, quae e celebratione Oecumenicae huius Synodi consequuntur, ad effectum deducendi et, quorum ea initium fecit, opera persequendi, veluti trium «Secretariatuum», egregia navitate iam nunc insignium: quorum primus eo contendit, ut omnes Christiani in eiusdem Ecclesiae unitate componantur;/ alter ad rationes pertinet, 980
quae nobis cum religionibus non christianis intercedunt; tertius non credentes studio et cura attingit. Deus igitur voluntates nostras confirmet nobisque vires et subsidia largiatur, quibus novis officiis satisfacere possimus.

Haec autem, Venerabiles Fratres, nonnihil temporis postulabunt; quodsi horum aliorumque supremorum institutorum ecclesiastici regiminis compositio gradatius, ut par est, eveniet, eaque ita perpendentur ac disponentur, ut nimia officialium multitudo et inutilia vitentur impendia, neutiquam censeatur proposita, quae enuntiamus, minus fideliter a Nobis servari.

Nolumus tamen munera, sacrae Hierarchiae propria, nova eaque artificiosa ratione in unum coacervare; sed volumus, hinc Episcopos partes habere in Concilii Oecumenici legibus exsequendis, hinc Nos, quantum fieri possit, eorum uti auxiliatrice opera, ut apostolico officio Nostro in universali Ecclesiae regimine aptius satisfacere valeamus. Nova autem efficacitas coetibus seu Conferentiis Episcopalibus attributa censenda est magni sane momenti eventum, quod attinet ad progredientes Iuris Canonici rationes; et, quemadmodum huius Instituti ortum libenter excepimus ac promovimus, ita fore confidimus ut illud conferat ad salutare dignumque catholicae Ecclesiae incrementum in variis terrarum orbis Nationibus ac regionibus; ac speramus etiam ut exinde membra Mystici Christi Corporis, nedum invicem disiungantur ac separentur, magis magisque inter se cohaereant atque in concordem fraternamque unitatem coalescant. Haec Nos fovebimus; ac suprema ecclesiastici regiminis Instituta, imprimisque Romana Curia, sicut Nobis provido auxilio erunt, ita pariter in validum totius ecclesiasticae compaginis subsidium profecto cedent.

Ad Romanam autem Curiam quod attinet, sub exitum maximae huius Oecumenicae celebrationis, qua catholica Ecclesia suarum spiritualium virium ubertatem suaeque disciplinae robur probavit, liceat Nobis eam vestrae benevolentiae vestroque grato animo proponere. Iamvero, si catholica Ecclesia hodie iis florentibus pollet viribus, quas in ea, Dei beneficio, agnoscere gaudemus, hoc magna ex parte est tribuendum sollerti fidelique actioni, quam fieri contigit per hoc apostolici officii quasi instrumentum. Falso quis huiusmodi instrumentum existimet iam veterascens, ineptum, suae tantum utilitatis studiosum, vel corruptum; Nos vero de bene praestita opera testimonium ipsi debemus. Quae culpae olim reprehendebantur in hoc humano Instituto, quod apud Romanum Pontificatum in eiusque usum conditum est, hodie, divinae misericordiae / bene- 981
ficio, iam non sunt; sed religionis fervor, verus erga Christum Iesum amor, fidelitas et oboedientia, studium Ecclesiae sanctae iuvandae, atque alacritas in eius fovendis incrementis, totam Romanae Curiae navitatem movent ac dirigunt, eamque efficiunt non solum gravissimo suo obeundo officio idoneam, sed dignam quoque, cui Ecclesia universa fidem habeat.

Haec tamen non ita sunt accipienda, quasi negemus Romanam Curiam in melius mutari posse; etenim quidquid humanum est, quidquid temporis vicibus est obnoxium, facile vitiosum et caducum evadere potest; immo eo magis manifesta ac vituperanda sunt vitia hominis, quo celsior est ipsius dignitas, et quo instantius eius officium postulat, ut ipse sibi constet et christianae sanctitatis testimonium exhibeat. Quare ad Nos quod attinet, primi omnium non modo haec agnoscimus, sed etiam operam dare cupimus, ut Romana Curia apte renovetur ad normam paragraphi nonae Decreti nuper promulgati, cui inscriptio *De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia;* ac prospiciemus, ut germano Iesu Christi spiritu magis magisque imbuantur et afficiantur ii omnes, quibus honori est Romanae Curiae operam navare.

Ad rem quod attinet, id quoque vos, Venerabiles Fratres, certiores facere cupimus, nempe Nos, etsi curarum magni-

[1] Cfr. Decr. *De Pastorali Episcoporum munere in Ecclesia*, n. 44 [LE 3332].

http://www.obrascatolicas.com

tudine distentos, nihilominus per hoc tempus hac re non supersedisse. Nam inita iam sunt consilia et studia ad Romanam Curiam renovandam, eademque feliciter progrediuntur. Fatemur tamen, gravem non urgere necessitatem, ut structura ipsa immutetur; praeterquam, quod officiales per vices mutentur oportet, necesse est etiam ut non pauca restaurentur, nonnulla in simpliciorem formam redigantur, alia perficiantur; at opera dabitur, ut normae potius, ad quas huiusmodi Institutum universe componendum erit, clarius proponantur ac statuantur. Fortasse optata haec renovatio lente procedere videbitur, atque ex parte tantum perfici; ita tamen fieri necesse est, ut erga viros ac traditos usus debita exhibeatur reverentia; at renovatio ipsa ad effectum tandem deducetur.

Ut autem verba Nostra exemplo aliquo comprobentur, iam in vestram notitiam perferre licet, mox prodituras esse normas quibus regenda erit prima omnium Sacrarum Romanarum Congregationum, hoc est Sanctum Officium.

Attamen, Venerabiles Fratres, minus in has utique necessarias mutationes emendationesque oportet mentes intendamus, quam in reformationem moralem et spiritualem, qua similiores efficiamur Divini Magistri, magisque idonei
982 ad partes muneris cuique nostrum impositi / implendas. Haec enim imprimis spectare debemus; scilicet veram germanamque sanctificationem nostram, et certam facultatem nuntium evangelicum inter homines nostrae huius aetatis disseminandi.

Plurimum vero, quemadmodum Nobis videtur, interest, ut perspectum habeamus, qui esse debeat mentis nostrae habitus eo tempore, quod Concilium subsequetur. Celebratio enim Concilii, Nostro quidem iudicio, tres diversos animorum habitus ex ordine ostendit: quorum primus ad animorum inflammationem et ardorem pertinet; quod merito contigit. Nam convocationis nuntius cum stupore, laetitia, spe, et quasi cum visu messianici cuiusdam somnii exceptus est, exspectatus et simul non exspectatus; veluti vernus afflatus animos omnes permulsit. Alter deinde animorum habitus est insecutus, quo tempore Concilium ipsum agebatur, cui proprius erat multiplex quaestionum ac difficultatum numerus. Haec non fortuito in opus Concilii inciderunt, siquidem id fuit immensum; qua ex parte laudes tribuendae sunt praesertim sodalibus Consiliorum seu «Commissionum» et Coetuum minorum seu «Subcommissionum», in quibus Periti, quidam potissimum, impense ac sapienter elaboraverunt. Quos quasi remunerari cupientes, statuimus, ut saltem nonnulli ex iis Nobiscum sociarentur in hoc divino celebrando Sacrificio.

Sed eodem tempore a quibusdam, publicam opinionem vulgantibus, omnia in controversiam vocabantur vel talia existimabantur, ut eo possent vocari; omnia iis videbantur difficilia et implicata; omnium rerum iidem censuram faciebant, et animo impatienti rebus novis inhiabant; subortae sunt anxietates, inter se pugnantes sententiae, timores, audaciae, acta rerum arbitria; hic et illic dubitatio iniecta est de ipsis praeceptis veritatis et auctoritatis, donec Concilium vocem coepit proferre, leniter quidem, sed considerate et sollemniter. Nunc vero sub exitum suum, Concilium ipsum annuntiabit verbis brevibus et adhortationis plenis, quae esse debeat forma vitae Ecclesiae.

Itaque tertius iam mentium habitus sequitur; id est quo proposita ineuntur, quo Decreta Concilii accipiuntur et ad effectum deducuntur. Ad hoc ipsum unusquisque animum debet componere. Disceptationi finis imponitur; res incipiunt mente volvi et comprehendi. Arationem solum proscindentem sequitur agri cultura, quae ordinatim et utiliter fit. Ecclesia se ad novas normas a Concilio sibi traditas conformat; earum propria est fidelitas, eae insignes sunt novitate quasi adauctae conscientiae circa communionem in Ecclesia, circa admirabilem eius compagem, circa ardentiorem caritatem, qua communio Ecclesiae hierarchica debet conglutinari, excitari, sanctificari. /
983

Huius profecto temporis est vera illa ad novas necessitates accommodatio, a Ioanne XXIII, Decessore Nostro recolendae memoriae, praenuntiata. Ille autem huic verbo, consiliorum suorum iudicio, certe non eam vim subiecit, quam quidam ei indere sunt conati, quasi accommodatione illa liceret secundum «relativismi» placita et saecularem habitum mentis in Ecclesia omnia considerare: dogmata, leges, instituta, traditos usus; ille enim, quo erat ingenio acri et firmo, perspectam habebat stabilitatem doctrinae et compagis Ecclesiae, adeo ut in his eius cogitatio et opera veluti in fundamento inniterentur. In posterum igitur eo verbo accommodationis ad novas necessitates haec

significatione utemur, ut scilicet mens Concilii celebrati perspiciatur, et normae, ab eo feliciter sancteque editae, fideliter ad usum deducantur.

Arbitramur sane Ecclesiae, si nova eius psychologia respicitur, hac via esse procedendum. Clerus igitur et fideles praeclarum opus spirituale habent, quod insistant ad vitam et actionem secundum Christum Dominum renovandam. Ad hoc ipsum opus perficiendum Fratres et filios Nostros, hoc est eos qui Christum et Ecclesiam diligunt vocamus, ut una apertius Nobiscum profiteantur veritatem, quo sensu Christus et Apostoli doctrinam tradiderunt; et, praeter hanc, studium profiteantur disciplinae ecclesiasticae et unitatis, animos arcte ac suaviter coniungentis, quae ad fiduciam mutuamque necessitudinem, nos, utpote membra eiusdem corporis, confirmat.

Quo autem facilius ad huiusmodi christianae vitae renovationem excitemur omnes, Ecclesiae filios adhortamur, ut pia recordatione verba et exempla prosequantur duorum Summorum Pontificum, qui proxime ante Nos fuerunt: Pium XII et Ioannem XXIII dicimus, quibus Ecclesia, immo universi homines, tanta beneficia debent; atque hoc ducti consilio decernimus, ut canonici processus, qui dicuntur, rite instituantur, quibus ineliti illi atque religiosissimi Ecclesiae Summi Pastores, quos tantopere colimus, in Beatorum Caelitum numerum referantur. Ita ii omnes voti compotes fient, qui, plurium vocum veluti concentu, postulaverunt, ut caelestes honores utrique tribuerentur; item eorum sacrae veluti hereditatis patrimonium posteritati tradetur integrum itemque denique cautum erit, ne ullam aliam ob causam, praeter verae sanctitatis cultum, hoc est Dei gloriam eiusque Ecclesiae profectum, ipsorum germana et carissima imago et nobis et venientibus saeculis ad venerandum proponatur. Quodsi iudicium, ut omnibus patet, celeriter procedere non poterit, id tamen expeditum ordinatumque sane erit. Faxit Deus, ut ipsum nos eo perducat, quo pervenire exoptamus. /
984

Proxima Oecumenici Concilii conclusio Nos moneret, ut omnium fructuum ducamus rationem, quos Concilium usque adhuc edidit, sive ad doctrinam quod attinet, cum illustria et luculenta veritatis ac vitae actionis documenta Ecclesiae universae dederit, sive ad caritatem quod spectat, quandoquidem nos omnes ab extremis terrarum finibus huc collegit, ut inter nos cognosceremus, ut omnes coniunctim Deum deprecaremur, ut Concilii rebus studeremus, ut de iisque deliberaremus, ut fidelitatem nostram erga Christum Iesum eiusque Evangelium una simul profiteremur, utque nostram augeremus amandi facultatem inter nos, et erga Fratres a nobis seiunctos, erga pauperes et animi corporisve aegros, erga eos qui in mundo sive doctrinis sive operibus vacant, erga universam denique hominum societatem. Tempus tamen deficit, si tot argumenta in unum colligere velimus; sed nobis omnibus aliae pro certo suppetent ad huiusmodi studium opportunitates, suppetent posteris.

In praesentia, verborum Nostrorum finem facimus, propositum tantummodo aperientes, quod veluti invitatio censeatur ad Oecumenicae Synodi digne perpetuandam memoriam: propositum nempe Romae, ubi pastorales necessitates id expostulent, novi aedificandi templi in honorem Beatae Mariae Virginis, Ecclesiae Matris; Ecclesiae, dicimus, cuius ipsa pariter est prima filia benedicta, caelestibus muneribus unice donata.

Deinde nuntiamus, Nobis esse consilium in universa Ecclesia indicendi peculiare Iubilaeum, quod ab huius Concilii conclusione usque ad proximum Pentecostes festum habeatur, ut per sacras contiones veritatis et caritatis propagetur nuntium, quod a Concilio editum est, atque adeo Christifideles confirmentur in conscientia suae communionis et coniunctionis cum suae cuiusque dioecesis Pastoribus; qua occasione, omnes et singuli monebuntur, ut ex *ministerio reconciliationis* [2] fructum capiant ipsoque fruantur, quod sane ministerium omnibus bona voluntate praeditis hominibus quam uberrime patebit atque proponetur. Ad Iubilaeum spectantes nuntii et normae quam primum evulgabuntur.

Sed tempus est orationi huic Nostrae finem imponendi et sollemnem, quam celebramus, Sessionem iam concludendi; id vero facere nolumus, antequam vobis omnibus gratias ex animo agamus, qui augustis istis suavibusque sacris ritibus interfuistis praesentes, vosque in Domino salvere iubeamus, singulis in sanctissimo eius Nomine bene precantes.

[2] Cfr. 2 *Cor.* 5, 18.

3349

1965 NOV 20.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 57 (1965) 985-989

Allocutio die 20 nov. 1965 habita ad Eïhos Patres Cardinales et ad Consultores Pontificii Consilii Codici Iuris canonici recognoscendo:

DE CRITERIIS ET PRINCIPIIS IN RECOGNITIONE CODICIS SEQUENDIS DEQUE NECESSITATE IURIS IN ECCLESIA

Venerabiles Fratres ac dilecti filii, Singulari cum animi studio et gaudio vos, Sodales et Consultores Consilii Codici Iuris Canonici recognoscendo, salutamus in hisce Aedibus Vaticanis, scilicet prope sepulcrum Sancti Petri, in quo fundata est Ecclesia. Huius aedificationi et vitae vos servitis operamque praestatis.

Ecclesia, cuius mysterium a Concilio Oecumenico Vaticano Secundo in pleniore luce est collocatum, *cum ex Conditoris sui voluntate sociale exsistat perfectumque Corpus* [1], est necessario visibilis atque adeo legibus regatur oportet. Haec divina voluntas nullo modo officit iuri naturali, ex quo homo est socialis et in familiam et publicam rem inseritur; quin immo ea cum hoc iure optime congruit.

Haec autem a Deo instituta societas, Ecclesiam dicimus, ad aeternam salutem ut ad finem suum dirigitur; sunt quidem eius filii etiam cives terrae, tamen, *non habent hic manentem civitatem sed futuram inquirunt* [2]. Itaque ius canonicum, quod, e natura sociali Ecclesiae petitum, in potestate iurisdictionis, quam Christus Hierarchiae tribuit, nititur, *omnino in animorum curationem contendit, ut hominis praesidio quoque nutuque legum veritatis et gratiae Christi sint compotes ac sancte, pie, fideliter vivant, crescant, moriantur* [3]; scilicet ad hunc celsissimum finem spectat assequendum per Ecclesiam, quam ut rectis institutis ac normis componat ac dirigat, proxime ad ipsum ius canonicum pertinet.

Notum est, sed iuvat id in memoriam revocare, a iure divino manare quaedam elementa constitutiva Ecclesiae, quae est societas inaequalis, nempe primatum Romani Pontificis, episcopatum, ac deinde presbyteratum, diaconatum. Etiam laici sunt ex hac parte recensendi, qui tamen regendi carent facultate. Ex iure vero humano alia oriuntur elementa constitutiva, cuius generis sunt patriarchae, me-
986 tropolitae, parochi, religiosi. /

Ius ecclesiasticum, quod est ius humanum «positivum», Apostoli exercuerunt et post eos ipsorum successores; sine intermissione hi eiusmodi potestate fruuntur. Hierarchia scilicet facultate pollet et officio devincitur Ecclesiam eiusque membra moderandi more vigilum pastorum, ac quidem potestate regiminis, leges et iudicia ferendo eaque praestando, quae exsecutionem respiciunt, potestate magisterii, populum Dei cum auctoritate docendo, potestate ordinis, divinae gratiae auxilia et subsidia administrando.

Ii autem, qui Hierarchiae sunt subiecti, ex conscientiae officio legibus debent obtemperare secundum illud: *qui vos audit, me audit: et qui vos spernit, me spernit* [4]. Iuris igitur praecepta voluntatem Christi, cui ut Domino sumus subiecti, certe manifestant.

Neque est, cur quidam, libertatem plus aequo extollentes, *in quam vocati simus* [5], eam legi adversari dicant, Apostoli Pauli doctrinam minus recte in medium proferentes. Sed est animadvertendum oboedientiam libertatem non coangustare, sed perficere, operositati addere incrementa, personam quodammodo amplificare; inoboedientiam vero vires dissipare et hominem reddere servum suarum cupiditatum.

Neque iis est assentiendum qui ius canonicum detrectant asserentes *litteram occidere, Spiritum autem vivificare* [6]; eam videlicet tantum externum quoddam ac deforme obsequium erga leges inducere. Quamvis affirmari debeat, litteram numquam adversari debere spiritui, tamen lex quaelibet indiget littera, id est expositione scripta eaque perspicua; cuius rei testimonium praeclarissimum in Codice Iuris Canonici invenitur.

Sunt deinde qui distinguant inter Ecclesiam, quam «iuridicam» vel «a muneribus» appellant, et Ecclesiam, cui nomen «caritatis» adiciunt, asseverantes caritatis praeceptum omnium summum esse primasque partes ei tribui

[1] Litt. Encycl. *Mystici Corporis* Pii XII; *A. A. S.* XXXV (1943) p. 226. [LE 1759].
[2] Cfr. *Hebr.* 13, 14.
[3] Cfr. Alloc. Pii XII, die 17 oct. a. 1953; *A. A. S.* XLV (1953) p. 688
[4] Luc. 10, 16. [5] Cfr. *Gal.* 5, 13. [6] Cfr. 2 *Cor.* 3, 6.

oportere, mala autem, quibus Ecclesia vexetur, ex «iuridismo» illo, uti vocant, esse exorta. Attamen, quemadmodum anima a corpore seiungi nequit, quin mors subsequatur, Ecclesia, quam a «caritate» nuncupant, sine Ecclesia «iuridica» exsistere nequit. Non licet ignorare Ecclesiam, ut initio diximus, ex Dei voluntate esse societatem visibilem omnibus cum institutis ad exteriorem moderationem pertinentibus; Christum Apostolis eorumque successoribus contulisse potestatem iurisdictionis; de qua re Evangelium nos certiores reddit, / ubi Dominus Apostolos ita af- 987
fatur: *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti: docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis* [7]. Paulus vero Apostolus, praesertim in prima Epistula ad Corinthios, hoc doctrinae caput aperte ac fuse explanat.

Multo minus consentire quis potest cum iis qui putent in Ecclesia non esse Hierarchiam, sed tantummodo «ministerium», praecipue verbi; scilicet inter Christum et communitatem fidelium nihil esse interponendum, quod eos separet, aut iis qui defendere velint naturam Ecclesiae adversari naturae iuris, esse videlicet tantum «ius sacramentale», quo administratio Sacramentorum regatur, Hierarchiam vero solum esse prout ad illorum administrationem sit necessaria. Quibus commentis ius «positivum» ipsum negatur.

Haec, ut probe novistis, omnino repugnant evangelico nuntio, quod est historia Christi, qui eligit, instituit, mittit Apostolos, id est eos, qui Hierarchiam efficiunt, praeditos muneribus peculiaribus, ut cum auctoritate oves sibi creditas pascant, nempe triplici cum potestate, quam supra diximus, easque ad salutem aeternam perducant.

Est enim prae nobis ferendum non esse potestatem nisi a Deo [8], omnesque Ecclesiae potestates a Christo manare ex eoque pendere, ita ut sacer minister sit aut instrumentum tantum potestatis ordinis seu sacramentalis aut causa secunda et «subordinata» potestatis iuridisdictionis; atque adeo nihil de Christo Domino detrahi. Praeterea, licet Ecclesia sit, ut antea dictum est, societas inaequalis eo quod potestates diverso ordine sunt dispositae, tamen quod ad sanctitatem et salutem aeternam attinet adipiscendam, omnes, qui christiano nomine censentur, prorsus pares sunt.

Quemadmodum notum est, ius canonicum, quod e iure divino naturali, e Sacra Scriptura, Traditione, Decretalibus aliisque fontibus hauritur, progressione quadam est explicatum. Est tamen hac in re sedulo discernendum; siquidem *perquam solido inventuntur consociata foedere theologia et ius canonicum* [9], primaria quaedam, scilicet quae sunt iuris divini constitutivi, nullo modo queunt mutari. Ceterum tra/ditionibus fideliter, quatenus fieri potest, adhaeretur, 988
quod proprium esse videtur institutorum, quae valde sunt diuturna.

Tamen cum ius eo pertineat, ut vitam Ecclesiae membrorum recte componat et ad finem conducat, ac quidem singulas animas totamque communitatem, mutuo nexu in re quoque spirituali inter se coniunctas, cum omne corpus vivens continenter immutetur et Ecclesia cum civili societate, multo maioribus conversionibus ac vicissitudinibus obnoxia, convivat, liquet ius canonicum gradus et processus quosdam habuisse et habere; qui non solum utiles sed etiam necessarii sunt. Loquimur videlicet de iure «positivo» humano.

Cum igitur praeterita respicimus tempora, mediam et recentiorem aetatem, leges plurimas latas esse videmus. Hae tamen haud facile consuli potuerunt et numero ita excreverunt, ut earum multitudine paene obruerentur homines. Hac de causa Sanctus Pius X provido consilio Comidicem Iuris Canonici conficere statuit, qui per hos quinquaginta fere annos Ecclesiae usu comprobatus maximas ei attulit utilitates.

Nunc admodum mutatis rerum condicionibus —cursus enim vitae celerius ferri videtur —ius canonicum, prudentia adhibita, est recognoscendum: scilicet accommodari debet novo mentis habitui, Concilii Oecumenici Vaticani Secundi proprio, ex quo curae pastorali plurimum tribuitur, et novis necessitatibus populi Dei.

Quodsi ergo Codex Iuris Canonici «vigentem huc usque disciplinam plerumque retinet» (can. 6), nunc tamen quaedam novanda esse videntur. Ex quo patefit, quam grave sit munus et onus huius vestri Consilii. Brevi etiam tem-

[7] *Matth.* 28, 18-20.
[8] Cfr. *Rom.* 13, 1. [9] Cfr. Litt. Encycl. *Mystici Corporis* cit., *A. A. S.* XXXV (1943) p. 244 et All. Pii XII d. 29 aprilis a. 1952, *A. A. S.* XLIV (1952) p. 376.

http://www.obrascatolicas.com

pore perficienda erunt, quae prius per hominum aetates patrari consueverant. Sed expeditior est via, siquidem et Codex Iuris Canonici veluti ducis munere fungitur et Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum quasi lineamenta praebet operis novi, ita ut multa tantummodo fusius et accuratius sint definienda ac statuenda.

Peculiaris vero hic exsistit quaestio eaque gravis, eo quod duplex est Codex Iuris Canonici, pro Ecclesia Latina et Orientali, videlicet num conveniat communem et fundamentalem condi Codicem, ius constitutivum Ecclesiae continentem.

Consilium vestrum, cui Consultores adiutricem operam praebent, universam Ecclesiam aliquo modo repraesentat, sive quod ad regiones sive quod ad peculiarem peritiam in variis disciplinis et quaestionibus attinet, etiam in ipso usu et consuetudine vitae pastoralis. Hac inducti sollicitudine numerum sodalium nuperrime non leviter auximus.

Promptis igitur paratisque animis tanto vos dedite operi,
989 ut Eccle/sia hac aetate, qua homines singulari cum incitatione et alacritate moventur, aptis opportunisque legibus viam iis possit ostendere ad verum bonum veramque pacem.

Ita eritis aedificatores Ecclesiae, quae his temporibus quam maxime impellitur, ut felicibus augescat incrementis.

Deum autem, *Patrem luminum, a quo omne donum perfectum descendit* [10], impense deprecamur, ut vobis propitius adsit vosque dirigat et munerum suorum copia impleat. Quarum rerum auspex est Apostolica Benedictio, quam vobis, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, volentes impertimus.

[10] Cfr. *Iac.* 1,17

3350

1965 NOV 20.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

CIRCA FACULTATEM EPISCOPORUM DISPENSANDI AB IMPEDIMENTIS DISPARITATIS CULTUS ET MIXTAE RELIGIONIS CONCESSAM IN 20 LITT. AP. «PASTORALE MUNUS»

Ex Aedibus S. Officii, d. 20 Nov. 1965

Litteris die 11 octobris a.d. per Delegationem Apostolicam ad S. Officium datis, Excellentia Tua Revma postulavit utrum facultate dispensandi ab impedimentis disparitatis cultus et mixtae religionis concessa per Litteras Ap. *Pastorale Munus* [LE 3139] sub n. 20 Ordinarius uti possit non solum in casibus Privilegii Paulini sed etiam quando agitur de matrimonio iam soluto in favorem fidei et pars oratrix vel pseudo-coniux non sint amplius dispositi ad fidem amplectendam. Ad rem Tecum communico hanc Supremam S. C. decrevisse: *recurrendum esse ad S. Officium in singulis casibus.*

Hanc occasionem etc.—A. Card. OTTAVIANI, *Secretarius.*

* Ordinario Clevelandensi: Jurist 27 (1967) 225-226. Adn. A. ABATE in CpR 47 (1968) 337-347.

3351

1965 NOV 23.-SC RITUUM, INSTR. AAS 57 (1965) 1010-1013

DE LINGUA IN CELEBRANDIS OFFICIO DIVINO ET MISSA «CONVENTUALI» AUT «COMMUNITATIS» APUD RELIGIOSOS ADHIBENDA

In edicendis normis quae linguam respiciunt adhibendam in celebratione divini Officii in choro, in communi aut a solo, sacrosanctum Concilium Oecumenicum Vaticanum secundum prae oculis habuit et saecularem Ecclesiae latinae traditionem tutandam et bonum spirituale promovendum eorum omnium qui ad hanc precationem sunt deputati vel ipsam participant. Hac de causa opportunum duxit, quibusdam in adiunctis et personarum bene determinatis ordinibus, usum linguae vernaculae concedere.

Plures exinde Apostolicae Sedi petitiones delatae sunt ut sacrosancti Concilii normae de hac re pressius determinarentur, et linguae vernaculae usus etiam clericis, in celebratione quoque chorali Officii divini, concederetur, ob peculiares condiciones sive locorum sive actionis pastoralis quibusdam communitatibus concreditae.

Has petitiones attente considerantes, ad opportunam uniformitatem stabiliendam et ad normam bene definitam praebendam, Sacra Congregatio Rituum, Sacra Congregatio de Religiosis et «Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia» deputatum ea quae sequuntur communi consensu statuerunt:

I. *Religiones clericales choro adstrictae*

1. Religiones clericales «choro adstrictae» Officium divinum «in choro» lingua latina celebrare tenentur, ad normam art. 101, 1 Constitutionis de sacra Liturgia et n. 85 *Instructionis* diei 26 Septembris 1964 [LE 3217] ad eiusdem Constitutionis exsecutionem recte ordinandam.

2. Peculiari tamen ratione providebitur ut monasteria in regionibus missionum exstantia, et sodalibus maiore ex parte indigenis constantia, linguam vernaculam ad mentem art. 40 Constitutionis adhibere valeant.

3. Auctoritas competens ad concessionem, sub numero praecedenti recensitam, dandam, est Sacra Congregatio de Religiosis /

1011

II. *Religiones clericales choro non adstrictae*

4. Communitates religiosae clericales choro haud obligatae eas divini Officii partes lingua vernacula in communi persolvere possunt quae, vi Constitutionum, etiam religiosi laici participare tenentur.

5. Ius decernendi usum linguae vernaculae in partibus Officii divini sub numero praecedenti memoratis, esto penes Capitulum generale aut, mente sodalium praevie exquisita, penes Consilium generale Instituti.

6. Huiusmodi autem decretum, quoties praescripta Constitutionum mutet, a Sacra Congregatione de Religiosis, si de Institutis iuris pontificii, aut ab Ordinariis locorum, si de Congregationibus iuris dioecesani agitur, probari debet (cf. *C. I. C.*, can. 495, 2).

III. *Communitates religiosae clericales quae pastorali ministerio paroeciae, sanctuarii, aut ecclesiae valde frequentatae addicuntur*

7. Communitates religiosae clericales, etiam choro adstrictae, quae servitio alicuius paroeciae, sanctuarii aut ecclesiae valde frequentatae addicuntur, eas divini Officii partes lingua vernacula persolvere possunt quas, rationibus pastoralibus, una cum populo celebrant.

8. De hac facultate concedenda iudicabunt: *a)* Ordinarius loci, adsentiente Superiore Maiore religioso, et Sacra Congregatione de Religiosis approbante, si de communitate choro adstricta agitur; *b)* Ordinarius loci, adsentiente Superiore Maiore religioso, si agitur de communitate choro non obligata.

IV. *Moniales*

9. Moniales facultatem divinum Officium lingua vernacula etiam in choro celebrandi impetrare valent.

In iis autem monasteriis, in quibus, ex proprio tradito more, Officium divinum solemni cultu celebratur et cantus gregorianus percolitur, lingua latina, quantum fieri potest, servetur.

10. Peculiari ratione concedetur ut monasteria, in regionibus missionum exstantia, et sodalibus maiore ex parte indigenis constantia, linguam vernaculam adhibere valeant.

11. Ubi, in celebratione chorali divini Officii lingua latina servatur, facultas tamen fit lectiones lingua vernacula legendi.

12. Auctoritas competens, quae linguae vernaculae usum in Officio divino in choro persolvendo Monialibus concedit, est Sacra Congregatio de Religiosis. Petitio a Monasterii Capitulo fiet, de consensu Ordinarii / loci aut 1012
Superioris religiosi, si monasterium ab Ordinis iurisdictione pendet.

13. Moniales, quae recitationi chorali non intersunt, in divini Officii recitatione a solo facta, linguam vernaculam adhibere possunt.

V. *Religiones laicales*

14. Communitatibus laicalibus Institutorum status perfectionis sive virorum sive mulierum, Superior competens concedere potest, ad normam art. 101, 2 Constitutionis de sacra Liturgia, ut in recitatione divini Officii, etiam in choro celebrandi, lingua vernacula adhibeatur.

15. Superior competens est Instituti Capitulum generale aut, sodalibus eiusdem Instituti rite consultis, Consilium generale.

16. Huiusmodi autem decretum, quoties praescripta

Constitutionum mutet, a Sacra Congregatione de Religiosis, si de Institutis iuris pontificii, aut ab Ordinariis locorum, si de Congregationibus iuris dioecesani agitur, probari debet (cf. *C. I. C.*, can. 495, 2).

VI. *De lingua in Missa «conventuali» adhibenda*

17. Religiones clericales choro adstrictae in Missa «conventuali»: *a)* linguam latinam servare tenentur, eadem ratione ac supra, pro Officio divino, statutum est (nn. 1-2); lectiones, tamen, lingua vernacula proferri possunt; *b)* linguam vernaculam adhibere possunt, intra limites a competenti auctoritate territoriali statutos, cum communitas religiosa pastorali ministerio alicuius paroeciae, sanctuarii aut ecclesiae valde frequentatae addicta est, et Missa «conventualis» in fidelium utilitatem celebratur.

18. Moniales, iuxta ea quae pro Officio divino in choro ab ipsis celebrando statuta sunt (nn. 9-11), vel linguam latinam servabunt, vel linguam vernaculam, intra limites a competenti auctoritate territoriali statutos, adhibere poterunt.

VII. *De lingua adhibenda in Missae «communitatis» celebratione, in religionibus clericalibus choro haud adstrictis et in religionibus laicalibus sive virorum sive mulierum*

19. Religiones clericales choro non adstrictae, in Missae «communitatis» celebratione, praeter latinam, linguam vulgarem intra limites a competenti auctoritate territoriali statutos, aliquoties in hebdomada (ex. gr. bis vel ter) ad-
1013 hibere possunt. /

20. Missa «communitatis» quam vocant pro Communitatibus laicalibus Institutorum statuum perfectionis sive virorum sive mulierum, de more lingua vernacula celebrari potest, intra limites a competenti auctoritate territoriali statutos.

Provideatur, tamen, ut sodales horum Institutorum, etiam lingua latina partes Ordinarii vel Proprii, quae ad ipsos spectant, possint simul dicere vel cantare (cf. *Const.* art. 54).

Praesentem Instructionem communi consensu a S. Congregatione Rituum, a Sacra Congregatione de Religiosis et a Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia paratam, Summus Pontifex in Audientia die 23 Novembris 1965 Emo Card. Arcadio M. Larraona, S. R. C. Praefecto, concessa, benigne approbavit et auctoritate Sua confirmavit et publici iuris fieri iussit, pariter statuens ut a die 6 Februarii 1966, Dominica Septuagesimae, vigere incipiat.

Romae, die 23 Novembris 1965.—Iacobus Card. LERCARO, *Archiepiscopus Bononiensis, Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia.* Hildebrandus Card. ANTONIUTTI, *S. Congregationis de Religiosis Praefectus.* Arcadius M. Card. LARRAONA, *S. Rituum Congregationis Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, *S. R. C. a Secretis.*

Adn. ANASTASIUS AB UTRECHT in Laurentianum 11 (1970) 308-359; A. BUGNINI in EL 80 (1966) 160-164; F. VANDENBROUCKE in Vie consacrée 38 (1966) 91-97; Notit. 2 (1966) 88-93.

3352

1965 NOV 24.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

BENEDICTIO SOLLEMNIS NUPTIARUM IMPERTIRI POTEST TEMPORE CLAUSO ABSQUE ORDINARII LICENTIA

DUBIUM—Exmus ac Revmus Dominus Ioannes G. M. Bluyssen, Episcopus tit. Aeten. atque Auxiliaris et Vicarius Generalis Buscoducnensis, nomine omnium Hollandiae Ordinariorum, Sacrae Rituum Congregationi sequens exhibuit dubium pro opportuna solutione, nimirum:

Utrum, attentis canone 1108 §§ 2 et 3 C. I. C. necnon nn.70-75 Instructionis Sacrae Rituum Congregationis die 26 septembris 1964 [LE 3217] evulgatae, sollemnis benedictio nuptiarum impertiri possit tempore clauso sine Ordinarii loci licentia.

RESP.—Et Sacra eadem Rituum Congregatio, re mature perpensa, proposito dubio respondit: *Affirmative*, servato tamen n. 75 praefatae Instructionis.

Die 24 novembris 1965.—Arcadius M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, *a Secretis.*

* Ordinariis Hollandiae: Notit. 2 (1966) 181.

3353

1965 NOV 26.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

SOLVUNTUR DUBIA CIRCA MODUM ORDINANDI CONCELEBRATIONEM MISSAE IN QUA ORDINATIO SACERDOTALIS CONFERTUR

DUBIUM—Exmus ac Revmus Dominus Iosephus Gabriel Anaya Diez de Bonilla, Episcopus Zamoren. in Mexico, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione reverenter proposuit, nimirum:

1. Utrum novelli sacerdotes, in concelebratione Missae in qua ordinatio sacerdotalis confertur, ea tantum dicant quae omnes concelebrantes dicere debent.

2. Utrum in tali Missa adhiberi possit diaconus praeter sacerdotes concelebrantes; et si affirmative, quid diacono competit facere.

3. Cum eadem in Missa adsint etiam alii sacerdotes concelebrantes, quaeritur: an neo-presbyteri debeant prima occupare loca ad latera episcopi?

RESP.—Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audito Commissionis liturgicae suffragio, reque mature perpensa, propositis dubiis respondere censuit:

Ad I. *Affirmative;* cf. nn. 109 et 115 «Ritus servandi in concelebratione Missae» [LE 3270].

Ad II. *Affirmative* ad primam partem; ad secundam partem: fungi munere diaconi; cfr. n. 109 praefati ritus.

Ad III. *Convenire.*

Die 26 novembris 1965.—Arcadius M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, *a Secretis.*

* Ordinario Zamorensi in Mexico: Notit. 2 (1966) 184.

3354

1965 NOV .. -CONS. LITURGIAE, RESPONSUM. PART.*

SOLVUNTUR VARIA DUBIA CIRCA «ORATIONEM FIDELIUM»

1. *An in Missis cum concursu populi quotidie dici debeat?*—Non semper. Constitutio de sacra liturgia (art. 53) statuit ut «praesertim diebus dominicis et festis de praecepto restituatur». His diebus ergo est obligatoria, aliis diebus est ad libitum celebrantis. Valde convenit tamen ut fiat in peculiaribus adiunctis, cum habetur concursus extraordinarius ad ecclesiam, in aliquibus feriis Adventus et Quadragesimae, vel cum sanctificatur peculiare aliquod momentum vitae christianae, v. g. in celebrationibus matrimonii, exsequiarum, primae admissionis ad s. Communionem, Confirmationis. Eo praesertim cum nostris temporibus in his functionibus potius «familiaribus» saepe unica habetur occasio inducendi ad universalem precationem christifideles tepidiores qui his tantum circumstantiis ecclesiam adeunt.

Pretiosa margarita a Concilio liturgiae romanae restituta ut pars insignis et regularis Missae, magnum etiam momentum pastorale prae se fert.

2. *Quisnam debet vel potest approbare formulas orationis communis?*—Pertinet ad Coetus Episcoporum territoriales, ad normam *Instructionis*, n. 56 [LE 3217].

Nam oratio ista deprecationem Ecclesiae universalem exprimere debet, sed omni loco et tempori aptatam. Ut vera habeatur participatio, necesse est ut haec oratio vere persentiatur uti propria, et spontaneitati, ac realibus necessitatibus et indoli regionum singulorumque populorum respondeat.

Hic magna varietas admitti potest, praesertim in intentionibus et in formis participationis populi, iuxta mores et consuetudines variarum gentium.

3. *Ab liceat Rectori ecclesiae ordinem intentionum mutare?*—Certe. Recta structura orationis communis postulat ut unumquodque schema quatuor intentionum series contineat: «pro sancta Ecclesia, pro iis qui nos in potestate regunt, pro iis qui variis premuntur necessitatibus» [1], et pro locali communitate [2]. Ita habetur vera precatio «communis» seu «universalis». Tamen Rector ecclesiae, his quatuor generibus servatis, non tenetur intentiones unice ex uno schemate seligere; sed potest illas sumere ex variis formularibus a competenti auctoritate approbati, et novum suum schema ordinare. Tantum hoc modo oratio charactere universali ditatur et insimul sensus exprimere potest peculiaris coetus qui illam participat.

In celebrationibus votivis, v. g. in nuptiis, funeribus, etc., amplior locus tribui potest intentionibus particularibus, sed numquam totaliter derelinquendo intentiones universales.

4. *Utrum rectori ecclesiae liceat aliquam intentionem addere?*—Sine dubio. In quarta serie intentionum, Ordinarii loco-

[1] *Constitutio de sacra Liturgia*, art. 53 [LE 3141].
[2] Cfr. *De oratione communi seu fidelium*, In Civitate Vaticana 1965, p. 6.

http://www.obrascatolicas.com

rum pro necessitatibus dioecesis, et rectores ecclesiarum pro sua communitate, unam alteramve intentionem addere possunt. Hic locum aptum habent precationes olim ab «orationibus imperatis» expressae.

Intentiones a Rectore ecclesiae compositae, *scripto* dari debent, ne facili et fortuitae locutioni ansa praebeatur.

5. *Quot intentiones proferri possunt?*—«Consilium» ita proponit: «Ne oratio communis intempestiva diuturnitate gravet fideles, auctoritas competens, si casus fert, potest statuere numerum maximum intentionum in Missa adhibendum. Attamen, hic numerus superari poterit pro opportunitate, ex gr. in celebratione verbi in aliqua peregrinatione vel in aliquo extraordinario conventu» [3].

Cum ergo numerus taxative non determinetur, consulitur ut intentiones numerum 5-6 non excedant, unam, vel quandoque duas, ex qualibet serie seligendo.

6. *Quae est forma perfectior orationem communem peragendi?*—Haec oratio quatuor partibus constat: monitione celebrantis, pro actione intentionum, participatione populi, oratione conclusiva. Ut sit revera actio totius plebis sanctae Dei, congregatae ad suum regale sacerdotium in oratione exercendum, postulatur cooperatio et celebrantis, in admonitione introductoria ac in oratione finali, et ministri idonei qui intentiones proferat, et populi participantis.

Insuper oratio fidelium illa forma nobiliore ditari potest, quam «actio liturgica accipit cum... sollemniter in cantu celebratur» [4]. Proinde eius textus variis linguis popularibus ita conficiatur ut cantari possit.

Quo in casu tamen, cum participatio populi summum habeat momentum in oratione fidelium, non convenit ut sola schola vel soli ministrantes respondeant ei qui intentiones promit, sed universus coetus fidelium [5].

7. *Si celebrans non pronuntiat ipse intentiones, potest Missam prosequi?*—Minime gentium. Oratio fidelium nullo modo ritibus offertorii superimponi debet. Patet ex supra dictis de structura orationis fidelium, et ex eo quod habenda est velut conclusio totius liturgiae verbi et quasi manuductio ad liturgiam eucharisticam. Missa ergo ne prosequatur nisi oratione fidelium expleta [6].

[3] n. 9 E). [4] *Id.*, p. 8, n. 20. [5] *Constitutio de Sacra Liturgia*, art. 113. [6] Cfr. *De oratione communi seu fidelium*, p. 7, n. 13. Cfr. *Instructio ad exsecutionem Constitutionis de sacra liturgia recte ordinandam*, nn. 66 et 72 [LE 3217].

* Notit. 1 (1965) 366-368.

3355

1965 DEC 6.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 58 (1966) 66-71

Alloeutio die 6 dec. 1965 *habita ad Emos Cardinales, Excmos Archiepiscopos, ceterosque Ordinarios italicae nationis, a Beatissimo Patre coram admissos:*

DE MENTE ET SPIRITU QUIBUS EXSECUTIO DECRETORUM CONCILII VATICANI II PERFICIENDA EST

Signori Cardinali! Venerati Fratelli dell'Episcopato Italiano! Il Concilio è, si può dire, finito; ma non vogliamo ch'esso si sciolga senza che Ci incontriamo un momento con i Vescovi Italiani, come Ci siamo incontrati con quelli degli altri Paesi. Non sono i Vescovi Italiani quelli a Noi più vicini, localmente, canonicamente, spiritualmente? L'incontro, al termine di questo grande avvenimento, Ci sembra un dovere del Nostro ufficio apostolico, como è un bisogno del cuore. E se volessimo assecondare i sentimenti ed i pensieri, che tale incontro fa sorgere nell'animo, troppo avremmo da dire, mentre il tempo a Noi concesso è breve, né questa sarebbe forse l'occasione più propizia.

Rinunciamo ai commenti. Quale sia stato lo svolgimento del Concilio, i suoi problemi e le sue conclusioni, quale sia stata la partecipazione dell'Episcopato Italiano al Concilio stesso, quali le relazioni vostre con Noi in questa straordinaria circostanza, quali quelle da voi avute con i Vescovi d'altri Paesi, qual'eco in Italia e fuori della posizione effettiva, o supposta, dei Padri conciliari Italiani nel Sinodo ecumenico, e quali possano essere i frutti di tale singolare e importante esperienza, ora non diciamo.

Rinunciamo anche alla sintesi dei fatti, dei lavori compiuti, delle impressioni e dei giudizi sull'avvenimento storico della vita della Chiesa, il quale ora si chiude; ciascuno è certamente attratto a farla da sé questa sintesi; il tempo, decantando i ricordi, gioverà alla sua chiarezza, e la riflessione, lo scambio delle idee, l'attenzione alle voci della cronaca e della critica aiuteranno a meglio valutare il significato polivalente del nostro Concilio.

Rinunciamo perfino ai saluti; alle forme almeno che in questa circostanza esse dovrebbero assumere, ornandosi di

ringraziamenti, di rievocazioni, di valutazioni, di voti e di cordiali effusioni. Vi sia tuttavia assicurata la Nostra devota e affettuosa benevolenza, particolarmente sincera in quest'ora di commiato e di ritorno alla rispettiva normale posizione. E Ci sarà consentito, al termine di questa Udienza, rinsaldare la comunione degli animi, che ora più che mai deve collegarCi, / con la recita d'una preghiera al Signore, dalla cui bontà tutti invochiamo d'essere assistiti e benedetti. 67

Piuttosto, cioè, che al passato, anche se tanto meritevole di valutazione e di meditazione, guardiamo un istante all'avvenire, a ciò che ci aspetta, ai comuni e nuovi doveri.

Poche cose, fra le moltissime, che anche questa sola prospettiva ci presenta, dànno materia ora alle Nostre brevi parole.

La prima cosa, sembra a Noi, si è la «coscienza postconciliare». Dobbiamo noi stessi a noi predicarla, dal momento che tutti dovremo cercare d'infonderla negli altri, nel Clero e nei Fedeli. Finito il Concilio, tutto ritorna come prima? Le apparenze e le abitudini risponderanno che sì. Lo spirito del Concilio risponderà che no. Qualche cosa, e non piccola, dovrà essere anche per noi —per noi anzi soprattutto— nuova. I cambiamenti di tante forme esteriori? Sì, ma non a questi ora facciamo allusione. Alludiamo al nostro modo di considerare la Chiesa; modo, che il Concilio ha così caricato di pensieri, di temi teologici, spirituali e pratici, di doveri e di conforti, da esigere da noi un nuovo fervore, un nuovo amore, quasi un nuovo spirito. Dicendo questo, non vogliamo insinuare che in Pastori ottimi, zelanti e santi, quali voi siete, sia deficienza di consapevolezza e di fervore; sappiamo bene quanto voi amiate e siate fedeli alla Chiesa; ma crediamo che il Concilio possa e debba arricchire di concetti e di energie nuove il nostro servizio alla Chiesa. Si leggano principalmente e si rileggano la «Constitutio dogmatica de Ecclesia» e il «Decretum de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia»: ne risulterà per noi una più viva coscienza della natura e della missione della Chiesa, e un più stimolante concetto del ministero pastorale, non solo per quanto riguarda le disposizioni canoniche, ma altresì per la spiritualità che lo deve animare.

In ogni modo, venerati Fratelli, non è un periodo di ordinaria amministrazione quello che segue il Concilio, né tanto meno di riposo o di facile ministero; ma un periodo di più intenso lavoro, se possibile; certamente di più assillante fatica: che il Signore ci aiuti!

Perché si tratta di dare applicazione ai decreti conciliari. E' ovvio. Ma noi ne dobbiamo avere persuasione e proposito. L'efficacia pastorale d'un Concilio non dipende soltanto dalla saggezza e dall'autorità delle sue leggi; dipende anche, e soprattutto, dalla docilità e dalla alacrità con cui quelle leggi sono applicate. San Carlo c'insegni. E a questo proposito ricordiamo che dall'accettazione nostra, ormai umile e leale, senza postumo senno e senza tacite o palesi riserve, della norme conciliari / dipenderà l'accettazione del 68
Clero e dei Fedeli. Se siamo devoti di quel magistero ecclesiastico, che in noi si personifica e da noi si esercita, dobbiamo noi per primi aderire docilmente a ciò che il Concilio ha stabilito, e modellare mente ed azione alla sua ispirata e indiscutibile autorità.

Non è Nostra intenzione di passare in rassegna le norme conciliari a nostro riguardo, e nemmeno di elencare le questioni pratiche attinenti al nostro ministero. Ci permettiamo, a tale proposito, di richiamare quanto avevamo occasione di prospettare alla vostra considerazione nel Nostro discorso del 14 aprile dello scorso anno. In questo momento Ci limitiamo a poche osservazioni d'altro genere, che riguardano maggiormente l'animo nostro, che le cose di fuori.

Eccone una; circa la nostra autorità episcopale, dopo il Concilio. Fatti, tendenze, parole, teorie, che hanno il timbro dell'attualità, mettono in questione non solo questa o quella autorità, ma il principio stesso dell'autorità. Sappiamo tutti come quest'aura di sfavore verso l'autorità, per sacra e legittima che sia, è penetrata, qua e là, anche nell'ambiente ecclesiastico. Ebbene, a Noi sembra che l'autorità episcopale esca dal Concilio rivendicata nella sua divina istituzione, confermata nella sua insostituibile funzione, avvalorata nelle sue pastorali potestà di magistero, di santificazione e di governo, onorata nella sua estensione alla Chiesa universale per via della comunione collegiale, precisata nella sua collocazione gerarchica, confortata nella corresponsabilità fraterna con gli altri Vescovi verso i bisogni universali e particolari della Chiesa e maggiormente associata in spirito di subordinata unione e solidale collaborazione col capo della Chiesa, centro costitutivo del Col-

legio episcopale. Occorrerà una descrizione dottrinale organica della figura del Vescovo, quale il Concilio, riassumendo e sviluppando gli elementi teologici e canonici tradizionali, ha delineata; avremo motivo di ringraziare umilmente il Signore per la nostra elezione, e di ripensare continuamente la natura e la gravità dei nostri doveri: ripresa e approfondita nelle lunghe e laboriose sedute nell'aula conciliare, questa meditazione dovrà continuare ed alimentare sempre la nostra coscienza episcopale; e non è dubbio che l'autorità, di cui siamo insigniti, caratterizzerà tale coscienza e darà al nostro ministero dignità e vigore.

Ma quale lo stile di tale autorità? Gli aspetti umani, di cui essa si riveste: aristocratico, democratico? Non sono questi termini adatti alla figura del Vescovo; li pronunciamo per agevolare lo studio di ciò che stiamo indagando. Più 69
corrispondente alla questione è invece il / confronto fra le espressioni differenti storiche dell'autorità episcopale: chi non vede, ad esempio, come un tempo, specialmente quando l'autorità pastorale era associata a quella temporale (il pastorale e la spada: chi non ricorda?) i segni del Vescovo erano quelli della superiorità, dell'esteriorità, dell'onore, e talvolta quelli del privilegio, dell'arbitrio e della sontuosità? E allora tali segni non provocavano scandalo; anzi il popolo gradiva di ammirare il suo Vescovo ornato di grandezza, di potenza, di fasto, e di maestà. Ma oggi non è così e non può essere così. Il popolo, lungi dall'ammirare, si meraviglia e si scandalizza, se il Vescovo appare insignito da soverchi distintivi anacronistici della sua dignità, e si appella al Vangelo. E per fortuna oggi nessuno di noi sarebbe in grado di procurarseli quei soverchi distintivi e di sfoggiarli: i Vescovi sono poveri; lo sappiamo benissimo: hanno difficoltà a condurre con un minimo di decoro la vita più modesta. Resti, sì, possibilmente un sobrio e dignitoso decoro, l'ufficio lo esige; ma per quanto abbiamo lasciato di esteriore e di mondano, ringraziamo Iddio! [1].

Che cosa allora qualifica oggi l'esercizio dell'autorità episcopale? Venerati Fratelli: è il senso della responsabilità! Una responsabilità sempre più chiara e tremenda. Il senso delle famose parole di San Paolo: *qui episcopatum desiderat*, eccetera [2], sembra denotare piuttosto il sacrificio, che non la soddisfazione di chi assume il gravissimo ufficio. E che così debba essere lo dice, oltre che la voce del divino Maestro, la voce del tempo, in cui viviamo ed in cui fare il Vescovo è la cosa più impegnativa, più ardua, e, umanamente parlando, talora più ingrata e pericolosa. Se il senso di responsabilità caratterizza oggi l'autorità del Vescovo, un secondo senso la riveste, ora tanto conclamato: quello di servizio. Anche questo ci è predicato da Gesù Maestro: *Filius hominis non venit ministrari sed ministrare* [3]. E se così è, un sentimento che sempre ha pervaso il sacro ministero da interiore si fa palese nell'esercizio che oggi al Vescovo è demandato; un sentimento, meglio dire una virtù, uno spirito, che tutto penetra e vivifica l'opera del Pastore, ed è, come sapete, l'amore. L'amore deve oggi trasparire. Il rapporto canonico tra Vescovo e Clero e Fedeli dev'essere vivificato dalla carità, in modo, dicevamo, trasparente. Il Vescovo deve apparire padre, maestro, educatore, correttore, consolatore, amico, consigliere: Pasto-
70 re, in una parola. /

E ancora: se così è, un altro carattere della vita ecclesiastica viene in evidenza: la comunione; che vuol dire il contatto umano, diretto, pieno di gravità e di bontà, con la comunità. Con quella dei Sacerdoti specialmente. Con i Sacerdoti: oh, voi, Fratelli ottimi e venerati, subito intuite, e forse già avete intuito, che l'avvicinare i Sacerdoti diventa stile dell'esercizio dell'autorità vescovile, oggi; un tempo si diceva: *maiestas a longe!* Oggi, il contrario! Non per diminuire il prestigio ed il vigore dell'autorità, si bene per riporla nel cuore delle sue funzioni. E il cuore sono i Nostri Sacerdoti: ascoltarli, informarli, consultarli, esortarli; ecco forme elementari, ma feconde di quella conversazione, che un accresciuto senso comunitario deve stabilire fra il Vescovo e i suoi Sacerdoti. Poi la cura per loro! Specialmente se poveri, se malati, se vacillanti, se caduti! E fra tutti, lasciate che vi raccomandiamo il giovane Clero. Conosciamo le provvidenze già in atto a questo proposito; le elogiamo e le raccomandiamo vivissimamente.

Questo a Noi sembra stile nuovo, spirito del Concilio.

Vi sono certamente molti altri punti, che meriterebbero menzione e riflessione: ma il tempo è breve e il discorso si fa lungo. Accenniamo appena, e al punto che Ci sembra principale: la formazione propriamente religiosa sia del Clero, che dei Fedeli. Il Concilio ci ha dato una magnifica e ricchissima costituzione sulla sacra Liturgia. Superfluo ora descriverla. Ricordiamo solo una cosa: essa non mira soltanto alla riforma dei riti sacri; essa mira a condurre all'essenziale la nostra educazione e la nostra espressione religiosa: alla parola divina, al dogma, al sacramento, al corpo mistico, alla preghiera compresa ed espressa da tutta la comunità, a Cristo, a Dio, alla SS.ma Trinità. Ciò che è primo nella realtà obbiettiva della rivelazione deve ritornare primo nella devozione soggettiva della vita religiosa. Specialmente nella formazione degli Alunni dei Seminari. Temi questi ormai noti; ma che esigeranno commenti e sviluppi non pochi. Il Concilio ci apre questa strada: essa conduce al rinnovamento religioso del nostro tempo, alla conservazione della fede e della pratica religiosa del nostro popolo, alla efficacia positiva e costruttiva del nostro ministero, alla apologia della nostra santa Chiesa, alla gloria di Cristo e di Dio.

Qui Ci fermeremo. Forse con vostro piacere! Ma con Nostro dispiacere, perché avremmo molti temi e gravissimi da trattare con voi: l'istruzione religiosa del popolo e specialmente quella nelle Scuole, l'Azione cattolica e l'allenamento dei fedeli alla testimonianza cristiana e all'apostolato, il problema sempre ricorrente della stampa / cat- 71
tolica, la moralità degli spettacoli, della letteratura, della vita pubblica e privata; eccetera. Su ogni punto il Concilio avrebbe non poco da dire.

E gli altri punti, interessanti direttamente l'Episcopato Italiano? La Conferenza Episcopale: sappiamo che è stato preparato il nuovo Statuto, e Noi saremo lieti di prenderne visione, e certamente di darvi la Nostra approvazione. L'ordinamento delle Diocesi: sapete che sono in corso studi, inchieste, progetti di grande importanza! Ma di tutto dovremo parlare, a Dio piacendo, e come si deve, in altra futura occasione.

In questa felicissima ed unica occasione della conclusione del Concilio ecumenico, sia ora sufficiente che Noi vi esprimiamo la Nostra devota affezione, i Nostri fraterni voti, l'assicurazione della Nostra spirituale comunione (questa mattina abbiamo celebrato la santa Messa per voi e per le vostre rispettive Diocesi), la domanda della vostra benevola adesione e collaborazione, ed in fine, con tutto il cuore, e in nome di quel Cristo che rappresentiamo, invocando la protezione di Maria Santissima, la Nostra Apostolica Benedizione.

[1] Cfr. *Lc.* 22, 35. [2] *I Tim.* 3, 1. [3] *Matth.* 20, 28; *Lc.* 22, 27; *Phil.* 2, 7.

3356

1965 DEC 7.-PAULUS VI, DECLAR. AAS 58 (1966) 20-21

DECLARATIO COMMUNIS PAULI PP. VI ET ATHENAGORAE PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI IN ULTIMA PUBLICA SESSIONE OECUMENICI CONCILII VATICANI II A SECRETARIO CONSILII AD UNITATEM CHRISTIANORUM FOVENDAM LECTA

1. Pénétrés de reconnaissance envers Dieu pour la faveur que, dans sa miséricorde, il leur a faite de se rencontrer fraternellement aux lieux sacrés où, par la mort et la résurrection du Seigneur Jésus, a été consommé le mystère de notre salut et, par l'effusion du Saint-Esprit, a été donné naissance à l'Eglise, le pape Paul VI et le patriarche Athénagoras Ier n'ont pas perdu de vue le dessein qu'ils ont conçu dès lors, chacun pour sa part, de ne rien omettre désormais des gestes qu'inspire la charité et qui puissent faciliter le développement des rapports fraternels ainsi amorcés entre l'Eglise Catholique Romaine et l'Eglise Orthodoxe de Constantinople. Ils sont persuadés de répondre ainsi à l'appel de la grâce divine qui porte aujourd'hui l'Eglise Catholique Romaine et l'Eglise Orthodoxe ainsi que tous les chrétiens à surmonter leurs différends afin d'être à nouveau «un» comme le Seigneur Jésus l'a demandé pour eux à son Père.

2. Parmi les obstacles qui se trouvent sur le chemin du développement de ces rapports fraternels de confiance et d'estime, figure le souvenir des décisions, actes et incidents pénibles, qui ont abouti en 1054, à la sentence d'excommunication portée contre le patriarche Michel Cérulaire et deux autres personnalités par les légats du siège romain, conduits par le cardinal Humbert, légats qui furent eux-mêmes ensuite l'objet d'une sentence analogue de la part du patriarche et du synode constantinopolitain.

3. On ne peut faire que ces événements n'aient pas été ce qu'ils ont été dans cette période particulièrement troublée de l'histoire. Mais aujourd'hui qu'un jugement plus serein et plus équitable a été porté sur eux, il importe

http://www.obrascatolicas.com

de reconnaître les excès dont ils ont été entachés et qui ont amené ultérieurement des conséquences dépassant, autant que nous pouvons en juger, les intentions et les prévisions de leurs auteurs dont les censures portaient sur les personnes visées et non sur les Eglises et n'entendaient pas rompre la communion ecclésiastique entre les sièges de Rome et de Constantinople.

4. C'est pourquoi le pape Paul VI et le patriarche Athénagoras 1er en son synode, certains d'exprimer le désir
21 commun de justice et le / sentiment unanime de charité de leurs fidèles et se rappelant le précepte du Seigneur: «Quand tu présentes ton offrande à l'autel, si là tu te souviens d'un grief que ton frère a contre toi, laisse là ton offrande devant l'autel et va d'abord te réconcilier avec ton frère» [1], déclarent d'un commun accord:

a) regretter les paroles offensantes, les reproches sans fondement, et les gestes condamnables qui, de part et d'autre, ont marqué ou accompagné les tristes événements de cette époque;

b) regretter également et enlever de la mémoire et du milieu de l'Eglise les sentences d'excommunication qui les ont suivis, et dont le souvenir opère jusqu'à nos jours comme un obstacle au raprochement dans la charité, et les vouer à l'oubli;

c) déplorer, enfin, les fâcheux précédents et les événements ultérieurs qui, sous l'influence de divers facteurs, parmi lesquels l'incompréhension et la méfiance mutuelles, ont finalement conduit à la rupture effective de la communion ecclésiastique.

5. Ce geste de justice et de pardon réciproque, le pape Paul VI et le patriarche Athénagoras 1er avec son synode sont conscients qu'il ne peut suffire à mettre fin aux différends, anciens ou plus récents, qui subsistent entre l'Eglise Catholique Romaine et l'Eglise Orthodoxe et qui, par l'action de l'Esprit-Saint, seront surmontés grâce à la purification des coeurs, au regret des torts historiques ainsi qu'à une volonté efficace de parvenir à une intelligence et une expression commune de la foi apostolique et de ses exigences.

En accomplissant ce geste, cependant, ils espèrent qu'il sera agréé de Dieu, prompt à nous pardonner lorsque nous nous pardonnons les uns les autres, et apprécié par le monde chrétien tout entier, mais surtout par l'ensemble de l'Eglise Catholique Romaine et l'Eglise Orthodoxe comme l'expression d'une sincère volonté réciproque de réconciliation et comme une invitation à poursuivre, dans un esprit de confiance, d'estime et de charité mutuelles, le dialogue qui les amènera, Dieu aidant, à vivre de nouveau, pour le plus grand bien des âmes et l'avènement du règne de Dieu, dans la pleine communion de foi, de concorde fraternelle et de vie sacramentelle qui exista entre elles au cours du premier millénaire de la vie de l'Eglise.

7 décembre 1965.

[1] *Matth.* 5, 23-24.

Adn. Doc. Cath. 63 (1966) 67-70.

3357

1965 DEC 7.-PAULUS VI, LITT. AP. AAS 58 (1966) 132-133

INTERNUNTIATURA APOSTOLICA IN INDONESIA AD NUNTIATURAM APOSTOLICAM EVEHITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quo firmiores redderentur magisque frugiferae publicae necessitudinis rationes, quae Apostolicae huic Sedi cum Civitate Indonesiana intercedunt, ad quam ad praesens usque tempus legatus erat sacrorum Antistes, Internuntii solum nomine insignis, visum est Nobis eiusdem munus potiore honoris gradu condecorare. Quae cum ita sint, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, Internuntiaturam Apostolicam Indonesianam in *Nuntiaturam Apostolicam*, eodem titulo retento, erigimus et constituimus, eidemque Nuntiaturae sic per Nos erectae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Nuntiaturae Apostolicae Indonesianae, sic per Nos erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite / iudicandum esse ac definien- 133
dum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Decembris, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—HAMLETUS I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3358

1965 DEC 7.-PAULUS VI, CONST. AAS 57 (1965) 945-951

IUBILAEUM EXTRAORDINARIUM IN SINGULIS CATHOLICI ORBIS DIOECESIBUS AB INEUNTE MENSE IANUARIO AD EXEUNTEM MENSEM MAIUM ANNI MDCCCCLXVI CELEBRANDUM INDICITUR ET PROMULGATUR

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, universis christifidelibus praesentes Litteras inspecturis, salutem et Apostolicam Benedictionem

Mirificus eventus, cui modo finis est factus, ad quemque animos et mentes cum tota catholicorum familia, tum vero etiam universa hominum coniunctio incensiore cotidie studio per hos quattuor annos adhibuerunt, Concilium Oecumenicum Vaticanum II dicimus, a Nobis factum itidem permagnum expostulare videtur, quod non solum in hominum mentibus diuturnam imprimat memoriam amplissimi illius Consessus, in praesenti in futuroque rerum Ecclesiae cursu praecipui, sed, quod pluris interest, christifidelium animos ad sacratissimae Synodi praecepta tenenda componat.

Iamvero hoc Nobis in pectore voluntatibus visum est, ut iam nuntiavimus, nihil magis ad rem conducere posse quam Iubilaei extraordinarii celebrationem. Hac enim via opinamur optime fieri, ut hinc —quod aequissimum est— summo Deo grates publice agantur de donis uberrimis Ecclesiae suae allatis, / sive cum trepidanter laeteque Con- 946
cilium appararetur, sive cum per quadriennium maxima cum alacritate et utilitate eius momenta agerentur; hinc ut divina subsidia in hoc praesertim tempus implorentur, cum exsultantium et exspectantium animorum quasi fremitus Nos sperare sinit, plurima fore commoda ab huius aetatis hominibus inde percipienda.

Iubilaeum deinde, ut equidem sentimus, praeclaram opportunitatem christifidelibus bonae voluntatis praebere potest, sese ad christianam virtutem recipiendi, ut renovatio illa exspectatissima in singulorum vita, in domestica, in publica, in sociali, effecta detur, ad quam unam dimissum nuper Concilium spectavit.

Neque sine causa magna emolumenta de Iubilaeo Nobis spondemus; cum, si memoriam rerum gestarum Ecclesiae repetamus, profecto doceamur, numquam sine magno fructu salutare huiusmodi institutum instauratum esse. Quod, ut sescenta aliorum testimonia praetereamus, plane monent haec verba Decessoris Nostri ven. mem. Pii XII, Sacrum Iubilaeum in annum millesimum nongentesimum quinquagesimum indicentis: *Si enim homines hanc Ecclesiae vocem exaudierint, si a terrenis fluxisque rebus ad aeterna se converterint perpetuoque mansura, tum procul dubio optatissima illa habebitur renovatio animorum, ex qua non tantum privati, sed publici etiam mores christianis praeceptis christianoque afflatu conformabuntur* [1].

Has ob causas, Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, Iubilaeum extraordinarium in omnibus ac singulis catholici orbis dioecesibus, a die primo mensis Ianuarii proximi anni millesimi nongentesimi sexagesimi sexti inchoandum et ad diem festum sacrae Pentecostes, hoc est ad diem undetricesimum mensis Maii eiusdem anni finiendum, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, ad ipsius Dei gloriam, ad animorum salutem et catholicae Ecclesiae incrementum, indicimus per has Litteras et promulgamus, ac pro indicto promulgatoque haberi volumus.

[1] Litt. Ap. *Iubilaeum maximum*, 26 maii 1949; *A. A. S.* XLI. 1949. p. 257. [LE 2049].

Quo praecipuo supernae salutis tempore nuntiato, at-
947 que / caelestium gratiarum aperto fonte, Nostrum esse ducimus statim in medio ponere, quid potissimum, hac egregia occasione oblata, quaeramus.

Primum omnium, non secus atque Decessores Nostri in eiusdem generis condicionibus, a christifidelibus omnibus expetimus miram eam animorum mutationem, quae haberi nequaquam potest, nisi in intimis hominis sensibus: in cultu nempe virtutis paenitentiae, cui quidem accedat sacrae confessionis Sacramentum, quo fideles, quasi in salutari quodam balneo, se in pretiosissimo Christi sanguine mergant; neque haberi potest, nisi christiani homines, se nobilitandi gratia, quam maxime cum divino mortalium Redemptore coniungantur, qui sive redintegrato incruente Crucis Sacrificio, nostrae salutis causa, sive facta nobis sui Eucharistici Corporis facultate ita animos nostros extollit et perficit, ut ad verum germanumque divinae vitae consortium perveniamus. Quare in spe sumus fore ut promulgatum Iubilaeum christianorum optimos ad altiora quaeque impellat, bonos vero ad acriorem alacritatem commoveat ad cotidianae vitae officia servanda, secundum Dei praecepta. Atque utinam inter hoc piaculare tempus fiat, ut qui vel a fonte ac principio gratiae longe absint, vel maxime qui fidem in Deum inconsulte seu obliti sint, seu repudiaverint, ii singulari condicione, quae nunc defertur, utantur, atque ita cum Deo pacem reconcilient!

Quin etiam optamus vehementer, ut Christi sectatores, satis non habentes mores tenere inculpatos, vitae sanctitatem, quoad per humanas vires liceat, appetant ac veluti sitiant: qua nimirum tum ad christianarum virtutum, ac praecipue caritatis, certam exercitationem, tum ad firmissimam voluntatem imitandi Christum Crucifixum, tum ad studium cupiditatemque regni Dei amplificandi maiorem in modum inflammentur. Quibus ex rebus simul fieri non poterit, quin Ecclesia, ad pristinam vim suam revocata, summas capiat utilitates, ac nativus eius tamquam impetus animorum Deo quaerendorum magis magisque exacuatur, ab excultiore conscientia profectus; simul consequi non poterit, quin amplissimi illi fructus longe lateque in Ecclesia maturescant, quorum percipiendorum causa in Oecumenica Synodo tot tantique labores insumpti sunt. Quas spirituales utilitates Nosmetipsi quasi summatim in
948 primis Litteris / Encyclicis Nostris delineavimus, hoc animo praecipientes, ut *ex Concilio gloriam Deus, gaudium Ecclesia, mundus salutiferum exemplum acciperet* [2].

Quoniam vero, quod modo clausimus Concilium, iure merito ab Ecclesia appellationem traxit, utpote in quo Christi Sponsa datum sibi a Deo mandatum animorum hominum servandorum diligentius cognoverit, nunc par esse arbitramur indictum Iubilaeum ad hunc finem tamquam sibi proprium pertinere: ut scilicet in omnibus christifidelibus, cum e sacra Hierarchia tum e laicorum ordine, increbrescat sensus Ecclesiae, huiusque rei magis illustrata magisque actuosa conscientia excutiatur. Quapropter omnino oportet, inter sacrum tempus, quod sequitur, Ecclesia illud insistens iter, quod per Concilium esse tenendum diximus, non intermittat: *in seipsam introspicere penitius; suum meditari mysterium; se docendi et incitandi causa, altius perscrutari doctrinam de sua origine, de sua natura, de suo persequendo mandato, de suo fine; quae doctrina, licet iam sibi sit nota, atque superiore hoc saeculo sit enucleata et vulgata, numquam tamen satis neque excussa neque intellecta dici potest* [3].

Nunc vero rati nulla alia ratione posse aptius salutaria haec consilia ad effectum adduci, haud perperam expetere videmur, ut sacrum Iubilaeum, in unaquaque dioecesi peragendum, suam sedem ac veluti domum habeat aedem cathedralem, atque in uno Episcopo, concreditarum sibi ovium Patre et Pastore, nitatur.

Etenim cathedrale dioecesis templum, quod haud raro artis pietatisque studium maiorum nostrorum splendide declarat, operibusque exornatur mirabili artificio factis ea in primis insignitur dignitate ut, quemadmodum perveniusto eius significatur nomine, in eo Episcopi cathedra consistat, quae est unitatis, ordinis, potestatis, veracisque magisterii cum beato Petro coniuncti tamquam cardo. Quin et hoc accedit, quod cathedralis aedes, ob exstructae molis maiestatem, spiritualis illius templi index est, quod intus
949 in animis aedificatur ac divinae gratiae magnificentia nitet; ex ea Paulli Apostoli sententia: / *vos enim estis templum Dei vivi* [4]. Deinde templum cathedrale expressa imago est ducenda aspectabilis Christi Ecclesiae, quae in terrarum orbe et precatur, et canit, et adorat; est nimirum imago putanda Mystici eius Corporis, cuius membra in una conglutinantur caritatis compage, supernorum donorum roratione nutrita; nam, ut die festo Dedicationis scriptum apud ritum Ambrosianum legimus: *haec est mater omnium, filiorum numero facta sublimior: quae per Spiritum Sanctum quotidie Deo filios procreat: cuius palmitibus mundus omnis impletus est: quae propagines suas ligno baiulante suspensas erigit ad regna caelorum. Haec est civitas illa sublimis iugo montis erecta, perspicua cunctis, et omnibus clara* [5].

Fere igitur naturae convenienter, tempore proximi Iubilaei, christifideles aut piis caerimoniis operam daturi, aut sacris vacaturi contionibus, aut peculiares eas poenae remissiones, peccatis debitae, lucraturi, quae usitatiore vocabulo Indulgentiae nuncupantur, in princeps dioecesis templum vel singuli vel per turmas confluent.

Siquidem vero necesse esse diximus, celebrandum Iubilaeum circa Episcopum, quasi circa fulcimentum suum, totum verti, adhortamur idcirco, ut Ecclesiae filii ipsi circumfundantur.

Quam ob rem, cum Episcopi, hoc concluso Concilio, ad suas sedes sancto inflammati ardore reversi erunt, ducti consilio fideles exacuendi ad Concilii praescripta efficienda, eos, in singulis dioecesibus, sacerdotes et christianus populus universus circumstent, ut iisdem animum profiteantur gratum ob diligentem operosamque industriam, quam in celebrando Concilio posuerunt; ut observantiam pietatemque, filiorum propriam, iterum testentur; ut praesertim suam adiutricem operam polliceantur, quae in deprecationibus, in vitae actione atque in voluntaria sui castigatione consistat. Scilicet clerus, Religiosi, sacrae virgines omnesque laicorum hominum coetus, inter se arte coniuncti, alacri studio ad sapientem paternamque suorum Pastorum moderationem sese conferant, qui, ut significantem sententiam mutuemur ex Oecumenico Concilio Vaticano II, oportet *Ecclesias sibi concreditas ita sanctificent, ut in* 950
eisdem universae Christi Ecclesiae sensus plene effulgeat.[6]

Episcopus autem, dum in cathedrali aede omnibus hisce coetibus christianae sibi concreditae familiae auctoritate suae praest, apostolatus obeundi normas impertit, eosque ad caritatem exercendam precesque fundendas incendit, tunc re vera efficit, ut per sollemniores sacrorum officiorum externas celebrationes, in principe dioecesis templo interna mentium voluntatumque concordia et consensio gregis cum Pastore suo apertissime ostendantur.

Curet igitur in primis Episcopus, ut illis salutis diebus in cathedrali aede habeantur, tum peculiares sacrarum contionum series, quibus Concilii decreta explicentur; tum sacrae Missiones, quas vocant; tum pro clero populoque christiano piae animi exercitationes, praesertim Quadragenarii ieiunii tempore, animis ad festum Paschatis praecolendis; ita nimirum ut in omnibus summa cupiditas sui renovandi innascatur.

Ad Nos autem quod attinet, cum id etiam ad fructum huius Iubilaei conferre posse existimemus, Nostra apostolica auctoritate concedimus sacris Confessariis, ad audiendas sacramentales confessiones legitime approbatis, quae sequuntur, facultates, quibus solummodo per idem tempus, in foro conscientiae et in sacramentali confessione uti possint. Quapropter iidem poterunt: 1) absolvere a quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis quoscumque paenitentes, qui scienter doctrinas haereticas, schismaticas vel atheisticas quomodocumque externe professi fuerint, dummodo unusquisque paenitens, sincere dolens, coram confessario errores detestetur et data forte scandala se resarturum promittat; iniuncta congrua et salutari paenitentia, et addito consilio ad Sacramenta frequenter accedendi; 2) absolvere a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui libros apostatarum, haereticorum aut schismaticorum, pro apostasia, haeresi aut schismate propugnantes, aliosve per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos, scienter sine debita venia legerint, vel apud se retinuerint; iniuncta congrua ac salutari paenitentia, et addita admonitione circa librorum cautam retentionem vel destructionem; 3) absolvere a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui nomen 951
dederint sectae massonicae aliisque eiusdem generis consociationibus, quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; dummodo a sua secta vel consociatione omnino se separent, et scandala vel damna, pro viribus, se sarturos et praecauturos esse promittant; iniuncta, pro modo culparum, gravi paenitentia salutari; 4) solvere, commutando, consideratis causis, in alia paenitentiae

[1] Cfr. Litt. Enc. *Ecclesiam suam*, 6 aug. 1964; *A. A. S.* LVI, 1964, pp. 621-622 [LE 3211].
[2] Litt. Enc. *Ecclesiam suam*, 6 aug. 1964; *A. A. S.* LVI, 1964, p. 611.
[3] 2 *Cor.* 6, 16.
[4] *Missale Ambrosianum*, in Praefatione diei festi Dedicationis ecclesiae.
[5] Decr. *Christus Dominus*, n. 15 [LE 3332].

http://www.obrascatolicas.com

vel pietatis opera, ab omnibus votis privatis, etiam Sedi Apostolicae reservatis dummodo solutio ne laedat ius aliis quaesitum.

Concedimus praeterea ut, piaculari hoc tempore, omnes utriusque sexus christifideles, qui rite Paenitentiae Sacramento expiati et sacra Synaxi refecti ad mentem Nostram precati fuerint, *Indulgentiam plenariam* lucrari valeant: 1) quotiescumque, *aut* saltem tribus institutionibus de Concilii Oecumenici Vaticani II decretis, vel contionibus per sacras, quas vocant, Missiones habendis interfuerint; *aut* Eucharistico Sacrificio quadam cum sollemnitate ab Episcopo in cathedrali templo celebrato pie interfuerint; 2) semel vero tantum, si, inter sacrum idem tempus, cathedrale templum pie inviserint, ibique, qualibet legitima formula adhibita, fidei professionem iteraverint.

Id insuper libenti animo damus, ut singuli Episcopi, opportuniore eiusdem temporis die, occasione praecipuae celebrationis, semel impertiri valeant Benedictionem Papalem, addita *Indulgentia plenaria*, a christifidelibus lucranda, qui, ita animo affecti ut supra diximus, eandem Benedictionem pia mente acceperint.

Ut autem haec Constitutio ad omnium notitiam facilius perveniat, volumus eius exemplis, etiamsi typis editis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adiungatur, quae ipsi praesenti haberetur, si foret exhibita vel ostensa. Nulli igitur hominum liceat hanc paginam Nostrae indictionis, promulgationis, concessionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VII mensis Decembris, anno MDCCCLXV, Pontificatus Nostri tertio.—Ego PAULUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Adn. U. NAVARRETE in PrM 55 (1966) 93-107; E. F. REGATILLO in Sal terrae 54 (1966) 55-57.

3359

1965 DEC 7.-PAULUS VI, MOTU PR. AAS 57 (1965) 952-955

SACRAE CONGREGATIONIS S. OFFICII NOMEN ET ORDO IMMUTANTUR, IN POSTERUM «CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI» APPELLANDAE

PAULUS PP. VI

Integrae servandae revelatae Religionis depositum sibi divino consilio commissum ita per saeculorum decursum humanasque vicissitudines Romani Pontifices et cum iis coniunctus Episcoporum coetus custodierunt, ut ad nostra usque tempora, non sine superni adiutorii significatione, intactum transmiserint, nimirum per eos operante Spiritu Sancto, qui Mystici Corporis Christi est veluti anima.

Ecclesia porro, quae divinitus est instituta et divina pertractat, ex hominibus constat et inter homines degit: unde ad explenda munera sua, pro temporum humanique cultus diversa ratione, diversis est usa instrumentis, cum nempe tot tantaque negotia dirimenda suscepisset, ad quae et ipsi Romani Pontifices et Episcopi, innumeris distenti sollicitudinibus, per se non sufficiebant. Ex rerum igitur natura instituta administrationis seu Curiae ortum duxerunt: quibus id muneris est attributum, ut expeditorem redderent Ecclesiae gubernationem, legum conditarum tuendo observantiam, inceptis favendo, quae ad Ecclesiae finem adipiscendum conducerent, controversias forte subortas solvendo.

Nihil igitur mirum si, temporum mutatis adiunctis, quaedam in huiusmodi institutis immutanda fuerunt: et reapse non semel praeteritis temporibus Romani Pontifices Decessores Nostri curaverunt, ut opportunae in Romanae Curiae compaginem inducerentur reformationes; ad quam rem quod attinet, memoratu dignae in primis sunt Constitutiones *Immensa Aeterni Dei* Sixti V, et *Sapienti Consilio* S. Pii X, quarum quidem praescripta Codex Iuris Canonici fere integra recepit.

At vero post hasce Constitutiones, immo etiam post ipsum promulgatum Codicem, magna rerum conversio tem- 953
porumque / inclinatio facta est, sicut Nos ipsi affirmavimus in Allocutione habita ad Romanae Curiae Patres Cardinales et administros, die XXI mensis Septembris, anno MCMLXIII [1].

[1] Cfr. *A. A. S.* LV, 1963, p. 793 ss. [2] *I Io.* 4, 18.

Quibus consideratis, et venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium et Episcoporum petitis consiliis, Romanae Curiae quandam reformationem efficiendam decrevimus. Et initium esse ducendum a Congregatione Sancti Officii non est dubium, quippe cui potissima tributa sint inter Romanae Curiae negotia; qualia profecto sunt de fide moribusque doctrina et causae cum hac doctrina artius conexae.

Etenim die XXI mensis Iulii, anno MDMXXXXII, Decessor Noster f. r. Paulus III Constitutione Apostolica *Licet ab initio* condidit Sacram Congregationem Romanae et Universalis Inquisitionis, cui finem proprium attribuit persequendi haereses, et consequenter compescendi delicta contra fidem, libros proscribendi, Inquisitores in universa Ecclesia nominandi. His autem accessit paulatim potestas circa alia etiam negotia, vel ob peculiares difficultates vel ob singulare eorumdem momentum.

Anno vero MCMVIII, cum temporum iam non congrueret adiunctis appellatio Romanae et Universalis Inquisitionis, eam S. Pius X Constitutione *Sapienti consilio* in Congregationem Sancti Officii mutavit.

Quoniam vero caritas *foras mittit timorem* [2], tuendae fidei nunc melius consulitur per officium promovendae doctrinae: quo dum corriguntur errores, et errantes ad bonam frugem suaviter revocantur, Evangelii praecones novas vires accipiunt. Praeterea humani cultus progressus, cuius momenta in re religiosa non sunt negligenda, id efficit ut fideles plenius et amantius Ecclesiae ductum sequantur, si definitionum legumque perspectam habuerint rationem: quoad scilicet id materia fidei ac morum natura patitur.

Itaque, ut munus suum promovendae sanae doctrinae navitatisque Ecclesiae circa summa apostolatus officia aptius deinceps haec Sacra Congregatio sustineat, suprema Apostolica Nostra Auctoritate ad eius nomen ordinemque immutandum sequentia statuimus: / 954

1. Quae hactenus appellata est *Sacra Congregatio Sancti Officii*, in posterum appellabitur *Congregatio pro doctrina fidei*, cuius munus est doctrinam de fide et moribus in universo catholico orbe tutari.

2. Ei praeest Summus Pontifex, eamque dirigit Cardinalis Secretarius, iuvantibus Adsessore, Substituto et Promotore Iustitiae.

3. Ad eam proinde spectant quaestiones omnes, quae fidei morumque doctrinam attingunt, vel cum ipsa fide conectuntur.

4. Examinat novas doctrinas novasque opiniones, quavis ratione evulgatas, atque studia de hac re promovet, Congressusque virorum doctorum fovet; illas vero reprobat de quibus constat fidei principiis esse oppositas, auditis tamen Episcopis regionum, si eorumdem intersit.

5. Delatos sibi libros diligenter excutit, et eos, si opportuerit, reprobat, audito tamen auctore, eique facta facultate sese, etiam scripto, defendendi, et nonnisi praemonito Ordinario, uti iam cautum est in Constitutione *Sollicita ac provida* Decessoris Nostri f. r. Benedicti XIV.

6. Eiusdem pariter est cognoscere in iure aut in facto quae circa privilegium fidei versantur.

7. Eidem competit iudicare de delictis contra fidem, iuxta processus ordinarii normas.

8. Agit ad sacramenti Poenitentiae dignitatem tutandam, secundum suas emendatas et probatas normas procedens; quae quidem Ordinariis locorum significabuntur, facta reo sese defendendi facultate, eligendive patronum ex iis qui apud Congregationem adprobati sunt.

9. Rationes opportunas fovet cum Pontificia Commissione de re biblica.

10. Eidem Congregationi coetus Consultorum adest, qui a Summo Pontifice ex viris doctrina, prudentia, usu praestantibus ex universo terrarum orbe eliguntur /. 955

Consultoribus adiungi possunt, si materia tractanda id exigat, viri periti, praecipue ex magistris Studiorum Universitatum electi.

11. Congregatio duplici modo procedit: vel administrativo vel iudiciali, pro diversa rerum tractandarum natura.

12. Regulae ad ordinem internum Congregationis spectantes, peculiari data Instructione, publici iuris fient.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio

datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VII mensis Decembris anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

Adn. S. ALVAREZ in REDC 21 (1966) 99-116; A. DE B. in NrT 88 (1966) 302-305; C. DE CLERCQ in Apoll. 38 (1965) 305-306; U. NAVARRETE in PrM 55 (1966) 814-852; A. OTTAVIANI in Doc. Cath. 63 (1966) 1018-1022; E. F. REGATILLO in Sal terrae 54 (1966) 745-752; 55 (1967) 300-302; Doc. Cath. 59 (1962) 44-46; Nuntius 1 (1967) 12-14.

3360

1965 DEC 7.-PAULUS VI, MOTU PR. AAS 58 (1966) 22-37

CATHEDRA DANTIS ALIGHERII, AB EIUS ORTU SEPTIMO EXEUNTE SAECULO, CONSTITUITUR PENES MEDIOLANENSEM STUDIORUM UNIVERSITATEM CATHOLICAM

PAULUS PP. VI

Altissimi cantus domini, Dantis Alighérii hic annus saecularem celebrandam vehit memoriam, cum septimum plenum decurrat saeculum, ex quo is Florentiae, in urbe etiam aliorum expeditorum et praestantium ingeniorum generosa altrice, natus est.

Ut par et aequum est, cumprimis Italica gens multiplici obsequio, aemula certatione poetarum suorum maximum, litterarum suarum decus lucidissimum, reveretur et commemorat, cum eloquii sui is auctor sit princeps et, quemadmodum humanitatis suae formam et habitum expreserit et finxerit, ita per aetates provide eius servator et custos exsistat.

At vero aliae quoque haud paucae ad christianam humanitatem conformatae nationes horum sollemnium participes esse volunt, et Dantis nomen, quod ubique terrarum immortalis gloriae fama manet perpetuoque manebit, nunc vero quasi fax in editiore elata loco magis magisque fulget.

In huiusmodi autem exhibendo laudis honore Catholica Ecclesia praesens adsit, plane oportet. Etenim inter viros gloriosos eum numerat, virtute et sapientia praeditos, in peritia sua requirentes modos musicos, pulchritudinis studium habentes [1].

In praeclaro choro christianorum poetarum, ubi eminent Prudentius, S. Ephraem Syrus, S. Gregorius Nazianzenus, S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, S. Paulinus Nolanus, S. Andreas Cretensis, Romanus Melodes, Venantius Fortunatus, Adamus a S. Victore, S. Ioannes a Cruce, aliique recentioris aetatis non pauci, quos universos recensere longum est, Dantis aurea cithara, harmonica cinyra
23 miro concentu resonat gran/ditate rerum, puritate afflatus et spiritus, nervis summae elegantiae coniunctis, praestantissima.

Quare vestigiis insistentes Decessoris Nostri Benedicti XV, qui, saeculo VI vertente ab obitu Dantis Alighérii, Epistolam Encyclicam, a verbis «In praeclara summorum» [2] inciplentem, edidit, Nos quoque volumus perillustri Poetae observantiae significationem tribuere. Idque non tantum ut ei vertat gloriae hisce in fugacibus commemorationis adiunctis, quae cursui temporis interseritur et mox tempore obruitur, sed quodam modo ut eam in aevum perpetuet, non quasi erecto ex lapide vel aere silenti et gelido monumento, sed potius expresso fonte perennibus fluente venis, tum eius in laudem, tum in profectum egregiae spei iuvenum. Hi alii post alios quasi in disciplinam eius traditi et tanti praeceptoris facti alumni, idonei fient ad eiusdem memoriam eiusdemque opus collustranda, idque ita praestabunt, ut ipsius poesis iugi vere in litterarum republica viridet, ipsius humana et christiana sapientia in doctrinarum et artium optimarum studiis novis viribus apud Italos convalescat, secundum maiorum instituta et mores, qui iure meritissimo Dantem Alighérium vivi sui sermonis patrem venerantur.

Hac de causa, moderatoribus Academici Instituti, quorum id interest, consentientibus, constituimus magisterium seu cathedram Dantis Alighérii studiis provehendis in magno illo Athenaeo, ad quod fel. rec. Decessor Noster Pius XI tantas sollicitudines curasque contulit, quodque Romani Pontifices, eum subsecuti, et Nos ipsi, semper, at quam maxime cum Mediolanensium Archiepiscopus essemus, singulari observantia, pari benevolencia affecimus. Loquimur de Mediolanensi studiorum Universitate a Sacratissimo Corde. *Motu proprio* igitur Nostroque incepto

[1] Cfr. *Eccli.* 44, 1-5. [2] Cfr. *A. A. S.* XIII, 1921, pp. 209 ss.

decernimus, ut ea magisterio seu Cathedra Dantis Alighérii studiis amplificandis exornetur... [*Praeconium laudis tribuit Danti Alighério, et concludit*]: 24

Ad Nos quod attinet, ut honoris ei tribuatur obsequium insignibus in praesentibus celebritatibus, cupientes harum memoriam perpetuari, incepto quodam eius cultui profuturo, ut supra diximus, *Motu proprio* constituimus magisterium seu Cathedram studiis Dantis Alighérii provehendis in Mediolanensi studiorum Universitate a Sacratissimo Corde. Quorum omnium, quae *Motu proprio* decernimus, fidelem exsecutionem Venerabili Fratri Carolo Colombo, Episcopo titulo Victorianensi, Praesidi Mediolanensis Instituti a Iosepho Toniolo, et, per eum, dilecto filio Aetio Franceschini, Moderatori Magnifico Mediolanensis studiorum Universitatis a Sacratissimo Corde. 73

Quae autem his Litteris Apostolicis, *Motu proprio* datis, statuimus, ea semper valida et firma esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die VII mensis Decembris, festo S. Ambrosii Episcopi, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

3361

1965 DEC 7.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 40-41

LITTERAE APOSTOLICAE IN ULTIMA OECUMENICAE SYNODI PUBLICA SESSIONE PERLECTAE, CIRCA CARITATIS OFFICIA ERGA ECCLESIAM CONSTANTINOPOLITANAM

PAULUS PP. VI

Ad futuram rei memoriam.—«Ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos»: haec hortatoria verba Apostoli gentium (*Eph.* 5, 2) nobis, qui e Salvatoris nomine christiani appellamur, obversantur nosque permovent, praesertim hac aetate, quae vehementius impellit, ut dilatentur spatia caritatis; scilicet animi nostri, Dei munere, inflammantur desiderio omni ope annitendi, ut in unitate il componantur, qui ad eam servandam vocati sunt, utpote Christo incorporati. Nos vero ipsi, qui ex divinae Providentiae dispositione Sancti Petri Cathedram obtinemus, hoc Dominicum mandatum comprehensum habentes, pluries / iam 41
significavimus Nobis esse firmissime propositum, ut omnes arriperemus occasiones ad eam Redemptoris voluntatem perficiendam utiles et opportunas. Recogitamus quidem de lugendis eventis illis, quibus, post non paucas dissensiones, anno millesimo quinquagesimo quarto factum est, ut inter Romanam et Constantinopolitanam Ecclesiam gravis simultas oriretur. Non immerito ergo Sanctus Gregorius Pp. VII, Decessor Noster, postea scripsit: «Quantum... primum concordia profuit, tantum deinceps nocuit quod utrimque... caritas friguit» (Ep. ad Michaël. Constantinop. imp., *Reg.* I, 18, ed. E. Caspar, p. 30). Immo eo perventum est, ut Legati Pontificii adversus Michaëlem Caerularium, Patriarcham Constantinopolitanum, ac duos viros ecclesiasticos excommunicationis sententiam pronuntiarent, hic vero eiusque Synodus pari modo in illos animadverterent. Nunc vero, mutatis temporibus et animis, magno afficimur gaudio, quod venerabilis Frater Noster Athenagoras I, Patriarcha Constantinopolitanus, eiusque Synodus, in eadem Nobiscum sunt voluntate, eo videlicet pertinente, ut caritate, «dulce ac salubri vinculo mentium» (cfr. S. August. *Serm.* 350, 3; *PL* 39, 1534), inter nos coniungamur. Itaque amplius progredi cupientes in via fraternae dilectionis, qua ad perfectam unitatem perducamur, et amovere ea, quae obstant et impediunt, coram Episcopis in Concilio Oecumenico Vaticano Secundo congregatis affirmamus Nos aegre ferre ea verba et facta, quae probari non possunt, tempore illo dicta et patrata. Praeterea sententiam excommunicationis tunc latam ex Ecclesiae memoria evellere volumus ac de eius medio removere, atque eam volumus oblivione contectam et obrutam. Laetamur autem, quod Nobis datur hoc fraternae caritatis officium hic Romae, apud sepulchrum Petri Apostoli, praestare hoc ipso die, quo Constantinopoli, quae Nova Roma est nuncupata, idem fieri contingit, et quo Ecclesia Occidentalis et Orientalis Sanctum Ambrosium, Episcopum et Doctorem sibi communem, pia celebrant recordatione. Clementissimus Deus, auctor pacis, tribuat mutuae huius bonae voluntatis effectum et concedat, ut publicum hoc fraternitatis christianae testimonium in gloriam suam animarumque utilitatem feliciter vertat.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Decembris, in festo Sancti Ambrosii, Episcopi, Confessoris et Ecclesiae Doctoris, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

http://www.obrascatolicas.com

3362

1965 DEC 7.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 58 (1966) 51-59

Homilia die 7 decembris 1965 ad Patres Conciliares habita a Summo Pontifice, Missae concelebrationem peragente, in ultima Oecumenicae Synodi publica Sessione, in qua Declaratio «de libertate religiosa», Decreta «de activitate missionali Ecclesiae» et «de presbyterorum ministerio et vita», Constitutio pastoralis «de Ecclesia in mundo huius temporis» approbata et promulgata sunt:

De fructibus a Concilio Vaticano II adlatis et adfuturis

Venerabiles Fratres, Hodie Concilium Oecumenicum Vaticanum secundum concludimus, illudque maxime adhuc firmum validumque concludimus. Quod et hic conspectus vester frequentissimus demonstrat, et ordinata huius Consessus compago testatur, et legitimus Concilii laborum exitus confirmat, et mentium voluntatumque conspiratio veluti proclamat. Quodsi quaestiones non paucae, inter Concilii celebrationem positae, adhuc exspectant donec congruenter dissolvantur, id profecto significat Concilium labores suos, non in virium suarum defatigatione concludere, sed in ea potius vivacitate, quam, universalis haec Synodus excitavit, quaeque, post dimissum Concilium, Deo iuvante, ad easdem quaestiones dissolvendas se totam convertet. Concilium hoc nostrum posteris eiusmodi Ecclesiae imaginem tradet, qualem haec aula repraesentat, sacris videlicet referta Pastoribus, qui eandem fidem profitentur, eandemque caritatem spirant; qui societate precationum, disciplinae, alacritatis inter se coniuncti sunt; qui —quod mirum sane est— unum hoc expetunt omnes, ut, non secus atque Christus, Magister et Dominus noster, se pro vita Ecclesiae et mundi salute devoveant. At Concilium posteris non tantum imaginem Ecclesiae tradit, sed etiam patrimonium eius doctrinae eiusque praeceptorum, hoc est depositum a Christo ipsi commissum; hoc gentes per saeculorum decursum semper meditatae sunt, in suum quasi sucum et sanguinem verterunt, moribusque suis quodammodo expresserunt; hoc nunc, pluribus partibus illustratum, in sua integritate statutum atque ordinatum est. Hoc, cum vivum sit ob divinam veritatis et gratiae virtutem, ex qua constat, idcirco idoneum est putandum quod hominem quemlibet vivificet, qui pie illud accipiat, eoque vitam suam alat.

52 Quid re vera hoc Concilium fuerit, quidve ipsum effecerit, nostrae / huius extremae meditationis argumentum esset. Sed nimium id attentionis et temporis postularet; neque hac suprema sollemnique hora audemus res tanti ponderis brevi comprehendere. Malumus propterea gravia haec temporis momenta eiusmodi cogitationi tribuere, quae simul nostros animos ad humilitatem inclinet, simul ad summa optata nostra extollat. A nobismetipsis nempe quaerere malumus: quodnam fuerit religiosum nostri Concilii momentum: quo vocabulo significare mens est nostras cum Dei necessitudines, quae profecto declarant quare Ecclesia exsistat, quid credat, quid speret, quid amet, quid sit, quid faciat.

Possumusne fateri nos laudem Deo comparavisse, eius cognitionem et amorem quaesivisse, in contentione eum contemplandi profecisse, in sollicitudine eum celebrandi, in arte eum hominibus nuntiandi, qui ad nos tamquam ad Pastores viarumque Dei Magistros respiciunt?

Ita re vera esse, Nos sincere opinamur, hanc etiam ob causam, quod ex hoc primo ac praecipuo consilio secutum est propositum illud, in quo tota veluti ratio celebrandi Concilii sita fuit. Adhuc resonant in hac Petriana Basilica verba, quae in auspicali huius Concilii allocutione prolata fuerunt a Decessore Nostro fel. rec. Ioanne XXIII, quem iure optimo auctorem huius Oecumenicae Synodi agnoscere possumus. Tunc ille Pontifex ita locutus est: «Quod Concilii Oecumenici maxime interest hoc est, ut sacrum doctrinae christianae depositum efficaciore ratione custodiatur atque proponatur... Verum sane est, Christum Dominum hanc pronuntiasse sententiam: *Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius.* Quae vox primum declarat, quo potissimum vires et cogitationes nostras dirigi oporteat» [1].

Atque proposito illi eventus reapse respondit. Quod eventum ut pro rei veritate aestimemus, probe recolendum est, qua aetate illud contigerit. Scilicet aetate contigit,

[1] *A. A. S.* LIV (1962), p. 790. (LE 308)

qua, ut apud omnes constat, homines ad huius mundi dominatum potius quam ad Dei regnum sunt conversi; aetate dicimus, qua Dei oblivio in consuetudinem venit, quasi eam suadeant ipsi progredientium scientiarum processus; aetate, qua actus praecipuus personae humanae, de seipsa de suaque libertate clariorem conscientiam adeptae, eo contendit ut plenam libertatem sibi vindicet, nulli legi obnoxiam, quae rerum naturalium ordinem transcendat; aetate, qua *laicismi* placita videntur ex hodiernis doctrinarum incrementis iure proficisci, eademque quasi norma sapientissima habentur, / secundum quam humana societas 53
sit ordinanda; aetate praeterea, qua humana ratio eo venit, ut ea exprimat, quae perabsurda sint omnemque spem auferant; aetate denique, qua maximae ethnicarum gentium religiones perturbationibus atque mutationibus obnoxiae sunt, quas antea numquam sunt expertae. Hac igitur aetate nostrum Concilium celebratum est ad Dei laudem, in nomine Christi, afflante Spiritu Sancto, *qui omnia scrutatur,* quique etiamnunc Ecclesiam intus animat, *ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis* [2], scilicet efficiens, ut Ecclesia hominis vitam ac mundum penitus omnique ex parte cognoscat. Ope huius Concilii, doctrina theocentrica ac theologica, uti aiunt, de humana natura ac de mundo ad se hominum mentes convertit, quasi eos provocans, qui illam a nostrae aetatis ratione alienam atque extraneam putent; atque talia sibi arrogat, quae mundus primum quidem absurda iudicet, sed postea, ut fore confidimus, humana, sapientia ac salutaria ultro agnoscet: scilicet Deum esse. Utique Deus est; reapse exsistit; vivit; persona est; est providus, infinita bonitate praeditus, et quidem bonus non solum in se sed maximopere etiam erga nos; est noster Creator, nostra veritas, nostra felicitas; adeo ut homo, cum mentem et cor suum in Deo defigere nititur, contemplationi vacando, actum animi sui eliciat, qui omnium nobilissimus ac perfectissimus est habendus; actum dicimus, a quo nostris etiam temporibus innumeri humanae navitatis campi suae dignitatis gradum sumere possunt ac debent.

Dixerit aliquis Concilium minus versatum esse in pertractandis veritatibus divinis quam —idque praecipue— in consideranda Ecclesia, eius natura, eius compage, eius oecumenico munere, eius opera apostolica et missionali. Haec enim pervetus societas religiosa, hoc est Ecclesia, studuit de se ipsa cogitare, quo melius se cognosceret, melius se definiret atque ex his mentem ac praecepta sua componeret. Hoc est verum. Sed haec sui ipsius recognitio non finis fuit, quem solum sibi proponeret, non fuit ostensio solius terreni cultus ingenii. Ecclesia enim, se ad se ipsam revocans, in intimas conscientiae suae latebras penetravit, non ut se oblectaret in eruditis pervestigationibus, quibus in psychologiam religiosam vel historiam rerum suarum inquireret, aut ut dedita opera iterum iura sua obtineret vel leges suas describeret, sed ut, in se ipsa vivens atque, per Spiritum Sanctum, efficax verbum Christi melius intellegeret, utque altius scrutaretur mysterium, id est consilium ac praesentiam Dei circa se et intra se, et ut ignem fidei in se magis magisque / aleret, quae est vis arcana, 54
qua firmitas eius et sapientia innititur, ignemque amoris, quo impellitur ad laudes Dei sine intermissione canendas, siquidem, ut ait S. Augustinus, *cantare amantis est* [3]. Hoc ipsum ac quidem praecipuum propositum religiosum clare patefit e documentis Concilii, imprimis ex iis, quae agunt de divina Revelatione, de Liturgia, de Ecclesia, de Sacerdotibus, de Religiosis, de Laicis; quibus ostenditur quam limpida, egelida, dives sit spiritualis vena, quae, ob vivum Dei viventis contactum, ex Ecclesiae sinu erumpit et per hanc in aridas glebas huius terrae nostrae effunditur.

Sed non licet quiddam praetermittere, quod summi momenti est, cum religiosam vim huius Concilii pervestigamus: hoc enim ei potissimum fuit, ut mundum huius aetatis nostrae scrutaretur. Numquam fortasse Ecclesia sicut huius Synodi tempore in eam necessitatem se sensit adductam. ut societatem hominum, qui circa sunt, cognoscere t, quasi adiret, recte aestimaret, in eam se inferret, ei serviret et Evangelii nuntium traderet, atque ut eam veluti appeteret, quodammodo prosequens eam, quae velociter et continenter mutatur. Hic habitus mentis, ortus ex eo quod Ecclesia superiore aetate, praeterito ac maxime hoc saeculo, abfuit et disiuncta est a profano ingenii cultu, hic habitus mentis, quem munus Ecclesiae salvificum ac primarium nullo non tempore ingerit, in Concilio efficaciter et continenter obtinuit. Quam ob rem quibusdam ea suspicio est inlecta, ut putarent in hominibus et actis Synodi plus aequo ac nimis indulgenter praeponderasse illam rationem, quae ex «relativismi» doctrina inhaeret mundo externo, rebus, quae fugaci cursu geruntur, novis modis, qui in humano cultu invalescunt, necessitatibus, quae

[1] Cfr. *1 Cor.* 2, 10-12. [2] *Serm.* 336; *PL* 38, 1472.

oriuntur, cogitatis aliorum; idque cum detrimento fidelitatis, quae a maioribus acceptae doctrinae debetur et cum damno religiosae mentis ac voluntatis, quas Concilii proprias esse oportet. Non equidem arbitramur ei tribuendam esse talem perniciem, si eius vera et recondita consilia et germani actus spectantur.

Animadvertere potius cupimus, Concilii nostri religionem in primis fuisse caritatem; quam ob praecipuam declaratam voluntatem, Concilium a nemine notari poterit, quasi irreligiosum fuerit, vel a sacro Evangelio defecerit, si meminerimus ipsum Christum nos docere, fore ut in hoc cognoscant omnes, quia discipuli eius sumus, si dilectionem habuerimus ad invicem [4]; si pariter sinamus haec Apostolorum verba intus in animis nostris resonare: *Religio munda* 55 *et immaculata apud Deum et Patrem haec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc saeculo* [5]; et haec alia: *Qui... non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere?* [6].

Verum enimvero Ecclesia, in Concilio collecta, suam considerationem summopere intendit —praeterquam in semetipsam, atque in necessitudinem, qua cum Deo coniungitur— in hominem etiam, in hominem, sicuti reapse hoc tempore se conspiciendum praebet: hominem, dicimus, qui vivit; hominem, qui sibimetipsi uni provehendo deditus est; hominem, qui non modo sese dignum existimat, ad quem unum, veluti ad quoddam centrum, omne studium conferatur, sed etiam affirmare non veretur, se esse cuiusvis rei principium atque rationem. Totus homo phaenomenicus —ut recentioris aetatis verbo utamur— suis innumeris animi habitibus indutus, quibus in conspectum venit, se Concilii Patribus obiecit, qui et ipsi homines, immo omnes Pastores atque fratres sunt, intenta cura atque amanti caritate praediti: homo, qui suas luctuosas fortunas animose conqueritur; homo, qui et praeterito et nostro hoc tempore alios infra se positos existimat, ideoque semper fluxus atque fucatus, sui cupidus et ferox est; homo sibi displicens, qui risus edit et lacrimas fundit; homo ad omnia versatilis, ad quaslibet partes agendas facilis; homo in unam scientiae pervestigationem acriter intentus; homo, qui uti talis cogitat, amat, in laboribus desudat, semper ad aliquid animum advertit, sicut ille *filius accrescens* [7]; homo, qui sacra quadam cum religione est considerandus, ob suae infantiae innocentiam, ob suae inopiae arcanum, ob pietatem, quam suae aegritudines movent; homo hinc sui ipsius tantum studiosus, hinc societati favens; homo simul *laudator temporis acti,* simul posterum tempus praestolans, illudque felicius quam praeteritum somnians; homo ex altera parte criminibus obnoxius, ex altera sanctis moribus ornatus; et deinde deinceps. Humanitatis illud laicum atque profanum studium, immani qua est magnitudine, tandem aliquando prodiit, idemque ad certamen, ut ita dicamus, Concilium lacessivit. Religio, id est cultus Dei, qui homo fieri voluit, atque religio —talis enim est aestimanda— id est cultus hominis, qui fieri vult Deus, inter se congressae sunt. Quid tamen accidit? Certamen, proe- 56
lium, anathema? Id sane haberi potuerat, sed plane non accidit. Vetus illa de bono Samaritano narratio exemplum / fuit atque norma, ad quam Concilii nostri spiritualis ratio directa est. Etenim, immensus quidam erga homines amor Concilium penitus pervasit. Perspectae et iterum consideratae hominum necessitates, quae eo molestiores fiunt, quo magis huius terrae filius crescit, totum nostrae huius Synodi studium detinuerunt. Hanc saltem laudem Concilio tribuite, vos, nostra hac aetate cultores humanitatis, qui veritates rerum naturam transcendentes renuitis, iidemque novum nostrum humanitatis studium agnoscite: nam nos etiam, immo nos prae ceteris, hominis sumus cultores.

Quid enim amplissimus hic Consessus in humana natura perspexit, quidve, lumen Deitatis consecutus, cognoscere studuit? Os eius, duas quod semper facies praefert, penitus perspicere voluit, hominis scilicet infirmitatem itemque dignitatem, tum eius summum malum, quo veluti morbo insanabili neque dubio ipse laborat, tum eius quod manet bonum, arcana quidem venustate singularique praestantia distinctum. Verum id est aperte fatendum, nostrum hoc Concilium, cum suum fecerit de homine iudicium, magis in serena hac eius fronte quam in tristi contuenda esse versatum; in quo quidem res omnes in optimam sane partem scienter esse interpretatum. Multum enim studii atque admirationis in nostrae aetatis homines Concilium contulit. Errores profecto sunt reiecti, quemadmodum caritas ipsa perinde atque veritas postulabant, sed homines, salvo semper observantiae et amoris praecepto, tantum de errore sunt admoniti. Ita nimirum factum est, ut pro morborum

[1] Cfr. *Is.* 13, 35. [4] *Iac.* 1, 27. [5] *1 Io.* 4, 20. [7] *Gen.* 49, 22.

cognitione, quae animos frangeret, salutaria in medium proferrentur remedia plena solacii; ut Concilium, non infaustis usum ominibus, sed nuntiis spei ac fiduciae verbis, huiusce memoriae homines alloqueretur. Nam quae iis sunt bona, ea non solum debito cultu, sed multo etiam honore affecit, omnlaque eius coepta confirmavit atque studia, ad integritatem quandam redacta, vehementer probavit.

Videatis igitur —ut aliquot supponamus exempla— quomodo innumeri, qui hodie passim usurpentur, sermones ita in sacrum sint inducti ordinem rituum, ut humana ad Deum verba rursumque divina ad homines verba redderent; quomodo hominis, uti hominis, ea sit comprobata naturalis ad plurima assequenda iura proclivitas atque etiam sors illa, quae ipsius exsuperet naturam; quomodo ea, quae summis ipse votis concupiscat, ut vivat nempe et sua dignitate et honesta libertate et doctrinae copia et renovato rerum socialium statu et iustitia et pace perfruatur, haec omnia dicimus quasi emendata ad uberiorem sint incitata profectum; quomodo universi demum homines ad Evangelii / lumen in se recipiendum, voce quae pastores 57
deceat sacrosque operarios, sint vocati. Nimis breviter nunc Nos de plurimis iisque amplissimis quaestionibus loquimur, ad germanam hominis prosperitatem attinentibus, de quibus in Concilio actum est; nec Concilio propositum fuit omnes hodiernae vitae urgentiores quaestiones dissolvere; quarum nonnullae ad diligentiores investigationes reiciuntur, quas Ecclesia in posterum instituet; plures aliae vero nimis presse ac generatim pertractatae sunt, ac propterea subtiliores explicationes variasque effectiones admittunt.

Nunc vero animadvertere iuvat, Ecclesiam per suum magisterium, quamvis nullum doctrinae caput sententiis dogmaticis extraordinariis definire voluerit, nihilominus circa plurimas quaestiones cum auctoritate doctrinam proposuisse suam, ad cuius normam homines hodie tenentur conscientiam suam suamque agendi rationem conformare. Ecclesia praeterea, ut ita dicamus, cum nostrorum temporum hominibus colloquium iniit; semperque auctoritatem virtutemque suam retinens, ipsam tamen loquendi rationem adhibuit facilem et amicam, quae caritatis pastoralis propria est. Voluit enim ab hominibus audiri atque intellegi. Quapropter, non ad solam hominis intellegentiam verba sua convertit, sed dicendi genere usa est, quod hodie communiter usurpatur in serendis colloquiis, quae quidem ex vitae usu, quo nituntur, et ex sinceris humanitatis sensibus, quibus afficiuntur, maiorem vim capiunt ad alliciendum et ad persuadendum. Ecclesia scilicet collocuta est cum nostrae aetatis hominibus, uti sunt.

Aliud est etiam, quod consideratione dignum putamus: huiusmodi divitem doctrinae copiam eo unice spectare, ut homini serviat, in omnibus eius vitae adiunctis, in omni eius infirmitate, et in omni eius necessitate. Ecclesia quodammodo se professa est humani generis ancillam, et quidem eo tempore, quo ipsius magisterium ipsiusque pastorale regimen, ob sollemnes Concilii Oecumenici celebrationes, clariore lumine validioreque robore praedita se praestiterunt: immo vero ministerii exercendi propositum reapse praecipuum obtinuit locum.

Quae omnia de Concilio diximus, quaeque dicere insuper possimus ad humanum ipsius momentum quod attinet, numquid inter Concilium celebrandum, Ecclesiae mentem deflexerunt ad hodiernae mentis culturam, quae tota in homine consistit? Dicendum est, Ecclesiam non a recto itinere decessisse, sed hoc in illam partem direxisse. At qui probe perpendant hoc praecipuum studium, quo Concilium bona humana et temporalia consideravit, facere 58
iidem non poterunt, quin agnoscant huiusmodi / studium pastorali illi sollicitudini tribuendum esse, quam Concilium tamquam propriam laborum suorum notam sequi voluit; itemque agnoscere debebunt, hoc idem studium numquam a vero religionis studio disiungi, sive ob caritatem, qua penitus afficitur (et ubi est caritas ibi Deus est!), sive ob arctam conexionem, a Concilio semper confirmatam et provectam, quam humana ac temporalia bona cum bonis vere spiritualibus, religiosis et aeternis habent. Ecclesia ad hominem et ad mundum se inclinat, sed simul etiam ad Dei regnum extollitur. Homines nostrorum temporum, quorum mentis habitus eos impellit ut rerum praestantiam ex earum commodis metiantur, magnum Concilii Oecumenici pondus atque momentum agnoscere debent, saltem hanc ob causam, quod ipsum ad hominum utilitatem unice spectavit. Nemo igitur umquam affirmet inutilem catholicam religionem esse, quae, cum suae actionis formam maxime consciam atque efficacem exprimit, hoc est cum Concilium Oecumenicum celebrat, plane simul declarat se pro homine esse eiusque utilitatibus favere. Quae cum ita

http://www.obrascatolicas.com

sint, fatendum revera est, catholicam religionem et humanam vitam inter se amico foedere iungi, et utramque simul conspirare ad unum quoddam humanum bonum: religionem scilicet catholicam pro humano genere esse, humanique generis esse quodammodo vitam. Vita quidem dicenda est ob doctrinam excelsam eamque omni ex parte perfectam, quam ipsa de homine tradit (nonne homo, sibi relictus, sibimetipsi arcana res est?); quam sane doctrinam idcirco tradit, quia illam e scientia, quam de Deo habet, haurit. Etenim ut nos hominem, hominem verum, hominem integrum penitus noscamus, Deum ipsum antea cognoscamus necesse est. Ad hoc probandum satis nunc sit haec recolere Sanctae Catharinae Senensis flammantia verba: «In tua natura, aeterne Deus, naturam meam cognoscam». Tum catholica religio vita est, quia hominis naturam eiusque supremum finem ostendit, plenioremque ei sensum attribuit; vita denique est, quia veluti suprema lex vitae est habenda, et quia vitae ipsi talem arcanam vim inicit, ut eam vere divinam efficiat.

Quodsi, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, omnes, qui hic praesentes adestis, meminimus in vultu cuiusvis hominis, maxime si lacrimis ac doloribus effectus est translucidus, agnoscendum esse vultum Christi [8], Filii hominis; ac
59 si in vultu Christi agnoscendus est vultus Patris cae/lestis, secundum illud: *Qui videt me, videt et Patrem* [8], modus noster res humanas aestimandi mutatur in Christianismum, qui in Deum ut in medium totus dirigitur; ita ut rem hoc etiam modo enuntiare possimus: scilicet opus esse cognoscere hominem, ut cognoscatur Deus.

Nonne igitur huius Concilii, quod in hominem praecipue ac studiose mentem intendit, est mundo huius aetatis nostrae proponere liberationem et consolationem, quibus, veluti per gradus possit ascendere? Nonne denique nos Concilium docet ratione simplici, nova, sollemni amare hominem, ut amemus Deum? Amare hominem, dicimus, non ut instrumentum, sed ut primum veluti finem, quo ad supremum finem, humanas res transcendentem, perveniamus. Itaque hoc Concilium totum vertitur in sua vi religiosa qua comprehenditur ac terminatur, cum aliud non sit quam invitamentum quoddam, vehemens et amicum, quo humanum genus vocatur ad inveniendum, ope fraterni amoris, illum Deum, *a quo averti cadere, in quem converti resurgere, in quo manere consistere..., in quem redire revivi*scere, *in quo habitare vivere est* [10].

Hac profecto spe tenemur in exitu huius Concilii Oecumenici Vaticani Secundi et in exordio renovationis humanae ac religiosae, quam ut consideraret ac proveheret, illud sibi proposuit; hoc ut nobismetipsis contingat, Venerabiles Fratres ac Patres Concilii, fore confidimus; idem obventurum esse speramus universo humano generi, quod magis amare et cui melius servire hic docti sumus.

Dum denique, ut haec feliciter eveniant, iterum invocamus deprecatores nostros Sanctos Ioannem Baptistam et Ioseph, Patronos Oecumenicae Synodi, Sanctos Apostolos Petrum et Paulum, fundamenta ac praesidia Sanctae Ecclesiae, et una cum his Sanctum Ambrosium Episcopum, cuius festum diem hodie celebramus, per eum veluti coniungentes Ecclesiam Orientalem et Occidentalem, pariter et ex animo imploramus auxilium Beatae Mariae Virginis, Matris Christi, quae a Nobis etiam Mater Ecclesiae est appellata, atque una voce, unanimi Deo gratias agimus et gloriam eius praedicamus, qui est Deus vivus et verus, Deus unus et summus; Pater, Filius et Spiritus Sanctus. Amen.

[8] *Cfr. Matth.* 25, 40. [9] *Io.* 14, 9. [10] S. Augustin., *Sol.* I, 1, 3: *PL* 32, 870.

3363

1965 DEC 7.-CONC. VAT. II, DECL. AAS 58 (1966) 929-946

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, una cum Sacrosancti Concilii Patribus. Ad perpetuam rei memoriam

Declaratio de libertate religiosa

De iure personae et communitatum ad libertatem socialem et civilem in re religiosa

1. Dignitatis humanae personae homines hac nostra aetate magis in dies conscii fiunt [1], atque numerus eorum

[1] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: AAS 55 (1963), p. 259; *ibid.*, p. 265 [LE 3110]; Pius XII, *Nuntius radiophonicus*, 24 dec. 1944: AAS 37 (1945), p. 14.

crescit qui exigunt, ut in agendo homines proprio suo consilio et libertate responsabili fruantur et utantur, non coercitione commoti, sed officii conscientia ducti. Itemque postulant iuridicam delimitationem potestatis publicae, ne fines honestae libertatis et personae et associationum nimis circumscribantur. Quae libertatis exigentia in societate humana ea maxime respicit quae / sunt animi humani bona, 930
imprimis quidem ea quae liberum in societate religionis exercitium spectant. Ad has animorum appetitiones diligenter attendens, sibique proponens declarare quantum sint veritati et iustitiae conformes, haec Vaticana Synodus sacram Ecclesiae traditionem doctrinamque scrutatur, ex quibus nova semper cum veteribus congruentia profert.

Primum itaque profitetur Sacra Synodus Deum Ipsum viam generi humano notam fecisse per quam, Ipsi inserviendo, homines in Christo salvi et beati fieri possint. Hanc unicam veram Religionem subsistere credimus in catholica et apostolica Ecclesia, cui Dominus Iesus munus concredidit eam ad universos homines diffundendi, dicens Apostolis: «Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis» (*Mt.* 28, 19-2). Homines vero cuncti tenentur veritatem, praesertim in iis quae Deum Eiusque Ecclesiam respiciunt, quaerere eamque cognitam amplecti ac servare.

Pariter vero profitetur Sacra Synodus officia haec hominum conscientiam tangere ac vincire, nec aliter veritatem sese imponere nisi vi ipsius veritatis, quae suaviter simul ac fortiter mentibus illabitur. Porro, quum libertas religiosa, quam homines in exsequendo officio Deum colendi exigunt, immunitatem a coercitione in societate civili respiciat, integram relinquit traditionalem doctrinam catholicam de morali hominum ac societatum officio erga veram religionem et unicam Christi Ecclesiam. Insuper, de hac libertate religiosa agens, Sacra Synodus recentiorum Summorum Pontificum doctrinam de inviolabilibus humanae personae iuribus necnon de iuridica ordinatione societatis evolvere intendit.

I. *Libertatis religiosae ratio generalis*

2. Haec Vaticana Synodus declarat personam humanam ius habere ad libertatem religiosam. Huiusmodi libertas in eo consistit, quod omnes homines debent immunes esse a coercitione ex parte sive singulorum sive coetuum socialium et cuiusvis potestatis humanae, et ita quidem ut in re religiosa neque aliquis cogatur ad agendum contra suam conscientiam neque impediatur, quominus iuxta suam conscientiam agat privatim et publice, vel solus vel aliis consociatus, intra debitos limites. Insuper declarat ius ad libertatem religiosam esse revera fundatum in ipsa digni- 931
tate personae humanae, qualis et verbo Dei revelato et ipsa ratione cognoscitur [2]. Hoc ius personae humanae ad libertatem religiosam in iuridica societatis ordinatione ita est agnoscendum, ut ius civile evadat.

Secundum dignitatem suam homines cuncti, quia personae sunt, ratione scilicet et libera voluntate praediti ideoque personali responsabilitate aucti, sua ipsorum natura impelluntur necnon morali tenentur obligatione ad veritatem quaerendam, illam imprimis quae religionem spectat. Tenentur quoque veritati cognitae adhaerere atque totam vitam suam iuxta exigentias veritatis ordinare. Huic autem obligationi satisfacere homines, modo suae propriae naturae consentaneo, non possunt nisi libertate psychologica simul atque immunitate a coercitione externa fruantur. Non ergo in subiectiva personae dispositione, sed in ipsa eius natura ius ad libertatem religiosam fundatur. Quamobrem ius ad hanc immunitatem perseverat etiam in iis qui obligationi quaerendi veritatem eique adhaerendi non satisfaciunt; eiusque exercitium impediri nequit dummodo iustus ordo publicus servetur.

3. Quae clarius adhuc patent consideranti supremam humanae vitae normam esse ipsam legem divinam, aeternam, obiectivam atque universalem, qua Deus consilio sapientiae et dilectionis suae mundum universum viasque communitatis humanae ordinat, dirigit, gubernat. Huius suae legis Deus hominem participem reddit, ita ut homo, providentia divina suaviter disponente, veritatem incom-

AAS 55 (1963), p. 279; *ibid.*, p. 265 [LE 3110]; Pius XII, *Nuntius radiophonicus*, 24 dec. 1944: AAS 37 (1945), p. 14.

[2] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: AAS 55 (1963), pp. 260-261 [LE 3110]; Pius XII, *Nuntius radiophonicus*, 24 dec. 1942: AAS 35 (1943), p. 19; Pius XI, Litt. Encycl. *Mit brennender Sorge*, 14 martii 1937: AAS 29 (1937), p. 160; Leo XIII, Litt. Encycl. *Libertas praestantissimum*, 20 iunii 1888: Acta Leonis XIII, 8 (1888), pp. 237-238.

mutabilem magis magisque agnoscere possit [3]. Quapropter unusquisque officium ideoque et ius habet veritatem in re religiosa quaerendi ut sibi, mediis adhibitis idoneis, recta et vera conscientiae iudicia prudenter efformet.

Veritas autem inquirenda est modo dignitati humanae personae eiusque naturae sociali proprio, libera scilicet inquisitione, ope magisterii seu institutionis, communicationis atque dialogi, quibus alii aliis exponunt veritatem quam invenerunt vel invenisse putant, ut sese invicem in veritate inquirenda adiuvent; veritati autem cognitae firmiter adhaerendum est assensu personali. /
932

Dictamina vero legis divinae homo percipit et agnoscit mediante conscientia sua; quam tenetur fideliter sequi in universa sua activitate, ut ad Deum, finem suum, perveniat. Non est ergo cogendus, ut contra suam conscientiam agat. Sed neque impediendus est, quominus iuxta suam conscientiam operetur, praesertim in re religiosa. Exercitium namque religionis, ex ipsa eius indole, consistit imprimis in actibus internis voluntariis et liberis, quibus homo sese ad Deum directe ordinat: huiusmodi actus a potestate mere humana nec imperari nec prohiberi possunt [4]. Ipsa autem socialis hominis natura exigit, ut homo internos religionis actus externe exprimat, cum aliis in re religiosa communicet, suam religionem modo communitario profiteatur.

Iniuria ergo humanae personae et ipsi ordini hominibus a Deo statuto fit, si homini denegetur liberum in societate religionis exercitium, iusto ordine publico servato.

Praeterea actus religiosi, quibus homines privatim et publice sese ad Deum ex animi sententia ordinant, natura sua terrestrem et temporalem rerum ordinem transcendunt. Potestas igitur civilis, cuius finis proprius est bonum commune temporale curare, religiosam quidem civium vitam agnoscere eique favere debet, sed limites suos excedere dicenda est, si actus religiosos dirigere vel impedire praesumat.

4. Libertas seu immunitas a coercitione in re religiosa, quae singulis personis competit, etiam ipsis in communi agentibus agnoscenda est. Communitates enim religiosae a sociali natura tum hominis tum ipsius religionis requiruntur.

His igitur communitatibus, dummodo iustae exigentiae ordinis publici non violentur, iure debetur immunitas, ut secundum proprias normas sese regant, Numen supremum cultu publico honorent, membra sua in vita religiosa exercenda adiuvent et doctrina sustentent atque eas institutiones promoveant, in quibus membra cooperentur ad vitam propriam secundum sua principia religiosa ordinandam.

Communitatibus religiosis pariter competit ius, ne mediis legalibus vel actione administrativa potestatis civilis impediantur in suis propriis ministris seligendis, educan-
933 dis, nominandis atque transferendis, in com/municando cum auctoritatibus et communitatibus religiosis, quae in aliis orbis terrarum partibus degunt, in aedificiis religiosis erigendis, necnon in bonis congruis acquirendis et fruendis.

Communitates religiosae ius etiam habent, ne impediantur in sua fide ore et scripto publice docenda atque testanda. In fide autem religiosa disseminanda et in usibus inducendis abstinendum semper est ab omni actionis genere, quod coercitionem vel suasionem inhonestam aut minus rectam sapere videatur, praesertim quando de rudioribus vel de egenis agitur. Talis modus agendi ut abusus iuris proprii et laesio iuris aliorum considerari debet.

Praeterea ad libertatem religiosam spectat, quod communitates religiosae non prohibeantur libere ostendere singularem suae doctrinae virtutem in ordinanda societate ac tota vivificanda activitate humana. Tandem in sociali hominis natura atque in ipsa indole religionis fundatur ius quo homines, suo ipsorum sensu religioso moti, libere possunt conventus habere vel associationes educativas, culturales, caritativas, sociales constituere.

5. Cuique familiae, utpote quae est societas proprio ac primordiali iure gaudens, competit ius ad libere ordinandam religiosam vitam suam domesticam sub moderatione parentum. His autem competit ius ad determinandam rationem institutionis religiosae suis liberis tradendae, iuxta

[3] Cf. S. Thomas, *Summa theologica*, I-II, q. 91, a. 1; q. 93, a. 1-2.

[4] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: AAS 55 (1963), p. 270 [LE 3110]; Paulus VI, *Nuntius radiophonicus*, 22 dec. 1964: AAS 57 (1965), pp. 181-182; S. Thomas, *Summa theologica*, I-II, q. 91, a. 4 c.

suam propriam religiosam persuasionem. Itaque a civili potestate agnoscendum est ius parentum deligendi, vera cum libertate, scholas vel alia educationis media, neque ob hanc electionis libertatem sunt eis iniusta onera sive directe sive indirecte imponenda. Praeterea iura parentum violantur, si liberi ad frequentandas lectiones scholares cogantur quae parentum persuasioni religiosae non correspondeant, vel si unica imponatur educationis ratio, ex qua formatio religiosa omnino excludatur.

6. Cum societatis commune bonum, quod est summa earum vitae socialis condicionum, quibus homines suam ipsorum perfectionem possunt plenius atque expeditius consequi, maxime in humanae personae servatis iuribus et officiis consistat [5], cura iuris ad libertatem religiosam tum ad cives tum ad coetus sociales tum ad potestates civiles tum ad Ecclesiam / aliasque communitates religiosas 934
spectat, modo unicuique proprio, pro eorum erga bonum commune officio.

Inviolabilia hominis iura tueri ac promovere ad cuiusvis potestatis civilis officium essentialiter pertinet [6]. Debet igitur potestas civilis per iustas leges et per alia media apta efficaciter suscipere tutelam libertatis religiosae omnium civium, ac propitias suppeditare condiciones ad vitam religiosam fovendam, ut cives revera religionis iura exercere eiusdemque officia adimplere valeant et ipsa societas fruatur bonis iustitiae et pacis, quae proveniunt ex fidelitate hominum erga Deum Eiusque sanctam voluntatem [7].

Si attentis populorum circumstantiis peculiaribus uni communitati religiosae specialis civilis agnitio in iuridica civitatis ordinatione tribuitur, necesse est ut simul omnibus civibus et communitatibus religiosis ius ad libertatem in re religiosa agnoscatur et observetur.

Denique a potestate civili providendum est, ne civium aequalitas iuridica, quae ipsa ad commune societatis bonum pertinet, unquam sive aperte sive occulte laedatur propter rationes religiosas, neve inter eos discriminatio fiat.

Hinc sequitur nefas esse potestati publicae, per vim vel metum aut alia media civibus imponere professionem aut reiectionem cuiusvis religionis, vel impedire quominus quisquam communitatem religiosam aut ingrediatur aut relinquat. Eo magis contra voluntatem Dei et contra sacra personae et familiae gentium iura agitur, quando vis quocumque modo adhibeatur ad religionem delendam vel cohibendam sive in toto genere humano sive in aliqua regione sive in determinato coetu.

7. Ius ad libertatem in re religiosa exercetur in societate humana, ideoque eius usus quibusdam normis moderantibus obnoxius est.

In usu omnium libertatum observandum est principium morale responsabilitatis personalis et socialis: in iuribus suis exercendis singuli homines coetusque sociales lege morali obligantur rationem habere et iurium aliorum et suorum erga alios officiorum et boni omnium communis. Cum omnibus secundum iustitiam et humanitatem agendum est.

Praeterea cum societas civilis ius habet sese protegendi contra abusus qui haberi possint sub praetextu libertatis religiosae, praecipue ad / potestatem civilem pertinet huius- 935
modi protectionem praestare; quod tamen fieri debet non modo arbitrario aut uni parti inique favendo, sed secundum normas iuridicas, ordini morali obiectivo conformes, quae postulantur ab efficaci iurium tutela pro omnibus civibus eorumque pacifica compositione, et a sufficienti cura istius honestae pacis publicae quae est ordinata conviventia in vera iustitia, et a debita custodia publicae moralitatis. Haec omnia partem boni communis fundamentalem constituunt et sub ratione ordinis publici veniunt. Ceterum servanda est integrae libertatis consuetudo in societate, secundum quam libertas debet quam maxime homini agnosci, nec restringenda est nisi quando et prout est necessarium.

8. Nostrae aetatis homines varia ratione premuntur et in periculum veniunt ne proprio libero consilio destituantur. Ex altera autem parte non pauci ita propensi videntur, ut specie libertatis omnem subiectionem reliciant ac debitam oboedientiam parvi faciant.

[5] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 maii 1961: AAS 53 (1961), p. 417 [LE 2984]; Idem, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: AAS 55 (1963), p. 273 [LE 3110].

[6] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: AAS 55 (1963), pp. 273-274 [LE 3110]; Pius XII, *Nuntius radiophonicus*, 1 iunii 1942: AAS 33 (1941), p. 200.

[7] Cf. Leo XIII, Litt. Encycl. *Immortale Dei*, 1 nov. 1885: ASS 18 (1885), p. 161.

http://www.obrascatolicas.com

Quapropter haec Vaticana Synodus omnes hortatur, praesertim vero eos qui curam habent alios educandi, ut homines formare satagant, qui ordini morali obsequentes legitimae auctoritati oboediant et genuinae libertatis amatores sint; homines nempe, qui proprio consilio res in luce veritatis diiudicent, activitates suas cum sensu responsabilitatis disponant, et quaecumque sunt vera atque iusta prosequi nitantur, operam suam libenter cum ceteris consociando. Religiosa igitur libertas etiam ad hoc inservire et ordinari debet, ut homines in suis ipsorum officiis adimplendis in vita sociali maiore cum responsabilitate agant.

II. *Libertas religiosa sub luce Revelationis*

9. Quae de iure hominis ad libertatem religiosam declarat haec Vaticana Synodus, fundamentum habent in dignitate personae, cuius exigentiae rationi humanae plenius innotuerunt per saeculorum experientiam. Immo haec doctrina de libertate radices habet in divina Revelatione, quapropter eo magis a Christianis sancte servanda est. Quamvis enim Revelatio non expresse affirmet ius ad immunitatem ab externa coërcitione in re religiosa, tamen humanae personae dignitatem in tota eius amplitudine patefacit, observantiam Christi erga hominis libertatem in exsequendo officio credendi verbo Dei demonstrat, atque de spiritu nos edocet, quem discipuli talis Magistri debent
936 in omnibus agnoscere et sequi. Quibus omnibus principia generalia illustrantur / super quae fundatur doctrina huius Declarationis de libertate religiosa. Praesertim libertas religiosa in societate plene est cum libertate actus fidei christianae congrua.

10. Caput est ex praecipuis doctrinae catholicae, in verbo Dei contentum et a Patribus constanter praedicatum [8], hominem debere Deo voluntarie respondere credendo; invitum proinde neminem esse cogendum ad amplectendam fidem [9]. Etenim actus fidei ipsa sua natura voluntarius est, cum homo, a Christo Salvatore redemptus et in adoptionem filiorum per Iesum Christum vocatus [10], Deo Sese revelanti adhaerere non possit, nisi Patre eum trahente [11] rationabile liberumque Deo praestiterit fidei obsequium. Indole ergo fidei plene consonum est ut, in re religiosa, quodvis genus coërcitionis ex parte hominum excludatur. Ac proinde ratio libertatis religiosae haud parum confert ad illum rerum statum fovendum, in quo homines expedite possint invitari ad fidem christianam, illam sponte amplecti atque ea, in tota vitae ratione actuose confiteri.

11. Deus quidem homines ad inserviendum Sibi in spiritu et veritate vocat, unde ipsi in conscientia vinciuntur, non vero coërcentur. Rationem enim habet dignitatis personae humanae ab Ipso conditae, quae proprio consilio
937 duci et libertate frui debet. Hoc autem summe apparuit in Christo Iesu, in quo Deus Seipsum ac vias suas perfecte manifestavit. Etenim Christus, qui Magister et Dominus est noster [12], idemque mitis et humilis corde [13], discipulos patienter allexit et invitavit [14]. Miraculis utique praedicationem suam suffulsit et confirmavit, ut fidem auditorum excitaret atque comprobaret, non ut in eos coërcitionem exerceret [15]. Incredulitatem audientium certe exprobravit, sed vindictam Deo in diem Iudicii relinquendo [16]. Mittens Apostolos in mundum dixit eis: «Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit; qui vero non crediderit condemnabitur» *(Mc.* 16, 16). Ipse vero, agnoscens zizaniam cum tritico seminatam, iussit sinere utraque crescere usque ad messem quae fiet in consummatione saeculi [17]. Nolens esse Messias politicus et vi dominans [18], maluit se dicere Filium Hominis qui venit «ut ministraret et daret animam suam redemptionem pro multis» *(Mc.* 10, 45). Sese praebuit utperfectum Servum Dei [19], qui «harundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet» *(Mt.* 12, 30). Potestatem civilem eiusque iura agnovit, iubens censum dari Caesari. Clare autem monuit servanda esse iura superiora Dei: «Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo» *(Mt.* 22, 21). Tandem in opere redemptionis in cruce complendo, quo salutem et veram libertatem hominibus acquireret, revelationem suam perfecit. Testimonium enim perhibuit veritati [20], eam tamen contradicentibus vi imponere noluit. Regnum enim eius non percutiendo vindicatur [21], sed stabilitur testificando et audiendo veritatem, crescit autem amore, quo Christus exaltatus in cruce homines ad Seipsum trahit [22].

Apostoli, Christi verbo et exemplo edocti, eamdem viam secuti sunt. Ab ipsis Ecclesiae exordiis discipuli Christi adlaborarunt, ut homines ad Christum Dominum confitendum converterent, non actione coërcitiva neque artificiis Evangelio indignis, sed imprimis virtute verbi Dei [23]. / Fortiter omnibus nuntiabant propositum Salvatoris Dei, «qui 938
omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire» *(1 Tim.* 2, 4); simul autem verebantur debiles etiamsi in errore versabantur, sic ostendentes quomodo «unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo» *(Rom.* 14, 12) [24] et in tantum teneatur conscientiae suae oboedire. Sicuti Christus, Apostoli intenti semper fuerunt ad testimonium reddendum veritati Dei, abundantius audentes coram populo et principibus loqui «verbum Dei cum fiducia» *(Act.* 4, 31) [25]. Firma enim fide tenebant ipsum Evangelium revera esse virtutem Dei in salutem omni credenti [26]. Omnibus ergo spretis «armis carnalibus» [27], exemplum mansuetudinis et modestiae Christi sequentes, verbum Dei praedicaverunt plene confisi divina huius verbi virtute ad potestates Deo adversas destruendas [28] atque homines ad fidem et obsequium Christi reducendos [29]. Sicut Magisterita et Apostoli auctoritatem legitimam civilem agnoverunt: «Non est enim potestas nisi a Deo» docet Apostolus, qui exinde iubet: «Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; ... qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit» *(Rom.* 13, 1-2) [30]. Simul autem non timuerunt contradicere potestati publicae se sanctae Dei voluntati opponenti: «Oboedire oportet Deo magis quam hominibus» *(Act.* 5, 29) [31]. Hanc viam secuti sunt innumeri martyres et fideles per saecula et per orbem.

12. Ecclesia igitur, evangelicae veritati fidelis, viam Christi et Apostolorum sequitur quando rationem libertatis religiosae tamquam dignitati hominis et Dei revelationi consonam agnoscit eamque fovet. Doctrinam a Magistro et ab Apostolis acceptam, decursu temporum, custodivit et tradidit. Etsi in vita Populi Dei, per vicissitudines historiae humanae peregrinantis, interdum exstitit modus agendi spiritui evangelico minus conformis, immo contrarius, semper tamen mansit Ecclesiae doctrina neminem esse ad fidem cogendum.

Evangelicum fermentum in mentibus hominum sic diu est operatum / atque multum contulit, ut homines tempo- 939
rum decursu latius agnoscerent dignitatem personae suae et maturesceret persuasio in re religiosa ipsam immunem servandam esse in civitate a quacumque humana coërcitione.

13. Inter ea quae ad bonum Ecclesiae, immo ad bonum ipsius terrenae civitatis spectant et ubique semperque servanda sunt atque ab omni iniuria defendenda, illud certe praestantissimum est, ut Ecclesia tanta perfruatur agendi libertate, quantam salus hominum curanda requirat [32]. Haec enim libertas sacra est, qua Unigenitus Dei Filius ditavit Ecclesiam acquisitam sanguine suo. Ecclesiae sane adeo propria est, ut qui eam impugnant, iidem contra Dei voluntatem agant. Libertas Ecclesiae est principium fundamentale in relationibus inter Ecclesiam et potestates publicas totumque ordinem civilem.

In societate humana et coram quavis potestate publica Ecclesia sibi vindicat libertatem, utpote auctoritas spiritualis, a Christo Domino constituta, cui ex divino mandato incumbit officium eundi in mundum universum et Evangelium praedicandi omni creaturae [33]. Libertatem pariter

[8] Cf. Lactantius, *Divinarum Institutionum*, Lib. V, 19: CSEL 19, pp. 463-464, 465; PL 6, 614 et 616 (cap. 20); S. Ambrosius, *Epistola ad Valentinianum Imp.*, Ep. 21: PL 16, 1005; S. Augustinus, *Contra litteras Petiliani*, Lib. II, cap. 83: CSEL 52, p. 112; PL 43, 316; cf. C. 23, q. 5, c. 33 (ed. Friedberg, col. 939); Idem, Ep. 23: PL 33, 98; Idem, Ep. 34: PL 33, 132; Idem, Ep. 35: PL 33, 135; S. Gregorius Magnus, *Epistola ad Virgilium et Theodorum Episcopos Massiliae Galliarum*, Registrum Epistolarum, I, 45: MGH Ep. 1, p. 72; PL 77, 510-511 (lib. I, ep. 47); Idem, *Epistola ad Ioannem Episcopum Constantinopolitanum*, Registrum Epistolarum, III, 52: MGH Ep. 1, p. 210; PL 77, 649 (lib. III, ep. 53); cf. D. 45, c. 1 (ed. Friedberg, col. 160); Conc. Tolet. IV, c. 57: Mansi 10, 633; cf. D. 45, c. 5 (ed. Friedberg, col. 161-162); Clemens III: X., V, 6, 9: ed. Friedberg, col. 774; Innocentius III, *Epistola ad Arelatensem Archiepiscopum*, X., III, 42, 3: ed. Friedberg, col. 646.

[9] Cf. CIC, can. 1351; Pius XII, *Allocutio* ad Praelatos Auditores caeterosque officiales et administros Tribunalis S. Romanae Rotae, 6 oct. 1946: AAS 38 (1946), p. 394 [LE 1884]; Idem, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iunii 1943: AAS (1943), p. 243 [LE 1759].

[10] Cf. Eph. 1, 5. [11] Cf. Io. 6, 44. [12] Cf. Io. 13, 13. [13] Cf. Mt. 11, 29. [14] Cf. Mt. 11, 28-30; Io. 6, 67-68.

[15] Cf. Mt. 9, 28-29; Mc. 9, 23-24; 6, 5-6; Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam suam*, 6 aug. 1964: AAS 56 (1964), pp. 642-643 [LE 3211].

[16] Cf. Mt. 11, 20-24; Rom. 12, 19-20; 2 Thess. 1, 8.

[17] Cf. Mt. 13, 30, 40-42. [18] Cf. Mt. 4, 8-10; Io. 6, 15.

[19] Cf. Is. 42, 1-4. [20] Cf. Io. 18, 37. [21] Cf. Mt. 26, 51-53; Io. 18, 36. [22] Cf. Io. 12, 32. [23] Cf. 1 Cor. 2, 3-5; 1 Thess. 2, 3-5. [24] Cf. Rom. 14, 1-23; 1 Cor 8, 9-13; 10, 23-33. [25] Cf. Eph. 6, 19-20. [26] Cf. Rom. 1, 16. [27] Cf. 2 Cor. 10, 4; 1 Thess. 5, 8-9. [28] Cf. Eph. 6, 11-17. [29] Cf. 2 Cor. 10, 3-5. [30] Cf. 1 Pt. 2, 13-17. [31] Cf. Act. 4, 19-20.

[32] Cf. Leo XIII, Litterae *Officio sanctissimo*, 22 dec. 1887: ASS 20 (1887), p. 269; Idem, Litterae *Ex litteris*, 7 aprilis 1887: ASS 19 (1886), p. 465; [33] Cf. Mc. 16, 15; Mt. 28, 18-20; Pius XII, Litt. Encycl. *Summi Pontificatus*, 20 oct. 1939: AAS 31 (1939), pp. 445-446.

sibi vindicat Ecclesia prout est etiam societas hominum qui iure gaudent vivendi in societate civili secundum fidei christianae praescripta [34].

Iamvero si viget ratio libertatis religiosae non solum verbis proclamata neque solum legibus sancita, sed etiam cum sinceritate in praxim deducta, tunc demum Ecclesia stabilem obtinet et iuris et facti condicionem ad necessariam in missione divina exsequenda independentiam, quam auctoritates ecclesiasticae in societate presse pressiusque vindicarunt [35]. Simulque Christifideles, sicut et ceteri homines, iure civili gaudent ne impediantur in vita sua iuxta conscientiam agenda. Concordia igitur viget inter libertatem Ecclesiae et libertatem illam religiosam, quae omnibus hominibus et communitatibus est tamquam ius agnoscenda
940 et in ordinatione iuridica sancienda. /

14. Ecclesia catholica, ut divino obtemperet mandato: «docete omnes gentes» *(Mt.* 28, 19), impensa cura adlaborare debet «ut sermo Dei currat et clarificetur» *(2 Thess.* 3, 1).

Enixe igitur rogat Ecclesia, ut a filiis suis primum omnium fiant «obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus... Hoc enim bonum est et acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire» *(1 Tim.* 2, 1-4).

Christifideles autem in sua efformanda conscientia diligenter attendere debent ad sacram certamque Ecclesiae doctrinam [36]. Christi enim voluntate Ecclesia catholica magistra est veritatis, eiusque munus est, ut Veritatem quae Christus est enuntiet atque authentice doceat, simulque principia ordinis moralis, ex ipsa natura humana profluentia, auctoritate sua declaret atque confirmet. Insuper Christiani, in sapientia ambulantes ad eos qui foris sunt, «in Spiritu Sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis» *(2 Cor.* 6, 6-7), lumen vitae cum omni fiducia [37] et fortitudine apostolica, ad sanguinis usque effusionem, diffundere satagant.

Etenim discipulus erga Christum Magistrum gravi adstringitur officio, veritatem ab Eo receptam plenius in dies cognoscendi, annuntiandi fideliter, strenueque defendendi, exclusis mediis spiritui evangelico contrariis. Simul tamen caritas Christi urget eum, ut amanter prudenter patienter agat cum hominibus, qui in errore vel ignorantia circa fidem versantur [38]. Respiciendum igitur est tum ad officia erga Christum Verbum vivificans quod praedicandum est, tum ad humanae personae iura, tum ad mensuram gratiae a Deo per Christum tributam homini, qui ad fidem sponte accipiendam et profitendam invitatur.

15. Constat igitur praesentis aetatis homines optare ut libere possint religionem privatim publiceque profiteri, immo libertatem religiosam in plerisque Constitutionibus iam ut ius civile declarari et documentis internationalibus
941 sollemniter agnosci [39]. /

At non desunt regimina in quibus, etsi in eorum Constitutione libertas cultus religiosi agnoscitur, tamen ipsae publicae potestates conantur cives a religione profitenda removere et communitatibus religiosis vitam perdifficilem ac periclitantem reddere.

Illa fastua huius temporis signa laeto animo salutans, haec vero deploranda facta cum maerore denuntians, Sacra Synodus Catholicos hortatur, exorat autem homines universos, ut perattente considerent quantopere libertas religiosa necessaria sit in praesenti potissimum familiae humanae condicione.

Manifestum est enim cunctas gentes magis in dies unum fieri, homines diversae culturae et religionis arctioribus inter se deviniciri rationibus, augeri denique conscientiam propriae cuiusque responsabilitatis. Proinde ut pacificae relationes et concordia in genere humano instaurentur et firmentur, requiritur ut ubique terrarum libertas religiosa efficaci tutela iuridica muniatur atque observentur supremа hominum officia et iura ad vitam religiosam libere in societate ducendam.

Faxit Deus et Pater omnium ut familia humana, diligenter servata libertatis religiosae ratione in societate, per gratiam Christi et virtutem Spiritus Sancti adducatur ad

[34] Cf. Pius XI, Litterae *Firmissimam constantiam*, 28 martii 1937: AAS 29 (1937), p. 196.

[35] Cf. Pius XII, Allocutio *Ci riesce*, 6 dec. 1953: AAS 45 (1953), p. 802. [36] Cf. Pius XII, *Nuntius radiophonicus*, 23 martii 1952: AAS 44 (1952), pp. 270-278. [37] Cf. Act. 4, 29.

[38] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: AAS 55 (1963), pp. 299-300 [LE 3110].

[39] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: AAS 55 (1963), pp. 295-296 [LE 3110].

sublimem illam ac perennem «libertatem gloriae filiorum Dei» *(Rom.* 8, 21).

Haec omnia et singula quae in hac Declaratione [*] *edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.*

Romae, apud S. Petrum, die VIII mensis decembris anno MCMLXV.—Ego Paulus Catholicae Ecclesiae Episcopus *(Sequuntur ceterae subsignationes).*

* In sessione IX diei 7 dec. an. 1965 celebrata promulgata. Adn. T. G. Barberena in REDC 23 (1967) 533-554; A. Bea in Doc. Cath. 63 (1966) 1183-1194; C. Corral in REDC 22 (1966) 289-292; 23 (1967) 623-664; J. Courtney Murray in NrT 88 (1966) 41-87; J. Lefebvre in Doc. Cath. 63 (1968) 1195-1206; J. Lopez in REDC 22 (1966) 241-268; 23 (1967) 555-621; L. Rossi in Pal. clero 46 (1967) 947-952; M. Zalba - I. M. Diez Alegria in PrM 55 (1968) 170-197.

3364

1965 DEC 7.-CONC. VAT. II, DECR. AAS 58 (1966) 947-990

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, una cum Sacrosancti Concilii Patribus. Ad perpetuam rei memoriam

Decretum de activitate missionali Ecclesiae

1. Ad Gentes divinitus missa ut sit «universale salutis sacramentum» [1] Ecclesia ex intimis propriae catholicitatis exigentiis, mandato sui Fundatoris oboediens [2], Evangelium omnibus hominibus nuntiare contendit. Ipsi enim Apostoli, in quibus Ecclesia est condita, vestigia Christi sequentes, «praedicaverunt verbum veritatis et genuerunt Ecclesias» [3]. Eorum successorum officium est hoc opus perenne reddere, ut «sermo Dei currat et clarificetur» *(II Thess.* 3, 1) et Regnum Dei ubique terrarum annuntietur et instauretur.

In praesenti autem rerum ordine, ex quo nova exsurgit humanitatis condicio, Ecclesia, sal terrae et lux mundi [4], urgentius vocatur ad omnem creaturam salvandam et renovandam, ut omnia in Christo instaurentur, et in Ipso homines unam familiam unumque populum Dei constituant.

Quare haec Sancta Synodus, dum ob praeclara opera per generosam totius Ecclesiae industriam peracta Deo gratias agit, missionalis activitatis principia delineare, et vires omnium fidelium colligere cupit, ut populus Dei, per angustam viam crucis procedens, regnum Christi, Domini et conspectoris saeculorum [5], ubique diffundat eique advenienti vias paret. / 948

Cap. I—De principiis doctrinalibus

2. Ecclesia peregrinans natura sua missionaria est, cum ipsa ex missione Filii missioneque Spiritus Sancti originem ducat secundum Propositum Dei Patris [6].

Hoc autem Propositum ex «fontali amore» seu caritate Dei Patris profluit, qui, cum sit Principium sine Principio, ex quo Filius gignitur et Spiritus Sanctus per Filium procedit, ex nimia et misericordi benignitate sua libere creans et insuper gratiose vocans nos ad Secum communicandum in vita et gloria, bonitatem divinam liberaliter diffudit ac diffundere non desinit, ita ut qui conditor est omnium, tandem fiat «omnia in omnibus» *(1 Cor.* 15, 28), gloriam suam simul et beatitudinem nostram procurando. Placuit autem Deo homines non tantum singulatim, quavis mutua connexione seclusa, ad vitae Suae participationem vocare, sed eos in populum constituere, in quo filii sui, qui erant dispersi, in unum congregarentur [7].

3. Hoc universale Dei propositum pro salute generis humani perficitur non solum modo quasi secreto in mente hominum vel per incepta, etiam religiosa, quibus ipsi mul-

[1] Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 48: AAS 57 (1965), p. 53 [LE 3232].

[2] Cf. Mc. 16, 15.

[3] S. Augustinus, *Enarr in Ps.* 44, 23: PL 36, 508; CChr 38, 150.

[4] Cf. Mt. 5, 13-14. [5] Cf. Eccli. 36, 19.

[6] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 2: AAS 57 (1965), pp. 5-6 [LE 3232]. [7] Cf. Io. 11, 52.

http://www.obrascatolicas.com

tipliciter Deum quaerunt, «si forte attrectent eum aut inveniant quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum» *(Act.* 17, 27): haec enim incepta indigent illuminari et sanari, etsi, ex benigno consilio providentis Dei, aliquando pro paedagogia ad Deum verum vel praeparatione evan-
949 gelica possint haberi [8]. Deus autem ad / pacem seu communionem Secum stabiliendam fraternamque societatem inter homines, eosque peccatores, componendam, in historiam hominum novo et definitivo modo intrare decrevit mittendo Filium suum in carne nostra, ut homines per Illum eriperet de potestate tenebrarum ac Satanae [9] et in Eo mundum Sibi reconciliaret [10]. Illum ergo, per quem fecit et saecula [11], constituit heredem universorum, ut in Illo omnia instauraret [12].

Christus enim Iesus missus est in mundum verus mediator Dei et hominum. Cum Deus sit, «in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter» *(Col.* 2, 9); secundum humanam autem naturam, novus Adam, renovatae humanitatis caput constituitur, «plenus gratiae et veritatis» *(Io.* 1, 14). Itaque per vias verae Incarnationis processit Filius Dei ut homines divinae naturae participes faceret, propter nos egenus factus cum esset dives, ut illius inopia nos divites essemus [13]. Filius Hominis non venit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret et daret animam suam redemptionem pro multis, id est pro omnibus [14]. Sancti Patres constanter proclamant non esse sanatum quod assumptum a Christo non fuerit [15]. Assumpsit vero integram humanam naturam qualis apud nos miseros et pauperes invenitur, absque tamen peccato [16]. De seipso enim dixit Christus, «quem Pater sanctificavit et misit in mundum» *(Io.* 10, 36): «Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare con-
950 tritos corde, praedi/care captivis remissionem et caecis visum» *(Lc.* 4, 18), et rursus: «Venit Filius hominis quaerere et salvum facere quod perierat» *(Lc.* 19, 10).

Quod autem semel a Domino praedicatum est vel in Ipso pro salute generis humani actum, usque ad ultimum terrae [17] proclamandum et disseminandum est, incipiendo ab Hierosolyma [18], ita ut quod semel pro omnibus patratum fuit ad salutem, in universis decursu temporum effectum suum consequatur.

4. Ad hoc autem perficiendum misit Christus Spiritum Sanctum a Patre, qui salutiferum opus suum intus operaretur Ecclesiamque ad propriam dilatationem moveret. Procul dubio Spiritus Sanctus iam in mundo operabatur antequam Christus glorificaretur [19]. Die tamen Pentecostes in discipulos supervenit, ut cum eis maneret in aeternum [20], Ecclesia coram multitudine publice manifestata est, diffu-
951 sio Evangelii inter gentes per praedicationem exordium sumpsit, et tandem praesignata est unio populorum in fide catholicitate, per Novi Foederis Ecclesiam, quae omnibus linguis loquitur, in caritate omnes linguas intelligit et amplectitur, et sic dispersionem Babelicam superat [21]. A Pente/coste enim inceperunt «actus Apostolorum», sicut superveniente Spiritu Sancto in Virginem Mariam conceptus fuerat Christus et eodem Spiritu Sancto in Ipsum orantem descendente Christus actus fuerat ad opus ministerii sui [22]. Ipse autem Dominus Iesus, priusquam vitam suam libere pro mundo poneret, ita apostolicum ministerium disposuit et Spiritum Sanctum mittendum promisit, ut ambo cooperarentur in opere salutis ubique et semper ad effectum adducendo [23]. Spiritus Sanctus Ecclesiam totam per omnia tempora «in communione et ministratione unificat, diversis donis hierarchicis et charismaticis instruit» [24], ecclesiastica instituta quasi anima eorum vivificando [25] et eundem missionis animum, quo ipse Christus actus fuerat, in cordibus fidelium instillando. Aliquando etiam actionem apostolicam visibiliter praevenit [26], sicut eam variis modis indesinenter comitatur et dirigit [27].

5. Dominus Iesus, inde ab initio «vocavit ad Se quos voluit Ipse... et fecit ut essent duodecim cum Illo et ut mitteret eos praedicare» *(Mc.* 3, 13) [28]. Sic Apostoli fuerunt novi Israel germina simulque sacrae hierarchiae origo. Deinde, cum semel, morte et resurrectione sua, complevisset in seipso mysteria salutis nostrae et renovationis universo, rum, Dominus omnem potestatem adeptus in caelo et in terra [29], priusquam assumeretur in caelum [30], Ecclesiam suam ut sacramentum salutis fun/davit, apostolosque in 952
universum mundum misit sicut et ipse missus fuerat a Patre [31], mandans eis: «Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis» *(Mt.* 28, 19-20). «Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur» *(Mc.* 16, 15). Inde Ecclesiae officium incumbit propagandi fidem salutemque Christi, tum virtute expressi mandati, quod ab Apostolis hereditavit Ordo Episcoporum cui assistunt Presbyteri, una cum Successore Petri Ecclesiaeque Summo Pastore, tum virtute vitae quam membris suis influit Christus, «ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate» *(Eph.* 4, 16). Missio ergo Ecclesiae adimpletur operatione qua, mandato Christi oboediens et Spiritus Sancti gratia caritateque mota, omnibus hominibus vel gentibus pleno actu praesens fit, ut eos, exemplo vitae et praedicatione, sacramentis ceterisque gratiae mediis ad fidem, libertatem et pacem Christi adducat, ita ut eis via libera ac firma pateflat ad plene participandum mysterium Christi.

Cum haec missio contineat et per decursum historiae explicet missionem ipsius Christi, qui evangelizare pauperibus missus est, eadem via, instigante Spiritu Christi, Ecclesia procedere debet ac ipse Christus processit, via nempe paupertatis, oboedientiae, servitii et sui ipsius immolationis usque ad mortem, ex qua per resurrectionem suam victor processit. Nam sic in spe ambulaverunt omnes Apostoli, qui tribulationibus multis et passionibus adimpleverunt ea quae desunt passionum Christi pro corpore eius quod est Ecclesia [32]. Saepe etiam semen fuit sanguis christianorum [33].

6. Hoc munus, ab Ordine Episcoporum, cui praeest Successor Petri, orante et cooperante tota Ecclesia, adimplendum, unum idemque exsistit, ubique et in omni con-
953 dicione, licet non eodem pro rerum condi/cione modo exerceatur. Differentiae proinde, quae in hac Ecclesiae activitate agnoscendae sunt, non sumuntur ex intima natura

[8] Cf. S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 18, 1: «Verbum existens apud Deum, per quem omnia facta sunt, et qui semper aderat generi humano...»: PG 7, 932; id. IV, 6, 7: «Ab initio enim assistens Filius suo plasmati, revelat omnibus Patrem, quibus vult, et quando vult et quemadmodum vult Pater»: ib. 990; cf. IV, 20, 6 et 7: ib. 1037; Demonstratio n. 34: *Patr. Or.*, XII, 773-*Sources Chrét.*, 62, Paris 1958, p. 87; Clemens Alex., *Protrept.*, 112, 1: GCS Clemens I 79; *Strom.* VI, 6, 44, 1: GCS Clemens II 453; 13, 106, 3 et 4; Ibid. 485. Pro doctrina ipsa cf. Pius XII, *Nuntium radiophon.* 31 dec. 1952: Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 16: AAS 57 (1965), p. 20.

[9] Cf. Col. 1, 13; Act. 10, 38. [10] Cf. 2 Cor. 5, 19. [11] Cf. Hebr. 1, 2; Io. 1, 3 et 10; 1 Cor. 8, 6; Col. 1, 16. [12] Cf. Eph. 1, 10. [13] Cf. 2 Cor. 8, 9. [14] Cf. Mc. 10, 45.

[15] Cf. S. Athanasius, *Ep. ad Epictetum*, 7: PG 26, 1060; S. Cyrillus Hieros., *Catech.* 4, 9: PG 33, 465; Marius Victorinus, *Adv. Arium*, 3, 3: PL 8, 1101; S. Basilius, *Epist.* 261, 2: PG 32, 969; S. Gregorius Naz., *Epist.* 101: PG 37, 181; S. Greg. Nyss., *Antirrheticus, Adv. Apollin.*, 17: PG 45, 1156; S. Ambrosius, *Epist.* 48, 5: PL 16, 1153; S. Augustinus, *In Ioan. Ev. tr.* XXIII, 6: PL 35, 1585; CChr 36, 236; insuper hoc modo manifestat Spiritum Sanctum nos non redemisse, eo quod incarnatus non est: *De Agone Christ.*, 22, 24: PL 40, 302; S. Cyrillus Alex., *Adv. Nestor. I, III*, 21: PL 65, 284: de tristitia et timore.

[16] Cf. Hebr. 4, 15; 9, 28. [17] Cf. Act. 1, 8. [18] Cf. Lc. 24, 47.

[19] Spiritus est qui locutus est per prophetas: *Symb. Contantinopol.*: Denz. 150 (86); S. Leo Magnus, *Sermo 76*: PL 54, 405-406: «Cum in die Pentecostes discipulos Domini Spiritus Sanctus implevit, non fuit inchoatio muneris, sed adiectio largitatis: quoniam et patriarchae, et prophetae, et sacerdotes, et omnesque sancti qui prioribus fuere temporibus, eiusdem sunt Spiritus sanctificatione vegetati... quamvis non eadem fuerit mensura donorum». Etiam *Sermo* 77, 1: PL 54, 412; Leo XIII, Enc. *Divinum illud*, 9 mail 1897: AAS 29 (1897), pp. 650-651. Etiam S. Ioannes Chrysostomus, quamvis insistat in novitate missionis Spiritus Sancti in die Pentecostes: *In Eph.* c. 4, Hom. 19, 1: PG 62, 75. [20] Cf. Io. 14, 16.

De Babel et Pentecoste saepe loquuntur SS. Patres: Origenes, *in Genesim*, c. 1: PG 12, 112; S. Gregorius Naz., *Oratio 41*, 16: PG 36, 449; S. Ioannes Chrysost., *Hom. 2 in Pentec.*, 2: PG 50, 467; *In Act. Apost.*

PG 60, 44; S. Augustinus, *Enn. in Ps. 54*, 11: PL 36, 636; CChr. 39, 664 s; *Sermo 175*: PL 38, 1245; S. Cyrillus Alex., *Glaphyra in Genesim II*: PG 69, 79; S. Gregorius Magn., *Hom. in Evang.*, Lib. II, Hom. 30, 4: PL 76, 1222; S. Beda, *In Hexaem.*, lib. III: PL 91, 125. Vide insuper imaginem in atrio Basilicae S. Marci Venetiis. Ecclesia omnes linguas loquitur, et sic omnes colligit in Fidei catholicitate: S. Augustinus, *Sermones 266*, 267, *268*, 269: PL 38, 1225-1237; *Sermo 175*, 3: PL 38, 946; S. Ioannes Chrysost., *In Ep. I ad Cor.*, Hom. 35: PG 61, 296; S. Cyrillus Alex., *Fragm. in Act.*: PG 74, 758; S. Fulgentius, *Sermo 8*, 2-3: PL 65, 743-744. De Pentecoste ut consecratione Apostolorum ad missionem, cf. J. A. Cramer, *Catena in Acta SS. Apostolorum*, Oxford. 1838, p. 24 s.

[21] Cf. Lc. 3, 22; 4, 1; Act. 10, 38.

[22] Cf. Io. 14-17; Paulus VI, Alloc. in Concilio habita die 14 sept. 1964 AAS 56 (1964), p. 807 [LE 3215].

[23] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 4 AAS 57 (1965), p. [LE 3232].

[24] S. Augustinus, *Sermo 267*, 4: PL 38, 1231: «Hoc agit Spiritus Sanctus in tota Ecclesia quod agit anima in omnibus membris unius corporis». Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 7 (cum nota 8): AAS 57 (1965), p. 11 [LE 3232].

[25] Cf. Act. 10, 44-47; 11, 15; 15, 8. [26] Cf. Act. 4, 8; 5, 32; 8, 26.29.39; 9, 31; 10, 11, 24-28; 13, 2.4.9; 16, 6-7; 20, 22-23; 21, 11 etc. [27] Cf. etiam Mt. 10, 1-42. [28] Cf. Mt. 28, 18. [29] Cf. Act. 1, 4-8. [30] Cf. Io. 20, 21. [31] Cf. Col. 1, 24.

[32] Tertullianus, *Apologeticum*, 50, 13: PL 1, 534; CChr I, 171.

ipsius missionis, sed ex condicionibus in quibus missio haec exercetur.,

Dependent vero hae condiciones sive ab Ecclesia, sive etiam a populis, a coetibus vel ab hominibus ad quos missio dirigitur. Ecclesia enim, quamvis de se totalitatem seu plenitudinem mediorum salutis comprehendat, nec semper nec statim secundum omnia agit nec agere potest, sed initia et gradus in actione sua experitur, qua propositum Dei ad effectum adducere conatur; imo quandoque, post feliciter inchoatam progressionem, regressum iterum deplorare cogitur, vel saltem in quodam semiplenitudinis et insufficientiae statu moratur. Quod autem ad homines, coetus et populos attinet, eos gradatim tantum tangit ac penetrat, et sic eos in catholicam plenitudinem assumit. Cum qualibet autem condicione vel statu actus proprii seu apta instrumenta congruere debent.

Incepta peculiaria quibus Evangelii praecones ab Ecclesia missi, euntes in mundum universum, munus Evangelium praedicandi et Ecclesiam ipsam implantandi inter populos vel coetus nondum in Christum credentes exsequuntur, communiter «missiones» nuncupantur, quae per activitatem missionalem perficiuntur, et plerumque exercentur in certis territoriis a Sancta Sede agnitis. Finis proprius activitatis huius missionalis est evangelizatio et plantatio Ecclesiae in populis vel coetibus in quibus non-
954 dum radicata est [34]. Ita ex semine verbi Dei, Eccle/siae autochtonae particulares ubique in mundo sufficienter conditae crescant, viribus quidem propriis ac maturitate praeditae, quae hierarchia propria cum populo fideli unita et mediis quasi affinibus christianae vitae plene ducendae sufficienter instructae, suam partem in utilitatem totius Ecclesiae afferant. Medium principale huius implantationis est praedicatio Evangelii Iesu Christi, ad quod annuntiandum Dominus discipulos suos misit in mundum universum, ut homines per verbum Dei renati [35] Ecclesiae per Baptismum aggregentur, quae ut Verbi incarnati corpus ex verbo Dei et pane eucharistico nutritur et vivit [36].

In hac missionali activitate Ecclesiae, diversae condiciones aliquando permixtae occurrunt: inceptionis primum seu plantationis, deinde novitatis seu iuventutis. Quibus tamen expletis, actio missionalis Ecclesiae non desinit, sed Ecclesiis particularibus iam constitutis officium incumbit eam continuandi, et praedicandi Evangelium singulis, qui adhuc foris sunt. Coetus insuper, inter quos Ecclesia versatur, ob varias causas non raro funditus mutantur, ita ut condiciones omnino novae oriri possint. Ecclesia tunc debet perpendere, num hae condiciones activitatem eius missionalem denuo requirant.

Insuper, rerum adiuncta aliquando talia sunt ut possibilitas pro tempore desit praeconium evangelicum directe ac statim proponendi: tunc quidem missionarii possunt ac debent patienter, prudenter ac simul magna cum fiducia, saltem caritatis et beneficientiae testimonium Christi praebere et sic vias Domino praeparare et ipsum aliquo modo praesentem reddere.

Sic patet activitatem missionalem intime ex ipsa natura Ecclesiae profluere, cuius fidem salvificam propagat, cuius catholicam unitatem dilatando perficit, cuius apostolicitate sustentatur, cuius collegialem Hierarchiae affectum exercet, cuius sanctitatem testificatur, diffundit ac promovet. Ita differt activitas missionalis inter gentes tam ab activitate pastorali erga fideles exercenda, quam ab inceptis susciplendis ad unitatem christianorum redintegrandam. Attamen duo haec cum missionali navitate Ecclesiae ar-
955 tissime coniunguntur [37]: nam divisio / christianorum sanctissimae causae praedicandi Evangelium omni creaturae detrimentum affert [38] et aditum ad fidem multis praecludit. Sic ex necessitate missionis omnes baptizati ad hoc vocantur, ut in uno grege coadunentur et ita coram gentibus de Christo, Domino suo, unanimiter testimonium reddere possint. Quod si unam fidem nondum plene testificari queant, mutua saltem aestimatione ac dilectione animentur oportet.

7. Ratio huius missionalis activitatis ex voluntate Dei sumitur, qui «omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus» (*1 Tim.* 2, 4-6), «et non est in alio aliquo salus» *(Act.* 4, 12). Oportet igitur ut ad Eum, per praedicationem Ecclesiae agnitum, omnes convertantur, et Ipsi et Ecclesiae, quae Corpus Eius est, per Baptismum incorporentur. Christus enim ipse «necessitatem fidei et baptismi expressis verbis inculcando [39], necessitatem Ecclesiae, in quam homines per baptismum tamquam per ianuam intrant, simul confirmavit. Quare illi homines salvari non possent, qui Ecclesiam Catholicam a Deo per Iesum Christum ut necessariam esse conditam non ignorantes, tamen vel in eam intrare, vel in eadem perseverare noluerint» [40]. Etsi ergo Deus viis sibi notis homines Evangelium sine eorum culpa ignorantes ad fidem adducere possit, sine qua impossibile est Ipsi placere [41], Ecclesiae tamen necessitas incumbit [42], simulque ius sacrum, evangelizandi, ac proinde missionalis activitas vim suam et necessitatem hodie sicut et semper integram servat./ 956

Per eam Corpus Christi mysticum ad suum proprium incrementum vires indesinenter colligit et ordinat [43]. Ad eam persequendam impelluntur membra Ecclesiae caritate, qua Deum diligunt et qua cum omnibus hominibus cupiunt communicare in spiritualibus bonis tam praesentis quam futurae vitae. Per hanc activitatem missionalem denique Deus plene glorificatur, dum homines salutare Eius opus, quod in Christo perfecit, conscie et plene accipiunt. Sic per eam completur Dei propositum, cui Christus oboedienter et amanter inservit ad gloriam Patris qui misit eum [44], ut universum genus humanum unum Populum efformet Dei, in unum corpus coalescat Christi, in unum coaedificetur templum Spiritus Sancti: quod sane, cum fraternam concordiam refert, intimo universorum hominum voto respondet. Sic tandem consilium Creatoris, hominem ad imaginem et similitudinem suam condentis, revera adimpletur, cum omnes qui humanam participant naturam, in Christo per Spiritum Sanctum regenerati, unanimiter gloriam Dei speculantes, dicere poterunt: «Pater noster» [45].

8. Etiam cum ipsa natura humana eiusque adspirationibus activitas missionalis intimam habet connexionem. Christum enim manifestando, eo ipso Ecclesia hominibus genuinam eorum condicionis atque integrae vocationis veritatem revelat, cum Christus principium sit et exem/plar 957
huius humanitatis renovatae, fraterno amore, sinceritate et pacifico spiritu imbutae, ad quam omnes adspirant. Christus, et Ecclesia quae de Ipso per evangelicam praedicationem dat testimonium, omnem peculiaritatem stirpis vel nationis transcendunt, ideoque nemini et nullibi ut extranei reputari possunt [46]. Ipse Christus est veritas atque

[33] Conc. Vat. II, Decr. De Oecumenismo, *Unitatis Redintegratio*, n. 1, AAS 57 (1965), p. 90 [LE 3235]. [34] Cf. Mc. 16, 16; Io. 3, 5. [35] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 14: AAS 57 (1965), p. 18 [LE 3232]. [36] Cf. Hebr. 11, 6. [37] Cf. 1 Cor. 9, 16. [38] Cf. Eph. 4: 11-16. [39] Cf. Io. 7, 18; 8, 30 et 44; 8, 50; 17, 1.

[40] De hac synthetica idea vide doctrinam S. Irenaei de Recapitulatione. Cf. etiam Hippolytus, *De Antichristo*, 3: «Omnes volens omnesque salvare desiderans, omnes Dei filios praestare volens sanctosque omnes in unum hominem perfectum vocans...»: PG 10, 732; GCS Hippolyt I 2 p. 6; *Benedictiones Iacob*, 7: T. U., 38-1 p. 18, lin. 4 ss.; Origenes, *In Ioann.* Tom. I, n. 16: «Tum enim cognoscendi Deum una erit actio eorum qui ad Deum pervenerint, duce eo Verbo quod est apud Deum; ut sic sint in cognitione Patris formati omnes accurate filii, ut nunc solus Filius novit Patrem»: PG 14, 49; GCS Orig. IV 20; S. S. Augustinus, *De sermone Domini in monte*, I, 41: «Diligamus quod nobiscum potest ad illa regna perduci, ubi nemo dicit: Pater meus, sed omnes uni Deo: Pater noster»: PL 34, 1250; S. Cyrillus Alex., *In Ioann.* I: «Sumus enim omnes in Christo et communis humanitatis persona in ipsum reviviscit. Nam et novissimus Adam idcirco nuncupatus est... Habitavit enim in nobis, qui per naturam Filius est ac Deus; ideoque in eius Spiritu clamamus: Abba Pater! Habitat autem Verbum in omnibus in uno templo, scilicet quod propter nos et ex nobis assumpsit, ut omnes in seipso habens, omnes in uno corpore, sicuti Paulus ait, reconciliaret Patri»: PG 73, 161-164.

[41] Benedictus XV, *Maximum illud*, 30 nov. 1919: AAS 11 (1919), p. 443 [LE 221]: «Nam ut Ecclesia Dei catholica est nullamque apud gentem vel nationem extranea...». Cf. Ioannes XXIII, Enc. *Mater et Magistra*: «a lucе divino ad universas pertinet gentes... Ecclesia, cum in populi alicuius quasi venas vim suam inseruerit, idcirco neque est neque se existimat institutum quoddam, eidem populo extrinsecus impositum... Atque ideo quidquid bonum honestumque sibi esse videatur, idem confirmant atque perficiunt» (sc. hi qui in Christo renati sunt), 25 mail 1961: AAS (1961), p. 444 [LE 2984].

http://www.obrascatolicas.com

via, quas evangelica praedicatio omnibus patefacit, dum ad aures omnium eiusdem Christi verba perfert: «Paenitemini et credite Evangelio» *(Mc.* 1, 15). Cum autem, qui non credit, iam iudicatus sit [47], verba Christi verba sunt simul iudicii et gratiae, mortis et vitae. Etenim solum vetustati mortem inferendo ad novitatem vitae accedere possumus: quod primo de personis valet, sed etiam de diversis bonis mundi huius, quae simul hominis peccato et Dei benedictione signantur: «Omnes enim peccaverunt et egent gloria Dei» *(Rom.* 3, 23). Nemo per seipsum et suis viribus a peccato liberatur et supra seipsum elevatur, nemo penitus a sua infirmitate vel solitudine vel servitute solvitur [48], omnes vero indigent Christo exemplari, magistro, liberatore, salvatore, vivificatore. Revera Evangelium in historia hominum, etiam temporali, fermentum libertatis ac progressus fuit seseque iugiter praebet fermentum fraternitatis, unitatis et pacis. Non ergo sine causa Christus a fidelibus celebratur ut «exspectatio gentium et Salvator earum» [49].

9. Itaque tempus activitatis missionalis est inter priorem adventum Domini et alterum, in quo Ecclesia a quatuor ventis sicut messis colligetur in regnum Dei [50]. Antequam enim Dominus veniet, in omnes gentes oportet
958 praedicari evangelium [51]. /

Activitas missionalis nihil aliud est et nihil minus quam propositi Dei manifestatio seu Epiphania et adimplementum in mundo et in eius historia, in qua Deus, per missionem, historiam salutis manifeste perficit. Per verbum praedicationis et per celebrationem sacramentorum, quorum centrum et culmen est Sanctissima Eucharistia, Christum salutis auctorem praesentem reddit. Quidquid autem veritatis et gratiae iam apud gentes quasi secreta Dei praesentia inveniebatur, a contagiis malignis liberat et Auctori suo Christo restituit, qui imperium diaboli evertit et multimodam scelerum malitiam arcet. Itaque quidquid boni in corde menteque hominum vel in propriis ritibus et culturis populorum seminatum invenitur, non tantum non perit, sed sanatur, elevatur et consummatur ad gloriam Dei, confusionem daemonis et beatitudinem hominis [52]. Sic activitas missionalis ad plenitudinem eschatologicam tendit [53]: per eam enim, usque ad mensuram et tempus quae Pater posuit in sua potestate [54], dilatatur Populus Dei, cui prophetice dictum est: «Dilata locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende! Ne parcas!» *(Is.* 54, 2) [55], augetur Corpus mysticum usque ad mensuram aetatis plenitudinis Christi [56], templumque spirituale, ubi Deus adoratur in spiritu et veritate [57], crescit et superaedificatur «super fundamentum apostolorum et pro-
phetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu»
959 *(Eph.* 2, 20). /

Cap. II.—De ipso opere missionali

10. Ecclesia, a Christo missa ad caritatem Dei omnibus hominibus et gentibus manifestandam et communicandam, opus missionale adhuc ingens sibi faciendum intelligit. Vicies enim milies centena milia hominum, quorum numerus in dies augetur, qui stabilibus vitae culturalis nexibus, antiquis religionis traditionibus, firmis socialium necessitudinem vinculis in magnos et determinatos coetus coalescunt, nuntium evangelicum nondum aut vix audierunt; quorum alii unam ex magnis religionibus sequuntur, alii vero notitiae ipsius Dei extranei manent, alii eius existentiam expresse negant, imo quandoque oppugnant. Ecclesia, ut omnibus mysterium salutis vitamque a Deo allatam eodem motu, quo ipse Christus incarnatione sua se obstrinxit certis socialibus et culturalibus conditionibus hominum cum quibus conversatus est.

Art. 1. *De testimonio christiano*

11. Ecclesia his coetibus humanis praesens sit oportet per suos filios, qui inter eos conversantur vel ad eos mit-

[47] Cf. Io. 3, 18. [48] Cf. Irenaeus, *Adv. Haer.*, III, 15, n. 3: PG 7, 919: «Veritatis fuerunt praedicatores et apostoli libertatis».
[49] *Breviarium romanum*, Ant. O ad vesperas diei 23 decembris.
[50] Cf. Mt. 24, 31; Didachè 10, 5: Funk I, p. 32. [51] Cf. Mc. 13, 10.
[52] Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 17: AAS 57 (1965), pp. 20-21 [LE 3232]; S. Augustinus, *De Civitate Dei*, 19, 17: PL 41, 646; Instr. S. C. P. F.: *Collectanea* I, n. 135 p. 42.
[53] Secundum Origenem, Evangelium praedicari debet ante consummationem mundi huius: *Hom. in Luc.*, XXI: GCS, Orig. IX 136, 21 sq.; *In Matth. comm. ser.*, 39: XI 75, 25 sq.; 76, 4 sq.; *Hom. in Ierem.*, I« II»», q. 106, a. 4, ad 4. [54] Cf. Act. 1, 7.
[55] Hilarius Pict., *In Ps.* 14: PL 9, 301; Eusebius Caesariensis, *In Isaiam* 54, 2-3: PG 24, 462-463; Cyrillus Alex., *In Isaiam* V, cap. 54, 1-3: PG 70, 1293. [56] Cf. Eph. 4, 13. [57] Cf. Io. 4, 23.

tuntur. Omnes enim christifideles, ubicumque vivunt, exemplo vitae et testimonio verbi novum hominem, quem per baptismum induerunt, et virtutem Spiritus Sancti, a quo per confirmationem roborati sunt, ita manifestare tenentur, ut ceteri bona eorum opera considerantes glorificent Patrem [1] et genuinum vitae humanae sensum et communionis hominum universale vinculum plenius percipiant.

Ut ipsi hoc testimonium Christi fructuose dare possint, cum illis hominibus aestimatione et caritate iungantur, se ut membra coetus hominum inter quos vivunt agnoscant, et in vita culturali et sociali partem habeant per varia humanae vitae commercia et negotia; familiares / sint cum eo- 960
rum traditionibus nationalibus et religiosis; laete et reverenter detegant semina Verbi in eis latentia; simul vero ad transformationem profundam attendant, quae inter gentes fit, et adlaborent ne homines nostrae aetatis scientiae et technologiae mundi moderni nimis intenti a rebus divinis alienentur, quinimmo ut ad impensius desiderium veritatis et caritatis divinitus revelatae expergefiant. Sicut ipse Christus cor hominum scrutatus est eosque colloquio vere humano ad lucem divinam perduxit, ita eius discipuli, Spiritu Christi profunde perfusi, cognoscant homines inter quos vivunt, et cum eis conversentur, ut ipsi dialogo sincero et patienti discant, quas divitias Deus munificus Gentibus dispensaverit; simul vero istas divitias luce evangelica collustrare, liberare, et in Dei Salvatoris dominium reducere conentur.

12. Praesentia christifidelium in coetibus humanis illa caritate animetur, qua nos dilexit Deus, qui vult ut et nos nos invicem eadem caritate diligamus [2].

Caritas christiana revera ad omnes extenditur sine discrimine stirpis, condicionis socialis seu religionis; nullum exspectat lucrum seu gratitudinem. Sicut enim Deus dilexit nos amore gratuito, ita et fideles caritate sua ipsi homini solliciti sint diligendo eum eodem motu quo Deus hominem quaesivit. Sicut ergo Christus circuibat omnes civitates et castella curans omnem languorem et infirmitatem in signum adventus Regni Dei [3], ita et Ecclesia per filios suos iungitur cum hominibus cuiuscumque condicionis, maxime vero cum pauperibus et afflictis, atque libenter pro eis impenditur [4]. Participat enim eorum gaudia et dolores, novit vitae adspirationes et aenigmata, eis in anxietatibus mortis compatitur. Pacem quaerentibus respondere cupit fraterno dialogo, afferens eis pacem et lucem ex Evangelio.

Laborent christifideles et cum ceteris omnibus collaborent in rebus oeconomicis et socialibus recte ordinandis. Speciali cura sese devoveant educationi puerorum et adolescentium per scholas diversi generis, quae considerandae sunt non tantum tamquam medium eximium ad forman- / 961
dam et provehendam iuventutem christianam, sed simul ut servitium summi valoris hominibus, maxime vero Nationibus progredientibus, ad elevandam dignitatem humanam et ad conditiones humaniores praeparandas. Insuper partem assumant in conatibus eorum populorum qui, famem, ignorantiam et morbos debellando, meliores vitae condiciones condere et pacem in mundo firmare satagunt. In hac activitate fideles sociam operam suam prudenter praestare exoptent inceptis quae ab Institutis privatis et publicis, a guberniis, ab organis internationalibus, a diversis communitatibus christianis necnon a religionibus non-christianis promoventur.

Ecclesia vero nullo modo vult se in moderamen terrenae civitatis ingerere. Nullam aliam auctoritatem sibi vindicat nisi ut, Deo adiuvante, caritate et fideli servitio hominibus ministret [5].

In sua vita et operatione intime cum hominibus coniuncti, Christi discipuli eis verum testimonium Christi se oblaturos, et in eorum salutem se operaturos sperant, etiam ubi Christum plene annuntiare nequeunt. Non enim quaerunt progressum et prosperitatem mere materialem hominum, sed eorum dignitatem et fraternam unionem promovent, docentes veritates religiosas et morales, quas Christus luce sua illustravit, sicque gradatim aditum pleniorem ad Deum aperiunt. Ita homines iuvantur in assequenda salute per caritatem erga Deum et proximum, et elucere incipit mysterium Christi, in quo novus homo apparuit, qui secundum Deum creatus est [6], et in quo caritas Dei revelatur.

[1] Cf. Mt. 5, 16. [2] Cf. 1 Io. 4, 11. [3] Cf. Mt. 9, 35 ss.; Act. 10, 38. [4] Cf. 2 Cor. 12, 15.
[5] Cf. Mt. 20, 26; 23, 11; Alloc. Pauli VI die 21 nov. 1964 in Concilio habita: AAS 56 (1964), p. 1013.
[6] Cf. Eph. 4, 24. [LE 3236].

Art. 2. *De praedicatione Evangelii et de congregando Populo Dei*

13. Ubicumque Deus aperit ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi [7], omnibus hominibus [8] fidu-
962 cialiter et constanter [9] annuntietur [10] / Deus vivus et, quem ad omnium salutem misit, Iesus Christus [11], ut non-christiani, Spiritu Sancto cor ipsorum aperiente [12], credentes ad Dominum libere convertantur, Eique sincere adhaereant qui, cum sit «via, veritas et vita» *(Io.* 14, 6), omnes eorum exspectationes spirituales explet, imo infinite superat.

Quae conversio sane initialis intelligenda est, sufficiens tamen ut homo percipiat se, avulsum a peccato, introduci in mysterium amoris Dei, qui eum vocat ad personale commercium cum Seipso in Christo ineundum. Etenim, gratia Dei operante, neoconversus spirituale iter aggreditur quo, fide iam communicans mysterio Mortis et Resurrectionis, transit a vetere homine ad novum hominem in Christo perfectum [13]. Hic transitus, secum trahens progressivam sensus et morum immutationem, cum suis socialibus consectariis manifestus fieri et tempore catechumenatus paulatim evolvi debet. Cum Dominus cui creditur, signum sit contradictionis [14], homo conversus rupturas et separationes non raro experitur, sed etiam gaudia quae non ad mensuram dat Deus [15].

Ecclesia severe prohibet ne quis ad fidem amplectendam cogatur vel artibus importunis inducatur aut alliciatur, sicut et fortiter vindicat ius ne ullus iniquis vexationibus a fide deterreatur [16].

Iuxta perantiquam Ecclesiae consuetudinem, motiva conversionis investigentur et, si necesse est, purificentur.

14. Qui fidem in Christum a Deo per Ecclesiam acceperunt [17], liturgicis caeremoniis admittantur ad catechu-
963 menatum; qui non est mera dogmatum praeceptorumque expositio, sed totius vitae christianae institutio et tirocinium debite protractum, quibus discipuli cum Christo suo Magistro coniunguntur. Catechumeni ergo apte initientur mysterio salutis et exercitio morum evangelicorum sacris- / que ritibus, successivis / temporibus celebrandis [18], introducantur in vitam fidei, liturgiae et caritatis Populi Dei.

Deinde per initiationis christianae sacramenta liberati a potestate tenebrarum [19], Christo commortui, consepulti et conresuscitati [20], Spiritum accipiunt [21] adoptionis filiorum, et memoriale mortis et resurrectionis Domini cum cuncto Populo Dei celebrant.

Desiderandum est ut liturgia temporis quadragesimalis et paschalis ita restauretur ut animos catechumenorum componat ad celebrationem paschalis mysterii in cuius sollemnibus peragendis per baptismum Christo regenerantur.

Initiatio autem illa christiana in catechumenatu non a solis catechistis vel sacerdotibus, sed a tota communitate fidelium, speciali autem modo a patrinis, est procuranda, ita ut catechumeni inde ab initio sentiant se pertinere ad Populum Dei. Cumque vita Ecclesiae sit apostolica, catechumeni item discant testimonio vitae et fidei professione ad evangelizationem et Ecclesiae aedificationem actuose cooperari.

Status tandem iuridicus catechumenorum in novo Codice clare ponatur. Iam enim cum Ecclesia coniuncti sunt [22], iam de domo sunt Christi [23] et non raro iam vitam agunt fidei, spei et caritatis.

Art. 3. *De Communitate Christiana efformanda*

15. Spiritus Sanctus, qui omnes homines per semina Verbi praedicationemque Evangelii ad Christum vocat et in cordibus obsequium fidei suscitat, cum credentes in Christum in baptismalis fontis sinu ad novam / vitam gene- 964
rat, eos congregat in unum Populum Dei qui est «genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis» *(1 Pt.* 2, 9) [24].

Missionarii ergo, cooperatores Dei [25], tales suscitent fidelium congregationes quae, digne ambulantes vocatione qua vocatae sunt [26] munera a Deo sibi concredita exerceant sacerdotale, propheticum et regale. Hoc modo communitas christiana signum fit praesentiae Dei in mundo: ipsa enim sacrificio eucharistico incessanter cum Christo ad Patrem transit [27], verbo Dei sedulo enutrita [28] testimonium Christi praebet [29], in caritate denique ambulat spirituque apostolico fervet [30]. Communitas christiana inde ab initio ita efformari debet ut suis necessitatibus, quantum fieri potest, ipsa providere queat.,

Haec fidelium congregatio, divitiis culturae propriae gentis praedita, in populo profunde radicetur: efflorescant familiae spiritu evangelico imbutae [31] atque scholis idoneis iuventur; associationes et coetus erigantur per quos laicorum apostolatus totam societatem spiritu evangelico permeare valeat. Splendescat denique caritas inter catholicos diversi ritus [32]. Spiritus etiam oecumenicus nutriatur inter neophytos, qui probe aestiment fratres in Christum credentes esse Christi discipulos, baptismate regeneratos, per-
plurium bonorum Populi Dei consortes. Quantum sinunt condiciones religiosae, actio oecumenica ita promoveatur ut, seclusa omni tam indifferentismi et confusionismi quam insanae aemulationis specie, communi, pro quanto datur, professione / fidei in Deum et in Iesum Christum coram 965
Gentibus, atque cooperatione in re tam sociali et technica quam culturali et religiosa, catholici fraterne collaborent cum fratribus a se seiunctis ad normas Decreti de Oecumenismo. Collaborent praesertim propter Christum, suum Dominum communem: Eius Nomen eos colligat! Haec collaboratio instituatur non solum inter privatas personas, sed etiam, de iudicio Ordinarii loci, inter Ecclesias vel communitates ecclesiales earumque opera.

Christifideles ex Gentibus cunctis in Ecclesia congregati «neque regimine, neque sermone, neque politicis vitae institutis a ceteris hominibus sunt distincti» [33], ideoque in honesta consuetudine vitae gentis suae Deo et Christo vivant; ut boni cives amorem Patriae vere et efficaciter colant, alienae tamen stirpis contemptum et nationalismum exacerbatum vitent omnino, amorem hominum universalem promoveant.

Ad omnia haec obtinenda maximum momentum habent et speciali cura digni sunt laici, christifideles nempe qui, Christo per baptismum incorporati, in saeculo vivunt. Ipsorum enim proprium est, ut Spiritu Christi imbuti, fermenti instar, res temporales ab intra animent et ordinent, ut secundum Christum iugiter fiant [34].

Attamen non sufficit ut populus christianus praesens sit et constitutus in aliqua gente, nec sufficit ut apostolatum exempli exerceat; ad hoc constituitur, ad hoc praesens est, ut concivibus non-christianis Christum verbo et opere annuntiet eosque iuvet ad plenam Christi receptionem.

Iamvero, ad Ecclesiae plantationem et ad incrementum communitatis christianae necessaria sunt varia ministeria, quae vocatione divina ex ipsa fidelium congregatione suscitata, ab omnibus diligenti cura sunt fovenda atque colenda; inter quae habentur munera sacerdotum, diaconorum et catechistarum, atque actio catholica. Item Religiosi et Religiosae ad Regnum Christi in animis radicandum et corroborandum illudque ulterius dilatandum sive oratione, sive 966
actuosa opera indispensabile praestant officium. /

16. Gaudio magno Ecclesia gratias agit pro inaestimabili vocationis sacerdotalis dono, quod inter Gentes ad Christum recenter conversas tot iuvenibus Deus elargitus est. Firmiores enim radices Ecclesia in unoquoque coetu

[7] Cf. Col. 4, 3. [8] Cf. Mc. 16, 15. [9] Cf. Act. 4, 13, 29, 31; 9, 27-28; 13, 46; 14, 3; 19, 8; 26, 26; 28, 31; 1 Thess. 2, 2; 2 Cor. 3, 12; 7, 4; Phil. 1, 20; Eph. 3, 12; 6, 19-20. [10] Cf. 1 Cor. 9, 15; Rom. 10, 14.
[11] Cf. 1 Thess. 1, 9-10; 1 Cor. 1, 18-21; Gal. 1, 31; Act. 14, 15-17; 17, 22-31. Act. 16, 14. [12] Cf. Col. 3, 5-10; Eph. 4, 20-24. [13] Cf. Lc. 2, 34; Mt. 10, 34-39. [14] Cf. 1 Thess. 1, 6.
[15] Cf. Conc. Vat. II, Decl. De Libertate Religiosa, *Dignitatis Humanae*, nn. 2, 4, 10 [LE 3363]; Const. past. De Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et Spes*, n. 21 [LE 3366].
[16] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 17: AAS 57 (1965), pp. 20-21 [LE 3232].
[17] Cf. Conc. Vat. II, Const. De Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 64-65: AAS 56 (1964), p. 117 [LE 3141].
[18] Cf. Col. 1,13. De qua liberatione a servitute daemonis et tenebrarum in Evangelio, cf. Mt. 12, 28; Io. 8, 44; 12, 31 (cf. 1 Io. 3, 8; Eph. 2, 1-2).
[19] Cf. Rom. 6, 4-11; Col. 2, 12-13; 1 Pt. 3, 21-22; Mc. 16, 16. [20] Cf. 1 Thess. 4, 14-17.
[21] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 14: AAS 57 (1965), p. 19 [LE 3232].
[22] Cf. S. Augustinus, *Tract. in Ioann.* 11, 4: PL 35, 1476.

[23] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 9: AAS 57 (1965), p. 13 [LE 3232]. [24] Cf. 1 Cor. 3, 9. [25] Cf. Eph. 4, 1.
[26] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, nn. 10, 11, 34: AAS 57 (1965), pp. 10-17, 39-40 [LE 3232].
[27] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Divina Revelatione, *Dei Verbum*, n. 21: AAS 57 (1965), p. 24 [LE 3345].
[28] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, nn. 12, 35: AAS 57 (1965), pp. 16, 40-41 [LE 3232].
[29] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, nn. 23, 36: AAS 57 (1965), pp. 28, 41-42 [LE 3232].
[30] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, nn. 11, 35, 41: AAS 57 (1965), pp. 15-16, 40-41, 47 [LE 3232].
[31] Cf. Conc. Vat. II, Decr. De Ecclesiis Orientalibus Catholicis, *Orientalium Ecclesiarum*, n. 4: AAS 57 (1965), pp. 77-78 [LE 3233]. [32] *Epist. ad Diognetum*, 5: PG 2, 1173; cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 38: AAS 57 (1965), p. 43 [LE 3232].
[33] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 32: AAS 57 (1965), p. 38 [LE 3232]; Decr. De Apostolatu Laicorum, *Apostolicam Actuositatem*, nn. 5-7 [LE 3246].

http://www.obrascatolicas.com

humano figit, cum variae communitates fidelium ex suis membris proprios habent salutis ministros in ordine Episcoporum, Presbyterorum ac Diaconorum, fratribus suis inservientes, ita ut novellae Ecclesiae structuram dioecesanam cum proprio clero paulatim acquirant.

Quae de sacerdotali vocatione et formatione ab hoc Concilio statuta sunt, sancte serventur ubi Ecclesia primo plantatur, et apud novellas Ecclesias. Maximi facienda sunt quae dicuntur de institutione spirituali cum doctrinali et pastorali arcte connectenda, de vita secundum formam Evangelii gerenda sine consideratione commodi proprii vel familialis, de intimo sensu mysterii Ecclesiae excolendo. Inde mirabiliter discent totos se ipsos in servitium Corporis Christi et ad opus Evangelii dedicare, proprio episcopo tanquam fidi cooperatores adhaerere et sociam confratribus operam praestare [35].

Ad quem generalem finem assequendum, tota alumnorum formatio ordinetur sub luce mysterii salutis uti in Scripturis exhibetur. Hoc mysterium Christi et salutis humanae in Liturgia praesens inveniant et vivant [36].

Quae exigentiae communes sacerdotalis institutionis, etiam pastoralis et practicae, ad normam Concilii [37], componantur cum studio obviam eundi peculiari cogitandi agendique modo propriae gentis. Alumnorum mentes ergo aperiantur et exacuantur ut bene cognoscant et iudicare valeant suae gentis culturam; in disciplinis philosophicis et theologicis perspiciant rationes quae traditiones ac religionem patrias inter et religionem christianam intercedunt [38]. Item institutio sacerdotalis necessitates pastorales
967 regionis respiciat: alumni discant historiam,/ finem et methodum actionis missionalis Ecclesiae, et speciales conditiones sociales, oeconomicas, culturales proprii populi. In spiritu oecumenismi educentur, et ad dialogum fraternum cum non-christianis rite praeparentur [39]. Haec omnia postulant, ut studia ad sacerdotium peragantur, quantum fieri potest, in consuetudine et convictu cum sua cuiusque gente [40]. Cura tandem habeatur de formatione in administratione ordinata ecclesiastica, imo etiam oeconomica.

Insuper idonei sacerdotes seligantur qui, post praxim aliquam pastoralem, in studiorum Universitatibus etiam exteris, maxime in Urbe, aliisque Institutis scientificis studia superiora perficiant, ita ut Ecclesiis novellis ex clero locali praesto sint ad magis ardua munera ecclesiastica implenda, congrua scientia et peritia praediti.

Ubi Conferentiis Episcoporum opportunum apparuerit, ordo diaconatus ut status vitae permanens restauretur ad normam Constitutionis De Ecclesia [41]. Iuvat enim viros, qui ministerio vere diaconali fungantur, vel verbum divinum tamquam catechistae praedicantes, vel nomine parochi et episcopi dissitas communitates christianas moderantes, vel caritatem exercentes in operibus socialibus seu caritativis, per impositionem manuum inde ab Apostolis traditam corroborari et altari arctius coniungi, ut ministerium suum per gratiam sacramentalem diaconatus efficacius expleant.

17. Item laude dignum est agmen illud, de opere missionum ad Gentes tam optime meritum, catechistarum scilicet, tam virorum quam mulierum, qui spiritu apostolico imbuti, magnis laboribus singulare et omnino necessarium adiumentum conferunt ad dilatationem fidei et Ecclesiae.

Nostris diebus, cum ad tot multitudines evangelizandas et ad ministerium pastorale exercendum pauci sint clerici, catechistarum officium maximum momentum habet. Eorum ergo institutio ita perfici debet et culturali progressui accommodari, ut tamquam validi cooperatores ordinis sa-
968 cerdotalis quam optime exsequi possint munus suum novis et amplioribus oneribus ingravescens./

Multiplicentur ergo scholae dioecesanae et regionales in quibus futuri catechistae cum doctrinam catholicam, praesertim in re biblica et liturgica, tum etiam methodum catecheticam praximque pastoralem excolant, seque ad mores hominum christianorum [42] forment, pietatem sanctitatemque vitae colere indesinenter satagentes. Insuper conventus vel cursus habeantur quibus catechistae in disciplinis et artibus suo ministerio utilibus certis temporibus renoventur et eorum vita spiritualis nutriatur et roboretur. Praeterea, iis qui totos huic operi se devovent, status vitae decens et securitas socialis procuretur per iustam remunerationem [43]. In voto est ut formationi et sustentationi catechistarum modo congruo provideatur subsidiis S. Dicasteri de Propaganda Fide specialibus. Si necessarium et aptum apparebit, Opus pro Catechistis fundetur. Insuper Ecclesiae grato animo agnoscent generosam operam catechistarum auxiliarium, quorum adiutorio indigebunt. Ipsi in suis communitatibus precibus praesunt et doctrinam tradunt. De eorum formatione doctrinali et spirituali rite curandum est. Praeterea optandum est ut, ubi opportunum videbitur, catechistis debite formatis missio canonica in actione liturgica publice celebranda conferatur, ut apud populum maiore auctoritate fidei deserviant.

18. Inde a periodo plantationis Ecclesiae vita religiosa sedulo promoveatur, quae non solum pretiosa omninoque necessaria auxilia activitati missionali affert, sed per intimiorem consecrationem Deo in Ecclesia factam lucide quoque manifestat et significat intimam vocationis christianae naturam [44].

Instituta religiosa, plantationi Ecclesiae adlaborantia, mysticis divitiis, quibus traditio religiosa Ecclesiae insignitur, penitus imbuta, eas pro cuiusque gentis ingenio et indole exprimere et tradere conentur. Attente considerent quomodo traditiones asceticae et contemplativae, quarum semina iam ante Evangelii praedicationem nonnunquam antiquis culturis a Deo indita sunt, in vitam religiosam christianam assumi possint./ 969

In novellis Ecclesiis variae formae vitae religiosae excolendae sunt, ut diversos aspectus missionis Christi et vita Ecclesiae exhibeant, ac variis operibus pastoralibus se devoveant, suaque membra ab ea exercenda rite praeparent. Attamen Episcopi in Conferentia videant ne Congregationes eundem finem apostolicum prosequentes, multiplicentur cum detrimento vitae religiosae et apostolatus.

Speciali mentione digna sunt varia ad vitam contemplativam radicandam incepta, quibus alii, essentialia Institutionis monasticae elementa retinentes, ditissimam traditionem sui Ordinis implantare satagunt, alii vero ad antiqui monachismi simpliciores formas redeunt: omnes tamen genuinam aptationem ad condiciones locales quaerere studeant. Cum enim vita contemplativa ad plenitudinem praesentiae Ecclesiae pertineat, oportet apud novellas Ecclesias ubique instauretur.

Cap. III—De Ecclesiis particularibus

19. Opus plantationis Ecclesiae in determinato hominum coetu certam attingit metam, cum congregatio fidelium, in sociali vita iam radicata culturaeque loci aliquatenus conformata, quadam stabilitate et firmitate fruitur. propria nempe, etsi insufficienti, instructa copia localium sacerdotum, religiosorum et laicorum, iis ministeriis et institutis ditatur quae ad vitam populi Dei sub ductu Episcopo proprii ducendam ac dilatandam necessaria sunt.

In huiusmodi Ecclesiis novellis, vita Populi Dei maturescere debet per omnes campos vitae christianae ad normas huius Concilii renovandae: congregationes fidelium, magis in dies conscie, vivae efficiuntur communitates fidei, liturgiae et caritatis; laici per civilem et apostolicam operositatem ordinem caritatis et iustitiae in civitate instaurare nituntur; instrumenta communicationis socialis opportune et prudenter adhibentur; familiae per vitam vere christianam seminaria evadunt apostolatus laicorum necnon vocationum sacerdotalium et religiosarum. Fides denique per catechesim aptatam edocetur, in Liturgia ingenio populi consona celebratur, et per legislationem canonicam congruam inducitur in honesta instituta et consuetudines locales./ 970

Episcopi vero, una cum suo quisque presbyterio, sensu Christi et Ecclesiae magis magisque imbuti, cum universali Ecclesia sentiant atque vivant. Intima permaneat ecclesiarum novellarum communio cum tota Ecclesia, cuius traditionis elementa culturae propriae adiungant ad augendam, mutuo quodam virium effluvio, vitam Corporis

[35] Cf. Conc. Vat. II, Decr. De Institutione Sacerdotali, *Optatam totius*, nn. 4, 8, 9 [LE 3334].
[36] Cf. Conc. Vat. II, Const. De Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 17: AAS 56 (1964), p. 105 [LE 3141].
[37] Cf. Conc. Vat. II, Decr. De Institutione Sacerdotali, *Optatam totius*, n. 1 [LE 3334].
[38] Cf. Ioannes XXIII, *Princeps Pastorum*, 28 nov. 1959: AAS 51 (1959), pp. 843-844 [LE 2861].
[39] Cf. Conc. Vat. II, Decr. De Oecumenismo, *Unitatis Redintegratio*, n. 4: AAS 57 (1965), pp. 94-96 [LE 3235].
[40] Cf. Ioannes XXIII, *Princeps Pastorum*, 28 nov. 1959: AAS 51 (1959), p. 842 [LE 2861].
[41] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 29: AAS 57 (1965), p. 36 [LE 3232].

[42] Cf. Ioannes XXIII, *Princeps Pastorum*, 28 nov. 1959: AAS 51 (1959) p. 855 [LE 2861].
[43] Agitur de sic dictis scatéchistes à plein temps», «fulltime catechists».
[44] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, nn. 31, 44: AAS 57 (1965), pp. 37, 50-51 [LE 3232].

Mystici [1]. Hinc colantur elementa theologica, psychologica et humana quae ad hunc sensum communionis cum Ecclesia universali fovendum afferre valeant.

Hae vero Ecclesiae, saepissime in pauperioribus orbis partibus sitae, gravissima plerumque sacerdotum penuria et subsidiorum materialium inopia adhuc laborant. Quare summopere indigent ut continuata totius Ecclesiae actio missionalis ea subministret adminicula quae Ecclesiae localis incremento vitaeque christianae maturitati praeprimis inserviant. Quae actio missionalis opem etiam ferat iis Ecclesiis, diu fundatis, quae in quodam statu regressionis vel debilitatis versantur.

Attamen istae Ecclesiae commune pastorale studium aptaque opera instaurent, quibus vocationes ad clerum dioecesanum et ad Instituta religiosa numero augeantur, securius diiudicentur et efficacius excolantur [2], ita ut paulatim sibimetipsis providere et aliis auxilium afferre valeant.

20. Cum Ecclesia particularis universalem Ecclesiam quam perfectissime repraesentare teneatur, probe noscat se ad eos quoque qui in Christum non credentes cum ipsa in eodem territorio commorantur esse missam ut, testimonio vitae singulorum fidelium et totius communitatis, signum sit Christum eis indicans.

Requiritur insuper ministerium verbi, ut Evangelium ad omnes perveniat. Episcopus imprimis fidei praeco sit oportet, qui novos discipulos ad Christum adducat [3]. Quod eximium munus ut rite adimpleat, penitus percipiat tum condiciones sui gregis tum intimas suorum concivium de Deo opiniones, sedulo quoque habita ratione illarum mu-
971 ta/tionum, quas urbanizationes uti dicunt, migrationes et indifferentismus religiosus introduxerint.

Presbyteri locales in novellis Ecclesiis opus evangelizationis ardenter aggrediantur, communem operam instituendo cum missionariis exteris, quibuscum unum efforment presbyterium, adunatum sub auctoritate Episcopi, non solum ad fideles pascendos et ad divinum cultum celebrandum, sed etiam ad Evangelium praedicandum iis qui foris sunt. Promptos se praebeant et, occasione data, alacri animo Episcopo suo sese offerant ad opus missionarium in dissitis et derelictis regionibus propriae dioeceseos vel in aliis dioecesibus incipiendum.

Eodem zelo fervescant religiosi et religiosae itemque laici erga suos concives, praesertim pauperiores.

Curent Conferentiae Episcopales ut statis temporibus cursus renovationis biblicae, theologicae, spiritualis et pastoralis instituantur eo consilio, ut inter rerum varietates et mutationes clerus pleniorem cognitionem scientiae theologicae et methodorum pastoralium acquirat.

De caetero, sancte serventur ea quae ab hoc Concilio, praesertim in Decreto De Presbyterorum Ministerio et Vita sancita sunt.

Ut hoc opus missionale Ecclesiae particularis perfici possit, requiruntur ministri idonei, tempestive parandi modo condicionibus uniuscuiusque Ecclesiae congruenti. Cum autem homines magis magisque in coetus coalescant, maxime convenit Conferentias episcopales communia consilia inire de dialogo cum his coetibus instituendo. Si autem in quibusdam regionibus coetus hominum inveniuntur, qui a fide catholica amplectenda eo arceantur, quod formae peculiari quam Ecclesia ibi induerit, sese accommodare nequeant, in voto est ut tali condicioni speciali modo [4] provideatur, donec omnes christiani in unam communitatem congregari possint. Missionarios vero, si quos Apostolica Sedes ad hunc finem praesto habuerit, singuli Episcopi in suas dioeceses vocent vel libenter recipiant eorumque incepta efficaciter promoveant.

Ut hic zelus missionarius apud domesticos patriae florescat, valde convenit ut Ecclesiae novellae quam primum
972 Missioni universali Eccle/siae opere participent, mittendo et ipsae missionarios qui Evangelium ubique terrarum annuntient, etsi penuria cleri laborent. Communio enim cum Ecclesia universali quodammodo consummabitur cum et ipsae navitatem missionalem ad alias Gentes actuose participabunt.

21. Ecclesia non vere fundata est, non plene vivit, nec perfectum Christi signum est inter homines, nisi, cum hierarchia, laicatus veri nominis exstet et laboret. Evangelium enim non potest profunde infigi in ingeniis, vita et labore alicuius populi sine actuosa praesentia laicorum. Ideo iam in fundatione Ecclesiae ad laicatum maturum christianum constituendum maxime attendendum est.

Laici enim fideles plene pertinent simul ad Populum Dei et ad societatem civilem: ad gentem suam pertinent in qua nati sunt, in cuius thesauris culturalibus per educationem participare coeperunt, cuius vitae per multiformia vincula socialia iunguntur, in cuius progressu proprio nisu in suis professionibus cooperantur, cuius problemata ipsi tamquam propria sentiunt et solvere conantur; pertinent etiam ad Christum, quia regenerati sunt in Ecclesia per fidem et baptismum ut, novitate vitae et operis, Christi sint [5], ut in Christo omnia Deo subiciantur, et tandem sit Deus omnia in omnibus [6].

Praecipuum officium eorum, virorum et mulierum, est testimonium Christi, quod vita et verbo in familia, in suo coetu sociali, et in ambitu suae professionis reddere tenentur. Appareat enim in eis oportet novus homo qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis [7]. Debent vero hanc novitatem vitae exprimere in ambitu societatis et culturae patriae, secundum traditiones suae nationis. Ipsi cognoscere hanc culturam, eam sanare et servare, secundum condiciones recentes evolvere, et tandem in Christo perficere debent, ut fides Christi et vita Ecclesiae societati, in qua vivunt, iam non sit extranea, sed eam permeare et transformare incipiat. Iungantur concivibus suis sincera caritate, ut in eorum conversatione appareat novum vinculum unitatis et solidarietatis universalis, quae ex mysterio Christi hauritur. Disseminent etiam fidem Christi inter eos, quibus vitae et professionis vinculis / nec- 973
tuntur; quae obligatio eo magis urget, quod plurimi homines nonnisi per vicinos laicos Evangelium audire et Christum agnoscere possunt. Immo, ubi fieri potest, laici parati sint, in magis immediata cooperatione cum hierarchia, specialem missionem implere ad Evangelium annuntiandum et doctrinam christinam communicandam, ut nascenti Ecclesiae vigorem adiciant.

Ministri vero Ecclesiae operosum apostolatum laicorum magni habeant. Laicos forment ut tamquam membra Christi responsabilitatis suae pro omnibus hominibus conscii fiant; eos in mysterio Christi profunde instruant, in practicas methodos introducant ac eis in difficultatibus adsint, ad mentem Constitutionis De Ecclesia et Decreti De Apostolatu Laicorum.

Servatis ergo Pastorum et laicorum muneribus et responsabilitatibus propriis, tota Ecclesia novella unum testimonium Christi vivum et firmum reddat, ut lucidum signum fiat salutis, quae in Christo nobis advenit.

22. Semen quod est verbum Dei, germinans ex terra bona, rore divino irrigata, succum trahit, illum transformat sibique assimilat ut denique fructum multum afferat. Equidem ad instar oeconomiae Incarnationis, Ecclesiae novellae in Christo radicatae Apostolorumque fundamento superaedificatae, in admirabile commercium assumunt omnes divitias nationum quae Christo datae sunt in hereditatem [8]. Ipsae e suorum populorum consuetudinibus et traditionibus, sapientia et doctrina, artibus et disciplinis, ea omnia mutuantur quae ad gloriam Creatoris confitendam, ad gratiam Salvatoris illustrandam et ad vitam christianam rite ordinandam conferre possunt [9].

Ad hoc propositum assequendum necesse est, ut in unoquoque magno territorio socio-culturali, uti aiunt, ea consideratio theologica stimuletur qua, praelucente Traditione universalis Ecclesiae, facta et verba a Deo revelata, in Sacris Litteris consignata et ab Ecclesiae Patribus et Magisterio explicata, novae investigationi subiciantur. Sic clarius perci/pietur quibus viis fides, ratione habita philo- 974
sophiae vel sapientiae populorum, quaerere possit intellectum, et quibus modis consuetudines, vitae sensus et socialis ordo, cum moribus revelatione divina significatis componi queant. Inde patebunt viae ad profundiorem aptationem in toto ambitu vitae christianae. Hoc agendi modo omnis syncretismi et falsi particularismi species secludetur, vita christiana ingenio indolique cuiusque culturae accommodabitur [10], traditiones particulares cum

[1] Cf. 1 Cor. 15, 23. [2] Cf. 1 Cor. 15, 28. [3] Cf. Eph. 4, 24. [4] Cf. Ps. 2, 8.
[5] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 13: AAS 57 (1965), pp. 17-18 [LE 3232].
[6] Cf. Alloc. Pauli VI in Canon. Ss. Mart. Ugandens., 18 oct. 1964: AAS 56 (1964), p. 908.

http://www.obrascatolicas.com

propriis cuiusque familiae gentium dotibus luce Evangelii illustratis, in unitatem catholicam assumentur. Novae denique Ecclesiae particulares, suis traditionibus exornatae, locum suum habebunt in ecclesiastica communione, integro manente Primatu Petri Cathedrae, quae universo caritatis coetui praesidet [11].

Optandum est ergo, imo omnino convenit, ut Conferentiae Episcopales intra limites uniuscuiusque magni territorii socio-culturalis inter se ita coadunentur ut concordi animo communibusque consiliis hoc aptationis propositum prosequi valeant.

Cap. IV—De missionariis

23. Quamvis cuilibet discipulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbat [1], Christus Dominus semper e numero discipulorum vocat quos vult ipse, ut sint cum illo et ut mittat eos gentibus praedicare [2]. Quare per Spiritum Sanctum, qui charismata prout vult ad utilitatem dividit [3], vocationem missionariam in cordibus singulorum inspirat simulque in Ecclesia suscitat Instituta [4], quae munus evangelizationis ad totam Ecclesiam per-
975 tinens tamquam proprium officium suscipiant. /

Speciali enim vocatione signantur, qui congrua naturali indole praediti, dotibus et ingenio idonei, parati sunt ad opus missionale suscipiendum [5], sive autochtoni sive exteri: sacerdotes, religiosi, laici. A legitima auctoritate missi, fide et oboedientia ad eos, qui longe sunt a Christo, exeunt, segregati in opus ad quod assumpti sunt [6] tamquam ministri Evangelii, «ut fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in Spiritu Sancto» (*Rom.* 15, 16).

24. At vero Deo vocanti homo respondere debet tali modo, ut carni et sanguini non acquiescens [7] totum sese devinciat operi Evangelii. Hoc autem responsum dari nequit nisi Spiritu Sancto incitante et roborante. Missus enim intrat in vitam et missionem Eius, qui «semet ipsum exinanivit formam servi accipiens» (*Phil.* 2, 7). Ideo paratus esse debet ad vitam stare vocationi suae, renuntiare sibi et omnibus quae hucusque sua habuit, et omnibus omnia sese facere [8].

Annuntians Evangelium in gentibus, cum fiducia notum faciat mysterium Christi, pro quo legatione fungitur, ita ut in Ipso audeat, prout oportet, loqui [9], scandalum crucis non erubescens. Vestigia premens Magistri sui, mitis et humilis corde, manifestet iugum Eius suave esse et onus leve [10]. Vita revera evangelica [11], in multa patientia, in longanimitate, in suavitate, in caritate non ficta [12] testimonium reddat Domino suo, si necesse est, usque ad sanguinis effusionem. Virtutem et fortitudinem a Deo impe-
trabit, ut cognoscat in multo experimento tribulationis et altissimae paupertatis abundantiam esse gaudii [13]. Persua-
976 sum habeat oboedientiam esse virtutem peculiarem ministri Christi, qui oboedientia Sua redemit genus humanum./

Evangelii praecones, ne gratiam quae in eis est, neglegant, renoventur spiritu mentis de die in diem [14]. Ordinarii vero et Superiores statutis temporibus missionarios coadunent, ut spe vocationis roborentur et in ministerio apostolico innoventur, etiam institutis ad hoc aptis domibus.

25. Ad tam praeclarum opus, futurus missionarius speciali formatione spirituali et morali praeparandus est [15]. Debet enim esse promptus ad initia capienda, constans ad opera perficienda, perseverans in difficultatibus, patienti et forti animo ferens solitudinem, defatigationem infructuosum laborem. Mente aperta et corde dilatato hominibus occurret; officia sibi commissa libenter suscipiet; alienis etiam populorum moribus et variantibus condicionibus gerose se aptabit; concordi animo et mutua caritate sociam operam dabit fratribus et omnibus qui eidem operi sese dedicant, ita ut simul cum fidelibus, communitatem apo-

[11] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 13: AAS 57 (1965), p. 18 [LE 3232].
[1] Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 17: AAS 57 (1965), p. 21. [LE 3232]. [2] Cf. Mc. 3, 13 s. [3] Cf. 1 Cor. 12, 11. [4] «Institutorum» nomine veniunt Ordines, Congregationes, Instituta et Associationes quae in Missionibus laborant.
[5] Cf. Pius XI, *Rerum Ecclesiae*, 28 febr. 1926: AAS 28 (1926), p. 69-71 [LE 693]; Pius XII, *Saeculo exeunte*, 13 iun. 1940: AAS 32 (1940), p. 256; *Evangelii Praecones*, 2 iun. 1951: AAS 43 (1951), p. 506 [LE 2218].
[6] Cf. Act. 13, 2. [7] Cf. Gal. 1, 16. [8] Cf. 1 Cor. 9, 22. [9] Cf. Eph. 6, 19 s.; Act. 4, 31. [10] Cf. Mt. 11, 29 s. [11] Cf. Benedictus XV, *Maximum illud*, 30 nov. 1919: AAS 11 (1919), pp. 449-450 [LE 221]. [12] Cf. 2 Cor. 6, 4 s.
[13] Cf. 2 Cor. 8, 2. [14] Cf. 1 Tim. 4, 14; Eph. 4, 23; II Cor. 4, 16.
[15] Cf. Benedictus XV, *Maximum illud*, 30 nov. 1919: AAS 11 (1919), pp. 448-449 [LE 221]; Pius XII, *Evangelii Praecones*, 2 iun. 1951: AAS 43 (1951), p. 507 [LE 2218]. —In formatione missionariorum sacerdotum etiam ratio habenda est eorum quae statuuntur in Conc. Vat. II, Decr. De Institutione Sacerdotali, *Optatam totius* [LE 3334].

stolicam imitantes, cor unum sint et anima una [16]. Hae animi habitudines iam tempore formationis sedulo exerceantur, excolantur et vita spirituali eleventur et nutriantur. Fide viva et spe indeficienti imbutus, missionarius sit vir orationis; ardeat spiritu virtutis et dilectionis et sobrietatis [17]; discat in quibus sit sufficiens esse [18]; spiritu sacrificii mortem Iesu in seipso circumferat, ut vita Iesu operetur in eis ad quos mittitur [19]; zelo animarum libenter omnia impendat et superimpendatur ipse pro animabus [20], adeo ut «quotidiano officii sui exercitio in Dei proximique amore crescat» [21]. Ita voluntati Patris oboediens cum Christo, missionem Eius sub auctoritate hierarchica Ecclesiae continuabit, et mysterio salutis cooperabitur. / 977

26. Qui vero ad varias gentes mittentur, ut boni ministri Christi, enutriti sint «verbis fidei et bonae doctrinae» (*1 Tim.* 4, 6), quae praeprimis ex Sacris Scripturis haurient, perscrutantes Mysterium, Christi, cuius praecones et testes erunt.

Quare omnes missionarii —sacerdotes, fratres, sorores, laici— pro sua quisque condicione praeparandi et efformandi sunt, ne exigentiis futuri operis impares inveniantur [22]. Ab ipsis iam initiis, formatio doctrinalis eorum ita instituatur, ut et universalitatem Ecclesiae et diversitatem gentium comprehendat. Quod de omnibus disciplinis valet, per quas ad ministerium obeundum parantur, necnon de aliis scientiis, quibus utiliter edocentur, ut communem habeant populorum, culturarum, religionum cognitionem, non tantum ad praeteritum, sed et ad praesens tempus spectantem. Quicumque nempe alium populum adituros est, magni aestimet eius patrimonium et linguas et mores. Futuro missionario apprime necessarium est studiis missiologicis incumbere, id est cognoscere doctrinam et normas Ecclesiae circa activitatem missionalem, scire quas vias nuntii Evangelii decursu saeculorum percurrerint, necnon praesentem missionum condicionem simul ac methodos, quae nunc temporis efficaciores censentur [23].

Etsi vero haec integra institutio pastorali sollicitudine imbuenda sit, peculiaris tamen et ordinata formatio apostolica praebeatur, tam doctrina quam practicis exercitationibus [24].

Fratres et sorores quamplurimi artem catecheticam bene edoceantur et praeparentur, ut magis adhuc in apostolatu collaborare possint.

Etiam qui ad tempus in activitate missionali partes assumunt, formationem conditioni suae adaequatam acquirant necesse est.

Haec vero formationis genera in terris ad quas mittentur ita com/pleantur, ut missionarii fusius cognoscant histo- 978
riam, structuras sociales et consuetudines populorum, perspiciant ordinem moralem et praecepta religiosa necnon ideas intimas, quas ii secundum sacras sibi traditiones de Deo, de mundo et de homine efformaverint [25]. Linguas vero ediscant tali gradu, ut illis expedite et polite uti queant, et ita faciliorem ad hominum mentes et corda aditum inveniant [26]. Praeterea in peculiares necessitates pastorales rite introducantur.

Aliqui vero profundiore ratione praeparentur apud Instituta Missiologica vel alias Facultates aut Universitates, ut efficacius specialibus muneribus fungi [27] et ceteris missionariis eruditione sua adiutorio esse possint in exercendo opere missionario quod nostris praesertim temporibus tot difficultates et opportunitates praebet. Valde insuper optandum, ut Conferentiae Regionales Episcoporum talium peritorum copiam praesto habeant, eorumque scientia et experientia fructuose utantur in sui muneris necessitatibus. Nec desint qui perfecte sciant uti instrumentis technicis et

[16] Cf. Act. 2, 42; 4, 32. [17] Cf. 2 Tim. 1, 7. [18] Cf. Phil. 4, 11. [19] Cf. 2 Cor. 4, 10 ss. [20] Cf. 2 Cor. 12, 15 s.
[21] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 41: AAS 57 (1965), p. 46 [LE 3232].
[22] Cf. Benedictus XV, *Maximum illud*, 30 nov. 1919: AAS 11 (1919), p. 440 [LE 221]; Pius XII, *Evangelii Praecones*, 2 iun. 1951: AAS 43 (1951), p. 507 [LE 2218].
[23] Benedictus XV, *Maximum illud*, 30 nov. 1919: AAS 11 (1919), p. 448; Decr. S. C. P. F., 20 maii 1923: AAS 15 (1923), pp. 369-370 [LE 221]; Pius XII, *Saeculo exeunte*, 2 iun. 1940: AAS 32 (1940), p. 256; *Evangelii Praecones*, 2 iun. 1951: AAS 43 (1951), p. 507 [LE 2218]; Ioannes XXIII, *Princeps Pastorum*, 28 nov. 1959: AAS 51 (1959), pp. 843-844 [LE 2861].
[24] Conc. Vat. II, Decr. De Institutione Sacerdotali, *Optatam totius*, nn. 19-21 [LE 3334]. Cf. etiam Const. Apost. *Sedes Sapientiae* cum Statutis generalibus, 31 maii 1956: AAS 48 (1956), pp. 354-365 [LE 2579].
[25] Pius XII, *Evangelii Praecones*, 2 iun. 1951: AAS 43 (1951), pp. 523-524 [LE 2218].
[26] Benedictus XV, *Maximum illud*, 30 nov. 1919: AAS 11 (1919), p. 448 [LE 221]; Pius XII, *Evangelii Praecones*, 2 iun. 1951: AAS 43 (1951), p. 507 [LE 2218].
[27] Cf. Pius XII, *Fidei donum*, 15 iun. 1957: AAS 49 (1957), p. 234 [LE 2650].

communicationis socialis, quorum momentum omnes magni faciant.

27. Quae omnia, quamvis unicuique ad gentes misso omnino necessaria sint, ab individuis vix reapse attingi possunt. Cum etiam ipsum opus missionale, experientia teste, a singulis impleri nequeat, communis vocatio singulos ad Instituta congregavit, in quibus, collatis viribus, apte formarentur et illud opus nomine Ecclesiae et ad nutum hierarchicae auctoritatis exsequerentur. Quae Instituta multis abhinc saeculis pondus diei et aestus portaverunt, sive integre labori missionali sese devoverunt sive ex parte. Saepe vasta territoria illis evangelizanda a Sancta Sede commissa sunt, in quibus Deo novum populum coadunaverunt, Ecclesiam localem propriis pastoribus adhaerentem. Ecclesiis suo sudore, imo et sanguine suo fundatis, zelo atque experientia in servitium erunt fraterna cooperatione vel curam animarum gerendo vel munera specialia ad bonum commune persolvendo.

Aliquando pro toto alicuius regionis ambitu urgentiores
979 quosdam /labores in se sument, ex. gr. evangelizationem coetuum vel populorum qui forsan nuntium evangelicum ob peculiares rationes nondum acceperunt vel ei hucusque restiterunt [28].

Si opus est, illos qui activitati missionali ad tempus se devovent, experientia sua efformare et adiuvare praesto sint.

His de causis, et cum multae adhuc exstent gentes ad Christum adducendae, Instituta apprime necessaria manent.

Cap. V—De ordinatione activitatis missionalis

28. Christifideles, cum donationes habeant differentes [1], pro sua quisque opportunitate, facultate, charismate ac ministerio [2], in Evangelio collaborare debent; omnes proinde, qui seminant et qui metunt [3], qui plantant et qui rigant, unum sint oportet [4], ut «ad eundem finem libere et ordinatim conspirantes» [5], unanimiter ad aedificationem Ecclesiae vires impendant.

Quamobrem Evangelii praeconum labores et auxilia ceterorum christifidelium ita dirigenda et colliganda sunt, ut «omnia secundum ordinem fiant» (*1 Cor.* 14, 40) in cunctis activitatis et cooperationis missionalis campis.

29. Cum enim cura Evangelium ubique terrarum annuntiandi imprimis ad Corpus Episcoporum pertineat [6], Synodus Episcoporum seu «stabile Episcoporum Consilium
980 pro Ecclesia universa» [7], inter generalis mo/menti negotia [8], activitatis missionalis, maximi sanctissimique Ecclesiae muneris [9], specialem habeat rationem.

Pro omnibus Missionibus et pro tota activitate missionali unum tantum sit oportet Dicasterium competens, nempe «De Propaganda Fide», a quo dirigantur necnon coordinentur ubique terrarum et ipsum opus missionale et cooperatio missionaria, salvo tamen iure Ecclesiarum Orientalium [10].

Licet multiplici modo Spiritus Sanctus suscitet spiritum missionalem in Ecclesia Dei, et non raro actionem eorum quorum est moderari vitam Ecclesiae praeveniat, tamen pro sua parte etiam hoc Dicasterium promoveat vocationem et spiritualitatem missionariam, zelum et orationem pro missionibus, necnon de istis nuntia genuina et adaequata producat. Ab eo suscitentur et secundum urgentiores necessitates regionum distribuantur missionarii. Ab eo disponatur ordinata operandi ratio, profluant normae directivae et principia pro evangelizatione adaptata, dentur impulsus. Ab eo incitetur et coordinetur efficax collectio subsidiorum, quae distribuantur secundum rationes necessitatis vel utilitatis necnon extensionis dicionis, numeri fidelium et infidelium, operum et Institutorum, ministrorum et missionariorum.

Una cum Secretariatu ad unitatem Christianorum fovendam quaerat vias et media ad procurandam et ordinandam fraternam collaborationem necnon conviventiam cum incoeptis missionalibus aliarum communitatum christianarum, ut scandalum divisionis pro posse tollatur.

Itaque necesse est ut hoc Dicasterium sit tam instrumentum administrationis quam organum directionis dynamicae, quod utatur methodis scientificis et instrumentis huius temporis condicionibus adaptatis, ratione nempe habita hodiernae investigationis theologicae, methodologicae et pastoralis missionariae. In directione huius Dicasterii partem actuosam cum voto deliberativo habeant repraesentantes selecti omnium illorum qui in opere missionali collaborant: Episcopi ex toto orbe, / auditis Conferentiis Episco- 981
palibus, necnon moderatores Institutorum et Operum Pontificalium, modis et rationibus a Romano Pontifice statuendis. Hi omnes, statutis temporibus convocandi, sub auctoritate Summi Pontificis supremam ordinationem totius operis missionalis exerceant. Huic Dicasterio praesto sit permanens Coetus Consultorum peritorum, scientiae aut experientiae probatae, quorum inter alia erit cum de condicione variarum regionum locali et de modo cogitandi diversorum coetuum hominum, tum de methodis evangelizationis adhibendis opportunas notitias colligere et conclusiones scientifice fundatas pro opere et cooperatione missionali proponere.

Instituta religiosarum, opera regionalia pro Missionibus necnon organizationes laicorum, praesertim internationales, modo congruo repraesententur.

30. Ut in ipso opere missionali exercendo fines et effectus attingantur, omnibus operariis missionalibus sit «cor unum et anima una» (*Act.* 4, 32).

Episcopi est, uti rectoris et centri unitatis in apostolatu dioecesano, activitatem missionalem promovere, moderari et coordinare, ita tamen ut spontanea navitas eorum qui in opere partem habent, servetur et foveatur. Omnes missionarii, etiam religiosi exempti, eiusdem potestati subsunt in variis operibus, quae sacri apostolatus exercitium respiciunt [11]. Ad meliorem coordinationem, Episcopus constituat in quantum fieri potest Consilium pastorale, in quo clerici, religiosi et laici per delegatos selectos partem habeant. Curet insuper ne activitas apostolica ad solos iam conversos limitetur, sed aequa pars et operariorum et subsidiorum evangelizationi non-christianorum destinetur.

31. Conferentiae Episcopales communi consilio graviores quaestiones et problemata urgentia tractent, quin tamen differentias locales negligant [12]. Ne insufficiens personarum et subsidiorum copia dissipetur, neve incepta sine necessitate multiplicentur, commendatur ut opera bono / 982
omnium inserventia collatis viribus condant, uti e. g. seminaria, scholas superiores et technicas, centra pastoralia, catechetica, liturgica necnon instrumentorum communicationis socialis.

Eiusmodi cooperatio pro opportunitate etiam inter diversas Conferentias episcopales instituatur.

32. Expedit quoque coordinare activitates quae ab Institutis vel Associationibus Ecclesiasticis exercentur. Quae omnia, cuiusvis sint generis, in universis quae ipsam activitatem missionalem spectant, obsecundent Ordinario loci. Quare multum proderit particulares inire conventiones, quibus relationes inter Ordinarium loci et Moderatorem Instituti regantur.

Quando Instituto cuidam commissum fuit territorium, Superiori Ecclesiastico et Instituto cordi erit omnia ad hunc finem dirigere ut nova communitas christiana in Ecclesiam localem crescat, quae opportuno tempore a proprio Pastore cum suo clero regatur.

Cessante territorii commissione nova oritur condicio. Tunc Conferentiae Episcoporum et Instituta, communi consilio statuant normas, quae relationes inter Ordinarios locorum et Instituta moderentur [13]. Sanctae Sedis autem erit principia generalia delineare iuxta quae conventiones regionales vel etiam particulares ineantur.

Quamquam Instituta parata erunt continuare opus inceptum collaborando in ministerio ordinario curae animа-

[11] Cf. Conc. Vat. II, Decr. De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, n. 35, 4 [LE 3332].
[12] Cf. Conc. Vat. II, Decr. De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, nn. 36-38 [LE 3332].
[13] Cf. Conc. Vat. II, Decr. De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, n. 35, 5-6 [LE 3332].

http://www.obrascatolicas.com

rum, tamen crescente clero locali, providendum erit ut Instituta, quantum eorum fini congruit, ipsi Dioecesi fidelia maneant, opera specialia vel aliquam regionem in ea generose assumendo.

33. Instituta vero, quae in eodem territorio activitati missionali incumbunt, vias et modos inveniant oportet, quibus opera coordinentur. Quare summae utilitatis sunt Conferentiae Religiosorum et Uniones Religiosarum, in quibus omnia eiusdem nationis vel regionis Instituta partes habeant. Hae Conferentiae inquirant, quaenam communi conatu peragi possint, et arcta relatione cum Conferentiis Episcopalibus connectantur. /

983

Quae omnia pari ratione ad collaborationem Institutorum missionalium in terris patriis extendere convenit, ita ut quaestiones et incepta communia facilius et minoribus cum expensis solvi queant, ut puta formatio doctrinalis futurorum missionariorum, necnon cursus pro missionariis, relationes ad publicas auctoritates vel ad organa internationalia et supranationalia.

34. Cum rectum et ordinatum exercitium actuositatis missionariae requirat ut operarii evangelici ad munera sua, praesertim ad dialogum cum religionibus et culturis non-christianis, scientifice praeparentur, et in ipsa exsecutione efficaciter adiuventur, desideratur ut in favorem missionum inter se fraterne et generose collaborent quaelibet Instituta scientifica quae colunt missiologiam aliasque disciplinas vel artes missionibus utiles, uti technologiam et linguisticam, historiam et scientiam religionum, sociologiam, artes pastorales et similia.

Cap. VI—De cooperatione

35. Cum tota Ecclesia missionaria sit, et opus evangelizationis officium Populi Dei fundamentale, Sacra Synodus omnes ad profundam renovationem interiorem invitat, ut vivam conscientiam propriae responsabilitatis in Evangelii diffusione habentes, partes suas assumant in opere missionali apud Gentes.

36. Ut membra viventis Christi, Ipsi per Baptismum necnon per Confirmationem et Eucharistiam incorporati et configurati, omnes fideles officio tenentur ad Eius Corporis expansionem et dilatationem cooperandi, ut quamprimum Illud ad plenitudinem adducant [1].

Quare omnes Ecclesiae filii vivam suae erga mundum responsabilitatis conscientiam habeant, spiritum vere catholicum in seipsis foveant, suasque vires in opus evangelizationis impendant. Attamen, sciant omnes, primum ac potissimum suum debitum pro fidei diffusione esse, vitam christianam profunde vivere. Eorum enim fervor in Dei
984 servitio / et erga alios caritas novum spiritualem afflatum toti Ecclesiae afferent, quae apparebit ut signum levatum in nationes [2], «lux mundi» (*Mt.*, 5, 14) et «sal terrae» (*Mt.* 5, 13). Hoc testimonium vitae facilius effectum suum obtinebit si una cum aliis coetibus christianis praestabitur, iuxta normas Decreti De Oecumenismo [3].

Ex hoc renovato spiritu preces et paenitentiae opera Deo sponte offerentur ut opus missionariorum sua foecundet gratia, vocationes missionariae ortum habebunt, opes quibus missiones indigent promanabunt. Ut autem omnes et singuli christifideles praesentem Ecclesiae in mundo condicionem plane noverint, et vocem audiant multitudinum clamantium: «Adiuva nos» [4], notitiae missionales, modernis etiam instrumentis communicationis socialis adhibitis, tales praebeantur, ut activitatem missionalem suam sentientes, ad tam immensas et profundas hominum necessitates cor aperiant eisque subvenire valeant.

Necessaria quoque est coordinatio notitiarum et cooperatio cum organis nationalibus et internationalibus.

37. Cum autem Populus Dei in communitatibus, praesertim dioecesanis et paroecialibus vivat, et in ipsis quodammodo visibilis appareat, ad istas etiam pertinet Christum coram Gentibus testificari.

Gratia renovationis in communitatibus crescere nequit nisi unaquaeque spatia caritatis ad terminos terrae dilatet, similemque curam habeat de iis qui longe ac de illis qui propria membra sunt.

Sic tota communitas precatur, cooperatur et activitatem inter gentes exercet per filios suos quos Deus ad hoc praestantissimum munus eligit.

[1] Cf. Eph. 4, 13. [2] Cf. Is. 11, 12. [3] Cf. Conc. Vat. II, Decr. De Oecumenismo, *Unitatis Redintegratio*, n. 12: AAS 57 (1965), p. 99 [LE 3235]. [4] Cf. Act. 16, 9. [5] Cf. Mc. 16, 15.

Perutile erit, dummodo ne negligatur opus missionale universale, coniunctionem servare cum missionariis ex ipsa communitate ortis, vel cum paroecia aut dioecesi aliqua missionum, ut communio inter communitates visibilis fiat, et in mutuam cedat aedificationem.

38. Episcopi omnes, ut membra corporis Episcoporum Collegio Apostolorum succedentis, non solum pro aliqua dioecesi, sed pro totius mundi / salute consecrati sunt. Man- 985
datum Christi Evangelium praedicandi omni creaturae [5] eos, cum Petro et sub Petro, primo et immediate afficit. Inde oritur illa communio et cooperatio Ecclesiarum quae hodie tam necessaria est ad opus evangelizationis prosequendum. Vi istius communionis singulae Ecclesiae sollicitudinem omnium aliarum ferunt, proprias necessitates sibi invicem aperiunt, res suas mutuo communicant, cum dilatatio Corporis Christi munus totius Collegii Episcoporum sit [6].

In sua dioecesi, cum qua unum constituit, Episcopus opus missionale suscitans, promovens, dirigens, spiritum et ardorem missionalem Populi Dei praesentem et quasi visibilem reddit, ita ut tota dioecesis missionaria evadat.

Episcopi erit in suo populo, praesertim inter infirmos et aerumnis oppressos, animas suscitare quae orationes et paenitentiae opera Deo corde aperto pro mundi evangelizatione offerant; vocationes iuvenum et clericorum ad Instituta missionalia libenter fovere, gratoque animo ferre, si Deus quosdam eligat qui actuositati Ecclesiae missionali inserantur; Congregationes dioecesanas hortari et adiuvare ut propriam partem in missionibus assumant; opera Institutorum missionalium apud suos fideles promovere, sed praesertim Opera Pontificalia Missionalia. Istis enim Operibus iure primus locus tribui debet quippe quae media sunt tum ad catholicos inde ab infantia sensu vere universali et missionario imbuendos, tum ad excitandam efficacem collectionem subsidiorum in bonum omnium Missionum pro cuiuscumque necessitate [7].

Cum vero in dies crescat necessitas operariorum in vinea Domini, et sacerdotes dioecesani desiderent et ipsi partes semper maiores in mundi evangelizatione habere, Sancta Synodus exoptat ut Episcopi, gravissimam considerantes penuriam sacerdotum qua evangelizatio multarum regionum impeditur, aliquos e melioribus suis sacerdotibus, qui
986 se ad / opus missionale offerant, debita praeparatione peracta, ad dioeceses clero carentes mittant, ubi saltem ad tempus ministerium missionale in spiritu servitii exerceant [8].

Ut autem Episcoporum activitas missionalis in bonum totius Ecclesiae efficacius exerceri possit, expedit ut Conferentiae Episcopales negotia moderentur quae ad ordinatam cooperationem propriae regionis spectant. In suis Conferentiis agant Episcopi de sacerdotibus cleri dioecesani gentium evangelizationi devovendis; de certa stipe quam unaquaeque dioecesis propriis redditibus proportionatam quotannis pro opere missionum dare tenetur [9]; de modis et mediis quibus missiones directe subveniuntur dirigendis et ordinandis; de Institutis missionalibus et seminariis cleri dioecesani pro missionibus adiuvandis et, si opus est, fundandis; de arctioribus nexibus inter huiusmodi Instituta et dioeceses fovendis.

Ad Conferentias episcopales pariter pertinet opera instituere et promovere quibus illi qui laboris et studii causa ex terris missionum immigrant fraterne excipiantur et congruenti pastorali cura adiuventur. Per eos enim populi longinqui vicini quodammodo fiunt et communitatibus antiquitus christianis optima occasio offertur cum nationibus quae Evangelium nondum audierunt colloquendi et eis in proprio officio amoris et adiumenti genuinum Christi vultum ostendendi [10].

39. Presbyteri personam Christi gerunt et cooperatores sunt ordinis episcopalis, in triplici sacro munere quod natura sua ad missionem spectat [11]. Penitus ergo intelligant suam vitam etiam in servitium Missionum consecratam esse. Cum autem per proprium suum ministerium —quod praecipue in Eucharistia, quae Ecclesiam perficit, constit— cum Christo Capite communicent et alios ad hanc

[6] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, nn. 23-24: AAS 57 (1965), pp. 27-29 [LE 3232].
[7] Cf. Benedictus XV, *Maximum illud*, 30 nov. 1919: AAS 11 (1919), pp. 453-454 [LE 221]; Pius XI, *Rerum Ecclesiae*, 28 febr. 1926: AAS 18 (1926), pp. 71-73 [LE 693]; Pius XII, *Evangelii Praecones*, 2 iun. 1951: AAS 43 (1951), pp. 525-526 [LE 2218]; Io., *Fidei Donum*, 15 ian. 1957: AAS 49 (1957), p. 241 [LE 2650].
[8] Cf. Pius XII, *Fidei Donum*, 15 ian. 1957: AAS 49 (1957), pp. 245-246 [LE 2650].
[9] Conc. Vat. II, Decr. De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, n. 6 [LE 3332].
[10] Cf. Pius XII, *Fidei Donum*, 15 ian. 1957: AAS 49 (1957), p. 245 [LE 2650]. [11] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*,

communionem adducant, non possunt non sentire quantum adhuc ad plenitudinem Corporis desit, et quantum proinde
987 praestandum sit ut in dies crescat. / Curam ergo pastoralem ita ordinabunt, ut dilatationi Evangelii apud non-christianos prosit.

Presbyteri in cura pastorali zelum pro mundi evangelizatione inter fideles excitabunt et conservabunt, per catechesim et praedicationem eos instruendo de munere Ecclesiae Christum Gentibus annuntiandi; familias christianas edocendo de necessitate et honore vocationes missionales inter proprios filios et filias colendi; in iuvenibus scholarum et catholicarum associationum fervorem missionalem fovendo ita ut ex illis futuri Evangelii Praecones oriantur. Fideles doceant pro missionibus orare et ab eisdem eleemosynas quaerere ne erubescant, quasi mendici pro Christo animarumque salute facti [12].

Professores Seminariorum et Universitatum iuvenes veram condicionem mundi et Ecclesiae docebunt, ut necessitas impensioris evangelizationis non-christianorum eis appareat et eorum zelum nutriat. In tradendis vero disciplinis dogmaticis, biblicis, moralibus et historicis rationes missionales in illis contentas in lucem ponant, ut hoc modo conscientia missionaria in futuris sacerdotibus formetur.

40. Instituta religiosa, vitae contemplativae et activae, maximam hucusque partem in mundi evangelizatione habuerunt et habent. Eorum merita Sacrosancta Synodus libenter agnoscit et Deo gratias agit pro tot impensis in Dei gloriam et in servitium animarum praestitis, eademque hortatur ut indefesse in opere incepto prosequantur, cum sciant virtutem caritatis, quam ex vocatione perfectius colere tenentur, ad spiritum et laborem vere catholicum se impellere et obligare [13].

Instituta vitae contemplativae per suas orationes, paenitentiae opera et tribulationes, maximum momentum habent in conversione animarum, cum Deus sit qui rogatus mittit operarios in messem suam [14], animos non-christianorum ad audiendum Evangelium aperit [15], et verbum salutis in eorum cordibus foecundat [16]. Imo rogantur haec
988 Instituta ut domos in / locis missionum condant, sicut non pauca iam fecerunt, ut ibi, modo traditionibus genuine religiosis populorum accommodato, vitam degentes, praeclarum testimonium maiestatis et caritatis Dei, necnon et unionis in Christo, inter non-christianos reddant.

Instituta vero vitae activae, sive finem stricte missionalem prosequantur sive non, sincere coram Deo sese interrogent utrum actuositatem suam in expansionem Regni Dei inter Gentes extendere valeant; utrum quaedam ministeria aliis relinquere possint, ita ut suas vires pro missionibus impendant; utrum activitatem in missionibus incipere possint, aptando, si necesse fuerit, suas Constitutiones, ad mentem tamen Fundatoris; utrum sodales sui pro viribus in activitate missionali participent; utrum eorum consuetudo vitae sit testimonium Evangelii indoli et condicioni populi accommodatum.

Cum autem, Spiritu Sancto inspirante, in dies crescant in Ecclesia Instituta saecularia, eorum opera, sub auctoritate Episcopi, multiplici ratione in missionibus fructuosa esse potest, ut signum plenae deditionis ad evangelizationem mundi.

41. Laici ad opus evangelizationis Ecclesiae cooperantur et tamquam testes simul et viva instrumenta missionem eius salvificam participant [17], praesertim si a Deo vocati ab Episcopis ad hoc opus assumuntur.

In terris iam christianis laici ad evangelizationis opus cooperantur, cognitionem et amorem erga missiones in seipsis et in aliis fovendo, vocationes in propria familia, in associationibus catholicis et in scholis excitando, subsidia cuiusque generis offerendo, ut donum fidei, quod gratis receperunt, aliis donari possit.

In terris autem missionum, laici, sive advenae sive autochtoni, in scholis doceant, res temporales gerant, in activitate paroeciali et dioecesana collaborent, varias formas apostolatus laicorum instituant atque promoveant, ut fi-
989 deles novellarum Ecclesiarum quamprimum propriam partem in vita Ecclesiae assumere possint [18]. /

n. 38: AAS 57 (1965), p. 34 [LE 3232]. [12] Cf. Pius XI, *Rerum Ecclesiae*, 28 febr. 1926: AAS 18 (1926), p. 72 [LE 693]. [13] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 44: AAS 57 (1965), p. 50 [LE 3232]. [14] Cf. Mt. 9, 38. [15] Cf. Act. 16, 14. [16] Cf. 1 Cor. 3, 7.
[17] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, nn. 33, 35: AAS 57 (1965), pp. 39, 40-41 [LE 3232].
[18] Cf. Pius XII, *Evangelii Praecones*, 2 iun. 1951: AAS 43 (1951), pp. 510-514 [LE 2218]; Ioannes XXIII, *Princeps Pastorum*, 28 nov. 1959: AAS 51 (1959), pp. 851-852 [LE 2861].

Laici tandem cooperationem oeconomico-socialem populis in via evolutionis libenter praebeant; quae cooperatio eo magis laudanda est, quo magis ad ea instituta fundanda spectat, quae structuras fundamentales vitae socialis attingunt, vel ad formationem eorum ordinantur, qui responsabilitatem publicae rei habent.

Peculiari laude digni sunt illi laici qui, in Universitatibus vel Institutis scientificis, suis investigationibus historicis vel scientifico-religiosis cognitionem populorum et religionum promovent, Evangelii praecones adiuvando, et dialogum cum non-christianis praeparando.

Cum aliis christianis, cum non-christianis, speciatim cum membris consociationum internationalium fraterno animo collaborent, semper id prae oculis habentes, ut «aedificatio terrenae civitatis in Domino fundetur ad Ipsumque dirigatur» [19].

Ad haec omnia munera obeunda, necessaria indigent laici praeparatione technica et spirituali, quae in Institutis ad hoc destinatis dari debet, ut eorum vita testimonium inter non-christianos pro Christo sit, secundum verbum Apostoli: «Sine offensione estote Iudaeis et Gentibus et Ecclesiae Dei; sicut et ego per omnia omnibus placeo, non quaerens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant» (*1 Cor.* 10, 32-33).

Conclusio

42. Patres Concilii una cum Romano Pontifice, officium Regnum Dei ubique diffundendi gravissime sentientes, omnes Evangelii praecones peramanter salutant, eos praesertim qui pro Christi nomine persecutionem patiuntur, socii eorum passionum effecti [20].

Eodem amore quo Christus erga homines flagravit, et ipsi exardescunt. Conscii autem Deum esse qui efficit ut Regnum suum in terris adveniat, una cum omnibus chri-
stifidelibus preces effundunt, ut per intercessio/nem Virgi- 990
nis Mariae Reginae Apostolorum, gentes quamprimum ad agnitionem veritatis adducantur [21] et claritas Dei quae in facie Christi Iesu resplendet per Spiritum Sanctum omnibus illucescat [22].

Haec omnia et singula quae in hoc Decreto [*] *edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.*

Romae, apud S. Petrum, die VII mensis decembris anno MCMLXV.—Ego Paulus Catholicae Ecclesiae Episcopus *(Sequuntur celerae subsignationes).*

[19] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 46: AAS 57 (1965), p. 52 [LE 3232].
[20] Cf. Pius XII, *Evangelii Praecones*, 2 iun. 1951: AAS 43 (1951), p. 527 [LE 2218]; Ioannes XXIII, *Princeps Pastorum*, 28 nov. 1959: AAS 51 (1959), p. 864 [LE 2861]. [21] Cf. 1 Tim. 2, 4. [22] Cf. 2 Cor. 4, 6.

* In sessione IX d e 7 Dec. 1965 celebrata promulgato. **Adn.** I. GRECO in **PrM** 55 (1966) 289-314; I. LEE in **CpR** 45 (1966) 278-299, 379-397; J. MASSON in **NrT** 88 (1966) 249-272, 358-375; A. SEUMOIS in **Vita rel.** 2 (1966) 62-73. A. SANTOS, **Decreto «Ad gentes» sobre la actividad misional de la Iglesia**, Madrid 1966. **Le Missioni alla luce del Concilio** (Atti della settima settimana di studi missionari, Milano, 5-9 sett. 1966), Milano 2967; G. SCHELBERT, **Das Missionsdekret des II Vaticanums im Gesamtwerk des Konzils, in Neue Zeischrift fur Missionswissencha**ft an 1966 et 1967; AUTORES VARII, **Le missioni nel Decreto «Ad gentes» del Concilio Vaticano II**, Roma Univ. Urbaniana 1966.

3365

1965 DEC 7.-CONC. VAT. II, DECR. AAS 58 (1966) 991-1024

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, una cum Sacrosancti Concilii Patribus. Ad perpetuam rei memoriam

Decretum de presbyterorum ministerio et vita

Prooemium

1. Presbyterorum Ordinis in Ecclesia excellentiam iam pluries haec Sacrosancta Synodus in memoriam omnium revocavit [1]. Cum tamen huic Ordini in Ecclesiae Christi

[1] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*: AAS

http://www.obrascatolicas.com

renovatione partes maximi momenti et in dies quidem difficiliores assignentur, perutile visum est fusius et profundius de Presbyteris tractare; ea quae hic dicuntur omnibus Presbyteris applicantur, speciatim iis qui curae animarum inserviunt, congrua congruis referendo ad religiosos Presbyteros quod attinet. Presbyteri enim, sacra Ordinatione atque missione, quam ab Episcopis recipiunt, promoventur ad inserviendum Christo Magistro, Sacerdoti et Regi, cuius participant ministerium, quo Ecclesia in Populum Dei, Corpus Christi et Templum Spiritus Sancti, hic in terris, indesinenter aedificatur. Quapropter, ut in adiunctis pastoralibus et humanis persaepe tam funditus mutatis eorum ministerium efficacius sustineatur atque eorundem vitae melius provideatur, Sacrosancta haec Synodus quae sequuntur declarat ac decernit.

Cap. I—Presbyteratus in missione Ecclesiae

2. Dominus Iesus, «quem Pater sanctificavit et misit in mundum» *(Io.* 10, 36), unctionis Spiritus qua unctus est [2] totum Corpus suum mysticum particeps reddit: in
992 eo enim omnes fideles sanctum et regale/sacerdotium efficiuntur, spirituales offerunt hostias Deo per Iesum Christum, et virtutes annuntiant Eius, qui de tenebris eos vocavit in admirabile lumen suum [3]. Nullum ergo datur membrum quod in missione totius Corporis partem non habeat, sed unumquodque sanctificare debet Iesum in corde suo [4], et spiritu prophetiae testimonium de Iesu reddere [5].

Idem vero Dominus, inter fideles, ut in unum coalescerent corpus, in quo «omnia membra non eundem actum habent» *(Rom.* 12, 4), quosdam instituit ministros, qui, in societate fidelium, sacra Ordinis potestate pollerent Sacrificium offerendi et peccata remittendi [6], atque sacerdotali officio publice pro hominibus nomine Christi fungerentur. Itaque, missis Apostolis sicut Ipse missus erat a Patre [7], Christus, per ipsos Apostolos, consecrationis missionisque suae participes effecit eorum successores, Episcopos [8], quorum munus ministerii, subordinato gradu, Presbyteris traditum est [9], ut in Ordine presbyteratus constituti, ad rite explendam missionem apostolicam a Christo concreditam, Ordinis episcopalis essent cooperatores [10].

Officium Presbyterorum, utpote Ordini episcopali coniunctum, participat auctoritatem qua Christus Ipse Corpus suum exstruit, sanctificat et regit. Quare sacerdotium Presbyterorum initiationis christianae Sacramenta quidem supponit, peculiari tamen illo Sacramento confertur, quo Presbyteri, unctione Spiritus Sancti, speciali charactere
993 signantur et sic Christo Sacerdoti configurantur, ita ut in persona Christi Capitis agere valeant [11]./

Munus Apostolorum cum pro sua parte participent, Presbyteris gratia datur a Deo ut sint ministri Christi Iesu in gentibus, sacro Evangelii munere fungentes, ut fiat oblatio gentium accepta, sanctificata in Spiritu Sancto [12]. Per Evangelii enim apostolicum nuntium convocatur et congregatur Populus Dei, ita ut omnes ad hunc Populum pertinentes, sanctificati cum sint Spiritu Sancto, seipsos offerant «hostiam viventem, sanctam, Deo placentem» *(Rom.* 12, 1). Per Presbyterorum autem ministerium sacrificium spirituale fidelium consummatur in unione cum sacrificio Christi, unici Mediatoris, quod per manus eorum, nomine totius Ecclesiae, in Eucharistia incruente et sacramentaliter offertur, donec Ipse Dominus veniat [13]. Ad hoc tendit atque in hoc consummatur Presbyterorum ministerium. Eorum enim ministratio, quae ab evangelico nuntio incipit, e Sacrificio Christi suam vim et virtutem haurit, atque eo tendit ut «tota ipsa redempta civitas, hoc est congregatio societasque sanctorum, universale sacrificium offeratur Deo

56 (1964), pp. 97 ss. [LE 3141]; Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen Gentium:* AAS 57 (1965), pp. 5 ss. [LE 3232]; Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus* [LE 3332]; Decr. de institutione sacerdotali, *Optatam totius* [LE 3334]. [3] Cf. 1 Pt. 2, 5 et 9. [4] Cf. 1 Pt. 3, 15; 10, 38. [5] Cf. Mt. 3, 16; Lc. 4, 18; Act. 4, 27; Lc. 4, 18; Act. 4, 27; Apoc. 19, 10; Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 35: AAS 57 (1965), pp. 40-41 [LE 3232].

[6] Cf. Conc. Trid., Sess. XXIII, cap. 1 et can. 1: Denz. 957 et 961 (1764 et 1771).

[7] Cf. Io. 20, 21; Conc. Vat. II, Const. Dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 18: AAS 57 (1965), pp. 21-22 [LE 3232].

[8] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 28: AAS 57 (1975), pp. 33-36 [LE 3232]. [9] Cf. ibid.

[10] Cf. *Pontificale romanum*, De Ordinatione Presbyterorum, Praefatio. Haec verba iam inveniuntur in *Sacramentario veronensi:* ed. L. C. Mohlberg, Romae 1956, p. 122; item in *Missali Francorum:* ed. L. C. Mohlberg, Romae 1957, p. 9; item in *Libro Sacramentorum Romanae Ecclesiae:* ed. L. C. Mohlberg, Romae 1960, p. 25; item in *Pontificali romano-germanico:* ed. Vogel-Elze, Città del Vaticano 1963, vol. I, p. 34.

[11] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 10: AAS 57 (1965), pp. 14-15 [LE 3232]. [12] Cf. Rom. 15, 16 gr. [13] Cf. 1 Cor. 11, 26.

per Sacerdotem Magnum, qui etiam se ipsum obtulit in Passione pro nobis, ut tanti Capitis corpus essemus» [14]. Finis igitur quem ministerio atque vita persequuntur Presbyteri est gloria Dei Patris in Christo procuranda. Quae gloria in eo est quod homines opus Dei in Christo perfectum conscie, libere atque grate accipiunt, illudque in tota vita sua manifestant. Presbyteri itaque, sive orationi et adorationi vacent, sive verbum praedicent, sive Eucharisticum Sacrificium offerant et cetera Sacramenta administrent, sive alia pro hominibus exerceant ministeria, conferunt cum ad gloriam Dei augendam tum ad homines in vita divina provehendos. Quae omnia, dum ex Paschate Christi manant, in glorioso Eiusdem Domini adventu consummabuntur, cum Ipse tradiderit Regnum Deo et Patri [15].

3. Presbyteri, ex hominibus assumpti et pro hominibus constituti in iis quae sunt ad Deum ut offerant dona et sacrificia pro peccatis [16], cum ceteris hominibus tamquam cum fratribus conversantur. Sic et Dominus Iesus, Filius Dei, homo ad homines a Patre missus, habitavit in nobis et voluit per omnia fratribus assimilari, absque tamen peccato [17]. Ipsum/iam imitati sunt sancti Apostoli, et testa- 994
tur beatus Paulus, Doctor gentium, «segregatus in evangelium Dei» *(Rom.* 1, 1), omnia omnibus se factum esse ut omnes faceret salvos [18]. Presbyteri Novi Testamenti, vocatione quidem et ordinatione sua, quodam modo in sinu Populi Dei segregantur, non tamen ut separentur, sive ab eo, sive a quovis homine, sed ut totaliter consecrentur operi ad quod Dominus eos assumit [19]. Ministri Christi esse non possent nisi alius vitae quam terrenae testes essent et dispensatores, sed neque hominibus inservire valerent si ab eorum vita condicionibusque [20] alieni remanerent. Ipsum eorum ministerium speciali titulo exigit ne huic saeculo sese conforment [21]; simul tamen requirit ut in hoc saeculo inter homines vivant, et sicut boni pastores oves suas cognoscant, easque etiam quae non sunt ex hoc ovili adducere quaerant, ut et ipsae vocem Christi audiant et fiat unum ovile et unus Pastor [22]. Quod ut consequi valeant multum conferunt virtutes quae in humano consortio merito aestimantur, ut sunt cordis bonitas, sinceritas, robur animi et constantia, assidua iustitiae cura, urbanitas/aliae- 995
que, quas Apostolus Paulus commendat, dicens: «Quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate» *(Phil.* 4, 8) [23].

Cap. II—Presbyterorum ministerium

I. *Presbyterorum munera*

4. Populus Dei primum coadunatur verbo Dei vivi [1], quod ex ore sacerdotum omnino fas est requirere [2]. Cum

[14] S. Augustinus, *De civitate Dei*, 10, 6: PL 41, 284.

[15] Cf. 1 Cor. 15, 24. [16] Cf. Hebr. 5, 1. [17] Cf. Hebr. 2, 17; 4, 15. [18] Cf. 1 Cor. 9, 19-23 vg. [19] Cf. Act. 13, 2.

[20] «Huiusmodi vero religiosae ac moralis perfectionis studium magis magisque excitatur externis etiam condicionibus, in quibus Ecclesia vitam agit; nequit enim ea immobilis manere atque incuriosa vicissitudinis humanarum rerum, quae circa sunt et multiplicem vim habent ad eius agendi rationem, eique modum et condiciones imponunt. Pro comperto sane est, Ecclesiam ab humana consortione non seiungi, sed in ea versari, ideoque ipsius filios ab eadem moveri ac duci, eiusque cultum civilem imbibere, legibus obtemperare, mores induere. Haec vero Ecclesiae consuetudo cum humana societate continenter difficiles parit quaestiones, quae nunc potissimum praegraves sunt. (...) Gentium Apostolus ita suae aetatis christiano hortabatur: *Noli iugum ducere cum infidelibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras?... aut quae pars fideli cum infideli?* (2 Cor. 6, 14-15). Hanc ob causam qui in praesenti educatores praeceptoresque in Ecclesia agunt, eos necesse est catholicam inventutem commonefacere praestantissimae condicionis suae, atque officii, quod inde nascitur, vivendi in hoc mundo, non autem ad huius mundi sensum, convenienter ad hanc precationem, a Christo Iesu pro discipulis suis factam: *Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo: de mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo* (Io. 17, 15-16). Quam precationem asciscit sibi Ecclesia. Nihilominus tamen huiuscemodi discrimen non idem significat atque disiunctionem; neque neglegentiam declarat, neque metum, neque contemptionem. Etenim cum Ecclesia se ab hominum genere discernit, adeo huic non obsistit, ut potius cum eo coniungatur»: Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam suam*, 6 aug. 1964: AAS 56 (1964), pp. 627 et 638 [LE 3211].

[21] Cf. Rom. 12, 2. [22] Cf. Io. 10, 14-16.

[23] Cf. S. Polycarpus, *Epist. ad Philippenses*, VI, 1: «Et presbyteri sint ad commiserationem proni, misericordes erga cunctos, aberrantia reducentes, visitantes infirmos omnes, non neglegentes viduam aut pupillum aut pauperem; sed solliciti semper de bono coram Deo et hominibus, abstinentes ab omni ira, acceptione personarum, iudicio iniusto, longe recedentes ab omni avaritia, non cito credentes adversus aliquem, non severi nimium in iudicio, scientes, nos omnes debitores esse peccatis: ed. F. X. Funk, *Patres Apostolici*, I, p. 273.

[1] Cf. 1 Pt. 1, 23; Act. 6, 7; 12, 24. «Praedicaverunt (Apostoli) verbum veritatis, et genuerunt Ecclesias»: S. Augustinus, *Enarr. in Ps.*, 44, 23: PL 36, 508.

[2] Cf. Mal. 2, 7; 1 Tim. 4, 11-13; 2 Tim. 4, 5; Tit. 1, 9. [2] Cf. Mc. 16, 16.

enim nemo salvari possit, qui prius non crediderit [3], Presbyteri, utpote Episcoporum cooperatores, primum habent officium Evangelium Dei omnibus evangelizandi [4], ut, mandatum exsequentes Domini: «Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae» *(Mc.* 16, 15) [5],
996 Populum Dei consti/tuant et augeant. Verbo enim salutari in corde non fidelium suscitatur et in corde fidelium alitur fides, qua congregatio fidelium incipit et crescit, secundum illud Apostoli: «Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi» *(Rom.* 10, 17). Omnibus ergo debitores sunt Presbyteri, ut cum eis communicent veritatem Evangelii [6] qua in Domino gaudent. Sive igitur, conversationem inter gentes habentes bonam, ad Deum glorificandum eas adducunt [7], sive, aperte praedicantes, mysterium Christi non credentibus annuntiant, sive catechesim christianam tradunt vel Ecclesiae doctrinam explanant, sive sui temporis quaestiones sub luce Christi tractare studeant, eorum semper est non sapientiam suam, sed Dei Verbum docere omnesque ad conversionem et ad sanctitatem instanter invitare [8]. Sacerdotalis vero praedicatio, in hodiernis mundi adiunctis haud raro perdifficilis, ut auditorum mentes aptius moveat, verbum Dei non modo generali et abstracto tantum exponere debet, sed concretis applicando vitae circumstantiis veritatem Evangelii perennem.

Ita ministerium verbi multiformiter exercetur, secundum diversas audientium necessitates et praedicantium charismata. In regionibus vel coetibus non christianis, nuntio Evangelico homines ad fidem et Sacramenta salutis adducuntur [9]; in ipsa autem communitate christianorum, praesertim pro illis qui parum intellegere vel credere videntur quod frequentant, verbi praedicatio requiritur ad ipsum ministerium Sacramentorum, quippe quae sint Sacramenta fidei, quae de verbo nascitur et nutritur [10]; quod praecipue
997 valet pro Liturgia verbi in Missarum celebra/tione, in qua inseparabiliter uniuntur annuntatio mortis et resurrectionis Domini, responsum populi audientis et oblatio ipsa qua Christus Novum Foedus confirmavit in Sanguine suo, cui oblationi fideles, et votis et Sacramenti perceptione, communicant [11].

5. Deus, qui solus Sanctus et Sanctificator est, voluit quasi socios et adiutores sibi assumere homines qui operi sanctificationis humiliter inserviant. Hinc Presbyteri a Deo, ministrante Episcopo, consecrantur, ut, participes Sacerdotii Christi speciali ratione effecti, in Sacris celebrandis tamquam ministri agant Eius, qui suum sacerdotale munus per Spiritum suum iugiter pro nobis in Liturgia exercet [12]. Baptismate quidem homines in Populum Dei introducunt; Sacramento Poenitentiae peccatores cum Deo et Ecclesia reconciliant; oleo infirmorum aegrotantes alleviant; celebratione praesertim Missae Sacrificium Christi sacramentaliter offerunt. In omnibus autem Sacramentis conficiendis, ut iam primaevae Ecclesiae temporibus testatus est beatus Ignatius Martyr [13], Presbyteri diversis rationibus

[3] Cf. 2 Cor. 11, 7. De Presbyteris, utpote qui sint Episcoporum cooperatores, valent quoque illa, quae de Episcopis dicuntur. Cf. *Statuta Ecclesiae Antiqua*, c. 3 (ed. Ch. Munier, Paris 1960, p. 79); *Decretum Gratiani*, C. 6, D. 88 (ed. Friedberg, I, 307); Conc. Trid., Sess. V, Decr. 2, n. 9 *(Conc. Oec. Decreta.* ed. Herder, Romae 1962, p. 645); Sess. XXIV, Decr. *de reform.*, c. 4 [p. 739]; Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 25: AAS 57 (1965), pp. 29-31 [LE 3232].

[4] Cf. *Constitutiones Apostolorum*, II, 26, 7: «(Presbyteri) sint doctores scientiae divinae, cum et ipse Dominus nos mandaverit dicens: Euntes docete...»: ed. F. X. Funk, *Didascalia et Constitutiones Apostolorum*, I, Paderborn 1905, p. 105. - *Sacramentarium leonianum* et cetera sacramentaria usque ad *Pontificale romanum*, Praefatio in Ordinatione Presbyterorum: «Hac providentia, Domine, Apostolis Filii tui Doctores fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum secundis praedicatoribus (vel: praedicationibus) impleverunt». - *Liber Ordinum Liturgiae Mozarabicae*, Praefatio ad ordinandum Presbyterum: «Doctor plebium et rector subiectorum, teneat ordinate catholicam fidem, et cunctis annuntiet veram salutem»: ed. M. Férotin, *Le Liber Ordinum en usage dans l'Eglise Wisigothique et Mozarabe d'Espagne: Monumenta Ecclesiae Liturgica*, vol. V, Paris 1904, col. 55, lin. 4-5. [5] Cf. Gal. 2, 5. [7] Cf. 1 Pt. 2, 12.

[6] Cf. Ritum Ordinationis Presbyteri in Ecclesia Alexandrina Iacobitarum: «...Congrega populum tuum ad verbum doctrinae, quemadmodum nutrix, quae fovet filios suos»: H. Denzinger, *Ritus Orientalium*, Tom. II, Würzburg 1863, p. 14.

[8] Cf. Mt. 28, 19; Mc. 16, 16; Tertullianus, *De baptismo*, 14, 2 (Corpus Christianorum, Series latina, I, p. 289, 11-13); S. Athanasius, *Adv. Arianos*, 2, 42: PG 26, 237 A-B; S. Hieronymus, *In Mt.*, 28, 19: PL 26, 226 D: potest fieri ut corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit veritatem»; S. Thomas, *Expositio primae Decretalis*, § 1: «Salvator noster discipulos ad praedicandum mittens, tria eis iniunxit. Primo quidem ut docerent fidem; secundo ut credentes imbuerent sacramentis»: ed. Marietti, *Opuscula Theologica*, Taurini-Romae 1954, 1138.

[9] Cf. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 35, 2: AAS 56 (1964), p. 109 [LE 3141]. [10] Cf. ibid., nn. 33, 35, 48, 52, pp. 108-109, 113, 114. [11] Cf. ibid., n. 7, pp. 100-101; Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943), p. 230 [LE 1759].

[12] S. Ignatius M., *Smyrn.*, 8, 1-2: ed. F. X. Funk, p. 240; *Constitutiones Apostolorum*, VIII, 12, 3: ed. F. X. Funk, p. 496; VIII, 29, 2, ibid. p. 532.

cum Episcopo hierarchice colligantur, et sic eum in singulis fidelium congregationibus quodammodo praesentem reddunt [14].

Cetera autem Sacramenta, sicut et omnia ecclesiastica ministeria, et opera apostolatus, cum Sacra Eucharistia cohaerent et ad eam ordinantur [15]. In Sanctissima enim Eucharistia totum bonum spirituale Ecclesiae continetur [16], ipse scilicet Christus, Pascha nostrum panisque vivus per Carnem suam Spiritu Sancto vivificatam et vivificantem vitam praestans hominibus, qui ita invitantur et adducuntur ad seipsos, suos labores cunctasque res creatas una cum Ipso offerendos. Quapropter Eucharistia ut fons et culmen totius evangelizationis apparet, dum catechumeni
998 ad participationem Eucharistiae paulatim introducuntur, / et fideles, iam sacro baptismate et confirmatione signati, plene per receptionem Eucharistiae Corpori Christi inseruntur.

Est ergo Eucharistica Synaxis centrum congregationis fidelium cui Presbyter praeest. Edocent igitur Presbyteri fideles divinam victimam in Sacrificio Missae Deo Patri offerre atque cum ea oblationem vitae suae facere; in spiritu Christi Pastoris instituunt eos peccata sua corde contrito Ecclesiae in Sacramento Poenitentiae submittere, ita ut magis magisque in dies ad Dominum convertantur, memores verborum Eius: «Poenitentiam agite, appropinquavit enim Regnum caelorum» *(Mt.* 4, 70). Ipsos pariter edocent Sacrae Liturgiae celebrationes ita participare, ut sinceram orationem in eis quoque attingant; eos ad spiritum orationis semper perfectiorem per totam vitam exercendum, pro uniuscuiusque gratiis et necessitatibus, maduducunt, omnesque ad officia proprii status observanda, et profectiores ad consilia Evangelii, modo cuique congruo exercenda, alliciunt. Eruditi proinde fideles ut possint hymnis et canticis spiritualibus in cordibus suis cantare Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo et Patri [17]. Laudes et gratiarum actiones quas adhibent in Eucharistiae celebratione ipsi Presbyteri ad diversas horas diei dilatant in Divino persolvendo Officio, quo quidem nomine Ecclesiae, pro toto populo sibi commisso, immo pro universo mundo, Deum deprecantur.

Domus orationis in qua Sanctissima Eucharistia celebratur et servatur, fidelesque congregantur, et in qua praesentia Filii Dei Salvatoris nostri in ara sacrificali pro nobis oblati, in auxilium atque solatium fidelium colitur, nitida, orationi et sacris sollemnibus apta esse debet [18]. In ea Pastores et fideles invitantur ut grato animo respondeant dono Ipsius, qui per Humanitatem suam continuo vitam divinam in membra Corporis sui infundit [19]. Curent Presbyteri scientiam et artem liturgi/cam recte colere, ut, suo 999
ministerio liturgico, a christianis communitatibus sibi commissis perfectius in dies laudetur Deus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus.

6. Munus Christi Capitis et Pastoris pro sua parte auctoritatis exercentes, Presbyteri, nomine Episcopi, familiam Dei, ut fraternitatem in unum animatam, colligunt, et per Christum in Spiritu ad Deum Patrem adducunt [20]. Ad hoc autem ministerium exercendum, sicut ad cetera munera Presbyteri, confertur potestas spiritualis, quae quidem ad aedificationem datur [21]. In aedificanda autem Ecclesia, Presbyteri cum omnibus eximia humanitate ad exemplar Domini conversari debent. Neque iuxta placita hominum [22], sed iuxta exigentias doctrinae et vitae christianae erga eos agere debent, eos docentes et ut filios etiam carissimos monentes [23], secundum verba Apostoli: «Insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina» *(2 Tim.* 4, 2) [24].

[14] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 28: AAS 57 (1965), pp. 33-36 [LE 3232].

[15] «Eucharistia vero est quasi consummatio spiritualis vitae, et omnium sacramentorum finis»: S. Thomas, *Summa Theol.* III, q. 73, a. 3 e. cf. *Summa Theol.* III, q. 65, a. 3.

[16] Cf. S. Thomas, *Summa Theol.* III, q. 65, a. 3, ad 1; q. 79, a. 1, c, et ad 1.

[17] Cf. Eph. 5, 19-20.

[18] Cf. S. Hieronymus, *Epist.*, 114, 2: «...sacrosque calices, et sancta velamina, et caetera, quae ad cultum Dominicae pertinent Passionis... ex consortio Corporis et Sanguinis Domini eadem qua Corpus eius et Sanguis maiestate venerandа»: PL 22, 934. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 122-127: AAS 56 (1964), pp. 130-132 [LE 3141].

[19] «Insuper visitationem sanctissimi Sacramenti, in nobilissimo loco et quam honorificentissime in ecclesiis secundum leges liturgicas adservandi, interdiu facere ne omittant, utpote quae erga Christum Dominum, in eodem praesentem, sit et grati animi argumentum et amoris pignus et debitae adorationis officium»: Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*, 3 sept. 1965: AAS 57 (1965), p. 771 [LE 3318].

[20] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 28: AAS 57 (1965), pp. 33-36 [LE 3232].

[21] Cf. 2 Cor. 10, 8; 13, 10. [22] Cf. Gal. 1, 10. [23] Cf. 1 Cor. 4, 14.

[24] Cf. *Didascalia*, II, 34, 3; II, 46, 6; II, 47, 1; *Constitutiones Apostolorum*,

http://www.obrascatolicas.com

Quapropter ad sacerdotes, qua in fide educatores, pertinet curare sive per se sive per alios, ut singuli fideles ad suam propriam vocationem secundum Evangelium excolendam, ad sinceram operosamque caritatem, et ad libertatem, qua Christus nos liberavit [25], in Spiritu Sancto adducantur. Parum proderunt caeremoniae, etsi pulchrae, vel consociationes, etsi florentes, si non ordinantur ad educandos homines ad maturitatem christianam consequendam [26]. Quam ut promoveant, eis auxilio erunt Presbyteri ut in ipsis eventibus magnis vel parvis, quid res exigant, quae sit Dei voluntas perspicere valeant. Edoceantur etiam christiani ut non sibi solum vivant, sed, secundum exigentias novae legis caritatis, unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administret [27] et ita omnes officia sua in communitate hominum christiane absolvant.

Quamvis vero omnibus debitores sint, Presbyteri tamen
1000 peculiari/ modo commendatos sibi habent pauperes et tenuiores cum quibus Dominus Ipse sese sociatum ostendit [28], et quorum evangelizatio signum messianici operis datur [29]. Peculiari etiam diligentia prosequentur iuniores, et insuper coniuges ac parentes, qui ut in amicales coetus conveniant optandum est, ad sese mutuo adiuvandos ut christiane in vita saepe ardua facilius pleniusque agant. Meminerint Presbyteri religiosos omnes viros ac mulieres, quippe qui pars praecellens sint in domo Domini, speciali cura dignos esse ad eorum spiritualem profectum in bonum totius Ecclesiae. Maxime tandem solliciti sint aegrotantium et morientium, eos visitantes et in Domino confortantes [30].

Munus vero Pastoris non ad fidelium singillatim curam habendam coarctatur, sed etiam ad genuinam communitatem christianam efformandam proprie extenditur. Spiritus autem communitatis debite ut colatur, non tantum ecclesiam localem sed et universam Ecclesiam amplecti debet. Communitas autem localis non suorum dumtaxat fidelium curam fovere, se etiam zelo missionali imbuta viam ad Christum omnibus hominibus parare debet. Specialiter tamen sibi commendatos habet catechumenos et neophytos, qui gradatim ad vitam christianam cognoscendam et ducendam educandi sunt.

Nulla tamen communitas christiana aedificatur nisi radicem cardinemque habeat in Sanctissimae Eucharistiae celebratione, a qua ergo omnis educatio ad spiritum communitatis incipienda est [31]. Quae celebratio ut sincera et plena sit tam ad varia caritatis opera mutuumque adiutorium ad missionalem actionem, necnon ad varias christiani
1001 testimonii formas, ducere debet. /

Praeterea caritate, oratione, exemplo et poenitentiae operibus, ecclesialis communitas veram erga animas ad Christum adducendas maternitatem exercet. Ipsa enim instrumentum efficax constituit quo nondum credentibus via ad Christum eiusque Ecclesiam indicatur vel sternitur, quo etiam fideles excitantur, aluntur et ad pugnam spiritualem roborantur.

In exstruenda vero christianorum communitate, Presbyteri numquam alicui ideologiae vel factioni humanae inserviunt, sed, ut Evangelii Praecones et Ecclesiae Pastores, ad Corporis Christi spirituale incrementum consequendum operam impendunt.

II. *Presbyterorum habitudo ad alios*

7. Presbyteri omnes, una cum Episcopis, unum idemque sacerdotium et ministerium Christi ita participant, ut ipsa unitas consecrationis missionisque requirat hierarchicam eorum communionem cum Ordine Episcoporum [32], quam optime aliquando in liturgica concelebratione manifestant, et cum quibus coniuncti profitentur se Eucharisticam Synaxim celebrare [33]. Episcopi igitur, propter donum Spiritus Sancti quod Presbyteris in sacra Ordinatione datum est, illos habent ut necessarios adiutores et consiliarios in ministerio et munere docendi, sanctificandi et pascendi plebem Dei [34]. Quod enixe, iam ab antiquis Ecclesiae temporibus, liturgica documenta proclamant, dum sollemniter postulant a Deo super Presbyterum ordinandum infusionem spiritus «gratiae et consilii, ut adiuvet ac gubernet populum in corde mundo» [35], quemadmodum in eremo
1002 Moysis spiritus in mentes septuaginta virorum prudentium propagatus est [36], «quibus ille adiutoribus usus, in populo innumeras multitudines facile gubernavit» [37]. Propter hanc ergo in eodem sacerdotio atque ministerio communionem, Episcopi ut fratres et amicos suos habeant Presbyteros [38], eorumque bonum, tam materiale quam praesertim spirituale ipsis pro viribus cordi sit. Potissimum enim in illos sacerdotum suorum sanctitudinis grave recidit onus [39]; maximam ergo curam exerceant in continua formatione Pre-
1003 sbyterii sui [40]. Eos libenter audiant, immo consulant et cum eis colloquantur de iis quae ad necessitates operis pastoralis et ad bonum dioecesis spectant. Ut vero id ad effectum deducatur, habeatur, modo hodiernis adiunctis ac necessitatibus accommodato [41], forma ac normis iure determinandis, coetus seu / senatus [42] sacerdotum, Presbyterium repraesentantium, qui Episcopum in regimine dioeceseos suis consiliis efficaciter adiuvare possit.

Presbyteri autem, ante oculos habentes plenitudinem Sacramenti Ordinis qua Episcopi gaudent, in ipsis reverentur auctoritatem Christi supremi Pastoris. Suoigitur Episcopo sincera caritate et oboedientia adhaereant [43].

[25] Cf. sic dictam *Constitutionem Ecclesiasticam Apostolorum*, XVIII: Presbyteri sunt symmystai σύμμυσται et συνεπίμαχοι Episcoporum: ed., Th. Scher mann, *Die allgemeine Kirchenordnung*, I, Paderborn 1914, p. 26; A. Harnack *Die Quellen der sog. apostolischen Kirchenordnung*, T. u. U., II, 5, p. 13, n. 18 et 19; Pseudo-Hieronymus, *De Septem Ordinibus Ecclesiae*: «... in benedictione cum episcopis consortes mysteriorum sunt»: ed. A. W. Kalff, Würzburg 1937, p. 45); S. Isidorus Hispalensis, *De Ecclesiasticis Officiis*, II, c. VII: «Praesunt enim Ecclesiae Christi, et in confectione divini corporis et sanguinis consortes cum episcopis sunt, similiter et in doctrina populorum, et in officio praedicandi»: PL 83, 787.

[26] Cf. *Didascalia*, II, 28, 4: ed. F. X. Funk, p. 108; *Constitutiones Apostolorum*, II, 28, 4: II, 34, 3: ibid., pp. 109 et 117.

[27] *Ibid.*, VIII, 16, 4: ed. F. X. Funk, I, p. 523; cf. *Epitome Const. Apost.*, VI: ibid., II, p. 80, 3-4; *Testamentum Domini*: «... da ei spiritum gratiae, consilii et magnanimitatis, spiritum presbyteratus... ad coadiuvandum et gubernandum populum tuum in opere, in metu, in corde puro»: trad. I. E. Rahmani, Moguntiae 1899, p. 69. Item in *Trad. Apost.*: ed. B. Botte, *La Tradition Apostolique de Saint Hippolyte*, Münster i. W. 1963, p. 20.

[28] Cf. Num. 11, 16-25.

[29] *Pontificale romanum*, De Ordinatione Presbyterorum, Praefatio; quae verba iam habentur in *Sacramentario leoniano*, *Sacramentario gelasiano* et *Sacramentario gregoriano*. Similia inveniuntur in Liturgiis Orientalibus: cf. *Trad. Apost.*: «... respice super servum tuum istum et impartire spiritum gratiae et consilii praesbyteris ut adinbet et gubernet plebem tuam in corde mundo, sicuti respexisti super populum electionis tuae et praecepisti Moysi ut elegeret praesbyteros quos replesti de spiritu tuo quod tu donasti famulo tuo»: ex antiqua versione latina Veronensi, ed B. Botte, *La Tradition Apostolique de S. Hippolyte. Essai de reconstruction*, Münster i. W. 1963, p. 20; *Const. Apost.* VIII, 16, 4: ed. F. X. Funk, I, p. 522, 16-17; *Epit. Const. Apost.* VI ed. F. X. Funk, II, p. 80, 5-7; *Testamentum Domini*: trad. I. E. Rahmani, Moguntiae 1899, p. 69; *Euchologion Serapionis*, XXVII: ed. F. X. Funk, *Didascalia et Constitutiones*, II, p. 190, lin. 1-7; *Ritus Ordinationis in ritu Maronitarum*: trad. H. Denzinger, *Ritus Orientalium*, II, Würzburg 1863, p. 161. Inter Patres citari possunt: Theodorus Mopsuestenus, *In 1 Tim.* 3, 8: ed. Swete, II, pp. 119-121; Theodoretus, *Quaestiones in Numeros*, XVIII: PG 80, 369 C - 372 B.

[30] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 28: AAS 57 (1965), p. 35 [LE 3232].

[31] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Sacerdotii Nostri primordia*, 1 aug. 1959: AAS 51 (1959), p. 576; S. Pius X, Exhortatio ad clerum *Haerent animo*, 4 aug. 1908: S. Pii X Acta, vol. IV (1908), pp. 237 ss.

[32] Cf. Conc. Vat. II, Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, nn. 15 et 16 [LE 3232].

[33] In iure condito iam habetur Capitulum Cathedrale, tamquam Episcopi senatus et consilium» (CIC, c. 391), vel, eo deficiente, Coetus consultorum dioecesanorum (cf. CIC, cc. 423-428). In votis tamen est talia instituta ita recognoscere, ut hodiernis adiunctis atque necessitatibus melius provideatur. Uti patet, huiusmodi Coetus Presbyterorum differt a Consilio pastorali de quo in Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, 28 oct. 1965, n. 27, cui pertinent etiam laici, et cuius est tantummodo pervestigare quae ad pastoralia opera spectant. De Presbyteris ut consiliariis Episcoporum videri possunt *Didascalia*, II, 28, 4: ed. F. X. Funk, I, p. 108; it. *Const. Apost.*, II, 28, 4: ed. F. X. Funk, I, p. 109; S. Ignatius M., *Magn.*, 6, 1: ed. F. X. Funk, p. 194; *Trall.*, 3, 1: ed. F. X. Funk, p. 204; Origenes, *Contra Celsum*, III, 30: Presbyteri sunt consiliarii seu βουλευταί: PG 11, 957 D - 960 A.

[34] S. Ignatius M., *Magn.*, 6, 1: «Hortor, ut in concordia Dei omnia peragere studeatis, episcopo praesidente loco Dei et presbyteris loco senatus apostolici, et diaconis mihi suavissimis concreditum habentibus ministerium Iesu Christi, qui ante saecula apud Patrem erat et in fine apparuit»: ed. F. X. Funk, p. 195; S. Ignatius M., *Trall.*, 3, 1: «Cuncti similiter reverentur diaconos ut Iesum Christum, sicut et episcopum, qui est typus Patris, presbyteros autem ut senatum Dei et concilium apostolorum. Sine his ecclesia non vocatur»: ibid., p. 204; S. Hieronymus, *In Isaiam*, II, 3: PL 24, 61 D: «Et nos habemus in Ecclesia senatum nostrum, coetum presbyterorum».

[35] Cf. Paulus VI, Allocutio ad Urbis curiones et quadragenarii temporis oratores in Aede Sixtina habita, die 1 martii 1965: AAS 57 (1965), p. 326.

Quae sacerdotalis oboedientia, cooperationis spiritu perfusa, fundatur in ipsa participatione ministerii episcopalis, quae Presbyteris per Sacramentum Ordinis et missionem canonicam confertur [44].

Unio Presbyterorum cum Episcopis eo magis nostris diebus requiritur quod aetate hac nostra, diversis ex causis, incepta apostolica non tantum multiplices formas induere, verum etiam limites unius paroeciae vel dioecesis praetergredi necesse est. Nullus ergo Presbyter seorsum ac veluti singillatim suam missionem satis adimplere valet, sed tantum viribus unitis cum aliis Presbyteris, sub ductu eorum, qui Ecclesiae praesunt.

8. Presbyteri, per Ordinationem in Ordine presbyteratus constituti, omnes inter se intima fraternitate sacramentali nectuntur; specialiter autem in dioecesi cuius servitio sub Episcopo proprio addicuntur unum Presbyterium efformant. Etsi enim diversis officiis mancipentur, unum tamen gerunt sacerdotale pro hominibus ministerium. Ad
1004 idem enim/ opus ut cooperentur mittuntur omnes Presbyteri, sive ministerium paroeciale vel supraparoeciale exerceant, sive scientiae investigandae aut tradendae operam conferant, sive etiam manibus laborent, ipsorum operariorum, ubi id probabile quidem competenti Auctoritate expedire videatur, sortem participantes, sive tandem alia opera apostolica vel ad apostolatum ordinata adimpleant. Ad unum omnes quidem conspirant, ad aedificationem nempe Corporis Christi, quae, nostris praesertim temporibus, multiplicia officia necnon novas accommodationes requirit. Quapropter magni momenti est ut omnes Presbyteri, sive dioecesani sive religiosi, sese invicem adiuvent, ut semper sint cooperatores veritatis [45]. Cum ceteris ergo membris huius Presbyterii, unusquisque specialibus apostolicae caritatis, ministerii et fraternitatis nexibus coniungitur: quod iam ab antiquis temporibus liturgice significatur, cum Presbyteri adstantes super novum electum, simul cum Episcopo ordinante, manus imponere invitentur, et cum Sacram Eucharistiam unanimo corde concelebrant. Singuli ergo Presbyteri cum confratribus suis uniuntur vinculo caritatis, orationis et omnimodae cooperationis, atque ita manifestatur illa unitas qua Christus voluit suos in unum esse consummatos, ut cognoscat mundus Filium missum esse a Patre [46].

Quam ob rem, qui sunt provectioris aetatis iuniores vere ut fratres suscipiant eosque in primis inceptis et oneribus ministerii adiuvent, itemque mentem eorum, etsi a propria diversam, intellegere satagant atque incepta eorum cum benevolentia prosequantur. Iuvenes pariter revereantur aetatem atque experientiam seniorum cumque illis de rebus curam animarum spectantibus consilia conferant et libenter collaborent.

Spiritu fraterno ducti, Presbyteri hospitalitatem ne obliviscantur [47], colant beneficentiam et communionem bonorum [48], praesertim solliciti eorum qui sunt aegroti, afflicti, laboribus nimis onerati, solitarii, e patria exsules, necnon eorum qui persecutionem patiuntur [49]. Etiam ad relaxandum animum libenter et cum gaudio conveniant, memores verborum quibus ipse Dominus Apostolos defatigatos invitabat: «Venite seorsum in desertum locum, et requiescite
1005 pusillum» (*Mc.* 6, 31). Insuper, ut Presbyteri in vita spirituali et intellectuali colenda mutuum iuva/men inveniant, ut aptius in ministerio cooperari valeant utque a periculis solitudinis forte orientibus eripiantur, aliqua vita communis vel aliquod vitae consortium inter eos foveatur, quod tamen plures formas, iuxta diversas necessitates personales vel pastorales, induere potest, nempe cohabitationem, ubi possibilis est, vel communem mensam, vel saltem frequenties ac periodicos conventus. Magni quoque habendae sunt et diligenter promovendae associationes quae, statutis a competenti ecclesiastica auctoritate recognitis, per aptam et convenienter approbatam vitae ordinationem et per iuvamen fraternum, sanctitatem sacerdotum in exercitio ministerii fovent, et sic toti Ordini Presbyterorum servire intendunt.

Demum, ratione eiusdem communionis in sacerdotio, se sciant Presbyteri specialiter obligatos erga eos qui aliquibus difficultatibus laborant; quibus tempestivum praebeant auxilium, etiam si opus sit eos discrete monendo. Illos autem qui in quibusdam defecerunt fraterna caritate atque magno animo semper prosequantur, pro ipsis instantes precesque Deo effundant eisque continuo sese praebeant ut revera fratres et amicos.

9. Novi Testamenti sacerdotes, licet Sacramenti Ordinis ratione praestantissimum ac necessarium in Populo et pro Populo Dei munus patris et magistri exerceant, tamen simul cum omnibus christifidelibus sunt discipuli Domini, Dei vocantis gratia Eius Regni participes facti [50]. Cum omnibus enim in fonte baptismi regeneratis Presbyteri sunt fratres inter fratres [51], utpote membra unius eiusdemque Christi Corporis, cuius aedificatio omnibus demandata est [52].

Presbyteros igitur sic oportet praeesse, ut non quae sua sunt quaerentes, sed quae Iesu Christi [53], cum fidelibus laicis operam coniungant et in medio eorum se gerant ad exemplum Magistri, qui inter homines «non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro multis» (*Mt.* 20, 28). Presbyteri sincere laicorum digni-
1006 ta/tem atque propriam, quam laici in missione Ecclesiae habent partem, agnoscant et promoveant. Iustam etiam libertatem, quae omnibus in civitate terrestri competit, sedulo in honore habeant. Libenter audiant laicos, eorum desideria fraterne considerantes, eorumque experientiam et competentiam in diversis campis humanae actionis agnoscentes, ut simul cum ipsis signa temporum recognoscere queant. Probantes spiritus si ex Deo sint [54], charismata laicorum multiformia, tam humilia quam altiora, cum sensu fidei detegant, cum gaudio agnoscant, cum diligentia foveant. Inter alia vero dona Dei quae in fidelibus abundanter inveniuntur, peculiari cura digna sunt, quibus non pauci ad altiorem vitam spiritualem attrahuntur. Item cum fiducia laicis in servitium Ecclesiae officia committant, eis agendi libertatem et spatium relinquentes, immo eos ut opera etiam sua sponte aggrediantur opportune invitantes [55].

Presbyteri demum in medio laicorum positi sunt ut omnes ad caritatis unitatem ducant «caritate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem praevenientes» (*Rom.* 12, 10). Eorum igitur est diversas mentes ita componere ut nemo in fidelium communitate extraneum se sentiat. Boni communis, cuius nomine Episcopi curam habent, sunt defensores, atque simul veritatis strenui assertores, ne fideles omni vento doctrinae circumferantur [56]. Peculiari sollicitudini eorum committuntur qui a praxi Sacramentorum, immo a fide forsan defecerunt, quos quidem ut boni pastores adire non omittent.
1007

Ad praescripta de oecumenismo attendentes [57], non obliviscentur fratrum qui plena nobiscum ecclesiastica communione non fruuntur.

Commendatos sibi tandem habebunt illos omnes qui Christum Salvatorem suum non agnoscunt.

Ipsi vero christifideles conscii sint se obligatos esse Presbyteris suis, et ideo filiali amore eosdem, pastores suos et patres, prosequantur; item, eorum sollicitudines participantes, oratione et opere quantum fieri possit auxilio sint suis Presbyteris, ut hi aptius difficultates superare et fructuosius officia sua adimplere valeant [58]. /

III. *Presbyterorum distributio et vocationes sacerdotales*

10. Donum spirituale, quod Presbyteri in ordinatione acceperunt, illos non ad limitatam quandam et coarctatam missionem praeparat, sed ad amplissimam et universalem missionem salutis «usque ad ultimum terrae» (*Act.* 1, 8), nam quodlibet sacerdotale ministerium participat ipsam universalem amplitudinem missionis a Christo Apostolis concreditae. Christi enim Sacerdotium, cuius Presbyteri vere participes facti sunt, ad omnes populos et ad omnia tempora necessario dirigitur, neque ullis limitibus sanguinis nationis vel aetatis coarctatur, ut iam in figura Melchisedech arcano modo praefiguratur [59]. Meminerint igitur Presbyteri omnium ecclesiarum sollicitudinem sibi cordi esse debere. Quapropter Presbyteri illarum dioecesium, quae maiore vocationum copia ditantur, libenter se paratos praebeant, permittente vel exhortante proprio Ordinario, ad suum ministerium in regionibus, missionibus vel operibus cleri penuria laborantibus exercendum.

[44] Cf. Mt. 23, 8. «Opus est deinde, ut ea re quod hominum pastores, patres et magistri esse cupimus, idcirco eorum fratres agamus»: Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam suam*, 6 aug. 1964: AAS 58 (1964), p. 647 [LE 3211].

[45] Cf. Eph. 4, 7 et 16; *Const. Apost.*, VIII, 1, 20: «Quin etiam neque episcopus in diaconos vel presbyteros se extollat neque presbyteri in plebem; ex utrisque enim coetus compositio exstat»: ed. F. X. Funk, I, p. 467.

[46] Cf. Phil. 2, 21. [47] Cf. 1 Io. 4, 1.

[48] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 37: AAS 57 (1965), pp. 42-43 [LE 3232]. [49] Cf. Eph. 4, 14.

[50] Cf. Conc. Vat. II, Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio*: AAS 57 (1965), pp. 90 ss. [LE 3235].

[51] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 37: AAS 57 (1965), pp. 42-43 [LE 3232].

[52] Cf. Hebr. 7, 3.

[53] Cf. *Const. Apost.*, VIII, 47, 39: «Presbyteri... absque sententia episcopi nihil peragant; ipse enim est, cui commissus est populus Domini et a quo de animabus eorum ratio posceture: ed. F. X. Funk, p. 577.

[54] Cf. 3, Io. 8. [55] Cf. Io. 17, 23. [56] Cf. Hebr. 13, 1-2. [57] Cf. Hebr. 13, 16. [58] Cf. Mt. 5, 10. [59] Cf. 1 Thess. 2, 12; Col. 1, 13.

http://www.obrascatolicas.com

Normae praeterea de incardinatione et excardinatione ita recognoscantur ut, pervetere hoc instituto firmo manente, ipsum tamen hodiernis pastoralibus necessitatibus melius respondeat. Ubi vero ratio apostolatus postulaverit, faciliora reddantur non solum apta Presbyterorum distributio, sed etiam peculiaria opera pastoralia pro diversis coetibus socialibus, quae in aliqua regione, vel natione aut in quacumque terrarum orbis parte perficienda sunt. Ad hoc ergo quaedam seminaria internationalia, peculiares dioeceses vel praelaturae personales et alia huiusmodi utiliter constitui possunt, quibus, modis pro singulis inceptis statuendis et salvis semper iuribus Ordinariorum locorum, Presbyteri addici vel incardinari queant in bonum commune totius Ecclesiae.

Ad novam tamen regionem, praesertim si illius linguam et mores nondum bene cognoverint, in quantum fieri potest, Presbyteri ne mittantur singuli, sed, ad exemplum Christi discipulorum [60], saltem bini vel terni, ut ita mutuo sibi sint adiutorio. Pariter expedit sollicitam curam adhibere de eorum vita spirituali, necnon de eorum valetudine mentis et corporis; et, quatenus id fieri possit, loca et condiciones laboris pro ipsis praeparentur iuxta uniuscuiusque adiuncta personalia. Magnopere expedit simul ut, qui novam nationem petunt, apte cognoscere curent non solum
1008 linguam illius loci, sed etiam peculiarem indolem / psychologicam et socialem illius populi cui in humilitate servire volunt quam perfectissime cum eodem communicantes, ita ut exemplum sequantur Pauli Apostoli, qui de se ipso dicere potuit: «Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus, ut Iudaeos lucrarer...» *(1 Cor.* 9, 19-20).

11. Pastor et Episcopus animarum nostrarum [61], ita suam Ecclesiam constituit, ut Populus quem elegit et acquisivit sanguine suo [62] semper et usque in finem saeculi suos habere deberet sacerdotes, ne umquam christiani essent sicut oves non habentes pastorem [63]. Quam voluntatem Christi agnoscentes, Apostoli, suggerente Spiritu Sancto, suum esse officium duxerunt ministros eligendi «qui idonei erunt et alios docere» *(2 Tim.* 2, 2). Quod officium sane pertinet ad ipsam missionem sacerdotalem, qua quidem particeps fit Presbyter sollicitudinis totius Ecclesiae, ne in Populo Dei hic in terris operarii umquam desint. Quoniam tamen «rectori navis et navigio deferendis... causa communis exsistit» [64], ideo universus Populus christianus edoceatur suum esse officium diversimode cooperandi, per instantem orationem itemque per alia media quae sibi praesto sunt [65], ut semper Ecclesia illos habeat sacerdotes, qui necessarii sint ad missionem suam divinam explendam. Primum igitur Presbyteris summopere cordi sit verbi ministerio proprioque testimonio vitae, spiritum servitii et verum gaudium paschale aperte manifestantis, sacerdotii excellentiam et necessitatem fidelibus ante oculos ponere, ac quos, sive iuvenes sive adultiores, prudenter ad tantum ministerium idoneos iudicaverint, nullis parcendo curis neque incommodis adiuvare ut se rite praeparent ac proinde aliquando, plena eorum libertate externa et interna servata, ab Episcopis vocari possint. Ad hunc finem prosequendum, maximae utilitatis est diligens ac prudens directio spiritualis. Parentes et magistri, atque omnes ad quos spectat quocumque modo institutio puerorum ac iuvenum, eos sic erudiant, ut sollicitudinem Domini pro grege suo cognoscentes et necessitates Ecclesiae considerantes, parati sint generose Domino vocanti respondere
1009 cum propheta: «Ecce ego, mitte me» *(Is.* 6, 8). Haec tamen vox Domini vocantis ne/quaquam ita exspectanda est, ac si modo quodam extraordinario ad aures futuri Presbyteri perveniat. Ipsa enim potius ex signis intellegenda et diiudicanda est, quibus cotidie voluntas Dei prudentibus christianis innotescit; quae signa attente a Presbyteris consideranda sunt [66].

Ipsis ergo valde commendantur Opera vocationum, sive dioecesana sive nationalia [67]. In praedicationibus, in catechesi, in scriptis periodicis, diserte declarentur oportet necessitates Ecclesiae tam localis quam universalis, sensus et praestantia ministerii sacerdotalis in vivida luce ponantur, et in quo praesertim, ut docent Patres, potest dari Christo, maximum testimonium amoris [68].

Cap III.—Presbyterorum vita

I. *Presbyterorum ad perfectionem vocatio*

12. Sacramento Ordinis Presbyteri Christo Sacerdoti configurantur, ut ministri Capitis, ad totum Eius Corpus quod est Ecclesia exstruendum et aedificandum, tamquam Ordinis episcopalis cooperatores. Iam quidem in baptismi consecratione, sicut omnes christifideles, signum et donum acceperunt tantae vocationis et gratiae ut, vel in infirmitate humana [1], perfectionem prosequi possint et debeant, iuxta verbum Domini: «Estote ergo vos perfecti sicut et Pater vester coelestis perfectus est» *(Mt.* 5, 48). Ad illam vero perfectionem acquirendam peculiari ratione tenentur sacerdotes, quippe qui, Deo in Ordinis / receptione novo 1010
sacerdotio consecrati, Christi Aeterni Sacerdotis viva instrumenta efficiantur, ut mirabile opus Eius, quod superna efficacitate universum hominum convictum redintegravit, per tempora persequi valeant [2]. Cum ergo omnis sacerdos, suo modo, ipsius Christi personam gerat, particulari quoque gratia ditatur ut, inserviendo plebi commissae et universo Populo Dei, Eius perfectionem aptius prosequi possit, cuius partes sustinet, utque humanae infirmitati carnis medeatur sanctitas Illius, qui nobis factus est Pontifex «sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus» *(Hebr.* 7, 26).

Christus, quem Pater sanctificavit seu consecravit et misit in mundum [3], «dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum» *(Tit.* 2, 14), et sic per passionem intravit in gloriam suam [4]; simili modo Presbyteri, unctione Spiritus Sancti consecrati et a Christo missi, in seipsis opera carnis mortificant et hominum servitio totaliter se devovent, et sic in sanctitate qua in Christo ditati sunt ad perfectum virum [5] progredi valent.

Itaque, ministerium Spiritus et iustitiae [6] exercentes, dummodo sint docibiles Spiritui Christi qui eos vivificat et ducit, in vita spiritus firmantur. Per ipsas enim cotidianas sacras actiones, sicut et per integrum suum ministerium, quod cum Episcopo et Presbyteris communicantes exercent, ipsi ad vitae perfectionem ordinantur. Ipsa autem sanctitas Presbyterorum ad proprium ministerium fructuose complendum plurimum confert: quamvis enim gratia Dei etiam per indignos ministros opus salutis explere possit, tamen per illos ordinaria lege praeoptat Deus sua mirabilia ostendere, qui, dociliores impulsui et ductui Spiritus Sancti facti, ob suam intimam cum Christo unionem et vitae sanctimoniam, cum Apostolo dicere valeant: «Vivo autem, iam non ego, vivit vero in me Christus» *(Gal.* 2, 20).

Quapropter haec Sacrosancta Synodus, ad suos fines pastorales renovationis internae Ecclesiae, diffusionis Evangelii in universo mundo, necnon colloquii cum mundo hodierno attingendos, vehementer hortatur / omnes sa- 1011
cerdotes ut, aptis adhibitis mediis ab Ecclesia commendatis [7], ad illam semper maiorem sanctitatem nitantur, qua evadant in dies aptiora instrumenta in servitium totius Populi Dei.

13. Sanctitatem propria ratione consequuntur Presbyteri munera sua sincere et indefesse in Spiritu Christi exercentes.

Verbi Dei ministri cum sint, cotidie legunt et audiunt Dei verbum quod alios docere debent; quod si simul in seipsos recipere satagant, perfectiores in dies fient Domini

[1] Cf. Conc. Vat. II, Decr. de institutione sacerdotali, *Optatam totius*, n. 2 [LE 3334].

[2] Hoc docent Patres, dum explicant verba Christi Petro: «Amas me? - Pasce oves meas» (Io. 21, 17); sic S. Ioannes Chrysostomus, *De sacerdotio*, II, 2: PG 48, 633; S. Gregorius Magnus, *Reg. Past. Liber*, P. I, c. 5: PL 77, 19 A.

[3] Cf. 2 Cor. 12, 9. [4] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Ad catholici sacerdotii*, 20 dec. 1935: AAS 28 (1936), p. 10 [LE 1302]. [5] Cf. Io. 10, 36. [6] Cf. Le. 24, 26. [7] Cf. Eph. 4, 13. [8] Cf. 2 Cor. 3, 8-9.

[7] Cf. inter alia: S. Pius X, Exhortatio ad clerum, *Haerent animo*, 4 aug. 1908: S. Pii X Acta, vol. IV (1908), p. 237 ss. Pius XI, Litt. Encycl. *Ad catholici sacerdotii*, 20 dec. 1935: AAS 28 (1936), p. 5 ss. [LE 1302]. Pius XII, Adhort. Ap. *Menti Nostrae*, 23 sept. 1950: AAS 42 (1950), p. 657 ss. [LE 2151]. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Sacerdotii Nostri primordia*, 1 aug. 1959: AAS 51 (1959), p. 545 ss.

discipuli, iuxta verba Pauli Apostoli ad Timotheum: «Haec meditare, in his esto: ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi et doctrinae: insta in illis. Hoc enim faciens et teipsum salvum facies et eos, qui te audiunt» *(1 Tim.* 4, 15-16). Quaerentes enim quomodo aptius contemplata aliis tradere possint [8], profundius sapient «investigabiles divitias Christi» *(Eph.* 3, 8) et multiformem sapientiam Dei [9]. Prae oculis habentes Dominum esse qui corda aperit [10] et sublimitatem non ex ipsis sed e Dei virtute provenire [11], in ipso actu verbi tradendi intimius cum Christo Magistro coniungentur Eiusque Spiritu ducentur. Ita communicantes cum Christo, Dei participant caritatem, cuius mysterium, a saeculis absconditum [12], in Christo revelatum est.

Ut Sacrorum ministri, praesertim in Sacrificio Missae, Presbyteri personam specialiter gerunt Christi, qui seipsum ad sanctificandos homines victimam dedit; ideoque invitantur ut quod tractant imitentur, quatenus mortis Dominicae mysterium celebrantes, membra sua a vitiis et concupiscentiis mortificare procurent [13]. In mysterio Sacrificii Eucharistici, in quo munus suum praecipuum sacerdotes
1012 adimplent, opus / nostrae redemptionis continuo exercetur [14], et ideo enixe commendatur eius celebratio cotidiana, quae quidem etiam si praesentia fidelium haberi non possit, actus est Christi et Ecclesiae [15]. Ita, dum Presbyteri cum actu Christi Sacerdotis se coniungunt, cotidie se totos Deo offerunt, et, dum Corpore Christi nutriuntur, ex corde participant Eius caritatem qui se in cibum dat fidelibus. Similiter in Sacramentis administrandis cum intentione et caritate Christi uniuntur; quod speciali ratione efficiunt, cum Sacramenti Poenitentiae fungendo muneri omnino semperque paratos se ostendant quotiescumque id a fidelibus rationabiliter petitur. In Officio Divino recitando, vocem praebent Ecclesiae, quae in oratione, nomine totius generis humani, perseverat, una cum Christo, qui est «semper vivens ad interpellandum pro nobis» *(Hebr.* 7, 25).

Populum Dei regentes et pascentes, caritate Boni Pastoris incitantur ut animam suam dent pro ovibus suis [16], parati quoque ad supremum sacrificium, exemplum sequentes sacerdotum qui etiam hodiernis temporibus vitam suam ponere non renuerunt; educatores in fide cum sint, et ipsi habentes «fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi» *(Hebr.* 10, 19) ad Deum accedunt «cum vero corde in plenitudine fidei» *(Hebr.* 10, 22); spem erigunt firmam pro fidelibus suis [17], ut possint consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua et ipsos Deus exhortatur [18]; communitatis rectores ascesim pastoris animarum propriam colunt, propriis commodis renuntiantes, non quod sibi utile est quaerentes sed quod multis ut salvi
1013 fiant [19], semper ulterius progredientes ad opus pastorale perfectius complendum et, ubi opus sit, ad / novas vias pastorales ingrediendas parati, sub ductu Spiritus amoris, qui ubi vult spirat [20].

14. Hodierno in mundo, cum tot sint officia quae obire debent homines cumque tanta sit diversitas problematum quibus anguntur, quaeque saepius ipsis celeriter solvenda sunt, in discrimine haud raro versantur qui sese in diversa dispergant. Presbyteri autem, permultis obligationibus sui muneris implicati et distracti, non sine anxietate quaerere possunt quomodo cum exterioris actionis ratione interiorem vitam suam ad unitatem componere valeant. Quam vitae unitatem, nec mere externa operum ministerii ordinatio, nec sola pietatis exercitiorum praxis, quantumvis ad eam fovendam conferat, efficere potest. Eam vero exstruere valent Presbyteri exemplum in ministerio adimplendo sequentes Christi Domini, cuius cibus erat voluntatem facere Illius qui Eum misit ut opus suum perficeret [21].

Re quidem vera Christus, ut eandem voluntatem Patris in mundo per Ecclesiam indesinenter faciat, per ministros suos operatur, et ideo semper principium et fons remanet eorum vitae unitatis. Presbyteri ergo suae vitae unitatem consequuntur sese Christo coniungentes in agnitione voluntatis Patris et in dono sui ipsius pro grege sibi commisso [22]. Sic Boni Pastoris partes agendo, in ipso caritatis pastoralis exercitio invenient vinculum perfectionis redigens. Haec quidem pastoralis caritas [23] maxime profluit a Sacrificio Eucharisticio, quod ideo centrum et radix totius vitae Presbyteri exstat, ita ut quod in sacrificali ara agitur, sacerdotalis animus in se referre studeat. Hoc autem obtineri nequit, nisi ipsi sacerdotes in mysterium Christi oratione semper intimius penetrent.

Ut unitatem vitae suae etiam concrete verificare valeant, omnia incepta sua considerent probantes quae sit voluntas Dei [24], quae nempe sit inceptorum cum normis evangelicae missionis Ecclesiae conformitas. Fidelitas enim erga Christum a fidelitate erga Ecclesiam suam seiungi nequit. Pastoralis ergo caritas postulat ut Presbyteri, ne in vacuum currant [25], in vinculo communionis cum Episcopis et cum aliis in sacer/dotio fratribus semper laborent. 1014
Hac ratione agentes, Presbyteri propriae vitae unitatem invenient in ipsa missionis Ecclesiae unitate, sicque cum Domino suo, et per Eum cum Patre, in Spiritu Sancto, unientur, ut possint consolatione repleri et superabundare gaudio [26].

II. *Peculiares exigentiae spirituales in vita Presbyteri*

15. Inter virtutes quae ministerio Presbyterorum maxime requiruntur, nominanda est illa dispositio animi qua semper parati sunt non suam voluntatem quaerere, sed voluntatem Eius qui misit eos [27]. Divinum enim opus ad quod implendum a Spiritu Sancto assumpti sunt [28], omnes humanas vires humanamque sapientiam transcendit; nam «infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia» *(1 Cor.* 1, 27). Propriae igitur infirmitatis conscius, verus Christi minister in humilitate laborat, probans quid sit beneplacitum Deo [29], atque, veluti alligatus Spiritu [30], ab Illius voluntate in omnibus ducitur, qui omnes vult salvos fieri; quam voluntatem in cotidianis rerum adiunctis detegere et exsequi potest, humiliter inserviendo omnibus qui ei, in munere sibi commisso et in multiplicibus vitae suae eventibus, a Deo concrediti sunt.

Ministerium autem sacerdotale, cum sit ministerium ipsius Ecclesiae, nonnisi in communione hierarchica totius corporis adimpleri potest. Caritas ergo pastoralis Presbyteros urget ut, in hac communione agentes, voluntatem propriam per oboedientiam servitio Dei ac fratrum dedicent, in spiritu fidei accipientes et exsequentes quae a Summo Pontifice et a proprio Episcopo necnon ab aliis superioribus praecipiuntur; libentissime impendentes et superimpendentes seipsos [31] in quocumque munere etiam humiliori et pauperiori quod ipsis concreditur. Hac enim ratione necessariam unitatem servant et firmant cum fratribus suis in ministerio, maxime autem cum eis quos Dominus rectores visibiles Ecclesiae suae constituit, et ad aedificationem operantur Corporis Christi, quod «per omnem iuncturam subministrationis» crescit [32]. Haec oboe-
dientia, quae ad maturiorem libertatem filiorum / Dei ad- 1015
ducit, natura sua exigit ut, dum, in suo munere adimplendo, caritate moti, vias novas ad maius Ecclesiae bonum prudenter exquirunt, Presbyteri incepta sua fidenter proponant, et necessitudines gregis sibi commissi instanter exponant, parati semper ad illorum se subiiciendos iudicio qui princeps in Ecclesia Dei regenda munus exercent.

Hac humilitate et oboedientia responsabili et voluntaria Presbyteri sese Christo conformant, sentientes in se quod et in Christo Iesu, qui «semetipsum exinanivit formam servi accipiens... factus oboediens usque ad mortem» *(Phil.* 2, 7-8), et hac oboedientia inoboedientiam Adami devicit redemitque, testante Apostolo: «Per inoboedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita et per unius oboeditionem, iusti constituentur multi» *(Rom.* 5, 19).

16. Perfecta et perpetua propter Regnum coelorum continentia a Christo Domino commendata [33], per decursum temporum et etiam nostris diebus a non paucis christifidelibus libenter accepta et laudabiliter observata, ab Ecclesia speciali modo pro vita sacerdotali semper permagni habita est. Est enim signum simul et stimulus caritatis pastoralis atque peculiaris fons spiritualis foecunditatis in

[8] Cf. S. Thomas, *Summa Theol.*, II-II, q. 188, a. 7. [9] Cf. Eph. 3, 9-10. [10] Cf. Act. 16, 14. [11] Cf. 2. Cor. 4, 7. [12] Cf. Eph. 3, 9.
[13] Cf. *Pontificale romanum*, De Ordinatione Presbyterorum.
[14] Cf. *Pontificale romanum*, De Ordinatione Presbyterorum.
[15] Cf. *Missale romanum*, oratio super oblata dominicae IX post Pentecosten. «Quotiescumque enim Missa, etsi a sacerdote privatim celebratur, privata tamen non est, sed actus Christi et Ecclesiae; quae quidem Ecclesia in sacrificium discit offerre et unicam et infinitam redemptricem sacrificii Crucis virtutem universo mundo ad salutem applicat. Unaquaeque enim Missa quae celebratur, non pro aliquorum tantum sed pro totius etiam mundi salute offertur (...) Paterne igitur et enixe commendamus sacerdotibus, qui potissimum gaudium Nostrum et corona Nostra sunt in Domino, ut... quotidie dignae et devote Missam celebrent»: Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*, 3 sept. 1965: AAS 57 (1965), pp. 761-762 [LE 3316]. Cf. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 26 et 27: AAS 56 (1964), p. 107 [LE 3141].
[16] Cf. Io. 10, 11. [17] Cf. 2 Cor. 1, 7. [18] Cf. 2 Cor. 1, 4. [19] Cf. 1 Cor. 10, 33.
[20] Cf. Io. 3, 8. [21] Cf. Io. 4, 34.

[22] Cf. 1 Io. 3, 16.
[23] «Sit amoris officium pascere dominicum gregem»: S. Augustinus, *Tract. in Io.*, 123, 5: PL 35, 1967.
[24] Cf. Rom. 12, 2. [25] Cf. Gal. 2, 2. [26] Cf. 2, Cor. 7, 4. [27] Cf. Io. 4, 34; 5, 30; 6, 38. [28] Cf. Act. 13, 2. [29] Cf. Eph. 5, 10. [30] Cf. Act. 20, 22. [31] Cf. 2 Cor. 12, 15. [32] Cf. Eph. 4, 11-16. [33] Cf. Mt. 19, 12.

http://www.obrascatolicas.com

mundo [34]. Non exigitur quidem a sacerdotio suapte natura, uti apparet ex praxi Ecclesiae primaevae [35] et ex traditione Ecclesiarum Orientalium, ubi praeter illos qui cum omnibus Episcopis ex dono gratiae coelibatum eligunt servandum, sunt etiam optime meriti Presbyteri coniugati: dum vero ecclesiasticum coelibatum commendat, Sacrosancta haec Synodus nullo modo absimilem illam disciplinam immutare intendit, quae in Orientalibus Ecclesiis legitime viget, omnesque illos peramanter hortatur, qui in matrimonio presbyteratum receperunt, ut, in sancta vocatione perseverantes, plene et generose vitam suam gregi sibi commisso impendere pergant [36].

Coelibatus vero multimodam convenientiam cum sacerdotio habet. Missio enim sacerdotis integra dedicatur servitio novae humanitatis, quam Christus, victor mortis, per Spiritum suum in mundo suscitat, quaeque originem suam «non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo» *(Io.*, 1, 13) habet. Per virginitatem / autem vel coelibatum propter Regnum coelorum 1016
servatum [37], Presbyteri nova et eximia ratione Christo consecrantur, Ei facilius indiviso corde adhaerent [38], liberius in Ipso et per Ipsum servitio Dei et hominum sese dedicant, Eius Regno ac operi regenerationis supernae expeditius ministrant, et sic aptiores fiunt qui paternitatem in Christo latius accipiant. Hoc ergo modo, coram hominibus profitentur se velle indivise muneri sibi commisso dedicari, fideles scilicet despondendi uni viro, illosque exhibendi virginem castam Christo [39], et sic arcanum illud evocant connubium a Deo conditum et in futuro plene manifestandum quo Ecclesia unicum Sponsum Christum habet [40]. Signum insuper vivum efficiuntur illius mundi futuri, per fidem et caritatem iam praesentis, in quo filii resurrectionis neque nubent neque ducent uxores [41].

His rationibus in mysterio Christi Eiusque missione fundatis, coelibatus, qui prius sacerdotibus commendabatur, postea in Ecclesia Latina omnibus ad Ordinem sacrum promovendis lege impositus est. Quam legislationem, ad eos qui ad Presbyteratum destinantur quod attinet, Sacrosancta haec Synodus iterum comprobat et confirmat, confidens in Spiritu donum coelibatus, sacerdotio Novi Testamenti tam congruum, liberaliter a Patre dari, dummodo qui sacerdotium Christi per Sacramentum Ordinis participant, immo et universa Ecclesia, humiliter et enixe illud expetant. Exhortatur etiam haec Sacra Synodus omnes Presbyteros, qui sacrum coelibatum gratia Dei confisi libera voluntate secundum exemplum Christi acceperunt ut, illi magno animo et toto corde inhaerentes, atque in hoc statu fideliter perseverantes, agnoscant praeclarum illud donum, quod a Patre sibi datum est quodque a Domino tam aperte extollitur [42], necnon prae oculis habeant magna mysteria, quae in eo significantur atque adimplentur. Quo magis autem perfecta continentia in mundo huius temporis a non paucis hominibus impossibilis reputatur, eo humilius et perseverantius Presbyteri gratiam fidelitatis, 1017
numquam / petentibus denegatam, una cum Ecclesia expostulabunt, cuncta subsidia supernaturalia et naturalia insimul adhibentes, quae omnibus praesto sunt. Normas praesertim asceticas quae ab experientia Ecclesiae probantur et quae in mundo hodierno haud minus necessariae sunt, sequi ne omittant. Rogat itaque haec Sacrosancta Synodus non solum sacerdotes, sed et omnes fideles, ut eis hoc pretiosum donum coelibatus sacerdotalis cordi sit, petantque omnes a Deo, ut Ipse illud donum Ecclesiae suae semper abundanter largiatur.

17. Amicabili et fraterna conversatione inter se et cum ceteris hominibus, discere valent Presbyteri valores humanos colere et bona creata tamquam Dei dona aestimare. Versantes in mundo sciant tamen semper se secundum verbum Domini Magistri nostri non esse de mundo [43]. Utentes ergo mundo tamquam non utentes [44], pervenient ad illam libertatem, qua liberati ab omni cura inordinata dociles fiunt ad vocem divinam in vita cotidiana audiendam. Ex hac libertate et docilitate excrescit discretio spiritualis qua recta habitudo ad mundum bonaque terrestria invenitur. Quae habitudo ideo pro Presbyteris magni est momenti, quia missio Ecclesiae in medio mundo adimplenda est et quia bona creata profectui personali hominis prorsus sunt necessaria. Grati ergo sint pro omnibus, quae eis Pater coelestis ad vitam recte peragendam largitur. Discernant tamen oportet in lumine fidei omnia, quae eis occurrant, ut ad rectum usum bonorum Dei voluntati respondentem ducantur et quae missioni suae sunt noxia respuant.

Sacerdotes enim, quippe quorum Dominus sit «pars et hereditas» *(Num.* 18, 20), bonis temporalibus uti debent tantummodo eos in fines, ad quos iuxta Christi Domini doctrinam Ecclesiaeque ordinationem eadem destinari licet.

Bona ecclesiastica proprie dicta, secundum rei naturam, ad normam legum ecclesiasticarum, sacerdotes, adiuvantibus quatenus fieri possit peritis laicis, moderentur atque eadem destinent semper eos in fines ad quos prosequendos Ecclesiae licet bona temporalia possidere, videlicet ad cultum divinum ordinandum, ad honestam cleri sustentationem procurandam, necnon ad opera sacri apostolatus vel caritatis, praesertim erga egenos, exercenda [45]. Bona autem quae occasione exercitii alicuius / ecclesiastici officii 1018
sibi comparant, salvo iure particulari [46], Presbyteri, non secus ac Episcopi, adhibeant imprimis ad suam honestam sustentationem et ad officiorum proprii status adimplemionem; quae vero supersint, in bonum Ecclesiae vel in opera caritatis destinare velint. Itaque officium ecclesiasticum ne quaestui habeant neve reditus ab eo provenientes in propriae rei familiaris amplificationem impendant [47]. Quare sacerdotes, nequaquam divitiis cor apponentes [48], omnem cupiditatem semper vitent et ab omni specie mercaturae sedulo abstineant.

Immo ad paupertatem voluntariam amplexandam invitantur, qua Christo manifestius conformentur, et ad sacrum ministerium promptiores fiant. Christus enim propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut Illius inopia divites essemus [49]. Apostoli autem exemplo suo testificati sunt gratuitum Dei donum gratis dandum esse [50], scientes et abundare et penuriam pati [51]. Sed et aliqualis rerum communis usus, ad instar bonorum communionis quae in historia primaevae Ecclesiae extollitur [52], caritati pastorali optime viam sternit; et per eam vivendi formam Presbyteri laudabiliter ad praxim reducere possunt spiritum paupertatis qui a Christo commendatur.

Spiritu ergo Domini ducti, qui Salvatorem unxit et evangelizare pauperibus misit [53], Presbyteri, necnon et Episcopi, omnia illa vitent quae pauperes quolibet modo avertere possent, prae ceteris Christi discipulis omnem speciem vanitatis in suis rebus seponentes. Habitationem suam ita disponant, ut haec nemini impervia appareat et ut nemo umquam, etiam humilior, eam frequentare vereatur.

III. *Subsidia pro Presbyterorum vita*

18. Unionem cum Christo ut in omnibus vitae adiunctis fovere valeant, Presbyteri, praeterquam exercitio conscio ministerii sui, gaudent mediis / communibus et particula- 1019
bus, novis et veteribus, quae Spiritus Sanctus in Populo Dei suscitare numquam destitit et quae Ecclesia ad suorum membrorum sanctificationem commendat, immo aliquando et iubet [54]. Prae omnibus spiritualibus subsidiis illi eminent actus, quibus christifideles ex duplici mensa Sacrae Scripturae et Eucharistiae Verbo Dei nutriuntur [55]; quanti momenti sit eorum assidua frequentatio pro sanctificatione Presbyterorum propria neminem latet.

Christo Salvatori et Pastori intime uniuntur sacramentalis gratiae ministri per fructuosam Sacramentorum receptionem, speciatim in frequenti Poenitentiae sacramentali actu, quippe qui, cotidiana conscientiae discussione praeparatus, necessariam cordis conversionem ad Patris misericordiarum amorem tantopere foveat. Sub lumine fidei lectione divina enutritae, possunt Dei voluntatis signa et Eius gratiae impulsus in variis vitae eventibus sedulo inquirere, et ita missioni suae in Spiritu Sancto assumptae dociliores in dies fieri. Talis docilitatis mirum exemplum in Beata Maria Virgine semper inveniunt, quae, a Spiritu Sancto ducta, seipsam mysterio hominum Redemptionis totam devo-

[34] Conc. Antioch., can. 25: Mansi 2, 1327-1328; *Decretum Gratiani*, c. 23, C. 12, q. 1 ed. Friedberg, I, pp. 684-685.
[35] Hoc intellegitur praesertim de iuribus et consuetudinibus in Ecclesiis Orientalibus vigentibus.
[36] Conc. Paris., a. 829, cap. 15: MGH, Legum sectio III, *Concilia*, t. 2, p. 622, Conc. Trid., Sess. XXV, Decr. *de reform.*, cap. 1: *Conc. Oec. Decreta*, ed. Herder, Romae 1962, pp. 760-761.
[37] Cf. Ps. 62, 11 Vg 61. [38] Cf. 2 Cor. 5, 9. [39] Cf. Act. 5, 18-25. [40] Cf. Phil. 4, 12. [41] Cf. Act. 2, 42-47. [42] Cf. Lc. 4, 18. [43] Cf. CIC, can. 125 ss. [44] Cf. Conc. Vat. II, Decr. de accommodata renovatione vitae religiosae, *Perfectae caritatis*, n. 7 [LE 3333]; Const. dogm. de divina Revelatione, *Dei verbum*, n. 21 [LE 3345].

vit [54]; quam Summi et Aeterni Sacerdotis Matrem et Apostolorum Reginam, atque ministerii sui praesidium, Presbyteri filiali devotione et cultu venerentur ac diligant.

Ad suum ministerium cum fidelitate adimplendum, colloquium cotidianum cum Christo Domino in visitatione et personali cultu Sanctissimae Eucharistiae sibi cordi sit; recessui spirituali libenter vacent atque directionem spiritualem magni habeant. Multimodis, speciatim per probatam orationem mentalem et varias precum formas, quas libere eligunt, Presbyteri quaerunt et a Deo enixe rogant illum verae adorationis spiritum, quo ipsi, simul cum plebe sibi commissa, intime se cum Christo Novi Testamenti Mediatore uniant, et ita tamquam filii adoptionis clamare possint: «Abba, Pater» *(Rom.* 8, 15).

19. Presbyteri ab Episcopo in sacro ritu Ordinationis admonentur ut sint «maturi in scientia» et sit doctrina eorum «spiritualis medicina populo Dei» [57]. Scientia autem 1020
ministri sacri sacra esse debet, quia e / sacro fonte desumpta et ad sacrum finem directa. Praeprimis itaque hauritur ex lectione et meditatione Sacrae Scripturae [58], sed et studio Sanctorum Patrum et Doctorum aliorumque Traditionis monumentorum fructuose nutritur. Praeterea, ad aptas responsiones reddendas quaestionibus ab hominibus huius aetatis agitatis, Presbyteri bene noscant oportet Magisterii ac praecipue Conciliorum ac Romanorum Pontificum documenta, atque consulant optimos et probatos scientiae theologicae scriptores.

Cum vero nostris temporibus cultura humana et etiam scientiae sacrae novo gressu progrediantur, incitantur Presbyteri ut scientiam suam de divinis et humanis apte et sine intermissione perficiant, atque ita ad colloquium cum coaetaneis opportunius ineundum se praeparent.

Quo facilius Presbyteri in studia incumbant et methodos evangelizationis et apostolatus efficacius addiscant, omni cura ipsis opportuna subsidia comparentur, cuiusmodi sunt institutio, iuxta cuiusque territorii condiciones, cursuum vel congressuum, erectio centrorum pastoralibus studiis destinatorum, constitutio bibliothecarum et apta per personas idoneas studiorum moderatio. Considerent insuper Episcopi singuli aut inter se uniti modum opportuniorem efficiendi ut omnes sui Presbyteri, statis temporibus, maxime autem paucos post annos ab eorum ordinatione [59], frequentare possint cursum, quo ipsis praebeatur occasio cum ad pleniorem methodorum pastoralium et scientiae theologicae cognitionem acquirendam, tum ad vitam spiritualem roborandam et ad mutuo experientias apostolicas cum fratribus communicandas [60]. His aliisque aptis subsidiis peculiari cura iuventur etiam neoparochi et illi qui novo pastorali operi addicuntur, vel qui in aliam dioecesim vel nationem mittuntur.

Tandem solliciti erunt Episcopi ut aliqui ad profundiorem rerum divinarum scientiam se dedicent, ut numquam desint magistri ad clericos instituendos idonei, ut reliqui sacerdotes et fideles iuventur ad necessariam sibi doctrinam comparandam, utque sanus in sacris disciplinis foveatur 1021
progressus, qui Ecclesiae prorsus est necessarius. /

20. Servitio Dei dediti in implendo officio sibi commisso, digni sunt Presbyteri qui aequam recipiant remunerationem, quia «dignus est operarius mercede sua» *(Lc.* 10, 7) [61], atque «Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere» *(1 Cor.* 9, 14). Quapropter, quatenus aequae Presbyterorum remunerationi non aliunde provisum fuerit, ipsi fideles, quippe in quorum bonum Presbyteri operam impendant, vera obligatione tenentur curandi ut eisdem necessaria ad vitam honeste et digne ducendam subsidia procurari valeant. Episcopi autem de hac eorum obligatione fideles monere tenentur et curare debent, sive singuli pro sua quisque dioecesi, sive aptius plures simul pro communi territorio, ut normae instituantur, quibus debite consulatur honestae sustentationi eorum qui in Populi Dei servitium aliquo munere funguntur vel functi sunt. Remuneratio autem ab unoquoque perpienda, ratione quidem habita tum ipsius muneris naturae tum locorum temporumque condicionum, fundamentaliter eadem sit pro omnibus in iisdem adiunctis versantibus, eorum condicioni sit congrua et eis praeterea tribuat facultatem non solum debite providendi remunerationi eorum qui servitio Presbyterorum se dedicant, sed etiam indigentibus per se ipsos aliqua ratione subveniendi, quod ministerium erga pauperes, iam a primis suis exordiis, magno semper in honore Ecclesia habuit. Haec remuneratio insuper talis sit, quae Presbyteris permittat quotannis debitum et sufficiens habere feriarum tempus, quod quidem, ut Presbyteri habere valeant, Episcopi curare debent.

Officio vero, quod sacri ministri adimplent, praecipuum momentum tribuere oportet. Quare systema sic dictum beneficiale relinquatur aut saltem ita reformetur ut pars beneficialis, seu ius ad reditus ex dote officio adnexos, habeatur tamquam secundaria, et princeps in iure tribuatur locus ipsi officio ecclesiastico, quod quidem deinceps intellegi debet quodlibet munus stabiliter collatum in finem spiritualem exercendum.

21. Prae oculis semper habeatur exemplum credentium in primaeva Ecclesia hierosolymitana, in qua «erant illis omnia communia» *(Act.* 4, 32), «dividebatur autem singulis prout cuique opus erat» *(Act.* 4, 35). Summopere itaque congruit ut, in regionibus saltem in quibus cleri sustentatio penitus aut magna ex parte a fidelium oblationibus pendet, bona in hunc finem oblata colligat institutio quaedam dioecesana, quam / administrat Episcopus, adiuvantibus sacer- 1022
dotibus delegatis et, ubi utilitas id suadeat, etiam laicis in re oeconomica peritis. In votis quoque est ut praeterea, quantum fieri possit, in singulis dioecesibus vel regionibus constituatur massa bonorum communis, qua valeant Episcopi aliis obligationibus erga personas Ecclesiae deservientes satisfacere variisque dioecesis necessitatibus occurrere, quaque etiam valeant dioeceses divitiores adiuvare pauperiores, ut illarum abundantia harum inopiam suppleat [62]. Quae etiam massa communis imprimis constituatur oportet ex bonis a fidelium oblationibus, sed ex aliis quoque fontibus, iure determinandis, provenientibus.

In nationibus praeterea ubi praevidentia socialis in favorem cleri nondum apte ordinata est, curent Conferentiae Episcopales ut, attentis semper legibus ecclesiasticis et civilibus, habeantur sive instituta dioecesana, etiam inter se foederata, sive instituta pro variis dioecesibus simul constituta, sive associatio pro toto territorio condita, quibus, sub vigilantia Hierarchiae, satis provideatur tum congruenti praecaventiae et adsistentiae sanitariae, quam vocant, tum debitae sustentationi Presbyterorum qui infirmitate, invaliditate aut senectute laborant. Sacerdotes vero instituto erecto opem ferant, moti spiritu solidarietatis erga fratres suos, communicantes tribulationibus eorum [63], simul considerantes se ita, sine anxietate de sorte futura, alacriore sensu evangelico paupertatem colere atque animarum saluti penitus se tradere posse. Satagant autem ii, ad quos spectat, ut eadem diversarum nationum instituta inter se colligantur, ut firmius robur consequantur latiusque propagentur.

Conclusio et Exhortatio

22. Sacrosancta haec Synodus gaudia vitae sacerdotalis prae oculis habens, etiam difficultates non praeterire potest, quas in hodierna vitae adiunctis patiuntur Presbyteri. Scit etiam quantum condiciones oeconomicae et sociales, immo et hominum mores, transformantur, quantumque ordo valorum in aestimatione hominum immutatur; Ecclesiae ministri inde, immo et nonnumquam christifideles, in hoc mundo quasi alienos ab ipso se sentiunt, anxie quaerentes quibusnam idoneis mediis et verbis cum eodem communicare valeant. Nova enim quae fidei obstant / 1023
impedimenta, apparens peracti laboris sterilitas necnon acerba quam experiuntur solitudo, eos in periculum adducere possunt ne animo deprimantur.

Mundum autem, qualis hodie dilectioni et ministerio Pastorum Ecclesiae concreditur, sic Deus dilexit, ut Filium suum Unigenitum pro ipso daret [64]. Revera, mundus hic, multis quidem peccatis detentus sed non parvis etiam facultatibus praeditus, Ecclesiae lapides vivos [65] praebet, qui coaedificantur in habitaculum Dei in Spiritu [66]. Idem Spiritus Sanctus, dum Ecclesiam impellit ut ad mundum huius temporis adeundum novas vias aperiat, congruas quoque ministerii sacerdotalis accommodationes suggerit ac fovet.

Meminerint Presbyteri se in opere exercendo numquam solos esse, sed inniti omnipotenti Dei virtute; atque in Christum credentes, qui eos ad Sacerdotium suum participandum vocavit, cum omni fiducia suo ministerio sese depandum vocavit, cum omni fiducia suo ministerio sese depandum vocavit, scientes potentem esse Deum ut augeat in eis voveant, scientes potentem esse Deum ut augeat in eis

[57] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. De Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 65: AAS 57 (1965), pp. 64-65 [LE 3232].
[58] *Pontificale romanum*, De Ordinatione Presbyterorum.
[59] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de divina Revelatione, *Dei verbum*, n. 25 [LE 3345].
[60] Hic cursus idem non est ac cursus ille pastoralis, statim post ordinationem perficiendus, de quo in Decreto de institutione sacerdotali, *Optatam totius*, n. 22. [LE 3334].
[61] Cf. Conc. Vat. II, Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, n. 17 [LE 3332].
[62] Cf. Mt. 10, 10; 1 Cor. 9, 7; 1 Tim. 5, 18.
[63] Cf. 2 Cor. 8, 14. [64] Cf. Phil. 4, 14. [65] Cf. Io. 3, 16. [66] Cf. 1 Pt. 2, 5. [67] Cf.

http://www.obrascatolicas.com

caritatem [67]. Meminerint etiam fratres in sacerdotio, immo et fideles totius mundi sibi socios habere. Cooperantur enim omnes Presbyteri in exsequendo Dei salutari proposito, mysterio scilicet Christi seu sacramento abscondito a saeculis in Deo [68], quod nonnisi paulatim ad effectum deducitur, diversis conspirantibus ministeriis in aedificationem Corporis Christi, donec Eiusdem compleatur aetatis mensura. Quae omnia, cum abscondita sint cum Christo in Deo [69], fide maxime percipi possunt. Fide enim necesse est ambulare duces Populi Dei, exemplum sequentes fidelis Abrahae, qui fide «oboedivit in locum exire, quem acceperturus erat in hereditatem: et exiit, nesciens quo iret» *(Hebr.* 11, 8). Revera mysteriorum Dei dispensator assimilari valet homini in agro seminanti, de quo Dominus dixit: «Et dormiat, et exsurgat nocte et die, et semen germinet, et increscat dum nescit ille» *(Mc.* 4, 27). Ceterum Dominus Iesus, qui dixit: «Confidite, ego vici mundum» *(Io.* 16, 33), his verbis Ecclesiae suae non promisit perfectam in hoc saeculo victoriam. Gaudet vero Sacrosancta Synodus quod terra Evangelii semine inseminata nunc multis in
1024 locis fructificat sub ductu Spiritus Domini, qui replet orbem terrarum, quique in multorum cordibus sacerdotum atque fidelium spiritum vere missionalem excitavit. De quibus omnibus Sacrosancta Synodus universis orbis Presbyteris peramanter grates agit: «Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem, quae operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, et in Christo Iesu» *(Eph.* 3, 20-21).

Haec omnia et singula quae in hoc Decreto [*] *edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.*

Romae, apud S. Petrum, die VII mensis decembris anno MCMLXV.—Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus *(Sequuntur ceterae subsignationes).*

Eph. 2, 22. [67] Cf. *Pontificale romanum,* De Ordinatione Presbyterorum. [68] Cf. Eph. 3, 9. [69] Cf. Col. 3, 3 p.

* In sessione IX die 5 Dec. 1965 celebrata promulgato. Adn. W. BERTRAMS in PrM 55 (1966) 594-599; J. L. GUTIERREZ in Ius can. 9 (1969) 489-494; P. MARINELLI in Pal. cler. 45 (1966) 790-808; F. MARTY in Seminarium 18 (1966) 567-577; L. MENDIZABAL - P. HUIZING in PrM 55 (1966) 205-265; I. RAMBALDI in PrM 57 (1968) 331-350; R. SPIAZZI in Seminarium 18 (1968) 1004-1019.

3366

1965 DEC 7.-C. VAT. II, CONST. AAS 58 (1966) 1025-1120

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, una cum Sacrosancti Concilii Patribus. Ad perpetuam rei memoriam

Constitutio Pastoralis de Ecclesia in mundo huius temporis [1]

PROOEMIUM

1. *(De intima coniunctione Ecclesiae cum tota familia gentium).* Gaudium et spes, luctus et angor hominum huius temporis, pauperum praesertim et quorumvis afflictorum,
1026 gaudium sunt et spes, luctus et angor etiam Christi discipulorum, nihilque vere humanum invenitur, / quod in corde eorum non resonet. Ipsorum enim communitas ex hominibus coaleseit, qui, in Christo coadunati, a Spiritu Sancto diriguntur in sua ad Regnum Patris peregrinatione et nuntium

[1] *Constitutio Pastoralis «De Ecclesia in mundo huius temporis» duabus partibus constans, unum quid tamen efficit.*
«Pastoralis» autem dicitur Constitutio ex eo quod, principiis doctrinalibus innixa, habitudinem Ecclesiae ad mundum et ad homines hodiernos exprimere intendit. Ideo nec in priori parte pastoralis deest intentio, nec vero in secunda intentio doctrinalis.
In parte quidem priori, Ecclesia doctrinam suam evolvit de homine, de mundo in quem homo inseritur, et de habitudine sua ad ipsos. In secunda autem diversos aspectus hodiernae vitae et societatis humanae prae primis considerat, et quidem speciatim quaestiones et problemata quae nostris temporibus hac in re urgentiora videntur. Unde fit ut, in hac posteriori parte, materia, principiis doctrinalibus subiecta, non tantum elementis permanentibus, sed etiam contingentibus constet.
Interpretanda est igitur Constitutio iuxta normas generales theologicae interpretationis, et quidem ratione habita, praesertim in secunda eius parte, adiunctorum mutabilium cum quibus res de quibus agitur natura sua connectuntur.

salutis omnibus proponendum acceperunt. Quapropter ipsa cum genere humano eiusque historia se revera intime coniunctam experitur.

2. *(Ad quosnam Concilium sermonem dirigat).* Ideo Concilium Vaticanum Secundum, mysterio Ecclesiae penitius investigato, iam non ad solos Ecclesiae filios omnesque Christi nomen invocantes, sed ad universos homines incunctanter sermonem convertit, omnibus exponere cupiens quomodo Ecclesiae praesentiam ac navitatem in mundo hodierno concipiat.

Mundum igitur hominum prae oculis habet seu universam familiam humanam cum universitate rerum inter quas vivit; mundum, theatrum historiae generis humani, eiusque industria, cladibus ac victoriis signatum; mundum, quem christifideles credunt ex amore Creatoris conditum et conservatum, sub peccati quidem servitute positum, sed a Christo crucifixo et resurgente, fracta potestate Maligni, liberatum, ut secundum propositum Dei transformetur et ad consummationem perveniat.

3. *(De ministerio homini praebendo).* Nostris autem diebus, genus humanum, de propriis inventis propriaque potentia admiratione commotum, saepe tamen anxias agitat quaestiones de hodierna mundi evolutione, de loco et munere hominis in orbe universo, de sui individualis et collectivi conaminis sensu, denique de ultimo rerum hominumque fine. Quapropter Concilium, fidem universi populi Dei, a Christo congregati, testificans et exponens, ipsius coniunctionem, observantiam ac dilectionem erga totam hominum familiam, cui inseritur, eloquentius demonstrare non valet quam instituendo cum ea de variis illis problematibus colloquium, lumen afferendo ex Evangelio depromptum, atque humano generi salutares vires suppeditando, quas ipsa Ecclesia, Spiritu Sancto ducente, a Fundatore suo accipit. Hominis enim persona salvanda est humanaque societas instauranda. Homo igitur, et quidem unus ac totus, cum corpore et anima, corde et conscientia, mente et voluntate, totius nostrae explanationis cardo erit.

Ideo Sacra Synodus, altissimam vocationem hominis profitens et / divinum quoddam semen in eo insertum asse- 1027
verans, generi humano sinceram cooperationem Ecclesiae offert ad instituendam eam omnium fraternitatem quae huic vocationi respondeat. Nulla ambitione terrestri movetur Ecclesia, sed unum tantum intendit: nempe, Spiritus Paracliti ductu, opus ipsius continuare Christi, qui in mundum venit ut testimonium perhiberet veritati [2], ut salvaret, non ut iudicaret, ut ministraret, non ut sibi ministraretur [3].

EXPOSITIO INTRODUCTIVA

DE HOMINIS CONDICIONE IN MUNDO HODIERNO

4. *(De spe et angore).* Ad tale munus exsequendum per omne tempus Ecclesiae officium incumbit signa temporum perscrutandi et sub Evangelii luce interpretandi; ita ut, modo unicuique generationi accommodato, ad perennes hominum interrogationes de sensu vitae praesentis et futurae deque earum mutua relatione respondere possit. Oportet itaque ut mundus in quo vivimus necnon eius exspectationes, appetitiones et indoles saepe dramatica cognoscantur et intelligantur. Quaedam autem principaliores mundi hodierni notae sequenti modo delineari possunt.

Hodie genus humanum in nova historiae suae aetate versatur in qua profundae et celeres mutationes ad universum orbem gradatim extenduntur. Ab hominis intelligentia et creativa industria excitatae, in ipsum hominem recidunt, in eius iudicia et desideria individualia et collectiva, in eius modum cogitandi et agendi tum circa res tum circa homines. Ita iam de vera sociali et culturali transformatione loqui possumus, quae etiam in vitam religiosam redundat.

Ut in quavis accretionis crisi contingit, haec transformatio non leves secumfert difficultates. Ita, dum homo potentiam suam tam late extendit, eam tamen non semper ad suum servitium redigere valet. Proprii animi intimiora altius penetrare satagens, saepe de seipso magis incertus apparet. Leges vitae socialis pedetentim clarius detegens, de directione ei imprimenda anceps haeret.

Numquam genus humanum tantis divitiis, facultatibus et potentia / oeconomica abundavit, et tamen adhuc ingens 1028
pars incolarum orbis fame et egestate torquetur atque innumeri litterarum ignorantia plane laborant. Numquam homines tam acutum ut hodie sensum libertatis habuerunt, dum nova interea genera socialis et psychicae servitutis exsurgunt. Dum mundus suam unitatem necnon singulo-

[2] Cf. Io. 18, 37. [3] Cf. Io. 3, 17; Mt. 20, 28; Mc. 10, 45.

rum ab invicem dependentiam in necessaria solidarietate iam vivide persentit, viribus tamen inter se pugnantibus gravissime in opposita distrahitur; etenim acres dissensiones politicae, sociales, oeconomicae, *raciales* et ideologicae adhuc perseverant, nec periculum deest belli omnia usque ad ima destructuri. Dum idearum communicatio augetur, verba ipsa quibus magni momenti conceptus exprimuntur sensus sat diversos in distinctis ideologiis induunt. Tandem sedulo perfectior quaeritur temporalis ordinatio, quin spirituale incrementum pariter progrediatur.

Tot implexis condicionibus affecti, plurimi coaevi nostri impediuntur quominus valores perennes vere dignoscant et simul cum noviter inventis rite componant; exinde, inter spem et angorem agitati, de praesenti rerum cursu sese interrogantes, inquietudine premuntur. Qui rerum cursus homines ad respondendum provocat, immo et constringit.

5. *(De profunde mutatis condicionibus).* Hodierna animorum commotio et in vitae condicionibus immutatio cum ampliori rerum transmutatione connectuntur, qua efficitur ut in mentibus efformandis scientiae mathematicae et naturales vel de ipso homine tractantes, in ordine vero agendi technicae artes ex illis scientiis profluentes, crescens pondus acquirant. Haec mens scientifica rationem culturalem modosque cogitandi aliter quam antea fingit. Technicae artes eo progrediuntur ut faciem terrae transforment etiam spatium ultraterrestre subigere conentur.

Super tempora quoque humanus intellectus dominium suum quodammodo dilatat: in praeteritum ope cognitionis historicae, in futurum arte prospectiva et planificatione. Progredientes scientiae biologicae, psychologicae et sociales non solum homini ad meliorem sui cognitionem opem ferunt, sed ipsum etiam adiuvant ut, technicis methodis adhibitis, in vitam societatum directe influxum exerceat. Insimul genus humanum de proprio demographico incremento
1029 iam praevidendo et ordinando magis magisque cogitat. /

Ipsa historia tam rapido cursu acceleratur ut singuli eam vix prosequi valeant. Consortionis humanae sors una efficitur et non amplius inter varias velut historias dispergitur. Ita genus humanum a notione magis statica ordinis rerum ad notionem magis dynamicam atque evolutivam transit, unde quam maxima nascitur problematum nova complexio, quae ad novas analyses et syntheses provocat.

6. *(Mutationes in ordine sociali).* Eo ipso communitates locales traditionales, uti sunt familiae patriarchales, «clans», tribus, pagi, varii coetus et consortionis socialis necessitudines, pleniores in dies immutationes experiuntur.

Typus industrialis societatis paulatim diffunditur, quasdam nationes ad oeconomicam opulentiam adducens, et notiones et condiciones vitae socialis a saeculis constitutas penitus transformans. Similiter vitae urbanae cultus ac studium augentur sive per urbium earumque incolarum augmentum, sive per motum quo vita urbana ad ruricolas dilatatur.

Nova et aptiora communicationis socialis instrumenta ad eventus cognoscendos et ad modos cogitandi et sentiendi quam citissime latissimeque diffundendos conferunt, plures connexas repercussiones excitando.

Nec parvipendendum est quot homines, ex variis causis, ad migrandum inducti, vitae suae rationem immutent.

Sic necessitudines hominis cum similibus suis indesinenter multiplicantur ac simul ipsa *socializatio* novas necessitudines inducit, quin tamen congruentem personae maturationem et relationes vere personales *(personalizationem)* semper promoveat.

Huiusmodi quidem evolutio clarius apparet in nationibus quae commodis progressus oeconomici et technici iam gaudent, sed populos quoque movet adhuc ad progressionem nitentes qui, pro suis regionibus, beneficia industrializationis et urbanizationis obtinere cupiunt. Qui populi, praesertim antiquioribus traditionibus addicti, simul motum experiuntur ad maturius magisque personale libertatis exercitium.

7. *(Mutationes psychologicae, morales et religiosae).* Mu-
1030 tatio mentis et structurarum bona recepta frequenter in controversiam vocat, ma/xime apud iuvenes qui non semel impatientes, immo angore rebelles fiunt, et conscii de proprio momento in vita sociali, citius in eadem partes habere cupiunt. Exinde non raro parentes et educatores in muneribus suis adimplendis in dies maiores difficultates experiuntur.

Instituta vero, leges atque modi cogitandi et sentiendi a maioribus tradita non semper statui rerum hodierno bene

aptari videntur; inde gravis perturbatio in modo et in ipsis agendi normis.

Ipsam denique vitam religiosam novae condiciones afficiunt. Ex una parte acrior diiudicandi facultas eam a magico mundi conceptu et a superstitionibus adhuc vagantibus purificat atque magis personalem et actuosam adhaesionem fidei in dies exigit; quo fit ut non pauci ad vividiorem Dei sensum accedant. Ex altera vero parte crebriores turbae a religione practice discedunt. Secus ac transactis temporibus, Deum religionemve negare, aut ab iisdem abstrahere, non amplius quid insolitum et individuale sunt: hodie enim non raro quasi exigentia progressus scientifici vel cuiusdam novi humanismi exhibentur. Haec omnia in pluribus regionibus non tantum in philosophorum placitis exprimuntur, sed latissime litteras, artes, scientiarum humanarum et historiae interpretationem, ipsasque leges civiles afficiunt ita ut exinde multi perturbentur.

8. *(De inaequilibriis in mundo hodierno).* Tam rapida rerum mutatio inordinate saepe progrediens, immo et ipsa discrepantiarum in mundo vigentium acrior conscientia, contradictiones et inaequilibria gignunt vel augent.

In ipsa persona frequentius oritur inaequilibrium inter modernum intellectum practicum et theoreticam cogitandi rationem, quae summam cognitionum suarum neque sibi subigere neque in syntheses apte ordinare valet. Oritur pariter inaequilibrium inter sollicitudinem efficientiae practicae et exigentias conscientiae moralis, necnon multoties inter condiciones vitae collectivas et requisita cogitationis personalis, immo et contemplationis. Oritur tandem inaequilibrium inter activitatis humanae specializationem et universalem rerum visionem.

In familia autem discrepantiae oriuntur, sive ex prementibus condicionibus demographicis, oeconomicis et socialibus, sive ex difficultatibus inter generationes quae sibi subsequuntur exsurgentibus, sive ex novis necessitudinibus socialibus inter viros ac mulieres. / 1031

Magnae oriuntur etiam discrepantiae inter stirpes, immo inter varii generis societatis ordines; inter nationes opulentas et minus valentes egentesque; denique, inter instituta internationalia, ex pacis desiderio populorum exorta, et ambitionem propriae ideologiae disseminandae nec non cupiditates collectivas in nationibus aliisve coetibus existentes.

Inde mutuae diffidentiae et inimicitiae, conflictationes et aerumnae, quarum ipse homo simul causa est et victima.

9. *(De appetitionibus universalioribus generis humani).* Interea crescit persuasio genus humanum non tantum imperium suum super res creatas in dies magis roborare posse ac debere; sed insuper eius esse ordinem politicum, socialem et oeconomicum statuere qui in dies melius homini inserviat et singulos ac coetus adiuvet ad dignitatem sibi propriam affirmandam et excolendam.

Hinc plurimi acerrime exigunt illa bona quibus, per iniustitiam vel non aequam distributionem, orbatos se esse vivida conscientia iudicant. Nationes in via progressus sicut illae recenter sui iuris factae, bona civilizationis hodiernae non tantum in campo politico sed etiam oeconomico participare et libere partibus suis in mundo fungi cupiunt, dum tamen in dies augetur earumdem distantia simul ac persaepe dependentia etiam oeconomica ab aliis ditioribus nationibus citius progredientibus. Populi fame pressi populos opulentiores interpellant. Mulieres sibi vindicant, ubi eam nondum sunt consecutae, paritatem de iure et de facto cum viris. Opifices et ruricolae non solum victui necessaria comparare, sed laborando dotes suae personae excolere, immo in ordinanda vita oeconomica, sociali, politica et culturali suas partes agere volunt. Nunc primum in historia humana universi populi iam persuasum sibi habent culturae beneficia reapse ad cunctos extendi posse ac debere.

Sub omnibus autem istis exigentiis latet profundior et universalior appetitio: personae scilicet atque coetus plenam atque liberam vitam, homine dignam, sitiunt, omnia quae hodiernus mundus eis tam abundanter praebere potest proprio servitio subicientes. Nationes praeterea in dies fortius enituntur ut universalem quamdam communitatem assequantur. / 1032

Quae cum ita sint, mundus hodiernus simul potentem ac debilem se exhibet, capacem optima vel pessima patrandi, dum ipsi ad libertatem aut servitutem, ad progressum aut regressum, ad fraternitatem aut odium prostat via. Praeterea, homo conscius fit ipsius esse recte dirigere vires, quas ipse suscitavit et quae eum opprimere aut ei servire possunt. Unde seipsum interrogat.

CAPROLL UNIVERSITY LIBRARY JOHN CARROLL UNIVERSITY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

10. *(De profundioribus interrogationibus generis humani).* Revera inaequilibria quibus laborat mundus hodiernus cum inaequilibrio illo fundamentaliori connectuntur, quod in hominis corde radicatur. In ipso enim homine plura elementa sibi invicem oppugnant. Dum enim una ex parte, utpote creatura, multipliciter sese limitatum experitur, ex altera vero in desideriis suis illimitatum et ad superiorem vitam vocatum se sentit. Multis sollicitationibus attractus, iugiter inter eas seligere et quibusdam renuntiare cogitur. Immo, infirmus ac peccator, non raro illud quod non vult facit et illud quod facere vellet non facit [4]. Unde in seipso divisionem patitur, ex qua etiam tot ac tantae discordiae in societate oriuntur. Plurimi sane, quorum vita materialismo practico inficitur, a clara huiusmodi dramatici status perceptione avertuntur, vel autem, miseria oppressi, impediuntur quominus illum considerent. Multi in interpretatione rerum multifarie proposita quietem se invenire existimant. Quidam vero a solo conatu humano veram plenamque generis humani liberationem exspectant, sibique persuasum habent futurum regnum hominis super terram omnia vota cordis eius expleturum esse. Nec desunt qui, de sensu vitae desperantes, audaciam laudant eorum qui, existentiam humanam omnis significationis propriae expertem existimantes, ei totam significationem ex solo proprio ingenio conferre nituntur. Attamen, coram hodierna mundi evolutione, in dies numerosiores fiunt qui quaestiones maxime fundamentales vel ponunt vel nova acuitate persentiunt: quid est homo? Quinam est sensus doloris, mali, mortis, quae, quamquam tantus progressus factus est, subsistere pergunt? Ad quid victoriae illae tanto pretio acquisitae? Quid societati homo afferre,
1033 quid ab ea exspectare potest? Quid post vitam hanc terrestrem subsequetur? /

Credit autem Ecclesia Christum, pro omnibus mortuum et resuscitatum [5], homini lucem et vires per Spiritum suum praebere ut ille summae suae vocationi respondere possit; nec aliud nomen sub caelo datum esse hominibus, in quo oporteat eos salvos fieri [6]. Similiter credit clavem, centrum et finem totius humanae historiae in Domino ac Magistro suo inveniri. Affirmat insuper Ecclesia omnibus mutationibus multa subesse quae non mutantur, quaeque fundamentum suum ultimum in Christo habent, qui est heri, hodie, Ipse et in saecula [7]. Sub lumine ergo Christi, Imaginis Dei invisibilis, Primogeniti omnis creaturae [8], Concilium, ad mysterium hominis illustrandum atque ad cooperandum in solutionem praecipuarum quaestionum nostri temporis inveniendam, omnes alloqui intendit.

Pars I
DE ECCLESIA ET VOCATIONE HOMINIS

11. *(Impulsionibus Spiritus respondendum).* Populus Dei, fide motus, qua credit se a Spiritu Domini duci qui replet orbem terrarum, in eventibus, exigentiis atque optatis, quorum una cum ceteris nostrae aetatis hominibus partem habet, quaenam in illis sint vera signa praesentiae vel consilii Dei, discernere satagit. Fides enim omnia novo lumine illustrat et divinum propositum de integra hominis vocatione manifestat, ideoque ad solutiones plene humanas mentem dirigit.

Concilium imprimis illos valores, qui hodie maxime aestimantur, sub hoc lumine diiudicare et ad fontem suum divinum referre intendit. Hi enim valores, prout ex hominis ingenio eidem divinitus collato procedunt, valde boni sunt; sed ex corruptione humani cordis a sua debita ordinatione non raro detorquentur, ita ut purificatione indigeant.

Quid Ecclesia de homine sentit? Quaenam ad societatem hodiernam aedificandam commendanda videntur? Quaenam est significatio ultima humanae navitatis in universo
1034 mundo? Ad has quaestiones responsio / exspectatur. Exinde luculentius apparebit populum Dei et genus humanum, cui ille inseritur, servitium sibi mutuo praestare, ita ut Ecclesiae missio religiosam et ex hoc ipso summe humanam se exhibeat.

Cap. I—*De humanae personae dignitate*

12. *(De homine ad imaginem Dei).* Secundum credentium et non credentium fere concordem sententiam, omnia quae in terra sunt ad hominem, tamquam ad centrum suum et culmen, ordinanda sunt.

[4] Cf. Rom. 7, 14 ss.
[5] Cf. 2 Cor. 5, 15. [6] Cf. Act. 4, 12. [7] Cf. Hebr. 13, 8. [8] Cf. Col. 1, 15.

Quid est autem homo? Multas opiniones de seipso protulit et profert, varias et etiam contrarias, quibus saepe vel se tamquam absolutam regulam exaltat vel usque ad desperationem deprimit, exinde anceps et anxius. Quas quidem difficultates Ecclesia persentiens, a Deo revelante instructa eisdem responsum afferre potest, quo vera hominis condicio delineetur, explanentur eius infirmitates, simulque eius dignitas et vocatio recte agnosci possint.

Sacrae enim Litterae docent hominem «ad imaginem Dei» creatum esse, capacem suum Creatorem cognoscendi et amandi, ab eo tamquam dominum super omnes creaturas terrenas constitutum [1], ut eas regeret, eisque uteretur, glorificans Deum [2]. «Quid est homo quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius» *(Ps.* 8, 5-7).

At Deus non creavit hominem solum: nam inde a primordiis «masculum et feminam creavit eos» *(Gen.* 1, 27), quorum consociatio primam formam efficit communionis personarum. Homo etenim ex intima sua natura ens sociale est, atque sine relationibus cum aliis nec vivere nec suas dotes expandere potest.

Deus igitur, sicut iterum in sacra Pagina legimus, vidit «cuncta quae fecerat, et erant valde bona» *(Gen.* 1, 31).

13. *(De peccato).* In iustitia a Deo constitutus, homo tamen, suadente Maligno, inde ab exordio historiae, libertate sua abusus est, seipsum / contra Deum erigens et finem 1035
suum extra Deum attingere cupiens. Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, sed obscuratum est insipiens cor eorum et servierunt creaturae potius quam Creatori [3]. Quod Revelatione divina nobis innotescit, cum ipsa experientia concordat. Nam homo, cor suum inspiciens, etiam ad malum inclinatum se comperit et in multiplicibus malis demersum, quae a bono suo Creatore provenire non possunt. Deum tamquam principium suum saepe agnoscere renuens, etiam debitum ordinem ad finem suum ultimum, simul ac totam suam, sive erga seipsum sive erga alios homines et omnes res creatas ordinationem disrupit.

Ideo in seipso divisus est homo. Quapropter tota vita hominum, sive singularis sive collectiva, ut luctationem et quidem dramaticam se exhibet inter bonum et malum, inter lucem et tenebras. Immo incapacem se invenit homo per seipsum mali impugnationes efficaciter debellandi, ita ut unusquisque se quasi catenis vinctum sentiat. At ipse Dominus venit ut hominem liberaret et confortaret, eum interius renovans ac principem huius mundi (cf. *Io.* 12, 31) foras eiiciens qui eum in servitute peccati retinebat [4]. Peccatum autem minuit ipsum hominem, a plenitudine consequenda eum repellens.

In lumine huius Revelationis simul sublimis vocatio et profunda miseria, quas homines experiuntur, rationem suam ultimam inveniunt.

14. *(De hominis constitutione).* Corpore et anima unus, homo per ipsam suam corporalem condicionem elementa mundi materialis in se colligit, ita ut, per ipsum, fastigium suum attingant et ad liberam Creatoris laudem vocem attollant [5]. Vitam ergo corporalem homini despicere non licet, sed e contra ipse corpus suum, utpote a Deo creatum et ultima die resuscitandum, bonum et honore dignum habere tenetur. Peccato tamen vulneratus, corporis rebelliones experitur. Ipsa igitur dignitas hominis postulat ut Deum glorificet in corpore suo [6], neve illud pravis cordis 1036
sui inclinationibus inservire sinat. /

Homo vero non fallitur, cum se rebus corporalibus superiorem agnoscit, et non tantum ut particulam naturae aut anonymum elementum civitatis humanae seipsum considerat. Interioritate enim sua universitatem rerum excedit: ad hanc profundam interioritatem redit, quando convertitur ad cor, ubi Deus eum exspectat, qui corda scrutatur [7], et ubi ipse sub oculis Dei de propria sorte decernit. Itaque, animam spiritualem et immortalem in seipso agnoscens, non fallaci figmento illuditur, a physicis tantum et socialibus condicionibus fluente, sed e contra ipsam profundam rei veritatem attingit.

15. *(De dignitate intellectus, de veritate et de sapientia).* Recte iudicat homo, divinae mentis lumen participans, se intellectu suo universitatem rerum superare. Ingenium suum per saecula impigre exercendo ipse in scientiis empiricis, artibus technicis et liberalibus sane profecit. Nostris autem

[1] Cf. Gen. 1, 26; Sap. 2, 23. [2] Cf. Eccli. 17, 3-10. [3] Cf. Rom. 1, 21-25.
[4] Cf. Io. 8, 34. [5] Cf. Dan. 3, 57-90. [6] Cf. 1 Cor. 6, 13-20. [7] Cf. 1 Reg. 16, 7; Ier. 17, 10.

temporibus in mundo materiali praesertim investigando et sibi subiiciendo egregios obtinuit successus. Semper tamen profundiorem veritatem quaesivit et invenit. Intelligentia enim non ad sola phaenomena coarctatur, sed realitatem intelligibilem cum vera certitudine adipisci valet, etiamsi, ex sequela peccati, ex parte obscuratur et debilitatur.

Humanae tandem personae intellectualis natura per sapientiam perficitur et perficienda est, quae mentem hominis ad vera bonaque inquirenda ac diligenda suaviter attrahit, et qua imbutus homo per visibilia ad invisibilia adducitur.

Aetas autem nostra, magis quam saecula anteacta, tali sapientia indiget ut humaniora fiant quaecumque nova ab homine deteguntur. Periclitatur enim sors futura mundi nisi sapientiores suscitentur homines. Insuper notandum est plures nationes, bonis quidem oeconomicis pauperiores, sapientia vero ditiores, ceteris eximium emolumentum praestare posse.

Spiritus Sancti dono, homo ad mysterium consilii divini
1037 contemplandum et sapiendum fide accedit [8]. /

16. *(De dignitate conscientiae moralis).* In imo conscientiae legem homo detegit, quam ipse sibi non dat, sed cui obedire debet, et cuius vox, semper ad bonum amandum et faciendum ac malum vitandum eum advocans, ubi oportet auribus cordis sonat: fac hoc, illud devita. Nam homo legem in corde suo a Deo inscriptam habet, cui parere ipsa dignitas eius est et secundum quam ipse iudicabitur [9]. Conscientia est nucleus secretissimus atque sacrarium hominis, in quo solus est cum Deo, cuius vox resonat in intimo eius [10]. Conscientia modo mirabili illa lex innotescit, quae in Dei et proximi dilectione adimpletur [11]. Fidelitate erga conscientiam christiani cum ceteris hominibus coniunguntur ad veritatem inquirendam et tot problemata moralia, quae tam in vita singulorum quam in sociali consortione exsurgunt, in veritate solvenda. Quo magis ergo conscientia recta praevalet, eo magis personae et coetus a caeco arbitrio recedunt et normis obiectivis moralitatis conformari satagunt. Non raro tamen evenit ex ignorantia invincibili conscientiam errare, quin inde suam dignitatem amittat. Quod autem dici nequit cum homo de vero ac bono inquirendo parum curat, et conscientia ex peccati consuetudine paulatim fere obcaecatur.

17. *(De praestantia libertatis).* At nonnisi libere homo ad bonum se convertere potest, quam libertatem coaevi nostri magni faciunt ardenterque prosequuntur: et recte sane. Saepe tamen eam pravo modo fovent, tamquam licentiam quidquid faciendi dummodo delectet, etiam malum. Vera autem libertas eximium est divinae imaginis in homine signum. Voluit enim Deus hominem relinquere in manu consilii sui [12], ita ut Creatorem suum sponte quaerat et libere ad plenam et beatam perfectionem ei inhaerendo perveniat. Dignitas igitur hominis requirit ut secundum conscium et liberam electionem agat, personaliter scilicet ab intra motus et inductus, et non sub caeco impulsu interno vel sub mera externa coactione. Talem vero dignita-
1038 tem obtinet homo cum, sese ab omni passionum captivitate liberans, finem suum in boni libera / electione persequitur et apta subsidia efficaciter ac sollerti industria sibi procurat. Quam ordinationem ad Deum libertas hominis, a peccato vulnerata, nonnisi gratia Dei adiuvante, plene actuosam efficere potest. Unicuique autem ante tribunal Dei propriae vitae ratio reddenda erit, prout ipse sive bonum sive malum gesserit [13].

18. *(De mysterio mortis).* Coram morte aenigma condicionis humanae maximum evadit. Non tantum cruciatur homo dolore et corporis dissolutione progrediente, sed etiam, immo magis, perpetuae extinctionis timore. Recte autem instinctu cordis sui iudicat, cum totalem ruinam et definitivum exitum suae personae abhorret et respuit. Semen aeternitatis quod in se gerit, ad solam materiam cum irreductibile sit, contra mortem insurgit. Omnia technicae artis molimina, licet perutilia, anxietatem hominis sedare non valent: prorogata enim biologica longaevitas illi ulterioris vitae desiderio satisfacere nequit, quod cordi eius ineluctabiliter inest.

Dum coram morte omnis imaginatio deficit, Ecclesia tamen, Revelatione divina edocta, hominem ad beatum finem, ultra terrestris miseriae limites, a Deo creatum esse affirmat. Mors insuper corporalis, a qua homo si non peccasset subtractus fuisset [14], fides christiana docet fore ut

[8] Cf. Eccli. 17, 7-8. [9] Cf. Rom. 2, 14-16.
[10] Cf. Pius XII, Nuntius radiophonicus de conscientia christiana in iuvenibus recte efformanda, 23 martii 1952: AAS 44 (1952), p. 271.
[11] Cf. Mt. 22, 37-40; Gal. 5, 14. [12] Cf. Eccli. 15, 15. [13] Cf. 2 Cor. 5, 10.
[14] Cf. Sap. 1, 13; 2, 23-24; Rom. 5, 21; 6, 23; Iac. 1, 15.

vincatur, cum homo in salutem, culpa sua perditam, ab omnipotente et miserante Salvatore restituetur. Deus enim hominem vocavit et vocat ut Ei in perpetua incorruptibilis vitae divinae communione tota sua natura adhaereat. Quam victoriam Christus, hominem a morte per mortem suam liberando, ad vitam resurgens adeptus est [15]. Cuicumque igitur recogitanti homini, fides, cum solidis argumentis oblata, in eius anxietate de sorte futura responsum offert; simulque facultatem praebet cum dilectis fratribus iam morte praereptis in Christo communicandi, spem conferens eos veram vitam apud Deum adeptos esse.

19. *(De formis et radicibus atheismi).* Dignitatis humanae eximia ratio in vocatione hominis ad communionem cum Deo consistit. Ad colloquium cum Deo iam inde ab ortu suo invitatur homo: non enim exsistit, / nisi quia, a 1039
Deo ex amore creatus, semper ex amore conservatur; nec plene secundum veritatem vivit, nisi amorem illum libere agnoscat et Creatori suo se committat. Multi tamen ex coaevis nostris hanc intimam ac vitalem cum Deo coniunctionem nequaquam perspiciunt aut explicite reiiciunt, ita ut atheismus inter gravissimas huius temporis res adnumerandus sit ac diligentiori examini subiiciendus.

Voce atheismi phaenomena inter se valde diversa designantur. Dum enim a quibusdam Deus expresse negatur, alii censent hominem nihil omnino de Eo asserere posse; alii vero quaestionem de Deo tali methodo examini subiiciunt, ut illa sensu carere videatur. Multi, scientiarum positivarum limites indebite praetergressi, aut omnia hac sola scientifica ratione explicari contendunt aut e contra nullam omnino veritatem absolutam iam admittunt. Quidam hominem tantopere exaltant, ut fides in Deum quasi enervis fiat, magis proclives, ut videntur, ad affirmationem hominis quam ad Dei negationem. Alii Deum sibi ita effingunt, ut illud figmentum, quod repudiant, nullo modo Deus sit Evangelii. Alii quaestiones de Deo ne aggrediuntur quidem quippe qui inquietudinem religiosam non experiri videantur nec percipiant quare de religione iam sibi curandum sit. Atheismus praeterea non raro oritur sive ex violenta contra malum in mundo protestatione, sive ex nota ipsius absoluti quibusdam humanis bonis indebite adiudicata, ita ut ista iam loco Dei habeantur. Ipsa civilizatio hodierna, non ex se, sed utpote nimis rebus terrestribus intricata accessum ad Deum saepe difficiliorem reddere potest.

Sane qui voluntarie Deum a corde suo arcere et quaestiones religiosas devitare conantur, dictamen conscientiae suae non secuti, culpae expertes non sunt; attamen et ipsi credentes quamdam de hoc responsabilitatem saepe ferunt. Atheismus enim, integre consideratus, non est quid originarium, sed potius ex diversis causis oritur, inter quas adnumeratur etiam reactio critica contra religiones et quidem, in nonnullis regionibus, praesertim contra religionem christianam. Quapropter in hac atheismi genesi partem non parvam habere possunt credentes, quatenus, neglecta fidei educatione, vel fallaci doctrinae expositione, vel etiam vitae suae religiosae, moralis ac socialis defectibus, Dei et religionis genuinum vultum potius velare quam revelare
dicendi sint. / 1040

20. *(De atheismo systematico).* Atheismus modernus formam etiam systematicam saepe praebet, quae, praeter alias causas, optatum autonomiae hominis eo usque perducit ut contra qualemcumque a Deo dependentiam difficultatem suscitet. Qui talem atheismum profitentur, libertatem in eo esse contendunt quod homo sibi ipse sit finis, propriae suae historiae solus artifex et demiurgus: quod componi non posse autumant cum agnitione Domini, omnium rerum auctoris et finis, vel saltem talem affirmationem plane superfluam reddere. Cui doctrinae favere potest sensus potentiae quem hodiernus progressus technicus homini confert.

Inter formas hodierni atheismi illa non praetermittenda est, quae liberationem hominis praesertim ex eius liberatione oeconomica et sociali exspectat. Huic autem liberationi religionem natura sua obstare contendit, quatenus, in futuram fallacemque vitam spem hominis erigens, ipsum a civitatis terrestris aedificatione deterreret. Unde fautores talis doctrinae, ubi ad regimen reipublicae accedunt, religionem vehementer oppugnant, atheismum diffundentes etiam adhibitis, praesertim in iuvenum educatione, illis pressionis mediis, quibus potestas publica pollet.

21. *(De habitudine Ecclesiae ad atheismum).* Ecclesia, fideliter tum Deo tum hominibus addicta, desistere non potest quin dolenter perniciosa illas doctrinas actionesque, quae rationi et communi experientiae humanae contradi-

[15] Cf. 1 Cor. 15, 56-57.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

cunt hominemque ab innata eius excellentia deliciunt, omni firmitate reprobet, sicut antehac reprobavit [16].

Abditas tamen in atheorum mente negationis Dei causas deprehendere conatur et, de gravitate quaestionum quas atheismus excitat conscia necnon caritate erga omnes homines ducta, eas serio ac profundiori examini subiiciendas esse censet.

Tenet Ecclesia agnitionem Dei dignitati hominis nequaquam opponi, cum huiusmodi dignitas in ipso Deo fundetur et perficiatur: homo enim / a Deo creante intelligens ac 1041
liber in societate constituitur; sed praesertim ad ipsam Dei communionem ut filius vocatur et ad Ipsius felicitatem participandam. Docet praeterea per spem eschatologicam momentum munerum terrestrium non minui, sed potius eorum adimpletionem novis motivis fulciri. Deficientibus e contra fundamento divino et spe vitae aeternae, hominis dignitas gravissime laeditur, ut saepe hodie constat, atque vitae et mortis, culpae et doloris aenigmata sine solutione manent, ita ut homines in desperationem non raro deiiciantur.

Omnis homo interea sibi ipsi remanet quaestio insoluta, subobscure percepta. Nemo enim quibusdam momentis, praecipue in maioribus vitae eventibus, praefatam interrogationem omnino effugere valet. Cui quaestioni solus Deus plene et omni certitudine responsum affert, qui ad altiorem cogitationem et humiliorem inquisitionem hominem vocat.

Remedium autem atheismo afferendum, cum a doctrina apte exposita, tum ab integra Ecclesiae eiusque membrorum vita exspectandum est. Ecclesiae enim est Deum Patrem eiusque Filium incarnatum praesentem et quasi visibilem reddere, ductu Spiritus Sancti sese indesinenter renovando et purificando [17]. Id imprimis obtinetur testimonio fidei vivae et maturae, ad hoc scilicet educatae ut difficultates lucide perspicere valeat easque superare. Huius fidei testimonium praeclarum plurimi martyres reddiderunt et reddunt. Quae fides suam fecunditatem manifestare debet, credentium integram vitam, etiam profanam, penetrando, eosque ad iustitiam et amorem, praesertim erga egentes, movendo. Ad praesentiam Dei manifestandam maxime denique confert caritas fraterna fidelium, qui spiritu unanimes collaborant fidei Evangelii [18], et signum unitatis se exhibent.

Ecclesia vero, etiamsi atheismum omnino reiicit, sincere tamen profitetur homines omnes, credentes et non credentes, ad hunc mundum, in quo communiter vivunt, recte aedificandum opem conferre debere: quod certe fieri non potest sine sincero et prudenti colloquio. Conqueritur igitur de discrimine inter credentes et non credentes, quod quidam civitatum rectores, personae humanae iura fundamentalia non agnoscentes, iniuste inducunt. Pro credentibus 1042
vero actuosam libertatem / expostulat ut in hoc mundo etiam Dei templum exstruere sinantur. Atheos autem humaniter invitat ut Evangelium Christi corde aperto consideret.

Apprime etenim novit Ecclesia nuntium suum cum secretissimis humani cordis desideriis concordare, cum vocationis humanae dignitatem vindicat, illis qui iam de altiore sua sorte desperant spem restituens. Nuntium eius, nedum hominem minuat, lucem, vitam et libertatem ad eius profectum fundit; atque praeter illud nihil cordi hominis satisfacere valet: «Fecisti nos ad Te», Domine, «et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in Te» [19].

22. *(De Christo Novo Homine).* Reapse nonnisi in mysterio Verbi incarnati mysterium hominis vere clarescit. Adam enim, primus homo, erat figura futuri [20], scilicet Christi Domini. Christus, novissimus Adam, in ipsa revelatione mysterii Patris Eiusque amoris, hominem ipsi homini plene manifestat eique altissimam eius vocationem patefacit. Nil igitur mirum in Eo praedictas veritates suum invenire fontem atque attingere fastigium.

Qui est «imago Dei invisibilis» *(Col.* 1, 15) [21], Ipse est homo perfectus, qui Adae filiis similitudinem divinam, inde a primo peccato deformatam, restituit. Cum in Eo natura humana assumpta, non perempta sit [22], eo ipso etiam in nobis ad sublimem dignitatem evecta est. Ipse enim, Filius Dei, incarnatione sua cum omni homine quodammodo Se univit. Humanis manibus opus fecit, humana mente cogitavit, humana voluntate egit [23], humano corde dilexit. Natus de Maria Virgine, vere unus ex nostris factus est, in 1043
omnibus nobis similis excepto peccato [24].

Agnus innocens, sanguine suo libere effuso, vitam nobis meruit, in Ipsoque Deus nos Sibi et inter nos reconciliavit [25] et a servitute diaboli ac peccati eripuit, ita ut unusquisque nostrum cum Apostolo dicere possit: Filius Dei «dilexit me et tradidit semetipsum pro me» *(Gal.* 2, 20). Pro nobis patiendo non solummodo exemplum praebuit ut sequamur vestigia Eius [26], sed et viam instauravit, quam dum sequimur, vita et mors sanctificantur novumque sensum accipiunt.

Christianus autem homo, conformis imagini Filii factus qui est Primogenitus in multis fratribus [27], «primitias Spiritus» *(Rom.* 8, 23) accipit, quibus capax fit legem novam amoris adimplendi [28]. Per hunc Spiritum, qui est «pignus hereditatis» *(Eph.* 1, 14), totus homo interius restauratur, usque ad «redemptionem corporis» *(Rom.* 8, 23): «Si Spiritus Eius, qui suscitavit Iesum a mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Iesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis» *(Rom.* 8, 11) [29]. Christianum certe urgent necessitas et officium contra malum per multas tribulationes certandi necnon mortem patiendi; sed mysterio paschali consociatus, Christi morti configuratus, ad resurrectionem spe roboratus occurret [30].

Quod non tantum pro christifidelibus valet, sed et pro omnibus hominibus bonae voluntatis in quorum corde gratia invisibili modo operatur [31]. Cum enim pro omnibus mortuus sit Christus [32] cumque vocatio hominis ultima revera una sit, scilicet divina, tenere debemus Spiritum Sanctum cunctis possibilitatem offerre ut, modo Deo cognito, huic paschali mysterio consocientur. / 1044

Tale et tantum est hominis mysterium, quod per Revelationem christianam credentibus illucescit. Per Christum et in Christo, igitur, illuminatur aenigma doloris et mortis, quod extra Eius Evangelium nos obruit. Christus resurrexit, morte sua mortem destruens, vitamque nobis largitus est [33] ut, filii in Filio, clamemus in Spiritu: Abba, Pater! [34].

Cap. II—*De hominum communitate*

23. *(Quid Concilium intendat).* Inter praecipuos mundi hodierni aspectus, mutuarum inter homines necessitudinum multiplicatio adnumeratur, ad quam evolvendam hodierni technici progressus plurimum conferunt. Tamen fraternum hominum colloquium non in istis progressibus, sed profundius in personarum communitate perficitur, quae mutuam reverentiam erga plenam earum dignitatem spiritualem exigit. Ad hanc vero communionem inter personas promovendam, Revelatio christiana magnum subsidium affert, simulque ad altiorem vitae socialis legum intelligentiam nos perducit quas Creator in natura spirituali ac morali hominis inscripsit.

Quoniam autem recentiora Ecclesiae Magisterii documenta christianam de societate humana doctrinam fusius exposuerunt [1], Concilium quasdam tantum principaliores veritates in memoriam revocat earumque fundamenta sub luce Revelationis exponit. Deinde in quaedam consectaria insistit quae nostris diebus maioris sunt momenti.

24. *(De indole communitaria vocationis humanae in consilio Dei).* Deus, qui paternam curam omnium habet, voluit ut cuncti homines unam efficerent familiam fraternoque animo se invicem tractarent. Omnes / enim creati ad 1045
imaginem Dei, qui fecit «ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terrae» *(Act.* 17, 26), ad unum eumdemque finem, id est ad Deum ipsum, vocantur.

Quapropter dilectio Dei et proximi primum et maximum mandatum est. A Sacra autem Scriptura docemur Dei amorem a proximi amore seiungi non posse: «... si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum... Plenitudo ergo legis est dilectio» *(Rom.* 13, 9-10; cf. 1 *Io.* 4, 20). Quod vero hominibus magis in dies ab invicem dependentibus atque mundo magis in dies unificato maximi comprobatur esse momenti.

Immo Dominus Iesus, quando Patrem orat ut «omnes unum sint..., sicut et nos unum sumus» *(Io.* 17, 21-22), prospectus praebens humanae rationi impervios, aliquam similitudinem innuit inter unionem personarum divinarum et unionem filiorum Dei in veritate et caritate. Haec similitudo manifestat hominem, qui in terris sola creatura est quam Deus propter seipsam voluerit, plene seipsum invenire non posse nisi per sincerum sui ipsius donum [2].

25. *(De interdependentia humanae personae et humanae societatis).* Ex sociali hominis indole apparet humanae personae profectum et ipsius societatis incrementum ab invicem pendere. Etenim principium, subiectum et finis omnium institutorum socialium est et esse debet humana persona, quippe quae, suapte natura, vita sociali omnino indigeat [3]. Cum igitur vita socialis non sit homini quid adventicium, ideo commercio cum aliis, mutuis officiis, colloquio cum fratribus, quoad omnes suas dotes grandescit homo, et suae vocationi respondere potest.

Ex socialibus vinculis, quae homini excolendo necessaria sunt, alia, uti familia et communitas politica, intimae eius naturae immediatius congruunt; alia potius ex eius libera voluntate procedunt. Nostra hac aetate, variis de causis, mutuae necessitudines et interdependentiae in dies multiplicantur; unde diversa oriuntur consociationes et instituta sive publici sive privati iuris. Hoc autem factum, quod socializatio nuncupatur, licet periculis sane non ca- 1046
reat, multa tamen secum emo/lumenta affert ad confirmandas et augendas humanae personae qualitates eiusque iura tuenda [4].

Sed si personae humanae ad suam vocationem adimplendam, etiam religiosam, ex hac vita sociali multum accipiunt, negari tamen nequit homines ex adiunctis socialibus in quibus vivunt et, inde ab infantia immerguntur, saepe a bono faciendo averti et ad malum impelli. Certum est perturbationes, tam frequenter in ordine sociali occurrentes, ex ipsa formarum oeconomicarum, politicarum et socialium tensione pro parte provenire. Sed penitius ex hominum superbia et egoismo oriuntur, quae etiam ambitum socialem pervertunt. Ubi autem ordo rerum sequelis peccati afficitur, homo, proclivis ad malum natus, nova deinde ad peccatum incitamenta invenit, quae, sine strenuis gratia adiuvante conatibus, superari nequeunt.

26. *(De bono communi promovendo).* Ex interdependentia in dies strictiore et paulatim ad mundum universum diffusa sequitur bonum commune —seu summam eorum vitae socialis condicionum quae tum coetibus, tum singulis membris permittunt ut propriam perfectionem plenius atque expeditius consequantur— hodie magis magisque universale evadere, et exinde iura officiaque implicare, quae totum humanum genus respiciunt. Quilibet coetus necessitatum et legitimarum appetitionum aliorum coetuum, immo boni communis totius familiae humanae, rationem habere debet [5].

Simul vero conscientia crescit eximiae dignitatis quae personae humanae competit, cum ipsa rebus omnibus praestet, et eius iura officiaque universalia sint atque inviolabilia. Oportet ergo ut ea omnia homini pervia reddantur, quibus ad vitam vere humanam gerendam indiget, ut sunt victus, vestitus, habitatio, ius ad statum vitae libere eligendum et ad familiam condendam, ad educationem, ad laborem, ad bonam famam, ad reverentiam, ad congruam informationem, ad agendum iuxta rectam suae conscientiae normam, ad vitae privatae protectionem atque ad iustam libertatem etiam in re religiosa.

Ordo socialis igitur eiusque progressus in bonum perso- 1047
narum inde sinenter cedere debent, siquidem rerum ordinatio ordini personarum subiicienda est et non e converso, ipso Domino id innuente cum dixerit sabbatum propter hominem factum esse et non hominem propter sabbatum [6].

Ordo ille in dies evolvendus, in veritate fundandus, i iustitia aedificandus, amore vivificandus est; in libertate autem aequilibrium in dies humanius invenire debet [7]. Ad haec autem implenda mentis renovatio atque amplae societatis immutationes inducendae sunt.

Spiritus Dei, qui mirabili providentia temporum cursum dirigit et faciem terrae renovat, huic evolutioni adest. Evangelicum autem fermentum in corde hominis irrefrenabilem dignitatis exigentiam excitavit atque excitat.

27. *(De reverentia erga personam humanam).* Ad practica urgentioraque consectaria descendens, Concilium reverentiam inculcat erga hominem, ita ut singuli proximum, nullo excepto, tamquam *alterum seipsum* considerare debeant, de eius vita et de mediis ad illam digne degendam necessariis rationem imprimis habentes [8], ne divitem illum imitentur, qui pauperis Lazari nullam curam egit [9].

Nostris praesertim diebus urget obligatio nosmetipsos cuiuslibet omnino hominis proximos efficiendi et illi occurrenti actuose inserviendi, sive sit senex ab omnibus derelictus, sive alienigena operarius iniuste despectus, sive exsul, sive infans ex illegitima unione natus, immerito patiens propter peccatum a se non commissum, vel esuriens qui conscientiam nostram iterpellat Domino vocem revocans: «Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis» *(Mt.* 25, 40).

Quaecumque insuper ipsi vitae adversantur, ut cuiusvis generis homicidia, genocidia, abortus, euthanasia et ipsum voluntarium suicidium; quaecumque humanae personae integritatem violant, ut mutilationes, tormenta corpori mentive inflicta, conatus ipsos animos coërcendi; quaecumque humanam dignitatem offendunt, ut infrahumanae vivendi condiciones, arbitrariae incarcerationes, deportationes, servitus, prostitutio, mercatus mulierum et iuvenum; condiciones quoque laboris / ignominiosae, quibus operarii ut mera 1048
quaestus instrumenta, non ut liberae et responsabiles personae tractantur: haec omnia et alia huiusmodi probra quidem sunt, ac dum civilizationem humanam inficiunt, magis eos inquinant qui sic se gerunt, quam eos qui iniuriam patiuntur et Creatoris honori maxime contradicunt.

28. *(De reverentia et amore erga adversarios).* Ad illos etiam qui in rebus socialibus, politicis vel etiam religiosis aliter ac nos sentiunt aut faciunt, reverentia et caritas extendi debent; quo magis quidem humanitate et caritate modos sentiendi eorum intimius comprehendemus, eo facilius cum ipsis colloquium inire poterimus.

Haec sane caritas et benignitas nequaquam indifferentes erga veritatem et bonum nos reddere debent. Immo caritas ipsa discipulos Christi urget ad veritatem salutarem omnibus hominibus annuntiandam. Sed distinguere oportet inter errorem, semper reiciendum, et errantem, qui dignitatem personae iugiter servat, etiam ubi falsis minusve accuratis notionibus religiosis inquinatur [10]. Deus solus iudex est et scrutator cordium: unde nos vetat de interiore cuiusvis culpa iudicare [11].

Doctrina Christi ut etiam iniuriis ignoscamus postulat praeceptumque amoris ad inimicos omnes extendit, quod est Novae Legis mandatum: «Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: et orate pro persequentibus et calumniantibus vos» *(Mt.* 5, 43-44) [12].

29. *(De essentiali inter omnes homines aequalitate et de iustitia sociali).* Cum omnes homines, anima rationali pollentes et ad imaginem Dei creati, eamdem naturam eamdemque originem habeant, cumque, a Christo redempti, eadem vocatione et destinatione divina fruantur, fundamentalis aequalitas inter omnes magis magisque agnoscenda est.

Sane varia capacitate physica viriumque intellectualium et moralium diversitate non omnes homines aequiparantur. Omnis tamen discriminandi modus in iuribus personae fundamentalibus, sive socialis sive / culturalis, ob sexum, stir- 1049
pem, colorem, socialem condicionem, linguam aut religionem, superandus et removendus est, utpote Dei proposito contrarius. Vere enim dolendum est iura illa fundamentalia personae adhuc non ubique sarta tecta servari. Ut si mulieri denegetur facultas libere sponsum eligendi et vitae statum amplectendi, vel ad parem educationem et culturam quae viro agnoscitur accedendi.

---

[16] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Divini Redemptoris*, 19 martii 1937: AAS 29 (1937), pp. 65-106 [LE 1372]; Pius XII, Litt. Encycl. *Ad Apostolorum Principis*, 29 iunii 1958: AAS 50 (1958), pp. 601-614; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 maii 1961: AAS 53 (1961), pp. 451-453 [LE 2984]; Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam Suam*, 6 augusti 1964: AAS 56 (1964), pp. 651-653 [LE 3211].

[17] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, cap. I, n. 8: AAS 57 (1965), p. 12 [LE 3232].

[18] Cf. Phil. 1, 27. [19] S. Augustinus, *Confess.* I, 1: PL 32, 661.

[20] Cf. Rom. 5, 14. Cf. Tertullianus, *De carnis resurr.* 6: «Quodcumque enim limus exprimebatur, Christus cogitabatur homo futurus»: PL 2, 802 (848); CSEL, 47, p. 33, l. 12-13. [21] Cf. 2 Cor. 4, 4.

[22] Cf. Conc. Constantinop. II, can. 7: «Neque Deo Verbo in carnis naturam transmutato, neque carne in Verbi naturam transducta»: Denz. 219 (428). - Cf. Conc. Chalced.: «in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum»: Denz. 148 (302).

[23] Cf. Conc. Constantinop. III: «ita et humana eius voluntas deificata non est perempta»: Denz. 291 (556).

[24] Cf. Heb. 4, 15. [25] Cf. 2 Cor. 5, 18-19; Col. 1, 20-22. [26] Cf. 1 Pt. 2, 27; Mt. 16, 24; Lc. 14, 27. [27] Cf. Rom. 8, 29; Col. 1, 18. [28] Cf. Rom. 8, 1-11. [29] Cf. 2 Cor. 4, 14. [30] Cf. Phil. 3, 10; Rom. 8, 17.

[31] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, cap. II, n. 16: AAS 57 (1965), p. 20 [LE 3232].

[32] Cf. Rom. 5, 32. [33] Cf. *Liturgia Paschalis Byzantina*. [34] Cf. Rom. 8, 15; Gal. 4, 6; Io. 1, 12 et 1 Io. 3, 1.

[1] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 maii 1961: AAS 53 (1961), pp. 401-464 [LE 2984], et Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: AAS 55 (1963), pp. 257-304 [LE 3110]; Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam suam*, 6 augusti 1964: AAS 56 (1964), pp. 609-659 [LE 3211]

[2] Cf. Lc. 17, 33. [3] Cf. S. Thomas, *I Ethic.* Lect. 1.

[4] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*: AAS 53 (1961), p. 418 [LE 2984]; Pius XI, Litt. Encycl. *Quadragesimo anno*, 15 maii 1931: AAS 23 (1931), p. 222 ss [LE 1027].

[5] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*: AAS 53 (1961), p. 417 [LE 2984]. [6] Cf. Mc. 2, 27.

[7] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*: AAS 55 (1963), p. 266 [LE 3110]. [8] Cf. Iac. 2, 15-16. [9] Cf. Lc. 16, 19-31.

[10] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*: AAS 55 (1963), pp. 299-300 [LE 3110].

[11] Cf. Lc. 6, 37-38; Mt. 7, 1-2; Rom. 2, 1-11; 14, 10-12. [12] Cf. Mt. 5, 43-47.

http://www.obrascatolicas.com

Insuper, quamquam inter homines iustae diversitates adsunt, aequalis personarum dignitas postulat ut ad humaniorem et aequam vitae condicionem deveniatur. Etenim nimiae inter membra vel populos unius familiae humanae inaequalitates oeconomicae et sociales scandalum movent, atque iustitiae sociali, aequitati, personae humanae dignitati, necnon paci sociali et internationali adversantur.

Humanae autem institutiones, sive privatae sive publicae, dignitati ac fini hominis subservire nitantur, simul adversus quamlibet servitutem tum socialem tum politicam strenue decertantes, et iura hominum fundamentalia sub omni regimine politico servantes. Immo, huiusmodi institutiones spiritualibus rebus, omnium altissimis, paulatim congruant oportet, etiamsi interdum sat longo tempore opus sit ut ad optatum finem perveniant.

30. *(Quod ultra individualisticam ethicam progrediendum sit).* Profunda et velox rerum immutatio urgentius postulat ut nemo sit qui, ad rerum cursum non attendens vel inertia torpens, ethicae mere individualisticae indulgeat. Iustitiae ac caritatis officium magis ac magis adimpletur per hoc quod unusquisque, ad bonum commune iuxta proprias capacitates et aliorum necessitates conferens, etiam institutiones sive publicas sive privatas promovet et adiuvat quae hominum vitae condicionibus in melius mutandis inserviunt. Sunt autem qui, largas generosioresque opiniones profitentes, ita tamen semper reapse vivunt ac si nullam societatis necessitatum curam habeant. Immo, plures, in variis regionibus, leges et praescriptiones sociales minimi faciunt. Non pauci, variis fraudibus ac dolis, iusta vectigalia vel alia quae societati debentur effugere non verentur. Alii normas quasdam vitae socialis, e. gr., ad valetudinem tuendam, aut ad vehiculorum ductum moderandum statutas, parvi aestimant, non animadvertentes se tali incuria
1050 vitae suae et aliorum periculum inferre. /

Sanctum sit omnibus necessitudines sociales inter praecipua hominis hodierni officia recensere easque observare. Quo magis enim mundus unitur, eo apertius hominum munera particulares coetus superant et ad universum mundum paulatim extenduntur. Quod fieri nequit nisi et singuli homines et ipsorum coetus virtutes morales et sociales in seipsis colant et in societate diffundant, ita ut vere novi homines et artifices novae humanitatis exsistant cum necessario auxilio divinae gratiae.

31. *(De responsabilitate et participatione).* Ut singuli homines suum conscientiae officium accuratius impleant tum erga seipsos, tum erga varios coetus quorum membra sunt, diligenter ad ampliorem animi culturam educandi sunt, ingentibus adhibitis subsidiis quae hodie generi humano praesto sunt. Praeprimis educatio iuvenum cuiusli-bet socialis originis ita instituenda est, ut viri mulieresque suscitentur qui non tantum exculti ingenii sed et magni animi sint, utpote qui a nostro tempore vehementer postulentur.

Sed ad hunc responsabilitatis sensum homo vix pervenit, nisi vitae condiciones ei permittant ut suae dignitatis conscius fiat, et vocationi suae, seipsum pro Deo et pro aliis impendendo, respondeat. Humana vero libertas saepe debilior fit, ubi homo in extremam incidit egestatem, sicut vilescit, ubi ipse, nimiis vitae facilitatibus indulgens, in aurea veluti solitudine seipsum includit. E contra roboratur, cum homo inevitabiles vitae socialis necessitates accipit, multiformes exigentias humanae coniunctionis assumit atque humanae communitatis servitio se obstringit.

Ideo omnium exstimulanda est voluntas inceptorum communium suas partes assumendi. Laudanda est autem ratio agendi nationum, in quibus pars quam maxima civium in vera libertate rerum publicarum particeps fit. Ratio tamen habenda est condicionis realis uniuscuiusque gentis et necessarii vigoris publicae auctoritatis. Ut vero omnes cives proni sint ad participandam vitam variorum coetuum, quibus corpus sociale constat, necesse est ut his in coetibus bona inveniant, quae ipsos attrahant eosque ad aliorum servitium disponant. Iure arbitrari possumus futuram humanitatis sortem in illorum manibus reponi,
1051 qui posteris generationibus vivendi et sperandi rationes tradere valent. /

32. *(Verbum Incarnatum et solidarietas humana).* Sicut Deus homines non ad singulatim vivendum, sed ad socialem unionem efformandam creavit, ita Ipsi etiam «placuit... homines non singulatim, quavis mutua connexione seclusa, sanctificare et salvare, sed eos in populum constituere, qui in veritate Ipsum agnosceret Ipsique sancte

serviret» [13]. Inde ab initio historiae salutis Ipse homines elegit non ut individuos tantum sed ut membra cuiusdam communitatis. Illos enim electos Deus, suum aperiens consilium, vocavit «populum suum» *(Ex.* 3, 7-12), quocum insuper in Sinai foedus pepigit [14].

Quae indoles communitaria opere Iesu Christi perficitur et consummatur. Ipsum enim Verbum incarnatum humanae consortionis particeps esse voluit. Canae nuptiis interfuit, in domum Zachaei descendit, cum publicanis et peccatoribus manducavit. Patris amorem hominumque eximiam vocationem, communissimas res sociales commemorando et locutiones figurasque vitae plane cotidianae adhibendo, revelavit. Necessitudines humanas, imprimis familiares, ex quibus rationes sociales oriuntur, sanctificavit, legibus suae patriae voluntarie subditus. Vitam opificis sui temporis et regionis propriam ducere voluit.

In sua praedicatione clare mandavit filiis Dei ut tamquam fratres ad invicem se gererent. In sua oratione rogavit ut omnes discipuli sui *unum* essent. Immo Ipse usque ad mortem sese pro omnibus obtulit, omnium Redemptor. «Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis» *(Io.* 15, 13). Apostolos autem iussit praedicare omnibus gentibus nuntium evangelicum ut genus humanum familia Dei fieret, in qua plenitudo legis esset dilectio.

Primogenitus in multis fratribus, inter omnes qui Eum fide ac caritate recipiunt, post mortem et resurrectionem suam, dono sui Spiritus novam fraternam communionem instituit, in Corpore scilicet suo, quod est Ecclesia, in quo omnes, inter se invicem membra, secundum dona diversa concessa, mutua sibi praestarent servitia.

Quae solidarietas semper augenda erit, usque ad illam diem qua consummabitur, et qua homines, gratia salvati, tamquam familia a Deo et Christo Fratre dilecta, perfectam gloriam Deo praestabunt. /
1053

CAP. III—*De humana navitate in universo mundo*

33. *(Ponitur problema).* Suo labore atque ingenio homo suam vitam amplius evolvere semper conatus est; hodie autem, praesertim ope scientiae et artis technicae, suum dominium in universam fere naturam dilatavit ac iugiter dilatat, et adiuvantibus imprimis auctis inter nationes multimodi commercii mediis, familia humana paulatim tamquam unam in universo mundo communitatem sese agnoscit atque constituit. Quo fit, ut multa bona, quae olim homo a supernis viribus praesertim exspectabat, hodie iam propria industria sibi procuret.

Coram immenso hoc conamine, quod totum humanum genus iam pervadit, multae exsurgunt inter homines interrogationes. Quinam est illius operositatis sensus et valor? Quomodo omnibus his rebus utendum est? Ad quem finem assequendum nisus sive singulorum sive societatum tendunt? Ecclesia, quae depositum verbi Dei custodit, ex quo principia in ordine religioso et morali hauriuntur, quin semper de singulis quaestionibus responsum in promptu habeat, lumen revelationis cum omnium peritia coniungere cupit, ut iter illuminetur, quod humanitas nuper ingressa est.

34. *(De valore humanae navitatis).* Hoc credentibus ratum est, navitatem humanam individualem et collectivam, seu ingens illud conamen, quo homines decursu saeculorum suae vitae condiciones in melius mutare satagunt, in seipso consideratum, Dei proposito respondere. Homo enim, ad imaginem Dei creatus, mandatum accepit ut, terram cum omnibus quae in ea continentur sibi subiciens, mundum in iustitia et sanctitate regeret [1] utque, Deum omnium Creatorem agnoscens, seipsum ac rerum universitatem ad Ipsum referret, ita ut rebus omnibus homini subiectis, admirabile sit nomen Dei in universa terra [2].

Quod etiam opera penitus quotidiana respicit. Viri namque et mulieres qui, dum vitae sustentationem sibi et familiae comparant, navitates / suas ita exercent ut societati 1053
opportune ministrent, iure existimare possunt se suo labore opus Creatoris evolvere, commodis fratrum suorum consulere, et ad consilium divinum in historia adimplendum personali industria conferre [3].

[13] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, cap. II, n. 9: AAS 57 (1965), pp. 12-13 [LE 3232]. [14] Cf. Ex. 24, 1-8.
[1] Cf. Gen. 1, 26-27; 9, 2-3; Sap. 9, 2-3. [2] Cf. Ps. 8, 7 et 10.
[3] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*: AAS 55 (1963), p. 297 [LE 3110].

Christiani itaque, nedum arbitrentur opera, quae homines suo ingenio et virtute pepererunt, Dei potentiae opponi, creaturamque rationalem quasi aemulam Creatoris exsistere, potius persuasum habent humani generis victorias signum esse magnitudinis Dei et fructus ineffabilis Ipsius consilii. Quo magis vero hominum potentia crescit, eo latius ipsorum responsabilitas, sive singulorum sive communitatum extenditur. Unde apparet christiano nuntio hominem ab exstruendo mundo non averti, nec ad bonum sui similium negligendum impelli, sed potius officio haec operandi arctius obstringi [4].

35. *(De humana navitate ordinanda).* Humana vero navitas, sicut ex homine procedit, ita ad hominem ordinatur. Homo enim, cum operatur, non tantum res et societatem immutat, sed et seipsum perficit. Multa discit, facultates suas excolit, extra se et supra se procedit. Huiusmodi incrementum, si recte intelligatur, maioris pretii est quam externae quae colligi possunt divitiae. Magis valet homo propter id quod est quam propter id quod habet [5]. Pariter, omnia quae homines, ad maiorem iustitiam, ampliorem fraternitatem, humanioremque ordinationem in socialibus necessitudinibus obtinendam agunt, plus quam progressus technici valent. Hi enim progressus quasi materiam humanae promotioni praebere possunt, illam autem per se solos ad actum nequaquam deducunt.

Unde haec est humanae navitatis norma, quod iuxta consilium et voluntatem divinam cum genuino humani generis bono congruat, et homini individuo vel in societate posito integrae suae vocationis cultum et impletionem permittat.

36. *(De iusta rerum terrenarum autonomia).* Multi tamen coaevi nostri timere videntur, ne ex arctiore humanae
1054 navitatis et religionis / coniunctione autonomia hominum vel societatum vel scientiarum impediatur.

Si per terrenarum rerum autonomiam intelligimus res creatas et ipsas societates propriis legibus valoribusque gaudere, ab homine gradatim dignoscendis, adhibendis et ordinandis, eamdem exigere omnino fas est: quod non solum postulantur ab hominibus nostrae aetatis, sed etiam cum Creatoris voluntate congruit. Ex ipsa enim creationis condicione res universae propria firmitate, veritate, bonitate propriisque legibus ac ordine instruuntur, quae homo revereri debet, propriis singularum scientiarum artiumve methodis agnitis. Ideo inquisitio methodica in omnibus disciplinis, si modo vere scientifico et iuxta normas morales procedit, numquam fidei revera adversabitur, quia res profanae et res fidei ab eodem Deo originem ducunt [6]. Immo, qui humili et constanti animo abscondita rerum perscrutari conatur, etsi inscius quasi manu Dei ducitur qui, res omnes sustinens, facit ut sint id quod sunt. Hinc deplorare liceat quosdam animi habitus, qui aliquando inter christianos ipsos, ob non satis perspectam legitimam scientiae autonomiam, non defuerunt et, contentionibus controversiisque exinde suscitatis, plurium animos eo perduxerunt ut fidem et scientiam inter se opponi censerent [7].

At si verbis *rerum temporalium autonomia* intelligitur res creatas a Deo non pendere, eisque hominem sic uti posse ut easdem ad Creatorem non referat, nemo qui Deum agnoscit non sentit quam falsa huiusmodi placita sint. Creatura enim sine Creatore evanescit. Ceterum, omnes credentes, cuiuscumque sint religionis, vocem et manifestationem Eius in creaturarum loquela semper audierunt. Immo, per oblivionem Dei ipsa creatura obscuratur.

37. *(De humana navitate a peccato corrupta).* Sacra vero Scriptura, cui saeculorum consentit experientia, humanam familiam edocet progressum humanum, qui magnum
1055 hominis bonum est, magnam tamen tentationem secumferre: ordine enim valorum turbato et malo cum bono / permixto, singuli homines ac coetus solummodo quae propria sunt considerant, non vero aliorum. Quo fit ut mundus non iam spatium verae fraternitatis exsistat, dum aucta humanitatis potentia iam ipsum genus humanum destruere minatur.

Universam enim hominum historiam ardua colluctatio contra potestates tenebrarum pervadit, quae inde ab origine mundi incepta, usque ad ultimum diem, dicente Domino [8], perseverabit. In hanc pugnam insertus, homo ut bono adhaereat iugiter certare debet, nec sine magnis laboribus, Dei gratia adiuvante, in seipso unitatem obtinere valet.

Quapropter Ecclesia Christi, Creatoris consilio fidens, dum agnoscit progressum humanum verae hominum felicitati inservire posse, non potest tamen quin illud Apostoli resonare faciat: «Nolite conformari huic saeculo» *(Rom.* 12, 2), illi scilicet vanitatis et malitiae spiritui qui humanam navitatem, ad servitium Dei et hominis ordinatam, in instrumentum peccati transmutat.

Si quis ergo quaerit, qua ratione miseria illa superari possit, christiani profitentur, omnes hominis navitates, quae per superbiam et inordinatum sui ipsius amorem cotidie in discrimine versantur, Christi cruce et resurrectione purificandas et ad perfectionem deducendas esse. A Christo enim redemptus et in Spiritu Sancto nova creatura effectus, homo ipsas res a Deo creatas amare potest et debet. A Deo enim illas accipit et quasi de manu Dei fluentes respicit et reveretur. Pro illis Benefactori gratias agens et in paupertate et libertate spiritus creaturis utens ac fruens, in veram mundi possessionem introducitur, tamquam nihil habens et omnia possidens [9]. «Omnia enim vestra sunt: vos autem Christi, Christus autem Dei» *(1 Cor.* 3, 22-23).

38. *(De humana navitate in paschali mysterio ad perfectionem adducta).* Verbum enim Dei, per quod omnia facta sunt, Ipsum caro factum et in hominum terra habitans [10], perfectus homo in historiam mundi intravit, eam in Se assumens et recapitulans [11]. Ipse nobis revelat, «quoniam Deus caritas est» *(1 Io.* 4, 8), simulque nos docet legem fundamentalem / perfectionis humanae, ac proinde 1056
transformationis mundi, novum dilectionis esse mandatum. Eos igitur, qui divinae credunt caritati, certos facit, viam dilectionis omnibus hominibus aperiri et conamen fraternitatem universalem instaurandi non esse inane. Simul monet, hanc caritatem non in solis magnis rebus sectandam esse, sed et imprimis in ordinariis vitae adiunctis. Pro nobis omnibus peccatoribus mortem sustinens [12], suo exemplo nos docet crucem etiam baiulandam esse, quam caro et mundus pacem et iustitiam sectantium humeris imponunt. Sua resurrectione Dominus constitutus, Christus, cui omnis potestas in caelo et in terra data est [13], per virtutem Spiritus Sui in cordibus hominum iam operatur, non solum venturi saeculi desiderium suscitans, sed eo ipso illa etiam generosa vota animans, purificans et roborans, quibus familia humana suam ipsius vitam humaniorem reddere et totam terram huic fini subiicere satagit. Diversa autem sunt Spiritus dona: dum alios vocat ut caelestis habitationis desiderio manifestum testimonium reddant illudque in humana familia vividum conservent, alios vocat ut terreno hominum servitio se dedicent, hoc suo ministerio materiam regni caelestis parantes. Omnes tamen liberat ut, proprio amore abnegato omnibusque terrenis viribus in vitam humanam assumptis, ad futura se extendant, quando humanitas ipsa fiet oblatio accepta Deo [14].

Cuius spei arrham et itineris viaticum Dominus suis reliquit in illo sacramento fidei, in quo naturae elementa, ab hominibus exculta, in Corpus et Sanguinem gloriosum convertuntur, coena communionis fraternae et caelestis convivii praelibatione.

39. *(Terra nova et caelum novum).* Terrae ac humanitatis consummandae tempus ignoramus [15], nec universi transformandi modum novimus. Transit quidem figura huius mundi per peccatum deformata [16], sed docemur Deum novam habitationem novamque terram parare in qua iustitia habitat [17], et cuius beatitudo omnia pacis desideria, quae in / cordibus hominum ascendunt, implebit ac 1057
superabit [18]. Tunc, morte devicta, filii Dei in Christo resuscitabuntur, et id quod seminatum fuit in infirmitate ac corruptione, incorruptionem induet [19]; et, manente caritate eiusque opere [20], a servitute vanitatis liberabitur tota creatura illa [21], quam Deus propter hominem creavit.

Monemur sane nihil prodesse homini, si universum mundum lucretur, seipsum autem perdat [22]. Exspectatio tamen novae terrae extenuare non debet, sed potius excitare, sollicitudinem hanc terram excolendi, ubi Corpus illud novae familiae humanae crescit quod aliqualem novi saeculi adumbrationem iam praebere valet. Ideo, licet progressus terrenus a Regni Christi augmento sedulo distinguendus

[4] Cf. *Nuntius ad universos homines* a Patribus missus ineunte Concilio Vaticano II, oct. 1962: AAS 54 (1962), pp. 822-823 [LE 3084].
[5] Cf. Paulus VI, Alloc. *ad Corpus diplomaticum*, 7 ian. 1965: AAS 57 (1965), p. 232.
[6] Cf. Conc. Vat. I, Const. dogm. De fide cath., *Dei Filius*, cap. III: Denz. 1785-1786 (3004-3005).
[7] Cf. Pio Paschini, *Vita e opere di Galileo Galilei*, 2 vol., Pont. Accademia delle Scienze, Città del Vatic., 1964.
[8] Cf. Mt. 24, 13; 13, 24-30 et 36-43.

[9] Cf. 2 Cor. 6, 10. [10] Cf. Io. 1, 3 et 14. [11] Cf. Eph. 1, 10. [12] Cf. Io. 3, 14-16; Rom. 5, 8-10. [13] Cf. Act. 2, 36; Mt. 28, 18. [14] Cf. Rom. 15, 16. [15] Cf. Act. 1, 7. [16] Cf. 1 Cor. 7, 31; S. Irenaeus, *Adversus haereses*, V, 36, 1: PG 7, 1222. [17] Cf. 2 Cor. 5, 2; 2 Ptr. 3, 13. [18] Cf. 1 Cor. 2, 9; Apoc. 21, 4-5. [19] Cf. 1 Cor. 15, 42 et 53. [20] Cf. 1 Cor. 13, 8; 3, 14. [21] Cf. Rom. 8, 19-21. [22] Cf.

http://www.obrascatolicas.com

sit, inquantum tamen ad societatem humanam melius ordinandam conferre potest, Regni Dei magnopere interest [23].

Bona enim humanae dignitatis, communionis fraternae et libertatis, hos omnes scilicet bonos naturae ac industriae fructus, postquam in Spiritu Domini et iuxta Eius mandatum in terris propagaverimus, postea denuo inveniemus, mundata tamen ab omni sorde, illuminata ac transfigurata, cum Christus Patri reddet regnum aeternum et universale: «regnum veritatis et vitae, regnum sanctitatis et gratiae, regnum iustitiae, amoris et pacis» [24]. His in terris Regnum iam in mysterio adest; adveniente autem Domino consummabitur.

CAP. IV—*De munere Ecclesiae in mundo huius temporis*

40. *(De Ecclesiae et mundi mutua relatione).* Omnia quae a nobis dicta sunt de dignitate personae humanae, de hominum communitate, de profundo sensu navitatis
1058 humanae, fundamentum relationis Ecclesiam / inter et mundum necnon basim eorum mutui dialogi [1] constituunt. Ideo in hoc capite, omnibus praesuppositis ab hoc Concilio de mysterio Ecclesiae iam edictis, eadem Ecclesia nunc consideranda venit prout ipsa, in hoc mundo exsistit et cum eo vivit atque agit.

Procedens ex amore Patris aeterni [2], in tempore fundata a Christo Redemptore, coadunata in Spiritu Sancto [3], Ecclesia finem salutarem et eschatologicum habet, qui nonnisi in futuro saeculo plene attingi potest. Ipsa autem iam hic in terris adest, ex hominibus collecta, terrestris nempe civitatis membris quae ad hoc vocantur ut iam in generis humani historia familiam filiorum Dei, usque ad adventum Domini semper augendam, efforment. Unita quidem propter bona caelestia iisque ditata, haec familia a Christo «in hoc mundo ut societas constituta et ordinata» [4] est, atque «aptis mediis unionis visibilis et socialis» [5] instructa. Ita Ecclesia, insimul «coetus adspectabilis et communitas spiritualis» [6], una cum tota humanitate incedit eamdemque cum mundo sortem terrenam experitur, ac tamquam fermentum et veluti anima societatis humanae [7] in Christo renovandae et in familiam Dei transformandae exsistit.

Haec quidem terrestris et caelestis civitatis compenetratio nonnisi fide percipi potest, immo mysterium manet historiae humanae, quae usque ad plenam revelationem claritatis filiorum Dei peccato perturbatur. Ecclesia quidem, proprium suum finem salutarem persequens, non solum vitam divinam cum homine communicat, sed etiam lumen eius repercussum quodammodo super universum mundum fundit, potissimum per hoc quod personae humanae dignitatem sanat et elevat, humanae societatis compaginem firmat, atque cotidianam hominum navitatem profundiori sensu et significatione imbuit. Ita Ecclesia per singula sua membra et totam suam communitatem multa
1059 se conferre posse credit ad hominum familiam eiusque historiam humaniorem reddendam. /

Libenter insuper Ecclesia Catholica ea magni aestimat quae ad idem munus adimplendum aliae Ecclesiae christianae vel communitates ecclesiasticae socia opera contulerunt ac conferunt. Simul sibi firmiter persuasum habet se multum varioque modo a mundo, sive a singulis hominibus sive ab humana societate, eorum dotibus ac navitate, in praeparatione Evangelii iuvari posse. Mutui huius commercii atque adiutorii, in illis quae Ecclesiae et mundo quodammodo sunt communia, rite promovendi, principia quaedam generalia exponuntur.

41. *(De adiutorio quod Ecclesia singulis hominibus praestare satagit).* Homo hodiernus in via est ad personalitatem suam plenius evolvendam iuraque sua in dies magis detegenda et affirmanda. Cum autem Ecclesiae concreditum sit manifestare mysterium Dei, qui est ultimus finis hominis, ipsa homini simul aperit sensum propriae eius exsistentiae, intimam scilicet de homine veritatem. Vere novit Ecclesia solum Deum, cui ipsa inservit, profundissimis respondere desideriis humani cordis, quod nutrimentis terrestribus numquam plene satiatur. Novit praeterea hominem, incessanter a Spiritu Dei incitatum, numquam

Lc. 9, 25. [23] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Quadragesimo anno*: AAS 23 (1931), p. 207 [LE 1027].
[24] Cf. Paulus VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam suam*, III: AAS 56 (1964), pp. 637-659 [LE 3211].
[1] Cf. Tit. 3, 4: φιλανθρωπία. [2] Cf. Eph. 1, 3; 5-6; 13-14; 23.
[3] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, cap. I, n. 8: AAS 57 (1965), p. 12 [LE 3232].
[4] *Ibid.*, cap. II, n. 9: AAS 57 (1965), p. 14; cf. n. 8: AAS, *l. c.*, p. 11.
[5] *Ibid.*, cap. I, n. 8: AAS 57 (1965), p. 11.
[6] Cf. *ibid.*, cap. IV, n. 38: AAS 57 (1965), p. 43, cum nota 120.

circa problema religionis prorsus indiferentem fore, sicut non solum experientia saeculorum anteactorum, sed multiplici etiam testimonio nostrorum temporum comprobatur. Semper enim homo scire desiderabit, saltem confuse, quae sit significatio suae vitae, suae navitatis ac suae mortis. Ipsa praesentia Ecclesiae haec problemata in eius mentem revocat. Solus autem Deus, qui hominem ad imaginem suam creavit atque a peccato redemit, his quaestionibus plenissimum responsum praebet, idque per revelationem in Filio suo qui homo factus est. Quicumque Christum sequitur, Hominem perfectum, et ipse magis homo fit.

Ex hac fide Ecclesia dignitatem naturae humanae omnibus opinionum mutationibus subtrahere potest, quae, exempli gratia, corpus humanum aut nimis deprimunt aut immoderate extollunt. Nulla lege humana personalis dignitas atque libertas hominis tam apte in tuto collocari possunt quam Evangelio Christi Ecclesiae concredito. Hoc enim Evangelium libertatem filiorum Dei annuntiat et proclamat, omnem servitutem ex peccato ultimatim fluentem respuit [8], dignitatem / conscientiae eiusque liberam de- 1060
cisionem sancte veretur, omnia talenta humana in Dei servitium hominumque bonum reduplicare indesinenter monet, omnes denique omnium commendans caritati [9]. Quod legi fundamentali oeconomiae christianae correspondet. Etsi enim idem Deus sit Salvator qui et Creator, idem quoque Dominus et historiae humanae et historiae salutis, tamen in hoc ipso ordine divino iusta creaturae autonomia et praesertim hominis nedum auferatur, potius in suam dignitatem restituitur atque in ipsa firmatur.

Ecclesia ergo, vi Evangelii sibi concrediti, iura hominum proclamat et hodierni temporis dynamismum, quo haec iura undique promoventur, agnoscit et magni aestimat. Qui motus tamen spiritu Evangelii imbuendus et adversus omnem speciem falsae autonomiae tutandus est. Tentationi enim subiicimur, iudicandi nostra iura personalia tunc tantum plene servari, cum ab omni norma Legis divinae solvimur. Hac autem via, personae humanae dignitas, nedum salvetur, potius perit.

42. *(De adiutorio quod Ecclesia societati humanae afferre satagit).* Unio familiae humanae unitate familiae filiorum Dei in Christo fundata [10] multum roboratur et completur.

Missio quidem propria, quam Christus Ecclesiae suae concredidit, non est ordinis politici, oeconomici vel socialis: finis enim quem ei praefixit ordinis religiosi [11] est. At sane ex hac ipsa missione religiosa munus, lux et vires fluunt quae communitati hominum secundum Legem divinam constituendae et firmandae inservire possunt. Item, ubi opus fuerit, secundum temporum et locorum circumstantias, et ipsa suscitare potest, immo et debet, opera in servitium omnium, praesertim vero egentium destinata, uti opera misericordiae vel alia huiusmodi. / 1061

Ecclesia insuper agnoscit quidquid boni in dynamismo sociali hodierno invenitur: praesertim evolutionem versus unitatem, processum sanae socializationis et consociationis civilis et oeconomicae. Promotio enim unitatis cum intima Ecclesiae missione cohaeret, cum ipsa sit «in Christo veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis» [12]. Ita ipsa mundo ostendit veram unionem socialem externam ex unione mentium et cordium fluere, ex illa scilicet fide et caritate, quibus in Spiritu Sancto eius unitas indissolubiliter condita est. Vis enim, quam Ecclesia hodiernae hominum societati inicere valet, in illa fide et caritate, ad effectum vitae adductis, consistit, non autem in dominio aliquo externo mediis mere humanis exercendo.

Cum insuper vi suae missionis et naturae ad nullam alligetur particularem culturae humanae formam aut systema politicum, oeconomicum vel sociale, Ecclesia ex hac sua universalitate ligamen arctissimum inter diversas hominum communitates et nationes exsistere potest, dummodo ipsae ei fidant eiusque veram libertatem ad hanc suam missionem adimplendam reapse agnoscant. Qua de

[8] Cf. Rom. 8, 14-17. [9] Cf. Mt. 22, 39.
[10] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, cap. II, n. 9: AAS 57 (1965), pp. 12-14 [LE 3232].
[11] Cf. Pius XII, Allocutio ad *cultores historiae et artis*, 9 martii 1956: AAS 48 (1956), p. 212: «Son Divin Fondateur, Jésus-Christ, ne lui a donné aucun mandat ni fixé aucune fin d'ordre culturel. Le but que le Christ lui assigne est strictement religieux (...). L'Eglise doit conduire les hommes à Dieu, afin qu'ils se livrent à lui sans réserve (...). L'Eglise ne peut jamais perdre de vue ce but strictement religieux, surnaturel. Le sens de toutes ses activités, jusqu'au dernier canon de son Code, ne peut être que d'y concourir directement ou indirectement».
[12] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, cap. I, n. 1: AAS 57 (1965), p. 5 [LE 3232].

causa Ecclesia filios suos, sed etiam omnes homines monet, ut in hoc familiali spiritu filiorum Dei, omnes dissensiones inter nationes et stirpes superent et iustis associationibus humanis internam firmitatem praebeant.

Quaecumque igitur vera, bona, iustaque inveniuntur in diversissimis institutionibus, quae genus humanum sibi condidit incessanterque condit, eadem Concilium magna cum reverentia considerat. Declarat insuper Ecclesiam omnes tales institutiones adiuvare et promovere velle, quatenus hoc ab ea dependet et cum eius missione coniungi potest. Ipsa nihil ardentius desiderat quam ut omnium bono inserviens, se libere sub quovis regimine evolvere possit, quod iura fundamentalia personae ac familiae et boni communis necessitates agnoscat.

43. *(De adiutorio quod Ecclesia per christianos navitati humanae conferre satagit).* Concilium christianos, cives utriusque civitatis, adhortatur ut sua terrestria officia
1062 fideliter implere studeant, idque spiritu / Evangelii ducti. A veritate discedunt qui, scientes nos non habere hic manentem civitatem sed futuram inquirere [13], putent se proinde officia sua terrestria negligere posse, non attendentes se per ipsam fidem ad eadem implenda magis teneri, secundum vocationem qua quisque vocatus est [14]. At non minus errant qui, e contrario, opinentur se ita seipsos negotiis terrestribus immergere posse, quasi ista omnino alienа sint a vita religiosa, quippe quia ipsam in solius cultus actibus et officiis quibusdam moralibus implendis consistere arbitrentur. Discidium illud inter fidem quam profitentur et vitam quotidianam multorum, inter graviores nostri temporis errores recensendum est. Scandalum hoc iam in Vetere Testamento Prophetae vehementer redarguebant [15] et multo magis in Novo Testamento ipse Iesus Christus gravibus poenis minabatur [16]. Ne igitur perperam inter se opponantur activitates professionales et sociales ex una parte, vita religiosa ex altera. Christianus, officia sua temporalia negligens, officia sua erga proximum, immo et ipsum Deum negligit suamque aeternam salutem in discrimen adducit. Gaudeant potius christiani, exemplum Christi secuti, qui fabrilem artem exercuit, se omnes suas navitates terrestres exercere posse, conatus humanos, domesticos, professionales, scientificos vel technicos in unam synthesim vitalem cum bonis religiosis colligendo, sub quorum altissima ordinatione omnia in Dei gloriam coordinantur.

Laicis proprie, etsi non exclusive, saecularia officia et navitates competunt. Cum igitur, sive singuli sive consociati, ut cives mundi agunt, non solum leges proprias uniuscuiusque disciplinae servabunt, sed veram peritiam in illis campis sibi comparare studebunt. Libenter cum hominibus eosdem fines prosequentibus cooperabuntur. Agnoscentes exigentias fidei eiusque virtute praediti, incunctanter, ubi oportet, nova incepta excogitent atque ad effectum deducant. Ad ipsorum conscientiam iam apte formatam spectat, ut lex divina in civitatis terrenae vita inscribatur. A sacerdotibus vero laici lucem ac vim spiritualem exspectent. Neque tamen ipsi censeant pastores suos semper adeo
1063 peritos esse ut, in omni quaestione exsurgente, etiam gravi, solutionem con/cretam in promptu habere queant, aut illos ad hoc missos esse: ipsi potius, sapientia christiana illustrati et ad doctrinam Magisterii observanter attendentes [17], partes suas proprias assumant.

Pluries ipsa visio christiana rerum eos ad aliquam determinatam solutionem in quibusdam rerum adiunctis inclinabit. Alii tamen fideles, non minore sinceritate ducti, ut saepius et quidem legitime accidit, aliter de eadem re iudicabunt. Quodsi solutiones hinc inde propositae, etiam praeter partium intentionem, a multis facile connectantur cum nuntio evangelico, meminerint oportet nemini licere in praefatis casibus pro sua sententia auctoritatem Ecclesiae sibi exclusive vindicare. Semper autem colloquio sincero se invicem illuminare satagant, mutuam caritatem servantes et boni communis imprimis solliciti.

Laici vero, qui in tota vita Ecclesiae actuosas partes gerendas habent, non solum mundum spiritu christiano imbuere tenentur, sed etiam ad hoc vocantur ut in omnibus, in media quidem humana consortione, Christi sint testes.

Episcopi vero, quibus munus moderandi Ecclesiam Dei commissum est, cum presbyteris suis nuntium Christi ita praedicent, ut omnes fidelium terrestres activitates Evangelii luce perfundantur. Insuper pastores omnes memores sint se sua cotidiana conversatione et sollicitudine [18] munsint se sua cotidiana conversatione et sollicitudine [18] mun-

[13] Cf. Hebr. 13, 14. [14] Cf. 2 Thess. 3, 6-13; Eph. 4, 28. [15] Cf. Is. 58, 1-12. [16] Cf. Mt. 23, 3-33; Mc. 7, 10-13.
[17] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, IV: AAS 53 (1961), pp. 456-457 [LE 2984] et I: *l. c.*, pp. 407, 410-411.
[18] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, cap. III, n. 28: AAS 57 (1965), pp. 34-35 [LE 3232]. [19] *Ibid.*, n. 28: AAS *l. c.*, pp. 35-36.

do faciem Ecclesiae exhibere, ex qua homines vim et veritatem nuntii christiani iudicant. Vita et verbo, una cum religiosis atque suis fidelibus, demonstrent Ecclesiam sola sua praesentia, cum omnibus quae continet donis, inexhaustum fontem esse illarum virtutum, quibus mundus hodiernus maxime indiget. Studiis assiduis se ita aptos reddant, ut in dialogo cum mundo et hominibus cuiuscumque opinionis instituendo partes suas agere possint. Imprimis vero in corde verba huius Concilii habeant: «Quia genus humanum hodie magis magisque in unitatem civilem, oeconomicam et socialem coalescit, eo magis oportet ut Sacerdotes, coniuncta cura et ope sub ductu Episcoporum et Summi Pontificis, omnem rationem dispersionis elidant, ut in unitatem familiae Dei totum genus humanum adducatur» [19]. /
1064

Quamvis Ecclesia ex virtute Spiritus Sancti fidelis sponsa Domini sui manserit et numquam cessaverit esse signum salutis in mundo, ipsa tamen minime ignorat inter membra sua [20], sive clericos sive laicos, decurrente multorum saeculorum serie, non defuisse qui Spiritui Dei infideles exstiterint. Etiam hac nostra aetate Ecclesiam non fugit, quantum inter se distent nuntius a se prolatus et humana debilitas eorum quibus Evangelium concreditur. Quidquid de istis defectibus historia iudicet, eorum conscii esse debemus eosdemque strenue impugnare, ne Evangelio diffundendo detrimentum afferant. Pariter novit Ecclesia quantopere ipsa, in sua cum mundo relatione excolenda, ex saeculorum experientia iugiter maturescere debeat. A Spiritu Sancto ducta, Ecclesia Mater indesinenter filios suos «ad purificationem et renovationem exhortatur, ut signum Christi super faciem Ecclesiae clarius effulgeat» [21].

44. *(De adiutorio quod Ecclesia a mundo hodierno accipit).* Sicut autem mundi interest Ecclesiam ut socialem realitatem historiae eiusque fermentum agnoscere, ita ipsa non ignorat, quantum ex humani generis historia et evolutione acceperit.

Praeteritorum saeculorum experientia, scientiarum profectus, thesauri in variis culturae humanae formis absconditi, quibus ipsius hominis natura plenius manifestatur novaeque viae ad veritatem aperiuntur, Ecclesiae quoque prosunt. Ipsa enim, inde ab initio suae historiae, nuntium Christi, ope conceptuum et linguarum diversorum populorum exprimere didicit, eumdemque sapientia insuper philosophorum illustrare conata est: in hunc finem nempe ut Evangelium tum omnium captui tum sapientium exigentiis, in quantum par erat, aptaret. Quae quidem verbi revelati accommodata praedicatio lex omnis evangelizationis permanere debet. Ita enim in omni natione facultas nuntium Christi suo modo exprimendi excitatur simulque vivum commercium inter Ecclesiam et diversas populorum culturas promovetur [22]. Ad tale / commercium augendum 1065
Ecclesia, imprimis nostris temporibus, in quibus res celerrime mutantur et cogitandi modi valde variantur, peculiariter eorum auxilio indiget qui, viventes in mundo, varias institutiones et disciplinas callent earumque intimam mentem intelligunt, sive de credentibus sive de non credentibus agatur. Totius Populi Dei est, praesertim pastorum et theologorum, adiuvante Spiritu Sancto, varias loquelas nostri temporis auscultare, discernere et interpretari easque sub lumine verbi divini diiudicare, ut revelata Veritas semper penitius percipi, melius intelligi aptiusque proponi possit.

Ecclesia, cum visibilem structuram socialem habeat, signum quidem suae unitatis in Christo, etiam evolutione vitae socialis humanae ditari potest et ditatur, non quasi aliquid in constitutione a Christo sibi data deesset, sed ad eamdem profundius cognoscendam, melius exprimendam atque temporibus nostris felicius accommodandam. Ipsa grato animo percipit se, in sua communitate non minus quam in singulis suis filiis, variam adiutorium ab hominibus cuiusvis gradus vel condicionis accipere. Quicumque enim communitatem humanam in ordine familiae, culturae, vitae oeconomicae et socialis, necnon politicae tam nationalis quam internationalis, promovent, secundum consilium Dei communitati quoque ecclesiali, in quantum haec ab externis dependet, adiutorium non parvum afferunt. Immo Ecclesia, ex ipsa oppositione eorum qui ei adversantur vel eam persequuntur, se multum profecisse et proficere posse fatetur [23].

[20] Cf. S. Ambrosius, *De virginitate*, cap. VIII, n. 48: PL 16, 278.
[21] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, cap. II, n. 15: AAS 57 (1965), p. 20 [LE 3232].
[22] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, cap. II, n. 13: AAS 57 (1965), p. 17 [LE 3232].
[23] Cf. Iustinus, *Dialogus cum Tryphone*, cap. 110: PG 6, 729; ed. Otto,

http://www.obrascatolicas.com

45. *(De Christo, alpha et omega).* Ecclesia, dum ipsa mundum adiuvat et ab eo multa accipit, ad hoc unum tendit ut Regnum Dei adveniat et totius humani generis salus instauretur. Omne vero bonum, quod Populus Dei in suae peregrinationis terrestris tempore hominum familiae praebere potest, ex hoc profluit quod Ecclesia est
1066 «universale salutis / sacramentum» [24], mysterium amoris Dei erga hominem manifestans simul et operans.

Verbum enim Dei, per quod omnia facta sunt, Ipsum caro factum est, ita ut, perfectus Homo, omnes salvaret et universa recapitularet. Dominus finis est humanae historiae, punctum in quod historiae et civilizationis desideria vergunt, humani generis centrum, omnium cordium gaudium eorumque appetitionum plenitudo [25]. Ille est quem Pater a mortuis suscitavit, exaltavit et a dextris suis collocavit, Eum vivorum atque mortuorum iudicem constituens. In Eius Spiritu vivificati et coadunati, versus historiae humanae peregrinamur consummationem, quae cum consilio Eius dilectionis plene congruit: «Instaurare omnia in Christo, quae in caelis et quae in terra sunt» *(Eph.* 1, 10).

Dicit Ipse Dominus: «Ecce venio cito, et merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua. Ego sum alpha et omega, primus et novissimus, principium et finis» *(Apoc.* 22, 12-13).

Pars II

DE QUIBUSDAM PROBLEMATIBUS URGENTIORIBUS

46. *(Prooemium).* Concilium, postquam exposuit cuiusnam dignitatis sit persona hominis necnon ad quodnam munus, sive individuale sive sociale, in universo mundo adimplendum sit vocata, sub luce Evangelii et humanae experientiae omnium nunc animos ad quasdam urgentiores huius temporis necessitates convertit, quae maxime genus humanum afficiunt.

Inter multa quae hodie sollicitudinem omnium excitant haec praesertim recolere iuvat: matrimonium et familiam, culturam humanam, vitam oeconomicam-socialem ac politicam, coniunctionem familiae populorum et pacem. Circa haec singula clarescant principia et lumina a Christo manantia, quibus christifideles ducantur omnesque homines illuminentur in tot implicatorum problematum solutione
1067 quaerenda. /

Cap. I—*De dignitate matrimonii et familiae fovenda*

47. *(De matrimonio et familia in mundo hodierno).* Salus personae et societatis humanae ac christianae arcte cum fausta condicione communitatis coniugalis et familiaris connectitur. Ideo christiani, una cum omnibus qui eandem communitatem magni aestimant, sincere gaudent de variis subsidiis quibus homines, in hac communitate amoris fovenda et in vita colenda, hodie progrediuntur, et coniuges atque parentes in praecellenti suo munere adiuvantur; meliora insuper exinde beneficia exspectant atque promovere student.

Non ubique vero huius institutionis dignitas eadem claritate illucescit, siquidem polygamia, divortii lue, amore sic dicto libero, aliisve deformationibus obscuratur; insuper amor nuptialis saepius egoismo, hedonismo et illicitis usibus contra generationem profanatur. Praeterea hodiernae condiciones oeconomicae, socio-psychologicae et civiles non leves in familiam perturbationes inducunt. In certis denique orbis partibus non absque sollicitudine problemata ex incremento demographico exorta observantur. Quibus omnibus conscientiae anguntur. Verumtamen matrimonialis familiarisque instituti vis et robur ex eo quoque apparent, quod profundae immutationes societatis hodiernae, non obstantibus difficultatibus inde prorumpentibus, saepe saepius veram eiusdem instituti indolem vario modo manifestant.

Quapropter Concilium, quaedam doctrinae Ecclesiae capita in clariorem lucem ponendo, christianos hominesque universos illuminare et confortare intendit, qui nativam status matrimonialis dignitatem eiusque eximium valorem sacrum tueri et promovere conantur.

48. *(De sanctitate matrimonii et familiae).* Intima communitas vitae et amoris coniugalis, a Creatore condita suisque legibus instructa, foedere coniugii seu irrevocabili consensu personali instauratur. Ita actu humano, quo coniuges sese mutuo tradunt atque accipiunt, institutum ordinatione divina firmum oritur, etiam coram societate; hoc vinculum sacrum intuitu boni, tum coniugum et prolis tum societatis, non ex humano arbitrio pendet. Ipse vero Deus est auctor matrimonii, variis / bonis ac finibus praediti [1]; 1068
quae omnia pro generis humani continuatione, pro singulorum familiae membrorum profectu personali ac sorte aeterna, pro dignitate, stabilitate, pace et prosperitate ipsius familiae totiusque humanae societatis maximi sunt momenti. Indole autem sua naturali, ipsum institutum matrimonii amorque coniugalis ad procreationem et educationem prolis ordinantur iisque veluti suo fastigio coronantur. Vir itaque et mulier, qui foedere coniugali «iam non sunt duo, sed una caro» *(Mt.* 19, 6), intima personarum atque operum coniunctione mutuum sibi adiutorium et servitium praestant, sensumque suae unitatis experiuntur et plenius in dies adipiscuntur. Quae intima unio, utpote mutua duarum personarum donatio, sicut et bonum liberorum, plenam coniugum fidem exigunt atque indissolubilem eorum unitatem urgent [2].

Christus Dominus huic multiformi dilectioni, e divino caritatis fonte exortae et ad exemplar suae cum Ecclesia unionis constitutae, abundanter benedixit. Sicut enim Deus olim foedere dilectionis et fidelitatis populo suo occurrit [3], sacramentum matrimonii christifidelibus coniugibus obviam venit. Manet porro cum eis, ut quemadmodum Ipse dilexit Ecclesiam et Semetipsum pro ea tradidit [4], ita et coniuges, mutua deditione, se invicem perpetua fidelitate diligant. Germanus amor coniugalis in divinum amorem assumitur atque virtute redemptiva Christi et salvifica actione Ecclesiae regitur ac ditatur, ut coniuges efficaciter ad Deum ducantur atque in sublimi munere patris et matris adiuventur et confortentur [6]. Quapropter coniuges christiani ad sui status officia et dignitatem peculiari sacramento roborantur et veluti consecrantur [7]; cuius / virtute 1069
munus suum coniugale et familiare explentes, spiritu Christi imbuti, quo tota eorum vita, fide, spe et caritate pervaditur, magis ac magis ad propriam suam perfectionem mutuamque sanctificationem, ideoque communiter ad Dei glorificationem accedunt.

Unde, ipsis parentibus exemplo et oratione familiari praegredientibus, filii, immo et omnes in familiae convictu degentes, humanitatis, salutis atque sanctitatis viam facilius invenient. Coniuges autem, dignitate ac munere paternitatis et maternitatis ornati, officium educationis praesertim religiosae, quod ad ipsos imprimis spectat, diligenter adimplebunt.

Liberi, ut viva familiae membra, ad sanctificationem parentum suo modo conferunt. Gratae enim mentis affectu, pietate atque fiducia beneficiis parentum respondebunt ipsisque in rebus adversis necnon in senectutis solitudine filiorum more assistent. Viduitas, in continuitate vocationis coniugalis forti animo assumpta, ab omnibus honorabitur [8]. Familia suas divitias spirituales cum aliis quoque familiis generose communicabit. Proinde familia christiana, cum e matrimonio, quod est imago et participatio foederis dilectionis Christi et Ecclesiae, exoriatur,[9] vivam Salvatoris in mundo praesentiam atque germanam Ecclesiae naturam omnibus patefaciet, tum coniugum amore, generosa fecunditate, unitate atque fidelitate, tum amabili omnium membrorum cooperatione.

49. *(De amore coniugali).* Pluries verbo divino sponsi atque coniuges invitantur, ut casto amore sponsalia et indivisa dilectione coniugium nutriant atque foveant [10]. Plures quoque nostrae aetatis homines verum amorem inter maritum et uxorem variis rationibus secundum honestos populorum et temporum mores manifestatum magni fa-

[1] Cf. S. Augustinus, *De bono coniugali*, PL 40, 375-376 et 394; S. Thomas, *Summa Theol.*, Suppl. Quaest. 49, art. 3 ad 1; *Decretum pro Armenis:* Denz. 702 (1327); Pius XI, Litt. Encycl. *Casti Connubii:* AAS 22 (1930), pp. 543-555 [LE 1005]; Denz. 2227-2238 (3703-3714).
[2] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Casti Connubii:* AAS 22 (1930), pp. 546-547; Denz. 2231 (3706). [LE 1005]. [3] Cf. Os. 2; Ier. 3, 6-13; Ez. 16 et 23; Is. 54.
[4] Cf. Mt. 9, 15; Mc. 2, 19-20; Lc. 5, 34-35; Io. 3, 29; 2 Cor. 11, 2; Eph. 5, 27; Apoc. 19, 7-8; 21, 2 et 9. [6] Cf. Eph. 5, 25.
[7] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium:* AAS 57 (1965), pp. 15-16; 40-41; 47 [LE 3232].
[8] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Casti Connubii:* AAS 22 (1930), p. 583 [LE 1005]. [9] Cf. 1 Tim. 5, 3. [10] Cf. Eph. 5, 32. [11] Cf. Gen. 2, 22-24; Prov. 5, 18-20; 31, 10-31; Tob. 8, 4-8; Cant. 1, 1-3; 2, 16; 4, 16-5, 1; 7, 8-11; 1 Cor. 7, 3-6; Eph. 5, 25-33.

ciunt. Ille autem amor, utpote eminenter humanus, cum a persona in personam voluntatis affectu dirigatur, totius personae bonum complectitur ideoque corporis animique expressiones peculiari dignitate ditare easque tamquam elementa ac signa specialia coniugalis amicitiae nobilitare valet. / Hunc amorem Dominus, speciali gratiae et caritatis 1070
dono, sanare, perficere et elevare dignatus est. Talis amor, humana simul et divina consocians, coniuges ad liberum et mutuum sui ipsius donum, tenero affectu ut opere probatum, conducit totamque vitam eorum pervadit [11]; immo ipse generosa sua operositate perficitur et crescit. Longe igitur exsuperat meram eroticam inclinationem, quae, egoistice exculta, citius et misere evanescit.

Haec dilectio proprio matrimonii opere singulariter exprimitur et perficitur. Actus proinde, quibus coniuges intime et caste inter se uniuntur, honesti ac digni sunt et, modo vere humano exerciti, donationem mutuam significant et fovent, qua sese invicem laeto gratoque animo locupletant. Amor ille mutua fide ratus, et potissimum sacramento Christi sancitus, inter prospera et adversa corpore ac mente indissolubiliter fidelis est, et proinde ab omni adulterio et divortio alienus remanet. Aequali etiam dignitate personali cum mulieris tum viri agnoscenda in mutua atque plena dilectione, unitas matrimonii a Domino confirmata iuculenter apparet. Ad officia autem huius vocationis christianae constanter exsequenda virtus insignis requiritur: quapropter coniuges, gratia ad vitam sanctam roborati, firmitatem amoris, magnitudinem animi et spiritum sacrificii assidue colent et oratione impetrabunt.

Germanus autem amor coniugalis altius aestimabitur atque sana circa eum opinio publica efformabitur, si coniuges christiani testimonio fidelitatis et harmoniae in eodem amore necnon sollicitudine in filiis educandis, eminent atque in necessaria renovatione culturali, psychologica et sociali in favorem matrimonii et familiae partes suas agunt. Iuvenes de amoris coniugalis dignitate, munere et opere, potissimum in sinu ipsius familiae, apte et tempestive instruendi sunt, ut, castitatis cultu instituti, convenienti aetate ab honestis sponsalibus ad nuptias transire possint.

50. *(De matrimonii fecunditate).* Matrimonium et amor coniugalis indole sua ad prolem procreandam et educandam ordinatur. Filii sane sunt praestantissimum matrimo-
1071 nii donum et ad ipsorum parentum bo/num maxime conferunt. Ipse Deus qui dixit: «non est bonum esse hominem solum» *(Gen.* 2, 18) et qui «hominem ab initio masculum et feminam... fecit» *(Mt.* 19, 4), volens ei participationem specialem quamdam in Suiipsius opere creativo communicare, viro et mulieri benedixit dicens: «crescite et multiplicamini» *(Gen.* 1, 28). Unde verus amoris coniugalis cultus totaque vitae familiaris ratio inde oriens, non posthabitis ceteris matrimonii finibus, eo tendunt ut coniuges forti animo dispositi sint ad cooperandum cum amore Creatoris atque Salvatoris, qui per eos Suam familiam in dies dilatat et ditat.

In officio humanam vitam transmittendi atque educandi, quod tamquam propria eorum missio considerandum est, coniuges sciunt se cooperatores esse amoris Dei Creatoris eiusque veluti interpretes. Ideo humana et christiana responsabilitate suum munus adimplebunt ac docili erga Deum reverentia, communi consilio atque conatu, rectum iudicium sibi efformabunt, attendentes tum ad suum ipsorum bonum tum ad bonum liberorum, sive iam nati sint sive futuri praevideantur, dignoscentes temporum et status vitae condiciones tum materiales tum spirituales, ac denique rationem servantes boni communitatis familiaris, societatis temporalis ipsiusque Ecclesiae. Hoc iudicium ipsi ultimatim coniuges coram Deo ferre debent. In sua vero agendi ratione coniuges christiani conscii sint se non ad arbitrium suum procedere posse, sed semper regi debere conscientia ipsi legi divinae conformanda, dociles erga Ecclesiae Magisterium, quod illam sub luce Evangelii authentice interpretatur. Lex illa divina plenam amoris coniugalis significationem ostendit, illum protegit et ad eiusdem vere humanam perfectionem impellit. Ita coniuges christiani, divinae Providentiae confidentes et spiritum sacrificii excolentes [12], Creatorem glorificant atque ad perfectionem in Christo contendunt, cum procreandi munere generosa, humana atque christiana responsabilitate funguntur. Inter coniuges qui tali modo muneri sibi a Deo commisso satisfaciunt, peculiariter memorandi sunt illi qui, prudenti communique consilio, magno animo prolem congruenter educandam etiam numerosiorem suscipiunt [13].

Matrimonium vero, non est tantum ad procreationem institutum; sed ipsa indoles foederis inter personas indissolubilis atque bonum / prolis exigunt, ut mutuus etiam con- 1072
iugum amor recto ordine exhibeatur, proficiat et maturescat. Ideo etsi proles, saepius tam optata, deficit, matrimonium ut totius vitae consuetudo et communio perseverat, suumque valorem atque indissolubilitatem servat.

51. *(De amore coniugali componendo cum observantia vitae humanae).* Concilium novit coniuges, in vita coniugali harmonice ordinanda, saepe quibusdam hodiernis vitae condicionibus praepediri atque in circumstantiis versari posse in quibus numerus prolis, saltem ad tempus, augeri nequit, et fidelis amoris cultus atque plena vitae consuetudo non sine difficultate conservantur. Ubi autem intima vita coniugalis abrumpitur, bonum fidei non raro in discrimen vocari et bonum prolis pessumdari possunt: tunc enim educatio liberorum necnon fortis animus ad prolem ulteriorem suscipiendam periclitantur.

Sunt qui his problematibus solutiones inhonestas afferre praesumunt, immo ab occisione non abhorrent; at Ecclesia in memoriam revocat veram contradictionem inter divinas leges vitae transmittendae et germani amoris coniugalis fovendi adesse non posse.

Deus enim, Dominus vitae, praecellens servandi vitam ministerium hominibus commisit, modo homine digno adimplendum. Vita igitur inde a conceptione, maxima cura tuenda est; abortus necnon infanticidium nefanda sunt crimina. Indoles vero sexualis hominis necnon humana generandi facultas mirabiliter exsuperant ea quae in inferioribus vitae gradibus habentur; proinde ipsi actus vitae coniugali proprii, secundum germanam dignitatem humanam ordinati, magna observantia reverendi sunt. Moralis igitur indoles rationis agendi, ubi de componendo amore coniugali cum responsabili vitae transmissione agitur, non a sola sincera intentione et aestimatione motivorum pendet, sed obiectivis criteriis, ex personae eiusdemque actuum natura desumptis, determinari debet, quae integrum sensum mutuae donationis ac humanae procreationis in contextu veri amoris observant; quod fieri nequit nisi virtus castitatis coniugalis sincero animo colatur. Filiis Ecclesiae, his principiis innixis, in procreatione regulanda, vias inire non licet, quae a Magisterio, in lege divina explicanda, improbantur [14]. / 1073

Omnibus vero compertum sit vitam hominum et munus eam transmittendi non ad hoc saeculum tantum restringi neque eo tantum commensurari et intelligi posse, sed ad aeternam hominum destinationem semper respicere.

52. *(De matrimonii et familiae promotione ab omnibus curanda).* Familia schola quaedam uberioris humanitatis est. Ut autem vitae ac missionis suae plenitudinem attingere valeat, benevola animi communicatio communeque coniugum consilium necnon sedula parentum cooperatio in filiorum educatione requiruntur. Praesentia actuosa patris eorumdem efformationi magnopere prodest, sed et cura domestica matris, qua liberi praesertim iuniores indigent, in tuto ponenda est, quin legitima mulieris promotio socialis posthabeatur. Liberi ita educatione instruantur ut ad aetatem adultam provecti pleno responsabilitatis sensu vocationem etiam sacram sequi ac vitae statum eligere queant, in quo, si nuptiis iungantur, familiam propriam, in condicionibus moralibus, socialibus et oeconomicis eidem propitiis, condere possint. Parentum vel tutorum est se iunioribus, in fundanda familia, prudenti consilio, ab eis libenter audiendo, duces praebere, caventes tamen ne eos coactione directa vel indirecta ad matrimonium ineundum aut ad electionem compartis adigant.

Ita familia, in qua diversae generationes conveniunt ac sese mutuo adiuvant ad pleniorem sapientiam acquirendam atque iura personarum cum aliis vitae socialis exigentiis componenda, fundamentum societatis constituit. Ideoque omnes qui influxum in communitates et coetus sociales exercent, ad promotionem matrimonii et familiae efficaciter conferre debent. Potestas civilis veram eorumdem indolem agnoscere, protegere et provehere, moralitatem publicam tueri atque prosperitati domesticae favere, ut sacrum suum munus consideret. Ius parentum prolem procreandi et in sinu familiae educandi tutandum est. Provida legislatione variisque inceptis etiam illi protegantur apto-

[11] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Casti Connubii:* AAS 22 (1930), pp. 547-548; Denz. 2232 (3707) [LE 1005].
[12] Cf. 1 Cor. 7, 5. [13] Cf. Pius XII, Allocutio *Tra le visite*, 20 ian. 1958: AAS 50 (1958), p. 91.
[14] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Casti Connubii:* AAS 22 (1930), pp. 559-561; Denz.-Schön. 3716-3718 [LE 1005]; Pius XII, Allocutio *Conventui Unionis Italicae inter Obstetrices*, 29 oct. 1951: AAS 43 (1951), pp. 835-845 [LE 2242]; Paulus VI, Allocutio *ad Em.mos Patres Purpuratos*, 23 iunii 1964: AAS 56 (1964), pp. 581-589. Quaedam quaestiones quae aliis ac diligentioribus investigationibus indigent, iussu Summi Pontificis, Commissioni pro studio populationis, familiae et natalitatis traditae sunt, ut postquam illa munus suum expleverit, Summus Pontifex iudicium ferat. Sic stante doctrina Magisterii, S. Synodus solutiones concretas immediate proponere non intendit.

http://www.obrascatolicas.com

que adiumento subleventur qui bono familiae infeliciter
1074 carent. /

Christifideles, praesens tempus redimentes [15] atque aeterna a mutabilibus formis discernentes, bona matrimonii et familiae, tum propriae vitae testimonio tum concordi actione cum hominibus bonae voluntatis, diligenter promoveant, et sic, interceptis difficultatibus, providebunt familiae necessitatibus et commodis, quae novis temporibus conveniunt. Ad quem finem obtinendum sensus christianus fidelium, recta hominum conscientia moralis necnon sapientia ac peritia eorum qui in sacris disciplinis versati sunt, magno auxilio erunt.

Qui scientiis, praecipue biologicis, medicis, socialibus et psychologicis eruditi sunt, multum bono matrimonii et familiae, pacique conscientiarum inservire possunt, si collatis studiis diversas condiciones honestae ordinationi procreationis humanae faventes, penitius elucidare conentur.

Sacerdotum est, debita de re familiari eruditione accepta, vocationem coniugum diversis mediis pastoralibus, verbi Dei praedicatione, cultu liturgico aliisve adiumentis spiritualibus in vita eorum coniugali et familiari fovere, eosque humaniter et patienter in difficultatibus roborare atque in caritate confortare ut vere radiosae familiae efformentur.

Varia opera, praesertim familiarum consociationes, iuvenes ipsosque coniuges, praecipue nuper iunctos, doctrina et actione confirmare eosque ad vitam familiarem, socialem et apostolicam formare satagent.

Ipsi denique coniuges, ad imaginem Dei vivi facti et in vero ordine personarum constituti, affectu compari, mente consimili et mutua sanctitate adunati sint [16], ut Christum, vitae principium [17] secuti, in gaudiis et sacrificiis vocationis suae, per suum fidelem amorem, illius testes fiant mysterii dilectionis, quod Dominus morte et resurrectione sua
1075 mundo revelavit [18]. /

Cap. II—*De culturae progressu rite promovendo*

53. *(Introductio).* Ad ipsam personam hominis pertinet ut nonnisi per culturam, hoc est bona naturae valoresque colendo, ad veram plenamque humanitatem accedat. Ubicumque ergo de vita humana agitur, natura et cultura quam intime connectuntur.

Voce *cultura* sensu generali indicantur omnia quibus homo multifarias dotes animi corporisque perpolit atque explicat; ipsum orbem terrarum cognitione et labore in suam potestatem redigere studet; vitam socialem, tam in familia quam in tota consortione civili, progressu morum institutorumque humaniorem reddit; denique magnas experientias spirituales atque appetitiones decursu temporum in operibus suis exprimit, communicat atque conservat, ut ad profectum multorum, quinimmo totius generis humani, inserviant.

Inde sequitur culturam humanam aspectum historicum atque socialem necessario prae se ferre, atque vocem *cultura* saepe sensum sociologicum necnon ethnologicum assumere. Hoc autem sensu de culturarum pluralitate sermo fit. Ex diverso enim modo utendi rebus, laborem praestandi et sese exprimendi, religionem colendi moresque formandi, statuendi leges et iuridica instituta, augendi scientias et artes atque colendi pulchrum, diversae oriuntur communes vivendi condiciones et diversae formae bona vitae componendi. Ita ex traditis institutis efficitur patrimonium cuique humanae communitati proprium. Ita etiam constituitur ambitus definitus et historicus, in quem homo cuiusque gentis vel aetatis inseritur, et ex quo bona ad humanum civilemque cultum promovendum haurit.

Sectio 1: *De culturae condicionibus in mundo hodierno*

54. *(De novis vivendi formis).* Condiciones vitae hominis moderni sub respectu sociali et culturali profunde immutatae sunt, ita ut de nova historiae humanae aetate
1076 loqui liceat [1]. Exinde ad culturam perficiendam ampliusque spargendam novae patent viae. Quas paraverunt ingens / augmentum scientiarum naturalium et humanarum, etiam socialium, incrementum technicarum artium, necnon progressus in excolendis et recte disponendis instrumentis quibus homines inter se communicant. Hinc cultura hodierna particularibus signatur notis: scientiae, quae exactae nuncupantur, iudicium criticum maxime excolunt; recentiora psychologiae studia humanam activitatem profundius explicant; disciplinae historicae valde conferunt ut res sub

[14] Cf. Eph. 5, 16; Col. 4, 5. [15] Cf. *Sacramentarium gregorianum:* PL 78, 262. [16] Cf. Rom. 5, 15 et 12; 6, 5-11; Gal. 2, 20. [17] Cf. Eph. 5, 25-27. [18] Cf. *Expositio introductoria* huius Constitutionis, nn. 4-10.

specie suae mutabilitatis atque evolutionis adspiciantur; vitae consuetudines et mores in dies magis uniformes efficiuntur; industrializatio, urbanizatio aliaeque causae quae vitam communitariam promovent, novas culturae formas creant (mass-culture), ex quibus novi modi sentiendi, agendi otioque utendi nascuntur; aucta simul inter varias gentes societatisque coetus commercia thesauros diversarum culturae formarum omnibus et singulis latius aperiunt, et sic paulatim universalior paratur culturae humanae forma, quae eo magis humani generis unitatem promovet ac exprimit, quo melius diversarum culturarum particularitates observat.

55. *(Homo auctor culturae).* Maior in dies fit numerus virorum ac mulierum cuiusvis coetus vel nationis, qui conscii sunt suae communitatis culturae artifices se esse atque auctores. In universo mundo magis magisque crescit autonomiae simulque responsabilitatis sensus, quod pro spirituali ac morali maturitate generis humani maximi est momenti. Illud clarius apparet, si ante oculos unificationem mundi ponimus atque munus nobis impositum, ut in veritate et iustitia meliorem aedificemus mundum. Tali ergo modo testes sumus novum humanismum nasci, in quo homo imprimis sua responsabilitate erga suos fratres historiamque definitur.

56. *(Difficultates et munera).* Quibus in condicionibus, non est mirandum, hominem, qui responsabilitatem suam sentit pro culturae progressu, altiorem spem nutrire, sed etiam anxio animo adspicere multiplices antinomias exsistentes, quas ipse resolvere debet:

Quid faciendum est, ne frequentiora culturarum commercia, quae inter diversos coetus et nationes ad verum et fructuosum dialogum adducere deberent, vitam communitatum perturbent, neve sapientiam maiorum evertant, neve propriam populorum indolem in discrimen adducant? /
1077

Quomodo dynamismo atque expansioni novae culturae est favendum, quin fidelitas viva erga traditionum hereditatem pereat? Quod particulari modo urget ubi cultura, quae ex ingenti scientiarum artiumque technicarum progressu oritur, componenda est cum eo ingenii cultu qui studiis secundum varias traditiones classicis alitur.

Quomodo tam velox atque progrediens disciplinarum particularium dispersio conformari potest cum necessitate formandi earum synthesim, necnon servandi apud homines facultates contemplationis ac admirationis, quae ad sapientiam adducunt?

Quid faciendum est, ut universi homines bonorum culturalium participes fiant in mundo, cum insimul cultus humanus peritiorum semper sublimior atque complexior evadat?

Quomodo denique prout legitima agnoscenda est autonomia, quam cultura sibi vindicat, quin ad humanismum mere terrestrem, immo ipsi religioni adversantem deveniatur?

In medio quidem illarum antinomiarum cultura humana ita hodie evolvatur oportet, ut integram personam humanam aequo ordine excolat atque homines iuvet in muneribus, ad quae adimplenda omnes, praecipue autem christifideles, in una familia humana fraterne uniti, vocantur.

Sectio 2: *De quibusdam principiis ad culturam rite promovendam*

57. *(Fides et cultura).* Christifideles, ad civitatem caelestem peregrinantes, ea quae sursum sunt quaerere et sapere debent [2]; quo tamen nedum minuatur, potius crescit momentum muneris eorum una cum omnibus hominibus adlaborandi ad aedificationem mundi humanius exstruendi. Et revera fidei christianae mysterium praestantia incitamenta et adiumenta eis praebet ad munus illud impensius adimplendum et praesertim ad plenum huiusmodi operis sensum detegendum, quo cultus humanus in integra hominis vocatione suum eximium obtineat locum.

Cum enim homo opere manuum suarum vel ope technicarum artium terram excolit, ut fructum afferat et dignum universae familiae huma/nae habitaculum fiat, et 1078
cum conscie partes assumit in socialium coetuum vita, ipse exsequitur consilium Dei, initio temporum patefactum, terrae subiciendae [3] creationisque perficiendae, atque seipsum excolit; insimul magnum Christi mandatum servat, sese in servitium fratrum impendendi.

Insuper homo cum in varias philosophiae, historiae atque scientiae mathematicae et naturalis disciplinas incum-

[2] Cf. Col. 3, 1-2. [3] Cf. Gen. 1, 28.

bit et artibus versatur, maxime conferre potest, ut familia humana ad sublimiores veri, boni et pulchri rationes atque ad iudicium universi valoris elevetur et sic clarius illuminetur mirabili Sapientia, quae ab aeterno cum Deo erat, cuncta cum Eo componens, ludens in orbe terrarum, esse cum filiis hominum in deliciis habens [4].

Fo ipso animus hominis, a rerum servitute magis solutus, expeditius ad ipsum Creatoris cultum et contemplationem evehi potest. Immo impulsu gratiae ad agnoscendum Dei Verbum disponitur, quod, antequam caro fieret ad omnia salvanda et in Se recapitulanda, iam in mundo erat, tamquam «lux vera quae illuminat omnem hominem» *(Io. 1, 5)* [5].

Sane hodiernus progressus scientiarum artiumque technicarum, quae vi methodi suae usque ad intimas rerum rationes penetrare nequeunt, cuidam phaenomenismo et agnosticismo favere potest, quando methodus investigandi, qua disciplinae istae utuntur, immerito pro suprema totius veritatis inveniendae regula habetur. Immo periculum adest, ne homo, inventis hodiernis nimis fidens, se sibi sufficere aestimet et altiora amplius iam non quaerat.

Haec tamen infausta non necessario ex hodierna cultura sequuntur, nec nos in tentationem inducere debent, ne eius valores positivos non agnoscamus. Inter quos adnumerantur: scientiarum studium atque exacta fidelitas erga veritatem in inquisitionibus scientificis, necessitas laborandi una cum aliis in coetibus technicis, sensus solidaritatis internationalis, conscientia in dies vividior responsabilitatis peritorum erga homines adiuvandos immo et protegendos, voluntas faustiores reddendi vitae condiciones
1079 omnibus, praesertim illis qui vel responsabilitatis priva-/tione vel culturae paupertate laborant. Haec omnia aliquam praeparationem ad nuntium Evangelii accipiendum afferre valent, quae informari potest caritate divina ab Eo qui venit ut mundum salvaret.

58. *(De multiplici inter bonum nuntium Christi et culturam humanam connexione).* Inter nuntium salutis et culturam humanam multiplices nexus inveniuntur. Nam Deus, populo suo sese revelans usque ad plenam sui manifestationem in Filio incarnato, locutus est secundum culturam diversis aetatibus propriam.

Pariter Ecclesia, decursu temporum variis in condicionibus vivens, diversarum culturarum inventa adhibuit, ut nuntium Christi in sua praedicatione ad omnes gentes diffundat et explicet, illud investiget et altius intelligat, in celebratione liturgica atque in vita multiformis communitatis fidelium melius exprimat.

At simul, ad omnes populos cuiusvis aetatis et regionis missa, Ecclesia nulli stirpi aut nationi, nulli particulari morum rationi, nulli antiquae aut novae consuetudini exclusive et indissolubiliter nectitur. Propriae traditioni inhaerens et insimul missionis suae universalis conscia, communionem cum diversis culturae formis inire valet, qua tum ipsa Ecclesia tum variae culturae ditescunt.

Bonum Christi nuntium hominis lapsi vitam et cultum continenter renovat, et errores ac mala, ex semper minaci peccati seductione manantia, impugnat et removet. Mores populorum indesinenter purificat et elevat. Animi ornamenta dotesque cuiuscumque populi vel aetatis supernis divitiis velut ab intra fecundat, communit, complet atque in Christo restaurat [6]. Sic Ecclesia, proprium implendo munus [7], iam eo ipso ad humanum civilemque cultum impellit atque confert, et actione sua, etiam liturgica, hominem ad interiorem libertatem educat.

59. *(De diversis rationibus in cultus humani formis rite componendis).* Supradictis rationibus, Ecclesia in mentem
1080 omnium revocat culturam ad integram personae humanae perfectionem, ad bonum communitatis / et totius humanae societatis esse referendam. Quare oportet animum ita excolere, ut promoveatur facultas admirandi, intus legendi, contemplandi atque efformandi iudicium personale et excolendi sensum religiosum, moralem ac socialem.

Cultura enim, cum ex hominis indole rationali et sociali immediate fluat, indesinenter indiget iusta libertate ad sese explicandam atque legitima, secundum propria principia, sui iuris agendi facultate. Iure merito ergo postulat reverentiam et quadam gaudet inviolabilitate, servatis utique iuribus personae et communitatis, sive particularis sive universalis, intra fines boni communis.

[4] Cf. Prov. 8, 30-31.
[5] Cf. S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 11, 8: ed. Sagnard, p. 200; cf. *ib.*, 16, 6: pp. 290-292; 21, 10-22: pp. 370-372; 22, 3: p. 378; etc. [6] Cf. Eph. 1, 10. [7] Cf. verba Pii XI ad Exc.mum D.num Roland-Gosselin: «Il ne faut jamais perdre de vue que l'objectif de l'Eglise est d'évangéliser et non de civiliser. Si elle civilise, c'est par l'évangélisation» (Semaine Sociale de Versailles, 1936, pp. 461-462).

Sacra Synodus, recolens ea quae Concilium Vaticanum Primum docuit, declarat «duplicem esse ordinem cognitionis» distinctum, nempe fidei et rationis, nec sane Ecclesiam vetare ne «humanarum artium et disciplinarum culturae... in suo quaeque ambitu propriis utantur principiis et propria methodo»; quare «iustam hanc libertatem agnoscens», cultus humani et praesertim scientiarum legitimam autonomiam affirmat [8].

Haec omnia postulant quoque ut homo, morali ordine communique utilitate servatis, libere possit verum inquirere et opinionem suam declarare ac vulgare, atque artem qualemcumque colere; ut denique secundum veritatem de publicis eventibus certior fiat [9].

Ad publicam vero auctoritatem pertinet, non propriam cultus humani formarum indolem determinare, sed condiciones et subsidia ad vitam culturalem inter omnes promovendam fovere, etiam intra minoritates alicuius nationis [10]. Ideo praeprimis instandum est, ne cultura, a proprio fine aversa, potestatibus politicis vel oeconomicis servire cogatur.

Sectio 3: *De quibusdam urgentioribus christianorum muneribus circa culturam*

60. *(Ius ad culturae beneficia omnibus agnoscatur et in rem deducatur).* Cum nunc facultas praebeatur plurimos homines ab ignorantiae mi/seria liberandi, officium nostrae 1081
aetati maxime consentaneum est, praesertim pro christianis, strenue adlaborandi ut, tam in re oeconomica quam in re politica, tam in campo nationali quam internationali, ferantur iudicia fundamentalia, quibus ius omnium ad humanum civilemque cultum, personae dignitati congruum, sine discrimine stirpis, sexus, nationis, religionis aut socialis condicionis, ubique terrarum agnoscatur et ad rem deducatur. Ideo sufficiens bonorum culturalium copia omnibus providenda est, praesertim eorum quae constituunt culturam sic dictam fundamentalem, ne plurimi litterarum ignorantia responsabilisque actuositatis privatione a cooperatione vere humana ad bonum commune impediantur.

Contendendum est itaque ut homines, quorum ingenii vires id ferant, ad altiores studiorum ordines ascendere queant; ita quidem ut iidem, quoad fieri possit, in humana societate ad munera, officia et servitia emergant, tum suo ingenio, tum peritiae quam acquisierint consentanea [11]. Sic quilibet homo et coetus sociales cuiuscumque populi ad plenam vitae suae culturalis explicationem, suis dotibus atque traditionibus congruam, pertingere valebunt.

Enixe insuper adlaborandum est ut omnes conscii fiant tum iuris ad culturam, tum officii quo astringuntur sese excolendi aliosque adiuvandi. Condiciones enim vitae et laboris quandoque exstant, quae impediunt contentiones culturales hominum et in ipsis studium culturae destruunt. Res speciali ratione pro ruricolis et opificibus valet, quibus praebeantur oportet tales condiciones operam suam praestandi, quae humanam eorum culturam non praepediant sed promoveant. Mulieres in fere omnibus vitae campis iam adlaborant; convenit autem ut partes suas secundum propriam indolem plene assumere valeant. Omnium erit, ut mulierum propria necessariaque participatio vitae culturalis agnoscatur atque promoveatur.

61. *(De educatione ad hominis integrum cultum).* Maior hodie adest difficultas quam olim varias cognitionis disciplinas et artes in synthesim redigendi. Dum enim crescunt moles et diversitas elementorum, quae culturam constituunt, insimul minuitur facultas pro singulis hominibus / 1082
eadem percipiendi et organice componendi, ita ut imago *hominis universalis* magis ac magis evanescat. Attamen unicuique homini remanet officium retinendi rationem totius personae humanae, in qua eminent intelligentiae, voluntatis, conscientiae et fraternitatis valores, qui omnes in Deo Creatore fundantur et in Christo mirabiliter sanati et elevati sunt.

Quasi mater et nutrix huius educationis est imprimis familia, in qua liberi, amore foti, rectum rerum ordinem facilius condiscunt, dum probatae cultus humani formae quasi naturaliter in progredientis adolescentiae animum transfunduntur.

[8] Conc. Vat. I, Const. dogm. De fide cath., *Dei Filius*, cap. IV: Denz. 1795, 1799 (3015, 3019). Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Quadragesimo anno:* AAS 23 (1931), p. 190 [LE 1027].
[9] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris:* AAS 55 (1963), p. 260 [LE 3110].
[10] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris:* AAS 55 (1963), p. 283 [LE 3110]. Pius XII, Nuntius radiophon., 24 dec. 1941: AAS 34 (1942), pp. 16-17.
[11] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris:* AAS 55 (1963), p. 260 [LE 3110].

http://www.obrascatolicas.com

Pro eadem educatione in societatibus hodiernis exstant opportunitates, praesertim ex aucta librorum diffusione atque novis instrumentis communicationis culturalis et socialis, quae universali culturae favere possunt. Imminuto enim passim laboris spatio in dies augescunt pro pluribus hominibus commoda. Otia ad animum relaxandum et mentis ac corporis sanitatem roborandam rite insumantur, per liberas industrias et studia, versus alias regiones itinera (turismus), quibus ingenium hominis expolitur, sed et homines mutua cognitione locupletantur, per exercitationes quoque et manifestationes sportivas, quae ad animi aequilibrium, etiam in communitate, servandum necnon ad fraternas relationes inter homines omnium condicionum, nationum vel diversae stirpis statuendas, adiumentum praebent. Christifideles ergo cooperentur ut culturae manifestationes actionesque collectivae, quae nostrae aetatis sunt propriae, spiritu humano et christiano imbuantur.

Haec autem omnia commoda educationem hominis ad integrum sui cultum perficere non valent, si insimul profunda interrogatio de sensu culturae et scientiae pro persona humana negligitur.

62. *(De humano civilique cultu cum christiana institutione rite componendo).* Quamvis Ecclesia ad culturae progressum multum contulerit, experientia tamen constat compositionem culturae cum christiana institutione ex causis contingentibus non semper sine difficultatibus procedere.

Istae difficultates non necessario vitae fidei damnum afferunt, immo ad accuratiorem et altiorem intelligentiam fidei mentem excitare possunt. Etenim scientiarum, necnon historiae ac philosophiae recentiora studia et inventa
1083 novas suscitant quaestiones, quae sequelas pro vita / quoque secumferunt et etiam a theologis novas investigationes postulant. Praeterea theologi, servatis propriis scientiae theologicae methodis et exigentiis, invitantur ut aptiorem modum doctrinam cum hominibus sui temporis communicandi semper inquirant, quia aliud est ipsum depositum Fidei seu veritates, aliud modus secundum quem enuntiantur, eodem tamen sensu eademque sententia [12]. In cura pastorali non tantum principia theologica, sed etiam inventa scientiarum profanarum, imprimis psychologiae et sociologiae, satis agnoscantur et adhibeantur, ita ut etiam fideles ad puriorem et maturiorem fidei vitam ducantur.

Suo quoque modo litterae et artes pro vita Ecclesiae magni sunt momenti. Indolem enim propriam hominis, eius problemata eiusque experientiam in conatu ad seipsum mundumque cognoscendum et perficiendum ediscere contendunt; situationem eius in historia et in universo mundo detegere necnon miserias et gaudia, necessitates et vires hominum illustrare atque sortem hominis meliorem adumbrare satagunt. Ita vitam humanam, multiplicibus formis secundum tempora et regiones expressam, elevare valent.

Exinde adlaborandum est ut artium illarum cultores se ab Ecclesia in sua navitate agnitos sentiant et, ordinata libertate fruentes, faciliora commercia cum communitate christiana instituant. Novae quoque formae artis, quae coaevis nostris aptantur iuxta variarum nationum et regionum indolem, ab Ecclesia agnoscantur. In sanctuario autem recipiantur, cum, modo dicendi accommodato et liturgiae exigentiis conformi, mentem ad Deum erigunt [13].

Sic notitia Dei melius manifestatur ac praedicatio evangelica in intellectu hominum magis perspicua fit et eorum condicionibus quasi insita apparet.

Fideles ergo coniunctissime cum aliis suae aetatis homi-
nibus vivant, et perfecte eorum cogitandi atque sentiendi modos, qui per ingenii cultum exprimuntur, percipere studeant. Novarum scientiarum et doctrinarum necnon novis-
1084 simorum inventorum notitias cum christianis moribus christianaeque doctrinae institutione coniungant, ut religionis cultus animique probitas apud ipsos pari gressu procedant cum scientiarum cognitione et cotidie progredientibus technicorum artibus, et ideo ipsi valeant res omnes integro christiano sensu probare atque interpretari.

Qui theologicis disciplinis in Seminariis et Studiorum Universitatibus incumbunt, cum hominibus qui in aliis scientiis excellunt, collatis viribus atque consiliis, cooperari studeant. Theologica inquisitio insimul profundam veritatis revelatae cognitionem prosequatur et coniunctionem cum proprio tempore ne negligat, ut homines variis disciplinis excultos ad pleniorem fidei scientiam iuvare possit.

[12] Cf. Ioannes XXIII, Allocutio habita d. 11 oct. 1962, in initio Concilii: AAS 54 (1962), p. 792 [LE 3083].
[13] Cf. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 123: AAS 56 (1964), p. 131 [LE 3141]; Paulus VI, *Discorso agli artisti romani*, 7 maii 1964: AAS 56 (1964), pp. 439-442.

Haec socia opera plurimum proderit institutioni sacrorum ministrorum qui Ecclesiae doctrinam de Deo, de homine et de mundo aptius coaevis nostris explanare poterunt, ita ut verbum illud etiam libentius ab eis susciplatur [14]. Immo optandum ut plures laici congruam in disciplinis sacris institutionem adipiscantur, nec pauci inter eos haec studia, data opera, colant et altius producant. Ut vero munus suum exercere valeant, agnoscatur fidelibus, sive clericis sive laicis, iusta libertas inquirendi, cogitandi necnon mentem suam in humilitate et fortitudine aperiendi in iis in quibus peritia gaudent [15].

Cap. III—*De vita oeconomica-sociali*

63. *(De quibusdam vitae oeconomicae aspectibus).* Etiam in vita oeconomica-sociali personae humanae dignitas eiusque integra vocatio, totiusque societatis bonum, honoranda atque promovenda sunt. Homo enim totius vitae oeconomicae-socialis auctor, centrum et finis est.

Oeconomia hodierna, non secus atque aliae vitae socialis provinciae, crescenti super naturam hominis dominatione notatur, densioribus impensioribusque relationibus atque mutua dependentia, inter cives, coetus et populos, necnon frequentiori politicae potestatis interventione. / Insimul pro- 1085
gressus in rationibus producendi atque in bonis ac servitiis commutandis, oeconomiam aptum effecerunt instrumentum, quo adauctis familiae humanae necessitatibus melius provideri possit.

Non desunt tamen rationes inquietudinis. Homines non pauci, praesertim in regionibus oeconomice progressis, re oeconomica quasi regi videntur, ita ut fere tota eorum vita personalis ac socialis spiritu quodam oeconomistico imbuatur, tam in nationibus quae oeconomiae collectivisticae favent quam in aliis. Eo temporis momento quo vitae oeconomicae incrementum, dummodo rationabiliter humaniterque dirigatur atque coordinetur, inaequalitates sociales mitigare posset, saepe saepius in earum exasperationem, vel etiam alicubi in regressum condicionis socialis debilium et in despectum pauperum vertitur. Dum rebus omnino necessariis ingens multitudo adhuc caret, aliqui, etiam in regionibus minus progressis, opulenter vivunt vel bona dissipant. Luxus et miseria simul exsistunt. Dum pauci maxima deliberandi potestate fruuntur, multi omni paene possibilitate carent propria initiativa ac responsabilitate agendi, saepe etiam in condicionibus vitae et laboris persona humana indignis versantes.

Similes aequilibrii oeconomici socialisque defectus inter agriculturam, industriam ac servitia, sicut etiam inter diversas regiones unius eiusdemque nationis advertuntur. Inter nationes oeconomice magis progressas aliasque nationes gravior in dies oppositio fit, quae ipsam pacem mundi in discrimen vocare potest.

Has disparitates coaevi nostri conscientia in dies vividiore persentiunt, cum eis persuasissimum sit, ampliores technicas et oeconomicas facultates, quibus mundus hodiernus gaudet, hunc infaustum statum rerum corrigere posse atque debere. Inde autem reformationes multae in vita oeconomica-sociali atque mentis et habitudinis conversio ab omnibus requiruntur. Ad hoc Ecclesia iustitiae et aequitatis principia, tam pro vita individuali et sociali, quam pro vita internationali, a recta ratione postulata, in decursu saeculorum sub luce Evangelii exaravit atque his praesertim ultimis temporibus protulit. Sacrum Concilium haec principia secundum adiuncta huius aetatis roborare orientationesque quasdam proferre intendit, exigentias progressionis oeconomicae imprimis respiciens [1]. / 1086

Sectio 1: *De progressione oeconomica*

64. *(De progressione oeconomica in hominis servitium).* Hodie, magis quam antea, ut augmento populi consulatur et crescentibus generis humani optatis satisfiat, incrementum productionis bonorum agriculturae et industriae necnon praestationis servitiorum iure intenditur. Ideo favendum est progressui technico, spiritui innovationis, studio inceptuum creandorum atque ampliandorum, methodis productionis aptandis, ac strenuis quorumcumque productionem exercentium conatibus: omnibus nempe elementis quae huic progressioni inserviunt. Huius autem productio-

[14] Cf. Conc. Vat. II, Decr. de institutione sacerdotali, *Optatam totius*, [LE 3334], et Decl. de educatione christiana, *Gravissimum educationis* [LE 3335].
[15] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, cap. IV, n. 37: AAS 57 (1965), pp. 42-43 [LE 3232].
[1] Cf. Pius XII, Nuntius 23 martii 1952: AAS 44 (1952), p. 273; Ioannes XXIII, Allocutio ad A. C. L. I., 1 maii 1959: AAS 51 (1959), p. 358.

nis finalitas fundamentalis non est merum productorum incrementum, neque lucrum vel dominatus, sed hominis servitium, hominis quidem integri, attento ordine materialium eius necessitatum atque eius vitae intellectualis, moralis, spiritualis ac religiosae exigentiarum, hominis, dicimus, cuiuscumque, et cuiuscumque hominum coetus, cuiusvis stirpis vel mundi regionis. Itaque navitas oeconomica, secundum methodos et leges proprias, intra fines ordinis moralis [2] exercenda est ita ut Dei de homine consilium adimpleatur [3].

65. *(De progressione oeconomica sub consilio hominis).* Progressio oeconomica sub hominis consilio manere debet; nec soli arbitrio paucorum hominum aut coetuum nimia potentia oeconomica pollentium, nec solius communitatis politicae, nec quarundam potentiorum nationum remittenda est. Oportet e contra ut, in quocumque gradu, homines quam plurimi atque, ubi de relationibus internationalibus agitur, omnes nationes in ea dirigenda activas partes habeant. Pariter opus est ut opera spontanea singulorum hominum liberorumque coetuum cum auctoritatum publicarum conatibus coordinentur atque apte et cohaerenter componantur.

Incrementum nec soli cursui quasi mechanico activitatis oeconomicae singulorum nec soli potestati auctoritatis pu-
1087 blicae relinquendum est. / Quare erroris arguendae sunt, tam doctrinae quae specie falsae libertatis reformationibus necessariis obstant, quam illae quae iura fundamentalia personarum singularum et coetuum organizationi productionis collectivae postponunt [4].

Meminerint ceterum cives suum esse ius et officium, etiam a potestate civili agnoscendum, ad verum propriae communitatis progressum pro sua possibilitate conferre. Praesertim in regionibus oeconomice minus progressis, ubi omnes opes urgenter adhibendae sunt, bonum commune graviter in discrimen vocant qui opes suas infructuosas retinent vel —salvo iure personali migrationis— communitatem suam subsidiis sive materialibus sive spiritualibus privant quibus illa eget.

66. *(De ingentibus differentiis oeconomicis-socialibus removendis).* Ut exigentiis iustitiae et aequitatis satisfiat, strenue enitendum est ut, servatis iuribus personarum atque propria indole cuiusque populi, ingentes quae nunc sunt et saepe crescunt inaequalitates oeconomicae cum discriminatione individuali et sociali coniunctae, quam citius removeantur. Pariter, in pluribus regionibus, attentis peculiaribus agriculturae difficultatibus sive in gignendis sive in vendendis bonis, adiuvandi sunt ruricolae cum ad productionem augendam et vendendam, tum ad necessarias evolutiones ac innovationes inducendas, tum ad aequum redditum consequendum, ne, ut saepius accidit, in condicione civium inferioris ordinis maneant. Ipsi autem agricolae, praesertim iuvenes, sese sollerter applicent ad suam peritiam professionalem perficiendam, sine qua progressio agriculturae dari nequit [5].

Iustitia et aequitas item requirunt ut mobilitas, quae in progredientibus rebus oeconomicis necessaria est, ita ordinetur, ne vita hominum singulorum eorumque familia-
1088 rum incerta et praecaria fiat. Erga opifices vero, qui ex alia natione vel regione oriundi, ad promotionem oeconomicam populi vel provinciae labore suo conferunt, quaevis discriminatio quoad condiciones remunerationis vel laboris sedulo vitanda est. Insuper universi, imprimis publicae potestates, illos non simpliciter veluti mera productionis instrumenta sed ut personas habere debent, eosque adiuvare ut familiam suam apud se arcessere et decentem habitationem sibi providere possint, atque eorum insertioni in vitam socialem populi vel regionis recipientis favere. Attamen, quantum fieri potest, in propriis regionibus fonte laboris creentur.

In rebus oeconomicis hodie mutationi obnoxiis uti in novis societatis industrialis formis in quibus e. g. automatio progreditur, curandum est ut labor sufficiens et unicuique conveniens simul ac possibilitas congruae formationis technicae et professionalis praebeatur, et in tuto collocentur victus atque dignitas humana eorum praesertim qui ob morbum vel aetatem gravioribus laborant difficultatibus.

Sectio 2: *De quibusdam principiis totam vitam oeconomicam-socialem regentibus*

67. *(De labore eiusque condicionibus atque de otio).* Labor humanus, qui in bonis gignendis ac commutandis vel in servitiis oeconomicis suppeditandis exercetur, ceteris elementis vitae oeconomicae praestat, quippe quae tantum rationem instrumentorum habeant.

Hic enim labor, sive proprio marte assumatur sive ab alio conducatur, a persona immediate procedit, quae res naturae quasi suo sigillo signat easque suae voluntati submittit. Labore suo, homo ordinarie suam suorumque vitam sustentat, cum fratribus suis coniungitur eisque inservit, germanam caritatem exercere potest atque creationi divinae perficiendae sociam operam praebere. Immo, per laborem Deo oblatum, tenemus hominem ipsi redemptionis operi Iesu Christi consociari, qui praecellentem labori detulit dignitatem, cum in Nazareth propriis manibus operaretur. Exinde oritur pro unoquoque officium fideliter laborandi atque etiam ius ad laborem; societatis vero est, iuxta adiuncta in ea vigentia, pro sua parte cives adiuvare ut sufficientis laboris occasionem invenire possint. Denique ita remunerandus est labor ut homini facultates praebeantur suam suorumque vitam materialem, socialem, culturalem spiritualemque digne excolendi, spectatis uniuscuiusque / munere et productivitate necnon officinae condicioni- 1089
bus et bono communi [6].

Cum navitas oeconomica plerumque consociatio hominum labore fiat, iniquum et inhumanum est illam ita componere et ordinare ut quibusvis laborantibus detrimento sit. Saepius autem accidit, etiam nostris diebus, ut opus facientes quodammodo in servitutem proprii operis redigantur. Quod sic dictis legibus oeconomicis nequaquam iustificatur. Universus igitur fructuosi laboris processus necessitatibus personae eiusque vitae vivendi rationibus accommodandus est; imprimis eius vitae domesticae, praesertim quod ad matres familiae spectat, respectu semper habito et sexus et aetatis. Laborantibus praebeatur insuper facultas proprias qualitates personamque suam in ipso laboris exercitio explicandi. Huic exercitio tempus viresque suas debita cum responsabilitate applicantes, tamen ad vitam familiarem, culturalem, socialem et religiosam colendam etiam sufficienti quiete et otio omnes gaudeant. Immo opportunitatem habeant vires ac potentias libere evolvendi, quas fortasse in labore professionali parum excolere valent.

68. *(De participatione in inceptis et in universa rei oeconomicae dispositione, et de conflictibus in labore).* In inceptis oeconomicis personae consociantur, homines scilicet liberi et sui iuris, ad imaginem Dei creati. Ideo, attentis muneribus uniuscuiusque, sive proprietariorum, sive conductorum operis, sive dirigentium, sive operariorum, atque salva necessaria directionis operis unitate, promoveatur, modis apte determinandis, omnium actuosa participatio in
1090 inceptorum curatione [7]. Cum autem / saepius non iam in ipso incepto, sed altius a superioris ordinis institutis de oeconomicis et socialibus condicionibus decernatur, e quibus sors futura laborantium eorumque liberorum pendet, etiam in his statuendis partem habeant, et quidem per seipsos vel per delegatos libere electos.

Inter fundamentalia personae humanae iura adnumerandum est ius pro laborantibus consociationes libere condendi, quae eos vere repraesentare et ad vitam oeconomicam recto ordine disponendam conferre possint, necnon ius earum navitatem sine ultionis periculo libere participandi. Per huiusmodi ordinatam participationem, cum progrediente formatione oeconomica et sociali iunctam, in dies augebitur apud omnes proprii muneris onerisque conscientia, qua ipsi eo adducantur ut, secundum capacitates aptitu-

[2] Cf. Leo XIII, Litt. Encycl. *Rerum Novarum:* ASS 23 (1890-91), pp. 649-662; Pius XI, Litt. Encycl. *Quadragesimo anno:* AAS 23 (1931), pp. 200-201 [LE 1027]; Id., Litt. Encycl. *Divini Redemptoris:* AAS 29 (1937), p. 92 [LE 1372]; Pius XII, Nuntius radiophonicus in pervigilio Natalis Domini 1942: AAS 35 (1943), p. 20; Id., Allocutio 13 iunii 1943: AAS 35 (1943), p. 172; Id., Nuntius radiophonicus operariis Hispaniae datus, 11 martii 1951: AAS 43 (1951), p. 215; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra:* AAS 53 (1961), p. 419 [LE 2984].
[3] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra:* AAS 53 (1961), pp. 408, 424, 427 [LE 2984]; verbum autem «curatione» desumptum est ex textu latino Litt. Encycl. *Quadragesimo anno:* AAS 23 (1931), p. 199 [LE 1027]. Sub aspectu evolutionis quaestionis cf. etiam: Pius XII, Allocutio 3 iunii 1950: AAS 42 (1950), pp. 485-488; Paulus VI, Allocutio 8 iunii 1964: AAS 56 (1964), pp. 574-579.
[4] Cf. Leo XIII, Litt. Encycl. *Rerum Novarum:* ASS 23 (1890-91), pp. 649-662; Pius XI, Litt. Encycl. *Quadragesimo anno:* AAS 23 (1931), pp. 200-201 [LE 1027]; Id., Litt. Encycl. *Divini Redemptoris:* AAS 29 (1937), p. 92 [LE 1372]; Pius XII, Nuntius radiophonicus in pervigilio Natalis Domini 1942: AAS 35 (1943), p. 20; Id., Allocutio 13 iunii 1943: AAS 35 (1943), p. 172; Id., Nuntius radiophonicus operariis Hispaniae datus, 11 martii 1951: AAS 43 (1951), p. 215; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra:* AAS 53 (1961), p. 419 [LE 2984].
[5] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra:* AAS 53 (1961), pp. 408, 424, 427 [LE 2984]; verbum autem «curatione» desumptum est ex textu latino Litt. Encycl. *Quadragesimo anno:* AAS 23 (1931), p. 199 [LE 1027]. Sub aspectu evolutionis quaestionis cf. etiam: Pius XII, Allocutio 3 iunii 1950: AAS 42 (1950), pp. 485-488; Paulus VI, Allocutio 8 iunii 1964: AAS 56 (1964), pp. 574-579.
[6] Quoad problema agriculturae cf. praesertim Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra:* AAS 53 (1961), p. 401 ss. [LE 2984].

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO
http://www.obrascatolicas.com

dinesque sibi proprias, totius operis progressionis oeconomicae et socialis necnon universi boni communis procurandi socios se sentiant.

Cum vero conflictus oeconomici-sociales oriuntur, ut ad pacificam eorum solutionem deveniatur enitendum est. Licet autem semper praeprimis ad sincerum inter partes colloquium sit recurrendum, operistitium tamen, et in hodiernis adiunctis, ad propria iura defendenda et ad iusta laborantium quaesita implenda, adiumentum necessarium, etsi ultimum, manere potest. Quamprimum vero viae ad negotiationem et conciliationis colloquium resumendum quaerantur.

69. *(De bonorum terrestrium ad universos homines destinatione).* Deus terram cum omnibus quae in ea continentur in usum universorum hominum et populorum destinavit, ita ut bona creata aequa ratione ad omnes affluere debeant, iustitia duce, caritate comite [8]. Quaecumque formae proprietatis sint, legitimis institutis populorum accommodatae, secundum diversa atque mutabilia adiuncta, ad hanc bonorum universalem destinationem semper attendendum est. Quapropter homo, illis bonis utens, res exteriores quas legitime possidet non tantum tamquam sibi proprias, sed etiam tamquam communes habere debet, eo sensu ut non sibi tantum sed etiam aliis prodesse queant [9]. Ceterum, ius
1091 habendi / partem bonorum sibi suisque familiis sufficientem omnibus competit. Ita Patres Doctoresque Ecclesiae senserunt, docentes ad pauperes sublevandos homines obligari, et quidem, non tantum ex superfluis [10]. Qui autem in extrema necessitate degit, ius habet ut ex aliorum divitiis necessaria sibi procuret [11]. Cum tot sint in mundo fame oppressi, Sacrum Concilium omnes sive singulos sive auctoritates urget ut, illius sententiae Patrum memores: Pasce fame morientem, quia si non pavisti occidisti [12], pro uniuscuiusque facultate, bona sua revera communicent et impendant, praesertim illos, sive singulos sive populos, auxiliis muniendo, quibus ipsi sese adiuvare atque evolvere possint.

In societatibus oeconomice minus progressis non raro destinationi communi bonorum ex parte per consuetudines et traditiones communitati proprias satis fit, quibus unicuique membro bona prorsus necessaria praebentur. Vitandum tamen est ne consuetudines quaedam ut omnino immutabiles habeantur, si novis exigentiis huius temporis non iam respondeant; altera vero parte, ne contra honestas
1092 consuetudines imprudenter agatur quae, dummodo hodiernis adiunctis apte accommo/dentur, perutiles esse non desinunt. Similiter in nationibus oeconomice valde progressis, corpus quoddam socialium institutionum, ad cautionem et securitatem spectantium, communem bonorum destinationem pro sua parte ad actum adducere potest. Ulterius promovenda sunt servitia familiaria et socialia, praesertim quae animi cultui atque educationi consulunt. In his omnibus instituendis, invigilandum tamen est ne cives ad quamdam erga societatem inertiam inducantur neve suscepti officii onus reliciant et servitium repudient.

70. *(De bonorum collocationibus et de re nummaria).* Bonorum collocationes, ex sua parte, tendere debent ad occasiones laboris reddituque sufficientes tam populo hodierno quam futuro procurandos. Quicumque de his collo-

[8] Cf. Pius XII, Epist. Encycl. *Sertum laetitiae:* AAS 31 (1939), p. 643; Ioannes XXIII, Allocutio consistorialis: AAS 52 (1960), pp. 5-11; Io., Litt. Encycl. *Mater et Magistra:* AAS 53 (1961), p. 411 [LE 2984].

[9] Cf. S. Thomas, *Summa Theol.* II-II, q. 32, a. 5 ad 2; *Ibid.*, q. 66, a. 2; cf. explicationem in Leo XIII, Litt. Encycl. *Rerum novarum:* ASS 23 (1890-91), p. 651; cf. etiam Pius XII, Allocutio 1 iunii 1941: AAS 33 (1941), p. 199; Io., Nuntius radiophonicus natalicius 1954: AAS 47 (1955), p. 27.

[10] Cf. S. Basilius, *Hom. in illud Lucae «Destruam horrea mea»* n. 2: PG 31, 263; Lactantius, *Divinarum Institutionum*, lib. V, de iustitia: PL 6, 565 B; S. Augustinus, *In Joann. Ev.* tr. 50, n. 6: PL 35, 1760; Io., *Enarratio in Ps.* CXLVII, 12: PL 37, 1922; S. Gregorius M., *Homiliae in Ev.*, hom. 20, 12: PL 76, 1165; Io., *Regulae Pastoralis liber*, pars III, c. 21: Pl. 77, 87; S. Bonaventura, *In III Sent.* d. 33, dub. 1; ed. Quaracchi III, 728; Io., *In IV Sent.* d. 15, p. p. II, a. 2, q. 1: *ibid.* IV, 371 b; *Quaest. de superfluo:* rm. Assisi, *Bibl. comun.* 186, ff. 112a-113a; S. Albertus M., *In III Sent.*, d. 33, a. 3, sol. 1; ed. Borgnet XXVIII, 611; Io., *In IV Sent.* d. 15, a. 16: *ibid.* XXIX, 494-497. Quod autem ad determinationem superfui nostris temporibus cf. Ioannes XXIII, Nuntius radiotelevisificus 11 sept. 1962: AAS 54 (1962), p. 682: «Dovere di ogni uomo, dovere impellente del cristiano è di considerare il superfluo con la misura delle necessità altrui, e di ben vigilare perchè l'amministrazione e la distribuzione dei beni creati venga posta a vantaggio di tutti».

[11] Valet in illo casu antiquum principium «in extrema necessitate omnia sunt communia, id est communicanda». Alia ex parte pro ratione, extensione et modo quo applicatur principium in textu proposito, praeter modernos probatos auctores: cf. S. Thomas, *Summa Theol.* II-II, q. 66, a. 7. Ut patet, pro recta applicatione principii, omnes condiciones moraliter requisitae servandae sunt.

[12] Cf. Gratiani *Decretum*, c. 21, dist. LXXXVI: ed. Friedberg I, 302. Istud dictum inveni*tur* ius in PL 54, 491 A et PL 56, 1132 B. Cf. in *Antonianum* 27 (1952), pp. 349-366.

cationibus et vitae oeconomicae ordinatione decernunt —si-
ve singuli, sive coetus, sive auctoritates publicae—, hos fines prae oculis habere tenentur, atque gravem suam obligationem agnoscere ex una parte invigilandi, ut necessariis ad vitam decentem requisitis, sive singulorum sive totius communitatis, provideantur, ex altera parte futura praevidendi et iustum aequilibrium constituendi inter necessitates hodiernae consumptionis, sive individualis sive collectivae, et exigentias collocandi bona pro generatione ventura. Semper etiam prae oculis habeantur urgentes nationum vel regionum oeconomice minus progressarum necessitates. In re autem monetaria caveatur ne propriae nationis necnon aliarum nationum bono offendatur. Provideatur insuper ne oeconomice debiles ex valoris pecuniae immutatione iniuste detrimentum patiantur.

71. *(De accessione ad proprietatem et dominium privatum bonorum; et de latifundiis).* Cum proprietas ac aliae in bona exteriora dominii privati formae ad expressionem personae conferant, cum insuper occasionem ei praebeant suum munus in societate et oeconomia exercendi, valde interest ut, sive singulorum sive communitatum, ad quoddam bonorum exteriorum dominium accessio foveatur.

Proprietas privata aut dominium quoddam in bona exteriora spatium plane necessarium ad personalem et familiarem autonomiam unicuique conferunt, et velut libertatis humanae extensio considerari debent. / Demum, quia ad 1093
munus onusque exercendum stimulos addunt, condicionem quamdam libertatum civilium constituunt [13].

Formae talis dominii vel proprietatis sunt hodie diversae et in dies adhuc magis diversificantur. Omnes autem, non obstantibus fundis socialibus, iuribus et ministeriis a societate procuratis, causa non parvipendenda securitatis manent. Quod non tantum de proprietatibus materialibut dicendum est, sed etiam de immaterialibus bonis, uti suns capacitates professionales.

Ius autem privati dominii illi iuri non obstant quod variis formis proprietatum publicarum inest. Translatio quidem bonorum in publicam proprietatem non nisi a competenti auctoritate, iuxta boni communis exigentias et intra eius limites, aequa compensatione oblata, fieri potest. Praeterea, ad publicam auctoritatem pertinet praecavere ne quis privata proprietate contra bonum commune abutatur [14].

Ipsa autem proprietas privata et indolem socialem natura sua habet, quae in communis destinationis bonorum lege fundatur [15]. Qua sociali indole neglecta, proprietas multoties occasio cupiditatum et gravium perturbationum fieri accidit, ita ut ad ipsum ius in discrimen vocandum impugnatoribus praetextus detur.

In pluribus regionibus oeconomice minus progressis, magni vel etiam latissimi rustici fundi existunt, mediocriter exculti vel lucri causa sine ulla cultura manentes, dum maior pars populi vel terris caret vel minimis tantum agris gaudet, atque, ex altera parte, incrementum fructificationis agrorum evidenter urgens apparet. Non raro ii qui a dominis ad laborem conducuntur, vel qui partem illorum titulo locationis colunt, nonnisi stipendium vel proventum homine indignum / recipiunt, decenti habitatione privantur, 1094
necnon a mediatoribus exspoliantur. Omni securitate carentes, sub tali personali famulatu vivunt, ut fere omnis facultas sponte et cum responsabilitate agendi eis tollatur, omnisque promotio in cultu humano et omnis pars in vita sociali et politica illis prohibeantur. Pro variis igitur casibus reformationes necessariae sunt: ut crescant reditus, emendentur condiciones laboris, augeatur securitas in conductione, deturque incitamentum ad sponte operandum; immo ut distribuantur fundi non satis excultiis qui easdem terras fructuosas reddere valeant. Quo in casu suppeditanda sunt res et media necessaria, praesertim educationis subsidia et iustae ordinationis cooperativae facultates. Quoties autem proprietatis ademptionem bonum commune exegerit, compensatio ex aequitate, omnibus adiunctis perpensis, aestimanda est.

72. *(De navitate oeconomica-sociali et de Regno Christi).* Christiani qui activas partes in hodierna progressione oe-

[13] Cf. Leo XIII, Litt. Encycl. *Rerum Novarum:* ASS 23 (1890-91), pp. 643-646; Pius XI, Litt. Encycl. *Quadragesimo anno:* AAS 23 (1931), p. 191 [LE 1027]; Pius XII, Nuntius radiophonicus in pervigilio Natalis Domini 1942: AAS 35 (1943), p. 17; Io., Nuntius radiophonicus 1 sept. 1944: AAS 36 (1944), p. 253; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra:* AAS 53 (1961), pp. 428-429 [LE 2984].

[14] Cf. Pius XI, Litt. Encycl. *Quadragesimo anno:* AAS 23 (1931), p. 214 [LE 1027]; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra:* AAS 53 (1961), p. 429 [LE 2984].

[15] Cf. Pius XII, Nuntius Radiophonicus Pent. 1941: AAS 44 (1942), p. 199; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra:* AAS 53 (1961), p. 430 [LE 2984].

conomica-sociali agunt et iustitiam caritatemque propugnant, persuasum sibi habeant se multum ad humanitatis prosperitatem et mundi pacem conferre posse. In his activitatibus sive singuli sive consociati exemplo fulgeant. Acquisitis quidem peritia experientiaque omnino necessariis, inter terrestres navitates rectum ordinem servent, in fidelitate erga Christum Eiusque Evangelium, ita ut integra eorum vita, tam individualis quam socialis, spiritu Beatitudinum, notabiliter paupertatis, imbuatur.

Quicumque Christo oboediens, primum quaerit Regnum Dei, inde validiorem ac puriorem amorem suscipit, ad omnes fratres suos adiuvandos et ad opus iustitiae, inspirante caritate, perficiendum [16].

Cap. IV—*De vita communitatis politicae*

73. *(De hodierna vita publica).* Nostris temporibus profundae advertuntur transformationes etiam in compage et institutionibus populorum, quae ipsorum evolutionem cul-
1095 turalem, oeconomicam ac socialem conse/quuntur; quae transformationes magnum influxum in communitatis politicae vitam exercent, praesertim quod attinet ad omnium iura et officia in libertatis civilis exercitio ac in bono communi attingendo et ad civium relationes inter se et cum publica auctoritate ordinandas.

Ex vividiore humanae dignitatis conscientia exoritur, in variis mundi regionibus, studium ordinem politicum-iuridicum instaurandi, in quo personae iura in vita publica melius protegantur, ut sunt iura libere sese coadunandi, consociandi, proprias opiniones exprimendi ac religionem privatim publiceque profitendi. Tutamen enim personae iurium condicio necessaria est ut cives, sive singuli sive consociati, in rei publicae vita et moderamine actuose participare possint.

Una cum progressu culturali, oeconomico ac sociali apud plures roboratur desiderium assumendi maiorem partem in communitatis politicae vita ordinanda. In multorum conscientia studium augetur ut iura minorum alicuius nationis partium serventur, earum officiis erga communitatem politicam non neglectis; insuper reverentia in dies increscit erga homines aliam opinionem vel aliam religionem profitentes; simul latior instituitur cooperatio, ut omnes cives, et non tantum quidam privilegiis ornati, iuribus personalibus reapse frui possint.

Reprobantur autem quaecumque formae politicae, in aliquibus regionibus vigentes, quae libertatem civilem vel religiosam praepediunt, victimas cupiditatum et criminum politicorum multiplicant ac exercitium auctoritatis a bono communi ad commodum cuiusdam factionis vel ipsorum moderatorum detorquent.

Ad vitam politicam vere humanam instaurandam nihil melius est quam interiorem iustitiae et benevolentiae ac servitii boni communis sensum fovere atque persuasiones fundamentales circa veram indolem communitatis politicae necnon circa finem, rectum exercitium et limites publicae auctoritatis corroborare.

74. *(De communitatis politicae natura et fine).* Homines, familiae et varii coetus, qui communitatem civilem constituunt, propriae insufficientiae ad vitam plene humanam instituendam conscii sunt et necessitatem amplioris communitatis percipiunt, in qua omnes, ad commune bonum semper melius procurandum, cotidie proprias vires
1096 conferant [1]. / Quapropter communitatem politicam secundum varias formas constituunt. Communitas ergo politica propter illud commune bonum exsistit, in quo suam plenam iustificationem et sensum obtinet, et ex quo ius suum primigenum et proprium depromit. Bonum vero commune summam complectitur earum vitae socialis condicionum, quibus homines, familiae et consociationes, suam ipsorum perfectionem plenius atque expeditius consequi possint [2].

Multi autem et diversi sunt homines, qui in communitatem politicam conveniunt et legitime in diversa consilia declinare possunt. Ne igitur, unoquoque in suam sententiam abeunte, communitas politica distrahatur, auctoritas requiritur, quae omnium civium vires in bonum commune dirigat, non mechanice nec despotice, sed imprimis ut vis moralis, quae libertate et suscepti officii onerisque conscientia nititur.

Patet ergo communitatem politicam et auctoritatem publicam in natura humana fundari ideoque ad ordinem a

[16] Pro recto usu bonorum iuxta doctrinam Novi Testamenti cf. Lc. 3, 11; 19, 30 ss.; 11, 41; 1 Pt. 5, 3; Mc. 8, 36; 12, 29-31; Iac. 5, 1-6; 1 Tim. 6, 8; Eph. 4, 28; 2 Cor. 8, 13 ss.; 1 Io. 3, 17-18.

[1] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra:* AAS 53 (1961), p. 417 [LE 2984]. [2] Cf. Id., *ibid.*

Deo praefinitum pertinere; etsi regiminis determinatio et moderatorum designatio liberae civium voluntati relinquantur [3].

Sequitur item auctoritatis politicae exercitium sive in communitate ut tali, sive in institutis rem publicam repraesentantibus, semper intra fines ordinis moralis ad effectum deducendum esse, ad commune bonum —et quidem dynamice conceptum— procurandum, secundum ordinem iuridicum legitime statutum vel statuendum. Tunc cives ad oboedientiam praestandam ex conscientia obligantur [4]. Exinde vero patet responsabilitas, dignitas et momentum eorum, qui praesunt.

Ubi autem a publica auctoritate, suam competentiam excedente, cives premuntur, ipsi, quae a bono communi obiective postulantur, ne recusent; fas vero sit eis contra abusum huius auctoritatis sua conciviumque suorum iura defendere, illis servatis limitibus, quos lex naturalis et evangelica delineat.

Modi vero concreti, quibus communitas politica propriam compagem et publicae auctoritatis temperationem ordinat, varii esse possunt secundum diversam populorum indolem et historiae progressum; sem/per autem ad homi- 1097
nem excultum, pacificum et erga omnes beneficum efformandum inservire debent, ad totius familiae humanae emolumentum.

75. *(De omnium in vita publica cooperatione).* Cum humana natura plene congruit ut structurae politicae-iuridicae inveniantur, quae omnibus civibus semper melius ac sine ulla discriminatione possibilitatem effectivam praebeant libere et actuose participandi tum in fundamentis iuridicis communitatis politicae statuendis, tum in rei publicae moderamine et variorum institutorum campis et finibus determinandis, tum in moderatorum electione [5]. Memores ergo omnes cives sint iuris simul et officii suo libero suffragio utendi ad bonum commune promovendum. Ecclesia laude et consideratione dignum opus illorum habet, qui in hominum servitium rei publicae bono se devovent et huius officii onera suscipiunt.

Ut civium cooperatio, cum officii conscientia coniuncta, in cotidiana publicae rei vita effectum suum felicem attingat, requiritur positivus ordo iuris, in quo conveniens divisio munerum et institutorum auctoritatis publicae atque simul efficax tuitio iurium, neminique obnoxia, instaurentur. Omnium personarum, familiarum ac coetuum iura eorumque exercitium agnoscantur, serventur et promoveantur [6], simul cum officiis, quibus cuncti cives obstringuntur. Inter quae officium meminisse oportet rei publicae materialia et personalia servitia praestandi, quae ad bonum commune requiruntur. Caveant moderatores ne coetus familiares, sociales, aut culturales, corpora aut instituta intermedia, impediant, neve ea sua legitima et efficaci actione privent, quam potius libenter et ordinatim promovere satagant. Cives vero, sive singuli sive consociati, caveant ne nimiam potestatem publicae auctoritati tribuant, neve nimia commoda et utilitates ab ipsa inopportune postulent, ita ut personarum, familiarum necnon coetuum socialium officii onus imminuant. / 1098

Ab implicatioribus nostrae aetatis adiunctis publica auctoritas saepius in res sociales et oeconomicas atque culturales se interponere cogitur ad aptiores inducendas conditiones, quibus cives ac coetus ad integrum humanum bonum libere prosequendum efficacius iuventur. Secundum autem diversas regiones et populorum evolutionem diverso modo intellegi possunt relationes inter socializationem [7] et personae autonomiam ac progressum. Sed ubi exercitium iurium propter bonum commune ad tempus restringitur, libertas, circumstantiis mutatis, quam primum restituatur. At inhumanum est quod auctoritas politica incidat in formas totalitarias vel in formas dictatorias quae iura personae vel socialium coetuum laedant.

Cives pietatem erga patriam magnanimiter et fideliter excolant, sine tamen mentis angustia, ita scilicet ut ad bonum totius familiae humanae, quae variis nexibus inter stirpes, gentes ac nationes coniungitur, semper simul animum intendant.

Christifideles omnes in communitate politica specialem et propriam vocationem sentiant, qua exemplo praefulgere

[3] Cf. Rom. 13, 1-5. [4] Cf. Rom. 13, 5.

[5] Cf. Pius XII, Nuntius radioph., 24 dec. 1942: AAS 35 (1943), pp. 9-24; 24 dec. 1944: AAS 37 (1945), pp. 11-17; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris:* AAS 55 (1963), pp. 263, 271, 277-278 [LE 3110].

[6] Cf. Pius XII, Nuntius radioph., 1 iun. 1941: AAS 33 (1941), AAS 33 (1941), p. 200; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris: l. c.*, pp. 273-274 [LE 3110].

[7] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra:* AAS 53 (1961), pp. 415-418 [LE 2984].

http://www.obrascatolicas.com

debent quatenus officii conscientia sunt adstricti et communi bono excolendo inserviunt, ita ut factis quoque commonstrent quomodo auctoritas cum libertate, inceptio personalis cum totius corporis socialis coniunctione ac necessitudine, unitas opportuna cum proficua diversitate componantur. Circa rem temporalem ordinandam legitimas, at inter se discrepantes, opiniones agnoscant, civesque, etiam consociatos, qui eas honeste defendunt, revereantur. Partes autem politicae ea promovere debent, quae earum iudicio ad bonum commune requiruntur; numquam vero propriam utilitatem communi bono praeponere licet.

Educatio vero civilis et politica, hodie tum populo tum praesertim iuvenibus maxime necessaria, sedulo curanda est, ut omnes cives in communitatis politicae vita partes suas agere valeant. Qui idonei sunt aut fieri possunt ad artem politicam, difficilem simul et nobilissimam [8], sese praeparent et eam, proprii commodi et venalis beneficii immemores, exercere satagant. Contra iniuriam et oppres-
1099 sionem, unius hominis vel/partis politicae arbitrarium dominatum et intolerantiam, integritate morum ac prudentia agant; sinceritate autem et aequitate, immo caritate et fortitudine politica, bono omnium se devoveant.

76. *(Communitas politica et Ecclesia).* Magni momenti est, praesertim ubi societas pluralistica viget, ut rectus respectus relationis inter communitatem politicam et Ecclesiam habeatur, utque inter ea, quae christifideles, sive singuli sive consociati, suo nomine tamquam cives, christiana conscientia ducti, et ea, quae nomine Ecclesiae una cum pastoribus suis agunt, clare distinguatur.

Ecclesia, quae, ratione sui muneris et competentiae, nullo modo cum communitate politica confunditur, neque ad ullum systema politicum alligatur, simul signum est et tutamentum transcendentiae humanae personae.

Communitas politica et Ecclesia in proprio campo ab invicem sunt independentes et autonomae. Ambae autem, licet diverso titulo, eorumdem hominum vocationi personali et sociali inserviunt. Quod servitium eo efficacius in omnium bonum exercebunt, quo ambae melius sanam cooperationem inter se colunt, attentis quoque locorum temporumque adiunctis. Homo enim ad solum ordinem temporalem non coarctatur, sed in historia humana vivens aeternam suam vocationem integre servat. Ecclesia vero, in Redemptoris amore fundata, ad hoc confert ut intra nationis terminos et inter nationes iustitia et caritas latius vigeant. Evangelicam veritatem praedicando atque omnes navitatis humanae provincias, per suam doctrinam et testimonium a christifidelibus exhibitum, illuminando, etiam politicam civium libertatem et responsabilitatem reveretur atque promovet.

Apostoli ipsorumque successores et horum cooperatores, cum mittantur ut hominibus Christum mundi Salvatorem annuntient, in suo apostolatu exercendo Dei potentia innituntur, qui persaepe in testium infirmitate virtutem Evangelii manifestat. Quicumque enim Dei verbi ministerio se devovent, utantur oportet viis et subsidiis Evangelio propriis, quae in pluribus a terrenae civitatis subsidiis differunt.

Res quidem terrenae et ea, quae in hominum condicione
1100 hunc mundum exsuperant, arcte inter se iunguntur, et ipsa Ecclesia rebus temporalibus utitur quantum propria eius missio id postulat. Spem vero/suam in privilegiis ab auctoritate civili oblatis non reponit; immo quorundam iurium legitime acquisitorum exercitio renuntiabit, ubi constiterit eorum usu sinceritatem sui testimonii vocari in dubium aut novas vitae condiciones aliam exigere ordinationem. Semper autem et ubique ei fas sit cum vera libertate fidem praedicare, socialem suam doctrinam docere, munus suum inter homines expedite exercere necnon iudicium morale ferre, etiam de rebus quae ordinem politicum respiciunt, quando personae iura fundamentalia aut animarum salus id exigant, omnia et sola subsidia adhibendo, quae Evangelio et omnium bono secundum temporum et condicionum diversitatem congruant.

Fideliter Evangelio adhaerens et suam missionem in mundo exercens, Ecclesia, cuius est, quidquid verum, bonum et pulchrum in communitate humana invenitur, fovere ac elevare[9], pacem inter homines ad Dei gloriam roborat [10].

[8] Cf. Pius XI, Alloc. *Ai dirigenti della Federazione Universitaria Cattolica: Discorsi di Pio XI*: ed. Bertetto, Torino, vol. I (1960), p. 743.
[9] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 13: AAS 57 (1965), p. 17 [LE 3233]. [10] Cf. Lc. 2, 14.

4895

CAP. V—*De pace fovenda et de communitate gentium promovenda*

77. *(Introductio).* Hisce nostris annis, quibus aerumnae et angustiae ex grassante vel impendente bello profluentes adhuc gravissimae inter homines perdurant, universa familia humana ad horam summi discriminis in suae maturitatis processu pervenit. In unum paulatim congregata atque ubivis suae unitatis melius iam conscia, opus quod ei incumbit, mundum scilicet pro omnibus hominibus ubique terrarum vere humaniorem aedificandi, peragere nequit nisi cuncti ad veritatem pacis renovato animo convertantur. Hinc fit ut evangelicum nuntium, cum altiribus generis humani studiis atque optatis congruens, nostris temporibus nova claritate elucescat dum pacis artifices beatos proclamat, «quoniam filii Dei vocabuntur» *(Mt.* 5, 9).

Ideo Concilium veram et nobilissimam pacis rationem illustrans, belli immanitate damnata, christianos ferventer evocare intendit ut,/auxiliante Christo auctore pacis, cum 1101
omnibus hominibus ad pacem in iustitia et amore inter eos firmandam et ad instrumenta pacis apparanda cooperentur.

78. *(De natura pacis).* Pax non est mera absentia belli, neque ad solum adversarum virium aequilibrium stabiliendum reducitur neque ex imperioso dominatu oritur, sed recte proprieque dicitur «opus iustitiae» *(Is.* 32, 7). Fructus exsistit ordinis humanae societati a divino suo Fundatore insiti et ab hominibus perfectiorem semper iustitiam sitientibus in actum deducendi. Cum enim generis humani bonum commune primaria quidem sua ratione lege aeterna regatur, sed, quoad id quod concrete exigit, progrediente tempore incessantibus mutationibus subiciatur, numquam pax pro semper acquisita est, sed perpetuo aedificanda. Cum insuper labilis sit humana voluntas necnon peccato sauciata, procuratio pacis constantem uniuscuiusque exposcit passionum dominationem et legitimae auctoritatis invigilantiam.

Hoc tamen non sufficit. Pax haec in terris obtineri non potest nisi bonum personarum in tuto collocetur et homines cum fiducia divitias sui animi atque ingenii inter se sponte communicent. Firma voluntas alios homines et populos eorumque dignitatem reverendi studiosumque fraternitatis exercitium ad pacem construendam omnino necessaria sunt. Ita pax fructus etiam amoris exsistit, qui ultra ea progreditur quae iustitia praestare valet.

Pax autem terrena, quae ex dilectione proximi oritur, figura et effectus est pacis Christi, a Deo Patre promanantis. Ipse enim Filius incarnatus, princeps pacis, per crucem suam omnes homines Deo reconciliavit ac, restituens omnium unitatem in uno Populo et uno Corpore, in propria sua carne occidit odium [1] et, resurrectione exaltatus, Spiritum caritatis in corda hominum diffudit.

Quapropter omnes christiani enixe evocantur ut, «veritatem facientes in caritate» *(Eph.* 4, 15), cum hominibus vere pacificis sese uniant ad pacem implorandam et instaurandam.

Eodem spiritu moti, non possumus non laudare eos, qui in iuribus vindicandis actioni violentae renuntiantes, ad media defensionis recurrunt quae ceteroquin etiam debi- 1102
lioribus praesto sunt, dummodo hoc/sine laesione iurium et obligationum aliorum vel communitatis fieri possit.

Quatenus homines peccatores sunt, eis imminet periculum belli, et usque ad adventum Christi imminebit; quatenus autem, caritate coniuncti, peccatum superant, superantur et violentiae, donec impleatur verbum: «Conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces. Non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad proelium» *(Is.* 2, 4).

Sectio 1: *De bello vitando*

79. *(De bellorum immanitate refrenanda).* Quamvis recentia bella nostro mundo gravissima damna tum materialia tum moralia intulerint, adhuc cotidie in aliqua terrarum parte bellum suas vastationes persequitur. Immo, dum arma scientifica cuiuslibet generis in bello adhibentur, saeva eius indoles proeliantes ad barbariem adducere minatur quae illam anteactorum temporum longe superet. Porro condicionis hodiernae complexitas ac relationum inter nationes intricatio permittunt ut novis methodis, iisque insidiosis et subversivis, bella larvata protrahantur. In pluribus adiunctis usus methodorum terrorismi tamquam nova ratio bellandi habetur.

[1] Cf. Eph. 2, 16; Col. 1, 20-22.

4896

Delectum istum humanitatis statum prae oculis habens, Concilium ante omnia in memoriam revocare intendit permanentem vim iuris naturalis gentium eiusque principiorum universalium. Ipsa generis humani conscientia haec principia firmiter magis magisque proclamat. Actiones ergo quae iisdem deliberate adversantur necnon iussa quibus tales actiones praescribuntur scelesta sunt, nec caeca obedientia illios qui iis parent excusare valet. Inter has actiones illae ante omnia recensendae sunt quibus, ratione quadam et methodo, universa gens, natio aut minoritas ethnica exterminantur: quae tamquam crimina horrenda vehementer condemnandae sunt. Maxime vero probandus est animus illorum qui talia praeciplentibus aperte resistere non timescunt.

Exstant de rebus bellicis variae conventiones internationales quibus sat multae nationes subscripserunt, ut minus inhumanae efficiantur actiones militares earumque sequelae: huiusmodi sunt conventiones quae pertinent ad militum vulneratorum aut captivorum sortem, variaeque huius ge-
1103 neris stipulationes Quae pactiones servandae sunt; immo/tenentur omnes, praesertim auctoritates publicae et de his rebus periti, quantum possunt conari ut illae perficiantur sicque melius et efficacius ad bellorum immanitatem refrenandam conducant. Insuper aequum videtur ut leges humaniter provideant pro casu illorum qui ex motivo conscientiae arma adhibere recusant, dum tamen aliam formam communitati hominum serviendi acceptant.

Utique bellum non est e rebus humanis eradicatum. Quamdiu autem periculum belli aderit, auctoritasque internationalis competens congruisque viribus munita defuerit, tamdiu, exhaustis quidem omnibus pacificae tractationis subsidiis, ius legitimae defensionis gubernilis denegari non poterit. Civitatum rectoribus aliisque qui rei publicae responsabilitatem participant, incumbit igitur officium ut populorum sibi commissorum salutem tueantur, res tam graves graviter gerentes. At aliud est res militares gerere ut populi iuste defendantur, aliud alias nationes subiugare velle. Nec potentia bellica omnem eiusdem militarem vel politicum usum legitimum facit. Nec bello infeliciter iam exorto, eo ipso omnia inter partes adversas licita fiunt.

Qui vero, patriae servitio addicti, in exercitu versantur, et ipsi tamquam securitatis libertatisque populorum ministros sese habeant, et, dum hoc munere recte funguntur, vere ad pacem, stabiliendam conferunt.

80. *(De bello totali).* Horror pravitasque belli scientificorum armorum incremento in immensum augentur. Bellicae enim actiones, his armis adhibitis, ingentes indiscriminatasque inferre possunt destructiones quae proinde limites legitimae defensionis longe excedunt. Immo, si haec media, qualia iam in magnarum nationum armamentariis inveniuntur, penitus adhiberentur, ex eo internecio fere plena et omnino reciproca uniuscuiusque partis a parte adversa haberetur praetermissis multis vastationibus in mundo oboriundis et exitialibus effectibus ex usu huiusmodi armorum consequentibus.

Quae omnia nos cogunt ut de bello examen mente om-
1104 nino nova instituamus [2]. Sciant huius aetatis homines se de suis bellicis actionibus/gravem rationem esse reddituros. Ab eorum enim hodiernis consiliis temporum futurorum decursus multum pendebit.

His attentis, haec Sacrosancta Synodus, suas faciens condemnationes belli totalis iam a recentibus Summis Pontificibus enuntiatas [3], declarat:

Omnis actio bellica quae in urbium integrarum vel amplarum regionum cum earum incolis destructionem indiscriminatim tendit, est crimen contra Deum et ipsum hominem, quod firmiter et incunctanter damnandum est.

Singulare belli hodierni periculum in hoc consistit quod illis qui recentiora arma scientifica possident quasi occasionem praebet talia scelera perpetrandi et, connexione quadam inexorabili, hominum voluntates ad atrocissima consilia impellere potest. Ne vero hoc in futurum unquam eveniat, Episcopi totius orbis terrarum in unum congregati, omnes, nationum moderatores praesertim, necnon eos qui rei militari praesunt, obsecrant, ut tantam responsabilitatem coram Deo et coram universa humanitate incessanter perpendant.

[2] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: AAS 55 (1963), p. 291 [LE 3110]: «Quare aetate hac nostra, quae vi atomica gloriatur, alienum est a ratione, bellum iam aptum esse ad violata iura sarcienda».
[3] Cf. Pius XII, Allocutio 30 sept. 1954: AAS 46 (1954), p. 589; Nuntius radiophonicus, 24 dec. 1954: AAS 47 (1955), pp. 15 ss.; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*: AAS 55 (1963), pp. 286-291 [LE 3110]; Paulus VI, Allocutio *in Consilio Nationum Unitarum* 4 oct. 1965: AAS 57 (1965), pp. 877-885 [LE 3322].

4897

81. *(De cursu ad arma apparanda).* Arma quidem scientifica non ad hoc unice accumulantur ut tempore belli adhibeantur. Cum enim firmitas uniuscuiusque partis defensionis a capacitate fulminea adversarium repercutiendi dependere aestimetur, haec armorum accumulatio, quae quotannis ingravescit, inconsueto quidem modo ad deterrendos adversarios forte insurgentes inservit. Quod a multis habetur tamquam omnium mediorum efficacissimum quibus nunc pax quaedam inter nationes in tuto poni possit.

Quidquid sit de illo dissuasionis modo, persuasum habeant homines cursum ad arma apparanda, ad quem sat multae nationes confugiunt, non securam esse viam ad pacem firmiter servandam, neque sic dictum aequilibrium ex illo manans certam ac veram esse pacem. Belli exinde causae quin eliminentur, potius paulatim aggravari minantur. Dum in arma semper nova apparanda perabundantes divitiae erogantur, tot miseriis hodiernis mundi universi remedium sufficiens praeberi non/potest. Potius quam dis- 1105
sensiones inter nationes vere ac funditus sanentur, iisdem aliae mundi partes inficiuntur. Novae viae, ex reformato animo initium sumentes, eligendae erunt ut hoc scandalum removeatur et, mundo ab anxietate qua opprimitur liberato, vera pax restitui possit.

Quapropter denuo declarandum est: cursum ad arma apparanda gravissimam plagam humanitatis esse, ac pauperes intolerabiliter laedere. Valde autem timendum est ne, si perduret, aliquando omnes exitiales clades pariat, quarum media iam praeparat.

Calamitatibus commonefacti quas humanum genus possibiles effecit, moram, nobis desuper concessam, qua gaudemus, adhibeamus ut propriae responsabilitatis magis conscii, vias inveniamus quibus controversias nostras modo homine digniore componere possimus. Providentia divina a nobis instanter requirit ut nosmetipsos ab antiqua belli servitute liberemus. Quod si huiusmodi conamen facere renuerimus, quo ducamur in hac via mala quam ingressi sumus, nescimus.

82. *(De bello omnino interdicendo et actione internationali ad bellum vitandum).* Patet ergo nobis enitendum esse ut viribus omnibus tempora praeparemus quibus, consentientibus nationibus, bellum quodlibet omnino interdici possit. Quod sane requirit ut quaedam publica auctoritas universalis, ab omnibus agnita, instituatur, quae efficaci potestate polleat ut pro omnibus tum securitas, tum iustitiae observantia, tum iurium reverentia in tuto ponantur. Antequam vero haec optanda auctoritas institui possit, opus est ut hodierna suprema gremia internationalia studiis mediorum ad securitatem communem procurandam aptiorum acriter se dedicent. Cum pax e mutua gentium fiducia nasci oporteat potius quam armorum terrore nationibus imponi, omnibus adlaborandum est ut cursus ad arma apparanda finem tandem habeat; ut diminutio armorum re incipiat, non unilateraliter quidem sed pari passu ex condicto progrediatur, veris efficacibusque cautionibus munita [4].

Interea non parvipendenda sunt conamina quae iam facta sunt et adhuc fiunt ut periculum belli amoveatur. Potius adiuvanda est bona voluntas permultorum qui, ingentibus suorum supremorum munerum curis onerati, gra-
vissimo autem quo obstringuntur officio moti, bellum/quod 1106
abhorrent eliminare satagunt, etiamsi a complexitate rerum quales sunt, praescindere non possunt. Deum autem enixe rogare oportet ut illis vim det perseveranter aggrediendi ac fortiter perficiendi hoc summi amoris hominum opus quo pax viriliter aedificatur. Quod hodie certissime ab eis exigit ut mentem et spiritum ultra fines propriae nationis extendant, egoismum nationalem atque ambitionem aliis nationibus dominandi deponant, profundamque reverentiam erga totam humanitatem nutriant, quae iam ad maiorem sui unitatem tam laboriose properat.

Circa pacis et armorum depositionis problemata perscrutationes iam strenue et indesinenter protractae, internationalesque congressus, qui hac de re egerunt, tamquam primi passus ad solvendas tantopere graves quaestiones consideranda sunt atque urgentiori modo ad obtinendos effectus practicos in futurum promovenda. Nihilominus caveant homines ne solummodo conatibus quorumdam se committant, quin de propriis mentibus curent. Nam populorum moderatores, qui boni communis propriae gentis sponsores sunt et simul boni universi orbis promotores, ex multitudinum opinionibus et animi sensibus quam maxime pendent. Nihil eis prodest ut paci aedificandae instent, quamdiu hostilitatis, contemptus et diffidentiae sensus,

[4] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, ubi de diminutione armorum sermo est: AAS 55 (1963), p. 287 [LE 3110]

4898

http://www.obrascatolicas.com

racialia odia necnon obstinatae ideologiae, homines dividunt atque inter se opponunt. Hinc maxima necessitas urget renovatae mentium educationis novaeque in publica opinione inspirationis. Qui operi educationis se devovent, praesertim iuvenum, aut opinionem publicam efformant, tamquam gravissimum officium reputent curam mentes omnium ad novos pacificos sensus instituendi. Nos omnes quidem commutare corda nostra oportet, universum orbem et illa munera prospicientes quae nos, una simul, agere possumus ut genus nostrum ad meliora proficiat.

Nec falsa spes nos decipiat. Nisi enim, dimissis inimicitiis et odiis, firma honestaque pacta de pace universali in futuro concludantur, humanitas quae iam in gravi discrimine versatur, quamvis scientia mirabili praedita, forsan funeste ad illam horam adducetur in qua non aliam pacem quam horrendam mortis pacem experiatur. Attamen, dum haec profert, Ecclesia Christi, in media anxietate huius temporis constituta, firmissime sperare non cessat. Aetati nostrae iterum iterumque, opportune importune, nuntium apostolicum proponere intendit: «ecce nunc tempus acceptabile» 1107
ut mutentur corda, «ecce nunc dies salutis» [a].

Sectio 2: *De communitate internationali aedificanda*

83. *(De causis discordiarum earumque remediis).* Ad pacem aedificandam ante omnia requiritur ut eradicentur causae discordiarum inter homines, quibus bella aluntur, praesertim iniustitiae. Non paucae earum ex nimiis inaequalitatibus oeconomicis proveniunt, necnon ex necessariis remediis retardatis. Aliae vero ex spiritu dominationis et personarum contemptu oriuntur et, si in causas profundiores inquirimus, ex humana invidia, diffidentia, superbia aliisque egoisticis passionibus. Cum tot ordinis defectus homo ferre non possit, ex iis consequitur ut, etiam bello non saeviente, mundus indesinenter contentionibus inter homines et violentiis inficiatur. Cum insuper eadem mala in relationibus inter ipsas nationes inveniantur, necessarium omnino est ut, ad illa vincenda vel praevenienda, et ad effrenatas violentias coercendas, melius et firmius cooperentur et coordinentur institutiones internationales necnon indefesse stimuletur creatio organismorum qui pacem promoveant.

84. *(De communitate gentium et de institutionibus internationalibus).* Ut, crescentibus hoc tempore arctis mutuae necessitudinis nexibus inter omnes cives et omnes populos orbis terrarum, bonum commune universale apte quaeratur et efficacius obtineatur, iam necesse est communitatem gentium sibi constituere ordinem qui cum hodiernis muneribus congruat, praesertim relate ad illas numerosas regiones quae intolerabilem egestatem adhuc patiuntur.

Ad hos fines assequendos, institutiones communitatis internationalis variis hominum necessitatibus pro sua parte providere debent, tam in vitae socialis campis ad quos pertinent victus, sanitas, educatio, labor, quam in nonnullis condicionibus particularibus quae alicubi oriri possunt, ut sunt necessitas generali nationum progredientium incremento fovendi, aerumnis profugorum per universum mundum dispersorum occurrendi, vel etiam migrantes eorumque familias adiuvandi. / 1108

Institutiones internationales, universales vel regionales, quae iam exsistunt certe de genere humano bene merentur. Eaedem tamquam primi conatus apparent fundamenta internationalia totius communitatis humanae ponendi ut gravissimae nostrorum temporum quaestiones solvantur, et quidem ad progressum ubique terrarum promovendum et ad bella in quacumque forma praecavenda. In omnibus istis campis gaudet Ecclesia de spiritu verae fraternitatis inter christianos et non christianos florentis qui enititur ut conamina semper intensiora fiant ad ingentem miseriam sublevandam.

85. *(De cooperatione internationali in campo oeconomico).* Hodierna generis humani coniunctio etiam instaurationem maioris cooperationis internationalis in campo oeconomico expostulat. Etenim, etsi omnes fere populi sui iuris facti sunt, longe tamen abest ut a nimiis inaequalitatibus et ab omni indebitae dependentiae forma iam liberi sint omneque gravium difficultatum internarum periculum effugiant.

Incrementum alicuius nationis ex adiumentis humanis et pecuniariis pendet. Cives uniuscuiusque nationis per educationem et formationem professionalem ad varia munera vitae oeconomicae et socialis obeunda praeparandi sunt. Ad hoc autem requiritur auxilium peritorum alienigenarum qui, dum opem ferunt, non ut dominatores se ge-

[a] Cf. 2 Cor. 6, 2.

rant, sed ut adiutores et cooperatores. Auxilium materiale nationibus progredientibus non procurabitur, nisi consuetudines hodierni commercii in mundo profunde mutentur. Alia insuper auxilia a nationibus progressis praestanda sunt sub forma sive donorum sive mutuorum sive pecuniarum collocationum; quae praestentur cum generositate et sine cupiditate ex una parte, accipiantur cum omni honestate ex altera.

Ad verum ordinem oeconomicum universalem instaurandum abolenda sunt nimia lucrorum studia, ambitiones nationales, appetitus dominationis politicae, calculi ordinis militaristici necnon machinationes ad ideologias propagandas et imponendas. Plura oeconomica et socialia systemata proponuntur; optandum est ut in his periti communia fundamenta sani commercii mundialis inveniant; quod facilius continget si singuli propria praeiudicia abnuant et ad dialogum sincere gerendum promptos se praebeant. / 1109

86. *(De quibusdam opportunis normis).* Pro hac cooperatione sequentes normae opportunae videntur:

a) Gentes progredientes valde cordi habeant ut tamquam finem progressus expresse et firmiter plenam perfectionem humanam suorum civium appetant. Meminerint ex labore ante omnia et ingenio ipsarum gentium oriri et crescere progressum quippe qui non solis opibus alienis, sed propriis plene explicandis necnon ingenio et traditione propria colendis imprimis inniti debeat. Qua in re illi excellant oportet, qui maiorem influxum in alios exercent.

b) Gentium autem progressarum officium gravissimum est progredientes populos ad supradicta munera implenda adiuvandi. Quapropter mentales et materiales accommodationes, quae ad hanc universalem cooperationem stabiliendam requiruntur, apud seipsas perficiant.

Ita in negotiatione cum debilioribus et pauperioribus nationibus bonum illarum sedulo respiciant; nam hae proventibus quos ex venditione rerum a se productarum accipiunt, ad propriam suam sustentationem indigent.

c) Communitatis vero internationalis est incrementum componere et stimulare, ita tamen ut de opibus ad hoc ordinatis quam efficacissime et plena cum aequitate disponatur. Ad hanc quoque communitatem pertinet, principio subsidiarietatis utique servato, rationes oeconomicas in toto mundo ordinare ut ad normam iustitiae explicentur.

Condantur instituta apta ad promovenda et ordinanda negotia internationalia, praesertim cum nationibus minus progressis et ad compensados defectus qui ex nimia inaequalitate potentiae inter nationes manant. Huiusmodi ordinatio, cum adiumentis technicis, culturalibus et nummariis coniuncta, nationibus ad progressum intendentibus subsidia necessaria praestare debet ut incrementa oeconomiae suae convenienter consequi valeant.

d) In multis casibus urget necessitas recognoscendi oeconomicas socialesque structuras; sed cavendum est a solutionibus technicis immature propositis, imprimis ab illis quae, dum homini commoda materialia praebent, eius spirituali indoli ac profectui adversantur. Nam «non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei» (*Mt.* 4, 4). Quaelibet autem humanae familiae pars in seipsa et in suis melioribus traditionibus aliquam partem thesauri spiritualis a / Deo humanitati concrediti secumfert, 1110
etsi multi nesciunt ex qua origine procedat.

87. *(De cooperatione internationali quoad incrementum incolarum).* Maxime necessaria evadit cooperatio internationalis relate ad illos populos qui hodie sat frequenter, praeter tot alias difficultates, ea peculiariter premuntur quae ex rapido incremento populationis oritur. Urget necessitas ut per plenam et impensam cooperationem omnium, praesertim ditiorum nationum, exploretur quomodo ea quae ad victum et ad congruam instructionem hominum necessaria sunt, parari et cum tota communitate humana communicari possint. Nonnulli vero populi suae vitae conditiones multo meliores reddere possent si, debita instructione exculti, a methodis antiquis pro bonis agrariis gignendis ad novas artes technicas transirent, eas cum necessaria prudentia suis condicionibus applicantes, ordine sociali meliori insuper instaurato et terrarum possessionis distributione aequius ordinata.

Gubernii quidem sunt iura et officia, problema populationis in sua natione quod attinet, intra propriae competentiae limites; utputa in ordine ad legislationem socialem et ad familias respicientem, ad transitum ruricolarum ad urbes, ad informationes circa statum et necessitates nationis. Cum hodie mentes hominum de hoc problemate tam vehementer agitentur, optandum quoque est ut de his omnibus periti catholici, praesertim in Universitatibus, studia et incepta sollerter prosequantur et latius evolvant.

Cum autem a multis affirmetur incolarum orbis incrementum, vel saltem quarumdam nationum, omnibus mediis et cuiusvis generis interventu auctoritatis publicae funditus omnino minuendum esse, Concilium omnes hortatur ut caveant a solutionibus, publice vel privatim propositis et quandoque impositis, quae legi morali contradicunt. Nam iuxta inalienabile hominis ius ad matrimonium et generationem prolis, deliberatio circa numerum prolis ad auctoritatis publicae iudicio committi potest. Cum autem parentum iudicium conscientiam recte formatam supponat, magni momenti est ut omnibus aditus praebeatur ad colendam rectam et vere humanam responsabilitatem quae legem divinam, attentis adiunctis rerum et temporum, respiciat; hoc vero exigit ut passim condi/ciones paedagogicae et sociales in melius mutentur et imprimis ut formatio religiosa vel saltem integra moralis institutio praebeatur. 1111
De progressibus porro scientificis in explorandis methodis quibus coniuges iuvari possint in ordinando numero prolis, quarum firmitas bene probata est et congruentia cum ordine morali comperta habetur, homines sapienter certiores fiant.

88. *(De munere christianorum in subsidiis praestandis)* Ad ordinem internationalem cum vera observantia legitimarum libertatum et amica fraternitate omnium aedificandum, christiani libenter et toto corde cooperentur, idque eo magis quod maior pars mundi tanta adhuc egestate laborat ut in pauperibus Christus Ipse quasi alta voce caritatem suorum discipulorum evocet. Ne igitur scandalo sit hominibus aliquas nationes, quarum saepius maior numerus civium christiano nomine ornatur, bonorum copia abundare, dum aliae rebus ad vitam necessariis priventur ac fame, morbis omnimodaque miseria cruciantur. Sunt enim spiritus paupertatis et caritatis gloria et testimonium Ecclesiae Christi.

Laudandi igitur et adiuvandi sunt illi christiani, iuvenes praesertim, qui sponte seipsos ad aliis hominibus et populis auxilia praestanda obtulerunt. Immo totius Populi Dei est, Episcopis verbo et exemplo praeeuntibus, miserias huius temporis pro viribus sublevare, idque, ut antiquus mos ferebat Ecclesiae, non ex superfluis tantum, sed etiam ex substantia.

Modus subsidia colligendi et distribuendi, quin sit rigide et uniformiter ordinatus, recto tamen ordine disponatur in dioecesibus, nationibus et in universo mundo, coniuncta, ubicumque opportunum videtur, actione catholicorum cum ceteris fratribus christianis. Spiritus enim caritatis providum ordinatumque actionis socialis et caritativae exercitium nedum prohibeat, potius id imponit. Quare necesse est eos qui se ad nationibus progredientibus inserviendum devovere intendunt, idoneis etiam institutis apte efformari.

89. *(De praesentia efficaci Ecclesiae in communitate internationali).* Ecclesia, cum, divina sua missione innixa, omnibus hominibus Evangelium praedicat et thesauros gratiae elargitur, ubique terrarum ad pacem firmandam et solidum fundamentum ponendum consortionis fraternae hominum et populorum confert: cognitionem scilicet legis 1112
divinae et / naturalis. Quapropter Ecclesia in ipsa communitate gentium omnino praesens esse debet ad cooperationem inter homines fovendam et excitandam; et quidem tam per suas institutiones publicas quam per plenam ac sinceram collaborationem omnium christianorum, solo desiderio omnibus inserviendi inspiratam.

Quod efficacius attingetur si ipsi fideles, suae responsabilitatis humanae et christianae conscii, iam in proprio ambitu vitae voluntatem prompte cooperandi cum communitate internationali excitare satagunt. Cura peculiaris hac in re iuvenibus formandis impendatur, tam in educatione religiosa quam civili.

90. *(De partibus christianorum in institutionibus internationalibus).* Praecellens quaedam forma navitatis internationalis christianorum absque dubio socia opera est quam, sive singuli sive consociati, in ipsis Institutis ad cooperationem inter nationes provehendam conditis vel condendis praestant. Communitati gentium in pace et fraternitate aedificandae insuper multipliciter inservire possunt variae consociationes catholicae internationales, quae roborandae sunt, auctis numero cooperatorum bene formatorum, subsidiis quibus indigent et apta virium coordinatione. Nostris enim temporibus et actionum efficacitas et colloquii necessitas consociata incepta postulant. Tales consociationes insuper haud parum conferunt ad universalem sensum excolendum, catholicis certe congruum, et ad formandam conscientiam vere universalis solidarietatis et responsabilitatis.

Optandum denique est ut catholici, ad munus suum in communitate internationali rite implendum, actuose et positive cooperare studeant sive cum fratribus seiunctis qui una cum eis evangelicam caritatem profitentur, sive cum omnibus hominibus veram pacem sitientibus.

Concilium vero, ratione habita immensitatis aerumnarum quibus maior pars generis humani etiam nunc vexatur, et ad iustitiam simul ac amorem Christi erga pauperes ubique fovendum, valde opportunum aestimat creationem alicuius Ecclesiae universalis organismi, cuius sit catholicorum communitatem excitare ut progressus indigentium regionum necnon iustitia socialis inter nationes promoveantur. / 1113

Conclusio

91. *(De munere singulorum fidelium et Ecclesiarum particularium).* Ea quae ab hac Sacra Synodo ex thesauris doctrinae Ecclesiae proponuntur, omnes homines nostrorum temporum, sive in Deum credant sive Eum non explicite agnoscant, adiuvare intendunt ut, suam integram vocationem clarius percipientes, mundum praecellenti dignitati hominis magis conforment, universalem altiusque fundatam fraternitatem appetant atque, sub impulsu amoris, generoso atque consociato conamine, urgentibus nostrae aetatis postulationibus respondeant.

Sane coram immensa diversitate tum rerum status tum culturae humanae formarum in mundo, propositio haec in compluribus suis partibus consulto nonnisi indolem generalem prae se fert: immo, licet doctrinam iam in Ecclesia receptam proferat, cum non raro de rebus incessanti evolutioni subiectis agatur, adhuc prosequenda et amplianda erit. Confidimus vero multa quae verbo Dei et spiritu Evangelii innixi protulimus, omnibus validum adiutorium conferre posse, praesertim postquam adaptatio ad singulas gentes et mentalitates a christifidelibus sub Pastorum moderamine ad actum deducta fuerit.

92. *(De dialogo inter omnes homines).* Ecclesia, vi suae missionis universum orbem nuntio evangelico illuminandi et omnes homines cuiusvis nationis, stirpis vel culturae in unum Spiritum coadunandi, signum evadit illius fraternitatis quae sincerum dialogum permittit atque roborat.

Quod autem requirit ut imprimis in ipsa Ecclesia mutuam aestimationem, reverentiam et concordiam promoveamus, omni legitima diversitate agnita, ad fructuosius semper colloquium inter omnes instituendum qui unum Populum Dei constituunt, sive pastores sive ceteri christifideles sint. Fortiora enim sunt ea quibus uniuntur fideles quam ea quibus dividuntur; sit in necessariis unitas, in dubiis libertas, in omnibus caritas [1].

Animus autem noster simul complectitur fratres nondum nobiscum / in plena communione viventes eorumque 1114
communitates, quibus tamen coniungimur confessione Patris et Filii et Spiritus Sancti ac vinculo caritatis, memores scilicet christianorum unitatem hodie etiam a multis in Christum non credentibus exspectari et desiderari. Quo magis enim haec unitas, sub potenti virtute Spiritus Sancti, in veritate et caritate proficiet, eo magis universo mundo erit praesagium unitatis et pacis. Quare, unitis viribus et in formis huic praeclaro fini hodie efficaciter assequendo magis magisque aptatis, studeamus ut, Evangelio in dies melius conformati, fraterne cooperemur ad servitium familiae humanae praestandum quae, in Christo Iesu, in familiam filiorum Dei vocatur.

Animum nostrum proin etiam ad omnes convertimus qui Deum agnoscunt et in traditionibus suis pretiosa elementa religiosa et humana conservant, optantes ut apertum colloquium omnes nos adigat ad impulsiones Spiritus fideliter accipiendas et alacriter implendas.

Desiderium talis colloquii, quod sola caritate erga veritatem ducatur, servata utique congrua prudentia, ex nostra parte neminem excludit, neque illos qui praeclara animi humani bona colunt, eorum vero Auctorem nondum agnoscunt, neque illos qui Ecclesiae opponuntur eamque variis modis persequuntur. Cum Deus Pater principium omnium exsistat et finis, omnes, ut fratres simus, vocamur. Et ideo, hac eadem humana et divina vocatione vocati, sine violentia, sine dolo ad aedificandum mundum in vera pace cooperari possumus et debemus.

93. *(De mundo aedificando et ad finem perducendo).* Christiani, memores verbi Domini «in hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem» (*Io.* 13, 35), nihil ardentius optare possunt quam

[1] Cf. Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Ad Petri Cathedram*, 29 iunii 1959: AAS 55 (1959), p. 513 [LE 2829].

http://www.obrascatolicas.com

ut hominibus mundi huius temporis semper generosius et efficacius inserviant. Itaque, Evangelio fideliter adhaerentes eiusque viribus fruentes, cum omnibus qui iustitiam diligunt et colunt coniuncti, ingens opus in his terris adimplendum susceperunt, de quo Ei, qui omnes iudicabit ultimo die, rationem reddere debent. Non omnes qui dicunt: «Domine, Domine», intrabunt in regnum caelorum, sed ii qui faciunt voluntatem Patris [2] validamque manum operi apponunt. Vult autem Pater ut in omnibus hominibus Christum fratrem agnoscamus et efficaciter diligamus,
1115 tam verbo quam opere, ita testimonium per/hibentes Veritati, et cum aliis mysterium amoris Patris caelestis communicemus. Hac via in toto orbe terrarum homines ad vivam spem excitabuntur, quae Spiritus Sancti donum est, ut tandem aliquando in pace ac beatitudine summa suscipiantur, in patria quae gloria Domini effulget.

«Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem quae operatur in nobis, Ipsi gloria in Ecclesia et in Christo Iesu, in omnes generationes saeculorum. Amen» *(Eph.* 3, 20-21).

Haec omnia et singula quae in hac Constitutione [*] *pastorali edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.*

Romae, apud S. Petrum, die VII mensis decembris anno
1116 MCMLXV.—Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus
1120 *(Sequuntur ceterae subsignationes).*

[2] Cf. Mt. 7, 21.

[*] In sessione IX die 7 Dec. 1965 celebrata promulgata. Adn. A. DEDOMINICIS in **Perfice munus** 43 (1968) 71-79; E. HAMEL in **PrM** 55 (1966) 315-353; 60 (1971) 103-120; L. MORREN in **Ni T** 88 (1966) 830-847; O. ROBLEDA in **PrM** 55 (1966) 354-380; L. ROSSI in **Pal. clero** 45 (1966) 1513-1519; M. ZALBA in **PrM** 55 (1966) 381-429.

3367

1965 DEC 7. - PAULUS VI, DECRETUM. PART. *

VACATIO LEGIS PRO DECRETIS PROMULGATIS IN SESSIONE IX CONCILII VATICANI II

Beatissimus Pater pro novis legibus, quae in modo promulgatis decretis continentur, statuit vacationem usque ad diem vigesimam nonam mensis Iunii anni MCMLXVI, nempe usque ad festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli proximi anni.

Interea Summus Pontifex normas edet ad praedictas leges exsequendas.—PERICLES FELICI, Archiepiscopus tit. Samosatensis, *Ss. Concilii Secretarius Generalis.*

* Sacrosanctum oecumen cum Concilium Vaticanum II. **Constitutiones, Decreta, Declarationes,** Typis Poliglotis Vaticanis 1966, p. 835. Adn. Documenta promulgata in hac sessione IX fuerunt: 1—**Declaratio de libertate religiosa,** DIGNITATIS HUMANAE: LE 3383. 2—**Decretum de activitate missionali Ecclesiae,** AD GENTES: LE 3384. 3—**Decretum de Presbyterorum ministerio et vita,** PRESBYTERORUM ORDINIS: LE 3385. 4—**Constitutio pastoralis de Ecclesia in mundo huius temporis,** GAUDIUM ET SPES: LE 3386. Vide tamen LE 3444.

3368

1965 DEC 8.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 58 (1966) 8-18

SUMMUS PONTIFEX, EUCHARISTICO SACRIFICIO PERACTO, NOTOS FACIT NUNTIOS NOMINE CONCILII VATICANI II MITTENDOS QUIBUSDAM HOMINIBUS AD VARIOS COETUS SOCIETATIS PERTINENTIBUS

Vénérables Frères. L'heure du départ et de la dispersion a sonné. Dans quelques instants, vous allez quitter l'assemblée conciliaire pour aller à la recontre de l'humanité
9 et lui porter la bonne nouvelle / de l'Evangile du Christ et du renouvellement de son Eglise, auquel nous travaillons ensemble depuis quatre ans.

Moment unique que celui-ci; moment d'une signification et d'une richesse incomparables! En ce rassemblement universel, en ce point privilégié du temps et de l'espace, convergent à la fois le passé, le présent, l'avenir. Le passé: car c'est, ici réunie, l'Eglise du Christ, avec sa tradition,

son histoire, ses Conciles, ses Docteurs, ses Saints... Le présent: car nous nous quittons pour aller vers le monde d'aujourd'hui, avec ses misères, ses douleurs, ses péchés, mais aussi ses prodigieuses réussites, ses valeurs, ses vertus... L'avenir est là, enfin, dans l'appel impérieux des peuples à plus de justice, dans leur volonté de paix, dans leur soif, consciente ou inconsciente, d'une vie plus haute: celle que précisément l'Eglise du Christ peut et veut leur donner.

Il nous semble entendre s'élever de partout dans le monde une immense et confuse rumeur: l'interrogation de tous ceux qui regardent vers le Concile et nous demandent avec anxiété: n'avez-vous pas un mot à nous dire?... à nous, les Gouvernants?... à nous, les intellectuels, les travailleurs, les artistes?... et à nous, les femmes? à nous les jeunes, à nous les malades et les pauvres?

Ces voix implorantes ne resteront pas sans réponse. C'est pour toutes les catégories humaines que le Concile travaille depuis quatre ans; c'est pour elles qu'il a élaboré cette «Constitution sur l'Eglise dans le monde d'aujourd'hui», que Nous promulguions hier aux applaudissements enthousiastes de votre assemblée.

De notre longue méditation sur le Christ et sur son Eglise doit jaillir en cet instant une première parole annonciatrice de paix et de salut pour les multitudes dans l'attente. Le Concile, avant de se séparer, veut remplir cette fonction prophétique et traduire en de brefs messages et dans une langue plus facilement accessible à tous la «bonne nouvelle» qu'il a pour le monde, et que quelques-uns de ses interprètes les plus autorisés vont adresser maintenant en votre nom à l'humanité tout entière. /

10

Nuntii ab E.mis Patribus Cardinalibus lecti et a Summo Pontifice iis traditi qui variarum socialium ordinum Personam gerebant

1. AUX GOUVERNANTS

En cet instant solennel, Nous, les Pères du XXIème Concile oecuménique de l'Eglise Catholique, sur le point de nous disperser après quatre ans de prière et de travaux, dans la pleine conscience de notre mission envers l'humanité, nous nous adressons avec déférence et avec confiance à ceux qui tiennent dans leurs mains le destin des hommes sur cette terre, à tous les dépositaires du pouvoir temporel.

Nous le proclamons hautement: nous rendons honneur à votre autorité et à votre souveraineté; nous respectons votre fonction; nous reconnaissons vos justes lois; nous estimons ceux qui les font et ceux qui les appliquent. Mais nous avons une parole sacrosainte à vous dire, et la voici: Dieu seul est grand. Dieu seul est le principe et la fin. Dieu seul est la source de votre autorité et le fondement de vos lois.

C'est à vous qu'il revient d'être sur terre les promoteurs de l'ordre et de la paix entre les hommes. Mais ne l'oubliez pas: c'est Dieu, le Dieu vivant et vrai, qui est le Père des hommes. Et c'est le Christ, son Fils éternel, qui est venu nous le dire et nous apprendre que nous sommes tous frères. C'est lui, le grand artisan de l'ordre et de la paix sur la terre, car c'est lui qui conduit l'histoire humaine, et qui seul peut incliner les coeurs à renoncer aux passions mauvaises, qui engendrent la guerre et le malheur. C'est lui qui bénit le pain de l'humanité, qui sanctifie son travail et sa souffrance, qui lui donne des joies que vous ne pouvez pas lui donner, et la réconforte dans des douleurs que vous ne pouvez pas consoler.

Dans votre cité terrestre et temporelle, il construit mystérieusement sa cité spirituelle et éternelle, son Eglise. Et que demante-t-elle de vous, cette Eglise, après deux mille ans bientôt de vicissitudes de toutes sortes dans ses relations avec vous, les Puissances de la Terre; que vous demande-t-elle aujourd'hui? Elle vous l'a dit dans un des textes majeurs de ce Concile: elle ne vous demande que la liberté. La liberté de / croire et de prêcher sa foi, la li-
11 berté d'aimer son Dieu et de le servir, la liberté de vivre et de porter aux hommes son message de vie. Ne le craignez pas: elle est à l'image de son Maître, dont l'action mystérieuse n'empiète pas sur vos prérogatives, mais guérit tout l'humain de sa fatale caducité, le transfigure, le remplit d'espérance, de vérité et de beauté.

Laissez le Christ exercer cette action purifiante sur la société! Ne le crucifiez pas à nouveau: ce serait sacrilège, car il est Fils de Dieu; ce serait suicide, car il est Fils de l'Homme. Et nous, ses humbles ministres, laissez-nous ré-

pandre partout sans entraves la «bonne nouvelle» de l'Evangile de la paix, que nous avons méditée pendant ce Concile. Vos peuples en seront les premiers bénéficiaires, car l'Eglise forme pour vous des citoyens loyaux, amis de la paix sociale et du progrès.

En ce Jour solennel où elle clôt les assises de son XXIème Concile oecuménique, l'Eglise vous offre par notre voix son amitié, ses services, ses énergies spirituelles et morales. Elle vous adresse à tous son message de salut et de bénédiction. Accueillez-le, comme elle vous l'offre, d'un coeur joyeux et sincère, et portez-le à tous vos peuples!

2. AUX HOMMES DE LA PENSÉE ET DE LA SCIENCE

Un salut tout spécial à vous, les chercheurs de la vérité, à vous, les hommes de la pensée et de la science, les explorateurs de l'homme, de l'univers et de l'histoire, à vous tous, les pèlerins en marche vers la lumière, et à ceux aussi qui se sont arrêtés en chemin, fatigués et déçus par une vaine recherche.

Pourquoi un salut spécial pour vous? Parce que nous tous, ici, Evêques, Pères du Concile, nous sommes à l'écoute de la vérité. Notre effort pendant ces quatre ans, qu'a-t-il été, sinon une recherche plus attentive et un approfondissement du message de vérité confié à l'Eglise, sinon un effort de docilité plus parfaite à l'Esprit de vérité?

Nous ne pouvions donc pas ne pas vous rencontrer. Votre chemin est le nôtre. Vos sentiers ne sont jamais étrangers aux nôtres. Nous sommes les amis de votre vocation de chercheurs, les alliés de vos fatigues, les admirateurs de vos conquêtes, et s'il le faut, les consolateurs de vos
12 découragements et de vos échecs. /

Pour vous donc aussi, nous avons un message, et c'est celui-ci: continuez à chercher, sans vous lasser, sans désespérer jamais de la vérité! Rappelez-vous la parole d'un de vos grands amis, Saint Augustin: «Cherchons avec le désir de trouver, et trouvons avec le désir de chercher encore». Heureux ceux qui, possédant la vérité, la cherchent encore, afin de la renouveler, de l'approfondir, de la donner aux autres. Heureux ceux qui, ne l'ayant pas trouvée, marchent vers elle d'un coeur sincère: qu'ils cherchent la lumière de demain avec la lumière d'aujourd'hui, jusqu'à la plénitude de la lumière!

Mais ne l'oubliez pas: si penser est une grande chose, penser est d'abord un devoir; malheur à celui qui ferme volontairement les yeux à la lumière! Penser est aussi une responsabilité: malheur à ceux qui obscurcissent l'esprit par les milles artifices qui le dépriment, l'enorgueillissent, le trompent, le déforment! Quel est le principe de base pour des hommes de science, sinon: s'efforcer de penser juste?

Pour cela, sans troubler vos pas, sans éblouir vos regards, nous venons vous offrir la lumière de notre lampe mystérieuse: la foi. Celui qui nous l'a confiée, c'est le Maître souverain de la pensée, celui dont nous sommes les humbles disciples, le seul qui ait dit et pu dire: «Je suis la lumière du monde, je suis la voie, la vérité et la vie».

Cette parole vous concerne. Jamais peut-être, grâce à Dieu, n'est si bien apparue qu'aujourd'hui la possibilité d'un accord profond entre la vraie science et la vraie foi, servantes l'une et l'autre de l'unique vérité. N'empêchez pas cette précieuse rencontre! Ayez confiance dans la foi, cette grande amie de l'intelligence! Eclairez-vous à sa lumière pour saisir la vérité, toute la vérité! Tel est le souhait, l'encouragement, l'espoir que vous expriment, avant de se séparer, les Pères du monde entier, réunis à Rome en Concile.

3. AUX ARTISTES

A vous tous, maintenant, artistes, qui êtes épris de la beauté et qui travaillez pour elle: poètes et gens de lettres, peintres, sculpteurs, architectes, musiciens, hommes du théâtre et cinéastes... A vous tous l'Eglise du Concile dit
13 par notre voix: si vous êtes les amis de l'art véritable, vous êtes nos amis! /

L'Eglise a dès longtemps fait alliance avec vous. Vous avez édifié et décoré ses temples, célébré ses dogmes, enrichi sa liturgie. Vous l'avez aidée à traduire son divin message dans le langage des formes et des figures, à rendre saisissable le monde invisible.

Aujourd'hui comme hier, l'Eglise a besoin de vous et se tourne vers vous. Elle vous dit par notre voix: ne laissez pas se rompre une alliance féconde entre toutes! Ne refusez pas de mettre votre talent au service de la vérité divine! Ne fermez pas votre esprit aux souffles du Saint-Esprit!

Ce monde dans lequel nous vivons a besoin de beauté pour ne pas sombrer dans la désespérance. La beauté, comme la vérité, c'est ce qui met la joie au coeur des hommes, c'est ce fruit précieux qui résiste à l'usure du temps, qui unit les générations et les fait communier dans l'admiration. Et cela par vos mains...

Que ces mains soient pures et désintéressées! Souvenez-vous que vous êtes les gardiens de la beauté dans le monde: que cela suffise à vous affranchir de goûts éphémères et sans valeur véritable, à vous libérer de la recherche d'expressions étranges ou malséantes.

Soyez toujours et partout dignes de votre idéal, et vous serez dignes de l'Eglise, qui, par notre voix, vous adresse en ce jour son message d'amitié, de salut, de grâce et de bénédiction.

4. AUX FEMMES

Et maintenant, c'est à vous que nous nous adressons, femmes de toutes conditions, filles, épouses, mères et veuves; à vous aussi, vierges consacrées et femmes solitaires: vous êtes la moitié de l'immense famille humaine!

L'Eglise est fière, vous le savez, d'avoir magnifié et libéré la femme, d'avoir fait resplendir au cours des siècles, dans la diversité des caractères, son égalité foncière avec l'homme.

Mais l'heure vient, l'heure est venue, où la vocation de la femme s'accomplit en plénitude, l'heure où la femme acquiert dans la cité une influence, un rayonnement, un pouvoir jamais atteints jusqu'ici.

C'est porquoi, en ce moment où l'humanité connaît une
14 si / profonde mutation, les femmes imprégnées de l'esprit de l'Evangile peuvent tant pour aider l'humanité à ne pas déchoir.

Vous femmes, vous avez toujours en partage la garde du foyer, l'amour des sources, le sens des berceaux. Vous êtes présentes au mystère de la vie qui commence. Vous consolez dans le départ de la mort. Notre technique risque de devenir inhumaine. Réconciliez les hommes avec la vie. Et surtout veillez, nous vous en supplions, sur l'avenir de notre espèce. Retenez la main de l'homme qui, dans un moment de folie, tenterait de détruire la civilisation humaine.

Epouses, mères de famille, premières éducatrices du genre humain dans le secret des foyers, transmettez à vos fils et à vos filles les traditions de vos pères, en même temps que vous les préparez à l'insondabe avenir. Souvenez-vous toujours qu'une mère appartient par ses enfants à cet avenir qu'elle ne verra peut-être pas.

Et vous aussi, femmes solitaires, sachez bien que vous pouvez accomplir toute votre vocation de dévouement. La société vous appelle de toutes parts. Et les familles même ne peuvent vivre sans le secours de ceux qui n'ont pas de famille.

Vous surtout, vierges consacrées, dans un monde où l'égoïsme et la recherche du plaisir voudraient faire la loi, soyez les gardiennes de la pureté, du désintéressement, de la piété. Jésus, qui a donné à l'amour conjugal toute sa plénitude, a exalté aussi le renoncement à cet amour humain, quand il est fait pour l'Amour infini et pour le service de tous.

Femmes dans l'épreuve, enfin, qui vous tenez toutes droites sous la croix à l'image de Marie, vous qui, si souvent dans l'histoire, avez donné aux hommes la force de lutter jusqu'au bout, de témoigner jusqu'au martyre, aidez-les encore une fois à garder l'audace des grandes entreprises, en même temps que la patience et le sens des humbles commencements.

Femmes, ô vous qui savez rendre la vérité douce, tendre, accessible, attachez-vous à faire pénétrer l'esprit de ce Concile dans les institutions, les écoles, les foyers, dans la vie de chaque jour.

Femmes de tout l'univers, chrétiennes ou incroyantes, vous à qui la vie est confiée en ce moment si grave de
15 l'histoire, à vous de sauver la paix du monde! /

5. AUX TRAVAILLEURS

Au cours de ce Concile, nous, les évêques catholiques des cinq continents, avons réfléchi ensemble, entre bien d'autres sujets, aux graves questions que posent à la conscience de l'humanité les conditions économiques et sociales du monde contemporain, la coexistence des nations, le problème des armements, de la guerre et de la

http://www.obrascatolicas.com

paix. Et nous sommes pleinement conscients des incidences que la solution donnée à ces problèmes peut avoir sur la vie concrète des travailleurs et des travailleuses du monde entier. Aussi désirons-nous, au terme de nos délibérations, leur adresser à tous un message de confiance, de paix et d'amitié.

Fils très chers, soyez assurés d'abord que l'Eglise connaît vos souffrances, vos luttes, vos espoirs; qu'elle apprécie hautement les vertus qui ennoblissent vos âmes: le courage, le dévouement, la conscience professionnelle, l'amour de la justice; qu'elle reconnaît pleinement les immenses services que, chacun à sa place, et dans les postes souvent les plus obscurs et les plus méprisés, vous rendez à l'ensemble de la société. L'Eglise vous en sait gré et vous en remercie par notre voix.

En ces dernières années, elle n'a cessé d'avoir présents à l'esprit les problèmes, d'une complexité sans cesse croissante, du monde du travail. Et l'écho qu'ont trouvé dans vos rangs les récentes encycliques pontificales a prouvé combien l'âme du travailleur de notre temps était accordée à celle de ses plus hauts chefs spirituels.

Celui qui a enrichi le patrimoine de l'Eglise de ces messages incomparables, le pape Jean XXIII, avait su trouver le chemin de votre coeur. Il a montré avec éclat, en sa personne, tout l'amour de l'Eglise pour les travailleurs, aussi bien que pour la vérité, la justice, la liberté, la charité, sur lesquelles est fondée la paix dans le monde.

De cet amour de l'Eglise pour vous, les travailleurs, nous voulons, nous aussi, être les témoins auprès de vous, et nous vous disons avec toute la conviction de nos âmes: l'Eglise est votre amie. Ayez confiance en elle! De tristes malentendus, dans le passé, ont trop longtemps entretenu la défiance et l'incompréhension entre nous; l'Eglise et
16 la classe ouvrière en ont / souffert l'une et l'autre. Aujourd'hui, l'heure de la réconciliation a sonné, et l'Eglise du Concile vous invite à la célébrer sans arrière-pensée.

L'Eglise cherche toujours à vous mieux comprendre. Mais vous devez chercher à comprendre à votre tour ce qu'est l'Eglise pour vous, les travailleurs, qui êtes les principaux artisans des prodigieuses transformations que le monde connaît aujourd'hui: car vous savez bien que si un puissant souffle spirituel ne les anime, elles feront le malheur de l'humanité, au lieu de faire son bonheur. Ce n'est pas la haine qui sauve le monde! ce n'est pas le seul pain de la terre qui peut rassasier la faim de l'homme.

Ainsi, accueillez le message de l'Eglise. Accueillez la foi qu'elle vous offre pour éclairer votre route: c'est la foi du successeur de Pierre et des deux mille évêques réunis en Concile, c'est la foi de tout le peuple chrétien. Qu'elle vous éclaire! Qu'elle vous guide! Qu'elle vous fasse connaître Jésus-Christ, votre compagnon de travail, le Maître, le Sauveur de toute l'humanité.

6. Aux pauvres, aux malades, à tous ceux qui souffrent

Pour vous tous, frères éprouvés, visités par la souffrance aux mille visages, le Concile a un message tout spécial.

Il sent fixés sur lui vos yeux implorant, brillants de fièvre ou abattus par la fatigue, regards interrogateurs, qui cherchent en vain le pourquoi de la souffrance humaine, et qui demandent anxieusement quand et d'où viendra le réconfort...

Frères très chers, nous sentons profondément retentir dans nos coeurs de pères et de pasteurs vos gémissements et vos plaintes. Et notre peine s'accroît à la pensée qu'il n'est pas en notre pouvoir de vous apporter la santé corporelle ni la diminution de vos douleurs physiques, que médecins, infirmières, et tous ceux qui se consacrent aux malades s'efforcent de soulager, de leur mieux.

Mais nous avons quelque chose de plus profond et de plus précieux à vous donner: la seule vérité capable de répondre au mystère de la souffrance et de vous apporter
17 un soulagement sans illusion: la foi et l'union à l'Homme des douleurs, au / Christ, Fils de Dieu, mis en croix pour nos péchés et pour notre salut.

Le Christ n'a pas supprimé la souffrance; il n'a même pas voulu nous en dévoiler entièrement le mystère: il l'a prise sur lui, et c'est assez pour que nous en comprenions tout le prix.

O vous tous, qui sentez plus lourdement le poids de la croix, vous qui êtes pauvres et délaissés, vous qui pleurez, vous qui êtes persécutés pour la justice, vous sur lesquels on se tait, vous les inconnus de la douleur, reprenez courage: vous êtes les préférés du royaume de Dieu, le royaume de l'espérance, du bonheur et de la vie; vous êtes les frères du Christ souffrant; et avec lui, si vous le voulez, vous sauvez le monde!

Voilà la science chrétienne de la souffrance, la seule qui donne la paix. Sachez que vous n'êtes pas seuls, ni séparés, ni abandonnés, ni inutiles: vous êtes les appelés du Christ, sa vivante et transparente image. En son nom, le Concile vous salue avec amour, vous remercie, vous assure l'amitié et l'assistance de l'Eglise et vous bénit.

7. Aux jeunes

C'est à vous enfin, jeunes gens et jeunes filles du monde entier, que le Concile veut adresser son dernier message. Car c'est vous qui allez recueillir le flambeau des mains de vos aînés et vivre dans le monde au moment des plus gigantesques transformations de son histoire. C'est vous qui, recueillant le meilleur de l'exemple et de l'enseignement de vos parents et des vos maîtres, allez former la société de demain: ou vous sauverez ou vous périrez avec elle.

L'Eglise, quatre années durant, vient de travailler à rejeunir son visage, pour mieux répondre au dessein de son Fondateur, le grand Vivant, le Christ éternellement jeune. Et au terme de cette imposante «révision de vie», elle se tourne vers vous. C'est pour vous, les jeunes, pour vous surtout, qu'elle vient, par son Concile, d'allumer une lumière qui éclaire l'avenir, votre avenir.

L'Eglise est soucieuse que cette société que vous allez constituer respecte la dignité, la liberté, le droit des personnes: et ces personnes, ce sont les vôtres.

Elle est soucieuse surtout que cette société laisse s'épanouir / son trésor toujours ancien et toujours nouveau: la 18
foi, et que vos âmes puissent baigner librement dans ses bienfaisantes clartés. Elle a confiance que vous trouverez une telle force et une telle joie, que vous ne serez pas même tentés, comme certains de vos aînés, de céder à la séduction des philosophies de l'égoïsme et du plaisir, ou à celles du désespoir et du néant; et qu'en face de l'athéisme, phénomène de lassitude et de vieillesse, vous saurez affirmer votre foi dans la vie et dans ce qui donne un sens à la vie: la certitude de l'existence d'un Dieu juste et bon.

C'est au nom de ce Dieu et de son Fils Jésus que nous vous exhortons à élargir vos coeurs aux dimensions du monde, à entendre l'appel de vos frères et à mettre hardiment à leur service vos jeunes énergies. Luttez contre tout égoïsme. Refusez de laisser libre cours aux instincts de violence et de haine, qui engendrent les guerres et leur cortège de misères. Soyez généreux, purs, respectueux, sincères. Et construisez dans l'enthousiasme un monde meilleur que celui de vos aînés!

L'Eglise vous regarde avec confiance et avec amour. Riche d'un long passé toujours vivant en elle, et marchant vers la perfection humaine dans le temps et vers les destinées ultimes de l'histoire et de la vie, elle est la vraie jeunesse du monde. Elle possède ce qui fait la force et le charme des jeunes: la faculté de se réjouir de ce qui commence, de se donner sans retour, de se renouveler et de repartir pour de nouvelles conquêtes. Regardez-la, et vous retrouverez en elle le visage du Christ, le vrai héros, humble et sage, le prophète de la vérité et de l'amour, le compagnon et l'ami des jeunes. C'est bien au nom du Christ que nous vous saluons, que nous vous exhortons et vous bénissons.

3369

1965 DEC 8.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 18-19

Concilio Oecumenico Vaticano II finis imponitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—In Spiritu Sancto congregatum et obtectum praesidio Beatae Mariae Virginis, quam Matrem Ecclesiae renuntiavimus, Sancti Ioseph eius in- 19
cliti Sponsi nec non Sanctorum / Apostolorum Petri et Pauli, Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum sine dubio maximis Ecclesiae eventis est accensendum: etenim frequentissimum fuit numero Patrum, qui ex omnibus orbis terrarum partibus, ex iis etiam, in quibus hierarchicus ordo recens est constitutus, ad Petri Sedem convenerant; copiosissimum fuit argumentis, quae in quattuor Sessionibus studiose et accurate sunt pertractata; convenientissimum denique fuit, quod, necessitatum, quas haec aetas

induxit, habens rationem, utilitates pastorales imprimis attendit et, flammam alens caritatis, magnopere est animum, ut christifideles a Sedis Apostolicae communione adhuc sejunctos, quin immo universam humanam familiam fraterno attingeret animo. Quandoquidem ergo omnia ad idem Sacrosanctum Oecumenicum Concilium spectantia, Deo adiuvante, in praesenti absoluta sunt, atque omnes Constitutiones, Decreta, Declarationes et Vota synodali deliberatione approbata riteque a Nobis promulgata, idem Concilium Oecumenicum a Decessore Nostro *f.* r. Ioanne XXIII die XXV mensis Decembris anno MCMLXI indictum, die autem XI mensis Octobris anno MCMLXII inchoatum, atque post eius plissimum obitum a Nobis continuatum, auctoritate Nostra Apostolica concludere decernimus atque statuimus ad omnes iuris effectus. Mandamus autem ac praecipimus, ut quae synodaliter in Concilio statuta sunt, sancte et religiose ab omnibus christifidelibus serventur ad Dei gloriam, ad Sanctae Matris Ecclesiae decus et ad hominum universorum tranquillitatem et pacem. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Decembris, in festo Conceptionis Immaculatae B. M. V., anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—Paulus Pp. VI.

3370

1965 DEC 8.-PAULUS VI, LITT. AP. AAS 58 (1966) 201-203

Novus Legum Codex Sacri Ordinis Fratrum Militum Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, nunc Ordinis Melitensis nuncupati, approbatur

PAULUS PP. VI

Ad futuram rei memoriam.—Mirabili Sanctae Ecclesiae renovandae atque instaurandae consilio et operi, cui nostra aetate divino Spiritu afflante Oecumenicum Concilium Vaticanum II, hoc ipso die ad exitum deveniens, quam diligentissime studuit, insignis etiam fidelisque Ordo Melitensis apta quadam continuatione videtur insertus. Eodem enim pertinent assidui labores Moderatorum itemque Sodalium, qui omnes, data a Summis Pontificibus praecepta servantes, religiosae suae disciplinae morem restituendum atque ad novos hodiernae vitae usus accommodandum curaverunt. Neque vero longiore commemorandas esse ser-
202 mone curas sollicitudinesque censemus, quibus Ecclesia sive homines / sive res Ordinis sit prosecuta, siquidem clarissimis monumentis testatae et consignatae sunt, quaeque antea a peculiari Patrum Cardinalium coetu et nunc a Cardinali Patrono effecta sunt, ea omnia, Ordine laetis auctibus proficiente, multos iam fructus ediderunt. Sed illud potissimum declarare placet, duas haud levis momenti tabulas ab huiusmodi coeptorum coniunctione esse ortas: quarum quidem altera, quae *Legis Primariae* nomine distinguitur, iuris vim atque firmitatem aliquot ante annos obtinuit, post evulgatas scilicet a Ioanne Pp. XXIII, Decessore Nostro imm. rec., d. XXIV m. Iunii anno MCMLXI anteloque Piscatoris obsignatas Litteras Apostolicas; alter vero, plenum legum corpus efficiens, publica Nostra indiget probatione, quam quidem per has Litteras decreturi sumus. Praesens porro *Codex iuris Melitensis* copiosam, ut patet, materiam complectitur, ita ut, ad rationes sane et instituta eiusdem Primariae Legis accommodatus, iura omnia et munera et officia cuiusque classis Sodalium atque etiam universi Ordinis regimen et administrationem clare explicat distincteque definiat. Opus quidem laboriosum, in quo apparando atque perscribendo Purpurati Patres Summumque Ordinis Magisterium diutius elaboraverunt, vetera et nova egregie componit, quippe cum traditum a maioribus sapientiae ac virtutis, Christianaeque in primis caritatis patrimonium in se recipiat simulque graviores horum temporum necessitates respiciat. Votum igitur eiusdem Decessoris Nostri feliciter impletur, qui per Litteras, quas supra diximus, aperte mandaverat, ut Codex Melitensis, rebus omnibus pertractatis praeceptisque ad illius Legis capita dispositis, quam primum ederetur eidemque in tota religiosae vitae actione adiungeretur. Cum ergo Dilectus Filius Noster Paulus S. R. E. Presb. Card. Giobbe, Magister beneficiis attribuendis seu Datarius Noster, idemque Apostolicae Sedis hac de re Legatus, tradito novarum legum exemplari, a Nobis postulaverit, ut eas omnes Nostra auctoritate rite probaremus atque promulgaremus, hisce Nos precibus, quae Nostra est clarissimi Ordinis singularisque ab eo operae tot per saecula Ecclesiae datae opinio atque existimatio, perlibenter obsecundare statuimus. Itaque Nos, omnibus perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi *novum Legum Codicem Sacri Ordinis Fratrum Militum Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani*, nunc Ordinis Melitensis appellati, iuxta exemplum, quod, Italico sermone conscriptum, ex ducentis sexaginta novem articulis, triginta tribus capitulis sexque titulis constat, *confirmamus, approbamus, promulgamus* eique Apostolicae sanctionis robur adicimus. / Universis 203
proinde eiusdem religiosi Ordinis Sodalibus praecipimus et mandamus, ut, quae in novo Codice continentur, ea omnia fideliter constanterque exsequantur. Hisce simul Litteris et auctoritate Nostra abrogamus et abrogata esse declaramus ea, quae abrogari et abrogata esse in ipso novo Codice asseveratur, dum certo fore confidimus, ut idem Ordo, haud immemor pristinarum rerum gloriosissime a se gestarum, duce etiam huiusmodi lege, maiora in dies incrementa capiat optimeque semper de Ecclesia deque humana societate mereatur. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Decembris, in festo Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3371

1965 DEC 8.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

Unio internationalis Antistitarum Generalium erigitur et eius Statuta ad experimentum approbantur

Sacra Congregatio negotiis Sodalium Religiosorum praeposita, de spirituali profectu perquam sollicita earum, quae in Statu perfectionis, votis religiosis nuncupatis, Deo se devoverunt, iamdiu optavit ut Consilium Antistitarum Generalium constitueretur.

Congruo igitur tempore praeposito ad aptam earundem Antistitarum Generalium compositionem praeparandam, quibusdam auditis Religiosis hac in re peculiariter periti necnon consultis Matribus Auditricibus Concilii Oecumenici Vaticani II, omnibusque attente perpensis, Sacra haec Congregatio opportunum constituere censuit Unionem Internationalem Antistitarum Generalium, quae primus appareat fructus Decreti Conciliaris *Perfectae caritatis* [LE 3333] et insimul opportunum ad eiusdem applicationem auxilium.

Ideo hoc Sacrum Dicasterium praedictam Unionem praesenti Decreto erigit eamque a die huius Decreti erectam declarat. Statuta insuper, quibus, salvis iuris communis normis, regitur eadem Unio, ad quinquennium, experimenti gratia, approbantur; quo transacto, iterum huic Sacrae Congregationi subicienda erunt pro eorum revisione et confirmatione.

Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, in Festo Immaculatae Conceptionis B. M. V. et sollemnis conclusionis Concilii Oecumenici Vaticani II, die 8 Decembris 1965.—I. Card. Antoniutti, *Praef.* Paulus Philippe, *a Secretis.*

* Prot. N. N. AG 2114/60; **Rivista delle religiose** 15 (1966) 134. Vide textum Statutorum apud **Rivista delle religiose** 15 (1966) 135-141. Adn. P. Philippe in **Rivista delle religiose** 15 (1966) 142-148; **Vie consacrée** 37 (1966) 129-142.

3372

1965 DEC 14.-SC RELIGIOSORUM, MONITUM. PART.*

Religiosi uniformitatem liturgicam ubique foveant, salvo ritu singulis Ordinibus proprio

Eminentissimus Cardinalis Ildebrandus Antoniutti, Praefectus S. Congregationis de Religiosis, certiorem fecit Unionem Romanam Superiorum Generalium, de necessitate pro omnibus Ordinibus et Congregationibus religiosis quorum

http://www.obrascatolicas.com

sodales apostolatum liturgicum exercent per Centra, ephemerides, hebdomadas liturgicas, etc., ut semper cum Sacra Hyerarchia procedant ad uniformitatem servandam in una eademque regione, salvis semper ritibus peculiaribus singulis Ordinibus propriis.

* Praesidi Unionis Romanae Superiorum Generalium, Prot. N. 5821/64' iuxta summarium vulgatum apud AOP 74 (1966) 425.

3373

1965 DEC 15.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 133

APOSTOLICA NUNTIATURA APUD MELITENSEM CIVITATEM CONSTITUITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Studio christianae religionis, cuius ortus ab evangelica Gentium Apostoli praedicatione ducitur, insulae Melitae nullo non tempore incolae eminuerunt. Quod quidem avitae fidei fundamentum attendentibus, Apostolicae huic Sedi atque publicae eiusdem insulae Auctoritati visum est, cum esset ipsa Natio haud ita pridem sui iuris facta, mutua ac legitima amicae necessitudinis vincula iungere, ad felicem rerum religiosarum itemque civilium progressionem. Ad Nos igitur quod attinet, rei momentum noscentes eique pro Apostolico, quo fungimur, officio consulentes, Nostram ibidem condere Legationem statuimus. Itaque motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in Civitate Melitensi *Apostolicam Nuntiaturam* erigimus et constituimus, eidemque omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi sic per Nos constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XV mensis Decembris, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3374

1965 DEC 16.-SC RELIGIOSORUM, NORMAE. PART.*

RELATIONES INTER SOCIETATEM IESU ET «MOTUM PRO MUNDO MELIORE», QUI INTER OPERA SOCIETATIS IESU ANNUMERATUR

Vide *textum* infra sub die 1966 sept. 27: LE 3472.

* Praeposito Gen. S. I., Prot. N. 01872/55 iuxta summarium traditum apud Acta romana Societatis Iesu 14 (1961-66) 600-601.

3375

1965 DEC 18.-PAULUS. VI, CONST. AAS 58 (1966) 554-556

DE THAILANDIA

IN THAILANDIA SACRA EPISCOPALIS HIERARCHIA CONSTITUITUR

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei-Ad perpetuam rei memoriam

Qui in fastigio sacrae Hierarchiae secreto Dei consilio constituti sumus ut, tamquam beatissimus Petrus, Apostolorum princeps, insomnem pro christiano grege curam geremus, nulla hac maiore laetitia perfundimur, quam cum audimus fidem nostram, «quae est in Christo Iesu» *(Tim.,* 3, 13), et fines suos proferre, et in gentibus honorari, et populis fieri signum atque causam a Deo praeparatae salutis. Quam ob rem, cum in Thailandia res catholica Episcoporum atque missionariorum labore atque studio magna suscepisset incrementa, maioraque praevideatur accipere

posse, censuit Sacra Congregatio Fidei Propagandae iam tempus advenisse constituendae ibi loci sacrae Hierarchiae. Qua re, consilio petito a venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus eiusdem Sacrae Congregationi praepositis, audita sententia cum venerabilis Fratris Ioannis Gordon, Archiepiscopi tituli Nicopolitani ad Nestum et olim in Thailandia, Laosiana regione et Paeninsula Malacensi Apostolici Delegati, tum venerabilis Fratris Angeli Pedroni, Archiepiscopi tituli Novicensis iam eodem munere fungentis, auctoritate / Nostra haec statuimus. In Thailandia *sacram Hierarchiam* condimus, duabus provinciis ecclesiasticis constitutis, quae erunt: provincia ecclesiastica *Bangkokensis,* quae constabit: metropolitana Ecclesia Bangkokensi, antea vicariatu apostolico, cuius cathedrale templum dicatum erit Assumptioni Beatae Mariae Virginis; atque suffraganeis Sedibus: dioecesi Bangnokhuekensi, ante hoc tempus vicariatu apostolico Rajaburiensi, cuius titulus cathedralis ecclesiae erit Nativitas Beatae Mariae Virginis; dioecesi Chantaburiensi, iam vicariatu apostolico, cuius titulus cathedralis ecclesiae erit Conceptio Immaculata Beatae Mariae Virginis; dioecesi Chiengmaiensi, antea praefectura apostolica, cuius cathedrale templum sacrum erit sacratissimo Cordi Iesu. Altera provincia ecclesiastica *Tharensis et Nongsengensis* cognominabitur, eademque coalescet his Sedibus cathedralibus: ipsa metropolitana Ecclesia Tharensi et Nongsengensi, quae fuit antehac vicariatus apostolicus, cuiusque cathedrale templum Sancto Michaëli Archangelo dicabitur; item suffraganeis dioecesibus: Ubonensi, adhuc vicariatu apostolico, cuius templum cathedrale sacrum erit Conceptioni Immaculatae Beatae Mariae Virginis; Nakornrajasimensi, hactenus vicariatu apostolico, cuius templum erit Apparitioni Beatae Mariae Virginis Lapurdensis consecratum; Udonthanensi, usque modo praefectura apostolica, cuius cathedrale templum sacrabitur Beatae Mariae Virgini a Perpetuo Auxilio. Quibus omnibus Ecclesiis ita censuimus esse providendum ut: in provincia ecclesiastica Bangkokensi, venerabilis Frater Iosephus Khiamsum Nittayo, hucusque Vicarius Apostolicus Bangkokensis, ab Ecclesia titulo Obbensi ad metropolitanam Sedem Bangkokensem transferretur; venerabilis Frater Petrus Carretto, hactenus Vicarius Apostolicus Rajaburiensis, ab Ecclesia titulo Zenobiensi ad cathedralem Sedem Bangnokhuekensem transferretur; venerabilis Frater Franciscus Xaverius Sanguon Souvannasri, hucusque Vicarius Apostolicus Chantaburiensis, ab Ecclesia titulo Oenoandensi ad cathedralem Sedem Chantaburiensem transferretur; venerabilis Frater Lucianus Lacoste, Episcopus Talianus atque Administrator Apostolicus praefecturae Chiengmaiensis, Administrator Apostolicus dioecesis Chiengmaiensis crearetur; in provincia vero ecclesiastica Tharensi et Nongsengensi, venerabilis Frater Michaël Kien Samophithak, hactenus Vicarius Apostolicus Tharensis et Nognsengensis ab Ecclesia titulo Octabensi ad Sedem cathedralem metropolitanam Tharensem et Nongsengensem transferretur; venerabilis Frater Claudius Bayet, hactenus Vicarius Apostolicus Ubonensis, ab Ecclesia titulo Cidyessensi ad Sedem cathedralem / Ubonensem transferretur; venerabilis Frater Alanus van Gaver, adhuc Vicarius Apostolicus Nakornrajasimensis, ab Ecclesia titulo Caprensi ad Sedem cathedralem Nakornrjasimensem; venerabilis Frater Clarentius Iacobus Duhart, Sodalis Congregationis Sanctissimi Redemptoris, et hactenus Praefectus Apostolicus Udonthanensis, ipsius huius Sedis cathedralis Episcopus fieret. Censemus praeterea ut hae omnes Ecclesiae, quas recensuimus, pergant obnoxiae esse Sacrae Congregationi Christianae Fidei Propagandae, ut hactenus. Quod autem ad regimen, administrationem, Canonicorum collegium, hisque similia pertinet, normae atque praescripta Iuris Canonici adamussim serventur. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae, eius cura qui ad praesens unicuique Sedium praeest, in cleri populique notitiam perferantur; a venerabili vero Fratre Angelo Pedroni, quem memoravimus, ad exitum perducantur; qui sane poterit, si visum fuerit, et alium delegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Re vero acta, documenta exarentur, sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti

simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodevicesimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio.—Iacobus A. Card. COPELLO, *S. R. E. Cancellarius.* Gregorius P. Card. AGAGIANIAN, *S. Congr. de Prop. Fide Praefectus.* Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens.* Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.* Ioannes Calleri, *Proton. Apost.*

3376

1965 DEC 20.-SC STUDIORUM, RESPONSUM. PART.*

SENSUS VERBORUM «PATRIMONIO PHILOSOPHICO PERENNITER VALIDO» DECRETI CONCILIARIS DE INSTITUTIONE SACERDOTALI DECLARATUR

Quaesitum fuit quid proprie et in concreto significent verba «patrimonio philosophico perenniter valido», quae leguntur in n. 15 Decreti Conciliaris «*Optatam totius*» de institutione sacerdotali [LE 3334].

Respondetur relatorum verborum significationem inveniri in Litteris Encyclicis *Humani Generis* diei 12 augusti 1950 *(AAS* 42 1950, 00. 571-575) [LE 2147], quae indicantur in nota ad eadem verba.

Constat insuper e documentis Sacrosancti Concilii, in patrimonio philosophico perenniter valido Commissionem de Seminariis, de Studiis et de Educatione Catholica «S. Thomae principia significari intellexisse».

Die 20 decembris 1965.—Iosephus Card. PIZZARDO, *Praef.* Dinus Staffa, *a Secretis.*

* Seminarium 18 (1966) 65.

3377

1965 DEC 20.-S. PAENITENT., DECR. AAS 57 (1965) 1018

DECRETUM CIRCA IUBILAEI EXTRAORDINARII INDULGENTIAS LUCRANDAS IN ALIIS, PRAETER CATHEDRALEM, ECCLESIIS

Cum plures Episcopi enixe petierint ut iubilares Indulgentiae per Constitutionem Apostolicam *Mirificus eventus* [LE 3358] christifidelibus concessae acquiri possint etiam ab iis quibus, ob peculiaria locorum vel temporum adiuncta, difficilis ad ecclesiam cathedralem sit aditus, Summus Pontifex Paulus Divina Providentia Pp. VI, hoc Sacrae Paenitentiariae decreto, facultatem omnibus locorum Ordinariis benigne concedit —si ad feliciorem iubilaei exitum id conferre censuerint— designandi, praeter ecclesiam cathedralem, unam vel plures dioecesis ecclesias, in quibus christifideles iubilares gratias pariter assequi valeant.

Datum Romae, ex Sacra Paenitentiaria, die 20 Decembris 1965.—F. Card. CENTO, *Paenitentiarius Maior.* I. Sessolo, *Regens.*

3378

1965 DEC 25.-SC STUDIORUM, INSTRUCTIO. PART.*

INSTRUCTIO DE SACRORUM ALUMNORUM LITURGICA INSTITUTIONE AD MENTEM CONCILII VATICANI II

Prooemium

1. Doctrina et exemplo Dominus Iesus in sua vita publica nisus est discipulos assuefacere usui precationis communis. Nec modo cum illis Templum frequentabat, ut legis Mosaicae ritibus interesset, sed illis tradidit orationis Dominicae formulam et exemplar magnae precationis eucharisticae; quae praecipuum in Ecclesia constituunt publicae precationis elementum. Exinde omnibus Ecclesiae Pastoribus curae fuit, ut liturgiae praesiderent ipsi, atque etiam diligenter invigilarent eius exsecutioni aptoque variarum formarum progressui.

2. His haerentes traditis principiis, recentiores Summi Pontifices solliciti praecipue fuerunt de sacra liturgia in Seminariis docenda deque sacrorum alumnis in eo munere informandis, quod obiturі essent in publica precationis celebratione. Concilii autem Vaticani II Constitutio *Sacrosanctum Concilium,* de Sacra Liturgia [LE 3141], fortiter institit huic formationi, quae prosequenda est toto studiorum ecclesiasticorum curriculo, quamque et ipsi sacerdotes prosequi perficereque debent in tota eorum vita sacerdotali. Tantum enim pastores, qui liturgiae doctrina et usu optime imbuti sint, poterunt christifideles edocere adducereque ad intellegenter ardenterque participandum variis liturgicis actionibus communitatis christianae.

3. Liturgia, qua forma induta est in terris, exprimit, revocat in memoriam et permanenter renovat mysterium salutis *(Mysterium paschale).* Quapropter plurimis notis praefulget: est publica manifestatio indefectibilis sanctitatis Ecclesiae et unum ex maxime perspicuis signis divinae eius originis; est clamor ex eius animo erumpens ad Patrem sub motione Spiritus Sancti; est laus perfecta et adoratio in Spiritu et veritate, quae in Christo et per Christum omnem reddit Deo honorem et gloriam; est instrumentum semper efficax ad purificandos homines et sanctificandos; est ratio paedagogica omnium apta et universalis, qua Ecclesia filios suos instituit et format; est luminosa et sapida contemplatio integri Revelationis thesauri; est non modo pereffieax forma apostolatus operantis, sed latissima etiam ac tutissima ratio apostolatus orationis; est excellens supernaturalis caritatis exercitium, innixum in communione sanctorum ad viventem Ecclesiae unitatem plene efficiendam; denique, est anticipatio aeternae laudis iam in Coelo inchoatae, cum qua unum integrum cultum constituit et ad quam, utpote ad suam consummationem, indesinenter tendit.

4. Quicumque hanc amplissimam liturgiae significationem admittit, eius etiam statim praecipuas detegit proprietates, quae aptae sunt ad vim suam exercendam in tota eorum formatione, qui ad Sacerdotium contendunt. Etenim: tota liturgia nititur in Christo Sacerdote ac praesertim in eius sacrificio redemptivo, semper actu permanente in SS. Eucharistia; liturgia est imprimis actio sacra ab Ecclesia peracta et ad Deum directa: cetera eius munera, sanctificandi et docendi, quibus homines respicit, etsi praecipua, non sunt nisi consectaria huius finis primarii vel instrumenta ad eum assequendum; liturgia semper exercetur actione interna eademque externa: externa, cum sit publica; interna, cum sit vera et sincera. Quod internum elementum non solis ministri et adstantium cogitationibus affectibusque constituitur, sed etiam includit praesentem vitam internam reliquorum membrorum Ecclesiae, quae totam suam vitam in quavis caerimonia vere liturgica significat et exprimit; haec participatio debet potissimum supernaturalis esse, ideoque innixa in fide, spe et caritate. Eius autem vis praecipua non pendet a scaenico apparatu neque a participantium numero, sed ab ardore, quo flagrant, vitae spiritualis et coniunctionis cum Deo; cultus liturgicus, utpote actus Ecclesiae publicus, est necessario hierarchicus, ideoque obnoxius praescriptionibus competentis Auctoritatis. Singulorum igitur arbitrium et inoboedientia legitimis praescriptionibus immutat ipso facto liturgicam actus naturam; non iam cultus Ecclesiae est, sed cultus privatus unius personae vel coetus cuiusdam peculiaris.

5. In liturgiam igitur sacrorum alumnorum attentio studiumque excitanda convertendaque sunt, eius ostendendo quomodo ex vita liturgica ditentur eorum animi apteque parentur ad futurum obeundum pastorale ministerium.

6. Liturgia imprimis ipsam futuri sacri administri vitam varia ditat ratione, cum doctrinali et spirituali tum etiam humana.

Etenim liturgia, utpote actuatio ipsius Redemptionis, in unitate unius eiusdemque vitalis actionis, coniungit exercitium fidei et totius cognitionis theologicae actionisque moralis; sic, in unius operis confectione, unit multiplices aspectus vitae christianae. Nam, ut significatio doctrinae, liturgia, nihil detrahens obiectivitati fidei et scientiae theologicae quibus nixa est, hanc ex scientia speculativa elevat ad vitam cultus; prout vero mysteriorum est celebratio, mirum quantum valet ad creandum augendumque sensum Dei, atque ad animos efficaciter assuescendos divinam revereri transcendentiam.

Hac ratione liturgia pariter praecavet ne disciplinae theologicae veluti fragmentatae et inter se disiunctae tradantur, eademque permittit ut earum usus faci is reddatur in futuro ministerio. Revera disciplinae ecclesiasticae, liturgiae luce illustratae, vim novam in ea accipiunt: Sacra Scriptura pleniorem sensum invenit, dogma in adorationem efflorescit, disciplina morum pietatem attingit, historia fit Providentiae praeconium, ius amorem praescribere contendit.

7. In spirituali sacrorum alumnorum vita excolenda, liturgia in primis intervenit ut disciplina asceseos, ea mensura qua eos actu participes facit mysterii paschalis Christi, et propterea quod imponit disciplinam in religiosa rituum observantia; abrenuntiationem singulis, qui prope disparent et obscurantur in opere communi; purificationem cordis necessariam ad mysterium penetrandum per symbola, quibus contegitur et celatur.

Liturgia praeterea est praecipue optima orationis schola, cum ei suppeditet tum materiam et habitus fundamentales tum optimam formulam et intentiones maxime universales.

Denique liturgia est schola contemplationis supernaturalis, quae sub motione Spiritus Sancti fit, in obscura luce mysterii fidei, per signa sacra quae cum Deo coniungunt, nec tamen eum plene revelant, ut in animo servent et augeant perfectioris coniunctionis desiderium.

8. Et ipse mere humanus alumnorum cultus ex liturgia proficiet. Saepe enim futuris sacris administris obicitur manca institutio humana ob secessum plures annos productum ratione vitae scholasticae, quo fit ut segregati ab hominum vivant consortio ac parum se impendant in aliquo exteriore opere efficiendo. Egregie liturgia aptum huic imperitiae remedium suppeditat.

Liturgia enim, utpote cuiusdam operis confectio, varias ad

http://www.obrascatolicas.com

vocat virtutes in agendo requisitas, adigens iuvenem clericum ad exercendam non modo acquisitam scientiam, sed etiam industriam suam et dona naturae. Ut autem confectio operis communis, liturgia eius sociales virtutes explicat, ei donans sensum communitatis et loci quem in ea obtinet, ac pariter sensum disciplinae et communionis cum fratribus; fovet insuper, quam quae maxime, observantiam, moderationem et prudentiam.

Cum denique artibus et pœticis musicisque modis utatur, liturgia est mira quaedam artis schola quae decursu saeculorum summos formavit magistros, ingenia adduxit ad pulcherrima opera componenda, ac proinde totam innutrit vitam eorum, qui zelum domus Dei in animis servabunt.

9. Nec modo vita liturgica sacrorum alumnos ditat, at peculiari etiam ratione eorum animos apte comparat ad ministerium sacerdotale fructuose exercendum. Nemo enim ignorat quantae efficaciae apostolicae sit actio liturgica digne peracta, in quam cum celebrantis tum fidelium animi conspirent. Tantum vero si sacerdos ita fuerit institutus, ut sensum et vim liturgiae ipse probe percipiat, poterit sacros ritus christifidelibus exibere intellegentia, amore ac prudentia debitis, et —secundum Ecclesiae praescripta et consilia atque sine ulla unquam adulteratione— eos accommodare ad diversos coetus, quibus liturgicos peragit actus.

10. Insuper, haec formatio deteget divitias omnes textuum rituumque liturgicorum, qui fient cotidianum alimentum sacerdotalis praedicationis, quae sic inveniet propriam aptamque sedem in media ipsa sacrorum celebratione.

Denique, flagrans liturgiae studium efficiet ut sponte sua sacerdos in quovis sacro ritu conciliet animorum recollectionem, pacem et ardorem, quibus celebratio grata evadat atque perefficax ad spiritualem coetus fidelium formationem.

11. Cum igitur tanti momenti et ponderis liturgica sacrorum alumnorum institutio censenda sit, ut Sacrosancta Oecumenica Synodus affirmare non dubitaverit nullum christifidelium profectum esse sperandum (videlicet, ut ii a liturgia veluti a primo fonte vere christianum spiritum hauriant), nisi prius ipsi animarum pastores spiritu et virtute liturgiae penitus imbuantur in eaque efficiantur magistri», Sacra haec Congregatio statuit congruam de liturgica clericorum institutione Institutionem edere, ea nempe revocando fusiusque edisserendo principia ac praecepta, quae hac de re tum in Constitutione Conciliari passim continentur, tum in Instructione ad eam exsequendam opportune cauta sunt (*).

Cap. I—De vita liturgica in Seminario fovenda

12. Episcopus de liturgica suorum clericorum institutione spondet. Sollicita igitur cura invigilabit sive deligendis praeceptoribus sive accuratae huius Instructionis exsecutioni exigendae. Ubi autem necessitas postulet, sine ulla haesitatione provehet in Seminario plenam liturgicarum consuetudinum reformationem secundum rationem infra exponendam.

13. Moderatores et Professores, utpote Episcopi procuratores atque eius voluntatis exsecutores, varios liturgicae institutionis aspectus pro sua cuiusque parte exsequendos diligenter suscipient; quo vero uberiores inde fructus colligantur, animo volenti operam inter se consociabunt suam.

Art. I: *De Sacris Celebrationibus in universum*

14. Necesse omnino est, ut in Seminario ea summa adhibeatur cura praesertim celebrandis sacrificio Missae divinoque Officio, prout postulat momentum quod Ecclesia liturgiae tribuit, ita ut vita liturgica alumnorum plene respondeat voluntati Concilii, in Constitutione de sacra liturgia enuntiatae.

15. Lingua liturgiae, Missae et Officii, in Seminariis erit Latina, quae est lingua Ecclesiae Latinae, cuiusque scientia in omnibus clericis est requisita (*CC.*, n. 36, 1 et 101, 1).

Opportunum tamen erit in Missae celebratione lingua uti vernacula certis quibusdam diebus (v. g., semel in hebdomada) —ea nempe mensura quae est pro unaquaque regione a legitima Auctoritate permissa et a Sancta Sede confirmata— quo aptius clerici praeparentur ad ritus, qui ea lingua erunt illis peragendi in paroeciis. Usus igitur linguae vernaculae numquam fieri debet norma generalis, detrimento linguae Latinae. Ecclesia enim, usum linguae vernaculae concedens, non vult ut ideo clerici exemplos se credant ab ipsis adeundis fontibus, et in sua ad sacerdotium praeparatione vel minime negligant linguam Latinae Ecclesiae communem.

16. «Celebrationes liturgicae quam perfectissime agantur, ac proinde: *a)* rubricae sedulo observentur et caeremoniae decore exerceantur, sub assidua moderatorum vigilantia; *b)* clerici muneribus liturgicis sui ordinis frequenter fungantur, idest diaconi, subdiaconi, acoluthi, lectoris, et insuper commentatoris et cantoris (*IE.*, n. 13).

17. Omnes celebrationes peragantur non modo accurate, sed etiam attentis perfectione et venustate, quae in divini servitii perfunctione adhibendae sunt. Sic fiet ut qui futuri erunt pastores, ad eam se informent vitae rationem, quae et eos distinguat, et in fidelibus una cum studio gustuque orationis augeat sensum sacri eiusque exigentiarum.

(*) Proinde haec Instructio fideliter haeret Constitutioni Concilii Vaticani II *Sacrosanctum Concilium* (4 Dec. 1963, *A. A. S.*, LVI, 1964, 97-134) [LE 314], et Instructioni *Inter oecumenici* (26 Sept. 1964, *A. A. S.*, LVI, 1964, 887-900) [LE 3217]. Loci sumpti ex his duobus documentis iuxta progredientes eorum numeros commemorantur, siglis praemissis vel CC. (*Constitutio Conciliaris*), vel IE. (*Inter oecumenici*).

18. Ideo, ni adsit, constituatur caeremoniarum praefectus, qui unumquemque suas partes doceat, et curet ut omnia digne ac scite contingant. Hac de causa, clericos de propriis cuiusque muneribus instruat, ad hoc adhibens textus ipsos legis, ut deinceps ipsi sciant iis uti cum id necessitas ministerii sacerdotalis postulabit.

Quoties autem necessarium videbitur, experimenta fiant, praesertim de sacris ritibus difficilioribus insuetisque, uberius vero cum clerici advocantur ad sacras participandas celebrationes ecclesiae cathedralis.

19. Seminarii «ecclesia et oratoria, sacra supellex et sacrae vestes speciem genuinae artis christianae, etiam hodiernae, prae se ferant» (*IE.*, n. 13 c.). Curetur insuper ut, quantum fieri poterit, ecclesia sit organo instructa (Cf. *CC.*, n. 120).

20. Omnes vero alumni sacros ritus ad mentem Constitutionis et legum liturgicarum actuose participent, praesertim cantum communem; scholae praeterea cantorum quicumque apti sint partem habeant.

21. Cantus liturgici desumentur potissimum ex thesauro gregoriano. Etenim «Ecclesia cantum gregorianum agnoscit ut liturgiae romanae proprium; qui ideo in actionibus liturgicis, ceteris paribus, principem locum obtineat» (*CC.*, n. 116).

Pro facultate autem scholae cantorum Seminarii, cantus hauriantur etiam ex copioso polyphoniae classicae et recentioris repertorio, quae et haerentia textibus et sincera pietate liturgiam Ecclesiae et dignas Dei laudes efferant (*CC., ibid.*).

22. Etsi praecipue curandum est ut Seminarii alumni constanter haereant musico thesauro Ecclesiae universae proprio (Cf. *CC.*, n. 112; n. 114), consulendum tamen erit ut etiam uti sciant liturgico repertorio lingua propriae gentis conscripto et a competenti Auctoritate territoriali approbato (Cf. *CC.*, n. 118).

Art. II: *De sacrosancto Eucharistiae mysterio*

23. Missa, totius vitae spiritualis centrum, singulis hebdomadae diebus celebretur eamque omnes Seminarii clerici participent; ea autem celebrabitur variis et aptioribus adhibitis formis quae melius diversa munera in coetu liturgico exhibeant omniumque alumnorum activae participationi faveant; at exoptandum est ut clerici usu ipso manuducantur ad diversas Missarum formas, quae iis cum populo celebrandae erunt in paroecia.

24. Die vero dominica aliisque maioribus festis, Missa, omnibus qui in domo sunt participantibus, in cantu celebretur, potissimum cum diacono, et etiam cum subdiacono iuxta facultatem. In ea fiat homilia, ut infra declaratur, alumnique enixe excitentur ut ex eodem sacrificio communionem sacramentalem recipiant. Sacerdotibus vero Seminarii qui aliquod externum ministerium non obeant, suadetur ut, accedente licentia Ordinarii, Missam concelebrent, quo melius eluceat unitas sacerdotii et sacrificii.

25. Clericorum participatio liturgiae in ecclesia cathedrali habeatur saltem sollemnioribus festis diebus, praesertim vero cum et ipse interest urbis clerus. Siquidem enim omnes christifideles «vitam liturgicam dioeceseos circa Episcopum, praesertim in ecclesia cathedrali, maximi faciant oportet» (*CC.*, n. 41), Seminarii alumni exemplo praeibunt. Missa enim Episcopi, cui suum presbyterium et ministri adstent circum altare, praecipua vitae dioecesis manifestatio est. Ad liturgica autem munera in ecclesia cathedrali obeunda, ministri adhibeantur etiam Seminarii alumni, qui in Ordine cum sibi commissis liturgicis muneribus congruente versentur.

Art. III: *De Officio divino*

26. Maxime convenit ut clerici, etsi divini Officii obligatione nondum adstricti, cotidie in communi celebrent mane Laudes, sero autem Vesperas, sedulo servata horarum veritate. Moderatores quoque hanc celebrationem, quantum fieri potest, participent.

Etenim hae horae, a Concilio Vaticano II sollemniter commendatae (*CC.*, n. 89), fructuose substituent consuetas precesmatutinas et vespertinas; qua communi psalmorum recitatione alumni gustum usumque divini Officii sibi comparabunt (*IE.*, n. 16).

Sollemnioribus vero diebus festis, hae duae horae integre canentur.

27. Etsi generatim recitatio Vesperarum praeferenda sit recitationi Completorii, pro veritate tamen horae diei interdum erit Completorium seligendum. Quodsi Completorium in communi non recitetur, commendatur alumnis ut ex illo sumant elementa privatae orationis ante cubitum.

28. Laudabiliter introducetur interdum celebratio alicuius ex horis minoribus, ut Tertiae ante praelectiones matutinas, vel Sextae ante prandium, aut Nonae ante praelectiones postmeridianas.

29. Nisi quid impedimenti obstet (v. gr. Seminarii longinquitas) alumni Vesperas vel eas alias Officii horas pro opportunitate participent, quae cum Episcopo et populo celebrantur, praesertim in ecclesia cathedrali (*IE.*, n. 16).

30. In horario Seminarii praefiniendo attente curandum est ut clericis in sacris constitutis sufficiens et aptum tempus ad Officium divinum digne et commode persolvendum tribuatur (*IE.*, n. 16). Idem enixe etiam hortandi sunt ad eam celebrationem communem, a Concilio commendatam (*CC.*, n. 99), quae non solum erit accurate absolvenda, sed ea etiam perfectione, quae in divino servitio peragendo adhibeatur oportet.

31. Quo facilius vero uberiusque in psallendo concentibus vocibusque mentes concordent, erit in primis providendum ut clerici, pro ipsorum aetate et captu, debita instruantur Psalmorum intellegentia, deque divinarum laudum dignitate ad mentem Constitutionis Conciliaris sollicite edoceantur (Cf. nn. 83-86, 88, 90).

Cap. II— Spiritualis institutio ad liturgiam

32. Patet haud sufficere dignam et pulchram sacrorum rituum in Seminario celebrationem, sed necessariam esse eam spiritualem alumnorum institutionem quae eos et nunc sacram liturgiam «scienter, actuose et fructuose» participare doceat, et ad vitam spiritualem ex ea hauriendam atque cum aliis postea communicandam instruat (Cf. *CC.*, 11, 17, 18; *IE.*, n. 14).

33. Informatio vero ad pietatem liturgicam convenienter fieri nequit, nisi et ipsi magistri liturgiam fecerint alimentum suae vitae spiritualis, eamque habeant necessarium fontem totius veri spiritus christiani. Quae condicio prorsus requiritur in omnibus, qui instituendis clericis operam impendunt suam.

34. Huiusmodi institutio Seminaria minora seu collegia pro iunioribus omnino non negleget, atque primum curabit illam ditare et complere, quae in sinu familiae christianae et paroeciae accepta est. Non autem simplices tradere notiones contendet, at vero liturgicarum rerum gustum et curiositatem dare; inseret praeterea se in integram formationem humanam, cuius erit veluti flos ac fastigium, cum liturgica educatio haud parum in hac humana formatione innitatur.

35. In clericis vero spiritu liturgiae instituendis, ratio habeatur non tantum eorum, qui iam a pueritia vitae liturgicae et spirituali initiati sunt, sed etiam illorum qui adulta aetate primos gressus hoc in itinere tentant. Omnibus ergo suo cuique modo paschale Christi mysterium annuntietur, quod a liturgia renovatur et in sacramentis communicatur, cuique vita conformetur oportet (Cf. *CC.*, nn. 5-7; *IE.*, n. 6).

36. Sollers igitur cura adhibebitur, ut inter ipsas liturgicas celebrationes a Moderatore vel ab alio apto sacerdote, homilia eo spiritu habeatur quem definit Instructio *Inter oecumenici* (nn. 53-55). Numquam omittatur diebus dominicis et festis de praecepto; valde commendatur in Missis ferialibus Quadragesimae, immo laudandum si fiat cotidie, dummodo brevissima.

37. In lectione spirituali, praeter Sacras Scripturas, non modo recentes de ascesi et mystica tractatus legantur, sed etiam sanctorum Patrum scripta, et libri qui de sancto Missae sacrificio deque anno liturgico agunt, atque in universum quidquid ad pietatem proprie liturgicam favendam conducat. Spiritus magistri suis discipulis, pro cuiusque necessitate et propensione, huiusmodi lectiones suadebunt eosque in illis seligendis dirigent. Alumnos praeterea edocebunt cognoscere theologica et ascetica opera quae sanctum Missae sacrificium illustrant, rationemque se intime cum illo coniungendi.

38. Directores spiritus curent pariter sacramentorum donis, quae liturgia elargitur, uti ad discipulorum animos excolendos in vitae perfectione. Liturgiae auxilia ceteris praeferant et, exemplum secuti Ecclesiae, qui liturgia est propria spiritualitatis forma, alumnorum animos iuvabunt ad penetrandum Christi mysterium, a liturgia renovatum et quodammodo rursus effectum, ita ut ab eo regantur suamque cum eo operam consocient. Conscia igitur et actuosa publici cultus Ecclesiae participatio erit necessarium alimentum spiritualis vitae clericorum eiusdemque praecipuum instrumentum.

39. Praecipue vero inculcetur cultus adorationis et peculiaris pietas exhibenda erga Corpus et Sanguinem Christi realiter praesentis sub Eucharistiae speciebus. Enixe commendetur gratiarum actio post Missam et Communio pro sua cuiusque facultate adeunda, necnon visitatio SS. Sacramenti cotidie peragenda.

40. Tantum abest ut vita liturgica despectam faciat aut impediat intimam meditationem, ut etiam eam excitet et alat textibus Sacrae Scripturae et formulis liturgicis (*IE.*, n. 14). Quod saepe alumnis inculcetur exemplisque illustretur.

41. Alia pietatis exercitia, quae ex lege aut tradita consuetudine in Seminariis fiunt, debito in honore habeantur, neque, liturgiae causa perperam interposita, imprudenter neglegantur. Non tamen sacrae liturgiae praeferenda sunt, «utpote quae natura sua iisdem longe antecellat» (*CC.*, 13; *IE.*, n. 17) atque, ratione habita temporum liturgicorum, ita ordinentur oportet, ut sacrae liturgiae congruant et ab ea quodammodo derivari videantur (*ibid.*).

42. Ipsum Seminarii regimen eiusque vivendi ratio liturgico spiritu penitus informentur (Cf. *CC.*, n. 17), ac potissimum in successione temporum dies dominica et anni liturgici circulus efferantur. Dies dominica sit vere praecipuus dies festus, non tantum sollemni celebratione liturgica, sed etiam laetitia communi et vacatione ab opere quotidiano distinguendus (*CC.*, n. 106). Foveatur etiam commune exercitium eorum, quae consuetudines christianaeque disciplinae secum ferunt, variis temporibus anni liturgici congruentium (*IE.*, n. 14 in fine).

43. Pia cura ac veneratione prosequenda sunt quae Dei cultum quavis ratione respiciant: silentium igitur animique recollectio in sacello serventur; debita reverentiae signa praestentur Sacrae Scripturae, Evangeliorum libro, Missali vasisque sacris. Eadem autem reverentia quae inter sacros ritus exhibetur, oportet et extra ritus habeatur, totamque imbuat vitam.

Cap. III—Institutio practica ad liturgiam

Art. I. *Manuductio pastoralis*

44. Sacrorum alumni iam inde a Seminario gradatim pro aetate manuducendi sunt ad sacra ministeria, ad quae eos vocat Ecclesia. Valde igitur optandum est ut varios modo illa exercendi cognoscant. Quare inter duos praesertim postremos Seminarii annos, singulis mensibus per unam alteramve diem dominicam in paroecias mittantur, ut sacerdotes inibi laborantes adiuvent.

45. Ad hoc eae paroeciae potissimum deligantur, in quibus vita liturgica magis congruat cum Ecclesiae optatis. Maxime enim interest ut clerici liturgiae observantiam reverentiamque acquirant, et experiendo discant sapientes normas ab Auctoritate legitima statutas.

46. Edocebuntur tamen peculiares difficultates in quibus versantur paroeciae sacris ministris destitutae, ubi ex necessitate sacerdos prope solus est liturgicae celebrationis actor. Simul autem inculcabitur, secundum traditum Ecclesiae morem, sacerdotis officium, formandi requisitos adiutores ad liturgicos ritus simpliciter quidem, at decore peragendos.

47. Clerici parentur ad difficile commentatoris munus in liturgicis paroeciae ritibus. Edoceantur illud praestare debita prudentia et sobrietate, curando ut intellegant commentatorem numquam debere se quasi velum interponere inter sacrum ritum, qui ad altare peragitur, et coetum fidelium, qui ad eius participationem vocatur. Sacerdotes, hac in re periti, alumnorum experimenta studiose perspicient et iudicabunt.

48. Sacrorum alumni debitis exercitationibus discant integram celebrationem paroecialem parare, singuli vel plures consociati: excogitent rationem apte exhibendi fidelibus catechesim liturgicam studio incumbant textus Missae dominicalis, eius lectiones perpendant monitionesque praeparent; praevideant cantus qui ad normam legum liturgicarum melius cum illa congruant; lectores aliosque ministros coetus liturgici praeviis exercitiis instruant.

49. Habita debita ratione, clericorum ministerium pariter adhibebitur pro liturgia sacramentali: pro sacramentis initiationis, pro liturgia matrimonii et defunctorum. Edoceantur igitur de rubricis, quae iis necessariae erunt ad varia sacramenta valide digneque administranda; discant pariter rationem excitandi provehendique internam externamque fidelium participationem liturgiae sacramentorum.

50. Prope denique monendi sunt clerici liturgiam non explere totam actionem Ecclesiae (*CC.*, nn. 9-11); pariter edoceantur, ope ipsorum textuum Vaticani II, quomodo varia pastoris munera cum sacra liturgia debite conectantur (*IE.*, n. 7).

Art. II. *Institutio ad Musicam sacram*

51. «Cantus sacer qui verbis inhaeret, necessariam vel integralem liturgiae sollemnis partem efficit» (*CC.*, n. 112). Eius igitur studium non est vana pulchri conquisitio, cum quaevis liturgica formatio, quae cantum sacrum neglegat, necessario imperfecta sit.

Ideo «magni habeatur institutio et praxis musica in Seminariis, in Religiosorum utriusque sexus novitiatibus et studiorum domibus...; ad quam quidem institutionem assequendam, magistri, qui Musicae sacrae docendae praeficiuntur, sedulo conformentur» (*CC.*, n. 115).

52. Musica sacra inter disciplinas alumnis sacrorum rite instituendis necessarias adnumeranda est, et inde a primis studiorum curriculis usque ad cursum theologicum per congruum tempus aptaque ratione tradenda. Non aliter ac pro ceteris disciplinis, alumni annua pericula de Musica sacra obire tenentur.

Unumquodque igitur Seminarium idoneum habeat magistrum Musicae sacrae; qui ad omnes effectus collegio Professorum est cooptandus.

53. Omnes sacrorum alumni sufficientem sibi acquirant gregorianarum melodiarum cognitionem, earum praesertim quae sunt maxime notae; frequens autem usus efficiet, ut iam in Seminario memoriter teneant cantus Ordinarii Missae tum simpliciores tum etiam exornatiores, vulgo a populo christiano usurpatos.

54. Illis tradantur etiam principia directionis choralis, quibus apte possint saltem cantus Kyrialis et psalmodiam dirigere, necnon cantus linguae vernaculae numerosque moderari.

55. Alumni edoceantur alia etiam genera musicarum; pariter instituantur in populari cantu vere religioso, non modo recenti, sed in eo quoque qui orali propriae gentis traditione servatur.

56. Nisi iam extet, promoveatur in quovis Seminario schola cantorum, quam expertus magister chori dirigat et instruat; ab ea autem observandae erunt normae de Musica liturgica datae a competenti Auctoritate.

57. Sacrorum alumni qui ad pulsandum organum iam fuerint introducti, diligenter hanc eorum institutionem prosequantur in Seminario, atque ad id quavis ratione iuventur. Qui autem hac in re excellentius instructi dotibus sint, post studia mittantur ad altiora musicae Instituta, ut suam perficiant institutionem.

58. Opera etiam detur ut sufficienti copia suppeditentur clavicymbala minoraque organa seu «harmonia», ut alumni possint convenienter exerceri; sic pariter, quo expeditior perfectiorque cantuum liturgicorum exsecutio habeatur, opportunum erit ut in Seminariis praesto sint subsidia didactica, cuiusmodi sunt impressae cantibus taeniae, disci et similia.

59. Plurimum interest ut sacerdotis eloquium in ecclesia —sive ille oret sive loquatur sive legat— sit nitidum, perspicuum gratumque evadat; musicae igitur institutioni addatur

http://www.obrascatolicas.com

peculiaris quaedam schola ad dictionem perfectam, cui tradendae praesit magister huius artis vere peritus.

ART. III: *Institutio ad Artem sacram*

60. Normae, quae aestimationem spectant custodiamque traditi thesauri musicae sacrae, debita habita ratione valent quoque de reliquis artibus sacris. Debent igitur Moderatores, ad quos spectat, prae oculis semper habere articulum 129 Constitutionis Concilii: «Clerici, dum philosophicis et theologicis studiis incumbunt, etiam de Artis sacrae historia eiusque evolutione instituantur, necnon de sanis principiis quibus opera Artis sacrae inniti debent, ita ut Ecclesiae venerabilia documenta aestiment atque servent, et artificibus in operibus efficiendis congrua consilia queant praebere».

61. Nisi iam in studiorum ratione de Arte sacra seu christiana tradenda cautum fuerit, huiusmodi institutio alumnis dabitur saltem per lectionum series, quae utiliter haberi poterunt etiam a laicis dioecesis viris, in re peritis, etsi ad corpus Professorum non pertinentibus.

Exhibitiones omnes Artis sacrae, cum antiquae tum recentis, attente in Seminario considerentur et perpendantur.

62. Curabunt praeterea Moderatores ut alumni directe cognoscant dioecesis thesauros Artis sacrae optimorumque operum recentiorum. Institutio sit talis oportet, ut dein, quod saepe accidit, culpa cleri deplorandae non sint alienatio vel dispersio vel deminutio quaecumque sacri patrimonii artis ecclesiarum: quod patrimonium concreditum est vigilantiae cleri (*CC.*, n. 126).

63. Sedulo tradantur et explanentur principia quae de Arte sacra et ratione instruendi apparandique ecclesias habet Concilium Vaticanum II (*CC.*, nn. 122-128; cf. *IE.*, nn. 90-99); alumnis insuper ostendantur constantes huius disciplinae normae, neque efferantur contradictiones et diversitates, quae de rebus minimis detegi possunt, at contra, summa diligentia detegatur et consideretur spiritus, qui omnia Ecclesiae documenta afflavit quique idem in illis omnibus perstat.

CAP. IV—DE CURRICULO INSTITUTIONIS LITURGICAE

64. Locus autem docendae liturgiae reservandus, sive in se consideratus sive in tota ratione cetesarum disciplinarum cursus theologici, iam his verbis definitur in Constitutione Conciliari (n. 16): «Disciplina de sacra liturgia in Seminariis et studiorum domibus religiosis inter disciplinas necessarias et potiores, in facultatibus autem theologicis inter disciplinas principales est habenda, et sub aspectu cum theologico et historico, tum spirituali, pastorali et iuridico tradenda. Curent insuper aliarum disciplinarum magistri, imprimis theologiae dogmaticae, Sacrae Scripturae, theologiae spiritualis et pastoralis ita, ex intrinsecis exigentiis proprii uniuscuiusque obiecti, mysterium Christi et historiam salutis excolere, ut exinde earum connexio cum liturgia et unitas institutionis aperte clarescant».

65. Ut igitur huic disciplinae debitum tribuatur momentum in institutione candidatorum ad sacerdotium, studiorum liturgicorum curriculum complectetur horam singulis hebdomadis, per quattuor annos cursus theologici. Attamen, ut peculiaribus didacticis necessitatibus Seminariorum in diversis regionibus occurratur, haec disciplina tradi poterit inde a cursu philosophico, atque tribus vel etiam duobus annis concludi, dummodo et religiose servetur horarum numerus supra praefinitus, et doctrina in omnibus partibus exponatur.

66. Professor eligatur theologiae praesertim et historiae pertitus, qui res pastorales compertas habeat et sensum publicae precationis Ecclesiae animo teneat. Curent igitur locorum Ordinarii ut quamprimum in Seminario adsit magister huius disciplinae probe formatus (cf. *IE.*, n. 11), ideoque ad munus suum rite institutus apud altiores scholas ad hoc peculiari cura destinatas (cf. *CC.*, n. 15).

67. Cum sacra liturgia sub aspectu cum theologico et historico tum spirituali, pastorali et iuridico tradenda sit (*CC.*, n. 16), quo id clarius pateat atque ad exsequendum expeditius evadat, in *Appendice* huius Instructionis exhibetur elenchus argumentorum, quae alumnis in praelectionibus esse proponenda visum est, additis sane quibusdam explanationibus circa methodum in singulis rebus exponendis usurpandam. Attamen, ad normam iuris competenti Auctoritati licebit ordinem materiae aliter et aliter digerere et per annos distribuere, dummodo definita quantitas, minima et sufficiens, nihil extenuetur.

68. Omnes autem theologici curriculi Professores prae oculis habeant commendationem Concilii, nempe ut praecipuae disciplinae, ex intrinsecis exigentiis proprii uniuscuiusque obiecti, mysterium Christi et historiam salutis valeant excolere, ut exinde earum connexio cum liturgia et unitas institutionis aperte clarescant (*CC.*, *ibid.*).

Praeprimis igitur theologia sacramentorum debitam habeat rationem argumentorum ex historia liturgiae certo exploratorum, abundeque textibus liturgicis illustretur.

Cum vero in divinis Scripturis veluti in cardine publica Ecclesiae precatio nitatur, huius disciplinae munus etiam erit directe prospicere ut alumni penitiorem solidioremque praecipuorum textuum liturgiae intellegentiam acquirant, ac simul ut ipsorum in eos amor et pietas excitentur (Cf. *CC.*, nn. 24 et 90).

69. Ne autem desint, professoribus praesertim, debita auxilia ad propriam institutionem perficiendam et ad opera

etiam critice conscribenda, curent Seminarii Moderatores ut Bibliotheca, etiam ad liturgiam quod attinet, copiose instruatur ac ditetur operibus necessariis et utilibus, ut sunt liturgicorum monumentorum editiones, SS. Patrum scripta, decretorum collectiones de re liturgica, praecipui de liturgia commentarii, libri denique qui de liturgia tractent ratione biblica, theologica, historica, iuridica, ascetica. Liturgiae autem magistri erit alumnos ad fontes ipsos pervestigandos manuducere, eisque libros recentiores ac meliores commendare.

Hanc *Instructionem*, sacrorum alumnis Liturgia rite instituendis destinatam, Sacra Congregatio de Seminariis studiorumque Universitatibus digessit, apparavit, audito Consilio ad exseq. Constitutionem de S. L. atque S. Congregatione Rituum adprobante; eam autem Summus Pontifex Paulus div. Prov. Pp. VI ratam habuit, confirmavit atque evulgari iussit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Aedibus SS. CC., in Nativitate Domini a. MCMLXV.—Ioseph Card. PIZZARDO, Episcopus Albanensis, *Praefectus*. Dinus Staffa, Archiepiscopus Caesariensis in Palaestina, *a Secretis*.

* Seminarium 18 (1966) 37-51. Vide **Lineamenta curriculi institutionis liturgicae** apud **Seminanarium** loc. cit. p. 52-63.

3379

1965 DEC 27.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 134

APOSTOLICA NUNTIATURA APUD PACHISTANIAM ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quae omnia haud mediocri sint utilitati ad firmiores reddendas magisque frugiferas publicas necessitudinis rationes, quae Apostolicae huic Sedi cum Civitatibus intercedant, ea mature constituere solemus. Cum igitur sacra Pachistaniensis Legatio, quam conditam a Pio Pp. XII, Decessore Nostro imm. rec., per similes Litteras die IX mensis Octobris anno MCMLI anulo Piscatoris obsignatas [LE 2238], ecclesiasticus Vir, Internuntii solum nomine insignis, ad praesens usque tempus rexit, ad potiorem nunc gradum evehenda esse videatur, huiusmodi Nostrae decreto, conficere statuimus. Itaque motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, harum Litterarum vi eademque auctoritate Nostra, Internuntiaturam Apostolicam apud Pachistaniam in *Nuntiaturam Apostolicam*, sedem etiam Karachiensem confirmantes, erigimus et constituimus; eidemque Nuntiaturae ita a Nobis erectae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc animi Nostri testificationem religioni provehendae esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Nuntiaturae Apostolicae Pachistaniensi, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII mensis Decembris, anno MCMLXV, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis*.

3380

1965 DEC 27.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

DISTINCTIO CLASSIUM SUPPRIMITUR, ET UNUM TANTUM GENUS MONACHORUM EXSTARE IN ORDINE CISTERCIENSIUM REFORMATORUM DECERNITUR

Cum Monachorum praecipuum officium sit divinae Maiestati humile ac nobile servitium praestare intra septa Monasterii in umbratili vita integre divino cultui dedicata, ad tale officium sacrum pressius fovendum et ad vincula fraternitatis inter sodales intimius prosequenda, Abbas Generalis Ordinis Cisterciensium Reformatorum, votis sufultus Capituli generalis, supplices preces obtulit ut in Ordine unum tantum genus religiosorum instaurari possit, qui omnes Monachi sint, directe aut indirecte celebrationi Officii divini cooperantes.

Haec Sacra Congregatio, omnibus ad rem facientibus iuxta spiritum Concilii Oecumenici Vaticani II perpensis, oblatas preces benigne admittit et praesentis *Decreti* tenore ea quae sequuntur confirmat et approbat:

1. Unum tantum genus religiosorum in Ordine exstat qui omnes Monachi sunt cum pari formatione monastica paribusque iuribus et obligationibus. Ideo tantum illa retineatur diversitas quam operum distinctio exigit, ad quae Monachi, ratione habita vel specialis Dei vocationis vel peculiaris aptitudinis, destinentur. Attamen Abbas, Prior et Magister Novitiorum inter Sacerdotes eligantur.

2. Opus speciale Monasterii est celebratio Officii divini cui «operi», ut ait sanctus Benedictus, «nihil praeponatur» (cfr. n° 77 Constitutionum Monachorum et n° 51 Constitutionum Monialium); ideoque huic celebrationi chorali omnes, suo modo, directe aut indirecte, cooperari debent.

3. Omnes Monachi in sacris constituti, etiam legitime absentes a choro, integrum Officium divinum persolvere tenentur. Qui in sacris constituti non sunt et choro addicuntur, si legitime absentes ab eo sint, debent, ad normam Const. Conc. Vaticani II de Sacra Liturgia, n. 95 c) et *Instructionis* ad exsecutionem eiusdem Constitutionis, n. 78 a), cotidie horas canonicas quas in choro non persolverint, soli recitare, nisi, iudicio Abbatis, specialis ratio adsit. Ii autem qui choro non addicuntur, si choro non interfuerint, prout Abbas disposuerit, tenentur ad recitationem: *a)* aut Officii divini; *b)* aut Officii abbreviati, approbati a Sancta Sede; *c)* aut sic dicta Officii conversorum, secundum Constitutiones.

4. Qui iam professionem pro classe conversorum emiserunt, liberi sunt in propria conditione permanere.

5. Servatis servandis et congrua congruis referendo, haec pro Monialibus Ordinis valeant.

Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, die 27 Decembris A. D. 1965.—I. Card. ANTONIUTTI, *Praef.* Paulus Philippe, *a Secretis*.

* Ordini Cisterciensium Reformatorum, Prot. N. 16545/65 T. 34: Iurist 27 (1967) 228-223. Vide **Epistulam S. C. de Religiosis**, sensum huius Decreti declarantem, apud **Jurist** 27 (1967) 229-230.

3381

1965 DEC 30.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

INSTITUTUM MATRITENSE «REGINA VIRGINUM» SEIUNGITUR A PONTIFICIO INSTITUTO ROMANO «REGINA MUNDI», ET PROPRIA AUTONOMIA DONATUR

Entre las iniciativas emprendidas por la Sagrada Congregación de Religiosos con el fin de favorecer la formación cultural y religiosa de las Vírgenes consagradas a Dios, que exigen especialmente nuestros tiempos, ciertísimamente fue de máxima importancia la erección del Instituto Pontificio «Regina Mundi», aprobado solemnemente por el Sumo Pontífice Papa Pío XII, de feliz memoria, mediante el *Motu proprio* «Nihil Ecclesia antiquius» del día 11 de febrero de 1956 [LE 2559].

El fin primordial del citado Instituto Pontificio es «proporcionar una formación superior sobre todo en las ciencias sagradas a las Vírgenes consagradas a la perfección y al apostolado, con el objeto de prepararlas más adecuadamente para los cargos internos de régimen y de formación, así como también para las obras externas de apostolado, especialmente para la dirección y la enseñanza de las jóvenes de Escuelas Superiores. (Cfr. *Estatutos*, art. I, 2.)

Se concedió al predicho Instituto la facultad de agregar otros Institutos y Escuelas, que sean afines al mismo. (Cfr. *Motu proprio*, art. IV.)

Ahora bien, como entre los Institutos agregados ocupa el principal lugar el Instituto de Madrid «Regina Virginum», que, desde el año 1959, lo dirige la Confederación Española de Religiosos (CONFER), y ha dado óptimos frutos en favor de las Religiosas de España; su sólida estructura, la seriedad comprobada en lo que se refiere al ordenamiento y promoción de los estudios, el número elevado de alumnas, así como también el selecto profesorado, le han atraído la estima y la alabanza de este Sagrado Dicasterio.

Examinando, pues, todo maduramente y ponderada atentamente la dificultad de ir a Roma por parte de las Religiosas de España, que desean obtener en el Pontificio Instituto «Regina Mundi» los diplomas pontificios para enseñar las ciencias sagradas; el infrascrito Prefecto de la Sagrada Congregación de Religiosos, en la audiencia que le fue concedida el día 30 de diciembre de 1965, expuso a Nuestro Santísimo Señor, por la divina Providencia Papa, Paulo VI, la oportunidad y la utilidad de que el Instituto «Regina Virginum» pudiese ampliar su actividad en favor de las Vírgenes consagradas a Dios; y Su Santidad se ha dignado otorgar benignamente a todo su aprobación y conformidad.

Quedando, pues, inmutables los fines intentados, para los que se erigió el Instituto «Regina Virginum» y fue agregado al Instituto Pontificio «Regina Mundi», la Sagrada Congregación determina y establece lo siguiente.

1. Se declara Pontificio Instituto autónomo el Instituto de Madrid «Regina Virginum», y se constituye a modo —«ad instar»— del Instituto Pontificio «Regina Mundi», quedando independiente de él.

2. Se concede al mismo Instituto la facultad de promover y, con el consentimiento de la Sagrada Congregación de Religiosos y en conformidad con los Estatutos, de agregar a sí, ya sea en la Península Ibérica, ya sea en la América Latina, aquellas Escuelas e Institutos y aun Secciones de los mismos, que guarden afinidad con él.

Las escuelas ya constituídas en estas regiones y agregadas legítimamente al Instituto Pontificio «Regina Mundi», en virtud del presente Decreto, quedan agregadas al Instituto «Regina Virginum».

3. Queda revocada la facultad concedida al Instituto «Regina Virginum», mediante el Rescripto del día 19 de agosto de 1959, para organizar cursos intensivos de verano y de conferir diplomas al final de los mismos.

4. Un Estatuto especial determinará las relaciones que han de existir entre el «Regina Virginum» y los demás Institutos a él agregados, así como también los oficios de la Universidad Pontificia de Comillas.

Dicho Estatuto se presentará, para su debida aprobación, a la Sagrada Congregación de Religiosos. Sin que obste nada en contrario.

Dado en Roma, el día 30 de diciembre del Año del Señor 1965.—Hildebrando Cardenal ANTONIUTTI, *Prefecto*. Pablo Philippe, *Secretario*.

* **Confer** 8 (1966-I) 347-349.

3382

1965 . . . .-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

DE CAPACITATE ACATHOLICORUM ACCUSANDI NULLITATEM PROPRII MATRIMONII STANDIQUE IN IUDICIO

Eñe ac Revñe Domine, Litteris die 17 decembris 1965 datis Eminentia Tua Revña postulavit pro acatholica Linda ius standi in iudicio coram Tribunali Ecclesiastico ad accusandum nullitatis matrimonium cum Svein, etiam acatholico, contractum.

Ad rem Tecum communico in huiusmodi casibus Ordinarium cui competit processum in prima instantia instruere, concedere posse facultatem parti oratrici standi in iudicio etsi sit acatholica, necnon causa nullitatis.

Hanc occasionem nactus, etc.—A. Cardinal OTTAVIANI, *Pro-Praefect.*

* Ordinario Neo Eboracensi: Jurist 27 (1967) 226-227.

http://www.obrascatolicas.com

ANNUS 1966

3383

1966 IAN 3.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 58 (1966) 37-40

COMMISSIONES QUAEDAM POSTCONCILIARES CONSTITUUNTUR

PAULUS PP. VI

Finis Concilio Oecumenico Vaticano II cum allatus sit, a Decessore Nostro ven. mem. Ioanne XXIII indicto et inchoato a Nobisque continuato et concluso, ex quo praeclarissimas utilitates in catholicam rem manaturas esse nemo dubitat, Apostolico muneri Nostro consentaneum
38 censemus, iam curas sol/licitudinesque in eo ponere, ut quae in Consessu illo dignissimo sunt statuta a Nobisque promulgata, ad effectum quam primum adducantur.

Huius rei gratia, ut pro explorato habetur, condidimus sive *Consilium ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia*, sive *Pontificium Consilium instrumentis communicationis socialis praepositum*. Quod vero pertinet ad recognitionem Codicis Iuris Canonici Decessor Noster fel. rec. Ioannes XXIII peculiarem Commissionem constituit, quae, iuxta Concilii praescripta, in opus iam incumbit.

Sed quoniam post hos constitutos Coetus, nova sacrosanctum Concilium decreta edidit, sequitur propterea, ut novi etiam Coetus condantur, quorum studio et consilio utamur, ad normas tradendas, quibus decreta illa effecta dentur.

Quas ob causas, hisce Apostolicis Litteris motu proprio datis, haec, quae sequuntur, decernimus et iubemus.

1. Idcirco ut studia perficiantur et aptae normae parentur, quibus novae a Concilio latae leges Nostra auctoritate ad effectum veniant, novas condimus Commissiones, quae postconciliares appellabuntur.

2. Iuxta Concilii decreta, a Nobis sequentes Commissiones postconciliares constituuntur: *a)* Commissio de Episcopis et de dioecesium regimine; *b)* Commissio de Religiosis; *c)* Commissio de Missionibus; *d)* Commissio de educatione christiana; *e)* Commissio de apostolatu laicorum.

3. Unaquaeque ex his Commissionibus de materia tantum aget, circa quam versabatur respondens Concilii Commissio.

4. Harum Commissionum Praeses, Praesidis Vicarii, Membra et Secretarius, iidem ipsi erunt, qui hoc munus in respondenti Commissione Conciliari obtinebant. Unaquaeque autem Commissio normis, quantum cuique congruit, regetur, quae in *Ordine Concilii Oecumenici Vaticani II celebrandi* statutae sunt [LE 3076 et 3127].

5. Praeterea Commissionem, quae Centralis vocabitur, instituimus, eo spectantem, ut omnium Commissionum
39 postconci/liarium labores coordinet, illarumque propositiones, diligentissime cogitatas, ad Nos deferat.

Eiusdem insuper Commissionis erit Concilii Constitutiones et Decreta, ubi id vel necessarium vel utile visum erit, rite interpretari.

Quare ea proprio hoc nomine designabitur *Commissio Centralis coordinandis post Concilium laboribus et Concilii Decretis interpretandis*.

6. Huic Commissioni Centrali praeerunt, tamquam a Nobis delegati, tum Pater Cardinalis qui inter Concilium Primus erat e *Consilio Praesidentiae*, tum Pater Cardinalis, qui per idem tempus Praeses erat *Commissionis de coordinandis Concilii laboribus*.

Huius autem Commissionis Centralis Membra erunt Patres Cardinales, qui Membra erant Commissionis, quam nunc nuper commemoravimus.

7. Commissio Centralis suum habebit Praelatum, Secretarium Generalem appellatum, quem Subsecretarii praesentem adiuvabunt, eiusque vel absentis vel impediti vices praestabunt. Sive Secretarii Generalis sive Subsecretariorum officium in hac Commissione obibunt, qui eodem mu-

nere in Concilio Oecumenico fungebantur. Iidem in Commissione Centrali partem habebunt.

8. Ad Secretarium Generalem illud quoque pertinet, ut non solum omnia acta documentaque Concilii colligat et in tabulario generali disponat, sed ut etiam ea quae sint evulganda typis edat.

9. Sive Commissioni Centrali, sive singulis Commissionibus postconciliaribus praesto erunt Consultores, qui pro singulis quaestionibus, in quibus sint vere periti, proponente Praeside et approbante Summo Pontifice, a Commissione seligentur, ut plurimum, ex iis qui in Concilio Peritorum munere fungebantur.

10. Commissiones in eo omnem curam collocabunt, ut qui crediti sunt sibi labores alacriter absolvant, ita ut Concilii decreta quam primum in rem deducantur. His autem expletis laboribus, Commissiones finem habebunt. / 40

11. Rationes autem cum iis provehendi causa, qui christiano nomine decorantur, sed ab hac Apostolica Sede adhuc seiuncti sunt, confirmamus *Secretariatum ad unitatem christianorum fovendam*, a Decessore Nostro ven. mem. Ioanne XXIII Apostolicis Litteris *Superno Dei nutu*, die v mensis Iunii, anno MDCCCCLX [LE 2910], conditum. Qui Secretariatus iisdem viris constabit, quibus per Concilii celebrationem constabat.

Ad ostendendam praeterea sollicitudinem, qua tenemur, erga universos homines, duos alios Secretariatus Nos condidimus, quorum alter non christianos respicit, alter vero non credentes.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die III mensis Ianuarii, anno MDCCCCLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

3384

1966 IAN 4.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 203-204

INTERNUNTIATURA APOSTOLICA IN REPUBLICA ARABICA UNITA IN NUNTIATURAM ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quo firmiora efficerentur publica officiorum vincula, quibus Apostolica haec Sedes et Respublica Arabica Unita inter se continentur, visum est Nobis munus sacrorum Antistitis, qui ad praesens usque tempus Internuntii nomine appellatus eo solebat legari, dignitatis gradu et momento augere. Itaque, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra Internuntiaturam Apostolicam, in Republica Arabica Unita olim constitutam, in *Nuntiaturam Apostolicam* erigimus eique omnia et singula iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, deferimus, certa spe freti hanc animi Nostri testificationem religioni provehendae esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Nuntiaturae Apostolicae in Republica Arabica Unita sic per Nos erectae, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ad definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam / 204 secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IV mensis Ianuarii, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis*.

3385

1966 IAN 5.-S. PAENIT., DECL. AAS 58 (1966) 105-106

DECLARATIO CIRCA IUBILAEI EXTRAORDINARII INDULGENTIAS

Cum non pauci locorum Ordinarii quaestiones vel dubia circa Iubilares Indulgentias, per Constitutionem Apostolicam *Mirificus eventus* [LE 3358] concessas, proposuerint, Sacra Paenitentiaria, de expresso mandato Ssmi D. N. Pauli div. Prov. Pp. VI, ad omnes haesitationes in explicanda eadem Constitutione auferendas, declarat Indulgentiam plenariam acquiri posse a christifidelibus confessis, sacra Communione refectis et ad mentem Summi Pontificis orantibus:

1. quotiescumque tribus saltem institutionibus de Concilii Oecumenici Vaticani II decretis in qualibet ecclesia vel loco apto habendis interfuerint;

2. quotiescumque tribus saltem sacrarum Missionum concionibus in qualibet ecclesia devote adstiterint;

3. quotiescumque Eucharistico Sacrificio, a quolibet Episcopo quadam cum sollemnitate celebrato in cathedrali ecclesia vel in alia ecclesia ab Ordinario loci designata, ad normam Decreti Sacrae Paenitentiariae Apostolicae diei 20 Decembris 1965 [LE 3376], devote interfuerint;

4. semel tantum, durante extraordinarii iubilaei tempore, si cathedrale templum vel aliam ecclesiam, a loci Ordinario ut supra designatam, pie visitaverint ibique, qualibet legitima formula adhibita, fidei professionem renovaverint;

5. si Benedictionem Papalem, semel occasione praecipuae celebrationis impertiendam ab Episcopo loci vel ab
106 eius Coadiutore aut / Auxiliari vel etiam ab alio Episcopo rite delegando, pia mente acceperint.

Convenit ut loci Ordinarius, si, praeter cathedralem ecclesiam, unam vel plures ecclesias ad Indulgentias iubilares lucrandas designare velit, eligat quae sint in dioecesi principaliores, uti ecclesia primaria alicuius vicariatus foranei vel insigne sanctuarium.

Maxime insuper expedit ut institutiones de Concilii Oecumenici decretis, in qualibet paroeciali ecclesia vel alia sede laudabiliter faciendae, compleantur cum peregrinatione ad ecclesiam cathedralem vel ad aliam ecclesiam ab Ordinario loci uti supra designatam, ad quam christifideles eiusdem loci vel ordinis simul, quantum fieri potest, accedere curent.

Confessarii omnes, vi can. 935 C. I. C., commutare possunt pia opera, de quibus supra, ad iubilares Indulgentias acquirendas iniuncta, in favorem christifidelium, qui, legitimo detenti impedimento, eadem praestare nequeunt.

Datum Romae, ex S. Paenitentiaria Apostolica, die 5 Ianuarii 1966.—F. Card. CENTO, *Paenitentiarius Maior*. I. Sessolo, *Regens*.

Adn. G. ROSSINO in Perfice munus 41 (1966) 71-74.

3386

1966 IAN 6.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.*

MISSA PRO IUBILAEO EXTRAORDINARIO POST CLAUSUM CONCILIUM VATICANUM II APPROBATUR ET PROMULGATUR

Extraordinarium Iubilaeum, quod Beatissimus Pater Paulus Pp. VI, Concilii Vaticani II veluti coronam, die 7 decembris 1965 indixit ac promulgavit, in singulis catholici Orbis dioecesibus celebrandum, ita ordinatum est ut «suam sedem ac veluti domum habeat aedem cathedralem, atque in uno Episcopo, concreditarum sibi ovium Patre et Pastore, nitatur» (Motu Proprio *Mirificus eventus*) [LE 3358]. Opportunum proinde visum est ut etiam per liturgicos textus, in praecipuis huius sacri Iubilaei celebrationibus eucharisticis adhibendos, eadem praeclara notio Pastoris et Ecclesiae pressius exprimatur et extollatur.

Quapropter formulae Missae, quae hoc Decreto promulgantur, adhiberi valent:

1. Quotiescumque eucharisticum Sacrificium a quolibet Episcopo quadam cum solemnitate celebratur in ecclesia cathedrali vel in alia ecclesia ab Ordinario loci designata, ad normam Decreti S. Paenitentiariae Apostolicae diei 20 Decembris 1965 [LE 3376], pro fidelibus ad easdem ecclesias accedentibus ad sacri Iubilaei indulgentias lucrandas.

2. Quotiescumque Missa celebratur in qualibet ecclesia sub fine aut sacrarum Missionum aut peculiarium aliorum coetuum, in quibus institutiones habitae sint de Concilii Oecumenici Vaticani II decretis, ad normam Declarationis S. Paenitentiariae Apostolicae diei 5 Ianuarii 1966 [LE 3384].

3. Quotiescumque Missa celebratur pro fidelibus eiusdem loci vel ordinis ad ecclesiam cathedralem vel ad aliam ecclesiam, ab Ordinario loci, ut supra, designatam, simul accedentibus post sacras Missiones vel peculiares institutiones de Concilii Oecumenici decretis.

Huiusmodi autem Missae celebrentur cum paramentis albi coloris, tamquam votivae II classis, ad normam n. 343 Codicis rubricarum. Symbolum tamen semper dicatur, etsi dominica non occurat. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Romae, die 6 ianuarii 1966.—Arcadius M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praef.* Ferdinandus Antonelli O. F. M., *S. R. C. a Secr.*

* Notit. 2 (1966) 42. Adn. EL 80 (1966) 37-39; Notit. 2 (1966) 46-49.

3387

1966 IAN 10.-PAULUS VI, CONST. AAS 58 (1966) 563-564

EXARCHATUS APOSTOLICUS PRO FIDELIBUS RITUS BYZANTINI MELKITARUM

IN FOEDERATIS AMERICAE SEPTEMTRIONALIS CIVITATIBUS EXARCHATUS APOSTOLICUS CONSTITUITUR PRO FIDELIBUS BYZANTINI MELKITARUM RITUS

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Byzantini Melkitarum ritus christianis fidelibus, qui in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus degunt, cum optaremus apte pro munere Nostro apostolico prospicere, opportunum Nobis visum est cumque eorumdem fidelium bono maximopere coniunctum, apostolicum exarchatum in nobilissima illa Ditione condere. De sententia ideo venerabilis Fratris Nostri Hamleti Ioannis S. R. E. Cardinalis Cicognani, a publicis Ecclesiae negotiis, deque suprema potestate Nostra in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus *exarchatum apostolicum* constituimus, fidelibus iuvandis ritus byzantini Melkitarum, metropolitanae Sedi Bostoniensi instar suffraganei, cuius sedes in urbe Bostonia poni debet, exarchalis vero magisterii cathedra in sacra aede, cui per vulgus / appellatio «An- 564
nuntiation Rectory», donec scilicet aliter consulatur. Exarchales praeterea Consultores deligantur, qui sacro Praesuli sive consilio sive auxilio assint. Mensa exarchalis, quae dicitur, efficietur pecunia sponte a fidelibus oblata, statutis tributis paroeciarum, redditibus denique bonorum ad eundem exarchatum pertinentium. Ad pueros adulescentesque quod attinet, Dei instinctu ad sacerdotium vocatos, ad Seminarium mittantur pro fidelibus ritus byzantini Melkitarum, loco vulgo «Metuen» nuncupato, quod quidem summopere ita foveatur ac provehatur, ut quam aptissime instituantur qui sacerdotum munere sint olim functuri. Extremum, sive conditi exarchatus sive eius sacri Praesulis iura a Litteris Apostolicis desumantur, quae a verbis incipiunt «Cleri sanctitati» ac de ritibus orientalibus deque personis agunt, a canone scilicet 366 ad 387 usque; hoc tamen cauto, quod potestas iurisdictionis Exarchi in fideles byzantini Melkitarum ritus non exclusive exercenda erit, sed cumulate cum potestate Ordinariorum locorum, qui, secundaria ratione, suo iure utantur. Ubi autem locorum curia seu paroecia pro fidelibus byzantini Melkitarum ritus desit, latini ritus curio illorum curam gerat, donec curio proprii ipsorum ritus aut sacerdos pro ipsis designetur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu

http://www.obrascatolicas.com

exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio.—Pro S. R. E. Cancellario: Hamletus I. Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis*. Gustavus Card. Testa, *S. Congr. pro Ecclesia Orient. Pro-Praefectus*. Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens*. Ioannes Calleri, *Proton. Apost.* Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

3388

1966 IAN 10.-PAULUS VI, CONST. AAS 59 (1966) 529-530

EXARCHATUS APOSTOLICUS PRO FIDELIBUS RITUS ANTIOCHENI MARONITARUM

In Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus exarchatus apostolicus constituitur pro fidelibus ritus Antiocheni Maronitarum

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Cum supremi universae Ecclesiae rectoris Nobis sint impositae partes, huiusmodi procurationi tuendae omni diligentia studemus summaque nitimur ope, ea in primis proposita et consilia exsequentes, quae ad maiorem christiani populi utilitatem conducant. Quoniamque fideles ritus Antiocheni Maronitarum frequentes iam in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus exstant iisque proprius assistere oportet, visum est Nobis maxima cum utilitate posse iisdem provideri, apostolico ibidem exarchatu constituto. De sententia ideo venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis, qui est a publicis Ecclesiae negotiis, deque suprema potestate Nostra novum *exarchatum apostolicum* in ea Ditione condimus, fidelibus scilicet iuvandis *ritus Antiocheni Maronitarum*, qui metropolitanae Sedi Detroitensi suffraganei instar erit, cuiusque sedes in urbe vulgo Detroit ponetur, templum autem exarchale sacra aedes habebitur Deo dicata in honorem Sancti Maronis, eadem in
530 urbe exstans. / Exarchales praeterea Consultores deligantur, qui sacro Praesuli sive consilio sive auxilio assint. Exarchalis mensa, quae dicitur, efficietur pecunia sponte a fidelibus oblata, paroeciarum tributis, redditibus denique bonorum ad eundem exarchatum pertinentium. Ad seminarium quod attinet, illud magis magisque foveatur ac provehatur, quod conditum nuper est, maius videlicet. Extremum, sive conditi exarchatus sive eius sacri Praesulis iura a Litteris Apostolicis desumantur, quae a verbis incipiunt «Cleri sanctitati» ac de ritibus orientalibus deque personis agunt, a canone scilicet 366 ad 387 usque; hoc tamen cauto, quod potestas iurisdictionis Exarchi in fideles Maronitas exercenda erit non exclusive sed cumulate cum potestate Ordinariorum locorum, qui tamen secundaria ratione suo iure utantur. Ubi autem locorum curia seu paroecia pro fidelibus Maronitis desit, Latini ritus curio illorum curam gerat, donec curio proprii ipsorum ritus aut sacerdos pro ipsis designetur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio.—Pro S. R. E. Cancellario: Hamletus I. Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis*. Gustavus Card. Testa, *S. Congr. pro Ecclesia Orient. Pro-Praefectus*. Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens*. Ioannes Calleri, *Proton. Apost.* Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

3389

1966 IAN 12.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

Responsa ad proposita dubia circa vestes quibus minister sacer cantare debet Evangelium in Missis cum populo, et circa iura Ordinarii loci et Superioris religiosorum in concelebratione Missae moderanda in propriis ecclesiis

Eïus ac Revïus Dominus Aloisius Cardinalis Traglia, Sanctitatis Suae in Urbe Vicarius Generalis, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione exhibuit, nimirum:

1. Cum iuxta n. 44 *Ritus servandi in celebratione Missae*, die 27 ianuarii 1965 [LE 3251] publici iuris facti, in Missis cum populi participatione celebratis, Evangelium cantari aut legi possit a diacono vel alio sacerdote, alba et stola induto, quod tamen in praxi difficultate non caret, quia saepissime hoc munere fungitur sacerdos sacramentalibus confessionibus audiendis destinatus, quaeritur:

Utrum sacerdos vel diaconus, attentis expositis circumstantiis, Evangelium legere valeat, in huiusmodi Missis cum populi participatione celebratis, superpelliceo tantum et stola indutus.

2. Articulo 3 *Ritus servandi in concelebratione Missae* [LE 3220], cum de concelebrationis disciplina moderanda agitur, haec edicuntur: «Episcopi est, ad normam iuris, concelebrationis disciplinam in sua dioecesi moderari, etiam in exemptorum ecclesiis et oratoriis semipublicis. Est autem omnis Ordinarii et etiam Superioris maioris Religionum clericalium non exemptarum et Societatum clericorum in communi viventium sine votis, de opportunitate concelebrationis iudicare atque licentiam in suis ecclesiis et oratoriis dare, necnon concelebrantium numerum, ad normam articuli sequentis, definire, si, attentis adiunctis, id censuerit ad ritus dignitatem exigi». Hinc quaeritur:

Utrum Superior maior habeat ius cumulativum in solidum cum Ordinario loci moderandi in suis ecclesiis concelebrationem Missae, an potius eius ius coarctetur ad dandam licentiam utendi in suis ecclesiis facultate concelebrandi ab Ordinario loci iam concessa et ad numerum concelebrantium determinandum.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audito Commissionis liturgicae suffragio reque mature perpensa, propositis dubiis respondere censuit:

Ad I. Mens *Ritus servandi in celebratione Missae* est ut diaconus vel, eo deficiente, alius sacerdos ministerium suum celebranti praestet toto tempore sacrae actionis, quique proinde vestes liturgicas proprii ordinis induere tenetur, scilicet albam et stolam diaconalem, diaconus; albam et stolam, more sacerdotali, sacerdos.

Ideo minus conveniens videtur ut sacerdos confessionibus audiendis deputatus ministerium liturgicum ad altare praestet tantum ad Evangelium legendum.

Ad II. In ecclesiis Religiosorum non requiritur licentia Ordinarii loci quoad facultatem concelebrandi (cf. *Const. de sacra Liturgia*, art. 57 § 1, 2, et art. 3 *Ritus servandi in concelebratione Missae*); facultas enim Superioris maioris tria complectitur, nempe: *a)* iudicare de opportunitate concelebrationis; *b)* licentiam concedere; *c)* numerum concelebrantium, si opus sit, definire.

Ad Episcopum vero, seu Ordinarium loci, pertinet concelebrationis disciplinam in sua dioecesi moderari (cf. *Const. de sacra Liturgia*, art. 57 § 2), v. g. prohibere concelebrationem in aliis ecclesiis hora qua in cathedrali ecclesia concelebratur, abusus praecavere, tutam reddere singularem celebrationem Missarum ad fidelium utilitatem, praescriptiones dare quoad observantiam ritus et disciplinae, quoad orationem fidelium, et alia id genus.

Die 12 ianuarii 1966.—Arcadius M. Card. Larraona, *S. R. C. Praefectus*. Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *a secretis*.

* Card. Vicario Urbis: Notit. 2 (1966) 265-266.

3390

1966 IAN 19.-SC. RELIGIOSORUM, NORMAE. PART.*

Criteria sequenda a religiosis in frequentandis Universitatibus civilibus Italiae

Roma, 19 Gennaio 1966

Reverendissimo Padre, Mi è grato riferirmi alle Sue cortesi segnalazioni circa la situazione in cui vengono a trovarsi vari Religiosi, i quali, per motivi di distanza o di impegni d'insegnamento nei seminari ecclesiastici, difficilmente possono frequentare le Facoltà dell'Università Cattolica di Milano e pertanto chiedono di poter seguire i corsi delle Università statali.

Al riguardo questa Sacra Congregazione tiene ad informare la P. V. che i Religiosi possono, sotto la vigilanza dei propri Superiori e Ordinari, frequentare le Facoltà civili quando, *graviter onerata conscientia*, lo giudicheranno opportuno e prudente i rispettivi Superiori religiosi. Saranno sempre da osser-

varsi, naturalmente, le disposizioni degli Ordinari dei luoghi e del can. 587, § 4.

Profitto della circostanza per confermarmi, con sensi di distinto ossequio, devotissimo nel Signore.—Card. Antoniutti, *Pref.*

* Secretario Conferentiae Italicae Superiorum Maiorum: Notiziario della CISM n. 90, 1966, p. 3.

3391

1966 IAN 21.-CONS. LITURGIAE, INSTRUCTIO. PART.*

Instructio circa modum conficiendi interpretationes vernaculas Missae pro Iubilaeo extraordinario

Per Litteras Apostolicas *Mirificus eventus*, Summus Pontifex Paulus Pp. VI Iubilaeum extraordinarium indixit a die 1 ianuarii ad diem 29 mensis maii huius anni celebrandum [LE 3358].

Sacra Rituum Congregatio, de mandato Summi Pontificis, Missam propriam apparavit et promulgavit, in qua scopus Iubilaeo praestitutus evidentiore luce emicat.

Haec Missa, editione *typica*, Typis Polyglottis Vaticanis excusa, praebet textus tum pro tempore per annum tum pro tempore paschali, cum peculiari oratione communi, propria praefatione et cantibus, sive e Graduali romano depromptis, sive simplicioribus melodiis ornatis.

Ut statim haec Missa in usum veniat, etiam ad textum popularem quod attinet, Beatissimus Pater Paulus Pp. VI concedit:

1) In regionibus, quae lingua utuntur communi, singuli Coetus Episcoporum valent interpretationem popularem assumere a Commissione mixta opportune paratam, quin teneantur, pro hac vice, confirmationem textus a «Consilio» expetere.

2) Ceteri Coetus Episcoporum interpretationem popularem conficiendam curent fidelem et aptam, illam approbatione muniant et adhibere concedant, omissa, pro hac vice, confirmatione textus ex parte «Consilii».

* Ad Praesides Conferentiarum episcopalium, Prot. N. 19/66: Notit. 2 (1966) 43.

3392

1966 IAN 25.-PAULUS VI, MP. AAS 58 (1966) 113-114

Sacrarum contionum series Romae in Basilica Liberiana quotannis habenda instituitur

PAULUS PP. VI

Verbi Dei nuntiatio, ex illo Divini Magistri mandato: *Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae* [1] primum ac praecipuum apostolici muneris officium est profecto existimandum.

In quo quidem sacratissimo Evangelio disseminato dubium non est, quin initium quoque contineatur eius colloqui, a catholica Ecclesia cum hominibus nostrorum dierum ineundi, quod Concilium Oecumenicum Vaticanum II, nuper conclusum, magnopere suasit. Quod colloquium, quemadmodum manifestum est, eo potissimum spectat, ut congruens caritatisque plena responsio nostrae huius aetatis hominibus reddatur, qui circa tot tantasque quaestiones anxii, quas ipse mirificus doctrinarum ac rerum technicarum progressus gignit, et eorum mentibus conscientiisque proponit, animo magis magisque cupido veritatem illam inquirunt, quae sibi salutem et laetitiam tan-
114 dem aliquando afferat. /

Nunc autem Nobiscum quaerentibus qua potiore via, in hac alma Urbe, singulari quadam ratione Nostrae pastorali sollicitudini tradita, istiusmodi colloquium seri possit, opportunum visum est hic sacrarum contionum seriem iubere, singulis annis, pro variis doctorum virorum coetibus, habendam; qui quidem, perspicuis de causis, Romae et numero et auctoritate florent.

Quapropter, re diligenter animo considerata, decernimus, ut, quotannis, inter quadragesimale tempus singulis diebus dominicis aut opportuniore uniuscuiusque hebdomadae die, ab idoneo oratore graves et eruditae contiones dicantur. Ad quas audiendas iam nunc dilectos Filios maiorem in modum advocamus, qui in Urbe ad cuitiorum civium ordines pertinent, quique vel disciplinis, ingenii cultura, iurisque studio praestant, vel in re publica administranda, in liberisque professionibus exercendis antecellunt.

Huius rei causa, dignam harum habendarum contionum sedem constituimus Patriarchalem Basilicam Liberianam in Exquiliis, utpote quae, in media Urbe sita, commodius adiri possit, illustrissimum exstet artis monumentum, omnibusque Romanis christifidelibus sit perquam cara, cum pro more antiquitus accepto in hoc templo imaginem Deiparae Mariae Virginis, cui nomen *Salus Populi Romani*, venerari soleant.

In firmam igitur spem ingredimur fore ut, Romanis civibus hortationi Nostrae pie respondentibus, ex instituto hoc Nostro praeclara salutis commoda in populum, peculiari quodam modo Nobis concreditum, redundent.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Ianuarii, in Conversione S. Pauli Apostoli, anno MDCCCLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—Paulus Pp. VI.

[1] *Marc.* 16, 15.

3393

1966 IAN 25.-CONSILIUM LITURGIAE, CIRCULAR. PART.*

Normae ac criteria proponuntur ad instaurationem liturgicam prosequendam

Cité du Vatican, 25 janvier 1966

Excellence, L'heureux développement de la réforme liturgique et du mouvement pastoral qui s'y rattache continue à influencer, de façon toujours plus profonde et bienfaisante, la vie chrétienne de nos communautés paroissiales. On peut espérer que la poursuite généreuse de cet effort, surtout s'il se fait en harmonie et sous la direction vigilante et attentive des Evêques, portera des fruits toujours plus abondants de bien et de renouvellement spirituel.

Pour assurer une marche sûre à cet apostolat liturgique, qu'il me soit permis, — et il m'est agréable de la faire, — de m'adresser à Votre Excellence pour indiquer quelques problèmes qui ont été soulevés récemment.

1. *Relations entre la Hiérarchie et les Centres liturgiques.* Dans son Allocution du 10 novembre 1965 aux participants du «Congrès des traductions populaires des textes liturgiques», le Saint-Père a souligné combien il était nécessaire que les Centres et les périodiques de caractère liturgique, qui ne sont pas l'expression directe de la Conférence épiscopale ou de la Commission liturgique, aient avec les Conférences épiscopales une relation plus étroite, de telle sorte que, dans la même nation, il y ait unité dans les directives de l'action liturgique et que celles-ci viennent directement de la Hiérarchie.

«Toute la liturgie doit relever de l'autorité de la Hiérarchie (cfr. *Const.* De sacra Liturgia, art. 22, §§ 1-2; *AAS*, LVI, 1964, p. 106) [LE 3141]. Par conséquent, les individus, les collectivités, les principaux organismes nationaux chargés des questions liturgiques et les commentaires sur le même sujet, tous doivent, dans chaque pays, dépendre pleinement de la Hiérarchie. Il revient à l'autorité compétente de préciser comment doit se réaliser cette étroite union et de prendre les décisions à cet effet. On doit donc faire tous ses efforts pour que sur ce point également il y ait entre tous unité de volonté et d'action, car unique est la fin à laquelle nous tendons, unique est le modèle de perfection qui s'offre à nous et vers lequel tendent tous nos efforts» (*AAS*, LVII, 1965, p. 969).

Pour mettre en pratique le désir du Saint-Père, les indications suivantes ont été données aux Présidents des Commissions liturgiques nationales, dans une réunion qui a eu lieu le 17 novembre 1965 au Palais de la Chancellerie Apostolique:

«*a)* Il s'agit des Centres qui exercent une activité ou un apostolat liturgique et pastoral, qui organisent des manifestations publiques, comme par exemple des semaines liturgiques, des écoles, des Instituts de liturgie.

b) Il s'agit des périodiques à caractère pastoral, et non pas des périodiques à caractère uniquement d'étude scientifique. Toutefois, c'est à l'autorité compétente qu'il appartient de juger du caractère de tel ou tel périodique.

c) C'est aussi à cette autorité qu'il appartient de juger de quelle manière des liens plus étroits seront établis, manière qui peut varier suivant les lieux ou les circonstances: par exemple, par un délégué dans la direction ou la rédaction, par un reviseur, par un directeur nommé par les Evêques, etc.

Ce qui importe, c'est que dans une même région il y ait des directives et des normes uniformes, que la direction de la liturgie soit unique et qu'elle procède des Evêques. Ceux-ci auront cependant à coeur de ne pas éteindre «les forces de nature à promouvoir le renouveau liturgique; ils devront les soutenir, les protéger, les encourager à de nouvelles initiatives, afin que la sainte Liturgie soit toujours mieux comprise et participée tant par le clergé que par les fidèles».

Ces normes seront mises en application dès maintenant, et Votre Excellence voudra bien, — le «Consilium» lui en sera extrêmement reconnaissant, — faire savoir au plus tôt de

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
http://www.obrascatolicas.com

quelle manière elles l'ont été dans le territoire soumis à la Conférence que préside Votre Excellence.

2. *Messe en latin.* L'usage de la langue vivante dans la liturgie doit se faire non seulement dans l'esprit de la Constitution liturgique, mais aussi en tenant compte des situations concrètes locales.

Avec l'adoption de la langue vivante dans la Messe, des signes d'inquiétude se sont manifestés ici et là. Il serait bien que les Ordinaires prennent en considération l'éventuelle opportunité de conserver, dans certaines églises, surtout des grandes villes ou des lieux de circulation touristique, une ou, si c'est nécessaire, plusieurs Messes en latin, à célébrer selon un horaire préfixé et annoncé, tant que dure la nécessité ou la convenance.

3. *Langue liturgique dans les régions bilingues.* Dans le même esprit, avec les mêmes intentions pastorales, l'Ordinaire du lieu veillera dans les régions bilingues à pourvoir convenablement aux nécessités des fidèles des diverses expressions linguistiques: soit en utilisant le latin, soit en célébrant les offices, comme on le fait en plusieurs endroits, à des heures différentes pour les fidèles des diverses langues. Qu'on veille, de toutes façons, à ce que l'usage de la langue employée ne soit pas dommageable pour l'assistance religieuse et qu'il n'en résulte pas une diminution de la charité et de l'entente dans les communautés paroissiales.

4. *Les chorales.* Certains pensent peut-être qu'avec la restauration liturgique les chorales sont devenues inutiles et dépassées, qu'on peut tranquillement les supprimer. De fait, dans telle ou telle cathédrale ou collégiale, la chorale a été supprimée.

C'est une erreur totale de principe. Si l'on veut que l'assemblée liturgique soit vraiment initiée, guidée, éduquée au chant, la chorale est indispensable. Si celle-ci a sa partie propre à exécuter, ajoutant ainsi à l'office une note de solemnité et de beauté pour ce qui est du chant, elle doit aussi se préoccuper de sa fonction directrice en vue de la participation des fidèles au chant, les guidant et les soutenant dans les parties qui leur sont propres.

5. *Caractère sacré de la musique d'église.* Il est nécessaire de plus que demeurent intacts le caractère sacré et la beauté qui caractérisent la musique d'église, tant pour le chant que pour les instruments. Tout ce qui sent le profane doit être proscrit du sanctuaire. Par exemple, la musique de *jazz* ne peut pas faire partie aujourd'hui d'un répertoire de musique à exécuter dans les offices du culte.

Ainsi, tout en tenant compte des mentalités, des cultures, des traditions diverses des peuples, certains instruments d'usage purement profane ne peuvent entrer dans l'église. L'Eglise a d'immenses possibilités pour une action profonde, efficace, élevante, sans devoir pour cela recourir à des moyens plutôt douteux ou même reconnus d'un consentement général comme nuisibles.

6. *Autel face au peuple et tabernacle.* J'en ai déjà parlé dans une Lettre du 30 juin 1965 [LE 3296], mais qu'il me soit permis de revenir brièvement sur ce sujet.

Il est certain que l'autel face au peuple rend plus vraie et plus communautaire la célébration eucharistique et facilite la participation. Mais, même ici, il est nécessaire que la prudence guide le renouveau.

D'abord, pour une liturgie vivante et participée, il n'est pas nécessaire que l'autel soit face au peuple. Toute la liturgie de la Parole, dans la Messe, se célèbre au siège ou à l'ambon, et donc face au peuple; pour la liturgie eucharistique, les installations de microphones, désormais courantes, aident suffisamment à la participation.

De plus, il faut tenir compte de la situation architecturale et artistique, laquelle, en bien des pays, est d'ailleurs protégée par de sévères lois civiles.

Et qu'on n'oublie pas que bien d'autres facteurs, tant de la part du célébrant que des ministres et de l'ambiance, doivent jouer leur rôle pour une célébration vraiment digne.

D'autre part, les autels provisoires, construits en avant de l'autel majeur en vue de la célébration face au peuple, devraient petit-à-petit disparaître pour laisser place à une organisation fixe convenable du sanctuaire.

Dans les arrangements nécessaires des autels où l'on célèbre habituellement la Messe les dimanches et les jours de fête, qu'on ait un soin particulier à placer le tabernacle dans un lieu tout-à-fait digne, selon les indications et les règles déjà données par ce «Consilium». Si l'on juge opportun de le placer hors de l'autel, qu'on se souvienne que toute décision relève de l'Ordinaire du lieu, lequel devra juger pour chaque cas (*in casibus peculiaribus*: *Instruction*, n. 95) si les conditions requises pour telle solution sont remplies. Il est donc exclu qu'une telle décision puisse être laissée soit aux Commissions liturgiques diocésaines ou nationales, soit, encore moins, à chaque prêtre.

7. *Service des femmes à l'autel.* Enfin il s'est trouvé que tel ou tel, se référant à l'un ou l'autre article de la Constitution interprétée arbitrairement, ait cru licite d'admettre des fillettes, des jeunes filles ou des femmes à servir à l'autel pour les saintes fonctions.

Jusqu'où peut aller le *munus liturgicum* des femmes, dont le baptême leur donne droit et devoir (*Constitution*, art. 14), ce sera à étudier de près; mais que dans l'organisation actuelle de la liturgie, les femmes n'aient pas à remplir un *ministerium* autour de l'autel, cela est certain; car le *ministerium* dépend de la volonté de l'Eglise, et l'Eglise catholique n'a en fait jamais confié le *ministerium* liturgique à des femmes.

En conséquence, toute innovation arbitraire en ce domaine sera considérée comme une infraction grave à la discipline ecclésiastique et devra être éliminée avec fermeté.

Ces indications, Votre Excellence *voudra bien les communiquer aux Evêques de sa Conférence*: elles ont pour but de donner des normes pour que Votre Conférence et chacun des Evêques formulent et communiquent des directives concrètes tant aux Commissions liturgiques qu'au clergé de chaque diocèse.

J'aime Vous exprimer mes remerciements fraternels et sincères pour tout ce que Vous voudrez faire en vue de faire connaître et mettre en oeuvre les présentes directives, et de tout coeur je Vous prie de me croire, Excellence Révérendissime, votre entièrement dévoué en Notre-Seigneur.—GIACOMO Card. LERCARO, *Président*.

* Ad Praesides Conferentiarum episcopalium cuiusvis nationis: Notit. 2 (1966) 157-161.

3394

1966 IAN 26.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 58 (1966) 152-155

Allocutio die 25 *ian.* 1966 *habita ad Praelatos Auditores, Officiales et Advocatos Tribunalis Sacrae Romanae Rotae:*

CIRCA OFFICIA IUDICIS ECCLESIASTICI POST CONCILIUM VATICANUM II

Accogliamo con grande compiacenza la visita annuale del Tribunale della Sacra Romana Rota e ascoltiamo con riverenza la parola del suo venerato ed illustre Decano, la quale aggiunge all'espressione degli auguri, tanto nobili e graditi, considerazioni sempre degne della Nostra attenzione circa l'amministrazione della giustizia nella Chiesa e circa avvenimenti che vi si riferiscono. Da cotesta presenza e da cotesta parola raccogliamo volentieri la confermata testimonianza dell'alta coscienza, con cui questo Nostro Tribunale attende all'esplicazione del suo grave e provvido ufficio.

Sia il Nostro apprezzamento, sia il Nostro ringraziamento, sia il Nostro augurio ricambio cordiale dei sentimenti, dei voti, dei propositi, che così devotamente voi Ci manifestate.

Ogni volta che Noi abbiamo occasione d'incontrare le vostre persone, o d'osservare l'esercizio delle vostre funzioni, sempre viene spontaneo al Nostro spirito il concetto della dignità del vostro ufficio, e della profondità e della grandezza delle implicazioni teologiche, morali e sociali del vostro mandato, sia per l'evidenza che in voi assume l'autorità nell'atto di conferire alla legge l'efficacia della sua concreta applicazione al fatto particolare, e d'instaurare o di restaurare l'ordine controverso o turbato fra membri determinati della comunità; sia per il ricorso ai titoli sovrani, onde l'autorità di cui siete organo, è principio costitutivo e direttivo della comunità medesima; titoli, che nel caso vostro non da quella stessa comunità si reclamano, nè tanto meno dalla società naturale, ma dall'alto discendono, trascendendo l'umano volere e postulando quel volere divino, che nel fondare la Chiesa ha voluto esserle immanente, mediante il conferimento a persone elette, e perciò rifulgenti di carattere sacro, alla gerarchia apostolica cioè, di potestà tutte sue. In voi si riflette l'operante giustizia di Dio nelle umane relazioni ecclesiali; e non tanto essa appare nella maestà e nella sapienza e nella forza, che le sono proprie, ma altresì, e diciamo quanto piuttosto in quell'intenzione di bontà, di provvidenza e di amore, che caratterizza tutta l'economia della religione cristiana e che ne qualifica il regime / con l'evangelico 153
titolo di pastorale: donde l'ufficio di giudice, come piacque al Nostro predecessore Papa Pio XI, di venerata memoria, indicare, si riveste di dignità sacerdotale: *Iuris dicundi munus... itidem nobilissimum est sacerdotium* [1]; e, come è proprio dell'autorità nella Chiesa, esso si fa servizio, si fa degnissimo *ministerium iustitiae*; e perciò, nell'atto stesso che si pone come oracolo del diritto e tutore dell'ordine, si lascia penetrare da quel senso umano, al tempo stesso umile e sapiente, che fa del giudice un maestro, una guida, un padre e un amico.

Volentieri Ci effondiamo in questa facile e doverosa apologia della vostra missione a beneficio della società ecclesiastica e ad onore di Dio giusto e provvido, per risarcirla, se bisogno vi fosse, della svalutazione, che un linguaggio, spesso più frettoloso che offensivo, può averle recato, qualificando facilmente di «giuridismo» ogni determinazione pratica e canonica relativa alla vita esteriore del corpo

[1] *A. A. S.*, v. XXXVI, 1934, p. 497.

ecclesiastico; mentre l'altissima esplorazione teologica del mistero stesso della Chiesa, alla quale esplorazione il Concilio Ecumenico Vaticano II ha consacrato una delle sue più significative e luminose meditazioni, riconoscendo nella Chiesa «quasi il sacramento, ossia il segno e lo strumento dell'unione con Dio e dell'unità di tutto il genere umano» [2], ha rivendicato il carattere costituzionale del ministero apostolico e pastorale, derivandone da Cristo la potestà e riferendone allo Spirito Santo la pienezza vivificante [3]. La considerazione del mistero della Chiesa, della sua realtà soprannaturale e della conseguente spiritualità, che esso riverbera nelle anime dei credenti, non deve nascondere, nè deprezzare l'aspetto, anzi la realtà istituzionale della Chiesa visibile, la sua espressione umana e sociologica. Pio XII, Nostro venerato predecessore, fin dal 1939, all'inizio del suo pontificato, ammoniva gli alunni dei seminari romani che «a torto si distingue una Chiesa giuridica dalla Chiesa della carità. Non è così; ma quella Chiesa, ch'è giuridicamente fondata, con a capo il Pontefice, è la medesima Chiesa di Cristo, la Chiesa della carità e la famiglia universale dei cristiani» [4]; concetto questo che l'Enciclica *Mystici Corporis* ripeterà e svolgerà con gravi e solenni parole [5].

Vogliamo con questo richiamo a così alta dottrina e a
154 autorevoli / fonti riconoscere ancora una volta la legittimità e la necessità della vostra funzione, già da San Paolo, com'è noto, reclamate come diritto e dovere del regime della comunità ecclesiastica [6], vogliamo onorare la dignità del vostro ufficio, dimostrare la inserzione della vostra attività con l'esercizio della suprema potestà giurisdizionale propria della Santa Sede, indicare lo stile peculiare che a cotesto servizio deriva per il fatto d'essere espressione, sia pure con suoi specifici caratteri, della carità pastorale della Chiesa, e vogliamo confortare infine le vostre pazienti fatiche con la certezza del loro merito davanti alla Chiesa e davanti a nostro Signore.

Cotesta vigilante e corroborante coscienza sempre vi guidi e vi sostenga, come deputati ad una grande, silenziosa e utilissima missione; e tenga in voi attento lo spirito innanzi tutto agli avvenimenti della vita della Chiesa, i quali si riflettono indubbiamente anche sull'amministrazione canonica della giustizia; due specialmente, ricordati nel discorso del vostro Decano. Vogliamo dire il Concilio Ecumenico, testè celebrato, e l'annunciata revisione del Codice di Diritto Canonico. Noi siamo lieti di notare che lo spirito di fedeltà e di rinnovamento, che emana dal Concilio Ecumenico e dall'insieme dei documenti, ch'esso consegna come operante eredità alla Chiesa, già ha penetrato cotesto Tribunale, e già lo muove a considerare i fenomeni della vita sociale, i quali portano alle sue soglie nuovi appelli alle sue ordinatrici sentenze. Oh! Noi facciamo Nostro il grido d'allarme, ch'Elia, Signor Decano, levava nel suo illuminato discorso, circa l'impressionante aumento delle cause di nullità di matrimonio. Noi pure vediamo in tale fenomeno un segno caratteristico dell'indebolito senso della sacralità della legge, su cui è fondata la famiglia cristiana, dell'inquietudine della vita moderna, della precarietà di condizioni sociali ed economiche, in cui essa si svolge, e del pericolo perciò che può minacciare la saldezza, la vitalità, la felicità dell'istituto familiare; e Ci piace pensare che l'interesse con cui il Concilio ha considerato la spiritualità del matrimonio, la necessità di circondarne la preparazione, la celebrazione, la lunga e varia vicenda domestica, il destino, sia nella società naturale, che in quella ecclesiale, non sarà senza frutti benefici e sensibili anche rispetto a quelle risultanze patologiche della vita familiare, che il giudice deve poi esaminare e curare.

Quanto poi alla revisione del Codice di Diritto Canonico,
155 che una / numerosa e poderosa Commissione, da Noi istituita, sta già iniziando, Noi confidiamo che l'autorità e l'esperienza di questo insigne e storico Tribunale saranno valido contributo per lo studio e la formulazione delle auspicate modifiche.

E mentre l'attesa di tali procedimenti obbliga tutti ad avvertire i bisogni relativi a più saggia e più moderna amministrazione della giustizia, sia a Noi consentito esprimere il voto che l'efficienza morale, scientifica e numerica di cotesto Tribunale valga a risolvere l'affannosa questione della quantità delle cause pendenti, e riesca con ogni possibile celerità condurle a conclusione, e che il senso della legge divina e dell'onestà umana, da cui la vita dei fedeli cristiani dev'essere governata, confortato dal rinnovamento spirituale del celebrato Concilio, temperi, anzi prevenga la molteplicità delle controversie giudiziarie.

Non vogliamo porre fine a questa Udienza senza esprimere la Nostra riconoscenza per la generosa attività di cotesto Tribunale; nè vogliamo omettere di ringraziare e salutare quanti vi prestano la loro opera: giudici, officiali, addetti, avvocati; e mentre a tutti ricambiamo i migliori auguri per l'anno in corso, su tutti imploriamo la divina assistenza, di cuore impartendo la Nostra Apostolica Benedizione.

[1] *Const. de Ecclesia*, n. 1 [LE 3232]. [2] Cfr. *ib.*, 24 e 27. [3] *A.A. S.*, v. XXXI, 1939, p. 250. [4] *A. A. S.*, v. XXXV, 1943, pp. 193 ss. [LE 1759]. [5] *1 Cor.* 6, 1 ss.

3395

1966 IAN 27.-SECRETARIA STATUS, NORMAE. PART.*

NORMAE PRO IUBILAEO LUCRANDO INTRA CLAUSTRA MONASTERIORUM MONIALIUM

Vide *textum* sub die 1966 Feb. 12: LE 3408

* Card. Praefecto S. C. de Religiosis: AOFM 85 (1966) 206.

3396

1966 IAN 27.-SC RITUUM, DECR. AAS 58 (1966) 169-171

DE EDITIONIBUS LIBRORUM LITURGICORUM

Cum, nostra aetate, novae librorum liturgicorum editiones, praesertim cum textu populari, ubique fere parentur, opportunum videtur sequentes praebere normas, quibus in tuto ponatur dignitas et decus librorum liturgicorum, ita ut, iuxta pervetustam Ecclesiae traditionem, cultui divino perfectiora ingenii humani opera offerantur, et exinde fideles ad debitam sacrarum rerum venerationem excitentur.

1. Librorum liturgicorum, unum textum latinum referentium, ea dicitur «editio typica», quae Typis Polyglottis Vaticanis ex decreto S. Rituum Congregationis edita fuerit.

Librorum vero liturgicorum editio, quibus popularis interpretatio, aut cum textu latino vel sola continetur, pariter dicitur «editio typica» quae, cura Coetus Episcoporum, in qualibet Natione evulgatur. Decretum autem quo huiusmodi editio «typica» declaratur, datur a Praeside Coetus Episcoporum aut, de eius mandato, a Praeside Commissionis liturgicae nationalis. In eodem decreto mentio fiat de confirmatione textus ab Apostolica Sede concessa.

2. Ad ius quod attinet editiones «iuxta typicam» apparandi: *a)* id ad libros excudendos, qui unum textum latinum referunt, iis reservatur Editoribus, qui diplomate Pontificio gaudent; *b)* ad libros vero edendos, qui simul textum latinum et popularem, aut unum textum popularem continent, idem ius a Coetu Episcoporum cuiusque Nationis iis Editoribus, quos ipse Coetus maluerit, tribui potest.

3. Praestat ut in qualibet Natione Coetus Episcoporum, ratione habita tum praescriptorum legis civilis tum consuetudinum in Natione / vigentium pro libris edendis, statuat 170
quinam sint Editores, quibus munus committatur edendi libros cum textu populari, usui liturgico destinandos.

4. Librorum, qui usui liturgico destinantur, mensura, ornatus et universa imprimendi ratio ea sint, quae in decorem et reverentiam, libris liturgicis debita, cedant.

5. Editiones Missalis et Breviarii, quae usui liturgico inserviunt, et interpretationem popularem exhibent, ad normam nn. 57 et 89 Instructionis huius S. R. C. diei 26 sept. 1964, [LE 3217] textum quoque latinum contineant oportet.

Eadem norma servetur ad Pontificalis romani editiones quod attinet.

6. Popularis interpretatio textui latino apponatur iis tantum partibus, quae, ex decreto Coetus Episcoporum, lingua vernacula proferri possunt.

7. Breves admonitiones, a sacerdote vel competenti ministro dicendae (cf. *Const. de sacra Liturgia*, art. 35, 3), quae aliquando nonnullis partibus sacrorum rituum opportune praemittuntur, bene a textu liturgico distinguantur.

8. Ut Editor ad libros usui liturgico destinatos imprimendos procedere possit, debet:

a) si agitur de libris unum textum latinum praebentibus, singulis vicibus licentiam obtinere ab hac S. Rituum Congregatione, simulque cum Administratione Bonorum S. Sedis conventionem inire de condicionibus ad publicam horum librorum divulgationem spectantibus;

b) si agitur de libris textum latinum simul cum textu populari, aut unum textum popularem, referentibus, licentiam obtinere a Praeside Coetus Episcoporum, simulque cum eo de condicionibus pro publica horum librorum divulgatione conventionem inire, tum pro parte quae ad Administrationem Bonorum S. Sedis, pro textu latino, spectat, tum pro parte quae ad ipsum Coetum Episcoporum, pro textu populari, pertinet.

9. Concordantia cum editione typica, tum pro textu latino tum pro textu populari, ab Ordinario loci, iuxta can. 1390 C. I. C., concedenda, ne subscribatur nisi post diligentem atque accuratam revisionem.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CARTER LIBRARY
http://www.obrascatolicas.com

10. Normae huius decreti, salvis iis quae n. 5 dicuntur, respiciunt editiones usui liturgico destinatas Breviarii romani, Missalis romani, Ritualis romani, Pontificalis romani, Martyrologii romani et Caeremo/nialis Episcoporum necnon libros cantus gregoriani, sive de integro libro, sive de eius tantum parte agatur.

171

11. Ut autem centrum habeatur, apud quod possibile sit plenam seriem invenire omnium textuum liturgicorum, qui in universo orbe usu veniunt, E.mi Coetuum Episcoporum Praesides: *a)* Consilio exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia significent nomina Editorum, quibus munus commissum fuerit liturgicas editiones apparandi; *b)* curent autem ut editionum liturgicarum. quae in eorum dicione evulgatur. duo exemplaria ad Secretariam eiusdem Consilii mittantur.

Praesens Decretum, a S. Rituum Congregatione et a Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia paratum, Summus Pontifex in Audientia die 27 ianuarii 1966 Emo Card. Arcadio M. Larraona, S. R. C. Praefecto, concessa, approbavit et auctoritate Sua confirmavit et publici iuris fieri iussit, ab iis ad quos spectat fideliter servandum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, die 27 ianuarii 1966.—Iacobus Card. Lercaro, Archiepiscopus Bononiensis, *Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia.* Arcadius M. Card. Larraona, *S. R. C. Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, *S. R. C. a Secretis.*

Adn. C. BRAGA in EL 80 (1966) 234-237; Notit. 2 (1966) 175-180.

3397

1966 IAN 27.-CONSILIUM LITURGIAE, RESPONS. PART.*

Responsa ad proposita dubia circa modum componendi decreta Ordinarii loci in re liturgica cum ritu dominicano proprio

E Civitate Vaticana, die 27 ianuarii 1966

Reverendissime Pater, Ad dubia a Paternitate Tua Reverendissima ad «Consilium» proposita respondere placet:

1. Utrum fratribus Ordinis Praedicatorum in propriis ecclesiis litantibus et intra fines dioecesium, in quibus Ordinarii locorum peculiarem «Ordinem lectionum per ferias» introduxerunt, fas sit has lectiones adoptare sine speciali decreto Sanctae Sedis ritum dominicanum attingente? Resp.: *Affirmative.*

2. Utrum *debeant* tales lectiones sine dicto decreto introducere? Resp.: *Standum decreto Ordinarii loci.*

3. An potius interim Calendarium proprium Ordinis sequi debeant in diebus ferialibus, praescribens Missam de dominica praecedente, usque dum aliter ad petitionem Rev.mi Magistri Generalis a S. Sede provisum fuerit? Resp.: *Provisum* supra.

Hanc nactus occasionem sensus meae venerationis pando, atque permaneo Paternitati Tuae Reverendissimae addictissimus.—A. Bugnini, C. M., *a Secr.*

* Procuratori Gen. O. P., Prot. N. 147/66: AOP 37 (1965-66) 427.

3398

1966 IAN 29.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

Circa obligationem adhibendi conopeum

Teniendo en cuenta las prescripciones dadas muchas veces en decretos de la Sagrada Congregación de Ritos y el art. 1, titulo V, cap. I del Ritual Romano, sobre el conopeo que ha de cubrir el Sagrario, el excelentísimo y reverendísimo señor don Juan Hervás Benet, obispo de Dora y prelado *nullius dioeceseos* de Ciudad Real, en España, expone reverentemente a esa Sagrada Congregación de Ritos las siguientes dudas, para su oportuna solución:

1. Si permanecen en vigor las prescripciones de cubrir decorosamente con conopeo el Sagrario en que se reserva el Santísimo Sacramento.

2. En caso afirmativo, si permanece en vigor el decreto número 3.035 sobre la materia del conopeo.

Esta misma Sagrada Congregación de Ritos, considerando atentamente el asunto, responde a las dudas propuestas:

Afirmativamente a ambas cosas.

Dia 29 de enero de 1966.—Arcadio M.ª Cardenal Larraona, *Prefecto de la Sagrada Congregación de Ritos.* Fernando Antonelli, *Secretario.*

* Ordinario Cluniacensi: Ilustración del clero 59 (1966) 384.

3399

1966 IAN .. -CONSILIUM LITURGIAE, RESPONS. PART.*

Responsa ad proposita dubia: 1. De liturgia verbi.—2. De celebrationibus liturgicis pro surdis.—3. De parvis missalibus

I. De liturgia verbi

91. *Si prima pars Missae ad altare peragitur, potestne celebrans semper in medio altaris manere sicut provisum est pro fine Missae?* Convenit ut paulatim ecclesiae provideantur apta sede praesidentiali ut sacerdos «revera universae communitati praeesse videatur» (*Instructio*, n. 92), et loco pro decora proclamatione verbi Dei ditentur, ita ut Missae «singularum partium propria ratio necnon mutua connexio clarius pateant» (*Const.*, art. 50). Hae sunt enim exigentiae hodiernae et futurae instaurationis, quibus etiam edificia sacra aptari debent.

Ubi tamen ratio peculiaris *interim* suadeat ut sacerdos ad altare maneat, ipse se gerere debet modo in *Ritu servando*, nn. 25 et 34 descripto. Hodiernae rubricae totam primam partem Missae in medio altaris peragere non permittunt. Si autem etiam lectiones ex altari proferuntur (n. 47), possunt ab uno eodemque latu altaris versus populum proclamari. Ita *aliquomodo* distinctio habetur inter duas partes Missae.

92. *Utrum liceat uni tantum lectori omnes partes Proprii legere.* Dispositio ritus liturgiae verbi a *Ritu servando* et ab *Ordine Missae* ordinata, eo etiam tendit ut «in celebrationibus liturgicis quisque, sive minister, sive fidelis, munere suo fungens solum et totum id agat, quod ad ipsum ex rei natura et normis liturgicis pertinet» (*Const.*, art. 28). Cavendum proinde ne fere totum quod olim celebrans faciebat, nunc lector ipse agat et ad ipsum praecipue attentio dirigatur, qui saepe partes Proprii, lectiones, cantus inter ipsas occurrentes legit, et aliquando commentatoris et cantoris munus etiam explet. Gradatim providendum est ut celebrationes iuxta spiritum Constitutionis disponantur, ita ut unaquaeque earum pars proprium habeat idoneum ministrum: lecto.em, psalmistam vel cantorem, commentatorem. Partes vero Proprii sunt cantus processionales quibus tota communitas aliquam actionem comitatur, *et de se* pertinent populo vel *scholae*. Praestat ergo ut habeatur saltem aliqua pars communitatis, aliqualis *chorus* plurium personarum, qui illas legat vel cantet. Ubi hoc adhuc possibile non sit, saltem provideatur ut qui illas legit, a lectore seu ministrante, pro lectionibus et a commentatore distinguatur.

93. *Utrum diaconus vel alius sacerdos qui Evangelium legit, tantum superpelliceum et stolam aut habitum choralem, si est religiosus, induere possit.* Praescriptio *Ritus servandi*, n. 44, non intendit ut quocumque modo alius sacerdos vel diaconus habeatur, qui tantum ad legendum vel cantandum Evangelium accedat statimque recedat. Mens praedicti documenti est ut diaconus vel, eo deficiente, alius sacerdos, ministerium suum celebrandi praestet toto tempore actionis sacrae, quique proinde vestes liturgicas proprii ordinis induere tenetur, scilicet albam et stolam diaconalem, diaconus; albam et stolam, more sacerdotali, sacerdos.

94. *Quando Missa pro aliquo defuncto celebratur, potestne fieri sermo post Evang-lium?* Affirmative, dummodo omnis species elogii funebris vitetur et homilia «ex textu sacro» hauriatur (*Const.*, art. 52), praesentet «indolem paschalem mortis christianae» (*Const.*, art. 81), et adstantium fidem et spem in paschale Chri»ti mysterium dirigat.

II. Celebrationes liturgicae pro surdis

95. *Utrum lingua sic dicta «per gestus» (sign-language) adhiberi possit in celebratione liturgiae pro surdis?* Affirmative. Nam est unica qua surdi vere actuose participare possunt sacram liturgiam. De facto petentibus quibusdam Coetibus Episcoporum, Beatissimus Pater recenter (14 dec. 1965) benigne concessit ut lingua sic dicta «per gestus» in celebratione liturgiae pro surdis adhiberi valeat, quandocumque ratio pastoralis id suadeat, in omnibus partibus quae lingua vernacula dicuntur. Celebratio ita ordinari potest:

1. Lectiones per signa congregationi significantur.

2. Quoad participationem in aliis partibus quae ad populum spectant: *a)* quae a solo celebrante proferuntur, ipse eodem tempore verba profert et simul illa gestibus significat; populus autem gestibus respondet; *b)* in partibus vero quae una simul a celebrante et a populo sunt dicendae, v. g. *Gloria, Credo, Sanctus-Benedictus, Agnus Dei*, etc., fideles per gestus signa celebrantis sequuntur.

Aptationes in celebratione Missae pro surdis. Concessione habita linguam sic dictam «per gestus» in celebrationibus liturgicis pro surdis adhibendi (Cfr. *Notitiae* 2 [1966] 30-31), necessariae aptationes in rubricis Missae, in qua lingua «per gestus» adhibetur, a Commissione litrgica Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis una cum *International Catholic Deaf Association*, apparatae sunt. Quae sic sonant:

1. Gestus permittuntur tantum in illis Missae partibus quae lingua vulgari dici possunt.

2. Cantus ad introitum ab aliquo surdo dirigitur.

3. Si tamen cantus ad introitum a congregatione non dicitur et omnes preces ad pedem altaris faciendas participant, sacerdos illas versus populum profert, inclinatione ad *Confiteor* omissa.

4. Quantum fieri potest, lector qui gestibus epistolam proclamat, etiam voce utatur. Si propter incapacitatem

physicam hoc fieri nequit, alius epistolam legat dum lector surdus eam gestibus significat.

5. Propter difficultatem Symbolum Nicenum gestibus interpretandi eiusque conceptus accurate reddendi, congregatio symbolum apostolicum gestibus exprimat, dum sacerdos elata voce symbolum nicenum profert.

6. Antequam sacerdos *Pater noster* cum sua monitione gestibus significet, digitos purificat super corporale.

7. Sacerdos conclusionem embolismi orationis dominicae sine gestibus recitat, dein cruces super calicem facit et particulam in ipsum mittit, nihil dicens, statimque digitos purificat supra corporale, et gestibus significat *Pax Domini.*

8. Sacerdos pixidem supra corporale relinquit dum significat *Ecce agnus Dei...*, ante fidelium communionem. Postea hostiam supra pixidem de more tenet dum director surdos ducit ut triplicem *Domine, non sum dignus* exprimant.

9. Valde commendatur ut partes quae una simul a celebrante et a populo gestibus significanda sunt, melodia rythmica et simplici modulentur ad fovendum bonum motum et elegantiam gestuum. (Cfr. *Newsletter*, vol. 2, No. 4, april 1966).

III. De parvis missalibus

96. *Utrum parva missalia pro fidelibus adhuc sint utilia?* Quidam asserunt post introductionem linguae vernaculae in liturgiam parva missalia amplius utilia non esse, quinimmo activae participationi obstare. Re quidem vera parva missalia ante promulgatam Constitutionem de sacra liturgia eo tendebant «ut fideles ritus lingua latina celebratos intellegerent; erant videlicet subsidia populi, veteris huius linguae ignari».[1] Finis tamen praecipuus erat amor et gustus sacrae liturgiae eiusque progressiva ac profundior intellegentia in fideles inducenda. Quod etiam nunc valet. Parva missalia, quae iuxta exigentias hodiernae restaurationis liturgicae sint exarata, quaeque non tantum Ordinarium Missae sed versionem omnium textuum liturgicorum a competenti auctoritate approbatam contineant, adhuc sunt necessaria ad totalitatem mysterii salutis, in anno liturgico celebrati, perfectius percipiendam, ad meditationem et pietatem ex inexhaustis divitiis textuum liturgicorum alendam, ad actuosam participationem faciliorem reddendam. Haec autem non tantum postulat ut verbum Dei in communitate adunata proclametur et ab ipsa attente audiatur, sed etiam ut plebs sancta verbo Dei accepto respondeat, et sacras celebret partes Ordinarii et Proprii, hymnos et psalmos simul canendo vel recitando. Quod peragere valet auxilio alicuius parvi missalis aut libri precum, qui eo utilius evadit cum etiam elementa pro sacramentis aliisque sacris functionibus participandis contineat, sicut v. g. *The book of catholic worship*, qui ab «U.S.A. liturgical Conference» nunc paratur (cfr. *Notitiae*, 1 [1965] 318).

Peculiari ratione hoc adiutorio indigere videntur communitates cuiusque generis; quae missam ferialem participant, vel omnibus diebus secundum spiritum liturgiae vivere et orare cupiunt; qui ob infirmitatem vel incommodum vel alia huiusmodi cum propria communitate liturgica convenire nequeunt, ut eius orationi verius et intimius coniungantur; pueri qui ad mysterium liturgicum progressive sunt initiandi. Proinde laudandus et diffundendus usus qui pluribus in locis invaluit donandi pueris, ad Primam Communionem vel ad Confirmationem accedentibus, parvum missale: est omnium aptissimum donum.

97. *In hoc discrimine mutationum liturgicarum suntne parva missalia diffundenda?* Notitia aliquando passim diffunditur circa imminentem reformationem Ordinis Missae, vel definitivam instaurationem totius Missalis; quae serio fundamento caret. Instauratio liturgica pluribus indiget studiis et studiorum annis. Parva ergo missalia si criteriis hodiernae reformationis innituntur et aliqua cum flexibilitate et varietate concipiuntur, adhiberi poterunt per plures annos. Perutilia insuper evadunt ut fideles spiritualiter et pedagogice ad futuram instaurationem accipiendam praeparentur et ne per aliquot, et quidem ferventiores, annos, priventur profectu spirituali qui ab actuosa et conscia sacrae liturgiae participatione provenit.

[1] Allocutio Summi Pontificis Pauli VI ad participantes «Conventum de popularibus interpretationibus textuum liturgicorum»; *Notitiae*, 1 (1955) 379.

* Notit. 2 (1966) 29-32.

3400

1966 FEB 2.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 58 (1966) 115-118

Romanae dioecesis ordinatio ad horum dierum necessitates aptius accommodatur

PAULUS PP. VI

Romanae Urbis dignitatem, ad religiosam rem quod attinet, nusquam praeclarius celebratam esse existimamus, quam illo sancti Decessoris Nostri Leonis I loco, ubi haec legimus: *Beatissimus Petrus, princeps Apostolici Ordinis, ad aream Romani destinatus imperii, ut lux veritatis, quae in omnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet*[1]. Nam, hoc posito, ad eiusdem Decessoris Nostri opinionem, *Roma, quae erat magistra erroris, facta est discipula veritatis*[2], atque ad tantam gloriam provecta est, *ut gens sancta, populus electus, civitas sacerdotalis et regia, per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta, latius praesideret religione divina quam dominatione terrena*[3].

Quibus e gravissimis verbis, vel ut verius dicamus, sententiis iudiciisque, ut in Romani populi Episcopos, Beati Petri Successores, ita in populum ipsum peculiaria officia, eaque iusta et necessaria, proficisci nemo non videt.

Nihil igitur mirum si, per saeculorum decursum, praecipua illa cura apud Decessores Nostros semper excubuit, ut Romanum gregem, sibi a Christo proprio quodam titulo creditum, salvum sanctumque praestarent; atque adeo, divinae doctrinae pabulo suppeditato, christianam eius fidem tuerentur et alerent; ut videlicet numquam de hac non praedicari non posset, quod, Romae nascente Ecclesia, Paulus Apostolus praedicavit: *quia fides vestra annuntiatur in universo mundo*[4].

Cuius pastoralis industriae Summorum Pontificum cum singula specimina longum sit per praeteritas aetates recensere, placet paucis orationem Nostram ad eos dumtaxat percurrere, qui hoc saeculo vixerunt. De quibus hoc generatim iustum est / confirmare, eos semper, pro con- 116
versis deinceps rerum temporumque rationibus, alacri sedulitate dioecesis suae utilitatibus serviisse: sive religiosae pietatis sensibus incitatis, sive magis congruenter descriptis divini cultus caerimoniis, sive morum expolita disciplina, sive paroeciarum dispositis amplificatisque finibus.

Atque primum commemorare par est Decessorem Nostrum S. Pium X, qui ecclesiasticam Romae iurisdictionem sub unius Cardinalis suis vicibus in Urbe fungentis auctoritatem redegit, quique Apostolicis Litteris *Etsi Nos*, die I mensis Ianuarii, anno MDCCCCXII datis[5], Officialium Vicariatus Urbis munera, onera, potestates explanatius definiit; tum Benedictum XV, cui cordi fuit, Apostolicis Litteris *In ordinandis*, die XX mensis Aprilis, anno MDCCCCXVII editis[6], ob variatam temporum condicionem, nonnihil de memorata Constitutione proximi Decessoris sui opportune immutari; deinde Pium XI, qui, et post initas anno MDCCCCXXIX inter Apostolicam hanc Sedem et Italiam pactiones Lateranenses, religiosam curationem christifidelium Civitatis Vaticanae peculiari Vicario suo commisit; et Romanam dioecesim sua potestate invisi iussit; et temporum numerum, paroecialibus muniis explendis, auxit; post, Pium XII, cui hoc laudi dandum est, quod non solum novas aedes sacras exstruendas novasque paroecias condendas curavit, sed etiam vicinarum dioecesium Tusculanae, Portuensis et S. Rufinae, atque Ostiensis mutatis finibus, Romanae dioecesis dicionem protendit; postremo, Ioannem XXIII, qui, praeter alia multa ad salutem populi Romani gesta, primus Romanae dioecesis Synodum coëgit, cuius acta, in volumen collata[7], monumenta sive incensae pietatis, sive assiduae sollicitudinis, sacro Pastore dignarum, sunt prorsus censenda.

Nunc autem, tum plurimis Decessorum Nostrorum exemplis, tum singulari benevolentia, qua ipsi hunc Nostrum prosequimur gregem, movemur sane, ut mentem numquam ab eius religiosis necessitatibus indagandis revocemus, quae in dies ingravescunt. Accedit quod Nostrarum esse partium ducimus, / nihil inexpertum et intentatum relinquere, ut 117
huius Urbis Nostrae christifidelibus quaelibet fiat opportunitas ad leges et praescripta efficienda, quae Concilium Oecumenicum Vaticanum II, ante duos menses conclusum, tulit, et Nosmetipsi promulgavimus. Nemini enim non est persuasum oportere omnino, Romanam dioecesim, cum in aliis rebus tum vero in hac ceteris omnibus, quae in universo terrarum orbe sunt, exemplo praeire.

Quam ob causam, cum ad actionem vitae Nostri huius populi recte instituendam non parum conducere opinemur aptam officiorum ordinationem, quae Nostro nomine Nostraque auctoritate huic rei praeposita sunt, idcirco, in actis *Primae Romanae Synodi* intuentes artt. 11-18[8], haec quae sequuntur, decernimus.

I. Firma ea omnia perstare volumus quae art. 11 statuuntur de Romanae dioecesis territorio; de ordinaria potestate Cardinalis in Urbe Vicarii eiusque Vicesgerentis; de iurisdictione sive Vicarii Generalis in Civitate Vaticana, sive Cardinalis Archipresbyteri S. Petri in Basilica et in Canonica;

[1] S. Leo Magnus, Sermo LXXXIII, *In Natali Apostolorum Petri et Pauli*; *PL.* LIV., 323. [2] Cfr. *ibid.* 321. [3] Cfr. *ibid.* 322. [4] *Rom.* 1, 8. [5] Cfr. *A. A. S.* IV (1912), pp. 5-22. [6] Cfr. Tabularium Secretariae Status S. S. [7] *Prima Romana Synodus, A. D. MDCCCLX*, Typis Polyglottis Vaticanis. [8] Cfr. *ibid.* pp. 7-9.

http://www.obrascatolicas.com

II. Item firma permanere iubemus praescripta omnia quae artt. 12-13-14 eorundem actorum continentur;

III. Statuta vero Primae Romanae Synodi, art. 15 § 2 comprehensa, partim immutantes, partim amplificantes, haec quae sequuntur praescribimus:

1. Romanae dioecesis territorium, Cardinalis Vicarii iurisdictioni obnoxium, in quinque partes dividi iubemus: quarum *primam* illa regio constituet, quae intra antiqua moenia continetur, quamque *centrum historicum* populariter appellant; *ceterae* autem territorio illo circumscribentur, quod limites dividentes, a viis Appia, Tiburtina, Cassia et, ut populari utamur vocabulo, *Magliana* ad centrum ducti;

2. Haec tamen divisio non restricto, sed lato quodam sensu est accipienda; ita quidem ut quaevis paroecialis circumscriptio, quae forte ad plures definitas partes porrigatur, ad / illam partem pertinere putanda sit, in cuius 118
territorio eius paroeciale templum situm est;

3. Prima harum partium curationi Praelati Vicesgerentis concreditur; aliarum vero unaquaeque illi Episcopo Auxiliari committitur, quem Cardinalis Vicarius suo decreto designaverit;

4. Salva iurisdictione ordinaria Vicesgerentis, et delegata omnium et singulorum Episcoporum Auxiliarium circa totam Romanam dioecesim (excepta Civitate Vaticana), erit uniuscuiusque horum Praelatorum territorio sibi commisso *praecipue* et, ut aiunt, *habitualiter* prospicere;

5. Episcopis Auxiliaribus semel et in perpetuum potestatem delegamus, ut, in universo diocesis territorio, sacramenta et sacramentalia ministrent, ut nuptiis assistant et benedicant, praescripto can. 1096 § 1 C. I. C. nihil obstante, utque denique alia omnia peragant, quae Cardinalis Vicarius, decreto suo, vel stabiliter vel *ad actum* dato, statuet.

Quae omnia postquam praecepimus et decrevimus, Christum Iesum, *Principem Pastorum*[3], etiam atque etiam rogamus, ut nutu auspicioque suo consiliis hisce Nostris aspirare benigne velit.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die II mensis Februarii, in festo Purificationis B. Mariae Virg., anno MDCCCCLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

[3] *Cfr. I Petri*, 5, 4.

3401

1966 FEB 2.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 204

APOSTOLICA NUNTIATURA APUD REMPUBLICAM ARABICAM SYRIACAM CONSTITUITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quam sedem Pius Pp. XII, Decessor Noster desideratissimus, ad publicas officiorum rationes cum Syriaca Civitate ordinandas, per Litteras Apostolicas die XXI mensis Februarii anno MCMLIII datas [LE 2338] in urbe Damasco condiderat, eam in praesenti et gravitate muneris et dignitatis gradu esse augendam censemus. Id enim fore confidimus, ut ex consilio huiusmodi non solum publica, quae diximus, vincula vel firmiora efficiantur, verum etiam rei catholicae utilitas magna consequatur. Quapropter motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, harum Litterarum vi, Internuntiaturam Apostolicam, in Republica Arabica Syriaca olim constitutam, in *Nuntiaturam Apostolicam* erigimus et constituimus, eique omnia et singula iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, deferimus atque tribuimus. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Nuntiaturae Apostolicae Syriacae, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die II mensis Februarii, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3402

1966 FEB 2.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR PERMITTENDI ANTICIPATIONEM MISSAE DIEI DOMINICAE VEL FESTI DE PRAECEPTO IN PERVIGILIIS CUM PRAECEPTI ADIMPLETIONE

PRECES—*Beatissime Pater*, Cardinalis Archiepiscopus Toletanus, Praeses Coetus Metropolitarum Hispaniae, a Sanctitate Vestra humiliter postulat, pro singulis locorum Ordinariis, facultatem concedendi anticipationem missae diei Dominici vel festi de praecepto in pervigilio, cum indulto ut fideles Sacro adsistentes valeant praescripto canonis 1248 Codicis Iuris Canonici satisfacere. Ratio petitionis est crebra populi demigratio in fines hebdomadae, et penuria sacerdotum in quibusdam regionibus.

Simul petitur ut committatur singulis Ordinariis facultas determinandi ecclesias et categorias personarum quibus indultum competat.

RESCR.—Sacra Congregatio Concilii, attentis expositis, omnibus Hispaniae locorum Ordinariis benigne tribuit facultatem, iuxta preces, ad quinquennium et ad experimentum; sub lege adhibendi textus liturgicos diei sequentis et habendi homiliam, orationemque fidelium, ad mentem Instructionis S. Rituum Congregationis diei 26 septembris 1964, nn. 53 seqq. [LE 3217]; cauto insuper ut in animis fidelium fixum remaneat diem Deo dicatum Dominicam esse.

Datum Romae, die 2 Februarii 1966.—P. Card. CIRIACI, *Praefectus.* P. Palazzini, *a Secr.*

* Praesidi Conferentiae episcopalis Hispaniae, Prot. N. 1035/65: Sal terrae 54 (1966) 669. Adn. E. F. REGATILLO in Sal terrae 54 (1966 670-682; 55 (1967) 541-547.

3403

1966 FEB 5.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

CIRCA OMISSIONEM PRECUM AD PEDEM ALTARIS IN INITIO MISSAE CONVENTUALIS APUD COMMUNITATES MULIERUM

Cum art. 48 *c Instructionis* ad exsecutionem Constitutionis de sacra Liturgia edicatur: «Omnes preces ad pedem altaris omittuntur, quoties alia actio liturgica immediate praecessit [LE 3217], Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione propositum fuit, nimirum:

Utrum preces ad pedem altaris dicendae omitti possint initio Missae conventualis in aliqua Communitate feminili choro adstricta immediate post divinum Officium a sororibus recitatum, etsi celebrans recitationi non participaverit.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, audito Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia, reque mature perpensa, proposito dubio respondit: *Affirmative.*

Atque ita rescripsit et declaravit, die 5 februarii 1966.—ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, *a secretis.*

* Notit. 2 (1966) 132.

3404

1966 FEB 8.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 58 (1966) 119-123

DE ALTARIS PONTIFICII USU IN PATRIARCHALIBUS BASILICIS ROMANIS

PAULUS PP. VI

Peculiare ius, quo sive Romae sive Asisii in Basilicis Patriarchalibus altaris Pontificii usus regitur, plane indicat quae praecipui honoris significationes sint illis Basilicis habendae, ex eo quod ad Summum Pontificem proprio quodam titulo pertinent.

Ex quo singulari iure, ut inter omnes constat, ad harum Basilicarum altare primarium unus Summus Pontifex Sa-

crum facere potest; nemini vero alii hoc licet, nisi ex ipsius Pontificis venia [1].

Hoc autem privilegium ex vetere eo usu natum esse videtur, pro quo uni Episcopo attribuebatur princeps sacrae aedis altare, ubi exstabat ipsius Episcopi cathedra; ob eam scilicet causam, ut palam ostenderetur, omnes dioecesis christifideles et in unam convenire fidem, et uni adhaerere Pastori, et uni circumfundi altari; iuxta illud S. Ignatii Anthiocheni: *una enim est caro Domini nostri Iesu Christi, et unus calix in unitatem sanguinis ipsius, unum altare, sicut unus episcopus cum presbyterio et diaconis, conservis meis* [2].

Ex longa consuetudine, Romae uni Summo Pontifici altaria Basilicarum addicebantur, quae ad *Patriarchium*, hoc est ad sedem Summi Pontificis, pertinebant, quaeque in litteratis monumentis mediae, quam vocant, aetatis etiam *Patriarchatus* nomine designabantur [3].

Quae tamen disciplina non erat initio perinde gravis, ut nostris hisce diebus. Etenim saeculo V Decessor Noster f. r. Simplicius constituit, ut, in Basilicis S. Petri, S. Pauli et S. Laurentii, Presbyteri Titulorum certarum regionum Urbis per hebdomadam sacros ritus conficerent [4]; quod 120
postea etiam quoad Basilicam S. Mariae Maioris factum esse scimus. Constat praeterea iam saeculo IX divinum cultum, ita ordinatum ut diximus, a VII Cardinalibus Presbyteris in unaquaque IV Basilicarum Patriarchalium peragi consuevisse [5]. In Basilica autem Lateranensi hos sacros hebdomadales ritus, ad medium saeculum VIII, obibant VII Cardinales Episcopi, sedibus praepositi, quae proxime ad Romam adiacebant. Quibus Decessor Noster b. m. Stephanus III illud quoque munus detulit, ut singulis diebus dominicis *super altare S. Petri* Sacris operarentur [6].

Sed postea, rerum temporumque adiunctis mutatis, factum est pedetemptim, ut disciplina, ex qua altaris Pontificii usus uni Summo Pontifici servabantur, severius exigeretur, eamque ad ultimum haberet iuris formulam, quam Decessor Noster f. r. Benedictus XIV statuit [7], quamque Codex Iuris Canonici assumpsit.

Attamen nunc res ac tempus a Nobis postulare videntur, ut in Patriarchalibus Basilicis Romanis huic privilegio laxamentum quoddam demus. Primum enim opportunum putamus, sollemnioribus Ecclesiae diebus festis, cum scilicet frequentior est christiani populi in templum concursus, in hisce Basilicis Sacrum peragi loco elato et centrali; ita nempe ut, ad Concilii Oecumenici Vaticani II optata, altare *revera centrum sit, quo totius congregationis fidelium attentio sponte convertatur* [8]. Deinde nostro hoc tempore Romae saepenumero catholicorum congressiones vel conventus varias ob causas habentur, quibus, ut plurimum, magna hominum multitudo interest; qui fere saltem semel, in aedem sacram, ingentis numeri capacem, coguntur, ut divinis assistant. Praeterea hodie Romam frequentiores quam antea, pietatis causa, confluunt undique terrarum christianorum turmae; quibus, cum in primis optent Patriarchales Basilicas invisere et Sacris ibidem interesse, 121
opus est bene patentem aram parare. /

Quapropter, aliquid de vigente lege immutantes, concedimus, ut ad altare Pontificium, praeterquam a Romano Pontifice, ab aliis etiam Eucharisticum Sacrificium confici possit, his tamen modis statutis:

1. Ut patet, nulla de hac re concessio impertietur, ad eam Basilicam et ad eum diem quod attinet, in quibus ipse Summus Pontifex sacris operari statuerit.

Quod cum, perspicuas ob rationes, in Basilica Petriana crebrius evenire possit, venia idcirco rarius dabitur Sacrum peragendi ad altare Pontificium huius Basilicae.

2. Nostra huiuscemodi concessio ad Patriarchales tantum Basilicas spectat, quae Romae sunt: hoc est, ad Archibasilicam Lateranensem, et ad Basilicas S. Petri, S. Pauli, S. Mariae Maioris, S. Laurentii extra moenia.

3. Hac concessione frui dumtaxat poterunt: *a)* In sua quisque Basilica, Cardinalis Basilicae Archipresbyter, aut eo ab Urbe absente vel impedito, Episcopus eius vices gerens, vel ab eo delegatus; *b)* In Archibasilica Lateranensi, Cardinalis in Urbe Vicarius, vel Episcopus eius vices gerens; *c)* In Basilica S. Pauli, Abbas eidem templo praepositus; *d)* In Basilica S. Laurentii extra moenia, Abbas Commendatarius, quem vocant; *e)* In qualibet Patriarchali Basilica Romana, Episcopus quicumque magnum peregrinorum numerum ducit; *f)* Ad has Patriarchales Basilicas Romanas quod spectat, est Nobis in animo privilegiis nullo modo derogare, quibus, certis diebus festis, Praelati quidam iam fruuntur.

4. Causa, ob quam huiusmodi venia datur, in frequentissimo fidelium concursu semper ponenda est: sive ob sollemnes Ecclesiae dies festos primae classis; sive ob congressiones et conventus, varia de causa actos; sive ob numerosam peregrinationem, Romam ductam. / 122

5. Ne autem concessiones superveniant concessionibus, necessarium arbitramur, eas tantummodo ab eo Viro tribui, qui Basilicae Patriarchali moderetur.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Februarii, anno MDCCCCLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

Adn. EL 80 (1966) 229; Notit. 2 (1966) 204-208.

3405

1966 FEB 8.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

SUMMA PECUNIAE DETERMINATUR PRO HISPANIA ULTRA QUAM REQUIRITUR BENEPLACITUM APOSTOLICUM AD BONA ECCLESIASTICA ALIENANDA

Madrid, 8 de febrero de 1966

Eminencia Reverendísima: La Sagrada Congregación del Concilio, con referencia a la suma límite de un millón de pesetas, propuesta a tenor del artículo 32 del «Motu proprio» *Pastorale munus* [LE 3139] por la Conferencia Episcopal de esta nación para los actos de administración extraordinaria sujetos a la jurisdicción de los Ordinarios, participa:

«Tengo el placer de comunicarle que la Santa Sede ha aprobado tal suma, permaneciendo firmes los cánones 1.529, 1.530, 1.531, 1.533, como también, en la proporción allí señalada, el canon 1.532 del Código de Derecho canónico, por lo que se refiere al voto del Cabildo catedral y Consejo Administrativo diocesano.»

Al tener el honor de comunicar a vuestra eminencia reverendísima esta suprema decisión, aprovecho gustoso la oportunidad para besarle reverentemente la sagrada púrpura y reiterarme una vez más de vuestra eminencia reverendísima devotísimo, seguro servidor.—ANTONIO RIBERI, *Nuncio Apostólico.*

* Card. Primati Hispaniarum, iuxta textum a Nuntio Ap. Hispaniae datum: Ilustración del clero 59 (1966) 316. Adn. Ilustración del clero 59 (1966) 317.

3406

1966 FEB 10.-COM. CENTR. CONC., RESP. AAS 60(1968)360

CIRCA INITIATIONEM ALIQUORUM SODALIUM IN ORDINIBUS SACRIS APUD INSTITUTA LAICALIA RELIGIOSORUM

I. Utrum locutio latina «Sacra Synodus declarat nihil obstare», de qua in n. 10, § 2 Decreti Ss. Concilii Oecumenici Vaticani II *Perfectae caritatis* [LE 3333], implicet positivam commendationem eorum quae sequuntur: an potius manifestet meram possibilitatem pro omnibus Institutis laicalibus initiandi aliquos sodales sacris ordinibus, dictis sub condicionibus.

II. Utrum in citato textu conciliari contineatur explicita agnitio iuris Capitulo Generali cuiusque Instituti proprii cognoscendi de opportunitate utendi facultate de qua supra agitur, an non.

Commissio Centralis coordinandis post Concilium laboribus et Concilii Decretis interpretandis, re mature perpensa in Coetu, die 24 mensis maii 1966 habito, respondendum esse censuit:

Ad Ium *Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam seu: illam locutionem dicit tantum simplicem possibilitatem, pro omnibus Institutis laicalibus, initiandi aliquos sodales sacris ordinibus.

Ad IIum *Affirmative* ad primam partem; *Negative* ad secundam seu: Capitulo Generali cuiusque Instituti ius

[1] *Cfr. C. I. C.* can. 823, § 3. [2] *Ad Phil.* 4; cfr. etiam *ad Magn.* 7; et *Ad Smyrn.* 8. [3] *Cfr. Descriptio Lateranensis Ecclesiae*, cap. 9, ed. R. Valentini-G. Zucchetti. *Codice Topografico della città di Roma*, III, Roma 1946, p. 344. [4] *Cfr. Liber Pontificalis*, L. Duchesne, I, Parisiis 1886, p. 249. [5] *Cfr.* lib. comm. *Descriptio Lateranensis Ecclesiae.* [6] *Cfr.* lib. comm. *Liber Pontificalis*, p. 478. [7] *Cfr. Fontes Codicis Iuris Canonici.* [8] *Instructio ad exsecutionem Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinanda*, die 26 Sept. a. 1964 edita, n. 91 [LE 3217].

http://www.obrascatolicas.com

esse cognoscendi de opportunitate utendi facultate de qua ad secundam partem primi dubii, servatis de iure servandis.

Ssmus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 10 februarii 1966 infrascripto impertita hanc decisionem ratam habuit et adprobavit.—Hamletus I. Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

Adn. V. CARBONE in ME 21 (1969) 187-189.

3407

1966 FEB 12.-SC DOCTRINA FIDEI, RESPONS. PART.*

ORDINARIUS LOCI CONCEDERE POTEST ACATHOLICIS FACULTATEM STANDI IN IUDICIO CORAM TRIBUNALI ECCLESIASTICO, ETIAM IN CAUSIS NULLITATIS MATRIMONII

In your letter of 17 December, 1965, Your Eminence requested that L., a non-Catholic woman, be given the right to sue in court before an ecclesiastical tribunal for the nullity of her marriage contracted with S., also a non-Catholic.

In this regard I inform you that in cases of this kind the Ordinary who is competent to draw up the process in first instance can grant to the petitioner the faculty to sue in court even though the person is a non-Catholic, and this is true also in a case for nullity.

* Ordinario Neo-Eboracensi, Prot. N. 2430/65m: BOUSCAREN VI, p. 827-828.

3408

1966 FEB 12.-SC RELIGIOSORUM, LIT. CIRCULAR. PART.*

NORMAE PRO IUBILAEO LUCRANDO INTRA CLAUSTRA MONASTERIORUM MONIALIUM

Roma, 12-II-1966

Reverendissimo Padre, La S. Congregazione dei Religiosi si è premurata di domandare al Santo Padre come le Monache, non potendo uscire dalla clausura, potranno lucrare le indulgenze del giubileo.

Sua Ecc.za Rev.ma Mons. Angelo dell'Acqua, Sostituto della Segreteria di Stato di Sua Santità, con lettera del 27 gennaio u. s. indirizzata all'Eminentissimo Cardinale Prefetto di questa S. Congregazione, rispondeva nei seguenti termini:

«Mi onoro accusare ricevimento del venerato foglio n. S. R. 1465/66, in data 17 corrente mese, con il quale Ella chiedeva istruzioni circa le modalità, a cui le Monache di clausura dovranno attenersi per lucrare le Indulgenze del Giubileo.

In ossequio alle venerate istruzioni ricevute, mi sono recato a premura di domandare in merito il parere della competente Sacra Penitenzieria Apostolica, la quale ha risposto con la comunicazione riassunta dell'unito appunto.»

L'appunto di cui si parla si allega alla presente, perché la Paternità Vostra Rev.ma lo faccia conoscere ai Superiori Generali, che hanno nel loro Ordine Monasteri di clausura.

Con sensi di religioso ossequio, mi professo della Paternità Vostra Rev.ma dev.mo nel Signore.—I. Card. Antoniutti, *Prefetto.* Paolo Philippe, *Segr.*

Normae—Appunto:

1) Nelle cappelle od oratori delle claustrali si possono tenere istruzioni sui Decreti del Concilio Ecumenico oppure un corso di esercizi spirituali o sacre missioni, dando così anche alle Monache la possibilità di acquistare le indulgenze giubiari.

2) La visita della Cattedrale o di altra chiesa designata dall'Ordinario può essere commutata per le claustrali dall'Ordinario.

3) Per quanto riguarda l'indulgenza plenaria concessa per chi assiste alla Messa celebrata *cum aliqua sollemnitate* da un Vescovo in Cattedrale oppure in altra chiesa designata, le Monache potrebbero rivolgersi all'Ordinario del luogo, perché voglia concedere loro tale favore, designando a tale scopo, almeno per l'occasione e per le claustrali, anche la loro cappella od oratorio. Del resto, se ciò non fosse possibile per qualche ragione particolare, è bene ricordare che durante l'attuale Giubileo straordinario si possono acquistare tutte le altre indulgenze ordinarie, ad es. per la recita del Rosario coram SS.mo, per il pio esercizio della Via Crucis ecc.

Roma, 2 martii 1966.

* Praesidi Unionis Romanae Superiorum Generalium, Prot. N. S. R. 1465/66: AOFM 85 (1966) 205-206.

3409

1966 FEB 14.-SC DE PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR TRANSFERENDI PRAECEPTUM DOMINICALE ET ABSTINENTIAM A LABORIBUS AD SABBATUM PRAECEDENS

PRECES—*Most holy Father,* The Ordinary of the archdiocese of Colombo-in-Ceylon, prostrate at the feet of Your Holiness, humbly asks, in the name of all the Ordinaries of Ceylon:

1. that the Catholics of Ceylon be completely freed from the obligation of abstaining from servile works on Sundays;

2. that they be permitted to fulfil the obligation of hearing Mass beginning from the eve of Sunday, i. e. from Saturday afternoon.

The reason of this request is that the Buddhist Government had decided to make the «Poya day» —(i. e. the first day of each phase of the moon)— a public day of rest and make Sunday a working day. And God...

RESCR.—Sacra Congregatio de Propaganda Fide, vigore facultatum sibi a Ssmo D. N. Paulo Div. Prov. Papa VI tributarum, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces. Praesentibus ad biennium valituris.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 14 mensis februarii a. D. 1966.—Eduardus Pecoraio, *Subscr.*

* Ordinario Columbensi in Ceylon, Prot. N. 509/66: BdM 30 (1966) 193.

3410

1966 FEB 14.-SC RITUUM, DECR. AAS 58 (1966) 525-526

DE COMMUNIONE IN VALETUDINARIIS

Cum hac nostra aetate frequens, immo quotidianus vigeat usus sacrae Communionis recipiendae etiam ab infirmis in valetudinariis degentibus, idque tamen, attentis et nova ratione huiusmodi institutorum aedificandorum et eorum interno regimine, non sine incommodis fiat, Sacra Rituum Congregatio, quo faciliore ac breviore modo pluribus infirmis Eucharistia ministrari valeat, praescriptiones Ritualis / Romani, Tit. V, cap. IV, n. 28, sequentem 526
in modum mutari censuit, nimirum:

1. In valetudinariis, quae ex uno tantum aedificio constant, in quo oratorium exstet, Sacerdos ministrans recitet, in ipso oratorio, omnes preces ante et post infirmorum Communionem iuxta Rituale Romanum dicendas, infirmis vero singulis, in distinctis cubiculis degentibus, Eucharistiam distribuat, adhibita formula Communionis.

2. In iis vero valetudinariis, ubi plura aedium exstant membra, Ssma Eucharistia reverenter ex oratorio deferatur et deponatur super mensa, in loco decenti et apto singularum aedium parata, et ibi, recitatis precibus ante et post infirmorum Communionem dicendis, Sacerdos distribuit Sacramentum uti supra dictum est.

Facta demum de his omnibus Ssmo Domino nostro Paulo Papae VI per infrascriptum S. R. C. Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua praefatas mutationes ratas habuit et confirmavit, easque pro opportunitate adhibendas benigne concessit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Die 14 Februarii 1966.—Arcadius M. Card. Larraona, *Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *a Secr.*

Adn. Notit. 2 (1966) 328-329.

3411

1966 FEB 16.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 205

APOSTOLICA NUNTIATURA APUD FINNICAM CIVITATEM ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Singulari consensione Apostolica haec Sedes summique Finnicae Civitatis Moderatores eas officiorum rationes, quae iam sibi mutuo intercederent, non solum confirmare, sed etiam perficere statuerunt. Quod igitur attinet ad Nos, Sanctae Ecclesiae

bono atque utilitati sedulo consulentes, itemque commissi Nobis muneris partes mature exsequentes, novam Legationis sedem ibidem condendam esse censemus, quae, certis praedita iuribus, publica apud Finnorum gentem vigeat auctoritate. Itaque motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, *Apostolicam Nuntiaturam* apud Finniam erigimus atque constituimus, eidemque omnia et singula definimus officia, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi, sic per Nos constitutae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI mensis Februarii, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3412

1966 FEB 17.-PAULUS VI, CONST. AAS 58 (1966) 177-198

EXERCITIUM PAENITENTIAE IN ECCLESIA, PRAECIPUE PER IEIUNIUM ET ABSTINENTIAM, EX INTEGRO REORDINATUR

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

«Paenitemini et credite Evangelio» [1]: haec Domini verba nunc iteranda Nobis esse videntur, cum, Oecumenica Synodo Vaticana Secunda ad exitum feliciter perducta, citatiore veluti gradu Ecclesia suum pergit iter. Inter graves enim et instantes quaestiones, in quibus pastoralis sollicitudo vertitur Nostra, non postremum locum obtinere arbitramur officium universos filios Nostros, atque etiam omnes huius aetatis homines, religioso praeditos sensu, edocendi quid paenitentiae divina praeceptio secum ferat et quod eius sit momentum. Quod officium ut re vera exsequamur, Nos movet plenior, quam Concilium attulit, cognitio naturae Ecclesiae et huius cum mundo intercedentis necessitudinis.

Nam inter Concilium, Ecclesia mysterium sui proprium altius meditari volens, suam ipsius naturam plane expendit. Cuius naturae elementa, humana et divina, visibilia et invisibilia, caduca et numquam interitura, penitus introspexit. Vincula imprimis perpendens, quibus cum Christo eiusque salvifico opere coniungeretur, clariore in luce collocavit officium, ad quod implendum omnia membra divinitus vocantur, participandi munus ipsius Christi, etiam ad expiationem quod attinet [2]. Praeterea Ecclesia magis 178
magisque conscia facta est, quamvis ex Dei / consilio sancta et irreprehensibilis sit [3], e membris tamen se constare, quae maculis affici possint atque adeo continenter conversione ad Deum et sui renovatione indigeant [4], non tantum interiore et sui ipsorum, sed etiam exteriore et sociali [5]. Denique Ecclesia munus suum attentius consideravit, ad civitatem terrestrem quod spectat [6]: dum scilicet homines docet, qua ratione mundo uti et operam eius consecrationi debeant tribuere, simul eos ad salutarem hortatur abstinentiam, qua communiantur, ne, ad caelestem patriam peregrinantes, se rerum terrenarum usu praepediri patiantur [7].

Quibus rationibus adducti, verba, quae Petrus primum post Pentecosten populum alloquens protulit, filiis Nostris hodie iteramus: «Paenitentiam agite... in remissionem peccatorum vestrorum...» [8]; atque ea, quae Paulus olim ethnicis Lystrenis nuntiavit, Nos etiam omnibus gentibus hodie significare volumus: «Convertimini ad Deum vivum» [9].

I

Ecclesia, cum, in Concilio congregata, attentius perpendit quae esset necessitudo, qua ipsa non solum fratres a sua communione seiunctos, sed etiam religiones non christianas attingeret, libenter animadvertit paenitentiam fere ubique terrarum magni aestimari, quippe quae arte conectatur sive cum sensu illo religioso, quo antiquarum gentium vita imbuitur, sive cum subtilioribus notionibus, quae in religionibus ad altiorem gradum provectis et cum progrediente ingeniorum cultu coniunctis, inveniuntur [10].

In Vetere Testamento religiosa paenitentiae ratio clarius usque manifestatur. Quamquam enim homines eam agunt, vel Dei indignationem post peccatum placare cupientes [11], vel rebus adversis vexati [12], vel peculiaribus ingruentibus

die in diem mundetur et renovetur, donec Christus eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam aut rugam (cfr. *Eph.* 5, 17); *ib.* n. 7: *Oecumenismus veri nominis sine interiore conversione non datur. Etenim ex novitate mentis* (cfr. *Eph.* 4, 23), *ex suiipsius abnegatione atque ex caritatis liberrima effusione proficiscuntur et maturescunt desideria unitatis. Ideo a Spiritu divino imploranda nobis est gratia sincerae abnegationis, humilitatis et mansuetudinis in serviendo, atque fraternae in alios animi liberalitatis; ib.* n. 8: *Haec cordis conversio vitaeque sanctitas, una cum privatis et publicis supplicationibus pro christianorum unitate tamquam anima totius motus oecumenici existimandae sunt et merito oecumenismus spiritualis nuncupari possunt.*

[1] Cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium,* de sacra liturgia, n. 110 [LE 3141]: *Paenitentia temporis quadragesimalis non tantum sit interna et individualis, sed quoque externa et socialis.*

[2] Cfr. Const. past. *Gaudium et Spes,* de Ecclesia in mundo huius temporis, passim et imprimis n. 40 [LE 3366].

[3] Cfr. *1 Cor.* 7, 31: *Praeterit enim figura huius mundi; Rom.* 12, 2: *Nolite conformari huic saeculo.* Cfr. Decret. concil. *Unitatis redintegratio,* de oecumenismo n. 6 [LE 3235]: *...Ecclesia in via peregrinans vocatur a Christo ad hanc perennem reformationem qua ipsa, qua humanum terrenumque institutum, perpetuo indiget.* Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium,* de Ecclesia, n. 8 [LE 3232]: Inter persecutiones mundi et consolationes Dei peregrinando procurrit (S. Aug. *De Civ. Dei,* XVIII, 51, 2; PL 41, 614) *Ecclesia, crucem et mortem Domini annuntians, donec veniat* (cfr. *1 Cor.* 11, 26); *ib.* n. 9: *...Per tentationes vero et tribulationes procedens Ecclesia, virtute gratiae Dei sibi a Domino promissae confortatur, ut in infirmitate carnis a perfecta fidelitate non deficiat, sed Domini sui digna sponsa remaneat, et sub actione Spiritus Sancti, seipsam renovare non desinat, donec per crucem perveniat ad lucem, quae nescit occasum.* Cfr. Const. past. *Gaudium et Spes,* de Ecclesia in mundo huius temporis, n. 37, n. 39 et n. 93 [LE 3366].

[4] *Act.* 2, 38. [5] *Act.* 14, 14; cfr. Pauli VI Allocutio ad Unitarum Nationum Coetum, habita die 4 mensis Octobris anno 1965, *A. A. S.* LVII, 1965, pag. 885 [LE 3322].

[6] Cfr. Declaratio *Nostra Aetate,* de Ecclesiae habitudine ad religiones non-christianas, n. 2 [LE 3336]: *Ita in Hinduismo homines mysterium divinum scrutantur ... atque liberationem quaerunt ab angustiis nostrae conditionis vel per formas vitae asceticae vel per profundam meditationem, vel per refugium ad Deum cum amore et confidentia. In Buddhismo secundum varias eius formas radicalis insufficientia mundi huius mutabilis agnoscitur et via docetur qua homines, animo devoto et confidente vice statum perfectae liberationis acquirere, sive, vel propriis conatibus vel superiore auxilio innixi, ad summam illuminationem pertingere valeant. Ib.* n. 3: *Ecclesia cum aestimationem quoque Muslimos restringit. qui unicum Deum adorant ... et maxime in oratione, eleemosynis et ieiunio colunt.*

[7] Cfr. *1 Reg.* 7, 6: (Israelitae, a Deo castigati quia Baal et Astaroth adoraverant) *convenerunt in Masphath... et ieiunaverunt in die illa atque dixerunt: Peccavimus Domino...* Cfr. *3 Reg.* 21, 20 et 27: (Haec dicit Elias ad Achab): *...eo quod venundatus es ut faceres malum in conspectu Domini: ecce ego inducam super te malum... Cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua et operuit cilicio carnem suam ieiunavitque et dormivit in sacco et ambulavit demisso capite.* Cfr. *Ir.* 36, 9: *...praedicaverunt ieiunium in conspectu Domini omni populo...* Cfr. *Io.* 3, 4-5: *... et clamavit et dixit* (Ionas): *Adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur. Et crediderunt viri Ninivitae in Deum et praedicaverunt ieiunium et vestiti sunt saccis a maiore usque ad minorem.*

[8] Cfr. *1 Reg.* 31, 13: (post gravem cladem a Philistaeis illatam, Israelitae) *tulerunt ossa eorum et sepelierunt in nemore Jabes et ieiunaverunt septem diebus.* Cfr. *2 Reg.* 1, 12: *Apprehendens autem David* (nuntium mortis Saulis et Jonathae) *vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo, et planxerunt et fleverunt et ieiunaverunt usque ad vesperam.* Cfr. *ib.* 3, 35: (Post mortem Abner) *iuravit David dicens: Haec faciat mihi Deus et haec addat, si ante occasum solis gustavero panem vel aliud quidquam.* Cfr. *Bar.* 1, 3-5: *Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniae ...et ad aures universi populi ... Qui audientes plorabant et ieiunabant et orabant in conspectu Domini...* Cfr. *Jdt.* 20, 26: (Post caedem a filiis Beniamin filiis Israel illatam) *...omnes filii Israel venerunt in domum Dei et sedentes flebant coram Domino; ieiunaverunt die illo usque ad vesperam.*

http://www.obrascatolicas.com

malis permoti [13], vel divina beneficia impetrare studentes [14], tamen ii externum paenitentiae opus cum interiore ad Deum conversionis habitu solent coniungere, quo fit, ut animum, a peccato retractum, ad Deum novo nisu convertant [15]. Quin etiam a cibis abstinent suaque derelinquunt bona —ieiuniis enim, praeter Dei precationes et laudes, caritatis opera addi solent [16]— etiam post peccatorum remissionem, quamquam nullum a Deo impetrandum est munus; ieiuniis enim et ciliciis utuntur, ut «animas suas» afflictent [17], ut se coram Domino prosternant [18], ut faciem suam ad Deum vertant [19], ut ad supplicationes facilius se componant [20], ut melius divina intellegant, ut
179 parati / sint Deo obviam fieri [21]. Est igitur paenitentia, iam in Vetere Testamento, pia et sui cuiusque propria actio, quae eo ad postremum spectat, ut Deum adamemus eique nosmet ipsos prorsus concredamus. Non nobis, sed Deo est ieiunandum [22].

Huiusmodi sane indolem omnis paenitentia praeferat oportet, etiam in ritibus lege praescriptis et ordinatis. Quotiescumque id ad usum non deducitur, ita conqueritur Dominus: «Nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor vester» [23]. «Scindite corda vestra et non vestimenta vestra ...» [24].

Neque in Vetere Testamento desideratur socialis, quam dicunt, paenitentiae indoles. Nam ex paenitentialibus Veteris Testamenti ritibus, non solum communis cogitur peccatorum conscientia, sed etiam condicio enuntiatur, qua ad Populum Dei quis pertineat [25].

Item satis est animadvertere paenitentiam, etiam ante Christum natum, perfectionis et sanctitatis instrumentum et signum existimatam esse, ut Iudith [26], Daniel [27], Anna prophetissa multique praestantes viri ac mulieres comprobant, «ieiuniis et obsecrationibus (Deo) servientes nocte ac die» [28], cum gaudio et laetitia [29].

E Vetere Testamento demum patet homines iustos sua paenitentia pro totius hominum communitatis peccatis satisfecisse; ex quibus mentione dignus est Moyses, qui quadraginta dies ieiunavit, ut Deum ob infidelis populi culpas placaret [30]. Ita maxime nobis exhibetur «Dei Servus», qui «languores nostros... tulit», et in quo «posuit Dominus... iniquitatem omnium nostrum» [31].

Haec tamen contingebant ut sacramentum futuri [32]. Etenim paenitentia, quae interioris vitae necessitas est, universi generis humani experientia religiosa comprobata, et peculiari divinae Revelationis praecepto iniungitur, in Christo et in Ecclesia novas prorsus significationes easque altissimas accipit.

Christus, qui semper in vita sua coepit ipse facere et docere, antequam munus suum susciperet, quadraginta dies et quadraginta noctes in oratione et ieiunio duxit, atque apostolici operis sui publice initium fecit laeto quidem nuntio «Appropinquavit Regnum Dei», sed statim addidit mandatum: «paenitemini et credite Evangelio» [33]. Quae verba totius vitae christianae quasi summa sunt et complexio.

Ad Christi Regnum nobis fas est accedere tantum «metànoia», id est intima totius hominis mutatione, qua ipse cogitare, iudicare vitamque suam componere incipit ea sanctitate et caritate Dei perculsus, quae in Filio novissime manifestatae sunt et plene nobis impertitae [34]. /
180 Invitatio Filii Dei ad «metànoiam» peragendam, instantius urget, propterea quod non solum ad eam ipse hortatur, sed etiam exemplum paenitentiae praebet. Nam Christus maximum exemplum paenitentibus dedit, eo quod non pro peccato suo, sed pro peccatis aliorum voluit poenas subire [35].

In Christi conspectu homo positus, nova luce collustratur, atque adeo cum Dei sanctitatem tum peccati malitiam agnoscit [36]; per Christi verbum ei nuntium traditur, quo et ad conversionem ad Deum fit invitatio et peccatorum venia conceditur; quae dona ipse per Baptismum plene consequitur, qui hominem configurans ad similitudinem Domini Passionis, Mortis et Resurrectionis [37], exinde totam eiusdem vitam huius mysterii veluti sigillo reddit insignem.

Divini Magistri vestigiis insistens, quisquis christiano nomine censetur, seipsum debet abnegare, suam crucem tollere, eius dolores participare; et ita in eius mortis imaginem transfiguratus, resurrectionis gloriam potest mereri [38]. Praeterea non sibi post haec vivere debet [39], sed Deo, qui eum dilexit et tradidit semet ipsum pro eo [40]; vivere debet etiam fratribus, ut «adimpleat ea quae desunt passionum Christi in carne sua... pro corpore eius, quod est Ecclesia» [41].

Accedit etiam quod, cum Ecclesia artissimo vinculo cum Christo coniungatur, cuiuslibet fidelis paenitentia ad universam hominum communitatem intima quadam necessitudine pertinet; non solum enim per Baptismum ipse in Ecclesia primarium donum «Metànoiae» accipit, sed in Ecclesia etiam idem donum in membris peccantibus restauratur et roboratur per Paenitentiae Sacramentum. «Qui vero ad Sacramentum Paenitentiae accedunt, veniam offensionis Deo illatae ab eius misericordia obtinent, et simul reconciliantur cum Ecclesia, quam peccando vulneraverunt et quae eorum conversioni caritate, exemplo, precibus allaborat» [42]. In Ecclesia denique peculiari ratione super-

[13] Cfr. *Idt.* 4, 8 et 12: (Olopherne in terram Iudae grassante) *clamavit omnis populus ad Dominum instantia magna et humiliaverunt animas suas ieiuniis orationibus ... Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras si manentes permanseritis in ieiuniis et orationibus.* Cfr. *Est.* 4, 15-16: *Rursumque Esther* (ad regem ingressura ut eum deprecaretur pro populo suo) *haec Mardochaeo verba mandavit: Vade et congrega omnes Iudaeos, quos in Susan repperis, et orate pro me. Non comedatis et non bibatis tribus diebus et tribus noctibus et ego cum ancillis meis similiter ieiunabo* ... Cfr. *Ps.* 34, 13: *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam.* Cfr. *2 Par.* 20, 3: *Ioaphat autem timore perterritus totum se contulit ad rogandum Dominum et praedicavit ieiunium universo Iuda.*

[14] Cfr. *1 Rg.* 14, 24: *Adiuravit autem Saul populum dicens: Maledictus vir, qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducavit universus populus panem.* Cfr. *2 Rg.* 12, 16: *Deprecatusque est David Dominum pro puero, et ieiunavit David ieiunio et ingressus seorsum sacrit super terram;* cfr. *ib.* 22. Cfr. *Ez.* 8, 21: *Et praedicavi ibi ieiunium iuxta fluvium Ohava ut affligeremur coram Domino Deo nostro et peteremus ab eo viam rectam nobis et filiis nostris universaeque substantiae nostrae.*

[15] In iisdem locis supra memoratis, indoles interior paenitentiae clare illustratur: cfr. *1 Rg.* 7, 3: *Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum ... et praeparate corda vestra Domino et servite ei soli, et eruet vos de manu Philistim.* Cfr. *Ir.* 36, 6-7: *Ingredere ergo tu et lege de volumine ... audiente populo in domo Domini in die ieiunii ...; leges eis: si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini, et reoertatur unusquisque a via sua pessima ...* Cfr. *Bar.* 1, 17-18: *Peccavimus ante Dominum Deum nostrum et non credidimus diffidentes in eum et non fuimus subiectibiles illi et non audivimus vocem Domini Dei nostri, ut ambularemus in mandatis eius, quae dedit nobis.* Cfr. *Idt.* 8, 15-17: *Et ideo humiliemus illi animas nostras, et in spiritu constituti humiliato, serientes illi, dicamus flentes Domino, ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam ...* Cfr. *Is.* 3, 8 ... *et convertatur vir a via sua mala et ab iniquitate ...* Cfr. *Ze.* 8, 19, 21: *Haec dicit Dominus exercituum: Ieiunium ... erit domui Iuda ... Usquequo ... vadant habitatores unus ad alterum dicentes: Eamus et deprecemur in faciem Domini et quaeramus Dominum exercituum; vadam etiam ego.*

[16] Cfr. *Is.* 58, 6-7: *Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi ... frange esurienti panem tuum et egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum et carnem tuam ne despexeris.* Cfr. *Tb.* 12, 8-9: *Bona est oratio cum ieiunio, et eleemosyna magis quam thesauros auri recondere; quoniam eleemosyna a morte liberat, et ipsa est quae purgat peccata, et facit invenire misericordiam et vitam aeternam.*

[17] Cfr. *Lv.* 16, 31: *et affligetis animas vestras religione perpetua.* [18] Cfr. *Dn.* 10, 12: *Et ait ad me: Noli metuere, Daniel, quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intellegendum, ut te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua.* [19] Cfr. *ib.* 9, 3: *et posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare et deprecari in ieiuniis.* [20] Cfr. *ib.* [21] Cfr. *Ex.* 34, 28: *Moyses fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies et quadraginta noctes, panem non comedit et aquam non bibit.* [22] Cfr. *Ze.* 7, 5: *Cum ieiunaretis et plangeretis ... numquid ieiunium ieiunastis mihi* [23] *Is.* 58, 4.

[24] *Jl.* 2, 13. Cfr. *Is.* 58, 5-6: *Numquid cotiorquere quasi circulum caput suum et saccum et cinerem sternere? Numquid istum vocabis ieiunium et diem acceptabilem Domino? Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi: Dissolve colligationes impietatis, ... solve fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos et omne onus disrumpe?* Cfr. *Am.* 5, passim; *Is* 1, 13-20; *Ir.* 14, 12; *Ze.* 7, 4-14; *Tb.* 12, 8; *Ps.* 50, 18-19; etc. [25] Cfr. *Lv.* 23, 29: *Omni anima quae afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis.*

[26] Cfr. *Idt.* 8, 6. [27] Cfr. *Dn.* 10, 3. [28] Cfr. *Lc.* 2, 37; *Eccli.* 31, 12, et 17-19; 37, 32-34. [29] Cfr. *Ze.* 8, 19; *Mt.* 6, 17.

nae Christi satisfactionis particeps redditur parvum satisfactionis opus, singulis paenitentibus in Sacramento impositum, cui, ex generali Ecclesiae praescripto, penitius iunguntur cetera quoque opera, quae fidelis facit, patitur, sustinet [43].

Ita fit, ut munus «mortificationem» Domini semper in corpore et in animo circumferendi [44] in totam hominis
181 baptizati vitam quovis tempore et quavis ratione penetret. /

II

Interior tamen et religiosa paenitentiae indoles, quamvis praestantior sit novasque formas in Ecclesia excitet, tamen exteriorem eiusdem virtutis usum non solum nullo modo submovet vel extenuat, sed etiam eius necessitatem in nostrae aetatis humana consortione singulari cum vehementia urget [45]; quam ob rem Ecclesia, praeter ieiunium et abstinentiam, temporum signa perspiciens, eas semper novas formas paenitentiae quaerit, quae eiusdem fini, pro singulis aetatibus, magis aptae sint et accommodatae.

In germana autem paenitentiae virtute disciplina «asceseos», quae corporis etiam castigationem complectitur, nequit praetermitti, cum totus homo, anima scilicet et corpus —quin immo natura quoque rationis expers, ut saepe Sacra Scriptura memorat— [46] huic sacrae exercitationi se dedat oporteat, qua omnes creatae res sanctitatem Dei et maiestatem affirment.

Praeterea corporis castigationis necessitas clarius patet, si humanae naturae fragilitas perpenditur, cum post Adae peccatum caro pugnet adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem [47]. Longe tamen abest, ut haec exercitatio Stoicorum placita sapiat: minime enim damnanda et reicienda dicitur caro, cum eam Dei Filius assumpserit [48]. Quin etiam corporis maceratio eo spectat, ut liberetur homo [49], qui sensibus ob inordinatam concupiscentiam tamquam catena saepe devincitur [50], ut «corporali ieiunio» robur acquirat [51], ut denique «dignitas condicionis humanae per immoderantiam sauciata, medicinalis parsimoniae studio reformetur» [52].

In Novo Testamento et in Ecclesiae historia, licet paenitentiae officium ea ratione declaretur, qua quis Christo patienti assimulatur, tamen necessitas «asceseos», qua corpus castigatur et in servitutem redigitur, imprimis Christi exemplo instanter urgetur [53].

magisque in dies ad Dominum convertantur ... Ib. n. 6: *Praeterea caritate, oratione, exemplo et paenitentiae operibus ecclesialis communitas veram ergа animas ad Christus adducendas maternitatem exercet.*

[43] Cfr. S. Thomas, *Quaestiones Quodlib.*, III, q. XIII, a. 28: *Videtur autem satis conveniens quod sacerdos non oneret paenitentem gravi pondere satisfactionis, quia sicut parvus ignis a multis lignis superpositis de facili exstinguitur, ita possel contingere quod parvus affectus contritionis in paenitente nuper excitatus, propter grave onus satisfactionis exstingueretur, peccatore totaliter desperante. Unde melius est quod sacerdos paenitenti indicet quanta paenitentia esset sibi pro peccatis iniungenda, et iniungat sibi nihilominus aliquid quod paenitens tolerabiliter ferat, ex cuius impletione assuefiat ut maiora impleat, quae etiam sacerdos sibi iniungere non attentasset; et quae praeter iniunctionem expressam facit, accipiunt maiorem vim expiationis culpae praeteritae ex illa generali iniunctione qua sacerdos dicit: quidquid boni faceris, sit tibi in remissionem peccatorum. Unde laudabiliter consuevit hoc a multis sacerdotibus dici.*

[44] Cfr. *2 Cor.* 4, 10.

[45] Cfr. Decret. concil. *Presbyterorum Ordinis*, de presbyterorum ministerio et vita, n. 16 [LE 3365]: *Normas praesertim asceticas quae experientia Ecclesiae probantur et quae in mundo hodierno haud minus necessariae sunt,* (presbyteri, nova et eximia ratione Christo consecrati) *sequi ne omittant;* cfr. Const. past. *Gaudium et Spes*, de Ecclesia in mundo huius temporis, n. 49 [LE 3366]: *Ad officia autem huius vocationis christianae constanter exsequenda virtus insignis requiritur: quapropter coniuges, gratia ad vitam sanctam roborati firmitatem amoris, magnitudinem animi et spiritum sacrificii assidue colent et oratione impetrabunt.* Cfr. *Ib.* n. 52. Cfr. Pii XII, *Oratio ad Patres Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, ceterosque locorum Ordinarios, ob sollemnem dogmaticam definitionem corporeae in caelum Assumptionis B. M. V. Romae coadunatos, habita die 2 Novembris 19*[2: *A. A. S.* XVIII, 1950, pp. 786-788. Cfr. Iustinus, *Dialogus cum Triphone* 141, 2-3; *MG* 6, 797, 799: *Id autem* (scilicet: paenitentiam agere) *hanc vim habet ut, peccatorum paenitentiam agendo,* (homo) *peccatorum a Deo remissionem accipiat, nequaquam autem, ut vosmetipsos decipitis, et alii quoque vobis in hac re similes, qui dicunt eliamsi peccatores sint, Deum tamen, modo eum cognoscant, non imputaturum illis peccatum. Huius rei testimonium habemus, unum David lapsum propter ipsius gloriationem: quod peccatum ei tum demum remissum est, cum sic flevit et lamentatus est, ut Scriptura testatur. Quod si tali viro remisso non antea concessa est, quam paenitentiam egerel, sed tunc demum cum sic flevit, seque ilaque gessit magnus ille rex et unctus et prophela, quomodo impuri et prorsus complorati, nisi lamententur et plangant, spem habere possint non imputaturus eis Dominus peccatum?* Cfr. *2 Clementis* 8, 1-3; F. X. Funk, Patres apostolici, ed. 2, Tubingae, 1961, I, 192-194.

[46] Cfr. *In.* 3, 7-8. [47] Cfr. Gal. 5, 16-17; *Rom.* 7, 23.

[48] Cfr. Martirologium Romanum, in Vigilia Nativ. D. N. I. C.: ... *Iesus Christus, aeternus Deus aeternique Patris filius, mundum piissimo suo interventu consecrare volens, de Spiritu Sancto conceptus, in Bethlehem Iudae, nascitur ex Maria Virgine, factus Homo.* Cfr. *1 Tim.* 4, 4-5: ... *quia omnis creatura Dei bona est, et nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per verbum Dei et orationem.* Cfr. *Phil.* 4, 8. Cfr. Origenes, *Contra Celsum* 7, 36; *MG* 11, 1472, ubi Celsus christianos exprobat quod malefiam magni faciunt, et illos vocat: *philosòmaton ghenos.*

[49] Cfr. Liturgia Quadragesimae, passim. [50] Cfr. *Rom.* 7, 23. [51] Cfr. *Missale Romanum*, Praef. Quadragesimae: ... *corporali ieiunio vitia comprimis, mentem elevas, virtutem largiris et praemia.* [52] *Ib.*, Oratio in Feria V post dom. I Passionis. [53] Cfr. *A)* In novo Testamento: 1) verba et exemplum Christi: cfr. *Mt.* 17, 20: *Hoc autem genus non eicitur nisi per orationem et ieiunium ...*; *ib.* 5, 29-30: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et proice abs te ...*; *ib.* 11, 21-24: *Si in Tyro et Sidone factae essent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinere paenitentiam egissent ...*; cfr. *ib.* 3, 4; 11, 7-11 (a Christo Ioannes Baptista laudatur); cfr. *ib.* 4, 2; *Mc.* 1, 13; *Lc.* 4, 1-2 (Iesus ipse ieiunavit)· 2) testimonium et doctrina Pauli: *1 Cor.* 9, 24-27: *...castigo corpus meum...*; *Gal.* 5, 16: *...desideria carnis ne perficietis...*; *2 Cor.* 6, 5: *...in vigiliis, in ieiuniis...*; *ib.* 11, 27: *In vigiliis multis ... in ieiuniis multis ...* 3) in Ecclesia primaeva: *Act.* 13, 3: *...ieiunantes et orantes...*; *ib.* 14, 22: *Cum... orassent cum ieiunationibus...*; etc.

B) Apud Patres: en aliquot loci servato temporis ordine disposiți: *Abstine a carnalibus et corporalibus cupiditatibus,* (*Didaché* 1, 4; Funk, I, 2).

Divinae gratiae ministri, Spiritu Sancto afflati, de paenitentia loculi sunt. Ipse etiam rerum omnium Dominus ... de paenitentia locutus est ... volens.... omnes dilectos paenitentiae fieri participes .. (Clemens Romanus, *1 Cor.* 7, 4-8, 5; Funk, I. 108-110.

Bona igitur res eleemosyna quasi paenitentia peccati; melius ieiunium precatione, eleemosyna autem utroque; «caritas» operit multitudinem peccatorum»; praecatio autem ex bona conscientia e morte liberat. Beatus omnis, qui inventus in his rebus perfectus, eleemosyna enim fit levamen peccati (*2 Clementis*, 16, 4; Funk, II, 204).

Et si quis apud eos eget aut pauper est, et copia victus eis non est, duo aut tres dies ieiunant, ut egentibus victum necessarium suppeditent; (Aristides, *Apologia* 15, 9; Goodspeed, Göttingen, 1914, 21).

Dico tibi, inquit hoc non esse ieiunium, quod vos putatis ieiunare, sed ego te docebo, quid sit ieiunium plenum et acceptum Domino. Audi, inquit, Deus non vult eiusmodi ieiunium inane; sic enim ieiunans Deo nihil operaris iustitiae. Ieiuna autem Deo ieiunium huiusmodi: nihil mali agas in vita tua et servi Domino in mundo corde; serva eius mandata ambulans in praeceptis eius et nulla concupiscentia mala ascendat in corde tuo; crede autem Deo, quod si haec feceris et eum timueris abstinueriisque ab omni malo negotio, vives Deo; et si haec feceris, magnum facies ieiunium acceptumque Deo» (Hermas, Pastor, *Sim.* 5, 1, 3-5; Funk, I, 530).

Huius igitur paenitentiae secundae et unius, quanto in arto negotium est, tanto operosior probatio est; ut non sola conscientia proferatur, sed aliquo etiam actu administretur. Is actus, qui magis graeco vocabulo exprimitur et frequentatur, exomologesis est, qua delictum Domino nostro confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione paenitentia nascitur, paenitentia Deus mitigatur. Itaque exomologesis prosternendi et humilificandi hominis disciplina est, conversationem iniungens misericordiae illicem; de ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum moeroribus deicere, illa quae peccavit tristi tractatione mutare; celerum pastum et potum pura nosse non ventris scilicet, sed animae causa; plerumque vero ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrimari et mugire dies noctesque ad Dominum Deum suum, praeobyteris advolei, et caris Dei adgenticulari, omnibus fratribus legationes deprecationis suae iniungere. Haec omnia exomologesis ut paenitentiam commendet, ut de periculi timore Dominum honoret, ut in peccatorem ipsa pronuntians pro Dei indignatione fungatur, et temporali afflictione aeterna supplicia non dicam frustretur, sed expungat. Cum igitur provolvit hominem, magis relevat; cum squalidum facit, magis mundatum reddit; cum accusat, excusat; cum condemnat, absolvit. In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi Deus, crede, parcet (Tertullianus, *De Paenitentia* 9; *ML* 1, 1243-1244).

Nos certi sumus, eos qui in carne sunt, Deo placere non posse (*Rom.* 8, 8), *non utique in substantia carnis, sed in cura, sed in affectione, sed in operatione, sed in voluntate. Macies non displicet nobis, neque enim ad pondus Deus carnem tribuit, sicut nec spiritum ad mensuram* (cfr. *Ioan.* 3, 34), *facilius si forte per tractationem mutare; celerum pastum et potum pura nosse non ventris scilicet, sed animae causa; plerumque vero ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrimari et mugire dies noctesque ad Dominum Deum suum, praesbyteris advolei, et caris Dei adgenticulari, omnibus fratribus legationes deprecationis suae iniungere. Haec omnia exomologesis ut paenitentiam commendet, ut de periculi timore Dominum honoret, ut in peccatorem ipsa pronuntians pro Dei indignatione fungatur, et temporali afflictione aeterna supplicia non dicam frustretur, sed expungat. Cum igitur provolvit hominem, magis relevat; cum squalidum facit, magis mundatum reddit; cum accusat, excusat; cum condemnat, absolvit. In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi Deus, crede, parcet* (Tertullianus, *De Paenitentia* 9; *ML* 1, 1243-1244).

Nos certi sumus, eos qui in carne sunt, Deo placere non posse (*Rom.* 8, 8), *non utique in substantia carnis, sed in cura, sed in affectione, sed in operatione, sed in voluntate. Macies non displicet nobis, neque enim ad pondus Deus carnem sed in voluntate. Macies non displicet nobis, neque enim ad pondus Deus carnem tribuit, sicut nec spiritum ad mensuram* (cfr. *Ioan.* 3, 34), *facilius si forte per angustam salutis iamuam introsibi caro exilior, cilius resuscitabitur caro levior, diutius in sepultura durabit caro aridior* (Tertullianus, *De Ieiunio* 17; *ML* 2, 978).

Habemus enim quadragesimae dies ieiuniis consecratos. Habemus quartam et sextam septimanae dies quibus sollemniter ieiunamus. Est certa libertas christiano per omne tempus ieiunandi, non observantiae superstitione sed virtute continentiae. Nam quomodo apud eos castitas incorrupta servatur, nisi arteriorbus continentiae fulta subsidiis? Quomodo Scripturis operam navant, quomodo scientiae et sapientiae student? Non per continentiam ventris et gulturis? Quomodo Scripturis operam navant, quomodo quis seipsum castrat propter regnum coelorum, nisi ciborum affluentiam resecet, nisi abstinentia utetur ministra? Haec ergo christianis ieiunandi ratio est. Sed est et alia ratio adhuc religiosa, cuius laus etiam quorundam apostolorum litteris praedicatur. Invenimus enim in quodam libello ab apostolis dictum: «Beatus est, qui etiam ieiunat pro eo, ut alat pauperem». *Huius ieiunium valde acceptum est apud Deum, et revera digne satis* (Origenes, *Homiliae in Lev., Hom.* 10, 2: *MG* 12, 528).

Amemus valde ieiunium, magnum enim munimentum est ieiunium, oratio item et eleemosyna: ex morte quippe hominem liberant. Ut enim ob esum et inoboedientiam exturbatus est Adam ex Paradiso, ita rursum per ieiunium et obsoedientiam in Paradisum, qui volet, ingredietur. In hac virtute cultum corporis tui et ornamenta quaere, o virgo, et placebis caelesti sponso. Nam quae mundo sociantur et unguentis, aromatibus et bonis odoribus, et amictu pretioso, et auro venustani sua corpora, ut placeant hominibus, Deo placere non possunt. Christus autem nihil horum a te requirit, nisi solum cor mundum et corpus incontaminatum ieiuniosque maceratum (S. Athanasius, *De Virginitate*, 6; *MG* 28, 257).

Vides quid facial ieiunium, morbos sanat, fluxiones corporis exsiccat, daemones fugat, malas cogitationes expellit, mentem nitidiorem, cor purgatum, corpus sanctificatum efficit, et ad thronum Dei hominem visitit ... Magna virtus ieiunium, et praeclara per illud aduntur facinora. Alioquin unde homines tantas virtutes operantur et signa edunt, eorumque opera infirmis sanitatem Dominus tribuit, nisi plane ob ascesin, humilitatem et probum vitae institutum? Ieiunium enim angelorum est vita, quo qui utitur, angelici ordinis censendus est. Neque arbitrare, dilecte, ea simpliciter in re consistere ieiunium. Non enim qui a cibis solum abstinet, is recte agit, sed eius qui abstinet ab omni opere malo, ieiunium acceptum habebitur. Nam si ieiunes nec obsernes os tuum, ne loquatur malum, nec caveas tibi ab iracundia, mendacio, periurio; si quid mali contra

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO
http://www.obrascatolicas.com

Contra nimis exteriorem observantiam, pharisaeorum modum se gerendi redolentem, in Novo Testamento, divino praeeunte Magistro, Apostoli, Patres et Summi Pontifices quamlibet paenitentiae formam, quae tantum externa esset, apertis verbis damnaverunt: liturgici textus et omnium aetatum scriptores intimam necessitudinem inter exteriorem paenitentiae actum et animi ad Deum conversionem, precationem et caritatis opera intercedentem luculenter patefaciunt [64]. /

182

III

Quare Ecclesia, dum confirmat, in paenitentiae virtute exercenda, maximi aestimandam esse eius indolem religiosam et supernam, qua etiam nostrae aetatis homines potissimum iuvantur, ut percipiant quid sit Deus, quae sint eius iura in hominem, quae salus a Christo allata [65], omnes Deum conversionem cum exterioribus corporis castigationis actibus coniungant.

a) Instat imprimis Ecclesia, ut omnes paenitentiae virtutem exerceant constanter obeundo munera, quae ad propriae vitae statum spectant, et patienter sustinendo cotidiani operis socias vitae terrenae aerumnas, eiusdemque incertam condicionem, quae anxietatem animo ingerit [66].

b) Quaedam vero Ecclesiae membra, quae infirmitate, morbo, paupertate variisque miseriis premuntur, vel persecutionem patiuntur propter iustitiam», monentur, ut suos dolores cum Christo patienter coniungere discant, et ita non solum paenitentiae officium plenius exsequantur, sed etiam vitam, divina gratia alitam, fratribus sibique beatitatem in Evangelio promissam mereantur [67].

proximum tuum loquare, si, inquam, ex ieiunantis ore horum quidpiam proficiscatur, nihil hinc utilitatis percipit, sed totum laborem suum perdit. Si suadet tibi inimicus ingentem ascesin seu exercitationem, ut corpus tuum infirmum et inutile efficiat, tuum ieiuniun modum habeat. (S. ATHANASIUS, *De Virginitate*, 7, 8; *MG* 28, 260, 261).

Ieiunium servat parvulos, sobrium reddit iuvenem, venerabilem facit senem: venerabilior enim est canities ieiunio decorata. Ieiunium feminis ornatus est congruentissimus; aetate ac robore virentibus pro freno est, ieiunium matrimonio custodia est, virginitatis nutricius. Alque haec quidem commoda affert privatim ieiunium in singulis aetibus, in quibus colitur. At publice quomodo vitam nostram gubernat? Telum confestim civitatem totumque populum ad tranquillitatem componit, consopit clamores, eliminat lites, convicius imponit silentium. Cuius magistri praesentia puerorum strepitus tam subitus compescit, quam ieiunium obortens civilatis tumultum coercet? Quis commessator prodiit in ieiunio? Qui unquam chorus lasciviens a ieiunio coactus est? Teneri risus, meretriciae cantilenae, insanae saltationes subito diffugiunt e civitate, a ieiunio tamquam ab austero quopiam iudice in exilium actae. Quod si omnes ieiuniorum ad res gerendas in consilium adhiberi, nihil obstaret, quominus per universum terrarum orbem alta pax esset, videlicet nec aliis gentibus in alias insurgentibus, nec exercitibus manus inter se conserentibus. Ne arma quidem cuderentur, si ieiunium vigeret, nec fora iudicialia exstruerentur, neque quisquam habitaret in carceribus. In summa nec deserta haberent malefici, nec civitates sycophantas, nec mari piratas (BASILIUS, *Homiliae, Hom.* 2, 5; *MG* 31, 192).

Sed interdum etiam cum fides tuta sit, iuventus suspecta est. Modico itaque vino utere, ne infirmitatem corporis augeas, non ut voluptatem exciles; incendunt enim parvae duo, vinum et adulescentia. Infrenent etiam teneram aetatem ieiunia et parcimonia cibi retinaculis quibusdam indomitas cohibant cupiditates. Ratio revocet, miliget spes, restringat metus. Nam qui moderari nescit cupiditatibus, is sicut equus raptatus indomitis, volvitur, obteritur, laniatur, affligitur (AMBROSIUS, *De Virginibus* 3, 2, 5; *ML* 16, 221).

Magna virtus ieiunii. Denique tam speciosa eius militia est, ut ieiunare delectaret et Christum; tam valida ut ad caelum homines elevaret ... quid est enim ieiunium nisi substantia et imago caelestis? Ieiunium refectio animae, cibus mentis est; ieiunium vita est angelorum; ieiunium culpae mors, excidium ad Deum gradu citius pervenitur ... Ieiunium continentiae magisterium est, pudicitiae disciplina, humilitas mentis, castigatio carnis, forma sobrietatis, norma virtutis, purificatio animae, miserationis expensa, lenitatis institutio, alleviamentum, alimentum salutis. Nemo crudilatem ieiunandi incidat, nullus pulset ... Mystica quoque mensa ieiunio comparatur. Illa mensa, de qua dicit David: «Parasti in conspectu meo mensam adversum eos qui tribulant me» (Ps. 22, 5). Mensa ista famis acquiritur pretio; et poculum illud inebriant Ieiunio, 2, 2; 3, 4; 8, 22; 10, 33; ML 14, 698, 708).

Sint tibi cotidiana ieiunia et refectio salutalem fugiens. Nihil prodest biduo triduoque transmisso vacum portare ventrem, si pariter obruitur, si compensatur saturitate ieiunium. Illico mens repleta torpescit et irrigata humus spinas libidinum germinat (HIERONYMUS, *Epist*, 22, 17; *ML* 22, 404).

Post cogitationum diligentissimam cautionem ieiuniorum tibi arma rumenda sunt et canendum cum David: «Humiliavi in ieiunio animam meam» (Ps. 34, 13); et: Cinerem tamquam panem manducavi» (Ps. 101, 10; et: «Cum molesti erant mihi, induebar cilicio» (Ps. 34, 13). Eva per cibum ejecta est de Paradiso. Elias quadraginta dierum exercitatus ieiunio, igneo curru rapitur ad caelum. Moyses quadraginta diebus ac noctibus familiaritate et sermone Dei pascitur et in se verissimum probat: «Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod egreditur ex ore Dei» (Mt. 4, 4). Salvator generis humani, qui virtutum et conservationis suae nobis reliquit exemplum, post baptismum statim assumitur spiritu, ut pugnet contra diabolum et oppressum eum atque contritum tradat discipulis conculcandum. Unde et Apostolus loquitur: «Deus autem conteret Satanam sub pedibus vestris velociter» (Rom. 16, 20). Et tamen hostis antiquus post quadraginta dierum ieiunium per cibum molitur insidias et dicit: «Si Filius Dei es, die ut lapides isti panes fiant» (Mt. 4, 3) ... Sed quomodo ibi (in fornace) quarius speciem habens quasi filii hominis, immensos mitigavit ardores et inter camini aestuantis incendia docuit flammas calorem amittere et aliud oculis comminari, aliud praebere tactui, sic et in animo virginali, vere caelesti et ieiunorum frigore, calor puellaris exstinguitur, et humano corpori angelorum imperatur conversatio. Quam ob rem et vas electionis de virginibus se dicit Domini non habere praeceptum quia contra naturam, immo ultra naturam est, non exercere quod nata sis, interficere in te radicem luam et sola virginitatis poma decerpere, nescire thorum, omnem virorum horrere contactum et in corpore vivere sine corpore (HIERONYMUS, *Epist.* 130, 10; *ML* 22, 1115).

Ubi enim iustius quam miserendo impenditis, quod vobis obstinendo demittis? Carnem vestram donate ieiuniis et abstinentia escae et potus, quantum valetudo permittit. Quando autem aliqua non potest ieiunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat, nisi cum aegrotat (AUGUSTINUS, *Epist.* 211, 8; *ML* 33, 960).

Si enim in illa definitione virtutum etiam ieiunium censeamus ut inter principalia bona ciborum abstinentia collocetur, erit profecto eorum mala et criminosa percipio ... Itaque hoc malium esse etiam ex hoc manifestissimo declaratur, quia sicut iustificat custoditum, sia non condemnat irruptum, nisi forte praecepti transgressio magis quam escarum perceptio punietur ... Videtis ergo ieiunium nequaquam principale bonum a Domino iudicari, eo quod non per semetipsum, sed per alia opera bonum ac Deo beneplacitum fiat; ut rursum ex accidentibus causis non solum vanum, verum etiam odibile censeatur, dicente Domino: Cum ieiunaverint, non exaudiam preces eorum (Jer. 14, 12). *Tale igitur definitionem super ieiunii qualitate iugiter retinentes, ita illud totis animis viribus appetamus, ut tamen tunc demum id nobis comprunum reverendum si in eo temporum ratio, si qualitas, si mentura servetur; ne ita ut in ipso spei nostrae terminum deficiamus, sed ut per ipsum ad puritatem cordis et apostolicam caritatem pervenire possimus. Igitur ex hoc ipso ieiunium, cui non solum speciatim praefixa sunt tempora, quibus vel exerceri debeat vel remitti, sed etiam qualitas modusque propositum est, non principale bonum, sed medium quoddam esse manifestum est. Ceterum haec quae praecepti auctoritate vel mandatur ut bona, vel interdicuntur ut noxia, numquam ita exceptioni temporum subiacent, ut interdum aut quae vetita sunt fieri debeant, aut quae imperata sunt praetermitti. Nec enim ullus iustitiae, patientiae, sobrietati, pudicitiae, caritati, ritabitus et modus, nec rursum iniustitiae, impatientiae, furori, impudicitiae, cuiusque atque superbiae libertas aliquando permissa est» (CASSIANUS, *Collationes* 21, 13, 14, 17; *ML* 49, 1187).*

Ieiunantis oratio pullus est aquilae sursum volans; at quae fit ab illo, qui crapulatus est, gravior depressa prae satietate deorsum trahitur (NILUS, *De Octo Spiritibus malitiae*, 1; *MG* 79, 1145).

Habet quidem per se gloriam ieiunium, sed non apud Deum; est enim instrumentum quod ad temperantiam componit eos, qui volunt. Non oportet igitur eo gloriari, qui christianae religionis pugiles sumus, sed solum in fide Dei finem propositi nostri expectare; nec enim cuiuscumque eorum formam suscepti operis exspectat, ut inde perfectum illud et absolutum artis suae demonstret (DIADOCHUS PHOTICENSIS, *Capita centum de perfectione spirituali* 47; *MG* 65, 1182).

Tria vero sunt quae maxime ad religiosas pertinent actiones, oratio scilicet, ieiunium et eleemosyna, quibus exercendis omne quidem tempus aceptum, sed illud est studiosius observandum, quod apostolicis accepimus traditionibus consecratum; sicut enim decimus hic mensis morem refert veteris instituti, ut tria illa, de quibus locutus sum, diligentius exsequamur. Oratione enim propitiatio Dei quaeritur, ieunio concupiscentia carnis extinguitur, eleemosynis peccata redimuntur (cfr. Dan. 4, 24); *simulque per omnia Dei in nobis imago renovatur, si et in laudem eius semper parati et ad purificationem nostram sine cessatione solliciti et ad sustentationem proximi indesinenter simus inlenti. Haec triplex observantia, dilectissimi, omnium virtutum comprehendit effectus. Haec ad imaginem et similitudinem Dei pervenit, et a Spiritu Sancto inaparabiles facit. Quia in orationibus permanet fides recta, in ieiuniis innocens vita, in eleemosynis mens benigna* (LEO MAGNUS, *Sermo* 12, 4; *ML* 54, 171).

Res enim est praecipui operis, quam et ex auctoritate indicimus, et ex caritate suademus: ut paululum edendi libertate compressa, castigatione corporum et pauperum studeamus alimoniae, quos qui refecit animam suam pascit, et temporales epulas in delicias mulat aeternas (LEO MAGNUS, *Sermo* 86, 1; *ML* 54, 437-438).

Qui nos ideo, collectis terrae fructibus per abstinentiam tibi gratias referre voluisti, ut ex ipsius devotionis genere nosceremus non haec ad exuberantiam corporalem, sed ad fragilitatis nos sufficientiam percepisse, et quod ex his parcius sumeremus agentium proficeret alimento ut et salutaris castigatio mortalitatis insolentiam mitigaret, et pietas imitatores nos suae benignitatis efficeret: sicut donis temporalibus uteremur, ut disceremus inhiare perpetuis (*Sacramentarium Leonianum, Praef. Temp. autumni; ML* 55, 112).

a) In N. T.: cfr. Mt. 6, 16-18: *Cum ieiunitatis nolite fieri, sicut hypocritae, tristes...*; 1*b.* 15, 11: *Non quod intrat in os coinquinat hominem...*; *Hebr.* 13, 9... *optimum est enim gratia stabiliri cor non escis, quae non profuerunt ambulantibus in eis*; Paulus caritatem inculcat erga eos qui infirmi sunt in fide: cfr. *Rom.* 14, 15-23: ... *Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. b)* Apud Patres: cfr. annotat. n. 53, B.

[64] Cfr. Const. past. *Gaudium et Spes*, de Ecclesia in mundo huius temporis, n. 10 et n. 41 [LE 3366].

[65] Const. dogm. *Lumen Gentium*, de Ecclesia, n. 34 [LE 3232]: ... *Omnia enim eorum opera, preces et incepta apostolica, conversatio coniugalis et familiaris, labor quotidianus, animi corporisque relaxatio, si in Spiritu perantur, imo molestiae vitae si patienter sustineantur, fiunt spirituales hostiae, acceptabiles Deo per Iesum Christum* (cfr. 1 *Pt.* 2, 5), *quae in Eucharistiae celebratione, cum dominici Corporis oblatione, Patri piissime offeruntur. Sic et laici, qua adoratores ubique sancte agentes, ipsum mundum Deo consecrant.* 1*b.* n. 36: ... *Quam potestatem discipulis communicavit, ut et illi in regali libertate constituantur et sui abnegatione vitaque sancta regnum peccati in seipsis devincant* (cfr. *Rom.* 6, 12), *immo ut Christo etiam in aliis servientes, fratres suos ad Regem, cui servire regnare est, humilitate et patientia perducant.* 1*b.* n. 41: *In variis vitae generibus et officiis una sanctitas excolitur ab omnibus, qui a Spiritu Dei aguntur, atque voci Patris obedientes Deumque Patrem in spiritu et veritate adorantes, Christum pauperem, humilem, et crucem baiulantem sequuntur, ut gloriae. Eius mereantur esse consortes.* Cfr. Const. past. *Gaudium et Spes*, de Ecclesia in mundo huius temporis, n. 4 [LE 3366].

[67] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium*, de Ecclesia, n. 41 [LE 3232]: *Specialiter etiam Christo pro salute mundi patienti se uniri sciant isti, qui pauperitate, infirmitate, morbo, varisque in Evangelio beatos praedicavit et quos Deus ... omnis gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos Ipse perficiet, confirmabit solidabitque* (1 *Pt.* 5, 10).

c) Abnegationis officium perfectiore ratione tum a sacerdotibus, charactere Christi altius insignitis, tum ab iis impleatur oportet, qui, ut Domini «exinanitionem» pressius sequantur et ad caritatis perfectionem facilius efficaciusque contendant, consilia evangelica profitentur [68].

Ad unum tamen omnes fideles cohortatur Ecclesia, ut, praeter incommoda et iacturas, quae cotidianae vitae rationi comitantur, divino paenitentiae praecepto corpus quoque nonnullis castigationis actibus affligendi obtemperent [69].

Ut igitur paenitentiae praeceptum in filiorum suorum memoriam revocet eiusque observantiam urgeat, Apostolica Sedes paenitentialem disciplinam componere sibi proponit, temporum necessitatibus accommodatam.

Pertinet autem ad sollicitudinem et prudentiam Episcoporum, in Coetibus seu «Conferentiis» congregatorum, pro sua locorum et hominum cognitione, normas edere, quae efficacius ad finem assequendum conducant, firmis tamen his quae sequuntur.

Imprimis id Ecclesia cupit significare tres esse modis praecipuos, antiquitus traditos, quibus divino paenitentiae praecepto satisfieri possit: scilicet precationem, ieiunium, 183 opera caritatis, quamvis praesertim / abstinentiam a carne et ieiunium tuita sit. Hae paenitentiae agendae rationes omnibus aetatibus fuerunt communes; nostris tamen temporibus peculiares afferuntur causae ob quas, pro variis locorum adiunctis, certus quidam paenitentiae modus prae ceteris urgeatur [70]. Itaque apud gentes, quae maiore oeconomicorum bonorum copia fruuntur, urgeatur testimonium abnegationis, ne christifideles ad hoc saeculum conformentur [71], simulque urgeatur testimonium caritatis erga fratres, etiam dissitas regiones inhabitantes, qui paupertate et fame vexentur [72].

Apud gentes vero, quae in tenuioribus vitae condicionibus versentur, Deo gratius acceptiusque erit atque membris corporis Christi utilius, si homines, non praetermissis opportunitatibus condicionem socialem reddendi aequiorem, aerumnas suas in precatione Deo Patri offerant, cum Christi doloribus pie arteque coniuncti.

Quapropter usum exteriorem paenitentiae, per plura saecula canonice servatum, etiam quoad abstinentiam a carnibus et ieiunium, Ecclesia, ubi id opportunius servari possit, retinens, ceteros quoque paenitentiae modos auctoritate suarum praescriptionum muniendos esse censet, sicubi Coetibus seu «Conferentiis» Episcoporum opportunum visum fuerit, pro abstinentiae et ieiunii observantia, precandi exercitium et caritatis opera substituere.

Ut autem cuncti christifideles communi quadam paenitentiae celebratione inter se coniungantur, Sedes Apostolica quosdan dies et quaedam tempora statuere decernit [73], quae, inter annum liturgicum, Paschale Christi Mysterium satius exprimant [74] aut peculiaribus Ecclesiae necessitatibus postulentur [75].

Quam ob rem ea quae sequuntur declarantur atque statuuntur:

I.—§ 1. Omnes fideles paenitentiam agere ex lege divina tenentur.

§ 2. Quae vero ex lege ecclesiastica in re servanda praecipiuntur, sequentibus normis ab integro ordinantur.

II.—§ 1. Tempus Quadragesimale suam indolem paenitentialem retinet.

[68] Cfr. Decret. concil. *Presbyterorum Ordinis*, de presbyterorum ministerio et vita, n. 12 [LE 3365]: ... (Presbyteri), *unctione Spiritus Sancti consecrati et a Christo missi, in seipsis opera carnis mortificant ...*; 1*b.* n. 13: ...*Membra sua a vitiis et concupiscentiis mortificare procurent; ... Communitatum rectores exemin pastoris animarum propriam colunt, propriis commodis renuntiantes...* (Cfr. 1*b.* n. 16 et 17). Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium*, de Ecclesia, n. 41 [LE 3232]: *Pro plebe sua et toto Populo quod tractant, nedum apostolicis curis, periculis et aerumnis impediantur, per ea potius ad altiorem sanctitatem ascendant ex abundantia contemplationis actionem suam nutriendo et fovendo, in oblectamentum totius Ecclesiae Dei.* Cfr. Decret. concil. *Ad Gentes*, de activitate missionali Ecclesiae, n. 24 [LE 3364]: *Missus enim intrat in vitam et in missionem Eius, qui seipsum exinanivit formam servi accipiens* (*Phil.* 2, 7). *Ideo paratus esse debet ad vitam stare vocationi suae, renuntiare sibi et omnibus quae hucusque sua habuit, et omnibus omnia sese facere»* (1 *Cor.* 9, 22). Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium*, de Ecclesia, n. 42: ...*gaudet Mater Ecclesia plures in sinu suo inveniri viros ac mulieres, qui exinanitionem Salvatoris pressius sequuntur et clarius demonstrant, paupertatem in filiorum Dei libertate suscipientes et propriis voluntatibus abrenuntiantes: illi scilicet sese homini propter Deum in re perfectionis ultra mensuram praecepti subiciunt, ut Christo obedienti sese plenius conformenl.*

Cfr. Decret. concil. *Perfectae Caritatis*, de accommodata renovatione vitae religiosae, n. 7 [LE 3333]: *Instituta quae integre ad contemplationem ordinantur, ita ut eorum sodales in solitudine ac silentio, in assidua prece et alacri paenitentia, soli Deo vacent, in corpore Christi mystico, in quo omnia ... membra non eumdem actum habent»* (Rom. 12, 4), *quantumvis actuosi apostolatus urgeat necessitas, praeclaram partem semper retinent.* 1*b.* n. 12: *Oportet ergo ut religiosi, professionem suam fideliter servare studentes, verbis Domini orelanl, et Dei auxilio confisi, de propriis viribus ne praesumant, mortificationem sensuumque custodiam adhibeant.* 1*b.* n. 13: ... (Per paupertatem voluntariam) *participatur paupertas Christi, qui propter nos egenus factus est cum esset dives, ut illius inopia nos divites essemus* (Cfr. 2 *Cor.* 8, 9; *Mt.* 8, 20). 1*b.* n. 14: *Religiosi per professionem obaudientiae plenam propriae voluntatis dedicationem veluti sacrificium sui Deo offerunt, et illud constantius et securius divinae voluntati salvificae uniuntur.* 1*b.* n. 25: ... *Religiosi ergo omnes fidei integritate, caritate erga Deum et proximum, amore crucis necnon spe futurae gloriae, Christi bonum nuntium in toto mundo disfundant...*

Cfr. Decret. concil. *Optatam totius Ecclesiae*, de institutione sacerdotali, n. 2 [LE 3334]: ... *Sancta Synodus tradita quidem communis cooperationis subsidia imprimis commendat, uti sunt instans oratio, christiana paenitentia ...* 1*b.* n. 8: ... (Christi) *Mysterium Paschale ita vivant (sacrorum alumni) ut in illud initiare sciant plebem sibi committendam.* 1*b.* n. 9: ... *Peculiari sollicitudine* (alumni Seminariorum majorum) *in sacerdotali obaedientia, in paupertatis vitae ratione et in sui abnegandi spiritu ita excolentur, ut etiam ea, quae licita sunt, sed non expediunt, prompte abdicare et Christo crucifixo se conformare assuescant.*

[69] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium*, de Ecclesia, n. 42 [LE 3233]: ... *unusquisque fidelis debet ... sese ... orationi, sui ipsius abnegationi, fraterno actuoso servitio et omnium virtutum exercitationi constanter applicare.* 1*b.* n. 42: ... *Omnes tamen parati sint oportet, Christum coram hominibus confiteri, Eumque inter persecutiones, quae Ecclesiae nunquam desunt, in via Crucis subsequi.*

Cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium*, de sacra litugia, n. 9 [LE 3141]: ... *antequam homines ad Liturgiam accedere possint, necesse est ut ad fidem et conversionem vocentur ... Quare Ecclesia non credentibus praeconium salutis annuntiat, ut omnes homines non solum Deum verum et quem misit Iesum Christum cognoscant et a viis suis convertantur, paenitentiam agentes* (Cfr. Ioan. 17, 3; Lc 24, 27; *Act.* 2, 38). *Credentibus vero semper fidem et paenitentiam praedicare debet ...* 1*b.* n. 12: ... *ab eodem Apostolo docemur mortificationem Iesu semper circumferre in corpore nostro,; ut et vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali* (Cfr. 2 *Cor.* 4, 10-11). *Quapropter Dominum in Missae Sacrificio praecamur ut, hostiae spiritualis oblatione suscepta, normdipsos sibi perficiat emunus aeternum»*, (Secreta feriae II infra oct. Pent.). 1*b.* n. 104: *In Sanctorum enim natalitiis praedicat paschale mysterium in Sanctis cum Christo compassis et conglorificatis et fidelibus exempla eorum proponit, omnes per Christum ad Patrem trahentia, eorumque meritis Dei beneficia implorat.*

[70] Cfr. 1*b.* n. 110. ... *Praxis vero paenitentialis iuxta nostrae aetatis et diversarum regionum possibilitates necnon fidelium condiciones, foveantur, ei ab auctoritatibus, de quibus in art. 22 commendetur.*

[71] Cfr. *Rom.* 12, 2: *Et nolite conformari huic saeculo*, Cf. *Mc.* 2, 19; *Mt.* 9, 15. Cfr. Const. past. *Gaudium et Spes*, de Ecclesia in mundo huius temporis n. 37 [LE 3366]: *Quapropter Ecclesia Christi, Creatoris consilio fidens, dum agnoscit progressum humanum verae hominum felicitati inservire posse, non potest tamen quin illud Apostoli resonare facial: «*Nolite conformari huic saeculo» (*Rom.* 12 2). *Illi scilicet vanitatis et malitiae spiritui qui humanam navilatem, ad servitium Dei et hominis ordinatam, in instrumentum peccati transmutat.*

[72] Cfr. *Rom.* 15, 26-27; *Gal.* 2, 1c; 2 *Cor.* 8, 9; *Act.* 24, 17. Cfr. Const. past. *Gaudium et Spes*, de Ecclesia in mundo huius temporis, n. 88 [LE 3366]: ... *Ne igitur scandalo sit hominibus aliquas nationes, quarum saepius maior numerus civium christiano nomine ornatur, bonorum copia abundare, dum aliae rebus ad vitam necessariis priventur ac fame, morbis omnimodaque miseria cruciantur. ... totius Populi Dei est, Episcopis verbo et exemplo praeeuntibus, miserias huius temporis pro viribus sublevare, idque, ut antiquus mos ferebat Ecclesiae, non ex superfluis tantum, sed etiam ex substantia.*

[73] Cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium*, de sacra liturgia, n. 105 [LE 3141]: *Variis denique anni temporibus, iuxta traditas disciplinas, Ecclesia fidelium eruditionem perficit, per pias animae et corporis exercitationes, instructionem, precationem, paenitentiae et misericordiae opera.*

[74] Cfr. 1*b.* n. 107: *Annus liturgicus ita recognoscatur ut, servatis aut restitutis sacrorum temporum traditis consuetudinibus et disciplinis iuxta nostrae aetatis condiciones, ipsorum indoles nativa retineatur ad fidelium pietatem debite alendam in celebrandis mysteriis Redemptionis christianae, maxime vero mysterio paschali.*

De tempore quadragesimali tamquam praeparatione ad mysterium paschae celebrandum, cfr. 1*b.* n. 109: *Duplex indoles temporis quadragesimalis, quod praesertim per memoriam vel praeparationem baptismi et per paenitentiam fideles, instantius verbum Dei audientes et orationi vacantes, componit ad celebrandum paschale mysterium, tam in liturgia quam in cathechesi liturgica, plenlore in luce ponatur. Proinde:*

a) *elementa baptismalia liturgiae quadragesimalis propria abundantius adhibeantur; quaedam vero ex anteriore traditione, pro opportunitate restituantur,*

b) *idem dicatur de elementis paenitentialibus. Quoad cathechesim autem animis fidelium inculcetur, una cum consectariis socialibus peccati, ita pro-, prias paenitentiae natura quae peccatum, prout est offensa Dei, detestatur; nec praetermittantur partes Ecclesiae in actione paenitentiali atque oratio pro peccatoribus urgeatur.*

De mysterio paschali singulis hebdomadis celebrando, cfr. 1*b.* n. 102: *Pia Mater Ecclesia suum esse ducit Sponsi sui opus salutiferum, statis diebus per anni decursum, sacra recordatione celebrare. In unaquaque hebdomada, die quam dominicam vocavit, memoriam habet Resurrectionis Domini.* Cfr. etiam 1*b.* n. 106; cfr. EUSEBIUS, *De solemnitate paschali*, 12; *MG* 24, 705: *Omni die dominico vivificamur sanctificato corpore eiusdem salvifici Paschatis et animas nostras signamus prelioso sanguine eius.* Id. 1*b.* 7; *MG*, l. c. 701: *Discipuli Moysis semel in anno immolabant agnum Paschalis ... nos autem, qui sumus Novi Testamenti, quolibet dominico die Pascha nostrum celebramus ... Haec nos facere non tantum semel in anno, sed semper et omni die praecipit sermo evangelicus. Propteras omni hebdomada celebramus festum Paschatis nostri, quolibet salvifico die complentes mysteria veri, per quem redempti sumus, agni.* Cfr. IOANNES CHRISOSTOMUS, *In ep. I ad Tim.* 5, 3; *MG* 62, 529-530: *Mysterium, quod celebratur in Paschate, nihil plus habet quam id quod nunc celebratur; est enim et ipsum unum (Mysterium), sicut una est gratia Spiritus; semper est enim Pascha. Quare ergo tunc, dicis, Pascha appellatur? Quia tunc propter nos passus est Christus. Nemo ergo illi accedat et isti alio et alio modo: una est enim virtus ... Habemus utique illi dies aliquid plus, scilicet: ab ipsis incepit dies salutis nostrae, dies in qua oblatus est Christus; sed secundum mysteria nullam habent praelationem.*

[75] Cfr. *Act.* 13, 3: *Ieiunantes et orantes, imponntesque eis manus dimiserunt illos.*

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
http://www.obrascatolicas.com

§ 2. Dies paenitentiae, *obligatorie* in tota Ecclesia servandi, sunt singulae sextae feriae totius anni et feria quarta Cinerum, vel, pro diversitate Rituum, primus dies Magnae Quadragesimae; eorum substantialis observantia graviter tenet.

§ 3. Salvis facultatibus, de quibus in nn. VI et VIII, ad paenitentiam his diebus agendem, abstinentia servetur
184 singulis anni sextis feriis, nisi / sint dies festi de praecepto; abstinentia vero et ieiunium, feria quarta Cinerum, vel, pro diversitate Rituum, primo die Magnae Quadragesimae, et feria sexta in Passione et Morte Christi Iesu.

III.—§ 1. Abstinentiae lex vetat carne vesci, non autem ovis, lacticiniis et quibuslibet condimentis etiam ex adipe animalium.

§ 2. Lex ieiunii praescribit, ut nonnisi unica per diem comestio fiat; sed non vetat aliquid cibi mane et vespere sumere, servata tamen circa ciborum quantitatem et qualitatem probata locorum consuetudine.

IV.—Lege abstinentiae ii tenentur, qui decimum quartum aetatis annum expleverint; lege vero ieiunii astringuntur omnes ab expleto vicesimo primo aetatis anno ad inceptum sexagesimum. Quod ad eos autem spectat qui minoris sunt aetatis, singulari studio curent animorum pastores atque parentes, ut iis ad genuinum paenitentiae sensum informentur.

V.—Abrogatis omnibus privilegiis atque indultis sive generalibus sive peculiaribus, hisce normis nihil immutatur neque de votis cuiuslibet personae physicae vel moralis, neque de constitutionibus ac regulis cuiusvis Religionis vel Instituti approbati.

VI.—§ 1. Ad normam Decreti conciliaris *Christus Dominus* [LE 3332], de pastorali Episcoporum munere, n. 38, 4, ad Conferentias Episcopales pertinet: *a)* iusta de causa, dies paenitentiae transferre, habita semper ratione quadragesimalis temporis; *b)* alias formas paenitentiae, praesertim opera caritatis et exercitationes pietatis, in totum vel ex parte pro abstinentia et ieiunio substituere.

§ 2. Quae hac de re statuerint, Conferentiae Episcopales Apostolicae Sedi, notitiae causa, renuntient.

VII.—Firma facultate, quae singulis Episcopis competit, dispensandi ad normam eiusdem Decreti *Christus Dominus*, n. 8, *b*, etiam parochus, iusta de causa et servatis Ordinariorum praescriptionibus, potest concedere sive singulis fidelibus, sive singulis familiis, dispensationem aut commutationem abstinentiae et ieiunii in alia pia opera;
185 idque potest etiam Superior Religionis aut Instituti clericalis, quoad proprios subditos. /

VIII.—In Ecclesiis Orientalibus, ad Patriarcham cum Synodo, vel ad supremam cuiusvis Ecclesiae Auctoritatem cum Concilio Hierarcharum ius pertinet determinandi dies ieiunii et abstinentiae, ad normam Decreti conciliaris *De Ecclesiis Orientalibus Catholicis*, n. 33 [LE 3233].

IX.—§ 1. Valde optandum est ut Episcopi, ceterique animorum pastores, praeter frequentiorem usum Sacramenti Paenitentiae, extraordinaria paenitentiae opera, expiationis aut impetrationis causa, praesertim tempore Quadragesimae, sedulo promoveant.

§ 2. Omnibus vero fidelibus magnopere commendatur, ut christiano paenitentiali sensu animum suum sincere imbuant quo aptius ad paenitentiae et caritatis opera incitentur.

X.—§ 1. Haec praescripta, quae, praeter consuetudinem, per acta diurna, quibus *L'Osservatore Romano* est index, promulgantur, vigere incipient a feria IV Cinerum huius anni, hoc est a die XXIII huius mensis.

§ 2. Ubi vero hucusque viguerunt peculiaria privilegia et indulta sive generalia, sive particularia cuiusvis generis, ibi concessa censeatur vacatio legis sex mensium a die promulgationis.

Nostra haec statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus sit, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis a Nostris Decessoribus editis, ceterisque praescriptionibus etiam peculiari mentione et derogatione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XVII mensis Februarii, anno MDCCCCLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

Adn. A. DE B. in NrT 88 (1966) 305-309; J. HERBUT in Apoll. 39 (1966) 158-200, 301-332, 382-432; G. HIGUERA in Sal terrae 54 (1966) 322-342; E. M. LISI in Pal. clero 46 (1967) 482-489, 619-631; E. F. REGATILLO in Sal terrae 54 (1966) 194-209; 58 (1969) 523-531; F. ROMITA in ME 91 (1966) 195-219; G. ROSSINO in Perfice munus 41 (1966) 258-262; B. RUSSO in Pal. clero 46 (1967) 95-100; M. ZALBA in PrM 55 (1966) 748-754; AOFMCap 82 (1966) 29-31.

3413

1966 FEB 17.-SC DOCTRINA FIDEI, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR SANANDI IN RADICE, INSCIIS PARTIBUS ET A TEMPORE CESSATIONIS IMPEDIMENTI, MATRIMONIUM INVALIDE INITUM OB IMPEDIMENTUM LIGAMINIS

SSmus D. N. D. Paulus divina Providentia Papa VI per facultates speciales S. Congregationi impertitas attentis peculiaribus circumstantiis in casu occurrentibus, benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R.P.D. Ordinarii qui, dummodo utriusque partis consensus perseveret, sanare valeat in radice, inscIis partibus, matrimonium nulliter contractum a catholico S. cum catholica conversa G. et quidem a tempore cessationis impedimenti ita ut exinde matrimonium in casu validum, legitimum et indissolubile iure divino fiat, et proles forte suscepta vel suscipienda legitima habeatur ad mentem Codicis Juris Cononici, can. 1051.

* Ordinario Novae Aureliae, Prot. N. 1570/1964/M: A. ABATE, **Lo scioglimento del vincolo coniugale**, ed. III Neapoli 1970, p. 160 not. 59.

3414

1966 FEB 24.-SC RITUUM, NOTIFICATIO. PART.*

PECULIARIS INVOCATIO «PRO PACE» IN ORATIONE FIDELIUM INSERENDA

Sacra Rituum Congregatio, de mandato Ssmi Domini nostri Pauli Papae VI, communicat ut, toto quadragesimali tempore anni huius, inseratur in orationem communem seu fidelium, quoties ipsa in Missa dicenda est, sequens invocatio pro pace: «Ut populis, quos bellum vel civiles discordiae misere affligunt, pax iusta adveniat et vera concordia.»

Dei 24 Februarii 1966.—Arcadius M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praef.* Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *S. R. C. a Secretis.*

* Notit. 2 (1966) 94. Adn. Notit. 2 (1966) 94.

3415

1966 FEB 28.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

REVOCATUR CONST. AP. BENEDICTI XIII VI CUIUS ADMITTEBANTUR INVALIDE IN ORDINE PRAEDICATORUM QUI EX IUDAISMO VEL MAHUMETISMO CONVERTEBANTUR

PRECES—*Beatissime Pater*, Magister Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum, ex commissione sibi facta a Capitulo Generali Definitorum in civitate Bogotensi nuper celebrato, *ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter implorat* revocationem Constitutionis Benedicti XIII de qua in n. 75, 1.° Constitutionum Ordinis, scilicet: «ex iure Ordinis invalide, nisi a Magistro Generali dispensationem obtineant, admittuntur, qui ex Iudaismo vel Mahumetanismo convertuntur». Et Deus etc.

RESCR.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces, servatis ceteris servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 28 Februarii 1966.—Card. ANTONIUTTI, *Praef.* Card. Addivinola, *Ad. a studiis.*

* Magistro Gen. O. P., Prot. N. 6520/66: AOP 37 (1965-66) 506.

3416

1966 MAR 1.-SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR CELEBRANDI MISSAM PRO IUBILAEO EXTRAORDINARIO ETIAM IN DIEBUS LITURGICIS PRIMAE CLASSIS

Plures sacrorum Antistites Sanctitati Suae exposuerunt christifideles ad cathedralem ecclesiam vel ad alias ecclesias, ab Ordinario loci designatas, sacri Iubilaei indulgentiae lu-

crandae causa accedere potissimum diebus dominicis et festis de praecepto. Quapropter enixe postularunt ut formula Missae a S. Rituum Congregatione die 6 Ianuarii a. 1966 [LE 3386] approbata et pro huiusmodi occasionibus concessa tamquam votiva II classis, dici posset etiam diebus liturgicis I classis.

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi a Ss.mo Domino nostro Paulo Papa VI tributarum, attentis peculiaribus expositis adiunctis, benigne annuit pro gratia iuxta preces, exceptis tamen tota Hebdomada Sancta, dominica Resurrectionis, festo Ascensionis et dominica Pentecostes: servatis de cetero rubricis. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Die 1 martii 1966.—ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praefectus*, Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *S. R. C. a Secretis.*

* Notit. 1 (1966) 94.

3417

1966 MAR 5.-SC RELIGIOSORUM, LIT. CIRCULAR. PART.*

PRAXIS INTERDICITUR MITTENDI PUEROS, QUI PENES INSTITUTA CATHOLICA EFFORMANTUR, AD EXSEQUIAS ET FUNEBRIA ALIENA, MERCEDE EX PACTO CONVENTA

Roma, 5 Marzo 1966

Eminenza Reverendissima, Da diverse parti viene segnalato a questa Sacra Congregazione il penoso spettacolo di orfani, orfanelle o bimbi ricoverati in Istituti Religiosi, che vengono mandati ai funerali per qualche compenso pecuniario.

In alcuni giornali sono stati pubblicati degli articoli in merito con allusioni velenose e pungenti verso famiglie religiose ed opere cattoliche di beneficenza.

Poiché i funerali rientrano nell'ambito di una questione disciplinare di carattere pastorale, vorrei pregare Vostra Eminenza, nella sua qualità di Presidente della CEI, di richiamare l'attenzione degli Ordinari Diocesani sugli inconvenienti causati, soprattutto nelle città, dall'invio pagato di bambini degli Istituti cattolici ai funerali. La beneficenza dovrebbe essere ottenuta in altro modo.

Da parte sua questa Sacra Congregatione non mancherà di richiamare l'attenzione dei Religiosi sulle penose ripercussioni che i fatti lamentati hanno anche sui loro Istituti.

Con sensi di profonda venerazione mi confermo dell'Eminenza Vostra Reverendissima devotissimo nel Signore.—I. Card. ANTONIUTTI, *Pref.*

* Praesidi Conferentiae episcopali Italiae: **Rivista delle religiose** 18 (1967) 300.

3418

1966 MAR 7.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 348-349

APOSTOLICA NUNTIATURA APUD LIBERIAM ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quae publica officiorum vincula Apostolicam hanc Sedem cum nobili Civitate Liberiana iam pridem coniungebant, ea Pius Pp. XII, desi-
349 deratissimus Noster Decessor, ita / firmare voluit, ut per similes Litteras, die XII mensis Iulii, anno MCMLI sub anulo Piscatoris editas [LE 2224], sacrae officium legationis in urbe Monrovia constitueret idemque ecclesiastico Internuntio gerendum concrederet. Nunc autem, cum utraque auctoritas, commune consilium capiens commodumque gentis respiciens, mutuas huiusmodi rationes perficere statuerit, Apostolicam, quae ibidem exstat, sedem ad elatiorem gradum provehere potioreque iure donare Nos nihil dubitamus. Quae cum ita sint, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, harum Litterarum vi Nostraque item auctoritate, Internuntiaturam Apostolicam apud Liberiam in *Nuntiaturam Apostolicam*, sedem etiam Monroviensem confirmantes, erigimus et constituimus; eidemque Nuntiaturae ita a Nobis erectae omnia et singula deferimus iura privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc animi Nostri testificationem religioni provehendae esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Apostolicae Nuntiaturae Liberianae, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Martii, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3419

1966 MAR 11.-VICARIATUS URBIS, NORMAE. PART*.

NOVA ORDINATIO PASTORALIS DIOECESEOS ROMANAE ET FACULTATES CONCESSAE PAROCHIS-PRAEFECTIS ET EPISCOPIS AUXILIARIBUS

In esecuzione delle venerate disposizioni emanate da Sua Santità Paolo VI con il Motu Proprio *Romanae Urbis* del 2 febbraio 1966 [LE 3400] a parziale attuazione di quanto richiesto dagli articoli 11-19 del Sinodo Diocesano Romano, stabiliamo quanto segue:

1. L'attuale sistemazione delle Prefetture viene adeguata alla nuova divisione della Diocesi in cinque Settori (Motu Proprio *Romanae Urbis* di Papa Paolo VI, 2 febbraio 1966) secondo quanto indicato nell'Appendice n. 1 di questo ordinamento. Essa potrà ulteriormente essere modificata se, e quando, le nuove esigenze della Diocesi lo richiederanno.

2. I confini delle singole Parrocchie vengano, se necessario, gradualmente riveduti, sia per renderli più rispondenti alla nuova divisione della Diocesi sia per eventuali nuove esigenze pastorali. Lo studio di tali modifiche verrà fatto dall'Ufficio Pastorale del Vicariato dietro suggerimento dei Parroci interessati.

L'Ufficio Pastorale passerà poi i progetti all'esame dei Vescovi incaricati dei vari Settori, i quali esprimeranno in iscritto il loro parere prima della decisione del Cardinale Vicario.

3. Allo scopo di facilitare la vita pastorale della Diocesi e rendere più efficiente il raggruppamento delle Parrocchie in Prefetture, si concedano ai Prefetti «durante munere» le facoltà elencate *tassativamente* nell'Appendice n. 2 del presente ordinamento.

4. Scopo della divisione in Settori, del nuovo raggruppamento in più strette, ma più omogenee Prefetture, delle facoltà concesse ai Prefetti e delle eventuali rettifiche dei confini parrocchiali, è la necessità di rafforzare (ancora di più) l'unità della Diocesi attraverso una approfondita conoscenza dei problemi dei diversi Settori ed una più accurata assistenza alle differenti esigenze delle varie zone della Diocesi stessa.

5. Perché ciò possa attuarsi, il governo della Diocesi, secondo quanto stabilito dagli articoli 11-14 del Sinodo Diocesano Romano e dal can. 363 C. J. C., è affidato, per autorità del Sommo Pontefice e sotto la Sua diretta dipendenza, al Cardinale Vicario, al Vicegerente e agli Uffici del Vicariato —Segreteria e Tribunale— ai quali sono preposti rispettivamente il Segretario e l'Officiale di Curia.

6. Nell'esercizio del suo ministero pastorale il Cardinale Vicario, oltre che dal Vicegerente, è coadiuvato da Vescovi Ausiliari, nominati dal Sommo Pontefice, e muniti di particolari facoltà loro conferite dal medesimo Cardinale Vicario (art. 15, n. 1 *Sinodo Diocesano*).

7. Il ministero pastorale, di cui al numero precedente e del quale sono incaricati i Vescovi Ausiliari, comprende le seguenti attività: *a)* amministrazione dei Sacramenti (Cresime, Ordinazioni in Parrocchia); *b)* presenziare alle funzioni di erezione delle Vice-Cure, delle nuove Parrocchie e dei possessi canonici nel caso che il Cardinale Vicario o il Vicegerente non intervengano personalmente; *c)* assistenza pastorale, salva la competenza degli Ecc.mi Delegati dal Cardinale Vicario e dei Superiori religiosi, del clero in cura d'anime, dei Rettori delle Chiese, dei Cappellani, dei Religiosi e delle Religiose; *d)* vigilanza sulla vita sacerdotale, sulla liturgia, sulle attività apostoliche, sull'applicazione delle direttive pastorali, sull'andamento amministrativo; *e)* istituire una permanente visita pastorale, che curi il rispetto di tutte le iniziative stabilite o approvate dal Cardinale Vicario; *f)* presiedere le eventuali adunanze dei Prefetti nonché gli altri incontri pastorali, relativi

http://www.obrascatolicas.com

al proprio territorio; *g)* rappresentanza nelle celebrazioni civili e militari in nome del Cardinale Vicario, quando ne riceveranno da Lui l'incarico.

8. Per poter più facilmente svolgere tali impegni i Vescovi Ausiliari devono: *a)* curare il contatto continuo con il clero, le organizzazioni parrocchiali, di Prefettura e di Settore e con il popolo ad essi affidati; *b)* dare al loro ministero un'impronta specificamente pastorale lasciando le attività amministrative ai competenti uffici del Vicariato.

9. In attuazione di quanto disposto dal «Motu Proprio», oltre alle facoltà ivi concesse, gli Ausiliari avranno quelle elencate tassativamente nell'Appendice n. 3 del presente Regolamento Pastorale, valide in tutto il territorio della Diocesi. Il Cardinale Vicario potrà ampliarle o restringerle a seconda delle esigenze pastorali.

10. Per una più ordinata direzione della Diocesi gli Ausiliari usino tali facoltà secondo le esigenze pastorali, quando cioè ce ne sia bisogno e non sia possibile al richiedente il normale ricorso agli Uffici del Vicariato. Essi poi comunichino agli Uffici competenti le autorizzazioni concesse, nel caso sia necessario registrarle.

11. Affinché sia equamente distribuito il lavoro pastorale, ogni Vescovo curerà solo il Settore del quale è stato incaricato ed avrà un ufficio che gli servirà come centro di riferimento nell'attuazione delle attività affidategli.

12. I Vescovi Ausiliari devono però essere considerati, onorati e ubbiditi come legittimi rappresentanti del Cardinale Vicario in tutta la Diocesi.

13. Affinché intatta rimanga l'unità della Diocesi e siano resi possibili il coordinamento di tutti gli sforzi e la programmazione pastorale diocesana, i Vescovi Ausiliari, secondo quanto disposto dall'art. 15 n. 2 del *Sinodo Romano*, riferiranno sui problemi emersi nel proprio Settore; daranno il contributo di studio e di proposte sui problemi generali; faranno eseguire fedelmente le istruzioni e le direttive pastorali, pur adattandole alle esigenze del proprio Settore.

14. Gli Ausiliari dovranno infine assolvere tutti gli incarichi che stabilmente o «ad actum» verranno loro affidati per il bene della Diocesi.

Roma, dal Palazzo del Vicariato, il giorno 11 Marzo 1966.—Luigi Card. TRAGLIA, *Vicario*. G. Giaquinta, *Segr.*

Append. II. FACULTATES PAROCHORUM - PRAEFECTORUM

1. Permettere nelle cappelle funerarie dei Cimiteri la celebrazione della S. Messa, valida alla soddisfazione del precetto festivo *(C. J. C.*, cann. 1194, 1249).
2. Permettere l'amministrazione del Battesimo nelle abitazioni private *(C. J. C.*, can. 776, n. 1, n. 2).
3. Autorizzazione per i sacerdoti a portare il S. Olio degli infermi *(S. C. dei Riti*, 4 marzo 1965) [LE 3267].
4. Autorizzare la solenne esposizione del SS.mo Sacramento nelle chiese *(C. J. C.*, can. 612).
5. Autorizzare la S. Comunione sub utraque specie, servatis servandis.
6. Concessione della facoltà di celebrare «ad quindecim dies», con l'avvertenza di darne comunicazione al Vicariato.
7. Concessione della facoltà «ad actum» di celebrare la S. Messa vespertina *(Sinodo Rom.*, art. 406).

Append. III. FACULTATES EPISCOPORUM AUXILIARIUM

Culto.—1. Concessione della facoltà «ad actum» di binare e nei giorni di precetto di trinare, a causa della scarsità dei sacerdoti e per vera necessità pastorale. Non delegabile *(Motu Proprio* di Paolo VI, «Pastorale munus», n. 2) [LE 3139].
2. Autorizzazione per i sacerdoti cecuzienti o comunque ammalati, a celebrare ogni giorno la Messa votiva della B. V. M. o quella *de Requie*. Non delegabile *(Past. munus*, 5).
3. Autorizzazione suddetta per i sacerdoti ciechi, «cum onere adsistentiae alterius sacerdotis vel diaconi». Non delegabile *(Past. munus*, 6).
4. Autorizzazione a celebrare la S. Messa in navigazione (fluviale o marittima), per giusto motivo. Non delegabile *(Past. munus*, 8).
5. Autorizzazione dell'uso dell'«antimensio» o del «linteolum cum Reliquiis» per i sacerdoti fruenti dell'indulto dell'altare portatile, per giusto e grave motivo. Non delegabile *(Past. munus*, 9).

6. Autorizzazione per i sacerdoti vecchi o ammalati a celebrare la S. Messa in casa, eventualmente seduti. Non delegabile. Da registrare *(Past. munus*, 10).
7. Conferire gli ordini sacri extra-tempora, per motivo pastorale. Non delegabile. Da registrare *(Past. munus*, 18).
8. Autorizzare i sacerdoti ad erigere le stazioni della Via Crucis. Non delegabile *(Past. munus*, 30).
9. Prorogare per giusto motivo, per un periodo di tempo non superiore ad un mese, i rescritti e gli indulti apostolici «de re liturgica» non rinnovati alla loro scadenza tempestivamente, con l'onere di ricorrere subito alla Santa Sede. Non delegabile *(Past. munus*, 1).
10. Autorizzare, per giusto motivo e «ad actum», la celebrazione della S. Messa a qualunque ora e la distribuzione della S. Comunione nelle ore vespertine. Non delegabile *(Past. munus*, 4).
11. Permettere ai chierici «in minoribus», ai fratelli laici, alle religiose e alle donne di società di vita comune senza voti di lavare i «sacra linteamina». Non delegabile *(Past. munus* 28).
12. Permettere la conservazione della SS. Eucarestia nelle Collegiate e negli oratori principali, pubblici o semipubblici, delle case religiose, dei collegi ecclesiastici, e di quelli retti da ecclesiastici o religiosi, e delle pie case. Da registrare *(C. J. C.*, can. 1265, § 1, n. 2).
13. Permettere quanto sopra anche nelle altre chiese o Oratori «per modum actus» e per giusta causa *(C. J. C.*, can. 1265, § 2).
14. Permettere «ad actum» nelle Cappelle funerarie dei Cimiteri la celebrazione della S. Messa valida alla soddisfazione del precetto festivo *(C. J. C.*, cann. 1194, 1249).
15. Benedire e consacrare i luoghi sacri, o autorizzare altri a benedirli o consacrare «ad normam juris», salvo il diritto dei Cardinali nelle proprie Chiese e dei Superiori Maggiori di Religioni clericali esenti. Da registrare *(C. J. C.* cann. 1155, 1156).
16. Autorizzare e sacerdoti a riconsacrare con la «formula brevior» gli altari dissacrati per la separazione della mensa dallo stipite o per la rottura della pietra del sepolcro o per la rimozione delle SS. Reliquie *(C. J. C.*, can. 1200, § 1) *(Rituale Romanum*: Tit. IX, Cap. IX, 20).
17. Vietare in casi particolari, e per giusto motivo, la amministrazione della S. Comunione negli Oratori privati *(C. J. C.*, can. 869).
18. Autorizzare i sacerdoti a portare con sè il S. Olio degli infermi *(S. C. dei Riti*, 4 marzo 1965) [LE 3267].
19. Autorizzare la solenne esposizione del SS. Sacramente nelle Chiese *(C. J. C.*, can. 1274, § 1).
20. Autorizzare le concelebrazioni, «servatis servandis».
21. Autorizzare la S. Comunione sub utraque specie, «servatis servandis».

Battesimo.—22. Facoltà di permettere per giusta causa l'amministrazione del Battesimo in casa *(Sin. Rom.*, art. 377).

Cresima.—23. Facoltà di permettere, per la Cresima lo stesso padrino del Battesimo, per giusto motivo *(C. J. C.*, can. 796, § 1).

Facoltà di ascoltare le sacramentali confessioni.—24. Concedere ad «actum» la facoltà di confessare.

Facoltà di predicare.—25. Concedere «ad mensem» la facoltà di predicare. Da registrare.

Facoltà di celebrare.—26. Concedere «ad mensem» la facoltà di celebrare. Da registrare.

27. Permettere ai sacerdoti, in singoli casi e per giusta causa, di celebrare la Messa fuori del luogo sacro, purché si tratti di un luogo non disdicevole al rito, «servatis servandis» *(Past. munus*, 7).
28. Facoltà di permettere «per modum actus» la celebrazione della S. Messa vespertina *(Sin. Rom.* art. 406).

Clero.—29. Permesso per i Parroci della propria zona di assentarsi dalla Parrocchia non oltre quindici giorni. Da registrare *(Sin. Rom.* art. 122, § 2).

30. Permettere agli ecclesiastici «ad actum» e per grave motivo, di assistere agli spettacoli, in deroga alle disposizioni Sinodali. Da registrare *(Sin. Rom.* art. 88, §§ 1, 2).
31. Permesso di prendere un ristoro «per modum potus» per i sacerdoti che binano o trinano anche se non c'è l'intervallo di un'ora. Non delegabile *(Past. munus*, 3).
32. Permesso di commutare, per infermità, la recita quotidiana dell'Ufficio Divino con la recita di una terza parte del Rosario o altre preghiere. Non delegabile *(Past. munus*, 26).

Religiosi.—33. Dare «ad actum» la facoltà di predicare e confessare le religiose ed anche i loro alunni ed alunne, interni ed esterni, e le persone conviventi con le religiose e i fedeli che frequentano la Chiesa, nei casi non previsti dall'art. 66 del Sinodo Romano.

34. Poter procedere alla benedizione —con un solo «oremus» delle cappelle erette provvisoriamente— per non oltre 12 mesi. Da registrare.
35. Concedere la facoltà per l'esposizione e la benedizione solenne con il SS. Sacramento e per la veglia notturna dinanzi al SS.mo in alcune circostanze.
36. Permettere che il confessore straordinario possa confessare la Religione qualche altra volta oltre le quattro annuali.

Amministrazione.—37. Permettere alle consuete condizioni l'acquisto di automezzi. Da registrare *(Sin. Rom.* art. 87).

Varie.—38. Facoltà di permettere le recite miste. Da registrare *(Sin. Rom.* art. 687, § 3).
39. Facoltà di permettere la lettura dei libri proibiti a norma della *Pastorale Munus (Past. munus*, 40).

N. B.—1) Ad alcune facoltà è stata apposta la clausola «non delegabile» solo perché così è stato stabilito dal Motu Proprio *Pastorale Munus* che le ha concesse.

2) La clausola «da registrare» si riferisce al n. 10 dell'*Ordinamento Pastorale*, che prevede la necessità di comunicare la facoltà concessa agli Uffici competenti del Vicariato, per la registrazione.

* Riv. dioc. Roma 8 (1967) 287-289.

3420

1966 MAR 14.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 349-350

INTERNUNTIATURA APOSTOLICA SENEGALIENSIS AD NUNTIATURAM APOSTOLICAM EVEHITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quo firmiores redderentur magisque frugiferae publicae necessitudinis rationes, quae Apostolicae huic Sedi cum Civitate intercedunt Senegaliensi, ad quam usque adhuc legatus erat sacrorum Antistes, Internuntii solum nomine insignis, visum est Nobis eiusdem munus potiore gradu honoris condecorare. Quae
350 cum / ita sint, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, harum Litterarum vi, auctoritate Nostra, Internuntiaturam Apostolicam Senegaliensem in *Nuntiaturam Apostolicam*, eodem titulo retento, erigimus et constituimus eidemque Nuntiaturae sic per Nos erectae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc animi Nostri testificationem religioni provehendae esse conducturam. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Nuntiaturae Apostolicae Senegaliensi, sic per Nos erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Martii, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3421

1966 MAR 17.-SC RELIGIOSORUM, NOTIFICATIO. PART.*

CONFERENTIAE SUPERIORUM MAIORUM EST COORDINARE ACTIVITATEM ET COLLABORATIONEM INSTITUTORUM PERFECTIONIS CUM ALIIS INSTITUTIONIBUS QUAE APOSTOLATUM RELIGIOSORUM FOVENT IN SINGULIS REGIONIBUS

Roma, 17 marzo 1966

Molto Rev.do Padre, è giunta notizia a questa Sacra Congregazione del Convegno, che l'Associazione S. Paolo per gli Oratori e Circoli Giovanili organizzerà a Roma nel prossimo mese di maggio.

Questo Sacro Dicastero, mentre vede conveniente che a tale convegno partecipino anche i rappresentanti degli Istituti Religiosi dediti alla educazione della gioventù, profita della circostanza per ribadire il principio generale, affermato anche dal Decreto Conciliare *Perfectae Caritatis* al n. 23 [LE 3333], che, cioè, la Conferenza dei Superiori Maggiori nella rispettiva nazione è l'organismo incaricato del coordinamento delle attività dei Religiosi e quindi anche del loro uniforme programma di collaborazione con Enti o Associazioni che organizzano attività riferentisi anche ai Religiosi.

Pertanto questa Sacra Congregazione ha preso atto con piacere della risoluzione adottata dalla 5.ª Assemblea della CISM [= *Conferentia Italica Superiorum Maiorum*] relativa alla collaborazione degli Istituti Religiosi con la Confederazione Italiana degli Oratori e Circoli Giovanili e desidera, anzi, che i rappresentanti delle Federazioni degli Oratori e dei singoli Istituti Religiosi collaborino con la citata organizzazione, ora denominata Associazione «S. Paolo», in accordo con le direttive del rappresentante della CISM presso la medesima sopra nominata Associazione.

Profito della circostanza per confermarmi, con sensi di religioso ossequio dev.mo nel Signore.—Card. ANTONIUTTI, *Prefetto.*

* Secretario Conferentiae Italicae Superiorum Maiorum, Prot. N N. AG 2504/66: **Rivista delle religiose** 15 (1966) 58.

3422

1966 MAR 18.-SC DOCT. FID., INST. AAS 58 (1966) 235-239

INSTRUCTIO DE MATRIMONIIS MIXTIS

Matrimonii sacramentum, a Christo Domino tamquam signum coniunctionis suae cum Ecclesia constitutum, ut sacram suam vim plene exerceat ac reapse evadat coniugibus magnum mysterium (cfr. Eph. 5, 32), quo ipsi in intima vitae suae consuetudine significent amorem quo Christus se tradidit pro hominibus, maxime postulat plenam atque perfectam concordiam coniugum praesertim in iis, quae ad religionem pertinent: «nam distrahi solet aut saltem relaxari animorum vinculum, ubi in rebus ultimis et summis, quas homo veneratur, id est in religionis veritatibus et sensibus, dissimilitudo mentium et voluntatum intercedit diversitas»[1]. Quare Ecclesia Catholica gravissimum suum esse munus ducit fidei bonum tum in coniugibus tum in filiis tueri atque custodire. Proinde summa cura vigilantiaque annititur, ut catholici cum catholicis nuptias ineant.

Praeclarum autem huius sedulae vigilantiae testimonium est ecclesiastica de matrimoniis mixtis disciplina, praescriptis Codicis Iuris Canonici sancita, quae duplicis impedimenti formam habet, mixtae scilicet religionis et disparitatis cultus; quorum alterum nuptias vetat catholicorum cum acatholicis baptizatis, salva tamen matrimonii validitate[2], alterum vero invalidum reddit matrimonium a catholico cum non baptizato contractum[3].

Huiusmodi Ecclesiae sollicitudinis de tuenda christiani coniugii sanctitate aliud testimonium est ipsa forma iuridica consensus praestandi; de qua licet praeteritis temporibus variae normae exstiterint, nihilominus semper cautum est, ne nuptiae clandestinae permitterentur.

Quam viam persequentes, Pastores omnes edoceant fideles, quod sit religiosum bonum ac pretium huius Sacramenti; graviter eos moneant de difficultatibus periculisque, quae matrimonio cum christiano non catholico et multo
236 magis cum non christiano contrahendo inhaerent; / omnibus aptis rationibus efficiant, ut iuvenes coniugium cum parte catholica ineant.

Fatendum tamen est peculiares nostrae aetatis conditiones, quae in vitam socialem ac familiarem brevi temporis spatio tam graves mutationes induxerunt, difficiliorem quam anteactis temporibus observantiam disciplinae canonicae de matrimoniis mixtis reddidisse.

In his rerum adiunctis nunc accidit, ut frequentiora sint catholicorum cum non catholicis commercia, vitae consuetudines et usus, atque adeo facilius inter eos amicitiae necessitudines nectantur, quae quidem, uti experientia constat, crebriores mixtorum matrimoniorum occasiones praebere solent.

Unde pastoralis Ecclesiae sollicitudo hodie etiam magis postulat, ut in matrimoniis quoque mixtis et matrimonii sanctitas secundum doctrinam catholicam et fides coniugis catholici omnino in tuto ponantur, et educatio catholica prolis maxima, qua fieri potest, diligentia et efficacia curetur.

[1] Pius XI, *Litt. Enc. Casti Connubii* [LE 1005]. [2] Canones 1060-1064. [3] Canones 1070-1071.

http://www.obrascatolicas.com

Haec pastoralis cura propterea magis necessaria est, quod, ut notum est, apud acatholicos diversae sententiae inveniuntur tam de essentia matrimonii quam de eius proprietatibus, maxime de indissolubilitate et consequenter de divortio et novis matrimoniis post divortium (civile) ineundis.

Quare Ecclesia suum esse officium censet fideles suos tueri, ne in periculum fidei inducantur aut damna sive spiritualia sive materialia patiantur.

Nupturientes igitur accurate erudiantur de natura, proprietatibus, obligationibus matrimonii et de periculis quae sunt vitanda.

Praeterea in hac re minime est obliviscenda ipsa catholicorum agendi ratio cum fratribus a catholica Ecclesia seiunctis nunc tenenda, prouti a Concilio Oecumenico Vaticano II per Decretum de Oecumenismo sollemniter statuta est. Quod suadere videtur, ut mitigetur rigor vigentis disciplinae de matrimoniis mixtis, non quidem in iis quae ad ius divinum pertinent, sed in quibusdam normis ecclesiastico iure inductis, quibus haud raro seiuncti fratres se offendi arbitrantur.

Facile conici licet gravissimam huiusmodi quaestionem nullo modo effugisse Concilium Oecumenicum Vaticanum II, quod idcirco a Summo Pontifice Ioanne XXIII, fel. rec., indictum est, ut hodiernis christiani populi necessitatibus consuleret. Ac revera Concilii Patres varia de hac re vota protulerunt, quae quidem, uti par erat, attento animo sunt considerata.

Itaque, post collata consilia cum sacris Pastoribus quorum interest, omnibus mature perpensis, ac firmis in suo
237 vigore perstantibus duobus / impedimentis mixtae religionis et disparitatis cultus —data tamen locorum Ordinariis facultate ab iisdem dispensandi, secundum Apostolicas Litteras *Pastorale Munus* nn. 19 et 20 [LE 3139], gravibus exstantibus causis et servatis de iure servandis— et salvo iure Ecclesiarum Orientalium, sequentia, auctoritate Pauli Pp. VI, statuuntur, quae, si experientia comprobata fuerint, in Codicem Iuris Canonici, qui nunc recognoscitur, certa ac definita ratione inserentur.

I.—1) Prae oculis semper habeatur periculum fidei a coniuge catholico propulsandum esse atque prolis educationem in religione catholica sedulo curandam [4].

2) Loci Ordinarius vel Parochus partis catholicae gravibus verbis inculcandam curabit obligationem omnino cavendi de futurae prolis baptismo et educatione in religione catholica; cuius obligationis adimpletio firmabitur per eiusdem partis catholicae expressam promissionem seu per cautiones.

3) Pars acatholica, debita cum observantia, sed claro modo certior facienda est de catholica doctrina circa matrimonii dignitatem, maxime autem circa eius praecipuas proprietates, quae sunt unitas et indissolubilitas.

Eidem parti nota fieri debet gravis coniugis catholici obligatio tutandi, servandi, profitendi propriam fidem, in eaque baptizandi et educandi prolem forte nascituram.

Quoniam huiusmodi obligatio in tuto est ponenda, ipse nupturiens acatholicus invitetur, ut sincero apertoque animo promittat se id esse minime impediturum. Si vero pars acatholica putat se hanc promissionem sine laesione propriae conscientiae praestare non posse, Ordinarius casum cum omnibus adiunctis ad Sanctam Sedem referat.

4) Etsi lege ordinaria hae promissiones scripto dandae sunt, tamen Ordinarii est sive generatim sive singulis in casibus decernere, utrum haec promissio partis catholicae aut partis acatholicae aut utriusque scripto danda sit necne, itemque statuere quomodo actis matrimonialibus sit inserenda.

II.—Si forte alicubi, ut quandoque in quibusdam regionibus contingit, catholica prolis educatio impeditur, non tam libera coniugum voluntate quam populorum legibus et moribus, quibus nupturientes obtemperare coguntur, loci Ordinarius, omnibus attente perpensis, dispensare ab hoc impedimento poterit, dummodo pars catholica parata
238 sit, pro eo / quod scit et potest, omnia facere, ut universa proles nascitura catholice baptizetur et educetur, et constiterit de bona partis acatholicae voluntate.

Quae indulgens, Ecclesia etiam ea spe ducitur fore ut leges civiles, libertati humanae adversantes, veluti eae, quae educationem catholicam prolis vel exercitationem catholicae religionis vetant, aboleantur atque adeo ius naturale hisce in rebus vim suam obtineat.

[4] Cfr. can. 1060.

III.—In matrimoniis mixtis celebrandis forma canonica est servanda, de qua in can. 1094 agitur, et quidem ad validitatem.

Si vero difficultates exoriuntur, Ordinarius ad Sanctam Sedem casum referat cum eius adiunctis.

IV.—Quoad formam liturgicam, derogando cann. 1102 § 2 ac 1109 § 3, conceditur locorum Ordinariis, ut permittant celebrationem matrimoniorum etiam mixtorum, adhibitis sacris ritibus cum suetis benedictionibus et sermone.

V.—Quaelibet matrimonii celebratio coram sacerdote catholico et ministro acatholico qui simul suum quisque ritum peragunt, prorsus vitanda est.

Tamen nihil obstat, quominus, postquam religiosa caeremonia est absoluta, minister acatholicus nonnulla gratulatoria et hortatoria proferat verba, et quaedam preces una cum acatholicis recitentur. Quae omnia fieri licet approbante Ordinario loci et opportunis cautionibus adhibitis, ad periculum admirationis avertendum.

VI.—Ordinarii locorum et parochi sedulo invigilent, ut familiae, e mixtis nuptiis ortae, iuxta datas promissiones sancte vivant, praesertim quod attinet ad prolem catholica doctrina et moribus imbuendam.

VII.—Excommunicatio, qua ex can. 2319 § 1, n. 1 plectuntur qui matrimonium ineunt coram ministro acatholico, abrogatur. Effectus huius abrogationis etiam ad praeteritum valent.

Hae normae statuuntur ea mente et voluntate, quam supra declaravimus: ut hodiernis fidelium necessitatibus satius consulatur, utque mutuae rationes inter catholicos et acatholicos impensiore caritatis sensu afficiantur.

In id igitur toto animo et constanti opera incumbant qui munere funguntur tradendae christifidelibus doctrinae catholicae, maxime parochi.

Qui quidem id praestare studeant, maxima adhibita erga fideles caritate, et salva semper reverentia aliis debita, acatholicis scilicet atque etiam eorum persuasionibus bona fide innixis.

Coniuges autem catholici curent, ut fidei donum in seipsis firment / et augeant atque, christianarum virtutum se- 239
mitas in familiari vita semper sectantes, etiam parti acatholicae ac filiis praeclarum exemplum continenter exhibeant.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, d. 18 martii a. 1966.—A. Card. Ottaviani, *Pro-Praef.* Petrus Parente, *Secr.*

Haec Instructio, publici iuris iam facta die XVIII martii huius anni, his Actibus inserta nunc promulgatur atque vigere incipiet a die XIX mensis maii a. MCMLXVI, in festo Ascensionis Domini nostri Iesu Christi.

Adn. E. B. in **NrT** 88 (1966) 407-411; J. BERNHARD - H. LEGRAND in **RDC** 16 (1966) 58-73; F. BERSINI in **Perfice munus** 41 (1966) 263-271; G. BERTRAMS in **Nuntius** 1 (1967) 29-38; J. DENIS in **An. can.** 11 (1967) 154-163; J. FUNK in **REDC** 21 (1966) 317-343; L. LOMBARDI in **Pal. clero** 45 (1966) 1037-1046; P. MAHFOUD in **Apoll.** 38 (1965) 84-95; 39 (1966) 71-92; U. NAVARRETE in **PrM** 55 (1966) 755-769; E. F. REGATILLO in **Sal terrae** 54 (1966) 271-274; J. M. RIBAS in **Ius can.** 7 (1967) 187-205; A. SILVESTRELLI in **ME** 91 (1966) 229-238; H. STRAUB-U. NAVARRETE in **PrM** 56 (1967) 485-504; J. TIMMERMANS in **The Clergy Monthly** 30 (1966) 229-232; J. TOMKO in **ME** 95 (1970) 171-182; UMBERTO DA ARIENZO in **Pal. clero** 45 (1966) 895-898, 1349-1352; **Doc. Cath.** 63 (1966) 1093-1104.

3423

1966 MAR 19.-SC CONCILII, LIT. CIRCULARES. PART.*

CIRCULARES LITTERAE DE PARTICIPATIONE AD MISSAM FESTIVAM EORUM QUI ANIMI RELAXANDI CAUSA (v. TOURISTES) AD ALIAS REGIONES SE CONFERRE SOLENT

Omnibus in comperto est peregrinationes relaxationis causa susceptas (v. *tourisme*) in dies augeri illis quoque in regionibus ubi oeconomicarum rerum processus parvi adhuc est momenti.

Quin internum in singulis regionibus peregrinantium incrementum consideremus, in mentem revocare sufficit memoratas peregrinationes ab anno 1958 usque ad hodiernum diem duplicatas esse, numerum autem ad exteras regiones peregrinantium millies centena millia (100 millions) superexcedere, quorum octingenties centena millia (80 millions) in Europa.

Quapropter peregrinationes, utpote primaria eaque complexa res *temporis liberi* hominis hodierni, *nova genera ducendi vitam* —ut patet— attingunt.

Voluptuariae enim peregrinationes —si recto animo his homines fruuntur— non tantum corporis animique viribus relaxandis atque levandis favent, sed et civilis cultus progressum offerunt per itinera ad exteras Nationes, quibus hominis spiritus excolitur omnesque per mutuam conversationem ditiores evadunt [1].

Huiusmodi vero tam magna hominum itinerantium copia expostulat, ut animarum cura apta his manifestis necessitatibus fiat ad diem praesertim Domini colendum quod attinet, celebratione nempe in diversis linguis Missarum cum homilia et copia sacerdotum ad audiendas peregrinantium confessiones in suo cuiusque idiomate addictorum.

Summus Pontifex Paulus VI pluries Pastorum considerationi proposuit peregrinationum delectationis causa susceptarum momentum et gravitatem, ad curam quod spectat; eosdemque exhortatus est ne in traditionalibus formis morarentur, sed novas formas inquirerent quae apostolicae anxietati, a Divino Salvatore Ecclesiae traditae, responderent [2]. Singulae enim Ecclesiasticae Auctoritates grave a Deo habent onus in spiritualem curam incumbendi etiam pro fidelibus qui, etsi ad tempus, in earundem dioecesibus vel paroeciis degunt, et ita exercendi ministerium ut hodiernis necessitatibus Pastoralis organicae aptatum succedat [3].

Sic accidit ut libertas, quae revera peregrinantium propria est, non licentiam vel a Deo recessionem gignat, sed hoc novum «sociale factum» [4] suos beneficos effectus inducere possit in ministerii opus aliosque, quos negativos vocant, ab eo avertere.

Hanc ob causam Concilii Vaticani II Patres, postquam hortati sunt locorum Ordinarios ut «erga omnes sollicitos se praebeant cuiuscumque sunt... nationis, tum incolas, tum advenas et peregrinos» [5], addunt: «aptae methodi pastorales promoveantur ad vitam spiritualem fovendam eorum qui relaxationis causa ad tempus alias regiones petunt. Episcoporum Conferentiae, praesertim Nationales, urgentioribus quaestionibus ad praedictos spectantibus sedulo studeant, et aptis instrumentis ac institutionibus spirituali eorum curae... consulant atque faveant, attentis in primis normis ab Apostolica Sede statutis vel statuendis, temporum, locorum et personarum condicionibus apte accommodatis» [6].

Tantum igitur abest ut Ecclesia *passivam* huic sociali facto sese habeat, quin etiam munus sibi proprium existimat, conari ut opera quam maxime sedula exerceatur ubi peregrinationes relaxationis causa contingunt.

Opportunum insuper erit incepta quae ad animorum culturam et relaxationem pertinent numerosiora frequentibus promovere coetibus, quibus ad Dei Verbum audiendum homines disponantur [7].

Cum autem hae omnes activitates ad ultimum eo spectent ut fideles Templum Dei adeant [8], necessarium erit, Ordinariorum locorum iudicio [9], quoties coetus maxime ex exteris fidelibus componitur ut *instituantur speciales et integrae liturgicae actiones, S. Missa festiva scilicet cum praescripta homilia* [10], *confessionum auditio, vel forte aliae in Domo Dei celebrationes, in ea lingua cuius maior peregrinatorum* (v. touristes) *participantium pars est et coadiuvantibus, si fieri potest, sacerdotibus eiusdem linguae* [11].

In multis enim dioecesibus et paroeciis, in quarum finibus sunt curae thermales vel loca ubi peregrinationes relaxationis causa fiunt, peringens fit incolarum numerus; et christiano cum gaudio assidua frequentatio Sancti Sacrificii saepe comprobatur, una cum valde notabili participatione SS. Sacramentorum etiam ex parte advenarum.

Constat ex hoc, quantopere veri nominis christiani eidem Dei caritati communicent [12], unam in Christo, ut Patris Communis filii, familiam efficientes [13].

Haud raro, e contra, evenit ut huiusmodi peregrinatores quasi extranei liturgicis actionibus et sacrae praedicationi aegro animo intersint. Quod sane contrarium est spiritui conciliari qui, ut vere oecumenicus sit, nulla alia re inniti potest nisi mutua caritate quae, ut *vinculum perfectionis*, omnes unit christifideles.

Ceterum peregrinationes (v. *tourisme)*, ut diximus, optimam nostris fidelibus occasionem praebent alia membra Christi cognoscendi, cum eis colloquendi et immensam varietatem Ecclesiae perspectam habendi.

Quod tamen possibile erit tantum si communitates christianae quae in locis peregrinationum sedem habent, spatia caritatis dilatantes, peregrinatores cuiuscumque linguae et Nationis ut sibi amicos et fratres recipiant. Etenim peregrinationes illam pretiosam offerunt opportunitatem apostolatus communitarii, in Decr. *Apostolicam actuositatem*, de Apostolatu laicorum (n. 10), commendati, qui quotquot invenit diversitates humanas in unum congregat et Ecclesiae universalitati inserit. Immo spiritus ille oecumenicus, qui e Concilio tam magnum impulsum habuit, et libertas religiosa in locis ad quos peregrinatores se conferre solent magnopere exerceri possunt [14].

Omnes enim sciunt nihil magis prodesse spiritui oecumenico, quam relationes inter eos qui dialogo participant. Ita Ecclesia, in qua «laici ... ius habent... verbi Dei praesertim et sacramentorum adiumenta a sacris Pastoribus accipiendi» [15], apparebit quod reapse est, Corpus Christi in quo non est «iudaeus, neque graecus, non est servus neque liber quia omnes unum sunt in Christo» (Gal. 3, 28; Col. 3, 11).

Commendemus ergo vobis, Venerabiles Fratres, ut quod statutum est in Const. *Sacrosanctum Concilium*, de sacra Liturgia (nn. 14; 52; 54) et in Decr. *Christus Dominus*, de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia (nn. 16; 23; 30), quodque in mentem revocavimus, ad effectum deducatur.

Sic fiet ut peregrinationes delectationis causa susceptae tempus vere evadant relaxandi simul corporis animique vires. Quinimmo ipsae ad hodiernam animorum culturam, ad necessitudines inter gentes atque ad pacem inter omnes Nationes instaurandas conferre valebunt [16].

Quoad impensam ac sedulam exsecutionem eorum quae hic consuluntur, impetret omnibus Mater Ecclesiae, ut «omnia... in caritate fiant» (Cor. 16, 14).

Atque haec conciliet a Deo Apostolica Benedictio, quam beatissimus Pater caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae suae testem Episcopis et Parochis omnibus, iis imprimis qui in salutarem hanc rem suam conferant operam, libentissime impertit.

Haec ex mandato mihi munere Vobiscum communico.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Concilii, die XIX mensis martii, in Festo S. Ioseph, anno MCMLXVI.—Petrus Card. Ciriaci, *Praef.* P. Palazzini, *a Secr.*

[1] Cfr. Const. past. *Gaudium et spes*, de Ecclesia in mundo huius temporis, nn. 54, 61 [LE 3366].
[2] Cfr. Paulus VI, Adlocutio ad participantes III Symposio de re peregrinatorum, in *L'Osservatore Romano*, diei 7 iunii 1964.
[3] Cfr. Paulus VI, Adlocutio pro proclamatione Sanctae Martae ad patronam exercentium operam in ostellis, *ibid.*, diei 8 martii 1964.
[4] Paulus VI, Adlocutio in festo Assumptionis 1963, in *L'Osservatore Romano*, dierum 17-18 augusti 1963.
[5] Decr. *Christus Dominus*, de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, n. 16 [LE 3332]. [6] *Ibid.*, n. 18.
[7] Cfr. Paulus VI, Adlocutio ad participantes III Symposio de re peregrinatorum, in *L'Osservatore Romano*, diei 7 iunii 1964.
[8] Cfr. Ioannes XXIII, Adlocutio iis qui interfuerunt Conventui primo, S. Congregationis Concilii opera Romae habito, proposito argumento v. «Turismo e Pastorale», diei 19 februarii 1963; *A. A. S.* LV (1963) 232-238 [LE 3102]. [9] Cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium*, de sacra Liturgia, nn. 22; 36; 39 [LE 3141] et Decr. *Christus Dominus*, de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, n. 15 [LE 3332]. [10] Cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium*, de sacra Liturgia, nn. 14; 52; 54 [LE 3141]. [11] Cfr. Decr. *Christus Dominus*, de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, nn. 23; 30 [LE 3332]. [12] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium*, de Ecclesia, n. 49; *A. A. S.*, LVII (1965) 54 [LE 3232]. [13] Cfr. *Ibid.*, n. 51; *A. A. S.*, LVII (1965) 58. [14] Cfr. Decl. *Dignitatis humanae*, de libertate religiosa, nn. 3; 6 [LE 3363]. [15] Const. dogm. *Lumen Gentium*, de Ecclesia, n. 37; *A. A. S.*, LVII (1965) 42 [LE 3232]. [16] Cfr. Paulus VI, Adlocutio iis qui interfuerunt Coetui ex omnibus Nationibus Romae habito, Consilii Unitarum Nationum opera, de peregrinationibus delectationis causa susceptis seu v. tourisme, diei 31 augusti 1963; *A. A. S.*, LV (1963) 746-749.

* Ordinariis locorum: **Notit.** 2 (1966) 185-189. **Adn. Notit.** 2 (1966) 188.

3424

1966 MAR 25.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 350-351

APOSTOLICA NUNTIATURA APUD IRANIANUM IMPERIUM ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Amicae necessitudinis rationes cum nobili Persarum natione Apostolica Sedes, auspice Pio Pp. XII, Decessore Nostro imm. rec., iam inde ab anno MCMLIII [LE 2345], composuit fuitque statim usu

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY

http://www.obrascatolicas.com

comprobatum, quantum ex iisdem utilitatis catholicae Ecclesiae oriretur. Nunc autem, summis illius populi auctoritatibus consentientibus, ea quae diximus vincula vel arctiora esse reddenda censemus ideoque, pro muneris Nostri parte, sacram ibidem conditam Legationem ad superiorem gradum et ordinem provehere statuimus. Quapropter motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, harum Litterarum vi Nostraque auctoritate, Internuntiaturam Apostolicam apud Iranianum Imperium in *Nuntiaturam Apostolicam* erigimus et constituimus, eiusque sedem in urbe Teherania collocamus. Ei ergo, sic / per Nos 351
erectae Nuntiaturae, omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Nuntiaturae Apostolicae in Irania, sic per Nos erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXV mensis Martii, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3425

1966 MAR 26.-PAULUS VI, EPIST. AAS 58 (1966) 292-294

Ad Rev.mum Patrem Anicetum Fernández, Ordinis Praedicatorum Generalem Magistrum, cui Summus Pontifex benevolentiae et gratulationis sensus promit, cum antiquum Commissariorum munus apud S. Congregationem catholicae fidei morumque integritati tuendae esse desineret, post novam illius Congregationis temperationem:

COMMISSARIORUM MUNUS SUPPRIMITUR APUD SACRAM CONGREGATIONEM PRO DOCTRINA FIDEI

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem.—Ordinis Praedicatorum intaminata ac fidelis erga Apostolicam Sedem observantia, tamquam maximi pretii hereditas ab 293
ipso S. Dominico Legifero / Patre accepta, per saeculorum decursum mirum in modum eluxit, sive apud singulos quosque religiosos viros, qui vires suas, immo quandoque vitam ipsam, in Ecclesiae Sanctae utilitatem impenderunt atque impendunt, sive in praegravibus muneribus, quae Ordini vestro a Decessoribus Nostris alia post alia commissa sunt, ut Romanae veritatis Cathedrae arcto caritatis vinculo inserviret.

Quae inter officia singulare obtinuit momentum munus Commissariorum apud S. Congregationem Sancti Officii seu catholicae fidei morumque integritati tuendae, quod, a Paulo III Pontifice Maximo anno MDXLII institutum, praeclaras sane utilitates inde ab initio et decursu temporum Apostolicae Sedi praebuit. Commissarii enim Sancti Officii, sicuti appellabantur —quos inter memorari placet Michaëlem Ghislieri, postea ad supremum Petri Solium evectum, ac sanctorum Caelitum honoribus decoratum, S. Pium V dicimus, Ecclesiae decus, vestrique Ordinis ornamentum perpetuum —tanta concrediti oneris diligentia et conscia cura, tamque integro fidei servandae studio plus quam quadringentos annos eminuerunt, ut maximae iis et Ordini Praedicatorum gratiae in aevum reddendae sint.

Hisce enim in adimplendis partibus, Dominiciani Sodales sese praestiterunt amantissimos Conditoris filios, cuius una vitae sanctissimae ratio fuit, Christo et Ecclesiae se usque ad extremum halitum devovere; iidemque Romanorum Pontificum spei plane responderunt, qui tantae gravitatis ipsis crediderunt officia, ut in animorum procurandam salutem indefatigati incumberent: ut enim Honorius III, Decessor Noster per Apostolicas Litteras affirmavit, «Ordinem Fratrum Praedicatorum, sicut credimus, Dominus suscitavit, qui non quae sua sunt sed quae Christi quaerentes, ...se dedicaverunt evangelizationi verbi Dei» [1]. Quod laudis praeconium Nobis suavissimum est vestro Ordini iterum tribuere, cum probe noverimus, id cum rei veritate per aetatum decursum omnino congruisse.

[1] 6 mali 1220; cfr. *Bullarium Ordinis Praedicatorum*, I0, n. 13.

At impensiorem gratae mentis Nostrae significationem vobis reddendam esse censemus, cum, post novam memoratae Congregationis temperationem, quae celebrato Concilio Oecumenico Vaticano II facta est, mutata nostro hoc tempore rerum adiuncta suaserint, ut antiquum illud Commissariorum munus esse desineret. Quam ob rem tibi ac sodalibus tuis, praesertim dilecto Filio Raimundo Verardo, qui utpote quadragesimus sextus S. Officii Commissarius naviter, scite prudenterque / suo munere postremus 294
functus est, atque eius sociis, benevolentiae et gratulationis sensus promimus flagrantissimos, universae quoque Ecclesiae nomine, quandoquidem Ordo vester quattuor amplius saecula gravi huic agendi provinciae optimo cum fructu consuluit, atque honoris titulum sibi comparavit singularem.

Haec verba Nostra sacris quoque precibus fulciuntur, dum vobis uberrima Dei dona et solacia invocamus, qui unus hominum acta penitus inspicit ac merito remunerat praemio; vobisque Pauli Apostoli verba accommodantes, haec paterna caritate iteramus: *Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino* [2].

Supernae benignitatis auspicium praesentissimum esto Apostolica Nostra Benedictio, quam tibi, supra memoratis religiosis viris, universisque tui Ordinis sodalibus, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXVI mensis Martii, anno MVMLXVI, Pontificatus Nostri tertio.— PAULUS PP. VI.

[2] *1 Cor.* 15, 58.

3426

1966 MAR 26.-VICARIATUS URBIS, NORMAE, PART.*

NORMAE CIRCA APPLICATIONEM INSTAURATIONIS LITURGICAE IN URBE A SUMMO PONTIFICE APPROBATAE

D'intesa con la Commissione Diocesana per la sacra Liturgia, riteniamo opportuno richiamare alcune norme e proporre alcune indicazioni, in armonia alle direttive e agli orientamenti della riforma liturgica, felicemente avviata, secondo le deliberazioni del Concilio Ecumenico, «nell'intento di facilitare ai fedeli — come sta già avvenendo — l'accostamento alle sorgenti di una spiritualità più profonda e fruttuosa del contenuto e del significato dei sacri riti» (*Paolo VI*, 24 giugno 1965).

1. Una adeguata catechesi è la condizione necessaria perché «tutti i fedeli vengano formati a quella piena, consapevole e attiva partecipazione alle celebrazioni liturgiche, che è richiesta dalla natura stessa della Liturgia e alla quale il popolo cristiano, stirpe eletta, sacerdozio regale, nazione santa, popolo di acquisto, ha diritto e dovere in forza del Battesimo» (Const. Conc. *de s. Liturgia*, n. 14) [LE 3141]. «Si tratta —ha ricordato il Santo Padre al Clero della sua Diocesi, il 1.° marzo 1965— di incrementare una scuola più attiva di orazione e di culto in ogni assemblea di fedeli, di introdurre, cioè, in essa aspetti, gesti, usi, formule, sentimenti nuovi; un attivismo, diremmo, religioso, ancora per molti inusitato: si tratta in una parola, di associare il popolo di Dio alla azione liturgica sacerdotale».

2. In tale azione pastorale ha grande importanza e merita attenta considerazione «l'arte di curare i particolari, in ogni loro esigenza di orario, di ordine, di oggetti, di gesti, di movimenti, di silenzi e di voci e soprattutto —la parte forse più difficile — di canti» (Paolo VI, *disc. cit.*).

3. Nelle Messe più frequentate, specialmente nei giorni festivi, e in occasione di matrimoni, funerali ecc., si provveda a che i fedeli dispongano di sussidi adatti per la recita delle parti comuni, per le risposte e per i canti.

4. Si curi che il popolo partecipi alla santa Messa anche con il canto, sostenuto e guidato, quando occorra, de un cantore o da un gruppo di cantori ben preparati.

5. E' opportuno far cantare nella Messa letta alcuni testi dell'Ordinario (le invocazioni *Signore pietà*, l'inno di acclamazione *Santo Santo Santo*, il *Padre nostro*, le invocazioni *Agnello di Dio*), oltre ad appropriati canti per i momenti processionali (ingresso, offertorio, comunione).

6. «Occorre arricchire il patrimonio, piuttosto ristretto, delle preghiere cantate e migliorarle anche foneticamente e musicalmente, perché il canto, fatto bene, è un grande ausilio, una vera arte per tenere il popolo unito nella fervorosa preghiera in comune, che tanto alimenta la fede. Il canto ne è ottima espressione: quando il canto del popolo declina, si affievolisce lo spirito religioso» (*Paolo VI*, 29 gennaio 1965).

7. Il lettore incaricato di proclamare le letture bibliche della Messa normalmente indossi l'abito liturgico: in mancanza di un lettore idoneo, lo stesso sacerdote celebrante legga l'epistola e il vangelo.

8. Nella proclamazione delle letture bibliche, la dizione sia corretta, chiara e pacata.

9. Per quanto riguarda l'omelia, si osservino le disposizioni contenute nell'Istruzione della Sacra Congregazione dei Riti, del 28 settembre 1964 (nn. 53-55) [LE 3217], e cioè: *a)* quando c'è concorso di popolo, l'omelia è obbligatoria nelle domeniche e nei giorni festivi, in tutte le Messe, mentre è raccomandata nei giorni feriali, specialmente in Avvento, in Quaresima e in particolari circostanze; *b)* si tenga su un aspetto delle letture o di altro testo dell'Ordinario o del Proprio della Messa, tenendo presente il mistero celebrato e le particolari esigenze dell'assemblea.

10. L'orazione *pro Papa*, nei giorni feriali in cui è prescritta, dovrà omettersi quando, nella «preghiera dei fedeli», si inserisce l'«intenzione per il Sommo Pontefice.

11. La «preghiera dei fedeli» è obbligatoria nelle Messe festive; è raccomandata in occasione di Messe nuziali ed esequiali e in particolari ricorrenze: è facoltativa nelle Messe dei giorni feriali. Si seguano le norme e si usino i formulari contenuti in appendice al Messale latino-italiano. E' consentita l'inserzione di qualche particolare intenzione, bene formulata. Il testo dell'orazione conclusiva del formulario n. 2 deve così correggersi: «O Dio onnipotente ed eterno, che tutti salvi e non vuoi che alcuno perisca, ecc.».

12. Se ha luogo la processione offertoriale, si abbia cura che si svolga con ordine, con raccoglimento e con una certa sollecitudine perché non sia eccessivamente prolungata la durata della celebrazione a norma del «Ritus servandus».

13. Alla Consacrazione ed alla Comunione si suonerà il campanello.

14. E' preferibile che la santa Comunione si riceva in ginocchio.

15. La santa Comunione sotto ambedue le specie può essere amministrata, nella Messa nuziale, agli sposi convenientemente preparati, previo il permesso del Vicariato o dei Parroci Prefetti delle rispettive zone.

16. Si educhino i fedeli a trattenersi in raccoglimento e in preghiera, ricevuta la santa Comunione durante la Messa, anche dopo che la Messa è finita.

17. Per la concelebrazione della Messa si osservi fedelmente il «*Ritus servandus in Concelebratione Missae*» del 7 marzo 1965 [LF 3270].

18. Nelle Messe più frequentate e più solenni è conveniente che un diacono o un sacerdote, rivestito d'amitto, camice, cingolo e stola, svolga l'ufficio di diacono.

19. Per la Messa in canto, il Santo Padre ha disposto che nelle basiliche patriarcali la Messa conventuale o la Messa principale si celebri sempre in lingua latina: nelle chiese parrocchiali e nelle altre chiese è consentita la celebrazione della Messa cantata in lingua volgare, purché i canti in italiano siano ben fatti e conformi alla dignità del Divin Sacrificio. Per le parti proprie del Celebrante e dei Ministri si usino le «Melodie del Celebrante e dei Ministri», approvate dalla Conferenza Episcopale Italiana.

20. In conformità alle deliberazioni della Conferenza Episcopale Italiana, nella prossima solennità di Pentecoste, 29 maggio, entrerà in vigore il «Rituale dei Sacramenti e dei Sacramentali» nella versione italiana approvata dalla Commissione Episcopale Italiana per la Sacra Liturgia e confermata dal «Consilium ad exequendam constitutionem de Sacra Liturgia».

21. Per la rinnovazione delle promesse battesimali, da premettersi al conferimento della Cresima, si usi il testo contenuto in appendice alla Istruzione del Vicariato del 25 aprile 1964.

22. La celebrazione del matrimonio, pur essendo preferibile che avvenga in giorni non di precetto, non può essere rifiutata nei giorni festivi; si procuri, tuttavia, che sia evitato o ridotto il più possibile il disturbo, che potrebbe derivarne alla vita liturgica della comunità.

23. Nella celebrazione delle esequie, è conveniente rivolgere una breve ed appropriata allocuzione ai presenti dopo il Vangelo o prima dell'assoluzione alla salma.

24. Quanto all'assoluzione funebre *absente corpore*, ci si attenga alla consuetudine, fino a nuova disposizione.

25. Si ricordi e si rispetti religiosamente il monito del Concilio: «Regolare la sacra Liturgia compete unicamente all'autorità della Chiesa, che risiede nella Sede Apostolica e, a norma del diritto, nel Vescovo... Nessun altro, assolutamente, anche se sacerdote, osi, di sua iniziativa, aggiungere togliere o mutare alcunché in materia liturgica» (Const. Conc. *de s. Liturgia*, n. 22) [LE 3141].

Dal Vicariato di Roma, 26 marzo 1966.—LUIGI CARDINALE VICARIO. G. Giaquinta, *Segretario.*

* Riv. dioc. Roma 7 (1966) 595-598.

3427

1966 APR 4.-SC DOCTRINA FIDEI, RESCRIPTUM. PART.*

SOLVITUR IN FAVOREM FIDEI MATRIMONIUM INITUM INTER DUAS PARTES IN SECTA «JEHOVAH» BAPTIZATAS

CASUS—I, John Smith, a catechumen, humbly petition Your Holiness for a dissolution of my marriage to Jane Andrews, a non-Catholic, so that I might be free to become a Catholic and to marry a Catholic widow with whom I am keeping company.

I was born of Protestant parents on October 24, 1902. I was never baptized in any religion at any time in my life prior to my marriage to Jane Andrews. Jane Andrews was born of parents who were active members of the Jehovah Witness sect, and she herself was baptized into the Jehovah Witnesses in the 1930's while she and I were still living together. I myself was also baptized during our marriage, but not until around 1950.

Jane and I were married on June 30, 1929. We entered the marriage freely and with mutual love. Five children were born of this marriage, and they are now all adults. We lived together approximately twenty-six years. We got along fairly well until six years ago. Then her mother moved in on us and caused all sorts of conflicts. I wanted to move to Minnesota to live, but Jane refused to move. Her fellow Jehovah Witnesses also maligned me. Jane insisted on the divorce and it was granted on June 4, 1957. To my knowledge, she has not remarried. I have no love for her, and would not consider reconciliation.

I have been keeping company with Eleanor P., a Catholic widow. It is my fond hope that I will be permitted to become a Catholic and to marry this woman in the eyes of the Church.

VOTUM *iudicis delegati circa validitatem baptismi in secta Jehovah collati.* The only baptisms undegone by the petitioner and defendant took place after their marriage and in the Jehovah's Witness sect. Unfortunately, due to the lack of cooperation on the part of the Jehovah's Witness organization, it has been impossible to obtain an authentic and *official* description of the rite which they call baptism. However, on the basis of their own theological beliefs, I would judge that baptisms performed in that sect must be considered invalid.

A baptism can be invalid by reason of defective matter, form, or intention on the part of the minister. In this case, obviously the *matter* is valid, since the person to be baptized is always fully immersed in water.

As regards the *form* of baptism, it is not clear to me if any form at all is used. In the letter quoted from the Tribunal of the Diocese of Crookston, the official of the Jehovah's Witness organization stated that no words whatever are said at the time the person is immersed. Whether or not this is true in every case, we cannot say, but if it is, then, of course, the so-called baptism would certainly be invalid. If any formula is used, it is not clear that it agrees substantially, at least, with the Trinitariam formula required for validity.

But let us assume, for the sake of argument, that the minister performing the baptism does use the identical formula as the Catholic Church: «I baptize you in the name of the Father and of the Son and of the Holy Ghost». Would such a baptism be valid? I would answer in the negative, and my reason would be the lack of the third requisite for a valid baptism, namely, the proper intention on the part of the minister.

Cappello [1] states the requirement as follows: «In ministro requiritur intentio seu voluntas faciendi quod facit ecclesia. Quod, ulterius, requiratur intentio seu voluntas faciendi quod facit ecclesia, liquet ex natura potestatis ministerialis. Sane nonnisi ut minister Christi ex communicata potestate ministeriali potest quis actiones formaliter sacramentales ponere et per eas hominibus gratiam conferre; cum vero minister, ut minister alterius, agere non possit, nisi habeat intentionem nomine et in persona illius agendi, sequitur, non posse ministrum actiones formaliter sacramentales edere, nisi habeat intentionem illas nomine et in persona Christi ponendi seu, quod idem est, faciendi quod facit ecclesia.»

It is evident that, in the case of baptism, it is not necessary for the minister to believe in it himself, nor does he have to admit that baptism is a sacrament, or that it confers grace, or that it takes away sin. Neither does the minister of baptism have to believe in the divinity of Christ or in the Holy Trinity. A good Jew, for instance, can certainly baptize a person validly, as long as he sincerely intends to do what Christ and His Church wish to be done.

Now, in the case of the Jehovah's Witnesses, the minister of baptism intends to baptize this person *into the Jehovah's Witnesses Sect*, and even if he were to pronounce the Trinitariam formula, he certainly does not intend, as the Church does, that this person be baptized in the name of the Father and of the Son and of the Holy Ghost in the sense that this person is being baptized in the name of the Trinity, or three distinct Persons in one God. The Jehovah's Witnesses deny that Christ is God. They also deny the existence of any such *Person* as the Holy Spirit. When they use the words, they are simply referring to a power of some sort exerted by Jehovah, who alone is God. [2]

I can readily admit that a Jehovah's Witness could validly baptize the dying child of, for instance, Catholic parents, if he sincerely wished to do what he knew the parents would want done, and hence, performed the baptism properly regardless of his own beliefs. But when a Jehovah's Witness is baptizing another person into their own sect, I am quite sure that he would have no intention whatever of baptizing this person in the name of the Holy Trinity as three distinct and divine Persons in the one God. Hence, I cannot see how such a person administering baptism can be said to be doing it with the intention of «faciendi quod facit Ecclesia». I would judge, therefore, that baptisms as performed in the Jehovah's Witness Sect are invalid for lack of proper intention.

[1] *De Sacramentis* (Turin: Marietti, 1953), ed. 6, vol. 1, pp. 35-36.

[2] *Make Sure Of All Things* a book of fundamental doctrines published by the Watchtower Bible and Tract Society in 1953, the outlet for all Jehovah's Witness publications. Cf. pp. 207 and 386.

http://www.obrascatolicas.com

SOLUTIO—In the Chicago Curia was drawn up the process to obatin a dissolution, in favor of the faith, of the marriage contracted between John Smith, who is alleged to have been invalidly baptized, and Jane Andrews, unbaptized.

After subjecting the acts to mature examination and after fulfilling all the requirements in the case, the question was proposed in this S. Congregation: «Should recommendation be made to His Holiness for dissolution, in favor of the faith, of the aforementioned marriage so that the petitioner, after having been baptized, may validly and licitly enter a new marriage before the Church with a Catholic.» After having discussed the matter according to certain established rules, it decided to reply: *In the affirmative.*

His Holiness, Pope Paul VI, on 1 April, 1966, after having received a report on the whole case, graciously deigned to agree to the favor according to the aforesaid decision.

In the present concession is also included, insofar as it may be necessary, a dispensation from the impediment of crime mentioned in can. 1075, n. 1.

* Ordinario Chicagiensi, Prot. N. 3008/1964/m: BOUSCAREN VI, p. 851-857. Adn. BOUSCAREN op. cit. p. 625-655.

3428

1966 APR 15.-PAULUS VI, M. PR. AAS 58 (1966) 341-342

DE ORDINUM EQUESTRIUM DIGNITATE IIS DEFERENDA QUI CIVITATIBUS PRAESUNT

PAULUS PP. VI

Equestres Ordines a Romanis Pontificibus, varia quidem ratione, instituti sunt vel immutati, amplificati, quibus bonam existimationem, propensam voluntatem, gratum animum ii significarent egregiis Viris, in publica re versantibus aut alio modo spectabilibus et honoris provectione dignis. Hoc inductus consilio, Pius Pp. XII, Decessor Noster rec. mem., Litteris Apostolicis sub anulo Piscatoris die XXV mensis Decembris anno MCMLVII [LE 2718], datis, Ordinem Pianum magnopere auxit, aureum torquem inducendo; quem gradum ad populorum Moderatores voluit pertinere vel ad alios, qui amplissima pollerent auctoritate. Iisdem vero Litteris statuit, ut in Supremum Ordinem Militiae D. N. Iesu Christi et in Ordinem Militiae Auratae seu ab aureo calcari, ob peculiarem prorsus et singularem causam, referrentur merentes. Cum vero hac nostra aetate, ut Apostolica Sedes saepius in dies, ac quidem ea ipsa, non aliorum opera, nationum Moderatores attingat atque adeo crebrius humanitatis officia cum his exerceat et ab iisdem accipiat, expedire visum est rem ad praedictos Ordines Equestres spectantem congruenti ratione componi et accuratius definiri. Itaque, omnibus attente perpensis, haec, quae sequuntur, constituimus atque
342 decernimus: /

I. Torques aureus Ordinis Piani iis tantum, qui Civitatibus praesunt, tribuatur, idemque solus deferatur ob sollemnes eventus, veluti cum ii pro muneris sui officio Summum Pontificem invisunt.

II. Supremus Ordo Militiae D. N. Iesu Christi et Ordo Militiae Auratae, cum honores sint ob extraordinariam causam conferendi, iis, qui Civitatibus praesunt, solummodo ob maximas celebritates, quibus ipse Summus Pontifex intersit, impertiantur aut propter singulares eventus, qui tanti momenti sint, ut per totum orbem terrarum pervagentur et hominum ubivis incolentium animos moveant. Cum praeterea ambo hi Ordines Equestres indolem potius religiosam praeferant, alter enim nomine D. N. Iesu Christi, alter nomine Beatae Mariae Virginis decoratur, convenire videtur, ut ii tantum Civitatum Moderatores in illos asciscantur, qui fidem profitentur christianam.

Quaecumque autem a Nobis hisce Litteris motu proprio datis sunt decreta, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XV mensis Aprilis, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

3429

1966 APR 18.-SC CONCILII, RESPONSUM. PART.*

CUINAM CEDENDUM EST STIPENDIUM PRO MISSA CANTATA CUM MISSA CONCELEBRATUR

Roma, 18 aprile 1966

Eccellenza Reverendissima, È qui pervenuta, con la pregiata lettera dell'Eccellenza Vostra Reverendissima, copia

dei voti di tre Consultori riguardanti lo stipendio della Messa cantata, in caso di concelebrazione, di cui al *Ritus servandus in concelebratione Missae* del 7 marzo 1965 [LE 3270], di cotesta Sacra Congregazione.

Al riguardo, questo Sacro Dicastero ritiene che lo stipendio, di cui sopra, spetti solo al celebrante principale e non agli altri concelebranti, poiché, salvo che non sia espressamente indicato il contrario, l'oblatore che offre lo stipendio per la celebrazione della Messa cantata intende che questa sia celebrata individualmente.

Con sensi di profondo ossequio mi professo dell'Eccellenza Vostra Rev.ma dev.mo nel Signore.—Pietro Palazzini, *Segr.*

* Secretario S. C. Rituum, Prot. N. 105012/D: Notit. 2 (1966) 330. Adn. Notit. 2 (1966) 330.

3430

1966 APR 22.-SC CONCILII, RESPONSUM. PART.*

CIRCA SENSUM ET OBLIGATIONEM «SUBTANTIALIS OBSERVANTIAE» NOVAE LEGIS PAENITENTIALIS

I. *Responsum S. C. Concilii*

Roma, 22 de abril de 1966

Excelentísimo y reverendísimo señor: Habiendo recibido el documento de vuestra excelencia reverendísima del 19 del corriente mes de abril, en el que en nombre del Episcopado de España, se propusieron dos cuestiones acerca de la observancia de la Constitución Apostólica *Paenitemini* [LE 3412], me apresuro a contestar en los presentes términos:

1.° La ley de abstinencia obliga todos los viernes del año, conforme se publicará en el texto de la Constitución, cuidadosamente revisado, en el próximo número del *Acta Apostolicae Sedis.*

2.° Para comprender rectamente el concepto de la «observancia sustancial» de la ley, con la presente se incluye un voto de cierto consultor de esta Sagrada Congregación.

Mientras tanto, con la mayor veneración me profeso de vuestra excelencia reverendísima adictísimo en el señor.—P. Palazzini, *Secr.*

II. *Votum Consultoris*

¿Qué significa «observancia sustancial»? Pensamos que se ha usado esta fórmula para excitar la personal responsabilidad de los fieles para actuar delante de Dios con verdadera sinceridad y seriedad, sin que se determinen demasiado casuísticamente los límites entre la violación grave y no grave de esta obligación. De donde se sigue que en este asunto, sin ningún género de dudas, por una parte no ha de tenerse por grave cualquier no-observancia, y por otra parte que la habitual no-observancia, sin que se tenga la suficiente causa excusante, deba tenerse por grave.

Así, sin duda alguna, la no observancia durante el tiempo de Cuaresma, al que de modo peculiar pertenece el carácter sin que excuse una causa proporcionadamente grave, ha de tenerse por grave.

Igualmente, no excusa de gravedad la negligencia habitual y ciertamente grave en no observar los días de penitencia.

Además, cuanto más sincero y serio sea el propósito de observar estos días penitenciales, tanto menos debe tenerse como grave alguna parcial no observancia.

Cuanto más peso e importancia tenga la causa que se opone a la no observancia, tanto menos ha de tenerse por grave la no observancia, antes bien, si la tal causa es proporcionadamente grave, se tiene verdadera excusa de la observancia.

La causa proporcionadamente grave que excuse de la observancia, puede ser de cualquier clase, con tal que sea una dificultad intrínseca a la ley, que obsta a la observancia: las enfermedades, la necesidad de abstenerse de otros alimentos por razón de enfermedad, necesidad de comer conjuntamente con muchos otros, los viajes que no permiten elegir los alimentos, etc.

Así, pues, siendo el fiel ordinariamente juez en propia causa, se hace muy necesaria la enseñanza e instrucción de los fieles para formar este sentido de responsabilidad personal y el juicio sincero de la conciencia: en la catequesis, en la predicación, en los ejercicios espirituales, en el confesionario, etc.

* Conferentiae episcopali Hispaniae, Prot. N. 105093/D: Ilustración del clero 59 (1966) 320-321, iuxta communicationem Commissionis permanentis Cardinali Primati Hispaniae factam, cuius est tenor:

Eminentísimo señor: Comunico a vuestra eminencia lo que sigue respecto a la interpretación de la Constitución Apostólica Paenitemini (LE 3412).

Ante las dudas suscitadas sobre el alcance de la ley general de la

abstinencia (¿todos los viernes del año?, ¿solamente los de cuaresma?) y sobre el sentido de la expresión **eorum substantialis observantia gravitar tenet** (núm. II, § 1), la Comisión permanente de la Conferencia Episcopal encargó al excelentísimo señor obispo de Albacete que procurase averiguar la mente de la Santa Sede. El señor obispo, el 19 de abril, durante su estancia en Roma, presentó la consulta al excelentísimo señor P. Palazzini, secretario de la Sagrada Congregación del Concilio, quien le respondió con la carta que a continuación se trascribe: (Ilustración, loc. cit.). Adn. O. HIGUERA in Sal terrae 54 (1966) 508-514.

3431

1966 APR 27.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

INSTITUTUM PASTORALE MATRITENSE CONSTITUITUR SUB AUSPICIIS PONT. UNIVERSITATIS COMILLENSIS

Pastoralem institutionem Neosacerdotum promovendam curaverunt Summi Pontifices, praesertim Pius XII (Adhortatio Ap. *Menti Nostrae* diei 21 sept. 1950 [LE 2151] et Constitutio Ap. *Sedes Sapientiae* diei 31 Maii 1956) [LE 2579], et nuperrime Concilium Oecumenicum Vaticanum II Decreto *Optatam totius* ((nn. 19, 22) [LE 3334].

Haec Sacra Congregatio quae iam die 26 Augusti 1958 laudaverat et probaverat Institutum Pastorale Matritense (Prot. SR. 5751-58), precibus obsecundans Praesidis Confoederationis Religiosorum Hispaniae necnon Directoris praefati Instituti Matritensis, et spiritum fovens Concilii Vaticani II cuius nota praecipua est pastoralitas, *Institutum Pastorale Matritense* sub tutela et veluti morali protectione Pontificiae Universitatis Comillensis ponit ea tamen lege ut immediate gubernetur a CONFER Hispanica et alumni ad studia et praxim Theologiae pastoralis provehenda et perficienda incumbant iuxta mentem Concilii Oecumenici Vaticani II et Constitutionis Apostolicae *Sedes Sapientiae.*

Statuta specialia definire debebunt relationes inter memoratum Institutum Pastorale et munera Pontificiae Universitatis Comillensis, quae quidem submittenda erunt approbationi huius Sacri Dicasterii. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 27 Aprilis 1966.—I. Card. ANTONIUTTI, *Praef.* Paulus Philippe, *a Secretis.*

* Praesidi Confoederationis Hispanae religiosorum: Confer 9 (1966-I) 113.

3432

1966 MAI 3.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 58 (1966) 337-341

IUBILAEUM EXTRAORDINARIUM, CONSTITUTIONE APOSTOLICA «MIRIFICUS EVENTUS» INDICTUM, PROROGATUR

PAULUS PP. VI

Summi Dei beneficio factum est profecto, ut quod Apostolica data Constitutione, a verbis *Mirificus eventus* incipiente [LE 3358], Iubilaeum Extraordinarium superiore mense Decembri indiximus, ab omnibus catholicis hominibus, ubicumque versarentur gentium, incredibili mentium voluntatumque consensione acciperetur. Qua de re quantopere Noster gaudeat animus difficile est dictu. Ea enim non obscure declaratur et quo loco apud christianum populum religionis pietatisque exercitationes nullo non tempore habeantur; et quantas Concilium Oecumenicum Vaticanum II, superiore anno conclusum, in christifidelium animis exspectationes erexerit, studia conciliaverit, consilia vitae melioris commoverit; et quanto denique honore, amore Christi Ecclesiam, dulcissimam omnium parentem, fautricem, magistram eius filii colant, diligant.

Etenim delatum est Nobis plurimis locis ea acta esse diligentissime quae in Constitutione Apostolica, quam memoravimus, suaderentur; hoc est christifideles turmatim
338 in aedes sacras ac / praesertim in princeps cuiusque dioecesis templum confluxisse, vel pias contiones de celebrati Concilii praeceptis audiendi causa, vel vitae noxas sacra confessione delendi, vel sancta de altari libandi; eodemque tempore dioecesium suarum Patres et Pastores, a Concilio Oecumenico reduces, singulari prosecutos esse observantia, acceptis in vicem ad integriores mores incitamentis. Quibus ex rebus non est sane dubitandum maxima emolumenta, non modo in singulorum animos et in catholicam Ecclesiam, sed in hominum etiam societatem profecta esse.

Attamen certis quibusdam locis quae in Constitutione Apostolica, quam diximus, proponebantur, sive ob territorii amplitudinem, sive ob sacerdotum penuriam, sive

alias ob causas, ad hoc tempus effecta dari, uti vehementer expetabatur, non potuerunt.

Quapropter istorum locorum Ordinarii, ne sibi commissi fideles tantorum bonorum divitiis carerent, a Nobis plane postulaverunt, ut Iubilaei Extraordinarii fines, exeunte anno MDCCCLXV promulgati, in longius tempus protraherentur. Nos vero, quibus nihil est magis curae quam ut Ecclesiae filii cotidie largius in partem veniant infinitatis meritorum divini Redemptoris, utque tali ope muniti ad rectiorem actionem vitae nitantur, animo libentissimo admotas preces audiendas esse censemus. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, ex illa ligandi atque solvendi potestate, quam Deus Nobis contulit, Iubilaeum Extraordinarium, Constitutione Apostolica *Mirificus eventus* a Nobis indictum, a proximo die festo sacrae Pentecostes, hoc est a die undetricesimo mensis Maii huius anni, quo tempore ut exiret statutum erat, ad plenum diem octavum proximi mensis Decembris, Deiparae Virgini primigeniae labis experti sacrum, totius catholici orbis commodis servientes prorogamus. Cuius Iubilaei, ut non immutantur propositi fines, ita privilegia, facultates, gratias non immutari iubemus; quae omnia propterea ne eos, quorum res est, fugiant, eos ad Constitutionem Apostolicam iterum iterumque commemoratam vocare possumus.

Sed, ad haec postrema quod attinet, cum post editam Constitutionem et quaestiones sint positae et responsa sint data et novi aliquid nunc concedere velimus, opportunum hoc loco / ducimus haec omnia ab integro exscribere, iis 339
interiectis quae aut mutata aut novata sunt.

I. Quapropter Nostra Apostolica auctoritate concedimus sacris confessariis, ad audiendas sacramentales confessiones legitime approbatis, quae sequuntur, *facultates*, quibus solummodo per idem tempus, in foro conscientiae et in sacramentali confessione utantur. Quocirca iidem poterunt:

1) absolvere a quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis quoscumque paenitentes, qui scienter doctrinas haereticas, schismaticas vel atheisticas quomodocumque externe professi fuerint, dummodo unusquisque paenitens, sincere dolens, coram confessario errores detestetur et data forte scandala se resarturum promittat; iniuncta congrua et salutari paenitentia, et addito consilio ad Sacramenta frequenter accedendi;

2) absolvere a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui libros apostatarum, haereticorum aut schismaticorum, pro apostasia, haeresi aut schismate propugnantes, aliosve per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos, scienter sine debita venia legerint, vel apud se retinuerint; iniuncta congrua ac salutari paenitentia, et addita admonitione circa librorum cautam retentionem vel destructionem;

3) absolvere a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui nomen dederint sectae massonicae aliisque eiusdem generis consociationibus, quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; dummodo a sua secta vel consociatione omnino se separent, et scandala vel damna pro viribus se sarturos et praecauturos esse promittant; iniuncta, pro modo culparum, gravi paenitentia salutari;

4) solvere, commutando, consideratis causis, in alia paenitentiae vel pietatis opera, ab omnibus votis privatis, etiam Sedi Apostolicae reservatis, dummodo solutio ne laedat ius aliis quaesitum.

II. Concedimus praeterea ut, piaculari hoc tempore, omnes utriusque sexus christifideles, qui rite Paenitentiae Sacramento expiati et sacra Synaxi refecti ad mentem Nostram precati fuerint, *Indulgentiam plenariam* lucrari valeant: / 340

1) quotiescumque tribus saltem institutionibus de Concilii Oecumenici Vaticani II decretis, in aede sacra vel alio apto loco habendis, interfuerint;

2) quotiescumque tribus saltem contionibus, ad modum sacrarum Missionum, quas vocant, habendis, in quovis templo pie astiterint;

3) quotiescumque Eucharistico Sacrificio quadam cum sollemnitate a quolibet Episcopo in cathedrali templo vel in alia aede sacra ab Ordinario loci designata, ad normam Decreti Sacrae Paenitentiariae Apostolicae die XX mensis Decembris anno MDCCCLXV dati [1], pie interfuerint; quod qui die festo egerint, praecepto astandi Sacro satisfacient;

4) *semel vero tantum*, qui cathedrale templum vel aliam aedem sacram ad normam Decreti, nuper commemorati, nondum inviserint, si hoc fecerint, et qualibet legitima formula adhibita, fidei professionem iteraverint.

[1] *A. A. S.* LVII (1965) 1018 [LE 3377].

http://www.obrascatolicas.com

III. Libenter Episcopo loci, vel eius Coadiutori, vel eius Auxiliari, vel alii Episcopo rite delegato facultatem damus, ut, licet id iam fecerint, tamen novo hoc Iubilaei tempore, inter praecipuam eiusdem temporis celebrationem, iterum *Benedictionem Papalem* impertiri christifidelibus valeant, addita Indulgentia plenaria.

IV. Valde expedire putamus, si ad institutiones de Concilii Oecumenici decretis, in quavis aede sacra vel in alia idonea sede faciendas, peregrinatio addatur ad princeps dioecesis templum vel ad aliam aedem sacram ab Ordinario loci designatam; ad quam christifideles eiusdem loci vel ordinis, per turmas, si fieri potest, accedere curent

V. Confessarii omnes, vi can. 935 C. I. C., commutare possunt pia opera, de quibus supra, ad iubilares Indulgentias acquirendas praescripta, pro christifidelibus qui, legitimo detenti impedimento, eadem praestare nequeant.

Haec autem omnia eo ipso, quo f. r. Decessor Noster Leo XIII, consilio permoti eademque spe ducti dedimus:
341 *monendis cohortandisque quotquot sua est cordi salus, ut colligant paulisper sese, et demersas in terram cogitationes ad meliora traducant; quod non privatis solum, sed toti futurum est reipublicae salutare, propterea quod quantum singuli profecerint in animi perfectione sui, tantumdem honestati ac virtutis ad vitam moresque publicos accedet* [1].

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die III mensis Maii, anno MDCCCCLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

[1] Cfr. Litt. Encycl. *Quod auctoritate Apostolica*, die 22 dec. a. 1885 datae *A. A. S.*, XVIII (1885) p. 258.

Adn. P THON in NrT 88 (1966) 644.

3433

1966 MAI 5.-SC DE PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR ANTICIPANDI MISSAM DIEI DOMINICAE HORIS VESPERTINIS SABBATI PRAECEDENTIS

PRECES—Ordinarius dioecesis Ndolaensis, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit facultatem suo in territorio permittendi ut in horis vespertinis sabbati celebretur Missa diei dominicae subsequentis, necnon et horis vespertinis vigiliae festi Missa festorum de praecepto, ita ut iam abhinc vespere sabbati vel vigiliae fideles satisfacere valeant praecepto audiendi Missam. Et Deus...

RESCR.—Sacra Congregatio de Propaganda Fide, vigore facultatum sibi a Ssmo D. N. Paulo Prov. Div. Papa VI tributarum, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces. Praesentibus ad triennium valituris.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 5 mensis Maii a. D. 1966.—Petrus Sigismondi, *a Secr.*

* Ordinario Ndolaensi, Prot. N. 2002/66: BIM 30 (1966) 191.

3434

1966 MAI 13.-SC RITUUM, DECRETUM. AAS 58 (1966) 529

DE FESTO S. IOSEPH PROXIMO ANNO CELEBRANDO

Cum proximo anno 1967 festum S. Ioseph, Sponsi B. Mariae Virginis, Conf. et Ecclesiae universae Patroni, ob occurrentiam Dominicae II Passionis seu «in palmis» transferendum esset, ad rubricarum normam, a die 19 Martii in diem 4 Aprilis, nonnulli locorum Ordinarii ab hac Sacra Rituum Congregatione petierunt ut eiusdem Sancti Ioseph festum celebraretur die 18 Martii.

Sanctissimus porro Dominus noster Paulus Papa VI, referente infrascripto S. R. C. Cardinali Praefecto, in Audientia die 9 Maii anni huius eidem concessa, relatis precibus benigne annuit statuitque ut proxime anno 1967 Officium et Missa de S. Ioseph, Sponso B. M. V., Conf. et Ecclesiae universiae Patrono, celebrentur die 18 Martii: servatis de cetero rubricis. Ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 13 Maii 1966. —ARCADIUS. M. Card. LARRAONA. *Praef.*—L. F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secretis.*

3435

1966 MAI 21.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 477

NUNTIATURA APOSTOLICA IN REPUBLICA MALAVIENSI ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quantum utilitatis e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi intercedunt cum Civitatibus, soleat exsistere, neminem latet estque usu iam dudum comprobatum. Cum igitur commodum esse visum fuerit Apostolicam Sedem et Malaviensem Rempublicam publicis huiusmodi vinculis inter se coniungi, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in Republica Malaviensi *Nuntiaturam Apostolicam* erigimus et constituimus. Eidem ergo sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Nuntiaturae sic constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXI mensis Maii, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3436

1966 MAI 22.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 58 (1966) 492-496

Allocutio ad opifices e variis nationibus die 22 maii 1966 habita in Vaticana Basilica, cum sollemnia agerentur, septuagesimo quinto anno volvente postquam Leo PP. XIII Litteras Encyclicas «Rerum novarum» edidit:

SUMMA DOCTRINAE SOCIALIS ECCLESIAE

A voi, Lavoratori, il Nostro saluto! A voi, che Ci rappresentate i vostri fratelli di fede e di lavoro di tutto il mondo, la Nostra affettuosa accoglienza! Siate i benvenuti! Siate fiduciosi di essere qui recevuti come figli cari e fedeli! Come Lavoratori ben degni di portare le divise delle vostre fatiche e l'espressione delle vostre speranze al Papa, al Vicario visibile del Redentore del mondo, del vostro Divino Collega, il figlio del fabbro, Nostro Signore Gesù Cristo!

Perché siete venuti così numerosi da tanti diversi Paesi? Perché voi avete buona memoria; una memoria che si è trasmessa da alcune generazioni e che ricorda il 75.° anniversario d'una grande parola, qui pronunciata, una parola magistrale, direttiva, liberatrice e profetica, del Nostro Predecessore d'immortale grandezza, Papa Leone XIII, circa la vostra sorte, circa la «questione degli operai», come allora si diceva, la questione sociale nascente dalle nuove ideologie e dalle nuove forme della produzione industriale e dell'economia moderna. Voi la ricordate quella parola; anzi tanto ne sapete valutare l'importanza, che col passare degli anni la sentite più forte e più vostra, vi-
493 ramente decisiva e orientatrice, e volentieri riconoscete che essa é stata una sorgente meravigliosa di pensiero e de azione; una sorgente, che ha generato una tradizione di dottrina, non solo nel mondo, ma qui, qui stesso, dando origine ad una serie di documenti pontifici di altissimo valore, quali l'Enciclica di Papa Pio XI *Quadragesimo anno* [LE 1027], i Messaggi sociali / di Papa Pio XII, l'Enciclica *Mater et Magistra* [LE 2984] di Papa Giovanni XXIII. Voi comprendete benissimo che per camminare occorre la luce, per promuovere un progresso sociale occorre una dottrina, —un'ideologia, come oggi si dice—; è il pensiero che guida la vita; e se il pensiero riflette la verità —la verità sull'uomo, sul mondo, sulla storia, su le cose— allora il cammino può procedere franco e spedito; se no, il cammino si fa o lento, o incerto, o duro, o aberrante. E comprendete che qui, da questa scuola ch'è la Chiesa Cattolica, da questa cattedra, ch'è il Magistero pontificio, viene la verità, che serve e salva l'uomo. Qui il Maestro della umanità, Cristo Signore, ci fa prima discepoli, e poi

uomini sicuri e liberi, capaci di marciare sulle vie del vero progresso.

La vostra venuta pertanto assume ai Nostri occhi il duplice significato d'un atto di riconoscenza e di una ta-
cita interrogazione. Voi venite per ringraziare quel Papa ormai lontano, ma sempre ricordato e benefico; e profesate fede, e convinzione, e impegno, e speranza in quella sua parola; e qui, donde essa partì, voi gli dite che quella parola, la *Rerum novarum*, era vera e buona, ed è ancora viva ed operante; il tempo non l'ha esaurita, ma collaudata, tanto che voi la sentite ancora così attuale e feconda da derivarne coraggio per quei nuovi sviluppi dell'ordine sociale, a cui il mondo del lavoro è interessato. Di cotesto atto di gratitudine e di fiducia, degno di uomini intelligenti e di figli fedeli, Noi vi ringraziamo, carissimi Lavoratori.

E poi Ci pare di sorprendere in fondo ai vostri animi una discreta domanda, quasi il bisogno di verificare quale eco abbia in questa sede quella parola di settantacinque anni fa. Risuona ancora? Ha tuttora lo stesso accento d'autorità, di profezia e d'amicizia? Sì, Lavoratori carissimi; se voi tendete l'orecchio, cioè fate attenzione a quanto oggi la Chiesa insegna e fa per la vostra causa, sentirete che l'eco è fedele, anzi si è fatta voce più esplicita e più varia di motivi e di applicazioni. Tutto è stato detto e scritto in proposito; questa stessa celebrazione ha avuto ed avrà testimonianze autorevoli d'ogni genere circa la persistenza e lo sviluppo degli insegnamenti pontifici, provenienti dalla Enciclica leoniana; non solo una letteratura in proposito è scaturita e continua a produrre pagine meritevoli di considerazione e di divulgazione, ma si è formato un corpo di dottrine, interessanti l'economia, la sociologia, il diritto, l'etica, la storia, tutta la cultura in una parola, degne di prendere il nome di scuola sociale cristiana.

Se volessimo ridurre, a titolo di esempio e a ricordo di quest'ora significativa, in alcune proposizioni elementari
494 l'eco della celebre Enciclica, Noi potremmo enunciare, fra gli altri, questi semplici, ma fondamentali assiomi:

— Primo. La Chiesa si è interessata a fondo della questione sociale. Nessuno la può rimproverare di assenza, di timidezza, di superficialità, d'incostanza. Essa ha sentido il grido di dolore del proletariato operaio; non solo, lo ha fatto proprio, non come fomite di odio e di vendetta, ma come esigenza di amore e di giustizia; e ancora prima di occuparsi degli altrui bisogni e degli altrui diritti, ha francamente riconosciuto il proprio nuovo dovere, che la storia delle vicende umane le poneva davanti: curarsi del mondo operaio, mettersi a fianco degli indifesi, e cercare con loro e per loro migliori condizioni di vita.

— Secondo. La Chiesa ha proclamato la dignità del lavoro, qualunque fosse, purché onesto, e vi ha tessuto meravigliosi ragionamenti. S'è parlato perfino d'una «teologia del lavoro» [1], tanto nel pensiero della Chiesa l'attività umana, anche manuale ed esecutiva, è stata riconosciuta nelle sue più umane e più misteriose implicazioni. E del Lavoratore, della sua persona, della sua singola e numerica unità sperduta nella folla (che la Chiesa non chiama «massa», ma popolo), della sua coscienza, della sua libertà, dei suoi inalienabili e sacrosanti diritti al pane, alla famiglia, all'educazione, alla speranza spirituale, alla professione religiosa, che cosa non ha detto e proclamato la Chiesa? Chi più di essa ha avuto stima, rispetto, cura, amore della vostra personalità, Lavoratori che ci ascoltate?

— Terzo assioma. La Chiesa ha fatto proprio, non solo nella dottrina speculativa (come sempre fu, da quando risuonò il messaggio evangelico, che proclamò beati coloro che hanno fame e sete di giustizia), ma anche nell'insegnamento pratico il principio del progresso della giustizia sociale [2] e cioè della necessità di promuovere l'attuazione del bene comune, riformando la norma legale vigente, quando essa non tenga conto sufficientemente dell'equa distribuzione dei vantaggi e dei pesi del vivere sociale [3]. Oltre il concetto di giustizia statica, sancita dal diritto positivo, e tutrice d'un dato ordine legale, un altro concetto di giustizia dinamica, derivato dalle esigenze del diritto naturale, il concetto di giustizia sociale è reso operante nello sviluppo dell'umana convivenza.

— Quarto. La Chiesa non ha temuto di scendere dalla
495 sfera religiosa sua propria a quella delle condizioni concrete della vita sociale. Come / il Samaritano della parabola evangelica, la Chiesa scese dalla sua cavalcatura, cioè dall'ambito puramente cultuale, e si fece ministra di carità, non pur individuale, ma sociale. Si è curvata sul campo economico; ha parlato dei rapporti fra capitale e lavoro, si è pronunciata sul contratto di lavoro, sul salario, sull'assistenza, sul diritto familiare, sulla proprietà privata, sul risparmio, su cento questioni pratiche essenzialmente collegate con le oneste e legittime necessità della vita. La sua carità si è armata di esigenze progressive, che chiamò umane e cristiane, e perciò giuste. Vagliò aspirazioni e interessi delle classi meno abbienti, e non esitò a cavarne, con sapienza e con prudenza, ma altresì con coraggio antiveggente, nuovi diritti da soddisfare; ispirò ed ispira tuttora una legislazione contraria al privilegio e all'egoismo, e protettiva dei deboli, degli umili, dei diseredati. Anzi: intimò allo Stato d'intervenire, non per assorbire diritti e funzioni, che spettano in una libera società ai cittadini, sia singoli che associati, ma per proteggere la libertà e l'eguaglianza dei cittadini stessi, e per assumere in proprio l'esercizio di quelle attività che solo l'autorità pubblica può svolgere con migliore garanzia del bene comune.

— E quinto. La Chiesa riconobbe il diritto di associazione sindacale, lo difese, lo promosse, superando una certa preferenza teorica e storica per le forme corporative e per le associazioni miste; intravide non solo la forza del numero, che il fatto associativo doveva portare in una società orientata verso la democrazia, ma altresì la fecondità dell'ordine nuovo, che poteva scaturire dall'organizzazione operaia: la coscienza del lavoratore, della sua dignità e della sua posizione nel concerto sociale, il senso di disciplina e di solidarietà, lo stimolo al perfezionamento professionale e culturale, la capacità di partecipare al ciclo produttivo, non più come semplice strumento esecutivo, ma per qualche grado anche come elemento corresponsabile e cointeressato, e così via.

— E poi un sesto assioma, quello più discusso e difficile. La Chiesa non aderì e non può aderire ai movimenti sociali, ideologici e politici, che, traendo la loro origine e la loro forza dal marxismo, ne hanno conservato i principî e i metodi negativi, per la concezione incompleta, propria del marxismo radicale, e perciò falsa, dell'uomo, della storia, del mondo. L'ateismo, ch'esso professa e promuove, non è in favore della concezione scientifica del cosmo e della civiltà, ma è una cecità, che l'uomo e la società alla fine scontano con le conseguenze più gravi. Il materialismo, che ne deriva, espone l'uomo ad esperienze e a tentazioni sommamente nocive; spegne la sua autentica spiritualità
496 e la sua tra/scendente speranza. La lotta di classe, eretta a sistema, vulnera e impedisce la pace sociale; e sbocca fatalmente nella violenza e nella sopraffazione, portando all'abolizione della libertà, e conduce poi all'instaurazione d'un sistema pesantemente autoritario e tendenzialmente totalitario. Con questo la Chiesa non lascia cadere nessuna delle istanze vòlte alla giustizia e al progresso della classe lavoratrice; e sia ancora affermato che la Chiesa, rettificando questi errori e queste deviazioni, non esclude dal suo amore qualsiasi uomo e qualsiasi lavoratore.

Cose note, dunque, anche per una esperienza storica in atto, che non consente illusioni; ma cose dolorose, per la pressione ideologica e pratica, ch'esse esercitano proprio nel mondo del lavoro, di cui pretendono interpretare le aspirazioni e promuovere le rivendicazioni, generando così grandi difficoltà e grandi divisioni. Non ne vogliamo ora discutere, se non per ricordare che quella stessa parola, alla quale voi, Lavoratori cristiani, oggi rendete testimonianza di onore e di riconoscenza, è quella che ci ammonisce a non mettere la nostra fiducia in ideologie errate e pericolose, e che ci invita piuttosto ad un'altra considerazione, che Noi poniamo alla fine di queste sintetiche osservazioni.

— E sia il Nostro settimo assioma, quale risulta a gran voce dall'Enciclica *Rerum novarum* e da quelle che la seguirono. Ed è l'indispensabile funzione che la religione ha nella promozione del progresso sociale e nella soluzione della famosa e ricorrente questione sociale. Non è funzione puramente strumentale, ma, diremmo, trasfiguratrice per i principî, le energie, i conforti, le speranze, che la religione —diciamo quella vera, quella fortunatamente nostra, quella cristiana— infonde in tutto il mondo del lavoro. Cristo, voi lo sapete, induce un'esperienza di Sé, della vita, della società, delle cose, del tempo, della giustizia e del'amore, che non ha paragone, non ha definizione, se non quella della beatitudine da lui annunciata ai poveri, ai piangenti, ai perseguitati, agli onesti, agli affamati di giustizia e di amore.

Ebbene, Lavoratori carissimi, a Cristo Noi vi affidiamo. A Cristo Noi vi esortiamo, come a luce della vostra coscienza individuale e come a centro del movimento di Lavoratori cristiani, al quale voi volete oggi dare dimensioni mon-

[1] Cfr. Chenu. [2] Cfr. *Summa Theol.* II°-II°°, 58, 5. [3] Cfr. Jarlot, *Doctrine pontificale et histoire*, p. 178.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

diali, e di cui Noi siamo lieti e fieri di salutare l'istituzione e di dare il Nostro paterno e fiducioso incoraggiamento. E affinché non vi manchi la sicurezza che Cristo vi attende, che Cristo vi accoglie, che Cristo vi unisce, che Cristo vi fortifica e vi santifica, sia su di voi dell'umile suo Vicario la Benedizione Apostolica.

3437

1966 MAI 24.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 58 (1966) 498-500

Allocutio a Beatissimo Patre die 24 Maii 1966 habita, cum Coetui interesset Com. Centralis «de coordinandis post Concilium laboribus et Concilii decretis interpretandis»:

DE OFFICIO COMMISSIONIS CENTRALIS POSTCONCILIARIS

Venerabiles Fratres, Laeto admodum animo huic coetui Nobis interesse placuit, per quem vestra Centralis Commissio «de coordinandis post Concilium laboribus et Concilii decretis interpretandis» conventibus Commissionum postConciliarium, qui ad hunc diem habiti sunt, finem imponit.

499 Concilium Oecumenicum Vaticanum secundum, ut adhuc commoto / cum mentis affectu meminimus, sollemnissimo ritu die octavo mensis decembris superioris anni ad optatum exitum pervenit, idque tam flagrantibus caelestis caritatis indiciis, ut cogitarent omnes, novam veluti Pentecosten in Ecclesia Sancta iterum esse factam. Concilii vero decreta nunc ad formam rediguntur normarum iuris, quae ubique gentium obtineant vim, atque adeo omnes sua auctoritate obstringant; quam ob rem decreta illa germanae normae fient, quibus christianae vitae actio atque exercitatio dirigatur, eademque in leges atque praecepta convertentur, quibus ecclesiastica vita nostrae aetatis necessitatibus, prout apostolatus rationes postulant, aptius maturiusque respondeat.

Temporis interiecto spatio, quo legis vacatio viguit, Commissiones post-Conciliares, quas appellant, a Nobis institutae, in concreditum opus egregie atque impense incubuerunt, sive ut documentorum textus exararent, quae auctoritate Nostra postea edenda curabimus, sive ut novas conficerent normas, sicut Concilii Patribus placuit. Quarum Commissionum labores Nos attento studio sumus prosecuti.

Postquam vero iliae sua munia accurate absolverunt, vos, venerabiles Fratres, in unum convenistis, qui in Centralem Commissionem ad commemoratos labores coordinandos atque ad decreta recte interpretanda allecti estis, qua rerum experientia, sapientia atque virtute polletis. Vestrum praecipuum munus in id spectavit, ut ea consilia, de quibus deliberatum est, in unum coalescerent, impulsionem ad effectum consequendum acciperent, atque unitatis et ordinis veluti sigillum magni reputandum obtinerent.

Postquam autem tempus elapsum est, quo data est opera normis statuendis atque deliberandis, nunc easdem normas in rem gradatim deducere oportet; scilicet procedendum est ad morum renovationem, ad instituta temporum necessitatibus aptanda, ad mutuas vitae rationes in melius ordinandas, ad fovendas necessitudines et colloquium inter Pastores et greges, ita ut in Christo, Supremo nostrarum animarum Pastore, omnia opportune renoventur atque instaurentur.

Cum proxime sacra accedant Pentecostes sollemnia, quae efficiunt ut Christi Vicarii animus solacium Divini Paracliti eiusque opem atque praesentiam in antecessum praegustet, pergratum Nobis sane est flagrantissima vota facere, ut Spiritus Sanctus excitet in omnibus christianae renovationis proposita, recte agendi voluntatem confirmet, animosque permoveat ad evangelicae perfectionis iter alacriter terendum, sub ductu Illius, cui ex ipsius Dei man-
500 dato, munus concreditum est dominicum gregem moderandi, docendi, pascendi atque sanctificandi. /

Haec ut prospere eveniant, Omnipotenti Deo preces admovere non cessabimus, ac dum vobis impensissimas gratias agimus de labore peracto, Apostolicam Benedictionem, in caelestium gratiarum auspicium, vobis singulis universis ac vestris gregibus peramanter in Domino impertimus.

3438

1966 MAI 29.-SC CONS., DECR. AAS 58 (1966) 519-523

LUSITANIAE

DECRETUM DE ERECTIONE VICARIATUS CASTRENSIS

De spirituali militibus praestanda cura, qui sub vexillis Reipublicae Lusitanae stipendia merentur, iam anno mil-

lesimo nongentesimo quadragesimo, die septima mensis Maii inter S. Sedem et Lusitanae / Reipublicae supremos 520
Praesides solemnis Conventio rata habita est [LE 1537].

In art. vero duodevicesimo eiusdem Conventionis summatim statutae inveniuntur normae, quae ad huiusmodi spirituale ministerium tempore belli exercendum spectant.

Cum magna perspecta sit utilitas supernis Catholicae Religionis subsidiis, iuxta patrum traditionem, Lusitanos quoque milites iugi cura roborandi, feliciter expostulatum est ut permanens erigeretur Vicariatus Castrensis Lusitanus, cuius erit universam causam de militum religiosa institutione, deque eorum animarum cura moderari ac fovere.

Ssmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia PP. VI, praehabito favorabili voto Exchi P. D. Maximiliani De Fürstenberg, Archiepiscopi titularis Palteni et in Lusitania Nuntii Apostolici, admotis precibus annuendum censuit.

Quapropter, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorialis Pro-Praefecti, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine apostolicae potestatis, praesenti Consistoriali Decreto, *Vicariatum Castrensem Lusitanum erigit* atque constituit, quem, sartis tectisque legibus memorato pacto statutis, sequentibus instruit normis, res nuncupandi, pro copiis respective terrestribus, maritimis et aëreis moderandis, et cappellanis subsidiariis.

Ordinario seu Vicario Castrensi fas erit, collatis consiliis cum competentibus civilibus Potestatibus, Vicarium Generalem seu Pro-Vicarium constituere.

Sedes huius Vicariatus Castrensis eiusque Curiae Ulissipone erit; Curia autem Castrensis —vulgo *Capelania Mor*— dioecesanae instar efformabitur, et ad eam pertinebunt: Pro-Vicarius seu Vicarius Generalis, cappellani maiores, consultores, ceterique administri qui, iudicio Vicarii Castrensis, necessarii putentur.

Ordinarius seu Vicarius Castrensis iurisdictione pollebit personali, ordinaria, tum fori interni tum fori externi, speciali et cumulata cum iurisdictione Ordinariorum locorum ad normam Instructionis de Vicariis Castrensibus *Sollemne semper* a S. Congregatione Consistoriali die 23 mensis Aprilis anno 1951 editae [LE 2208].

In stativis vero castris et in locis militibus reservatis primo et principaliter Vicarius Castrensis iurisdictionem exercebit, secundario, quo/ties, scilicet, idem Vicarius Cas- 521
trensis eiusque cappellani absint vel desint, semper autem iure proprio, Ordinarius loci atque parochus, initis consiliis —quatenus fas erit— cum Vicariatu Castrensi.

Iurisdictioni Vicarii Castrensis Lusitani obnoxii erunt: *a)* sacerdotes utriusque cleri qui muneri cappellani militum legitime pro Lusitanis copiis habitualiter deputantur; sacerdotes autem qui auxiliarem operam praestant Vicarii Castrensis iurisdictioni subsunt tempore quo opus navant et in iis quae ad militum curam spectent; *b)* universi christifideles qui terra marique et aërea classi sub vexillis Reipublicae Lusitanae militant; *c)* qui eorumdem familiam constituunt, uxores videlicet, liberi, propinqui et necessarii, ac famuli, dummodo in copiarum stationibus vel locis militibus reservatis cum iisdem cohabitent; *d)* qui vulgato nomine «cadetes» nuncupantur, qui scholas et ephebea frequentant, ibique morantur, in re militari pariter instituendi; *e)* qui demum, sive alicui Religioni adscripti, sive non, in nosocomiis et in ceteris institutis aut locis militibus reservatis stabilem sedem obtinent.

Iurisdictioni Vicarii Castrensis obnoxii erunt etiam qui more militari constituuntur, nempe, viri praetorianae Reipublicae cohortis, vulgo «Guardia nacional Republicana», vigiles rei nummariae tutandae seu «Guardia fiscal», atque milites a Publica Securitate seu «Policia de Segurança publica», ubi pro iisdem a Reipublicae Magistratibus servitium spiritualis curae erigi contingat.

Vicarii Castrensis seu Ordinarii Castrensis munus et officium Patriarchae pro tempore Lisbonensi, per peculiare S. Congregationis Consistorialis Decretum deferetur, qui utramque, proinde, cumulabit iurisdictionem.

Vicarium Generalem seu Pro-Vicarium et cappellanos omnes, servatis de iure servandis, canonice nominat Vicarius Castrensis, eosque seliget communi consilio cum Ordinariis locorum et Superioribus religiosis ut hi, pro sua quisque parte, sacerdotibus optimis, militum spirituali curae aventibus inservire, libentius faveant, quatenus universo populo Dei tum in paroeciis versanti, tum stipendia

in exercitu merenti, supernis Catholicae Religionis auxiliis satis prospici possit.

Militum cappellani Vicarii Castrensis iurisdictioni durante munere omnino subduntur. Quoad ecclesiasticam disciplinam vero, potestati quoque Ordinarii loci, in quo versari contingat, obnoxii erunt; huic autem, in casibus urgentioribus et quoties Vicarius Castrensis providere non poterit, fas erit in eos animadvertere etiam canonicis sanctionibus, si casus ferat, monito confestim Vicario Castrensi./
522 Pro-Vicarius facultatibus potietur —congrua congruis referendo— quae C. I. C. Vicario Generali tribuit; cappellanos vero maiores necessariis et opportunis Vicarius Castrensis instruet facultatibus pro copiis regendis spirituali ipsorum curae demandatis.

Militum cappellani animarum sibi commissarum curam gerent muneribus et obligationibus parochorum ad normam memoratae Instructionis de Vicariis Castrensibus.

Quoad militum cappellanos religiosos adamussim servetur normae Instructionis «De cappellanis militum religiosis» a Sacra Congregatione negotiis Religiosorum sodalium praeposita die 2 mensis Februarii anno 1955 [LE 2478] editae.

In celebratione matrimoniorum subditorum Vicariatus Castrensis, religiose servetur praescriptum canonis 1097, § 2 C. I. C., id est: «pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa excuset, et accurate expleantur actus qui, ad normam iuris communis, celebrationem matrimonii praecedere et subsequi debent.

Causas subditorum Vicariatus Castrensis Lusitaniae, sive contentiosas inter ipsos, sive criminales, tribunal patriarchale Lisbonense in prima instantia, metropolitanum Eborense in altera istantia pertractabunt.

Vicarius Castrensis Relationem de statu Vicariatus Castrensis singulis quinquenniis exhibebit, ad normam Decreti Consistorialis diei 28 mensis Februarii 1959 [LE 2809], quaesitis respondens iuxta ea quae in «Formula servanda» praescribuntur, a S. Congregatione Consistoriali die 20 mensis Octobris anno 1956 statuta [LE 2603].

Quinquennia autem sunt fixa ad normam canonis 340, § 2, proinde huiusmodi obligationi satisfaciet anno quo locorum Ordinarii Reipublicae Lusitanae Relationem de statu dioecesium exhibere tenentur. Eodem anno quo Relatio est promenda, Vicarius Castrensis ad Urbem Apostolorum Petri et Pauli sepulchra veneraturus accedat et Romano Pontifici se sistat.

Vacante Vicarii Castrensis officio, nisi aliter ab Apostolica Sede —conlatis consiliis cum Reipublicae Lusitanae Magistratibus— provisum fuerit, regimen Vicariatus Castrensis, usque dum novus Patriarcha Lisbonensis muneris ceperit possessionem, Pro-Vicarius seu Vicarius Generalis, si adfuerit, assumet; secus cappellanus maior in munere antiquior.

Qui autem Vicariatus Castrensis regimen tunc assumpserit facultatibus fruetur et oneribus adstringetur quae ius
523 commune —congrua / congruis referendo— Vicario Capitulari tribuit. Ipsius praesertim erit S. Congregationem Consistorialem de assumpto munere certiorem facere ab eaque instructiones impetrare.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua Exc^mum P. D. Maximilianum De Fürstenberg deputare dignata est opportunis et necessariis conlatis facultatibus, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et onere imposito ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 29 mensis Maii 1966, in festo Pentecostes.—*Pro Emo Cardinali Pro-Praefecto*: Franciscus Carpino, Archiep. tit. Serdicen., *Secr.* Godefridus Mariani, *a studiis*.

3439

1966 MAI 30.-SC DOCTRINA FIDEI, RESP. PART.*

CIRCA FACULTATEM PER RESCR. «CUM ADMOTAE» CONCESSAM, DISPENSANDI CUM FILIIS ACATHOLICORUM PRO ORDINIBUS SACRIS ET ADMISSIONE IN RELIGIONEM

PRECES—*Eminenza Reverendissima*, Rivolgo l'umile preghiera di voler dare una autentica interpretazione ai seguenti quesiti:

Il Rescritto Pontificio *Cum admotae* del 6 novembre 1964 al n.° 7 [LE 3230] concede ai Superiori Moderatori delle Religioni Clericali di Diritto Pontificio, ecc. la facoltà delegata: «Dispensandi, de consensu sui Consilii, suos subditos ab impedimento ad sacros ordines, quo filii acatholicorum afficiuntur quandiu parentes in suo errore permanent. Pariter dispensandi super impedimento quo detinentur admittendos in Religionem, qui sectae acatholicae adhaeserunt».

Si domanda: 1) La prima facoltà vale solo in ordine agli *Ordini Sacri* sensu stricto, oppure anche in ordine agli Ordini Minori e alla Sacra Tonsura? Se *affirmative* alla seconda parte, la stessa facoltà può essere usata per gli aspiranti prima che siano ammessi al noviziato, anche se ancora non sono sudditi sensu stricto, per dispensarli così dall'impedimento all'ammissione al noviziato stabilita dal can. 542, 2.° (5) e can. 987, 1.°?

2) La facoltà di dispensare dall'impedimento coloro che «sectae acatholicae adhaeserunt» è solo in ordine al can. 542, 1.° (1) oppure anche in ordine al can. 542, 2.° (5) e can. 985, 1.°? (altrimenti gli aspiranti destinati al sacerdozio non potrebbero ancora essere ammessi al noviziato senza il ricorso alla S. Sede per la dispensa dalla irregolarità). Se *affirmative* alla seconda parte, la dispensa della stessa irregolarità del can. 985, 1.° può essere concessa agli aspiranti al noviziato se essi non sono impediti dal can. 542, 1.° (1), ma solo dallo stesso can. 542, 2.° (5)?

Grato del favore che spero ottenere, mi inchino al bacio della Sacra Porpora.—Fr. ANGELICO LAZZERI, *Procuratore Generale O. F. M.* Roma, 4 Agosto 1965.

Roma, 30 maggio 1966

RESP.—*Reverendissimo Padre*, È regolarmente pervenuta a questa S. Congregazione l'istanza inoltrata dalla Paternità Vostra Reverendissima concernente la richiesta di una interpretazione autentica circa l'ambito della facoltà di dispensare dai Cann. 542, 985, 1.° e 987, 1.° concessa dal Rescritto Pontificio *Cum admotae* del 4 Novembre 1964, al n. 7.

In merito mi dò premura di comunicare a Vostra Paternità che gli E.mi e Rev.mi Padri di questa S. Congregazione, esaminati attentamente i quesiti proposti, nell'Adunanza Plenaria di Feria IV, 25 Maggio c. a. hanno decretato che nei casi dubbi si ricorra volta per volta a questo S. Dicastero, il quale provvederà a vagliare le eventuali difficoltà.

Approfitto ben volentieri dell'occasione, per esprimerLe i sensi della mia profonda stima e professarmi con religioso profondo ossequio della Paternità Vostra Reverendissima devotissimo.—A. Card. OTTAVIANI, *Pro Pref.*

* Procuratori Gen. O. F. M., Prot. N. SS. Canones 21/65: AOFM 85 (1966) 288-289.

3440

1966 MAI 31.-SC RELIG., DECR. AAS 59 (1967) 362-364

DE FACULTATIBUS, QUAE SUPREMIS MODERATORIBUS RELIGIONUM LAICALIUM IURIS PONTIFICII TRIBUUNTUR

Religionum laicalium tam virorum quam mulierum perpensis precibus, ideo porrectis ut facultatibus quibusdam frui possent quae Supremis Moderatoribus Religionum clericalium sunt delegatae per Rescriptum Pontificium die VI Novembris a. 1964 [LE 3230], quatenus cum indole clericali non connectuntur, S. Congregatio negotiis Religiosorum sodalium praeposita, Summo Pontifici Paulo VI relatione facta, vi muneris ab ipso Summo Pontifice commissi, ut praedictis Religionibus meritum suae propensae voluntatis tribueret et pariter internum regimen promptius efficeret, ea quae sequuntur decernere dignata est.

I.—Supremis Moderatoribus Religionum laicalium tam virorum quam mulierum iuris Pontificii hae facultates tribuuntur:

1. Dispensandi, de consensu sui Consilii, admittendos in Religionem super illegitimitate natalium, dummodo ne sint sacrilegi vel adulterini.

2. De consensu sui Consilii, concedendi, iusta de causa, ut bona propriae Religionis alienari, oppignerari, hypothecae nomine obligari, locari, emphyteusi redimi possint,

http://www.obrascatolicas.com

utque personis moralibus propriae Religionis aes alienum contrahere liceat usque ad eam pecuniae summam quam vel Nationalis vel Regionalis Episcoporum Coetus proposuerit et Apostolica Sedes probaverit.

3. Obtinendi pro suis subditis, id petentibus, ut a votis temporariis dispensentur ab Ordinario loci domus cui Orator adscriptus est.

4. Permittendi, de consensu sui Consilii, propriis subditis ut iusta de causa a domo religiosa non ultra annum absint. Quae venia, si infirmitatis gratia detur, usque dum necessitas perdurabit dari potest; si vero obeundi opera apostolatus gratia, etiam ultra annum, iusta de causa, dari potest, dummodo et obeunda apostolatus opera cum finibus Religionis coniungantur et normae sive iuris communis sive iuris peculiaris serventur. /

363

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, subdelegare possunt ceteris Superioribus Maioribus, qui tamen ea uti nequeunt nisi suo ipsorum Consilio consentiente.

5. De consensu sui Consilii, concedendi suis subditis vota simplicia perpetua professis, id petentibus, facultatem cedendi sua bona patrimonialia, iusta de causa et salvis normis prudentiae.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, subdelegare possunt ceteris Superioribus Maioribus, qui tamen ea uti nequeunt nisi suo ipsorum Consilio consentiente.

6. Concedendi suis subditis ut testamentum mutare possint.

Quam facultatem, de consensu sui Consilii, ceteris Superioribus Maioribus eiusdem Religionis subdelegare possunt.

7. Transferendi, de consensu sui Consilii, vel in perpetuum vel ad tempus, sedem novitiatus, ad normam iuris iam erectam, in aliam domum eiusdem Religionis, praemonitis Ordinariis locorum interesse habentibus et servatis de iure servandis.

8. Confirmandi, de consensu sui Consilii, ad tertium triennium Superiores locales, collatis antea consiliis cum Ordinario loci.

9. Moderatricibus Supremis Ordinum monialium dispensandi, iusta de causa, singulas moniales ab obligatione recitandi Officium divinum cum a choro abfuerint, vel hanc obligationem commutandi in alias preces. Haec facultas delegari potest, de consensu Consilii, Superiorissis singularum domorum.

Eadem facultas pariter conceditur omnibus Antistitis monasteriorum monialium sui iuris.

II.—*Quod ad extensionem, subiectum et usum spectat earundem facultatum, haec declarantur:*

1. Facultates, de quibus supra, pertinent ad Religiones non clericales iuris Pontificii.

2. Facultates, de quibus supra, concessae quoque esse putandae sunt Supremis Moderatoribus Societatum, in communi viventium sine votis publicis, iuris Pontificii (Cf. Lib. II, Cap. XVII, C. I. C.); facultates sub nn. 2 et 3 censitae, congrua congruis referendo, etiam Supremis Mo-
364 deratoribus Institutorum Saecularium iuris Pontificii. /

3. Subiectum earundem facultatum est persona Supremi Moderatoris aut Supremae Moderatricis vel persona quae, illis deficientibus, ex probatis Constitutionibus interim iis succedit in regimine, et pro facultate, de qua in fine numeri 9, est persona Antistitae monasterii sui iuris et, ipsa deficiente, illa quae eidem interim succedit in regimine.

4. Si Supremus Moderator vel Suprema Moderatrix sint in suo munere impediti, easdem facultates possunt vel ex toto vel ex parte alicui sodali proprii Instituti delegare, qui ipsorum vice fungitur, quique propterea potest et facultatibus ipse uti et aliis quoque, in singulis casibus, itemrum subdelegare, iuxta limites et clausulas supra statutas.

5. Haec autem quae decreta sunt statim vigere incipiunt, neque formula indigent quam exsecutionis appellant.

Ex aedibus Sacrae Congregationis de Religiosis, die 31 Maii a. D. 1966.—L. Card. Antoniutti, *Praef.* Paulus Philippe, *a Secr.*

Adn. ANASTASIUS AB UTRECHT in **Laurentianum** 11 (1970) 308-356; E. GAMBARI in **Rivista delle religiose** 15 (1966) 550-581 et in **Vida rel.** 23 (1966) 493-508; A. PUGLIESE in **ME** 93 (1968) 423-484; L. RAVASI in **Vita rel.** 2 (1966) 496-503; 3 (1967) 417-422.

3441

1966 IUN 6.-SC ORIENTALIS, DECL. AAS 58 (1966) 523

Vacatio Decreti conciliaris «Christus Dominus» prorogatur pro Ecclesiis Orientalibus

Sanctissimus Dominus Noster Paulus divina Providentia Papa VI, instante in Audientia diei VI huius mensis infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali Praefecto, benigne indulsit ut pro Ecclesiis Orientalibus vacatio legis, ad n. 8, b decreti conciliaris «*Christus Dominus*» [LE 3332] de munere Episcoporum in Ecclesia quod attinet, prorogetur eoque die cesset qui indicabitur in proprio decreto exsecutorio proxime promulgando.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die VI mensis Iunii, anno MCMLXVI.—Gustavus Card. Testa, *Pro-Praef.* Marius Brini, Archiep. Algizen., *a Secretis.*

3442

1966 IUN 6.-SECRETAR. STATUS, RESCRIPTUM. PART.*

Facultates vicennales Praeposito Generali Societatis Iesu recognitae prorogantur

I.—Rescriptum pontificium

Petrus Arrupe S. I., Societatis Iesu Generalis Praepositus, per epistulam die XXVI mensis mail hoc anno datam, Beatissimo Patri quasdam facultates ad sacrum ministerium pertinentes subiecit, quas Leo XII per Litteras in forma brevi «Plura inter», die XI iulii MDMCCCXXVI exaratas, Generali Praeposito pro tempore ad vicennium concessit, ac deinde Romani Pontifices singulis vicenniis renovaverunt, quaeque congruenter accommodatae, a Pio XI et a Pio XII rite prorogatae sunt.

Quas facultates ipse Praepositus, attenta recentiore Ecclesiae disciplina iterum aptatas et ad minorem numerum redactas, Sanctitati Suae examinandas misit, atque humaniter petiit, ut eas benigne prorogaret.

Qua super re, Augustus Pontifex iuxta preces benigne annuit pro gratia, ac memoratas facultates Generali Praeposito pro tempore ad vicennium renovavit, ut iisdem iusta de causa, et servatis de iure servandis, utatur.

Ex Aedibus Vaticanis, die VI mensis Iunii, anno Domini MCMLXVI.—H. I. Card. Cicognani.

II.—Formula Facultatum Vicennalium Praepositi generalis Societatis Iesu [1]

1.* Dispensandi vel commutandi, iusta de causa, quaelibet vota privata, ea etiam quae Sedi Apostolicae reservantur, de quibus in Canone 1309.

2.* Absolvendi ab omnibus censuris sive simpliciter sive speciali modo Romano Pontifici reservatis, iuxta Can 2250, § 3.

3.* Concedendi indulgentiam plenariam primo conversis ab haeresi, servatis consuetis condicionibus.

4. Conferendi uni alterive ex suis Sacerdotibus facultatem consecrandi iuxta formam in Pontificali Romano praescriptam calices, patenas et altarium lapides, adhibitis tamen oleis ab Episcopo catholico benedictis, in locis Missionum ubi non erunt Episcopi, vel distent duas dietas, vel ubi Sedes vacet.

5.* Dispensandi, iusta de causa, fideles in foro conscientiae, super lege ieiunii et abstinentiae, itemque super lege de observantia festorum.

6. Permittendi ut in casu necessitatis Missa celebrari possit bis in die aut sine ministro, vel sub dio et sub terra, atque etiam in mari, dummodo mare sit tranquillum, in loco tamen decenti; etiam si altare sit fractum vel sine Reliquiis Sanctorum; atque ut Missa celebrari queat una hora post mediam noctem et duabus horis post meridiem.

7. Permittendi, si ab haereticis aut infidelibus sit periculum sacrilegii, ut Ssmum Sacramentum pro infirmis sine lumine in loco tamen decenti retineri possit.

8. Permittendi suis Missionariis ut vestes laicales induere possint, si aliter vel transire ad loca eorum curae commissa, vel in eis commode manere non potuerint.

9.* Benedicendi solo crucis signo, cum omnibus indulgentiis a Sede Apostolica concedi solitis, coronas, cruces,

[1] Facultates quae signo (*) notantur sunt subdelegabiles.

parvas statuas et sacra numismata, et adnectendi coronis indulgentias quae a S. Birgitta et quae a Patribus Crucigeris nuncupantur.

* Praeposito Gen. S. I., Prot. N. 73534: **Acta romana Societatis Iesu** 14 (1961-66) 688-689.

3443

1966 IUN 6.-SECRETAR. STATUS, RESCRIPTUM. PART.*

Decreta Congregationis Generalis Societatis Iesu circa paupertatem, quae recedere videntur a «Formula Instituti», a Summo Pontifice approbantur

I.—Preces et dubia proposita

Beatissime Pater, Praepositus Generalis Societatis Jesu, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter implorat approbationem ac confirmationem Decretorum circa paupertatem religiosam a Congregatione Generali XXXI die 10 julii 1965, paucissimis dissentientibus, stabilitorum quatenus novae dispositiones per ea sancitae viderentur recedere littera «Formulae Instituti» Societatis, a Julio III «Exposcit debitum», 21 julii 1550, in forma specifica approbatae, vel excedere potestatem (quae in eiusdem «Formula Instituti» competit Congregationi Generali) declarandi «quae dubia esse poterunt in nostro Instituto, hac Formula comprehenso».

I. *De iure Pontificio ac proprio Societatis Jesu*

1. *In Litteris Apostolicis* Julii III «*Exposcit debitum*» d. 21 julii 1550, quibus «motu proprio et ex certa scientia, auctoritate apostolica» approbatur et confirmatur «Formula Instituti Societatis Jesu», statuitur ea quae dici solet lex «gratuitatis ministeriorum».

Quae norma hisce verbis enuntiatur: «Quicumque in Societate nostra... vult... servire... proponat sibi in animo se partem esse Societatis ad hoc potissimum institutae, ut ad fidei defensionem et propagationem et profectum animarum in vita et doctrina christiana, per publicas praedicationes, lectiones et aliud quodcumque verbi Dei ministerium ac Spiritualia Exercitia, puerorum ac rudium in christianismo institutionem, Christi fidelium in confessionibus audiendis ac caeteris Sacramentis administrandis spiritualem consolationem praecipue intendat; et nihilominus ad dissidentium reconciliationem, et eorum qui in carceribus vel in hospitalibus inveniuntur piam subventionem et ministerium, ac reliqua charitatis opera, prout ad Dei gloriam et commune bonum expedire visum erit, exsequenda *gratis omnino et nullo pro suo in praedictis omnibus labore stipendio accepto, se utilem exhibeat...*» (Institutum Soc. Jesu. Florentiae 1892 vol. I p. 23).

2. Eamdem normam S. Ignatius in suis *Constitutionibus* pressius enuntiavit: «Omnes, qui sub oboedientia sunt Societatis, meminerint se gratis dare debere, quae gratis acceperunt; nec postulando nec admittendo stipendium vel praedicationes, vel lectiones vel visitationes, vel quodvis aliud officium ex iis quae Societas iuxta nostrum Institutum exercere potest, compensari videatur; ut sic maiori cum libertate possit, et proximorum aedificatione, in divino servitio procedere» (Const. S. J. Part. VI, cap. 2, n. 7 [565]).

3. Congregationes Generales suis *decretis* tum commendaverunt exactissimam huius normae observantiam tum attulerunt distinctiones quae in ea interpretanda et applicanda necessariae videbantur ut haec observantia esset sincera et realitati consentanea.

4. In *Collectione Decretorum* seu Statutorum codificatione effecta a Congregatione Generali XXVII (1923) habentur:

— *decretum* 199. § 1. Quod ad stipendia Missarum attinet, ex mente Constitutionum: 1.° Vetitum est ea accipere, etiamsi de iis in usus pios extra Societatem quacumque ratione Nostri disponere possint; non vero si oblata eleemosyna offerentis arbitrio omnino relinquatur; 2.° Ea accipere non prohibemur, si constet revera non stipendium, sed tectam esse largitionem.

§ 3. Quod ad cetera ministeria spiritualia: 1.° Praeter eleemosynam ad sustentationem ac viaticum necessariam (quae semper accipi potest, dummodo ne sit in compensationem), nihil accipere licet, nisi sit eleemosyna sponte et liberaliter oblata;

— *decretum* 193. § 1. Collegia alumnorum... bona stabilia et reditus certos possidere possunt.

§ 2. Immo, ex mente Instituti, nullum huiusmodi Collegium admitti deberet, quod congruenti fundatione non sit dotatum.

§ 3. Si dotatio vel omnino vel ex parte deficiat, suppleri potest cum aliis mediis, tum maxime convictorum pensionibus et externorum scholarium minervalibus.

II. *De dispensationibus pontificiis in materia «de paupertate»*

5. Congregatio Generalis XXVII (1923) ipsa eidem Collectioni Decretorum adnexuit eam quae inscribitur «Appendix quinta», (decr. 316) «De usu dispensationis Apostolicae ad acceptanda stipendia pro ministeriis (Dispositio temporaria)»: «Apostolica dispensatio concessa ad acceptanda stipendia pro Missis et ministeriis ne communicetur nisi propter gravissimas causas, illudque praecipue caveant Superiores ne diuturnus huius dispensationis usus, quamquam legitimus, spiritui nostro noceat, vel amorem paupertatis minuat. Ad hunc finem Praeposito Generali curae sit de practico usu dispensationis pro tempore ac loco directionem dare».

Nam Societas, paulo postquam restituta est a. 1814, necessitate cogente, a Summo Pontifice impetraverat dispensationes primum particulares dein generaliores in hac materia:

— *dispensationes particulares* ad accipiendam compensationem pro ministeriis spiritualibus, occasione curae paroecialis, in Galicia Austriaca atque in Statibus Foederatis Americae et Anglia (annis 1722 et 1824); et ad acceptanda minervalia in collegiis Angliae et Statuum Foederatorum Americae (anno 1833);

— *dispensationes generaliores*: *a)* in favorem religiosorum qui ob subversionem domorum privarentur mediis sustentandi vitam, «facultatem... dispensandi in regula nostri Instituti, qua prohibetur ne pro ministerio, pro Missis etc. eleemosyna accipiatur» 10 maii 1859 (Inst. S. I. vol. I p. 394); *b)* anno autem 1893 P. Lud. Martin, Praepositus Generalis, hanc dispensationem latius interpretandam esse declarat; *c)* d. 27 Ian. 1907 S. Pius X declarat P. Fr. X Wernz, Praeposito Gen., dispensationem ad accipienda stipendia extendi ad omnes Provincias.

Tandem supplicante P. Wl. Ledóchowski, Pius XII d. 28 Dec. 1941 «ut... dubiis nonnullis occurratur», concedit Praeposito Generali potestatem:

«I. Permittendi ut Collegia nostra, iuventutis institutioni destinata, quae et quamdiu debita dotatione careant, accipere possint minervalia quibus dotatio suppleatur; ii vero qui in aliis Scholis, Institutis, Seminariis vel Universitatibus occupantur, ea quae necessaria sunt ad honestam sustentationem, accipere possint, si aliter haberi nequeant.

«II. Permittendi ut Sacerdotes Societatis stipendia pro Missis et sacris ministeriis accipere possint; sed ea sola mensura et ad id solum tempus quae necessaria videbuntur ut provideatur sive honestae sustentationi, aut propriae aut aliorum de Societate, secundum eiusdem Regulas intelligendae (quo nomine comprehenduntur quoque moderatae quaedam eleemosynae in pios fines), sive operibus apostolicis Societati commissis. Haec autem stipendia in hunc solum finem applicari possint quem idem Praepositus Generalis determinaverit, cuius etiam erit iudicare quamdiu perduret necessitas utendi hac dispensatione».

IV. *De Decretis quae Congregatio Generalis XXXI stabilivit tamquam Romano Pontifici subiicienda.*

6. Per ultima decennia Societas, occasione Congregationum Generalium et speciatim ope Commissionum specialium praeparatoriarum, iterum iterumque resumpsit studium huius quaestionis simul cum quaestionibus de paupertate.

7. Congregatio Generalis XXXI, ordiens nominatim ab iis quae paraverat Commissio specialis cui ab anno 1958 praesederat P. Joannes B. Janssens, quaestionem denuo examinavit, cum voluntate servandi, tamquam fundamentale, principium gratuitatis ministeriorum.

Congregatio agnovit materialiter servari non posse legem qualis hucusque definita erat, neque ullam spem affulgere fore ut, manente lege sic intellecta, dispensationes non manerent necessariae: *a)* iudicavit necessariam esse legem talem qualis secundum ipsam suam litteram observari posset, ad praxim sinceram principiorum gratuitatis et pau-

http://www.obrascatolicas.com

pertatis; *b)* censuit stipendia Missarum, mutatis temporum adiunctis datisque determinationibus adeo certis Codicis Iuris Canonici, esse ex natura sua eleemosynas in sustentationem ideoque non repugnare gratuitati qualis a S. Ignatio concipiebatur; *c)* posuit distinctionem —cuius applicatio a Praeposito Generali definienda erit— inter ministeria spiritualia qualia enumerata sunt in praedicta Formula Iulii III et alia munera quae Societas secundum suum Institutum exercere potest.

8. Quibus mature consideratis, Spiritu Sancto humiliter invocato, Congregatio Generalis XXXI die 10 Iulii 1965, paucissimis dissentientibus, stabilivit Decreta sequentia tamquam Summo Pontifici subicienda quatenus novae dispositiones per ea sancitae viderentur recedere a littera Formulae Iulii III vel excedere potestatem (quae vi eiusdem Formulae competit Congregationi Generali) declarandi «quae dubia esse poterunt in nostro Instituto, hac Formula comprehenso» (Inst. Soc. Jesu vol. I p. 24).

Romae, 28 ianuarii 1965.

II.—Rescriptum pontificium

Dal Vaticano, 6 Iunii 1966

Reverendissime Pater, Post XXXI Generalem Congregationem istius Societatis Iesu, die X mensis Iulii superiore anno habitam, Decretorum textum de religiosa paupertate deque ministeriorum gratuitate, quae unanima prope consensione tunc lata sunt, ad Beatissimum Patrem per humanissimas litteras misisti, quibus de universa re instituisti sermonem, simulque, nomine quoque Sodalium tuorum, petiisti, ut Ipse benigno consilio ea probaret.

Cum enim —sicut scripsisti— norma a «Formula Instituti» tradita, et a Iulio III ven. mem. per Apostolicas Litteras a verbis incipientes «Exposcit debitum», die XXI mensis Iulii anno MDL sancita, praesentis temporis rerum adiunctis accommodanda esset, Congregatio vestra Generalis, commemoratam Formulam declarare cupiens, decrevit ut Societatis Iesu Sodalibus liceret Missarum eleemosynas accipere (n. 2), stipendiis, quae spiritualium ministeriorum occasione offerantur, donari neque ea exigere possint (n. 3), aliorumque laborum (qui nempe ministeria stricte spiritualia censenda non sunt) ab ipsis susceptorum emoluments, veluti ingenii industriaeque fructus, percipere (nn. 4-5).

Voluit autem Generalis Congregatio haec Decreta Sanctitati Suae subicere, quandoquidem novae regulae, per ea sancitae, a praedictae Formulae littera videntur recedere, vel potestatem excedere, vi eiusdem Formulae ad Generalem Congregationem spectantem, declarandi «quae dubia esse poterunt in... Instituto, hac Formula comprehenso».

Re igitur mature perpensa, ratione habita earum conditionum, quas nostra aetate ministeriorum natura atque sustentandae vitae difficultates induxerunt, audito consilio Emi Dni Cardinalis Hildebrandi Antoniutti, S. Congregationis de Religiosis Praefecti, Sanctitas Sua eadem Decreta, a te Sibi ad examinandum proposita, approbat atque confirmat, ea omnia derogando quae iisdem Decretis opponuntur, etiamsi speciali mentione digna; quam ob causam, «Formula Instituti» in hac rerum materie in posterum quoque erit interpretanda secundum mentem horum Decretorum, quae, in Congregatione Generali lata, a Paulo Pp. VI probata sunt.

Quae dum in tui notitiam libenter perferenda curo, tibi pariter renuntio, Beatissimum Patrem tibi universaeque Societati Iesu Apostolicam Benedictionem, supernorum munerum auspicem Suaeque benevolentiae testem, peramanter largiri.

Datam vero oportunitatem nanciscor, ut me ea qua par est observantia profitear Tibi addictissimum.—H. J. Card. CICOGNANI.

* Praeposito Gen. S. I., Prot. N. 73533: Acta romana Societatis Iesu 14 (1961-66) 689-694.

3444

1966 IUN 10.-PAULUS VI, M. PR. AAS 58 (1966) 465-466

VACATIO LEGIS PROROGATUR QUORUNDAM DECRETORUM CONCILII OECUMENICI VATICANI II

PAULUS PP. VI

Munus apostolicum, quo uti omnium Pastor fungimur, quemadmodum inter Concilium Oecumenicum Vaticanum

II, die VII mensis Decembris superioris anni, auspice Dei para Maria ab origine omnis labis experte, clausum, Nos sollicitos fecit de sanctae Christi Ecclesiae decore, ita Nos nunc movet atque stimulat, ut quae in eodem Concilio decreta sunt, et diligenter et sincera fide efficiantur.

Iamvero quod ad multa huius Concilii Decreta attinet, suo tempore statuimus ea legitime vacare usque ad diem XXIX huius mensis, memoriae sanctorum Apostolorum Petri et Pauli sacrum [LE 3367].

Per idem vero tempus operam dedimus, ut normae parerentur iuxta quas Decreta ad effectum adducerentur. Cuius rei causa, Litteris Apostolicis, a verbis *Finis Concilio* incipientibus, die III mensis Ianuarii hoc anno datis, Commissiones, quas vocant, Postconciliares condidimus *De Episcopis et dioecesium regimine, De Religiosis, De Missionibus, De educatione christiana, De apostolatu laicorum*; quibus scilicet proposuimus ut, Commissione Centrali, quam appellant, praeeunte omni/umque labores disponente, eas, quas 566
diximus, normas expenderent et conficerent [LE 3333].

Ac re vera cum unaquaeque harum Commissionum Postconciliarium in creditam sibi provinciam impendisset operam sedulam et accuratam, omnes statuto tempore potuerunt summam suorum actorum Commissioni Centrali tradere. Quae, rebus mature perpensis, de ipsis aliquid admonuit, aliquid admonuit; ac denique quae ex iisdem actis concludendo collegerat, Nobis ad considerandum detulit. Simul autem eadem Nobis subieciet id sibi ipsisque Commissionibus Postconciliaribus opportunum videri, si decreta exsecutionem legum Concilii respicientia in vulgus gradibus ederentur.

Quapropter dum diligentiam et studia laudamus in eo ab iisdem Commissionibus collocata, ut quas pararent normas cum sensu celebrati Concilii quam aptissime cohaererent, laeto animo nuntiamus brevi omnia exsecutoria, uti vocant, decreta vulgatum iri.

Attamen hoc gradatim fiet; non modo ut certa sententia Commissionis Centralis teneatur, sed ut etiam magis commode et ordinate Concilii Decreta in rem adducantur; eo magis quod nonnullae normae constitutivae, non nullique coetus postconciliares, in praescriptis Concilii Oecumenici nitentes, cum proposita Romanae Curiae reformatione, cuius initium iam introduximus, coniunguntur.

Has ob causas decernimus, ut vacatio legis, quae ad diem XXIX huius mensis pertinebat, aliquatenus differatur, atque eo die cesset, in singulis decretis exsecutoriis indicato, quae, ut Nobis animus est, quam primum promulgabuntur.

Quod dum iubemus, magnopere confidimus fore ut huiusmodi normae exsecutoriae, eo spectantes ut e sacris Concilii Decretis uberiores percipiantur fructus, ab omnibus christifidelibus prompto et alacri animo accipiantur; atque adeo sancta Dei Ecclesia novo splendore fulgeat, tamquam signum in monte levatum, ad totius humani generis salutem.

Quaecumque vero a Nobis hisce Apostolicis Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die X mensis Iunii, anno MDCCCCLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

3445

1966 IUN 10.-COM. CENT. CONC., RESP. AAS 60 (1968) 361

CIRCA DELEGATIONEM POTESTATIS LEGISLATIVAE CONFERENTIARUM EPISCOPORUM

Utrum potestas legislativa quae, ad normam Decreti Ss. Concilii Oecumenici Vaticani II *Christus Dominus*, n. 38, § 4 [LE 3332], intra certos limites tribuitur Conferentiis Episcoporum, delegari possit Commissionibus episcopalibus quae ab ipsis Conferentiis constituuntur.

Commissio Centralis coordinandis post Concilium laboribus et Concilii Decretis interpretandis, re mature perpensa in Coetu, die 24 mensis Maii 1966 habito, respondendum censuit: *Negative*.

Ssmus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 10 Iunii 1966 infrascripto impertita hanc decisionem ratam

habuit et adprobavit.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis*.

Adn. V. CARBONE in ME 21 (1969) 189-190; Notit. 4 (1968) 364-365.

3446

1966 IUN 11.-SC STUD., DECR. AAS 58 (1966) 1195-1196

FACULTAS SACRAE THEOLOGIAE CANONICE ERIGITUR APUD SEMINARIUM METROPOLITANUM PADERBORNENSE

Praeter communia philosophico-theologica studia omnibus clericis canonicis legibus praescripta (C. I. C. can. 1365) sancta Catholica Ecclesia, post Patrum aevum conclusum inchoatamque scholasticam investigationem, Athenaea seu quas vocant Universitates condidit, civili societate plaudente primoribusque populi sedulo adiuvantibus, quarum fundamentum posuit tum revelatae christianae religionis tum rationalis cognitionis principia ac argumenta intimioresque notiones, quae et «fidei quaerenti intellectum» et sui externarumque rerum veritati uberius cognoscendae subsidio essent. Post Theologiae Facultates constitutas, summi doctores S. Thomas Aquinas aliique huiusmodi disciplinas lucide composuerunt, diligenter divina eloquia Veteris Novique Testamenti rimando aptamque methodum paulatim fingendo, sana illa philosophia adhibita quae humanam mentem exercet sublimatque eamque impellit ad suprema aeternaque sapienda vitamque in terris sancte traducendam. Quo in perficiendo labore, catholicus clerus Germanicae Nationis singulariter enituit, adeo ut episcopales urbes nonnullae superiorum theologicarum scholarum inclytae sedes factae sint. Quas inter eminet Paderbornensis civitas, cuius Episcopus S. Baduardus ca. annum rep. sal. DCCCXXX collegium suis aperiebat presbyteris «vita canonica» coniunctis sacrisque studiis apprime deditis. Ineunte autem saec. XVII, Episcopus Theodorus de Fürstenberg Theologicum-Philosophicum Seminarium condebat ad huc vigens, copiosissima Bibliotheca instructum. Extra Seminarii aedes iam ultra saeculare floret Academicum Institutum a publico Magistratu agnitum, titulo «Philosophisch-Theologische Hochschule» praeditum. Hoc ecclesiasticarum scientiarum domicilium eximios magistros semper habuit, eruditione insignes, libris editis clarissimos, optimamque famam ubique terrarum adeptum est ob ephe-
merides atque volumina publici iuris facta, praecipue ad
1196 philologiam Veteris Testamenti exegesimque / Novi quod attinet. Nunc tandem, exhibita instantissima postulatione ab Emo Cardinali Archiepiscopo Paderbornensi Domino D. Laurentio Jaeger, ut laudatum Institutum Facultatis Theologicae dignitate decoretur, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, Ssmo D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI benevolentissime annuente, in Dei O. M. gloriam Ecclesiaeque decus Scholam Superiorem Paderbornensem Philosopho-Theologicam in Facultatem Sacrae Theologiae *in perpetuum erigit atque erectam declarat*, ipsique ius tribuit conferendi academicos gradus Licentiae atque Doctoratus Sacrae Theologiae, secundum approbanda Statuta quae usus Facultatum Theologicarum catholicarum in Germania ut minimum ad praxim adducant, ad normas Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominus* [LE 1030] adnexarumque *Ordinationum* [LE 1033] fideliter retentas, ita ut scientiarum ecclesiasticarum progressus foveatur prout nostrorum temporum adiuncta presse requirunt, ideoque confessionum variarum quae christianae denominantur, religionum non christianarum, psychologiae ac philosophiae religionis, litteraturae ac popularium consuetudinum cathedrae investigationesque habeantur, philologica atque historica methodo suffultae, eaque omnia doceantur (ad ethnologiam culturamque populorum Asiae et Africae in primis quod attinet) quae hominum gentiumque huius temporis necessitudinem foveant, attentis monitis tum Encycl. Litt. *Ecclesiam suam (A. A. S.*, 56 [1964], pp. 637-654) [LE 3211] tum Oecumenici Concilii Vaticani II.

Dum honores ac privilegia agnoscimus ac tribuimus quae Theologicae Facultati de more competunt, iura quoque et officia praesenti Decreto sancimus et commendamus, ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. XI mensis Iunii, in festo Sancti Barnabae Apostoli, anno Domini MCMLXVI.—Iosephus Card. PIZZARDO, Ep. Alban., *Praefectus*. Gabriel Maria Garrone, Archiep. Turren. in Num., *Pro-Praef*. Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaestina, *a Secr*.

3447

1966 IUN 14.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 630-631

NUNTIATURA APOSTOLICA IN IAPONIA ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Communi cum utilitate quae inter Iaponiensium Imperium et Apostolicam Sedem vigent publicae consuetudinis rationes, in praesenti suadent, ut sacrae legationis officium, ibi anno MCMLII institutum [LE 2279], ad elatiorem gradum evehatur atque adeo mutui illi nexus perficiantur. Quocirca, motu proprio, certa scientia et matura deliberatione Nostra, harum Litterarum vi Nostraque auctoritate Internuntiaturam Apostolicam, in Iaponia constitutam, *in Nuntiaturam Apostolicam* erigimus, sedem in urbe principe Tokieno confirmantes; eidemque Nuntiaturae sic a Nobis erectae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc animi Nostri testificationem religioni provehendae esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Apostolicae Nuntiaturae, in Iaponia sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. 631

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Iunii, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis*.

3448

1966 IUN 14.-SC DOCT. FIDEI, NOT. AAS 58 (1966) 445

INDEX LIBRORUM PROHIBITORUM VIM LEGIS ECCLESIASTICAE AMPLIUS NON HABET

Post Litteras Apostolicas, a verbis incipientes *Integrae servandae* Motu Proprio datas die VII mensis decembris anno 1965 [LE 3359], non paucae pervenerunt ad S. Sedem percontationes de Indicis librorum prohibitorum conditione, quo Ecclesia ad integritatem fidei et morum, iuxta divinum mandatum, tuendam hucusque usa est.

Ut memoratis petitionibus respondeatur, haec S. Congregatio pro Doctrina Fidei, facto verbo cum Beatissimo Patre, nuntiat Indicem suum vigorem moralem servare, quatenus Christifidelium conscientiam docet, ut ab illis scriptis, ipso iure naturali exigente, caveant, quae fidem ac bonos mores in discrimen adducere possint; eundem tamen non amplius vim legis ecclesiasticae habere cum adiectis censuris.

Quam ob rem Ecclesia fidelium maturae conscientiae confidit, praesertim auctorum et editorum catholicorum atque eorum qui iuvenibus instituendis operam navant. Firmissimam autem spem collocat in vigili sollicitudine et singulorum Ordinariorum et Conferentiarum Episcopalium, quorum ius et officium est libros noxios tum inspiciendi tum praeveniendi atque, si res tulerit, reprehendendi et improbandi.

S. Congregatio pro Doctrina Fidei, ad mentem Litterarum Apostolicarum *Integrae servandae* [LE 3359] ac Concilii Vaticani II decretorum, communicare sataget, si opus est, cum orbis catholici Ordinariis ut eorum sedulitatem adiuvet, in diiudicandis operibus editis, in sana contra insidiosam promovenda cultura, collatis etiam viribus cum Institutis et studiorum Universitatibus.

Si autem doctrinae et opiniones quovis modo evulgatae prodierint, quae fidei ac morum principiis adversentur, et eorum auctores ad errores corrigendos humaniter invitati id facere noluerint, S. Sedes iure et officio suo utetur ad talia scripta etiam publice reprobanda, ut animarum bono ea qua par est firmitate consulat.

Apte denique providebitur, ut Ecclesiae iudicium de editis operibus in Christifidelium notitiam perveniat.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, d. XIV Iunii, a. MCMLXVI.—A. Card. OTTAVIANI, *Pro-Praefectus S. C. pro Doctrina Fidei*. P. Parente, *a Secr*.

Adn. R. BORTOLOTTI in PrM 58 (1967) 116-118. Alias vide sub die 7 dec. 1965: LE 3359.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CATHOLIC ARCHIVES
http://www.obrascatolicas.com

3449

1966 IUN 15.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 58 (1966) 467-472

NORMAE EPISCOPIS IMPERTIUNTUR AD FACULTATEM DISPENSANDI A LEGIBUS ECCLESIAE GENERALIBUS SPECTANTES

PAULUS PP. VI

De Episcoporum muneribus doctrina, quam Nobis feliciter contigit in Concilio Oecumenico Vaticano II sollemni ritu promulgare, perspicue tradit, Ecclesias particulares ab Episcopis, quibus tamquam Christi legatis concreditae sunt, auctoritate et sacra potestate regi; iisdemque pastorale officium —hoc est constantem et cotidianam ovium curationem— plene committi cum potestate propria, ordinaria et immediata, propter quam *sacrum ius et coram Domino officium habent in suos subditos leges ferendi, iudicium faciendi, atque omnia quae ad cultum apostolatusque ordinem pertinent, moderandi* [1]. Quae quidem potestas —quemadmodum idem Concilium Vaticanum II docet— cum munera secum ferat a pluribus obeunda, ex Christi voluntate in Mystico eius Corpore secundum sacrae Hierarchiae ordinem una operantibus, tum demum ad actum adducitur *cum canonica seu iuridica determinatio per auctoritatem hierarchicam acceserit*, quae iuxta normas datur, a suprema Ecclesiae auctoritate approbatas [2].

Quae principia in Decreto, a verbis *Christus Dominus* incipiente, sacrum idem Concilium asseverat, quod, dum affirmat Episcopis in dioecesibus ipsis concreditis per se omnem competere potestatem, ea scilicet ratione *quae ad exercitium eorum muneris pastoralis requiritur*, simul Nostram iterum profitetur in singulas Ecclesias immediatam potestatem ad bonum totius Dominici gregis reservandi causas, iure nativo Petri successoris propriam [3].

Nobis autem summo gaudio fuit, potuisse Nos Episcoporum dignitatem aperte declarare, celebrare munera, agnoscere potestatem: quae profecto omnia totidem sunt habenda mutuae sollicitudinis vincula, Nos cum venerabilibus Fratribus astringentia.

His praeterea principiis in sua luce collocatis, Ecclesia splendidior affulget, in solidam corporis unitatem concordiae compage copulata; quoniam Episcopi, cum Summo Pontifice coniuncti, sunt divini consilii effectores, ab eo- 468
nae robur et moderationem accipiunt, ad sacrum chris/tianae doctrinae depositum efficaciore ratione custodiendum atque proponendum.

Cum vero brevi normae sint edendae Decretorum Conciliarium exsecutoriae, singulari studio considerantes cum nuper exhibitam doctrinam, tum potissimum Episcoporum munia et iura, Nostrum esse censemus normas in Decreto *Christus Dominus* editas, sive perficere, ubi complemento indigeant, sive enucleare, ubi interpretationem desiderent; ut fructus omnes, qui inde exspectantur, plane percipiantur.

Quemadmodum est in comperto, Concilium Oecumenicum, ut promptiora religionis solacia hominibus, nostris hisce diebus nova singularique incitatione viventibus, praebeantur, hanc inter alias Episcopis dioecesanis facultatem facit: *dispensandi a lege generali Ecclesiae in casu particulari fideles, in quos ad normam iuris exercent auctoritatem, quoties id ad eorum bonum spirituale conferre iudicent, nisi a Suprema Auctoritate specialis reservatio facta fuerit* [4].

Hoc igitur praescriptum exsequentes, ut in tota Ecclesia Latina una habeatur norma et ratio agendi, oportere existimamus indicem statuere legum generalium, quarum relaxationis onus Nobis reservandum sit; hoc est, legum, a quibus dispensandis Apostolica Sedes se numquam non continuit, vel a quibus nonnisi perraro, ob res quae in humana consortione momentum obtinent, dispensare consuevit.

Itaque, Officiis Romanae Curiae, Commissionibus Postconciliaribus, atque Secretariatibus auditis, eorumque sententiis mature perpensis, certa scientia, Suprema et Apostolica auctoritate Nostra, haec quae sequuntur —donec novus Codex Iuris Canonici promulgetur valitura— pro universa Ecclesia Latina sive declaramus sive decernimus.

I. Quas leges providentissima Mater Ecclesia Codice Iuris Canonici sanxit atque aliis deinceps editis documentis statuit nec revocavit, integras ac sanctas declaramus, nisi eas Concilium Oecumenicum Vaticanum II aperte abrogaverit aut iis in quibusdam obrogaverit vel derogaverit.

II. Praescripto Decreti Conciliaris *Christus Dominus*, n. 8, *b* canoni 81 C. I. C. tantummodo derogatur.

III. Episcopi dioecesani intelleguntur non solum Episcopi residentiales, sed etiam alii ipsis in iure aequiparati [5], Id postulat paritas / iurium, quibus Episcopi dioecesani et 469
alii fruuntur, communisque eorundem iurium ratio, nec non necessitas providendi bono spirituali fidelium. Quare hac dispensandi facultate gaudent etiam Vicarii et Praefecti Apostolici [6], Administratores Apostolici permanenter constituti [7], Praelati, Abbates nullius [8].

IV. Ad normam can. 80, dispensatio intellegitur *relaxatio legis in casu speciali*. Facultas autem dispensandi exercetur circa *leges praecipientes vel prohibentes*, non autem circa leges constitutivas.

In notione dispensationis minime continetur concessio licentiae, facultatis, indulti et absolutionis.

Leges ad processus spectantes, cum ad iurium defensionem sint constitutae, et dispensatio ab iis bonum spirituale fidelium directe non respiciat, non sunt obiectum facultatis, de qua agitur in Decreto *Christus Dominus*, n. 8, *b*.

V. Nomine legis generalis Ecclesiae veniunt leges dumtaxat disciplinares, a Suprema Auctoritate ecclesiastica constitutae, quibus tenentur ubique terrarum omnes pro quibus latae sunt, ad normam can. 13 § 1; minime vero eae leges divinae, cum naturales tum positivae, a quibus unus Summus Pontifex —ubi potestate vicaria utitur— dispensare valet; sicuti accidit in dispensatione a matrimonio rato et non consummato, ab iis quae circa privilegium fidei versantur, et ab aliis.

VI. Casus particularis spectat non tantum singulos fideles, sed etiam plures personas physicas communitatem sensu stricto constituentes.

VII. Fideles, in quos ad normam iuris auctoritas dispensandi exercetur, sunt ii omnes qui ratione domicilii [9] vel alius tituli Episcopo subiciuntur.

VIII. Ad normam can. 84 § 1, ad dispensationem concedendam requiritur iusta et rationabilis causa, habita etiam ratione gravitatis legis, a qua dispensatur. Causa vero legitima dispensationis est spirituale fidelium bonum [10]. / 470

IX. Salvis facultatibus Legatis Romani Pontificis et Ordinariis specialiter tributis, Nobis expresse reservamus dispensationes quae sequuntur:

1. Ab obligatione caelibatus seu a prohibitione matrimonii contrahendi, qua diaconi et presbyteri astringuntur, etiam si ad statum laicalem legitime redacti aut regressi sint [11].

2. A prohibitione exercendi ordinem presbyteratus facta coniugatis, qui eundem ordinem sine dispensatione Apostolicae Sedis receperint.

3. A vetito, quod in clericos in sacro Ordine constitutos cadit: *a)* exercendi medicinam vel chirurgiam; *b)* assumendi officia publica, quae exercitium laicalis iurisdictionis vel administrationis secum ferant; *c)* exquirendi vel assumendi munus senatoris vel legiferi deputati, in locis ubi pontificia prohibitio intercesserit; *d)* exercendi per se vel per alios negotiationem aut mercaturam, sive in propriam sive in aliorum utilitatem.

4. A legibus generalibus, quae afficiunt religiosos qua tales, non autem quatenus iidem Ordinariis locorum ad normam iuris communis et praesertim Decreti Conciliaris *Christus Dominus* (nn. 33-35) subsunt, firma semper manente religiosa disciplina et salvo iure proprii Superioris.

A ceteris legibus generalibus, tantum si agatur de sodalibus Religionis clericalis exemptae.

5. Ab obligatione denuntiandi sacerdotem reum delicti sollicitationis in confessione, de qua in can. 904.

6. Ab ordinandorum defectu aetatis, qui annum excedat [12].

7. A ratione studiorum cursus philosophiae rationalis et theologiae, tum ad legitimum temporis spatium, tum ad primarias disciplinas quod attinet [13].

8. Ab omnibus irregularitatibus ad forum iudiciale deductis.

[1] Cfr. Const. dogmatica *Lumen Gentium*, n. 27 [LE 3232]. [2] Cfr. *Nota explicativa praevia*, n. 2 [LE 3231]. [3] Cfr. Decretum *Christus Dominus*, n. 8, a. [LE 3332]. [4] *Ibid.* n. 8, b.

[5] *Ibid.* n. 21. [6] Cfr. can. 294 § 2. [7] Cfr. can. 315 § 1. [8] Cfr. can. 323 § 1. [9] Cfr. can 94. [10] Cfr. Decretum *Christus Dominus*, n. 8, b. [LE 3332]. [11] Cfr. can. 213 § 2.

[12] Meminerint Episcopi, in perpendendis causis propter quas ab ordinandorum aetatis defectu dispensare valent, gravitatem eorum quae Decreto Conciliari *Optatam totius*, n. 12 [LE 3334], statuuntur. [13] Cfr. Decretum

9. Ab irregularitatibus et impedimentis ad ordines *suscipiendos*: *a)* ab irregularitate ex defectu, si agatur de filiis adulterinis vel sacrilegis, de corpore vitiatis, de ep- / lepticis et amentibus; / *b)* ab irregularitate ex delicto pu- 471
blico eorum, qui apostasiam a fide consummaverint, aut ad haeresim vel schisma transierint; *c)* ab irregularitate ex delicto publico eorum qui matrimonium attentare, aut civilem tantum actum ponere ausi sint, vel ipsimet vinculo matrimoniali aut ordine sacro aut votis religiosis etiam simplicibus ac temporariis ligati, vel cum muliere iisdem votis adstricta aut matrimonio valido coniuncta [14]; *d)* ab irregularitate ex delicto sive publico sive occulto eorum qui voluntarium homicidium perpetraverint, aut fetus humani abortum procuraverint, effectu secuto, omniumque cooperatorum [15]; *e)* ab impedimento quo viri uxorem habentes prohibentur sacrum ordinem presbyteratus recipere.

10. *Ad exercitium ordinis iam suscepti*, quod attinet, ab irregularitatibus de quibus in can. 985, 3, in casibus tantum publicis; et 4, etiam in casibus occultis, nisi recursus ad S. Poenitentiariam sit impossibilis, firmo tamen onere in ipso dispensato recurrendi quam primum ad eandem S. Poenitentiariam.

11. Ab impedimento aetatis ad matrimonium validum contrahendum, quoties aetatis defectus annum excedat.

12. Ab impedimento matrimoniali orto ex diaconatu, vel sacro ordine presbyteratus, vel ex sollemni professione religiosa.

13. Ab impedimento criminis, de quo in can. 1075, 2.° et 3.°.

14. Ab impedimento consanguinitatis in linea recta et in linea collaterali usque ad secundum gradum mixtum cum primo.

15. Ab impedimento orto ex affinitate in linea recta.

16. Ab omnibus impedimentis matrimonialibus, si agatur de matrimoniis mixtis, quotiescumque servari nequeunt condiciones requisitae in n. I Instructionis *Matrimonii Sacramentum* a S. Congregatione pro Doctrina fidei, die 18 Martii 1966 editae [16].

17. A forma iure praescripta ad valide contrahendum matrimonium.

18. A lege renovandi consensum matrimonialem in sa- 472
natione in radice, quoties: / *a)* requiritur dispensatio super impedimento Sedi Apostolicae reservato; *b)* agitur de impedimento iuris naturalis vel divini, quod iam cessaverit; *c)* agitur de matrimoniis mixtis, cum servatae non fuerint condiciones praescriptae in commemorata Instructione S. Congregationis pro Doctrina fidei n. I.

19. A poena vindicativa iure communi statuta, quae ab ipsa Sede Apostolica declarata vel inflicta fuerit.

20. A tempore statuto pro ieiunio eucharistico.

Normae de facultatibus dispensandi, Episcopis iuxta Conciliare Decretum *Christus Dominus* tributis, valere incipient a die XV mensis augusti huius anni.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XV mensis Iunii, anno MDCCCCLXVI, Pontificatus Nostri tertio.—PAULUS PP. VI.

Optatam totius, n. 12 [LE 3334]. [14] Can. 985, 3. [15] Can. 985, 4. [16] Cfr. *A. A. S.* LVIII (1966), p. 237 [LE 3422].

Adn. ANASTASIUS AB UTRECHT in Laurentianum 11 (1970) 308-356; E. BERGH in NrT 88 (1966) 972-976; CH. BERUTTI in ME 92 (1967) 549-580; L. BUIJS in PrM 58 (1967) 88-115, 456-484, 597-639; J. DENIS in An. can. 13 (1969) 65-78; O. P. GRAHAM in Jurist 28 (1968) 435-445; G. MARIANI in Pal. clero 45 (1966) 1165-1180; L. MIGUELEZ in REDC 22 (1967) 183-193; F. PANINI in Revista eclesiástica Brasilera 27 (1967) 383-398; E. F. REGATILLO in Sal terrae 55 (1967) 758-778; A. J. BEVILACQUA in Jurist 31 (1971) 647-666.

3450

1966 IUN 16.-SC SACRAMENTORUM, RESPONSUM. PART.*

ORDINARIUS LOCI NEQUIT CONCEDERE TER MISSAM LITARE IN SABBATIS AUT VIGILIIS FESTORUM DE PRAECEPTO

Roma, día 16 de junio de 1966

Excelentísimo y reverendísimo señor: Llegó a esta Sagrada Congregación la carta de vuestra excelencia reverendísima, del día 31 de mayo de 1966, en la que se pregunta si el obispo, en conformidad con las Letras Apostólicas *Pastorale Munus* [LE 3139], puede usar la facultad de permitir la trinación de la Misa en la víspera de domingo o de fiesta de precepto, siempre que la Misa se anticipe con el fin de que los fieles, por indulto, puedan cumplir la obligación del precepto.

Acerca de la cuestión propuesta esta Sagrada Congregación responde a vuestra excelencia reverendísima que el obispo, en ese caso, no puede usar la facultad mencionada.

Lo que le comunico a vuestra excelencia reverendísima, deseándole, a la vez, toda clase de bendiciones celestiales.

Adictísimo en el Señor de vuestra excelencia reverendísima, B. Card. Luis MASELLA, *Prefecto*. ✠ Violardo, *Secretario*.

* Ordinario Gerundensi, Prot. N. 1572/66: Ilustración del clero 60 (1967) 70.

3451

1966 IUN 18.-SC DOCTRINA FIDEI, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR SANANDI IN RADICE MATRIMONIUM MIXTUM, PRAESTITIS CAUTIONIBUS A PARTE TANTUM CATHOLICA

CASUS—Cynthia, a Catholic, and Preston, a Presbyterian, desire to validate their marriage attempted before a Protestant minister on June 11, 1965. A dispensation from the impediment of mixed religion and disparity of cult *ad cautelam* is required because the validity of Preston's baptism is doubtful.

Cynthia is troubled in conscience and wishes to return to the sacraments. Preston, a staunch Protestant, is willing to have the marriage validated for the sake of his wife. However, he feels he cannot make the required promise regarding the baptism and education of future children. He will agree as a compromise to have all of the girls born of the marriage baptized and raised Catholic but the boys must be baptized and educated as Protestants. Cynthia cannot make the customary promises because she knows Preston will prevail in this attitude. Cynthia has attended Mass faithfully since her attempted marriage. One child, a girl, was born. The child is baptized and will be brought up in the Catholic Faith.

RESCRIPTUM—*Die* 18 *Iun.* 1966 *S. C. pro Doctrina fidei.* Ssmus D. N. D. Paulus divina Providentia Papa VI per facultates speciales S. Congregationi impertitas, attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus et indubiis resipiscentiae signis partis catholicae, benigne remisit preces prudenti arbitrio et conscientiae R. P. D. Ordinarii qui, dummodo utriusque partis consensus perseveret, sanare valeat in radice matrimonium nulliter contractum a Catholica Cynthia cum acatholico Preston. Insuper parti catholicae gravibus verbis in mentem revocet obligationem, qua tenetur, omnino cavendi de baptismo et educatione universae prolis utriusque sexus, tam forte natae quam forsitan nasciturae, in catholicae religionis sanctitate, et prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam. De implenda supra memorata obligatione curandi, pro posse, baptismum et educationem catholicam universae prolis, etiam forte iam natae, exquiratur a parte Catholica explicita promissio.

* Ordinario Superiorensi, Prot. N. 1842/66m: Jurist 28 (1968) 203-204.

3452

1966 IUN 18.-SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM. PART.*

FACULTATES CARDINALIS LEGATI IN BASILICAM ASSISIENSEM S. MARIAE ANGELORUM, TRANSFERUNTUR IN MINISTRUM GENERALEM O. F. M., ET MONASTERIUM S. CLARAE EIUSDEM CIVITATIS IURE COMMUNI SUBIECTUM DECLARATUR

Roma, 18 Giugno 1966

Reverendissimo Padre, In riscontro alla domanda dell'Ordine dei Frati Minori relativa alla carica di Cardinale Legato della Basilica della Porziuncola e Santa Chiara in Assisi, mi pregio significarLe che il Santo Padre nell'Udienza concessami il 12 maggio u. s., atteso che la suddetta nomina del Cardinale Legato era subordinata alla carica del Cardinale Protettore dell'Ordine, ed essendo quest'ultima stata sospesa, Si degnava decidere quanto segue:

«Resta immutata la situazione giuridica della Basilica di Santa Maria degli Angeli di modo che l'esercizio del culto divino possa ivi continuare ad essere svolto dall'Ordine dei Frati Minori con le stesse prerogative di cui il citato Ordine godeva quando aveva il Cardinal Protettore».

Pertanto il soggetto delle facoltà che finora erano proprie del Cardinale Legato (eccetto naturalmente le facoltà inerenti alla dignità Cardinalizia), sarà, di qui in avanti, il Ministro Generale dei Frati Minori, il quale potrà delegare le stesse facoltà al Ministro della Provincia Serafica di S. Francesco d'Assisi.

Circa poi il Monastero di Santa Chiara in Assisi, questo resta sotto la dipendenza dell'Ordine per quanto riguarda il regime interno dello stesso, mentre l'Ordinario del luogo

http://www.obrascatolicas.com

eserciterà la sua giurisdizione sulla Basilica annessa, a norma del diritto.

Profitto volentieri dell'incontro per confermarmi della Paternità Vostra Reverendissima devotissimo nel Signore.— I. Card. ANTONIUTI, *Pref.*

* Vicario Gen. O. F. M., Prot. N. 7405/66: AOFM 85 (1966) 425.

3453

1966 IUN 21.-PAULUS VI, CONST. AAS 59 (1967) 201-203

OCEANIAE MERIDIONALIS

IN INSULIS OCEANIAE MERIDIONALIS SACRA HIERARCHIA CONSTITUITUR

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Prophetarum voces, qui pronuntiaverunt fore ut regnum Dei, quod est Ecclesia, tam late fines proferret, ut mundum universum impleret (cfr. *Dan.*, 2, 44), iam omnino evenisse sive id ostendit, quod vera Dei religio Christique nomen apud omnes fere populos et gentes summam habeant venerationem, sive quod cotidie, in fermenti similitudinem, quod populorum massam insita virtute pervadit, felicissime progressus faciunt. Quod cum laeto exitu etiam in Insulis Oceaniae Meridionalis factum esset, tum nempe adorando Spiritu urgente populos, tum Missionariis laborem ac studium impendentibus, visum est rem fieri maxime cum Ecclesiae bono congruentem, si ibi loci episcopalis Hierarchia constitueretur. Qua re, ante explorato quid de hoc negotio iudicarent venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositi, quaeve sententia esset venerabilis Fratris Dominici Enrici, Archiepiscopi titulo Ancusensis inque Australia, Nova Zelandia et Oceania Apostolici Delegati, auctoritate Nostra haec statuimus. In Insulis Oceaniae Meridionalis ita *sacram Hierarchiam* condimus, ut tres provinciae existent ecclesiasticae atque duae dioeceses, ut statim describuntur. Prima provincia ecclesiastica erit *Numeana*, quae constabit: metropolitana Ecclesia Numeana (antea Vicariatu Apostolico Novae Caledoniae), cuius cathedrale templum erit S. Iosepho, Sponso Beatae Mariae Virginis, dicatum; item suffraganeis dioecesibus Portus Vilensis (antea Vicariatu Apostolico Insularum Novarum Ebridarum), cuius cathedrale templum erit sacratissimo Cordi Iesu dicatum; Uallisiensi et Futunensi (antea Vicariatu Apostolico Insularum Vallis et Futuna), cuius cathedrale templum erit quod in Insula vulgo Wallis Dominae Nostrae Reginae Pacis dicatum est; quod autem in Insula vulgo Futuna
202 S. Iosepho, Sponso B. M. V., consecratum est, id conca-/ thedrale erit. Altera provincia ecclesiastica *Suvana* erit, constabitque eadem metropolitana Ecclesia Suvana (antea Vicariatu Apostolico Insularum Fidgis), cuius cathedrale templum sacratissimo Cordi Iesu dicatum erit; simulque suffraganeis dioecesibus: Apiana, quae fuit antea Vicariatus Apostolicus Insularum Samoa et Tokelau, cuiusque templum cathedrale sacrum erit Beatae Mariae Virgini nulla labe conceptae; Tarauana, quae fuit hactenus Vicariatus Apostolicus Insularum Gilbertinarum, cuiusque cathedrale templum erit sacratissimo Cordi Iesu consecratum. Tertia provincia ecclesiastica *Papeetensis* cognominabitur, atque coalescet sequentibus Ecclesiis: metropolitana ipsa Papeetensi, antehac Vicariatu Apostolico Insularum Tahiti, cuius sacra cathedralis aedes Beatae Mariae Virgini Immaculatae dicabitur, atque dioecesi Talohaëna, adhuc Vicariatu Apostolico Insularum Marchesi, cuius templum cathedrale ad praesens beato Iosepho, Sponso B. M. V. dicabitur, in posterum, cum scilicet aptius erit, Dominae Nostrae Custodi, seu ut dicunt, de Guardia. Praeterea has duas dioeceses condimus: Rarotonganam, ex eo qui fuit Vicariatus Apostolicus Insularum de Cook; erit autem suffraganea metropolitanae Sedi Vellingtonensi et templum cathedrale habebit S. Iosepho, Sponso B. M. V. consecratum; atque Tonganam, quae fuit hactenus Apostolicus Vicariatus Insularum Tonga et Niue. Huius cathedrale templum erit Immaculatae Conceptioni B. M. V. sacrum, atque dioecesis recto Sanctae Sedi subiicietur.

Censemus insuper ut circumscriptiones hae omnes Sacrae Congregationis Propagandae Fidei iuris dictioni obnoxiae maneant, atque earum Praesules, seu qui adhuc Vicariatibus Apostolicis praefuerunt, conditis dioecesibus praeponantur, titularibus Sedibus liberati. Ac proinde, ut

venerabilis Frater Petrus Martin ab Ecclesia titulo Sellnusiensi ad cathedralem Sedem metropolitanam Numeanam transferatur; venerabilis Frater Ludovicus Julliard ab Ecclesia titulo Vulturiensi, ad Portus Vilensis; venerabilis Frater Michaël Darmancier ab Ecclesia Auguritensi, ad Uallisiensem et Futunensem. In provincia ecclesiastica Suvana, ut venerabilis Frater Victor Foley ab Ecclesia titulo Petinessensi transferatur ad Sedem metropolitanam Suvanam; venerabilis Frater Georgius Pearce ab Ecclesia titulo Attalensi in Pamphylia, ad Apianam; venerabilis Frater Petrus Guichet ab Ecclesia titulo Stectorena, ad Tarauanam. In provincia denique Papeetensi, ut venerabilis Frater Paulus Mazé ab Ecclesia titulo Ascalonitana, ad metropolitanam Sedem Papeetensem transferatur; venerabilis Frater Ludovicus Tirilly ab Ecclesia titulo Buthrotia, ad Taiohaënam. Praeterea, venerabilem Fratrem Hen/ricum 203
de Cocq a Sede titulo Aquensi in Byzacena ad cathedralem Ecclesiam Rarotonganam transferimus; venerabilem vero Fratrem Ioannem Rodgers a Sede titulo Sbidensi ad cathedralem Ecclesiam Tonganam. Sed haec hactenus. Antequam autem his Litteris Nostris finem imponamus, monemus esse quidem omnes sacros Antistites, qui ad cathedrales Sedes translati sunt, ab iteranda fidei professione exemptos; teneri vero singulos ad ius iurandum fidelitatis erga Nos dandum teste aliquo Episcopo qui sit Nobiscum sincera caritate coniunctus. Statuimus etiam ut hae Litterae Nostrae singulorum Praesulum cura in cathedralibus templis perlegantur, tum clero tum populo, diem festum de praecepto celebrantibus, post eas acceptas. Ceterum has Litteras Nostras ad exitum deducet venerabilis Frater Dominicus Enrici, quem memoravimus, vel quem ipse delegaverit. Re vero acta, documenta exarentur, eorumque fide digna exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et vicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio.—Iacobus A. Card. COPELLO, *S. R. E. Cancellarius.* Gregorius P. Card. AGAGIANIAN, *S. Congr. de Prop. Fide Praef.* Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens.* Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost. Decanus.* Ioannes Calleri, *Proton. Apost.*

3454

1966 IUL 11.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 58 (1966) 649-655

Allocutio diei 11 *iul.* 1966 *iis qui interfuerunt Coetui v. d. «Simposio» a theologis doctisque viris habito de originali peccato:*

CIRCA PRINCIPIA ET CRITERIA QUIBUS DOGMA DE PECCATO ORIGINALI DEBET HODIE PROPONI ET INVESTIGARI

Siamo particolarmente lieti, dilettissimi figli, di salutare oggi in voi i partecipanti al Simposio sul peccato originale, e vi esprimiamo la Nostra viva e profonda gratitudine per aver accolto prontamente e generosamente il Nostro invito a porre in collaborazione le vostre energie intellettuali allo scopo di far maggior luce su di uno dei misteri fon/damen- 650
tali della nostra fede cattolica. Infatti, come ha giustamente osservato il caro P. Dhanis, organizzatore e direttore del Simposio, nell'amabile e devoto indirizzo che Ci ha rivolto anche a nome vostro, il mistero del peccato originale ha nessi strettissimi col mistero del Verbo Incarnato, salvatore del genere umano, con la sua passione, morte e gloriosa resurrezione, e quindi anche col messaggio di salvezza affidato alla Chiesa Cattolica. In realtà, a che altro mira l'azione pastorale della Chiesa se non alla redenzione dell'umana natura, che, mirabilmente creata da Dio onnipotente in Adamo e in lui miseramente caduta, è stata dal misericordioso Iddio, per la grazia dell'unico

Mediatore Gesù Cristo, ancor più mirabilmente ricreata e rigenerata alla vita divina?

Non vi è ignoto, dilettissimi figli, che il dogma del peccato originale, come non fu estraneo agli Schemi di Costituzioni del Concilio Vaticano II, accolti dal Nostro Predecessore, Giovanni XXIII di s. m., così non lo è stato agli Atti del ventunesimo Concilio Ecumenico.

Infatti, nello *Schema Constitutionis dogmaticae de depositio Fidei pure custodiendo*, fu inserito un capitolo, l'ottavo, che tratta *De peccato originali in filiis Adae*. Questo schema, però, per ragioni a voi note, non ha fatto parte del programma definitivo delle discussioni e deliberazioni conciliari. Tuttavia, anche se con formulazioni più brevi e in occasione di altre Costituzioni, la dottrina cattolica sul peccato originale è stata riaffermata nel Concilio Vaticano II, specialmente in connessione con l'argomento principale del medesimo, ch'è stato il *mistero della Chiesa*.

Così, nella Costituzione dogmatica *Lumen gentium*, in piena consonanza con la divina rivelazione ed il magistero dei precedenti Concili di Cartagine, di Orange e di Trento, si insegnano chiaramente il fatto e l'universalità del peccato originale, come pure l'intima natura dello stato dal quale l'umanità decadde per colpa di Adamo: «Aeternus Pater, liberrimo et arcano sapientiae ac bonitatis suae consilio, mundum universum creavit, homines ad participandam vitam divinam elevare decrevit, eosque lapsos in Adamo non dereliquit, semper eis auxilia ad salutem praebens, intuitu Christi Redemptoris, qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae» [1].

Era logico che un riferimento, ed ancor più esteso, al
651 dogma del / peccato originale dovesse essere fatto nella Costituzione pastorale *Gaudium et spes*, nella quali il Concilio ha affrontato ed ampiamente svolto il tanto atteso, importantissimo argomento, *de Ecclesia in mundo huius temporis*. Nessuna meraviglia, quindi, che il documento, parlando nella sua parte introduttiva delle condizioni dell'uomo nel mondo contemporaneo, rilevi le tristi conseguenze del peccato originale, in termini vivi ed efficaci denunziate già dall'Apostolo nella Lettera ai Romani, benché il Concilio, sull'esempio di S. Paolo stesso, non presenti il peccato originale come l'unica fonte del male nell'umanità. Leggesi, infatti, nella Costituzione: «Revera inaequilibria quibus laborat mundus hodiernus, cum inaequilibrio illo fundamentaliori connectuntur, quod in hominis corde radicatur. In ipso enim homine plura elementa sibi invicem oppugnant. Unde in seipso divisionem patitur, ex qua etiam tot ac tantae discordiae in societate oriuntur [2]. In termini espliciti, la stessa Costituzione nel capitolo I [3], richiamandosi tacitamente al Genesi [4] e alla dottrina del Concilio di Trento, addita nel peccato del primo uomo la principale sorgente del disordine morale esistente dell'umanità, dichiarando: «In iustitia a Deo constitutus, homo tamen, suadente Maligno, inde ab exordio historiae, libertate sua abusus est, seipsum contra Deum erigens et finem suum extra Deum attingere cupiens» [5].

Finalmente, nell'intento di sollevare in alto i cuori degli uomini ed accendere le loro speranze, il Concilio addita loro, con S. Paolo, nella figura di Cristo Salvatore, fondatore della Chiesa, il nuovo Adamo, dalla cui luce trae conferma ed illustrazione quanto è avvenuto nel primo Adamo, e continua a verificarsi nella sua progenie. «Reapse —si legge nel nostro documento— nonnisi in mysterio Verbi incarnati mysterium hominis vere clarescit. Adam enim, primus homo, erat figura futuri [6], scilicet Christi Domini. Christus, novissimus Adam, in ipsa revelatione mysterii Patris Eiusque amoris, hominem ipsum homini plene manifestat eique altissimam eius vocationem patefacit. Nil igitur mirum in Eo praedictas veritates suum invenire fontem atque attingere fastigium... Tale et tantum est hominis mysterium, quod per Revelationem christianam
652 credentibus illucescit. Per Christum et in / Christo igitur illuminatur aenigma doloris et mortis, quod extra Eius Evangelium nos obruit» [7].

Come appare chiaro da questi testi, che abbiamo creduto opportuno di richiamare alla vostra attenzione, il Concilio Vaticano II non ha mirato ad approfondire e completare la dottrina cattolica sul peccato originale, già sufficientemente dichiarata e definita, come dicevamo, nei Concili di Cartagine [8], d'Orange [9] e di Trento [10]. Esso ha voluto soltanto confermarla ed applicarla secondo che richiedevano i suoi scopi, prevalentemente pastorali.

[1] *Col.* 1, 15; Const. dogm. *Lumen gentium*, c. I, n. 2; *A. A. S.* LVII, 1965 pp. 5-6 [LE 3232]. [2] *Exp. intr.*, n. 10. [3] *De humanae personae dignitate.* [4] c. 3. [5] c. I, n. 13. [6] *Rom.* 5, 14. [7] c. I, n. 22. [8] a. 418. [9] a. 1546, [10] a. 529.

Ben diverso, invece, è il compito che si propone il vostro Simposio di esegeti e di teologi particolarmente versati in materia. Come appare dall'elenco delle relazioni, che con gesto di filiale ossequio avete voluto sottoporre alla Nostra considerazione, a fine di riceverne una parola di consenso e di direttiva, voi, dilettissimi figli, vi proponete di fare il punto, come si suol dire, sullo stato attuale dell'esegesi e della teologia cattolica a riguardo del dogma del peccato originale, con speciale riferimento ai risultati delle scienze naturali moderne, quali l'antropologia e la paleontologia. Frutto di questa vostra indagine comparativa, dovrebbero essere una definizione e una presentazione del peccato originale, che fossero più moderne, cioè più soddisfacenti le esigenze della fede e della ragione, quali sono sentite e manifestate dagli uomini della nostra epoca.

Ebbene, Noi lodiamo altamente questo vostro magnanimo proposito e ne auspichiamo copiosi frutti, sia anzitutto per il progresso della scienza ecclesiastica, sia, principalmente, per la maggiore efficacia della attività pastorale della Chiesa, essendo pienamente persuasi che Vescovi e sacerdoti non possono degnamente adempiere la loro missione di illuminazione e di salvezza del mondo moderno, se non sono in grado di presentare, difendere ed illustrare le verità della fede divina con concetti e parole più comprensibili alle menti formate alla odierna cultura filosofica e scientifica. E qui torna spontaneo il richiamo all'avvertimento dato dal Nostro Predecessore nella memorabile allocuzione, con la quale inaugurò il XXI Concilio Ecumenico. «Oportet —osservava molto sapientemente Giovanni XXIII— ut quemadmodum cuncti sinceri rei christianae, catholicae, apostolicae fautores vehementer / 653
exoptant, eadem doctrina amplius et altius cognoscatur eaque plenius animi imbuantur atque formentur; oportet ut haec doctrina certa et immutabilis, cui fidele obsequium est praestandum, ea ratione pervestigetur et exponatur, quam tempora postulant nostra. Est enim aliud ipsum depositum Fidei, seu veritates, quae veneranda doctrina nostra continentur, aliud modus quo eaedem enuntiantur, eodem tamen sensu eademque sententia» [11].

È concessa, dunque, agli esegeti e ai teologi cattolici tutta quella libertà di ricerca e di giudizio, ch'è richiesta dall'indole scientifica dei loro studi e dal fine pastorale della salvezza delle anime, cui deve mirare, come a scopo supremo, ogni attività in seno alla Chiesa. Vi sono, però, dei limiti, che l'esegeta, il teologo, lo scienziato, che vogliano veramente salvaguardare ed illuminare la propria fede e quella degli altri cattolici, non possono e non devono imprudentemente oltrepassare. Questi limiti sono segnati dal Magistero vivo della Chiesa, ch'è norma prossima di verità per tutti i fedeli, come Noi stessi abbiamo ricordato nell'Enciclica *Mysterium Fidei*. In questa, infatti, denunziando alcune spiegazioni del dogma della Transustanziazione che turbavano gli animi dei fedeli, abbiamo riprovata un'eccessiva libertà nella interpretazione dei dogmi della religione cristiana: «Quasi cuique doctrinam semel ab Ecclesia definitam in oblivione adducere liceat aut eam ita interpretari ut genuina verborum significatio, seu probata conceptuum vis extenuetur» [12].

Abbiate, perciò, figli dilettissimi, sempre presenti nelle vostre discussioni e conclusioni i principii della sana esegesi cattolica, enunziati più volte dai Nostri più prossimi Predecessori e di recente confermati nella Costituzione dogmatica *Dei Verbum*, che tratta della divina rivelazione. Stando a questi principii, esiste un nesso intimo e imprescindibile tra la Sacra Tradizione, la Sacra Scrittura e il Magistero della Chiesa, così che il Concilio ha potuto concludere il capitolo II, riguardante la trasmissione della divina rivelazione, affermando: «Patet igitur Sacram Traditionem, Sacram Scripturam et Ecclesiae Magisterium, iuxta sapientissimum Dei consilium, ita inter se connecti et consociari, ut unum sine aliis non consistat, omniaque simul, singula suo modo sub actione unius Spiritus Sancti, ad animarum salutem efficaciter conferant» [13]. / 654

Convinti, pertanto, che la dottrina del peccato originale, sia quanto alla sua esistenza ed universalità, sia quanto alla sua indole di vero peccato anche nei discendenti di Adamo e alle sue tristi conseguenze per l'anima e per il corpo, è una verità rivelata da Dio in vari passi dei Libri dell'Antico e del Nuovo Testamento, ma specialmente nei testi a voi notissimi del *Genesi* 3, 1-20 e della *Lettera ai Romani*, 5, 12-19, abbiate somma cura, nell'approfondire e precisare il senso dei testi biblici, di attenervi alle norme impreteribili, che saturiscono dalla *analogia fidei*, dalle

[11] *A. A. S.* LIV,1 962, p. 792 [LE 3083]. [12] *A. A. S.* LVII, 1965, p. 755 [LE 3316]. [13] c. II, n. 10.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
CLEVELAND, OHIO
http://www.obrascatolicas.com

dichiarazioni e definizioni dei Concili sopra ricordati, dai documenti emanati dalla Sede Apostolica. In tal modo voi sarete sicuri di rispettare: «id quod Ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit», cioè il *senso* della Chiesa universale, docente e discente, che i Padri del secondo Concilio di Cartagine, che si occupò del peccato originale, contro i Pelagiani, considerarono «regulam fidei» [14].

È evidente, perciò, che vi sembreranno inconciliabili con la genuina dottrina cattolica le spiegazioni che del peccato originale dànno alcuni autori moderni, i quali, partendo dal presupposto, che non è stato dimostrato, del *poligenismo*, negano, più o meno chiaramente, che il peccato, donde è derivata tanta colluvie di mali nell'umanità, sia stato anzitutto la disobbedienza di Adamo «primo uomo», figura di quello futuro [15], commessa all'inizio della storia. Per conseguenza, tali spiegazioni neppur s'accordano con l'insegnamento della Sacra Scrittura, della Sacra Tradizione e del Magistero della Chiesa, secondo il quale il peccato del primo uomo è trasmesso a tutti i suoi discendenti non per via d'imitazione ma di propagazione, «inest unicuique proprium», ed è «mors animae», cioè privazione e non semplice carenza di santità e di giustizia anche nei bambini appena nati [16].

Ma anche la teoria dell'*evoluzionismo* non vi sembrerà accettabile qualora non si accordi decisamente con la creazione immediata di tutte e singole anime umane da Dio, e non ritenga decisiva l'importanza che per le sorti dell'umanità ha avuto la disobbedienza di Adamo, protoparente universale [17]. La quale disobbedienza non dovrà pensarsi come se non avesse fatto perdere ad Adamo la santità
655 e giustizia in cui fu costituito [18]. /

Queste sono, figli dilettissimi, le riflessioni e le esortazioni che abbiamo creduto opportuno di rivolgervi all'inizio del vostro Simposio. Nella luce dell'universale Salvatore, promesso a conforto e speranza dei progenitori subito dopo il loro fallo, voi indagherete l'abisso di umana malizia scavato dal peccato originale, che ha avuto in Gesù Christo il suo trionfale riparatore, poiché: *ubi abundavit delictum, superabundavit gratia per Iesum Christum Dominum nostrum* [19].

Anche a riguardo dell'argomento, cui state per applicare le vostre menti, si verifichi quanto ha affermato il Concilio Vaticano I: «ratio, fide illustrata, cum sedulo, pie et sobrie quaerit, aliquam Deo dante mysteriorum intelligentiam eamque fructuosissimam assequitur» [20].

Nella fiduciosa attesa che le conclusioni del vostro Simposio Ci siano di valido aiuto nel disimpegno del Nostro ministero di supremo custode ed interprete della comune fede, vi impartiamo, ad auspicio di celesti lumi, la Nostra Apostolica Benedizione.

[14] can. 2. [15] Conc. Vat. II. Const. *Gaudium et spes*, n. 22; cfr. anche n. 13 [LE 3366]. [16] Cfr. *Conc. Trid.*, sess. V, can. 2-3. [17] Cfr. *Conc. Trid.*, sess. V, can. 2. [18] Cfr. *Conc. Trid.*, sess. V, can. 1. [19] *Rom.* 5, 20-21. [20] Sess. III; cap. 4.

3455

1966 IUL 12.-SC CONCILII, RESPONSUM. PART.*

CIRCA PRIVILEGIA ET DISPENSATIONES A LEGE IEIUNII ET ABSTINENTIAE NON AMPLIUS IN POSTERUM CONCEDENDAS

DUBIA—1. Supuesto que con fecha 3 de febrero de 1966, la Sagrada Congregación del Concilio prorrogó por cinco años la facultad de dispensar a los súbditos de la Jurisdicción Castrense de la obligación del ayuno y abstinencia. 2. Supuesto que esta concesión viene disfrutándose desde el 12 de mayo de 1646. 3. Pero la Constitución *Paenitemini* de 17 de febrero de 1966 [LE 3412] dice en su número 5: «Quedan abrogados todos los privilegios e indultos, generales y particulares», por lo que surge la duda sobre la vigencia de la citada concesión al Ejército español.

El Vicario General Castrense que suscribe, suplica a Vuestra Santidad, se digne aclarar auténticamente dichas dudas, y en caso de abrogación, otorgue nueva concesión habida cuenta de...

RESP.—*a)* En cuanto a la duda de si la *Paenitemini* abrogó la dispensa concedida en esta materia, se responde *en sentido afirmativo.*

b) En cuanto a la petición de nuevas dispensas, la Sagrada Congregación recuerda e intenta formar las conciencias en el sentido de que no puede existir dispensa en lo que atañe a la ley divina de la penitencia, enunciada en el artículo primero de la Constitución.

Si se trata de la ley eclesiástica —como es obvio en la petición del Vicario General Castrense—, la Sagrada Congregación responde: «En lo que se refiere a relajar la ley eclesiástica positiva de la abstinencia y ayuno, deseo comunicar a Su Excelencia que este Sagrado Dicasterio no concederá ya la dispensa como antes.» (Non amplius concedere dispensationem ut antea.)

c) Si existen razones especiales, conmútese la obligación por obras de penitencia, caridad o piedad, según la mente de la Constitución.—P. PASSINI, *Secretario.* H. Crovella, *Subsec.*

* Vicario Castrensi Hispaniarum: Ilustración del clero 59 (1966) 456-457.

3456

1966 IUL 24.-SC DOCT. FIDEI, EP. AAS 58 (1966) 659-661

EPISTULA AD VENERABILES PRAESULES CONFERENTIARUM EPISCOPALIUM ET AD SUPERIORES RELIGIONUM: DE NONNULLIS ERRORIBUS EX FALSA INTERPRETATIONE DOCUMENTORUM CONC. VATICANI II INSURGENTIBUS *

Cum Oecumenicum Concilium Vaticanum II, nuper feliciter absolutum, sapientissima documenta promulgaverit, sive in re doctrinali, sive in re disciplinari, ad Ecclesiae vitam efficaciter promovendam, grave populo Dei universo incumbit onus, nempe omni nisu satagendi ut ad actum perducatur quidquid, Spiritu Sancto afflante, in amplissimo illo Episcoporum coetu, Praesidente Summo Pontifice, sollemniter propositum vel decretum fuit.

Ad Hierarchiam vero spectat ius et officium vigilandi, dirigendi, promovendi renovationis motum a Concilio inchoatum, ita ut eiusdem Concilii Documenta et Decreta rectam interpretationem accipiant et ad effectum deducantur secundum propriam ipsorum vim et mentem adamussim servatam. Haec enim doctrina ab Episcopis est tuenda, quippe qui sub Petro capite munere auctoritative docendi pollent. Laudabiliter vero multi Pastores Concilii doctrinam apte explicandam iam susceperunt.

Dolendum attamen est ex variis partibus nuntios non faustos pervenisse de abusibus in doctrina Concilii interpretanda invalescentibus, necnon de peregrinis et audacibus opinionibus hic illic insurgentibus quae plurium fidelium animos non parum perturbant. Laudanda sunt studia et conamina ad veritatem penitius investigandam, probe distin/guendo inter id quod est credendum et id quod est 660
opinabile; at ex documentis ab hac Sacra Congregatione examinatis constat de non paucis sententiis quae limites simplicis opinionis vel hypotheseos facile praetergredientes ipsum dogma et fidei fundamenta aliquatenus afficere videntur.

Aliquot ex istis sententiis et erroribus, per modum exempli, expedit tangere prout ex relationibus virorum doctorum necnon ex editis scriptis innotescunt.

1) Imprimis occurrit ipsa Sacra Revelatio: sunt etenim qui ad Sacram Scripturam recurrunt Traditione consulto sepposita, sed Biblicae inspirationis et inerrantiae ambitum et vim coartant et de historicorum textuum valore non recte sentiunt.

2) Quod autem attinet ad doctrinam Fidei, formulae dogmaticae dicuntur ita historicae evolutioni subesse ut etiam ipsarum sensus obiectivus mutationi obnoxius sit.

3) Magisterium ordinarium Ecclesiae, praesertim Romani Pontificis ita interdum negligitur et parvipenditur, ut ad regionem rerum opinabilium fere relegetur.

4) Veritatem obiectivam absolutam, firmam et immutabilem, quidam fere non agnoscunt omniaque cuidam relativismo obnoxia faciunt, et quidem ea fucata ratione secundum quam veritas quaecumque rythmum evolutionis conscientiae et historiae necessario sequatur.

5) Ipsa D. N. Iesu Christi adorabilis Persona impetitur, cum in recogitanda christologia tales de natura et persona conceptus adhibeantur qui cum dogmaticis definitionibus vix componi possunt. Serpit quidam humanismus christologicus ob quem Christus ad condicionem simplicis hominis

* Has litteras edendi nobis licentia facta est, ut earum genuinus tenor innotescat, quia folia quaedam diurna, quamvis earumdem litterarum natura omnimodam discretionem postularet, partes nonnullas textus publici iuris facere non dubitaverunt, non tamen servata propria documenti indole. Ita factum est ut circa ea quae reapse in litteris continentur et circa finem per eas a Sancta Sede intentum dubia exorirentur. (N. R.) [AAS].

reducitur, qui sensim suae divinae Filiationis conscientiam acquisierit. Eius virginalis conceptio, miracula, ipsa Resurrectio verbotenus conceduntur sed reapse ad merum ordinem naturalem reducuntur.

6) Itidem in Sacramentorum theologica tractatione quaedam elementa vel ignorantur vel non sufficienter attenduntur, maxime quod ad Ssmam Eucharistiam attinet. De praesentia reali Christi sub speciebus panis et vini non desunt qui disputent exaggerato symbolismo faventes perinde ac si panis et vinum non per transubstantiationem converterentur in Corpus et Sanguinem D. N. Iesu Christi, sed mere transferrentur ad quamdam significationem. Sunt etiam qui conceptum *agapes* quoad Missam plus aequo urgent prae idea Sacrificii.

7) Sacramentum Paenitentiae quidam explicare malunt
661 tamquam / medium reconciliationis cum Ecclesia, non satisfaciens exprimendo reconciliationem cum ipso Deo offenso. Contendunt etiam huic Sacramento celebrando necessariam non esse personalem confessionem peccatorum, sed solam functionem socialem reconciliationis cum Ecclesia exprimere satagunt.

8) Nec desunt qui doctrinam Concilii Tridentini de peccato originali vel parvipendunt vel ita commentantur ut originalis culpa Adami et ipsius peccati transmissio saltem obfuscentur.

9) Nec minores circumferuntur errores in ambitu theologiae moralis. Etenim non pauci obiectivam rationem moralitatis reicere audent; alii legem naturalem non accipiunt, asserunt vero legitimitatem *moralis situationis* quam dicunt. Perniciosae opiniones propagantur de moralitate ac responsabilitate in re sexuali et matrimoniali.

10) His omnibus addenda est nota de Oecumenismo. Laudat profecto Sedes Apostolica eos qui in spiritu Decreti Conciliaris de oecumenismo incepta promovent ad caritatem cum seiunctis fratribus fovendam eosque ad unitatem Ecclesiae attrahendos, sed dolet non deesse qui Decretum Conciliare suo modo interpretantes talem actionem oecumenicam urgent quae veritatem offendat de Fidei et Ecclesiae unitate, favendo periculoso irenismo et indifferentismo, quod quidem a mente Concilii omnino alienum est.

Huiusmodi errores et pericula, singula quidem hic illic sparguntur, summaria vero synthesi collecta hac epistola locorum Ordinariis exhibentur, ut pro suo quisque munere et officio satagat ad ea compescenda vel praecavenda.

Enixe autem hoc Sacrum Dicasterium rogat ut iidem locorum Ordinarii in propriis Conferentiis Episcopalibus adunati de illis agant et ad Sanctam Sedem opportune referant suaque pandant consilia ante festum Nativitatis D. N. I. Ch. anni currentis.

Has Litteras quas publici iuris fieri patens ratio prudentiae vetat, Ordinarii aliique quibuscum ipsi eas communicare iusta de causa censuerint, sub stricto secreto tegant.

Roma, 24 iulii 1966.—A. Card. OTTAVIANI.

Adn. AOFMCap 82 (1966) 377; Nuntius 1 (1967) 20.

3457

1966 AUG 6.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 58 (1966) 757-787

NORMAE AD QUAEDAM EXSEQUENDA SS. CONCILII VATICANI II DECRETA STATUUNTUR

PAULUS PP. VI

Ecclesiae Sanctae regimen sane postulat, ut, post celebratum Oecumenicum Concilium Vaticanum II, novae condantur normae novaeque rerum temperationes statuantur, quae necessitatibus ab ipso inductis respondeant, atque magis magisque accommodentur novis apostolatus finibus ac provinciis, quae eiusdem Concilii opera Ecclesiae patuerunt in mundo huius temporis, qui, valde commutatus, radianti lumine eget ac super naturalem caritatis ardorem desiderat.

Quam ob rem, hisce ducto consiliis, ubi primum Oecumenica Synodus ad exitum pervenit, studiorum Commissiones constituimus, quae doctrinam ac rerum usum pro sua parte in id conferrent, ut certae definirentur normae ad Concilii Decreta exsequenda, quibus quaedam legis vacatio iam data erat. Huiusmodi Commissiones, sicut Litteris motu proprio datis die x superioris mensis Iunii, a verbis incipientibus *Munus Apostolicum* [LE 3444], libentes scripsimus, in commissum officium sedulo incubuerunt, Nobisque suas conclusiones tempore constituto fecerunt notas.

Quas cum attento animo consideraverimus, censemus tempus nunc esse commemoratas normas edi. Attamen, cum de materia agatur ad disciplinam pertinente, de qua rerum experientia plura adhuc suggerere potest, cumque ceterum propria Commissio operam det Codici Iuris Canonici recognoscendo atque emendando, in quo universae Ecclesiae leges ratione magis congruente, accommoda atque definita simul ordinabuntur, Nos sapienter prudenterque facturos esse putamus, si hasce normas *ad experimentum* ediderimus.

Hoc autem temporis intervallo, Episcoporum Conferentiis fas erit suas animadversiones notationesque Nobiscum communicare, quas normarum exsecutio forte faciendas suaserit, novaque consilia Nobis proponere. / 758

Itaque, re mature perpensa, motu proprio atque apostolica Nostra auctoritate normas, quae sequuntur, ad exsequenda Concilii Decreta a verbis incipientia: *Christus Dominus* (de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia), *Presbyterorum Ordinis* (de Presbyterorum ministerio et vita), *Perfectae caritatis* (de accommodata renovatione vitae religiosae) et *Ad gentes divinitus* (de activitate missionali Ecclesiae) decernimus ac promulgamus, easque ad experimentum observari praecipimus, scilicet donec novus Iuris Canonici Codex promulgetur, nisi interdum ab Apostolica Sede aliter providendum sit.

Eaedem normae vigere incipient die XI proximi mensis octobris, quo die, Maternitati B. M. V. sacro, quattuor abhinc annos, Sacrosanctum Concilium a Decessore Nostro Ioanne XXIII ven. mem. sollemniter inauguratum est.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VI mensis Augusti, in festo Transfigurationis D. N. I. C., anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri quarto.—PAULUS PP. VI.

I

NORMAE AD EXSEQUENDA DECRETA SS. CONCILII VATICANI II «CHRISTUS DOMINUS» ET «PRESBYTERORUM ORDINIS»

Episcopale officium, quod Sacrosanctum Concilium Vaticanum II in Constitutione dogmatica *Lumen gentium* [LE 3232] et in Decreto *Christus Dominus* [LE 3332] in clariore luce posuit, in aedificationem Mystici Corporis Christi, quod est Ecclesia, divinitus institutum est.

Huius rei causa Sacri Pastores munus suum docendi, sanctificandi atque pascendi Populum Dei diuturna cura adimplere tenentur tum sollicitudinem omnium Ecclesiarum generose cum Romano Pontifice participantes, tum recto dioecesium sibi commissarum regimini impensius providentes, tum denique in commune plurium Ecclesiarum bonum actuose una operantes. / 759

In regimine autem dioecesium sibi commissarum Episcopi necessarios adiutores et consiliarios habent in primis Presbyteros, quos ideo libenter audire, immo consulere velint, firma semper in omnibus eorundem Episcoporum potestate libere agendi, rationes et normas statuendi legesque ferendi iuxta officii sui conscientiam atque regiminis Ecclesiae principia (cfr. Const. dogm. *Lumen gentium*, N. 27)

Quo facilius igitur et aptius Episcopi suum pastorale munus exercere valeant atque efficacius ad effectum deducantur principia, quae sive in Decreto *Christus Dominus* sive in Decreto *Presbyterorum Ordinis* [LE 3365] a Sacrosancto Concilio sollemniter adprobata sunt, hae quae sequuntur normae statuuntur.

CLERI DISTRIBUTIO ET SUBSIDIA DIOECESIBUS PRAESTANDA (N. 6 Decr. *Christus Dominus* et N. 10 Decr. *Presbyterorum Ordinis*)

1. Instituetur, si opportunum videatur, apud Sedem Apostolicam peculiare Consilium, cuius erit generalia tradere principia, quibus regatur aptior, attentis variarum Ecclesiarum necessitatibus, cleri distributio.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
http://www.obrascatolicas.com

2. Synodorum Patriarchalium et Episcopalium Conferentiarum erit, attentis Apostolicae Sedis praescriptis, ordinationes statuere et normas pro Episcopis edere, ut apta obtineatur cleri, tum proprii territorii, tum ex aliis regionibus advenientis, distributio, qua nempe necessitatibus omnium dioecesium proprii territorii provideatur, atque etiam bono Ecclesiarum in terris Missionum et in Nationibus cleri penuria laborantibus prospiciatur. Apud quamlibet Episcoporum Conferentiam igitur constituatur Commissio, cuius erit necessitates variarum dioecesium territorii atque etiam earum possibilitates de proprio clero cedendi aliis Ecclesiis indagare, ad exsecutionem adducere conclusiones a Conferentiis definitas et probatas easque ad Episcopos territorii perferre, cleri distributionem respicientes.

3. Ut transitus clericorum ab una ad aliam dioecesim facilior reddatur —firmo manente incardinationis et excardinationis instituto, utique novis adiunctis aptando—, haec servanda statuuntur:

§ 1. Clerici in Seminariis ita instituantur, ut non tantum dioecesis, in cuius servitium ordinantur, sed universae Ecclesiae quoque sollicitudinem habeant, utque, de licentia proprii Episcopi, paratos se exhibeant qui Ecclesiis particularibus, quarum gravis urget necessitas, sese
760 devoveant; /

§ 2. Extra casum verae necessitatis propriae dioecesis, Ordinarii seu Hierarchae ne denegent licentiam emigrandi clericis, quos paratos sciant atque aptos aestiment qui regiones petant gravi cleri inopia laborantes, ibidem sacrum ministerium peracturi; curent vero, ut per conventionem scriptam cum Ordinario loci quem petunt iura et officia eorum clericorum stabiliantur;

§ 3. Curent autem iidem Ordinarii, ut clerici a propria dioecesi ad dioecesim alterius nationis transmigrare intendentes apte praeparentur ad ibidem sacrum ministerium exercendum; ut scilicet et linguae regionis scientiam acquirant, et eiusdem institutorum, condicionum socialium, usuum et consuetudinum intellegentiam habeant;

§ 4. Ordinarii licentiam ad aliam dioecesim transmigrandi concedere possunt suis clericis, ad tempus praefinitum, etiam pluries renovandum, ita tamen ut iidem clerici in propria dioecesi incardinati maneant, atque in eandem redeuntes omnibus iuribus gaudeant, quae haberent si in ea sacro ministerio addicti fuissent;

§ 5. Clericus autem qui a propria dioecesi in aliam legitime transmigraverit, huic dioecesi, transacto quinquennio, ipso iure incardinatur, si talem voluntatem in scriptis manifestaverint tum Ordinario dioecesis hospitis tum Ordinario proprio, nec horum alteruter ipsi contrariam scripto mentem intra quattuor menses significaverit.

4. Praeterea, ad peculiaria opera pastoralia vel missionaria perficienda pro variis regionibus aut coetibus socialibus, qui speciali indigent adiutorio, possunt ab Apostolica Sede utiliter erigi Praelaturae, quae constent presbyteris cleri saecularis, peculiari formatione donatis, quaeque sunt sub regimine proprii Praelati et propriis gaudent statutis.

Huius Praelati erit nationale aut internationale erigere ac dirigere Seminarium, in quo alumni apte instituantur. Eidem Praelato ius est eosdem alumnos incardinandi, eosque titulo servitii Praelaturae ad Ordines promovendi.

Praelatus prospicere debet vitae spirituali illorum, quos titulo praedicto promoverit, necnon peculiari eorum formationi continuo perficiendae, eorumque peculiari ministerio, initis conventionibus cum Ordinariis locorum ad quos sacerdotes mittuntur. Item providere debet ipsorum decorae sustentationi, cui quidem consulendum est per easdem conventiones, vel bonis ipsius Praelaturae propriis, vel aliis subsidiis idoneis. Similiter prospicere debet iis qui ob infirmam valetudinem aut alias ob causas munus sibi commissum relinquere debent.

Nihil impedit quominus laici, sive caelibes sive matrimo-
761 nio iuncti, / conventionibus cum Praelatura initis, huius operum et inceptorum servitio, sua peritia professionali, sese dedicent.

Tales Praelaturae non eriguntur, nisi auditis Conferentiis Episcoporum territorii, in quo operam suam praestabunt. In qua exercenda sedulo caveatur, ut iura Ordinariorum locorum serventur et cum iisdem Conferentiis Episcoporum arctae rationes continuo habeantur.

5. Synodis Patriarchalibus et Episcoporum Conferentiis tandem etiam competit eas de usu bonorum ecclesiasticorum opportunas statuere ordinationes, quibus, attentis

quidem imprimis ipsarum dioecesium territorii necessitatibus, dioecesibus subsidia quaedam imponuntur solvenda in favorem sive operum apostolatus vel caritatis, sive Ecclesiarum quae parvis opibus sunt praeditae aut ob peculiaria adiuncta in egestate versantur.

Potestas episcoporum dioecesanorum
(N. 8 Decr. *Christus Dominus*)

6. Normae ad exsequendum praescriptum N. 8 statutae sunt Litteris Apostolicis motu proprio datis die XV mensis iunii anno MCMLXVI, quibus a verbis *De Episcoporum muneribus* initium est [LE 3449].

Studium et scientia pastoralis fovenda
(N. 16 Decr. *Christus Dominus* et N. 19 Decr. *Presbyterorum Ordinis*)

7. Curent Episcopi aut singuli aut inter se coniuncti ut omnes Presbyteri, etiam si ministerio addicti sunt, seriem praelectionum pastoralium statim post ordinationem per annum perficiant, atque frequentent, statis temporibus, alias praelectiones, quibus ipsis Presbyteris praebeatur occasio cum ad pleniorem rationum pastoralium et scientiae theologiae, moralis et liturgicae cognitionem acquirendam, tum ad vitam spiritualem roborandam et experientias apostolicas inter se cum fratribus communicandas.

Curent etiam Episcopi vel Conferentiae Episcopales iuxta cuiusque territorii condiciones, ut eligantur unus vel plures Presbyteri probatae scientiae et virtutis, qui, tamquam studiorum moderatores, promoveant et ordinent praelectiones pastorales ceteraque subsidia, quae necessaria existimentur ad fovendam formationem scientificam et pastoralem Presbyterorum proprii territorii: centra studiis destinata, bibliothecas itinerantes, congressus de re catechetica, homiletica vel liturgica et alia huiusmodi./ 762

Aequa remuneratio presbyteris providenda et praevidentia socialis in favorem presbyterorum ordinanda
(N. 16 Decr. *Christus Dominus* et NN. 20-21 Decr. *Presbyterorum Ordinis*)

8. Curent Synodi Patriarchales et Episcoporum Conferentiae ut, sive pro singulis dioecesibus sive pro pluribus earum in communi sive pro toto territorio, normae statuantur, quibus apte consulatur debitae sustentationi omnium clericorum qui in Populi Dei servitium munere funguntur vel functi sunt. Remuneratio clericis tribuenda praecipue eadem requiritur pro omnibus in iisdem adiunctis versantibus, ratione quidem habita tum ipsius muneris naturae, tum temporum locorumque condicionum, atque sufficiens esse debet ut clerici vitam ducere valeant honestam, utque etiam valeant pauperibus adiutorio esse.

Commissioni Codici Iuris Canonici recognoscendo committitur reformatio systematis beneficialis. Interim curent Episcopi, suis auditis Consiliis presbyterorum, ut provideatur aequae distributioni bonorum, etiam redituum ex beneficiis provenientium.

Advigilent eaedem Conferentiae ut, in regionibus saltem in quibus cleri sustentatio penitus aut magna ex parte a fidelium oblationibus pendet, in singulis dioecesibus speciale institutum quod bona in hunc finem oblata colligat, habeatur, cuius administrator sit ipse Episcopus dioecesanus, cui vero auxilium praebeant sacerdotes delegati et, ubi utilitas id suadeat, etiam laici in re oeconomica periti.

Curent tandem eaedem Episcoporum Conferentiae, ut, attentis semper legibus ecclesiasticis et civilibus, in singulis nationibus habeantur sive instituta dioecesana, etiam inter se foederata, sive instituta pro variis dioecesibus simul constituta, sive consociatio pro tota natione condita, quibus, sub vigilantia sacrae Hierarchiae, satis provideatur tum congruenti cautioni et adsistentiae sanitariae, quam vocant, tum debitae sustentationi clericorum qui infirmitate, invaliditate aut senectute laborent.

Spectabit ad Codicem Iuris Canonici recognoscendum rationes definire, iuxta quas constituenda etiam sit, in singulis dioecesibus vel regionibus, alia massa communis, qua Episcopi valeant aliis obligationibus erga personas Ecclesiae deservientes satisfacere variisque dioecesis necessitatibus occurrere, quaque etiam valeant dioeceses divitiores adiuvare pauperiores. / 763

Quorundam fidelium coetuum sollicitudo
(N. 18 Decr. *Christus Dominus*)

9. Rogantur Episcoporum Conferentiae ut, attento magno hodie migrantium et peregrinantium numero, omnia quae ad studium et moderationem eorundem curae spiritualis spectant, committant sacerdoti ad hoc delegato aut speciali Commissioni ad hoc constitutae.

Episcoporum nominatio
(N. 20 Decr. *Christus Dominus*)

10. Firmo manente iure Romani Pontificis libere nominandi et instituendi Episcopos, et salva disciplina Ecclesiarum Orientalium, Conferentiae Episcopales, iuxta normas ab Apostolica Sede statutas vel statuendas, de viris ecclesiasticis ad Episcopatus officium in proprio territorio promovendis prudenti consilio sub secreto quotannis agant et candidatorum nomina Apostolicae Sedi proponant.

Episcoporum a munere renuntiatio
(N. 21 Decr. *Christus Dominus*)

11. Ut exsecutioni mandari valeat praescriptum N. 21 Decreti *Christus Dominus*, enixe rogantur omnes dioecesani Episcopi aliique ipsis iure aequiparati ut, non ultra expletum septuagesimum quintum aetatis annum, renuntiationem ab officio sua sponte exhibeant Auctoritati competenti, quae, omnibus singulorum casuum inspectis adiunctis, providebit.

Episcopus, cuius renuntiatio ab officio acceptata fuerit, habitationis sedem aliquam, si id exoptet, in ipsa dioecesi servare poterit. Ipsa ceterum dioecesis providere debet Episcopi renuntiantis congruae ac dignae sustentationi. Conferentiae Episcoporum territorii est, per modum normae generalis, determinare rationes, secundum quas dioeceses huic officio satisfacere debent.

Dioecesium circumscriptiones
(NN. 22-24 Decr. *Christus Dominus*)

12. § 1. Ut dioecesium circumscriptiones congrue recognosci possint, Conferentiae Episcopales, pro suo quaeque territorio, condita, si casus ferat, peculiari Commissione, examini subiciant praesentes Ecclesiarum divisiones territoriales. Quare oportet ut dioecesium status, quoad territorium, personas et res, rite investigetur; singuli Epi-
764 scopi, quorum / directe intersit, necnon Episcopi totius provinciae vel regionis ecclesiasticae intra cuius fines dioecesium recognitio fiat, audiantur; virorum vere peritorum, sive ecclesiasticorum, sive laicorum, auxilium pro posse adhibeatur; in natura sitae rationes, quae circumscriptiones immutare forte suadeant, aequo animo perpendantur; omnes innovationes forte introducendae, de quibus in NN. 22-23 Decreti *Christus Dominus*, proponantur; in dioecesium divisione vel dismembratione, aequa et apta presbyterorum necnon Seminarii alumnorum distributio, attentis tum necessitatibus ministerii salutis in unaquaque dioecesi exercendi, tum peculiaribus illorum conditionibus et votis, curetur.

§ 2. Pro Ecclesiis Orientalibus vero optandum est ut, in definiendis eparchiarum circumscriptionibus, ratio quoque habeatur maioris propinquitatis illorum locorum, in quibus fideles eiusdem ritus commorantur.

Episcoporum Auxiliarium facultates
(NN. 25-26 Decr. *Christus Dominus*)

13. § 1. Episcopos Auxiliares pro aliqua dioecesi constituere necesse est, quoties id exigant verae necessitates apostolatus in illa exercendi. Iamvero, pascendi dominici gregis bonum, unitas regiminis in dioecesi moderanda, condicio membri Collegii Episcopalis, qua Auxiliaris decoratur, necnon efficax cum Episcopo dioecesano cooperatio, principia constituunt praecipua prae oculis habenda, quando de potestate Episcopo Auxiliari tribuenda agitur.

§ 2. Episcopus dioecesanus debet Auxiliarem constituere aut Vicarium Generalem seu Syncellum aut Vicarium Episcopalem, ita tamen ut, quolibet in casu, ab Episcopi dioecesani auctoritate unice dependeat.

§ 3. Ut bono communi dioecesis sufficienter provideatur et Episcopi Auxiliaris dignitas in tuto collocetur, voluit Concilium suum optatum manifestare ut, sede vacante, Auxiliari vel, ubi plures sint, uni ex Auxiliaribus, ab illis quorum ius est dioecesis regimen committatur. Attamen, nisi aliud a competenti Auctoritate in casu peculiari statutum fuerit, Episcopus Auxiliaris, sede vacante, potestates et facultates non amittit quibus sede plena a iure gaudebat, tamquam Vicarius Generalis vel tamquam Vicarius Episcopalis. Tunc autem Auxiliaris, ad munus Vicarii Capitularis non electus, hac sua potestate, a iure quidem collata, usque dum novus Episcopus possessionem sedis ceperit, gaudet, plena concordia exercenda cum Vicario Capitulari, qui regimini dioecesis praeest. / 765

Vicarii Episcopales
(N. 27 Decr. *Christus Dominus*)

14. § 1. Novum officium Vicarii Episcopalis in iure ideo a Concilio conditum est, ut Episcopus novis cooperatoribus auctus, meliore quo fieri possit modo regimen pastorale dioecesis exercere valeat. Quare unum vel plures Vicarios Episcopales constituere libere Episcopi dioecesani determinationi relinquitur, iuxta peculiares loci necessitates; imo et firma manet ei facultas unum vel plures Vicarios Generales, ad normam can. 366 C. I. C., nominandi.

§ 2. Vicarii Episcopales, in determinata dioecesis parte aut in certo negotiorum genere aut quoad fideles determinati ritus seu coetus personarum, iuxta Episcopi dioecesani nominationem, potestate ordinaria vicaria gaudent, quam ius commune Vicario Generali tribuit. Quare, intra limites suae competentiae, ad eos pertinent facultates habituales ab Apostolica Sede Episcopo concessae, necnon rescriptorum exsecutio, nisi aliud expresse cautum fuerit aut electa fuerit industria personae Episcopi. Attamen Episcopo dioecesano liberum est causas quas maluerit sibi vel Vicario Generali reservare, itemque speciale mandatum, quod a iure communi pro certis negotiis praescribitur, Vicario Episcopali conferre.

§ 3. Tamquam officii episcopalis cooperator, Vicarius Episcopalis omnia, ab ipso gesta vel gerenda, Episcopo dioecesano referre debet; imo et numquam agat contra illius mentem et voluntatem. Praeterea, cum ceteris Episcopi cooperatoribus —ac praesertim cum Vicario Generali, modis ab Episcopo dioecesano statuendis— frequens colloquium instituere ne omittat, ad firmandam in clero et populo disciplinae unitatem necnon ad uberiores fructus in dioecesi obtinendos.

§ 4. Gratia a Vicario Generali vel a Vicario Episcopali denegata ab alio Vicario eiusdem Episcopi, etiam habitis a Vicario denegante denegationis rationibus, valide concedi nequit.

Praeterea, gratia a Vicario Generali seu Syncello vel a Vicario Episcopali denegata et postea, nulla facta huius denegationis mentione, ab Episcopo impetrata, invalida est; gratia autem ab Episcopo denegata nequit valide, etiam facta denegationis mentione, a Vicario Generali vel a Vicario Episcopali, non consentiente Episcopo, impetrari.

§ 5. Vicarii Episcopales, qui Episcopi Auxiliares non sint, nominantur ad tempus, in ipso constitutionis actu determinandum; possunt / tamen ad nutum Episcopi amo- 766
veri. Sede vacante, nisi sint Episcopi Auxiliares, a munere cessant; expedit tamen ut Vicarius Capitularis iis, tamquam suis delegatis, utatur, ne bonum dioecesis ullum detrimentum capiat.

Consilium Presbyterale et Consilium Pastorale
(N. 27 Decr. *Christus Dominus* et N. 7 Decr. *Presbyterorum Ordinis*)

15. Ad Consilium Presbyterale quod attinet:

§ 1. In unaquaque dioecesi, modis ac formis ab Episcopo statuendis, habeatur Consilium Presbyterale, scilicet coetus seu senatus sacerdotum, Presbyterium repraesentantium, qui Episcopum in regimine dioecesis suis consiliis efficaciter adiuvare possit. In hoc Consilio Episcopus sacerdotes suos audiat, consulat et cum eius colloquatur de iis quae ad necessitates operis pastoralis et bonum dioecesis spectant.

§ 2. Inter membra Consilii Presbyteralis cooptari poterunt etiam Religiosi, quatenus in cura animarum atque apostolatus operibus exercendis partem habeant.

§ 3. Consilium Presbyterale vocem tantum consultivam habet.

http://www.obrascatolicas.com

§ 4. Sede vacante, Consilium Presbyterale cessat, nisi in peculiaribus adiunctis a Sancta Sede recognoscendis Vicarius Capitularis vel Administrator Apostolicus illud confirmet.

Novus autem Episcopus ipse sibi novum Consilium Presbyterale constituet.

16. Ad Consilium Pastorale, a Decreto *Christus Dominus* valde commendatum, quod attinet:

§ 1. Consilii Pastoralis est ea omnia quae ad opera pastoralia spectant investigare, perpendere atque de eis expromere conclusiones practicas, ita ut vitae et actionis Populi Dei conformitas cum Evangelio promoveatur.

§ 2. Consilium Pastorale, quod voce consultiva tantum gaudet, diversa ratione constitui potest. Ordinarie, licet natura sua sit institutum permanens, quoad membra et actionem potest esse ad tempus atque ex occasione munere suo perfungens. Episcopus illud convocare poterit, quotiescumque id ipsi opportunum videbitur.

§ 3. In Consilio Pastorali clerici, Religiosi et laici, specialiter ab Episcopo delecti, partes habent.

§ 4. Ut finis huius Consilii ad effectum reapse deducatur, expedit ut laborem communem studium praevium praecedat, ope adhibita, si casus ferat, Institutorum seu
767 officiorum, quae in hunc finem adlaborent. /

§ 5. Ubi adsunt in eodem territorio Hierarchiae diversi ritus, valde commendatur ut, quantum possibile est, Consilium Pastorale sit indolis interritualis, hoc est e clericis, Religiosis et laicis diversorum rituum constet.

§ 6. Ceterae dispositiones liberae Episcopi dioecesani determinationi relinquuntur, habita ratione de iis quae in n. 17 dicuntur.

17. § 1. Expedit ut in quaestionibus tum Consilium Presbyterale, tum Consilium Pastorale, tum rationem eorumdem sive ad invicem sive ad Consilia Episcopi vi iuris vigentis iam exsistentia spectantibus, Episcopi, praesertim in Conferentiis adunati, communia consilia capiant et normas edant similes in omnibus territorii dioecesibus.

Consulant quoque Episcopi ut omnia Consilia dioecesana quam aptissime coordinentur ope accuratae definitionis competentiae, participationis membrorum mutuae, communium vel continuarum sessionum et aliis modis.

§ 2. Interea Consilia Episcopi, vi iuris vigentis exsistentia, id est Capitulum Cathedrale et Coetus consultorum vel alia huiusmodi, si quae sint, donec recognoscantur, proprium servant munus propriamque competentiam.

Suppressio iurium et privilegiorum in conferendis officiis vel beneficiis
(N. 28 Decr. *Christus Dominus*)

18. § 1. Bonum animarum postulat, ut Episcopus congrua libertate gaudeat ad officia et beneficia, etiam non curata, apte et aeque clericis magis idoneis conferenda. Ipsa Apostolica Sedes non amplius sibi reservet collationem officiorum aut beneficiorum, curata sint vel non curata, nisi sint consistorialia; in lege fundationis cuiuscumque beneficii, illae clausulae in posterum prohibentur, quae Episcopi libertatem quoad ipsius collationem coarctent; privilegia non onerosa, personis physicis vel moralibus hucusque forte concessa, quae ius electionis, nominationis vel praesentationis pro quocumque officio vel beneficio non consistoriali vacanti secumferunt, abrogantur; abrogantur consuetudines et tolluntur iura nominandi, eligendi, praesentandi presbyteros ad officium aut beneficium paroeciale; lex concursus, etiam pro officiis aut beneficiis non curatis, supprimitur.

Quod autem attinet ad electiones populares, quas vocant, ubi vigent, Conferentiae Episcopalis est ea quae opportuniora videantur Apostolicae Sedi proponere, ut, quantum
768 fieri potest, abrogentur. /

§ 2. Si tamen iura et privilegia, in hac materia, constituta fuerint vi conventionis inter Apostolicam Sedem et Nationem aut vi contractus cum personis sive physicis vel moralibus initi, de illorum cessatione cum iis, quorum interest, agendum est.

Vicarii foranei
(N. 30 Decr. *Christus Dominus*)

19. § 1. Inter proximiores Episcopi dioecesani cooperatores recensentur illi presbyteri, qui munus pastorale exercent indolis supraparoecialis, inter quos memorandi

sunt Vicarii Foranei, qui etiam dicuntur Archipresbyteri seu Decani et apud Orientales Protopresbyteri. Ad hoc munus exercendum presbyteri constituantur doctrina et apostolica alacritate praestantiores, qui, debitis facultatibus ab Episcopo instructi, pastoralem actionem communem in territorio sibi commisso apte promovere ac moderari valeant. Quare huiusmodi officium determinatae sedi paroeciali non est affixum.

§ 2. Vicarii Foranei, Archipresbyteri seu Decani constituantur ad tempus iure peculiari determinandum; il tamen ad nutum Episcopi amoveri poterunt. Expedit ut Episcopus dioecesanus illos audiat, quoties de nominatione, translatione aut amotione parochorum agatur, in territorio cui praesunt commorantium.

Parochorum amotio, translatio et renuntiatio
(N. 31 Decr. *Christus Dominus*)

20. § 1. Episcopus potest, salvo iure de Religiosis vigente, quemlibet parochum, a paroecia legitime amovere, quandocumque eius ministerium, etiam citra gravem ipsius culpam, noxium aut saltem inefficax reddatur ob aliquam ex causis in iure recensitis, aut aliam similem iudicio eiusdem Episcopi, adhibita usque ad Codicem recognitum ratione procedendi statuta pro parochis amovilibus (cann. 2157-2161, C. I. C.), et servato iure Ecclesiarum Orientalium.

§ 2. Si bonum animarum vel Ecclesiae necessitas seu utilitas id postulet, Episcopus potest parochum transferre a sua, quam utiliter regit, ad aliam paroeciam aut ad quodlibet aliud officium ecclesiasticum. Parocho autem renuente, Episcopus debet, ut translatio valide decernatur, eumdem modum procedendi in omnibus servare, de quo supra.

§ 3. Ut exsecutioni mandari valeat praescriptum N. 31 Decreti *Christus Dominus*, rogantur omnes parochi ut, non ultra expletum / septuagesimum quintum aetatis annum, 769
renuntiationem a munere sua ipsi sponte exhibeant proprio Episcopo, qui, omnibus personae et loci inspectis adiunctis, de eadem acceptanda aut differenda decernet. Episcopus congruae renuntiantium sustentationi et habitationi provideat.

Paroeciarum erectio, suppressio et innovatio
(N. 32 Decr. *Christus Dominus*)

21. § 1. Omnino enitendum est ut paroeciae, in quibus ob nimium fidelium numerum aut territorium nimis extensum vel, qualibet de causa, nonnisi difficulter aut minus apte apostolica auctuositas exerceri possit, congrue pro diversis adiunctis dividantur aut dismembrentur. Item nimis parvas paroecias quantum res postulat et sinunt rerum adiuncta, in unam redigere oportet.

§ 2. Paroeciae ne amplius uniantur pleno iure Capitulis canonicorum. Si quae unitae exstent, auditis tum Capitulo tum Consilio Presbyterali, separentur et parochus instituatur —sive inter capitulares selectus sive non— qui omnibus facultatibus gaudeat, quae ex iuris praescripto parochis competunt.

§ 3. Paroecias erigere aut supprimere vel eas quoquo modo innovare Episcopus dioecesanus propria auctoritate, audito Consilio Presbyterali, potest, ita tamen ut, si sint conventiones inter Apostolicam Sedem et Gubernium civile vel iura aliis personis physicis vel moralibus quaesita, cum iisdem a competenti Auctoritate res apte componantur.

Religiosi
(NN. 33-35 Decr. *Christus Dominus*)

22. Normae quae hic statuuntur valent pro omnibus Religiosis, viris et mulieribus, cuiusvis ritus, salvis pro Orientalibus Patriarcharum iuribus.

23. § 1. Religiosi omnes, exempti quoque, operam navantes in locis ubi ritus a proprio diversus unicus est vel ita fidelium numero praevalet ut communi aestimatione unicus censeatur, a loci Ordinario vel Hierarcha huius ritus in iis quae opera externa ministerii respiciunt, pendent, eique ad normam iuris subiciuntur.

§ 2. Ubi vero plures sunt loci Ordinarii vel Hierarchae, iidem Religiosi in munere obeundo apud fideles rituum diversorum, tenentur normis quae ab ipsis Ordinariis et Hierarchis communi consilio dantur.

24. Licet etiam in locis Missionum vigeat exemptio Religiosorum / intra ambitum suum legitimum, tamen, 770

propter peculiaria adiuncta sacri ministerii in his locis exercendi, ad mentem Decreti *Ad gentes divinitus* [LE 3364], observanda sunt specialia statuta a Sede Apostolica data vel approbata quoad rationes inter Ordinarium loci et Superiorem religiosum moderandas, praesertim in Missione alicui Instituto concredita.

25. § 1. Omnes Religiosi, etiam exempti, tenentur legibus, decretis et ordinationibus, ab Ordinario loci latis, quoad varia opera, in iis quae sacri apostolatus exercitium respiciunt, necnon actionem pastoralem et socialem ab Ordinario loci praescriptam aut commendatam.

§ 2. Item tenentur legibus, decretis et ordinationibus ab Ordinario loci vel a Conferentia Episcoporum latis, quae respiciunt, inter alia: *a)* usum publicum instrumentorum omnium communicationis socialis, ad normam NN. 20 et 21 Decreti *Inter mirifica* [LE 3143]; *b)* accessum ad publica spectacula; *c)* adscriptionem vel cooperationem societatibus seu associationibus, quas Ordinarius loci vel Conferentia Episcopalis cavendas esse edixerit; *d)* habitum ecclesiasticum, firmis quidem manentibus C. I. C. can. 596 et CICO, de Religiosis, can. 139 et secundum hanc quae sequitur rationem: Ordinarius loci vel Conferentia Episcopalis, ad vitandam fidelium admirationem prohibere potest quominus clerici, sive saeculares sive religiosi, etiam exempti, habitum laicalem publice deferant.

26. Idem insuper legibus et decretis, ab Ordinario loci latis ad normam iuris, publicum exercitium cultus respicientibus tenentur in suis ecclesiis et oratoriis publicis necnon semipublicis, si ad haec ordinarie fideles accedant, salvo proprio ritu quo pro sua tantum communitate legitime utuntur et habita ratione ordinis Divini Officii choralis et sacrarum functionum ad finem specialem Instituti pertinentium.

27. § 1. Conferentia Episcopalis cuiusque nationis potest, auditis Superioribus religiosis quorum interest, normas de stipe quaeritanda statuere, quae ab omnibus Religionibus servari debent, iis non exclusis quae ex instituto mendicantes vocantur et sunt, salvo tamen earumdem mendicandi iure.

§ 2. Item, ad subsidia ope subscriptionis publicae colligenda ne procedant Religiosi sine consensu Ordinariorum locorum ubi illa subsidia colliguntur.

28. Opera cuiusque Instituti propria seu peculiaria, quae scilicet, probante Apostolica Sede, sive ab ipsa fundatione, sive ob venerandas traditiones suscepta et inde
771 Constitutionibus aliisque propriis Instituti / legibus definita et ordinata sunt, Religiosi sedulo promoveant, speciali habita ratione spiritualium necessitatum dioecesium et servata cum Clero dioecesano et cum aliis Institutis similia opera exercentibus fraterna concordia.

29. § 1. Opera propria seu peculiaria quae in Institut domibus, etiam conductis, exercentur, ab eiusdem Superioribus dependent, qui iuxta Constitutiones ea regunt ac moderantur. Attamen etiam huiusmodi opera Ordinarii loci iurisdictioni, ad normam iuris, subiciuntur.

§ 2. Opera vero, etiam Instituti propria seu peculiaria, quae ab Ordinario loci committuntur, eiusdem Ordinarii auctoritati et directioni subsunt, firmo tamen manente iure Superiorum religiosorum invigilandi super sodalium vitam et etiam, cumulative cum Ordinario loci, super munerum ipsis commissorum adimpletionem.

30. § 1. Pro quavis commissione operis apostolatus ab Ordinario loci alicui Instituto facienda, servatis ceteris de iure servandis, ineatur conventio scripta inter ipsum et competentem Instituti Superiorem, qua, inter alia, perspicue definiantur quae ad opus explendum, ad sodales eidem addicendos et ad res oeconomicas spectant.

§ 2. Pro hisce autem operibus, sodales religiosi vere idonei a proprio Superiore religioso, mutuis praehabitis cum Ordinario loci consiliis, seligendi sunt atque, si de munere ecclesiastico alicui sodali conferendo agatur, ab ipso Ordinario loci Religiosus nominari debet, praesentante vel saltem assentiente proprio Superiore, ad certum tempus mutuo consensu definitum.

31. Etiam cum ab Ordinario loci vel a Conferentia Episcopali aliquod munus alicui Religioso committendum sit, id fiat de consensu eius Superioris et per conventionem scriptam.

32. Gravi vero de causa quicumque sodalis religiosus a munere commisso amoveri potest tam ad nutum Auctoritatis committentis, monito Superiore religioso, quam Superioris, monito committente, aequo iure, non requisito alterius consensu; nec alter alteri causam iudicii sui aperire

eoque minus probare tenetur, salvo recursu in devolutivo ad Apostolicam Sedem.

33. § 1. Ordinarius loci auctoritate propria potest, de consensu competentis Superioris, paroeciam religioso Instituto committere, etiam in ecclesia religiosa ipsius Instituti eam erigendo. Haec paroeciae commissio potest fieri sive in perpetuum sive ad certum praefinitum tempus: in utroque casu id fieri debet mediante conventione scripta inter Ordinarium et competentem Superiorem Instituti, qua, inter alia, expres/se et accurate indicentur quae ad opus 772
explendum, ad personas eidem addicendas et ad res oeconomicas spectant.

§ 2. Loci Ordinarius potest etiam pro paroecia Religioni non concredita, Religiosum, de licentia proprii Superioris, parochum constituere, peculiari congrua conventione inita cum eiusdem Religionis competenti Superiore.

34. § 1. Domus religiosa sive formata sive non formata, ad Religionem exemptam pertinens, supprimi nequit sine beneplacito Apostolico et inconsulto Ordinario loci.

§ 2. Superiores religiosi qui, quacumque de causa, suppressionem alicuius domus vel operis petant, id ne propere faciant; meminerint enim omnibus Religiosis officium incumbere impense diligenterque adlaborandi, non solum ad aedificationem et incrementum totius Mystici Corporis Christi, sed etiam in bonum Ecclesiarum particularium.

§ 3. Cum autem a Superioribus praesertim ob personarum penuriam suppressio alicuius domus vel operis petitur, Ordinarius loci petitionem benigne consideret.

35. Fidelium associationes, quae subsunt ductui ac moderamini alicuius Religionis, etiam si sint ab Apostolica Sede erectae, iurisdictioni subsunt et vigilantiae Ordinarii loci, qui ad normam sacrorum canonum eas invisendi ius habet et munus.

Quod si in externa apostolatus opera vel in cultum divinum promovendum incumbant, praescripta de hac re sive ab Ordinario loci sive a Conferentia Episcopali edita servare debent.

36. § 1. Apostolica navitas sodalium Institutorum perfectionis, qui vitam mere contemplativam non profitentur, non ita circumscribitur operibus sive propriis Instituti sive ceteris occasionaliter assumptis, ut pro urgentibus animarum necessitatibus et Cleri penuria, ab Ordinariis locorum, inspecta propria cuiusque Instituti indole, et de consensu competentis Superioris religiosi, advocari nequeant non tantum Sacerdotes, sed et omnes sodales viri et mulieres, ut in variis dioecesium vel regionum ministeriis adiutricem operam praestent.

§ 2. Si Ordinarii loci iudicio Religiosorum auxilium necessarium aut valde utile censeatur ad multiplicem apostolatus operam exercendam et ad caritatis ac pastoralis muneris incepta fovenda in paroeciis saecularibus vel in dioecesanis associationibus, a Superioribus religiosis, eodem Ordinario postulante, petitum auxilium pro viribus
773 praestandum est. /

37. In omnibus ecclesiis et in omnibus oratoriis publicis vel semipublicis, ad Religiosos pertinentibus, quae de facto habitualiter christifidelibus pateant, Ordinarius loci praecipere potest ut episcopalia documenta publice legantur et catechetica institutio habeatur, ut denique specialis stips colligatur pro determinatis inceptis paroecialibus vel dioecesanis, nationalibus vel universalibus, ad Episcopalem Curiam postea sedulo mittenda.

38. Ordinarius loci ius habet visitandi Religiosorum quoque exemptorum ecclesias et oratoria etiam semipublica si ad haec ordinarie fideles accedant, relate ad observantiam legum generalium et decretorum episcopalium de cultu divino. Quod si forte abusus in hac re deprehenderit, frustra Superiore religioso monito, propria auctoritate ipse per se providere potest.

39. § 1. Ad normam N. 35, 4 Decreti *Christus Dominus*, generalis ordinatio scholarum catholicarum Institutorum religiosorum secumfert, firmo quidem ipsorum iure quoad earumdem moderamen, et servatis normis ibidem (N. 35, 5) circa praevia consilia mutuo inter Episcopos et Superiores religiosos ineunda stabilitis, generalem omnium scholarum catholicarum in dioecesi distributionem, earum inter se cooperationem atque earumdem vigilantiam, ut non minus quam aliae scholae ad fines culturales et sociales prosequendos aptatae sint.

§ 2. Ordinarius loci quaslibet Institutorum religiosorum scholas, collegia, oratoria, recreatoria, patronatus, hospitalia, orphanotrophia aliaque similia instituta, ad opera

http://www.obrascatolicas.com

religionis vel caritatis sive spiritualis sive temporalis destinata, exceptis tantum scholis internis quae exclusive patent pro propriis Instituti alumnis, visitare potest, sive per se sive per alium, ad normam sacrorum canonum.

40. Normae de sodalium immissione in opera et ministeria dioecesana, sub moderamine Episcoporum exercenda, ad alia quoque opera et ministeria quae ambitum dioecesis superant, congrua congruis referendo, applicandae sunt.

Conferentiae Episcopales
(N. 38 Decr. *Christus Dominus*)

41. § 1. Episcopi nationum vel territoriorum, in quibus Conferentia Episcopalis nondum habetur, ad normam Decreti *Christus Dominus*, quam cito illam constituendam curent atque Statuta eiusdem conficiant, ab Apostolica
774 Sede recognoscenda. /

§ 2. Conferentiae Episcopales iamc onst!tutae propria Statuta conficere debent, iuxta praescripta Sacrosancti Concilii vel, si iam confecta habeant, ad mentem eiusdem Concilii renovent et Apostolicae Sedi recognoscenda remittant.

§ 3. Episcopi nationum, in quibus difficile est Conferentiam constituere, consiliis initis cum Apostolica Sede, illi Conferentiae adhaereant, quae cum apostolatus necessitatibus suae nationis magis congruat.

§ 4. Conferentiae Episcopales plurium nationum seu internationales possunt constitui tantummodo Apostolica Sede approbante, cuius est peculiares normas statuere. Quoties autem actiones aut rationes a Conferentiis ineuntur formam internationalem praeseferentes, Sancta Sedes praemoneatur oportet.

§ 5. Rationes inter Conferentias Episcopales praesertim finitimarum nationum opportunis et congruentibus modis haberi poterunt per earumdem Conferentiarum Secretariatus. Inter alia, haec praesertim spectare poterunt: *a)* communicare praecipuas agendi rationes praesertim in re et actione pastorali; *b)* transmittere scripta vel folia, quae decisiones Conferentiae referant vel acta seu documenta, quae ab Episcopis communi consilio edantur; *c)* significare varia apostolatus incepta, a Conferentia Episcopali proposita vel commendata, quaeque utilia esse possint in casibus similibus; *d)* proponere graviores quaestiones quae, hodiernis temporibus et in particularibus adiunctis, maximi momenti esse videantur; *e)* indicare pericula vel errores in propria nationes serpentia, quae in alios etiam populos irrepere possint, ita ut apta et opportuna subsidia adhibeantur ad illa praecavenda vel auferenda, vel coarctanda, et his similia.

Provinciarum vel regionum ecclesiasticarum circumscriptiones
(NN. 39-41 Decr. *Christus Dominus*)

42. Conferentiae Episcoporum attente studeant utrum animarum bonum satius in territorio provehendum: *a)* aptiorem requirat provinciarum ecclesiasticarum circumscriptionem; *b)* vel regionum ecclesiasticarum suadeat erectionem: quatenus affirmative, rationes Apostolicae Sedi pro-
775 ferant quibus provinciarum circumscriptio recognoscenda / atque regiones erigendae iure sint ordinandae. Praeterea eidem Sanctae Sedi rationes significent iuxta quas aggregandae sint dioeceses, quae in territorio Apostolicae Sedi hactenus fuerunt immediate subiectae.

Directoria pastoralia redigenda
(N. 44 Decr. *Christus Dominus*)

43. Ad Directoria pastoralia quod attinet, Synodi Patriarchales et Conferentiae Episcopales rogantur ut quaestionibus in Directoriis tum generalibus tum specialibus pertractandis alacriter studeant et quam primum consilia ac sua vota cum Apostolica Sede communicent.

II

NORMAE AD EXSEQUENDUM DECRETUM SS. CONCILII VATICANI II «PERFECTAE CARITATIS»

Instituta religiosa, ut fructus Concilii sedulo maturare possint, oportet spiritus novitatem imprimis promoveant indeque vitae et disciplinae accommodatam renovationem

prudenter quidem sed sollerter perficere curent, in studium praesertim Constitutionis dogmaticae *Lumen gentium* (Cap. V et VI) [LE 3232] simul ac Decreti *Perfectae caritatis* [LE 3333] assidue incumbendo, atque Concilii doctrinam et normas ad effectum deducendo.

Ad Decretum *Perfectae caritatis* applicandum et urgendum, quae sequuntur Normae, pro omnibus religiosis sive latinis sive orientalibus, congrua congruis referendo, valiturae, modum procedendi et quaedam praescripta statuunt.

Pars I.—De modo promovendi accommodatam renovationem vitae religiosae

I. *De iis qui accommodatam renovationem promovere debent*

1. Potiores partes in renovanda et aptanda vita religiosa pertinent ad ipsa Instituta, quae id efficient praesertim per Capitula generalia vel apud Orientales per Synaxes. Munus Capitulorum non absolvitur tantummodo leges ferendo sed insuper promovendo vitalitatem spiritualem et apostolicam.

2. Omnium Superiorum et sodalium cooperatio necessaria est ad vitam religiosam in seipsis renovandam, ad spiritum Capitulorum prae/parandum, ad ipsorum opus 776
peragendum, ad leges et normas a Capitulis latas fideliter observandas.

3. Ad accommodatam renovationem promovendam in singulis Institutis, congregetur intra duos vel ad summum tres annos speciale Capitulum generale, ordinarium vel extraordinarium.

Hoc Capitulum in duas periodos distinctas, temporis spatio generatim non ultra annum protracto, dividi poterit, si ita ipsum Capitulum secreto suffragio decreverit.

4. Consilium generale in hoc Capitulo parando ampiae et liberae consultationi sodalium apte provideat et eiusdem consultationis exitus opportune ordinet ut opus Capituli adiuvetur et dirigatur. Hoc autem efficere poterit, e. g. Capitula conventualia et provincialia audiendo, commissiones constituendo, series quaestionum proponendo, etc.

5. Pro Monasteriis stauropegiacis munus erit Patriarchae normas edicere ad consultationem peragendam.

6. Hoc Capitulum generale ius habet quasdam normas Constitutionum vel, apud Orientales, Typicorum mutandi ad experimentum, dummodo finis, natura, indoles Instituti serventur. Experimenta contra ius commune, prudenter quidem facienda, pro opportunitate libenter a Sancta Sede permittentur.

Haec experimenta protrahi possunt usque ad proximum Capitulum generale ordinarium, cui facultas erit eadem prorogandi, non tamen ultra aliud Capitulum immediate subsequens.

7. Eadem facultate pollet Consilium generale temporis spatio quod inter huiusmodi Capitula intercedit, iuxta conditiones ab ipsis determinandas, et, apud Orientales, in Monasteriis sui iuris Hegumenus cum Synaxi minore.

8. Definitiva approbatio Constitutionum Auctoritati competenti reservatur.

9. Ad Constitutiones Monialium recognoscendas quod attinet, singula Monasteria modo capitulari, vel etiam singulae Moniales, vota sua exprimant quae, ad unitatem familiae religiosae pro sua cuiusque indole tuendam, a suprema Auctoritate Ordinis, si adsit, colligantur, secus a Delegato S. Sedis et, apud Orientales, a Patriarcha vel a Hierarcha loci. Vota quoque et consulta a consessibus Foederationum aut ab aliis conventibus legitime convocatis obtineri poterunt. Benevolum adiutorium in id praestet etiam pastoralis sollicitudo Episcoporum.

10. Si in Monasteriis Monialium quaedam experimenta ad tempus circa observantias opportuna interdum iudicentur, ea a Superioribus / generalibus vel a Delegatis S. Se- 777
dis et, apud Orientales, a Patriarcha vel a Hierarcha loci permitti poterunt. Attamen ratio habeatur peculiaris claustralium mentis et animi habitus, quae stabilitate ac securitate adeo indigent.

11. Auctoritatum, de quibus supra, munus erit providere ut textus Constitutionum, consultis et auxiliantibus ipsis Monasteriis, recognoscatur atque S. Sedis vel competentis Hierarchae approbationi subiciatur.

II. *De Constitutionibus et Typicis recognoscendis*

12. Uniuscuiusque Instituti leges generales (Constitutiones, Typica, Regulae vel quovis alio nomine designatae) haec fere elementa complectantur:

a) principia evangelica et theologica de vita religiosa eiusque unione cum Ecclesia, atque apta et certa verba quibus agnoscantur et serventur Fundatorum spiritus propriaque proposita, necnon sanae traditiones quae omnia cuiusque Instituti patrimonium constituunt» (N. 2 *b* Decr. *Perfectae caritatis*);

b) normas iuridicas necessarias ad Instituti indolem, fines mediaque clare definienda, quae normae nimis multiplicandae non sunt sed semper adaequato modo exprimi debent.

13. Utriusque elementi, spiritualis nempe et iuridici unio necessaria est ut Institutorum codices praecipui stabile fundamentum habeant, eosque verus spiritus et norma vitalis pervadant; cavendum est igitur ne conficiatur textus vel tantum iuridicus vel mere exhortatorius.

14. Ex Institutorum codice fundamentali ea excludantur quae iam obsoleta sint, aut secundum consuetudines alicuius aetatis mutabilia, vel moribus mere localibus respondentia.

Illae vero normae, quae praesenti aetati, sodalium condicionibus physicis, psychicis necnon peculiaribus rerum adiunctis respondeant, ponantur in codicibus additiciis, qui «directoria», libri usuum, vel aliis nominibus vocantur.

III. *De criteriis accommodatae renovationis*

15. Normae et spiritus, quibus respondere debet accommodata renovatio, non solum e Decreto *Perfectae caritatis*, sed etiam ex aliis Concilii Vaticani II documentis, praesertim ex capitibus V et VI Constitutionis dogmaticae *Lumen gentium*, colligi debent.

16. Curent Instituta ut principia, quae in N. 2 Decreti
778 *Perfectae / caritatis* sanciuntur, revera informent renovationem propriae vitae religiosae; quapropter:

§ 1. Studium et meditatio Evangeliorum totiusque Sacrae Scripturae apud omnes sodales inde a novitiatu impensius foveatur. Item curandum est ut iidem Ecclesiae mysterium et vitam aptioribus mediis participent;

§ 2. Doctrina de vita religiosa sub variis aspectibus (theologico, historico, canonico, etc.) investigetur et exponatur;

§ 3. Ad ipsum bonum Ecclesiae procurandum, germanam cognitionem sui primigenii spiritus Instituta prosequantur, ita ut, eodem fideliter servato in aptationibus decernendis, vita religiosa ab elementis alienis purificetur et ab obsoletis liberetur.

17. Obsoleta reputanda sunt quae naturam et fines Instituti non constituunt atque, significatione et vi sua amissa, vitam religiosam revera iam non adiuvant, habita tamen ratione testimonii, quod status religiosus pro suo munere praestare debet.

18. Ratio regiminis talis sit, ut «Capitula et Consilia... suo quaeque modo sodalium omnium pro bono totius communitatis participationem et curam exprimant» (N. 14 Decr. *Perfectae caritatis*), quod praesertim eveniet si sodales partem habeant vere efficacem in eorumdem membris seligendis; item, ut exercitium auctoritatis efficacius et expeditius secundum hodiernorum temporum exigentias reddatur. Ideo Superiores cuiusque gradus opportunis facultatibus muniantur, ne inutiles vel nimis frequentes recursus ad altiores auctoritates multiplicentur.

19. Ceterum apta renovatio non semel pro semper fieri potest, sed continua quadam ratione fovenda est, fervoris sodalium ope, necnon Capitulorum et Superiorum sollicitudine.

Pars II.—De nonnullis rebus accommodandis et renovandis in vita religiosa

I. *De Officio divino Fratrum et Sororum*
(N. 3 Decr. *Perfectae caritatis*)

20. Quamvis religiosi qui parvum Officium rite approbatum recitant publicam Ecclesiae orationem agant (cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 98) [LE 3141], commendatur tamen Institutis ut, loco parvi Officii, divinum Officium sive ex parte sive ex integro absolvant, ita ut
779 intimius / participent vitam liturgicam Ecclesiae. Orientales autem sodales doxologias recitent et Laudes divinas secundum propria Typica et Consuetudines.

II. *De Oratione mentali* (N. 6 Decr. *Perfectae caritatis*)

21. Quo intimius ac fructuosius religiosi sacrosanctum Eucharistiae mysterium et publicam Ecclesiae orationem participent, ac tota spiritualis eorum vita abundantius nutriatur, prae multitudine precum amplior locus orationi mentali tribuatur, servatis tamen piis exercitiis communiter in Ecclesia receptis, necnon debita adhibita cura ut sodales in vita spirituali ducenda diligenter instruantur.

III. *De Mortificatione* (NN. 5 et 12 Decr. *Perf. caritatis*)

22. Religiosi prae ceteris fidelibus in poenitentiae ac mortificationis opera incumbant. Observantiae autem poenitentiales Institutorum propriae, quatenus opus sit, recognoscantur, ita ut, habita ratione traditionum sive Orientis sive Occidentis necnon hodiernarum condicionum, sodales eas revera in praxim ducere valeant, novis etiam formis ex hodierno vivendi modo assumptis.

IV. *De Paupertate* (N. 13 Decr. *Perfectae caritatis*)

23. Instituta, praesertim per Capitula generalia, spiritum et praxim paupertatis ad mentem N. 13 Decreti *Perfectae caritatis* diligenter et concrete promoveant, novas etiam formas pro indole sua exquirendo et urgendo, quae hodierno tempore exercitium et testimonium paupertatis efficaciora reddant.

24. Ad ipsa Instituta votorum simplicium pertinet in Capitulo generali decernere an in Constitutiones introducatur renuntiatio bonorum patrimonialium adquisitorum vel adquirendorum et, si ita fiat, utrum sit obligatoria an facultativa; et quandonam facienda sit, scilicet utrum ante professionem perpetuam an post aliquot annos.

V. *De Vita in communi agenda* (N. 15 Decr. *Perf. caritatis*)

25. In Institutis operibus apostolatus addictis, vita communis, quae tanti est momenti ut sodales sicuti familia in Christo unita commercium fraternum instaurent, modo Instituti vocationi consentaneo omni ope promoveatur.

26. In huiusmodi Institutis ordo diurnus saepe non idem esse potest in omnibus eorum domibus neque inter-
dum in eadem domo pro omnibus / sodalibus. Semper vero 780
sic instituendus est, ut religiosi, praeter tempus rebus spiritualibus et laboribus dicatum, etiam aliquantum temporis pro seipsis habeant et congrua recreatione frui valeant.

27. Capitula generalia et Synaxes modum explorent, vi cuius sodales qui conversi, cooperatores vel alio nomine vocantur, gradatim in determinatis actibus communitatis et in electionibus votum obtineant activum et, in quibusdam muneribus, etiam passivum; ita revera fiet ut ipsi cum vita et communitatis operibus arcte coniungantur, et sacerdotes liberius in ministeria propria incumbere possint.

28. In Monasteriis ubi ad unum genus Monialium perventum fuerit, obligationes chorales in Constitutionibus definiantur, ratione habita diversitatis personarum, quam exigit operum ac specialium vocationum distinctio.

29. Sorores externo Monasteriorum servitio addictae, oblatae vel alio nomine vocatae, statutis peculiaribus regantur, in quibus ratio habeatur tum earum vocationis non merae contemplativae, tum exigentiarum vocationis Monialium cum quibus ipsae coniunctae vivunt quamvis moniales non sint.

Superiorissa Monasterii grave onus habet sollicitam curam de eis gerendi, ipsis aptam formationem religiosam praebendi, eas vero sensu caritatis tractandi atque vinculum fraternitatis cum Monialium communitate fovendi.

VI. *De Monialium Clausura* (N. 16 Decr. *Perf. caritatis*)

30. Clausura papalis Monasteriorum consideranda est tamquam institutum asceticum quod cum Monialium peculiari vocatione singulariter cohaeret, quippe quae signum, protectio et peculiaris forma exstet earum secessus a mundo.

Eodem spiritu Moniales rituum Orientalium propriam observent clausuram.

31. Haec clausura ea ratione accommodanda est ut materialis separatio ab externo semper servetur. Singulae vero Familiae, iuxta proprium spiritum, normas particulares huius materialis separationis in Constitutionibus statuere et definire possunt.

32. Clausura minor tollitur. Moniales ergo quae ex instituto operibus externis sunt deditae, propriam clausuram in Constitutionibus definiant. Moniales vero quae, licet ex instituto sint contemplativae, opera tamen exter-

http://www.obrascatolicas.com

na susceperunt, post congruum temporis spatium ipsis ad deliberandum concessum, aut, operibus externis relictis,
781 clausuram / papalem retineant, aut, iisdem operibus servatis, propriam clausuram in Constitutionibus definiant, firma manente earumdem condicione Monialium.

VII. *De Institutione Relig.* (N. 18 Decr. *Perfectae caritatis*)

33. Institutio sodalium inde a novitiatu non eodem modo in omnibus Institutis ordinetur, sed ratio habeatur indolis propriae cuiusque Instituti. In eius recognitione et aptatione sufficiens prudensque experientiae locus detur.

34. Quae in Decreto *Optatam totius* (de institutione sacerdotali) [LE 3334] statuuntur, congruenter aptata iuxta cuiusque Instituti indolem, fideliter in ratione instituendi clericos religiosos observanda erunt.

35. Ulterior institutio post novitiatum modo cuique Instituto apto peragenda, quae pro omnibus sodalibus, etiam vitae contemplativae, omnino necessaria est, pro fratribus in Religionibus laicalibus et Sororibus in Institutis operibus apostolicis deditis, prout iam apud plura Instituta nomine iunioratus vel scholasticatus vel alio exstat, in genere protrahatur per integram periodum votorum temporariorum.

36. Haec institutio in domibus aptis facienda est et, ne sit mere theoretica, compleatur etiam exercitio operum vel munerum, tirocinii gratia, iuxta characterem et circumstantias cuique Religioni proprias, ita ut in vitam quae in posterum ducenda erit gradatim inserantur.

37. Salva semper formatione uniuscuiusque Religionis propria, cum Instituta singula nequeunt sufficienter praebere institutionem doctrinalem aut technicam, id suppleri poterit fraterna plurium collaboratione. Quae diversos gradus et formas admittere potest: communes lectiones seu cursus, docentium commodationem, immo eorumdem consociationem mediorumque praestationem in communi schola a sodalibus plurium Institutorum frequentanda.

Instituta quae necessariis mediis provisa sunt libenter aliis auxilium praebeant.

38. Opportunis experimentis peractis, uniuscuiusque Instituti erit proprias et aptatas normas de sodalium institutione redigere.

VIII. *De Unione et Suppressione Institutorum*
(NN. 21-22 Decr. *Perfectae caritatis*)

39. Promotio unionis cuiusvis generis inter Instituta
782 supponit praeparationem idoneam spiritualem, psychologicam, iuridicam, ad mentem / Decreti *Perfectae caritatis*. Hunc in finem, saepe opportunum erit ut ab aliquo Adsistente, a competenti Auctoritate approbato, Instituta adiuventur.

40. In praefatis casibus et circumstantiis bonum Ecclesiae prospiciendum est, debita tamen habita ratione sive indolis cuiusvis Instituti propriae, sive libertatis singulorum sodalium.

41. Inter criteria quae conferre possunt ad iudicium de suppressione alicuius Instituti vel Monasterii efformandum, omnibus circumstantiis perpensis, haec praesertim simul sumpta retineantur: parvus numerus religiosorum relate ad annos existentiae, candidatorum per plures annos carentia, aetas provectior maioris partis sodalium. Si ad suppressionem perveniendum erit, provideatur ut, «si fieri possit, alii Instituto vel Monasterio vegetiori, quod fine et spiritu haud multum differat» (N. 21 Decr. *Perfectae caritatis*) aggregetur. Singuli autem religiosi antea audiantur et omnia in caritate fiant.

IX. *De Conferentiis seu Unionibus Superiorum et Superiorissarum Maiorum* (N. 23 Decr. *Perfectae caritatis*)

42. Curandum est ut unio Superiorum generalium et unio Superiorissarum generalium per quoddam Consilium apud Sacram Congregationem de Religiosis constitutum audiri et consultari possint.

43. Maxime interest ut Conferentiae seu Uniones nationales Superiorum et Superiorissarum Maiorum confidenter et reverenter cooperentur cum Conferentiis Episcopalibus (cfr. N. 35, 5 Decr. *Christus Dominus* [LE 3332]; N. 33 Decr. *Ad gentes divinitus*) [LE 3364].

Qua de causa optatur ut quaestiones, quae ad utramque partem pertinent, in Commissionibus mixtis ex Episcopis et Superioribus vel Superiorissis Maioribus constitutis, pertractentur.

Conclusio

44. Hae normae, pro Religiosis universae Ecclesiae vaIliturae, leges generales Ecclesiae sive Ecclesiae Latinae sive Ecclesiarum Orientalium necnon leges proprias Institutorum religiosorum integras relinquunt, nisi eas explicite vel implicite immutent. /
783

III

NORMAE AD EXSEQUENDUM DECRETUM SS. CONCILII VATICANI II «AD GENTES DIVINITUS»

Cum Decretum Ss. Concilii Vaticani II *Ad gentes divinitus* (de activitate missionali Ecclesiae) [LE 3364] pro universali Ecclesia vigere debeat et ab omnibus fideliter observandum sit, ita ut tota Ecclesia reapse missionaria evadat et universus Populus Dei obligationis suae missionariae conscius fiat, curent Ordinarii locorum ut Decretum ad omnium christifidelium notitiam perveniat: habeantur de ipso sermones ad clerum et praedicationes ad populum, quibus commune conscientiae onus circa activitatem missionalem illustretur et inculcetur.

Quo autem facilior et fidelior sit applicatio Decreti, haec statuuntur:

1. Theologia Missionis doctrinae theologicae tradendae et progressionibus provehendae ita inseratur ut natura missionaria Ecclesiae plene in luce ponatur. Insuper viae Domini ad praeparationem Evangelii et possibilitas salutis non-evangelizatorum considerentur, necnon inculcetur necessitas evangelizationis et incorporationis in Ecclesiam (Cap. 1 Decr. *Ad gentes divinitus*).

Quae omnia in disponendis denuo recto ordine studiis in Seminariis et Universitatibus prae oculis habeantur (N. 39).

2. Invitantur Conferentiae Episcopales ut quam primum Sanctae Sedi proponant quaestiones generaliores, quod ad Missiones attinet, quae in proximo Synodi Episcoporum coetu tractari possint (N. 29).

3. Ad augendum spiritum missionalem in populo christiano, orationes et sacrificia cotidiana foveantur, ita ut annuus dies missionum tamquam spontanea significatio illius spiritus evadat (N. 36).

Episcopi vel Conferentiae Episcoporum varias conficiant invocationes pro Missionibus in Orationem Fidelium in Missa inserendas.

4. In singulis dioecesibus sacerdos deputetur ad incepta pro missionibus efficaciter promovenda, qui etiam partes habeat in Consilio pastorali dioeceseos (N. 38).

5. Ad spiritum missionalem promovendum, incitentur Seminariorum alumni et iuvenes consociationum catholicarum, ut relationes cum Seminariorum alumnis et consociationibus similibus in missionibus ineant et servent ita ut cognitio mutua conscientiam missionalem et ecclesialem in populo christiano foveat (N. 38). /
784

6. Episcopi, quantopere evangelizatio mundi urgeat, sentientes, vocationes missionales inter proprios clericos et iuvenes promoveant et Institutis quae in opere missionali laborant, media et opportunitatem praebeant, quibus necessitates missionum in dioecesi notas faciant et vocationes excitent (N. 38).

In vocationibus excitandis pro missionibus diligenter proponantur et missio Ecclesiae ad omnes gentes et modi quibus alii et alii (Instituta, sacerdotes, religiosi et laici utriusque sexus) illam efficere conantur. Praesertim autem specialis vocatio missionaria «ad vitam» (NN. 23, 24) extollatur et exemplis illustretur.

7. Promoveantur in omnibus dioecesibus Pontificia Opera Missionalia, eorumque statuta, praesertim quoad transmissionem subsidiorum, rite serventur (N. 38).

8. Cum oblationes a fidelibus sponte datae pro missionibus minime sufficiant, commendatur ut quam primum statuatur certa stips tum ab ipsa dioecesi tum a paroeciis et aliis communitatibus dioecesanis propriis reditibus congruens quotannis solvenda atque a Sancta Sede distribuenda, integris manentibus aliis oblationibus fidelium (N. 38).

9. Apud Conferentias Episcopales adsit Commissio episcopalis pro missionibus, cuius erit activitatem et conscientiam missionalem et cohaerentem dispositionem cooperationis inter dioeceses fovere, relationes cum aliis Conferentiis Episcopalibus habere, necnon modos exquirere quibus aequitas auxiliorum missionalium pro viribus servetur (N. 38).

10. Quoniam Instituta missionalia apprime necessaria manent, omnes agnoscant ea munus evangelizationis ab Auctoritate ecclesiastica concreditum habere ad officium missionale totius Populi Dei exsequendum (N. 27).

11. Episcopi utantur etiam Institutis missionalibus ut studio rei missionalis fideles accendant eisdemque opportunitates praebeant, servato recto ordine, vocationes iuvenum pro missionibus excitandi et fovendi et stipem quaerendi (NN. 23, 37, 38).

Ut autem maior unitas et efficacitas obtineantur, Episcopi utantur Consilio Nationali aut Regionali Missionali, quod constabit ex Directoribus Operum Pontificalium et ex Institutis missionalibus in Natione aut Regione existentibus.

12. Unumquodque missionale Institutum quamprimum curare debet suam propriam accommodatam renovationem tum praesertim quoad methodos evangelizationis christianae (NN. 13, 14), tum quoad rationem vivendi
785 communitatum (N. 3 Decr. *Perfectae caritatis*). /

13. § 1. Pro omnibus missionibus unum tantum sit oportet Dicasterium competens, nempe Sacra Congregatio de Propaganda Fide. Cum tamen quaedam missiones propter peculiares rationes aliis Dicasteriis pro tempore adhuc subiectae sint, in his Dicasteriis interim instituatur sectio missionalis, quae relationem intimam habeat cum Sacra Congregatione de Propaganda Fide, ut in omnibus missionibus ordinandis ac dirigendis ratio et norma omnino constans atque uniformis haberi possit (N. 29).

§ 2. Subiecta sunt Sacrae Congregationi de Propaganda Fide Opera Pontificia Missionaria, nempe Opus Pontificium Propagationis Fidei, Opus S. Petri pro clero indigena, Unio cleri pro missionibus et Opus S. Infantiae.

14. Praeses Secretariatus ad unitatem Christianorum fovendam, vi ipsius muneris, est membrum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide; secretarius eiusdem Secretariatus inter consultores Sacrae Congregationis de Propaganda Fide cooptatur (N. 29).

Simili modo Sacra Congregatio de Propaganda Fide repraesentetur apud Secretariatum ad unitatem Christianorum fovendam.

15. In moderatione Sacrae Congregationis de Propaganda Fide viginti quattuor repraesentantes partem habent cum voto deliberativo, nisi aliud in singulis casibus Summus Pontifex constituerit; scilicet: duodecim Praelati ex missionibus, quattuor ex aliis regionibus; quattuor ex Moderatoribus Institutorum; quattuor ex Operibus Pontificiis, qui omnes bis in anno convocentur. Membra huius conventus ad quinquennium nominantur, quorum quinta fere pars singulis annis mutatur. Munere functi ad alterum quinquennium nominari possunt.

Conferentiae Episcopales vero, Instituta et Opera Pontificia, iuxta normas quam primum ab Apostolica Sede communicandas, Summo Pontifici proponant nomina eorum, ex quibus praedictos repraesentantes idem Summus Pontifex seligat necnon nomina eorum, etiam in missionibus degentium, ex quibus consultores seligi possint.

16. Repraesentantes Institutorum religiosorum in missionibus, et Operum regionalium pro missionibus necnon Consiliorum laicorum, praesertim internationalium, partem habent in conventibus huius Dicasterii cum voto consultivo (N. 29).

17. Sacra Congregatio de Propaganda Fide, consultis Conferentiis Episcopalibus et Institutis missionalibus, quamprimum principia generalia delineet iuxta quae con-
786 ventiones ineantur inter Ordinarios loco/rum et Instituta missionalia ad eorum mutuas relationes moderandas (N. 32).

In his conventionibus ineundis ratio habeatur tum operis missionalis continuandi tum necessitatum Institutorum (N. 32).

18. Quia optandum est ut Episcopales Conferentiae in Missionibus coadunentur in organicos coetus secundum socio-culturalia spatia, quae dicuntur (cfr. supra ad n. 9), Sacra Congregatio de Propaganda Fide (N. 29), tales coordinationes Episcopalium Conferentiarum promoveat.

Harum Conferentiarum est, in connexione cum Sacra Congregatione de Propaganda Fide:

1.° Quaerere modos, etiam novos, quibus christifideles et missionalia Instituta, coniunctis viribus, sese inserere debeant in populos vel coetus, inter quos conversantur vel ad quos mittuntur (NN. 10, 11) et quibuscum colloquium salutis facere oporteat.

2.° Instituere coetus a studiis qui investigent populorum cogitandi modos de universo, de homine, et de eius mentis habitu erga Deum, quique in considerationem theologicam (N. 22) assumant quaecumque sunt bona et vera.

Tale theologicum studium fundamentum necessarium praebeat accommodationibus faciendis, in quarum studium incumbere quoque debent praedicti coetus a studiis. Quae accommodationes respiciant inter alia methodos evangelizationis, formas liturgicas, vitam religiosam et legislationem ecclesiasticam (N. 19).

Quoad methodos evangelizationis et catecheseos perficiendas (NN. 11, 13, 14), promoveatur a Sacra Congregatione de Propaganda Fide arcta cooperatio inter Instituta Pastoralia superiora.

Quoad formas liturgicas, coetus a studiis documenta et vota mittant Consilio ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia.

Quod ad statum religiosum vero attinet (N. 18), cavendum est ne formae exteriori (cuius modi sunt gestus, vestes, artes, etc.) maior cura impertiatur quam indoli religiosae populorum assumendae vel perfectioni evangelicae assimilandae.

3.° Promovere, statis temporibus, conventus Docentium in Seminariis ad rationes studiorum aptandas et informationes mutuo communicandas, collato consilio cum coetibus a studiis de quibus supra, ut aptius prospiciatur hodiernis necessitatibus institutionis sacerdotalis (N. 16).

4.° Examinare modum aptiorem quo vires (sacerdotes, catechistae, Instituta, etc.) in territorio distribui possint, imprimis quo penuriae virium in locis populo perfrequentibus melius consulatur./
787

19. In distribuendis subsidiis congrua pars singulis annis reservetur formationi et sustentationi tum cleri localie tum missionariorum tum catechistarum, et coetibus a studiis, de quibus supra ad n. 18 Episcopi de his rebus documenta ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide referent (NN. 17, 29).

20. Consilium Pastorale rite constituatur, cuius est secundum N. 27 Decreti *Christus Dominus*: «ea quae ad pastoralia opera spectant investigare, perpendere atque de eis practicas expromere conclusiones»; necnon suam operam praestare in praeparanda Synodo dioecesana et curare exsecutionem Statutorum Synodi (N. 30).

21. In missionibus condantur Conferentiae Religiosorum et Uniones Religiosarum, in quibus Superiores Maiores omnium eiusdem nationis vel regionis Institutorum partem habeant et quibus eorum incepta coordinentur (N. 33).

22. Instituta scientifica in missionibus pro possibilitate et necessitate multiplicentur quae communi consilio cooperentur, ut labores investigationis et specializationis rite disponantur, caveatur tamen, ne opera eiusdem naturae in eadem regione duplicentur (N. 34).

23. Ut immigrantes ex terris missionum debite excipiantur et congruenti pastorali cura ab Episcopis natione antiquitus christianarum adiuventur, necessaria est cooperatio cum Episcopis missionalibus (N. 38).

24. Quoad laicos in missionibus:

§ 1. Urgeatur sincera intentio missionibus serviendi, maturitas, apta praeparatio, specializatio professionalis, quae dicitur, et tempus congrue in missione protrahendums

§ 2. Efficaciter inter se coordinentur consociationes laicorum pro missionibus.

§ 3. Episcopus loci missionis sollicitus sit de huiusmodi laicis.

§ 4. Securitas socialis istorum laicorum in tuto ponatur (N. 41).

Adn. A. DE BONHOME in **Vie consacrée** 39 (1967) 11-23; G. ESCUDERO in **Vida rel.** 24 (1967) 21-30, 122-130; B. FRISON in **Studia canonica** 1 (1967) 45-78; J. GALOT in **Vie consacrée** 38 (1966) 321-338; J. GRECO in **PrM** 56 (1967) 428-455; L. GUTIERREZ in **CpR** 48 (1967) 19-31; XAV. OCHOA in **CpR** 45 (1966) 265-275; 46 (1967) 113-126, 337-350; 47 (1968) 97-111; J. M. R. TILLARD in **NrT** 89 (1967) 561-581; **NrT** 88 (1966) 853-875.

3458

1966 AUG 15.-PAULUS VI, LITTERAE AP. PART.*

DE LINGUA LATINA IN CHORALI OFFICIO LITURGICO RETINENDA

PAULUS PP. VI

Dilecti filii - Salutem et Apostolicam benedictionem

Sacrificium laudis, hostia labiorum confitentium Dominum, psalmodia et hymnodia, quibus horae, dies, anni

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
CLEVELAND, OHIO
http://www.obrascatolicas.com

tempora religionis sacrantur pietate, Eucharistico Sacrificio quasi medio sole rutilante et cuncta ad se trahente, a vestris Familiis Deo devotis magno semper in honore haberi consueverat. Recto enim consilio tam sancto operi nihil anteferendum esse aestimabatur. Quanta gloria inde omnium Creatori obvenerit, quantae utilitates in Ecclesiam sint profectae, facile intellegitur. Hac certa et assidua precandi ratione per saeculorum decursum docuistis cultum divinum in humana consortione maximi esse momenti.

Ex litteris vero, a quibusdam vestrum et e compluribus nuntiis aliunde datis comperimus coenobia vel provincias vestras —de iis tantum loquimur, quae ad ritum pertinent Latinum— in sacra Liturgia peragenda dissimiles mores induxisse: alia nempe linguae Latinae retinentissima esse, alia vulgares sermones in chorali officio expetere, alia hic illic cantum, quem Gregorianum appellant, cum cantilenis hac aetate conditis velle commutare. Quin immo a quibusdam est flagitatum, ut lingua latina ipsa aboleretur.

Oportet profiteamur huiusmodi postulationibus non leviter Nos esse commotos et nonnullo maerore affectos; atque oritur quaestio, undenam exsiterit et curnam propagatus sit talis mentis habitus et antea ignotum fastidium.

Vobis certe exploratum est neque in dubitationem potestis vocare, quantopere Familias vestras religiosas diligamus, quanti eas faciamus. Admirationi Nobis saepe sunt insignis pietatis testimonia et ingenii cultus monumenta, quibus nobilitantur. Nostrum putamus esse gaudium, si qua Nobis copia datur, dummodo liceat ac deceat, iis favendi, votis earum obsecundandi, feliciori statui consuendi.

Sed ea, quae supra diximus, fieri contingunt, postquam Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum meditate ac sollemniter hac de re suam edixit sententiam (cfr. Const. *de sacra Lit.*, n. 101, 1) [LE 3141], et Instructionibus eam subsecutis certae editae sunt normae; in quarum Instructione altera, *ad exsecutionem Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinandam* die XXVI mensis septembris anno MCMLXIV emissa [LE 3217], haec sunt decreta: «In divino Officio in choro persolvendo clerici linguam latinam servare tenentur» (n. 85); altera vero, quae *de lingua in celebrandis Officio et Missa «conventuali» aut «communitatis» apud Religiosos adhibenda* inscribitur ac die XXIII mensis novembris anno MCMLXV [LE 3351] fuit vulgata, praeceptum illud confirmatur simulque ratio ducitur spiritualis fidelium emolumenti et peculiarium condicionum, quae in regionibus obtinent missionali opere excolendis. Donec ergo aliter legitime statuatur, hae leges vigent et obtemperationem expostulant, qua religiosos sodales, filios Ecclesiae carissimos, apprime commendari oportet.

Non autem agitur hic tantummodo de retinendo in officio chorali eloquio latino, sane digno, quod, nedum parvi fiet, alacriter custodiatur, cum sit in Ecclesia Latina christiani cultus humani fons uberrimus et locupletissimus pietatis thesaurus, sed etiam de indemnibus servandis decore, pulchritudine, nativo vigore huiusmodi precationum et cantuum: agitur videlicet de chorali officio, «suave sonantis Ecclesiae vocibus» (cfr. S. Aug. *Conf.* 9, 6; *PL.* 32, 769) expresso, quas conditores et magistri vestri ac Sancti Caelites, Familiarum vestrarum lumina, vobis tradiderunt. Non parvi pendenda sunt instituta maiorum, quae per diuturna saecula vos ornabant. Haec vero choralis officii ratio una e causis praecipuis fuit, cur Familiae eaedem vestrae firmiter starent laetisque augerentur incrementis. Mirandum ergo, quod, subita commotione excitata, ea nonnullis neglegenda iam esse videtur.

In praesenti rerum condicione quae vox, qui cantus substitui poterit pro catholicae pietatis formulis, quibus usque adhuc usi estis? Perpendendum est et considerandum, ne peior sit condicio, cum gloriosa illa hereditas fuerit abiecta. Est enim timendum, ne officium chorale ad inconditam quandam recitationem redigatur, quam vos primo fortasse sentietis inopia laborare ac taedia gignere. Exsistit etiam quaestio, num homines, cupientes sacras preces percipere, templa vestra sint tam frequentes adituri, si vetus ac nativa illarum lingua, iuncta cum cantu pleno gravitatis ac decoris, ibi non amplius resonabit. Rogamus igitur omnes, ad quos pertinet, ut ponderent, quae dimittere velint, neque fontem sinant inarescere, unde ad praesens usque tempus ubertim hauserint.

Procul dubio lingua latina sacrae militiae vestrae tironibus aliquam et fortasse haud tenuem difficultatem opponit. Haec autem, quemadmodum novistis, talis non est habenda, ut vinci et superari non possit, maxime apud vos, qui, magis abstracti a saeculi negotiis et strepitu, litteris facilius vacare potestis. Ceterum preces illae, antiqua praestancia ac nobili maiestate praeditae, iuvenes in sortem Domini vocatos ad vos allicere pergent; contra, chorus, unde sermo ille, Nationum fines exsuperans et mirabili vi spirituali pollens, atque modulamen, ex animi penetralibus, ubi fides insidet et caritas ardet, enatum, cantum dicimus gregorianum, erunt ablata, similis erit cereo exstincto, qui non amplius illuminat, non amplius hominum oculos ac mentes ad se convertit.

Quidquid est, filii carissimi, postulationes, quae supra sunt dictae, ad tam gravia spectant, ut praesenti tempore, derogando normis Concilii et Instructionum memoratarum, eas concedere nequeamus. Enixe igitur vos hortamur, ut quaestionem tam implicatam omni ex parte pensitetis. Nolumus pro benevolentia, qua vos complectimur, et pro bona existimatione, qua vos prosequimur, id permittere, quod causa esse possit in deterius labendi, non levis detrimenti origo vobis forsitan exsistat et certe toti Ecclesiae Dei aegritudinem ac maestitiam afferat. Sinite Nos, etiam invitis vobis, rem vestram tueri. Ab eadem Ecclesia, quae ob pastorales utilitates, id est in populi latine nescientis commodum, sermones vulgares in sacram Liturgiam induxit, vos mandatum habetis translaticiam dignitatem, pulchritudinem, gravitatem choralis officii, sive quoad linguam sive quoad cantum, servandi.

Itaque animis sinceris et tranquillis praeceptionibus obsequimini, quas non immodicus amor morum veterum suggerit, sed paterna erga vos caritas proponit et divini cultus diligentia suadet.

Caelestium denique donorum conciliatricem et propensi animi Nostri testem, Benedictionem Apostolicam vobis vestrisque sodalibus libentissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XV mensis Augusti, in festo Assumptionis Beatae Mariae Virginis, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri quarto.—PAULUS PP. VI.

* Moderatoribus Generalibus Religionum clericalium Chori obligatione adstrictorum: Notit. 2 (1966) 252-255. Adn. ANASTASIUS AB UTRECHT in Laurentianum 11 (1970) 308-356; CpR 45 (1967) 78-79.

3459

1966 AUG 17.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 58 (1966) 799-802

ALLOCUTIO DIE 17 AUG. 1966 CHRISTIFIDELIBUS CORAM ADMISSIS CIRCA ACTIVITATEM LEGISLATIVAM ECCLESIAE POST CONC. VATICANUM II ET DE NECESSITATE IURIS CANONICI PRO RECTO ECCLESIAE REGIMINE

Diletti figli e figlie! Avete avuto notizia del Nostro «motu proprio», intitolato, dalle parole con cui comincia, *Ecclesiae Sanctae* [LE 3458], pubblicato la scorsa settimana? Questo documento dispositivo riguarda l'esecuzione di quattro decreti conciliari: quello circa l'ufficio dei Vescovi, quello circa i Sacerdoti, poi quello relativo alla vita religiosa e finalmente quello riguardante l'attività missionaria. L'applicazione pratica delle disposizioni conciliari non è opera semplice e facile; esige studio, esige chiarezza, esige autorità, esige tempo, specialmente là dove si tratta di introdurre qualche riforma o qualche innovazione in quell'organismo così tradizionale, così complesso, così ordinato e così sensibile, qual è la Chiesa cattolica. /

Il Concilio ha tracciato delle norme, a cui bisogna prestare ossequio; ma altre volte ha enunciato principi, criteri, voti, ai quali bisogna far seguire adempimento concreto, con leggi e con istruzioni nuove, con organi e con uffici nuovi, con movimenti spirituali, culturali, morali, organizzativi, che impegneranno molte persone, molte fatiche, e forse molti anni.

La vitalità della Chiesa cattolica—Il Concilio ha lasciato alla Chiesa non solo un ricco tesoro di dottrine e di impulsi operativi; ha lasciato altresì un'eredità di doveri, di precetti, di impegni, ai quali dovrà corrispondere la buona volontà della Chiesa, affinchè il Concilio abbia reale efficacia e raggiunga gli scopi, che si è prefissi.

Da ciò si vede l'importanza del post-Concilio, la quale investe dapprima chi nella Chiesa ha ufficio e responsabilità di guida, e poi tutto il Popolo di Dio. In un certo senso è più grave e laborioso il periodo che segue il Concilio, che non quello della sua celebrazione. Questo periodo, che si caratterizza dalla accettazione e dalla fedeltà nei riguardi delle conclusioni conciliari, mette alla prova e mette in evidenza *la vitalità della Chiesa cattolica.*

Quali sono le manifestazioni post-conciliari della vitalità della Chiesa? La prima, solenne, universale, ma occasionale è stata la celebrazione del Giubileo straordinario, che ha ravvivato il fervore religioso e morale della Chiesa polarizzando d'intorno al Vescovo e alla Cattedrale il popolo credente, facendogli meglio avvertire le sorgenti di verità e di grazia sgorganti dal ministero gerarchico, e meglio gustare il senso comunitario che deve animare e adunare nella fede e nella carità, nella orazione e nell'operosità, i seguaci di Cristo. Siamo lieti di rilevare che là dove il Giubileo è stato piamente organizzato ha dato felicissimi risultati: la vitalità della Chiesa ha dato segno magnifico e promettente d'una sua autentica animazione, quella religiosa.

Attività legiferante della Chiesa—Ma non è il solo segno. Un altro è dato dalla fecondità legislativa, promossa dal Concilio. Può mancare alla Chiesa di Dio questa attività? Noi sappiamo bene che da molte parti si guarda con antipatia all'attività legiferante della Chiesa, come se fosse opposta alla libertà dei figli di Dio, antitetica allo spirito
801 del Vangelo, imbarazzante le espontanee / espressioni dei carismi propri del Popolo di Dio, frenante lo sviluppo storico dell'organismo ecclesiastico, che risulta estraniato e ritardato rispetto allo sviluppo storico della società temporale. Ma non vediamo come la Chiesa cattolica, se vuol essere fedele e consequenziaria ai principî costitutivi del suo divino Fondatore, possa prescindere dal dare a se stessa un «diritto canonico»: se la Chiesa è società visibile, gerarchica, impegnata ad una missione salvatrice, che non ammette se non una univoca e determinata realizzazione, custode d'una Parola, che deve essere conservata rigorosamente e diffusa apostolicamente, responsabile della salute dei propri fedeli e dell'evangelizzazione del mondo, non può fare a meno di darsi leggi, coerentemente derivate dalla Rivelazione e dai bisogni sempre insorgenti della sua vita sia interiore, che esteriore. Per correggere i possibili inconvenienti del così detto «giuridismo», il primo rimedio sarà non tanto nell'abolire la legge ecclesiastica, quanto nel sostituire a prescrizioni canoniche imperfette o anacronistiche altre prescrizioni canoniche meglio formulate. Chi alimenta avversione preconcetta verso la legge della Chiesa non ha il vero *sensus Ecclesiae*; e chi crede di far progredire la Chiesa, demolendo semplicemente le strutture del suo edificio spirituale, dottrinale, ascetico, disciplinare, in pratica demolisce la Chiesa, accoglie lo spirito negativo di chi la diserta, e di chi non l'ama, e non la costruisce. Si legga San Paolo; si vedano i primi passi autentici della vita della Chiesa; e si scorgerà come la premura di esprimere norme positive e autorevoli a difesa, a sostegno, a guida della comunità cristiana, dimostri appunto la vitalità della Chiesa, e come tale premura dica la sapienza, la forza, la carità di coloro che «lo Spirito Santo ha posto quali vescovi a reggere la Chiesa di Dio» [1].

Necessaria risposta dei fedeli—Bisognerà ricordare queste cose, figli carissimi, perché siamo all'inizio d'un nuovo e grande periodo legislativo della Chiesa. Il Concilio lo ha inaugurato; l'«aggiornamento» lo reclama; il proposito di rivedere il Codice di Diritto Canonico lo esige. Perciò dovremo studiarci di riconoscere nell'attività legislativa della Chiesa una manifestazione congeniale alla sua missione;
802 dovremo procurare di «tenerci al corrente», come si suol dire, delle novità legislative ecclesiastiche, specialmente / di quelle che ci riguardano direttamente; e piuttosto che affettare disinteresse o disprezzo per le norme canoniche, cercheremo di comprenderne lo spirito, di osservarne i precetti, e di apprezzarne le pastorali sollecitudini. Così si ama la Chiesa e così si partecipa al flusso della sua sempre giovane vitalità. È ciò che vi auguriamo di cuore tutti benedicendovi.

[1] Act. 20, 28.

3460

1966 AUG 22.-SECRET. STATUS, NOTIFICATIO. PART.*

INTRODUCTIO DIVORTII IN ITALIAM LAEDIT CONCORDATUM ADHUC IN VIGORE INTER ITALIAM ET SEDEM APOSTOLICAM

La Segreteria di Stato di Sua Santità ossequia l'Ambasciata d'Italia presso la Santa Sede e si pregia di significarle quanto segue:

La notizia apparsa su alcuni organi di stampa, che sarà ripreso prossimamente al Parlamento l'esame di un disegno di legge per l'introduzione del divorzio in Italia è stata appresa con pena e preoccupazione.

È ben noto che i tentativi compiuti in tal senso, nel passato, sono stati vivamente riprovati dalla parte sana del popolo italiano, sensibile a tutto ciò che possa, in qualsiasi modo, disgregare la famiglia e menomare i valori morali che stanno alla base del matrimonio stesso.

La coscienza morale del popolo ravvisa, infatti, nell'indissolubilità del matrimonio la naturale salvaguardia e la più ferma garanzia di stabilità dell'istituto matrimoniale, premessa indispensabile perchè esso possa efficacemente adempiere la sua missione.

È superfluo ricordare l'importanza specialissima che, anche al di fuori del campo strettamente religioso, assume la tutela della indissolubilità del matrimonio per la saldezza dei sentimenti, donde esso trae origine e felicità; per quella serenità della famiglia, e della prole specialmente, che non teme d'essere mai compromessa dalla risoluzione del vincolo che costituisce la società domestica; e con tutta evidenza per la prosperità dello Stato.

L'esempio del decadimento dei costumi in quaei Paesi nei quali vige il divorzio, non può non sconsigliare un'esperienza che sarebbe triste e deleteria. Che in Italia, a differenza di altri Paesi, non esista il divorzio è da reputarsi suo onore e sua fortuna; non già segno di antiquata legislazione.

La circostanza che il divorzio sarebbe permesso soltanto in casi determinati non attenuerebbe la gravità dell'innovazione, poichè, oltre la considerazione che si tratta di un male morale in ogni caso inaccettabile perchè sovverte le stesse esigenze di ordine sociale e naturale, i fatti stanno a dimostrare che il principio, una volta ammesso, ha poi molteplici e sempre più numerose applicazioni con immensi danni per la vita religiosa e civile di una Nazione. Il divorzio, infatti, non è rimedio, ma incentivo ai disordini, che affliggono l'istituto familiare. La sola ipotesi della sua possibilità stimola il prodursi delle cause, che sembrano reclamarne l'applicazione.

È, poi, da sottolineare che una legge, la quale consentisse lo scioglimento del matrimonio celebrato davanti a un ministro del culto cattolico, secondo le norme del diritto canonico, comporterebbe una violazione del Concordato.

Nè potrebbe ragionevolmente sostenersi la tesi che, nel caso, sarebbero sciolti solamente gli effetti civili, senza pregiudicare la validità del vincolo religioso. È ovvio, infatti, che, a norma del Concordato, gli effetti civili devono perdurare finchè perdura il matrimonio da cui derivano.

La Segreteria di Stato di Sua Santità prega l'Ambasciata d'Italia di voler far conoscere le gravi apprensioni della Santa Sede al Governo Italiano.

La medesima Segreteria di Stato di Sua Santità profitta ben volentieri della circostanza per rinnovare all'Eccellentissima Ambasciata d'Italia presso la Santa Sede i sensi della sua più alta considerazione.

Dal Vaticano, 22 agosto 1966.

* Ad Legatum Italiae penes Sedem Ap.: Dir. eccl. 81 (1970) 179-180.

3461

1966 AUG 25.-SC DE PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR IMPERTIENDI ABSOLUTIONEM SACRAMENTALEM GENERALEM IN VIGILIIS MAGNARUM SOLEMNITATUM

Romae, 25 Aug. 1966

Excellentissime ac Reverendissime Domine, Litteris Tuis, die 28 mensis iunii huius anni datis et a Nuntiatura Apostolica Nairobiensi huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide rite transmissis, facultatem petiisti Tua in dioecesi permittendi ut, vigiliis magnarum solemnitatum religiosarum —quando numerus fidelium, qui peccata confiteri cupiunt, nimius evadit—, aliqui sacerdotes absolutionem generalem impertiri possint.

Ad rem quod attinet, Tecum communicare satago responsum quod nuper, id est die 17 mensis iunii c. a., Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei cuidam dedit Episcopo idem petenti, scilicet: «Sequenda est Instructio Sacrae Poenitentiariae Apostolicae, data 25 martii 1944 (*A. A. S.* XXXVI, 1944, pp. 155-156) [LE 1792]; ad mentem: mens est ut peccata gravia, hoc modo absoluta, quando ad illud opportunitas data fuerit, coram sacerdote singula confitenda sint».

Haec Tibi renuntians, omnia fausta feliciaque ominor atque summa cum observantia subsignor, Excellentiae Tuae Reverendissimae addictissimus in Domino.—G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praef.* P. Sigismondi, *a Secr.*

* Ordinario Aruasensi, Prot. N. 3076/66: BiM 30 (1986) 193.

http://www.obrascatolicas.com

3462

1966 AUG 30.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 874

APOSTOLICA NUNTIATURA APUD TURCARUM REMPUBLICAM ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Optimo sane consilio a Ioanne Pp. XXIII, qui Noster imm. rec. Decessor, ut verae per universum terrarum orbem pacis, ita amicae inter Ecclesiam variasque nationes necessitudinis fuit perstudiosus, Apostolicae Legationis sedes apud Turcarum Rempublicam anno MCMLX est constituta, quae ad praesens usque omnia munera atque negotia sua laudabiliter obivit. Nunc autem, collatis consiliis cum summis eiusdem Civitatis rectoribus, novum Nobis videtur potioreque praeditum iure Institutum pro vetere Internuntiatura ibidem fundare, quo commodius catholicae civilisque rei rationibus atque incrementis consulatur. Quapropter Nos motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, Internuntiaturam Apostolicam in Turcarum Republica in *Nuntiaturam Apostolicam* erigimus et constituimus, eiusque sedem in urbe Ancyra confirmamus. Eidem igitur sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc animi Nostri testificationem religioni provehendae esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Nuntiaturae Apostolicae in Turcica Republica, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXX mensis Augusti, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri quarto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3463

1966 AUG 31.-SC SACRAMENT., RESPONSUM. PART.*

DISPENSATIO MATRIMONII RATI ET NON CONSUMMATI CONCEDI NON SOLET CUM PARTES COPULAM ONANISTICAM VEL CONDOMATAM INTER SE EXERCUERUNT

Die 31 Aug. 1966

Dispensatio matrimonii concedi non solet cum coniuges relationes inter se habuerunt per copulam onanisticam vel condomatam. Etenim, admissa penetratione, fere impossibilis evadit probatio de non secuta seminis effusione, saltem partiali, in vaginam mulieris. Eiusdem S. Congregationis attamen erit casum considerare si certo constiterit de impossibilitate eiaculandi ex parte viri ob infirmitatem peritiis confirmatam.

* Ordinario Patersonensi, Prot. N. 1581/66: Jurist 28 (1968) 210-211.

3464

1966 AUG .. -CONSILIUM LITURGIAE, RESPONS. PART.*

SOLVITUR DUBIUM: UTRUM LICEAT MISSAM LINGUA VERNACULA CANTARE

A nonnullis dubium movetur an liceat Missam etiam lingua vernacula cantare. Asserunt enim quidam e Constitutione de sacra Liturgia hoc erui non posse.

Principia ad dubium solvendum habentur in ipsa Constitutione. Explicita vero et authentica eorundem principiorum interpretatio legitur in Instructione ad eiusdem Constitutionis exsecutionem recte ordinandam, die 26 septembris 1964, a S. R. C. data [LE 3217].

Singula percurramus, *integros* articulos eorumque ad invicem connexionem prae oculis habendo.

I.—Principium generale de admissione linguae vernaculae in liturgiam habetur in art. 36 Constitutionis, qui statuit:

1. *Linguae latinae usus, salvo particulari iure, in Ritibus latinis servetur.*

2. *Cum tamen, sive in Missa, sive in Sacramentorum administratione, sive in aliis Liturgiae partibus, haud raro linguae vernaculae usurpatio valde utilis apud populum existere possit, amplior locus ipsi tribui valeat, imprimis autem in lectionibus et admonitionibus, in nonnullis orationibus et cantibus, iuxta normas quae de hac re in sequentibus capitibus singillatim statuuntur.*

3. *Huiusmodi normis servatis, est competentis auctoritatis ecclesiasticae territorialis, de qua in art. 22, 2, etiam, si casus ferat, consilio habito cum Episcopis finitimarum regionum eiusdem linguae, de usu et modo linguae vernaculae statuere, actis ab Apostolica Sede probatis seu confirmatis.*

4. *Conversio textus latini in linguam vernaculam in Liturgia adhibenda, a competenti auctoritate ecclesiastica territoriali, de qua supra, approbari debet.*

Ex hoc articulo erultur: *a)* Linguam latinam retinendam esse in ritibus latinis, idest linguam liturgicam propriam ritus latini permanere, etsi ex Concilii deliberationibus etiam lingua vernacula in liturgiam admittitur. *b)* Linguam vernaculam admitti, quibusdam condicionibus, uti linguam liturgicam, in sacras celebrationes. *c)* Condiciones autem ut lingua vernacula in liturgiam admittatur, esse: 1. ut Coetus Episcoporum cuiusque nationis statuat de eius *usu* (idest de facultate eam adhibendi) et de eius *modo* (idest de limitibus intra quos eam adhibere licet); 2. ut normae serventur, quae pro diversis liturgiae partibus in respectivis capitibus indicantur. *d)* Exempla adducta esse tantummodo indicativa: nam dicitur *imprimis... in nonnullis*, et expresse remittitur ad ea quae pressius indicantur in sequentibus capitibus. *e)* Nullum haberi discrimen inter celebrationes in cantu et sine cantu peractas.

II. Ad Missam quod attinet, principia art. 36 enucleata pressius explicantur et applicantur in art. 54, qui proinde satisfacit statutis articuli 36 de normis singillatim statuendis. En textus art. 54: *Linguae vernaculae in Missis cum populo celebratis congruus locus tribui possit, praesertim in lectionibus et «oratione communi», ac, pro condicione locorum, etiam in partibus quae ad populum spectant, ad normam art. 36 huius Constitutionis.*

Provideatur tamen ut christifideles etiam lingua latina partes Ordinarii Missae quae ad ipsos spectant possint simul dicere vel cantare.

Sicubi tamen amplior usus linguae vernaculae in Missa opportunus esse videatur, servetur praescriptum art. 40 huius Constitutionis».

Ex hoc eruitur: *a)* linguam vernaculum admitti «in Missis cum populo celebratis», nullo facto discrimine inter Missam in cantu et Missam lectam. *b)* Dari gradus huius admissionis; — *praesertim*, idest quodammodo ex natura rei, in lectionibus et oratione communi; — *pro condicione locorum*, idest maiore vel minore extensione prout fidelium facultas conscie et actuose participandi id requiret, etiam in partibus quae ad populum spectant. *c)* Servandas esse normas art. 36, idest, in concreto paragraphos tertiam et quartam. Nam prima paragraphus principium statuit generale, de servanda lingua latina in ritibus latinis; secunda vero iam determinatur verbis ipsius art. 54.

III. Ad concrete applicandum ergo art. 54, determinandae manent, in praxi, quaenam sint partes «quae ad populum spectant».

Haec autem locutio, quae in hoc articulo 54 substituit et definit illa generaliora verba art. 36: *in nonnullis orationibus et cantibus*, derivatur ab Instructione S. R. C. diei 3 sept. 1958 [LE 2774], in qua gradus proponuntur participationis populi tum pro Missa in cantu (n. 25) tum pro Missa lecta (n. 31) et partes innuuntur, quas fideles opportune participere possunt.

Quae omnia aperte assumuntur et, iuxta principia Constitutionis, per gradus ordinantur in n. 57 *Instructionis ad exsecutionem Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinandam*, diei 26 sept. 1964.

En textus huius numeri: *In Missis sive in cantu sive lectis, quae cum populo celebrantur, competens auctoritas ecclesiastica territorialis linguam vernaculam admittere potest, actis ab Apostolica Sede probatis seu confirmatis:* a) *praesertim in proferendis Lectionibus, Epistola et Evangelio, necnon in oratione communi seu fidelium;* b) *pro condicione*

autem locorum, etiam in cantibus Ordinarii Missae, nempe: Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus, Benedictus *et* Agnus Dei, *et in antiphonis ad introitum, ad offertorium et ad communionem, necnon in cantibus inter lectiones occurrentibus;* c) *insuper in acclamationibus, salutationibus et formulis dialogi, in formulis:* Ecce Agnus Dei; Domine, non sum dignus *et* Corpus Christi *in communione fidelium, et in oratione dominica cum sua admonitione et embolismo.*

Hoc textu omne dubium adimitur. Nam non solummodo excluditur per silentium, sicut in Constitutione, discrimen quodlibet inter Missam in cantu et Missam lectam, sed idem discrimen aperte reicitur. Dicitur enim expresse: «*In Missis sive in cantu sive lectis*, quae cum populo celebrantur».

IV. Nullo modo ergo accipi potest interpretatio a quibusdam data, nempe verba art. 36: *in nonnullis orationibus et cantibus* intellegenda esse solummodo de orationibus aut cantibus lingua vernacula, quae fideles in Missa addere possunt praeter textus liturgicos.

Hoc iam licebat, habitualiter in Missa lecta, ex consuetudine vel indulto in Missa in cantu (cfr. *Instr.* 3 sept. 1958, n. 14 et 13 *c*).

Ceterum natura verae participationis actuosae exigit ut fideles non alias precationes aliosve cantus proferant, quasi aliam actionem ab actione sacerdotis celebrantis peragentes, sed ut easdem preces eosdemque cantus, pro sua parte, participent, ita ut unitas actionis liturgicae clare manifestetur.

V. In praxi ergo Missam lingua vernacula cantare licet, dummodo: *a)* Coetus Episcoporum nationalis hoc permiserit et interpretationes approbaverit atque confirmationem Apostolicae Sedis habuerit; *b)* cantus qui lingua vernacula proferentur intra limites contineantur ab eodem Coetu Episcoporum statutos; *c)* Melodiae a sacerdote eiusque ministris canendae sint a Coetu Episcoporum approbatae.

N. B.—Melodiae pro cantibus *Ordinarii* Missae non requirunt approbationem Coetus Episcoporum.

VI. Quid ergo de thesauro musicae sacrae saeculis anteactis pro textibus latinis conscripto?

a) Etsi lingua vernacula admittitur, lingua latina non excluditur; proinde in celebrationibus lingua latina, aut ex integro aut partim, peractis, thesaurus traditus adhibetur, formis selectis quae facultatibus cuiusque coetus fidelium et cuiusque scholae cantorum respondeant.

b) Huic autem thesauro, a saeculis anteactis tradito, nunc apponitur alia eiusdem thesauri pars, pro textibus lingua vernacula conscriptis. Tempus certe necessarium erit, ut ad perfecta opera habenda perveniatur; proinde laude digni sunt, qui suum ingenium suamque artem ad novas melodias conscribendas applicant.

c) Periti insuper bene indicare valent num in singulis celebrationibus aliae partes lingua latina aliae lingua vernacula cani possint, attentis cuiusque linguae ingenio et peculiaribus dotibus.

* Notit. 2 (1966) 240-243.

3465

1966 SEP 2.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 63 (1971) 204

IN REPUBLICA UGANDENSI NUNTIATURA APOSTOLICA CONSTITUITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Inter Sanctam Sedem et civiles populorum auctoritates congruenter iungi peculiares necessitudines manifeste a quovis deprehenditur, qui secum animadvertat quam sive civibus prosint sive christianis fidelibus mutuae consensiones ad communem omnium utilitatem efficacius quaerendam et comparandam. Cum igitur commodum esse visum fuerit Apostolicam Sedem et Ugandensem Rempublicam huiusmodi vinculis inter se coniungi, Nos, de sententia Sacrae Congregationis de Propaganda Fide deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi *Nuntiaturam Apostolicam* in Uganda constituimus, cuius sedes in urbe Kampala erit. Eidem scilicet congrua officia, privilegia atque indulta deferimus, quae sunt huiusmodi legationum propria. Contrariis nihil obstantibus.

Ceterum haec quae iussimus decernimus ut firma sive in praesens sive in posterum tempus sint, utque suos effectus habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die altero memsis septembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3466

1966 SEP 2.-CONVENTIO SOLLEMNIS CUM BAVARIA. AAS 58 (1966) 1135-1140

CONVENTIONES INTER APOSTOLICAM SEDEM ET BAVARICAM CIVITATEM CIRCA UNIVERSITATES RATISBONENSEM, FRISINGENSEM ET MONACENSEM

I

ACCORDO FRA LA SANTA SEDE E LO STATO BAVARESE CIRCA LA FACOLTÀ DI TEOLOGIA CATTOLICA DELL'UNIVERSITÀ DI RATISBONA

Fra la Santa Sede, rappresentata dal suo Plenipotenziario, Sua Eccellenza Mons. Dr. Corrado Bafile, Arcivescovo titolare di Antiochia di Pisidia, Nunzio Apostolico in Germania,

e lo Stato Bavarese, rappresentato dal suo Plenipotenziario, il Signor Dr. Ludwig Huber, Ministro dello Stato Bavarese per Istruzione e Culto, viene concluso il seguente Accordo:

Articolo 1. La Santa Sede consente all'erezione di una Facoltà di Teologia cattolica della Università di Ratisbona ed alla conseguente soppressione dell'Alta Scuola filosofico-teologica di Ratisbona.

Articolo 2. La Facoltà di Teologia cattolica dell'Università di Ratisbona godrà in tutto della stessa posizione giuridica che la Facoltà di Teologia cattolica delle Università dello Stato Bavarese. Alla Facoltà di Teologia cattolica dell'Università di Ratisbona si applicano le relative disposizioni del Concordato con la Baviera del 29 Marzo 1924 [LE 586] e complementarmente quelle del Concordato con il Reich del 29 Luglio 1933 [LE 1182].

VERTRAG ZWISCHEN DEM HEILIGEN STUHL UND DEM FREISTAAT BAYERN ÜBER DIE KATHOLISCH-THEOLOGISCHE FAKULTÄT DER UNIVERSITÄT REGENSBURG

Zwischen dem Heiligen Stuhl, vertreten durch dessen Bevollmächtigten, Seine Exzellenz den Herrn Apostolischen Nuntius in Deutschland, Dr. Corrado Bafile, Titularerzbischof von Antiochien in Pisidien,

und dem Freistaat Bayern, vertreten durch dessen Bevollmächtigten, den Herrn Bayerischen Staatsminister für Unterricht und Kultus, Dr. Ludwig Huber, wird nachstehender Vertrag geschlossen:

Artikel 1. Der Heilige Stuhl stimmt der Errichtung einer katholisch-theologischen Fakultät der Universität Re/gensburg und der damit verbundenen Auflösung der Philosophisch-Theologischen Hochschule Regensburg zu. 1136

Artikel 2. Die katholisch-theologische Fakultät der Universität Regensburg erhält im vollen Umfang den gleichen Rechtsstatus, wie ihn die katholisch-theologischen Fakultäten der anderen Bayerischen Landesuniversitäten besitzen. Die einschlägigen Bestimmungen des Bayerischen Konkordates' vom 29. März 1924 [LE 586] und ergänzend die einschlägigen Bestimmungen des Reichskonkordates vom 20. Juli 1933 [LE 1182] finden auf die katholisch-theologische Fakultät der Universität Regensburg Anwendung.

http://www.obrascatolicas.com

Articolo 3. Alla Facoltà di Filosofia della Università di Ratisbona si applica l'art. 4, § 2 del Concordato con la Baviera.

Articolo 4. Le divergenze di opinione, che sorgessero in avvenire fra le Alte Parti contraenti circa l'interpretazione di qualche disposto del presente Accordo saranno eliminate a norma dell'art. 15, § 1 del Concordato con la Baviera.

Articolo 5. Questo Accordo, i cui testi italiano e tedesco fanno egualmente fede, dovrà essere ratificato e gli Istrumenti della ratifica dovranno essere scambiati quanto prima nella Nunziatura Apostolica in Bad Godesberg.

Esso entra in vigore il giorno dello scambio di detti Istrumenti.

In fede di che i Plenipotenziari hanno firmato il presente Accordo.

Fatto in doppio originale. Monaco, 2 Settembre 1966.—Corrado Bafile, Arciv. tit. di Antiochia di Pisidia, *Nunzio Apostolico.*

Artikel 3. Auf die philosophische Fakultät der Universität Regensburg findet Art. 4 § 2 des Bayerischen Konkordates entsprechende Anwendung.

Artikel 4. Eine in Zukunft etwa zwischen den Hohen Vertragschliessenden entstehende Meinungsverschiedenheit über die Auslegung einer Bestimmung dieses Vertrages wird nach Artikel 15 § 1 des Bayerischen Konkordates beseitigt werden.

Artikel 5. Dieser Vertrag, dessen italienischer und deutscher Text gleiche / Kraft haben, soll ratifiziert und 1137
die Ratifikationsurkunden sollen möglichst bald in der Apostolischen Nuntiatur in Bad Godesberg ausgetauscht werden.

Er tritt mit dem Tage des Austausches in Kraft.

Zu Urkund dessen haben die Bevollmächtigten diesen Vertrag unterzeichnet.

Geschehen in doppelter Urschrift. München, 2. September 1966.—Dr. Ludwig Huber, *Staatsminister für Unterricht und Kultus.*

Conventione inter Apostolicam Sedem et Bavariam rata habita, die XXVIII mensis Octobris anno MDCCCCLXVI Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, i. e. a die XXVIII Octobris anno MDCCCCLXVI, huiusmodi Conventio inter Apostolicam Sedem et Bavariam icta vigere coepit ad normam articuli V eiusdem Pactionis. / 1138

II

Accordo fra la Santa Sede e lo Stato Bavarese circa la soppressione dell'Alta Scuola Filosofico-Teologica di Frisinga e la formazione scientifica degli studenti di Teologia Cattolica presso l'Università di Monaco

Fra la Santa Sede, rappresentata dal suo Plenipotenziario, Sua Eccellenza Mons. Dr. Corrado Bafile, Arcivescovo titolare di Antiochia di Pisidia, Nunzio Apostolico in Germania,

e lo Stato Bavarese, rappresentato dal suo Plenipotenziario, il Signor Dr. Ludwig Huber, Ministro dello Stato Bavarese per Istruzione e Culto, viene concluso il seguente Accordo:

Articolo 1. La Santa Sede consente alla soppressione dell'Alta Scuola filosofico-teologica di Frisinga.

Articolo 2. Il Governo dello Stato Bavarese si impegna a dotare la Facoltà di Teologia cattolica dell'Università di Monaco di personale e di mezzi, in maniera tale che questa possa soddisfare adeguatamente alle esigenze odierne e future della formazione teologica, anche in quanto essa finora aveva luogo presso l'Alta Scuola filosofico-teologica di Frisinga.

Articolo 3. Particolari circa il trasferimento dello studio teologico vengono riservati ad un Accordo a parte tra lo Stato Bavarese e l'Arcidiocesi di Monaco e Frisinga.

Articolo 4. Questo Accordo, i cui testi italiano e tedesco fanno egualmente fede, dovrà essere ratificato e gli Istrumenti della ratifica dovranno essere scambiati quanto prima nella Nunziatura Apostolica in Bad Godesberg.

Esso entra in vigore il giorno dello scambio di detti Istrumenti.

In fede di che i Plenipotenziari hanno firmato il presente Accordo.

Fatto in doppio originale. Monaco, 2 Settembre 1966.—Corrado Bafile, Arciv. tit. di Antiochia di Pisidia, *Nunzio Apostolico.*

Vertrag zwischen dem Heiligen Stuhl und dem Freistaat Bayern über die Auflösung der Philosophisch-Theologischen Hochschule Freising und die wissenschaftliche Ausbildung der Studierenden der Katholischen Theologie an der Universität München

Zwischen dem Heiligen Stuhl, vertreten durch dessen Bevollmächtigten, Seine Exzellenz den Herrn Apostolischen Nuntius in Deutschland, Dr. Corrado Bafile, Titularerzbischof von Antiochien in Pisidien,

und dem Freistaat Bayern, vertreten durch dessen Bevollmächtigten, den Herrn Bayerischen Staatsminister für Unterricht und Kultus, Dr. Ludwig Huber, / wird nachste- 1139
hender Vertrag geschlossen:

Artikel 1. Der Heilige Stuhl stimmt der Auflösung der Philosophisch-Theologischen Hochschule Freising zu.

Artikel 2. Die Bayerische Staatsregierung verpflichtet sich, die katholisch-theologische Fakultät der Universität München mit Personal und mit Sachmitteln so auszustatten, dass der jetzige und der künftige Bedarf der theologischen Ausbildung, auch soweit sie bisher an der Philosophisch-Theologischen Hochschule Freising erfolgte, ausreichend befriedigt werden kann.

Artikel 3. Einzelheiten der Überleitung des Studienbetriebs bleiben einer gesonderten Vereinbarung zwischen dem Freistaat Bayern und der Erzdiözese München und Freising vorbehalten.

Artikel 4. Dieser Vertrag, dessen italienischer und deutscher Text gleiche Kraft haben, soll ratifiziert und die Ratifikationsurkunden sollen möglichst bald in der Apostolischen Nuntiatur in Bad Godesberg ausgetauscht werden. / 1140

Er tritt mit dem Tage des Austausches in Kraft.

Zu Urkund dessen haben die Bevollmächtigten diesen Vertrag unterzeichnet.

Geschehen in doppelter Urschrift. München, 2. September 1966.—Dr. Ludwig Huber, *Staatsminister für Unterricht und Kultus.*

Conventione inter Apostolicam Sedem et Bavariam rata habita, die XXVIII mensis Octobris anno MDCCCCLXVI Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, i. e. a die XXVIII Octobris anno MDCCCCLXVI, huiusmodi Conventio inter Apostolicam Sedem et Bavariam icta vigere coepit ad normam articuli IV eiusdem Pactionis.

3467

1966 SEP 5.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 58 (1966) 875

Apostolica Nuntiatura apud Coreanam Rempublicam erigitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Haud multum post quam ad supremum apostolatus apicem, divina favente clemen- 5027
tia, sumus evecti, ad publicas mutuae necessitudinis rationes cum Civitate Coreana ineundas Pontificiae Legationis sedem, idest Internuntiaturam in urbe Seulia primum erigendam curavimus. Nunc autem vere reputantes quantum utilitatis ex iis, quae diximus, amicitiae vinculis cum Ecclesiae tum civili societati oriatur, sententiamque ipsius nationis moderatorum plane noscentes, elatiore gradu nomineque ampliore Nostram ibi sedem esse augendam censemus. Quapropter Nos motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, Internuntiaturam Apo- 5028

stolicam in Republica Coreana in *Nuntiaturam Apostolicam* erigimus et constituimus, eiusque sedem in urbe Seulia confirmamus. Eidem igitur sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc voluntatis Nostrae testificationem religioni provehendae esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Nuntiaturae Apostolicae in Coreana Republica, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Septembris, anno mcmlxvi, Pontificatus Nostri quarto.—Hamletus I. Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3468

1966 SEP 5.-PAULUS VI, EPIST. A. AAS 58 (1966) 750-756

Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos orbis catholici, quinquagesimo exeunte anno post conditam Pontificiam Missionalem Cleri Unionem:

De praecipuo munere Unioni Cleri pro Missionibus concredito

PAULUS PP. VI

Venerabiles Fratres-Salutem et Apostolicam Benedictionem

Graves et increscentes in dies necessitates, in quibus ob peculiares nostrae aetatis condiciones hodie sacrum Evangelii praeconum munus obitur, sane postulant, ut opera inceptaque omnia, ad missionalem apostolatum spectantia, aptius horum temporum rationibus accommodentur ac novam vim novaque incrementa accipiant. In id autem quantum conferre possit operosa sacrorum administrorum industria, nemo est qui non videat, cum ad sacrarum missionum causam promovendam iidem ex ipso sacerdotali Ordine suscepto prae ceteris impellantur. Quare Concilium Oecumenicum Vaticanum II hoc ipsis praecepit: *Curam pastoralem* presbyteri *ita ordinabunt, ut dilationi Evangelii apud non-christianos iuvent* [1].

Consentaneum igitur erat, Venerabiles Fratres, ut perlibentes nuntium audiremus, proximo mense octobri dimidium saeculum celebratum iri, ex quo Pontificia Unio Cleri pro Missionibus optimo consilio condita est. Quae quidem faustitas gratam Nobis exhibet opportunitatem publice benevolentiam Nostram profitendi erga consociationem, cui Nosmetipsi nomen dedimus, et cuius ope coniuncti Nos cum Christi operariis in longinquis missionum territoriis laborantibus iudicavimus. Idque pariter Nobis copiam quoque dabit frugiferum de re missionali serendi colloquium vobiscum, Venerabiles in Episcopatu Fratres, atque paterna adhibendi hortamenta dilectissimis sacerdotibus, qui *ordinis Episcopalis providi cooperatores eiusque adiutores et organum sunt* [2].

Cogitatione complectentes felices progressus ac praeclara promerita, quae hoc temporis spatio vitam atque navitatem 751
Unionis Cleri pro Mis/sionibus nobilitaverunt, facere non possumus quin gratum memoremque animum convertamus ad egregios eos apostolicos viros, qui providae huius consociationis prima fundamenta iecerunt, atque in primis ad P. Paulum Manna, e Mediolanensi Instituto pro Missionibus ad exteras gentes, Unionis conditorem, cuius nomen in sacrarum missionum annales aureis litteris dignum est referri. Numquam profecto intercidet huius Evangelii praeconis memoria, qui, extremi Orientis regiones infirmae valetudinis causa iterum iterumque relinquere coactus, horum itinerum occasione magno cum animi maerore animadvertebat, in quam dolenda ignorantia versarentur christifidelium multitudines circa spiritualem earum gentium sortem, ad quas Evangelii lumen nondum pervenisset. Neque eum fugiebat hoc plerumque contingere, quod sacerdotes, suis apostolatus operibus unice intenti, haud satis, uti oporteret, erga sacras missiones sollicitum animum gerent. Quapropter vir Dei non sine superno afflatu magnanimum illud cepit consilium, ut scilicet sacerdotum omnium sollicitudinem pro sacrarum missionum causa excitaret, atque per eos studium earundem missionum apud christianum populum propagaret.

Feliciter contigit, ut ad hoc propositum efficiendum ipsi praesto adesset piissimus Praesul Vido Maria Conforti, Parmensis Episcopus idemque conditor Missionalis Instituti a S. Francisco Xaverio. Qui quidem non solum consilio et opera nascentem Unionem egregie iuvit, sed etiam auctoritatem suam interposuit, ut orta Unio approbatione pontificia donaretur. Quae approbatio die xxxi mensis oct. anno mcmxvi concessa est a Decessore Nostro fel. rec. Benedicto XV, qui praeterea in Encyclicis Litteris, quibus index *Maximum illud*, die xxx mensis novembris anno mcmxix editis [LE 221], eandem Unionem apertis verbis laudavit et clero universo publice commendavit.

Fatendum quidem est, Unionem Cleri pro Missionibus, eo conditam ut auxiliatricem quamlibet cleri operam iuvandis missionibus complecteretur, numquam in id contendere destitisse, quod initio ipsi propositum fuit, hoc est ut sacerdotes erudiret atque edoceret; ut apud eos pleniorem de sacris missionibus notitiam foveret; ut vocationes missionales aleret; ut, per Pontificium Opus a Propagatione Fidei, externa subsidia pro Evangelii praeconibus corroganda curaret. At pariter, postquam haec consociatio ex Italia per universum terrarum orbem propagata est, sponte accidit, ut eadem paulatim ad perfectiorem formam atque structuram perveniret, peculiarique modo ad illam christiani populi educationem conferret, ad quam Pontificia Opera a Propaganda Fide, a / S. Petro Apostolo et a S. In- 752
fantia, pro suo quodque munere, salutariter iam spectabant.

Auspicio igitur et impulsu Decessorum Nostrorum, ac praesertim fel. rec. Pii XI, Unio Cleri pro Missionibus, quae proximae potestati S. Congregationis de Propaganda Fide concredita fuit, paulatim, ut par erat, in Pontificiis Operibus Missionalibus praeclarum obtinuit locum.

Ad Nos quod attinet, iam asseveravimus, *ad Pontificia Opera Missionalia, humilis Vicarii Christi servitio directe addicta, spectare honorem, onus atque officium sustinendi missionem* Evangelii nuntiandi, *eique necessaria subsidia suppeditandi* [3]; hodie autem, post celebratum Concilium Oecumenicum Vaticanum II, eos magis est quod illud officium illudque munus declaremus pertinere peculiari modo ad Unionem Cleri; in qua fiduciam Nostram confirmamus. Quinimmo, Decessorum Nostrorum benevolentiam imitantes, Nobis perplacet oblatam occasionem nancisci, ut nonnulla vobis ad considerandum proponamus, quae ad felicem huius consociationis profectum atque incrementum conferre possint; quae videlicet clariore in luce collocent naturam et munera Unionis, ac simul firmiorem ipsius externam compagem reddant; ita quidem ut omnibus manifesto pateat, Unionem Cleri pro Missionibus, quamvis ceterorum Pontificalium Operum Missionalium ortu postrema sit, ratione tamen spiritualis praestantiae non extremam in iisdem iure putandam esse.

In primis sodales Unionis Cleri pro Missionibus hoc suum esse arbitrentur, ut in animos suos derivent atque in vitae actionem traducant spirituales divitias unici, aeterni atque indivisibilis sacerdotii Christi. Quod Christi sacerdotium suapte natura *missionarium* existimandum est; quemadmodum ea Redemptoris nostri verba aperte declarant, quibus ipse de divina *missione* loquitur, quam a Patre accepit et Ecclesiae suae tradidit continuandam: *Sicut misit me Pater et ego mitto vos* [4].

Quam ob rem quilibet altaris administer, utpote qui vi sacrae Ordinationis Sacerdotii Christi particeps sit, omnino oportet peculiarem hanc notam Sacerdotii Christi in se referat: hoc est tota vita sua atque in omnibus sacri muneris officiis pergendi divinam Iesu Christi missio/nem, salutis 753
nuntium hominibus perferendo. Sacerdotes —ut praeclare docet Concilium Oecumenicum Vaticanum II— *sub auctoritate Episcopi portionem gregis dominici sibi addictam sanctificant et regunt, Ecclesiam universalem in suo loco visibilem faciunt, et in aedificando toto corpore Christi* (cfr. *Eph.* 4, 12) *validam opem afferunt* [5]. Quare sicut Christus primus missionarius dicendus est, ita sacerdotes omnes, propter sacram Ordinationem susceptam, missionarii sunt habendi.

Persuasissimum prorsus habemus, sacerdotes in Pontificiam Unionem Cleri allectos, si diligenter dent operam missionariae catholici sacerdotii naturae penitus investi-

[1] Decret. *Ad Gentes*, n. 39 [LE 3364]. [2] Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 28 [LE 3232]. [3] Allocutio ad Moderatores Pontificalium Operum Missionalium, die 14 maii 1965 habita: *A. A. S.* 57 (1965) p. 520. [4] *Io.* 20, 21. [5] Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 28 [LE 3232].

5029 5030

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO
http://www.obrascatolicas.com

gandae, satis habere causae quare impensiore pietate ac pastorali studio renoventur, magna cum totius Mystici Christi Corporis utilitate atque profectu.

Aliud praeterea munus tamquam proprium Nostrae Unioni Cleri assignare par esse censemus. Scilicet quemadmodum divinus Redemptor, ut missione sibi credita fungeretur, in hunc mundum venit, non ad suam quaerendam gloriam, sed ad voluntatem Patris faciendam, constitutus Sacerdos et victima, mediator Dei et hominum, Magister et Pastor, pro omnium salute, non secus Christi sacerdos, qui vim huius missionis penitus perceperit, probe novit, se praesertim ad Ecclesiae ministerium consecratum esse; uti hoc loco plane declarat: *Presbyteri ... vi sacramenti Ordinis, ad imaginem Christi, summi atque aeterni Sacerdotis, ad Evangelium praedicandum fidelesque pascendos et ad divinum cultum celebrandum consecrantur, ... munus Christi Pastoris et Capitis pro sua parte auctoritatis exercentes, familiam Dei, ut fraternitatem in unum animatum, colligunt et per Christum in Spiritu ad Deum Patrem adducunt* [6].

Sacerdotum igitur, qui alicuius dioecesis ministerio addicti sint, proprium ac gravissimum officium est populum Dei iuvare ad rectam ac plenam conscientiam acquirendam de Ecclesia tamquam de Corpore vivente, quod variis atque inter se coniunctis membris constat; ita quidem ut unusquisque in vita Ecclesiae officii partes sibi ex Baptismo et Confirmatione assignatas conscio ac strenuo animo sustinere valeat, atque adeo Ecclesia Dei reapse evadat *signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis* [7]. Ut alias iam diximus, *agitur de tali educatione ac formatione animorum inducenda, / qua nos discamus cogitare et agere tamquam particulae, tamquam filii et fratres Communitatis ecclesialis* [8]. 754

Quoniam vero arduum huiusmodi educationis opus singulorum industria sacerdotum privatisque rationibus absolvi nequaquam potest, sed communem actionem coniunctasque vires requirit, Nobis opportunum videtur Pontificiae Unioni Cleri hoc etiam peculiare munus demandare, ut nempe plena haec conscientia de Ecclesiae mysterio seu actuosus missionalis spiritus magis magisque apud christianum populum increbescat atque dimanet. Eo vel magis quod, si ad fidelium multitudines missionario spiritu imbuendas necessaria semper erit opera ipsorum missionariorum eorumque praedicatio, nihilominus missionaria conscientia christifidelium firma atque universalis evadere nequit, nisi etiam accedat assidua sacerdotum institutio, qui curae animorum addicti sunt, quique hac de causa et ipsi vero missionali munere perfunguntur.

Praeterea Nobis in animo est auctoritate Nostra confirmare momentum Decreti *Ut universa* a S. Congregatione Propagandae Fidei editi die XIV mensis aprilis anno MCMXXXVII [LE 1381], quo Unio Missionaria Cleri Pontificiis Operibus Missionalibus annumerata est. Hodie autem, post editum Decretum Concilii Oecumenici Vaticani II *Ad gentes* [LE 3364], Unio Cleri, sub potestate Sacrae Congregationis Propagandae Fidei directe constituta, non solum rursus publice agnita est tamquam proprium Apostolicae Sedis instrumentum *ad catholicos inde ab infantia sensu vere universali et missionario imbuendos* [9], sed praesertim ceterorum Pontificalium Operum Missionalium veluti *anima* est putanda. Revera haec consociatio non est novum quoddam Opus missionale ad fidelium stipes corrogandas, sed veluti naturalis schola est, in qua christifidelium animi excoluntur et conformantur ad socialem sensum Baptismi; deinde adiuvat et complet navitatem ceterorum Pontificalium Missionalium Operum, ita ut haec etiam Opera evadant totidem scholae educationis christianae et missionariae; denique sollertem dat operam, ut eadem omnibus innotescant, in suis inceptis et finibus assequendis iuventur, atque in omnibus paroeciis condantur et promoveantur.

Cum igitur Unio Cleri pro Missionibus innitatur talibus doctrinae principiis ac talem pietatis ac navitatis sacerdotalis formam inducere / contendat, optandum profecto est, 755
ut a vobis, Venerabiles Fratres, et a vestris dilectis sacerdotibus libentissime excipiatur, id poscente conscientiae officio in sacerdotali animo insito, quod potius est quam quaevis externae legis obligatio. Ad Nos quod attinet, Decessorum Nostrorum hortamenta iterantes, volumus ut Unio Cleri in unaquaque dioecesi rite constituatur eademque habeatur tamquam pars necessario complens universam sociam actionem, ad missiones spectantem, quae a Pontificiis Operibus Missionalibus peragitur.

Denique silentio praeterire nolumus aliud Decretum *Huic sacro*, a S. Congregatione Propagandae Fidei editum die XIV mensis iulii anno MCMXLVII [1949 = LE 2063], quo ad nomen suum dandum Unioni Cleri pro Missionibus vocabantur etiam religiosi sodales laici et sanctimoniales. Quo Decreto opportune factum est, ut sedulitatis campi ad sacras precationes, ad dolores christiana patientia tolerandos et ad apostolatum spectantes —qui campi proprie ac praecipue ad Unionem Cleri pertinebant— ad novos operarios paterent, qui, utpote religiosa professione Deo consecrati, magni momenti auxiliatricem iam praestabant operam sacerdotibus in christiano populo educando. His enim omnibus dilectis filiis haec sodalitas aptissimum subsidium praebet ut vocationem suam ecclesialem ad normam Concilii Oecumenici Vaticani II firment ac solident; ut catholicae vitae communionem magis participent; ut pro regni Christi amplificatione Deo offerant praestantissimos spirituales thesauros, quos suis precibus seseque abnegandi studio in religiosa vita cotidie sibi parant. Quare flagrantissimis votis exoptamus ut cuncta religiosa Instituta, praesertim vero Monasteria clausurae obnoxia, alacri studio ascribantur Unioni Cleri pro Missionibus, ad normam statutorum, ab Apostolica Sede approbatorum; ita quidem ut haec Unio, quamvis nobile clarumque initio sibi datum nomen retineat, etiam Unio Missionaria religiosorum religiosarumque sodalium merito appellari possit.

Venerabiles Fratres ac dilecti Filii, animi Nostri sensus vobis aperte patefecimus, id vehementer cupientes, ut unitatem, mutuas necessitudines, sociam operam et cumprimis flammam missionarii spiritus foveremus. Universum hominum genus salutem ab Ecclesia exspectat, quae ex Dei Patris et Redemptoris Nostri cognitione et amore proficiscitur; dilectissimi autem Evangelii praecones tunc tantum salutis nuntium late afferre poterunt, si christiani universi cum ipsis *cor unum et anima una* precando sociamque praestando operam efficiantur. In huiusmodi salutifera christianorum unitate asserenda et fovenda praecipuum / est munus Unioni Cleri pro Missionibus concreditum: *Unum sint, ut cognoscat mundus quia tu me misisti* [10]. 756

Cum hanc sodalitatem in vestris dioecesibus, Venerabiles Fratres, constitueritis, omni diligentia consulite, ut eadem moderanda sacerdotibus committatur, qui pietate ceteris praestent eorumque animi magis pateant ad illum pastoralem spiritum et afflatum, qui a Concilio Oecumenico Vaticano II salutariter in Ecclesia excitatus est. Praeterea haec Unio Cleri praesens adsit in Consiliis Pastoralibus dioecesanis; in Seminariorum saepta ingrediatur, auspicio ductuque Moderatorum, qui eadem uti poterunt tamquam praestantissimo subsidio atque auxilio ad integram atque ecclesialem institutionem sacris alumnis impertiendam; ubique locorum preces atque opportuna incepta foveat ad christianorum unitatem restaurandam; denique ministerio sacerdotum, qui Catholicae Actionis agminibus praesunt, vero missionali spiritu navitatem apostolatus laicorum augeat et imbuat.

Nobis autem maxime cordi est, huius sodalitatis efficacitate et vi in singulis dioecesibus et paroeciis magis magisque invalescere Nostra Pontificia Opera Missionalia, *quae potissimum ad effectum deducunt coniunctionem multiplicis adiutricis operae, quam christifideles Summo Pontifici praestant* [11].

Extremo, Deiparam Virginem Mariam, Apostolorum Reginam, Unionis Cleri pro Missionibus Patronam atque Ecclesiae Matrem suppliciter invocantes, animo spei pleno vobis, Venerabiles Fratres, haec vota Nostra et optata commendamus, dum vobis vestroque clero atque missionalibus universis, pignus benevolentiae Nostrae, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die V mensis Septembris anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri quarto.—PAULUS PP. VI.

[6] *Io.* 17, 21. [11] Radiophonicus nuntius, die 23 octobris 1965 habitus, die recurrente rei missionali provehendae dicata: *A. A. S.* 57 (1965) p. 922.

Adn. S. PAVENTI in Riv. dioc. Roma 7 (1966) 1118-1126.

3469

1966 SEP 21.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR RECITANDI UNAM TANTUM HORAM, UTENDI LINGUA VERNACULA IN LITURGIA, ATQUE CELEBRANDI SEMEL TANTUM IN HEBDOMADA MISSAM CONVENTUALEM

PRECES—*Beatissime Pater*, Magister Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus,

[1] Ibid. [2] Ibid. n. 1. [3] Allocutio christifidelibus coram admissis habita die 8 mensis iunii anno 1966. [4] Decr. *Ad Gentes*, n. 38 [LE 3364].

ex commissione sibi facta a Capitulo Generali Diffinitorum in civitate Bogotensi nuper celebrato, humillime petit:

1. ut extensio facultatis per Instructionem Sacrae Rituum Congregationis die 26 Septembris 1964 Ordinariis loci datae pro Missionariis, scilicet: ex tribus minoribus eligere posse unam Horam quae diei momento magis congruat, etiam pro fratribus qui ministerii pastoralis causa legitime a choro absunt, valeat;

2. facultatem concedendi Capitulis Provincialibus, vel Prioribus Provincialibus cum suis Consiliis id petentibus, usum linguae vernaculae et Breviarii Romani in celebratione Divini Officii cum populo assistente, et ut haec celebratio etiam pro satisfactione obligationis choralis valeat;

3. ut obligatio Missae conventualis de qua in N. 562, § 1 Constitutionum pro omnibus domibus, conventibus novitiatus et studentatus exceptis, reducatur ad obligationem semel saltem in hebdomada explendam. Et Deus...

RESCR.—Vigore facultatum a Sanctissimo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, respondendum censuit: *ad primum*: conceditur juxta preces; *ad secundum*: conceditur ad normam nn. 7 et 8 Instructionis «In edicendis» diei 23 Novembris 1965 [LE 3351], dummodo agatur revera de actuosa participatione fidelium in celebratione quarundam partium Officii Divini; *ad tertium*: conceditur pro solis domibus non prioralibus.

Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, die 21 Septembris 1966.—PAULO PHILIPPE, O. P., *a Secr.* D. M. Huot, *ad. a studiis*.

* Magistro Gen. O. P., Prot. N. 6532/66: AOP 37 (1965-66) 661.

3470

1966 SEP 24.-SC DOCTRINA FIDEI, NORMAE. PART.*

FACILIOR AC CELERIOR REDDITUR MODUS PROCEDENDI IN CAUSIS DISSOLUTIONIS MATRIMONII IN FAVOREM FIDEI

Under date of 24 September, 1966 (N. 2220-61m), His Eminence, Cardinal Ottaviani, has informed me of the decision of the Sacred Congregation for the Doctrine of the Faith to seek to reduce the work involved in the preparation of the acts of the process for the dissolution of a marriage *in favorem fidei*. Thus, the testimony of the parties and witnesses (obtained in judicial or extra-judicial fashion by sworn depositions) may be presented in the form of so-called *positiones*. These are to be understood as groupings under various headings, such as: Generalia, Non-Baptism, Marriage and Divorce, Conversion, etc., of the information contained in the answers recorded in the depositions.

It will no longer be necessary for the interrogatories to be fully recopied with the individual questions and answers. Instead, only the information contained in the replies need be submitted in the manner indicated. It is hoped that this will expedite the work of the tribunals and of the Sacred Congregation.

I am also directed to inform you that the Norms of the Instruction of 1934 [LE 1220m] retain their full force. The complete process, prepared in accord with these Norms, with all the documents and information, the observations of the defender of the bond and the *votum* of the Ordinary, must be submitted.

The Judge Instructor of the process will be particularly responsible to make sure that all the information contained in the replies to the questions of the interrogatories is clearly presented in the *positiones*.

* Prot. N. 2220/81m, iuxta communicationem die 10 oct. 1966, Prot. N. 3718/66 factam a Delegato Ap. ad Ordinarios locorum S. F. A. S.: BOUSCAREN VI, p. 843.

3471

1966 SEP 24.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR MUTANDI PAROECIAM PERSONALEM PRO NIGRIS IN PAROECIAM COMMUNEM TERRITORIALEM

PRECES—The Bishop of Little Rock humbly submits to Your Holiness the following.

According to the faculty granted on 12 August, 1948, by the Sacred Congregation of the Council with rescript n. 4743-48, ten personal parishes for Negroes were established in the diocese.

Since that time, there has been a vast social change in the United States in regard to the members of the Negro race. In order to strive for the desired integration of the Negro people, the Bishop requests of Your Holiness the faculty, concerning these parishes: 1) to suppress completely, or 2) to join to another parish, or 3) to change the present Negro parish to a regular territorial parish.

It is my strong desire to continue with special efforts in the apostolate for Negroes. While I fear that the elimination of these special parishes for them may tend to lessen the work of this apostolate, I feel that the present situation in our country and in our diocese makes it advisable that the parishes designated for Negroes be eliminated *as such*. Since I am not certain that I would have the power to effect this under the provisions of the motu proprio, *De Episcoporum Muneribus* [LE 3449], I therefore request Your Holiness to consider my petition.

RESCR.—After attending to the recitals, the Sacred Congregation of the Council grants the Bishop-petitioner the faculty to make provision in each case as he judges more expedient in the Lord after he has heard his diocesan consultors and observed the other requirements.

Given at Rome, 24 September, 1966.

* Ordinario Petriculano, Prot. N. 107704/D: BOUSCAREN VI, p. 171-172.

3472

1966 SEP 27.-SC RELIGIOSORUM, EPISTULA. PART.*

DE MODO COLLABORANDI RELIGIOSORUM CUM MOTU PRO MUNDO MELIORE

Roma, 27 Settembre 1966

Reverendissimo Padre, Essendo pervenute a questa Sacra Congregazione parecchie domande circa la possibilità di una collaborazione dei religiosi al «*Movimento per un Mundo Migliore*», mi do premura di trasmettere alla Paternità Vostra Reverendissima il testo delle Norme comunicato al Reverendissimo padre Arrupe, Preposito Generale della Compagnia di Gesù, a nome del Santo Padre, il 16 Decembre 1965:

«1) Motus pro Mundo Meliore pleno jure Societati Jesu concreditur.

2) Bona igitur, quae Motus pro Mundo Meliore in dominio habet, eidem Societati in proprietatem concreduntur salvis aliorum iuribus.

3) Collaboratores stabiles, etiam ad Motum pro Mundo Meliore dirigendum, adhiberi valent, praeter socios Societatis Jesu, personae saeculares, sive clerici sive laici, etiamsi sodales sint alicujus Instituti saecularis.

4) Instituti religiosi sodales ad exercitationes tradendas aliaque opera exercenda invitari possint ut occasionaliter, de licentia suorum Superiorum, talia ministeria cum Motu pro Mundo Meliore collaborantes exerceant.

5) Exercitationes omnibus Christifidelibus de licentia Ordinarii loci tradi possunt, Religiosis vero plurium Institutorum simul coadunatis, praevia licentia Sacrae Congregationis de Religiosis».

Prego Vostra Paternità di voler cortesemente comunicare queste disposizioni, per opportuna conoscenza e norma, a tutti i Rev.mi Superiori Generali.

Profitto dell'incontro per professarme, con distinti ossequi, della Paternità Vostra Reverendissima, devotissimo nel Signore.—I. Card. ANTONIUTTI, *Pref.*

* Praesidi Unionis Romanae Superiorum Maiorum, Prot. N. 01872/65: AOCD 11 (1966) 371.

3473

1966 OCT 5.-SC DOCTRINA FIDEI, RESCRIPTUM. PART.*

MATRIMONIUM IN INFIDELITATE CONTRACTUM, POST ADULTERIUM PARTIS CATHOLICAE, NON SUBEST PRIVILEGIO PAULINO, SED SOLVI POTEST IN FAVOREM FIDEI, NONNULLIS CONDITIONIBUS IMPLETIS

PRECES—Edward, unbaptized, and Margaret, also unbaptized, were married in the year 1940 and divorced in the year 1958. Edward was baptized in the Baptist Church in the year 1955 and, after his baptism, continued to live with his wife, who remains unbaptized. After the divorce, Edward was received into the Catholic Church and was conditionally baptized on 5 April, 1958.

The interpellations were presented to Margaret by certified mail with request for return receipt, but she refused to answer them. We presumed from this refusal that her replies are in the negative, and we would have authorized Edward's use of the Pauline privilege, but, in the course of the prenuptial examination case preparatory to his marriage with a Catholic lady, it was discovered that Edward had entered a civil mar-

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

riage with Evelyn on 18 December, 1958, thus *objectively* giving Margaret justifiable cause for refusing to resume cohabitation with Edward.

Because the authors do not agree on the question whether the reason for the unbaptized party's *discessus* must be *subjectively* just, and because we cannot ascertain whether Margaret even knew of Edward's attempted second marriage or considered it an adulterous union, we respectfully ask Your Eminence whether the Pauline privilege can be used by Edward, and, if not, whether His Holiness might dissolve the Edward-Margaret marriage in favor of the faith.

Resch.—In the Curia of Peoria the process was drawn up to obtain the dissolution, in favor of the faith, of the marriage contracted between Edward, unbaptized, and Margaret, unbaptized.

After subjecting the acts to mature examination and having carried out all the requirements of the case, the question was proposed in this S. Congregation: Should recommendation be made to His Holiness for the dissolution, in favor of the faith, of the marriage referred to above so that the petitioner, already a convert to the faith, can licitly and validly enter into a new marriage before the Church with a Catholic party. Having discussed the case according to certain established rules, it decided to reply: *In the affirmative.*

His Holiness, Pope Paul VI, on 3 October, 1966, after having received a report on the entire matter, graciously deigned to grant the petition according to the above decision.

* Ordinario Peorienai, Prot. N. 3196/65m: BOUSCAREN VI, p. 544-545.

3474

1966 OCT 7.-PAULUS VI, EPISTULA-NORMAE. PART.*

NORMAE DANTUR SERVANDAE IN DIVISIONE REGIONIS PARISIENSIS IN SEPTEM NOVAS DIOECESES

I—Epistula Apostolica

Nous voulons, à l'occasion de l'érection de la nouvelle province ecclésiastique de Paris [LE 3475], vous adresser nos pensées très affectueuses, à vous, à votre coadjuteur et à vos auxiliaires, ainsi qu'aux pasteurs des diocèses de la région parisienne, anciens et nouveaux, et vous exprimer en même temps les sentiments, les désirs et les voeux que Nous portons en Notre coeur en cette circonstance particulière.

Tout d'abord, Nous rendons grâces au Seigneur avec vous pour Nous avoir permis de promulguer ces dispositions si attendues. Leur étude initiale remonte, comme vous la savez, à Notre inoubliable prédécesseur, le Pape Jean XXIII, qui avait eu l'occasion de connaître de près la situation de la région parisienne et les problèmes pastoraux posés par sa constante expansion.

Puis Nous désirons exprimer Notre gratitude à vous-même, à votre coadjuteur, aux autres évêques et à tous ceux qui ont apporté leur collaboration empressée et judicieuse à l'étude préparatoire des décisions adoptées.

Con ciò la nuova parola, che si attende dalla Chiesa, sul problema della regolazione delle nascite, non è ancora pronunciata, per il fatto che Noi stessi, avendola promessa e a Noi riservata, abbiamo voluto prendere in attento esame le istanze dottrinali e pastorali, che su tale problema sono sorte in questi ultimi anni, studiandole al confronto dei dati della scienza e dell'esperienza, che da ogni campo Ci sono presentati, dal vostro campo medico specialmente e da quello demografico, per dare al problema la sua vera e buona soluzione, che non può non essere quella integralmente umana, quella cioè morale e cristiana. Abbiamo creduto assumere obbiettivamente lo studio di tali istanze e di elementi di giudizio. Ciò è parso essere Nostro dovere; e abbiamo cercato di compierlo nel modo migliore, incaricando un'ampia, varia, versatissima Commissione internazionale; la quale, nelle sue diverse sezioni e con lunghe discussioni, ha compiuto un grande lavoro, ed ha a Noi rimesso le sue conclusioni. Le quali, tuttavia, a Noi sembra, non possono essere considerate definitive, per il fatto ch'esse presentano gravi implicazioni con altre non poche e non lievi questioni, sia d'ordine dottrinale, che pastorale e sociale, le quali non possono essere isolate e accantonate, ma esigono una logica considerazione nel contesto di quella posta allo studio. Questo fatto indica, ancora una volta, la enorme complessità e la tremenda gravità del tema relativo alla regolazione delle nascite, e impone alla Nostra responsabilità un supplemento di studio, al quale con grande riverenza per chi vi ha già dato tanta attenzione e fatica, ma con altrettanto senso degli obblighi del Nostro apostolico ufficio, stiamo risolutamente attendendo. È questo il motivo che ha ritardato il Nostro responso, e che lo dovrà differire ancora per qualche tempo.

Intanto, come già dicemmo nel citato discorso, la norma finora insegnata dalla Chiesa, integrata dalle sagge istruzioni del Concilio, reclama fedele e generosa osservanza; né può essere considerata non vincolante, quasi che il magistero della Chiesa fosse ora in stato di / dubbio, mentre 1170
è in un momento di studio e di riflessione su quanto è stato prospettato come meritevole di attentissima considerazione.

Questo dice, Signori, che forse dovremo ritrovarci per riprendere il discorso su tema di tanta importanza; ma fin d'ora Noi esprimiamo la Nostra fiducia nella vostra autorevole comprensione e nella vostra libera collaborazione circa una norma, che ben più della Nostra autorità quella della legge di Dio, e ben più d'ogni parziale interesse quello supremo della vita umana, vista nella sua interezza, nella sua dignità, nel suo destino, rende per tutti ottima e sacra.

Grazie, Signori, della vostra visita.

Vi sia espressa la Nostra riconoscenza, vi sia assicurata la Nostra stima, vi accompagni ogni Nostro migliore augurio, e vi conforti nei vostri studi, nei vostri lavori, nei vostri affetti familiari la Nostra Benedizione.

3482

1966 OCT 31.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 59 (1967) 217

APOSTOLICA NUNTIATURA APUD CAMMARUNIAE REMPUBLICAM CONSTITUITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quemadmodum semper annitimur ut publicae rationes, quae Sanctae huic Sedi cum variis nationibus iam intercedant, maioribus usque incrementis augeantur, ita eas aliis etiam cum populis iungendas atque instituendas studiose curamus. Cum ergo in praesenti Nobis detur opportunitas mutua huiusmodi necessitudine Rempublicam Cammaruniensem primum attingendi, sacrae ideo Legationis officium ibi condere volumus, cuius sit et omnia legitime negotia obire et Nostro nomine civili cum magistratu agere. Quapropter motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, *Nuntiaturam Apostolicam* apud Cammaruniensem Civitatem erigimus et constituimus, eiusque sedem in urbe Iaunde collocamus. Eidem igitur sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus iura, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc voluntatis Nostrae testificationem religioni provehendae esse conducturam. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Apostolicae in Cammaruniensi Civitate Nuntiaturae, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXXI mensis Octobris, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri quarto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3483

1966 OCT 31.-CONSILIUM LITURGIAE, NORMAE. PART.*

NORMAE CIRCA TEXTUS LITURGICOS PROPRIORUM RELIGIOSORUM IN LINGUAM VERNACULAM VERTENDOS ET AD SANCTAM SEDEM PRO APPROBATIONE MITTENDOS

Città del Vaticano, 31 Ottobre 1966

Per un più sollecito e sicuro procedimento nella approvazione o conferma dei testi in volgare dei Propri particolari da parte del «CONSILIUM», si ritiene opportuno richiamare le norme seguenti, già previste dalle indicazioni a suo tempo trasmesse agli Ecc.mi Ordinari diocesani, tramite la Conferenza Episcopale, e ai Superiori Generali, tramite l'Unione dei Superiori Maggiori.

1. Il testo sia tradotto fedelmente in lingua volgare secondo i criteri fissati nel n. 40 della Istruzione *Inter Oecumenici* (26 sett. 1964) della Sacra Congregazione dei Riti [LE 3217].

2. Le citazioni della Sacra Scrittura siano esatte e complete.

3. Si usi la terminologia tradizionale (per es. «super oblata», «graduale» e non «cantus mediationis» ecc.).

4. Siano inviate al CONSILIUM *due copie* del testo in lingua volgare e *una copia* in latino.

5. Ai testi si unisca una *relazione* sui criteri seguiti nel preparare la traduzione.

6. In questa relazione si indichi la data di approvazione del testo latino da parte della S. Congregazione dei Riti.

7. I testi del Proprio di una famiglia religiosa, in armonia con quanto è stabilito al n. 88 dell'Istruzione *Inter Oecumenici* [LE 3217] devono essere approvati «dai rispettivi Ordinari» della medesima lingua, cioè dai Superiori Maggiori delle Provincie esistenti nei territori che usano una stessa lingua.

8. La domanda indirizzata al CONSILIUM sia firmata: *a) dal Vescovo*, se si tratta del Proprio diocesano; *b) dal Superiore o Procuratore Generale*, se si tratta del Proprio di una famiglia religiosa.

* Unioni Romanae Superiorum Generalium, Prot. N. 2994/66: AOFM 86 (1967) 47. Adn. AOFM 86 (1967) 46.

3484

1966 OCT . . -CONSILIUM LITURGIAE, RESPONS. PART.*

SOLVUNTUR DUBIA: 1. AD INSTRUCTIONEM DIEI 26 SEPT. 1964 EDITAM.—2. AD ORDINEM MISSAE

1—AD INSTRUCTIONEM [LE 3217]

Utrum liceat ex arbitrio immutationes inducere in textibus liturgicis lingua vulgari exaratis et a competenti Auctoritate approbatis? RESP. 1. Iuxta Constitutionem de sacra Liturgia, moderatio liturgiae pertinet unice ad Apostolicam Sedem et, ad normam iuris, ad Episcopum et ad territoriales Episcopum Coetus: «Nemo omnino alius, etiamsi sit sacerdos, quidquam suo marte in liturgia addat, demat aut mutet» (Const. *de sacra Liturgia*, art. 22, 1-3) [LE 3141].

2. Competentis auctoritatis territorialis est decernere circa *usum et modum* admittendi linguam vernaculam in liturgia et textus in linguam vernaculam conversos approbare (*Const.*, art. 36, 3-4; *Instructio*, 26 1964, nn. 23-31) [LE 3217].

3. Recolenda insuper verba Summi Pontificis Pauli VI ad participantes Conventum de popularibus interpretationibus textuum liturgicorum, die 10 novembris 1965: «Est demum animadvertendum textus liturgicos, a competenti auctoritate approbatos et ab Apostolica Sede confirmatos, tales esse, ut religiose debeant servari. Nemini ergo licet eos ad suum arbitrium mutare, minuere, ampliare, omittere... Ea quae legitime sunt constituta, iam vim habent legum ecclesiasticarum, quibus e conscientiae officio omnes obsequi debent; idque vel magis, cum de legibus agatur, quibus actio omnium sanctissima regitur» (AAS 57 [1965] 969-970).

Utrum liceat lingua vernacula recitare partes Officii divini, a Communitate religiosa celebrati, quas religiosi laici participant? RESP. Instructio *In edicendis normis* statuit: «Communitates religiosae clericales choro haud obligatae eas divini Officii partes lingua vernacula in communi persolvere possunt quas, vi Constitutionum, etiam religiosi laici participare tenentur» (n. 4) [LE 3351].

Duplex casus dari potest:

1. Quando religiosi laici expresse obligantur, vi Constitutionum, ad Officium divinum.

2. Cum aliquae Horae divini Officii locum tenent aliarum precum a Constitutionibus praescriptarum, quas religiosi laici participare debent.

Nam Constitutiones Familiarum religiosarum quasdam preces quandoque praescribunt, ab omnibus sodalibus, clericis et laicis, in communi recitandas, certis horis diei, v. g. mane, meridie, vespere. Nunc autem, in quibusdam illarum Communitatum, decreto superiorum, loco precum a Constitutionibus imperatarum, Laudes, Vesperae aut Completorium, tamquam preces matutinae et vespertinae pro omnibus praescribuntur. Hoc in casu si religiosi laici celebrationem communem participant, lingua vernacula adhiberi potest (cf. *Notitiae*, 2 [1966] 90 *b*). Semper tamen requiritur ut textus a competenti Auctoritate territoriali approbatus sit.

Estne adhuc ponenda crux in altare versus populum? RESP. Difficultas movetur ex imaginibus propositis in *Notitiae* (2 [1966] 176) ad illustrandas quasdam ecclesias ad novas liturgiae pastoralis exigentias aptatas, in quibus crux super altare non apparet. Immo in quadam nota explicativa (p. 162) dicitur: «Unica magna crux in medio absidis totum Coetum dominatur».

Praescriptio Codicis Rubricarum, n. 527 [LE 2927], per se adhuc viget: «Super altare adsit in medio Crux satis magna cum Crucifixo». Quae crux, iuxta *Caeremoniale Episcoporum* (lib. I, c. 12, n. 11), «cum imagine Crucifixi, versa ad interiorem altaris faciem» esse debet.

Tamen *Ritus servandus* anni 1965 [LE 3251] amplius non praecipit sacerdotem debere oculos ad crucem elevare durante Missae celebratione. Insuper «crux et candelabra, quae pro singulis actionibus liturgicis in altare requiruntur, de iudicio Ordinarii loci, etiam extra ipsum poni possunt» (*Instructio*, n. 94).

Si altare ponitur versus populum, opportunius videtur hac facultate frui, secus aut tantum legis servatur et adhibetur crux ita parva ut aliquando fere invisibilis sit, aut crux impedimento est ut fideles ritus, praesertim ad elevationes et ad *per ipsum*, bene conspiciant.

Extra altare triplex datur possibilitas: ponendi crucem processionalem ante altare, facie versa ad celebrantem, quod non semper cum aliis elementis presbyterii bene cohaeret; adhibendi magnam crucem ex alto pendentem vel in pariete absidis positam. Neque, in ultimis duobus casibus necessaria est altera crux pro altari, sed sufficit unica magna crux, quae, in celebrationibus versus populum, non incensatur primo loco, sed cum sacerdos, altare circumiens, coram ipsa sistit ad alteram altaris faciem.

2—AD ORDINEM MISSAE [LE 3251]

Utrum conveniat sacram Communionem habitualiter «de eodem sacrificio sumere? RESP. Iam Encyclica *Mediator Dei* [LE 1963] laudat «qui, Sacro adstantes, hostias in eodem Sacrificio consecratas» accipiunt. Constitutio *de sacra Liturgia* [LE 3141] denuo valde commendat «illa perfectior Missae participatio qua fideles post Communionem sacerdotis, ex eodem sacrificio Corpus Dominicum sumunt» (art. 5). Quae adhortatio in *Ritu servando* accepta est: «valde commendatur ut hostiae pro fidelium communione in ipsa Missa consecrentur» (n. 7) [LE 3251].

Mens ergo Ecclesiae clara est, neque dubitari potest aptius veriusque locum pro fidelium communione esse post sacerdotis communionem. Quando autem fit cum hostiis in ipsa Missa consecratis, sacra communio revera fit signum arctioris et intimioris participationis ad Sacrificium quod celebratur.

Aliquando tamen contra hanc praxim obiectiones moventur, praesertim quoad purificationem, numerum communicantium, renovationem sacrarum Specierum forte in tabernaculo exstantium, et similia. Ad haec respondendum videtur:

a) Pro communitate religiosa, vel quando participantium numerus fere semper idem est et facile agnoscitur, practice nulla est difficultas.

b) Sacerdos ipse potest particulas quae post communionem remanent, sumere, si paucae sunt (cfr. *Ritum servandum*, n. 82). Si autem multae sunt, prudenti sacerdotis iudicio adhiberi possunt in altera Missa, quin novae hostiae consecrentur.

Difficultates motae revera tam magnae non sunt ut, habitualiter, praesertim in determinatis coetibus, praxis ab Ecclesia commendata ad rem deduci non possit.

* Notit. 2 (1966) 289-291.

3485

1966 NOV 5.-SC DOCTRINA FIDEI, RESCRIPT. PART.*

FACULTAS DATUR DISPENSANDI, QUIBUSDAM SUB CONDITIONIBUS, A FORMA CANONICA MATRIMONII MIXTI

Die 5 Novembris 1966

In your letter of 19 October of this year, Your Excellency requests a dispensation from the canonical form for the marriage to be contracted between M. G., a Catholic man, and

http://www.obrascatolicas.com

M. B., a non-Catholic woman, who refuses to give the guarantees *(cautiones)*.

In this regard I inform you that this Sacred Congregation commits to Your Excellencey's prudence and conscience to grant the dispensation from the canonical form provided that the Catholic party formally promises to fulfill his obligation, to the best of his ability, to provide for the baptism and Catholic education of his future children and provided that Your Excellency has moral certitude that he will fulfill his promise.

The non-Catholic party should be informed of the obligation the Catholic party is bound in conscience to discharge. All danger of scandal should be removed and Your Excellency shall take care that notation of the contracted marriage be made in the parish registry of marriages.

* Cuidam Ordinario loci, Prot. N. 3831/66: BOUSCAREN VI, p. 628. Adn. Vide facti speciem apud BOUSCAREN VI, p. 627-628.

3486

1966 NOV 9.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR ALIENANDI DONA VOTIVA IN FAVOREM MULTITUDINIS CIVIUM ITALIAE QUI INUNDATIONEM AQUARUM SUBIERUNT

Per venerato incarico del Santo Padre, in relazione alle Auguste disposizioni, di cui nel Comunicato de *L'Osservatore Romano* del 9 novembre c. m., Anno CVI, n. 258 [1], circa la facoltà concessa agli Eccellentissimi Ordinari di alienare i doni votivi per recare un cristiano aiuto alle popolazioni danneggiate dalle recenti alluvioni, la Sacra Congregazione del Concilio precisa quanto segue:

1) Premesso che per doni votivi si intendono, nel caso, gli oggetti offerti dai fedeli e destinati all'ornamento delle sacre immagini, gli Ecmi Ordinari, nel concedere la facoltà di alienar.i, si atterranno alle norme dei cann. 1530 § 1 e 1531 § 1 del Codice di diritto canonico per quanto si riferisce alla stima del giusto prezzo.

2) Possono essere alienati i doni votivi di qualunque genere, esclusi solamente quelli che abbiano valore artistico e storico o che, a giudizio degli stessi Ecmi Ordinari, siano necessari al decoroso culto di sacre immagini particolarmente venerate.

3) Poiché la facoltà concessa interpreta la volontà dei donanti, gli Ecmi Ordinari nel disporre le alienazioni non mancheranno di illustrarne le ragioni eccezionali in modo da evitare la eventuale meraviglia dei fedeli.

4) La facoltà si intende concessa non solo agli Ecmi Ordinari delle Diocesi italiane colpite dalle suddette alluvioni, ma anche a quelli delle altre diocesi italiane che desiderano offrire un soccorso nella presente calamità.

5) La stessa facoltà è estesa ai Superiori Maggiori degli Ordini, delle Congregazioni religiose e degli Istituti secolari.

6) Delle alienazioni effettuate gli Ecmi Ordinari vorranno dare poi comunicazione alla stessa Sacra Congregazione del Concilio.

Roma, 9 Novembre 1966.—Pietro Card. CIRIACI, *Prefetto.* Pietro Palazzini, *Segretario.*

[1 *Notificatio huius erat tenoris*]: Per recare un aiuto cristiano alle popolazioni danneggiate dalle recenti alluvioni, il Santo Padre, interpretando la volontà dei più oblatori, concede agli Eccellentissimi Vescovi la facoltà di alienare i doni votivi, che si trovino nelle chiese delle rispettive Diocesi e che non abbiano un valore artistico e storico, né siano particolarmente venerati.

* L' Osservatore Romano del 10 NOV. 1966.

3487

1966 NOV 9.-SC RITUUM, RESCRIPTUM. PART.*

MUTATIONES IN RITU VESTITIONIS ET PROFESSIONIS MONIALIUM SANCTAE CLARAE

PRECES—*Beatissimo Padre*, Il Procuratore Generale dell'Ordine dei Frati Minori, accogliendo l'istanza presentata dalle Monache Clarisse, soggette o dirette in qualunque modo dallo stesso O.F.M., e incoraggiato dal Consiglio e dal voto della Commissione liturgica, istituita presso la Curia Generalizia dell'Ordine per l'esecuzione delle norme liturgiche emanate dai documenti del Concilio Ecumenico Vaticano II, da apportarsi al rito della Vestizione e della Professione dei Voti semplici di dette Monache Clarisse, tenuto conto dello spirito e del modo già concesso circa identici atti all'Ordine dei Frati Minori, dalla S. Congregazione dei Riti in data 6 ottobre 1965 (Prot. nm. 0.96-965) [LE 3324].

Le facoltà che si richiedono sono le sequenti:

1.° La facoltà di fare la Vestizione prima della Messa e non dopo, modificando su questo punto il Rituale attuale e tralasciando in fine della cerimonia la formula di conclusione, dovendosi continuare la celebrazione del S. Sacrificio.

2.° La facoltà di fare la Professione dei Voti semplici durante la Messa, dopo la lettura del S. Vangelo e l'Omelia, prima della «Orazione dei fedeli», come è raccomandato dalla Costituzione Conciliare sulla sacra Liturgia al n. 80 [LE 3141];

3.° La facoltà di apportare le seguenti modifiche al rito attuale della Professione dei Voti semplici: *a)* di sopprimere il Responsorio e la prima interrogazione o domanda: «Sorores carissimae, quae est petitio vestra», per incominciare il rito colla seconda: «Vultis, sorores carissimae, etc.», subito dopo l'Omelia; *b)* di cantare l'inno *Te Deum* coi versetti e le orazioni dopo la Messa. E della grazia...

RESCR.—Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi a Ssmo Domino nostro Paulo Papa VI tributarum, attentis expositis, ita precibus annuit pro gratia, nimirum:

Ad I. *Affirmative*. Ad II *Affirmative*. Ad III *a*: *Negative*. Ad III *b*: *Affirmative*.

Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 9 Novembris 1966.—Arcadius M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praef.* F. Antonelli, Archiep. Idicren., *a Secr.*

* Procuratori Gen. O. F. M., Prot. N. O. 101/966: AOFM 86 (1967) 46.

3488

1966 NOV 12.-SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM. PART.*

SESSIO ALTERA CONGREGATIONIS GENERALIS SOCIETATIS IESU RESPONDET REQUISITIS STATUTIS PRO CAPITULO SPECIALI CELEBRANDO

Romae, die 12 Novembris 1966

Reverendissime Pater, Haec Sacra Congregatio attente examinata petitione a P. T. Reverendissima facta per epistolam diei 30 Octobris, super quaestionem an Congregatio generalis Societatis Iesu, cuius secunda Sessio his diebus celebratur, gaudeat illis requisitis quae in Litteris Apostolicis *Ecclesiae sanctae* [LE 3457] exiguntur circa Capitulum speciale a Normis (II, 3) impositum, respondendum censuit:

Affirmative, cum Secunda Sessio Congregationis generalis habeatur post diem 11 Octobris 1966 a quo vigere coeperunt Normae ad exsequendum Decretum SS. Concilii Vaticani II *Perfectae Caritatis* [LE 3333].

Haec Sessio plane respondet requisitis pro Capitulo speciali celebrando ad mentem Normarum praedictarum.

Quae dum P. T. Revmae communico, vota quam plurima profero ut decisiones et proposita Patrum capitularium in bonum evadant Ecclesiae et inclitae Societatis Iesu, ad maiorem Dei gloriam.—Addictissimus in Christo.—Card. ANTONIUTTI, *Praef.*

* Praeposito Gen. S. I., Prot. N. 6995/66: Acta romana Societatis Iesu 14 (1961-66) 1008.

3489

1966 NOV 12.-SC DE PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR UTENDI FORMULA BREVIORI PROFESSIONIS FIDEI IN TERRIS MISSIONUM

Roma, 12 Nov. 1966

Monseigneur, En date du 15 juillet dernier, Votre Excellence a présenté ici, au nom de la Conférence épiscopale de Corée, une demande tendant à obtenir de pouvoir faire omettre le serment et la «professio fidei» des frères séparés de fonne foi, quand ils se convertissent à l'Eglise catholique.

A cet égard, je m'empresse de vous faire savoir que la S. C. pour la Doctrine de la Foi, après avoir examiné cette requête de l'Episcopat coréen, a disposé que, dans les circonstances ci-dessus indiquées, on puisse utiliser la formule brève *Professio fidei pro locis missionum* dont ci-joint copie.

Vous demandant de bien vouloir porter cette décision à la connaisance des Evêques de Corée, Je vous prie Excellence de bien vouloir agréer l'expression de ma considération distinguée et de mes sentiments dévoués.—*G. P.* Card. AGAGIANIAN, *Préf.* P. Sigismondi, *Secr.*

* Praesidi Conferentiae episcopalis Coreanae, Prot. N. 4518/66: BM 30 (1966) 194. Vide Formulam fidei pro locis missionum infra: LE 3511.

3490

1966 NOV. 15.-PAULUS VI, CONST. AAS 59 (1967) 480-482

NOVAE GUINEAE ORIENTALIS ET INSULARUM ADIACENTIUM

IN NOVA GUINEA ORIENTALI ET INSULIS ADIACENTIBUS HIERARCHIA CONSTITUITUR

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Laeta incrementa considerantes et solacii plenum christianae religionis progressum in amplis Oceaniae oris, non solum, in ea re, prophetarum fata impleri deprehendimus de regno Dei, quod est Ecclesia (cf. *Ps.* 71, 10; *Tob.* 13, 13), verum etiam in magnam spem ingredimur fore ut christiani fines imperii ita brevi prorogentur, ut nulla sit in ea nobilissima terra aut gens, aut populus, aut natio, in qua Christus, adorandus Dei Filius hominumque Redemptor, non piis cultibus honoretur, non altaria habeat, non salutis aeternae causa ab omnibus ducatur. Quam ob rem, cum venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositi, audito quidem venerabili Fratre Domenico Enrici, Archiepiscopo titulo Ancusensi atque in Australia, Nova Zelandia atque Oceania Apostolico Delegato, in hac sententia fuissent ut in Nova Guinea Orientali et Insulis adiacentibus sacra Hierarchia constitueretur, Nos, re bene reputata, consilia Purpuratorum Patrum probantes, haec quae sequuntur statuimus atque decernimus. In tota Nova Guinea Orientali et Insulis adiacentibus, seu in territorio civili Papuasiae-Novae Guineae et Protectoratu, quem hodie dicunt, Insularum Salomonicarum, ita sacram Hierarchiam condimus ut tres omnino provinciae ecclesiasticae habeantur, itaque constitutae ut continuo describuntur: *Provincia ecclesiastica Portus Moresbiensis*, quae constabit: metropolitana Sede Portus Moresbiensis, hactenus Vicariatu apostolico eodem nomine, cuius cathedrale templum Sanctae Mariae sacrum erit; atque suffraganeis dioecesibus: Bereinitana, adhuc Vicariatu apostolico Insulae Yule, cuius cathedrale templum erit Dominae Nostrae a S. Corde dicatum; Sideiana, adhuc Vicariatu apostolico Samaraiensi, cuius templum cathedrale erit item Dominae Nostrae a S. Corde sacrum; Mendiensi, ante hoc tempus apostolico Vicariatu, cuius templum cathedrale erit Beatae Mariae Virgini Matri Divini Pastoris
481 sacrum; Daruensi, antea Praefectura apostolica, / cuius templum cathedrale erit Sancto Ludovico M. de Grignion Montfort sacrum. *Provincia ecclesiastica Madangana*, quae constabit: metropolitana ipsa Sede Madangana, quae fuit antehac Vicariatus apostolicus Portus Alexii, cuiusque templum cathedrale erit Sancto Spiritui dicatum; atque suffraganeis dioecesibus: Ueuakensi, antehac Vicariatu apostolico, cuius cathedrale templum erit D. N. Iesu Christo Regi dicatum; Aitapensi, antehac Vicariatu apostolico, cuius templum cathedrale erit Sanctae Annae, B. M. V. Matri, dicatum; Montis Hagensis, antehac Vicariatu apostolico, cuius cathedrale templum erit SS. Trinitati dicatum; Gorokana, antehac Vicariatu apostolico, cuius cathedrale templum erit B. M. V. Auxilio Christianorum dicatum; Uanimitana, antehac Praefectura apostolica, cuius erit cathedrale templum SS. Cruci dicatum; tandem dioecesi Laënsi, antehac Vicariatu apostolico, cuius cathedrale templum erit Immaculatae Conceptioni B. M. V. dicatum. *Provincia ecclesiastica Rabaulensis*, quae constabit: metropolitana Sede eiusdem nominis, quae fuit adhuc Vicariatus apostolicus, cuiusque cathedrale templum Sancto Francisco Xaverio consecrabitur; atque suffraganeis dioecesibus: Kaviengensi, quae fuit adhuc Vicariatus apostolicus, cuiusque templum cathedrale Dominae Nostrae a S. Corde consecrabitur; Buganvillensi, quae fuit adhuc Vicariatus apostolicus Insularum Salomonicarum Septemtrionalium, cuiusque templum cathedrale erit Sancto Michaëli Archangelo consecratum; Ghizotana, quae fuit adhuc Vicariatus apostolicus Insularum Salomonicarum Occidentalium, cuiusque cathedrale templum Sancto Petro apostolo consecrabitur; Honiarana, quae fuit adhuc Vicariatus apostolicus Insularum Salomonicarum Meridionalium, cuiusque templum cathedrale SS. Cruci consecrabitur. Omnes dioeceses, quas numeravimus, Sacrae Congregationi Fidei Propagandae obnoxiae esse pergent, easque gubernandas concredimus venerabilibus Fratribus qui sequuntur, quos nempe a Sedibus titularibus ad residentes transferimus, secundum ordinem gradus et vetustatis, scilicet: Adolfum Alexandrum Noser, ab Ecclesia titulo Hierpinianensi ad metropolitanam Sedem Madanganam; Vergilium Copas, ab Ecclesia titulo Bennefensi, ad Sedem metropolitanam Portus Moresbiensis; Ioannem Hoehne, ab Ecclesia titulo Urimensi, ad Sedem metropolitanam Rabaulensem; Leonem Arkfeld, ab Ecclesia Bucellensi, ad Sedem Ueuakensem; Ioannem Doyle, ab Ecclesia titulo Onuphitana, ad Sedem Sideianam; Ioannem Doggett, ab Ecclesia titulo Mundinitzensi, ad Sedem Aitapensem; Alfredum Matthaeum Stemper, ab Ecclesia titulo Eleutheropolitana in Palaestina, ad Sedem Kavien/gensem; Danielem Villelmum Stuy- 482
venberg, ab Ecclesia titulo Dionysiensi, ad Sedem Honiaranam; Georgium Elmer Bernarding, ab Ecclesia titulo Belabitenensi, ad Sedem Montis Hagensis; Ioannem Crawford, ab Ecclesia titulo Caffena, ad Sedem Ghizotanam; Leonem Lemay, ab Ecclesia titulo Agbiensi, ad Sedem Buganvillensem; Eugenium Klein, ab Ecclesia titulo Echinensi, ad Sedem Bereinitanam; Firminum Schmidt, ab Ecclesia titulo Conanensi, ad Sedem Mendiensem. Ad Canonicorum autem collegium quod attinet, quod in unaquaque dioecesi condi debet, ad Seminaria, ad eminens episcopalem, quae dicitur, ad iura cleri et populi, ea serventur ad amussim, quae Codex Iuris Canonici statuit. Ceterum has Litteras Nostras venerabilis Frater Dominicus Enrici, quem diximus, exsequi curet, vel quem ipse delegaverit. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo quinto mensis novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto.—Iacobus A. Card. COPELLO, *S. R. E. Cancellarius.* Gregorius P. Card. AGAGIANIAN, *S. Congr. de Pro. Fide Praef.* Franciscus Tinello, *Apostolicam Cancellariam Regens.* Iosephus Rossi, Ep. tit. Palmyrenus, *Proton. Apost.* Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

3491

1966 NOV 15.-SC DOCT. FIDEI, DECR. AAS 58 (1966) 1186

ABROGATI DECLARANTUR CAN. 1399 CIRCA LIBROS IPSO IURE PROHIBITOS, ET CAN. 2318 CIRCA PAENAS IN VIOLATORES LEGUM DE CENSURA ET PROHIBITIONE LIBRORUM

Post editam «Notificationem» diei 14 iunii [LE 3448] c. a. circa «Indicem» librorum prohibitorum, quaesitum fuit ab hac S. Congregatione pro Doctrina Fidei an in suo vigore permaneant can. 1399, quo quidam libri ipso iure prohibentur, et can. 2318, quo quaedam poenae feruntur in violatores legum de censura et prohibitione librorum.

Dubiis in plenario conventu fer. IV diei 12 Octobris 1965 propositis, Emi Patres rebus Fidei tutandis praepositi respondendum decreverunt:

1) *Negative* ad utrumque, quoad vim legis ecclesiasticae, iterum tamen inculcato valore legis moralis, quae omnino prohibet fidem ac bonos mores in discrimen adducere;

2) eos vero, qui forte innodati fuerint censuris de quibus in can. 2318, ab iisdem absolutos habendos esse ipso facto abrogationis eiusdem canonis.

Et in Audientia Emo Cardinali Pro-Praefecto S. Congregationis pro Doctrina Fidei die 14 eiusdem mensis et anni concessa, praefatum decretum S. Pontifex Paulus Papa VI benigne adprobare dignatus est et publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 15 novembris 1966.—A. Card. OTTAVIANI, *Pro-Praef.* P. Parente, *Secr.*

Adn. PrM 56 (1967) 146-147. Vide alias sub die 1965 Dec. 7: LE 3359.

http://www.obrascatolicas.com

3492

1966 NOV 15.-SC DE PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR CONFERENTIAE EPISCOPALI THAILANDIAE PERMITTENDI CATHOLICIS INTERVENTUM IN CAEREMONIAS QUAE CELEBRANTUR IN HONOREM ANTENATORUM

15 Novembre 1966

Eccellenza Reverendissima, Con lettera dell'8 luglio, l'Ecc.mo Mons. C. Bayet, Presidente della Conferenza Episcopale di Thailandia, ha qui presentato un'istanza diretta ad ottenere per i Vescovi di codesto Paese, di poter permettere ai cattolici le cerimonie d'uso locale in onore degli antenati.

Al riguardo, mi pregio significare a V. E. che, nell'Udienza del 15 novembre corr., il Santo Padre Si è degnato di estendere alla Thailandia l'applicazione della relativa Istruzione di Propaganda agli Ordinari Cinesi, dell'8 dicembre 1939 *(A. A. S.* 1940, p. 24-26) [LE 1506].

Pregando V. E. di voler portare a conoscenza della Conferenza Episcopale di Thailandia quanto procede, profitto ben volentieri della circostanza per porgerLe i sensi del mio distinto ossequio e confermarmi dell'Eccellenza Vostra Rev.ma devotissimo.—G. P. Card. AGAGIANIAN, *Pref.* P. Sigismondi, *Segr.*

* Delegato Ap. in Thailandia, Prot. N. 3389/66: BdM 30 (1969) 190. Eadem facultas concessa fuerat die 29 Sep. 1964 Ordinariis locorum dicionis Vietnamicnatis: BdM 30 (1969) 190.

3493

1966 NOV 16.-PAULUS VI, ALL. AAS 58 (1966) 1172-1178

Allocutio habita die 16 *Nov.* 1966 *in Sixtina Sacra Aede, Eucharistico Sacrificio a Beatissimo Patre concelebrato, ad Praepositum atque sodales Societatis Iesu, qui religiosae suae communitatis generali Coetui interfuerunt:*

DE MODO PERFICIENDI RENOVATIONEM INTERNAM ET DE RATIONIBUS SOCIETATIS IESU CUM SEDE APOSTOLICA IN PRAESENTIBUS ADIUNCTIS

Dilecti Filii, Voluimus, ut Nobiscum Eucharisticum Sacrificium concelebraretis et participaretis, antequam post absoluta negotia Congregationis vestrae generalis, singuli ad sedes vestras rediretis et ab urbe Roma, unitatis catholicae veluti centro, in orbis terrarum partes quoquoversus effunderemini; voluimus vos universos persalutare, confirmare, cohortari; et benedicere unicuique vestrum, toti Societati, variis operibus, quae ad Dei gloriam provehitis et quibus in Sancta Ecclesia inservitis; voluimus, ut modo paene sensus movente ac sollemni mandatum apostolicum vobis iterum dari sentiretis, quod muneri vobis praestituto peculiarem indolem tribuit atque vigorem, quasi vobis conferretur rursumque crederetur a beato patre vestro Ignatio, Ecclesiae Christi prae aliis fidelissimo milite: immo quasi a Christo ipso, cuius vices Nos hic in terra, hic in Apostolica Sede, indigne quidem sed veraciter agimus, vobis confirmaretur et arcano modo iuvaretur et amplificaretur.

Hac de causa hunc elegimus locum, sacrum et timore quodam animos perfundentem ob pulchritudinem, maiestatem, praesertim ob significationem imaginum, quibus ornatur; locum prae ceteris venerabilem sono precationis humillimae quidem sed pontificalis, quam hic facimus, et quae non solum laudem et gemitum animi Nostri, verum etiam totius Ecclesiae, a finibus terrae immo totius generis humani complectitur, cuius personam gerimus ministerio Nostro apud summum Deum, atque cui oraculum eius, qui est altissimus, nuntiamus. Hunc locum elegimus, ubi, quaemadmodum nostis, sortes Ecclesiae exquiruntur ac decernuntur certis temporibus historiae commendatis, quae, ut credere addecet, non voluntate hominum sed Spiritus Sancti auxilio, arcano et amoris pleno, reguntur. Hic eundem Spiritum Sanctum, cum finis plissimo huic ritui imponetur, invocabimus pro Sancta Ecclesia, quae apostolico officio Nostro comprehenditur ac repraesentatur, atque pro vobis, qui estis sodales, moderatores, auctoritate praediti
1173 Filii vestrae ac Nostrae Societatis Iesu. /

Hac precatione, qua coniunctim Spiritum Sanctum invocabimus, quodammodo sancientur ea, quae per hoc tempus magni momenti sollicite egistis; scilicet Societatem vestram et totam eius operam acri examine estis perscrutati, quasi, paulo post celebratum Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum, quattuor saecula historiae eius concludentes et novam aetatem vitae religiosae vestrae, in qua militatis, novo mentis habitu novisque propositis incipientes.

Hic igitur coetus, Fratres et Filii dilectissimi, peculiare pondus, ad historiam pertinens, habet, quod vobis ac Nobis datur vicissim describere mutuas definiendo rationes, quae Sanctae Ecclesiae cum Societate Iesu intercedunt et intercedere debent; quam quidem Ecclesiam Nos, e divino mandato, pastorali munere moderamur, et comprehendimus ac repraesentamus.

Quae sunt eae rationes? Vestrum et Nostrum est dare responsum, quod gemino modo perhibetur:

1) Vultisne vos, filii Sancti Ignatii, milites Societatis Iesu, etiam nunc, futuris temporibus et semper tales esse, quales fuistis a rerum vestrarum initio usque adhuc in utilitatem Ecclesiae catholicae et huius Apostolicae Sedis? Non esset, cur hoc rogaremus, nisi circa eandem Societatem vestram, ut circa alias religiosas familias fieri continguit, ad aures Nostras pervenissent nuntia quaedam et rumores, quae —hoc tacere non possumus— stuporem Nobis iniecerunt et quorum nonnulla Nos affecerunt dolore.

Quarum suasionum, insolitarum pravarumque impulsu in quibusdam partibus amplissimae Societatis vestrae dubium exortum est, num ea pergere deberet talis esse qualem Sanctus Vir, qui eam mente concepit et condidit, sapientissimis ac firmissimis normis composuit et qualem traditio plurium saeculorum, experientiae diligentissimae usu veluti maturitatem adepta et gravissimis confirmata approbationibus, ad Dei gloriam, Ecclesiae defensionem, hominum admirationem conformavit? Numquid in mentibus quorundam e vobis opinatio inhaesit, ex qua absolutae rationi historicae sint res humanae obnoxiae, quae, tempore genitae, eodem tempore necesse sit consumantur, quasi in Ecclesia catholica non insit charisma veritatis, quae permanet, et stabilitatis, quae frangi non potest; cuius charismatis haec petra Apostolicae Sedis imago est et fundamentum?

An respectu animarum studii, quo tota Societas vestra inflammatur, necessarium visum est, quo maior tribueretur operae vestrae efficacitas, / a tot venerandis consuetu- 1174
dinibus recedere, pertinentibus ad rem spiritualem et asceticam atque ad disciplinam, quasi non amplius adiuvarent et impedirent, ne sollicitudo pastoralis vestra liberius et ratione magis personali explicaretur? Itaque austera et virilis illa oboedientia, quae semper Societatis vestrae propria fuit, quae eius compagem reddidit evangelicam, exemplo praelucentem, validissimam, visa est minui debere, quasi humanae personae adversaretur et agendi alacritatem praepediret. Qua in re oblitterata sunt ea, quae Christus, Ecclesia, ipsa schola vestra spiritualis de eiusmodi virtute egregie docuerunt. Non ergo fortasse defuit, qui arbitraretur non amplius necessarium esse animo proprio iniungere *exercitationem spiritualem*, usum videlicet assiduum et impensum orationis, humilem et fervidam disciplinam vitae interioris, discussionis conscientiae, intimi colloquii cum Christo, quasi actio externa sufficeret ad spiritus et perspicaces et fortes et puros servandos, et ipsa per se valeret ad coniungendam mentem cum Deo; quasi haec copia artium spiritualium solum monachos deceret, non potius armatura esset, qua Christi miles indigeret omnino.

Fortasse quidam decepti sunt opinantes ad disseminandum Evangelium Christi oportere, ut quis instituta saeculi induceret, eius cogitandi agendique modum, eius profanam vitae rationem; scilicet ex naturalismi placitis iudicaverunt de moribus huius aetatis, hac etiam in re obliti praeconii Christi, cum pro munere homines adiret, illius nuntium iis allaturus, non licere iisdem adeo similem fieri, ut sal acrem saporem suum amitteret, apostolatus propria sibi virtute destitueretur.

Hae profecto nubes obductae sunt caelo, sed consultis Congregationis vestrae generalis magna ex parte evanuerunt! Etenim, quemadmodum non parvo cum gaudio accepimus, vos ea strenui probitate, qua voluntates vestrae semper ducebantur —postquam historiam vestram, munus, ad quod estis vocati, ea, quae experientia cognovistis, diligenter et sincere considerastis—, vos ipsi decrevistis pri-

mariis institutis vestris constanter adhaerere, nec traditionem vestram dimisistis, quae omni tempore apud vos praesenti quadam efficacitate et vigore pollebat.

In Regulas autem vestras peculiares mutationes inferentes —quod ob *renovationem vitae religiosae*, a Concilio propositam, non solum vobis facere licuit, sed, ut faceretis, moniti estis— nullatenus sacram legem illam violastis, ex qua estis religiosi, immo Societatis Iesu sodales, sed potius remedium attulistis rebus vestris, quatenus eae temporis acti onere premebantur, ac novas vires comparastis ad omnia incepta, futura aetate vobis suscipienda, ita ut hic prosper exitus inter cetera emineret, / quae in laboriosis 1175
disceptationibus statuistis: exitum dicimus, quo fit, ut reapse servetur atque haud dubiis incrementis augeatur non solum corpus Societatis vestrae sed etiam spiritus. Ad hunc vero spiritum quod attinet, vos enixe hortamur, ut, a maiorum vestrorum saluberrimis institutis non deflectentes, in posterum quoque priores partes in vita vestra tribuatis orationi: unde enim nisi a gratia divina, quae ut aqua viva per humiles veluti canales orationis, colloquii cum Deo, praesertim vero sacrae liturgiae, ad nos manat, quisque religiosus hauriet caelestia consilia et vires ad suam supernaturalem sanctificationem perficiendam; unde apostolus accipiet impulsionem, ductum, robur, sapientiam, perseverantiam in pugna adversus daemonium, carnem, saeculum committenda; unde amorem concipiet, quo animas diligat propter earum salutem et Ecclesiam construat praeter opifices, quibus huius mystici aedificii, scilicet Ecclesiae, opus pro munere et conscientiae officio est mandatum? Gaudete, Filii carissimi. Haec est ratio, vetus et nova, oeconomiae christianae; haec est forma, quae verum religiosum discipulum Christi, apostolum in eius Ecclesia, magistrum fratrum vel fidelium vel alienorum efficit. Gaudete; benevolentia Nostra, quin immo animus Noster communione vobis iunctus solacia vobis praebent vobisque adsunt.

Consulta igitur peculiaria vestra, quae spectant ad institutionem scholasticorum vestrorum, ad obsequium magisterio et auctoritati Ecclesiae praestandum, ad rationes perfectionis religiosae, ad normas, quibus actio apostolica et adiutrix opera pastoralis vestra recte dirigantur, ad germanam interpretationem decretorum Concilii Oecumenici, ad certum modum, quo ad effectum deducantur, et ad alia ex hoc genere, quasi responsa habeantur oportet ad interrogationem Nostram. Sane quidem; filii Sancti Ignatii, qui nomine sodalium Societatis Iesu gloriantur, adhuc sibi ipsi constant et fidi manent Ecclesiae! Parati sunt et fortes! Nova arma, abiectis armis usu attritis et minus efficacibus, in manibus habent eadem cum oboedientia, eodem cum studio sese devovendi, eadem cum voluntate spirituales victorias pariendi.

2) Nunc vero altera oritur quaestio de definiendis rationibus, quas Societas Iesu habet cum Ecclesia et peculiari modo cum Apostolica Sede. Ex oribus vestris quasi colligimus hanc alteram interrogationem: putatne Ecclesia, putatne Successor Sancti Petri Societatem Iesu adhuc esse singularem et fidelissimam militiam suam? putatne eam religiosam familiam, quae minus hanc aut illam virtutem
1176 evangelicam colendam ut peculiarem finem sibi proposuit sed potius constituit, quasi custos et praesidium, defendere ac promovere ipsam Sanctam Ecclesiam et Apostolicam Sedem? confirmaturne ei adhuc propensa voluntas, fiducia, protectio, quibus ei semper datum est frui? asseritne Ecclesia per os eius, qui vos alloquitur, se adhuc indigere et honorari Societatis Iesu ministerio, militantis agminis proprio? estne haec adhuc valida et idonea ad opus hodierni apostolatus, immensum quoad amplitudinem et qualitatem, obeundum?

En, Filii carissimi, responsionem Nostram: ita est! Fidem vobis habemus atque servamus; atque adeo vobis mandatum operis apostolici damus; affectum caritatis gratumque animum Nostrum significamus; benedictionem impertimus.

Hac ipsa hora, sollemni et historiae inserenda, asseverastis, rem novis propositis corroborantes, vos velle retinentissimos esse huius instituti vestri, quod temporibus, quibus restauratrix opera Concilii Tridentini fervebat, Ecclesiae catholicae ministerio se dedidit. Itaque proclive Nobis est Nosque iuvat iterare verba et acta Decessorum Nostrorum, hac aetate, quae diversa est quidem at non minus restauratrice opera Ecclesiae conspicua, utpote quae subsequatur Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum; iuvat Nos affirmare hanc Apostolicam Sedem et sine dubio una simul cum ea Ecclesiam habere carissimam Societatem vestram, donec excellentiam suam studeat collocare in sana doctrina et sanctitate vitae religiosae atque praevalidum instrumentum se praestet ad catholicam fidem tuendam ac propagandam.

Si iidem eritis, qui fuistis, non vobis deerit bona existimatio et fiducia Nostra.

Idem de vobis sentiet Populus Dei. Quae enim arcana causa fuit, cur Societas vestra tantopere diffunderetur et tanta flueretur prosperitate, nisi singularis institutio spiritualis vestra atque compages ac forma vestra canonica? Quodsi haec institutio et forma eaedem permanebunt et novo usque virtutum et operum florebunt vigore, spes non est vana fore, ut progressione quadam augescatis incrementis et perenni gaudeatis efficientia, quod attinet ad Evangelium annuntiandum et aedificandam societatem hominum temporum nostrorum. Nonne vitae vestrae evangelicae et religiosae institutum, historia et forma vestra, quibus aliis estis exemplo, optima defensio et commendatio vestra sunt et quam maxime persuadent, ut fides habeatur apostolatui vestro? Nonne in hac firmitate spirituali, morali, ad Ecclesiae communitatem pertinente, nititur fiducia operae vestrae, immo adiutricis operae vestrae? / 1177

Sinite Nos dicere, sub finem huius alloquii, magnam spem Nos ponere in vobis. Ecclesia eget adiumento vestro, atque gaudet et gloriatur id a filiis sinceris deditisque, ut vos estis, accipere; Ecclesia suscipit opus, quod pollicemini, quin etiam vitam, quam offertis; et, cum sitis milites Christi, ad ardua et sacra certamina, in suo nomine ineunda, nunc cum maxime vos asciscit et concitat.

Nonne animadvertitis quantis praesidiis, his ipsis temporibus, opus sit fidei, quam aperto assensu, quam dilucida expositione, quam assidua praedicatione, quam sapienti explanatione, quam plena amoris et magnanima testificatione?

Vobis confidimus, utpote valentibus testibus unius veraeque fidei.

Nonne videtis, quas opportunitates praebeat oecumenismus hodiernus sanctae Ecclesiae catholicae servo et apostolo necessitudines cum aliis feliciter constituendi, colloquia prudenter serendi, interpretationes patienter proferendi, dilatandi spatia caritatis?

Qui aptius quam vos ad haec conferent studia atque labores ea mente ut Fratres adhuc a nobis seiuncti nos cognoscant et agnoscant, nos audiant et gloriam, gaudium, famulatum mysterii unitatis in Christo Domino una nobiscum participent?

Nonne inter vos erunt viri habiles, prudentes, strenui, peritissimi, quod attinet ad mundum huius aetatis christianis principiis imbuendum, quemadmodum in Constitutione pastorali, iam clarescente, describitur, quae a verbis incipit *Gaudium et spes*? Nonne cultum, quem Cordi Iesu tribuitis, adhuc habebitis efficacissimum ad renovandas mentes moresque eiusdem mundi, iuxta Concilii Oecumenici Vaticani Secundi hortamenta, et ad creditum vobis munus fructuose exsequendum, ex quo vos oportet atheismo obniti?

Nonne institutioni iuventutis in scholis medii ordinis et in studiorum Universitatibus, sive ecclesiasticis sive civilibus, qua summam laudem et maxima merita collegistis, novo ardore incumbetis? Oportet enim memineritis tot animas teneras vobis esse creditas, quae Ecclesiae et hominum societati, si rectis conformentur praeceptis, permagnas utilitates quondam possint afferre.

Quid vero dicamus de missionibus? Nonne missiones, in quibus tot sodales vestri iam mirandum in modum laborant, desudant, dolores tolerant et curant, ut nomen Iesu tamquam sol salutis refulgeat, vobis, quemadmodum olim Sancto Francisco Xaverio, a Sede Apostolica traditae sunt, cum pro certo haberet vos fore fidei praecones certissimos, / 1178
audacissimos, ardentissimos ea caritate, quam pietas vestra inexhaustam, solacii plenam, ineffabilem reddit?

Quid demum de mundo sentiendum? De mundo, dicimus, duos veluti vultus prae se ferente, quorum alter significat conspirationem eorum omnium, qui lucem et gratiam aversantur, alter ingentem familiam indicat humanam, pro qua Pater Filium misit, et Filius se ipse immolavit; hic mundus, qui nunc est, tam potens ac debilis, tam infensus et apertus, nonne vos et Nos ad se vocat cum imploratione mentisque incitatione, quasi ad munus implendum? Nonne hic mundus, veluti fremens et palpitans, hoc loco, in conspectu Christi, nunc ad vos omnes clamitat: venite, venite; exspectat vos —ut ita dicamus— indigentia et fames Christi; venite, est enim tempus.

Certe, tempus est, Filii dilectissimi; fidentibus et inflammatis animis ite; Christus vos eligit, Ecclesia vos mittit, Papa vobis benedicit.

http://www.obrascatolicas.com

3494

1966 NOV 18.-PAULUS VI, ALL. AAS 58 (1966) 1178-1182

Allocutio diei 18 *Nov.* 1966 *moderatoribus maioribus Familiarum Religiosarum Italiae, qui interfuerunt Conventui sexto a Consilio Italico Antistitum maiorum Romae habito:*

DE RELATIONIBUS INTER PROFESSIONEM RELIGIOSAM ET SACERDOTIUM

Venerati Fratelli e carissimi Figli! Siate i benvenuti a questa Udienza, che Ci consente di abbracciarvi tutti e ciascuno con lo sguardo e col cuore, e che mette sulle Nostre labbra, fin da questo primo momento, le parole più preziose del nostro repertorio scrutturale di espressioni cortesi e cordiali: *Fratres mei carissimi et desideratissimi, gaudium meum et corona mea* [1]. Sì, venerati Superiori Maggiori delle Famiglie Religiose d'Italia, siate i benvenuti, voi che al solo profilo del vostro abito e al solo annuncio della vostra rispettiva qualifica Ci recate ciascuno il ricordo dei Santi, di cui siete alunni, eredi e successori, quasi d'intorno a Noi fosse adunato un *Concilium sanctorum*; siate i benvenuti voi, che, come uno Stato Maggiore interalleato, Ci fate pensare alle vostre «forze», alle vostre rispettive famiglie religiose, pacifici eserciti allineati dietro di voi e qui davanti a Noi spiritualmente schierati; e siate i benvenuti, voi, che, riuniti in cotesta assemblea, novità geniale e promettente promossa nella Chiesa di Dio in questi ultimi
1179 anni, Ci documentate con la vostra / simultanea e compatta presenza, una fedeltà resa più forte e più significativa dall'unione, un proposito fatto più pratico ed operante dal vostro risveglio e un bisogno, che Ci sembra anch'esso trasparire dai nuovi metodi della vostra azione meditata e combinata, di definire il vostro posto nella Chiesa e nel mondo.

Siate i benvenuti. Senza avere notizia, prima di questi ultimi giorni, della vostra assemblea e della vostra visita, Noi tacitamente aspettavamo questo incontro. Come vanno i Religiosi? Ci sentiamo domandare da diverse parti. Dopo il Concilio, qual è la loro reazione? il loro orientamento? E questa ondata della vita moderna, che travolge pensieri, mentalità, culture, istituzioni del tempo che fu, tesa verso la novità, la dea del tempo che è; della vita moderna, febbrile e fiera nelle sue trasformazioni tecniche e scientifiche, e paga delle proprie balbettanti espressioni spirituali, sconcertanti e meschine e perfino puerili talora, e dolorose, ma sue, scaturite dalla sua superstite e inestinguibile sete di valori a sé stanti, primitivi fin che volete ma liberi, spontanei, personali: esistenziali; quest'ondata, dicevamo, di vita moderna, soverchiante e travolgente, com'è tollerata dai vostri antichi monasteri, dai vostri conventi, dalle vostre comunità, dalle vostre istituzioni? Le grandi istanze della mentalità maturata oggi fra gli uomini, quelle della personalità, della libertà, della dignità dei valori temporali, dello sviluppo progressivo d'ogni umana condizione..., quale penetrazione e quale accoglienza, quali effetti hanno avuto nell'ambito dei vostri Istituti?

Ci è nota l'attenzione che ciascuno di voi, e che tutti insieme nelle nuove forme federative a voi proposte dalla Chiesa, dedicate a questi problemi; e non è Nostro proposito entrare ora nel merito di questioni così vaste e complesse. Ci limitiamo ad esortarvi a perseverare nell'esame delle questioni stesse; è questa l'ora storica, e, diciamo meglio, l'ora di Dio per compierlo con grande impegno, al lume delle parole stupende, che il Concilio ha riservato alla vita religiosa, partendo da quelle della Costituzione sulla Chiesa, dove la definizione della vita religiosa, messa in dubbio da certe correnti del pensiero contemporaneo, è magnificamente ristabilita, non solo nei suoi elementi giuridici costitutivi, derivanti dalla professione dei «consigli evangelici», ma altresì nel rapporto spirituale e sociale, ch'essa riveste nel grande quadro del mistero della Chiesa, dove la vita religiosa è detta un segno del Regno di Dio, una pienezza, una perfezione, che edifica il Popolo di Dio,
1180 e orienta «tutti i membri della Chiesa a compiere con ardore i doveri della vita / cristiana» [2]. Rivendicato e ristabilito il concetto mistico, teologale ed ecclesiologico della vita religiosa, sarà logico, anche se non sempre facile, ristabilire o confermare se già in atto la complessa osservanza delle esigenze proprie dello stato religioso, vogliamo dire la sua ascetica, in primo luogo, fortemente orientata verso l'imitazione di Cristo, povero e libero, e la partecipazione, ogni giorno vissuta, al suo sacrificio redentore [3]; vogliamo dire poi la sua strutturazione disciplinare, tanto bisognosa d'essere e d'apparire regolare, e bisognosa fors'anche d'essere ripensata, non già come un rapporto arido ed imperioso, ma anche quando deve assumere forme severe ed esercizio autorevole da una parte, docile dall'altra, un fatto di comunione e di fraterna associazione, una palestra di carità, un presidio ed un ausilio alla fedeltà dei grandi doveri della perfezione cristiana, un esercizio permanente di conformità alla volontà di Dio e all'esempio di Cristo, come tale cercato in chi lo propone e lo impone, e come tale accolto in chi lo eseguisce; vogliamo dire finalmente la sua ricchezza interiore, la sua profondità spirituale, la sua tensione mistica ed amorosa verso l'unione, il colloquio, l'amore di Dio.

A quest'ultimo proposito può riferirsi il tema specifico di cotesto Convegno *de institutione sacerdotali*, tema che ha posto alla vostra considerazione una questione interessantissima, quella del rapporto fra vita religiosa e sacerdozio. Abbiamo notizia della così detta problematica, che oggi, sia nella controversia dottrinale, sia nell'attuazione pratica, tale rapporto va sperimentando. Pensiamo che i vostri studi e le vostre discussioni avranno giovato a chiarire i termini, del resto molto chiari, della questione; e avranno agevolato la vostra adesione agli insegnamenti conciliari su questo punto. E non farà meraviglia a nessuno —lo farebbe il contrario!— se il Nostro pensiero è conforme a quello che si esume dai documenti conciliari.

E cioè —parliamo confidenzialmente—: di per sé lo stato religioso non implica né esige il Sacerdozio. Esso «costituisce uno stato completo di professione dei consigli evangelici» [4]. Esso «non è intermedio tra la condizione clericale e laicale, se si riguardi la divina e gerarchica costituzione della Chiesa, ma da entrambe le parti alcuni fedeli sono chiamati / 1181 da Dio a fruire di questo dono speciale nella vita della Chiesa e ad aiutare, ciascuno a suo modo, la sua missione salvifica» [5].

Di fatto, tuttavia, nella vita della Chiesa, la professione religiosa è stata associata al Sacerdozio.

1. Prima, nel Monachesimo e, in tal caso, anche se il religioso ordinato sacerdote non era destinato ad esercitare la cura pastorale. Nei nostri tempi, si è avuta una certa riscoperta del valore proprio del Monachesimo in se stesso senza il Sacerdozio e la possibilità canonica di un tale Monachesimo è stata sancita dal Concilio [6]. Però, tale realizzazione del Monachesimo senza il Sacerdozio non deve assolutamente portare a ritenere come una deviazione il fatto che ormai da molti secoli in Occidente la maggior parte dei Monaci sono stati ordinati Sacerdoti. Neppure si deve ora prendere come norma generale di chiamare i Monaci al Sacerdozio solo a seconda delle necessità del ministero pastorale nell'interno o all'esterno del Monastero. Se, infatti, al Monachesimo è stato associato il Sacerdozio, questo è venuto dalla percezione dell'armonia tra la consacrazione religiosa e quella sacerdotale [7]. Dice San Gregorio Magno: «Qui Passionis dominicae mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus. Tunc ergo vere pro nobis hostia erit Deo cum nos ipsos hostiam fecerimus» [8]. L'unione nella stessa persona della consacrazione religiosa, che l'offre totalmente a Dio, e del carattere sacerdotale, la configura in modo speciale a Cristo che è insieme Sacerdote e Vittima.

Inoltre, se il Concilio, nel Decreto *Presbyterorum Ordinis*, ha delineato la figura completa del Sacerdote con i divini poteri derivanti da Cristo Sommo Maestro, Sacerdote e Re, e nell'esercizio di essi nella cura del Popolo di Dio, non fu certo la mente del Concilio togliere la sua ragion d'essere al Sacerdozio di quei Monaci, che lo esercitano quasi esclusivamente nella celebrazione della Messa, perché «nel mistero del Sacrificio Eucaristico, in cui i Sacerdoti svolgono la *loro funzione principale*, viene esercitata ininterrottamente l'opera della Redenzione e quindi se ne raccomanda caldamente la celebrazione quotidiana, la / quale è sempre un 1182 atto di Cristo e della sua Chiesa, anche quando non è possibile che vi assistano i fedeli» [9].

2. Questa armonia tra la vita consacrata per la professione religiosa e il Sacerdozio, questa speciale configurazione del Religioso Sacerdote con Cristo Sacerdote e Vittima, si verifica in tutte le altre forme di vita religiosa clericale. Ma in queste vi è inoltre una connessione speciale fra le due consacrazioni.

[1] *Phil.* 4, 1. [2] Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 14 [LE 3232].
[3] Cfr. *Col.* 1, 24.
[4] Decr. de accommodata renovatione vitae religiosae, *Perfectae caritatis*, n. 10 [LE 3333]. [5] Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 43 [LE 3232]. [6] Cfr. Decr. *Perfectae caritatis*, n. 15 [LE 33333]. [7] Cfr. «Contemplation et sacerdoce» in *Angelicum*, 42 (1965). [8] *Dial.*, IV, 59 *PL* 77, 428.
[9] Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum Ordinis*, n. 13 [LE 3365].

Il legame speciale esistente in questi Istituti tra la professione religiosa e il ministero sacerdotale ha come conseguenza che «tutta la vita religiosa dei membri sia compenetrata di spirito apostolico e che tutta la vita apostolica sia animata di spirito religioso» [10]. Perciò le osservanze di tali Istituti sono da adattarsi convenientemente alle esigenze dell'apostolato cui si dedicano, tenendo sempre conto della propria indole e forma di vita regolare [11].

Vogliamo credere che queste siano anche le vostre conclusioni, alle quali voi, tanto saggi e sperimentati, saprete adattare le applicazioni relative, sia per quanto riguarda la formazione sacerdotale in relazione alla formazione religiosa, e viceversa; sia per quanto si riferisce all'esercizio del sacerdozio nei modi conformi all'indole dei vari Istituti. Maestri siete, e maestri avete che possano illustrare degnamente questi molteplici aspetti della questione proposta.

A Noi basti concludere invitando ciascuno di voi, e con voi i vostri rispettivi Istituti, a considerare quanto la Chiesa abbia oggi bisogno di voi; della vostra autentica ricerca della perfezione cristiana, della vostra effettiva consacrazione all'unico e sommo amore di Dio, della vostra esemplarità nella figurazione vissuta di Cristo, della vostra collaborazione apostolica, pastorale e missionaria, della vostra strenua adesione alla fede e al magistero ecclesiastico che la custodisce e la propone, della epifania delle vostre caratteristiche virtù, della vostra carità viva e fiammante, della vostra capacità di preghiera e di evangelizzazione... Sì, la Chiesa ha bisogno della vostra santità!

E mentre il Papa ciò vi dice e ciò vi chiede, a ciò vi esorta e a ciò vi conforta con la Sua Apostolica Benedizione.

[10] Decr. *Perfectae caritatis*, n. 8 [LE 3333]. [11] Cfr. ibid., nn. 8 e 9.

3495

1966 NOV 18.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR MAGISTRO GENERALI ORDINIS PRAEDICATORUM INGREDIENDI CLAUSURAM MONIALIUM S. DOMINICI

PRECES—*Beatissime Pater*, Magister Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter implorat facultatem qua una cum comitatu, iusta de causa, intra clausuram Monasteriorum Monialium Dominicanarum ingredi valeat. Et Deus, etc.

RESCR.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 18 Novembris 1966.—I. Card. ANTONIUTTI, *Praef.* Paulus Philippe, O. P., *a Secr.*

* Magistro Gen. O. P., Prot. N. 6645/66: AOP 38 (1967-68) 65.

3496

1966 NOV 21.-SECRETARIA STATUS, LITTERAE. PART*

STATUTA CONFERENTIAE EPISCOPALIS GALLIAE

Principes généraux

Art. 1. § 1. Toute mission ou autorité confiées à un organisme, au nom de l'épiscopat, ne lui sont jamais confiées que par délégation de la Conférence épiscopale — dont l'Assemblée plénière est l'expression — et en dépendance d'elle.

§ 2. L'esprit des statuts est de réaliser une participation aussi large et directe que possible des évêques, par voie d'élection, aux responsabilités communes.

TITRE I—Conseil des Cardinaux de France

Art. 2. Le choix du Souverain Pontife et l'autorité des Cardinaux dans la vie de l'Eglise leur donnent dans l'épiscopat français une place et un rôle exceptionnels.

Le Conseil des Cardinaux présente, pour l'Eglise en France et pour ses organismes de travail commun, une importance majeure par le poids moral de ses interventions et son rôle éventuel d'arbitrage.

Art. 3. Le Conseil des Cardinaux préside l'Assemblée plénière.

Il est de droit représenté au Conseil permanent par un Cardinal qui le préside; tout autre Cardinal peut participer, s'il le désire, aux réunions du Conseil permanent.

TITRE II—Assemblée plénière

Art. 4. L'Assemblée plénière est l'organisme essentiel de la Conférence épiscopale et l'expression de l'activité collective de l'épiscopat de France.

Elle est le pivot autour duquel tournent tous les autres organismes collectifs et dont ils dépendent.

Art. 5. Sont membres de droit de l'Assemblée plénière:

§ 1. Avec voix délibérative: *a)* Les archevêques et évêques résidentiels: *b)* Les coadjuteurs; *c)* Les auxiliaires; *d)* Les exarques apostoliques ayant juridiction habituelle en France; *e)* Les archevêques exerçant une charge non diocésaine au service des diocèses de France; *f)* les évêques des départements d'outremer; *g)* Les administrateurs apostoliques et les vicaires capitulaires.

§ 2. Avec voix consultative: Les évêques, les vicaires apostoliques et les préfets apostoliques des territoires d'outremer.

Art. 6. Les archevêques et évêques qui n'exercent plus aucune des responsabilités prévues à l'article 5 assistent aux séances de l'Assemblée avec voix consultative.

Art. 7. En raison de la charge qu'exerce en France le Nonce Apostolique, l'Assemblée peut toujours prendre l'initiative de l'inviter et elle s'honore de le recevoir quand le Saint-Siège en exprime le désir.

Art. 8. Les supérieurs religieux ,qu'ils soint ou non évêques, ne sont pas membres de l'Assemblée. Celle-ci peut toutefois, dans un cas particulier, inviter un ou plusieurs d'entre eux à assister à des séances de l'Assemblée.

Art. 9. § 1. L Assemblée est présidée par le Conseil des Cardinaux et dirigée par les soins du Conseil permanent.

§ 2. L'Assemblée tient une session annuelle, à date fixe. Elle peut être convoquée exceptionnellement, sur requête du Conseil permanent.

Art. 10. Les décisions de l'Assemblée sont prises au vote secret:

— A la majorité des deux tiers des membres de la Conférence épiscopale ayant voix délibérative, pour les décisions ayant valeur juridique obligatoire. De telles décisions requièrent en outre qu'elles aient été reconnues par le Saint-Siége.

— A la majorité des deux tiers des présents ayant voix délibérative, pour les autres décisions et orientations.

Art. 11. § 1. Toute élection se fait au vote secret.

§ 2. Une élection requiert normalement la majorité absolue des évêques présents ayant vois délibérative; après cinq tours consécutifs infructueux, il suffit de la majorité relative.

§ 3. Seule l'election du vice-président du Conseil permanent requiert la majorité des deux tiers des évêques présents ayant voix délibérative lors des cinq premiers tours, la majorité absolue ensuite.

Art. 12. Les mandats confiés par l'Assemblée sont limités en principe à trois ans.

Ils ne peuvent être reconduits plus de deux fois.

Le cumul des mandats confiés par l'Assemblée ne peut être admis qu'exceptionnellement.

TITRE III—Conseil permanent

Art. 13. L organe auquel il appartient de préparer et diriger la réunion de l'Assemblée plénière, d'assurer l'exécution des décisions prises par celle-ci et de traiter les questions qui ne seraient pas traitées dans l'Assemblée elle-même, prend le nom de Conseil permanent.

Art. 14. Ce Conseil permanent est constitué: *a)* D'un représentant de LL. EEm. les Cardinaux; *b)* D'un viceprésident, élu par l'Assemblée; *c)* D'un archevêque ou évêque par région, élu par la région; *d)* Des archevêques ou évêques présidents des Commissions; *e)* De l'archevêque de Paris.

Art. 15. Sous la présidence de S. Em. le Cardinal représentant le Conseil des Cardinaux, le vicepréside dirige les travaux du Conseil parmanent.

Art. 16. Les votes du Conseil permanent se font à la majorité des deux tiers pour les décisions et orientations, à la majorité absolue pour les élections. Celles-ci se font au vote secret.

TITRE IV—Bureau du Conseil permanent

Art. 17. Le Conseil permanent se donne par élection un bureau.

Art. 18. Le bureau du Conseil permanent est constitué de cinq membres: un président qui est le vice-président du Conseil permanent, un secrétaire et trois membres.

TITRE V—Bureau d'etudes doctrinales et pastorales

Art. 19. § 1. Il est constitué un bureau d'études doctrinales et pastorales, qualifié pour informer et documenter les évêques.

§ 2. Le bureau d'études doctrinales et pastorales est un mode d'expression du Conseil permanent et, à travers lui, de l'Assemblée plénière. Constitué dans le sein du Conseil permanent, il n'a d'autre autorité que celle du Conseil.

Art. 20. Etant donné l'interpénétration des domaines doctrinal et pastoral, il n'y a qu'un sul bureau d'études. Mais chacun des domaines, doctrinal et pastoral, est placé respectivement sous la responsabilité d'un évêque.

Art. 21. Le bureau d'études est constitué du vice-président du Conseil permanent et de plusieurs membres élus au sein de ce Conseil par le Conseil lui-même. L'un de ces membres est responsable de la section doctrinale; un autre de la section pastorale.

TITRE VI—Commissions et Comités

Art. 22. Pour l'exercice de sa responsabilité, la Conférence épiscopale dispose de Commissions et de Comités, en sorte que tout secteur de pastorale et toute institution de caractère

http://www.obrascatolicas.com

national dont la hiérarchie porte de quelque manière la responsabilité soint reliés à l'un ou à l'autre de ces organismes épiscopaux.

Art. 23. *Commissions.* § 1. La compétence des Commissions s'étend à tous les problèmes de pastorale qui concernent tous et chacun de nos diocèses et qui requièrent un travail suivi, dont il faut que le Conseil permanent soit régulièrement informé.

§ 2. Il appartient à l'Assemblée plénière de décider la création ou la suppression des Commissions.

Art. 24. Les Commissions sont toutes représentées au Conseil permanent par leur président.

Chaque région apostolique délègue un évêque dans chaque Commission.

Art. 25. Pour mieux marquer le lien qui unit les Commissions à la Conférence épiscopale et la délégation d'autorité qui leur est conférée, le président de chaque Commission est élu par l'Assemblée plénière.

Dans le respect de la juridiction de chaque évêque et dans les limites tracées par les orientations et directives de l'Assemblée plénière, le président de Commission est donc investi d'une autorité qu'il exerce.a en accord avec les membres de sa Commission.

Art. 26. *Comités.* § 1. Les Comités sont des organismes épiscopaux qui sont chargés de problèmes pastoraux importants mais ne répondent pas a tous les critères donnés ci-dessus pour les Commissions.

§ 2. Sauf dans les cas réservés au Saint-Siège, il appartient à l'Assemblée plénière de décider la création ou la suppression des Comités, ou d'apprécier si l'objet propre d'un Comité justifiie sa transformation en Commission épiscopale.

Art. 27. Chaque Comité a son statut particulier, précisant sa mission, sa compétence, son autorité, la désignation de son président et la manière dont le Comité est représenté au Conseil permanent.

TITRE VII—Régions apostoliques

Art. 28. Les régions apostoliques sont le palier ordinaire de collaboration entre évêques dans le domaine pastoral.

Le président et le secrétaire sont régulièrement élus par les membres de la région.

Chaque région choisit par élection celui de ses membres qui la représentera au Conseil permanent.

Ces élections se font au vote secret.

Art. 29. Les relations entre les régions et les Commissions sont constituées sur la base suivante: chaque région est représentée dans chaque Commission et chaque Commission dans chaque région.

TITRE VIII—Secrétariats

Art. 30. Au service de la Conférence épiscopale sont constitués un Secrétariat général de l'épiscopat et des Secrétariats nationaux correspondant aux principaux secteurs de la vie de l'Eglise en France.

Art. 31. L'Assemblée plénière désigne le secrétaire général de l'épiscopat sur présentation du Conseil permanent.

Le secrétaire général relève directement du Conseil permanent.

Art. 32. Le secrétaire général est au service de l'Assemblée plénière, du Conseil permanent et du bureau, ainsi qu'a la disposition des évêques de France.

Art. 33. Le Conseil permanent nomme les titulaires des divers Secrétariats nationaux sur présentation du président de la Commission ou du Comité épiscopal correspondant.

Ces nominations sont soumises à la ratification de l'Assemblée plénière.

Art. 34. Tout Secrétariat national, organe d'exécution des directives de l'Episcopat pour un secteur déterminé, est placé sous la responsabilité directe de la Commission ou du Comité épiscopal correspondant.

Art. 35. Chaque Secrétariat national est autonome dans l'accomplissement de sa tâche, la coordination entre ces Secrétariats étant assurée par le Secrétaire général.

Les Secrétaires nationaux peuvent être appelés aux réunions du Bureau, du Conseil et de l'Assemblée.

Dispositions finales

Art. 36. Les présents status, après avoir été reconnus par le Saint-Siège, ne peuvent être modifiés sans son agrément.

* Conferentiae episcopali Galliae: Doc Cath. 64 (1967) 625-632. Sedes Apostolica haec Statuta die 21 NOV. 1966 probavit: Doc. Cath. 64 (1967) 625 in notis. Adn. J. DENIS in An. can. 12 (1968) 399-413.

3497

1966 NOV 21.-SC CONSISTORIALIS, DECLARATIO. PART.*

De facultate Episcoporum erigendi paroecias personales et Missiones cum animarum cura pro fidelibus immigrantibus

En virtud del decreto *Christus Dominus* (núm. 32) del Concilio Ecuménico Vaticano II [LE 3332], y teniendo en cuenta las Letras Apostólicas *Ecclesiae Sanctae*, dadas *motu proprio* el día 6 del mes de agosto de 1966 (I, núm. 9 y núm. 21, 3) [LE 3457], el obispo diocesano puede, con autoridad propia, erigir en su diócesis no sólo parroquia personal, sino también misión con cura de almas para los cristianos de diversa lengua o nación, pero de suerte que se fijen los fines de dicha misión de modo cierto y apto y se encomiende la cura de almas de los fieles emigrados a los misioneros de los emigrantes de la misma lengua o nación, provistos con peculiar mandato de esta Sagrada Congregación, a tenor del capítulo IV, 34-40, título segundo, de la Constitución apostólica *Exsul Familia* [LE 2305].

Dado en Roma, en el palacio de la Sagrada Congregación Consistorial, día 21 de noviembre de 1966.

* Ilustración del clero 60 (1967) 202.

3498

1966 NOV 26.-SC DOCTRINA FIDEI, RESCRIPT. PART.*

Facultas datur dispensandi ab impedimento mixtae religionis et disparitatis cultus pro matrimonio in quo pars acatholica cautiones canonicas praestare renuit

Romae, die 26 Nov. 1966

Litteris die 11 novemb. 1966 datis Excellentia Tua Revma postulavit dispensationem ab impedimento Mixtae Religionis et ad cautelam Disparitatis Cultus pro matrimonio contrahendo inter catholicum Carolum et acatholicam Lilliam quae cautiones canonicas de baptismo et educatione catholica prolis praestare renuit.

Ad rem Tecum communico hanc S. Congregationem dispensationis concessionem prudentiae et conscientiae Excellentiae Tuae committere dummodo pars catholica firmiter promittat se impleturam esse obligationem omnino cavendi de futurae prolis baptismo et educatione in religione catholica; et Excellentia Tua moralem certitudinem habeat de eiusdem promissionis implemento.

Praeterea pars acatholica certior fiat de obligationibus quibus pars catholica pro sua conscientia tenetur.

Parochus, sua ex parte, invigilet ut pars catholica easdem obligationes adimpleat.

* Ordinario Fargensi, iuxta summarium oblatum a Jurist 28 (1968) 198. Vide Facti speciem apud Jurist 28 (1968) 197 198.

3499

1966 NOV 28.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur adhibendi linguam vernaculam in celebratione Officii choralis

Preces—*Beatissime Pater*, Abbas Praeses Congregationis Americano-Cassinensis Ordinis S. Benedicti, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter implorat, iuxta Instructionem *In edicendis normis* diei 23 novembris 1965 [LE 3351], facultatem adhibendi linguam vernaculam in celebratione quarumdam partium Officii choralis in omnibus monasteriis suae Congregationis, ob rationes allatas. Et Deus, etc.

Rescr.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces, dummodo revera agatur de actuosa participatione fidelium in celebratione quarumdam partium Officii choralis, ceteris servatis servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 28 novembris 1966.—Paulus Philippe, *a Secretis.*

* Abbati Praesidi Congr. Americo-Cassinensis O. S. B.: Jurist 27 (1967) 378. Vide rationes a praedicto Abbate allatas pro Rescripti concessione, apud Jurist 27 (1967) 374-378.

3500

1966 NOV 28.-SC ORIENTALIS, RESPONSUM. PART.*

Solvuntur dubia circa interpretationem decreti Concilii Vaticani II de Ecclesiis orientalibus catholicis, praecipue quoad ritum illius acatholici qui in ecclesiam catholicam admittitur

Dubia—1. Whether, notwithstanding no. 4 of the decree on Oriental Catholic Churches [LE 3233], baptized non-Catholics of the Oriental rite who are to be received into the Catholic Church can *validly* embrace the rite they prefer in accord with the norm of tit. 1, can. 11 of *Cleri sanctitati* [1], or whether the faculty of choosing a rite according to tit. 1, can. 11 of *Cleri sanctitati* was completely invalidated by no. 4 of the decree on Oriental Catholic Churches?

2. Whether the decree on Oriental Catholic Churches began to oblige Ruthenians living in U. S. A. on 22 January, 1965, or if it began to oblige them on 7 April, 1965?

Resp.—The first dubium proposed by Your Excellency is apparently still before a commission designed to resolve this doubt. However, I have received an intermediate reply from the Sacred Congregation for the Oriental Church in which I am informed that each time a non-Catholic of an Oriental rite wishes to be received into the Catholic Church in the Latin rite, the case is to be referred to the Sacred Congregation, with the usual personal data and the reasons why a return is sought without entrance into the corresponding Catholic rite.

In reply to Your Excellency's inquiry, I have learned that the Decree for the Oriental Churches began to oblige the Ruthenians of the United States on 22 January, 1965. It began to oblige Ukrainians of the United States on 7 April, 1965.

[1] § 1. Baptizati acatholici ritus orientalis, qui in catholicam Ecclesiam admittuntur, ritum quem maluerint amplecti possunt; optandum tamen ut ritum proprium retineant [LE 2664].

* Delegato Ap. in S. F. A. S., iuxta notificationem die 28 Nov. 1966, Prot. N. 1643/66 factam: BOUSCAREN VI, p. 24-25.

3501

1966 NOV .. -CONSILIUM LITURGIAE, RESPON. PART.*

Solvuntur dubia: 1. Ad Instructionem die 26 sept. 1964 editam.—2. Ad Ordinem Missae

1—Ad instructionem [LE 3217]

Utrum melodiae pro cantu Ordinarii Missae lingua vernacula a Coetu Episcoporum approbari debeant? Resp.: In *Notitiae*, 2 (1966) 243, dicitur: «Melodiae pro cantu Ordinarii Missae non requirunt approbationem Coetuum Episcoporum». Quibusdam tamen in casibus Conferentia Episcopalis aut Commissio liturgica sibi reservavit facultatem novas melodias etiam pro partibus Ordinarii Missae approbandi. Dubium ergo movetur cuinam res pertineat.

In n. 42 Instructionis *Inter Oecumenici* [LE 3217] clare edicitur hanc approbationem ex parte Conferentiae Episcopalis necessariam esse tantum pro *novis* melodiis a *celebrante et a ministris canendis*. Nihil ergo de melodiis Ordinarii, idest *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus-Benedictus* et *Agnus Dei*. Pro hac parte nihil mutatur a legislatione hucusque vigente pro melodiis eorundem textuum in lingua latina, idest sufficere «Imprimatur» ex parte Ordinarii loci in qua textus musicus in lucem editur.

Difficile enim esset pro Conferentia Episcopali singulas compositiones musicas recognoscere, difficilius autem, ob consectaria, de singulis iudicare.

Hoc autem tempore, quo primo veniunt compositiones cum textibus vulgaribus, Conferentiae Episcopales aut Commissiones liturgicae possunt pressiorem invigilantiam exercere ita ut nihil indignum aut ineptum in cultum divinum irrepat.

Utrum liceat sacram Communionem per mensam altaris distribuere? Resp.: Sensus quaesiti est utrum conveniat altari formam mensae dare ita tamen ut sacerdos, stans ad altare, fideles ad aliud latus accedentes possit communicare, ut melius exprimatur participatio ad idem sacrificium.

Iuxta Rituale romanum (tit. V, n. II, n. IV) sacra Communio fidelibus distribuenda est extra presbyterium.

Nec recedendum videtur a more tradito iuxta quem fideles ad cancellos presbyterii sive dona offerunt sive sacram Communionem recipiunt.

2—Ad Ordinem Missae [LE 3251]

Utrum liceat sacerdoti celebrandi preces secreto dicendas submissa voce recitare? Resp.: *Convenit*, saltem in magnis ecclesiis, praesertim cum frequentissimi sunt fideles, ut qui longe ab altare sistunt, vel quacumque alia ratione, altare conspicere non valent, per microfonium sacram Actionem audire et melius participare queant.

Ita enim fit inde ab anno 1958 in Missis radiophonice transmissis, in quibus preces secreto dicendae «voce *tantisper* elevata» dicuntur (Cf. *Instructionem de musica sacra et sacra liturgia*, diei 3 sept. 1958, n. 78) [LE 2774]. Quod iam tunc a commentatoribus praevidebatur valere etiam pro casu supra considerato.

* Notit. 2 (1966) 339-340.

3502

1966 DEC 6.-SECRETARIA STATUS, RESPONSUM. PART.*

Ad experimenta contra ius commune in monialium monasteria introducenda requiritur beneplacitum apostolicum

Dal Vaticano, 6 Dicembre 1966

Eminenza Reverendissima, Mi onoro riferirmi al venerato foglio N. S. R. 1474/66, in data 2 corrente mese, dell'Eminenza Vostra Reverendissima circa quanto è segnalato a cotesto Sacro Dicastero dai Superiori Generali degli Ordini che hanno un secondo Ordine di Monache, per l'interpretazione del testo di una delle Norme del Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457].

Al riguardo, mi onoro significarLe che *il Santo Padre Si è degnato di approvare la proposta fatta da cotesta Sacra Congregazione.*

Profitto volentieri della circostanza per confermarmi con sensi di profonda venerazione dell'Eminenza Vostra Reverendissima Dev.mo in Domino.—A. G. Card. Cicognani.

Nota Sacrae Congregationis pro Religiosis. L'interpretazione autentica sottoposta al Santo Padre era così redatta: «Facultas, quae Superioribus Generalibus et Delegatis S. Sedis in n. 10 Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457] pro applicatione Decreti *Perfectae Caritatis* [LE 3333] tribuitur, quoad experimenta in Monasteriis Monialium introducenda, interpretanda est ad normam n. 6 quoad illa dumtaxat experimenta quae contra ius commune non sunt. Secus requiritur permissio Sanctae Sedis.»—Paolo Philippe, *Segr.*

* Card. Praefecto S. C. de Religiosis, Prot. N. 83913: AOFM 86 (1967) 82.

3503

1966 DEC 6.-SC DOCTRINA FIDEI, RESPONSUM. PART.*

Declaratur sensus verborum «promissio omnino cavendi» quae in rescriptis pro mixtis nuptiis contrahendis apponi solent

Romae, die 6 Dec. 1966

Litteris die 23 novembris a. d. datis Excellentia Tua Revma quoad gratiam sanationis in radice iam concessam in casu matrimonii Cecil-Matilde, sensum postulabat verborum 'promissio omnino cavendi' quae in rescripto huius S. Congregationis continentur.

Ad rem Tecum communico hoc S. Dicasterium decrevisse illam vocabolorum dictionem idem esse ac vestram anglici sermonis locutionem: 'to do all what he is able to do ...'

* Ordinario Novae Aureliae, Prot. N. 3329/66m: Jurist 28 (1968) 200-201.

3504

1966 DEC 8.-SECR. STAT., NORM. AAS 59 (1967) 91-103

Ordo Synodi Episcoporum celebrandae promulgatur a Summo Pontifice approbatus

Ut generales normae, quae statutae sunt per Litteras a Ssmo D. N. Paulo Pp. VI, die XV mensis septembris anno MCMLXV [LE 3318] motu proprio datas, quibus Synodus Episcoporum pro universa Ecclesia constituitur, rite exsecutioni mandentur, Augustus Pontifex praesentem Ordinem Synodi Episcoporum celebrandae, qui ea omnia moderatur quae in supradictis Apostolicis Litteris continentur, approbare dignatus est, eumque religiose servari mandavit.

Datum Romae, die VIII mensis decembris, in festo Immaculatae B. Mariae Virg. Conceptionis, anno MCMLXVI.
H. I. Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

ORDO SYNODI EPISCOPORUM CELEBRANDAE

De suprema potestate deque personis in Synodo Episcoporum partem habentibus

Cap. I.—De Summo Pontifice

Art. 1. *(De Summi Pontificis potestate).* Summi Pontificis unice est: 1.° Convocare Synodum Episcoporum, quo-

http://www.obrascatolicas.com

tiescumque id ipsi opportunum visum erit, loco etiam designato ubi coetus habendi erunt; 2.° Ratam habere Membrorum seu Sodalium electionem; 3.° Statuere argumenta
92 quaestionum pertractandarum; / 4.° Decernere ut materia rerum pertractandarum iis mittatur, qui harum quaestionum tractationi interesse debeant; 5.° Statuere ordinem rerum agendarum; 6.° Praeesse Synodo per se vel per alios; 7.° Deliberare circa vota expressa.

Cap. II.—De Praeside Delegato

Art. 2 *(De Praesidis Delegati nominatione)*. § 1. Praeses Delegatus nomine et auctoritate Summi Pontificis coetui Synodi Episcoporum praeest.

§ 2. Praeses Delegatus a Summo Pontifice nominatur, eiusque munus cessat post absolutum coetum, pro quo nominatus est.

§ 3. Si Summus Pontifex plures deputaverit, qui coetui praesint, hi officio fungentur sibi inter se succedentes, ordine ab ipso Summo Pontifice statuto.

Art. 3 *(De Praesidis Delegati muneribus)*. Praesidis Delegati est:

1.° Moderari Synodi labores, iuxta facultates sibi in litteris delegationis tributas, secundum ordinem rerum agendarum statutum, necnon servatis normis procedendi in hoc Ordine praescriptis.

2.° Quibusdam Sodalibus, cum opportunitas id suadeat, peculiaria munera tribuere, ut coetus aptiore ratione suis vacet laboribus.

3.° Acta coetus subsignare. Quod si Praesides Delegati plures sint, omnes acta conclusiva coetus subsignant.

Cap. III.—De Synodi coetibus

Art. 4 *(De singulis Synodi coetibus)*. Synodus Episcoporum congregatur:

1.° In coetum generalem, si res tractandae, suapte natura ac momento, doctrinam, prudentiam atque vota to-
93 tius Catholici orbis Episcopatus exquirenda suadeant; /

2.° In coetum extraordinarium, si res, ad bonum quidem Ecclesiae universae spectantes, expeditam definitionem requirant;

3.° In coetum specialem, si maioris momenti negotia respiciant Ecclesiae bonum, quod ad unam vel plures regiones praesertim pertineat.

Cap. IV.—De Membris seu Sodalibus

Art. 5 *(De Synodi participibus)*. § 1. Coetui generali Synodi intersunt:

1.° *a)* Patriarchae, Archiepiscopi Maiores et Metropolitae extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus Orientalis; *b)* Episcopi electi a singulis Conferentiis Episcopalibus Nationalibus, iuxta art. 6, § 1, 3.°; *c)* Episcopi electi a Conferentiis Episcopalibus plurium Nationum, constitutis scilicet pro iis Nationibus, quae propriam Conferentiam non habent, ad normam art. 6, § 1, 4.°; *d)* Decem viri religiosi qui partes agunt Institutorum Religiosorum Clericalium, electi ab Unione Romana Superiorum Generalium;

2.° Patres Cardinales Dicasteriis Curiae Romanae praepositi.

§ 2. Coetui extraordinario intersunt:

1.° *a)* Patriarchae, Archiepiscopi Maiores et Metropolitae extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus Orientalis; *b)* Praesides Conferentiarum Episcopalium Nationalium; *c)* Praesides Conferentiarum Episcopalium plurium Nationum, pro iis Nationibus constitutarum, quae propriam Conferentiam Episcopalem non habent; *d)* Tres viri religiosi qui partes agunt Institutorum Religiosorum Clericalium, electi ab Unione Romana Superiorum Generalium;

2.° Patres Cardinales Dicasteriis Curiae Romanae praepositi.

§ 3. 1.° Coetui speciali intersunt Patriarchae, Archiepiscopi Maiores, Metropolitae extra Patriarchatus Ecclesiarum Orientalium Catholicarum ritus Orientalis, necnon illi qui partes agunt sive Conferentiarum Episcopalium unius vel plurium Nationum, sive Institutorum Religiosorum, ut in hoc articulo § 1, in art. 6, § 1, 4.° et quoad numerum Religiosorum, in art. 6, § 2, statutum est: qui tamen omnes ad regiones pertineant, pro quibus Synodus Episcoporum convocata est.

2.° Coetui speciali intersunt etiam Patres Cardinales
94 Dicasteriis / Curiae Romanae praepositi, quae cum materiis tractandis rationem habent.

§ 4. Singulis coetibus intersunt quoque Sodales, electi a Summo Pontifice, ad normam n. X Litt. Apost. *Apostolica sollicitudo*, d. 15 Sept. 1965 [LE 3318].

Art. 6 *(De Sodalibus eligendis)*. § 1. 1.° Episcopi a Conferentiis Episcoporum unius vel plurium Nationum deputati ii habendi sunt, qui electi fuerint per secreta suffragia a sua quisque Conferentia in plenaria sessione coadunata.

2.° Haec electiones fiunt ad normam C. I. C. can. 101 § 1, 1.°. Si plures eligendi sint, pro singulis electionibus proprium habeatur scrutinium ita ut alter non eligatur nisi postquam prior electus fuerit.

3.° Episcopi qui partes agunt singularum Conferentiarum Episcopalium, ita eliguntur: *a)* unus pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet non plus quam 25 membris; *b)* duo pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet non plus quam 50 membris; *c)* tres pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet non plus quam 100 membris; *d)* quattuor pro unaquaque Conferentia Episcopali Nationali, quae constet plus quam 100 membris.

4.° Conferentiae Episcopales plurium Nationum eligunt eos, qui ipsarum partes agunt, secundum easdem normas.

5.° In eligendis Episcopis summopere ratio habenda est non solum ipsorum scientiae et prudentiae generatim, sed etiam cognitionis, ad theoriam et praxim quod attinet, materiae de qua Synodus pertractabit.

6.° Electorum nomina Praesides Conferentiarum Episcopalium communicabunt Secretario Generali per Summi Pontificis Legatum suae Nationis, idque saltem duobus mensibus ante inchoandum coetum.

§ 2. 1.° Electio virorum religiosorum, de quibus in art. 5 huius Ordinis, fit, congrua congruis referendo, ad normam § 1, 2.° huius articuli.

2.° In eligendis viris religiosis ratio habeatur non solum ipsorum scientiae et prudentiae generatim, sed etiam cognitionis, ad theoriam et praxim quod attinet, materiae de qua Synodus pertractabit.

3.° Electorum nomina Praeses Unionis Romanae Superiorum Generalium communicabit Secretario Generali saltem duobus mensibus ante inchoandum Synodi coetum. / 95

4.° Religiosi Sodales, nec plures quidem quam duo, ad partes agendas Institutorum Religiosorum in coetu synodali speciali ab Unione Romana Superiorum Generalium eligentur inter viros peritos, qui sive materiam rerum agendarum sive Regiones, etsi e loco non sint, cognoscunt, pro quibus coetus convocatus est.

§ 3. Episcoporum et Religiosorum, qui electi sint, nomina publici iuris ne fiant, donec ipsorum electionem Summus Pontifex ratam habuerit.

Art. 7 *(De instrumento deputationis exhibendo)*. Ineunte quolibet Synodi coetu Sodales electi exhibebunt Summo Pontifici, per Secretarium Generalem, authenticum suae deputationis instrumentum a Praeside necnon a Secretario uniuscuiusque Conferentiae, vel, si de Religiosis agatur, a Praeside et a Secretario Unionis Romanae Superiorum Generalium subsignatum.

Cap. V.—De Commissionibus studiorum

Art. 8 *(De Commissionibus studiorum constituendis)*. Si res quae in Synodo agitur ulteriore enucleatione indigeat, Praesidis Delegati est, de consensu Summi Pontificis, peculiares inter Sodales Commissiones studiorum constituere.

Cap. VI.—De Commissione querelarum

Art. 9 *(De Commissionis querelarum constitutione et munere)*. Initio uniuscuiusque coetus constituitur a Summo Pontifice Commissio trium Sodalium cuius est porrectas querelas rite examinare et ad Summum Pontificem deferre.

Capt. VII.—De Secretario Perpetuo seu Generali

Art. 10 *(De Secretarii Generalis nominatione)*. Secretarius Perpetuus seu Generalis a Summo Pontifice nomina- 96
tur, ad Eiusque nutum munus suum exercet. /

Art. 11 *(De Secretarii Generalis muneribus)*. § 1. Secretarii Generalis est iussa seu mandata Summi Pontificis exsequi Eique communicare omnia quae ad Synodum Episcoporum spectant.

§ 2. Secretarius Generalis coetus Synodi participat, Secretariam generalem moderatur eiusque acta subsignat.

§ 3. Ad Secretarium Generalem quoque pertinet:

1.° Mittere, de mandato Summi Pontificis, epistulas convocationis et ordinem rerum agendarum uniuscuiusque coetus Synodi Episcoporum, necnon documenta, instructiones et notitias eundem coetum spectantia.

2.° Communicare omnibus, quorum interest, nomina Membrorum seu Sodalium libere a Summo Pontifice designatorum, ad normam N. X Litt. Apost. *Apostolica sollicitudo*, d. 15 Sept. 1965 [LE 3318]; communicare item nominationem Secretarii Specialis uniuscuiusque coetus, a Summo Pontifice factam;

3.° Ordinem uniuscuiusque coetus praeparare, Summo Pontifici subiciendo res in eo agendas et elenchum Membrorum, quae ratihabitione indigent;

4.° Transmittere processum verbalem uniuscuiusque coetus Patribus Cardinalibus Dicasteriis Curiae Romanae praepositis, Patriarchis, Archiepiscopis Maioribus et Metropolitis extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus Orientalis, Praesidibus Conferentiarum Episcopalium, necnon Praesidi Unionis Romanae Superiorum Generalium;

5.° Exsequi ea quae Synodus Episcoporum ipsi mandaverit;

6.° Colligere, in ordinem disponere et asservare acta et documenta.

Art. 12 *(De Secretarii Generalis adiutoribus)*. § 1. Adiutores Secretarii Generalis nominantur, approbante Summo Pontifice, a Secretario Generali ab eoque dependent.

§ 2. Iidem Adiutores eliguntur inter ecclesiasticos viros idoneos et aptos, scientia et prudentia praeditos.

§ 3. Si res postulet, periti in rebus technicis a Secreta-
97 rio Generali, approbante Summo Pontifice, eligi possunt. /

Cap. VIII.—De Secretario Speciali

Art. 13 *(De Secretarii Specialis nominatione)*. § 1. Secretarius Specialis nominatur a Summo Pontifice pro unoquoque coetu, in quo res tractatur, cuius ipse sit peritus.

§ 2. Si argumenta in coetu tractanda diversa sunt, pro unoquoque argumento Secretarius Specialis nominatur.

§ 3. Coetu absoluto, Secretarii Specialis munus cessat.

Art. 14 *(De Secretarii Specialis muneribus)*. Secretarius Specialis praesto est Praesidi Delegato, ipsi coetui et Secretario Generali pro apparandis documentis et relationibus; pro explanationibus et notitiis, iis praebendis, qui illas forte petant; denique pro actis conficiendis.

Pars secunda.—Normae Generales

Cap. I.—De Synodo Episcoporum convocanda

Art. 15 *(De ratione Synodi convocandae)*. § 1. Synodus Episcoporum a Summo Pontifice opportuno tempore opportunisque modis convocatur.

§ 2. Praesidis est proximae congregationis diem et horam necnon materiam tractandam, iuxta praestitutum ordinem, indicare.

§ 3. Intimatio singulorum tunc tantum locum habet, cum id Praeses necessarium iudicaverit.

Cap. II.—De vestibus adhibendis

Art. 16 *(De vestibus in coetu adhibendis)*. In coetus con-
98 gregationibus Sodales, ad quos pertinet, habitum pianum induunt sine lacerna; ceteri proprium publicum. /

Cap. III.—De praecedentia

Art. 17 *(De praecedentiae ordine)*.—§ 1. Servetur, pro praecedentia, praescriptum C. I. C. can. 106, 3.°, et C. I. O., *De personis*, can. 37, 3.° [LE 2664].

§ 2. Si qui Sodalis forte extra ordinem sedeat, sententiam proferat vel alios actus faciat, nullum ius acquirit, ac nemini praeiudicium affert.

Cap. VI.—De colligendis ac distribuendis actis et documentis

Art. 18 *(De obligatione secreti servandi)*. Omnes qui in Synodo partem habent vinciuntur secreto quod attinet sive ad actus praeparatorios sive ad labores ipsius coetus, praesertim quod spectat ad singulorum sententias et suffragia et coetus decisiones et conclusiones.

Art. 19 *(De lingua in coetibus et actis adhibenda)*. In congregationibus Synodi et in actis conficiendis lingua latina adhibetur.

Art. 20 *(De ratione colligendi ac distribuendi acta et documenta)*. § 1. Omnia acta et documenta colliguntur et distribuuntur per Secretarium Generalem.

§ 2. Argumentorum index, de quibus in coetu Synodi agendum est, transmittitur sex mensibus, si fieri potest, antequam coetus initium capiat, ita ut tempus detur ad convocandas Conferentias Episcopales, exquirendae sententiae causa. / 99

Cap. VII.—De sententia exquirenda a Conferentiis Episcopalibus

Art. 21 *(De ratione sententiae exquirendae)*. § 1. Res, quas pertractandas Summus Pontifex in Synodi convocatione statuerit, ab unaquaque Episcoporum Conferentia vel coetu Episcoporum ritus Orientalis, studiose antea perspiciantur oportet.

§ 2. De earundem rerum definitione unusquisque Episcopatus suam communem sententiam exprimit aptiore, quae ipsi videbitur, ratione.

§ 3. Huiusmodi sententia a singulis Sodalibus pro Synodo deputatis in Synodi coetu exprimitur.

Cap. VIII.—De suffragiis

Art. 22 *(De suffragiis ferendis)*. Postquam Sodales sententiam, de qua in art. 21 § 3, expresserint, si Summus Pontifex id constituerit, ad ferenda suffragia proceditur.

Art. 23 *(De forma et modo ferendi suffragia)*. § 1. Suffragia in Synodo feruntur formula: *placet*, *non placet*, *placet iuxta modum*, si agitur de schemate approbando, sive integro sive per partes diviso; feruntur vero formula: *placet*, *non placet*, in emendationibus seu modis approbandis et in aliis suffragationibus.

§ 2. Qui suffragium dederit formula: *placet iuxta modum*, tenetur modum clare et concinne scripto tradere.

§ 3. Suffragia exprimuntur aptis schedulis, nisi Praeses alium modum praeceperit, v. gr. surgendo vel sedendo, manum elevando vel minus.

Art. 24 *(De suffragiorum maioritate)*. § 1. Ad maioritatem suffragiorum constituendam, si agitur de re approbanda, requiruntur duae tertiae partes suffragiorum Sodalium, qui suffragia ferunt; si vero de reicienda, eorundem Sodalium maioritas absoluta. / 100

§ 2. Praescriptum § 1 servetur sive consilium praestandum est Summo Pontifici, sive, obtenta eiusdem Summi Pontificis licentia, est de re decernendum.

§ 3. Quotiens de ratione procedendi quaestio movetur, ea per maioritatem absolutam Sodalium, qui suffragium ferunt, solvitur.

Cap. IX.—De sodalium absentia

Art. 25 *(De obligatione significandi absentiam)*. Qui coetus congregationi interesse nequit, is Praesidi, per Secretarium Generalem, absentiae rationem significare debet.

Cap. X.—De dispensatione ab obligatione residentiae

Art. 26 *(De beneficiorum fructuum perceptione)*. Omnes, qui Synodo interesse tenentur vel eidem operam quovis titulo legitime impendunt, coetu perdurante et donec eidem adsunt vel inserviunt, ab obligatione residentiae eximuntur et quoslibet suorum beneficiorum reditus ac distributiones quotidianas percipere valent, iis tantum exceptis, quae inter praesentes fieri dicuntur.

Pars tertia.—De ratione procedendi

Cap. I.—De ritibus sacris

Art. 27 *(De coetu inaugurando et absolvendo)*. § 1. Coetus Synodi inauguratur celebratione Sacri et cantu solemni hymni *Veni Creator Spiritus*.

§ 2. Idem coetus absolvitur celebratione Sacri et so-
101 lemni cantu hymni *Te Deum*. /

Cap. II.—De Relatione conficienda

Art. 28 *(De Relatione paranda)*.—§ 1. Relatio, qua quaestio in Synodo agenda exponitur, collustratur et enucleatur, ab illo Episcopo paratur, cui Summus Pontifex, cum coetus quilibet convocatur, hoc munus contulerit.

§ 2. Relatori praesto esse debet Secretarius Specialis.

Art. 29 *(De Relatione transmittenda)*. Textus Relationis, in Synodo dein legenda, saltem triginta diebus ante inchoandum coetum, perveniat ad Secretarium Generalem, qui curat exemplaria pro Sodalibus paranda.

http://www.obrascatolicas.com

Cap. III.—De officii possessione a Praeside Delegato capienda

Art. 30 *(De ratione possessionis capiendae a Praeside Delegato)*. Ineunte Synodo in coetum congregata, si casus ferat, Secretarius Generalis perlegit pontificium documentum quo deputatur Praeses Delegatus; iste dein statim officium capit suum.

Cap. IV.—De ratione procedendi in coetibus Synodi

Art. 31 *(De argumenti propositione et illustratione)*. Praeses argumentum disceptandum nuntiat et Relatorem vocat, qui Relationem iam apparatam legit, adiutorio usus, si necesse sit, Secretarii Specialis.

Art. 32 *(De argumenti discussione)*. § 1. Praeses iuxta indicem a Secretario Generali confectum, ex ordine ad loquendum vocat Sodales, qui pridie nomina sua ad hunc finem significaverint.

§ 2. Oratores suas animadversiones pandunt, quas dein
102 Secretario Generali scripto tradunt. /

Art. 33 *(De responsionibus)*. § 1. Si qui Sodalis, auditis Sodalium animadversionibus, respondere seu aliquid obicere intendit, hanc facultatem a Praeside petere potest.

§ 2. Praesidis est facultatem respondendi concedere, et diem statuere, qua responsio fiat.

§ 3. Die statuta, Praeses, iuxta indicem a Secretario Generali confectum, vocat Patres, qui respondere petierunt.

§ 4. Oratores, nisi tempus ad respondendum Praeses definierit, brevissimo sermone suas responsiones contineant.

§ 5. Possunt Oratores nomine plurium Sodalium respondere; quod si faciunt, eos indicare debent, quorum nomine loquuntur.

§ 6. Responsiones scripto Secretario Generali dein tradendae sunt.

Art. 34 *(De Commissionibus studiorum)*. § 1. Si ex habita disceptatione constet argumentum ulteriore enucleatione indigere, potest Praeses Delegatus, de consensu Summi Pontificis et modis ab eodem Summo Pontifice statutis (cfr. art. 8), peculiarem Commissionem constituere, quae in hoc opus incumbat.

§ 2. Interea ad subsequentis argumenti examen proceditur.

§ 3. 1.° Cum Commissio studiorum suas conclusiones exhibuerit, eae a Relatore, per Commissionem designato, Sodalibus illustrantur.

2.° Si Sodales postulant, potest Praeses brevissimam disceptationem circa has conclusiones concedere; quae disceptatio fit iuxta art. 32.

Art. 35 *(De voto exprimendo)*. § 1. Expleta disceptatione, singuli Sodales mentem suam iuxta sententiam, de qua in art. 21 § 2, pandunt per votum scripto deinde Secretario Generali tradendum.

§ 2. Si, ex voluntate Summi Pontificis, suffragatio fa-
103 cienda sit, haec peragitur ad normam artt. 22-24. /

Cap. V.—De Relatione circa peractos labores

Art. 36 *(De Relatione facienda)*. Omnibus absolutis, fit per Secretarium Generalem, cui operam praestat Secretarius Specialis, Relatio in qua describuntur labores circa argumentum vel argumenta examinata peracti, et conclusiones a Sodalibus deductae exhibentur.

Art. 37 *(De Relatione Summo Pontifici exhibenda)*. Relatione, de qua in art. 36, Summo Pontifici exhibent Praeses Delegatus et Secretarius Generalis.

Adn. E. BERGH in NrT 89 (1967) 202-203.

3505

1966 DEC 14.-SC DOCTRINA FIDEI, RESPONSUM. PART.*

CUM CERTE NON CONSTAT DE IMPOTENTIA VIRI, MATRIMONIUM CONVALIDARI POTEST SIMPLICITER, OMISSA SANATIONE IN RADICE

Romae, die 14 Dec. 1966

In your letter of 7 July of this year, your Excellency inquires whether a radical sanation or convalidation can be applied to the marriage contracted between Catherine, Catho-

5071

lic, and John, non-Catholic, who was rendered impotent by a surgical operation.

In this matter, I inform you that the Eminent Fathers of this S. Congregation, in the plenary session of 7 December, 1966, passed this decision: «Since there is no certain proof of the man's impotency, the Ordinary, in accord with can. 1068, § 2, can permit the petitioners to convalidate their marriage according to the norm of can. 1137 after a dispensation has been granted form the impediment of mixed religion and, *ad cautelam*, disparity of cult.»

* Ordinario Detroitensi, Prot. N. 2462/66: BOUSCAREN VI, p. 662-663.

3506

1966 DEC 15.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

SANANTUR ELECTIONES INVALIDE FACTAE OB ELECTORUM OMISSIONEM CURSUS PASTORALIS

PRECES—*Beatissime Pater*, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, ea quae sequuntur humillime exponit:

Ex canonica Visitatione peracta vel ex receptis informationibus, compertum est in quibusdam Ordinis Provinciis aliquot iuniores Sacerdotes ab anno 1957 usque ad hoc tempus cursum pastoralem, prouti art. 48 *Statutorum Generalium* [LE 2591] S. Congregationis de Religiosis ad normam Constitutionis Apostolicae *Sedes Sapientiae* [LE 2579] praescriptum, non rite complevisse; cuius defectus eae ut plurimum causae fuere quod vel ex necessitate, ad urgentiora ministeria praefati Sacerdotes adacti essent, vel praeterea ad exteras missiones profecti essent, vel in suis Provinciis aut dioecesibus cursus pastorales deessent, vel etiam denique quod documentum pro universo Ordine, fundamentale et definitivum, deficeret, nempe illa *Ratio Studiorum*, quae, plurima ob motiva et praesertim ob celebrationem Capituli Generalis anno 1960 habitam, tandem anno 1963 promulgata est.

Hinc et iuridicae consequentiae in Ordine nostro praesertim ortae sunt. Constitutiones enim Ordinis num. 710 praescribunt: «Vocales in... conventuali Capitulo sunt fratres omnes de familia Sacerdotes professi, *cursu Theologico completo*» (in istis Capitulis plura acta perficiuntur, quae vocem activam et passivam praerequirunt); et num. 694: «Omnes conventus, in quibus saltem quattuor Patres post *absolutum studiorum curriculum* de familia degunt, habent ius eligendi Delegatum, qui ad Capitulum provinciale iturus est, etc.

Cum autem cursus pastoralis sit pars integralis *cursus theologici* vel *curriculi studiorum*, prouti ipsa S. Congregatio de Religiosis dubiis seu quaesitis a Procuratore Ordinis propositis die 28 mensis octobris 1964, Prot. num. 1955-64 [LE 3226], responsum dedit, sequitur ut Patres, qui cursum pastoralem non perfecerunt, de familia non sint, omnibus cum consectariis relate praesertim ad vocem activam et pasivam.

Rebus sic stantibus, cum nunc ex una parte impossibile vel fere evadat ut qui ad exteras missiones profecti vel qui iam a pluribus annis in quibusdam officiis detenti sunt (Parochi, Superiores, etc.) cursum pastoralem peragere valeant, et ex altera parte plures actus iuridici positi fuerint in Capitulis tum conventualibus tum provincialibus, Orator a respectivis Provinciarum Ministris enixe rogatus, et accedente voto Rev.mi P. Ministri Generalis cum suo Definitorio, humillime petit ut benigne concedatur gratia, qua

a) ad praescriptum cursum pastoralem ii Sacerdotes inde obligentur, qui anno 1964 quadriennium theologicum perfecerunt, exceptis iis, qui vel saltem brevem cursum pastoralem peregerunt, vel qui ad exteras Missiones profecti vel si Superiores, Parochi aut huiusmodi sunt, vel qui ob particularia rerum adiuncta, a Ministro Generali cum suo Definitorio perpendenda, ne brevem quidem pastoralem perficere valeant.

b) Ceteri autem Sacerdotes annum pastoralem quamcitius suppleant saltem per 3 menses, tempore v. g. aestivo vel alio tempore, peragendum.

c) In posterum vero, inde ab anno 1967, omnes Sacerdotes, qui curriculum teologicum perfecerint, obligationi omnino satisfaciant cursum pastoralem rite explendi, prouti in art. 48 *Statutorum Generalium* S. Congregationis de Religiosis ad normam Const. Ap. *Sedes Sapientiae* praescribitur.

d) Sanentur quae adhuc sanatione fortasse indigeant et sanabilia sunt, atque Sacerdotes, qui obligationi sunt obnoxii supplendi cursum pastoralem, ut supra sub littera *b)*, interim usque ad finem 1967 voce activa et passiva donentur. Et Deus, etc.

RESCR.—Vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne annuit, pro gratia iuxta preces, servatis ceteris servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 15 decembris 1966.—H. Card. ANTONIUTTI, *Praef.* C. Addivinola, *Ad. a Studiis*.

* Procuratori Gen. O. F. M. Conv., Prot. N. 1953/64: COFMConv 64 (1967) 65-68. Adn. CpR 46 (1967) 406.

5072

3507

1966 DEC 22.-SC SACRAMENTOR., DECRETUM. PART.*

DECRETUM DE ORDINANDIS IN REGIONE PASTORALI SEPTENTRIONALI GALLIAE, PRO PARTIBUS TANTUM CAMPANIAE ET PICARDIAE, TRIBUNALIBUS ECCLESIASTICIS RHEMENSI, IN PRIMO JURISDICTIONIS GRADU, ET AMBIANENSI, IN SECUNDO JURISDICTIONIS GRADU, PRO CAUSIS NULLITATIS MATRIMONII ARCHIDIOECESIS RHEMENSIS AC DIOECESIUM AMBIANENSIS, BELLOVACENSIS, CATALAUNENSIS, EBRIOCENSIS, SUESSIONENSIS ET TRECENSIS DECIDENDIS

Excellentissimi Ordinarii Rhemensis, Ambianensis, Bellovacensis, Catalaunensis, Ebriocensis, Suessionensis et Trecensis, prae oculis habitis:

Iis quae Litteris Apostolicis *Qua Cura*, die 8 decembris 1938 Motu proprio a Pio Pp. XI v.m. datis *(A. A. S.* XXX, p. 410 ss.) [LE 1457], pro Tribunalibus Ecclesiasticis *Italiae* salubriter provideque statuta fuerunt;

Decreto Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum diei 28 Januarii 1946 *(A. A. S.*, XXXVIII, p. 28 ss.) [LE 1850] pro Tribunalibus Ecclesiasticis Matrimonialibus Ditionis *Canadensis* ordinandis;

Decreto Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum diei 31 Decembris 1956 *(A. A. S.*, XXXXIX, p. 163 ss.) [LE 2619] pro Tribunalibus Ecclesiasticis Matrimonialibus *Insularum Philippinarum* ordinandis;

Decreto Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum diei 17 Februarii 1965 [LE 3260] de constituendis in regione pastorali *Tolosana* Tribunalibus Ecclesiasticis Matrimonialibus *Tolosano*, in primo jurisdictionis gradu, et *Ruthenensi*, in secundo jurisdictionis gradu;

Decreto Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum diei 17 Februarii 1965 [LE 3261] de constituendis Tribunalibus Regionalibus Ecclesiasticis *Massiliensi*, in primo jurisdictionis gradu, et *Aquensi*, in secundo jurisdictionis gradu;

Perpensisque gravibus difficultatibus, quas ipsi in eorum dioecesibus experiuntur, ob sacerdotum penuriam, qui ad iudiciarium laborem incumbant, ad propria ac idonea Tribunalia Matrimonialia constituenda, facultatem a Sancta Sede petierunt vi cuius, in Regione Pastorali Galliae Septentrionalis pro partibus Campaniae et Picardiae, cum Regio Pastoralis nimis extensa sit, duo constituerentur Tribunalia Matrimonialia competentia ad pertractandas causas nullitatis matrimoniorum suarum dioecesium sive formales sive summarias, scilicet: Tribunal *Rhemensi*, in primo jurisdictionis gradu, cum sede Rhemis, et Tribunal *Ambianense*, in secundo jurisdictionis gradu, cum sede Ambiani.

Quas preces Sacra haec Congregatio de Disciplina Sacramentorum cum rite perpendisset, attento etiam favorabili voto Excmi Nuntii Apostolici in Gallia, retulit Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI in Audientia diei 21 decembris currentis anni.

Sanctitas vero Sua, quae sequuntur, *ad decennium*, experimenti causa statuere dignata est, decernens eadem executioni mandanda, contrariis quibuscumque, licet speciali mentione dignis minime obstantibus:

I. Tribunal competens ad pertractandas, in prima instantia, omnes causas nullitatis matrimoniorum ritu sive formali, sive summario (cc. 1990-92) dioecesium Rhemensis, Ambianensis, Bellovacensis, Catalaunensis, Ebriocensis, Suessionensis et Trecensis conditionibus a Codice J. C. necnon ab Instructione *Provida Mater* diei 15 Augusti 1936 *(A. A. S.*, XXVIII, p. 313-36) [LE 1347] definitis, sit *Tribunal Rhemense*.

II. Praefatarum causarum appellatio, incolumi semper manente facultate directe provocandi ad Tribunal Sacrae Romanae Rotae, iuxta can. 1959, § 1 n.° 1 C. I. C., recipitur a Tribunali secundae instantiae *Ambianensi*.

III. Officiales, Iudices, Promotores Iustitiae et Vinculi Defensores (necnon, si opus sit, eorum substituti) eorumdem tribunalium ex septem memoratis dioecesibus aeque deligi possunt: omnes tamen constituantur oportet, *ad validitatem*, in Coetibus Regionalibus Excmorum Ordinariorum ad majorem suffragiorum partem.

IV. Quorum Tribunalium Rhemensis et Ambianensis jura et officia, practicam agendi rationem, tempus executionis eorum quae supra statuta sunt normasque temporarias, relate ad causas nullitatis matrimoniorum pendentes, Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum definiet.

V. Eadem Sacra Congregatio vigilem sedulamque pro suo munere operam dabit ut tum Officiales, tum Judices, tum praesertim Promotores Justitiae et vinculi Defensores muneribus suis rite naviterque perfungantur iuxta normas ab eadem Sacra Congregatione editas.

Ssmus Dñus Noster Paulus Pp. VI haec statuit, non obstantibus quibuslibet in contrarium facientibus, licet speciali mentione dignis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 22 Decembris 1966.—B. Card. ALOISI MASELLA, *Praef.* B. Fagiolo, *Subsecr.*

* Prot. N. 775/68 V. T.: e documento originali.

3508

1966 DEC 22.-SC SACRAMENTORUM, NORMAE. PART.*

NORMAE PRO EXSEQUENDO DECRETO DIEI 22 MENSIS DECEMBRIS A. MCMLXVI DE ORDINANDIS IN REGIONE PASTORALI SEPTENTRIONALI GALLIAE, PRO PARTIBUS TANTUM CAMPANIAE ET PICARDIAE, TRIBUNALIBUS ECCLESIASTICIS MATRIMONIALIBUS RHEMENSI, IN PRIMO JURISDICTIONIS GRADU, ET, AMBIANENSI, IN SECUNDO JURISDICTIONIS GRADU, PRO CAUSIS NULLITATIS MATRIMONII ARCHIDIOECESIS RHEMENSIS AC DIOECESIUM AMBIANENSIS, BELLOVACENSIS, CATALAUNENSIS, EBRIOCENSIS, SUESSIONENSIS ET TRECENSIS DECIDENDIS

Ut ad effectum deducantur quae per Decretum diei 22 mensis decembris a. 1966 [LE 3506] praescripta sunt, Sacra haec Congregatio quae sequuntur statuit:

CAPUT I. *De Tribunalium Regionalium Rhemensis et Ambianensis moderatore, iudicibus et administris*

Art. 1. Tribunal primae instantiae *Rhemense* et Tribunal secundae instantiae *Ambianense*, in Regione Pastorali Septentrionali Galliae, pro partibus tantum Campaniae et Picardiae constituta, subsunt respective auctoritati Archiepiscopi Rhemensis et Episcopi Ambienensis, qui, proinde eadem regunt et moderantur nomine omnium Episcoporum Regionis eisdemque omnia jura et officia attribuuntur quae Ordinariis locorum ad normam sacrorum canonum C. I. C. et Instructionis Sacrae huius Congregationis de Disciplina Sacramentorum diei 15 Augusti 1936 (A. A. S., vol. XXVIII, p. 313 ss.) [LE 1347] circa proprium Tribunal competunt, nisi aliter infra cautum sit vel subiecta materia aperte exigat.

Art. 2. Officiales, Iudices, Promotores Iustitiae, Vinculi Defensores (necnon, si opus sint, eorum substituti) Tribunalium Rhemensis et Ambianensis constituantur *ad validitatem*, ut mandat praefatum Decretum sub n. III, in *Coetibus* memoratorum Excmorum Ordinariorum Regionis Pastoralis ad maiorem suffragiorum partem.

Quoad constitutionem ceterorum ministrorum Excmi Moderatores utriusque Tribunalis utantur jure communi.

Art. 3. Candidati ad ista munera obeunda integritate morum praestent, et, ad Iudices quod attinet, laurea vel saltem licentia in iure canonico sint praediti, quod maxime est optandum; secus candidati seligantur scientia diuturnaque experientia iuridica vere praecellentes; ipsi congruum tempus quidem impendere valeant gravibus muneribus sibi collatis rite obeundis.

Art. 4. Nomina eorum qui electi sint ad munera Officialis (necnon, si adsint, Vice-Officialis vel Vice-Officialium], Iudicum, Promotoris Iustitiae, Vinculi Defensoris (et horum, si extent, substitutorum) cum Excmo Nuntio Apostolico in Gallia quamprimum communicentur, una cum indicatione aetatis studiorum, curriculi vitae necnon cum testimonio circa eorum sacerdotales virtutes, ad «*Nihil Obstat*» ab hac Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum obtinendum.

Art. 5. Nominationes, de quibus supra, generatim *ad triennium* fiant, salva facultate eas confirmandi ad successiva triennia.

Art. 6. Iusiurandum de officio rite fideliterque impliendo ac de secreto servando (c. 1623; c. 1625 § 2) praestari debet coram Archiepiscopo Rhemensi inde ab initio suscepti officii, si de ministris Tribunalis primae instantiae agatur; coram Episcopo Ambianensi, si de ministris Tribunalis appellationis.

5073 5074

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

Art. 7. Ministri Tribunalium Regionalium Matrimonialium Rhemensis et Ambianensis removeri nequeunt durante munere nisi a Coetu Excmorum Ordinariorum, de quibus in Decreto, excepto gravissimo urgentique casu, quo ab Archiepiscopo Rhemensi aut ab Episcopo Ambianensi pro sua cuiusque competentia, removeri queunt, statim Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum certiore facta. Necessariae substitutioni provideatur iuxta articulum 2 harum Normarum.

Art. 8. Nemo iudicis munere in causa fungi poterit qui advocati vel procuratoris munus exerceat in causis matrimonialibus, sive directe sive per interpositam personam, quamvis id agat apud alia Tribunalia, etiam Sanctae Sedis; idem valet pro iustitiae promotore et vinculi defensore. Iidem omnes districte vetantur etiam in quaslibet causas matrimoniales extra munus suum se quomodolibet ingerere.

Art. 9. Excmi Moderatores Tribunalis Rhemensis et Ambianensis, collatis consiliis cum omnibus Episcopis Regionis Pastoralis, Album advocatorum et procuratorum pro Tribunalibus conficiendum curent iuxta art. 47-53 memoratae Instructionis.

Art. 10. Advocati et procuratores esse debent vere catholici, aetate maiores et integritate religioneque praestantes; advocati sint oportet praeterea laurea in iure canonico saltem praediti et ab Archiepiscopo Rhemensi aut ab Episcopo Ambianensi respective approbati.

CAPUT. II. *De modo procedendi in causis matrimonialibus pertractandis*

Art. 11. Quoad causarum tractationem adamussim serventur praescripta citatae Instructionis «Provida Mater» diei 15 Augusti 1936, his tantum additis aut immutatis, quae infra statuantur.

Art. 12. Libellus porrigatur Episcopo Dioecesano partis actricis, qui illum tradere curabit Tribunali Regionali primae instantiae.

Art. 13. Causae ita inscribantur: primum ponatur nomen Tribunalis Regionalis Pastoralis, dein Dioecesis celebrati matrimonii vel dioecesis domicilii viri, postremo titulus causae, ex gr. «Tribunal Regionale Rhemense. Bellovacensis. Nullitatis Matrimonii (N. N.)»; in Tribunali Appellationis titulus causae sit «Tribunal Regionale Appellationis Ambianense. Bellovacensis. Nullitatis matrimonii (N. N.)».

Art. 14. Ad Episcopum domicilii coniugum spectat iudicium ferre de existentia adiunctorum, de quibus in artt. 38 § 2 et 39,6 Instructionis *Provida Mater*; quod tamen iudicium antequam ferat, opportune cum Excmo Archiepiscopo et Moderatore Tribunalis Rhemensis aget.

Art. 15. Archiepiscopi Sedis Tribunalis Regionalis erit tutorem aut curatorem admittere vel designare ad normam art. 78 praefatae *Instructionis*, collatis consiliis cum Ordinario partis conventae, cui tutor vel curator constituendus est.

Art. 16. Partium depositio excipietur de more in ipsa sede Tribunalis primae instantiae Rhemensis vel secundae instantiae Ambianensis. Quatenus vero necessitas postulet in sede Tribunalis Dioecesani a Judice Tribunalis Rhemensis vel Ambianensis.

Art. 17. Testes generatim excutiantur in Dioecesi proprii domicilii ab Officiali Dioecesano, adstantibus Vinculi Defensore Notarioque dioecesanis.

Art. 18. Depositiones in textu originali sive partium sive testium serventur apud Dioecesanum Tribunal, et earum authentica exemplaria ad Tribunal Regionale primae vel secundae instantiae mittantur. Documenta vero tradantur in textu originali eisdem Tribunalibus Regionalibus primae vel secundae instantiae et authentica exemplaria apud Dioecesanum Tribunal serventur.

Art. 19. § 1. In casibus exceptis (cann. 1990-92) quaelibet petitio remittatur ad Archiepiscopum Tribunalis Regionalis qui, praehabito voto Episcopi domicilii coniugum, de eadem videat ad normam Tituli IV citatae Instructionis.

Officialis vero, de quo in Art. 228 *Instructionis*, est Officialis Tribunalis Regionalis Rhemensis vel Ambianensis, prout agatur de Tribunali primae vel secundae instantiae.

§ 2. Vinculi Defensor facile ne omittat appellationem, de qua in Art. 229 *Instructionis*, interponere ad Tribunal secundae instantiae, praesertim cum agatur de impedimentis a quibus dispensari solet.

CAPUT III. *De ministrorum tribunalium, advocatorum et procuratorum remuneratione necnon de Taxis et judicialibus expensis*

Art. 20. Remunerationes pro ministris Tribunalium Regionalium Rhemensis et Ambianensis ab Excmorum Episcoporum Coetu definiantur, probe consideratis munerum temporumque adiunctis, sicuti et causarum numero.

Art. 21. Idem Excmorum Episcoporum Coetus notulam taxarum et expensarum iudicialium necnon emolumentorum ad Advocatos et Procuratores spectantium pro causis nullitatis matrimonii apud Tribunalia Regionalia Rhemense et Ambianense pertractandis definiat.

Art. 22. Notula vero taxarum, expensarum iudicialium (prae oculis habito Art. 233 citatae *Instructionis*) et emolumentorum distincte litigantibus necessario notificetur.

Art. 23. Excmi Ordinarii in suetis Regionis Pastoralis Coetibus contributionem statuent singularum Dioecesium pro expensis Tribunalium Rhemensis et Ambianensis, numero catholicorum, vel etiam si opportunum fuerit, causarum singularum Dioecesium proportionatam.

Art. 24. Quoties ad normam iuris (Art. 27 ss. Instructionis *Provida Mater*; c. 1914 ss.) gratuitum vel semigratuitum patrocinium concessum fuerit, litigantium Dioecesi onus incumbet expensas solvendi.

Unaquaeque pariter Dioecesis Regionis Pastoralis itinerum ministrorum Tribunalium Regionalium Rhemensis et Ambianensis expensas praestabit quae ad se attinent.

Art. 25. Curent Revmi Moderatores ut in sede Tribunalium sive primae sive secundae instantiae iuridica *Bibliotheca* constituatur ad ministrorum muneri favendum.

Normae temporaneae seu transitoriae

Quae supra statuta sunt necnon Decretum diei 22 mensis decembris de ordinandis in Regione Pastorali Septentrionali Galliae, pro partibus tantum Campaniae et Picardiae Tribunalibus Regionalibus Rhemensi et Ambianensi [LE 3508], executioni mandentur die 30 januarii sequentis anni.

Quoad causas quae dicta die pendentes in prima instantia invenientur in Tribunalibus Dioecesanis, ita procedatur:

1) Si libellus jam oblatus est, nec adhuc ad litis contestationem seu dubiorum concordantiam (c. 1727 C. I. C., Art. 88 Instructionis) deventum sit, libellus ipse transmittatur ad competens Tribunal primae instantiae Rhemense, neque de causa ulterius agat Tribunal Dioecesanum.

2) Si instructio processus sit tantum initiata per litis contestationem et partes, necnon vinculi Defensor et, si causae intersit, Promotor Iustitiae, non obstent, processus deferri potest ad Tribunal primae instantiae Rhemense.

3) Causa jam conclusa (Art. 177 Instructionis), Tribunal Dioecesanum sententiam definitivam edat necesse est.

4) Idem fiat, mutatis mutandis, in causis quae agitantur in gradu appellationis.

5) A sententia Tribunalis dioecesani, siquidem fuerit primi gradus, appellatio interponatur apud Tribunal Appellationis Ambianense.

Ssmus Dominus Noster Paulus divina Providentia Papa VI, in Audientia diei 20 decembris currentis anni Excmo huius Sacrae Congregationis Secretario concessa, praefatas *Normas* benigne confirmare et ratas habere dignatus est.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum die 22 mensis decembris a. 1966.
B. Card. ALOISI MASELLA, *Praef.* B. Fagiolo, *Subsecr.*

* Prot. N. 775/68 V. T.: e documento originali.

3509

1966 DEC 24.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 59 (1967) 220

APOSTOLICA NUNTIATURA APUD SINENSEM REMPUBLICAM ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quae sacra Legatio iam inde ab anno MCMXLVI [LE 1872] providenti consilio similibusque Litteris Pii Pp. XII, Decessoris Nostri fel. rec., fuit

constituta, ut apud Sinensem Rempublicam Apostolicae huiusce Sedis personam gereret, ea Nobis in praesenti videtur ad elatiorem dignitatem esse provehenda atque maiore auctoritate, ad ius quod attinet, esse ditanda. Ita enim censemus eam ad mutuas sanctae Ecclesiae nobilisque eiusdem Civitatis rationes fovendas ac firmandas aptiorem fore suasque curas in catholicam, quae ibidem vivit, fidelium communitatem utilius esse collaturam. Itaque Nos omnibus attente perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, Apostolicam in Sinensi Republica Internuntiaturam in *Apostolicam Nuntiaturam* erigimus et constituimus, eiusque sedem in urbe Taipeia confirmamus. Eidem igitur sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc voluntatis Nostrae testificationem religioni provehendae esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Nuntiaturae Apostolicae in Sinensi Republica, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Decembris, anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri quarto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis*.

3510

1966 DEC 29.-SC RITUUM, DECL. AAS 59 (1967) 85-86

DECLARATIO CIRCA NONNULLAS ERRATAS ET ARBITRARIAS APPLICATIONES CONSTITUTIONIS CONCILIARIS DE SACRA LITURGIA

Dichiarazione per l'applicazione della Costituzione sulla sacra Liturgia

Da qualche tempo taluni quotidiani e rotocalchi offrono ai loro lettori notizie e riproduzioni fotografiche su cerimonie liturgiche, soprattutto celebrazioni eucaristiche, aliene dal culto cattolico, quasi inverosimili come «cene eucaristiche familiari» celebrate in case private seguite da pranzi, Messe con riti, vesti e formulari insoliti ed arbitrari, e talora accompagnate da musiche di carattere del tutto profano e mondano, non degno d'un'azione sacra. Tutte queste manifestazioni cultuali, dovute ad iniziative private, tendono fatalmente a dissacrare la liturgia, che è l'espressione più pura del culto reso a Dio dalla Chiesa.

È assolutamente fuori luogo allegare il motivo dell'aggiornamento pastorale, il quale, giova ripeterlo, si svolge nell'ordine, non nell'arbitrio. Tutto ciò non è conforme alla lettera e allo spirito della Costituzione liturgica emanata dal Concilio Vaticano II, è contrario al senso ecclesiale della liturgia e nuoce all'unità e alla dignità del Popolo di Dio.

«La varietà delle lingue —ha detto il 13 ottobre u.s. il
86 Santo Padre / Paolo VI— e la novità dei riti, che il movimento rinnovatore introduce nella Liturgia, non devono ammettere nulla che non sia debitamente riconosciuto dall'autorità responsabile dei Vescovi e di questa Sede Apostolica, nulla che non sia degno del culto divino, nulla che sia manifestamente profano e inetto ad esprimere l'interiorità e la sacralità della preghiera, e nulla anche di così singolare ed insolito, che invece di favorire la devozione della comunità orante, la stupisca e la disturbi, e le impedisca la effusione di una sua ragionevole e legittima tradizionale religiosità».

Mentre si deplorano i fatti sopra ricordati e la pubblicità che ad essi viene data, rivolgiamo pressante invito agli Ordinari sia locali che religiosi, perché vigilino sulla retta applicazione della Costituzione liturgica, richiamino con bontà e fermezza i promotori, anche se bene intenzionati, di tali manifestazioni e, all'occorrenza, reprimano gli abusi, impedendo ogni iniziativa che non sia autorizzata e guidata dalla sacra Gerarchia, promuovano con premura il vero rinnovamento liturgico voluto dal Concilio, affinché l'opera grandiosa di tale rinnovamento possa attuarsi senza deviazioni e possa portare quei frutti di vita cristiana, che la Chiesa da essa si attende.

Ricordiamo, inoltre, che non è lecito celebrare la Messa nelle case private, salvo i casi previsti e ben definiti dalla legislazione liturgica.

Roma, 29 Dicembre 1966.—Giacomo Card. LERCARO, *Presidente del «Consilium» per l'applicazione della Costituzione sulla Sacra Liturgia*. Arcadio M. Card. LARRAONA, *Prefetto*. Ferdinando Antonelli, Arcivescovo tit. di Idicra, *Segretario*.

Adn. b. in EL 81 (1967) 75-81; A. BUGNINI in Notit. 3 (1967) 39-46; AOFMCap 83 (1967) 401.

3511

1966 .. .. -SC DE PROP. FIDE, FORMULA. PART.*

FORMULA BREVIOR PROFESSIONIS FIDEI PRO LOCIS MISSIONUM

Ego... manu tangens Sacra Dei Evangelica, divina gratia illustratus, profiteor fidem quam proponit Ecclesia Catholica, Apostolica, Romana. Credo illam esse unicam et veram Ecclesiam, quam Iesus Christus in terra fundavit eique me ex toto corde subiicio.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus: descendit ad inferos; tertia die resurrexit a mortuis; ascendit ad caelos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

Credo septem Sacramenta a Iesu Christo instituta esse pro humani generis salute, scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium.

Credo Romanum Pontificem esse Vicarium Iesu Christi in terris, Caput Supremum visibile totius Ecclesiae, qui docet infallibiliter credenda et agenda.

Credo praeterea omnia quae Sancta Ecclesia Catholica, Apostolica et Romana definit et declarat esse credenda. Ei toto corde adhaereo et reicio omnes errores et schismata ab Ea damnata.

Sic me Deus adiuvet et haec Sancta eius Evangelia, quae manu tango.

* BiM 30 (1966) 195. Vide Formulam deinceps adhibendam in casibus in quibus iure praescribitur professio fidei: LE 3617

3512

1966.. .. -SC CONSISTORIALIS, RESCRIPTUM. PART.*

SUMMA PECUNIAE ULTRA QUAM REQUIRITUR BENEPLACITUM APOSTOLICUM AD BONA ECCLESIASTICA ALIENANDA, IUXTA RESCRIPTUM PONTIFICIUM «CUM ADMOTAE» [LE 3230]

Episcoporum Coetus	*Pecuniae summa*
Aequatoria	25.000 doll. S. F. A. S.
Anglia	100.000 sterling pounds
Argentina	15.000.000 pesos
Belgium	2.500.000 francs belg.
Bolivia	15.000 doll. S. F. A. S.
Brasilia	15.000 doll. S. F. A. S.
Chilia	50.000 doll. S. F. A. S.
Columbia	500.000 pesos columb.
Cuba	50.000 doll. S. F. A. S.
Dominicana resp.	100.000 doll. S. F. A. S.
Gallia	500.000 nouv. francs
Germania	500.000 mark. pro alienatione 1.000.000 mark. pro mutuis
Helvetia	500.000 francs helv.
Hibernia	50.000 sterling pounds
Hispania	1.000.000 pesetas
Honduria	50.000 lampiras
Italia	30.000.000 lire
Luxemburgum	2.500.000 francs belg.
Lusitania	500.000 escudos
Melita	100.000 sterling pounds
Neerlandia	60.000 guldens

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
CLEVELAND, OHIO
http://www.obrascatolicas.com

Nicaraqua	30.000 doll. S. F. A. S.
Panama	30.000 doll. S. F. A. S.
Paraquaria	10.000 doll. S. F. A. S.
Peruvia	1.300.000 soles
Porturicensis resp.	100.000 doll. S. F. A. S.
Philippinae Ins.	100.000 pesos
Scotia	50.000 sterling pounds
Uruquaria	50.000 doll. S. F. A. S.
Venetiola	70.000 bolivares

* Ad Praesides Conferentiarum episcopalium et ad Superiores religiosorum: CpR 45 (1966) 255-256. Adn. CpR 45 (1966) 255; AOFM 86 (1967) 159.

3513

1966 . . . . -SC CONSISTORIALIS, DECRETUM. PART.*

STATUTA CONFERENTIAE EPISCOPALIS HISPANIARUM

CAP. I—*Naturaleza y finalidad de la Conferencia*

Art. 1. La Conferencia Episcopal Española se constituye, en comunión con el Romano Pontifice y bajo su autoridad, para el ejercicio conjunto de la misión del Episcopado Español en los asuntos de interés común, con el fin de orientar y fomentar el desarrollo y la coordinación de las actividades católicas que le están confiadas.

CAP. II—*Miembros y órganos de la Conferencia*

Art. 2. Son miembros de la Conferencia: 1) Los arzobispos y obispos diocesanos; 2) Los arzobispos y obispos titulares con misión pastoral dentro del ámbito nacional, encomendada por la Sede Apostólica o por la Conferencia Episcopal; 3) Los obispos coadjutores y auxiliares; 4) Los prelados «nullius», administradores apostólicos y vicarios capitulares.

Art. 3. Los obispos que hubieren ejercido un cargo pastoral en España y que residen habitualmente en el pais serán invitados a la Conferencia y tendrán voto consultivo.

Los demás obispos que residan habitualmente en España podrán ser invitados a la Conferencia, a juicio de la Comisión Permanente.

Art. 4. Son órganos de la Conferencia los siguientes: 1) El Consejo de Presidencia; 2) La Asamblea Plenaria; 3) La Comisión Permanente; 4) El Comité Ejecutivo; 5) Las Comisiones Episcopales; 6) El Secretario del Episcopado.

CAP. III—*El Consejo de Presidencia*

Art. 5. Los eminentísimos cardenales pertenecientes a la Conferencia forman el Consejo de Presidencia, al que reconoce una posición relevante dentro del Episcopado por su especial relación con el Romano Pontifice.

Art. 6. Son atribuciones del Consejo de Presidencia: 1) Conocer previamente y dar su parecer sobre toda convocatoria extraordinaria de la Asamblea Plenaria y su orden del día, decididos por la Comisión Permanente; 2) Añadir al orden del día de toda Asamblea Plenaria los temas que considerare convenientes; 3) Pedir a la Comisión Permanente la convocatoria extraordinaria de la Asamblea Plenaria; 4) Recibir y resolver las reclamaciones de los miembros de la Conferencia en relación con el cumplimiento de los presentes Estatutos.

Art. 7. Cuando asista a las reuniones de la Conferencia el representante pontificio —bien por mandato de la Santa Sede, bien por ruego de la misma Conferencia, expresado por su presidente, y siempre en la sesión de apertura de cada Asamblea Plenaria— será miembro de honor del Consejo de Presidencia.

CAP. IV—*La Asamblea Plenaria*

Art. 8. A la Asamblea Plenaria corresponden todos los poderes y facultades de la Conferencia del Episcopado español.

Art. 9. La Asamblea Plenaria puede crear organismos subordinados (Comisiones, Secretariados, Servicios, etc.), cuyas facultades serán las que les atribuyan los presentes Estatutos, o las que la misma Asamblea Plenaria les confie expresamente.

Art. 10. Forman parte de la Asamblea Plenaria todos los miembros de la Conferencia, según los artículos 1 y 2.

Art. 11. La Asamblea Plenaria eligirá libremente entre sus miembros al presidente de la Conferencia Episcopal para tres años, el cual será, a la vez, presidente de la Comisión Permanente. A él tocará moderar los debates de la Asamblea Plenaria.

Art. 12. La Asamblea Plenaria celebrará una reunión ordinaria anual, cuya duración deberá ser determinada por la Comisión Permanente, según lo exija el temario del orden del día.

Art. 13. Celebrará, además, reuniones extraordinarias cuando sean convocadas por la Comisión Permanente.

Art. 14. Dada la obligación moral de contribuir al buen funcionamiento de la Conferencia, los miembros de la misma que no pudieren asistir a las reuniones de la Asamblea Plenaria por causas graves lo comunicarán oportunamente al presidente de la Comisión Permanente, y podrán enviar por escrito su parecer sobre los puntos del orden del día, o hacerse representar, con voz pero sin voto, por algunos de los presentes.

Art. 15. Para comenzar la reunión de una Asamblea Plenaria a la hora señalada en la convocatoria se requiere la asistencia de los dos tercios, contados entre los que no hayan comunicado oportunamente su ausencia; pero, transcurrida media hora, la reunión podrá celebrarse válidamente con los miembros que estén presentes.

Art. 16. La Asamblea Plenaria se desarrollará conforme a un orden del día preparado por la Comisión Permanente, que deberá ser comunicado, primero, y con la debida antelación, al representante pontificio, y, después, a todos los miembros de la Conferencia, al menos con un mes de anticipación, y con las debidas explicaciones y documentación para el estudio conveniente de todos sus puntos.

En la convocatoria de la Asamblea Plenaria extraordinaria se seguirán las mismas normas, a no ser que la urgencia de los asuntos a tratar requiera un plazo más breve.

Art. 17. La Asamblea Plenaria tomará sus decisiones por votación secreta.

Las elecciones se harán a tenor de las normas del Derecho. Para la elección de los vocales de las comisiones, de que se trata en el artículo 20, número 6, de los presentes Estatutos, bastará la mayoria relativa en primera votación.

Todos los acuerdos requerirán la mayoria de dos tercios de los votos.

Para las decisiones con fuerza jurídica los dos tercios se computarán por relación a la totalidad de los prelados que pertenecen a la Conferencia con derecho a voto deliberativo, aunque no estén presentes. Pero entonces se recabará el voto de los ausentes, en la forma que, en cada caso, la misma Conferencia determine.

Art. 18. Las decisiones de la Conferencia sólo tendrán fuerza jurídica obligante cuando así lo estableciere el Derecho Común, o cuando lo ordenare un peculiar mandato de la Santa Sede dado por ella espontáneamente o a petición de la Conferencia; y siempre después de haber obtenido el debido reconocimiento de la Santa Sede, según lo dispusiere el mismo Derecho común o mandato peculiar.

En los demás casos, las decisiones tienen valor normativo en función del bien común y de la necesaria unidad en las actividades de la jerarquía. Si algún prelado, por causas justas y razonables, juzga oportuno no aplicarlas en su Diócesis, lo comunicará a la Comisión Permanente.

Art. 19. Toda Asamblea Plenaria deberá aprobar, antes de terminar su reunión, el acta de lo tratado en la misma.

El secretario del Episcopado enviará copia de dicha acta a todos los miembros de la Conferencia.

Se remitirán varias copias de la misma acta, por medio de la Nunciatura Apostólica, a la Santa Sede, para su información y también para que pueda formular las eventuales observaciones que estimare pertinentes.

Art. 20. Son atribuciones de la Asamblea Plenaria las siguientes:

1) Adoptar acuerdos sobre los temas que figuren en su orden del día;

2) Publicar, cuando lo estimare conveniente, cartas pastorales o documentos de carácter colectivo, de los que se informará previamente a la Santa Sede;

3) Elegir el presidente de la Conferencia Episcopal y los miembros de la Comisión Permanerte;

4) Designar entre los miembros de la Comisión Permanente un vicepresidente que pueda suplir al presidente en caso de eventuales ausencias;

5) Constituir Comisiones Episcopales, bien de carácter permanente, bien para asuntos de índole transitoria, y determinar el campo de su acción, a propuesta de la Comisión Permanente;

6) Nombrar los presidentes de la Comisiones Episcopales, y elegir sus miembros de una candidatura presentada por los mismos presidentes con un número de nombres doble, al menos, del determinado para cada Comisión;

7) Nombrar el secretario general del Episcopado entre los candidatos propuestos por la Comisión Permanente;

8) Elegir uno o dos secretarios de la Asamblea Plenaria encargados de extender las actas de las reuniones;

9) Aprobar los informes de la Comisión Permanente, de las Comisiones Episcopales y del Secretariado General;

10) Aprobar el presupuesto anual de la Conferencia, a propuesta de la Comisión Permanente;

11) Acordar la contribución económica de la diócesis para atender a los gastos generales de las Comisiones Episcopales, del Secretariado y de cualesquiera organismos técnicos dependientes de la Conferencia;

12) Fijar las directrices pastorales a los Movimientos de Apostolado Seglar;

13) Aprobar o modificar sus propios reglamentos internos y los de los órganos dependientes de la Conferencia, a propuesta de la Comisión Permanente.

CAP. V—*La Comisión Permanente*

Art. 21. La Comisión Permanente es el órgano delegado general de que se sirve la Conferencia para la dirección y ejecución de los asuntos de su competencia, en conformidad con el artículo 27.

Art. 22. La Comisión Permanente estará formada por: 1) El presidente de la Conferencia, que será su presidente; 2) El secretario del Episcopado, que será su secretario; 3) Los presidentes de las Comisiones Episcopales de carácter permanente, o un obispo miembro de las mismas como delegado, y 4) Seis obispos pertenecientes a diversas provincias eclesiásticas elegidos por la Asamblea Plenaria.

De la Comisión Permanente formarán parte un cardenal, al menos, y el arzobispo de Madrid.

Art. 23. Todos los miembros de la Comisión Permanente serán nombrados para tres años y podrán ser reelegidos para el mismo cargo cuantas veces lo desee la Asamblea Plenaria.

Art. 24. La Comisión Permanente celebrará dos clases de reuniones: 1) Las ordinarias, que se tendrán cuatrimestralmente y por los dias que el presidente determine en cada caso. Al término de cada una de dichas reuniones deberá fijarse la fecha de la siguiente; 2) Las extraordinarias, que serán convocadas por el presidente, siempre que lo considere oportuno, de acuerdo con el Comité Ejecutivo.

Art. 25. Los acuerdos de la Comisión Permanente se tomarán por mayoria de dos tercios. Las elecciones se harán a tenor del Derecho.

Art. 26. La Comisión Permanente deberá aprobar el acta de todas sus reuniones antes del fin de las mismas.

El secretario enviará copia de dicha acta a todos los miembros de la Conferencia, así como a la Nunciatura Apostólica, para su debida información.

Art. 27. Son atribuciones de la Comisión Permanente las siguientes:

1) Representar habitualmente a la Conferencia Episcopal;

2) Preparar el orden del día de las Asambleas Plenarias, en el que deberá incluir obligatoriamente los temas que fueren presentados por la Santa Sede, por el Consejo de Presidencia, por una Comisión Episcopal, por los obispos de una provincia eclesiástica reunidos con un metropolitano, o por cinco obispos, al menos, conjuntamente;

3) Determinar fecha, lugar y duración de las Asambleas Plenarias, de acuerdo con el artículo 12;

4) Convocar a Asamblea Plenaria extraordinaria previo conocimiento del Consejo de Presidencia, cuando lo considerare oportuno por razones de urgencia. y siempre que lo solicite la Santa Sede o el Consejo de Presidencia;

5) Ejecutar los acuerdos de la Asamblea Plenaria;

6) Resolver los asuntos que. a su juicio, no requieran la reunión de una Asamblea Plenaria extraordinaria. De lo actuado deberá darse cuenta a la Asamblea Plenaria en su primera reunión;

7) Hacer declaraciones sobre temas de urgencia, sobre las cuales informará previamente a la Santa Sede;

8) Estudiar el presupuesto de la Conferencia preparado por el Secretariado del Episcopado y presentarlo a la Asamblea para su aprobación si procediere;

9) Proponer a la Asamblea Plenaria los candidatos para secretario general, entre los que deberá incluir todos los nombres presentados, al menos, por diez obispos;

10) Señalar tareas al Secretariado del Episcopado y encargarle la creación de los organismos técnicos que parecieren oportunos;

11) Proponer a la Asamblea Plenaria la creación de Comisiones Episcopales;

12) Preparar y presentar a la Asamblea Plenaria, para su aprobación si procediere, los reglamentos internos de la propia Asamblea, y los de todos los órganos dependientes de la Conferencia, previo asesoramiento de los mismos;

13) Aprobar y coordinar los secretariados y organismos técnicos propuestos por las distintas Comisiones Episcopales y por el Secretariado del Episcopado;

14) Nombrar los consiliarios y altos cargos nacionales de los Movimientos Apostólicos a propuesta de los prelados u organismos encargados de su dirección, y los asesores o representantes de la jerarquía en otros organismos de carácter nacional.

CAP. VI—*El Comité Ejecutivo*

Art. 28. La Comisión Permanente constituirá un Comité Ejecutivo para la mayor eficacia y agilidad en su labor.

Art. 29. El Comité Ejecutivo estará formado por el presidente y el secretario de la Comisión Permanente y tres miembros más, libremente elegidos por la propia Comisión de su seno.

Art. 30. El Comité Ejecutivo deberá reunirse, por lo menos, cada dos meses.

Art. 31. Las atribuciones del Comité Ejecutivo serán todas las que le conceda la Comisión Permanente.

CAP. VII—*Las Comisiones Episcopales*

Art. 32. Las Comisiones Episcopales son órganos constituidos por la Conferencia para el estudio y solución de algunos problemas en un campo determinado de la acción pastoral común de la Iglesia en España, en conformidad con las directrices generales aprobadas por la Asamblea Plenaria.

Art. 33. La Asamblea Plenaria constituirá tantas Comisiones Episcopales como pareciere oportuno para atender mejor las exigencias pastorales de la Iglesia en España y determinará la competencia de cada Comisión.

Art. 34. Cada Comisión Episcopal constará de un número variable de miembros determinados por la Asamblea Plenaria, a propuesta del presidente respectivo. El mandato de los elegidos será para tres años, con posibles reelecciones.

Art. 35. Las Comisiones Episcopales se reunirán por lo menos dos veces al año. En cada reunión se determinará la fecha de la siguiente.

Art. 36. Todas las Comisiones Episcopales deberán enviar acta de sus reuniones al secretario general.

Art. 37. Son atribuciones de las Comisiones Episcopales las siguientes:

1) Estudiar y resolver los asuntos ordinarios de su competencia;

2) Proponer a la Comisión Permanente la creación de Secretariados y otros organismos técnicos y, en su caso, dirigir los ya creados;

3) Pedir la reunión extraordinaria de la Comisión Permanente para tratar asuntos de especial gravedad y urgencia dentro de su ámbito;

4) Pedir la inclusión de un tema de su competencia en el orden del día de la Asamblea Plenaria;

5) Informar a la Asamblea Plenaria sobre las actividades de la propia Comisión.

CAP. VIII—*El Secretariado General del Episcopado*

Art. 38. El Secretariado del Episcopado español es un órgano al servicio de la Conferencia para su información y para la adecuada coordinación y ejecución de las decisiones y actividades de todos sus organismos.

Art. 39. El Secretariado estará regido por un secretario elegido por la Asamblea Plenaria, a propuesta de la Comisión Permanente.

Art. 40. El cargo de secretario durará dos trienios, con posibles reelecciones.

Art. 41. El secretario depende directamente de la Comisión Permanente.

Art. 42. El secretario del Episcopado será secretario de la Comisión Permanente, en cuyas reuniones tendrá voz y voto si es obispo.

Art. 43. El secretario tiene derecho a asistir a las reuniones de todas las Comisiones Episcopales, para las que deberá ser invitado, y, si fuere obispo, tendrá en ellas voz y voto.

Art. 44. El secretario será ayudado en su labor por un vicesecretario y un tesorero nombrados por la Comisión Permanente, a propuesta del secretario.

Art. 45. Son atribuciones del secretario general:

1) Proponer a la Comisión Permanente la creación de los organismos técnicos que fueren convenientes para la buena marcha del Secretariado y dirigir los ya creados.

2) Ser enlace entre los distintos órganos de la Conferencia y entre éstos y los obispos, a cuyo fin el secretario cuidará de enviar oportunamente a todos los miembros de la Conferencia información completa sobre las tareas de la Comisión Permanente y de cada una de las Comisiones Episcopales;

3) Recoger y transmitir información a todos los obispos sobre los problemas de interés general para la Iglesia en España;

4) Cuidar el archivo de la documentación de la Conferencia Episcopal;

5) Moderar, en nombre de la Conferencia, todos los organismos técnicos dependientes de la misma, tanto en orden a la racionalización de sus trabajos como a la debida ordenación de sus puestos particulares.

6) Preparar el presupuesto anual de la Conferencia, que organice las bases económico-administrativas de todos los organismos dependientes de la misma, presentarlo a la Comisión Permanente;

7) Mantener contacto con los Secretariados de otras Conferencias Episcopales de distintas naciones.

Art. 46. Los presentes Estatutos, una vez aprobados por la Santa Sede, no podrán ser modificados sin su previo consentimiento.

Artículos transitorios

Art. 1.° Los presentes Estatutos estarán en vigor durante cinco años *ad experimentum*.

Art. 2.° Durante dicho quinquenio podrán ser introducidas las modificaciones que se estimen necesarias, en conformidad con el artículo 46.

* Confer 8 (1966-I) 360-369.

http://www.obrascatolicas.com

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY
CLEVELAND, OHIO

ANNUS 1967

3514

1967 IAN 1.-PAULUS VI, CONST. AP. ASS 59 (1967) 5-24

SACRARUM INDULGENTIARUM RECOGNITIO PROMULGATUR

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

I

1. Indulgentiarum doctrina et usus, in catholica Ecclesia a pluribus saeculis vigentes, in divina revelatione quasi in solido fundamento innituntur [1], quae, ab Apostolis tradita, «sub assistentia Spiritus Sancti in Ecclesia proficit», dum «Ecclesia..., volventibus saeculis, ad plenitudinem divinae veritatis iugiter tendit, donec in ipsa consummentur verba Dei» [2].

Ad rectam autem huius doctrinae eiusque salutaris usus intellegentiam quasdam veritates recolamus oportet, quas universa Ecclesia verbo Dei illuminata semper credidit, et
6 Episcopi, Apostolorum suc/cessores, atque imprimis Romani Pontifices, successores Beati Petri, sive per pastoralem praxim sive per doctrinalia documenta decursu saeculorum docuerunt et docent.

2. Quemadmodum divina revelatione docemur, poenae peccata consequuntur a divina sanctitate et iustitia inflictae, sive in hoc mundo luendae, doloribus, miseriis et aerumnis huius vitae et praesertim morte [3], sive etiam per ignem et tormenta vel poenas *catharterias* in futuro saeculo [4]. Christifideles proinde semper sibi persuasum habebant pravam viam offendicula multa habere, eamque asperam, spinosam et nocivam esse iis, qui ambularent in ea [5].

Quae poenae iusto et misericordi iudicio Dei imponuntur ad purificandas animas et sanctitatem ordinis moralis defendendam, et ad gloriam Dei in plenam eius malestatem
7 restituendam. Omne enim pec/catum secumfert perturbationem ordinis universalis, quem Deus ineffabili sapientia et infinita caritate disposuit, et destructionem ingentium bonorum respectu tum peccatoris ipsius tum communitatis hominum. Menti autem christianorum omnium temporum clare apparebat peccatum, non solum transgressionem legis divinae, sed insuper, etsi non semper directe et aperte, esse contemptum vel neglectum personalis amicitiae inter Deum et hominem [6], et veram ac numquam satis aestimabilem Dei offensam, immo ingratam relectionem amoris Dei in Christo nobis oblati, cum Christus discipulos suos amicos vocaverit, non servos [7].

3. Necessarium est ergo ad peccatorum plenam remissionem et reparationem, quae dicitur, non solum ut per sinceram conversionem mentis amicitia cum Deo restauretur et offensa sapientiae et bonitati Eius illata expietur, sed etiam ut omnia bona tum personalia tum socialia tum ea, quae ad ipsum ordinem universalem pertinent, per peccatum imminuta vel destructa, plene redintegrentur, vel per voluntariam reparationem quae non erit sine poena, vel per tolerantiam poenarum ab ipsa iusta et sanctissima Dei sapientia statutarum, e quibus elucescant in universo mundo sanctitas et splendor gloriae Dei. Ab existentia autem et gravitate poenarum dignoscuntur peccati insipientia et malitia, eiusque malae sequelae.

Poenas vero luendas vel reliquias peccatorum purificandas manere posse et revera frequenter manere etiam postquam culpa iam remissa est [8], doctrina de purgatorio luculenter ostendit: in hoc enim animae / defunctorum, quae 8
«vere paenitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis paenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis» [9], post mortem poenis purgatoriis purificantur. Ipsae quoque liturgicae preces idem satis indicant, quibus ab antiquissimis temporibus communitas christiana ad sacram synaxim admissa utitur orans «ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur» [10].

Omnes autem homines in hoc mundo peregrinantes levia saltem et quotidiana peccata, quae dicuntur, committunt [11]: ita ut omnes misericordia Dei indigeant, ut a peccatorum sequelis poenalibus liberentur. / 9

[1] Cfr. Concilium Tridentinum, Sessio XXV, *Decretum de indulgentiis*: «Cum potestas conferendi indulgentias a Christo Ecclesiae concessa sit, atque huiusmodi potestate divinitus sibi tradita antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit...»: D.-S. (= Denzinger-Schönmetzer) 1835; cfr. *Matth.* 28, 18.

[2] Concilium Vaticanum II, Const. dogm. de divina revelatione *Dei verbum*, n. 8: *A. A. S.* 58 (1966) p. 821 [LE 3345]; cfr. Concilium Vaticanum I, Const. dogm. de fide catholica *Dei Filius*, cap. 4. De fide et ratione: D.-S 3020.

[3] Cfr. *Gen.* 3, 16-19: «Mulieri quoque dixit (Deus): Multiplicabo aerumnas tuas et conceptus tuos; in dolore paries filios et sub viri potestate eris et ipse dominabitur tui. Adae vero dixit: Quia audisti vocem uxoris tuae et comedisti de ligno, ex quo praeceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae. Spinas et tribulos germinabit tibi ... In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es; quia pulvis es, et in pulverem reverteris». Cfr. etiam *Luc.* 19, 41-44; *Rom.* 2, 9 et *1 Cor.* 11, 30. Cfr. Augustinus, *Enarr. in Ps. LVIII* 1, 13: «Iniquitas omnis, parva magnave sit, puniatur necesse est, aut ab ipso homine paenitente, aut a Deo vindicante»: *CCL* 39, p. 730; *PL* 36, 701. Cfr. Thomas, *S. Th.* 1-2, q. 87, a. 1: «Cum autem peccatum sit actus inordinatus, manifestum est quod quicumque peccat, contra aliquem ordinem agit. Et ideo ab ipso ordine consequens est quod deprimatur. Quae quidem depressio poena est».

[4] Cfr. *Matth.* 25, 41-42: «Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Esurivi enim, et non dedisti mihi manducare». Vide etiam *Marc.* 9, 42-43; *Io.* 5, 28-29; *Rom.* 2, 9; *Gal.* 6, 6-8. Cfr. Concilium Lugdunense II, IV, *Professio fidei Michaëlis Palaeologi imperatoris*: D.-S. 856-858. Cfr. Concilium Florentinum, *Decretum pro Graecis*: D.-S. 1304-1306. Cfr. Augustinus, *Enchiridion*, 66, 17: «Multa etiam hic videntur ignosci et nullis suppliciis vindicari; sed eorum poenae reservantur in posterum. Neque enim frustra ille proprie dicitur dies iudicii, quando venturus est iudex vivorum atque mortuorum. Sicut e contrario vindicantur hic aliqua, et tamen si remittantur, profecto in futuro saeculo non nocebunt. Propterea de quibusdam temporalibus poenis, quae in hac vita peccantibus irrogantur, ela quorum peccata delentur, ne reserventur in finem, ait Apostolus (*1 Cor.* 11, 31-32): «Si enim nos ipsos iudicaremus, a Domino non iudicaremur, cum iudicamur autem a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur»"; ed. Scheel, Tubingae 1930, p. 42; *PL* 40, 263.

[5] Cfr. *Hermae pastor*, Mand. 6, 1, 3: Funk, *Patres Apostolici* 1, p. 487.

[6] Cfr. *Is.* 1, 2-3: «Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum, et asinus praesaepe domini sui; Israël autem me non cognovit, et populus meus non intellexit». Cfr. etiam *Deut.* 8, 11 et 32, 15 ss.; *Ps.* 105, 21 et 118, passim; *Sap.* 7, 14; *Is.* 17, 10 et 44, 21; *Ier.* 33, 8; *Ez.* 20, 27. Cfr. Concilium Vaticanum II, Const. dogm. de divina revelatione *Dei verbum*, n. 2: «Hac itaque revelatione Deus invisibilis (cfr. *Col.* 1, 15; *1 Tim.* 1, 17) ex abundantia caritatis suae homines tamquam amicos alloquitur (cfr. *Ex.* 33, 11; *Io.* 15, 14-15) et cum eis conversatur (cfr. *Bar.* 3, 38), ut eos ad societatem Secum invitet in eamque suscipiat»: *A. A. S.* 58 (1966) p. 818. Cfr. etiam ibid., n. 21: l. c. p. 827-828 [LE 3345].

[7] Cfr. *Io.* 15, 14-15. Cfr. Concilium Vaticanum II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 22: *A. A. S.* 58 (1966) p. 1042 [LE 3366]; et Decr. de activitate missionali Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 13: *A. A. S.* 58 (1966) p. 962 [LE 3364].

[8] Cfr. *Num.* 20, 12: «Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron: Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israël, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis». Cfr. *Num.* 27, 13-14: «Cumque videris eam, ibis et tu ad populum tuum, sicut ivit frater tuus Aaron, quia offendistis me in deserto Sin in contradictione multitudinis nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas». Cfr. *2 Reg.* 12, 13-14: «Et dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris. Veruntamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur». Cfr. Innocentius IV, *Instructio pro Graecis*: D.-S. 838. Cfr. Concilium Tridentinum, Sessio VI, can. 30: «Si quis post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatori paenitenti ita culpam remitti et reatum aeternae poenae deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus poenae temporalis, exsolvendae vel in hoc saeculo vel in futuro in purgatorio, antequam ad regna caelorum aditus patere possit: an. s.»: D.-S. 1580; cfr. etiam D.-S. 1689, 1693. Cfr. Augustinus, *In Io. ev. tr.* 124, 5: «Cogitur homo tolerare (hanc vitam) etiam remissis peccatis; quamvis ut in eam veniret miseriam, primum fuerit causa peccatum. Productior est enim poena quam culpa, ne parva putaretur culpa, si cum illa fineretur et poena. Ac per hoc vel ad demonstrationem debitae miseriae, vel ad emendationem labilis vitae, vel ad exercitationem necessariae patientiae, temporaliter hominem detinet poena et quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpas: *CCL* 36, pp. 638-684; *PL* 35, 1972-1973. [9] Concilium Lugdunense II, Sessio IV: D.-S. 856.

[10] Cfr. Dom. in Sept., *Oratio*: Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi: ut, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Cfr. Feria II post dom. I in Quadrag., *Oratio super populum*: Absolve, quaesumus, Domine, nostrorum vincula peccatorum: et, quidquid pro eis meremur, propitiatus averte. Cfr. Dom. III in Quadrag., *Postcommunio*: A cunctis nos, quaesumus, Domine, reatibus et periculis propitiatus absolve: quos tanti mysterii tribuis esse participes.

[11] Cfr. *Iac.* 3, 2: «In multis enim offendimus omnes». Cfr. *1 Io.* 1, 8: «Si

II

4. Ex arcano ac benigno divinae dispositionis mysterio, homines supernaturali necessitudine inter se coniunguntur, qua peccatum unius etiam ceteris nocet, sicut etiam sanctitas unius beneficium ceteris affert [13]. Ita christifideles auxilium sibi invicem praestant ad finem supernaturalem consequendum. Communionis huius testimonium in ipso Adamo manifestatur, cuius peccatum in omnes homines propagatione transit. Sed malus et perfectius necessitudinis huius supernaturalis principium, fundamentum et exemplar est ipse Christus, in cuius societatem Deus nos vocavit [13].

5. Etenim Christus, «qui peccatum non fecit», «passus est pro nobis» [14]; «vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra... et livore eius sanati
10 sumus» [15]. /

Christi vestigia secuti [16], christifideles semper conati sunt se invicem adiuvare in via ad Patrem caelestem, oratione, spiritualium bonorum exhibitione et paenitentiali expiatione; quo ferventiore autem caritate excitabantur, eo magis sectabantur Christum patientem, crucem propriam ferentes in expiationem peccatorum suorum et aliorum, certo scientes se fratribus suis ad salutem adipiscendam opitulari posse apud Deum misericordiarum Patrem [17].

dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est». Quem textum Concilium Carthaginense sic commentatur «Item placuit, quod ait S. Ioannes Apostolus: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est: quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat propter humilitatem oportere dici, nos habere peccatum, non quia vere ita est, an. s.»: D.-S. 228. Cfr. Concilium Tridentinum, Sessio VI, *Decr. de iustificatione*, cap. II: D.-S. 1537. Cfr. Concilium Vaticanum II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 40: «Cum vero in multis offendimus omnes (cfr. *Iac.* 3, 2), misericordiae Dei iugiter egemus atque orare quotidie debemus: «Et dimitte nobis debita nostra» (*Matth.* 6, 12)»: *A. A. S.* 57 (1965) p. 45 [LE 3232]. [12] Cfr. Augustinus, *De bapt. contra Donat.* 1, 28: *PL* 43, 124.

[13] Cfr. *Io.* 15, 5: «Ego sum vitis, vos palmites; qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum». Cfr. *1 Cor.* 12, 27: «Vos autem estis corpus Christi et membra de membro». Cfr. etiam *1 Cor.* 1, 9 et 10, 17; *Eph.* 1, 20-23 et 4, 4. Cfr. Concilium Vaticanum II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 7: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 10-11 [LE 3232]. Cfr. Pius XII, Litt. encycl. *Mystici Corporis*: «Ex eadem autem Spiritus Christi communicatione efficitur ut ... Ecclesia veluti plenitudo constituatur et complementum Redemptoris, Christus vero quoad omnia in Ecclesia quodammodo adimpleatur (cfr. Thomas, *Comm. in epist. ad Eph.* 1, lect. 8). Quibus quidem verbis ipsam attigimus rationem, cur ... Caput mysticum quod Christus est, et Ecclesia, quae hisce in terris veluti alter Christus eius personam gerit, unum novum hominem constituant, quo in salutifero crucis opere perpetuando caelum et terra junguntur: Christum dicimus Caput et Corpus, Christum totum»: D.-S. 3813; *A. A. S.* 35 (1943) pp. 230-231 [LE 3759]. Cfr. Augustinus, *Enarr. 2 in Ps. XC*, 1: «Dominus noster Iesus Christus, tamquam totus perfectus vir, et caput, et corpus: caput in illo homine agnoscimus, qui natus est de Maria virgine ... Hoc est caput ecclesiae. Corpus huius capitis ecclesia est, non quae hoc loco est, sed et quae hoc loco et per totum orbem terrarum; nec illa quae hoc tempore, sed ab ipso Abel usque ad eos qui nascituri sunt usque in finem et creduturi in Christum, totus populus sanctorum ad unam civitatem pertinentium; quae civitas corpus est Christi, cui caput est Christus»: *CCL* 39, p. 1266; *PL* 37, 1159.

[14] Cfr. *1 Pt.* 2, 22 et 21. [15] Cfr. *Is.* 53, 4-6 cum *1 Pt.* 2, 21-25; cfr. etiam *Io.* 1, 29; *Rom.* 4, 25 et 5, 9 ss.; *1 Cor.* 15, 3; *2 Cor.* 5, 21; *Gal.* 1, 4; *Eph.* 1, 7 ss.; *Hebr.* 1, 3, etc., *1 Io.* 3, 5. [16] Cfr. *1 Pt.* 2, 21.

[17] Cfr. *Col.* 1, 24: «Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis et adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia». Cfr. Clemens Alexandrinus, *Lib. Quis dives salvetur* 42: S. Ioannes Apostolus iuvenem latronem hortatur ad paenitentiam, exclamans: «Ego pro te Christo rationem reddam. Si sit opus, tuam ipse libens mortem sustinebo, quemadmodum Dominus pro nobis mortem tulit. Animam meam pro tua vicariam dabo»: *GCS Clemens* 3, p. 190; *PG* 9, 650. Cfr. Cyprianus, *De lapsis* 17; 36: «Credimus quidem posse aput iudicem plurimum martyrum merita et opera iustorum, sed cum iudicii dies venerit, cum post occasum saeculi huius et mundi ante tribunal Christi populus eius adstiterit». «Paenitenti, operanti, roganti potest clementer ignoscere, potest in acceptum referre quidquid pro talibus et petierint martyres et fecerint sacerdotes»: *CSEL* 3[1], pp. 249-250 et 263; *PL* 4, 495 et 508. Cfr. Hieronymus, *Contra Vigilantium* 6: «Dicis in libello tuo, quod dum vivimus, mutuo pro nobis orare possumus; postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio: praesertim cum martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes, impetrare non quiverint (*Apoc.* 6, 10). Si apostoli et martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro caeteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti: quanto magis post coronas, victorias et triumphos»: *PL* 23, 359. Cfr. Basilius Magnus, *Homilia in martyrem Julittam* 9: Oportet igitur flere cum flentibus. Ubi videris fratrem lugentem ob peccatorum paenitentiam, lacrimare cum viro eiusmodi ac illius commiseresce. Ita enim tibi licebit ex malis alienis tuum corrigere. Nam qui fervidas lacrimas pro peccato proximi effundit, dum fratrem deflet, medetur sibimetipsi ... Luge peccati causa. Animae aegritudo est peccatum; mors est animae immortalis; peccatum luctu atque irrequietis lamentis dignum est»: *PG* 31, 258-259. Cfr. Ioannes Chrysostomus, *In epist. ad Philipp.* 1, hom. 3, 3: «Igitur non generatim eos qui moriuntur, lugeamus, neque de viventibus generatim gaudeamus; sed quid? Lugeamus peccatores non solum morientes, sed etiam viventes: de iustis gaudeamus, non solum dum vivunt, verum etiam postquam mortui fuerint»: *PG* 62, 203. Cfr. Thomas, *S. Th.* 1-2, q. 87, a. 8: «Si loquamur de poena satisfactoria, quae voluntarie assumitur, contingit quod unus portet poenam alterius, inquantum sunt quodammodo unum ... Si autem loquamur de poena pro peccato inflicta, inquantum habet rationem poenae, sic solum unusquisque pro peccato suo punitur: quia actus peccati

Hoc perantiquum communionis Sancto/rum dogma est [18], 11
quo vita singulorum filiorum Dei in Christo et per Christum cum vita omnium aliorum fratrum christianorum mirabili nexu coniungitur in supernaturali unitate Corporis mystici Christi, quasi in una mystica persona [19].

Hoc modo exhibetur «thesaurus Ecclesiae» [20]. Qui quidem non est quasi summa bonorum ad instar materialium divitiarum, quae per saecula cumulantur, sed est infinitum et inexhaustum pretium, quod apud Deum habent expiationes et merita Christi Domini, oblata ut humanitas tota a peccato liberetur et ad communionem cum Patre perveniat; est ipse Christus Redemptor, in quo sunt et vigent satisfactiones et merita redemptionis eius [21]. Praeterea ad hunc thesaurum pertinet etiam pretium vere immensum et incommensurabile et semper / novum, quod coram Deo 12
habent orationes ac bona opera Beatae Mariae Virginis et omnium Sanctorum, qui, Christi Domini per ipsius gratiam vestigia secuti, semetipsos sanctificaverunt, et perfecerunt opus a Patre acceptum; ita ut, propriam salutem operantes, etiam ad salutem fratrum suorum in unitate Corporis mystici contulerint.

«Universi enim qui Christi sunt, Spiritum eius habentes, in unam Ecclesiam coalescunt et invicem cohaerent in ipso (cfr. *Eph.* 4, 16). Viatorum igitur unio cum fratribus qui in pace Christi dormierunt, minime intermittitur, immo secundum perennem Ecclesiae fidem, spiritualium bonorum communicatione roboratur. Ex eo enim quod caelites intimius cum Christo uniuntur, totam Ecclesiam in sanctitatem firmius consolidant... ac multipliciter ad ampliorem eius aedificationem contribuunt (cfr. *1 Cor.* 12, 12-27). Nam in patriam recepti et praesentes ad Dominum (cfr. *2 Cor.* 5, 8), per Ipsum, cum Ipso et in Ipso desinunt apud Patrem pro nobis intercedere, exhibentes merita quae per unum Mediatorem Dei et hominum, Christum Iesum (cfr. *1 Tim.* 2, 5), in terris sunt adepti, Domino in omnibus servientes et adimplentes ea quae desunt passionum Christi in carne sua pro Corpore eius quod est Ecclesia (cfr. *Col.* 1, 24). Eorum proinde fraterna sollicitudine infirmitas nostra plurimum iuvatur» [22].

Unde inter fideles, vel caelesti patria potitos, vel admissa in purgatorio expiantes, vel adhuc in terris peregrinantes, profecto est perenne caritatis vinculum et bonorum omnium abundans permutatio, quibus, peccatis omnibus totius Corporis mystici expiatis, iustitia divina placatur; misericordia autem Dei ad veniam provocatur, quo citius peccatores contriti ad plenam fruitionem bonorum familiae Dei perducantur.

III

6. Ecclesia, harum veritatum inde a primis temporibus conscia, varias vias noverat et iniit, ut fructus redemptio-

aliquid personale est. Si autem loquamur de poena quae habet rationem medicinae, sic contingit quod unus punitur pro peccato alterius. Dictum est enim quod detrimenta corporalium rerum, vel etiam ipsius corporis, sunt quaedam poenales medicinae ordinatae ad salutem animae. Unde nihil prohibet talibus poenis aliquem puniri pro peccato alterius, vel a Deo vel ab homine».

[18] Cfr. Leo XIII, Epist. encycl. *Mirae caritatis*: «Nihil est enim aliud sanctorum communio ... nisi mutua auxilii, expiationis, precum, beneficiorum communicatio inter fideles vel caelesti patria potitos vel igni placulari addictos vel adhuc in terris peregrinantes, in unam coalescentes civitatem, cuius caput Christus, cuius forma caritas»: *Acta Leonis XIII* 22 (1902) p. 129; D.-S. 3363.

[19] Cfr. *1 Cor.* 12, 12-13: «Sicut enim corpus unum est et membra habet multa; omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum tamen corpus sunt; ita et Christus. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus». Cfr. Pius XII, Litt. encycl. *Mystici Corporis*: «Ita (Christus in Ecclesia quodammodo vivit, ut ipsa quasi altera Christi persona exsistat) Quod quidem gentium Doctor ad Corinthios scribens affirmat, cum, nihil aliud adiiciens, «Christum» Ecclesiam vocat (cfr. *1 Cor.* 12, 12), ipsumque profecto Magistrum imitatus, qui eidem Ecclesiae insectanti adclamaverat ex alto: «Saule, Saule, quid me persequeris?» (cfr. *Act.* 9, 4; 22, 7; 26, 14). Quin immo si Nysseno credimus, saepius ab apostolo Ecclesia «Christus» nuncupatur (cfr. *De vita Moysis*: *PG* 44, 385); nec ignotum vobis est, venerabiles Fratres, illud Augustini effatum: «Christus praedicat Christum» (cfr. *Sermones* 354, 1; *PL* 39, 1563)»: *A. A. S.* 35 (1943) p. 218 [LE 1759]. Cfr. Thomas, *S. Th.* 3, q. 48, a. 2 ad 1 et q. 49, a. 1.

[20] Cfr. Clemens VI, Bulla iubilaei *Unigenitus Dei Filius*: «Unigenitus Dei Filius ... thesaurum militanti Ecclesiae acquisivit ... Quem quidem thesaurum ... per beatum Petrum caeli clavigerum, eiusque successores, suos in terris vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum ... Ad cuius quidem thesauri cumulum beatae Dei Genitricis omniumque electorum a primo iusto usque ad ultimum merita admiculum praestare noscuntur ...»: D.-S. 1025, 1026, 1027. Cfr. Sixtus IV, Epist. encycl. *Romani Pontificis*: «... Nos, quibus plenitudo potestatis ex alto est attributa, de thesauro universalis Ecclesiae, qui ex Christi Sanctorumque eius meritis constat, Nobis commisso, auxilium et suffragium animabus purgatorii afferre cupientes ...»: D.-S. 1406. Cfr. Leo X, Decretum *Cum postquam* ad Caietanum de Vio legatum papae: «... thesaurum meritorum Iesu Christi et Sanctorum dispensare...»: D.-S. 1448; cfr. D.-S. 1467 et 2641. [21] Cfr. *Hebr.* 7, 23-25; 9, 11-28.

[22] Concilium Vaticanum II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 49: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 54-55 [LE 3232].

http://www.obrascatolicas.com

nis Dominicae singulis fidelibus applicarentur, et ut fideles ad salutem fratrum operarentur; et sic totum corpus Ecclesiae in iustitia et sanctitate ad perfectum regni Dei adventum componeretur, quando Deus erit omnia in omnibus.

Ipsi enim Apostoli exhortabantur discipulos suos, ut
13 pro salute peccatorum orarent [22]; quem usum antiquissima Ecclesiae consuetudo sancte servavit [24], maxime cum paenitentes intercessionem totius communitatis invocabant [25], et eo quod defuncti suffragiis, praesertim oblatione sacrificii eucharistici sublevabantur [26]. Etiam opera bona, ea imprimis quae humanae fragilitati difficilia sunt, in Ecclesia iam ab antiquis temporibus pro salute peccatorum Deo offerebantur [27]. Cum autem passiones, quas martyres pro fide atque pro lege Dei sustinebant, magni aestimarentur, paenitentes ab iis petere solebant, ut eorundem meritis adiuti celerius ab episcopis reconciliationem acci-
14 perent [28]. Preces / enim et bona opera iustorum tanti aestimabantur, ut paenitentem adiutorio totius plebis christianae lavari, mundari atque redimi affirmaretur [29].

In his omnibus vero non singuli fideles, propriis tantum viribus, pro remissione peccatorum aliorum fratrum operari putabantur; ipsa enim Ecclesia, ut unum corpus, Christo capiti iuncta, in singulis membris satisfacere credebatur [30].

Ecclesia autem Patrum sibi omnino persuasum habebat, se opus salvificum exsequi in communione et sub auctoritate Pastorum, quos Spiritus Sanctus posuit episcopos ad regendam Ecclesiam Dei [31]. Episcopi itaque omnibus pru-

[22] Cfr. *Iac.* 5, 16: «Confitemini ergo alterutrum peccata vestra et orate pro invicem, ut salveminí; multum enim valet deprecatio iusti adsidua». Cfr. *1 Io.* 5, 16: «Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat, et dabitur ei vita peccanti non ad mortem».

[24] Cfr. Clemens Romanus, *Ad Cor.* 56, 1: «Oremus igitur et nos pro iis, qui in peccato quopiam versantur, ut moderatio et humilitas iis concedatur, ut non nobis, sed voluntati divinae cedant. Sic enim mentio, quae cum misericordia eorum fit apud Deum et sanctos, ipsis fructuosa erit et perfecta»: Funk, *Patres Apostolici* 1, p. 171. Cfr. *Martyrium s. Polycarpi* 8, 1: «Cum autem precationem tandem finiisset, in qua mentionem fecerat omnium, qui aliquando cum ipso versati fuerant, parvorum quidem et magnorum, clarorum et obscurorum totiusque per orbem terrarum catholicae ecclesiae...»: Funk, *Patres Apostolici* 1, p. 321, 323.

[25] Cfr. Sozomenus, *Hist. Eccl.* 7, 16: In paenitentia publica, peractis iam missarum solemnibus, in ecclesia romana, paenitentes «cum gemitu ac lamentis pronos se in terram abiciunt. Tum episcopus cum lacrimis ex adverso occurrens, pariter ipse humi provolvitur; et universa ecclesiae multitudo, simul confitens, lacrimis perfunditur. Posthaec vero primus exsurgit episcopus, ac prostratos erigit; factaque, ut decet, precatione pro peccatoribus paenitentiam agentibus, eos dimittit»: *PG* 67, 1462.

[26] Cfr. Cyrillus Hierosolymitanus, *Catecheseis* 23 (*mystag.* 5), 9; 10: «Deinde et pro defunctis sanctis patribus et episcopis, et omnibus generatim qui inter nos vita functi sunt (oramus); maximum hoc credentes adiumentum illis animabus fore, pro quibus oratio defertur, dum sancta et perquam tremenda coram iacet victima». Re autem confirmata exemplo coronae, quae plectitur imperatori, ut in exsilium pulsis veniam praestet, idem S. Doctor sermonem concludit dicens: «Ad eundem modum et nos pro defunctis, etiamsi peccatores sint, preces Deo offerentes, non coronam plectimus; sed Christum mactatum pro peccatis nostris offerimus, clementem Deum cum pro illis tum pro nobis demereri et propitiare satagentes»: *PG* 33, 1115; 1118. Cfr. Augustinus, *Confessiones* 9, 12, 32: *PL* 32, 777; et 9, 11, 27: *PL* 32, 775; *Sermones* 172, 2: *PL* 38, 936; *De cura pro mortuis gerenda* 1, 3: *PL* 40, 593.

[27] Cfr. Clemens Alexandrinus, *Lib. Quis dives salvetur* 42: (S. Ioannes Apostolus, in conversione iuvenis latronis) «Exinde partim crebris orationibus Deum deprecans, partim continuatis una cum iuvene ieiuniis simul decertans, variisque denique sermonum illecebris animum eius demulcens, non prius destitit, ut aiunt, quam illum firma constantia Ecclesiae gremio admovisset ...»: *GGS* 17, pp. 189-190; *PG* 9, 651.

[28] Cfr. Tertullianus, *Ad martyras* 1, 6: «Quam pacem quidam in ecclesia non habentes a martyribus in carcere exorare consueverunt": *CCL* 1, p. 3; *PL* 1, 695. Cfr. Cyprianus, *Epist.* 18 (alias: 12), 1: «Occurrendum puto fratribus nostris, ut qui libellos a martyribus acceperunt ... manu eis in paenitentiam imposita veniant ad Dominum cum pace quam dari martyres literis ad nos factis desideraverunt»: *CSEL* 3², pp. 523-524; *PL* 4, 265; cfr. Id. *Epist.* 19 (alias: 13), 2, *CSEL* 3², p. 525; *PL* 4, 267. Cfr. Eusebius Caesariensis, *Hist. Eccl.* 1, 6, 42: *CGS Eus.* 2, 2, 610; *PG* 20, 614-615.

[29] Cfr. Ambrosius, *De paenitentia* 1, 15: «... velut enim operibus quibusdam totius populi purgatur, et plebis lacrimis abluitur, qui orationibus et fletibus plebis redimitur a peccato, et in homine mundatur interiore. Donavit enim Christus ecclesiae suae, ut unum per omnes redimeret, quae domini Iesu meruit adventum, ut per unum omnes redimerentur»: *PL* 16, 511.

[30] Cfr. Tertullianus, *De paenitentia* 10, 5-6: «Non potest corpus de unius membri vexatione laetum agere: condoleat universum et ad remedium conlaboret necesse est. In uno et altero ecclesia est, ecclesia vero Christus: ergo cum te ad fratrum genua protendis Christum contrectas, Christum exoras; aeque illi cum super te lacrimas agunt Christus patitur, Christus patrem deprecatur. Facile impetratur semper quod filius postulat»: *CCL* 1, p. 337; *PL* 1, 1356. Cfr. Augustinus, *Enarr. in Ps. LXXXV* 1: *CCL* 39, pp. 1176-1177; *PL* 37, 1082.

[31] Cfr. *Act.* 20, 28. Cfr. etiam Concilium Tridentinum, Sessio XXIII, Decr. de sacramento ordinis, c. 4: D.-S. 1768; Concilium Vaticanum I, Sessio IV, Const. dogm. de Ecclesia *Pastor aeternus*, c. 3: D.-S. 3061; Concilium Vaticanum II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 20: *A. A. S.* 57 (1965) p. 23 [LE 3232]. Cfr. Ignatius Antiochenus, *Ad Smyrnaeos* 8, 1: «Separatim ab episcopo nemo quidquam faciat eorum, quae ad ecclesiam spectant ...»: Funk, *Patres Apostolici* 1, p. 283.

denter perpensis statuebant modum et mensuram satisfactionis praestandae, immo et permittebant, ut paenitentiae canonicae aliis redimerentur operibus, forte facilioribus, bono communi convenientibus vel pietatem foventibus, quae ab ipsis paenitentibus, immo aliquando ab aliis fidelibus essent peracta [32]. /

15

IV

7. Persuasio in Ecclesia vigens Dominici gregis Pastores per applicationem meritorum Christi et Sanctorum singulos fideles a reliquiis peccatorum liberare posse, paulatim decursu saeculorum, Spiritu Sancto afflante, qui populum Dei iugiter animat, usum indulgentiarum induxit, per quem profectus in doctrina ipsa et disciplina Ecclesiae factus est, non permutatio [33], et ex radice revelationis novum bonum invectum ad utilitatem fidelium ac totius Ecclesiae.

Usus autem indulgentiarum, paulatim propagatus, tum maxime in historia Ecclesiae ut factum conspicuum apparuit, quando Romani Pontifices, opera quaedam bono communi Ecclesiae convenientia, «pro omni paenitentia reputanda esse» decreverunt [34], atque fidelibus «vere paenitentibus et confessis» atque huiusmodi opera peragentibus «de omnipotentis Dei misericordia et... Apostolorum eius meritis et auctoritate confisi», «Apostolicae plenitudine potestatis», «non solum plenam et largiorem, immo plenissimam omnium suorum... veniam peccatorum» concedebant [35].

Nam «Unigenitus Dei Filius... thesaurum militanti Ecclesiae acquisivit... Quem quidem thesaurum... per beatum Petrum, caeli clavi/gerum, eiusque successores, suos in 16
terris vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum, et propriis et rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione poenae temporalis pro peccatis debitae, tam generaliter, quam specialiter (prout cum Deo expedire cognoscerent), vere paenitentibus et confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum beatae Dei Genetricis omniumque electorum... merita adminiculum praestare noscuntur» [36].

8. Haec remissio poenae temporalis debitae pro peccatis, ad culpam quod attinet, iam deletis, proprio nomine «indulgentia» vocata est [37].

[32] Cfr. Concilium Nicaenum I, can. 12: «... quicumque enim et metu, et lacrimis, et tolerantia, et bonis operibus conversionem et opere et habitu ostenderint, hi impleto auditionis tempore quod praefinitum est, merito orationum communionem habebunt, cum eo quod liceat etiam episcopo humanius aliquid de eis statuere ...»: Mansi, *SS. Conciliorum collectio* 2, 674. Cfr. Concilium Neocaesariense, can. 3: l. c. 540. Cfr. Innocentius I, *Epist.* 25, 7, 10: *PL* 20, 559. Cfr. Leo Magnus, *Epist.* 159, 6: *PL* 54, 1138. Cfr. Basilius Magnus, *Epist.* 217 (canonica 3), 74: «Quod si unusquisque eorum, qui in praedictis peccatis fuere, paenitentiam agens, bonus evaserit, is cui a Dei benignitate ligandi atque solvendi credita potestas, si clementior fiat, perspecta illius qui peccavit paenitentiae magnitudine, ad diminendum poenarum tempus, non erit dignus condemnatione, cum ea quae est in Scripturis, historia nos doceat, eos qui cum maiore labore paenitentiam egerunt, cito Dei misericordiam consequi»: *PG* 32, 803. Cfr. Ambrosius, *De paenitentia* 1, 15 (vide supra, in nota 29).

[33] Cfr. Vincentius Lirinensis, *Commonitorium primum*, 23: *PL* 50, 667-668.

[34] Cfr. Concilium Claromontanum, can. 2: «Quicumque pro sola devotione, non pro honoris vel pecuniae adeptione ad liberandam ecclesiam Dei Ierosalem profectus fuerit iter illud pro omni paenitentia reputetur»: Mansi, *SS. Conciliorum collectio* 20, 816.

[35] Cfr. Bonifatius VIII, Bulla *Antiquorum habet:* «Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus ad honorabilem basilicam principis Apostolorum de Urbe concessae sunt magnae remissiones et indulgentiae peccatorum, Nos igitur ... huiusmodi remissiones et indulgentias omnes et singulas ratas et gratas habentes, ipsas auctoritate Apostolica confirmamus et approbamus .... Nos de omnipotentis Dei misericordia et eorundem Apostolorum eius meritis et auctoritate confisi, de fratrum Nostrorum consilio et Apostolicae plenitudine potestatis omnibus ... ad basilicas ipsas accedentibus reverenter, vere paenitentibus et confessis ... in huiusmodi praesenti et quolibet centesimo secuturo annis non solum plenam et largiorem, immo plenissimam omnium suorum concedemus et concedimus veniam peccatorum ...»: D.-S. 868.

[36] Clemens VI, Bulla iubilaei *Unigenitus Dei Filius:* D.-S. 1025, 1026 et 1027.

[37] Cfr. Leo X, Decr. *Cum postquam:* «... tibi significandum duximus, Romanam Ecclesiam, quam reliquae tamquam matrem sequi tenentur, tradidisse: Romanum Pontificem, Petri clavigeri successorem et Iesu Christi in terris vicarium, potestate clavium, quarum est aperire regnum caelorum tollendo illius in Christi fidelibus impedimenta (culpam scilicet et poenam pro actualibus peccatis debitam, culpam quidem mediante sacramento paenitentiae, poenam vero temporalem pro actualibus peccatis secundum divinam iustitiam debitam mediante ecclesiastica indulgentia), posse pro rationalibus causis concedere eisdem Christi fidelibus, qui caritate iungente membra sunt Christi, sive in hac vita sint, sive in purgatorio, indulgentias ex superabundantia meritorum Christi et Sanctorum; ac tam pro vivis quam pro defunctis Apostolica auctoritate indulgentiam concedendo, thesaurum meritorum Iesu Christi et Sanctorum dispensare, per modum absolutionis indulgentiam ipsam conferre, vel per modum suffragii illam transferre consuevisse. Ac propterea omnes, tam vivos quam defunctos, qui veraciter omnes indulgentias huiusmodi consecuti fuerint, a tanta temporali poena, secundum divinam iustitiam pro peccatis suis actualibus debita liberari, quanta concessae et acquisitae indulgentiae aequivalet»: D.-S. 1447-1448.

Quae indulgentia communia quaedam habet cum aliis rationibus seu viis ad peccatorum reliquias tollendas initis, sed insimul ab iisdem rationibus plane distinguitur.

In indulgentia enim Ecclesia, sua potestate utens ministrae redemptionis Christi Domini, non tantum orat, sed christifideli apte disposito auctoritate dispensat thesaurum satisfactionum Christi et Sanctorum ad poenae tempora-
17 lis remissionem [38]. /

Finis quem ecclesiastica auctoritas sibi proponit in elargiendis indulgentiis, in hoc est positus ut non solum adiuvet christifideles ad poenas debitas luendas, sed etiam eosdem impellat ad pietatis, paenitentiae et caritatis opera peragenda, ea praesertim quae fidei incremento et bono communi conducunt [39].

Quod si christifideles indulgentias in suffragium defunctorum transferant, eximio modo caritatem exercent et, dum superna cogitant, terrena rectius componunt.

Hanc doctrinam Magisterium Ecclesiae in variis documentis vindicavit atque declaravit [40]. In usum quidem in-
18 dulgentiarum nonnumquam / abusus irrepserunt, tum quia «per indiscretas et superfluas indulgentias» claves Ecclesiae contemnebantur et paenitentialis satisfactio enervabatur [41], tum quia propter «pravos quaestus» indulgentiarum nomen blasphemabatur [42]. Ecclesia vero, abusus emendans atque corrigens, «indulgentiarum usum, christiano populo maxime salutarem et sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet et praecipit, eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant» [43].

9. Ecclesia autem etiam hodie omnes suos filios invitat, ut ponderent atque considerent, quantum valeat usus indulgentiarum ad vitam singulorum, immo etiam totius societatis christianae fovendam.

Ut breviter praecipua commemoremus, primum quidem salutaris hic usus docet: «malum et amarum est reliquisse... Dominum Deum» [44]. Fideles enim, cum indulgentias assequuntur, intellegunt se non posse propriis viribus expiare malum, quod peccando sibi ipsis immo toti communitati intulerunt, et ideo ad humilitatem salutarem excitantur.

Usus deinde indulgentiarum docet, quam intima unione
in Christo / inter nos coniungamur, et quantum conferre 19
possit vita supernaturalis uniusculiusque ad alios, ut et ipsi cum Patre facilius et artius possint uniri. Indulgentiarum itaque usus efficaciter ad caritatem inflammat, eamque eximio modo exercet, cum fratribus in Christo dormientibus adiutorium praebetur.

10. Item indulgentiarum cultus ad fiduciam et spem plenae reconciliationis cum Deo Patre erigit; quod tamen ita operatur, ut nullius neglegentiae ansam det, studiumque dispositionum ad plenam communionem cum Deo requisitarum nullo modo remittat. Indulgentiae enim, licet gratuita sint beneficia, tamen tum pro vivis tum pro defunctis tantum certis condicionibus impletis conceduntur, cum ad eas assequendas requiratur, hinc ut opera bona praescripta absoluta sint, illinc ut fidelis debitis dispositionibus praeditus sit: scilicet, ut Deum diligat, peccata detestetur, in meritis Christi Domini fiduciam habeat et communionem Sanctorum magnae utilitati sibi esse firmiter credat.

Neque omittendum est indulgentias acquirendo fideles dociliter se submittere legitimis Pastoribus Ecclesiae et praesertim successori Beati Petri, Caeli clavigeri, quippe quos ipse Salvator mandaverit, ut pascerent et regerent Ecclesiam suam.

Institutio itaque salutaris indulgentiarum suo modo confert, ut Christo exhibeatur Ecclesia non habens maculam aut rugam, sed sancta et immaculata [45], supernaturali caritatis vinculo in Christo mirabiliter coniuncta. Cum enim ope indulgentiarum membra Ecclesiae purgantis ad Ecclesiam caelestem citius aggregentur, per easdem indulgentias regnum Christi magis magisque atque celerius instauratur, «donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi» [46].

11. His igitur veritatibus innixa, sancta Mater Ecclesia, dum denuo commendat fidelibus suis indulgentiarum usum, ut populo christiano plurium saeculorum cursu et temporibus etiam nostris gratissimum, sicut experiendo probatur, nihil omnino detrahere intendit de aliis sanctificationis et purgationis rationibus, imprimis de sanctissimo Missae sacrificio et sacramentis, praesertim paenitentiae sacramento, deinde de coplosis auxiliis, quae uno nomine sacramentalia vocantur, ac demum de pietatis, paenitentiae
et caritatis operibus. His omnibus subsi/diis hoc unum com- 20
mune est quod sanctificationem et purificationem eo validius operantur quanto artius aliquis Christo capiti et Ecclesiae corpori per caritatem coniungitur. Praestantia caritatis in vita christiana etiam indulgentiis confirmatur. Nam indulgentiae acquiri nequeunt sine sincera *metanoia* et coniunctione cum Deo, quibus additur operum praescriptorum impletio. Servatur ergo ordo caritatis, in quem inseritur poenarum remissio ex dispensatione thesauri Ecclesiae.

Suos fideles cohortans ne deserant neu parvipendant sanctas traditiones patrum, sed religiose eas accipiant, tamquam pretiosum catholicae familiae thesaurum, iisque obsequantur, Ecclesia tamen sinit unumquemque, in sancta et iusta libertate filiorum Dei, huiusmodi purificationis et sanctificationis subsidiis uti; in eorum mentem autem continenter revocat ea quae ad salutem assequendam sunt praeponenda, utpote necessaria vel meliora et efficaciora [47].

Ut autem ipse indulgentiarum usus ad maiorem digni-

[38] Cfr. Concilium Lateranense IV, cap. 62: D.-S. 819. [39] Cfr. Concilium Tridentinum, Decretum de indulgentiis: D.-S. 1835. [40] Cfr. ibid. [41] *Ier.* 2, 19. [42] Cfr. *Eph.* 5, 27. [43] *Eph.* 4, 13.

[44] Cfr. Thomas, *In 4 Sent.* dist. 20, q. 1, a. 3, q. la 2, ad 2 (S. Th. *Suppl.* q. 25, a. 2, ad 2): «... quamvis huiusmodi indulgentiae multum valeant ad remissionem poenae, tamen alia opera satisfactionis sunt magis meritoria respectu praemii essentialis; quod in infinitum melius est quam dimisso poenae temporalis».

http://www.obrascatolicas.com

tatem et aestimationem provehatur, aliquid innovandum sancta Mater Ecclesia opportunum duxit in earum disciplina, novasque normas tradendas decrevit.

V

12. Normae quae sequuntur variationes opportunas in disciplinam de indulgentiis inducunt, votis quoque Coetuum Episcopalium receptis.

Ordinationes Codicis Iuris Canonici et Decretorum Sanctae Sedis de indulgentiis, quatenus cum novis normis congruunt, integrae manent.

In normis apparandis haec tria praesertim spectata sunt: ut nova mensura statueretur pro indulgentia partiali, congrua deminutio in indulgentias plenarias induceretur, et quae ad indulgentias reales et locales, quas dicunt, pertinent in simpliciorem et digniorem formam redigerentur et componerentur.

Ad indulgentiam partialem quod attinet, antiqua dierum et annorum determinatione posthabita, nova norma seu mensura exquisita est, iuxta quam actio ipsa consideratur christifidelis, qui opus indulgentia ditatum perficit.

Cum vero sua actione christifidelis —praeter meritum
21 quod actionis / est fructus praecipuus— consequi insuper possit poenae temporalis remissionem, et quidem eo maiorem quo maior est operantis caritas et operis praestantia, placuit hanc ipsam remissionem poenae, quam christifidelis sua actione acquirit, tamquam mensuram sumere remissionis poenae, quam Ecclesiastica Auctoritas per indulgentiam partialem liberaliter addit.

Ad indulgentiam plenariam quod attinet, opportunum visum est earum numerum congruenter minuere, ut christifideles indulgentiae plenariae aequam aestimationem faciant et eam, debitis ornati dispositionibus, acquirere valeant. Quod enim saepius occurrit, parum attenditur; quod copiosius offertur, parvi aestimatur; cum plerique christifideles congruo temporis spatio indigeant, ut ad plenariam indulgentiam assequendam apte se praeparent.

Quod attinet ad indulgentias reales et locales, non tantum earum numerus valde deminutus est, sed ipsum nomen sublatum est, quo clarius constet indulgentiis ditari christifidelium actiones, non vero res vel loca, quae sunt tantum occasiones indulgentias acquirendi. Immo piarum Consociationum asseclae indulgentias illis proprias assequi possunt, praescripta opera adimplendo, neque insignium usus requiritur.

NORMAE

N. 1. Indulgentia est remissio coram Deo poenae temporalis pro peccatis, ad culpam quod attinet, iam deletis, quam christifidelis, apte dispositus et certis ac definitis condicionibus, consequitur ope Ecclesiae quae, ut ministra redemptionis, thesaurum satisfactionum Christi et Sanctorum auctoritative dispensat et applicat.

N. 2. Indulgentia est partialis vel plenaria prout a poena temporali pro peccatis debita liberat ex parte aut ex toto.

N. 3. Indulgentiae sive partiales sive plenariae possunt semper defunctis applicari in modum suffragii.

N. 4. Indulgentia partialis, in posterum, his tantum verbis «Indulgentia partialis» significabitur, nulla addita dierum vel annorum determinatione.

N. 5. Christifideli qui, corde saltem contritus, peragit opus indulgentia partiali ditatum, tribuitur ope Ecclesiae
22 tantadem poenae temporalis remissio, quantam ipse sua actione iam percipit. /

N. 6. Indulgentia plenaria semel tantum in die acquiri potest, salvo praescripto N. 18 pro constitutis «in articulo mortis».

Partialis vero indulgentia pluries in die acquiri potest, nisi aliud expresse notetur.

N. 7. Ad indulgentiam plenariam assequendam requiruntur exsecutio operis indulgentia ditati et impletio trium condicionum, quae sunt: sacramentalis confessio, communio eucharistica et oratio ad mentem Summi Pontificis. Requiritur insuper ut excludatur omnis affectus erga quodcumque peccatum etiam veniale.

Si plena huiusmodi dispositio desit vel praedicatae condiciones, salvo praescripto N. 11 pro «impeditis», non impleantur, indulgentia erit tantum partialis.

N. 8. Tres condiciones perfici possunt pluribus diebus ante vel post praescripti operis exsecutionem; convenit tamen ut communio et oratio ad mentem Summi Pontificis peragantur ipso die quo instituitur opus.

N. 9. Unica sacramentali confessione plures indulgentiae plenariae acquiri possunt; unica vero communione eucharistica et unica oratione ad mentem Summi Pontificis una tantum indulgentia plenaria acquiritur.

N. 10. Condicio precandi ad mentem Summi Pontificis plene impletur, si recitantur ad Eiusdem mentem semel *Pater* et *Ave*; data tamen facultate singulis fidelibus quamlibet aliam orationem recitandi iuxta uniuscuiusque pietatem et devotionem erga Romanum Pontificem.

N. 11. Firma facultate confessariis can. 935 C. I. C. facta commutandi pro «impeditis» sive opus praescriptum sive condiciones, Ordinarii locorum possunt concedere fidelibus, in quos ad normam iuris exercent auctoritatem, si loca inhabitent ubi nullo modo vel saltem admodum difficile ad confessionem vel ad communionem accedere possint, ut ipsi queant indulgentiam plenariam consequi absque actuali confessione et communione, dummodo sint corde contriti et ad praedicta sacramenta, cum primum poterunt, accedere proponant.

N. 12. Divisio indulgentiarum in personales, reales et locales, non amplius adhibetur, quo clarius constet indulgentiis ditari christifidelium actiones, quamvis cum re vel loco interdum coniungantur. /
23

N. 13. Enchiridion indulgentiarum recognoscetur eo consilio ut tantum praecipuae preces et praecipua opera pietatis, caritatis et paenitentiae indulgentiis ditentur.

N. 14. Elenchi et summaria indulgentiarum Ordinum, Congregationum religiosarum, Societatum in communi viventium sine votis, Institutorum saecularium, necnon piarum fidelium Consociationum, quamprimum recognoscentur, ita ut indulgentia plenaria acquiri possit peculiaribus tantum diebus a Sancta Sede statuendis, proponente supremo Moderatore vel, si agatur de piis Consociationibus, Ordinario loci.

N. 15. In omnibus ecclesiis, oratoriis publicis vel —ab illis qui legitime iis utuntur— semipublicis acquiri potest indulgentia plenaria, quae defunctis tantum applicari potest, die 2 Novembris.

In ecclesiis vero paroecialibus acquiri insuper potest indulgentia plenaria bis in anno: die festo Titularis, et de 2 Augusti, quo «Portiunculae» indulgentia occurrit, vel alio opportuniore die ab Ordinario statuendo.

Omnes praedictae indulgentiae acquiri poterunt vel diebus supra definitis vel, de consensu Ordinarii, die Dominico antecedenti aut subsequenti.

Ceterae indulgentiae ecclesiis vel oratoriis adiunctae quamprimum recognoscentur.

N. 16. Opus praescriptum ad acquirendam indulgentiam plenariam ecclesiae vel oratorio adiunctam est eiusdem pia visitatio, in qua recitantur oratio Dominica et fidei symbolum (*Pater* et *Credo*).

N. 17. Christifidelis qui *pietatis obiecto* (crucifixo, cruce, corona, scapulari, numismate), a quovis sacerdote rite benedicto, pia utitur mente, consequitur indulgentiam partialem.

Si autem *pietatis obiectum* a Summo Pontifice aut a quolibet Episcopo fuerit benedictum, christifidelis, eodem obiecto pia utens mente, assequi potest etiam indulgentiam plenariam die festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, addita tamen, qualibet legitima formula, fidei professione.

N. 18. Pia Mater Ecclesia, si haberi nequit sacerdos qui christifideli in vitae discrimen adducto sacramenta et benedictionem apostolicam cum adiuncta indulgentia plenaria, de qua in can. 468, § 2 C. I. C., administret, benigne eidem, rite disposito, concedit indulgentiam ple/nariam in 24
articulo mortis acquirendam, dummodo ipse durante vita habitualiter aliquas preces fuderit. Ad hanc indulgentiam plenariam acquirendam laudabiliter adhibetur crucifixus vel crux.

Eandem indulgentiam plenariam in articulo mortis christifidelis consequi poterit, etiamsi eodem die aliam indulgentiam plenariam iam acquisiverit.

N. 19. Normae de indulgentiis plenariis editae, praesertim ea quae in N. 6 recensetur, applicantur etiam indulgentiis plenariis, quae «toties quoties» usque adhuc appellari consueverunt.

N. 20. Pia Mater Ecclesia, de fidelibus defunctis quam

maxime sollicita, quolibet privilegio hac de re abrogato, iisdem defunctis amplissime suffragari constituit quovis Missae sacrificio.

* * *

Novae normae, quibus innititur indulgentiarum acquisitio, vigere incipient expletis tribus mensibus a die quo haec Constitutio in *Actis Apostolicae Sedis* edetur.

Indulgentiae *pietatis obiectorum* usui adiunctae, quae supra non recensentur, cessant expletis tribus mensibus a die quo haec Constitutio in *Actis Apostolicae Sedis* edetur.

Recognitiones, de quibus in N. 14 et N. 15, proponi debent Sacrae Paenitentiariae Apostolicae intra annum; expleto vero biennio a die huius Constitutionis, indulgentiae, quae confirmatae non fuerint, omnem vim amittent.

Nostra haec statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus sit, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis a Nostris Decessoribus editis, ceterisque praescriptionibus etiam peculiari mentione et derogatione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die 1 mensis Ianuarii, in Octava Nativitatis D. N. I. C., anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.—PAULUS PP. VI.

Adn. L. CIAPPI in **Vita rel.** 3 (1967) 99-106; C. DUMONT in **NrT** 89 (1967) 308-314; G. HIGUERA in **Sal terrae** 55 (1967) 258-274, 483-502; A. LOVELLI in **ME** 93 (1968) 118-128 et in **Riv. dioc. Roma** 8 (1967) 371-377; L. F. in **Vie consacrée** 39 (1967) 110-116; E. F. REGATILLO in **Sal terrae** 55 (1967) 687-689; G. SESSOLO in **Doc. Cath.** 64 (1967) 1823-1823.*; L. TRIMELONI in **Perfice munus** 42 (1967) 194-200.

3515

1967 IAN 6.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 59 (1967) 25-28

CONSILIUM DE LAICIS ET PONTIFICIA COMMISSIO STUDIOSORUM A «IUSTITIA ET PACE» APPELLATA CONSTITUUNTUR

PAULUS PP. VI

Catholicam Christi Ecclesiam cum eo semper spectare oporteat, ut et seipsam intus renovet, et suam externam conformationem ad ea, in quibus vivit, tempora accommodet, in animo idcirco habet, ex rerum usu, quem cursu saeculorum consecuta est, suas cum mundi hominibus rationes plus plusque in dies perficere [1], ad quorum salutem a divino Redemptore condita est.

Ex Concilii Vaticani II monitis, omnes christifideles, pro sua quisque parte, eo quod ad populum Dei pertineant, necesse est, ut munus hoc salutis sustineant [2]. Idem vero Concilium, quod in multis actis suis singularem locum, quem laici in populo Dei obtinent, illustravit, quodque ex hoc plane videtur unam e suis notis propriis accepisse, ut exponeret quam actionem laici in Ecclesia susciperent, peculiare fecit Decretum, quo Consilium quoddam constitui praeciplebatur *in servitium et impulsum apostolatus laicorum* [3].

Eodem autem tempore, Concilium, quoniam colloquium cum huius aetatis hominibus serere quaerebat, considerationem suam in praecipuas quasdam appetitiones et studia hominum horum dierum intendit (cuius generis sunt quaestiones quae ad civitatum progressiones explicandas attinent, ad Iustitiam promovendam inter nationes, ad pacem inter populos fovendam) et votis expetivit, ut ab Apostolica Sede Consilium quoddam statueretur, quod catholicorum communitatem excitaret, ad eiusmodi quaestiones investigandas [4].

Concilio Oecumenico concluso, hinc Coetus quidam postconciliaris, ex Nostro praescripto, exquisivit qua meliore ratione ad effectum adducerentur statuta Concilii quoad
n. 26 Decreti *Apostolicam actuositatem*, hinc, Nobis item
26 praecipientibus, peculiaris quidam Coetus cogitatione / se convertit ad instituendum Consilium, quod in n. 90 Constitutionis *Gaudium et spes* optabatur.

Die autem VII mensis Iulii superiore anno, temporarium Coetum Nosmetipsis condidimus, cui id muneris commisimus ut, spectatis investigationibus a duobus Coetibus factis, quos modo diximus, ea congruenter efficeret, quae acta Concilii statuerant et optaverant.

Ex eo quod duabus quaestionibus opera una simul data est, cernere licuit quaenam quaestionum rationes essent diversae, quaenam vero communes; ita ut visum fuerit opportunum duo seiuncta Consilia condere, quorum tamen summa moderatio una esset: hoc est Consilium de Laicis, et Pontificia Commissio studiosorum, a *Iustitia et Pace* appellata.

I.—Atque primum quae sint propria Consilii de Laicis videamus.

Hoc enim, cum in primis ad operam navandam et ad favendum apostolatui laicorum spectet, debet propterea:

1) apostolatum laicorum in variis nationibus promovere, vel iam constitutum ordinare et coniungere; illum cotidie magis generali Ecclesiae apostolatui inserere; conecti cum apostolatu uniuscuiusque nationis; sua actione illud conari, ut intra fines Ecclesiae sanctae inter se veluti congrediantur et colloquantur sive sacra Hierarchia cum laicis, sive variae laicorum consociationes inter se, ad eum sensum qui in extremis paginis declaratur Litterarum Encyclicarum *Ecclesiam suam* [LE 3211]; convocare variarum nationum homines in coetus, qui de apostolatu laicorum agant; curare ut leges ecclesiasticae, ad laicos respicientes, fideliter serventur;

2) suis consiliis Hierarchiae et laicis in operibus apostolicis assistere [5];

3) operam dare studiis, ut magis magisque innotescat doctrina de quaestionibus ad laicos pertinentibus; diligenter investigare quaestiones, quae oriantur in apostolatu efficiendo; inquirere rationes quae intercedunt inter consociationes laicorum et munus pastorale. Quae studia, si fieri poterit, typis edentur;

4) non solum nuntios de apostolatu laicorum dare et accipere, sed etiam sedem constituere, ubi scripta instru-
menta eadem de re col/ligantur. E quibus omnibus cogi 27
poterunt viae rationesque, ad quas laicorum animi apte conformentur, ut magnum Christi Ecclesiae adiumentum afferant.

II.—Deinde de Pontificia Commissione studiosorum, a *Iustitia et Pace* appellata.

Haec Commissio sibi proponit populum Dei universum excitare ad plenam adipiscendam conscientiam muneris sibi hisce temporibus demandati; ita quidem, ut hinc pauperiorum populorum progressus promoveatur ac socialis iustitia inter nationes foveatur, illinc vero subsidia nationibus minus progressis praebeantur, quorum ope eaedem incrementis suis per se ipsae consulere possint. Quam ad rem huius Pontificiae Commissionis erit:

1) colligere ac summatim perscribere praestantiores scientiae investigationes ac doctrinae adiumenta, quae pertineant sive ad cuiusvis generis incrementa, in campo scilicet educationis et mentis culturae, rei oeconomicae et socialis, et in ceteris eiusdem generis; sive ad ipsam pacem, in iis omnibus rebus, quae progressus causam superent;

2) operam conferre, ut altius pervestigentur, quod attinet ad doctrinam, ad pastorale munus et ad apostolatus actionem, generales quaestiones, quae progressus et pacis causa proponantur;

3) curare, ut haec doctrina atque huiusmodi nuntiorum collectio in notitiam omnium Institutorum Ecclesiae, quorum intersit, perferantur;

4) vincula nectere inter omnia Instituta, hoc quidem consilio, ut apta virium coniunctio foveatur, validiores nisus fulciantur, itemque caveatur, ne ad idem propositum, cum virium impendio, varia incepta et opera contendant.

III.—Haec autem erit duorum Consiliorum ordinatio.

1) Consilio de Laicis et Pontificiae studiosorum Commissioni a *Iustitia et Pace* communis erit Praeses, e S. R. E. Cardinalibus sumptus.

2) Item utrique Consilio communis erit Pro-Praeses, episcopali dignitate auctus.

3) Consilio de Laicis et Pontificiae studiosorum Commissioni a *Iustitia et Pace* proprius cuique Secretarius assignabitur. /
28

4) Consilii de Laicis Secretario adiutricem operam navabunt duo Sub-Secretarii.

5) Utrumque Consilium constat ex membris et consultoribus, opportuna ratione eligendis, quorum nominatio ad Apostolicam Sedem pertinebit.

[1] Cfr. Const. *Gaudium et spes*, n. 43 [LE 3366]. [2] Cfr. Const. *Lumen gentium*, nn. 17 et 31 [LE 3232]. [3] Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 26 [LE 3346]. [4] Cfr. Const. *Gaudium et spes*, n. 90 [LE 3366].

[5] Cfr. Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 26 [LE 3346]

http://www.obrascatolicas.com

6) Omnia munera (hoc est munus Praesidis, Pro-Praesidis, Secretarii et Sub-secretarii) expleto quinquennio, cessabunt. Integrum tamen erit Apostolicae Sedi, ut, exacto quinquennio, haec munera iisdem, quibus antea, viris deferantur.

7) Consilium de Laicis et Pontificia Commissio studiosorum a *Iustitia et Pace* experimenti gratia constituuntur ad quinquennium. Nam munerum exercitatio rerumque usus opportunas immutationes suadere poterunt, ad eorum fines et stabilem ordinationem quod spectat.

8) Utriusque Consilii sedes erit Romae.

9) Decernimus pariter ex hodierno die cessare vacationem legis, quae ad Concilii Oecumenici Decretum respiciebat, cui initium *Apostolicam actuositatem*. Episcoporum tamen et Conferentiarum Episcopalium erit Decretum ipsum in suis dioecesibus et nationibus ad effectum adducere.

Ex binis hisce Consiliis, quae libenti sane animo condidimus, certa firmaque spes Nobis inicitur fore ut populi Dei laici homines, quibus publica hac ordinatione constituta novae existimationis et benevolentiae Nostrae testimonium tribuimus, artius se posthac cum Apostolicae Sedis actione et sedulitate sentiant coniunctos, atque propterea generosius cotidie operam, vires, alacritatem in posterum Ecclesiae sanctae navent.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VI mensis Ianuarii, in Epiphania D. N. I. C., anno MDCCCCLXVII, Pontificatus Nostri quarto.—PAULUS PP. VI.

Adn. E. BERGH in NrT 89 (1967) 203-205.

3516

1967 IAN 9.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 59 (1967) 221

APOSTOLICA NUNTIATURA APUD MADAGASCARIANAM REMPUBLICAM ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Publicas officiorum inire rationes, quibus haec Apostolica Sedes ad communis boni religionisque christianae incrementum varias nationes attingeret, sollemne semper fuit Romano Pontifici, ideoque et Nos, qui onus regendae hisce temporibus Ecclesiae sustinemus, eas vel primum iungendas vel etiam firmandas assidue curamus. Nuper autem cum nobili Madagascariae Civitate huiusmodi amicitiae vincula sunt constituta, auditisque eius insulae Moderatoribus, novam Pontificiae Legationis sedem ibidem esse collocandam censemus, quae negotia omnia expedienda legitime expediat. Quapropter, omnibus attente perpensis, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, *Nuntiaturam Apostolicam* in Republica Madagascariana erigimus atque constituimus, eiusque sedem in urbe Tananariva collocamus. Eidem igitur sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc voluntatis Nostrae testificationem religioni provehendae esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Apostolicae Nuntiaturae in Madagascariana Republica, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IX mensis Ianuarii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis*.

3517

1967 IAN 16-SC DOCTRINA FIDEI, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR CONCEDENDI SANATIONEM IN RADICE MATRIMONII IN QUO PARS ACATHOLICA CAUTIONES CANONICAS PRAESTARE RENUIT

Romae, 16 Ianuarii 1967

Litteris die 3 ianuarii a. d. 1967 datis Excellentia Tua Revma sanationem in radice postulabat pro matrimonio iam attentato inter catholicam Carolinam et acatholicum Adolphum qui cautiones canonicas de baptismo et educatione catholica prolis praestare renuit.

Ad rem Tecum communico hanc S. Congregationem sanationis in radice concessionem prudentiae et conscientiae Excellentiae Tuae committere dummodo pars catholica firmiter promittat se impleturam esse obligationem omnino cavendi de futurae prolis saltem baptismo et educatione catholica, et Excellentia Tua moralem certitudinem habeat de eiusdem promissionis implemento.

Praeterea pars acatholica certior fiat de obligationibus quibus pars catholica pro sua conscientia tenetur.

Parochus, sua ex parte, invigilet ut pars catholica easdem obligationes adimpleat.

* Ordinario Columbensi, iuxta summarium traditum a Jurist 28 (1968) 198-199.

3518

1967 IAN 19.-SC PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR CELEBRANDI MISSAM QUATER IN DOMINICIS DIEBUSQUE DE PRAECEPTO

PRECES—The Ordinary of the Apostolic Vicariate of Grouard, prostrate at the feet of Your Holiness, humbly requests the faculty to permit priests in his territory to celebrate Mass *four times* on Sundays and holy days of obligation whenever this seems opportune for the spiritual good of the faithful.

RESCR.—In virtue of faculties granted it by His Holiness, Pope Paul VI, and after attending to the recitals, the Sacred Congregation for the Propagation of the Faith graciously grants the favor as requested provided that care is had for the health of the priests and that the other requirements of law are observed.

The present grant is valid *for five years* at the end of which time the petitioner should make a report on the use of the faculty.

* Ordinario Grouardensi, Prot. N. 357-67: BOUSCAREN VI, p. 550.

3519

1967 IAN 20.-SC DOCTRINA FIDEI, LITT. CIRC. PART.*

MUTATUR ALIQUATENUS COMPETENTIA S. C. PRO DOCTRINA FIDEI CIRCA NONNULLAS CAUSAS MATRIMONIALES QUAE TRANSEUNT IN COMPETENTIAM S. ROMANAE ROTAE

Since the recent reorganization of the Sacred Congregation for the Doctrine of the Faith numerous cases about the nullity of marriages have been referred by it to the Tribunal of the Sacred Roman Rota. In these cases the bond is attacked because of the impediment *mixta religio* on the basis of Canon 72 of the Council in Trullo or for defect of form in marriages celebrated previous to the suppression of the last part of Canon 1099, § 2.

As you know, such cases would ordinarily be introduced to the diocesan tribunal *for handling in first instance* but, because of inherent difficulties, were remitted to the Sacred Congregation of the Holy Office where they were treated with relative urgency.

The Congregation is no longer competent for these cases while, on the other hand, the Rota proceeds only in a judicial way.

Arrangements have been made for prompt consideration of cases already transmitted. However, for each of them it is necessary to form a Pontifical Commission in first instance as the Rota can judge only on appeal. You will understand that this is an extraordinary procedure.

In view of these developments, I am directed by the Holy See to ask Your Excellency and your tribunals of first instance

to handle these processes *in loco* for a regular sentence and to refer *only on appeal* to the Sacred Rota or another tribunal of second instance.

* Textus datur iuxta notificationem Delegati Ap. S. F. A. S., die 20 Ian. 1967, Prot. N. 4656/66, Ordinariis locorum factam: BOUSCAREN VI, p. 359-360.

3520

1967 IAN 23.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 59 (1967) 142-145

Allocutio die 23 Ian. 1967 habita ad Praelatos Auditores, Officiales et Advocatos Tribunalis Sacrae Romanae Rotae, novo litibus iudicandis ineunte anno coram admissos:

DE MUNERE IUDICIS ECCLESIASTICI IN CAUSIS PRAECIPUE MATRIMONIALIBUS TRACTANDIS

Con grande compiacenza riceviamo Lei, Monsignor Decano del Nostro Tribunale della Sacra Romana Rota; e con eguale sentimento accogliamo l'annuale visita del Collegio dei Prelati Uditori, che lo compongono, insieme agli altri
143 Officiali, che vi hanno parte; così salutiamo / lo Studio Rotale, associato a questa Udienza, ed estendiamo il Nostro saluto alla schiera degli Avvocati Rotali, che vediamo qui largamente rappresentata.

Ci è propizia l'occasione per rendere onore alle persone, che fanno dell'amministrazione della giustizia, nel nome di questa Sede Apostolica, la loro professione; vogliamo dire, il loro ideale, la loro missione, e, per quanti al carattere di magistrati uniscono quello di sacerdoti, un ministero; e Ci piace ripetere loro quale riverenza, quale stima, quale fiducia Noi riserviamo per ciascuno di loro e per l'intero Tribunale, sicuri d'avere in loro, sia come singole persone, sia come corpo forense, una testimonianza vissuta di quella giustizia, che prima d'essere intimata agli altri è professata per sé, in quel santo timor di Dio, che mentre fa pesare la somma responsabilità che possa incombere sulla coscienza, libera la coscienza stessa da ogni umano timore e la affranca da ogni inferiore interesse; di quella giustizia, diciamo, che per essere derivata dalla legge evangelica fa sperimentare in chi la esercita le esigenze supreme della verità e le urgenze fraterne della carità. Che la Santa Sede possa essere conosciuta e venerata nella sapienza, nell'integrità, nella bontà di una corona come cotesta di magistrati e di addetti al suo Tribunale ordinario, è fatto di grande rilievo, di cui ringraziamo la Provvidenza, e diamo merito a quanti è dovuto.

Le alte parole, che abbiamo ora ascoltate, Ci dànno conferma di questo Nostro apprezzamento, rivelandoCi, se bisogno vi fosse, a quale sorgente si nutra la coscienza di cotesto servizio: da quel «sentire cum Ecclesia», che assume la dottrina della Chiesa, ne sperimenta la verità, logica e forte, vi ritrova onorate e redente le acquisizioni dell'umana saggezza, gode di quella misteriosa chiarezza che la fede le conferisce; ma di più aggiunge al pensiero l'amore, che fa della dottrina una vita; qui, in un Tribunale, una legge, una legge di vita. Perciò Ci piace, dopo le persone, onorare la duplice funzione di cotesto Tribunale; ordinaria e importantissima la prima, ch'è quella di dirimere le cause, portate in numero crescente da ogni parte del mondo al vostro giudizio: sappiamo con quale assiduità di lavoro e con quale competenza di studio voi attendiate a cotesta grande fatica, e siamo disposti ad assecondare con la Nostra autorità quei provvedimenti che sembrassero opportuni per sollecitare la definizione delle cause, per diminuire il numero di quelle pendenti, per frenare la artificiosa ripresa di cause che dovrebbero essere passate in
144 giudicato, per dare, se occorre, maggiore chiarezza alla / legge, così da escludere ogni arbitraria interpretazione, e maggiore virtù, così da impedire ogni abusivo ricorso al giudizio del giudice.

La seconda funzione, che vogliamo onorare nel Tribunale della Sacra Romana Rota, è quella trascendente, quella della sua rappresentanza della giustizia, quale la Chiesa concepisce, professa e difende, cioè quella fondata su principi morali, aventi nell'ordine obbiettivo della legge divina, naturale e positiva, non meno che nella coscienza soggettiva la loro consistenza, e che conferisce alla norma giuridica, oltre che la sua «ratio iuris», la sua stabilità e la sua socialità.

Pare infatti a Noi che spetti a cotesto Tribunale dare una sua inesauribile e originale apologia della giustizia, intesa come fondamento della vita associata, confortando così nella coscienza dell'uomo moderno, tanto incline al soggettivismo etico, all'opportunismo, alla morale della situazione, e perciò anche al relativismo giuridico, il senso augusto e benefico della giustizia, indispensabile condizione della libertà e della pace. Non altrimenti la voce della Conferenza Episcopale Italiana, deplorando in questi giorni la diffusione della triste piaga della delinquenza violenta e organizzata, terminava il suo pastorale richiamo con esplicita menzione alla giustizia per assicurare al Popolo di Dio la civile concordia ed il pacifico progresso.

Ma dove principalmente cotesto Tribunale professa il suo culto alla giustizia è nella discussione e nella definizione delle cause matrimoniali, compiendo opera di grande merito non solo agli effetti giuridici, ma altresì a quelli pastorali, e perciò umani e civili, prestando la sua premurosa attenzione (e non soltanto alle cause delle persone abbienti, ma anche, ed in percentuale elevata, alle cause di gratuito patrocinio) alle contestazioni riguardanti il vincolo costitutivo del matrimonio e la sua essenziale esclusività e indissolubilità, quando sia validamente e perfettamente contratto, non che ogni altra contesa relativa ai diritti familiari, di competenza canonica. Sappiamo come la saggezza del Tribunale Rotale, come pura degli altri Tribunali ecclesiastici che trattano questa materia, si svolga intorno a due cardini, quello della più aperta comprensione delle umane vicende, senza che un'indulgenza preconcetta deformi il profilo obbiettivo della realtà giuridica, e quello della più ferma adesione alla legge inviolabile, che, per divina disposizione e per la dignità e la fortuna dell'umanità redenta, regge l'unità e la perpetuità del coniugio e quindi di tutto l'istituto familiare. Cotesto è servizio grande reso alla giustizia, il quale mentre conserva, senza irragionevoli apriorismi, alla legge positiva la sua lineare maestà ed / 145
il suo provvidenziale vigore, richiama alle menti degli interessati e degli osservatori la più alta e vera concezione della vita, governata da quella legge che non è tutta scritta nei codici forensi, ma incisa nelle sacre e profonde esigenze dell'umana esistenza, ed educa perciò l'uomo e la società al senso superiore della giustizia. È servizio grande, perché tutelà, medica, illustra nei suoi casi singolari, patologici, tipici l'istituto non mai abbastanza venerato della famiglia.

Il discorso Ci porta per obbligante associazione di idee al recente episodio parlamentare italiano, di questi giorni, circa la dichiarazione che vuol sostenere non essere contraria alla costituzione una proposta di legge per l'introduzione del divorzio nella legge italiana. Non vogliamo ora entrare nella discussione circa tale pronunciamento, anche se esso Ci ha recato sorpresa e dispiacere, ed esige da Noi le dovute riserve. Non vogliamo invece tacere la triste impressione che sempre Ci ha fatto la bramosia di coloro che aspirano a introdurre il divorzio nella legislazione e nel costume di Nazioni, che hanno la fortuna d'esserne immuni, quasi fosse disdoro non avere oggi tale istituzione, indice di perniciosa decadenza morale, e quasi che il divorzio sia rimedio a quei malanni, che invece esso più largamente estende ed aggrava, favorendo l'egoismo, l'infedeltà, la discordia, dove dovrebbe regnare l'amore, la pazienza, la concordia, e sacrificando con spietata freddezza gli interessi e i diritti dei figli, deboli vittime di domestici disordini legalizzati.

Noi pensiamo che sia un vantaggio morale e sociale e sia un segno di civiltà superiore per un Popolo l'avere saldo, intatto e sacro l'istituto familiare; e vogliamo credere che il Popolo Italiano, a cui non un giogo è stato imposto dalle norme del Concordato relative al matrimonio, ma un presidio e un onore sono stati conferiti, comprenderà quale sia in questo campo fondamentale per le sue fortune morali e civili la scelta buona da fare e da difendere.

Con questi voti ed altri ancora che Noi formuliamo davanti al Signore per il felice decorso dell'anno giudiziario, voi tutti qui presenti, e quanti portate nel cuore e assistete con l'opera vostra, di cuore salutiamo e benediciamo.

3521

1967 IAN 23.-SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM. PART.*

REMEDIA PROPONUNTUR AD DEFECTUS VOCATIONUM RELIGIOSARUM MINUENDOS, ET APTIOREM INSTITUTIONEM ALUMNORUM IN POSTULATU ET NOVITIATU OBTINENDAM

I.—*Epistula Conferentiae Episcoporum Belgii ad Summum Pontificem, die 17 Nov. 1966 missa*

Beatissime Pater, Episcopi Conferentiae Belgii, in coetu plenario die 4 octobris 1966 congregati, humiliter quae sequuntur exponunt:

http://www.obrascatolicas.com

1. Numerus novitiarum in Congregationibus iuris dioecesani nostris diebus valde parvus est (circiter 20 pro 5.000 religiosis);

2. Actualis institutio novitiarum, ob parvitatem eorum numeri (una vel ad summum duo vel tres in una eademque congregatione), de facto perdifficilis evadit et plerumque conducit ad susceptionem vitae religiosae, tempore professionis temporariae, quae adulta ac matura dici nequit;

3. Numerus iuniorum religiosarum a votis temporariis quae ad saeculum redire desiderant semper accrescit.

Ad remedium huic rerum conditioni afferendum, enixe expostulant Episcopi Conferentiae Belgii, iuxta preces Superiorum Maiorum Congregationum iuris dioecesani, ut Ordinarius loci, ad mentem Art. 37 collati cum Art. 6 Normarum ad exsequendum Decretum SS. Concilii Vat. II *Perfectae Caritatis* [3457], permittere possit experimenta etiam in derogationem iuris communis quoad locum et tempus postulatus ac novitiatus. Finis nempe in eo est ut:

a) In tuto ponatur ac assecuretur institutio ad vitam religiosam magis apta sed non minus exigens ac stringens, per temporis spatium ad 5 vel 7 annos protractum.

b) Eadem institutio religiosa sit verior ac magis aperta, per ampliores cum mundo exteriore contactus ac per insertionem in communitates vere ferventes, haec omnia prudenter alternando cum periodis potius secessus vel separationis, quae pro seria formatione omnino necessariae manent;

c) Eadem institutio magis in communi fiat: nempe iuxta formationem in Congregatione propria, ampliores optantur possibilitates pro lectionibus communibus et pro sessionibus studiorum tam in re doctrinali, sociali, apostolica et culturae generalis uti dicitur, quam in rebus vitam religiosam directe spectantibus. Et Deus...

II.—*Responsum S. C. pro Religiosis*

Romae, die 23 Ianuarii 1967

Eminentissime Domine, Quae Eminentia Tua Reverendissima exposuerat, nomine Episcoporum Conferentiae Belgii, in litteris diei 17 Novembris 1966, haec Sacra Congregatio attente examinavit et nunc, omnibus perpensis, mentem suam manifestans, sequentia rescribit.

Dolenda sane est condicio Congregationum dioecesanarum* prout in praefatis litteris describitur circa carentiam vocationum et facilitatem qua professae votorum temporariorum ad saeculum redeunt. Attamen hi defectus, saltem magna ex parte, videntur corrigi posse promovendo unionem vel fusionem et etiam confoederationem inter Instituta, sicut praevidit Decretum conciliare *Perfectae caritatis* nn. 21-22 [LE 3333] et M. P. *Ecclesiae Sanctae*, nn. 39-41 [LE 3457].

In aliis nationibus, v. gr. in Gallia, ubi fere eadem situatio ab Eminentia Tua exposita vigebat, per fusionem vel foederationem Congregationum dioecesanarum in nonnullis casibus, petentibus Ordinariis, felici sane cum exitu, provisum fuit.

Circa vero experimenta vel remedia in iisdem litteris recensita, haec animadvertere velit Eminentia Tua:

Instituta ipsa religiosa, praehabito consilio et cum adsistentia Ordinariorum locorum interesse habentium, decisiones utiles capere possunt circa temporis spatium ut puellae, vitam religiosam amplectere cupientes, suum consilium mature probare valent.

Recolendum est tamen postulatum, novitiatum et professionem temporariam optime inservire ad maturationem praesertim psychologicam efformandam itemque non esse nimio longo tempore protrahendum ingressum in novitiatum: potius in hac re ponderandi sunt singuli casus.

Quod vero spectat institutionem vitae religiosae, quae desideratur «verior ac magis aperta... quod sperari potest per ampliores cum mundo exteriore contactus», si haec institutio procuranda est tempore novitiatus, quaeri potest quomodo contactus cum mundo externo obtineri possit et quomodo novitiatus finem suum consequi valeat. Si vero contactus cum mundo externo, ratione apostolatus, convenit religiosas votorum temporariorum, hoc iam praevidetur in M. P. *Ecclesiae Sanctae*, n. 36 [LE 3457].

Demum si Congregationes iuris dioecesani inveniuntur quae, iudicio Ordinariorum, nequeant attendere congruae institutioni suorum sodalium, si spes vera habeatur recuperationis, ipsi Ordinarii poterunt permittere, vel etiam si opus erit, urgere ut institutio fiat in communitatibus vere floridis.

Occasionem nactus, omni qua par est reverentia, libenter me profiteor Eminentiae Tuae Reverendissimae addictissimum in Domino.—Card. ANTONIUTTI, *Praef.*

* Praesidi Conferentiae episcopalis Belgii, Prot. N. 13270/66: PrM 59 (1970) 71-73.

3522

1967 IAN 28.-CONV. CUM ARGENTINA. AAS 59 (1967) 130

RATIHABITIO CONVENTIONIS INTER APOSTOLICAM SEDEM ET ARGENTINAM REMPUBLICAM

Vide *textum* supra sub die 10 Oct. 1966 LE 3476.

3523

1967 IAN 28.-SECRET. STATUS, DECLARATIO. PART.*

EPISCOPI FACULTATEM HABENT CONFERENDI BENEFICIA ECCLESIASTICA NON CONSISTORIALIA, OLIM SANCTAE SEDI RESERVATA, ETIAM IN LOCIS UBI CONCORDATUM VIGET

Madrid, 28 de enero de 1967

Excelencia reverendísima: En cumplimiento del venerado encargo de la Secretaría de Estado de Su Santidad, tengo el honor de comunicar a vuestra excelencia reverendísima, que, ya en vigor el «Motu Proprio» *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457], el Santo Padre se ha dignado ceder a los respectivos excelentísimos Obispos Ordinarios del lugar el derecho, hasta ahora reservado al augusto Pontífice, de nombrar para todos los beneficios *no consistoriales*, incluso los sujetos a régimen concordatorio.

Aun antes de que sea regulada la cuestión con los respectivos gobiernos, como auspicia el número 18, 2, del «Motu Proprio» *Ecclesiae Sanctae*, una vez cumplidas las formalidades previstas en el acuerdo concordado, nada obsta a que la Santa Sede deje esos nombramientos a los obispos; pues ello no toca lo más mínimo a la sustancia del convenio. Al ceder a la competencia de los obispos nombramientos que en el pasado le estaban reservados, la Santa Sede hace uso de un derecho interno.

Queda, pues, en pie todo lo determinado en el convenio concordado sobre provisión de beneficios no consistoriales respecto a turnos, derecho de presentación por parte de Su Excelencia el Jefe del Estado, concurso, oposición, anuncio previo de las vacantes para que puedan ser solicitadas, consulta al Cabildo, etc. Lo único que varía es que, en vez de elevarse a la Santa Sede las correspondientes propuestas —según venía haciéndose— por la benévola cesión que en el citado «Motu Proprio» se digna hacer el soberano Pontífice a favor de los excelentísimos Obispos, éstos quedan investidos de las facultades antes reservadas al Santo Padre sobre nombramientos para beneficios no consistoriales.

Al tener la satisfacción de notificar a vuestra excelencia reverendísima cuanto precede, con muy afectuoso saludo, me honro en reiterarme de vuestra excelencia reverendísima, att. s. s.—ANT. RIBERI, *Nuncio Apostólico.*

* Ad Ordinarios Hispaniae, iuxta notificationem eisdem factam a Nuntio Ap. Hispaniarum: Ilustración del clero 60 (1967) 267-268.

3524

1967 IAN 29.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR RECITANDI OFFICIUM DIVINUM LOCO OFFICII PARVI B. M. V., ET NORMAE PROPONUNTUR PRO EIUSDEM RECITATIONE

C'est avec satisfaction que la Sacrée Congrégation des Religieux a pris connaissance du résultat de la consultation qui avait été faite auprès des Monastères de l'Ordre au sujet de la substitution du Petit Office de la Sainte Vierge par l'Office divin.

La plupart d'entre vous ont décidé de solliciter ce changement pour vous conformer à l'esprit du Concile et au Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457] de Notre Saint-Père le Pape Paul VI: soyez assurées que vous en retirerez des fruits abondants de sanctification pour vous-mêmes et pour le prochain. Ainsi, vous serez unies de manière plus intime à la prière liturgique de l'Eglise universelle et vous répondrez de façon plus fidèle encore à l'appel pressant que le Vicaire du Christ ne cesse d'adresser aux âmes contemplatives pour qu'elles redoublent de ferveur et d'instance à Dieu, afin d'obtenir la grâce de la foi et du salut pour le monde d'aujourd'hui.

I. En vertu des pouvoirs qui lui sont conférés par le Souverain Pontife, la Sacrée Congrégation des Religieux, après avoir consulté le «Conseil pour l'exécution de la Constitution sur la S. Liturgie», accorde aux Monastères qui l'ont demandé d'adopter le Bréviaire romain, dès qu'ils seront prêts à le réciter dignement, au jugement de l'Ordinaire du lieu.

II. La Sacrée Congrégation accorde aux Monastères qui en ont exprimé le désir de continuer à réciter le Petit Office de la Sainte Vierge. Si, par la suite, l'un ou l'autre de ces Monastères demandent à adopter le Bréviaire romain, la permission leur en sera accordée.

III. L'Ordre de la Visitation Sainte-Marie ne sera tenu à réciter ou à chanter que les parties suivantes de l'Office divin: Matines d'un seul Nocturne composé de trois psaumes et de trois leçons, Laudes, Tierce, Sexte, None, Vêpres et Complies.

IV. L'Office pourra être célébré en langue vulgaire si les deux tiers du Chapitre conventuel le désirent.

V. L'Office des fêtes propres à la Visitation sera précisé ultérieurement.

Fait à Rome, en la fête de Saint François de Sales, le 29 janvier 1967.—ILDEBRANDUS Card. ANTONIUTTI, *Préfet.* Paul Philippe, *Secrétaire*

* Monasteriis Monialium Visitationis B. M. V.: Notit. 3 (1967) 114.

3525

1967 FEB 1.-SC DOCTRINA FIDEI, RESPONSUM. PART.*

ORDINARII LOCORUM, VI MOTU PROPRIO «DE EPISCOPORUM MUNERIBUS», DISPENSARE POSSUNT A RITU QUO MATRIMONIUM MIXTUM CELEBRANDUM EST AD NORMAM IURIS COMMUNIS

An inquiry had been addressed to the Holy See relative to the effect that the Motu proprio *De Episcoporum Muneribus* [LE 3449], had on the bishop's competence to deal with interrite marriages. Previously, a dispensation from the norm requiring an inter-rite Catholic marriage in the rite of the groom had been reserved. This is the norm that is stated in canon 88, § 3 of the Oriental Code and in canon 1097, § 2 in the Latin Code. Since in virtue of the motu proprio, canon 1097, § 2 is not reserved, question was placed whether the local Ordinary might consequently dispense from this norm of the Latin Code.

In a reply dated 1 February, the Cardinal Pro-Prefect replied that Their Eminences of the Sacred Congregation for the Doctrine of the Faith decreed as follows in the plenary session of 18 January, 1967: «Ordinarium facultate de qua supra gaudere.»

* Delegato Ap. S. F. A. S., Prot. N. 3662/66, iuxta notificationem Praesidis Conferentiae episcopalis S. F. A. S. diei 8 martii 1967: BOUSCAREN VI, p. 411-412. Responsum S. C. pro Doctrina Fidei est diei 1 febr. 1967.

3526

1967 FEB 3.-SC DOCTRINA FIDEI, RESCRIPTUM. PART.*

FORMULA RESCRIPTI ET CONDITIONES QUIBUS CONCEDI SOLET SACERDOTIBUS DISPENSATIO AB ONERIBUS SACRARUM ORDINUM, NON EXCEPTO ONERE SERVANDI CAELIBATUM

PRECES—Frodo Baggins, sacerdos professus at in Dioecesi Mordor commorans, humiliter ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, implorat dispensationem ab omnibus oneribus e sacris Ordinibus manantibus, non excepto onere servandi legem sacri caelibatus.

RESCR.—SSmus D. N. D. Paulus, Divina Providentia Papa VI, habita relatione de casu ab Emo Dño Cardinali Pro-Prefecto huius Sacrae Congregationis, benigne dignatus est concedere dispensationem iuxta preces.

Emus Ordinarius Mordor curet pro posse ut res caute peragatur ad vitandum scandalum vel admirationem fidelium ideoque, antequam gratiam exequatur, opportune oratorem moneat ut omnino a locis absit, ubi eius condicio antecedens nota sit. Eundem oratorem et complicem loci Ordinarius ab omnibus censuris absolutos declaret eosque commonefaciat ut vita omnino exemplari gratiam compensent ac aliis exemplo sit atque aliquod opus pietatis vel caritatis adiciant.

Quod autem attinet ad celebrationem canonici matrimonii, Ordinarius curet ut a quacumque pompa vel adparatu abstineatur et coram sacerdote probato et secreti tenaci ac sine testibus vel, si opus fuerit, cum duobus testibus ad Curiam pertinentibus, illud peragatur, cuius acta in secreto Curiae tabulario adserventur; in libris autem baptizatorum paroeciae sive oratoris sive compartis adnotetur consulendum esse Ordinarium loci si quando notitia vel documenta exquirantur.

Si qua tandem fidelium admiratio exoriatur, curet Ordinarius opportuna explicatione providere.

* Cuidam Ordinario loci, Prot. N. 534/54: Jurist 28 (1968) 226; BOUSCAREN VI, p. 621-622.

3527

1967 FEB 4.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

RESCRIPTUM ET CONDITIONES QUIBUS CONCEDITUR UNIO EXSTINCTIVA CUIUSDAM INSTITUTI RELIGIOSI FEMINARUM

PRECES—The Sisters of the Congregation popularly known as «Sister of St. Francis of Rice Lake», whose motherhouse is located in the Diocese of Superior, of diocesan right, because of special circumstances in which they find themselves, by unanimous consent, directed a petition to the Sacred Congregation for Religious that they be permitted to unite with the Congregation commonly known as «Sisters of St. Joseph, T. O. S. F.» of pontifical right, whose motherhouse is located in the Diocese of Fort Wayne-South Bend.

RESCR.—This Sacred Congregation, after mature deliberation and with the consent of the Ordinary of Superior and the vote of the Ordinary of Fort Wayne-South Bend, grants to the said Ordinary of Superior the faculty of bringing to completion the aforesaid exstinctive union of persons and goods under the rule and observance of the constituons of the Congregation of Sisters commonly known as «Sisters of St. Joseph, T. O. S. F.».

The goods, the rights and obligations, and especially the burdens of foundations, if such exist, are likewise considered joined to the goods and obligations of the Congregation to which the Sisters themselves are joined, with observance, however, of those things which regard pious foundations.

The individual Sisters are to be considered in possession of the same rights of profession which they enjoyed in their own institute, provided that through a free act to be signed and preserved in the archives, they state that they vote to be ascribed to the Congregation of the Sisters popularly called «Sisters of St. Joseph, T. O. S. F.».

If any Sister refuses to accept the aforesaid union, let her request, according to the norm of law, an indult either of secularization or of transfer to another institute; the necessary requirements are to be observed.

When the union is completed, it will be the task of the Ordinary of Superior to report all to this Sacred Congregation. All things to the contrary notwithstanding.

Given at Rome, the 4th day of February, A. D. 1967.

* Cuidam Ordinario loci, Prot. N. 8587/67: BOUSCAREN VI, p. 445-446; Jurist 28 (1968) 228-227.

3528

1967 FEB 6.-SC STUD., DECR. AAS 59 (1967) 364-366

FACULTAS THEOLOGICA HISPANIAE SEPTENTRIONALIS, IN DUPLICI SEDE BURGENSI AC VICTORIENSI, EIDEM PRAESCRIPTO SEXENNI STUDIORUM CURRICULO, CANONICE ERIGITUR

Memorandorum virorum «ad iustitiam eruditionem multos» *(Dan.* 12, 3) qui arduo se devovent muneri «investigandi divitias Christi et illuminandi omnes quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo qui omnia creavit, ut innotescat... per Ecclesiam multiformis sapientia Dei secundum praefinitionem saeculorum quam fecit in Christo Iesu D. N.» *(Eph.* 3, 8-11) numquam penuriam habuit Hispaniarum / populus, qui theologicas scholas quovis saeculo, praeeuntibus sanctis probatisque magistris, condidit atque provexit, illis tandem constitutis quae inde a saec. XIII Facultatum nomine veniunt. Postquam huiusmodi altiorum sacrorum studiorum domicilia ad finem suum investigationis laborisque scientifici plenius assequendum methodo nostrorum temporum exigentiis accommodata a Sede Apostolica a. D. MCMXXXI reformata sunt, Hispanicarum Dioeceseon nonnulla «Theologica Studia», professorum alumnorumque copia et librorum ephemeridumque editione insignia, supplicibus litteris ut in Theologicas Facultates ab Apostolica Sede erigerentur postulaverunt. Quo melius totum ordinaretur negotium, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus d. XXV m. ianuarii a. D. MCMLVII ad Emum Cardinalem Archiepiscopum Toletanum, Hispaniarum Primatem, lit- 365

http://www.obrascatolicas.com

teras dedit quibus Hispanicorum Episcoporum Commissio ad sacra studia promovenda certior fiebat de quibusdam theologicis scholis iis aperiendis omnibus qui sacra doctrina altius imbuti academicis S. Theologiae gradibus decorandi essent. Quas inter «Facultas Theologica Hispaniae Septentrionalis» praevidebatur constituenda, Studia tum Burgense tum Victoriense complectens, quae clarorum magistrorum alumnorumque affluentia bibliothecarum copia aedium amplitudine ac praecipue periodicorum commentariorum doctarumque tractationum editione non parvam inter theologos famam attigerant. Inde enim ab anno Domini MCMLII Archiepiscopus Burgensis ac Episcopus Victoriensis eiusdem Ecclesiasticae Provinciae Suffraganeus saepe saepius a Sede Apostolica, dum erectionem utriusque Studii Theologici in unam Theologicam Facultatem flagitabant, simul tum sedes tum volumina typis edita ac bibliothecas tum magistrorum coetum adaugebant, ita ut Sacra Congregatio, tot assidua incrementa iuste remunerari cupiens, Statuta pluries proposita recognoverit atque emendaverit, tandemque approbaverit. Cum autem omnia parata essent, eadem Sacra Congregatio Conferentiae Episcoporum Hispanicorum propositum suum memoratas preces excipiendi significavit atque ut annueret petivit. Postquam denique Excmus Episcopus a secretis Conferentiae Episcopalis Hispanicae idem Sacrum Dicasterium certius fecit Episcopos Hispaniae concorditer commendare ac optare erectionem «Facultatis Theologicae Hispaniae Septentrionalis» cum duplici sede, in Burgensi metropoli et in episcopali civitate Victoriensi, integrum negotium Augusto Pontifici apertum est. Nunc autem, benevole annuente SSmo D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, in Dei gloriam Ec-
366 clesiaeque decus *erigit* / erectamque declarat «ad quinquennium et experimentum» *Facultatem Theologicam Hispaniae Septentrionalis* cum laudata duplici sede, in studio videlicet theologico Archidioeceseos Burgensis ac in studio theologico Dioeceseos Victoriensis, cum iure conferendi baccalaureatum eis qui integrum quadriennium institutionale exercitationibus cursibusque specialibus perfectum absolverint, licentiam vero eis qui post examina superata de universa theologia per annum integrum cursibus monographicis atque scientificae investigationi operam dederint, una ampliore dissertatione scripto prolata, doctoratum tandem eis qui, post ulteriorem saltem annum statutis normis satis fecerint, ad dissertationem in primis quae vere «ad scientiae profectum conducat» typis editam quod pertinet. Interea cura Facultati erit diligenter lectissimos auditores scientiis illis imbuere quas hodierna «Universitas» omnino exposcit, docendo exempli gratia philosophiam ac psychologiam religionis, varias formas religionis ac irreligionis in hodierno mundo grassantes, philosophiam ac psychologiam sermonis ac symbolismi religiosi, biblicas ac semiticas linguas, archaeologiam proximi mediique Orientis, litteraturam ac «folklore» religiosa saltem proprii populi, ethnologiam et anthropologiam sub religioso respectu, disciplinas pastorales, catecheticas, liturgicas, funditus investigatas, sociographiam seu statisticam religiosam, oecumenismum cum singularum christianarum denominationum accurata notione, multisque aliis probe exponendis exquirendisque ad normam Encyclicarum Litterarum eiusdem Summi Pontificis fel. regn. *Ecclesiam suam (A. A. S.* LVI, 1964, pp. 637-654) [LE 3211], prout Statuta ab eadem Sacra Congregatione integrata pressius praescribunt; ceteris servatis de iure servandis, legibus in primis Codicis Iuris Canonici atque Constitutionis Apostolicae *Deus scientiarum Dominus* [LE 1030] adnexarumque *Ordinationum* [LE 1033]; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. VI m. Februarii, in festo S. Titi Episcopi, a. D. MCMLXVII.—I. Cardinalis PIZZARDO, *Praef.* Gabriel M. Garrone, Archiep. Turr. in Num., *Pro-Praef.* Dinus Staffa, Archiep. Caesarien. in Palaest., *a Secr.*

Adn. Vide **Statuta Facultatis Theologicae Hispanae Septentrionalis** apud **Burgense** 8 (1967) 380-409, a S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus per Decretum d. 28 martii 1967 (**Burgense** 8 (1967) 409 approbata.

3529

1967 FEB 8-PAULUS VI, CONST. AAS 59 (1967) 124-126

PASTORALIS VISITATIO APOSTOLICA IN URBE INDICITUR

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Praegraves Supremi Pontificatus sollicitudines, quae Nos iubent ad universae Ecclesiae utilitates sine ulla intermis-

5103

sione animum advertere, nullo modo minuunt curas cogitationesque Nostras erga Romanam Dioecesim; quae, contra, quo propior Nobis dominici gregis pars est, eo priora ac potiora Nostri pastoralis muneris sibi vindicat officia. Revera spiritualis procuratio huius almae Urbis, quae catholicae unitatis veluti centrum constituta est, tale ac tanti momenti est negotium, ut quidquid ad Romani populi profectum confert, in ipsius Summi Pontificatus bonum et ornamentum redundet.

Quae necessitas Romanae Dioecesis bono consulendi, si alias umquam, hodie maxime urget, cum cernimus magis magisque arduum fieri pastorale munus, ob celerrimam amplificationem atque ingens civium incrementum, quae Urbs postremis hisce decenniis adepta est. Idque effecit ut mutatis rerum condicionibus auctisque spiritualibus Romae necessitatibus aucta pariter responderent incepta et opera, quibus proximi Decessores Nostri religiosam curam Romani populi in tuto ponere studuerunt. Quorum in numero coeptorum sane collocanda est prima Romana Synodus, a Decessore Nostro fel. rec. Ioanne XXIII, anno MCMLX, peracta.

Ad praesens autem tempus quod attinet, nemo non videt celebrationem Concilii Oecumenici Vaticani II novam eamque summi ponderis esse causam, cur a Nobis peculiares sollicitudines erga Romanam Dioecesim adhibeantur. Etenim fuisse Romam universalis huius Synodi dignissimam sedem, id profecto non eiusmodi eventus censendus est, qui, aureis litteris in eius fastos relatus, iam ad praeteritum tempus pertineat; immo e diverso, quod novum Urbi decus addidit, idipsum ei nova peperit officia. Scilicet, quo tempore ubique terrarum catholicae Ecclesiae filii exsequendis Concilii Oecumenici normis alacrem dant operam, prorsus necesse est, ut exemplo praeeat Roma, quae, cum Nostra sit Dioecesis, idcirco in Ecclesia tamquam lucerna ardens / refulgere debet, eademque extolli tamquam 125
civitas supra montem posita, in quam omnes intueantur. *Nam* —Romae filios ipsis Decessoris Nostri s. m. Leonis Magni verbis alloquimur— *licet omnem Ecclesiam, quae in toto est orbe terrarum, cunctis oporteat florere virtutibus, vos tamen praecipue inter ceteros populos decet meritis pietatis excellere, quos in ipsa apostolicae petrae arce solidatos, et Dominus Noster Iesus Christus cum omnibus redemit, et Beatus Apostolus Petrus prae omnibus erudivit*[1].

Fatendum sane est, Romam hisce votis et expectationi apprime respondisse, ut luculenter testantur haud pauca incepta et opera, quae hac de causa sive a clero sive a laicis hominibus laudabili nisu laudabilique consilio suscepta sunt. Qua de re iis qui rem religiosam Nostra auctoritate Romae gerunt, quorumque sedulae industriae haec praesertim debentur, placet grati animi Nostri sensus aperte significare.

Ut autem haec omnia aptiore efficacioreque ratione ordinentur atque adeo uberiores fructus progignant, Nobis visum est id renovare, quod Decessores Nostri opportuno tempore fecerunt. Consilium nempe inivimus Pastoralis Visitationis in hac alma Urbe, pro episcopali munere Nostro, suscipiendae. Eamque, postquam Sancti Spiritus lumen et gratiam supplicibus invocavimus precibus, ad maiorem Dei gloriam et ad catholicae fidei emolumentum, hisce Litteris indicimus. Quae quidem Visitatio a Nobismetipsis in Patriarchali Archibasilica Lateranensi, Nostra Cathedrali aede, incohabitur; eademque, cum a Concilio Oecumenico Vaticano II, quod pastoralem indolem prae se tulit, auspicium sumat, potissimum eo spectabit, ut universa Romanae Dioecesis pastoralis actio, per firmiorem aptiorumque omnium apostolicarum virium conexionem, salutare capiat incrementum.

Hanc Visitationem Nos ipsi pergere magnopere cuperemus; at quoniam gravibus multiplicibusque Apostolici muneris curis id facere prohibemur, Decessorum Nostrorum exempla secuti, Venerabili Fratri Nostro Aloisio S. R. E. Card. Traglia, Nostro in Urbe Vicario, hoc tanti momenti opus committere statuimus; quem proinde eligimus ac delegamus, ut eandem Visitationem Nostro nomine Nostraque auctoritate peragat eique praesit; idemque in hoc sustinendo munere adiuvabitur, praeterquam a Venerabili Fratre Hectore Cunial, Archiepiscopo tit. Soteropolitano atque 126
in Urbe Vicesgerente, etiam ab Episcopis Auxiliaribus, qui singulis regionibus, in quas Romanae Dioecesis territorium dividitur, praepositi sunt.

Praeterea eidem Nostro in Urbe Cardinali Vicario potestatem facimus sibi adiutores adsciscendi aliquot alios etiam Antistites seu Praelatos, aliosque e clero saeculari vel regulari sacerdotes, doctrina rerumque usu praestantes,

[1] *Serm.* III, 14: *PL* 54, 147-148.

5104

quibuscum, tamquam ab se delegatis, eas omnes facultates, tam per modum actus quam habitualiter, communicare queat, quas Apostolicis Litteris in forma Brevis largiturі sumus.

Quae vero, in tanto opere peragendo, maioris ponderis res occurrerint, has volumus ad Nosmetipsos proxime referri, ut ea decernere possimus, quae magis expedire in Domino iudicaverimus.

Omnino patet, haec omnia tunc tantum prospere eventura esse, si Romanus clerus et populus huiusmodi inceptum ad se ipsos quam maxime pertinere censeant; quare dilectissimos Romae fideles summopere adhortamur, ut animum ad illud celebrandum convenienter disponant, ad eiusque felicem exitum, pro sua quisque condicione, studiose allaborent.

Quoniam autem *neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed, qui incrementum dat, Deus*[2], cupimus ut ad supernam impetrandam gratiarum copiam publicae habeantur in patriarchalibus Basilicis aliisque templis supplicationes, prout ab eodem Venerabili Fratre Nostro in Urbe Vicario opportuno tempore statutum erit.

Divinus Redemptor noster, exoratus a Beatissima Genetrice sua Maria, quae *Salus populi Romani* nuncupatur et colitur, a SS. Apostolis Petro et Paulo, a ceterisque almae huius Urbis Patronis, vota Nostra ac preces benignissime excipiat; ita quidem, ut coram universo terrarum orbe Roma novo fulgeat sanctitatis splendore, non solum ob catholicae veritatis Cathedram, quam Deus in ea constituit, sed etiam ob optimum exemplum sui populi, ob eiusque christianam fidem, quam S. Paulus Apostolus tantopere dilaudavit[3].

Datum Romae, apud S. Petrum, die VIII mensis februarii, feri IV Cinerum, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.—PAULUS PP. VI.

[1] 1 *Cor.* 3, 7. [2] Cfr. *Rom.* 1, 8.

3530

1967 FEB 9.-SC RITUUM, RESCR. AAS 59 (1967) 181-182

INDULTA LITURGICA CONCESSA QUINQUAGESIMO ANNO PERCURRENTE A BEATAE MARIAE VIRGINIS DE FATIMA INCOEPTA VENERATIONE

Quo maiore liturgica solemnitate, non modo in dioecesi Leiriensi, sed et in toto catholico orbe, recoleretur quinquagesimus annus ex quo Beata Maria Virgo sub invocatione de Fatima peculiariter veneratur, Excmus ac Revmus Dominus Ioannes Pereira Venâncio, Episcopus Leiriensis, a Sanctitate Sua humiliter imploravit, ut per totum anniversarium annum, qui die 13 mensis Maii a. 1967 inchoabitur, peculiares actiones liturgicae peragi possent.

Porro SSmus Dominus noster Paulus Papa VI, referente infrascripto Sacrae Rituum Congregationis Cardinali Praefecto, in Audientia diei 9 Februarii anni huius eidem concessa, benigne indulsit, ut:

1.°) Die 13 Maii a. 1967 (Vigilia Pentecostes), in Sanctuario B. M. V. apud «Cova da Iria» celebrari possit, tamquam votiva I cl., unica Missa de B. M. V. a Rosario de
182 Fatima, Patrona principali dioec. Leiriensis. /

2.°) Die 12 Maii a. 1967, in omnibus per terrarum orbem ecclesiis, litari valeat unica Missa de Immaculato Corde B. M. V. vel de B. M. V. a Rosario.

3.°) Toto durante anno anniversario, in Sanctuario B. M. V. de Fatima, sacerdotes peregrini celebrare valeant Missam de Immaculato Corde B. M. V., vel de B. M. V. a Rosario, tamquam votivam II cl.; vel quoties Missa dicitur in favorem peregrinantium: servatis rubricis.

4.°) Ut, denique, in omnibus ecclesiis et sanctuariis catholici orbis B. Mariae Virgini de Fatima dedicatis, celebrari possit, singulis per anniversarium annum Sabbatis, Missa de Immaculato Corde B. M. V. vel de B. M. V. a Rosario, tamquam votiva II cl.: servatis rubricis.

Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 9 Februarii 1967.—Arcadius M. Card. LARRAONA, *Praef.* Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secr.*

5105

3531

1967 FEB 11.-VICAR. URBIS, DECR.-NORMAE. PART.*

CONSTITUTIO ET ORDINATIO CONSILII PRESBYTERIALIS DIOECESEOS ROMANAE

In ossequio ai Decreti conciliare *Christus Dominus* [LE 3332] e *Presbyterorum Ordinis* [LE 3365] e secondo le prescrizioni del Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457], promulgato dal Santo Padre Paolo VI in data 6 agosto 1966, costituiamo, per la Diocesi di Roma, il *Consiglio Presbiterale* che sarà retto dal presente Ordinamento.

Ordinamento del Consiglio Presbiterale

1. Il Consiglio Presbiterale riunisce attorno al Cardinale Vicario i rappresentanti del Presbiterio diocesano per assisterlo nel governo della Diocesi *(Ecclesiae Sanctae*, I, n. 15, par. I).

2. Il Consiglio Presbiterale è presieduto dal Cardinale Vicario, assistito dal Vicegerente, il quale, in caso di Sua assenza, lo supplirà, e dai Vescovi Ausiliari e Delegati.

Ne è Segretario il Segretario del Vicariato coadiuvato dal Sostituto del Vicariato.

3. Fanno parte del Consiglio Presbiterale: *a)* alcuni rappresentanti del Vicariato e cioè: l'Officiale di Curia; Mons. Segretario per gli Istituti Religiosi femminili; Mons. Economo; *b)* il Segretario per la Pontificia Opera per la Preservazione della Fede in Roma; *c)* il Rettore del Seminario Romano Maggiore; *d)* il Rettore del Collegio Capranica; *e)* un rappresentante dei Rettori Magnifici delle Pontificie Università e dei Pontifici Atenei Romani, da loro eletto; *f)* alcuni Sacerdoti nominati dal Cardinale Vicario; *g)* dieci Parroci, cinque secolari e cinque religiosi, e cinque Viceparroci; *h)* cinque Religiosi, in rappresentanza dei Religiosi che operano nella pastorale diocesana.

4. I Parroci di ciascun Settore eleggeranno, tra loro, due rappresentanti; i Viceparroci incardinati nella Diocesi di Roma, che avranno compiuto sei anni di sacerdozio, eleggeranno fra loro cinque rappresentanti al Consiglio. Tali elezioni saranno per due scrutini a maggioranza assoluta, al terzo scrutinio a maggioranza relativa.

5. I Religiosi verranno designati dal Comitato Regionale Romano del C. I. S. M.

6. I membri elettivi del Consiglio Presbiterale rimangono in carica per un triennio e possono essere rieletti, ma solo per un altro triennio.

Con la vacanza dell'ufficio del Cardinale Vicario, il Consiglio Presbiterale verrà a cessare dalle sue funzioni: il successore costituirà un nuovo Consiglio, in conformità a quanto prescritto dal Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* (I, n. 15, par. 4).

7. Il Consiglio Presbiterale ha solo potere consultivo. In esso il Cardinale Vicario ascolterà i Sacerdoti, li consulterà e con loro discuterà dei problemi riguardanti il bene della Diocesi e le necessità del lavoro pastorale *(Ecclesiae Sanctae*, I, n. 15, par. 1, par. 3; n. 21, par. 2, par. 3).

8. Il Consiglio Presbiterale sarà convocato in seduta ordinaria dal Cardinale Vicario almeno due volte l'anno.

Il presente Ordinamento sarà in vigore *ad experimentum* con decorrenza dal giorno 1 aprile 1967.

Dal Vicariato di Roma, 11 Febbraio 1967.—Luigi Card. VICARIO. G. Giaquinta, *Segr.*

* Riv. dioc. Roma 8 (1967) 295-296.

3532

1967 FEB 11.-VICAR. URBIS, DECR.-NORMAE. PART.*

CONSTITUTIO ET ORDINATIO CONSILII PASTORALIS DIOECESEOS ROMANAE

In ossequio al Decreto conciliare *Christus Dominus* [LE 3332] e secondo le prescrizioni del Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457], promulgato dal Santo Padre Paolo VI in data 6 Agosto 1966, costituiamo, per la Diocesi di Roma, il *Consiglio Pastorale* che sarà retto dal presente Ordinamento.

5106

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

Ordinamento del Consiglio Pastorale

1. Il Consiglio Pastorale è costituito da una assemblea di membri effettivi, coadiuvata da alcune sezioni di studio.

Esso «deve studiare», approfondire tutto quanto riguarda le opere pastorali e trarne delle conclusioni pratiche per promuovere la conformità della vita e dell'attività del Popolo di Dio con il Vangelo» *(Ecclesiae Sanctae*, I, n. 16, par. 1).

2. Il Consiglio Pastorale è presieduto dal Cardinale Vicario assistito dal Vicegerente, il quale, in caso di Sua assenza, lo supplisce, e dai Vescovi Ausiliari e Delegati.

Ne è Segretario il Segretario del Vicariato, coadiuvato dal Sostituto del Vicariato.

3. Fanno parte del Consiglio Pastorale, quali membri effettivi, in rappresentanza degli organismi a cui appartengono, le seguenti persone: il Camerlengo dei Parroci; i Rettori: del Seminario Romano Maggiore, Minore, Giuridico, dell'Almo Collegio Capranica, del Collegio S. Eugenio; il presidente dell'O. D. A.; il Direttore dell'Ufficio Catechistico del Vicariato; due Sacerdoti degli Uffici della Curia Romana, un Sacerdote degli Uffici del Vicariato e uno della Preservazione della Fede, nominati dal Cardinale Vicario; il Preside del Pontificio Istituto di Pastorale; gli Assistenti e i Presidenti della Giunta e dei Rami di A. C.; un Prefetto e un Parroco per ciascuno dei cinque Settori della Diocesi eletti dai Parroci; i Segretari delle Commissioni diocesane; i Presidenti di ciascuna sezione di studio; due Professori di Religione (un Sacerdote ed un laico) eletti dagli altri Professori; due Cappellani di luoghi di cura eletti dai Superiori delle Comunità; un Viceparroco per ogni settore, eletto dagli altri Viceparroci diocesani che abbiano compiuto sei anni di sacerdozio; due Religiosi presentati dal Comitato Regionale Romano del C. I. S. M.; due Religiose presentate dalla Segreteria interdiocesana del F. I. R.

4. Il Consiglio Pastorale è assistito da sesioni di studio, alcune permanenti ed altre temporanee, istituite cioè per esigenze particolari. Il loro numero e le rispettive competenze verranno fissati con apposito decreto.

5. Le Associazioni, i Movimenti e tutte le Organizzazioni cattoliche operanti in Diocesi, potranno essere chiamate dal Cardinale Vicario a scegliere un loro rappresentante presso le sezioni di studio che assistono il Consiglio Pastorale.

6. Le singole sezioni di studio saranno composte oltre che da esperti nominati dal Cardinale Vicario, dai rappresentanti delle Associazioni, Movimenti e Organizzazioni di cui al n. 5, i quali potranno partecipare a nome della propria Associazione, Movimento o Organizzazione o, nel caso che così stabilisca il Cardinale Vicario, a nome di gruppi di Associazioni, Movimenti, Organizzazioni similari.

7. Le singole sezioni di studio eleggeranno il loro Presidente, che sarà di diritto membro effettivo del Consiglio Pastorale.

8. Il Presidente presenterà al Cardinale Vicario, per la necessaria nomina, quegli esperti che stimerà opportuno far partecipare ai lavori della sezione stessa.

9. Le sezioni di studio metteranno a servizio del Consiglio Pastorale la loro collaborazione specializzata, di esperienza, di studio e di attività apostolica.

10. Per facilitare la collaborazione tra le Commissioni diocesane già esistenti o future e le corrispondenti sezioni di studio, ogni Presidente di sezione apparterrà alla Commissione diocesana corrispondente e questa, a sua volta, eleggerà un suo rappresentante presso la sezione di studio.

11. Il Consiglio Pastorale, che ha solo voce consultiva *(Ecclesiae Sanctae*, I, n. 16, par. 2), sarà convocato dal Cardinale Vicario di norma ogni tre mesi, mentre le singole sezioni di studio si riuniranno a seconda delle esigenze.

12. Il Consiglio Pastorale dura in carica un triennio. I membri elettivi possono essere rieletti solo per un secondo triennio.

13. Le varie elezioni, di cui nei numeri precedenti, saranno per due scrutini a maggioranza assoluta, al terzo scrutinio a maggioranza relativa.

14. Il Consiglio Pastorale si avvale dell'opera dell'Ufficio Pastorale del Vicariato.

Il presente Ordinamento sarà in vigore *ad experimentum* con decorrenza dal giorno 1 Aprile 1967.

Dal Vicariato di Roma, 11 Febbrario 1967.—Luigi Card. VICARIO. G. Giaquinta, *Segr.*

* Riv. dioc. Roma 8 (1967) 297-299.

3533

1967 FEB 16.-SECRETAR. STATUS, NOTIFICATIO. PART.*

FERENDA LEX CIVILIS DE DIVORTIO IN ITALIA CONTRADICIT CONCORDATO CUM SEDE APOSTOLICA VIGENTI

La Segreteria di Stato di Sua Santità ossequia l'Ambasciata d'Italia presso la Santa Sede e, richiamando quanto ha già avuto l'onore di comunicare con la Nota 5902-66, del 22 agosto u. s. [LE 3460], si pregia di significarle quanto segue:

Da quanto ha riferito la stampa, la Commissione per gli Affari Costituzionali della Camera dei Deputati ha di recente espresso il parere che una legge ordinaria intesa a introdurre il divorzio in Italia non sarebbe in contrasto con il Concordato fra la Santa Sede e l'Italia.

Più precisamente, nel parere si afferma che la «proposta di legge Fortuna» non intaccherebbe l'articolo 34 del Concordato in quanto «si limita a introdurre una nuova disciplina circa la durata di taluni effetti civili del matrimonio».

La Segreteria di Stato di sua Santità non potrebbe passare sotto silenzio tale parere, che costituisce un'interpretazione unilaterale, oltre che infondata, di una norma concordataria.

Con l'articolo 34 del Concordato, lo Stato Italiano, dopo di aver indicato il fine della disposizione, che è quello di ridonare all'istituto del matrimonio dignità conforme alle tradizioni cattoliche del popolo italiano, si è impegnato a riconoscere gli effetti civili al matrimonio celebrato secondo le norme del diritto canonico.

Mediante detto articolo, il matrimonio canonico, già in sè perfetto nei suoi elementi costitutivi, vale a tutti gli effetti civili.

Tali effetti civili sono inseparabili dal matrimonio stesso. È di tutta evidenza, quindi, che lo Stato Italiano, come non può non attribuire effetti civili al matrimonio religioso regolarmente trascritto, così non può togliere detti effetti a tale matrimonio finchè esso è riconosciuto sussistente dalla Chiesa secondo le norme del diritto canonico.

È superfluo, pertanto, rilevare che eventuali provvedimenti legislativi, i quali pretendessero, in determinati casi, di dichiarare «sciolto» un matrimonio canonico, al quale lo Stato Italiano si è impegnato, con atto bilaterale, a riconoscere gli effetti civili, costituirebbe una violazione degli obblighi che il medesimo Stato ha assunto verso la Santa Sede, non più riconoscendo, anzi praticamente distruggendo un vincolo, che invece deve continuare ad operare e produrre effetti civili finchè è operante e valido nell'ordinamento in cui è nato. Dichiarare «sciolto» un tale matrimonio sarebbe non un regolarne gli effetti civili —poichè l'indissolubilità non è un «effetto», ma una proprietà del matrimonio, sibbene non più riconoscere l'atto che di tali effetti è la causa.

La Segreteria di Stato di Sua Santità prega l'Ambasciata d'Italia di voler portare a conoscenza del Governo Italiano quanto sopra esposto.

La medesima Segreteria di Stato di Sua Santità profitta ben volentieri della circostanza per rinnovare all'Eccellentissima Ambasciata d'Italia presso la Santa Sede i sensi della sua più alta considerazione.

Dal Vaticano, 16 febbraio 1967.

* Ad Legatum Italiae apud Sanctam Sedem: Dir. eccl. 81 (1970) 180-181.

3534

1967 FEB 22.-SC ORIENT., DECR. AAS 59 (1967) 165-166

DE MATRIMONIIS MIXTIS INTER CATHOLICOS ET ORIENTALES BAPTIZATOS ACATHOLICOS

Crescens matrimoniorum mixtorum frequentia inter orientales-catholicos et christianos orientales acatholicos in Patriarchatibus et Eparchiis orientalibus et in ipsis dioecesibus latinis, itemque necessitas incommodis inde emanantibus occurrendi causae fuerunt cur Concilium Oecumenicum Vaticanum II statuerit: «quando catholici orientales cum acatholicis orientalibus baptizatis matrimonium ineunt, formam canonicam celebrationis pro his matrimoniis obligare tantum ad liceitatem: ad validitatem sufficere praesentiam ministri sacri, servatis aliis de iure servandis» *(Decretum de Eccl. Orient. Cath. n.* 18) [LE 3233].

Cum autem in hodiernis singularibus rerum adiunctis mixta matrimonia inter fideles quoque catholicos latini ritus et fideles orientales acatholicos ineantur, diversaque disciplina canonica multas et graves difficultates sive in Oriente sive in Occidente ingeneret, variis e partibus preces Summo Pontifici factae sunt ut disciplinam canonicam unicam in materia reddere dignaretur, catholicis quoque latini ritus indulgens quod pro catholicis ritus orientalis statutum erat.

Ssmus Dominus Noster Paulus, Divina Providentia Papa VI, re/ mature perpensa ac diligenter pervestigata, 166
precibus et optatis sibi porrectis concedendum censuit ac

benigne indulsit ut ubique terrarum, ad praecavenda matrimonia invalida intra fideles latini ritus et fideles christianos non-catholicos rituum orientalium, ad consulendum firmitati et sanctitati nuptiarum, ad magis magisque fovendam caritatem inter fideles catholicos et fideles orientales non catholicos, quando catholici sive orientales sive latini matrimonia contrahunt cum fidelibus orientalibus non catholicis, formam canonicam celebrationis pro his matrimoniis obligare tantum ad liceitatem; ad validitatem sufficere praesentiam ministri sacri, servatis aliis de iure servandis.

Quae quidem matrimonia sedulo in praescriptis libris quamprimum sub vigilantia Pastorum ut adnotentur curandum est; quod etiam valet quando catholici orientales cum acatholicis orientalibus baptizatis matrimonium ineunt, ad normam Decreti Conciliaris *De Ecclesiis Orientalibus Catholicis* n. 18 [LE 3233].

Pro ipsa matrimonii sanctitate ministri quoque acatholici reverenter et enixe rogantur ut mutuam operam praestent ad adnotationem nuptiarum curandam in libris partis catholicae, sive latini sive orientalis ritus.

Ordinariis autem locorum, qui dispensationem super impedimentum mixtae religionis concedunt, facultas pariter fit dispensandi ab obligatione servandi formam canonicam ad liceitatem si difficultates exstent quae, eorum prudenti iudicio, hanc requirant dispensationem.

Idem Summus Pontifex Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali, cui Ipse praeest, mandavit ut summa haec deliberatio et concessio omnibus nota fieret; quapropter eadem Sacra Congregatio, consulta etiam Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei, de mandato Sanctissimi praesens Decretum exaravit in Acta Apostolicae Sedis referendum.

Ut interim hoc novum statutum in omnium quorum interest notitiam veniat, sive sunt cuiusvis ritus catholici sive orthodoxi, praesens Decretum vigere incipiet a die XXV mensis Martii an. MCMLXVII, in festo Annuntiationis Beatae Mariae Virginis.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die XXII mensis Februarii an. MCMLXVII, in festo Cathedrae S. Petri Apostoli.—Gustavus Card. TESTA, *Pro-Praef.* Marius Brini, Archiep. tit. Algizen., *a Secretis.*

Adn. F. BERSINI in Perfice munus 43 (1968) 284-291; M. BREYDY in REDC 23 (1967) 377-392; C. PUJOL in PrM 56 (1967) 505-517; J. M. RIBAS in Ius can. 7 (1967) 187-205.

3535

1967 FEB 23.-SC DOCTRINAE FIDEI, INSTR. PART.*

INSTRUCTIO AD ORBIS CATHOLICI EPISCOPOS DE COMMISSIONIBUS DOCTRINALIBUS INSTITUENDIS

Litteris Apostolicis Motu Proprio datis die VII Decembris 1965, quibus initium a verbis *Integrae servandae* [LE 3359] Summus Pontifex Paulus D. P. Papa VI huius Sacri Dicasterii nomen commutavit et innovavit ordinem, ut nimirum munere ipsius proprio, Fidei morumque doctrinam tutandi et apte promovendi, pro temporum adiunctis uberiore cum fructu fungatur.

Qua quidem in sollecitudine, ad universae Ecclesiae emolumentum spectante, addecet Episcopos, quippe qui cum Romano Pontifice Capite apostolicum obeunt officium, adlaborare.

Eae vero sunt hodie scientiarum progressiones ut incrementum doctrinae plerumque nonnisi ex multorum collatis laboribus proveniat. Id etiam, experientia teste, solet evenire ut cogitata et placita disciplinae cuiuslibet ubicumque prolata mire amplificatis temporibus nostris instrumentis communicationis socialis, quae vocantur, mox per orbem universum diffundantur. Hoc peculiari titulo verum est de religiosis problematibus quae, nostris hisce temporibus, non intra singuli alicuius templi vel scholae parietes continentur, sed propalam fidelium in dies plurium, immo cultorum quorumque hominum mentibus obversantur: cum scilicet Deus non sine sui testimonio humanum genus relinquat.

Quapropter in re nostra necesse est ut singularum gentium Episcopatus inter se conveniant, itemque omnes cum Apostolica Sede, unde «Sacerdotii unitas exsurgit»: ad quod revera obtinendum optime consultum erit si penes Episcoporum Conferentias quas vocant doctrinalis Commissio editis scriptis invigilet, veri nominis religiosam scientiam foveat, in diiudicandis libris opem Episcopis praebeat.

Porro ita iam apud quasdam Episcopales Conferentias factum esse Sancta Sedes agnoscit et laudat. Illas vero Conferentias in quibus huiusmodi Commissio nondum exstat, haec Sacra Congregatio, Summo Pontifice libentissime approbante, hortatur ut eam quantocius constituant.

In spiritu igitur fraternae catholicae communionis hoc S. Dicasterium exoptat ut prae primis ipsi per se Episcopi vel singulariter vel in coetu coadunati, pro munere et iure suo fidei custodiendae satagant utque ea quae censuerint notabile habere momentum, relate ad fidei morumque doctrinam, cum eadem S. Congregatione communicent suggerentes etiam quae remedia, ad errores forte evellendos, expedire in Domino videantur: quibus in rebus praestandis praedictas Commissiones praecipue adiuvare opus erit.

Hisce in laboribus explendis non dubium quin multum possint conferre Universitatum Catholicarum doctores aliique docti viri quos Episcopi socios sibi operae adsciscent.

Illos denique Episcopos, in quorum territorio editoriales domus sitae sunt, haec Sacra Congregatio enixe rogat ut praecipua opera in lucem edita, quae notabilem influxum, sive bonum sive malum late habitura praevidentur ad catholicam doctrinam et annexas opiniones quod attinet, huc transmittere velint.

Romae d. 23 Febr. 1967.—A. Card. OTTAVIANI, *Pro-Praef. S. C. pro Doctrina Fidei.*

* Nuntius 1 (1967) 15-16. Adn. Nuntius 1 (1967) 18.

3536

1967 FEB 23.-SECRET. STATUS, RESCRIPTUM. PART.*

SUSPENDITUR CLAUSULA CAN. 504 ET DECLARATUR FILIOS ILLEGITIMOS, EXCEPTIS ADULTERINIS ET SACRILEGIS, NON AMPLIUS ESSE INHABILES AD MUNUS SUPERIORIS MAIORIS

Dal Vaticano, 23 Febbraio 1967

Eminenza Reverendissima, Con Foglio N. S. R. 1477/67 codesta S. Congregazione domandava al Santo Padre che fosse sospeso il divieto stabilito dal canone 504 del Codice di Diritto Canonico che gli illegittimi siano eletti Superiori Maggiori in una religione per evitare la necessità di rivelare casi occulti o l'eventuale invalidità di qualche elezione.

Al riguardo mi do premura di portare a conoscenza dell'Eminenza Vostra Reverendissima che il Sommo Pontefice Si è compiaciuto di concedere che, salvo ciò che sarà disposto dal nuovo Codice di Diritto Canonico, l'efficacia della suddetta clausola del canone 504 sia sospesa, però con la seguente limitazione «non autem pro prole adulterina et sacrilega in casibus publicis. In casibus vero occultis recurratur ad S. Sedem».

Profitto volentieri della circostanza per confermarmi con sensi di profonda venerazione dell'Eminenza Vostra Reverendissima Dev.mo in Domino.—A. G. Card. CICOGNANI.

* Card. Praefecto S. C. de Religiosis, Prot. N. 89588: AOFM 86 (1967) 264. Adn. L. GUTIERREZ in CpR 46 (1967) 188-193.

3537

1967 FEB 24.-SC CONCILII, RESP. AAS 59 (1967) 229

DE SENSU ET OBLIGATIONE «SUBSTANTIALIS» OBSERVANTIAE LEGIS PAENITENTIALIS, PRAECIPUE IEIUNII ET ABSTINENTIAE

Quaesitum est: I) Utrum *substantialis* observantia dierum paenitentiae, quae in Constitutionis Apostolicae «*Paenitemini*» parte dispositiva, n. II, par. 2 (17 Februarii 1966, cfr. *A. A. S.*, LVIII, p. 183) [LE 3412], graviter tenere declaratur, referenda sit ad singulos dies paenitentiae obligatorie in tota Ecclesia servandos; II) an potius ad complexum dierum paenitentialium cum impositis paenitentiis custodiendum.

Sacra Congregatio Concilii, adprobante Summo Pontifice Paulo VI, respondit: Ad I) *Negative*; Ad II) *Affirmative*, seu eum graviter contra legem peccare, qui, observa-

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

tionis paenitentialis complexive praescriptae partem, sive quantitative sive qualitative notabilem, absque motivo excusante, omiserit.

Datum Romae, die 24 Februarii 1967.—Petrus Palazzini, *a Secr.* Florentius Romita, *Subscr.*

Adn. A. PEINADOR in CpR 46 (1967) 225-228. Alias Adn. vide sub die 17 Feb. 1966: LE 0000.

3538

1967 FEB 24.-SC CONC., DECL. AAS 59 (1967) 229-230

De continuitate celebrationis Missarum Tricenarii Gregoriani

Tricenario Gregoriano, quod ex improviso impedimento (e. g. superveniente morbo), aut ex alia rationabili causa (e. g. celebratione Missae funeris vel sponsalium), interrum-
230 pitur, ex dispositione Ecclesiae, fru/ctus suffragii servantur, quos eidem Tricenario praxis Ecclesiae et pietas fidelium hucusque agnoverunt, firma obligatione Sacerdotis celebrantis quamprimum complendi celebrationem triginta Missarum.

Ordinarius vero opportune invigilet ne in re tanti momenti abusus irrepserint.

Datum Romae, de mandato Summi Pontificis Pauli VI, die 24 Februarii 1967.—Petrus Palazzini, *a Secr.* Florentius Romita, *Subsecr.*

Adn. E. F. REGATILLO in Sal terrae 56 (1968) 389-392.

3539

1967 FEB 27.-SC DOCTRINA FIDEI, RESPONSUM. PART.*

Dispensatio impedimenti mixtae religionis vel disparitatis cultus concedi nequit, nisi pars saltem catholica, quamvis cautiones formaliter praestare renuat, parata sit ad procurandum baptismum et educationem catholicam prolis

Die 27 Februarii 1967

In your letter of 5 December, 1966, the Reverend Chancellor of the Curia of X. proposed the case of the marriage to be contracted by Briau, a Catholic, and Anne, a non-Catholic, who do not intend to make the promises regarding the baptism and Catholic education of their offspring.

In this regard I inform you that the requested dispensation cannot be granted in the instance unless the Catholic party seriously promises that he will provide, in as far as he shall be able, for all the children to be baptized and educated as Catholics.

* Cuidam Ordinario loci, Prot. N. 4529/66m: BOUSCAREN VI, p. 603-604.

3540

1967 MAR 1.-SC RELIGIOSORUM, DECLARATIO. PART.*

De relationis quinquennalis suspensione deque actis capituli specialis ad S. Sedem non mittendis

Roma, 1° marzo 1967

Reverendissimo Padre, Questa S. Congregazione si rende ben conto dei lavori che l'attuale momento comporta per le Famiglie Religiose in vista, soprattutto, del Capitolo Generale Speciale. Essa pertanto, nell'intento di non appesantirli maggiormente, ha giudicato opportuno *di sospendere temporaneamente*, fino a nuovo avviso, l'invio della Relazione Quinquennale.

Nel frattempo si provvederà alla redazione di un nuovo *Questionario*, più corrispondente ai comuni desideri, spesse volte manifestati a questo S. Dicastero.

Inoltre, fermo restando l'obbligo di mandare a questa S Congregazione gli Atti dei Capitoli Generali *Ordinari* delle Religioni di diritto pontificio, non è necessario trasmettere gli Atti dei Capitoli Generali *Speciali*, mentre si dovrà —beninteso— sempre ricorrere a questo medesimo S. Dicastero, come prescritto dal M. P. «*Ecclesiae Sanctae*» [LE 3457], per l'approvazione definitiva delle nuove Costituzioni dopo l'esperimento.

5111

La S. Congregazione, nell'informarLa di tali disposizioni, prega la Paternità Vostra Reverendissima, nella Sua qualità di Presidente dell'Unione Romana dei Superiori Generali, di comunicarle al più presto a tutti i Superiori Generali degli Ordini e Congregazioni per opportuna conoscenza e norma.

RingraziandoLa anticipatamente, Le porgo i sensi del mio religioso ossequio e mi raffermo della Paternità Vostra Rev.ma I. Card. Antoniutti, *Pref.*, Paolo Philippe, *Segretario.*

* Ad Praesidem Unionis Romanae Superiorum Generalium. Prot. N. S. R. 1463/65: CpR 46 (1967) 406-407. Adn. L. GUTIERREZ in CpR 46 (1967) 407.

3541

1967 MAR 5.-SC RITUUM, INSTR. AAS 59 (1967) 300-320

Instructio de Musica in Sacra Liturgia

Prooemium

1. Musicam sacram, in iis quae ad liturgicam instaurationem spectant, Sacrosanctum Oecumenicum Concilium Vaticanum secundum attente consideravit, eiusque munus in divinis officiis illustravit, plura principia pluresque leges hac de re in Constitutione de sacra Liturgia edicens, eique tribuens integrum caput eiusdem Constitutionis.

2. Quae autem Sacrosanctum Concilium statuit, in instauratione liturgica nuper inchoata ad usum adduci iam coepta sunt. Sed e novis normis ad sacrorum rituum ordinationem et fidelium actuosam participationem pertinentibus, quaestiones aliquae de musica sacra eiusque ministeriali munere ortae sunt, quae solvendae videntur ad nonnulla principia Constitutionis de sacra Liturgia hac in re melius declaranda.

3. Consilium, proinde, ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia constitutum, de mandato Summi Pontificis, has quaestiones accurate perpendit atque praesentem Instructionem confecit, quae non universam quidem legislationem de musica sacra colligit, sed praecipuas tantum normas statuit, quae magis necessariae hac aetate videntur; quaeque veluti continuatio et complementum efficitur prioris Instructionis huius Sacrae Congregationis, ab eodem «Consilio» praeparatae, et ad exsecutionem spectat Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinandam, die 26 Septembris 1964 evulgatae [LE 3217]./ 301

4. Sperare licet fore ut, has normas libenti animo accipientes et in usum adducentes, animorum pastores, musici artifices, fidelesque concordi animo contendant ad verum finem musicae sacrae attingendum, «qui gloria Dei est atque sanctificatio fidelium» [1].

a) Ideo illa dicitur musica sacra quae, ad cultum divinum celebrandum creata, sanctitate et bonitate formarum praedita est [2].

b) Sub nomine *musicae sacrae* hic veniunt: cantus gregorianus, polyphonia sacra antiqua et moderna in suis diversis generibus, musica sacra pro organo et aliis admissis instrumentis, et cantus popularis sacer seu liturgicus et religiosus [3].

I. *De quibusdam normis generalibus*

5. Formam nobiliorem actio liturgica accipit, cum in cantu peragitur, ministris cuiusque gradus ministerio suo fungentibus, et populo eam participante [4]. Per hanc enim formam oratio suavius exprimitur, mysterium sacrae Liturgiae eiusque indoles hierarchica et communitatis propria apertius manifestantur, unitas cordium per vocis unitatem profundius attingitur, mentes per rerum sacrarum splendorem ad superna facilius extolluntur, et universa celebratio illam clarius praefigurat, quae in sancta civitate Ierusalem peragitur.

Proinde huiusmodi celebrationis formam animorum pastores sedulo studio assequi conentur; immo munerum et partium distributionem, quae actionibus sacris in cantu celebratis est magis propria, ad alias quoque celebrationes sine cantu cum populo peragendas congrue transferant, id praesertim attendentes, ut necessarii et idonei ministri habeantur, et populi actuosa participatio foveatur./ 302

[1] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 112: *A. A. S.* 56 (1964) p. 128 [LE 3141]. [2] Cfr. S. Pius X, Motu proprio *Tra le sollecitudini* (22 nov. 1903), n. 2: *A. A. S.* 36 (1903-1904) p. 332. [3] Cfr. S. C. Rituum, Instr. de Musica sacra et sacra Liturgia (3 sept. 1958), n. 4: *A. A. S.* 50 (1958) p. 633 [LE 2774]. [4] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 113: *A. A. S.* 56 (1964) p. 128 [LE

Cuiusque autem celebrationis liturgicae effectiva praeparatio concordi animo fiat inter omnes quorum interest sive quoad ritus, sive quoad rem pastoralem aut musicam, rectore ecclesiae moderante.

6. Genuina celebrationis liturgicae ordinatio, praeter debitam munerum divisionem et exsecutionem, qua nempe «quisque, sive minister sive fidelis, munere suo fungens, solum et totum id agat, quod ad ipsum ex rei natura et normis liturgicis pertinet» [5], postulat quoque ut sensus et natura propria cuiusque partis et cuiusque cantus probe serventur. Ad hoc assequendum, oportet imprimis ut ea, quae cantum per se requirunt, cantu revera proferantur, genere tamen et forma adhibitis, quae eorum indoles requirat.

7. Inter formam celebrationum liturgicarum sollemnem pleniorem, in qua omnia quae cantum exigunt, revera cantu proferuntur, et formam simplicissimam in qua cantus non adhibetur, plures gradus haberi possunt prout amplior vel minor locus cantui tribuitur. In seligendis tamen partibus quae cantu proferantur, ab iis initium sumatur quae ex earum natura potioris sunt momenti, et praesertim ab iis quae a sacerdote vel ministris sunt canendae, populo respondente, aut simul a sacerdote et populo sunt cantu proferendae, ceteris gradatim additis quae unius populi vel unius scholae cantorum sunt propriae.

8. Quotiescumque ad actionem liturgicam cantu celebrandam personarum delectus fieri potest, expedit, ut ii praeferantur qui in cantu excellentiores esse noscuntur; praesertim si agitur de actionibus liturgicis sollemnioribus, et de iis quae aut cantum difficiliorem exigunt, aut radiophonice vel televisifice transmittuntur [6].

Si vero huiusmodi delectus fieri nequit, et sacerdos vel minister voce apta ad cantum debite exsequendum non pollet, potest unam alteramve partem difficiliorem ex iis
303 quae ad ipsum spectant absque cantu / proferre, eam elata voce et distincte recitando. Hoc autem ne in commoditatem tantum sacerdotis vel ministri fiat.

9. In seligendo genere musicae sacrae, sive pro schola cantorum sive pro populo, ratio habeatur facultatum eorum qui cantare debent. Nullum genus musicae sacrae Ecclesia ab actionibus liturgicis arcet, dummodo spiritui ipsius actionis liturgicae et naturae singularum eius partium respondeat [7], et debitam actuosam populi participationem non impediat [8].

10. Quo autem libentius et fructuosius fideles actuosam participationem praestent, convenit, ut celebrationum formae ipsiusque participationis gradus, iuxta dierum coetuumque sollemnitatem, quantum fieri potest opportune varientur.

11. Prae oculis habeatur veram actionis liturgicae sollemnitatem, potius quam ex ornatiore forma cantus et magnificentiore caeremoniarum apparatu, ex digna et religiosa celebratione pendere, quae rationem habeat integritatis ipsius actionis liturgicae, seu exsecutionis omnium eius partium, iuxta propriam earum naturam. Ornatior forma cantus et magnificentior caeremoniarum apparatus quandoque optanda quidem sunt, ubi facultates suppetunt id debite praestandi; attamen contra veram sollemnitatem actionis liturgicae esset, si ad aliquod eius elementum omittendum, immutandum, indebite peragendum induceret.

12. Uni Sedi Apostolicae competit potiora principia generalia statuere quae sunt veluti musicae sacrae fundamentum, iuxta traditas normas, sed praesertim iuxta Constitutionem de sacra Liturgia. Moderatio inter limites statutos pertinet quoque ad competentes varii generis territoriales Episcoporum coetus legitime constitutos necnon
304 ad Episcopum. [9]. /

II. *De iis qui in liturgicis celebrationibus partem habent*

13. Actiones liturgicae sunt celebrationes Ecclesiae seu plebis sanctae sub Episcopo, vel presbytero, adunatae et ordinatae [10]. Peculiarem in iis locum obtinent, propter sacrum ordinem susceptum, sacerdos eiusque ministri; ob ministerium autem, ministrantes, lectores, commentatores et ii qui ad scholam cantorum pertinent [11].

3141]. [5] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 28: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107 [LE 3141]. [6] S. C. Rituum, Instr. de Musica sacra et sacra Liturgia (3 sept. 1958), n. 95: *A. A. S.* 50 (1958) pp. 656-657 [LE 2774]. [7] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 116: *A. A. S.* 56 (1964) p. 129 [LE 3141]. [8] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 28: *A. A. S.* 56 (1964). [9] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 22: *A. A. S.* 56 (1964) p. 106. [10] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 26 et 41-42: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 107 et 111-112 [LE 3141]; Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen*

14. Sacerdos coetui congregato personam Christi gerens praeest. Preces quas ipse clara voce cantat vel dicit, utpote nomine totius plebis sanctae et omnium circumstantium prolatae [12], ab omnibus sunt religiose audiendae.

15. Fideles munus suum liturgicum implent, plenam illam, consciam atque actuosam participationem praestando, quae ab ipsius Liturgiae natura postulatur, et ad quam populus christianus, vi Baptismatis, ius habet et officium [13].

Haec autem participatio: *a)* in primis interior sit oportet, qua nimirum fideles mentem suam iis quae proferunt vel audiunt accommodant, et supernae gratiae cooperantur [14]; *b)* attamen etiam exterior esse debet, idest quae interiorem participationem manifestet per gestus et corporis habitus, per acclamationes, responsiones et cantum [15]./ 305

Edoceantur quoque fideles ut, ea auscultantes, quae ministri aut schola cantant, mentem suam ad Deum extollere, per interiorem participationem, contendant.

16. Nihil sollemnius vel iucundius potest in sacris celebrationibus exhiberi, quam coetus qui totus suam fidem et pietatem cantu exprimit. Proinde totius populi actuosa participatio, quae cantu manifestatur, sedulo promoveatur hac ratione:

a) Comprehendat imprimis acclamationes, responsiones salutationibus sacerdotis et ministrorum et in precibus litanicis, ac praeterea antiphonas et psalmos, necnon versus intercalares seu responsa repetita, atque hymnos et cantica [16].

b) Per aptam catechesim et exercitationes, populus gradatim ducatur ad ampliorem in dies, immo plenam, participationem praestandam in iis quae ad ipsum pertinent.

c) Aliqui tamen cantus populi, praesertim si fideles nondum fuerint sufficienter instructi, aut si modi musici adhibentur e pluribus vocibus compositi, poterunt etiam uni scholae tribui, dummodo populus ab aliis partibus ne excludatur, quae ad ipsum spectant. Probandus autem non est usus tribuendi uni scholae cantorum universum cantum totius «Proprii» totiusque «Ordinarii», populo a participatione in cantu penitus excluso.

17. Sacrum quoque silentium suo tempore servetur [17]; per illud enim fideles non modo non sunt habendi tamquam extranei vel muti spectatores actionis liturgicae, sed arctius in mysterium inseruntur, quod celebratur, per dispositiones internas, quae e verbo Dei audito, e cantibus et precibus prolatis, atque ex spirituali coniunctione cum sacerdote, suas partes proferente, dimanant.

18. Inter fideles speciali cura cantu sacro instituantur sodales religiosarum societatum laicorum, ita ut efficacius conferant ad participa/tionem populi sustentandam et 306
promovendam [18]. Totius autem populi institutio ad cantum sedulo ac patienter, simul cum institutione liturgica, perficiatur, iuxta fidelium aetatem, condicionem, vitae genus et religiosae culturae gradum, iam a primis annis formationis in scholis elementariis [19].

19. Peculiari mentione dignus, ob liturgicum ministerium quo fungitur, est chorus vel cappella musica vel schola cantorum.

Eius munus, ex normis Sacrosancti Concilii liturgicam instaurationem respicientibus, maioris etiam momenti et ponderis factum est. Eius enim est de partibus sibi propriis, iuxta diversa genera cantuum, debite exsequendis, curare, et actuosam fidelium participationem in cantu fovere.

Proinde: *a)* Chori vel cappellae, vel scholae cantorum habeantur et sedulo foveantur praesertim apud ecclesias cathedrales aliasque maiores ecclesias et in seminariis, atque studiorum domibus religiosis; *b)* Eaedem scholae, etsi parvae, apud minores quoque ecclesias opportune constituantur.

20. Cappellae vero musicae quae apud basilicas, cathedrales, monasteria aliasque ecclesias maiores exstantes, sae-

Gentium, n. 28: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 33-36 [LE 3232]. [11] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 29: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 107-108. [12] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 33: *A. A. S.* 56 (1964) p. 108. [13] Cfr. Const. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 14: *A. A. S.* 56 (1964) p. 104. [14] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 11: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 102-103. [15] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 30: *A. A. S.* 56 (1964) p. 108. [16] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 30: *A. A. S.* 56 (1964) p. 108 [LE 3141]. [17] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 30: *A. A. S.* 56 (1964) p. 108. [18] Cfr. S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), nn. 19 et 59: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 881 et 891 [LE 3217]. [19] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 19: *A. A. S.* 56 (1964) p. 105 [LE 3141]; S. C. Rituum, Instr. de Musica sacra et sacra Liturgia

http://www.obrascatolicas.com

culorum decursu magnam sibi laudem comparaverunt thesaurum musicum pretii inaestimabilis custodiendo et fovendo, propriis traditis sibi normis, ab Ordinario recognitis et probatis, serventur ad sacras actiones splendidiore forma celebrandas.

Curent tamen earundem scholarum magistri atque ecclesiarum rectores, ut populus cantui semper se societ ad partes saltem faciliores sibi proprias agendas.

21. Provideatur, praesertim ubi facultas etiam parvam scholam constituendi desit, ut unus alterve cantor ad mi-
307 nus habeatur, probe insti/tutus, qui simpliciores saltem modos, populo pro sua parte participante, proponat, ipsosque fideles opportune ducat et sustentet.

Expedit ut huiusmodi cantor adsit etiam apud ecclesias schola praeditas, pro iis celebrationibus, quas schola participare nequit et tamen cum aliqua sollemnitate, et ideo cum cantu, peragi decet.

22. Schola cantorum constare potest, iuxta probatos mores populorum aliaque adiuncta, sive ex viris et pueris, sive ex viris et mulieribus, immo, ubi casus revera fert, ex mulieribus tantum.

23. Schola cantorum, attenta cuiusque ecclesiae dispositione, ita collocetur, ut: *a)* clare appareat eius natura, eam nempe fidelium communitatis congregatae partem esse, et peculiare munus agere; *b)* eius ministerii liturgici exsecutio facilior evadat [20]; *c)* singulis suis sodalibus plena in Missa participatio, idest participatio sacramentalis, commode permittatur.

Quoties vero schola cantorum etiam ex mulieribus constat, extra presbyterium ponatur.

24. Praeter institutionem musicam, sodalibus scholae cantorum tradatur etiam opportuna institutio liturgica et spiritualis, ita ut ex eorum muneris liturgici debita exsecutione non tantum decus actionis sacrae et optimum exemplum fidelium exoriantur, sed et ipsorum sodalium bonum spirituale.

25. Ad hanc autem institutionem sive technicam sive spiritualem facilius assequendam, operam praebeant consociationes de musica sacra dioecesanae, nationales et internationales, eae praesertim quae ab Apostolica Sede approbatae et pluries commendatae sunt.

26. Sacerdos, ministri sacri vel ministrantes, lector, et
308 li qui ad scholam cantorum pertinent, necnon et commentator, partes sibi assi/gnatas modo bene intellegibili proferant, ita ut populi responsionem, cum ritu requiritur, faciliorem et quasi obviam reddant. Expedit ut sacerdos et ministri cuiusvis gradus vocem suam cum voce universi coetus fidelium consocient in iis, quae ad populum spectant [21].

III. *De cantu in Missae celebratione*

27. Ad celebrandam Eucharistiam cum populo, praesertim diebus dominicis et festis, praeferenda est, quantum fieri potest, etiam pluries in eodem die, forma Missae in cantu.

28. Retineatur distinctio inter Missam sollemnem, cantatam et lectam sancita Instructione anni 1958 (n. 3), iuxta traditas et vigentes leges liturgicas. Tamen pro Missa cantata gradus participationis, ratione utilitatis pastoralis, proponuntur, ita ut facilius evadat, iuxta cuiusque coetus facultates, Missae celebrationem cantu sollemniorem reddere.

Ipsi tamen gradus ita sunt ordinandi, ut primus etiam solus possit adhiberi, secundus autem et tertius, ex integro vel ex parte numquam sine primo. Itaque fideles ad plenam participationem in cantu semper perducantur.

29. Ad primum gradum pertinent: a) *in ritibus ad introitum*: salutatio sacerdotis una cum responsione populi; oratio. b) *in liturgia verbi*: acclamationes ad Evangelium. c) *in liturgia eucharistica*: oratio super oblata; praefatio, cum dialogo et *Sanctus*; doxologia finalis Canonis; oratio
309 dominica cum sua monitione et embolismo; / *Pax Domini*; oratio post communionem; formulae dimissionis.

30. Ad secundum gradum pertinent: *a) Kyrie, Gloria* et *Agnus Dei*; *b)* Symbolum; *c)* oratio fidelium.

31. Ad tertium gradum pertinent: *a)* cantus ad processiones introitus et communionis; *b)* cantus post lectionem aut Epistolam; *c) Alleluia* ante Evangelium; *d)* cantus ad offertorium; *e)* lectiones Scripturae sacrae, nisi eas sine cantu proferre magis opportunum visum fuerit.

32. Usus legitime vigens in aliquibus locis, passim indultis confirmatus, alios cantus substituendi pro cantibus ad introitum, ad offertorium et ad communionem in Graduali exstantibus, de iudicio competentis auctoritatis territorialis, servari potest, dummodo huiusmodi cantus cum partibus Missae, cum festo vel tempore liturgico congruant. Eadem auctoritas territorialis textus horum cantuum approbare debet.

33. Expedit ut coetus fidelium, quantum fieri potest, cantus «Proprii» participet, praesertim per faciliora responsa vel alios opportunos modulos.

Inter cantus «Proprii» peculiarem vim habet cantus post lectiones occurrens, in modum gradualis aut psalmi responsorii peractus. Natura sua est pars liturgiae verbi; proinde est proferendus omnibus sedentibus et auscultantibus, immo, quantum fieri potest, participantibus.

34. Cantus, qui «Ordinarium Missae» dicuntur, si modis musicis pluribus vocibus conscriptis canuntur, a schola cantorum suetis normis / persolvi possunt, vel «a cappella» 310
vel instrumentis comitantibus, dummodo populus a participatione in cantu omnino non excludatur.

In aliis casibus cantus «Ordinarii Missae» distribui possunt inter scholam cantorum et populum aut etiam inter duas ipsius populi partes, ita ut exsecutio fiat versibus alternis, aut alia congruente ratione, quae partes ampliores totius textus complectatur. In his casibus prae oculis tamen habeatur: *Symbolum*, cum sit forma professionis fidei, praestat ab omnibus cantari, aut tali modo, qui fidelium congruam participationem permittat; *Sanctus*, utpote acclamationem conclusivam praefationis, praestat ab universo coetu, una cum sacerdote, de more cantari; *Agnus Dei*, toties repeti potest quoties necessarium est, praesertim in concelebratione, cum fractionem comitatur; expedit ut populus hunc cantum saltem per invocationem finalem, participet.

35. Oratio dominica a populo una cum sacerdote convenienter profertur [22]. Si lingua latina cantatur, adhibeantur melodiae legitime iam exstantes; si vero lingua vernacula canitur, modi sunt a competenti auctoritate territoriali approbandi.

36. Nihil impedit quominus in Missis lectis aliqua pars «Proprii» vel «Ordinarii» cantetur. Immo quandoque etiam aliquis alius cantus proferri potest initio, ad offertorium et ad communionem, necnon in fine Missae: qui tamen cantus non sufficit ut sit «eucharisticus», sed oportet ut cum partibus Missae, cum festo vel tempore liturgico congruat.

IV. *De cantu Divini Officii*

37. Celebratio Divini Officii in cantu, utpote quae huius precationis naturae magis congruat, et indicium sit plenioris sollemnitatis atque profundioris unionis cordium in laudibus Dei persolvendis, iuxta votum a Constitutione de sacra Liturgia expressum [23], enixe commendatur iis qui in choro vel in communi ipsum Officium Divinum persolvunt. / 311

Expedit enim ut saltem aliqua pars Officii Divini, et in primis Horae praecipuae, nempe Laudes et Vesperae, saltem diebus dominicis et festis, ab his cantu persolvantur.

Alii quoque clerici studiorum causa in communi viventes, aut exercitiorum spiritualium vel aliorum coetuum gratia simul convenientes, per aliquas partes Divini Officii in cantu celebratas coetus suos opportune sanctificent.

38. In Officio Divino in cantu celebrando, firmo iure vigenti pro iis qui obligatione chori tenentur firmisque indultis particularibus, principium «progressivae» sollemnitatis adhiberi potest, quatenus eae partes, quae, natura sua, cantui magis directe destinantur, veluti dialogi, hymni, versus, cantica, cantu proferuntur, cetera vero recitantur.

39. Fideles invitentur et debita catechesi efformentur ad celebrandas in communi diebus dominicis et festis quasdam Divini Officii partes, praesertim autem Vesperas aut, iuxta locorum et coetuum consuetudines, alias Horas. Generatim autem fideles, cultiores praesertim, per aptam institutionem dirigantur ad psalmos, sensu christiano intellectos, in suis precibus adhibendos, ita ut gradatim ad ampliorem gustum et usum orationis publicae Ecclesiae quasi manuducantur.

40. Huiusmodi autem disciplina peculiari ratione tra-

(3 sept. 1958), nn. 106-108: *A. A. S.* 50 (1958) p. 660 [LE 3774]. [19] Cfr. S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), n. 97: *A. A. S.* 56 (1964) p. 899 [LE 3217]. [20] Cfr. S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), n. 48b: *A. A. S.* 56 (1964) p. 888. [21] Cfr. S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), n. 48 g: *A. A. S.* 56 (1964) p. 888 [LE 3217].

datur sodalibus Institutorum consilia evangelica profitentium, ut exinde uberiores hauriant divitias ad vitam spiritualem fovendam. Expedit autem ut Horas praecipuas, etiam in cantu, quantum fieri potest, persolvant, ad publicam Ecclesiae orationem plenius participandam.

41. Ad normam Constitutionis de sacra Liturgia, iuxta saecularem traditionem ritus latini, in Officio Divino in choro celebrando lingua latina clericis servanda est [24].

Cum autem eadem Constitutio de sacra Liturgia [25] prae-
312 videat usum / linguae vernaculae in Divino Officio tum ex parte fidelium, tum ex parte Monialium aliorumque sodalium Institutorum consilia evangelica profitentium, qui non sint clerici, congrua cura habeatur ut parentur melodiae quae in cantu Divini Officii lingua vernacula adhibeantur.

V. *De musica sacra in Sacramentorum et Sacramentalium celebratione, in peculiaribus actionibus anni liturgici, in sacris verbi Dei celebrationibus et in piis sacrisque exercitiis*

42. Ex principio a Sacrosancto Concilio declarato, ut quoties ritus, iuxta propriam cuiusque naturam, secum ferunt celebrationem communem, cum frequentia et actuosa participatione fidelium, haec praeferatur celebrationi eorundem singulari et quasi privatae [26], necessario consequitur ut cantus magni fiat, utpote aspectum «ecclesialem» celebrationis aptius manifestans.

43. Quaedam autem Sacramentorum et Sacramentalium celebrationes, quae in vita totius communitatis paroecialis peculiare habent momentum, veluti Confirmatio, Ordinationes sacrae, Matrimonium, Consecratio ecclesiae vel altaris, Exsequiae, etc., quantum fieri potest, in cantu peragantur, ita ut etiam sollemnitas ritus ad maiorem efficacitatem pastoralem conferat. Sedulo tamen caveatur ne, sub sollemnitatis specie, quicquam in celebrationem introducatur mere profanum aut cultui divino minus conveniens; quod pertinet praesertim ad celebranda matrimonia.

44. Item sollemniores per cantum fiant illae celebrationes, quae a Liturgia speciali nota, decursu anni liturgici, signantur. Modo vero omnino peculiari sollemnitate debita donentur sacri Hebdomadae Sanctae ritus, qui, per mysterii paschalis celebrationem, fideles ad ipsum veluti centrum anni liturgici ipsiusque Liturgiae ducunt.

45. Etiam pro liturgia Sacramentorum et Sacramentalium et pro aliis peculiaribus actionibus anni liturgici, pro-
313 videantur opportunae / melodiae, quae celebrationem forma sollemniori agendam etiam lingua vernacula foveant, iuxta competentis auctoritatis normas et singulorum coetuum facultates.

46. Magna est musicae sacrae efficacia ad fidelium pietatem alendam etiam in sacris verbi Dei celebrationibus et in piis sacrisque exercitiis.

In sacris quidem verbi Dei celebrationibus [27], exemplum sumatur e liturgia verbi in Missa [28]; in omnibus autem piis sacrisque exercitiis magnae utilitatis erunt praesertim psalmi, opera musicae sacrae e thesauro tum antiquo tum recentiore derivata, cantus religiosi populares necnon sonus organi aliorumve instrumentorum, quae sunt magis propria.

In iisdem insuper piis sacrisque exercitiis, et praesertim in sacris verbi Dei celebrationibus, optime admittuntur etiam nonnulla e musicis operibus, quae, etsi in Liturgia locum amplius non habent, possunt tamen spiritum religiosum excitare et meditationem mysterii sacri fovere [29].

VI. *De lingua in actionibus liturgicis in cantu celebratis adhibenda, et de thesauro musicae sacrae servando*

47. Iuxta Constitutionem de sacra Liturgia, «linguae latinae usus, salvo particulari iure, in Ritibus latinis servetur» [30].

Cum tamen, «haud raro linguae vernaculae usurpatio valde utilis apud populum existere possit [31], «est competentis auctoritatis ecclesiasticae territorialis de usu et modo linguae vernaculae statuere, actis ab Apostolica Sede probatis seu confirmatis» [32]. / 314

Proinde his normis adamussim servatis, congruae participationis forma pro cuiusque coetus facultatibus opportune adhibeatur.

Curent animarum pastores, ut, praeterquam lingua vernacula «christifideles etiam lingua latina partes Ordinarii Missae, quae ad ipsos spectant, simul dicere vel cantare sciant» [33].

48. Videant locorum Ordinarii utrum, inducto usu linguae vernaculae in celebrationem Missae, opportunum evadat ut, in aliquibus ecclesiis, praecipue vero in magnis urbibus, quo fideles diversi sermonis frequentius conveniunt, unam aut plures Missas lingua latina celebrandas servent, praesertim in cantu.

49. Ad usum linguae latinae vel vulgaris quod attinet in sacris celebrationibus peragendis in Seminariis, serventur normae S. Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus de institutione liturgica alumnorum.

Sodales autem Institutorum consilia evangelica profitentium in eadem re eas servent normas, quae exstant in Litteris Apostolicis *Sacrificium laudis* diei 15 Augusti 1966 [LE 3458], necnon in Instructione de lingua in celebrandis Officio Divino et Missa conventuali aut communitatis apud Religiosos adhibenda, data ab hac S. Rituum Congregatione die 23 Novembris 1965 [LE 3351].

50. In actionibus liturgicis in cantu lingua latina celebrandis: *a)* Cantus gregorianus, utpote liturgiae romanae proprius, principem locum, ceteris paribus, obtineat [34]. Eius melodiae in typicis editionibus exstantes opportune adhibeantur. *b)* «Expedit quoque ut paretur editio simpliciores modos continens, in usum minorum ecclesia-
rum» [35]. / *c)* Alii modi musici, una vel pluribus vocibus 315
conscripti et sive ex thesauro tradito sive ex novis operibus desumpti, in honore habeantur, foveantur et pro opportunitate adhibeantur [36].

51. Videant insuper animorum pastores, prae oculis habitis locorum condicionibus, fidelium utilitate pastorali et cuiusque sermonis ingenio, utrum partes thesauri musicae sacrae, quae pro textibus lingua latina exaratis superioribus saeculis conscriptae sunt, praeterquam in actionibus liturgicis lingua latina celebratis, etiam in iis adhiberi conveniat, quae lingua vernacula peraguntur. Nihil enim impedit quominus in una eademque celebratione aliquae partes alia lingua canantur.

52. Ad thesaurum musicae sacrae servandum, et ad novas formas cantus sacri promovendas, «magni habeatur institutio et praxis musica in Seminariis, in Religiosorum utriusque sexus novitiatibus et studiorum domibus, necnon in ceteris institutis et scholis catholicis», praesertim autem apud Instituta Superiora ad hoc specialiter destinata [37]. Studium imprimis et usus promoveatur cantus gregoriani, quia, ob peculiares eius notas, fundamentum magni momenti est cultus musicae sacrae.

53. Novae musicae sacrae opera principiis atque normis expositis fideliter conformentur. Ideo «notas verae musicae sacrae prae se ferant atque non solum a maioribus scholis cantorum cani possint, sed minoribus quoque scholis conveniant et actuosam participationem totius coetus fidelium foveant» [38].

Ad thesaurum autem traditum quod attinet, primo in luce ponantur eae partes, quae sacrae Liturgiae instauratae exigentiis respondeant; attende deinde considerent viri in hac re apprime periti num aliae partes iisdem exigentiis 316
aptari possint; reliquae tandem, quae cum natura / aut congrua actionis liturgicae celebratione pastorali conformari nequeunt, ad pia exercitia, praesertim vero ad sacras verbi Dei celebrationes, opportune transferantur [39].

A. A. S. 56 (1964) p. 109 [LE 3141]. [31] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 36, § 2: *A. A. S.* 56 (1964) p. 109 [LE 3217]. [32] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 36, § 3: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 109-110. [33] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 54: *A. A. S.* 56 (1964) p. 115 [LE 3141]; S. C. Rituum, Instr. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), n. 59: *A. A. S.* 56 (1964) p. 891 [LE 3217]. [34] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 116: *A. A. S.* 56 (1964) p. 129. [35] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 117: *A. A. S.* 56 (1964) p. 129. [36] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 116: *A. A. S.* 56 (1964) p. 129. [37] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 115: *A. A. S.* 56 (1964) p. 129. [38] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 121: *A. A. S.* 56 (1964) p. 130. [39] Cfr. supra, n. 46.

http://www.obrascatolicas.com

VII. *De melodiis apparandis pro textibus lingua vernacula exaratis*

54. In conficiendis popularibus interpretationibus earum partium quae melodiis erunt ornandae, praesertim vero Psalteril, curent periti ut congruentia cum textu latino et apta ratio textus vulgaris ad modulationem opportune inter se coniungantur, servatis cuiusque linguae ingenio et legibus, et prae oculis habitis indole et notis peculiaribus cuiusque gentis: quam traditionem una cum musicae legibus artifices musici sedulo considerent in novis melodiis apparandis.

Curae proinde sit competenti auctoritati territoriali ut in Commissione, cui opus concreditur populares interpretationes conficiendi, periti in commemoratis disciplinis atque in linguis latina et vernacula partem habeant, qui iam ab initio operis consociatis viribus laborent.

55. Competentis auctoritatis territorialis erit decernere num quidam textus vulgares cum modis musicis connexi, a saeculis anteactis traditi, adhiberi valeant, licet in omnibus cum interpretationibus textuum liturgicorum legitime approbatis non concordent.

56. Inter melodias pro textibus popularibus exarandas, illae peculiare momentum habent, quae sacerdotis et ministrorum sunt propriae, sive eas soli concinant sive una cum coetu fidelium cantent aut cum eo in dialogi modum proferant. In his conficiendis, considerent musici artifices num traditae melodiae liturgiae latinae, quae hunc in finem usurpantur, melodias suggerere possint pro iisdem textibus in lingua vernacula proferendis.

57. Novae melodiae pro sacerdote et ministris a competenti auctoritate territoriali approbari debent [40]. /
317

58. Curae sit coetibus Episcoporum, quorum interest, ut una habeatur interpretatio popularis pro una eademque lingua, quae diversis in regionibus adhibetur. Expedit etiam ut, quantum fieri potest, una vel plures habeantur melodiae communes pro partibus quae ad sacerdotem et ad ministros spectant et pro responsionibus et acclamationibus populi, ita ut communis participatio eorum, qui eadem lingua utuntur, foveatur.

59. Musici artifices novum opus aggrediantur ea sollicitudine acti ut traditionem prosequantur, quae Ecclesiae verum thesaurum praebuit in cultu divino adhibendum. Praeterita opera eorumque genera et proprietates inspiciant, sed et novas sacrae Liturgiae leges atque necessitates attente considerent, ita ut «novae formae ex formis iam exstantibus organice quodammodo crescant» [41] et nova opera novam partem thesauri musici Ecclesiae efficiant, praeteritis haud indignam.

60. Novae melodiae pro textibus lingua vernacula proferendis experientia certe indigent ut ad sufficientem maturitatem et perfectionem perveniant. Vitandum tamen est ne, experimenti etiam solummodo causa, ea in ecclesia fiant, quae sanctitatem loci, dignitatem actionis liturgicae et pietatem fidelium dedeceant.

61. Peculiarem praeparationem exigit apud peritos studium aptandi musicam sacram iis in regionibus, quae propria traditione musica sunt praeditae, praesertim in regionibus missionum [42]: agitur enim de opportune sociando sensu rerum sacrarum cum spiritu, traditionibus et ingenii significationibus illarum gentium propriis. Ii, qui huic rei operam navant, sufficientem cognitionem habeant oportet cum Liturgiae et traditionis musicae Ecclesiae, tum linguae, cantus popularis atque aliarum significationum in-
318 genii illius gentis in cuius utilitatem hoc munus praestant./

VIII. *De musica sacra instrumentali*

62. Musica instrumenta magnam utilitatem in sacris celebrationibus afferre possunt, sive cantum comitantur sive sola pulsantur.

«Organum tubulatum in Ecclesia latina magno in honore habeatur, tamquam instrumentum musicum traditionis cuius sonus Ecclesiae caeremoniis mirum addere valet splendorem atque mentes ad Deum ac superna vehementer extollere.

Alia vero instrumenta, de iudicio et consensu auctoritatis territorialis competentis, in cultum divinum admittere licet, quatenus usui sacro apta sint vel aptari possint, tem-

[40] Cfr. S. C. Rituum, Inst. *Inter oecumenici* (26 sept. 1964), n. 42: *A. A. S.* 56 (1964) p. 886 [LE 3217]. [41] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 23: *A. A. S.* 56 (1964) p. 106 [LE 3141]. [42] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 119: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 129-130 [LE 3141].

pli dignitati congruant, atque revera aedificationi fidelium faveant» [43].

63. In admittendis et adhibendis musicis instrumentis ratio habenda est ingenii et traditionis singulorum populorum. Attamen ea quae, ex communi iudicio et usu, profanae tantum musicae conveniunt, ab omni actione liturgica et a piis sacrisque exercitiis omnino arceantur [44]. Omnia autem musica instrumenta, quae in cultum divinum admittuntur, ita adhibeantur, ut cum postulatis actionis sacrae congruant, in decorem divini cultus et in aedificationem fidelium cedant.

64. Per musica instrumenta quae cantum comitantur voces sustentari possunt, participatio facilior reddi, et unitas coetus profundius perfici. Eorum tamen sonus voces ne obruat, ita ut textus difficile percipiantur; cum autem aliqua pars a sacerdote vel ministro, vi proprii muneris, elata voce profertur, taceant.

65. In Missis sive in cantu sive lectis organum aliudve instrumentum musicum legitime admissum adhiberi potest ad cantum scholae cantorum et populi comitandum; solum autem pulsari potest initio, antequam sacerdos ad altare accedat, ad offertorium, ad communionem et in fineMissae./ 319

Eadem autem norma, congrua congruis referendo, etiam ad alias actiones sacras applicari potest.

66. Sonus autem eorundem instrumentorum, solus, non permittitur tempore Adventus, Quadragesimae, in Triduo sacro et in Officiis et Missis defunctorum.

67. Omnino expedit ut organi modulatores ceterique artifices musici non tantum peritia polleant ad instrumentum sibi concreditum debito modo pulsandum; sed intimum sacrae Liturgiae spiritum cognoscant et penetrent oportet ut, munus suum etiam ex tempore exercentes, sacram celebrationem, iuxta veram naturam eius partium, ornent, ipsamque fidelium participationem foveant [45].

IX. *De Commissionibus musicae sacrae promovendae praepositis*

68. Commissiones dioecesanae de musica sacra opem ferunt magni ponderis ad musicam sacram una cum actione liturgica pastorali in dioecesi promovendam.

Proinde in quavis dioecesi, quantum expedit, habeantur, et consociatis viribus una cum Commissione sacrae Liturgiae dent operam.

Immo saepius congruum erit ut ambae Commissiones in unam coalescant, ex personis in utraque disciplina peritis constantem; ita ut res facilius promoveatur.

Valde autem commendatur ut, ubi utilius visum fuerit, plures dioeceses unicam constituant Commissionem, quae aequalem agendi rationem in una eademque regione efficiat et vires fructuosius in unum colligat.

69. Commissio de sacra Liturgia, quae apud coetus Episcoporum constituenda pro opportunitate consulitur [46], etiam de musica sacra curet; ac proinde etiam ex personis musica sacra peritis constet. Expedit vero ut huiusmodi Commissio non solum cum Commissionibus / dioecesanis, 320
sed etiam cum aliis sodalitatibus quae de re musica in eadem regione curant, consilia conferat. Hoc autem etiam de Instituto pastorali liturgico dicendum est, de quo in eodem art. 44 Constitutionis est sermo.

Praesentem Instructionem Summus Pontifex Paulus Pp. VI, in Audientia Emo Arcadio M. Card. Larraona, huius Sacrae Congregationis Praefecto, die 9 Februarii 1967 concessa, approbavit et auctoritate Sua confirmavit, et publici iuris fieri iussit, pariter statuens ut a die 14 Maii 1967, dominica Pentecostes, vigere incipiat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Romae, die 5 Martii, 1967, dominica «Laetare», IV in Quadragesima.—Iacobus Card. Lercaro, Archiepiscopus Bononiensis, *Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia*. Arcadius M. Card. Larraona, *S. R. C. Praef.* Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicrensis, *S. R. C. a Secr.*

[43] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 120: *A. A. S.* 56 (1964) p. 130 [LE 3141]. [44] Cfr. S. C. Rituum, Instr. de Musica sacra et sacra Liturgia (3 sept. 1958), n. 70: *A. A. S.* 50 (1958) p. 652 [LE 2774]. [45] Cfr. supra, nn. 24-25. [46] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 44: *A. A. S.* 56 (1964) p. 112 [LE 3141].

Adn. L. AGUSTONI in EL 81 (1967) 254-287, 276-287 et in Notit. 3 (1967) 81-86; C. BRAGA in EL 81 (1967) 230-243; D. G. FRAILE in REDC 24 (1968) 167-192; J. GELINEAU in EL 81 (1967) 249-253; H. HUCRE in EL 81 (1967) 244-248, 268-275, 288-293; G. TAMBURELLI in EL 81 (1967) 294-298; EL 81 (1967) 193-227; La Maison-Dieu n. 108 (1971) 2-167; Notit. 3 (1967) 103-108.

3542

1967 MAR 7.-SC DOCTR. FIDEI, DECLARATIO. PART.*

DECLARATIO CIRCA ASSERTAS APPARITIONES B. M. V. IN LOCO VULGO DICTO GARABANDAL

Roma, 7 martii 1967

Excelentísimo y reverendísimo señor: Por carta del mes de octubre del pasado año, vuestra excelencia hizo llegar a esta Sagrada Congregación los documentos redactados por la Comisión Diocesana, así como las normas dadas por vuestra excelencia acerca de las «apariciones» que se decía habían tenido lugar en Garabandal.

Esta Sagrada Congregación ha examinado cuidadosa y atentamente toda la documentación, incluso la que ha sido enviada desde otros lugares, y finalmente ha llegado a la conclusión de que esta cuestión había sido examinada y decidida por vuestra excelencia y que, por tanto, no hay razón para que esta Sagrada Congregación intervenga en ella.

Más aún, doy las gracias a vuestra excelencia por la discreción y prudencia que ha mostrado en la resolución de este asunto.

Aprovecho gustosamente esta ocasión para darle testimonio de mi estima y ofrecerme de V. E. Rvma., adictísimo.—A. Card. Ottaviani, *Pro Pref.*

* Ordinario Santanderiensi. Prot. N. 1065/64: **Ilustración del clero** 60 (1967) 207. **Adn.** J. M. ALONSO in **Ephem. Mariologicae** 19 (1969 475-488.

3543

1967 MAR 7.-SC DOCTRINA FIDEI, RESPONSUM. PART.*

MENS S. C. PRO DOCTRINA FIDEI CIRCA AMPUTATIONEM FOETUS VEL MEMBRORUM CORPORIS HUMANI, ET CIRCA CADAVERUM CREMATIONEM

In a letter dated 16 November, 1966, the Reverend N. N., the chaplain of Evangelical Deaconess Hospital in the city of X., proposed to this Sacred Congregation two questions for which he sought a solution.

a) Whether it is licit for Catholics, of their own free will, to order that their own amputated members or those of others, as well as notable sections that are cut out [of the human body] be cremated, even apart from circumstances surrounding the case in which cremation would be imposed by medical or social reasons.

b) Fetuses which have not completed 17 weeks of gestation —many of which are baptized— and notable parts of the human body are rarely buried but are usually cremated.

Is this practice intrinsically to be reprobated according to the fundamental principles of morality?

I inform you that the Fathers of this Sacred Congregation examined the questions proposed and, in the plenary session on Wednesday, the 1st of March of this year, decreed:

«If there is a reasonable cause present which does not permit the burial of a fetus or member of the human body, there is no objection on the part of the Sacred Congregation for the Doctrine of the Faith to cremation.»

* Ordinario Clevelandensi, Prot. N. 1804/66: BOUSCAREN VI, p. 669 **Adn.** in BOUSCAREN VI, p. 668-669.

3544

1967 MAR 7.-SC RELIGIOSORUM, NORMAE. PART.*

NOVAE PROPONUNTUR NORMAE CIRCA ACCOMMODATAM RENOVATIONEM POSTULATUS ET NOVITIATUS

Nuovi orientamenti della S. Congregazione dei Religiosi sull'«aggiornamento» del postulato e del noviziato

Prima della discussione dell'Assemblea Generale dell'«U. I. S. G.» sui problemi di formazione che si pongono negli Istituti Religiosi Femminili, la S. Congregazione dei Religiosi vorrebbe aiutare le Superiore Generali presenti, rendendole partecipi delle proprie esperienze e dei propri nuovi orientamenti sul tema del Postulado e Noviziato.

POSTULATO

I cc. 539 e 540 stabiliscono che negli Istituti femminili, prima del Noviziato, sei mesi o un anno al massimo, devono essere consacrati a un «postulato», sia nel noviziato, sia in un'altra casa di vita religiosa, sotto la direzione spirituale di una Maestra.

Nella maggior parte degli Istituti, il postulato è concepito puramente e semplicemente come una parte del Noviziato, con questa unica o quasi unica differenza: che le postulanti non indossano ancora l'abito delle novizie. In pratica, il postulato non fa che prolungare il noviziatio di sei mesi e più.

Con ciò, molti Istituti hanno domandato d'istituire un «pre-postulato» che ponga le «aspiranti» in contatto con la vita reale, apostolica, dell'Istituto e che, perciò, si faccia nelle case dove le opere sono in piena attività. In modo che da una parte le «aspiranti» entrino al postulato conoscendo la vita che esse dovranno condurre quando saranno professe di voti perpetui e, dall'altra, le Superiore possano constatare direttamente che queste giovani hanno veramente le qualità richieste per questa vita. Così concepito, il «pre-postulato» si propone ciò che il postulato avrebbe dovuto essere: un tempo di prova della vocazione nelle opere, prima della vestizione e del noviziato.

È ciò che la S. Congregazione dei Religiosi ha pensato.

Ormai è il postulato stesso che dovrà essere concepito come un periodo di prova della vocazione nelle opere dell'Istituto rimanendo, così, un tempo d'iniziazione spirituale e religiosa come è attualmente. Questo postulato costituirà almeno un gruppo distinto — il Postulato» — sotto la direzione spirituale di una Maestra e durerà da sei mesi a un anno, come lo domandano i cc. 539 e 540. Naturalmente la durata del Postulato potrà essere prolungata in qualche caso.

Poichè non si tratta di un «experimentum contra ius commune», i Capitoli Generali Speciali potranno dunque concepire ormai il postulato in questo modo, senza avere bisogno di domandarne l'autorizzazione alla S. Congregazione dei Religiosi.

II. VESTIZIONE

Assai spesso, per le famiglie, ed anche per le stesse suore, la «presa d'abito» ha più importanza della professione. È bisogna pure dire che, in molti Istituti, la cerimonia della prima è più solenne che quella della seconda.

Il rilievo dato alla «consacrazione religiosa» dal Concilio invita ad un «aggiornamento» nelle cerimonie della vestizione e della professione.

Il «Consilium» per l'esecuzione della Costituzione sulla S. Liturgia è disposto ad abbozzare un ceremoniale di professione religiosa.

Quanto alla «presa d'abito», la S. Congregazione dei Religiosi è d'avviso che essa dovrebbe essere ridotta a una cerimonia interna, nell'Oratorio del Noviziato o in Cappella, ma senza la presenza della famiglia e senza autorità ecclesiastiche, e, soprattuto, senza solennità.

III. ANNO CANONICO DEL NOVIZIATO

Conviene conservare al noviziato canonico il suo carattere di «anno di formazione spirituale e religiosa». Il can. 565 riassume in qualche linea una tradizione che risale a S. Benedetto e che, dopo essere diventata della Chiesa con il Concilio di Trento, ha ispirato i Noviziati di tutti gli Istituti, siano essi insegnanti, ospedalieri o missionari: iniziazione alla vita di preghiera, educazione delle virtù religiose, studio delle Costituzioni, sotto la direzione di una maestra delle novizie.

Da più anni, l' «aggiornamento» di questo programma è stato già intrapreso dalla maggior parte degli Istituti, ma dovrà essere perfezionato alla luce del decreto: *Perfectae Caritatis* [LE 3333] e del Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457]: lettura della S. Scrittura, studio della teologia della vita religiosa, conoscenza della vita e dello spirito dei Fondatori, formazione allo spirito apostolico dell'Istituto (cf. *Ecclesiae Sanctae*, n. 16). Inoltre, bisogna adattare il noviziato al genere di vita e alla spiritualità di ogni Istituto (cf. *Ecclesiae Sanctae*, n. 33).

Tuttavia il noviziato dovrà restare un anno *esclusivamente* consacrato a questa formazione religiosa e spirituale, e costituire — come nel passato — un «gruppo separato», come lo richiede il can. 564. Questa è la condizione «sine qua non» — è il significato tradizionale della vestizione — è apprendere i rudimenti della «scienza dei Santi». Per operare questa trasformazione profonda, un anno non è troppo e, se essa è fatta in fretta e interrotta, non potrà normalmente più essere ripresa; come diceva Pio XI: «compiere male il proprio noviziato, è edificare sulla sabbia...»

La S. Congregazione dei Religiosi è dunque contraria all'introduzione, durante l'anno di noviziato, di un periodo qualsiasi (alcuni pensavano uno o due mesi) di apostolato, sia lasciando il noviziato, sia restandovi pure se il tempo del noviziato era prolungato d'altrettanto. Noi vedremo fra breve che si potrebbe inviare una o l'altra novizia, o pure tutte le novizie, in una casa di opere, una volta terminato l'anno canonico del noviziato. Ma non sarà questione di interrompere questo.

Aggiungiamo che un tale periodo di esercizi pratici nelle opere non s'impone durante il noviziato, poichè esso è previsto durante il Juniorato dal Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae*, n. 36, giacchè il postulato è attualmente concepito come un tempo di prova in una casa di apostolato.

Bene inteso, durante l'anno canonico del noviziato non è vietato, e può essere raccomandato, di prevedere dei contatti fra le novizie e le malate o le vecchie negli Istituti ospedalieri, o con i fanciulli presso le religiose insegnanti, ma *a titolo di riposo* e affatto in vista di formarle all'apostolato.

IV. INTERRUZIONE DEL NOVIZIATO

In attesa della revisione del Codice di Diritto Canonico, la S. Congregazione dei Religiosi accorderà «volentieri» a un

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

Istituto che glielo domanderà come «esperienza contraria al diritto comune» (*Ecclesiae Sanctae*, n. 6) che una novizia che avesse interrotto il proprio noviziato da più di 30 giorni per una personale causa, per es. la salute, non abbia a rifare l'anno canonico, come lo esige il can. 556, § 2, ma che essa possa supplire ai giorni d'assenza, se questi non eccedono i due mesi.

V. Secondo anno di Noviziato

Con un postulato concepito come una prova della vocazione nelle opere e un juniorato consacrato alla formazione apostolica, teorica o pratica, il secondo anno di noviziato non ha più la stessa importanza di una volta.

Anche la S. Congregazione dei Religiosi ha concepito l'«aggiornamento» seguente:

1) in luogo di un «secondo anno» che obbliga tutte le novizie dell'Istituto a compiere un anno completo dopo l'anno canonico, *il prolungamento di questo sarà più o meno di lunga durata* (da un mese a un anno, e forse anche di più, eccezionalmente) *per ogni novizia*, a giudizio delle Superiori responsabili e pure, perchè no, sul desiderio della stessa novizia;

2) questo prolungamento avrà luogo, *sia al noviziato*, senza cambiare il genere di vita (questo soprattutto per delle novizie insufficientemente mature, sia perchè entrate troppo giovani, sia perchè troppo recentemente convertite), *sia allo juniorato* (con la possibilità de incominciare gli studi come se la Novizia *fosse in una casa di opere* (se è possibile con altre Novizie che si trovano nella stessa condizione spirituale). Ogni volta che una novizia sarà così inviata fuori del noviziato essa dovrà esservi richiamata uno o due mesi prima della propria professione.

In tal caso non si tratterà più di un «secondo anno di noviziato» in conformità all'Istruzione della S. C. R. del 1921, [LE 376], ma di un *prolungamento* del noviziato, destinato a scartare un dubbio ancora sussistente sulla vocazione di una novizia, mettendola alla prova con un altro mezzo che quello del noviziato o dello juniorato, o completandone nell'interno del noviziato una formazione religiosa e spirituale insufficiente. Bene inteso, gl'Istituti che vorranno conservare il secondo anno di Noviziato, come nel passato, potranno farlo.

Un Istituto che lo desidera potrà anche decidere che, dopo l'anno canonico, tutte le novizie, costituite in gruppo sotto la direzione di una maestra responsabile, passi due o tre mesi, o anche più, in una delle case di opere, con l'obbligo di rientrare al noviziato un mese prima della loro professione.

Questi differenti modi di concepire il prolungamento del noviziato canonico potranno essere studiati dal Capitolo Generale Speciale e quello che sarà ritenuto opportuno potrà essere introdotto «ad experimentum» senza che vi sia bisogno di ricorrere alla S. Congregazione dei Religiosi.

VI. Prima professione e voti temporanei

1) *Tempo e luogo della prima professione.* Quando il noviziato è terminato, con tutte le modalità di prolungamento ravvisate qui sopra, la novizia è ammessa a pronunciare i suoi voti temporanei per la prima volta.

La S. Congregazione dei Religiosi è disposta ad accordare senza d'ifficoltà agli Istituti che glielo domanderanno come esperienze contrarie ai cc. 555, §§ 2, 2 e 574 § 1, che la prima professione possa farsi nel giorno anniversario della presa d'abito (e non più l'indomani) e fuori della casa di noviziato, occorrendo anche fuori di una casa dell'Istituto, per esempio, in una Chiesa parrocchiale e non sarà più, dunque, necessariamente legata ad una cerimonia liturgica.

2) *Durata dei voti temporanei.* Nello stato attuale della giurisprudenza, la durata dei voti temporanei è il più sovente di 5 anni e si divide in due sezioni almeno: di tre e due anni, o di due e tre anni, o ancora in sezioni di un anno. È sempre possibile, senza l'autorizzazione speciale della Santa Sede, di prolungare i voti temporanei di un sesto anno (can. 576 § 2).

Alcuni Istituti hanno domandato e ottenuto «ad experimentum» di portare a sette anni i voti temporanei, facendo valere che essi sono imposti dalla formazione da dare nello juniorato: tre anni di formazione professionale (diplomi d'insegnamento, d'infermiere o di assistenti sociali), un anno di tirocinio pratico della vita nelle opere dell'Istituto e due anni di formazione teologica con la preparazione alla professione perpetua.

Tuttavia, questo prolungamento non è assolutamente richiesto, poichè la formazione delle giovani suore potrebbe essere completata dopo la professione perpetua e, per conseguenza, al di fuori dei quadri dello juniorato, come ne è della formazione clericale negli Istituti religiosi maschili: i giovani chierici religiosi fanno la loro professione perpetua uno, due e anche tre anni prima di avere terminato i loro studi teologici e di essere ordinati preti.

Altri Istituti, a dire il vero poco numerosi, hanno domandato di ridurre a tre anni la durata obbligatoria dei voti temporanei, con la possibilità di prolungamento fino a tre anni per le giovani professe che ne avessero bisogno. Era sollecitare il ritorno puro e semplice al can. 574 § 2. La S. Congregazione dei Religiosi non ha creduto di poter accordarlo, sapendo, per propria esperienza acquisita presso un gran numero di Superiore Generali, che 5 anni sono veramente necessari per la maggioranza dei casi.

Alcune Superiore Generali hanno allora domandato se, pur mantenendo normalmente i 5 anni, esse non potrebbero ottenere la facoltà di dispensare di uno o due anni, forse anche d. più, le giovani professe che sono particolarmente ben formate. La S. Congregazione dei Religiosi si è sempre rifiutata tanto per evitare che le suore dispensate non si credano migliori delle altre, quanto anche per impedire che le Superiori Maggiori, sollecitate dal bisogno del personale, non addivengano a dispensare troppo facilmente qualche anno di formazione delle suore che ne avrebbero forse più bisogno di quanto non appaia.

La S. Congregazione dei Religiosi pensa dunque sia preferibile mantenere fissata a 5 anni la durata dei voti temporanei negli Istituti femminili, con la possibilità di prolungamento di un anno, senza il permesso speciale della Santa Sede. Inoltre, essa accorderà ben volentieri agli Istituti che glielo domanderanno, a titolo di «esperienza contraria al diritto comune», la facoltà per la Superiora Generale di prolungare ancora la durata dei voti temporanei, ma non oltre 1 due anni, cosicchè porterebbe il totale del prolungamento massimo a due o, eccezionalmente, a tre anni.

Nell apprezzamento di tutti i requisiti di questo problema della durata dei voti temporanei, bisogna che le Superiore Generali considerino anche la difficoltà sempre più grande che c'è di rifiutare a una religiosa di emettere la professione perpetua man mano che gli anni passano. È una questione di carità, anche di giustizia, di fronte ad essa di non farle rinnovare i propri voti se si conservano dei dubbi seri sulla sua ammissibilità alla professione perpetua: è assai raro che il tempo aggiusti le cose e si finisce spesso per ammettere la suora alla professione perpetua, mancando il potere di rimandarla al mondo!

Questi nuovi orientamenti sono stati approvati da S. Em. il Card. Ildebrando Antoniutti, Prefetto della S. Congregazione dei Religiosi.

Roma, 7 marzo 1967.—Paul Philippe, O. P., Arcivescovo tit. d'Héracléopolis, *Segretario*.

* Unioni Internazionali Superiorissarum Generalium: CpR 46 (1967) 407-411. Adn. Gallen in Review for Religious 26 (1967) 1026-1033; CpR 46 (1967) 412.

3545

1967 MAR 8.-SC ORIENTALIS, DECR. AAS 60 (1968) 51

Iurisdictio Exarchi Apostolici pro Ucrainis in Anglia extenditur

Apostolica Constitutione, quae verbis incipit «Quia Christus», Exarchatus Apostolicus pro fidelibus Ucrainis ritus Byzantini in Anglia commorantibus feliciter erectus est die 10 mensis Iunii anno 1957 [LE 2666].

Nunc vero ut administrationi et curae christifidelium Ucrainorum in Scotia quoque degentium maturius ac efficacius consuleretur, peropportunum huic Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali visum est iurisdictionem Exarchi Apostolici in Anglia etiam ad nobilem illam regionem protrahere.

Quapropter eadem Sacra Congregatio, audita sententia Episcoporum ritus Latini quorum interest et habito voto favorabili Visitatoris Apostolici pro Ucrainis Europae Occidentalis necnon Apostolici in Britannia Delegati, rogavit Excmum P. D. D. Angelum Dell'Acqua, Secretariae Status Substitutum, ut de consulta extensione Summo Pontifici referre vellet.

Ssmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Papa VI, in Audientia diei 8 mensis Martii volventis anni eidem Excmo D. Substituto concessa, benigne indulsit ut iurisdictio Hierarchae pro tempore praepositi Exarchatus Apostolico pro fidelibus Ucrainis in Anglia commorantibus extensa habeatur ad Scotiam, ita ut in posterum idem Hierarcha «Exarchi Apostolici pro Ucrainis in Magna Britannia» titulum assumat, de re lato decreto. Contrariis quibuscumque minime obfuturis.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 8 mensis Martii anno 1967.—Gustavus Card. Testa, *Pro-Praef.* Marius Brini, Archiep. Algizen., *a Secr.*

3546

1967 MAR 26.-PAULUS VI, ENC. AAS 59 (1967) 257-299

Litterae Encyclicae ad Episcopos, ad Sacerdotes, ad Religiosos, ad Christifideles totius Catholici Orbis, itemque ad universos bonae voluntatis homines:

De populorum progressione promovenda

PAULUS PP. VI

Venerabiles fratres et dilecti filii - Salutem et Apostolicam Benedictionem

1. Populorum progressio, qui maxime ab iniuria famis, egestatis, morborum domesticorum, ignorationis rerum

abesse nituntur; qui largiorem bonorum societatem ab humanitate vitae profectorum expetunt, atque humanas suas proprietates postulant in opere ipso pluris aestimari; qui denique ad maiora incrementa constanter mentes intendunt: horum videlicet popolorum progressio a catholica Ecclesia alacri et erecto animo spectatur. Cum enim, post Concilium Oecumenicum Vaticanum II conclusum, Ecclesia clarius etiam altiusque iudicavisset et expendisset quid hac de re Christi Iesu Evangelium flagitaret, suum esse duxit hominibus magis etiam egregiam navare operam, ut non modo gravissimae huius quaestionis ii momenta om-
258 nibus vestigiis indagarent, sed etiam sibi per/suaderent, hac summi discriminis hora, communi omnium actione vehementer opus esse.

2. Decessores Nostri Leo XIII, scriptis Litteris Encyclicis *Rerum Novarum* [1], Pius XI missis Encyclicis *Quadragesimo anno* [2], atque —ut nuntios praetereamus a Pio XII ad universas gentes radiophonice directos— [3] Ioannes XXIII, datis Encyclicis *Mater et Magistra* [4] et *Pacem in terris* [5], pro sui muneris partibus, haud quaquam intermiserunt, quin, tam praeclaris editis actis, Evangelii luce sociales huius temporis quaestiones illustrarent.

3. Illud hodie maxime interest omnes pro certo habere ac veluti sentire, socialem quaestionem nunc ad universam coniunctionem inter homines hominum magnopere pertinere. Quod Decessor Noster fel. rec. Ioannes XXIII positis ambagibus asseveravit [6], et Concilium Vaticanum II edita Constitutione pastorali de Ecclesia in mundo huius temporis comprobavit [7]. Quarum praeceptionum cum gravissimum sit pondus et momentum, iis propterea mature parere necesse prorsus est. Fame laborantes populi hodie divitiis praepollentes populos miserabili quadam voce compellant. Quapropter Ecclesia, anxiis huiusmodi clamoribus quodammodo cohorrescens, singulos omnes vocat, ut amo-
259 re impulsi quasi fratribus opem implorantibus tandem suas dedant aures. /

4. Antequam catholicae Ecclesiae gubernacula Nobis permitterentur, susceptis itineribus sive in Americam australem anno MDCCCCLX, sive in Africam anno MDCCCCLXII, odiosas difficultates ipsi animadvertimus, quibus continentes illae terrae, alioqui et corporis et animi viribus divites, implicarentur et veluti circumvallarentur. Postquam vero, ad Summum Pontificatum electi, omnium Patris locum adepti sumus, cum in Palaestinam et in Indiam Nos contulissemus, quasi oculis et manibus experti sumus, quantum oneris et laboris illis populis antiquitus humanitate excultis esset sustinendum, ut ad progressionem rerum suarum contenderent. Accedit etiam quod, fere in Concilii Vaticani II exitu, rerum adiuncta disponente Deo, licuit Nobis sedem omnium Consociatarum Nationum petere, ibique, veluti in honestissimo Areopago, populorum pauperiorum causam publice suscipere.

5. Extremum, ut simul optata Concilii efficeremus, simul ostenderemus quantopere Apostolica Sedes iustae atque magnae causae faveret populorum ad progressionem nitentium, recens Nostrarum esse partium censuimus, ad cetera Romanae Curiae primaria officia Pontificiam Commissionem adicere, quae *sibi proponit populum Dei universum excitare ad plenam adipiscendam conscientiam muneris sibi hisce temporibus demandati; ita quidem, ut hinc pauperiorum populorum progressus promoveatur, ac socialis iustitia inter nationes foveatur, illinc vero subsidia nationibus minus progressis praebeantur, quorum ope eaedem incrementis suis per se ipsae consulere possint* [8]. Quae Commissio a *Iustitia et Pace* iam appellationem, iam agendarum rerum indicem consecuta est. Ad huiusmodi autem cogitatas res efficiendas non dubitamus, quin cum filiis Nostris ca-
260 tholicis cumque fratribus christianis homines quiviscumque bonae voluntatis suos conatus, suos labores consociare velint. Quamobrem graviter omnes uni/versos hodie hortamur, ut, collatis consiliis, compositis operibus, eo contendant, ut sive singulus quisque homo plene excolatur, sive hominum coniunctio communiter progrediatur.

I

6. Nostris hisce diebus dum homines id appetere videmus, ut exploratius inveniant quo alantur, quo aegroti curentur, quo firmiter occupati teneantur; ut ab omni vexatione tuti, ab omnique liberi deformitate, hominis dignitatem labefactante, maiora in dies de se praestare possint; ut se doctrina magis expoliant: hoc est, ut magis operentur, discant, possideant, ut ideo pluris valeant; interea magnam eorum partem videmus in eiusmodi vitae condicionibus versari, quae iustas eorum appetitiones frustrentur. Ceterum populi, qui recens suis legibus suisque iudiciis uti coeperunt, quasi necessitate cupiunt ad civilem adeptam libertatem sociales et oeconomicos processus addi, homine dignos suisque viribus sibi partos, ut primum cives iusta incrementa, uti homines, capiant, ut deinde ipsi in nationum consortione debitum sibi locum consequantur.

7. Licet ad arduum huiuscemodi gravissimumque perficiendum opus, quae a praeteritis temporibus quasi hereditate acceptae sunt opes, satis non sint, omnino tamen deesse eae non sunt dicendae. Fatendum sane est, nationes colonico more populos quosdam regentes nihil nonnumquam nisi sua commoda, suum imperium, suam gloriam quaesivisse, atque, dicione deposita, eas terras in dispari rerum oeconomicarum condicione reliquisse, utpote quae, ut exemplum supponamus, in unius culturae genere consisteret, cuius fructuum pretia essent maximis et repentinis mutationibus obnoxia. Sed quamquam suscipiendum est, ex *colonialismo*, quem appellant, aliqua maleficia manavisse, unde alia postmodo nocumenta orta sunt, necesse tamen est grato animo colonorum agnoscere laudes, quippe qui, doctorum technicorumque adhibitis artibus, in non paucas / horridiores terras vera contulerint benefacta, quo- 261
rum adhuc utilitates constant. Quamvis enim machinales structurae, quas nationes eaedem reliquas ibi fecerunt, non sint expletae absolutaeque existimandae, per eas tamen fieri potuit, ut inscitia et morbi inde recederent, ut populis illis opportuni commeatus paterent, ut vitae denique status procederet.

8. Porro tametsi ea quae modo exposuimus concedenda plane sunt, perspicuum tamen est, machinales eiusmodi structuras non idoneas prorsus esse ad gravem rerum oeconomicarum statum nostris diebus subeundum. Nisi enim machinalis, quae hodie obtinet, civilium rerum ratio consilio quodam temperetur, necessario sequitur, ut populorum inaequalitates, quod ad bonorum incrementa, nedum tollantur, potius ingravescant: atque idcirco ditiores nationes festinatos habeant processus, egentiores vero populi nonnisi lente proficiant. Quae civitatum inaequalitates cotidie magis augentur, cum aliae esculentas merces copiosiores quam pro numero civium fundant, aliae vero vel iis indigne egeant, vel, quas ipsae paucas fuderint, in incerto habeant, an ad reliquas nationes exportare possint.

9. Eodem autem tempore de rebus socialibus contentiones per universum fere mundum serpserunt. Atque perturbationes, quae in regionibus ad artes operosas spectantibus pauperiores civium classes circumvaserunt, etiam in regiones mearunt, quarum res oeconomicae in agrorum cultura fere unice positae sunt; ita ut ipsi ruricolae hodie *miserae calamitosaeque fortunae* [9] suae conscii sint. Adde eodem et illud, quod indignae illae atque invidiosae inaequalitates, de quibus loquimur, non solum ad bonorum possessionem, sed magis etiam ad imperii functionem attinent. Fit enim in quibusdam territoriis ut, dum pauci et optimates cultu mollissimo fruuntur, interea egentes ac dissipati per agros incolae *omni paene possibilitate careant* / 262
propria initiativa ac responsabilitate agendi, saepe etiam in condicionibus vitae et laboris persona humana indignis versantes [10].

10. De reliquo quoniam traditus humanitatis cultus cum humano cultu pugnat novissime in artificia meritoria inducto, utique accidit, ut sociales structurae ab horum dierum necessitatibus discrepantes fere comminuantur. Quare dum adultae aetatis homines in illius humani cultus quasi provincia, saepe saepius angusta, sive singulorum sive familiarum vitam esse collocandam putant, ab eaque nunc non esse discedendum opinantur, interim iuvenes se ab eadem removent, quam uti vanum quendam obicem iudicant, ne sitienter ad novas vitae socialis rationes progrediantur. Ex qua quidem inter duas aetates conflictione tristis ea civibus fertur condicio, ut aut instituta et opiniones maiorum servent, et vitae socialis auctus missos faciant; aut technicorum artes excultioresque consuetudi-

[1] Cf. Acta Leonis XIII, 1892, pp. 97-148. [2] Cf. *A. A. S.*, XXIII. 1931, pp. 177-224 [LE 1027]. [3] Cf. e. g. Nuntius radiophonicus, datus die 1 mensis Iunii anno 1941, quinquagesimo exeunte anno a Litteris Encyclicis *Rerum novarum* a Leone XIII datis, *A. A. S.*, XXXIII, 1941, pp. 195-205; Nuntius radiophonicus, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, *A. A. S.*, XXXV, 1943, pp. 9-24; Allocutio catholicae Sodalitati Operariorum Italicorum, ob commemorationem Litt. Encycl. *Rerum novarum* congressae, habita die 14 mensis Maii anno 1953, *A. A. S.*, XLV, 1953, pp. 402-468. [4] Cf. *A. A. S.*, LIII, 1961, pp. 401-464 [LE 2984]. [5] Cf. *A. A. S.*, LV, 1963, pp. 257-304 [LE 3110]. [6] Cf. Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, *A. A. S.*, LIII, 1961, p. 440 [LE 2984]. [7] Cf. Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes*, n. 63, *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1084 [LE 3366]. [8] Litt. Apost. motu proprio datae, *Catholicam Christi Ecclesiam*, *A. A. S.*, LIX, 1967, p. 27 [LE 3515]. [9] Cf. Leonis XIII Litt. Encycl. *Rerum novarum*, Acta Leonis XIII, XI, 1892, p. 98. [10] Coetus Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et*

http://www.obrascatolicas.com

nes peregre invectas amplexentur, et maiorum instituta relinquant, humanitate uberrima. Re autem vera saepenumero videmus morales, spirituales, religiosas quorundam provectioris aetatis hominum vires difficultatibus inflecti, neque eos illud consequi, ut in novum huiusmodi mundum se insinuent.

11. In re tam trepida, quidam magnificis sed dolosis eorum pollicitationibus vehementer inescantur, qui se veluti alteros Messias iactant. Ex quo quis non videat, quot pericula efferantur, ne multitudinis conversiones erumpant, ne turbae seditiosae concitentur, ne consilia gliscant ad unius dominatum pertinentia? En igitur quaestionis, de qua agimus, variae partes, quarum pondus ac momentum neminem profecto fugere censemus.

12. Praeceptorum et exemplorum Conditoris sui Christi servantissima, qui mandatum sibi divinitus delatum eo ar-
263 gumento / probabat quod *pauperes evangelizarentur* [11], catholica Ecclesia numquam populorum, in quibus christianam fidem sevisset, humanos etiam profectus promovere omisit. Catholici enim Missionales una cum sacris aedibus, domos hospitales, valetudinaria, scholas, studiorumque universitates eo locorum extruenda curaverunt. Cumque iidem autochthones docerent quibus modis maximas utilitates e suae terrae opibus caperent, eos propterea ab alienigenarum cupiditate saepe tutos fecerunt. Non infitiamur quidem eorum opera, uti hominum, manca aliquando videri potuisse, eorumque aliquos et vivendi et cogitandi rationes, suae patriae proprias, cum vero Christi nuntio commiscere nonnumquam potuisse. Attamen simul populorum illorum instituta non modo coluerunt, sed etiam altius provexerunt; ita scilicet ut de ipsis non pauci in primorum virorum numero habendi sint, qui plurimum ad incrementa sive bonorum sive doctrinarum contulerint. Quod ut pro certo habeatur, exemplum supponere satis sit Religiosi viri Caroli de Foucauld, qui ob suam caritatem dignus est existimatus, quem *omnium Fratrem* appellarent, quique aureum linguae Tuaregiae lexicon scripsit. Hisce de causis Nostrarum esse partium ducimus, debito honore augere sive eos viros qui, divini Redemptoris amore impulsi, veluti eius praenuntii sunt putandi, aequo saepius ignorati, sive eos qui, illorum exempla aemulati, vestigia persecuti, nostro etiam tempore se iis quodammodo in magnanimam gratuitamque servitutem dicant, quibus Christi Evangelium nuntiant.

13. Sed quae hodie in illis terris cum a singulis tum a plurimis suscipiuntur incepta, iam satis ad rem non sunt, cum praesens mundi status communem omnium operam postulet, quibus universae rerum oeconomicarum, socialium, spiritualium atque doctrinarum facies sint dilucide perspectae. Quapropter Christi Ecclesia, iam rerum humanarum peritissima, iam ab omni civitatum administranda-
264 rum parte longissime aliena, / *unum tantum intendit: nempe, Spiritus Paracliti ductu, opus ipsius continuare Christi, qui in mundum venit, ut testimonium perhiberet veritati* (cf. Io. 18, 37), *ut salvaret, non ut iudicaret, ut ministraret, non ut sibi ministraretur* (cf. Io. 3, 17; Mt. 20, 28; Mc. 10, 45) [12]. Cum enim Ecclesia eo consilio condita sit, ut iam nunc hisce in terris *regnum caelorum* constituat, non autem ut potestatem terrestrem obtineat, aperte asseveret, duas potestates esse alteram ab altera distinctas, atque utramque auctoritatem, ecclesiasticam dicimus et civilem, esse in genere suo supremam [13]. Verumtamen, quoniam Ecclesia inter homines reapse versatur, ei idcirco *officium incumbit signa temporum perscrutandi et sub Evangelii luce interpretandi* [14]. Hinc, siquidem Ecclesiae cum hominibus meliores appetitiones sunt coniunctae, eidemque magnus dolor inuritur, quod eorum spes saepe ad irritum cadunt, has ob causas iis adesse excupit, ut maximis auctibus crescant, cuius rei gratia, id ipsis proponit, quod uni sibi est proprium, hoc est, universalem sive hominis sive rerum humanarum conspectum.

14. Progressio, de qua loquimur, non unice ad rei oeconomicae incrementum contendit. Nam, ut vera dici possit, eadem integra sit oportet: scilicet cuiuslibet hominis ac totius hominis profectui consulere debet. Qua de re egregius vir quidam, in hac disciplina versatus, iure merito haec prae se tulit: *nobis id minus probatur, rationem oeconomicam a ratione humana disiungi, aut a civili cultu, ad*
265 *quem pertinet, seorsim considerari. Nostra sententia, magni aestimandus est homo, quivis homo, quavis hominum congregatio, atque etiam universa hominum societas* [15]. /

ipes, n. 63; *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1085 [LE 3366]. [11] *Cf.* Lc. 7, 22. [12] Conc. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes*, n. 3; *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1026 [LE 3366]. [13] *Cf.* Leonis XIII Litt. Encycl. *Immortale Dei*, Acta Leonis XIII, V, 1885, p. 127. [14] Conc. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gau-*

15. Ex divino consilio, quilibet homo ad sui ipsius profectum promovendum natus est, cum cuiusvis hominis vita ad munus aliquod a Deo destinetur. Inde enim a nativitate unicuique insita sunt facultatum virtutumque germina, quae excolenda sunt, ut fructus edere possint; plena autem eorum maturitas, quam homo adipiscitur sive educatione in suo ipsius sociali convictu sive suo proprio nisu, efficiet ut singuli ad finem contendant sibi a Creatore praestitutum. Intellectu ac libertate praeditus, homo in se periculum cum sui ipsius profectus, tum suae salutis recipit. Adiutus et quandoque etiam impeditus ab iis qui eum instituunt ac circumstant, unusquisque, quantumcumque apud eum valent externae sollicitationes, sortis suae prosperae vel infelicis praecipuus artifex exstat; ac soiummodo ingenii voluntatisque vires intendens, quivis homo potest humanitate crescere, plus plusque valere, seipsum perficere.

16. Huiusmodi autem personae humanae incrementum non in hominis arbitrio positum est. Quemadmodum res creatae universae ad Conditorem suum ordinantur, ita creatura ratione praedita officio tenetur vitam suam ad Deum, veritatem primam supremumque bonum, sua sponte dirigendi. Quare hic personae humanae profectus quasi officiorum nostrorum summa putanda est. Huc accedit quod pulchra huiusmodi naturae humanae cohaerentia, quam singuli labore suo suique officii conscientia ducti magis magisque perficiunt, ad superioris dignitatis gradum destinatur. In Christum vivificantem insertus, homo novum vitae augmentum accipit, et quendam *humanismum*, uti vocant, attingit, qui eius naturam transcendit, eique maximam vitae plenitudinem confert; ad quam, veluti ad supremum suum finem, profectus hominis spectat.

17. Sed quilibet homo membrum societatis est, atque adeo ad universam hominum consortionem pertinet. Quapropter non hic vel ille dumtaxat homo, sed omnes prorsus ad plenam totius humanae societatis progressionem promovendam vocantur. Omnes civilis cultus formae oriuntur, florent, atque occidunt. / At quemadmodum maris 266
fluctus, aestu crescente, alius alio ulterius litus invadunt, haud secus, in historiae cursu, humanum genus procedit. Nos, qui superioribus aetatibus quasi quidam heredes successimus, quique ex aequalium nostrorum labore fructus percepimus, universis prorsus hominibus obligati sumus. Hanc ob causam fas non est nobis omnem curam eorum dimittere, per quos, nobis vita functis, in posterum humana familia amplificabitur. Mutua universorum hominum necessitudo, quae res vera est, nobis non modo beneficia confert, sed etiam gignit officia.

18. Quae singulorum hominum ac totius humani generis progressio in discrimen adduci possit, nisi rectus praestantiorum bonorum ordo pro suo momento aestimetur. Cum hominis studium necessaria sibi bona parandi profecto sit legitimum, sequitur ut labor ipse, quo bona illa nobis proveniunt, se vertat in officium: *si quis non vult operari, nec manducet* [16]. Sed terrestrium bonorum adeptio homines perducere potest ad immoderatam cupiditatem, ad copiosiores usque opes appetendas, ad voluntatem potentiae suae adaugendae. Singulorum hominum, familiarum, nationumque avaritia non minus tenuiores quam locupletiores afficere potest, et utrosque ad *materialismum*, quem dicunt, impellere, animos opprimentem.

19. Augescens in dies bonorum copia neque a populis neque a singulis hominibus ita existimanda est, ut pro supremo fine habeatur. Quaevis enim progressio ad utramque partem valet; hinc necessaria homini est, ut magis magisque humanitate crescat, illinc hominem ipsum quasi in vinculis detinet, si ut supremum bonum appetatur, ultra quod prospicere non liceat. Quod postremum si accidat, corda occallescunt, animi ad alios nullo modo patent, atque homines non iam se congregant amicitiae fovendae causa, sed utilitatis adipiscendae; propter quam iidem facile inter
267 se opponuntur atque disiunguntur. Quam ob / rem sola oeconomicorum bonorum conquisitio non modo prohibet, quominus homo humanitate crescat, sed eius etiam germanae granditati adversatur. Cum enim nationes tum hominum, qui avaritiae labe inficiantur, mores minus progressos quam manifestissime ostendunt.

20. Quodsi ad progressionem promovendam necessarii sunt technici viri in dies numero crebriores, multo magis requiruntur viri sapientes, ad cogitandum acuti, qui ad novum *humanismum* investigandum se conferant, vi cuius nostrae aetatis homines, praestantissima bona amoris, amicitiae, precationis et contemplationis in se recipientes [17],

dium, et spes, n. 4; *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1027 [LE 3366]. [15] *Cf.* L. J. Lebret, O. P., *Dynamique concrete du développement*, Paris, Economie et Humanisme, Les éditions ouvrières, 1961, p. 28. [16] *2 Thes.*, 3, 10. [17] *Cf.* e. g. J. Maritain, *Les conditions spirituelles du progrès et de la paix*, in libro

se ipsos quasi invenire possint. Quae si praestita erunt, plane atque integre perfici poterit veri nominis progressio, quae scilicet in eo sita est, ut sive singuli sive universi homines a minus humanis vitae condicionibus in humaniores transeant.

21. In vitae vero condicione minus humana versari dicendi sunt: primum qui aut tali inopia rerum premuntur, ut vel minimo subsidio careant ad vitam necessario, aut morali egestate fere comminuuntur, quam ob nimium sui amorem, sibimetipsis attulerint; qui deinde civitatis structuris vexantur, quas vel pravus proprietatis imperiive usus, vel quaestus ex operariorum labore dolose perceptus, vel iniustae negotiationes creaverint. Ex contrario adeptas humaniores vitae condiciones satis perspicue significant: primum ab egestate ad bonorum necessariorum possessionem processus, malorum socialium depulsio, latior rerum cognitio, ingenii culturae adeptio; deinde aucta alienae dignitatis aestimatio, propensio ad paupertatis studium [18], conspiratio ad bonum commune, pacis voluntas; tum agnita ab homine suprema bona, agnitusque ipse Deus, eorundem bonorum auctor et finis; postremo ac praesertim fides, Dei
268 donum, / a bonae voluntatis hominibus acceptum, animorumque coniunctio in caritate Christi, qui nos advocat, ut non secus atque filii vitam Dei viventis, omnium hominum Patris, participemus.

22. Iam in prima Sacrarum Scripturarum pagina haec verba legimus: *Replete terram et subicite eam* [19]; quibus docemur, res mundi universas pro homine creatas esse, eique id muneris esse concreditum, ut ingenii sui viribus earum momentum proferat, easdemque suo labore suaeque utilitatis causa absolvat atque perficiat. At si terra eo fine condita est, ut singulis hominibus sive necessaria ad victum sive progressionis instrumenta suppeditet, hinc sequitur, cuilibet homini ius esse, ut quae sibi necessaria sint, ex ea percipiat. Cuius rei memoriam Concilium Oecumenicum Vaticanum II hac sententia redintegravit: *Deus terram cum omnibus quae in ea continentur in usum universorum hominum et populorum destinavit, ita ut bona creata aequa ratione ad omnes affluere debeant, iustitia duce, caritate comite* [20]. Huic normae cetera iura omnia, quaecumque ea sunt, ne proprietatis quidem et liberi commercii iuribus exceptis, sunt postponenda, quin immo tantum abest ut eius effectionem impedire debeant, ut eam potius expedire teneantur; ea autem iura revocare ad suum primigenium finem, grave atque urgens sociale officium censendum est.

23. *Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?* [21]. Inter omnes constat quam firmiter Ecclesiae Patres officia descripserint hominum opibus affluentium erga eos qui in necessitate versantur: *Non de tuo largiris pauperi* —ait S. Ambrosius— *sed de*
269 *suo reddis. Quod enim commune est in omnium usum datum, tu solus usurpas. / Omnium est terra, non divitum* [22]. Quae verba declarant, privatam bonorum proprietatem nemini ius tale concedere, quod supremum sit nullique condicioni obnoxium. Nemini licet bona, quae sibi superent, unice ad privata commoda seponere, cum alii rebus careant vitae necessariis. Ne multa, *secundum traditam doctrinam Ecclesiae Patrum praeclarorumque Theologorum, numquam proprietatis iure utendum est cum boni communis detrimento.* Quodsi forte inter se discrepent *iura quaesita privatorum ac primae communitatis necessitates*, ad publicas auctoritates pertinet *operam dare his quaestionibus dissolvendis, rem operose communicantibus civibus ac socialibus coetibus* [23].

24. Bonum igitur commune quandoque deiectionem de fundi possessione postulat, si forte contingat, ut fundi quidam communem impediant prosperitatem, quia vel nimis patent, vel parum aut nihil excoluntur, vel egestatem gignunt incolis, vel civitati gravia inferunt nocumenta. Concilium Vaticanum II dum id, missis ambagibus, declarat [24], non minus clare docet, tum fructus inde perceptos non esse libero hominum arbitrio relinquendos, tum nimii quaestus consilia, in suam dumtaxat utilitatem capta, prohibenda esse. Quare nullo modo licet, cives reditibus abundantes, sibi ex opibus et labore nationis suae provenientibus, magnam eorum partem apud exteras gentes collocare, ad privatas utilitates unice spectantes, nulla suae patriae

qui inscribitur *Rencontre des cultures à l'UNESCO sous le signe du Concile oecuménique Vatican II*, Paris, Mame, 1966, p. 66. [18] *Cf.* Mt., 5, 3. [19] *Gen.*, 1, 28. [20] Conc. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes*, n. 69; *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1090 [LE 3366]. [21] 1 Io., 3, 17. [22] *De Nabuthe*, c. 12, n. 53; PL. 14, 747. Cf. J. R. Palanque, *Saint Ambroise et l'empire romain*, Paris, de Boccard, 1933, pp. 336 et ss. [23] Cf. Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis Epistula ad catholicos viros socialis vitae studia urbe vulgo Brest celebrantes, in libro qui inscribitur *L'homme et la révolution urbaine*, Lyon, Chronique Sociale, 1965, pp. 8-9. [24] Conc. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes*, n. 71; *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1093 [LE 3366].

ratione habita, in quam hoc agendi modo manifestam contumeliam iaciunt [25].

25. Artium et artificiorum invectio, quae sive ad rei oeconomicae incrementum, sive ad humanum profectum necessaria / est, progressionem et demonstrat et promovet. 270
Etenim vim ingenii sui summumque laborem impendens, homo occultas naturae leges paulatim detegit, eiusque opes in utiliorem usum convertit. Quapropter homo, dum suam vivendi rationem moderatur, interea magis magisque accenditur ad nova investiganda atque invenienda, ad prudens agendarum rerum in se periculum recipiendum, ad opera audacter aggredienda, ad generosa incepta ineunda, ad conscientiam officii exacuendam.

26. Sed ex novis huiusmodi condicionibus in hominum societatem, nescimus quo pacto, opiniones irrepserunt, iuxta quas emolumentum ducebatur pro praecipuo incitamento ad fovendam oeconomicam progressionem, libera competitorum aemulatio pro suprema rerum oeconomicarum norma, privata possessio instrumentorum bonis gignendis pro iure absoluto, quod nec fines nec conexum sociale munus acciperet. Huiusmodi effreni *liberalismi* forma ad quoddam tyrannidis genus viam muniebat, a Decessore Nostro Pio XI iure merito improbatum, utpote ex quo *rei nummariae internationalismus seu imperialismus internationalis* [26] originem duceret. Pravi huiusmodi bonorum oeconomicorum usus numquam satis, ut oportet, respuentur, cum res oeconomicas, quod rursus graviter admonere iuvat, homini dumtaxat inservire oporteat [27]. At si fatendum est, e quadam *capitalismi*, uti aiunt, forma ortum duxisse tot aerumnas, tot patratas iniquitates fraternasque dimicationes, quarum effectus etiam nunc experimur, falso tamen quis tribuat artium et artificiorum incremento mala illa, quae verius calamitosis de re oeconomica opinionibus vitio vertenda sunt, quae cum eodem incremento coniungebantur. Immo vero iustitia postulat, ut suscipiamus, non modo laboris temperationem, sed etiam artium et artificiorum profectum ad progressionem provehendam necessarium adiumentum conferre. / 271

27. Item, quamvis quandoque plus aequo extollatur mystica quaedam de labore doctrina, tamen non minus constat Deum laborem iussisse atque bene ei dixisse. Ad imaginem Dei conditus, *homo oportet Creatori sociam navet operam ad creationis opus perficiendum, idemque spiritualem imaginem in se impressam vicissim in terram referat* [28]. Deus, cum hominem intellectu, cogitatione atque sensibus ornavisset, instrumenta ei praebuit, quibus opus a se inchoatum veluti absolveret perficeretque: nam quicumque labore se exercet, sive artifex, sive opifex, sive operis conductor, sive operarius, sive agricola, quodammodo creat. Pronus in materiam, quae suis nisibus obsistit, homo sui ipsius quasi vestigia quaedam in ea imprimit, pariter in se tenaciam, ingenium, vim cogitandi excolens. Quin etiam cum labor, quem homines coniunctim subeunt, spes, dolores, desideria, gaudia communia reddat, id propterea dat, ut voluntates iungat, animos propinquiores faciat, corda vinculis astringat. Etenim, cum laborem homines sustinent, inter se fratres agnoscunt [29].

28. Profecto labor vim habet in utramque partem; nam eo quod pollicetur pecuniam, voluptates, potentiam, hos ad nimium sui ipsius amorem, illos ad seditionem impellit; sed efficit etiam ut conscientia muneris, religio officii, caritas erga proximos excolantur. Quamvis hodie labor magis ad scientiarum normas sit redactus atque efficaciore ratione ordinatus, in discrimen tamen vocare potest ipsam hominis dignitatem, qui eius veluti servus fiat; nam tunc solum labor humanus dicendus est, si ab intellectu et libertate hominis oriatur. Decessor Noster fel. rec. Ioannes XXIII graviter admonuit opus omnino esse, operarios ad suam dignitatem restitui, eosque reapse effici communis operis participes: *societates bonis gignendis perfectam induant humanae consortionis speciem, cuius afflatu singu-*
lorum necessitudines, munerum officiorumque varietates pe- 272
nitus afficiantur [30]. Labor hominum denique notionem longe altiorem habet, si christiana luce illustratus consideretur, cum illuc etiam spectet, ut hisce in terris ad mundum condendum supernaturalem conducat [31], qui sane perfec-

poris, *Gaudium et spes*, n. 71; *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1093 [LE 3366]. [25] *Cf.* Ibid. n. 65; *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1086. [26] Litt. Encycl. *Quadragesimo anno*; *A. A. S.*, XXIII, 1931, p. 212 [LE 1027]. [27] *Cf.* e. g. Colin Clark, *The conditions of economic progress*, III ed., London, Macmillan & Co., New York, St. Martin's Press, 1960, pp. 3-6. [28] Cf. Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis Epistula ad catholicos viros socialis vitae studia Lugduni celebrantes, in libro qui inscribitur *Le travail et le travailleurs dans la société contemporaine*, Lyon, Chronique sociale, 1963, p. 6. [29] *Cf.* e. g. M. D. Chenu, O. P., *Pour une théologie du travail*, Paris, Editions du Seuil, 1955. [30] Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, *A. A. S.*, IIIL, 1961, p. 423 [LE 2984]. [31] Cf. e. g. O. von Nell-Breuning S. I., *Wirtschaft und Ge-*

http://www.obrascatolicas.com

tus absolutusque non erit, donec eo nos perveniamus, ut una omnes perfectum illum Hominem effingamus, de quo S. Paulus meminit hisce verbis: *in mensuram aetatis plenitudinis Christi* [32].

29. Oportet rem festinare, siquidem homines numero nimii doloribus sunt obnoxii, et quasi intervallum amplificatur quo progressio aliorum secernitur ab aliorum statu iacente, immo etiam in pejus ruente. Oportet praeterea opus perficiendum apte et convenienter procedat, ne temperamentum tam necessarium amittatur. Subitaria enim emendatio agriculturae fortasse id non assequetur ad quod tendit; nimis properatus artium et artificiorum proventus potest adhuc necessaria instituta turbare et sociales miserias parare, atque adeo humanum cultum retroagere.

30. Sunt sine dubio rerum condiciones quae, utpote iniustae, Dei animadversionem acerrime petant. Cum enim populi toti, necessariis ad vivendum destituti, ita sint sub aliorum dicione, ut quodvis inceptum sua sponte inire, munera gradus ascendere, vitam socialem et publicam participare vetentur, facile homines sollicitantur, ut humanae dignitati iniuriam allatam vi repellant.

31. Est quidem res pernota, seditiones et motus —nisi agatur de tyrannide aperta ac diuturna, qua primaria iura personae humanae laedantur et bono communi alicuius civitatis grave iniungatur detrimentum— novas parere iniurias, novas ingerere inaequalitates, ad novas strages homines accendere. Malum / autem, quod revera est, non ea 273
licet condicione propulsari, ut maior inducatur calamitas.

32. Volumus ut sententia Nostra plane intellegatur: huic, qui nunc obtinet, rerum statui, animo forti occurri debet et, quas secum fert, iniuriae impugnari debent atque evinci. Progressio mutationes postulat audacter aggrediendas, quibus rerum forma penitus renovetur. Sine ulla mora annitendum est, ut eaedem res, quae tantopere urgent, in melius corrigantur. Unusquisque animo magno et alacri in eo habeat partem, ii praesertim qui pro ingenii cultu, munere, potestate plurimum possint. Exemplum praebentes, de suis bonis aliquid in hoc impendant, quemadmodum nonnulli Fratres Nostri in Episcopatu fecerunt [33]. Ita hominum exspectationi respondebunt atque fideliter Spiritui Sancto obsequentur, quoniam *Evangelium fermentum in corde hominis irrefrenabilem dignitatis exigentiam excitavit atque excitat* [34].

33. Incepta vero unius cuiusvis et aemulationis vices progressionem ad felicem exitum non perducent. Non enim eo licet procedere, ut divitum opes et potentia etiam augeantur, miseriae vero egentium confirmentur et servitus aggravetur oppressorum. Itaque rerum agendarum rationes sunt necessariae, *quae foveant, excitent, ordinent, suppleant atque compleant* [35] actionem singulorum et institutorum se interponentium. Publicarum vero potestatum est statuere et iniungere fines expetendos, proposita assequenda, vias quibus eo perveniatur; earum scilicet est vires omnium stimulare, ad quos communis haec actio pertinet. Sed curent oportet, ut eiusmodi operi privatorum iungant 274
incepta et instituta interposita. Sic enim absoluta rerum / communio ac temere praestituta rerum oeconomicarum dispensatio devitantur, quae, cum libertati refragentur, usum primariorum personae humanae iurium auferunt.

34. Omnis enim ratio rerum agendarum, cui proventuum auctus sit propositus, non alio debet spectare quam ut personae humanae inserviat; scilicet eo pertinere, ut, inaequalitates minuantur, removeantur discrimina, a servitutis vinculis homines liberentur, atque adeo ipsi valeant, in rerum temporalium regione, condicionem suam mutare in melius, profectum moralem suum persequi, spirituales dotes explicare. Cum progressionem dicimus, cura intendatur oportet et in profectum socialem et in provectum rerum oeconomicarum. Non autem satis est communes opes augere, ut cum aequitate distribuantur; non satis est technicis artibus incrementa afferre, ut terra, quasi humanior effecta, aptior sit ad habitandum. Erratis eorum qui antecesserunt, ii moneantur qui ad progressionem nituntur ut, ad haec quod attinet, declinent pericula. Technicorum dominatus seu, uti appellant, *technocratia*, si proxime futura aetate praeponderabit, mala non minus miseranda poterit inferre quam ea, quae *liberalismus*, uti dicunt, prius invexit. Rerum enim oeconomicarum ratio et technicae

Gesellschaft, vol. 1: Grundfragen, Freiburg, Herder, 1956, pp. 183-184. [32] *Eph.* 4, 13. [33] Cf. e. g. EMMANUELIS LARRAIN ERRAZURIZ, Episcopi Talcensis, in Chilia, Praesidis Consilii compendiariis litteris CELAM appellati, *Pastorales Litterae de civili progressu et de pace*, Parisiis, Pax Christi, 1965. [34] Cf. Conc. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes*, n. 26, *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1046 [LE 3366]. [35] IOANNES XXIII Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, *A. A. S.*, LIII, 1961, p. 414.

artes omni notione carent, nisi ad bonum hominis, cui in servire debent, convertantur. Hic vero eatenus tantum est homo, quatenus, actionibus suis imperans ac de earum iudicans momento, sui profectus ipse est artifex; quod quidem congruenter fiat oportet naturae, quam ei summus dedit Auctor, et cuius vires et postulata libere ille assumit.

35. Affirmari etiam licet oeconomicarum rerum incrementum sociali potissimum progressu contineri, ad quem illud nititur, et primam institutionem, qua litterarum tradantur initia, praecipue ab iis affectari, qui de progressione ineunt consilia. Illa enim veluti fames, qua eruditio esuritur, non minus acerba est quam cibi desiderium: nesciens enim litteras est quasi spiritus inedia laborans; sed cum quid legendi atque scribendi callet artem, ad opus faciendum munusve obeundum rite componitur, / sibi iterum fidit 275
seque una cum ceteris posse proficere percipit. Quemadmodum Nos ediximus, cum Teherianium Conventum sodalium Consilii, quod compendiariis litteris UNESCO appellatur, nuntio alloqueremur, disciplina elementorum scribendi est *primaria ac primigenia ratio, qua homo non solum societati inseritur, sed etiam ipse ditatur, eaque praestantissimum subsidium est pro societate ad augendas res oeconomicas et ad progressionem efficiendum* [36]. Gaudemus sane quod, ad hoc quod attinet, multa sunt patrata inceptu privatorum, a publicis potestatibus, ab institutis gentium: hi profecto sunt praecipui effectores progressionis, quoniam homines idoneos reddunt ad eam suapte virtute persequendam.

36. Verumtamen homo non est plane suus, nisi in societate, ad quam pertinet, et in qua momentum maximum et primigenium familia obtinet. Quod nimium fortasse fuit, si tempora et loca in quibus viguit, respicimus, quatenus primaria libertatis iura humanae personae passa sunt detrimentum. Vetera autem societatis instituta, propria regionum ad progressionem nitentium, adhuc sunt in aliquod tempus necessaria, sed nimia eorum vis oportet gradatim minuatur. Familia vero naturalis, monogamiae indole insignis, stabilis, quemadmodum a mente divina est formata [37] christianaque religione consecrata, *in qua diversae generationes conveniunt, ac sese mutuo adiuvant ad pleniorem sapientiam acquirendam atque iura personarum cum aliis vitae socialis exigentiis componenda, fundamentum societatis constituit* [38].

37. Non est diffitendum, maturata natorum incrementa nimis crebro difficultates addere ad progressionis rationes, quod multitudo celerius augetur quam opes, quae sunt in promptu, ita / ut omnes viae intercludi videantur. Tunc 276
facile quis ad consilium descendit incrementum natorum minuendi, gravissimis adhibitis remediis. Non est dubium quin potestates publicae, quantum ad eas pertinet, in haec se queant interponere, cives hac de re docentes et accommodata rei consilia capientes, dummodo haec praescriptis legis moralis congruant, et iusta coniugum libertas absolutissime servetur. Cum vero ius firmissimum matrimonii et procreationis demitur, actum est de humana dignitate. Est denique parentum, re plane perspecta, de numero liberorum statuere; quod munus illi in se recipiunt coram Deo, coram se ipsis, coram liberis iam genitis, coram communitate ad quam pertinent, praecepta secuti conscientiae suae, de lege divina, authentice interpretata, edoctae et fiducia Dei roboratae [39].

38. In opere progressionis faciendae, homo, qui in familia constitutus vitae rationem praecipuam ac primigeniam suscepit, saepe adiuvatur institutis artes profitentium. Quodsi haec propterea condita sunt, ut sodalium commodo utilitatique servirent, magnum est eorum officium et onus, quoad munus educandi, quod exsequi possunt ac debent. Eadem enim instituta, cum homines doceant atque excolant, multum valent ad eos imbuendos intellectu boni communis et obligationum, quibus idem bonum omnes devincit.

39. Quaevis autem actio socialis aliqua doctrina obstringitur: christianus quidem eam respuit, quae in philosophia *materialismi* et *atheismi* innititur, quae videlicet neque mentis religiosae dirigentis vitam ad finem aeternum supremumque, neque libertatis, neque humanae dignitatis habet respectum. Sed, dummodo eiusmodi res praestantissimae in tuto sint collocatae, multiplicitas sodalitatum artes profitentium et collegiorum opificum potest probari, et, 277
quadam ex parte utilis est, si liber/tatem tuetur et ad re-

[LE 2984]. [36] Cf. Diarium quod inscribitur *L'Osservatore Romano*, die 11 mensis Septembris anno 1965, vel Commentarium *La Documentation Catholique*, t. 62, Paris, 1965, pp. 1674-1675. [37] Cf. MT., 19, 6. [38] Conc. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes*, n. 52, *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1073 [LE 3366]. [39] Cf. Ibid., nn. 50-51 cum adnotatione n. 14, *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 1070-1073, Cf. etiam

mulationem impellit. Libentissime ergo iis omnibus adhibemus honorem, qui in iis societatibus, sui immemores commodi, fratribus operose deserviunt.

40. Praeter hasce consociationes artes profitentium, etiam instituta humano cultui provehendo vigent industria, quorum munus non minus valet ad progressionem faciendam. Gravibus his verbis usum, asseverat Concilium: *Peculiaritatur enim sors futura mundi nisi sapientiores suscitentur homines*; et haec addit: *Insuper notandum est plures nationes, bonis quidem oeconomicis pauperiores, sapientia vero ditiores, ceteris eximium emolumentum praestare posse* [40]. Quaelibet civitas, sive dives est sive pauper, humanitatis cultum obtinet a maioribus traditum: scilicet instituta vitae terrenae necessaria et altiores ingenii significationes, utpote ad artes, doctrinas, religionem pertinentes. Quando in his humana veri nominis bona insunt, vehementer aliquis erret, si haec propter illa dimittat; populusque, qui hoc fieri patiatur, optimam sui ipsius partem proiciat, atque, ut vivat, vitae ipsius rationes neglegat. Hortamentum Christi etiam ad populos est referendum: *Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur?* [41].

41. Gentes minus locupletes numquam satis ab illecebra cavebunt, qua, populorum opibus florentium causa, irretiuntur. Hi enim, felices eventus ostendentes, quos in vita sua artibus technicis et humanitate exculta sunt adepti, specimina dant laboris et industriae, qua temporalem prosperitatem praecipue consequantur. Id non propterea dicitur, quod per se mentis agitationem impediat; quin immo hac praeditus *animus hominis, a rerum servitute magis solutus, expeditius ad ipsum Creatoris cultum et contem-* 278
plationem evehi potest [42]. Attamen *ipsa civilizatio / hodierna non ex se, sed utpote nimis rebus terrestribus intricata accessum ad Deum saepe difficiliorem reddere potest* [43]. Itaque ex rebus sibi propositis populi ad progressionem nitentes probe eligant: coarguant et abiciant falsa bona, quibus optima forma vitae humanae deminuitur, accipiant vero munera egregia et utilia, quae una cum rebus praeclaris sibi propriis secundum indolem suam provehere studeant.

42. Haec est humanitatis ratio perfecta, quae promoveatur oportet [44]; numquid aliud est quam omnimodo profectui totius hominis et cunctorum hominum consulere? Humanitatis vero ratio artioribus finibus circumscripta, a bonis animi atque a Deo aliena, qui illorum est fons et origo, specie tantum potior esse potest. Profecto homo res terrenas sine Deo ordinare potest, sed, *remoto Deo, eas nonnisi contra hominem demum dirigere potest. Quapropter humanus cultus, a celeris rebus omnibus secretus, fit certe inhumanus* [45]. Vera igitur humanitatis species non est nisi ea quae ad summum Deum intendit, dum munus agnoscitur ad quod sumus vocati et quo vera vitae humanae forma praebetur. Nequaquam igitur homo est sui ipsius ultima regula, ipse autem is tantum efficitur qui esse debet, si se ipsum supergreditur, secundum illam verissimam Blasii Pascal sententiam: *mirum quantum homo hominem transcendit* [46].

II

43. Omnimoda singuli hominis progressio coniungi debet cum progressione generis humani, mutuo peragenda conatu. In urbe Bombaya haec sumus elocuti: *Oportet homo homini occurrat, nationes inter se, ut fratres et sorores,* 279
ut filii Dei, occurrant. Hac / mutua cum benevolentia et amicitia, hac sacra cum animorum concordia nos pariter aggredi debemus opus, communem prosperitatem futuram humani generis apparandi [47]. Suasimus etiam ut subsidia certa et efficacia exquirerentur, quibus recte disposita instituta conderentur et incepta sociarentur ad opes, quae praesto essent, cum aliis communicandas, atque adeo vera inter nationes constabiliretur necessitudo.

44. Locupletiores primum hisce devinciuntur officiis, quorum partes fraternitate humana et supernaturali continentur, triplicem exhibente rationem: prius est officium mutuae necessitudinis, auxilium nempe a divitioribus nationibus afferendi iis, quae ad progressionem adhuc nituntur; deinde occurrit officium iustitiae socialis, quae in eo

n. 87, p. 110. [40] Cf. Ibid., n. 15, *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1036. [41] MT., 16, 26. [42] Conc. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes*, n. 57, *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1078 [LE 3366]. [43] Ibid. n. 19, *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1039. [44] Cf. e. g. J. MARITAIN, *L'humanisme intégral*, Paris, Aubier, 1936. [45] Cf. H. DE LUBAC, S. J., *Le drame de l'humanisme athée*, III ed., Paris, Spes. 1945, p. 10. [46] Cf. *Pensées*, ed. Brunschvieg, n. 434; cf. MAURICE ZUNDEL, *L'homme passe l'homme*, Le Cairr, Editions du lien, 1944. [47] Cf. Allocutio ad viros e variis religiosis Communitatibus non-christianis, habita die 3 mensis Decembris

est posita, ut rationes mercatoriae, populis fortunatioribus cum infirmioribus intercedentes, in melius restituantur; denique officium caritatis universalis, qua pro omnibus consortio humanior promovetur, in qua cuncti dare debeant et accipere, neque aliorum processus progressionem praepediat aliorum. Gravis sane est haec causa, cum ex ea cunctorum hominum cultus civilis, qui futuris erit temporibus, pendeat.

45. *Si autem frater et soror* —ut ait S. Iacobus— *nudi sint et indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis: Ite in pace, calefacimini et saturamini, non dederitis autem eis quae necessaria sunt corpori, quid proderit?* [48]. Hisce temporibus nemo iam potest ignorare, in nonnullis continentibus terris innumerabiles viros et feminas fame vexari; innumerabiles pueros puellasque inedia languere, ita ut non pauci eorum in ipso flore aetatis morte absumantur; apud multos alios corporis incrementum et mentis profectum ea de causa impediri, ideoque totarum regionum incolas, in maerore iacentes, deficere animis. / 280

46. Anxie edita voce iam sunt postulata auxilia. Rogatus Decessoris Nostri fel. rec. Ioannis XXIII cum alacritate est auditus [49]; Nos ipsi eum iteravimus nuntio ob sollemnia Nativitatis Domini anno MDCCCCLXIII prolato [50], ac denuo anno MDCCCCLXVI Indiam iuvaturi [51]. Incepto omnium nationum Consilii victui et agriculturae accurandae, compendiariis litteris FAO appellati —cui proposito Apostolica Sedes studiose favit— liberaliter est obsecundatum. Institutum Nostrum, cui nomen *Caritas internationalis*, ubique terrarum suscipit labores, ac multi catholici, a Fratribus Nostris in Episcopatu adacti, nihil sibi parcentes conituntur, ut egentibus opitulentur, ac paulatim eorum amplificent numerum, quos ut proximos foveant.

47. Sed haec, perinde ac pecuniae privatim et publice collocatae, dona et creditae summae, non sufficiunt. Non enim solum de fame agitur depellenda ac de minuenda paupertate. Non satis est contra miseriam niti, licet res urgeat et necessaria sit; agitur de hominum consortione stabilienda, in qua quivis, nullo discrimine stirpis, religionis, nationis, vitam vere humanam vivere possit, liberam a servitute, cuius auctores sunt homines et natura non satis domita; de consortione dicimus, in qua libertas non sit inane nomen, et Lazarus vir indigens ad eandem mensam possit considere ac dives [52]. Quod ab ipso divite non paulum magnanimitatis postulat, multa incommoda sponte toleranda, assiduam contentionem. Unusquisque conscientiam suam percontetur, quae novo veluti vocis sono ad haec nostra tempora fertur. Estne unusquisque paratus suo impendio adiuvare opera et missiones disposite constituta ad relevandos egenos? plus tributorum solvere, ut publicae potestates progressionem maiore nisu amplificent? res peregre invectas pluris emere, ut is qui eas effecerit aequiorem mercedem accipiat? / ipse de patria migrare, si 281
oporteat et florens sit aetas, ut opem ferat nationibus ad humanitatis emergentibus cultum?

48. Cum officium coniunctionis inter homines etiam inter populos obtineat, *gentium... progressarum officium gravissimum est progredientes populos adiuvandi* [53]. Hoc sane documentum Concilii ad effectum est adducendum. Quodsi consentaneum est, ut gens aliqua ante ceteras donis fruatur a providenti Deo sibi concessis quasi operae suae proventu, nullus tamen populus audeat ad suum tantum usum divitias sibi seponere. Singuli populi plura et meliora opera et artificia edere debent, ut cunctorum civium vita dignitate vere humana sit praedita, et auxilia afferantur ad generis humani progressionem communiter assequendam. Cum in regionibus humanitatis cultu minus provectis egestas augeatur, consentaneum est, ut civitas aliqua opibus affluens partem bonorum, quae pepererit, cedat ad illarum sublevandas necessitates; consentaneum quoque est, ut instruat educatores, machinarios, technicos, sapientes, qui scientia et peritia sua illis ministrent.

49. Hoc praeterea est interandum: quae in regionibus divitioribus supersunt, ea indigentibus regionibus debent prodesse. Praeceptum, iuxta quod olim necessitudine coniunctiores erant iuvandi, nunc ad universitatem pertinet egentium, qui sunt per orbem terrarum; ex qua re locupletes primi afficientur beneficiis. Horum autem avaritia diutius producta divinam adducet animadversionem et pauperum elicet iram, nec praevideri possunt eventus inde

anno 1964, *A. A. S.*, LVII, 1965, p. 132. [48] JAC., 2, 15-16. [49] Cf. Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, *A. A. S.*, LIII, 1961, pp. 440 ss. [LE 2984]. [50] Cf. Nuntius radiophonicus, datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1963, *A. A. S.*, LVI, 1964, pp. 57-58. [51] *Cf. Encicliche e Discorsi di Paolo VI*, vol. IX, ed. Paoline, Roma, 1966, pp. 132-136. [52] Cf. LC., 16, 19-31. [53] Conc. VAT. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium*

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

secuturi. Civitates opibus nunc florentes, sed suarum tantum utilitatum studiosae, summa, quae habent, bona laedunt, si voluntatem magis rectiusque excellendi postponunt voluntati plus possidendi. Parabola de homine divite, e cuius agris messis tam copiosa percipitur, ut nesciat ubi reponat, ad eos merito transfertur: *Dixit autem illi Deus:*
282 *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te* [54]. /

50. Hi vero conatus, ut ad exitum plane deducantur, nequeunt dissipari et ab aliis seiungi, nedum queant alii aliis opponi propter quorundam dignitatis studium atque potentiam; haec enim tempora conspiratas rerum agendarum exigunt rationes, quae efficaciores sunt et meliores iis adiumentis, quae, oblata occasione, cuiusque bonae voluntati permittuntur. Quemadmodum supra diximus, necesse est studia subtiliter exerceantur, definiantur proposita, subsidia et viae indicentur, labores a delectis hominibus simul suscipiantur, ut necessitatibus huius aetatis satisfiat et quae prospiciantur, requisita perficiantur. Quin immo, eiusmodi rationes superant fines incrementi rerum oeconomicarum et progressionis socialis, siquidem operi patrando vim ac momentum attribuunt, et, dum recto ordine humanitatem componunt, homini ipsi plus dignitatis ac roboris impertiunt.

51. Sed ultra progrediendum est. Cum Bombayae essemus, Eucharisticum ex omnibus gentibus Conventum celebrandi gratia, a supremis civitatum rectoribus petivimus, ut sumptuum partem, quos in militares apparatus impenderent, ad universale quoddam aerarium constituendum converterent, ut populis, opibus destitutis, auxilium praeberetur [55]. Quod autem primum ad debellandam inopiam valet, id ad populorum etiam progressionem promovendam valet. Nam concors quaedam omnium populorum actio, cuius universale illud aerarium et imago esset et instrumentum, id una efficeret, ut hinc inanes dirimerentur contentiones, hinc mutua colloquia, fructuosa sane atque pacata, inter omnes populos initium tandem caperent.

52. Dubium profecto non est, quin stipulationes inter duas vel plures partes contractae servandae sint: hae enim id praestant, ut illis inferioris condicionis rationibus atque simultatibus, quas colonicae dicionis aetas secum tulit, sa-
283 lutares amicitiae / necessitudines, in iurium et rerum politicarum aequalitate positae, feliciter succedant. Quae stipulationes, si cum generali coniungantur consilio mutuae adiutricis operae ab omnibus terrae populis navandae, nulli prorsus suspicioni locum dant. Ii enim, qui earum commodis fruuntur, minus habent, cur diffidant, curque timeant, ne, specie vel pecuniarii subsidii vel technicorum adiumenti ferendi, novum quoddam colonicae dicionis genus, ut dicitur, subeant, quo simul sibi libertas in re publica minuatur et gravia in re oeconomica pondera imponantur, simul paucorum dominatus ibidem vel firmetur, vel constituatur.

53. Quis autem non videat, ex illo, quod memoravimus, universali aerario facultatem datum iri aliquid ex dispendiis deducendi, quae sive timor sive contumacia suaserit? Dum tot esuriunt populi, dum tot familiae omnium rerum penuria laborant, dum tot homines inscientiae tenebris demersi vitam degunt, dum tot desiderantur scholae, valetudinaria, domus, hoc nomine digna, interea quaevis vel publica vel privata dispendia, quivis sumptus aut nationis aut singulorum hominum ostentationis gratia facti, quaevis denique exinaniens ad congerenda arma certatio: haec omnia, dicimus, in famosum intolerandumque flagitium transeunt. Gravissimum Nobis iniunctum munus requirit, ut id aperte notemus. Utinam ii, quos penes summa est rerum, aures Nobis praebeant, antequam res ad extrema veniat.

54. Quam ob causam prorsus necesse est, ut omnes populi in illud veniant colloquium, quod flagrantibus expetivimus votis, cum primas Nostras Encyclicas Litteras, a verbis incipientes *Ecclesiam Suam* [56], dedimus. Si huiusmodi colloquium instituatur inter eos qui adiumenta comparant, et eos qui hisce auxiliis fruuntur, facile fiat, ut conferenda subsidia aequa lance expendantur, non modo pro illorum largitate et copia, sed etiam pro horum et vera
284 subsidiorum necessitate et subsidiorum adhibendorum facultate. Exinde iam non erit periculum, ne nationes, / quae ad progressionem nituntur, aere demergantur alieno, ad quod solvendum suos praecipuos quaestus impendant. Utraque pars astipulari sane poterit de usuris itemque de tempore, quo pecuniae mutuo acceptae sint reddendae, iis tamen condicionibus quae ab utraque parte ferantur, aequando sibi, n. 86; *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1109 [LE 3366]. [54] Lc., 12, 20. [55] Cf. Nuntius ad homines universos datus stantibus diurnariis scriptoribus, die 4 mensis Decembris 1964, *A. A. S.*, LVII, 1965, p. 135. [56] Cf. *A. A. S.*,

quando scilicet gratuita dona, pecunias sine ullo fenore vel parvis tantum usuris sumptas, atque annos, quibus credita gradatim solvantur. Iis procul dubio, qui subsidia conferunt, pro creditae pecuniae usu satisdandum erit, ut id secundum pactam rationem et aequis cum fructibus fiat: non enim cessatoribus neque parasitis favendum est. Ii autem, qui auxiliis utuntur, iure merito postulare poterunt, ne quis in suam rem publicam administrandam se interponat, neve suum socialem ordinem perturbet. Cum enim de civitatibus agatur, quae sui iuris sunt, ad ipsas tantummodo pertinet propria gerere negotia, rerum civilium rationem statuere, atque rei publicae eligere conformationem, quam praeoptent. Hoc igitur necesse est, ut nationes adiutricem sibi operam mutuo neque coactae navent, eaedemque, pari pollentes dignitate, feliciter simul allaborent ad civilem efficiendam consortionem, vere hominibus dignam.

55. Sed huiusmodi propositum in regionibus effici non posse videtur, ubi cotidiani victus una sollicitudine familiae distinentur, quae propterea animo complecti nesciunt, quomodo opera suscipere possint, quibus reliquum vitae tempus minus aerumnosum sibi parent. Hi ergo viri atque mulieres omni ope adiuvandi sunt, iidemque hortandi, ut simul suae progressionis iter ipsi libentes ingrediantur, simul adiumenta ad proficiendum necessaria ipsi sibi quaerant. Huiusmodi communis opera procul dubio virium contentionem consociatam, constantem strenuamque poscit. Omnes tamen sibi persuasum habeant, ad id incunctanter aggrediendum esse: egentiorum enim populorum vita, et civium concordia in nationibus ad progressionem nitentibus, immo universi mundi pax agitur. / 285

56. Omnes autem conatus, sane non mediocres, qui ad iuvandas civitates gradatim progredientes sive pecuniariis sive technicis auxiliis capiuntur, fallaces inanesque plane evadant, si ab his comparata remedia magna ex parte irrita fiant ob mutabiles negotiationum rationes, quae inter ditiores et tenuiores populos intercedant. Etenim alteri omni exspectatione et fiducia destituantur, ubi metuant, ne alteri id ab ipsis repetant, quod iam dederint.

57. Nam civitates, quae operosorum artificiorum numero et efficientia praestant, res potissimum exportant, in suis territoriis manu factas; nationes autem inferiores opibus nihil aliud venale habent, nisi infectam rerum materiam et ea, quae terra gignit. Ob technicas progredientes artes priorum operum pretium celeriter augetur, eademque percommode veneunt. Illae autem res primigenae, quae a minus progressis civitatibus subministrantur, maximis repentinisque pretii mutationibus obnoxiae sunt, ac propterea longe absunt ab illa crescente operum aestimatione. Exinde graves difficultates afferuntur nationibus, in operosis artificiis apparandis paulum progressis, cum ipsis spes in exportandis rebus magna ex parte collocanda sit, ut publici aerarii administrationem et dispensationem compensent, atque oeconomicae progressionis consilia ad effectum deducant. Quam ob rem populi inopia conflictati maiore usque inopia conflictantur, ii autem, qui bonis omnibus praediti sunt, potioribus usque divitiis augentur.

58. Patet igitur, liberae negotiationis normam iam non sufficere, si sola adhibeatur in publicis regendis omnium populorum necessitudinibus. Ea ex contrario prodest, quotiescumque partes inter se opibus non nimium differunt: immo ad ultra progrediendum exstimulat, atque conatus merito afficit praemio. Hanc ob causam civitates, quae in operosis artificiis plurimum profecerunt, in hac liberae negotiationis norma quandam iustitiae legem inesse iudicant. Aliter tamen dicendum est, cum rerum condiciones inter
286 nationes nimis impares fiunt: pretia enim, / de quibus inter negotiatores *libero pacto* convenit, exitus prorsus iniquos habere possunt. Fatendum quidem est, in hac rerum provincia praecipuum caput *liberalismi*, quem appellant, uti negotiationum normam in dubium vocari.

59. Iamvero doctrina, quam Decessor Noster imm. mem. Leo XIII per Encyclicas Litteras tradidit, quibus initium *Rerum Novarum*, hoc etiam tempore est in pretio, secundum quam partium consensus, rerum condicionibus inter se nimis distantium, haud quaquam sufficit ad tuendam pactionum aequitatem, ac liberae consensionis lex ad ius naturale dirigenda est [57]. Quod vero de iusta singulorum opificum mercede illic docetur, id ad pactiones quoque accommodari merito debet, quae inter orbis terrarum populos conflantur: nam negotiandarum rerum ratio et disciplina in sola lege liberae immoderataeque competitorum aemulationis iam nequit consistere, quippe quae oeconomicum imperium quam saepissime etiam pariat. Quam ob

LVI, 1964, pp. 639 et as. [LE 3211]. [57] Cf. Acta Leonis XIII, XI, 1892, p. 131,

rem liber mercaturae usus tunc tantum aequus dicendus est, cum socialis iustitiae postulatis congruit.

60. Ceteroqui, ipsae quae in rebus oeconomicis profecerunt civitates id iam intellexerunt, quandoquidem, accommodis captis consiliis, in sua quaeque rerum oeconomicarum procuratione quandam aequabilitatem instaurari annituntur, quam competitorum aemulatio plerumque perturbat, cum ad suum cuiusque arbitrium grassetur. Fit propterea, ut hae nationes suae agriculturae saepe consulant, onera transferentes in cetera oeconomica incepta, quae maiora incrementa susceperint. Fit pariter, ut eaedem, ad mutua commercia fovenda, praesertim intra fines communis cuiusdam consociatique mercatus, disciplinam sumptuum insumendorum, fisci administrandi et socialis vitae provehendae rationes eo dirigant, ut operosis artificiis, quae imparibus opibus praedita inter se aemulentur, emendi vendendique occasiones, suae condicioni convenientes,
287 praebeantur. /

61. Qua in re aequis omnino mensuris opus est. Quae de administrandis bonis in singulis nationibus servantur, quaeque civitatibus oeconomica progressione praestantibus conceduntur, eadem sane servari debent ad negotiationum rationes inter ditiores et egentiores populos quod attinet. Competitorum aemulatio a mercatura non est quidem pellenda, sed iis continenda modis, quibus reapse iusta et honesta, atque adeo homine digna efficiatur. In negotiationibus autem exercendis inter oeconomicas procurationes ditiores et procurationes egentiores, rerum condiciones nimis dissimiles, atque agendi facultates nimis dispares sunt. Iustitiae ratio, ut sit homine digna et honesta, postulat, ut in commerciis, quae inter varias mundi nationes exercentur, competitoribus aliqua saltem emendi ac vendendi aequa et par condicio tribuatur. Quae quidem par condicio, quamvis haud cito haberi possit, ad eam tamen maturandam iam nunc necesse est germanam exstare aequalitatem in deliberationibus atque in aestimandis pretiis. Qua in materia, etiam pacta inter nationes conventa valde prodesse possunt, quae satis amplum populorum numerum comprehendant: hisce enim conventionibus generales normae constitui possunt, eo spectantes, ut pretia contineantur, apparatus bonis gignendis foveantur, et quaedam promoveantur nascentia operosa artificia. Nemo autem non videt quam efficax sit auxilium, quod concordi hac ad maiorem iustitiam contentione, in commerciorum rationibus inter populos moderandis, civitatibus ad progressionem nitentibus praebeatur, quippe cuius effectus non tantum sint praesentes, sed diu etiam valeant.

62. Sed alia quoque obstant et impediunt, quominus humana societas, quae nunc vivit, aequior efficiatur, eademque firmius pleniusque in mutua universorum hominum necessitudine consistat: obstant videlicet cum propriae civitatis gloriatio tum suae cuiusque stirpis veluti cultus. Nam inter omnes constat, populos, qui recens tantum in re publica administranda sui iuris facti sint, adeptae sed nondum confirmatae suae gentis unitatis retinen-
288 tissimos esse, eamque omnibus viribus tueri; / itemque nationes, vetusto civili cultu praestantes, de institutis a patribus veluti hereditate traditis gloriari. Attamen haec animi sensa, minime sane improbanda, ad quandam perfectionis summam evehantur oportet, per caritatem scilicet, universum hominum genus complectens. Suae vero nationis gloriatio populos inter se disiungit, eorumque germanis commodis obstat; at ibi imprimis gravissima infert detrimento, ubi ex contrario administrandorum bonorum penuria postulat in unum conferri sive virium contentiones, sive rerum notitias sive pecuniarum subsidia, ut consilia de oeconomicarum rerum incremento ad effectum adducantur, et commerciorum civilisque cultus necessitudines increscant ac solidentur.

63. Nunc studium suae cuiusque stirpis non est proprium earum nationum tantum, quae recens sui iuris factae sunt, ubi huiusmodi cultus post odia vel tribuum vel politicarum partium sed abdit, non solum iustitiae maxime officiens, sed etiam civium tranquillitatem salutemque periclitans. Quod studium, cum colonicae vigerent diciones, saepe discidia inter colonos et autochthones concitavit, pariter impediens ne iidem ad mutuam fructuosamque animorum concordiam pervenirent, pariter animos ad acerbam invidiam ob veras acceptas iniurias inflammans. Idem plurimum obstat, quominus populi a fortunis inopes mutuam adiutricem operam sibi volentes navent, atque discordiorum et inimicitiarum semen in mediis civitatibus serit, quotiescumque, contemptis hominum iuribus, quae remitti nequeunt, sive singuli sive familiae, stirpis vel coloris causa, a praecipuis ceterorum civium iuribus iniuste sese exclusos animadvertunt.

64. Haec rerum adiuncta, cum in posterum multa pericula portendant, animum Nostrum angore maestitiaque complent. Spem tamen alimus bonam, fore ut mutuae populorum suspiciones nimiaque sui ipsorum studia aliquando sive impensiore sociatae operae cupiditate, sive flagrantiore mutuae necessitudinis conscientia vincantur. Neque non speramus fore ut populi, in / rebus oeconomicis pau- 289
lum progressi, incitamentum et fructum ex eo capiant, quod ad alios eiusdem condicionis adiacent, quibuscum ampla sua territoria in unum coniungant, ubi collatis studiis suae cuiusque regionis progressioni faveant. Confidimus etiam eosdem et communia agendi consilia esse inituros, et pecunias in efficienda opera apte et ordine esse collocaturos, et procreanda bona pro rata parte unicuique constituturos, et horum bonorum exercituros commercia. Quin etiam ad spem erigimur fore ut consociationes, vel quasdam vel omnes fere nationes inter se copulantes, rebus, uti necessarium est, compositis, rationes ineant ad populos nunc egentiores adiuvandos, ut hi ab omnibus repagulis se expediant, quibus adhuc detineri videntur, et sive humanitatis cultus, sive socialis progressionis vias, suum quisque nativum ingenium fideliter servans, ipsi inveniant.

65. Ad id omnino contendendum est. Cum mutua voluntatum coniunctio inter orbis terrarum populos in dies efficientior videatur, ea omnibus populis permittat necesse est, ut suae cuiusque fortunae auctores, ut ita dicamus, ipsi fiant. Mutuae nationum rationes in vi iusto saepius adhuc constiterunt, idque praeteritorum temporum, pro dolor, veluti praecipua nota fuit. Utinam serena adveniat aetas, qua necessitudines inter populos his tantum insignibus distinguantur, hoc est observantia, amicitia, in adiutrice opera praestanda mutuo obsequio, atque concordi actione in eo posita, ut singuli populi, sua quisque onera et officia in se summa ducti conscientia recipientes, communia incrementa provehant. Populi nunc emergentes copiisque inferiores id postulant, ut certas partes ad aptiorem rerum humanarum compositionem sibi agere liceat, qua scilicet propria cuiusque iura atque munera sanctius defendantur. Quorum optatum cum plane iustum sit, idcirco ab omnibus est audiendum et explendum.

66. Humana societas gravi quodam morbo laborat, cuius causa potius quam in naturae opibus extenuatis vel a paucis avidis/sime coëmptis, verius in resolutis fraternae 290
necessitudinis vinculis cum inter homines tum inter populos continetur.

67. Quare numquam non instabimus suadere, liberale hospitium —quod est humanae simul consensionis christianaeque caritatis officium— praeterquam in domesticos convictus, etiam in instituta disciplinis excolendis civitatum, tale munus praestantium, cadere. Oportet enim ad iuvenes potissimum excipiendos familiae domusque hospitales multiplicentur. Quae ideo condenda sunt, primum ut iuvenes a solitudine, desperatione et angore, ipsorum vires debilitantibus, prohibeantur; deinde ut a corrupto vitae statu, in quo versentur, arceantur, dum fatalis quaedam necessitas impellit ad extremam suae patriae egestatem cum luxu sumptuque effusissimo, quo paene obvolvuntur, comparandam; item ut custodiantur a seditiosis opinionibus consiliisque pugnacibus, quae eorum subeant mentes, dum de *misera calamitosaque fortuna* sua recogitant [58]; ut denique iis fraterno veluti amore receptis praebeantur integrae vitae exempla, quibus sive christiana caritas, germana sane et efficax, sive summa animi bona debito in honore habeantur.

68. Hoc enim reputantibus Nobis est dolendum, quod plurimi iuvenes, qui civitates opulentiores petunt ad eas disciplinas, artium intellegentiam, optima studia assequenda, quibus ornati possint aliquando egregiam suae patriae operam navare, si eximia ibidem institutione conformantur, desinunt tamen saepe saepius summa illa bona probare, quae in humano civilique cultu terrae, ubi adoleverunt, veluti magni pretii hereditas, plerumque insunt.

69. Oportet etiam benigno recipiantur hospitio operarii, domo emigrantes, qui saepenumero perferunt vivendi condiciones homine indignas, atque mercede sibi soluta 291
parcissime uti co/guntur, ut familiam sustentent, quae adhuc in natali solo manet inopiaque premitur.

70. Nostra praeterea hortatione eos omnes appellamus, qui in civitates, recens artibus et artificiis instructas, negotiorum causa se conferunt: fabricatores dicimus mercatoresque atque maximarum huius generis societatum sive magistros sive procuratores. Fieri quidem potest, ut ii in patria sua socialium rationum sensu praediti sint; cur igitur nunc ad atrociores descendant rationes suis tantum

[58] Cf. Leonis XIII Litt. Encycl. *Rerum novarum*, Acta Leonis XIII, XI,

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

commodis serviendi, cum in nationes se conferunt minus progressas, artificiis suis operaturi? Immo vero maior, qua fruuntur, fortuna iis quasi stimulos debet addere, ut, ubi quaestuosa gerant negotia, ibidem auctores evadant socialis progressionis humanique profectus. Quin etiam ipsa, qua abundant, sagacitas in rebus ordinandis opportunas iis vias debet ostendere, quibus autochthonum opus utiliter exerceant, operarios arte peritiaque praestantes instituant, machinales doctores ceterosque officinarum praepositos erudiant, horum navitatem et incepta foveant, hosque ad munera in dies graviora evocent; ita ut haud longo temporis spatio idoneos efficiant, qui secum onus regimenque rerum participent. Interea tamen iustitia semper mutuis praesit rationibus, quae dominis cum administris intercedunt. Atque pactiones legitime initae, omnibus descriptis officiis, easdem rationes moderentur. Ne quis denique, quicumque eius est locus, aliorum arbitrio iniuste subiciatur!

71. Ceterum est cur valde laetemur: nam crescit in dies eorum numerus, qui arte periti sive a consociationibus, vel generalibus vel mutuis, sive a quibusdam privatorum consiliis peregre mittuntur, ut terrarum illarum progressiones incitent. Qui profecto oportet *non ut dominatores se gerant, sed ut adiutores et cooperatores* [59]. Quaevis enim gens statim intellegit, utrum ii, qui ad afferendum sibi auxilium adve-
292 nerint, benevolentiae stu/dio ducantur necne, utrum velint novas tantum artium rationes inducere an veram etiam hominis dignitatem provehere. Neque est dubitandum quin gens illa eorum nuntium sit reiectura, nisi fraterna inde spiret caritas.

72. Si ergo artium peritia est necessaria, vestigia etiam ac testimonia germani amoris sunt cum illa coniungenda. Periti, quos diximus, viri, ab immoderato suae nationis studio alieni et a quavis specie iniqui inter gentes discriminis adhorrentes, cum omnibus quibusque hominibus suam operam et navitatem consociare assuescant, persuasum sibi probe habentes, ob scientiam et rerum usum, quibus praestant, nullum prorsus principatum in omnibus vitae provinciis sibi tribuendum esse. Quamvis enim civilis cultus, qui eorum mores conformavit, quandam quasi formam humanitatis ubique obtinentis complectatur, neque unicus tamen est putandus neque aliorum cultuum fastidiosus esse debet, atque adeo, si in exteras regiones invehatur, ad earum naturam est plane accommodandus. Qui ergo huiusmodi munus suscipiunt, id curent, ut civitatis, in qua tamquam hospites versentur, antiquiorem memoriam et proprium ingenium et doctrinae copiam studiose perspiciant. Ex quo sequetur, ut alter hominum cultus cum altero cohaereat, uberesque inde fructus uterque percipiat.

73. Etenim cum inter diversarum gentium cultus, ut inter singulos homines, sincerum seritur colloquium, fraterna tum facile animorum coniunctio exoritur. Tum inita de humana progressione consilia ad opera communi labore efficienda populos inter se conectent, si omnes omnino cives, primores scilicet et magistratus et humillimus quisque artifex, fraterno accedantur amore flagranterque cupiant unum universumque in toto orbe terrarum cultum humanitatis constabiliri. Tum initium capiet colloquium in homine, non autem in iis quae terra gignit vel praebet ars, positum. Quod plurimum sane utilitatis afferet, si collo-
293 quentibus populis viae ostendentur, quibus et oeconomicos progressus et maiorem suorum animorum cultum / adipiscantur; si technici se pro educatoribus ac praeceptoribus gerent; si disciplinae denique institutio excellentiorem quandam notam praeferet, quae, cum animos moresque attingat, non solum oeconomicas, sed humanas etiam res incrementis augeat. Tum colligata necessitudinis vincula in sua manebunt firmitate, auxilio etiam subsidioque intermisso. Quisnam non videat quantum artiores huiusmodi necessitudines ad pacem in terris servandam conferant?

74. Novimus sane plurimos iuvenes iam libenter alacriterque invitationi Decessoris Nostri fel. rec. Pii XII respondisse, laicorum ordinem ad missionale opus adhortantis [60]. Novimus praeterea alios iuvenes nomen et operam sponte dedisse institutis, quae sive publice sive privatim adiutricem navant operam populis, ad profectum civilem contendentibus. Quapropter non mediocri laetitia comperimus in quibusdam nationibus *munus militare* cum *ministerio sociali*, vel brevissime cum *ministerio* aliqua saltem ex parte posse commutari. Quibus profecto inceptis atque hominibus bonae voluntatis, qui eadem perficiunt, bene ex animo precamur. Utinamque omnes, qui se Christi esse discipulos profitentur, ei roganti obsequantur: *Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et cooperuistis me; infirmus et visitastis me; in carcerem eram, et venistis ad me* [61]. Siquidem nemini licet neglegenter respicere fratrum suorum condicionem, qui tanta adhuc inopia sunt obruti rerumque imperitia laborant nullaque vitae securitate pereunt. His porro aerumnis moveatur animus cuiuslibet christiani, ad similitudinem Christi dicentis: *Misereor super turbam* [62].

75. Supplici ergo omnes deprecatione Deum Patrem omnipotentem exorent, ut genus humanum, tantorum haud ignarum malorum, et mente et animo ad ea delenda totum insistat. Sed / cum omnium studio precandi constans cuius- 294
que voluntas consentiat oportet, ut, quantum vires opesque sinant, contra perexiguam populorum progressionem repugnet. O utinam singuli homines et societatis ordines nationesque universae fraterna inter se consuetudine iungant dexteras, fortesque in progrediendo opitulentur infirmis, omnem sapientiam et alacritatem et caritatem, sui commodi obliti, ad opus conferentes! Qui enim germano ducitur amore quam qui maxime intendit sui aciem ingenii ad miseriarum causas detegendas inveniendosque modos, quibus eas oppugnet ac fortiter evincat. Cum auctor sit pacis, *is suum perget iter, facem laetitiae praeferens lumenque ac gratiam effundens in corda hominum per totum orbem terrarum, eos adiuvans ut, quoslibet transgressi fines, vultus fratrum vultusque amicorum usquequaque agnoscant* [63].

76. Quae nimiae inter populos sive rerum oeconomicarum ac socialium sive doctrinarum discrepantiae exstant, eae simultatem atque dissensionem concitant pacemque saepius in discrimen adducunt. Quapropter, ut ex illo reversi itinere, quod ad Sociatarum Nationum sedem pacis causa habueramus, coram Oecumenici Concilii Patribus professi sumus, *in condicionem populorum, qui ad profectum civilem adhuc nituntur, animos oportet intendamus; scilicet, quo apertius rem dicamus, caritas nostra erga pauperes, qui sunt in mundo quorumque est innumerabilis numerus, oportet fiat sollicitior, efficacior, generosior* [64]. Cum ergo miseriae obsistimus et contra iniquam rerum condicionem contendimus, non solum prosperae hominum fortunae consulimus, sed eorundem etiam animorum morumque progressioni atque adeo totius humani generis utilitati favemus. Siquidem pax non est prorsus ad belli omnis privationem dumtaxat revocanda, tamquam si in quadam virium aequilibritate et inconstantia consistat. Pax diem de
295 die assiduo perficitur / labore, modo is rerum spectetur ordo, qui a Deo statutus perfectiorem iustitiae formam inter homines flagitat [65].

77. Quoniam enim populi fabri sunt suae quisque progressionis, tantum in se onus munusque ipsi recipiunt, quod nullo tamen modo praestare poterunt, si alii ab aliis dissociati vivent. Pactiones ergo inter populos pauperiores eiusdem regionis factae de mutuo sibi auxilio afferendo, et communia amplioraque consilia ad eos adiuvandos, itemque maioris momenti foedera alia inter alios icta ad certas agendi rationes componendas: totidem hi sunt quasi paxilli huiusce viae, quae, dum civili favet profectui, ducit ad pacem.

78. Haec autem mutua inter nationes opera ad totum pertinens orbem terrarum sane poscit Instituta, quae eam praeparent, disponant, regant, donec novus iurium ordo statuatur, quem ratum ac firmum omnes ubique habeant. Equidem libentissime publicis suffragamur consiliis, quae iam dudum hanc operam ad civilem gentium progressionem assequendam curant, votisque expetimus, ut eadem maiore usque auctoritate floreant. Qua de re cum Neo-Eboraci versantes ad Sociatarum Nationum Legatos sermonem haberemus, haec, inter alia, iis diximus: *Vestrarum est profecto partium non unum vel alterum dumtaxat populum fraternis vinculis coniungere, sed omnes ad unum ... Quis enim non videat omnino oportere eo sensim perveniatur, ut auctoritas quaedam ad mundum universum spectans constituatur, quae sive in re iudiciali sive in re politica efficaciter agere possit?* [66].

79. Nonnulli fortasse huiusmodi exspectationes quasi vana opinionum commenta censeant. Fieri enim potest, ut eorum consuetudo res ipsas ut sunt spectandi aliquid vitii habeat, quod nondum animadverterint citatissimum huius aetatis cursum, in qua homines artiore fratrum ne- 296
cessitudine vivere cupiunt / atque, licet ignorantiis, erroribus noxisque detineantur ac saepe in efferatos recidant

1892, p. 98. [59] Conc. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes*, n. 85; *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1108 [LE 3366]. [60] Cf. Litt. Encycl. *Fidei donum*, *A. A. S.*, XLIX, 1957, p. 246 [LE 2650].

[61] Mt., 25, 35-36. [62] Mc., 8, 2. [63] Cf. Ioannis XXIII Allocutio habita die 10 mensis Maii anno 1963, cum praemio a Balzanio nuncupato donaretur, *A. A. S.*, LV, 1963, p. 455. [64] *A. A. S.*, LVII, 1965, p. 896. [65] Cf. Ioannis XXIII Litt. Encycl. *Pacem in terris*, *A. A. S.*, LV, 1963, p. 301 [LE 3110]. [66] *A. A. S.*, LVII, 1965, p. 880 [LE 3322].

mores vel longe a salutis via aberrent, lente tamen ac vel etiam sine sensu ad suum accedunt Creatorem. Atqui huiusmodi contentio ad humaniorem vitae rationem labores quidem postulat, incommoda iniungit; sed ipsae res adversae, amoris erga fratres eorumque utilitatis causa susceptae, quam maxime ad humani generis progressionem conducere possunt. Nam christifideles compertum perspectumque habent se, pro eo quod cum piaculari divini Servatoris immolatione coniungantur, plurimum conferre *in aedificationem Corporis Christi* [67], ut suam nempe plenitudinem accipiat, in populi Dei congregatione.

80. Cum vero hoc iter mutua omnium animi voluntatisque consensione pergendum sit, Nostrum idcirco esse existimamus omnes monere de gravissima amplissimaque hac causa deque summa efficiendi operis necessitate. Iam tempus advenit agendi, quandoquidem in discrimine est, num tot infantes culpae expertes vita superent, num tam multae familiae inopia afflictae ad vivendi condicionem accedere possint cum homine consentaneam, num denique in orbe terrarum pax atque ipse civilis cultus sarta tecta servari queant. Ad universos igitur homines populosque pertinet, ut causam tanti momenti in se recipiant.

81. Quam ob rem haec hortatio ad filios Nostros imprimis spectat. Nam etiam in nationibus, quae ad progressionem nituntur, perinde ut in ceteris, oportet laici suas esse partes sentiant temporalium rerum ordinem in melius convertere. Etenim, si sacrae Hierarchiae est leges praeceptaque moralia docere atque cum auctoritate explanare, quibus hac in re obtemperandum est, laicorum officium est suis liberis consiliis inceptisque id efficere —haud quaquam aliunde normis aut praescriptis desidiose exspectatis— ut non tantum hominum mores mentisque habitus, sed etiam
297 civilis communitatis le/ges et structuras christiano vitae sensu imbuant [68]. Necesse profecto est, res quasdam mutari ac praesentis vitae condiciones penitus emendari. Quod qui facient, iidem summopere enitantur oportet mutationes easdem spiritu Evangelii perfundere. Catholicos praesertim viros e florentioribus nationibus flagitamus, ut suam rerum peritiam atque adiutricem sedulamque operam publicis vel privatis praestent Institutis, sive civilibus sive religiosis, quae in civitatum ad progressionem nitentium angustias vincendas incumbant. Pro certo quidem habemus iis cordi fore se primum tenere locum in eorum agmine, qui nulli parcunt labori, ut reapse apud populos universos ex morum praescriptis leges iustae et aequae condantur.

82. Minime deinde dubitamus, quin omnes, qui christiano censentur nomine ac propterea fratres Nostri sunt, socia compositaque opera id magis magisque moliri velint, ut homines immodicum sui amorem animique arrogantiam coerceant, contentiones simultatesque deponant, ambitiones et iniquitates cohibeant, adeo ut omnibus viae patefiant humanioris vitae, in qua unusquisque sicut frater a fratribus diligatur atque adiuvetur. Praeterea suavi adhuc affecti recordatione illius colloquii, quod cum viris e variis religiosis communitatibus non christianis Bombayae habuimus, iterum illos fratres Nostros hortamur, ut totis animi ingenique viribus contendant ad vivendi condiciones omnibus hominibus parandas, filiis Dei dignas.

83. Animum denique convertimus Nostrum ad universos bonae voluntatis viros, qui conscii sint, ad pacem nisi per civilis cultus progressionem opumque incrementum non posse perveniri. Velimus igitur animum vos inducatis, sive Legati apud Consilia inter nationes obtinentia, sive rebus publicis administrandis periti, sive diurnarii scriptionumque editores, sive demum educatores praeceptoresque, ut
298 omnes, pro vestro cuiusque munere, operam detis novo rerum ordini componendo. / Quod ad Nos, Omnipotentem Deum pro vobis suppliciter precamur, ut vos illuminet vosque roboret, ut omnium animos ad graves has quaestiones considerandas excitetis, populosque ad eas solvendas impellatis. Vobis, praeceptores, sit certum atque statutum iuventuti amorem inicere populorum inopia oppressorum. In hoc vos, diurnarii, elaborate, ut nobis ante oculos proponatis cum incepta, quibus nituntur mutua populorum auxilia, tum lamentabile tot miseriarum spectaculum, quod homines facile aversantur, ne animi tranquillitate careant. Nam id saltem opus est divites cognoscant, pauperes ad suas veluti ianuas stare atque epularum comissationumque reliquias aucupari.

84. Vestrum est, rerum publicarum rectores, communitates trahere vestras ad artiorem cum omnibus hominibus necessitudinem, iisque hoc persuadere, ut nonnihil de suis effusis sumptibus necessario deduci patiantur ad populorum progressionem provehendam pacemque tuendam. In vobis denique magnam partem positum est, Viri legatorum munere fungentes apud multarum nationum Consilia, illud consequi, ut infestos inanesque virium armorumque concursus excipiat socia omnium gentium opera, amica, pacis studiosa suarumque utilitatum incuriosa; quae nimirum spectet ad conspirantem humani generis progressionem incitandam, qua universi homines se magis magisque excolere queant.

85. Quoniam vero —hoc fatendum est— saepe saepius homines male se habent, quod satis de his rebus non cogitant neque meditantur, idcirco consideratos sapientesque viros, catholicos, christianos, Dei cultores, supremae veritatis et iustitiae cupidos, hoc est omnes bona voluntate praeditos, appellamus, eosque, Iesu Christi verba usurpantes, vehementer rogamus: *quaerite et invenietis* [69]; vias patefacite, per quas homines, invicem datis acceptisque auxiliis, rebus altius usque exploratis atque caritatis / sensi- 299
bus latius latiusque manantibus, magis fraternam vitae rationem instituant, ita ut humana societas reapse in omnium consensione innitatur.

86. Vos denique omnes, qui, egenorum populorum ploratibus auditis, eorum necessitatibus subvenire conamini, vos, inquimus, fautores et quasi apostolos existimamus salutaris verique nominis progressionis, quae quidem tantum abest, ut in divitiis contineatur, ad singulorum commodum pertinentibus vel per se expetitis, ut potius ponenda sit in rerum oeconomicarum ratione ad humanae personae bonum composita, in victuque cotidiano cunctis parato, unde fraterna caritas quasi efflorescat providentisque Dei auxilium perspicue significetur.

87. Extremum, dum toto pectore bene vobis precamur, cunctos bonae voluntatis homines vocamus, ut suas cum vestris viribus fratrum more coniungant. Nam si hodie nemo dubitat progressionem idem valere ac pacem, quis nolit, quaesumus, in eam progressionem sua studia suosque labores impendere? Nemo scilicet. Omnes ergo vos hortamur, ut Nostrae anxiae imprecationi egregia animi alacritate, in nomine Domini, respondeatis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XXVI mensis Martii, in festo Resurrectionis D. N. I. C., anno MDCCCCLXVII, Pontificatus Nostri quarto.—Paulus Pp. VI.

[67] Lc., 11, 9.

Adn. G. JARLOT in ME 93 (1968) 222-232; M. MORO in Salesianum 29 (1967) 516-548; G. TALLIERCIO in Pal. clero 49 (1970) 1158-1165, 1248-1257, 1269-1277, 1337-1347, 1411-1420; A. TILLET in L'ami du clergé 77 (1967) 549-556; O. VON NELL-BREUNING in Stimm. der Zeit 180 (1967) 8-17; Doc. Cath. 64 (1967) 1015-1038.

3547

1967 APR 1.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 59 (1967) 947-950

Dilecto Filio Nostro Aloisio Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Traglia, Tituli Sancti Andreae Apostoli de Valle, Nostro in Urbe eiusque districtu Vicario in spiritualibus Generali:

Opportunae facultates pro Apostolica Visitatione in Urbe peragenda conceduntur

PAULUS PP. VI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem.—Ut christianae vitae renovatio, in quam post celebratum Concilium Oecumenicum Vaticanum II ubique terrarum catholicae Ecclesiae filii alacriter incumbunt, etiam in hac alma Urbe efficacius in dies foveatur ac promoveatur, Constitutione Apostolica *Praegraves Supremi Pontificatus*, die XXV mensis Decembris proxime elapsi [LE 3529] edita, 948
Pastoralem / Visitationem in Romana Dioecesi indiximus. Hanc autem Visitationem Nosmetipsi in Patriarchali Archibasilica Lateranensi, Nostra Cathedrali aede, die IX huius mensis Aprilis incohabimus; eamque, pro impenso amore quo Civitatem complectimur peculiaribus Nostris curis concreditam, Nobis in optatis esset per Nos ipsos pergere et perficere, nisi id facere gravibus multiplicibusque Apostolici muneris sollicitudinibus prohiberemur. Quare magni momenti munus eiusdem Visitationis Nostro nomine peragendae Tibi, Dilecte Fili Noster, in Domino committendum

http://www.obrascatolicas.com

decrevimus, ceterisque Venerabilibus Fratribus, qui una Tecum Romae Nobis in episcopali ministerio obeundo adiutricem operam praestant. Ne quid tamen frugiferum huiusmodi Tibi commissum opus impediat, immo ut Tibi praesto sint omnia quae ad illud sancte feliciterque persolvendum conferre possint, vestigiis Decessorum Nostrorum insistentes, Te peculiaribus facultatibus instructum volumus, quas hisce Litteris Apostolicis in forma Brevis Tibi, Dilecte Fili Noster, largimur, facta Tibi potestate easdem sive per modum actus sive habitualiter delegandi iis Antistibus seu Praelatis ac sacerdotibus e clero saeculari vel regulari, quos eligere poteris, ut in hac re Te opportune adiuvent.

Spectata igitur peculiari indole huius Visitationis, cui propositum est «ut universa Romanae Dioecesis pastoralis actio, per firmiorem aptioremque omnium apostolicarum virium conexionem, salutare capiat incrementum» (Const. Ap. *Praegraves Supremi Pontificatus)* [LE 3529], haec statuimus, quae sequuntur:

I. Pastoralis Visitatio post initium sollemni ritu faciendum in Patriarchali Archibasilica Lateranensi, ad universam Romanam Dioecesim extendenda erit, eademque a paroeciis incipiet.

II. Paroeciarum Visitatio hoc modo peragatur, ut in primis ea inspiciantur quae ad fidem pertineant, ac nominatim christianae doctrinae institutio variis christifidelium ordinibus impertienda et catechesis in scholis tradenda.

Inquirendum praeterea est, num observentur praecepta Concilii Oecumenici Vaticani Secundi de sacra Liturgia, normae ad liturgicam fidelium institutionem spectantes, nec non praescripta Romanae Synodi (art. 526), praesertim quod attinet ad Sacrificii Eucharistici celebrationem, ad sacrorum aedium et altarium decorem, ad sacram supellectilem, ad artem et musicam sacram etc.

Peculiaris ratio habeatur educationis liturgicae atque actuosae sacrorum rituum participationis eorum, qui ad reli- 949
giosas laicorum consocia/tiones pertinent. Item inspiciendum est, num ad effectum deducantur quae Instructione ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia commendantur (art. 35), ut nempe Pastores cum prudentia et caritate adlaborent ad aequalitatem fidelium etiam exterius in Ecclesia manifestandam, ita ut in Baptismi, Confirmationis et sacrae Communionis administratione, in Matrimonii celebratione —quae ordinarie in nupturientium paroecia habenda erit— atque etiam in ritu exsequiarum, ad unicam ritus formam pro variis fidelium ordinibus perveniatur.

Cum autem ad efficaciam paroecialis ministerii in tuto ponendam oporteat quandam agendi rationem praestituere secundum ea quae certa ac nota sunt, inspiciendum est, num in singulis paroeciis exstet liber de statu animarum, in quem anagraphicae adnotationes accurate referantur. Inspiciantur denique libri rationum dati et accepti, ita ut singularum paroeciarum bona, administrandi modus et oeconomica condicio clare pateant.

III. Sacrae Visitationi Pastorali obnoxia sunt:

a) ceterae ecclesiae, etiam patriarchales, quae intra Romanae dioecesis fines sitae sunt, etsi ab ordinaria ipsius Urbis Vicarii iurisdictione exemptae, sublatis ad hunc effectum abrogatisque quibuslibet iuribus ac privilegiis speciali ac vel etiam specialissima mentione dignis, quae sive ex veteri consuetudine sive ex Apostolicis Constitutionibus oriantur;

b) omnia Oratoria cuiuslibet Ordinis, etiam Mendicantium, Congregationis aut Instituti Regularium, aut Hospitalium, quantumvis exemptorum, et generaliter quorumcumque Locorum atque Operum piorum, quae quomodolibet nuncupata sint, et quocumque privilegio, exemptione atque immunitate suffulta, etiam si de iis specifica atque individua mentio habenda foret;

c) Capitula, domus religiosae virorum vel mulierum, studiorum Universitates, Seminaria, Scholae, Collegia, Congregationes, Archiconfraternitates (can. 707), Piae Uniones, Associationes, nullo exspectato Nostro speciali mandato, aut etiam requisito consensu vel licentia, itemque cetera Instituta quae auctoritati ecclesiasticae quoquo modo sunt obnoxia;

d) in Sacra Visitatione peragenda, praeter ea quae de paroeciis statuta sunt, diligenter inquirantur praesens status dictorum Institutorum, eorum regulae, navitas, regimen, statuta, consuetudines, mores, regularis observantia Religiosarum Communitatum tam virorum quam mulie- 950
rum, aliaque omnia ad actum huiusmodi Visitationis quomodo/libet necessario pertinentia, facta facultate ad hunc effectum inspiciendi et perlustrandi illorum archivia, bibliothecas, et quaecumque in illis continentur documenta, atque etiam instrumenta authentica, scripturas, librosque rationum dati et accepti.

IV. Volumus denique ut apud Urbis Vicariatum peculiare Officium constituatur, propriis normis instructum, ad quod transmittantur pro opportuno examine relationes de rebus gestis in Visitatione. Hoc autem Officium, cui praeerit Cardinalis Urbis Vicarius eiusque loco in Urbe Vicesgerens, complectetur Episcopos Auxiliares, Delegatos, et quosdam Consultores delectos e clero saeculari vel regulari, doctrina rerumque usu praestantes, nec non congruum officialium numerum. Eidem Officio praesto erit propria Secretaria seu scribarum coetus. Consultorum erit diligenter perpendere relationes Visitatorum ac deinde consilia opportune capienda proponere. Quae quidem consilia Nobis significanda erunt, ut Nostro iudicio Nostraeque approbationi subiciantur.

Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die 1 mensis Aprilis, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3548

1967 APR 8.-SC DOCTRINA FIDEI, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR CONVALIDANDI MATRIMONIUM INTER PARTEM ACATHOLICE BAPTIZATAM ET PARTEM CATHOLICAM SECTAE MASSONICAE ADSCRIPTAM ABSQUE PRAEVIA HUIUS PARTIS RECONCILIATIONE CUM ECCLESIA CATHOLICA

CASUS—Un uomo, nato da genitori cattolici, battezzato e cresimato nella Chiesa cattolica, in età adulta, in seguito al cattivo esempio del proprio padre, si iscrisse alla setta massonica e abbandonò la pratica della religione. Si sposò trentotto anni orsono nella Chiesa episcopaliana con una acattolica. Dalla loro unione non è nata prole. Adesso, pur non essendo disposto a riconciliarsi con la Chiesa per mezzo della confessione sacramentale, l'oratore desidera convalidare il matrimonio nullo, o come egli stesso lo esprime, ricevere la «benedizione» della Chiesa sulla unione invalida. D'altra parte, non è disposto a dare le dimissioni dalla setta massonica piuttosto per motivi di ordine 'sentimentale', p. e.: sono molti anni che è socio dei massoni; i 'fratelli' lo hanno più volte assistito in certe sue difficoltà economiche, ecc.

Di fatto però, da molti anni non assiste più alle sedute massoniche, probabilmente perchè da tempo soffre da malattia cardiaca; la sua moglie è mezza cieca e lei stessa è figlia di genitore cattolico.

Secondo il parroco dell'oratore, questo è quasi un 'rudis' ben poco capace di comprendere l'incompatibilità assoluta, tra la dottrina cattolica e gli errori massonici. Ciò non ostante però sembra essere, sempre secondo il parroco, una persona di buona volontà.

Il parroco è anche del parere che esista la speranza della futura riconciliazione dell'oratore con la Chiesa nonchè della conversione della consorte. Egli da anche le garanzie che lo scandalo non è da temere nel caso della convalida del matrimonio e si adopererà per ricondurre l'oratore alla Chiesa quanto prima.

Ciò premesso, domando umilmente se si possa permettere la convalida del matrimonio in caso, senza la condizione che l'oratore debba dimettersi dai massoni, tenendo conto della sua ignoranza, della speranza della futura riconciliazione con la Chiesa e della possibile conversione della consorte. Oso proporre il caso perchè mi sembra ci sia stata qualche diminuzione dell'ostilità dei massoni ultimamente verso la Chiesa, almeno qui negli Stati Uniti.

RESCRIPTUM—*S. C. pro Doctrina fidei diei* 8 *Aprilis* 1967. Cum ex can. I. C. 1065 appareat massones a matrimonio contrahendo absolute non excludi eorumque admissionem pendere a prudenti Ordinarii arbitrio, hoc Sacrum Dicasterium respondendum censuit rem remittendam esse prudentiae et conscientiae Tuae, quae ergo poterit oratorem ad matrimonium convalidandum admittere si, prae oculis habitis cc. 1065 et 1066, id Tibi in Domino visum fuerit. Quia autem orator videtur satis bonae fidei, et periculum educationis prolis in secta acatholica abest et quia matrimonii convalidatio viam sternere censetur ad futuram plenam reconciliationem oratoris cum Ecclesia, imo et ad mulieris conversionem, nihil iam impedire videtur quominus precibus oratoris adnuere possis, remoto scandali periculo.

* Ordinario Novae Aureliae, Prot. N. 1031/67m: **Jurist** 28 (1968) 205-206.

3549

1967 APR 12.-SC STUDIORUM, RESPONSUM. PART.*

URGET ADHUC, POST MOTU PR. DE EPISCOPORUM MUNERIBUS, OBLIGATIO OBTINENDI BENEPLACITUM APOSTOLICUM AD READMISSIONEM EORUM QUI E SEMINARIIS VEL COLLEGIIS RELIGIOSORUM DIMISSI FUERUNT

Madrid, 12 de abril de 1967

Excelencia Reverendísima: Por venerado encargo de la Sagrada Congregación de Seminarios y Universidades de Estudios, tengo el honor de comunicar a Vuestra Excelencia Reverendísima lo siguiente:

Después de la promulgación de Motu Proprio *De Episcoporum muneribus* [LE 3449], han surgido dudas respecto a si subsiste todavía la obligación de los Excelentísimos Ordinarios de recurrir a la Santa Sede para poder readmitir en el Seminario a los ex religiosos y ex seminaristas, según lo dispuesto en los dos Decretos de la citada S. Congregación: *Consiliis initis*, de 25 de Julio de 1941 [LE 1635] y *Sollemne habet*, de 12 de Julio de 1957 [LE 2677].

Sometida la cuestión a la augusta consideración del Santo Padre, Su Santidad se ha expresado en el sentido que los citados Decretos conservan su vigor, no viéndose la oportunidad ni motivos suficientes para eximir a los Excelentísimos Ordinarios de recurrir al mencionado Sagrado Dicasterio en los casos previstos en los susodichos Decretos.

Con el mayor afecto me complazco en saludarle, reiterándome una vez más, de Vuestra Excelencia Reverendísima att. s. s.—Ant. RIBERI, *Nuncio Ap.*

* Textus datur iuxta notificationem Nuntii Ap. in Hispania die 12 aprilis 1667, Prot. N. 7141, datam: **Ilustración del clero** 60 (1967) 513. Adn. **Ilustración del clero** 60 (1967) 513-514.

3550

1967 APR 15.-SC CONS., DECR. AAS 59 (1967) 645-647

DECRETUM DE IMMUTATIONE VICARIATUS CASTRENSIS IN GALLIA

Arduum gravissimumque opus spiritualis curae militum Galliae, laeta conspexit Apostolica Sedes, quod hisce temporibus, ab eo scilicet inito, anno nempe 1952, Vicariatus Castrensis, per navam sollertiam Emi P. D. Mauritii S. R. E. Cardinalis Feltin, qui prior sapienter eidem praefuit, eo pervenit ut aptis rationibus compositus, iusta ceperit incrementa uberesque animabus ediderit fructus.

Haec sane a Galliae quoque militaribus Magistratibus satis perpensa videntur, qui de militum spirituali cura —in iis quae ad eosdem pertinent— rectius gerendæ, rite proditis legibus —anno 1964— servitio, vulgari nomine «Service des cultes», aliter constituto, decernere sategerunt, dum ecclesiasticum virum pro catholicis militibus praepositum Apostolica haec Sedes Consistoriali Decreto diei 28 Martii 1964 [LE 3177], episcopali dignitate condecoratum voluit, titulo Directoris Generalis eidem tributo.

Eadem vero Apostolica Sedes —quemadmodum nullo umquam non tempore Ecclesiae Catholicae cordi fuit, ac nuper in Concilio Oecumenico Vaticano II, ceterisque recentibus Apostolicis Litteris iterato dictitatum est— communi consilio magis conspirare consulens, cum novissimus Vicarius Castrensis, Excmus nempe P. D. Petrus Veuillot, maximis ceterum Parisiensis archidioecesis gubernandae studiis detentus, Vicarii Castrensis Galliae munere sponte 646
ultro cesserit, Vicariatum Castrensem Gallicum nova ratione ordinare atque componere censuit. /

Quapropter Ssmus Dominus Noster Paulus, Divina Providentia Pp. VI, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Pauli Bertoli, Archiepiscopi titularis Nicomediensis et in Gallia Nuntii Apostolici, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis Consistorialis Pro-Praefecti, quae sequuntur decernit:

1) Firmis tectisque ceteris omnibus quae Consistoriali Decreto *Obsecundare votis* diei 26 Iulii 1952 [LE 2302] constituta sunt, hac in re tantum derogans, officium Vicarii Castrensis Galliae a persona seu munere Archiepiscopi Parisiensis seiungit ac Praelato ab Apostolica Sede, conlatis consiliis cum Episcoporum Conferentia Galliae ad normam Apostolicarum Litterarum *Ecclesiae Sanctae* Motu Proprio die sexta Augusti 1966 datarum [LE 3457] electo, in posterum tribuet, postquam de eius designatione cum Galliae competentibus Magistratibus consultum fuerit, idcirco ut idem Praelatus tum ecclesiastica tum civili iurisdictione in servitio regendo spiritualis curae catholicorum Vicariatus Castrensis subditorum polleat.

Hic autem Vicarius Castrensis Galliae nuncupabitur, atque eius ecclesiastica iurisdictio —uti mos est— ordinaria erit tum fori interni tum fori externi, personalis ac specialis.

Idem Vicarius Castrensis, licet ad normam Decreti memoratae Oecumenicae Vaticanae Synodi II *De pastorali Episcoporum munere in Ecclesia* cap. III, 38, 2 [LE 3332], ad Episcoporum nationis Gallicae Conferentiam pertineat, suam simul operam cum Conferentia seu consilio provinciali regionis parisiensis consociabit quoad ea pastoralia munera quae in eiusdem regionis ambitu ad suum ministerium pertinent.

2) Quod supra memoravimus Consistoriale Decretum verbis incipiens *Vicariatus Castrensis* diei 28 Martii 1964 delet omnino seu abrogat, Cappellani Directoris Generalis Vicariatus Castrensis abolens munus [LE 3177].

Vicarius Castrensis Relationem de statu Vicariatus Castrensis singulis quinquenniis exhibebit iuxta formulam ab Apostolica Sede praescriptam. Quinquennia autem sunt fixa ad normam can. 340, § 1, proinde huiusmodi obligationi satisfaciet anno quo locorum Ordinarii Reipublicae Galliae Relationem de statu dioecesium exhibere tenentur.

Eodem anno quo Relatio promenda, ad normam Consistorialis Decreti *Ad Sacra Limina* diei 28 Februarii 1959 [LE 2809], Vicarius Castrensis ab Urbem Apostolorum Petri et Pauli sepulchra veneraturus accedet et Romano Pontifici sistet.

Ad haec exsecutionis mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est / memoratum Excmum Nuntium Apostolicum 647
in Gallia, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates ad effectum de quo agitur factoque illi onere quamprimum transmittendi ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus Ssmus Dominus Noster praesens edi iussit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die XV aprilis a. MCMLXVII.—Carolus Card. CONFALONIERI, *Pro-Praef.* Ernestus Civardi, *Subsec.*

3551

1967 APR 15.-SC DOCTR. FIDEI, NOTIFICATIO. PART.*

CLERICI IN REGIONES COMMUNISTARUM DICIONI SUBIECTAS ITINERANTES, INDIGENT LICENTIA S. C. PRO NEGOTIIS ECCLESIAE EXTRAORDINARIIS

Roma, 15 aprile 1966

Eccellenza Revma, In questi tempi si verifica più volte il caso di sacerdoti e religiosi, che per varii motivi si recano in paesi comunisti.

Si è notato che da tali viaggi di ecclesiastici, sprovvisti di conoscenze precise e approfondite della situazione d'Oltre Cortina, provengono non lievi inconvenienti per la Chiesa, sia in quei paesi, che altrove, a causa soprattutto della speculazione faziosa che ne fanno gli avversari della Chiesa.

Per prevenire questi inconvenienti gli Emi e Revmi Padri di questa S. Congregazione hanno deciso che d'ora in avanti gli Ordinari prima di concedere il permesso ai sacerdoti e religiosi, che intendono recarsi in paesi a regime comunista chiedano il «nulla osta» alla S. Congregazione per gli Affari Ecclesiastici Straordinari.

Tanto mi premuro partecipare all'Ecc.za Vostra Revma perchè voglia comunicarlo ai Vescovi e ai Superiori Religiosi di codesta Nazione, che dovranno agire in merito con la necessaria prudenza e riservatezza.

Profitto dell'occasione per porgere all'Ecc.za Vostra i sensi del mio sincero e devoto ossequio con cui mi professo dell'Ecc.za Vostra Revma devmo.—P. PARENTE, *Segretario.*

* Legatis Pontificis in singulis nationibus, iuxta textum Nuntio Ap. in Italia missum: **Notiziario** della CISM, n. 121 (1967) p. 178. Vide etiam pro Nuntio Ap. in Hispania: **Ilustración del clero** 60 (1967) 514-515.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

3552

1967 APR 17.-SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM. PART.*

NORMAE CIRCA CLAUSURAM SERVANDAM IN MONASTERIIS MONIALIUM QUAE HUCUSQUE OPERA EXTERNA HABUERUNT

Roma, 17 aprile 1967

Reverendissimo Padre, Da questa Sacra Congregazione sono stati attentamente studiati i quesiti sottoposti dalla Paternità Vostra Reverendissima, con lettera del 28 Marzo scorso., Prot. N.° 454-65-91, in merito al rinnovamento della vita religiosa nei Monasteri di Clarisse, Concezioniste e Terziarie Regolari, dipendenti o spiritualmente legati all'Ordine dei Frati Minori.

Ad ognuno dei punti proposti, che si riferiscono sopratutto al n.° 32 del Motu Proprio *Ecclesia Sanctae*, si risponde come segue:

1. Le Monache siano invitate a scegliere al più presto o le opere di apostolato o l'osservanza della clausura papale. In alcuni casi, d'accordo con il Delegato dell'Ordine, le opere si possono prorogare fino a tre anni; trascorso questo termine si ricorra alla S. Sede.

2. L'ascolta delle Monache, anche per i Monasteri soggetti all'Ordinario del luogo, viene fatta dal Delegato dell'Ordine, il quale però, per la decisione che dovranno prendere le Monache, si mantenga in contatto con il Vescovo. Le Monache decideranno in un Capitolo straordinario, al quale prendano parte anche le Converse, e nel quale si richiedono almeno i due terzi di voti.

3. Per la soppressione effettiva della clausura papale, dopo la decisione del Monastero, si richiede una dichiarazione della S. Congregazione dei Religiosi. In attesa della revisione delle Costituzioni, i Monasteri che intendono proseguire le opere, d'accordo con il Delegato dell'Ordine, preciseranno le norme della loro clausura.

4. Le Monache che hanno votato contro la decisione della maggioranza per se debbono restare nel Monastero, adattandosi però alla nuova fisionomia del Monastero stesso; nei singoli casi si potrà chiedere il passaggio ad altro Monastero, che accetti le richiedenti.

Profitto volentieri dell'occasione per compiacermi con Vostra Paternità del lavoro che va compiendo per il rinnovamento della vita contemplativa, mentre mi professo, con sensi di religioso ossequio, della Paternità Vostra Reverendissima devotissimo nel Signore.—L. Card. ANTONIUTTI, *Pref.* Paolo Philippe, *Secr.*

* Vicario Generali O. F. M., Prot. N. S. R. 1468/66: AOFM 86 (1967) 365-368. Adn. in AOFM 86 (1967) 384-385.

3553

1967 MAI 2.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 59 (1967) 385-390

NORMAE EPISCOPIS ECCLESIARUM ORIENTALIUM, AD FACULTATEM DISPENSANDI SPECTANTES, IMPERTIUNTUR

PAULUS PP. VI

Episcopalis potestatis quae sit amplitudo dilucide definitur a Concilio Oecumenico Vaticano II, quod Nobis feliciter contigit inceptum prosequi et claudere, praesertim in Decreto a verbis *Christus Dominus* [1] incipiente. In hoc enim Decreto, n. 8, quae sequuntur legimus:

a) *Episcopis, ut Apostolorum successoribus, in dioecesibus ipsis commissis per se omnis competit potestas ordinaria, propria ac immediata, quae ad exercitium eorum muneris pastoralis requiritur, firma semper in omnibus potestate quam, vi muneris sui, Romanus Pontifex habet sibi vel alii Auctoritati causas reservandi.*

b) *Singulis Episcopis dioecesanis facultas fit a lege generali Ecclesiae in casu particulari dispensandi fideles in quos ad normam iuris exercent auctoritatem, quoties id ad* 386 *eorum bonum spirituale conferre iudicent, nisi a Suprema Ecclesiae Auctoritate specialis reservatio facta fuerit* [2]. /

Quod praescriptum ut ad effectum aduceretur, die XV mensis Iunii superioris anni Litteras Apostolicas dedimus de Episcoporum muneribus [3], ubi pro universa Ecclesia Latina indicem statuimus legum generalium, quarum relaxationis onus Nobis reservabatur, hoc est legum a quibus dispensandis Apostolica Sedes se numquam non continuit, vel a quibus nonnisi perraro, ob res quae in humana consortione momentum obtinent, dispensare consuevit.

Eodem fere tempore, instante Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali Cardinali Pro-Praefecto, vacationem legis, ad n. 8-b quod attinet, pro Ecclesiis Orientalibus prorogatam voluimus [4], eam praecipue ob causam, ut similis index ad indolem Ecclesiarum Orientalium accommodatus aptius condi posset, quippe qui ob maiorem disciplinae varietatem accuratiore indagatione indigeret.

Nunc autem, eadem Sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali aliisque Officiis Romanae Curiae, Commissionibus Postconciliaribus atque Secretariatibus auditis eorumque sententiis mature perpensis, certa scientia Suprema et Apostolica auctoritate Nostra, haec quae sequuntur pro Ecclesiis Orientalibus sive declaramus sive decernimus.

I. Quas leges providentissima Mater Ecclesia Litteris Apostolicis *Crebrae allatae* (22 Febr. 1949) [5], *Sollicitudinem Nostram* (6 Ian. 1950)[6], *Postquam Apostolicis Litteris* (9 Febr. 1952) [7], *Cleri sanctitati* (2 Ian. 1957) [8], pro Ecclesiis Orientalibus sanxit atque aliis deinceps editis documentis statuit nec revocavit, integras et sanctas declaramus, nisi eas Concilium Oecumenicum Vaticanum II aperte abrogaverit aut iis in quibusdam obrogaverit vel derogaverit. / 387

II. Episcopi dioecesani seu eparchiales intelleguntur non solum Episcopi residentiales, sed etiam alii ipsis in iure aequiparati [9]. Quod postulant sive paritas iurium, quibus Episcopi eparchiales et alii fruuntur, sive communis eorundem iurium ratio, sive necessitas providendi bono spirituali fidelium. Quare hac dispensandi facultate gaudent etiam Exarchi cum territorio proprio [10], Exarchi Apostolici [11], Exarchi patriarchales et archiepiscopales (ad normam cann. 388 et 391 Litt. Ap. m. p. d. *Cleri sanctitati*) [12], Administratores Apostolici permanenter constituti [13].

III. Dispensatio intellegitur *relaxatio legis in casu speciali*. Facultas vero dispensandi exercetur circa leges *praecipientes* vel *prohibentes*, non autem circa leges constitutivas.

In notione dispensationis minime continetur concessio licentiae, facultatis, indulti et absolutionis.

Leges ad iudicia spectantes, cum ad iurium defensionem sint constitutae, et ab iis dispensatio bonum spirituale fidelium directe non respiciat, non sunt obiectum facultatis, de qua agitur in Decreto *Christus Dominus*, n. 8-b [14].

IV. Nomine legis generalis Ecclesiae veniunt leges dumtaxat disciplinares, a Suprema Auctoritate ecclesiastica constitutae, quibus tenentur ubique terrarum omnes pro quibus latae sunt; minime vero eae leges divinae, cum naturales tum positivae, a quibus unus Summus Pontifex —ubi potestae vicaria utitur— dispensare valet; quemadmodum fit in dispensatione a matrimonio rato et non consummato, ab iis quae circa privilegium fidei versantur, et ab aliis.

V. Casus particularis spectat non tantum singulos fideles, sed etiam plures personas physicas, communitatem quandam sensu stricto constituentes. / 388

VI. Fideles, in quos ad normam iuris auctoritas dispensandi exercetur, sunt fideles sive proprii sive alieni ritus, qui ratione domicilii vel alius tituli Episcopo subiciuntur [15].

VII. Ad dispensationem concedendam requiritur iusta et rationabilis causa, habita etiam ratione gravitatis legis, a qua dispensatur. Causa vero legitima dispensationis est spirituale fidelium bonum [16].

VIII. Salvis facultatibus quae Patriarchis, Archiepiscopis Maioribus, Legatis Romani Pontificis et Hierarchis legitime competunt, Nobis expresse reservamus dispensationes quae sequuntur:

[1] Cfr. *A. A. S.* LVIII (1966), pp. 467-472 [LE 3449]. [2] Cfr. *A. A. S.* LVIII (1966), p. 523 [LE 3441]. [3] Motu proprio *De disciplina sacramenti matrimonii pro Ecclesia Orientali: A. A. S.* XXXXI (1949), pp. 89-117 [LE 2029]. [4] Motu proprio *De Iudiciis pro Ecclesia Orientali: A. A. S.* XXXXII (1950), pp. 5-120 [LE 2098]. [5] Motu proprio *De Religiosis, de bonis Ecclesiae temporalibus, de verborum significatione: A. A. S.* XXXXIV (1952), pp. 65-150 [LE 2263]. [6] Motu proprio *De Ritibus Orientalibus, de personis pro Ecclesiis Orientalibus: A. A. S.* XXXXIX (1957), pp. 433-600 [LE 2664]. [7] Decretum de past. Epp. munere in Eccl. *Christus Dominus* n. 21: cfr. *A. A. S.* LVIII (1966), p. 683 [LE 3332]. [8] Litt. Ap. motu proprio d. *Cleri sanctitati*, can. 364, § 2: *A. A. S.* XXXXIX (1957), p. 541 [LE 2664]. [9] Ibid., can. 367, § 1. [10] *A. A. S.* XXXXIX (1957), p. 547 [LE 2664]. [11] Ibid., can. 333, § 1, 1. [12] Cfr. *A. A. S.* LVIII (1966), p. 677 [LE 3332]. [13] Litt. Ap. motu proprio d. *Cleri sanctitati*, can. 22: *A. A. S.* XXXXIX (1957), pp. 441-442 [LE 2664]. [14] Decretum de past. Epp. munere in Eccl. *Christus Dominus*, n. 8b: *A. A. S.* LVIII (1966), p. 676 [LE 3332].

1. Ab obligatione caelibatus seu a prohibitione matrimonii contrahendi, qua diaconi et presbyteri astringuntur, etiam si ad statum laicalem legitime redacti aut regressi sint, in ritibus in quibus non admittuntur clerici coniugati [17]; in ceteris vero ritibus iidem, si caelibatum libere elegerint.

2. In ritibus in quibus non admittuntur clerici coniugati, a prohibitione exercendi ordinem presbyteratus facta coniugatis, qui eundem ordinem sine dispensatione Apostolicae Sedis receperint [18].

3. A vetito, quod in clericos in maiore Ordine constitutos cadit, exercendi per se vel per alios negotiationem aut mercaturam, sive in propriam sive in aliorum utilitatem [19].

4. A legibus generalibus, quae afficiunt monachos ceterosque religiosos uti tales, non autem quatenus iidem Patriarchis ac Hierarchis locorum ad normam iuris et praesertim Decreti Conciliaris *Christus Dominus* (nn. 33-35) [20] subsunt, firma semper manente religiosa disciplina et salvo iure proprii Superioris.

A ceteris legibus generalibus tantum si agatur de mona- 389 chis / Monasterii exempti, vel de religiosis Religionis clericalis exemptae pontificia exemptione.

5. Ab obligatione denuntiandi sacerdotem reum delicti sollicitationis in confessione, ad normam Constitutionis Benedicti XIV *Sacramentum Paenitentiae* [21].

6. Ab impedimento aetatis ad matrimonium valide contrahendum, quoties aetatis defectus biennium excedit [22].

7. Ab impedimento matrimoniali orto ex diaconatu, vel sacro Ordine presbyteratus, vel ex sollemni seu maiore professione religiosa [23].

8. Ab impedimento criminis, de quo in canone 65, 2 et 3. [24].

9. Ab impedimento consanguinitatis in linea recta et in linea obliqua usque ad tertium gradum [25].

10. Ab impedimento orto ex affinitate ex digeneia in linea recta [26].

11. Ab omnibus impedimentis matrimonialibus, si agatur de matrimoniis mixtis, quotiescumque servari nequeunt condiciones iure requisitae [27].

12. A forma iure praescripta ad valide contrahendum matrimonium.

13. A lege renovandi consensum matrimonialem in sanatione in radice, quoties: *a)* requiritur dispensatio ab impedimento Sedi Apostolicae reservato; *b)* agitur de impedimento iuris naturalis vel divini, quod iam cessaverit; *c)* agitur de matrimoniis mixtis, cum servatae non fuerint condiciones iure praescriptae [28].

14. A poena vindicativa iure communi statuta, quae ab ipsa Sede Apostolica declarata vel inflicta fuerit.

390 15. A tempore statuto pro ieiunio eucharistico. /

Normae de facultatibus dispensandi, Episcopis iuxta Conciliare Decretum *Christus Dominus* tributis, valere incipient a die VI mensis Augusti huius anni, in Transfiguratione Domini Nostri Iesu Christi.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die II mensis Maii, in festo S. Athanasii Pontificis et Doctoris, anno MDCCCCLXVII, Pontificatus Nostri quarto.—PAULUS PP. VI.

[17] Litt. Ap. motu proprio d. *Cleri sanctitati*, can. 157, § 2: *A. A. S.* XXXXIX (1957), p. 477 [LE 2664]. [18] Ibid., can. 72, § 2: *A. A. S.* XXXXIX (1957), p. 457. [19] Ibid., can. 83. [20] Cfr. *A. A. S.* LVIII (1966), p. 690 [LE 3332]. [21] Die 1 Iunii 1741; cfr. Codex Iuris Canonici, Documenta, Docum. V, in *A. A. S.* IX (1917), pp. 505-508. [22] Motu proprio *Crebrae allatae*, can. 32: *A. A. S.* XXXXI (1949), p. 95 [LE 2029]. [23] Ibid., can. 62, § 1 et can. 63. [24] Ibid. [25] Ibid., can. 66. [26] Ibid., cann. 67 et 68. [27] Ibid., can. 51. [28] Ibid., can. 52.

Adn. F. BERSINI in Pal. clero 47 (1968) 941-951; M. BREYDY in REDC 24 (1968) 159-166; J. REZAC in PrM 57 (1968) 3-79.

3554

1967 MAI 2.-SC CONCILII, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR CONSTITUENDI PAROCHUM AD PERIODUM ET EXPERIMENTUM SEX ANNORUM

PRECES—The Bishop of St. Anne Diocese in the Province of Quebec requested permission to appoint pastors for a term of six years after which they could be reappointed.

RESCR.—In the audience granted to the undersigned secretary of the Sacred Congregation of the Council on 29 April, 1967, His Holiness deigned to accede to the proposed petition as a favor by way of an experiment for a six-year period, provided the other requirements are observed. At the end of this experimental period, a report should be made to the Sacred Congregation of the Council.

Given at Rome, 2 May, 1967.

* Cuidam Ordinario loci, Prot. N. 111698/D: BOUSCAREN VI, p. 422-423.

3555

1967 MAI 4.-SC RIT., INSTR. AAS 59 (1967) 442-448

INSTRUCTIO ALTERA AD EXSECUTIONEM CONSTITUTIONIS DE SACRA LITURGIA RECTE ORDINANDAM

Tres abhinc annos, per Instructionem *Inter Oecumenici*, ab hac sacra Rituum Congregatione die 26 Septembris 1964 datam [LE 3217], variae accommodationes, in sacros ritus inducendae, statutae fuerunt, quae veluti primitiae generalis liturgicae instaurationis, a Constitutione conciliari de sacra Liturgia [LE 3141] praevisae, die 7 Martii 1965 vigere coeperunt.

Quam copiosi fructus inde colligi coepti sint, satis e pluribus Episcoporum relationibus elucet, quibus constat auctam ubique gentium magisque consciam et actuosam evasisse christifidelium sacrae Liturgiae participationem, praesertim vero sacrosancto Missae Sacrificio.

Ad hanc vero participationem augendam atque ad ipsorum rituum, Missae praesertim, pleniorem perspicuitatem et intellegentiam comparandas, iidem Episcopi nonnullas alias proposuerunt accommodationes, quae quidem ad «Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia» prius delatae, ab eodem Consilio et ab hac sacra Rituum Congregatione probe examinatae et perpensae fuerunt.

Quamvis igitur non omnia quae proponebantur nunc saltem admitti possint, nonnulla tamen, quae pastorali ratione commendantur et futurae ac definitivae instaurationi liturgicae obstare non videntur, statim in praxim deduci posse visa sunt, utpote quae ad ipsam liturgicam instaurationem progressive inducendam utilia censeantur, quaeque ex alia parte per rubricales dispositiones, firmis manentibus actualibus liturgicis libris, applicari possint.

Hac vero oblata occasione necessarium videtur in mentem omnium revocare capitale illud ecclesiasticae disciplinae principium etiam a Constitutione de sacra Liturgia sollemniter confirmatum, scilicet: «Sacrae Liturgiae moderatio ab Ecclesiae auctoritate unice pendet... Quapropter nemo omnino alius, etiamsi sit sacerdos, quidquam proprio marte in Liturgia addat, demat, aut mutet» *(Const. de sacra Liturgia*, n. 22, §§ 1 et 3) [LE 3141].

Ordinarii igitur, sive locorum sive religiosorum, memores sint gravis / sui muneris coram Dom[i]no sedulo advigilandi 443 ut huiusmodi lex, tanti momenti in Ecclesiae institutis et vita, adamussim servetur. Sed et sacrorum administri omnes cunctique fideles velint huic necessariae normae libenti animo sese conformare.

Hoc enim exigit sive singulorum aedificatio atque bonum spirituale; sive harmonica in Domino conspiratio et mutuum exemplum in bonum inter fideles eiusdem congregationis localis; sive denique grave officium, quod singulis communitatibus incumbit, cooperandi ad bonum Ecclesiae per totum orbem diffusae, praesertim hodiernis in adiunctis quibus id quod boni aut mali in communitatibus localibus evenit cito in universam familiae Dei compaginem redundat.

Omnes ergo monitionem Apostoli considerent: «Non enim est dissensionis Deus, sed pacis» *(1 Cor.* 14, 33).

Ut autem liturgica instauratio pressius ad rem deducatur et progressive procedat, sequentes accommodationes et variationes statuuntur.

I. *De Missae formulis eligendis*

1. Extra tempus quadragesimale, diebus III classis, dici potest sive Missa de Officio diei, sive Missa de commemoratione in Laudibus facta. In hac Missa adhiberi potest color Officii diei, ad normam n. 323 Codicis rubricarum.

2. Ordo lectionum per ferias, si a Conferentia Episcopali propriae Dicionis admittitur in Missis cum populo,

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

adhiberi potest etiam in Missis quae sine populo celebrantur; quo in casu lingua vernacula pro lectionibus permittitur.

Huiusmodi autem Ordo lectionum per ferias assumitur quibusdam diebus II classis, qui in ipso lectionario indicantur, et in omnibus Missis III et IV classis sive de tempore, sive de Sanctis, sive votivis quae lectiones stricte proprias non habent, idest lectiones in quibus mentio fiat mysterii vel personae quae celebrantur.

3. In feriis per annum, quando resumitur Missa dominicae praecedentis, loco orationum dominicae, sumi possunt: aut una ex orationibus ad diversa, quae in Missali recensentur, aut orationes unius e Missis votivis ad diversa
444 in Missali exstantibus. /

II. *De orationibus in Missa*

4. In Missa unica dicatur oratio. Attamen, sub unica conclusione cum oratione Missae, additur iuxta rubricas:
a) oratio ritualis (CR n. 447); oratio Missae votivae impeditae in professione religiosorum vel religiosarum sodalium *(Rubr. spec. Missalis)*; oratio Missae votivae impeditae «Pro sponsis» (CR n. 380); *b)* oratio in Missa votiva pro gratiarum actione (CR n. 382 et *Rubr. spec. Missalis)*; oratio in anniversariis Summi Pontificis et Episcopi (CR nn. 449-450); oratio in anniversario propriae ordinationis sacerdotalis (CR nn. 451-452).

5. Si plures in eadem Missa addendae essent orationes sub unica conclusione, una tantum additur, celebrationi magis propria.

6. Loco orationis imperatae, Episcopus potest unam alteramve intentionem pro peculiaribus necessitatibus orationi fidelium inserere.

Item, decreto Conferentiae Episcopalis, eidem orationi fidelium inseri possunt precationes, quae pro reipublicae moderatoribus diversis in locis diversimode fieri imperantur, necnon peculiares intentiones pro necessitatibus ad universam nationem vel regionem spectantibus.

III. *De quibusdam variationibus in ordine Missae*

7. Celebrans genuflectit tantum: *a)* cum accedit ad altare et ab eo recedit, si adest tabernaculum cum Sanctissimo Sacramento; *b)* post elevationem hostiae et post elevationem calicis; *c)* in fine Canonis, post doxologiam; *d)* ante Communionem, priusquam dicat *Panem caelestem accipiam*; *e)* expleta Communione fidelium, postquam hostias, quae forte superfuerint, in tabernaculo recondiderit.
445 Reliquae genuflexiones omittuntur. /

8. Celebrans osculatur altare solummodo initio Missae, cum dicit orationem *Oramus te, Domine*; aut cum ad altare accedit, si preces ad gradus altaris omittuntur; et in fine Missae, antequam populo benedicat et illum dimittat.
Cetera oscula altaris omittuntur.

9. Ad offertorium, post oblationem panis et vini, celebrans deponit patenam cum hostia et calicem super corporale, omissis signis crucis cum patena et cum calice.
Patena, hostia desuper posita, super corporale relinquitur sive ante sive post consecrationem.

10. In Missis cum populo, etiam non concelebratis, licet sacerdoti celebranti Canonem, pro opportunitate, intelligibili voce proferre. In Missis autem in cantu licet ei illas partes Canonis cantare, quae, iuxta ritum servandum in concelebratione Missae, cantari possunt.

11. In Canone, celebrans: *a) Te igitur* incipit erectus et manibus extensis; *b)* unicum signum crucis facit super oblata, ad verba *benedicas + haec dona, haec munera, haec sancta sacrificia illibata*, in oratione *Te igitur*. Cetera signa crucis super oblata omittuntur.

12. Post consecrationem, celebranti licet pollices et indices non coniungere; si vero aliquod fragmentum hostiae digitis adhaeserit, digitos super patenam abstergat.

13. Ritus communionis sacerdotis et fidelium hoc modo ordinetur: postquam dixit *Panem caelestem accipiam*, celebrans accipit hostiam et, stans ad populum conversus, eam elevat, dicens: *Ecce Agnus Dei*, ac ter subdit, una cum fidelibus, *Domine, non sum dignus*. Communicat postea se ipse, omissis signis crucis, cum hostia et calice; ac statim communionem de more distribuit fidelibus.

14. Fideles qui feria V in Cena Domini, in Missa Chrismatis, sese communicaverint, iterum ad sacram communionem accedere possunt in Missa vespertina eiusdem diei.

15. In Missa cum populo, ante postcommunionem, pro opportunitate, vel sacrum silentium per aliquod temporis spatium servari potest vel cani aut dici possunt psalmus aut canticum laudis, e. g. ps. 33 *Benedicam Domino*; ps. 150 446
Laudate Dominum in sanctuario eius; cantica *Benedicite, Benedictus es.*

16. In fine Missae populo benedicitur immediate ante dimissionem. *Placeat* laudabiliter a sacerdote ab altari recedente secreto dicitur.
Etiam in Missis defunctorum datur benedictio et fit dimissio formula consueta, *Ite, missa est*, nisi immediate sequatur absolutio; quo in casu, omissa benedictione et dicto *Benedicamus Domino*, proceditur ad absolutionem.

IV. *De quibusdam circumstantiis particularibus*

17. In Missis «Prosp onsis» orationes *Propitiare* et *Deus, qui potestate* non dicuntur inter orationem dominicam et eius embolismum, sed post fractionem et immixtionem, immediate ante *Agnus Dei*.
Si autem Missa celebratur ad altare versus populum, celebrans, post immixtionem, pro opportunitate, facta genuflexione, accedit ad sponsos et dicit praedictas orationes. Quibus expletis, redit ad altare, genuflectit, et Missam de more prosequitur.

18. Missa celebrata a sacerdote caecutiente vel infirmo, qui ex indulto Missam votivam dicit, ita ordinari potest:
a) sacerdos orationes et praefationem dicat e Missa votiva; *b)* alius sacerdos vel diaconus vel lector, vel ministrans proferat lectiones e Missa diei vel e lectionario per ferias disposito. Si lector vel ministrans tantum habetur, huic facultas fit legenti etiam Evangelium, omissis tamen *Munda cor meum, Iube domne benedicere* et *Dominus sit in corde meo*. Celebrans autem lectioni evangelicae praemittit *Dominus vobiscum*, et in fine librum osculatur; *c)* Schola vel populus aut etiam ipse lector proferre possunt antiphonas ad introitum, ad offertorium et ad communionem necnon cantus inter lectiones occurrentes.

V. *De quibusdam variationibus in Officio divino*

19. Diebus I et II classis, qui Matutinum habent cum tribus Nocturnis, donec instauratio Officii divini perficiatur, unicus tantum Nocturnus cum tribus psalmis et tribus lectionibus dici potest. Hymnus *Te Deum* dicitur, iuxta rubricas, post tertiam lectionem. In Triduo sacro servetur rubricae propriae Breviarii romani./ 447

20. In recitatione a solo, omittuntur absolutio et benedictiones ante lectiones, et conclusio *Tu autem* in fine earum.

21. In persolvendis Laudibus et Vesperis cum populo, loco capituli lectio longior e sacra Scriptura fieri potest, textum sumendo, v. gr. e Matutino aut e Missa diei, aut e lectionario feriali, addita, pro opportunitate, brevi homilia. Ante orationem vero, nisi Missa immediate sequatur, fieri potest etiam oratio fidelium.
Quoties haec elementa inseruntur, tres tantum psalmi dici possunt, hac ratione: ad Laudes sumitur unus e tribus prioribus, canticum et ultimus psalmorum; ad Vesperas vero, tres e quinque psalmis seligi possunt.

22. Quando Completorium cum populi participatione persolvitur, semper psalmi de dominica adhiberi possunt.

VI. *De quibusdam variationibus in Officiis defunctorum*

23. In Officiis et Missis defunctorum color violaceus adhiberi potest. Attamen Conferentiarum Episcopalium erit etiam alium colorem liturgicum statuere, qui aptus sit ingenio populorum, quique et dolorem humanum non offendat et spem christianam ostendat mysterio paschali illuminatam.

24. In absolutione super feretrum vel super tumulum, responsorium *Libera me, Domine*, substitui potest per alia responsoria sumpta e Matutino defunctorum, nempe *Credo quod Redemptor meus vivit; Qui Lazarum resuscitasti; Memento mei, Deus; Libera me, Domine, de viis inferni.*

VII. *De sacris vestibus*

25. Manipulus semper omitti potest.

26. Aspersio aquae ante Missam dominicae, benedictio et impositio cinerum in capite Quadragesimae, et absolutio

super feretrum vel super tumulum fieri possunt cum planeta.

27. Omnes concelebrantes sacras vestes induere debent, quas sumere tenentur cum Missam soli celebrant *(Ritus servandus in Concelebratione Missae*, n. 12) / [LE 3270].
448 Accedente tamen gravi causa, v. gr. frequentiore concelebrantium numero et deficientia sacrorum paramentorum, concelebrantes, excepto semper celebrante principali, omittere possunt casulam, numquam vero albam cum stola.

VIII. *De lingua vernacula adhibenda*

28. Conferentia Episcopalis statuere potest, servatis iis quae in n. 36 §§ 3 et 4 Constitutionis de sacra Liturgia habentur, ut lingua vernacula adhiberi valeat, in actionibus liturgicis cum populo celebratis, etiam: *a)* in Canone Missae; *b)* in universo ritu sacrarum Ordinationum; *c)* in lectionibus divini Officii, etiam in recitatione chorali.

Ssmus Dominus noster Paulus PP. VI, referente infrascripto Arcadio Maria Card. Larraona, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, in audientia, die 13 Aprilis 1967 eidem concessa, praesentem Instructionem in omnibus et singulis approbavit et auctoritate Sua confirmavit, atque publici iuris fieri iussit, ab omnibus ad quos spectat inde a die 29 Iunii 1967 sedulo servandam.

Romae, die 4 Maii 1967, in festo Ascensionis D. N. I. C.—Iacobus Card. Lercaro, Archiepiscopus Bononiensis, *Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia.* Arcadius M. Card. Larraona, *S. R. C. Praef.* Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *S. R. C. a Secr.*

Adn. G. Higuera in Sal terrae 55 (1967) 403-415; L. Trimeloni in Perfice munus 42 (1967) 322-338; El 81 (1967) 300-332; Notit. 3 (1967) 189-194.

3556

1967 MAI 12.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 59 (1967) 617-620

Allocutio die 12 *Maii* 1967 *habita cardiologis paediatris Romae quintum internationalem conventum habentibus:*

DE MODO CONCILIANDI SUB ADSPECTU MORALI IURA INDIVIDUALIA AD VITAM CUM EXIGENTIIS DEMOGRAPHICIS TOTIUS CONSOCIATIONIS HUMANAE

Chers Messieurs, Comme Notre vénéré prédécesseur Jean XXIII le fit en 1960 en accueillant les participants de votre IIIème Congrès, Nous sommes heureux de vous souhaiter à Notre tour la bienvenue dans Notre demeure, à vous qui êtes venus de toutes les parties d'Europe et d'Amérique du Nord participer à Rome aux travaux du cinquième Congrès de l'Association européenne des cardiologues pédiatres. Nous voudrions profiter de cette rencontre pour répondre, ne fût-ce que brièvement, aux graves questions d'ordre moral que vous posez et que votre illustre interprète vien d'évoquer.

Ces problèmes de conscience ne concernent d'ailleurs pas seulement les spécialistes que vous êtes de la physiopathologie cardiologique de l'enfant ou de la chirurgie des cardiopathies infantiles, mais ils intéressent la médecine en général.

Comment concilier, sur le plan moral, les besoins de chaque malade pris individuellement et les exigences d'ordre hygiénique et sanitaire de la communauté humaine prise dans son ensemble? Comment résoudre le dilemme qui se pose à la médecine d'aujourd'hui: en voulant sauver ou prolonger à tout prix des vies humaines amoindries et affaiblies par la naissance ou la maladie, ne risque-t-on pas d'imposer à la collectivité, nationale ou mondiale, un fardeau qui menace de mettre en cause son équilibre économique, social et humain, spécialement dans les pays en voie de développement?

Graves questions, assurément! Et Nous ne prétendons pas leur donner, ici devant vous, une réponse exhaustive et définitive. Veuillez ne voir dans Nos paroles que des points de référence, des orientations, des directives susceptibles de stimuler vos recherches ultérieures en vue d'une solution satisfaisante pour les esprits comme pour les coeurs.

Vous n'ignorez pas, chers Messieurs, comment et com-
618 bien les pontifes romains ont eu à coeur de rappeler et de répéter inlassablement, surtout / en ces dernières décades, quels sont et demeurent à tout jamais les fondements d'un ordre humain respectueux à la fois de la personne et de la communauté, de chaque homme et de l'ensemble des membres de la famille humaine.

C'est à la lumière de cet enseignement qu'il faut s'efforcer de résoudre le cas de conscience que vous et beaucoup de vos collègues médecins vivez en cette heure difficile de l'histoire.

Cette heure marquée par la conscience que prend l'humanité de son unité et de sa solidarité, de l'interaction de tous les problèmes majeurs qui se posent à elle, de l'interdépendance des personnes et des peuples à tous les plans de la vie collective. C'est dans ce vaste cadre qu'il convient de situer vos problèmes. A une interrogation à l'échelon mondial, il faut donner une réponse de même dimension. Mais la considération de l'aspect communautaire du problème ne pourra jamais s'imposer au point de prévaloir sur les prérogatives inaliénables de la personne humaine.

Tout être humain en effet, vous en êtes bien convaincus, est une personne. Comme tel, il est sujet de droits et de devoirs universels et inviolables [1]. Parmi ces droits figurent le droit à l'existence, et en conséquence le droit à l'intégrité physique, à la sécurité en cas de maladie.

Et ce droit à la vie entraîne pour chaque individu, et pour la société entière, le devoir de la conserver, même au prix de grands et lourds sacrifices.

Le bien commun universel ne saurait en effet se concevoir et se définir sans cette référence primordiale à l'individu considéré comme personne, créée à l'image et à la ressemblance de Dieu. C'est cette vérité première que l'homme est, selon l'expression de Pie XII, «le sujet, le fondement et la fin» de la vie en société [2], qui doit servir de norme suprême à toute éthique fondée sur la raison, et à toute déontologie médicale.

Il est donc normal, Nous semble-t-il, que dans l'aspiration universelle des hommes à un développement intégral et solidaire [3], tous ceux qui sont investis de quelque responsabilité —comme c'est votre cas— aient à coeur de tout mettre en oeuvre pour réduire les grands fléaux qui pèsent sur l'humanité: la misère, la faim et la maladie. Et / si par- 619
mi les nombreux impératifs de l'heure il fallait assigner des urgences et des priorités, c'est précisément aux faibles, aux pauvres et aux infirmes qu'il faudrait les accorder.

Mais cela, Nous Nous en rendons bien compte, ne fait que rendre encore plus difficile la solution de votre problème: comment concilier le respect dû à chaque personne avec les contraintes qu'impose aujourd'hui la vie en société?

Nous n'ignorons pas non plus que les dépenses qui s'inscrivent au chapitre de la santé se font toujours plus lourdes pour les collectivités; et on peut prévoir qu'il deviendra nécessaire, dans un proche avenir, de procéder en ce domaine à des options et à des choix décisifs. Suivant quels critères s'exerceront ces choix?

Nous avons eu à plusieurs reprises l'occasion de manifester, à la suite de Nos prédécesseurs immédiats, ce qui pourrait être une possibilité ou amorce de solution. Elle consisterait dans la réduction progressive, simultanée et généralisée des armements militaires. En mettant fin à cette course épuisante, devenue à l'heure présente, comme Nous l'avons dit ailleurs, un «scandale intolérable» [4], des sommes importantes pourraient être investies dans la constructions d'hôpitaux, dans l'aménagement sanitaire des territoires en voie de développement, pour la formation du personnel médical nécessaire.

C'est donc sans nul doute en respectant la valeur sacrée de la vie, de la vie de chaque homme, la dignité de la personne, fût-elle malade ou infirme, que vous resterez les dignes continuateurs des générations de médecins dont l'honneur suprême a été de conserver et de défendre le bien le plus précieux de l'homme: la vie.

Ce sera également votre honneur d'essayer, par les moyens qui sont les vôtres, d'éclairer à ce sujet l'opinion publique et de faire mieux comprendre aux gouvernants leurs responsabilités. Car votre profession, par ses implications multiples sur le plan social et civique, peut contribuer à promouvoir à la fois, dans une heureuse harmonie et un juste équilibre, la cause des individus et celle de la société.

Puissent ces quelques remarques, Chers Messieurs, vous

[1] Cfr. Litt. Encycl. *Pacem in terris*, *A. A. S.* 55 (1963) p. 259 [LE 3110].
[2] Radiomessage de Noël 1944, *A. A. S.* 37 (1945) p. 12. [3] Cfr. Litt. Encycl. *Populorum progressio*, passim [LE 3546]. [4] Litt. Encycl. *Populorum progressio*, n. 53 [LE 3546].

http://www.obrascatolicas.com

stimuler dans vos recherches, et vous aider à pursuivre votre noble mission au service de l'enfance souffrante! Regardez chaque malade, chacun de ces petits qui vous est confié, avec le regard de celui qui a été l'ami des enfants: Jésus-Christ. Tout ce que vous aurez fait au plus
620 petit parmi / les enfants des hommes, sachez que c'est au Christ lui-même que vous l'aurez fait! [5].

Nous ne voudrions pas prendre congé de vous sans invoquer de grand coeur sur les travaux de votre Congrès, comme sur vos personnes, une particulière abondance de grâces. En gage de celles-ci et en témoignage de Notre bienveillance, Nous vous accordons, ainsi qu'à vos collègues et aux malades dont la vie est confiée à vos soins, une paternelle Bénédiction Apostolique.

[5] Cfr. *Matth.* 25, 40.

3557

1967 MAI 13.-PAULUS VI, ADH. AAS 59 (1967) 465-475

Adhortatio apostolica ad universos Episcopos pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes:

DE BEATA VIRGINE MARIA, MATRE ECCLESIAE OMNIUMQUE VIRTUTUM EXEMPLARI, VENERANDA ATQUE IMITANDA

PAULUS PP. VI

Venerabiles Fratres - Salutem et Apostolicam Benedictionem

Signum magnum, quod sanctus Ioannes Apostolus in caelo suspexit, *Mulierem* videlicet *amictam sole* [1], non immerito de beatissima Maria Virgine, gratia Christi Redemptoris, omnium hominum Matre, sacra catholicae Ecclesiae liturgia interpretatur [2].

Viva adhuc memoria, Venerabiles Fratres, repetimus quanta animi concitatione affecti simus cum, tertiam Concilii Oecumenici Vaticani II sessionem claudentes, post Constitutionem dogmaticam, cuius est index *Lumen gentium* [3] sollemni more promulgatam, augustam Dei Matrem pronuntiavimus spiritualem Ecclesiae Matrem, id est omnium christifidelium omniumque sacrorum Pastorum. Quam ob causam eo die sive permultos Patres Conciliares, sive fideles, qui sacro ritui in Petriana basilica aderant, sive christianorum multitudinem per terrarum orbem disseminatam laetitia exsultavisse novimus. Tum namque
466 ipsa multo/rum memoria ad primum illum amplissimumque humilis *ancillae Domini* [4] triumphum revocata est, cum, anno CCCCXXXI, Orientalium et Occidentalium regionum Episcopi, Ephesi in Concilio Oecumenico congregati, Mariam θεοτόκον, hoc est Dei Genetricem consalutaverunt. Iamvero id temporis cum laetantibus Patribus se quadam fidei inflammatione actos clari illius oppidi cives christianam doctrinam profitentes coniunxerunt, qui ardentes facies manu praeferentes eos ad domos suas comitati sunt. Oh, oh quanta materni animi voluptate, hora illa in Ecclesiae annalibus praeclarissima, Maria Virgo ex aetherio solio suo eos Pastores et fideles respexit, quippe cum carmina et praeconia praecipue ad Filii sui, atque adeo ad honorem suum, condita, canticum illud propheticum videretur resonare, quod ipsa, Sancto Spiritu instincta, summo Deo fuderat: *Magnificat anima mea Dominum... Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est...* [5].

Porro adhortationis Nostrae initium a caeremoniis et religionibus ducentes, quae ad honorem Deiparae Virginis Fatimensis, hisce diebus in Lusitania fiunt, ubi a frequentibus fidelium turmis ea ob *maternum et ad misericordiam propensum* [6] animum colitur, omnes Ecclesiae filios iterumque de maxima continuatione admonere cupimus, qua inter se et spiritualis Mariae maternitas, tam copiose in Constitutione dogmatica, a verbis *Lumen gentium* [7] incipiente, illustrata, et hominum redemptorum erga ipsam, uti Ecclesiae matrem, officia nectuntur. Si enim ex pluribus cum divinarum Litterarum tum sanctorum Patrum testimoniis, in commemorata Constitutione simul cum recentiorum Summorum Pontificum enuntiationibus allatis, accipimus, Mariam, *Matrem Dei ac Redemptoris* [8] cum eo fuisse *arcto et indissolubili vinculo unitam* [9] eidemque singularissimum delatum esse *munus... in mysterio incarnati Verbi et Corporis Mystici* [10], hoc est *in salutis oeconomia* [11] exinde elucet Deiparam Virginem non modo uti *sanctissimam Dei / Matrem, quae mysteriis Christi interfuit* [12], sed 467
etiam uti *Ecclesiae matrem* [13], *speciali cultu ab Ecclesia merito honorandum esse* [14], idque *cultu praesertim liturgico* [15].

Nec verendum est, ne reformatio liturgica —modo ad eam formulam efficiatur, quae hisce exprimitur verbis: *lex credendi legem statuat supplicandi*—[16] detrimentum cultui *singulari omnino* [17] iniungat, qui Mariae Virgini sanctissimae, ob praecipua eius privilegia, debetur, in quibus Matris Dei dignitas eminet. Neque ex contrario metuendum est, ne auctus vel liturgicus vel privatus Dei Parentis cultus possit cultum *adorationis, qui Verbo incarnato aeque ac Patri et Spiritui Sancto exhibetur* [18], aut obscurare aut imminuere.

Quapropter, cum mens Nobis non sit hoc loco, Venerabiles Fratres, summam translaticiae doctrinae iterum proponere pertinentis sive ad munus Deiparae in aeternae salutis ordine, sive ad eius cum Ecclesia rationes, rem Nos censemus christifidelium animis perutilem esse facturos, si duo magni ponderis fidei capita presserimus, christianae vitae renovationem contigentia.

I

Haec primo veritas occurrit: Mariam esse Matrem Ecclesiae, non solum propterea quod sit Mater Iesu Christi eique coniunctissima Socia *in nova... Oeconomia, quando Filius Dei humanam naturam ex ea assumpsit, ut mysteriis carnis suae hominem a peccato liberaret* [19], sed etiam quod *toti electorum communitati tamquam exemplar virtutum praefulgeat* [20]. Ut enim quaevis mater humana nequit munus suum ad novi hominis procreationem tantum redigere, sed ad officia nutritionis educationisque debet dilatare, ita profecto agit beata Virgo Maria. Postquam Filii sacrificium, nostrae Redemptionis causam, participavit, idque ratione tam arta, ut ab eo mater non unius Ioannis discipuli, sed / etiam —hoc dicere liceat— humani generis, 468
cuius ille quodammodo gessit personam [21], meruerit designari, ea caelitus nunc materno pergit munere fungi, quo ad gignendam augendamque vitam divinam in singulis hominum redemptorum animis operam confert. Haec veritas et maximi solacii materiam praebet et, e libera voluntate Dei sapientissimi, pars est expletiva mysterii salutis humanae; quam ob rem ab omnibus christianis debet fide teneri.

Sed quomodo alma Dei Parens ad afferenda incrementa membris Ecclesiae in vita, quae ad gratiam pertinet, adiuvat? Imprimis precatione sua numquam intermissa, quam ardentissima caritas excitat. Nam eadem Virgo, licet in contemplanda augusta Trinitate laetetur, tamen filiorum, qui, ut ipsamet olim, *in peregrinatione fidei* [22] sunt constituti, non obliviscitur; quin immo, intuens eos in Deo eorumque necessitates persentiens, Iesu Christo sociata, qui est *semper vivens ad interpellandum pro nobis* [23], iisdem *Advocatam, Auxiliatricem, Adiutricem, Mediatricem* [24] se praestat. De hac, quae numquam defuit, deprecatione apud Filium pro populo Dei, Ecclesiae a prioribus saeculis numquam non fuit persuasum; cuius rei argumentum est haec vetustissima antiphona, quae, paucis tantum mutatis, pars est precationis liturgicae sive in Oriente sive in Occidente usitatae: *Sub praesidium misericordiarum tuarum confugimus, o Deigenitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a perditione salva nos, o (tu) quae sola (es) benedicta* [25].

Tantum vero abest ut materna Mariae deprecatio quidquam de Christi Salvatoris nostri efficacitate, quae praeponderat, pro qua nihil potest substitui, delibet, ut potius ex ea vim sibi propriam hauriat eiusque sit argumentum egregium [26]. Matris autem Ecclesiae auxiliatrix opera non

[1] Cfr. *Apoc.* 12, 1. [2] Cfr. Epist. Missae in festo Apparit. B. M. V. Immolatae, die 11 mensis Februarii. [3] Cfr. *A. A. S.* 57 (1965) pp. 1-67 [LE 3232]. [4] Cfr. *Luc.* 1, 38. [5] Ibid. 1, 46 et 48-49. [6] Nuntius Radiophonicus a Pio XII, die 13 mensis Maii anno 1946, Lusitaniae christifidelibus datus, sollemnia celebrantibus ad templum B. Mariae Fatimensis, aurea corona nomine Summi Pontificis redimitae: *A. A. S.* 38 (1946) p. 264. [7] Cfr. Cap. VIII, par. III, *De Beata Virgine et Ecclesia*: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 62-65 [LE 3232]. [8] Cfr. ibid. n. 53, p. 58. [9] Cfr. ibid. [10] Ibid. n. 54, p. 59. [11] Ibid. n. 55, p. 59. [12] Ibid. n. 66, p. 65. [13] Allocutio in Vaticana Basilica ad Patres Conciliares habita, die festo Praesentationis B. M. V., tertia exacta Oecumenicae Synodi sessione: *A. A. S.* 56 (1964) p. 1016 [LE 3236]. [14] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 66: *A. A. S.* 57 (1965) p. 65 [LE 3232]. [15] Cfr. ibid. n. 67, p. 65. [16] Pii XII Litt. Encycl. *Mediator Dei*: *A. A. S.* 39 (1947) p. 541 [LE 1963]. [17] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 66: *A. A. S.* 57 (1965) p. 65 [LE 3232]. [18] Ibid. n. 66, p. 65. [19] Ibid. n. 55, p. 60. [20] Ibid. n. 65, p. 64; cfr. etiam n. 63. [21] Cfr. ibid. n. 58, p. 61; Leonis XIII Litt. Encycl. *Adiutricem populi*: *Acta Leonis XIII*, 15 (1896) p. 302. [22] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 58: *A. A. S.* 57 (1965) p. 61 [LE 3232]. [23] *Hebr.* 7, 25. [24] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 62: *A. A. S.* 57 (1965) p. 63 [LE 3232]. [25] Cfr. Dom. F. Mercenier, *L'Antienne Mariale grecque la plus ancienne*, in *Le Muséon*, 52 (1939) pp. 229-233. [26] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia

tote posita est in deprecatione apud Filium suum, ad vitae divinae incrementa in animis fovenda pertinente; siquidem illa hominibus redemptis alio etiam prodest modo, id est exemplo, cuius vis summi momenti est, secundum illam
469 tritam sententiam: *Verba movent, exempla / trahunt.* Quemadmodum enim parentum documenta multo efficaciora sunt, si exemplis innituntur vitae cum prudentia humana ac divina congruentis, ita suavitas ac venustas e praecelsis virtutibus Immaculatae Dei Genetricis manantes mirum in modum animos illiciunt ad imitandum divinum exemplar, Iesum Christum, cuius ipsa fuit quam accuratissime expressa imago. Hac de causa Concilium haec asseverat: *Ecclesia de ea pie recogitans eamque in lumine Verbi hominis facti contemplans, in summum incarnationis mysterium venerabunda penitius intrat, Sponsoque suo magis magisque conformatur* [27].

Expedit insuper prae nobis ferre, excellentem sanctitatem beatae Mariae Virginis non fuisse tantum munus singulare divinae largitatis, sed etiam fructum illius rationis, ex qua libera eius voluntas continenter ardenterque obsecuta est interioribus impulsionibus Spiritus Sancti. Quare, propter perfectum illum veluti concentum atque consensum inter gratiam divinam et operam suae naturae humanae, summum honorem tribuit sanctissimae Trinitati estque ipsa effecta praeclarum decus Ecclesiae, a qua ita in liturgia compellatur: *Tu gloria Ierusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri* [28].

Admiremur igitur, quae Evangelii paginis continentur, testimonia tam eximii consensus concentusque: Maria enim, ut primum Gabrielis Archangeli voce certior facta est, se a Deo Matrem electam esse intaminatam Filii eius Unigeniti, sine mora de opere, quod omnes vires fragilis naturae suae esset exacturum, est hisce verbis assensa: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* [29]. Ex quo tempore totam se ministerio devovit non solum Patris caelestis et Verbi incarnati, quod Filius ipsius factum est, sed etiam universi hominum generis, utpote cum haberet perspectum, Iesum et a peccati servitute populum suum esse liberaturum, et Regem fore Regni messianici, universalis, interituri numquam [30].

Vita ergo castissimae sancti Ioseph Sponsae, quae et in partu et post partum virgo permansit, quemadmodum catholica Ecclesia nullo non tempore credidit atque professa
470 est [31] —idque ceteroqui illam / decuit mulierem, quae ad praecellentem divinae maternitatis honorem fuerat provecta—[32] tam expleta sui cum Filio communione eminuit, ut sive gaudia, sive dolores, sive denique triumphos cum eodem participaret. Tum etiam, postquam Iesus ad dexteram Patris ascendit, flagrantissimo ea continenter amore cum Filio suo coniuncta est, atque fida ac firma novo illo est perfuncta munere, ut et dilectissimo discipulo et Ecclesiae nascenti spiritualis Mater adesset. Recto igitur iure tota humilis ancillae Domini vita, ex quo tempore ab Angelo est salutata ad tempus usque, quo ex hisce terris ad caelestem gloriam anima et corpore est evecta, amantis ministerii vita fuisse dicenda est.

Itaque nos, cum Evangelii scriptoribus Ecclesiaeque sive Patribus sive Doctoribus consentientes, quorum Oecumenicum meminit Concilium in Constitutione dogmatica *Lumen gentium* (cap. VIII), Mariam mirantibus oculis contemplamur, in fide sua stabilem, promptam ad oboediendum, in humilitate simplicem, exsultantem in Domino celebrando, in caritate ardentem, in proprio obeundo munere adeo fortem atque constantem, ut se ipsa devoveret, omnibus animi sensibus cum suo cohaerens Filio, qui ideo in cruce mortuus est, ut homines nova vita donaret.

Nunc ergo, si tantus ex ea splendor virtutum refulget, primum sane eorum officium, qui in Christi Matre perfectam Ecclesiae formam agnoscunt, eiusmodi est, ut cum ea artius devinciantur in gratiis excelso Deo persolvendis, qui magna in ipsa fecerit ad bonum universo generi humano comparandum. Verum nullo prorsus modo satis id erit. Alterum enim cadit in omnes fideles officium, impenso scilicet laudis, gratulationis atque caritatis cultu eandem fidelissimam famulam Domini prosequendi, quandoquidem, ex prudenti suavique divina rerum dispensatione, libera eius voluntatis consensio atque etiam generose ab ea data opera consiliis divinis efficiendis valde contulerunt et adhuc conferunt ad salutem hominibus reddendam [33]. Quam ob rem quivis fidelis illa S. Anselmi imploratione uti potest: *Per te, Domina gloriosa, ad Iesum Filium tuum mereamur ascendere, qui per te ad nos dignatus est descendere* [34]. / 471

II

Verumtamen neque Divini Redemptoris gratia, neque valens eius Genetricis nostrumque omnium spiritualis Matris deprecatio, neque huius excelsa sanctitudo nos in salutis portum invehere omnino possint, nisi iis congruat perpetua nostra voluntas et Christum Iesum et Deiparam Virginem honorandi per religiosam virtutum imitationem, quibus uterque praestitit.

Omnes igitur reverenter imitemur oportet bonitatis exempla, quae caelestis Mater nobis reliquit: quod alterum sane est caput, ad quod considerandum simul vos, Venerabiles Fratres, simul fideles, pastorali vestrae sollertiae concreditos, invitare placet, ut hi hortantibus Concilii Oecumenici Vaticani II Patribus facile obtemperent: *Meminerint porro fideles veram devotionem neque in sterili et transitorio affectu, neque in vana quadam credulitate consistere, sed a vera fide procedere, qua ad Dei Genetricis excellentiam agnoscendam adducimur, et ad filialem erga Matrem nostram amorem eiusque virtutum imitationem excitamur* [35].

Iesu Christi imitatio certe regalis est via, quam insistamus oportet, ut vitae adipiscamur sanctitatem atque caelestis Patris perfectionem et absolutionem ipsi pro viribus in nos referamus. Quodsi catholica Ecclesia augustissimam hanc veritatem semper tenuit, pariter tamen affirmavit, Virginis Mariae imitationem non modo non abducere a studio fideliter sequendi Christum, verum etiam id amabilius faciliusque efficere, quandoquidem eadem sanctissima Virgo, ad Dei voluntatem semper se accommodans, meruit ut omnium prima illam laudem audiret, quam Filius suis asseclis tribuit, hisce verbis: *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse meus frater, et soror, et mater est* [36].

Quam ob causam, etiam ad Christi imitationem quod attinet, generalis illa obtinet norma: *Per Mariam ad Iesum.* Neque tamen ea re fides nostra turbetur, quasi huiusmodi auxilium, ab ea adiunctum, quae nobis omnino, praeter peccatum, similis est, nostram laedat dignitatem, idemque impediat, quominus necessitudinis vincula, quibus Dei Filium adoramus et cum ipso amicitia coniungimur, artissima atque continuata / sint. Immo potius agno- 472
scamus *benignitatem et humanitatem salvatoris nostri Dei* [37], qui, nostrae indulgens inopiae, infinitae sanctitatis suae tam disparis atque dissimilis, nobis eiusdem sanctitudinis imitandae copiam dedit, Matris exemplar nobis proponendo. Ea enim, prae omnibus hominibus exemplum est fulgidissimum nobisque perquam accommodatum plenae illius oboedientiae, qua aeterni Patris decretis amantes libentesque subiciamur; Christusque ipse, ut bene novimus, hanc perfectam divinae voluntati obtemperationem veluti speciem ac formam constituit propriae humanae agendi rationis, cum diceret: *Ego, quae placita sunt ei, facio semper* [38].

Si ergo humilem Nazarethanam Virginem spectamus, hoc genus proprietatum virtutumque luce renidentem, eam conspicimus veluti novam Evam [39], veluti excelsam Filiam Sion, Veteris culmen Novique Foederis auroram, in qua illa facta est *plenitudo temporis* [40], a Deo Patre praestituta, ut Unigenitum Filium suum in hunc mundum mitteret. Etenim Virgo Maria, magis quam omnes umquam patriarchae et prophetae, magis quam *iustus ille et timoratus* Simeon, *consolationem Israel... Christum Domini* [41] rogavit ac praestolata est, eiusque adventum fuso hymno *Magnificat* celebravit, cum ipse, carnem suscepturus, in castissimam eius alvum descendit. Iure igitur merito Christi Ecclesia Mariam veluti exemplar ad imitandum proponit, quod secuti, ut dignissime poterit, Dei Verbum in nos recipiamus, quemadmodum sanctus Augustinus sapienter animadvertit: *Beatior ergo Maria percipiendo fidem Christi quam concipiendo carnem Christi... Sic et materna propinquitas Mariae nihil profuisset, nisi felicius Christum corde quam carne gestasset* [42]. Eam praeterea christifideles ut

Lumen Gentium, n. 62: *A. A. S.* 57 (1965) p. 63 [LE 3232]. [27] Ibid. n. 65, p. 64. [28] Antiph. 2 ad Laudes, in festo Concept. Immac. B. M. V. [29] *Luc.* 1, 38. [30] Cfr. *Matth.* 1, 21; *Luc.* 1, 33. [31] Cfr. S. Leo M., Epist. *Lectis dilectionis tuae* ad Flavianum: *LP* 54, 759; idem, Ep. *Licet per nostros* ad Julian. Ep. Coënsem: *PL* 54, 803; S. Hormisda, Ep. *Inter ea quae* ad Iustinum imper.: *PL* 63, 514; Pelagius I, Ep. *Humani generis* ad Childebertum I: *PL* 69, 407; Conc. Later., oct. 649 sub Martino I, can. 3: Caspar, ZKG, 51, 1932, p. 88, Conc. Tolet. XVI, *Symbol.* art. 22; J. Madoz, *El Símbolo del Concilio XVI de Toledo*, in *Estudios Onienses*, ser. I, vol. 3, 1946; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, nn. 52, 55, 57, 59, 63: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 58-64 [LE 3232]. [32] Cfr. S. Thomas, *Sum. Theol.*, P. I., q. 25, a. 6, ad 4. [33] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 56: *A. A. S.* 57 (1965) p. 60 [LE 3232]. [34] *Orat.* 54: *PL* 158, 961. [35] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 67: *A. A. S.* 57 (1965) p. 66 [LE 3232]; cfr. S. Thomas, *Sum. Theol.*, P. II-II, q. 81, a. 1, ad 1; P. III, q. 25, aa. 1, 5. [36] *Matth.* 12, 50. [37] Cfr. *Tit.* 3, 4. [38] *Io.* 8, 29. [39] Cfr. S. Irenaeus, *Adv. Haer.* III, 22, 4: *PG* 7, 959; S. Epiphanius, *Haer.* 78, 18: *PG* 42, 728-729; *S. Ioannes Damasc.*, Homil. I *in Nativitate B. M. V.*: *PG* 96, 671 ss.; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 56: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 60-62 [LE 3232]. [40] *Gal.* 4, 4. [41] *Luc.* 2, 25-26. [42] *Serm.* 215, 1: *PL* 38, 1074.

http://www.obrascatolicas.com

exemplum contueri possunt, quod amplectentes pariter demisso pariter magno animo partes impleant, unicuique a Deo in hac vita commissas, ad aeternam sive propriam sive aliorum comparandam salutem.

Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut et ego Christi [43]:
473 hisce / verbis usa, maiore sane iure quam Apostolus Paulus ad Corinthios scribens, ipsa Ecclesiae Mater credentium multitudines hortari potest, qui, eodem atque praeteritarum aetatum homines fidei amorisque concentu, eam dicunt clamantque beatam [44]. Huic invitationi docilem praebeamus animum oportet.

Nuntius tamen maximae utilitatis hodie ad christifideles perferri videtur ab ea, quae est primaevae labis immunis atque sanctitate omnimoda praestantissima, quaeque Filii socia fuit in supernaturali animorum vita redintegranda [45]. Ab eiusdem enim pia contemplatione christifideles incitamentum capiunt ad fidentem precationem, ad paenitentiam agendam, atque ad sanctum Dei timorem excolendum. Ex quo pariter fiet, ut iidem saepius in memoriam suam redigant, Christum Iesum his verbis regnum Dei mox venturum annuntiasse: *Paenitemini et credite Evangelio* [46], itemque graviter monuisse: *Si paenitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis* [47]. Amoris igitur et satisfactionis studio permoti ob iniurias sanctitati et iustitiae Dei reapse illatas, sed magna erecti fiducia in eius infinita misericordia, debemus animi corporisque afflictationes suscipere, ut nostra proximorumque nostrorum peccata expiemus, atque adeo duplicem vitemus poenam *damni* et *sensus*, quam dicunt: ne scilicet Deum summum Bonum amittamus, neve in ignem incidamus aeternum [48].

Ex eo autem plus etiam christifideles excitandi sunt ad sanctissimae Virginis exempla sequenda, quod ipse Iesus, cum eam tamquam Matrem nobis donaret, eam pariter veluti exemplar proposuit, quod imitaremur. Consentaneum enim est, ut filii idem sentiant ac matres, earumque laudes et virtutes in suos referant mores. Proinde, quemadmodum quilibet homo illam S. Pauli sententiam usurpare potest: *Filius Dei dilexit me, et tradidit semetipsum pro me* [49], ita firma fide pro certo habere potest, sibi quoque a divino Servatore Matrem suam spirituali hereditate relectam esse, atque una simul omnes gratiae virtutumque thesauros, quibus eam cumulavit, ut potenti eius deprecatione nostraque studiosa imitatione in nos derivarentur.
474 Optimo igitur iure S. Bernardus in haec / se profundit verba: *Adveniente Spiritu plena sibi, eodem Spiritu superveniente, nobis quoque superplena et superefluens* [50].

Ex iis quae hucusque ad considerandum proposuimus, sacro Evangelio et catholica traditione rem collustrantibus, perspicue patet, spiritualem Mariae Virginis maternitatem locorum temporumque fines transcendere et ad universam pertinere Ecclesiae historiam, cui propterea ipsa materno officio et auxilio semper affuit praesens. Hinc etiam clare constat, quid sibi velit sententia illa, quam saepenumero hodie efferri audimus: nostram scilicet aetatem *Marianam* nuncupari posse. Nam si profecto fatendum est, insigni Dei beneficio, nunc christianum populum praeclarius quam antea intellexisse providum munus, in historia salutis Mariae sanctissimae concreditum, id tamen non ita est accipiendum, quasi praeteritae aetates veritatem huiusmodi plane non perceperint aut futurae eam aliquando ignorare possint. Omnia enim Ecclesiae tempora materna Dei Genetricis praesentia fruita sunt ac fruentur, cum ipsa semper indissolubili vinculo coniuncta maneat cum Mystici Corporis mysterio, de cuius Capite haec sunt scripta: *Iesus Christus heri et hodie, ipse et in saecula* [51].

Cum autem persuasum habeamus, Venerabiles Fratres, hodiernam Ecclesiae doctrinam de cultu —animi laudantis, grati, amantis indicio— beatissimae Virgini tribuendo plane cum Evangelii doctrina convenire, quam definitius sive Orientis sive Occidentis traditio interpretata est et explicavit, animus Noster ad spem erigitur, fore ut pastoralis haec adhortatio Nostra ad ardentiorem usque auctuosioremque erga Mariam pietatem fovendam generosa voluntate excipiatur, non modo a christifidelibus vigilantiae vestrae commissis, sed ab iis etiam qui, etsi plena cum Ecclesia catholica communione non fruuntur, nihilominus una nobiscum ancillam Domini, Mariam Virginem, uti Filii Dei Matrem, colunt ac venerantur.

Utinam Immaculatum Mariae Virginis Cor christianis universis affulgeat veluti perfectae erga Deum et proximos caritatis exemplar; ad sacrosancta Ecclesiae Sacramenta participanda adducat, quibus fidelium animi a peccatis liberentur atque defendantur; impellat ad innumeras expiandas iniurias divinae Maiestati illatas; sitque denique unitatis signum atque ad fraterna confirmanda vincula incitamentum inter omnes christianos in una Iesu Christi Ecclesia, quae, *a Spiritu / Sancto edocta, filialis pietatis affectu* (Mariam Virginem) *tamquam Matrem amantissimam* 475
prosequitur [52].

Quoniamque hoc anno quinque volvuntur lustra ex quo Decessor Noster f. r. Pius XII, die XXXI mensis Octobris anno MCMXLII, per radiophonicum nuntium ad Lusitanum populum datum, Ecclesiam humanumque genus Deiparae Mariae eiusque Immaculato Cordi sollemniter consecravit [53] —quod Nosmetipsi die XXI mensis Novembris anno MCMLXIV iteravimus— [54] universos Ecclesiae filios hortamur, ut singuli se ipsos Immaculato Matris Ecclesiae Cordi rursus consecrent, utque clarissimam huiusmodi pietatis significationem in vitae actionem transferentes, magis atque magis divinae voluntati morigerentur [55], et caelestis suae Reginae exempla pie secuti, ipsi filiorum more famulentur.

Postremo Nos hinc nihil dubitantes quin, vobis, Venerabiles Fratres, incedentibus, clerus populusque, vestris concrediti curis, sint hortationi huic Nostrae propensa voluntate obtemperaturi, atque adeo Deiparae Virgini ardentiorem posthac ostensuri pietatem, firmiorem fiduciam adituri, hinc pro certo habentes inclitam Caeli Reginam Matremque nostram dulcissimam numquam esse intermissuram singulis filiis suis adesse, totam Christi Ecclesiam caelitus tutari, universoque hominum generi opem ferre salutarem, vobismetipsis gregibusque vestris, divinorum munerum auspicem ac Nostrae benevolentiae testem, Apostolicam Benedictionem perlibenter impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XIII mensis Maii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quarto.—PAULUS PP. VI.

13, 8. [43] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 53: *A. A. S.* 57 (1965) p. 59 [LE 3232]. [44] Cfr. *Discorsi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII*, vol. IV, pp. 260-262; cfr. *A. A. S.* 34 (1942) pp. 345-346 [LE 1716]. [45] Cfr. *A. A. S.* 56 (1964) p.1 017. [46] Cfr. Oratio in festo Immaculati Cordis B. M. V., die 22 Augusti.

3558

1967 MAI 14.-SECR. chr. UN., NOR. AAS 59 (1967) 574-592

DIRECTORIUM AD EA QUAE A CONCILIO VATICANO SECUNDO DE RE OECUMENICA PROMULGATA SUNT EXSEQUENDA

PARS PRIMA.—Prooemium

1. «Ad totam Ecclesiam sollicitudo unionis instaurandae spectat, tam ad fideles quam ad pastores et unumquemque secundum propriam virtutem afficit» (Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio*, n. 5). Ad hanc sollicitudinem promovendam et recte ordinandam, Directorium de re oecumenica editur, quo melius in tota Ecclesia catholica in praxim deduci possint ea quae in decretis Concilii Vaticani II hac de re promulgata sunt. Haec autem omnia in sensu Ecclesiae fideliter exsequenda sunt. «Actio enim oecumenica non potest esse nisi plene sincereque catholica, fidelis nempe veritati, quam ab Apostolis et Patribus accepimus, et consentaneo fidei, quam Ecclesia catholica semper professa est, ac simul in eam plenitudinem tendens, qua Dominus decursu temporum Corpus Suum vult augeatur» (*Ibidem*, n. 24).

2. Apostolicae igitur Sedis atque Episcoporum est, servatis Patriarcharum cum eorum synodis iuribus et consideratis omnibus rerum adiunctis, decernere de ipso modo agendi in rebus oecumenicis, ut in decreto *De Oecumenismo* 575
passim affirmatur [1]. In his quidem rebus ser/vanda est debita prudentia ne ipse motus oecumenicus damnum capiat neque fideles ob periculum falsi irenismi vel indifferentismi detrimentum patiantur. Quae pastoralis prudentia eo magis efficax redditur quo plenior et solidior institutio fidelium in doctrina et authentica traditione tum Ecclesiae catholicae tum Ecclesiarum Communitatumque ab ea seiunctarum evadit. Pericula enim et damna, quae oriri possunt, vitantur facilius per hanc rectam cognitionem doctrinarum et traditionum quam per quandam ignorantiam, saepe innixam falso timore earum accommodationum quae, ad mentem et secundum decreta Concilii

[1] Cfr. *De Oecumenismo*, n. 4; n. 8; n. 9 [LE 3235].

Vaticani II, ad omnem veram renovationem Ecclesiae necessariae sunt.

Motus oecumenicus nempe ab illa renovatione incipit qua Ecclesia plenius et perfectius veritatem et sanctitatem a Christo Domino traditas exprimit. Hanc renovationem in veritate et caritate unusquisque fidelis ut membrum Ecclesiae participare debet ita ut fide, spe et caritate crescat ac per propriam vitam christianam in Ecclesia testimonium reddat Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi.

Cum autem hic motus a Spiritu Sancto excitatus sit [2], ea quae hic sequuntur eo fine eoque modo proponuntur, ut in decreto *De Oecumenismo* ad effectum deducendo Episcopis inserviant, neque «Providentiae viis ullum ponatur obstaculum et futuris Spiritus Sancti impulsionibus praeiudicetur» (*ibidem*, n. 24).

I. De Commissionibus Oecumenicis instituendis

A) *De Commissione dioecesana*

3. Peropportunum esse videtur, ut in pluribus dioecesibus una simul sumptis, vel, si rerum adiunctis suadetur, etiam in unaquaque dioecesi, consilium seu commissio seu secretariatus instituatur qui de mandato Conferentiae Episcopalis vel Ordinarii loci rei oecumenicae provehendae operam navet. In iis autem dioecesibus, quae propriam commissionem habere non possunt, unus saltem adsit pro his negotiis ab Episcopo delegatus.

4. Huiusmodi commissio mutuae excolat necessitudinis rationes cum institutis operibusque oecumenicis vel iam existentibus vel erigendis eorumque auxilio pro opportu-
576 nitate utatur necnon aliis in dioecesi ope/ribus et inceptis singulorum sedulo inserviat, ita ut mutuo de rebus se certiores reddant et condocefaciant. Quae omnia *ita* agantur, ut cum rationibus et normis generalibus nunc hac in re vigentibus congruant.

5. Inter huius commissionis membra, praeter clerum dioecesanum, religiosi et religiosae necnon laici idonei utriusque sexus pro opportunitate asciscantur, ut sollicitudo unitatis instaurandae, quae ad totam Ecclesiam spectat, clarius demonstretur, foveaturque efficacius.

6. Huius commissionis, praeter alia munera ipsi mandata, est:

a) Decisiones Concilii Vaticani II de re oecumenica ad effectum deducere pro hominum rerumque adiunctis.

b) Oecumenismum spiritualem fovere secundum ea, quae in decreto *De Oecumenismo*, praesertim ad n. 8, continentur circa orationem publicam et privatam ad Christianorum unitatem impetrandam.

c) Mutuae benevolentiae ac necessitudinis rationes necnon caritatem inter Catholicos et Fratres ab eorum communione seiunctos promovere.

d) Colloquium seu dialogum cum illis instaurandum curare eique moderari, quatenus variis modis pro colloquentium inter se condicione instituatur oportet ad normam nn. 9 et 11 decreti *De Oecumenismo*.

e) Una cum Fratribus seiunctis promovere commune testimonium fidei christianae necnon mutuam operam, veluti in educatione, ratione morali, re sociali, cultu humano, doctrinis et artibus, ad normam n. 12 decreti *De Oecumenismo* [3].

f) Constituere peritos ad consilia et consultationes cum Ecclesiis vel Communitatibus seiunctis, intra dioeceseos fines existentibus, ineunda.

g) Auxilia praebere vel suasiones proponere ad institutionem et educationem tam clericorum quam laicorum efficiendam et ad vitam oecumenico sensu degendam, quas inter res plurimum tribuendum est formationi Sacrorum alumnorum in seminariis, praedicationi verbi Dei, catechesi, aliisque institutionibus, de quibus agitur in decreto *De Oecumenismo* ad n. 10.

h) Curare rationes cum commissione oecumenica terri-
577 toriali intercedentes, de qua infra sermo fiet, et cuius consilia et suggestiones ad / dioeceseos proprias condiciones applicentur. Insuper, si rerum adiuncta id suadeant, nuntia Romam ad *Secretariatum ad Christianorum Unitatem Fovendam* mittantur, quibus hic in obeundis muneribus ad rem pertinentibus possit adiuvari.

B) *De territoriali Commissione*

7. Ab unoquoque Coetu seu Conferentia Episcoporum [4] unius vel —si rerum adiuncta id suadeant— etiam plu-

[2] Cfr. *De Oecumenismo*, n. 4 [LE 3235]. [3] Cfr. etiam Decretum de activitate missionali Ecclesiae, *Ad Gentes divinitus*, n. 15 [LE 3364]. [4] Quae dicuntur in hoc Directorio de Conferentiis episcopalibus pertinent etiam, servatis de iure servandis, ad Synodos patriarchales et Synodos Archiepiscoporum Maiorum

rium nationum secundum propria statuta pro opportunitate instituatur commissio episcoporum de re oecumenica quae peritos assumat et quae, de mandato Coetus Episcoporum huiusmodi territorii, rebus oecumenicis curas impendat atque decernat de modo certo ac definito agendi, attentis omnibus adiunctis temporum, locorum et personarum, ad normam decreti *De Oecumenismo* et aliarum ordinationum legitimarumque consuetudinum, ratione habita boni Ecclesiae universalis. Huic commissioni pro opportunitate adiumento sit secretariatus stabilis.

8. Huius commissionis cura ea omnia complectitur, quae supra ad n. 6 indicata sunt, quatenus pertinent ad munera Coetus Episcoporum territorialis.

Praeterea curam habeat de aliis operibus, quorum hic nonnulla exempla afferuntur:

a) Exsecutio normarum et instructionum a Sede Apostolica de hac re editarum vel edendarum.

b) Consilia et adiumenta episcopis danda, qui in propria dioecesi commissioni de re oecumenica instituendae operam navant.

c) Adiutorium tam spirituale quam materiale, pro rerum adiunctis, praebendum sive institutis iam existentibus sive inceptis oecumenicis excitandis quae vel ad doctrinam excolendam studiaque exercenda spectant vel curae animarum vitaeque christianae provehendae dedita sunt, iuxta normas ad nn. 9, 10 et 11 decreti *De Oecumenismo* prolatas.

d) Dialogus et consultatio instituenda cum moderatoribus et consiliis oecumenicis Ecclesiarum vel Communitatum seiunctarum, quae extra singularum dioecesium fines sed intra terminos unius alicuius nationis vel territorii existunt. / 578

e) Designatio eorum peritorum, qui publico mandato ecclesiastico ad colloquia et consilia cum peritis illarum Communitatum deputantur, de quibus sub littera *d)* agitur.

f) Institutio specialis subcommissionis pro rebus oecumenicis quae ad Orientales spectant, si rerum adiuncta id postulent.

g) Rationes quae hierarchiae unius alicuius territorii cum Apostolica Sede intercedunt.

II. De baptismi validitate a ministris Ecclesiarum et ecclesialium Communitatum a nobis seiunctarum collati

9. Praxis Ecclesiae hac in re duobus regitur principiis, nempe baptismum ad salutem necessarium esse, eumque semel tantum conferri posse.

10. Momentum sacramenti baptismi in re oecumenica documentis Concilii Vaticani II illustratur: «Ipse (Iesus Christus) autem necessitatem fidei et baptismi expressis verbis inculcando (cfr. *Marc.* 16, 16; *Io.* 3, 5), necessitatem Ecclesiae, in quam homines per baptismum tamquam per ianuam intrant, simul confirmavit» (Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 14) [LE 3232].

«Cum illis qui, baptizati, christiano nomine decorantur integram autem fidem non profitentur vel unitatem communionis sub Successore Petri non servant, Ecclesia semetipsam novit plures ob rationes coniunctam» (*ibidem*, n. 15).

«Hi enim qui in Christum credunt et baptismum rite receperunt, in quadam cum Ecclesia catholica communione, etsi non perfecta, constituuntur... Iustificati ex fide in baptismate Christo incorporantur, ideoque christiano nomine iure decorantur et a filiis Ecclesiae catholicae ut fratres in Domino merito agnoscuntur» (*De Oecumenismo*, n. 3).

«Ex altera parte necessarium est Catholicos cum gaudio agnoscere et aestimare bona vere christiana, a communi patrimonio promanantia, quae apud fratres a nobis seiunctos inveniuntur» (*ibidem*, n. 4).

11. Consequens inde est baptismum esse vinculum unitatis sacramentale, immo et fundamentum communionis inter omnes Christianos. Quapropter et dignitas et modus conferendi eum res est summi momenti pro cunctis Christi discipulis. Tamen recta aestimatio huius sacramenti et mutua acceptio baptismi collati in Communitatibus quando-
que impedi/untur propter prudens dubium circa baptis- 579
mum in certo ac definito casu collatum. Ut vitentur difficultates cum Christianus aliquis a nobis seiunctus, Spiritus Sancti gratia et impulsione conscientiae suae inductus, plenam communionem cum Ecclesia catholica petit, quaedam normae proponuntur.

12. Baptismi apud Christianos orientales seiunctos collati validitas in dubium vocari nequit [5]. Sufficit ergo ut

in Ecclesiis catholicis orientalibus. [5] Relate ad omnes Christianos ratio habenda est de periculo invaliditatis baptismi collati per aspersionem, prae-

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

de eius facto constet. Cum in Ecclesiis Orientis sacramentum Confirmationis (Chrismatis) semper legitime a sacerdote simul administretur una cum baptismo, frequenter accidit ut nulla mentio de hoc sacramento fiat in canonico testimonio ipsius baptismi; exinde non constat dubium de facto collationis exoriri.

13. Quod ad alios Christianos attinet, quandoque dubium oriri potest.

a) *Quoad materiam et formam.* Baptismus collatus ritu immersionis vel infusionis vel aspersionis cum formula trinitaria per se est validus [6]. Si ergo libri rituales et liturgici vel consuetudines alicuius Ecclesiae vel Communitatis religiosae unum ex his modis baptizandi imponunt, ratio dubitandi oriri potest tantum ex facto quo contingat ut minister normis propriae Communitatis non obsequatur. Requiritur igitur et sufficit testimonium de fidelitate ministri baptizantis erga normas propriae Communitatis vel Ecclesiae.

Ad illud exquirendum generatim oportet obtinere testimonium scriptum baptismale cum nomine baptizantis. Plerumque fieri poterit, ut cooperatio Communitatis seiunctae impetretur ad statuendum in genere vel in particulari, utrum minister reapse secundum libros approbatos baptismum contulisse putandus sit.

b) *Quoad fidem et intentionem.* Quia autem quidam censent insufficientem fidem vel intentionem ministri dubium de baptismo inicere posse, haec sunt animadvertenda:

— Fides insufficiens ministri numquam ex se ipsa invalidum reddit baptismum.

— Praesumenda est intentio sufficiens in ministro qui baptismum contulit, nisi de eius intentione faciendi quod
580 faciunt Christiani seria ratio dubitandi adsit [7]. /

c) *Quoad applicationem materiae.* In casibus in quibus dubium de materiae applicatione oritur, reverentia erga sacramentum necnon observantia erga naturam ecclesialem Communitatum seiunctarum postulant ut inquisitio seria de praxi Communitatis et de adiunctis ipsius baptismi instituatur, antequam iudicium de invaliditate sacramenti propter modum collationis proferatur [8].

14. Probari non potest usus indiscriminatim baptizandi sub condicione omnes qui plenam communionem cum Ecclesia catholica desiderant. Sacramentum enim baptismi iterari nequit [9] ideoque baptismum sub condicione iterum conferri non permittitur nisi adsit prudens dubium de facto vel de validitate baptismi iam collati [10].

15. Quodsi, seria investigatione de collato baptismo rite peracta, ob prudens dubium necessarium est baptismum sub condicione iterum conferre, ut debita ratio doctrinae, ex qua baptismus unicus est, habeatur: *a)* minister opportune explicet et rationes propter quas baptismus, hoc in casu, sub condicione conferatur et significationem ipsius ritus baptismi sub condicione conferendi; *b)* et illum in forma privata [11] conferat.

16. Tota quaestio de baptismi theologia et praxi in dialogo inter Ecclesiam catholicam et Ecclesias seu Communitates seiunctas proponatur. Suadetur ut huiusmodi disputatio a commissionibus de re oecumenica cum Ecclesiis vel Consiliis Ecclesiarum variis in regionibus habeatur et, ubi fieri expedit, de modo in hac re agendi inter utrasque partes conveniat.

17. Pro reverentia erga sacramentum initiationis quod Dominus pro Novo Foedere instituit, et ut requisita ad illud rite conferendum melius in luce ponantur, maxime optandum est ne dialogus cum Fratribus seiunctis ad solam quaestionem de elementis ad veliditatem baptismi absolute necessariis restringatur. Attendendum est insuper ad plenitudinem signi sacramentalis realitatisque significatae (seu «rei sacramenti»), prout ex Novo Testamento
581 eruitur, quo facilius conventio inter Ecclesias ineatur circa agnitionem mutuam baptismi. /

18. Aequa aestimatio baptismi collati a ministris Ecclesiarum et Communitatum ecclesialium a nobis seiunctarum momentum oecumenicum secumfert; ex hac aestimatione baptismus vere manifestatur ut «vinculum unitatis vigens inter omnes qui per illum regenerati sunt» *(De Oecumenismo,* n. 22) [12]. Ideo sperandum est fore ut omnes Christiani maiore in dies cum reverentia et fidelitate erga Domini institutionem de illius celebratione curent.

sertim collectivam. [6] Cfr. *C. I. C.*, can. 758. [7] Cf. *Resp. S. Officii*, diei 30 ian. 1833: «Sufficit facere quod faciunt Christiani»; S. C. Conc. Decr. approb. a Pio V, die 19 iun. 1570, cit. a Conc. Prov. Ebroicen. 1576. [8] Cfr. *C. I. C.*, can. 737, § 1. [9] Cfr. *C. I. C.*, can. 732, § 1. [10] Cfr. *Conc. Trid.*, s.VII, can. 4; *C. I. C.*, can. 732, § 2. [11] Cfr. *C. I. C.*, can. 737, § 2. [12] Cfr. Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 15; cfr. etiam Relatio Commissionis mixtae inter Ecclesiam Catholicam Romanam et Consilium Oecumenicum Ecclesiarum *(L'Oss. Rom.*, 20 februarii 1966, p. 7); Relatio quarti

19. Iuxta rationem decreti *De Oecumenismo* fratres extra communionem Ecclesiae catholicae visibilem nati et baptizati sedulo distingui debent ab iis qui, in Ecclesia catholica quidem baptizati, eius fidem scienter et publice eiuraverunt. Secundum decretum enim, «qui nunc in talibus Communitatibus (seiunctis) nascuntur et fide Christi imbuuntur, de separationis peccato argui nequeunt» *(ibidem,* n. 3); quamobrem, absente tali culpa, si fidem catholicam sua sponte suscipere volunt, a poena excommunicationis absolvi non indigent, sed professione fidei facta, secundum normas ab Ordinario loci statutas, in plenam communionem Ecclesiae catholicae admittantur. Praescriptiones vero can. 2314 ad eos solummodo pertinent, si casus ferat, qui postquam a fide vel communione catholica culpabiliter defecerunt, cum matre Ecclesia reconciliari contriti postulant.

20. Quod de absolutione a censuris modo dictum est, id etiam de abiuratione haereseos ob eandem rationem affirmandum esse patet.

III. De Oecumenismo spirituali in Ecclesia Catholica promovendo

21. «Cordis conversio vitaeque sanctitas, una cum privatis et publicis supplicationibus pro Christianorum unitate, tamquam anima totius motus oecumenici existimanda sunt et merito oecumenismus spiritualis nuncupari possunt» *(De Oecumenismo,* n. 8).

His paucis verbis, decretum *De Oecumenismo* oecumenismum spiritualem definit eiusque momento insistit, ita ut Christiani, tam in precibus fundendis quam in celebratione Eucharistiae, immo in tota vita quotidiana unitatis intentionem assidue prae oculis habeant. / 582

Unusquisque Christianus enim semper et ubique in hoc motu oecumenico partem iam habet, etsi inter Fratres seiunctos non vivit, instaurando totam vitam christianam secundum spiritum Evangelii a Concilio Vaticano Secundo inculcatum, nihil excludendo a communi christiano patrimonio [13].

22. Supplicationes autem pro unitate decet iterari temporibus peculiaribus, veluti: *a)* hebdomada a die 18 usque ad diem 25 Ianuarii, hebdomada precum pro Christianorum unitate appellata, qua frequenter plurimae Ecclesiae et Communitates ecclesiales coniunctim pro unitate ad Deum preces fundunt; *b)* diebus ab Ascensione Domini usque ad Pentecosten, quibus memoria agitur Hierosolymytanae Communitatis adventum implorantis atque exspectantis Spiritus Sancti, qui ipsam in unitate et munere universali confirmet.

Insuper, exempli gratia: *a)* diebus circa Epiphaniam quibus Christi in mundo manifestatio necnon connexio inter Ecclesiae munus eiusque unitatem commemorantur; *b)* feria quinta Hebdomadae Sanctae, qua commemorantur institutio Eucharistiae, sacramenti unitatis, et Iesu Christi Salvatoris pro Ecclesia eiusque unitate oratio in Cenaculo; *c)* feria sexta Hebdomadae Sanctae, vel in festo Exaltationis Sanctae Crucis quo commemoratur mysterium crucis, qua filii Dei dispersi congregantur; *d)* sollemnibus Festis Paschalibus, quibus omnes Christiani gaudio Resurrectionis Domini inter se consociantur; *e)* occasione data conventuum vel aliorum maioris momenti eventuum quos oecumenismus forte suscitaverit, aut qui ad oecumenicas rationes vim peculiarem habere possint.

23. «Sollemne est Catholicis frequenter ad illam orationem convenire pro Ecclesiae unitate, quam Salvator Ipse in pervigilio mortis a Patre flagranter precatus est: «Ut 583
omnes unum sint» *(De Oecumenismo,* n. 8). /

Itaque congruenter illi orationi a Christo in ultima Cena prolatae oratio pro unitate ab omnibus fiat, ut Christiani omnes accedant «ad illam plenitudinem unitatis quam Iesus Christus vult» *(ibidem,* n. 4).

24. Pastores curent, ut fidelium catholicorum coetus ad preces pro unitate fundendas secundum varia adiuncta locorum et personarum disponantur. Cum autem Sacra Eucharistia mirabile sacramentum sit «quo unitas Ecclesiae et significatur et efficitur» *(De Oecumenismo,* n. 2), multum interest, fidelibus momentum eius in memoriam revocare et preces publicas pro unitate Christianorum intra Sacram Synaxim (e. g. in Oratione Fidelium vel in litaniis quae Exteniae vocantur), nec non celebrationem Missae votivae «pro Ecclesiae unitate» commendare. Insuper, in ritibus quibus peculiaria impetrationis officia liturgica, veluti supplicationes «Litia» et «Moleben» appellatae hisque simi-

Conventus Internationalis «Faith and Order», Montreal 1963, nn. 111, 113 et 154. [13] Cfr. Decr. de Oecumenismo, n. 6 [LE 3235]; Decr. *Ad Gentes*

lia continentur, haec etiam pro unitate Christianorum celebrari decet.

IV. De communicatione in spiritualibus cum fratribus seiunctis

A) *Prooemium*

25. Ad redintegrationem unitatis inter omnes Christianos fovendam non sufficit ut Christiani inter se fraternam caritatem exerceant in quotidiano vitae commercio. Decet quoque quandam communicationem in spiritualibus permitti seu Christianos communem partem habere illorum bonorum spiritualium quae ipsis communia sunt, idque eo modo et ratione quae in praesenti divisionis statu licita esse possunt. Ex elementis enim seu bonis, «quibus simul sumptis ipsa Ecclesia aedificatur et vivificatur, quaedam immo plurima et eximia exstare possunt extra visibilia Ecclesiae catholicae saepta» *(De Oecumenismo,* n. 3). Haec elementa, «quae a Christo proveniunt et ad Ipsum conducunt, ad unicam Christi Ecclesiam iure pertinent» *(ibidem)* atque apte conferre possunt ad gratiam unitatis impetrandam et ad vincula quibus Catholici cum Fratribus seiunctis adhuc coniunguntur significanda et fovenda.

26. Cum autem haec bona spiritualia diversimode in variis Christianorum Coetibus inveniantur, communicatio in spiritualibus ex hac ipsa diversitate pendet et secundum personarum, Ecclesiarum et Communitatum condiciones de ea variis modis tractandum est. Ad eam igitur moderandam, ea quae sequuntur, pro praesenti statu rerum,
584 proponuntur. /

27. Attendenda est quaedam legitima ratio vicissim res praestandi («reciprocitas»), ita ut, cum mutua benevolentia et caritate, communicatio in spiritualibus, etiamsi arctioribus finibus circumscripta, ad sanam progressionem concordiae inter Christianos conferat. Dialogi igitur et consultationes hac de re inter auctoritates catholicas, locales necnon territoriales, et auctoritates aliarum Communionum valde commendantur.

28. Ubi autem haec reciprocitas et mutua comprehensio difficiliores redduntur eo quod in aliquibus locis et circa quasdam Communitates, sectas et personas, motus oecumenicus et desiderium pacis cum Ecclesia catholica nondum invaluerint [14], Ordinarius loci vel, si casus ferat, Conferentia episcopalis vias aptas indicet ut periculum indifferentismi vel proselytismi [15] inter fideles suos, his in rerum adiunctis, vitetur. Optandum tamen est ut, per gratiam Spiritus Sancti et prudentem curam pastoralem Ordinariorum, sensus oecumenicus et mutua aestimatio tum apud fideles catholicos tum apud fratres seiunctos ita crescant ut necessitas huiusmodi normarum peculiarium paulatim evanescat.

29. Nomine communicationis in spiritualibus intelleguntur omnes precationes communiter faciendae, usus communis rerum vel locorum sacrorum, et omnis communicatio in sacris quae proprie vereque dicitur.

30. Communicatio in sacris habetur cum quis quemlibet cultum liturgicum vel etiam sacramenta alicuius Ecclesiae vel Communitatis ecclesialis participat.

31. Voce «cultus liturgici» intellegitur cultus ordinatus secundum libros, praescriptiones vel consuetudines alicuius Ecclesiae vel Communitatis, celebratus a ministro vel delegato eiusmodi Ecclesiae vel Communitatis, prout hic eiusmodi munere fungitur.

B) *De precationibus communiter faciendis*

32. «In quibusdam peculiaribus rerum adiunctis, cuiusmodi sunt precationes quae "pro unitate" indicuntur, atque
585 in oecumenicis conventibus, licitum est immo et optandum, ut Catholici cum Fratribus seiunctis in oratione consocientur. Communes eiusmodi preces perefficax sane medium sunt gratiae unitatis impetrandae et genuina significatio vinculorum quibus Catholici cum Fratribus seiunctis adhuc coniunguntur» *(De Oecumenismo,* n. 8).

In decreto agitur de precationibus quas membra, etiam ministri, diversarum Communitatum «active» participant. Circa hunc participandi modum, qui, quatenus Catholicos respicit, Ordinariis locorum moderandus et fovendus committitur, haec quae sequuntur sunt animadvertenda.

divinitus, n. 36 [LE 3364]. [14] Cfr. *De Oecumenismo,* n. 19 [LE 3235]. [15] Hac voce «proselytismi», hic intelligitur modus agendi non conformis spiritui evangelico, in quantum utitur rationibus inhonestis ut homines ad Communitatem suam attrahat, abutendo v. g. illorum ignorantia vel penuria etc. (cfr. Declaratio *De libertate religiosa,* n. 4) [LE 3363].

33. Optandum est ut Catholici cum Fratribus seiunctis in oratione consocientur pro quavis communi sollicitudine in qua inter se cooperari possunt ac debent, v. g.: ut promoveatur pacis bonum, socialis iustitia, mutua hominum caritas, familiae dignitas hisque similia. His casibus aequiparantur occasiones in quibus aliqua Natio vel Communitas gratias Deo communiter agere vel adiutorium Eius pro rei opportunitate impetrare volunt, ut diebus festis alicuius Nationis, tempore calamitatis vel luctus communis, die ad memoriam pro patria mortuorum instituto. Haec communis oratio, quatenus fieri potest, commendatur etiam cum inter Christianos conventus habetur, studii vel actionis causa.

34. Precationes autem communiter faciendae respicere debent imprimis redintegrationem unitatis inter Christianos. Eiusmodi celebrationi propositum esse potest, v. g.: mysterium Ecclesiae eiusque unitatis, baptismus ut vinculum sacramentale unitatis licet imperfectae, renovatio vitae tum personalis tum socialis ut via necessaria ad unitatem assequendam, necnon alia argumenta de quibus in n. 22 agitur.

35. *De celebrationis forma.*—*a)* Communi consensione et opera omnium participantium, qui varias Ecclesias vel Communitates repraesentant, huiusmodi celebratio apparetur (quo v. g. pertinent, ut personae eligantur quae ei interesse debent, argumenta, hymni, lectiones S. Scripturae, preces hisque similia constituantur).

b) In hac celebratione locus esse potest cuivis lectioni, precationi et hymno qui aliquid circa fidem vel vitam spiritualem omnibus Christianis communem significet. Fas est insuper exhortationem vel allocutionem vel meditationem biblicam haberi quae secundum communem christia-/ 586
nae hereditatis consensum instituatur et quae ad mutuam benevolentiam conducat et unitatem inter Christianos promoveat.

c) Optandum est ut hae celebrationes tum inter Catholicos tum una cum Fratribus seiunctis agendae ita ordinentur ut «communitariae» orationi iuxta motus liturgici incepta conformes sint [16].

d) In precibus praeparandis, quae in templo alicuius Ecclesiae orientalis celebrantur, animadvertendum est formam liturgicam receptam apud Orientales considerari ut rei impetrandae peculiariter aptam. Rationem igitur ordinis liturgici huius Ecclesiae haberi oportet.

36. *De loco celebrationis.*—*a)* Locus seligendus est ad quem omnibus participantibus convenire placeat. Curetur, ut omnia ibi decentia sint et ad sensum religiosum fovendum apta.

b) Quamquam ecclesia vel templum sit locus in quo unaquaeque Communitas liturgiam sibi propriam e more celebrat, tamen per se nihil obstat, quominus, necessitate poscente et probante Ordinario loci, celebrationes communiter agendae (de quibus in nn. 32-35) etiam in templo huius illiusve Communitatis habeantur; immo in debitis rerum adiunctis id opportunum esse poterit.

c) Cum precationes una cum Fratribus orientalibus seiunctis fiunt, animadvertendum est omnes fratres orientales ipsam ecclesiam ut locum quam maxime proprium ad orationem publicam habendam considerare.

37. *De vestimentis.* Non excluditur, secundum adiuncta et cum communi consensu participantium, usus vestis choralis.

C) *De communicatione in sacris*

38. «Communicationem in sacris considerare non licet velut medium indiscretim adhibendum ad Christianorum uritatem restaurandam. Quae communicatio a duobus principiis praecipue pendet: ab unitate Ecclesiae significanda, et a participatione in mediis gratiae. Significatio unitatis plerumque vetat communicationem. Gratia procuranda quandoque illam commendat» *(De Oecumenismo,* n. 8). / 587

1. De communicatione in sacris cum Fratribus Orientalibus a nobis seiunctis

39. «Cum autem illae Ecclesiae (orientales), quamvis seiunctae, vera sacramenta habeant, praecipue vero, vi successionis apostolicae, Sacerdotium et Eucharistiam, quibus arctissima necessitudine adhuc nobiscum coniunguntur, quaedam communicatio in sacris, datis opportunis circumstantiis et approbante auctoritate ecclesiastica, non solum possibilis est sed etiam suadetur» *(De Oecumenismo,* n. 15) [17].

[16] Cfr. Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, v. gr. nn. 30, 34, 35 [LE 3141]. [17] Cfr. etiam Decretum de Ecclesiis orientalibus catho-

http://www.obrascatolicas.com

40. Inter Ecclesiam catholicam et Ecclesias orientales a nobis seiunctas communio satis arcta in rebus fidei exstat [18], praeterea «per celebrationem Eucharistiae Domini in his singulis Ecclesiis, Ecclesia Dei aedificatur et crescit» et «illae Ecclesiae, quamvis seiunctae, vera sacramenta habent, praecipue vero, vi successionis apostolicae, Sacerdotium et Eucharistiam...» *(ibidem,* n. 15). Quapropter fundamentum praebetur, ecclesiologicum et sacramentale, ut quaedam communicatio in sacris cum his Ecclesiis, non excluso Eucharistiae sacramento, «datis opportunis circumstantiis et approbante auctoritate ecclesiastica» *(ibidem)* non solum permittatur sed etiam quandoque suadeatur.

Ad hanc rem pastores sedulo instruant fideles, ut circa eiusmodi communicationem in sacris recta agendi ratio illis clare innotescat.

41. Huius communicationis normae, decreto *Orientalium Ecclesiarum* statutae [19], cum illa prudentia observandae sunt, quae in ipso decreto commendatur. Normae, quae iuxta decretum fideles Ecclesiarum catholicarum orientalium respiciunt, etiam ad fideles cuiusvis ritus, latino non excepto, pertinent.

42. Quoad susceptionem vel administrationem sacramentorum Paenitentiae, Eucharistiae et Unctionis Infirmorum, peropportunum est, ut auctoritas catholica sive localis sive Synodus vel Coetus Episcoporum facultatem communicandi in sacramentis non concedant nisi post favorabilem exitum consultationis cum auctoritatibus orien-
588 talibus seiunctis competentibus, saltem localibus, habitae./

43. In concedenda facultate in sacramentis communicandi quandam legitimam rationem id vicissim praestandi («reciprocitatem») quam maxime decet attendi.

44. Praeter casus necessitatis, iusta causa communicationis in sacramentis suadendae aestimari potest impossibilitas, materialis vel moralis, accipiendi sacramenta in propria Ecclesia per nimium tempus ob peculiaria rerum adiuncta, ne fidelis, sine legitima ratione, spirituali fructu sacramentorum privetur.

45. Cum apud Catholicos et Orientales seiunctos diversi sint usus quoad assiduitatem sumendae Eucharistiae necnon usus sacramentalis Confessionis ante Communionem simul cum ieiunio eucharistico, cavendum est ne, in praxi communicationis, si Catholici usus Orientalium seiunctorum non sequantur, admiratio vel suspiciones excitentur Fratrum seiunctorum. Propterea, Catholicus, qui ad Communionem apud Orientales seiunctos, in praedictis casibus, legitime accedit, disciplinam orientalem in hac re, pro viribus, servet.

46. Accessus ad confessarium catholicum pateat Orientalibus qui, deficiente copia confessariorum propriae Ecclesiae, id sponte cupiunt. In similibus rerum adiunctis, Catholicis licet confessarium Ecclesiae orientalis a Sede Apostolica romana seiunctae adire. Legitima ratio id vicissim praestandi («reciprocitas») etiam in hac re servetur. Utrimque tamen caveatur ne oriatur suspicio proselytismi [20].

47. Catholicus qui occasionaliter, propter causas de quibus infra, n. 50, Sacrae Divinae Liturgiae (Missae) apud Fratres orientales seiunctos diebus dominicis vel festis de praecepto adest, Sanctae Missae audiendae praecepto in ecclesia catholica non amplius tenetur. Item, convenit ut, iisdem diebus, Catholici Sacrae Liturgiae apud Fratres orientales seiunctos, si fieri potest, adsint, cum iusta de causa impediuntur ne Sacrae Liturgiae in ecclesia catholica intersint.

48. Propter arctam communionem, in n. 40 expressam, inter Ecclesiam catholicam et Ecclesias orientales a nobis seiunctas, iusta de causa licet admittere fidelem orientalem
589 ad munus patrini, simul cum patrino catholico (vel matrina catholica), in baptismate catholici infantis vel / adulti, dummodo de educatione catholica baptizati satis provisum sit et de idoneitate patrini constet. Catholicus munere patrini ad baptisma in ecclesia orientali collatum non prohibeatur, si ad id invitatus est. His in casibus educationi christianae vigilandi obligatio pertinet imprimis ad patrinum (vel matrinam) fidelem Ecclesiae in qua infans baptizatus est.

49. In matrimonio in ecclesia catholica celebrando, a munere paranymphi vel testis non arceantur Fratres a nobis seiuncti. Catholico vero paranymphum vel testem esse licet in matrimonio quod inter Fratres a nobis seiunctos rite celebratur.

50. Fidelium catholicorum praesentia in cultu liturgico Fratrum orientalium seiunctorum admitti potest iusta de causa, videlicet ob publicum officium vel munus quod exercet, cognitionem, amicitiam vel desiderium maioris cognitionis etc. His in casibus non vetantur aliquam partem habere in communibus responsis, hymnis, gestibus illius Ecclesiae cuius veluti hospites sunt. Quod tamen ad susceptionem Eucharistiae attinet, serventur normae sub numeris 42 et 44 positae. Propter arctam communionem de qua supra (n. 40), Ordinarius loci permittere potest ut Catholicus munus lectoris intra cultum liturgicum, si ad id invitetur, obeat. Quod, versa vice, de modo praesentiae Fratrum seiunctorum in celebrationibus in ecclesiis catholicis habendis dicatur.

51. Ad participationem quod attinet caerimoniarum quae communicationem sacramentalem non postulant, haec quae sequuntur sunt servanda: *a)* in caerimoniis apud Catholicos agendis, minister alicuius ecclesiae orientalis qui Ecclesiam suam ibi repraesentat, illum locum et honores liturgicos accipere debet qui ad ministros catholicos eiusdem ordinis vel dignitatis in Ecclesia catholica pertinent; *b)* minister catholicus qui modo officiali caerimoniis religiosis apud Orientales obeundis adsit, induere potest habitum choralem vel insignia suae dignitatis ecclesiasticae e mutuo consensu; *c)* sedulo attendantur mens propria cum ministrorum tum fidelium orientalium necnon consuetudines eorum, quae variae esse possunt iuxta tempora, loca, personas vel adiuncta.

52. Quia «communicatio in sacris functionibus, rebus et locis inter Catholicos et Fratres seiunctos orientales iusta de causa permittitur» / (Decr. *Orientalium Ecclesiarum,* n. 28), commendatur ut usus aedificii catholici vel 590
coemeterii vel templi, cum ceteris rebus necessariis, de licentia Ordinarii loci concedatur sacerdotibus vel communitatibus Orientalium seiunctorum pro eorum ritibus religiosis, si ipsi id petant, cum careant locis in quibus Sacra rite et digne celebrare possint.

53. Curent moderatores scholarum et institutorum catholicorum ut copia detur ministris orientalibus praestandi adiutorium, spirituale et sacramentale, fidelibus ipsorum qui instituta catholica frequentant. Quod adiutorium, pro rerum adiunctis et concessa licentia Ordinarii loci, etiam intra aedificium catholicum, templo non excluso, praeberi potest.

54. In nosocomiis et aliis institutionibus similibus quae a Catholicis reguntur, curent moderatores ut sacerdotem Ecclesiae orientalis seiunctae tempestive certiorem faciant de praesentia fidelium eius atque facultas ei detur aegrotos visitandi necnon sacramenta digne et reverenter iis administrandi.

2. De communicatione in sacris cum aliis Fratribus seiunctis

55. Sacramentorum celebratio est actio Communitatis celebrantis in ipsa Communitate peracta, cuius unitatem in fide, cultu et vita significat. Unde ubi haec unitas fidei quoad sacramenta deficit, participatio Fratrum seiunctorum cum Catholicis, praesertim in sacramentis Eucharistiae, Paenitentiae et Unctionis Infirmorum, vetatur. Tamen, cum sacramenta sint tum signa unitatis tum fontes gratiae procurandae [21], Ecclesia potest, propter rationes sufficientes, accessum ad haec sacramenta alicui Fratri seiuncto permittere. Qui accessus permitti potest in periculo mortis vel in urgente necessitate (in persecutione, in carceribus), si frater seiunctus ad suae Communionis ministrum accedere non potest et sponte sua a sacerdote catholico sacramenta postulat, dummodo fidem consentaneam fidei Ecclesiae quoad haec sacramenta exprimat et rite dispositus sit. In aliis casibus huiusmodi urgentis necessitatis decernat Ordinarius loci vel Conferentia episcopalis.

Catholicus autem, similibus in rerum adiunctis, haec sacramenta petere nequit, nisi a ministro qui Ordinis Sacra- 591
mentum valide suscepit. /

56. Fratri a nobis seiuncto, intra celebrationem Sacrae Eucharistiae, munus lectoris Sacrae Scripturae vel praedicatoris non est concedendum; quod etiam dicendum est de Catholico in celebratione Sacrae Cenae vel principalis cultus Verbi liturgici quae apud eiusmodi Christianos a nobis seiunctos habentur. In ceteris actionibus, etiam liturgicis, exercitium quarundam partium permitti potest, licentia

[18] Cfr. *De Oecumenismo,* n. 14 [LE 3235]. [19] Cfr. Decretum *Orientalium Ecclesiarum,* n. 24 - n. 29 [LE 3233]. [20] Cfr. supra annot. 15.

[21] Cfr. *De Oecumenismo,* n. 8 [LE 3235].

Ordinarii loci praehabita et consentiente alterius Communitatis auctoritate.

57. Patrini munus, sensu liturgico et canonico acceptum, in Baptismatis et Confirmationis sacramentis exerceri non licet a Christiano Communionis seiunctae, salvo praescripto numeri 48. Patrinus enim non solum ut familiae cognatus vel ut amicus baptizandi vel confirmandi eius christianae educationis curam agit, sed etiam communitatem fidei repraesentans neophyti fidei sponsor est. Pariter Catholicus hoc munere, quod attinet ad membrum Communitatis seiunctae, fungi nequit. Attamen, propter cognationis vel amicitiae rationes, Christianus diversae Communionis, Christi fide imbutus, cum patrino catholico (vel matrina catholica) admitti potest ut testis christianus huius baptismatis. Similibus in rerum adiunctis, Catholicus hoc munere fungi potest erga membrum Communitatis seiunctae. His in casibus educationi christianae vigilandi obligatio per se pertinet ad patrinum (vel matrinam) fidelem Ecclesiae vel Communitatis ecclesialis in qua infans baptizatus est. Sedulo curent pastores ut fideles de ratione evangelica et oecumenica huius normae edoceantur, ad omnem interpretationem minus rectam vitandam.

58. In matrimonii catholici celebratione permittitur, ut Fratres a nobis seiuncti munere testis «officialis» fungantur; quod dicendum est etiam pro Catholico in matrimonio quod inter Fratres a nobis seiunctos rite celebratur.

59. Catholicorum praesentia, quae per occasionem fit, in cultu liturgico Fratrum seiunctorum permitti potest iusta de causa, videlicet, ob publicum officium vel munus, quod exercetur, cognationem, amicitiam vel desiderium maioris cognitionis, conventum oecumenicum etc. His in casibus, salvis iis, quae supra sunt dicta, Catholici non vetantur aliquam partem habere in communibus responsis, hymnis, gestibus illius Communitatis, cuius veluti hospites sunt, dummodo fidei catholicae ne contradicant. Quod, versa vice, de modo praesentiae Fratrum seiuncto-
592 rum in celebrationibus in ecclesiis catholicis dicendum est./

Haec participatio, in qua semper excluditur susceptio ipsius Eucharistiae, illos ad aestimationem spiritualium divitiarum inter nos existentium conducere debet simul ac separationum gravitatis magis conscios reddere.

60. Ad participationem quod attinet in caerimoniis quae communicationem sacramentalem non postulant, ministri aliarum Communionum qui caerimoniis intersunt locum dignitati suae congruentem, e mutuo consensu, accipiant. Item, ministri catholic qui praesentes adsunt caerimoniis apud alias Communiones celebratis vestem choralem induere possunt, ratione habita consuetudinum localium.

61. Si Fratribus seiunctis desunt loca in quibus caerimonias suas religiosas rite et digne celebrent, Ordinarius loci usum aedificii catholici vel coemeterii vel templi concedere potest.

62. Curent moderatores scholarum et institutorum catholicorum ut facultas detur ministris aliarum Communionum praestandi adiutorium, spirituale et sacramentale, propriis fidelibus qui instituta catholica frequentant. Quod adiutorium, pro rerum adiunctis, etiam intra aedificium catholicum dari potest ad normam numeri 61.

63. In nosocomiis et aliis institutionibus similibus quae a Catholicis reguntur, curent moderatores, ut ministros Communionum seiunctarum tempestive certiores faciant de praesentia eorum fidelium atque facultas aegrotos visitandi necnon adiumentum spirituale et sacramentale praestandi iisdem detur.

Praesens Directorium Summus Pontifex Paulus Pp. VI in Audientia Secretariatui ad Christianorum unitatem fovendam, die 28 aprilis 1967 *concessa, approbavit et auctoritate Sua confirmavit, et publici iuris fieri iussit. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.*

Romae, die 14 *Maii* 1967, *dominica Pentecostes.*—Augustinus Card. Bea, *Praeses Secretariatus ad Christianorum unitatem fovendam.* Iohannes Willebrands, Episcopus tit. Maurianensis, *a Secr.*

Adn. G. DEJAIFVE in NrT 89 (1967) 868-872; E. F. FORTINO in ME 93 (1968) 253-271; E. LAMIRANDE in Studia canonica 2 (1968) 3-20.

3559

1967 MAI 16.-SC DOCTRINA FIDEI, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DENEGATUR CELEBRANDI MATRIMONIUM MIXTUM CORAM SACERDOTE CATHOLICO IN ACATHOLICA ECCLESIA PROTESTANTIUM

In your letter of 21 April of this year, Your Excellency requested the faculty to allow marriage to be contracted between a Catholic and a non-Catholic in the Catholic rite and before a Catholic priest but in a Protestant church.

In this regard I inform you that this Sacred Congregation does not grant the request in the terms proposed.

Care must be taken that the Catholic rite be performed in a Catholic church where the non-Catholic minister may be present and, after the celebration of the marriage, may express some congratulatory remarks to the parties and say some prayers for them.

* Cuidam Ordinario loci, Prot. N. 1896/67; BOUSCAREN VI, p. 637.

3560

1967 MAI 17.-SC RELIGIOSORUM, NOTIFICATIO. PART.*

RELIGIOSI STUDIA CLERICALIA PERAGERE POSSUNT ETIAM APUD FACULTATES VEL SCHOLAS THEOLOGICAS ALIUS INSTITUTI, VEL PLURIBUS INSTITUTIS RELIGIOSIS COMMUNES

Roma, 17 maggio 1967

Reverendissimo Padre, Mi è gradito dare riscontro alla Sua cortese lettera del 2 maggio u. s., con la quale la Paternità Vostra Reverendissima faceva presente a questa Sacra Congregazione la difficoltà di vari Istituti Religiosi ad inviare i loro alunni alle Università Pontificie e a quella, di imminente erezione, di Milano, e pertanto chiedeva per tali Istituti Religiosi la facoltà di iscrivere i loro studenti a scuole Teologiche, tenute da altre famiglie religiose, affiliate a Facoltà riconosciute dalla S. Sede.

In merito tengo innanzitutto ad esprimere il desiderio che si assicuri il più possibile da parte degli Istituti Religiosi la frequenza ai rispettivi Atenei Pontifici ed alle Università Ecclesiastiche di Roma o, eventualmente, di Milano; qualora però ciò riuscisse realmente troppo difficoltoso, nulla c'è in contrario a che gli Istituti Religiosi inviino i loro alunni a Scuole organizzate da altri Istituti o, ancora meglio, si provveda alla loro adeguata formazione dottrinale mediante corsi-scuole o iniziative in collaborazione tra diversi Istituti Religiosi, a norma del N. 37 (II) del Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457].

Mi è gradita la circostanza per confermarmi, con sensi di religioso ossequio, di Vostra Paternità Reverendissima devotissimo.—I. Card. ANTONIUTTI, *Prefetto.*

* Praesidi Conferentiae Italicae Superiorum Maiorum: Notiziario della CISM, n. 121 (1967) p. 177.

3561

1967 MAI 18.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.*

VARIATIONES IN ORDINEM MISSAE INDUCENDAE POST ALTERAM INSTRUCTIONEM LITURGICAM APPROBANTUR

Per Instructionem alteram *Tres abhinc annos,* die 4 maii currentis anni editam [LE 3555], novae quaedam immutationes in Ordinem Missae introductae sunt; quare opportunum visum est variationes apparare in eundem Ordinem Missae, ad normam memoratae Instructionis, introducendas.

Quas variationes, a Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia diligenter redactas, ab eodem Consilio et ab hac Sacra Rituum Congregatione probe examinatas, eadem haec Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi a SSmo Domino nostro Paulo Papa VI tributis approbavit, mandans ut publici iuris fiant, ab omnibus ad quos spectat fideliter servandas.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Die 18 mai 1967. IACOBUS Card. LERCARO, Archiepiscopus Bononiensis, *Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia.* ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicrensis, *S. R. C. a Secretis.*

* Prot. N. 21/967: Notit. 3 (1967) 195.

3562

1967 MAI 25.-SC RIT., INSTR. AAS 59 (1967) 539-573

Instructio de Cultu Mysterii Eucharistici

PROOEMIUM

1. *Recentiora Ecclesiae documenta de mysterio eucharistico.*—Eucharisticum mysterium sacrae Liturgiae, immo totius christianae vitae, est vere centrum. Quare Ecclesia,

http://www.obrascatolicas.com

a Spiritu Sancto edocta, studet in dies illud magis pervestigare atque impensius de eo vivere.

Nostris temporibus sacrosanctum Concilium Vaticanum II varias rationes non parvi momenti huius mysterii proposuit.

Per Constitutionem de sacra Liturgia, quibusdam rebus de natura et momento Eucharistiae in mentem revocatis [1], normas statuit de recognoscendis ritibus sacrosancti Missae sacrificii, ut huius mysterii celebratio actuosam ac plenam participationem foveret fidelium [2]; insuper usum ampliavit concelebrationis et communionis sub utraque specie/.

In Constitutione de Ecclesia intimam necessitudinem exposuit quae inter Eucharistiam et mysterium Ecclesiae intercedit [4]. In aliis demum documentis pluries extulit momentum mysterii eucharistici in vita fidelium [5], necnon
540 eius vim ad illustrandum sensum operis humani totius-/que naturae creatae quatenus in eo «naturae elementa, ab hominibus exculta, in Corpus et Sanguinem gloriosum convertuntur» [6].

Ad has non paucas a sacrosancto Concilio edictas sententias viam paraverat Pius Pp. XII imprimis Litteris Encyclicis *Mediator Dei* [7]. Summus vero Pontifex Paulus Pp. VI, Litteris Encyclicis *Mysterium Fidei* [8] in memoriam revocavit momentum quarundam partium doctrinae de Eucharistia, praesertim de reali Christi praesentia et cultu etiam extra Missam huic Sacramento debito.

2. *Necessitas totam doctrinam horum documentorum simul prae oculis habendi.*—Propterea his ultimis temporibus nonnullae rationes traditae doctrinae de hoc mysterio impensius in Ecclesia passim considerantur et novo ardore pietati fidelium proponuntur, cooperantibus etiam varii generis studiis et inceptis, liturgicis praesertim et biblicis.

Necesse ergo est ut a tota doctrina horum documentorum normae practicae desumantur quibus ostendatur quomodo populus christianus erga hoc mysterium se gerere debeat ad illam cognitionem et sanctitatem assequendam quam Concilium Ecclesiae proposuit.

Interest enim ut mysterium eucharisticum illa qua par est claritate, sub diversis eiusdem rationibus plene consideratum, ob oculos fidelium resplendeat et rationes quae, secundum Ecclesiae doctrinam, inter huius mysterii aspectus obiective intercedere noscuntur, etiam in vita et mente fidelium foveantur.

3. *Praecipua capita doctrinae in his documentis notanda.* Inter principia ad doctrinam spectantia, quae in praedictis documentis Ecclesiae de mysterio eucharistico dignoscuntur, sequentia notare iuvabit, utpote quae afficiant habitum populi christiani erga hoc mysterium, et ideo ad finem huius Instructionis directe spectent.

a) «Dei Filius, in natura humana sibi unita, morte et resurrectione sua mortem superando, hominem redemit et in novam creaturam transformavit (cfr. *Gal.* 6, 15; 2 *Cor.* 5, 17). Communicando enim Spiritum suum, fratres suos,
541 ex omnibus gentibus convocatos, tamquam / corpus suum mystice constituit. In corpore illo vita Christi in credentes diffunditur, qui Christo passo atque glorificato, per sacramenta arcano ac reali modo uniuntur» [9].

Ideo «Salvator noster, in Cena novissima, qua nocte tradebatur, Sacrificium eucharisticum Corporis et Sanguinis sui instituit, quo Sacrificium Crucis in saecula, donec veniret, perpetuaret, atque adeo Ecclesiae dilectae Sponsae memoriale concrederet mortis et resurrectionis suae: sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum caritatis, convivium paschale, in quo Christus sumitur, mens impletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur» [10].

Unde Missa, sive Cena dominica, est insimul et inseparabiliter: sacrificium, quo sacrificium Crucis perpetuatur; memoriale mortis et resurrectionis Domini dicentis: «hoc facite in meam commemorationem» (*Lc.* 22, 19); sacrum convivium in quo, per communionem corporis et sanguinis Domini, populus Dei bona sacrificii paschalis participat, renovat novum foedus semel in sanguine Christi a Deo cum hominibus factum, ac in fide et spe convivium eschatologicum in regno Patris praefigurat et praevenit, mortem Domini annuntians «donec veniat» [11].

b) In Missa ergo sacrificium et sacrum convivium ita ad idem mysterium pertinent, ut arctissimo vinculo alterum cum altero cohaereat.

Nam Dominus in ipso sacrificio Missae immolatur cum «sacramentaliter incipit praesens adesse tamquam spiritualis fidelium alimonia sub speciebus panis et vini» [12]. Et eo fine Christus sacrificium hoc Ecclesiae concredidit ut fideles illud et spiritualiter, per fidem et caritatem, et sacramentaliter, per sacrae communionis convivium, participent. Participatio vero Cenae dominicae semper est communio cum Christo sese Patri pro nobis in sacrificium offerente [13].

c) Celebratio eucharistica, quae fit in Missa, est actio non solum Christi, sed etiam Ecclesiae. In ea enim Christus, incruente per saecula / perpetuans sacrificium in cru- 542
ce peractum [14], seipsum Patri in salutem mundi ministerio sacerdotum offert [15]. Ecclesia vero, sponsa et ministra Christi, una cum ipso munere fungens sacerdotis et hostiae, eum Patri offert et simul seipsam totam offert cum eo [16].

Hoc modo Ecclesia, praesertim in magna prece eucharistica, una cum Christo, gratias agit Patri in Spiritu Sancto pro omnibus bonis quae in creatione et, praeclaro quidem modo, in mysterio paschali hominibus confert, illumque pro adventu regni sui obsecrat.

d) Unde nulla Missa, sicut et nulla actio liturgica, est actio mere privata, sed celebratio Ecclesiae, prout est societas diversis ordinibus et muneribus ordinata, in qua singuli secundum proprium ordinem et propria munera agunt [17].

e) Celebratio Eucharistiae in Missae sacrificio vere est origo et finis cultus qui eidem extra Missam exhibetur. Non solum enim sacrae Species quae post Missam manent ex ipsa derivantur, sed insuper in eum praecipuum finem post Missam servantur, ut fideles, qui Missae interesse non possunt, per communionem sacramentalem, rectis dispositionibus susceptam, Christo eiusque sacrificio, quod in Missa celebratur, uniantur [18].

Quare ipsum Sacrificium eucharisticum totius cultus Ecclesiae totiusque vitae christianae fons et culmen est [19]. Hoc Sacrificium gratiarum actionis, propitiationis, impetrationis et laudis fideles plenius participant quando non solum sacram Victimam atque in ea seipsos / Patri ex toto 543
corde cum sacerdote offerunt, sed etiam eandem Victimam in sacramento recipiunt.

f) Nemo dubitare debet «quin omnes Christi fideles pro more in catholica Ecclesia semper recepto latriae cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit a Christo Domino, ut sumatur, institutum» [20]. Etenim etiam in Sacramento quod reservatur ipse est adorandus [21] cum ibidem sit substantialiter praesens per illam conversionem panis et vini quae, iuxta Concilium Tridentinum [22], aptissime transubstantiatio appellatur.

[1] Cfr. Conc. Vat. II Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 2, 47, 47: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 97-98, 111, 113 [LE 3141]. [2] Cfr. ibid., nn. 48-54, 56: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 115-116. [4] Cfr. bid., nn. 55, 57: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 115-116. [5] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, nn. 3, 7, 11, 26, 28, 30: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 6, 9-11, 15-16, 31-32, 33-36, 55-57 [LE 3233]. [6] Cfr. Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio*, nn. 2, 15: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 91-92, 101-102 [LE 3235]; Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, nn. 15, 30: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 679-680, 688-689 [LE 3332]; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, nn. 2, 5-8, 13-14, 18: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 991-993, 997-1005, 1011-1014, 1018-1019 [LE 3365]. [7] Cfr. Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes*, n. 38: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 1055-1056 [LE 3366]. [8] *A. A. S.* 39 (1947) pp. 547-572; cfr. Allocut. iis qui Conventui internationali de Liturgia Pastorali, Assisii habito, interfuerunt, 22 sept. 1956: *A. A. S.* 48 (1956) pp. 715-724 [LE 1599]. [9] *A. A. S.* 57 (1965) pp. 753-774 [LE 3316]. [10] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 7: *A. A. S.* 57 (1965) p. 9 [LE 3232]. [11] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 17: *A. A. S.* 56 (1964) p. 113 [LE 3141]. [12] Cfr. Const. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 6, 10, 47, 106: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 100-102, 113, 126 [LE 3141]; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 4: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 995-997 [LE 3365]. [13] Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*: *A. A. S.* 57 (1965) p. 762 [LE 3316]. [14] Cfr. Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*: *A. A. S.* 39 (1947) pp. 564-566 [LE 1963]. [15] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 47: *A. A. S.* 56 (1964) p. 113 [LE 3141]. [16] Cfr. Conc. Trid., Sess. XXII, Decr. de Missa, cap. 1: *Denz.* 938 (1741). [17] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 11: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 15-16 [LE 3232]; Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 47-48: *A. A. S.* 56 (1964) p. 113 [LE 3141]; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, nn. 2, 5: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 991-993, 997-999 [LE 3365]; Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*: *A. A. S.* 39 (1947) p. 552 [LE 1963]; Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*: *A. A. S.* 57 (1965) p. 761 [LE 3316]. [18] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 26-28: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107; et infra n. 44 [LE 3141]. [19] Cfr. infra n. 49. [20] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 11: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 15-16; Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 41: *A. A. S.* 56 (1964) p. 111; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, nn. 2, 5, 6: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 991-993, 997-999, 999-1001; Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio*, n. 15: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 101-102 [LE 3235]. [21] Conc. Trid., Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 5: *Denz.* 878 (1643). [22] Cfr. Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 769-770 [LE 3316]; Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*: *A. A. S.* 39 (1947) p. 560 [LE 1963]. [23] Cfr. Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 4: *Denz.* 877 (1642); can. 2:

g) Mysterium ergo eucharisticum tota sua amplitudine considerandum est tam in ipsa celebratione Missae quam in cultu sacrarum Specierum, quae post Missam ad extensionem gratiae Sacrificii asservantur [23].

Ex his principiis normae desumi debent de practica ordinatione cultus huic Sacramento etiam post Missam debiti deque eiusdem compositione cum recta ordinatione sacrificii Missae ad mentem praescriptionum Concilii Vaticani II et aliorum hac de re Apostolicae Sedis documentorum [24].

4. *Sensus generalis praesentis Instructionis.*—Quare Summus Pontifex Paulus VI Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia delegato mandavit ut peculiarem Instructionem pararet, in qua practicae huiusmodi normae, praesentibus in rerum adiunctis utiliores,
544 ederentur. /

Oportet autem ut hae normae eo praesertim spectent, ut non solum prae oculis habeantur generaliora principia in catechesi de mysterio eucharistico populo tradenda, verum etiam ut magis intelligibilia fiant signa quibus Eucharistia, ut memoriale Domini, celebratur et prouti sacramentum permanens in Ecclesia colitur.

Quamvis enim in hoc mysterio illud excellens et singulare reperiatur quod ipse sanctitatis auctor in eo praesens est, tamen commune ei est cum ceteris sacramentis symbolum esse rei sacrae et invisibilis gratiae formam visibilem [25]. Unde eo securius et efficacius in mentem et vitam fidelium penetrabit quo aptiora et clariora erunt signa quibus celebratur et colitur [26].

PARS I

De quibusdam generalioribus principiis praesertim attendendis in catechesi de mysterio eucharistico populo tradenda

5. *Requisita in pastoribus qui catechesim de hoc mysterio tradere debent.*—Ut mysterium eucharisticum mentem et vitam fidelium paulatim imbuat necessaria est apta catechesis.

Pastores vero, ut hanc debite tradere valeant, debent imprimis non solum integram doctrinam fidei, quae in documentis magisterii continetur, prae oculis habere, verum etiam in spiritum Ecclesiae hac in re corde et vita altius penetrare [27]. Tunc demum ea quae ex omnibus rationibus huius mysterii singulis in casibus fidelibus magis convenient facile decernent.

Prae oculis vero habitis iis quae in n. 3 dicta sunt, ad sequentia, praeter alia, peculiari modo attendendum erit.

6. *Mysterium eucharisticum centrum totius vitae Ecclesiae.*—Catechesis de mysterio eucharistico eo tendat oportet ut fidelibus inculcet celebrationem Eucharistiae vere
545 centrum esse totius christia/nae vitae cum pro universa Ecclesia tum pro eiusdem Ecclesiae congregationibus localibus. Nam «cetera sacramenta, sicut et omnia ecclesiastica ministeria, et opera apostolatus, cum sacra Eucharistia cohaerent et ad eam ordinantur. In sanctissimo enim Eucharistia totum bonum spirituale Ecclesiae continetur, ipse scilicet Christus, Pascha nostrum panisque vivus per carnem suam Spiritu Sancto vivificatam et vivificantem vitam praestans hominibus, qui ita invitantur et adducuntur ad seipsos, suos labores cunctasque res creatas una cum ipso offerendos» [28].

Communio vitae divinae et unitas populi Dei, quibus Ecclesia subsistit, Eucharistia apte significatur et mirabiliter efficitur [29]. In ea culmen habetur et actionis qua Deus in Christo mundum sanctificat et cultus quem homines Christo et per ipsum Patri in Spiritu Sancto exhibent [30]; eiusque celebratio «summe eo confert ut fideles vivendo exprimant et aliis manifestent mysterium Christi et genuinam verae Ecclesiae naturam» [31].

7. *Mysterium eucharisticum centrum Ecclesiae localis.*—Per Eucharistiam «continuo vivit et crescit Ecclesia. Haec Christi Ecclesia vere adest in omnibus legitimis fidelium congregationibus localibus, quae pastoribus suis adhaerentes, et ipsae in Novo Testamento ecclesiae vocantur. Hae sunt enim loco suo Populos novus a Deo vocatus, in Spiritu Sancto et in plenitudine multa (cfr. *1 Thess.* 1, 5). In eis praedicatione Evangelii Christi congregantur fideles et celebratur mysterium Cenae Domini, «ut per escam et sanguinem Domini corporis fraternitas cuncta copuletur» [32]. In quavis altaris communitate, sub Episcopi sacro ministerio» [33], vel sacerdotis qui Episcopi vices gerit [34] «exibetur symbolum illius caritatis et «unitatis / Corporis my- 546
stici, sine qua non potest esse salus» [35]. In his communitatibus, licet saepe exiguis et pauperibus, vel in dispersione degentibus, praesens est Christus, cuius virtute consociatur una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia. Etenim «non aliud agit participatio corporis et sanguinis Christi, quam ut in id quod sumimus transeamus» [36, 37].

8. *Mysterium eucharisticum et unitas christianorum.*—Praeter ea quae communitatem ecclesialem singulosque fideles respiciunt, pastores ad eam etiam doctrinae partem sedulo attendant, qua Ecclesia docet per memoriale Domini, secundum ipsius voluntatem celebratum, unitatem omnium in ipsum credentium significari et effici [38].

Ad normam Decreti de Oecumenismo [39] Concilii Vaticani II, fideles adducantur ad rectam aestimationem bonorum quae servantur in traditione eucharistica qua fratres aliarum confessionum christianarum Cenam dominicam celebrare consueverunt. Dum enim «in sancta Cena mortis et resurrectionis Domini memoriam faciunt, vitam in Christi communione significari profitentur atque gloriosum eius adventum expectant» [40]. Qui autem sacramentum Ordinis servaverunt, in celebratione Eucharistiae «cum Episcopo uniti accessum ad Deum Patrem habentes per Filium Verbum incarnatum, passum et glorificatum, in effusione Sancti Spiritus, communionem cum Sanctissima Trinitate consequuntur, «divinae consortes naturae» (*2 Pt.* 1, 4) effecti. Proinde per celebrationem Eucharistiae Domini in his singulis ecclesiis, Ecclesia Dei aedificatur et crescit, et per concelebrationem communio earum manifestatur» [41].

Maxima in celebratione mysterii unitatis decet omnes christianos dolore affici de divisionibus quibus invicem separantur. Orationes itaque apud Deum fundant, ut universi Christi discipuli altius in dies Eucharistiae mysterium ad veram ipsius mentem percipiant illudque ita celebrent ut, Christi corporis participes effecti, unum corpus / 547
efficiant (cfr. 1 *Cor.* 10, 17) «eisdem nexibus compactum quibus ipse illud constitutum voluit» [42].

9. *Diversi modi praesentiae Christi.*—Ad penitiorem intellegentiam eucharistici mysterii assequendam instruantur fideles etiam circa modos praecipuos quibus ipse Dominus Ecclesiae suae, in celebrationibus liturgicis, praesens adest [43].

Praesens semper adest in coetu fidelium in suo nomine congregato (cfr. *Mt.* 18, 20). Praesens etiam adest in verbo suo, siquidem ipse loquitur dum sacrae Scripturae in Ecclesia leguntur.

In eucharistico vero Sacrificio praesens est cum in ministri persona «idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in Cruce obtulit» [44], tum, ac quidem maxime, sub speciebus eucharisticis [45]. In illo enim Sacramento, modo singulari, adest totus et integer Christus, Deus et homo, substantialiter et continenter. Haec prae-

Denz. 884 (1652). [24] Cfr. praedicta documenta quatenus omnia de sacrificio Missae agunt; de utroque vero aspectu mysterii tractant Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 5, 18: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 997-999, 1018-1019; Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*: *A. A. S.* 57 (1965) p. 754 [LE 3316]; Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*: *A. A. S.* 39 (1947) pp. 547-572 [LE 1963]. Allocut. iis qui Conventui internationali de Liturgia Pastorali, Assisii habito, interfuerunt, 22 sept. 1956: *A. A. S.* 48 (1956) pp. 715-723. [25] Cfr. Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 769-772; Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*: *A. A. S.* 39 (1947) pp. 547-572; S. Congr. Rituum, Instructio *De Musica sacra*, 3 sept. 1958: *A. A. S.* 50 (1958) pp. 630-663 [LE 2774]; Instructio *Inter Oecumenici*, 26 sept. 1964: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 877-900 [LE 3217]. [26] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 7: *A. A. S.* 56 (1964) p. 99; Conc. Trid., Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 3: *Denz.* 876 (1639), Cfr. etiam S. Thomas Aq., *Summa Theol.* III, q. 60, a. 1. [27] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 33, 59: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 108-109, 116. [28] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 14, 17-18: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 104, 105. [29] Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 5: *A. A. S.* 58 (1966) p. 997. [30] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 11: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 15-16; Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio*, nn. 2, 15: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 91-92, 101-103. [31] Cfr. Concilium Vaticanum II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 10: *A. A. S.* 56 (1964) p. 102. [32] Ibid., n. 2: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 97-98; cfr. etiam n. 41: *A. A. S.* 56 (1964) p. 111. [33] Oratio mozarabica: *PL* 96, 759 B. [34] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 26: *A. A. S.* 57 (1965) p. 31. [35] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 42: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 111-112. [36] Cfr. S. Thomas Aq., *Summa Theol.* III, q. 73, a. 3. [37] S. Leo M., *Serm.* 63, 7: *PL* 54, 357 C. [38] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 3, 32. [39] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, nn. 3, 7, 11, 26: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 6, 9-11, 15-16, 31-32; Decr. de Oecumenismo, *Unitatis redintegratio*, n. 2: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 91-92. [40] Cfr. ibid. nn. 15 et 22: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 101-102, 105-106. [41] Ibid., n. 22, *A. A. S.* 57 (1965) p. 106. [42] Pan-ius VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*: *A. A. S.* 57 (1965) p. 773 [LE 3316]. [43] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 7: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 100-101. [44] Conc. Trid., Sess. XXII, Decr. de Missa, cap. 2: *Denz.* 940 (1743). [45] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra

http://www.obrascatolicas.com

sentia Christi sub Speciebus «realis dicitur non per exclusionem, quasi aliae reales non sint, sed per excellentiam» [46].

10. *De nexu inter liturgiam verbi et liturgiam eucharisticam.*—Pastores igitur «fideles sedulo doceant de integra Missa participanda», intimam rationem illustrando quae inter liturgiam verbi et celebrationem Cenae Domini intercedit, ita ut clare percipiant ex his unum actum cultus effici [47]. Nam «verbi praedicatio requiritur ad ipsum ministerium sacramentorum, quippe quae sint sacramenta fidei, quae de verbo nascitur et nutritur» [48]. Hoc praecipue dicendum est de Missarum celebratione in qua liturgiae verbi propositum est intimum nexum inter annuntiationem auditionemque verbi Dei et mysterium eucharisticum pe-
548 culiari modo fovere [49]. /

Fideles igitur verbum Dei audientes agnoscant eius mirabilia, quae annuntiantur, fastigium in mysterio paschali attingere, cuius memoriale in Missa sacramentaliter celebratur. Hoc modo, verbum Dei suscipientes, eoque nutriti, fideles in gratiarum actione ad fructuosam participationem mysteriorum salutis inducuntur. Ita pane vitae e mensa tum verbi Dei tum corporis Christi Ecclesia nutritur [50].

11. *De sacerdotio communi et de sacerdotio ministeriali in celebratione Eucharistiae.*—Illa vero actuosa et communitatis propria participatio eo magis conscia ac fructuosior erit, quo fideles locum qui ad ipsos spectat in coetu liturgico atque partes ab ipsis in actione eucharistica agendas clarius agnoscant [51].

In catechesi proinde explanetur doctrina de regali sacerdotio, quo fideles per regenerationem et Spiritus Sancti unctionem consecrati sunt [52].

Exinde ulterius illustrentur sive munus sacerdotii ministerialis in celebratione Eucharistiae, quod a sacerdotio communi fidelium essentia et non solum gradu differt [53], sive partes quae ab aliis ministerium aliquod implentibus aguntur [54].

12. *In quo consistat actuosa participatio Missae.*—Explanetur igitur, omnes qui ad Eucharistiam congregantur esse illam plebem sanctam, quae una cum ministris in sacra actione partem habet. Solus quidem sacerdos, prout Christi personam gerit, panem et vinum consecrat. Actio tamen fidelium in Eucharistia in eo est posita ut memores passionis, resurrectionis et gloriae Domini, gratias Deo
549 agant, et immaculatam hostiam non tantum per sacerdotis manus, sed / etiam una cum ipso offerant; et, per susceptionem corporis Domini, communio illorum cum Deo, et inter se, ad quam participatio sacrificii Missae ducere debet, perficiatur [55]. Nam perfectior Missae participatio habetur cum ipsi, rite dispositi, in ipsa Missa sacramentaliter corpus Domini sumunt, obtemperantes verbis ipsius dicentis: «Accipite et manducate» [56].

Hoc autem Sacrificium, sicut ipsa passio Christi, etsi pro omnibus offertur, tamen «effectum non habet nisi in illis qui passioni Christi coniunguntur per fidem et caritatem... Illis tamen prodest plus vel minus, secundum modum devotionis eorum» [57].

Quae omnia ita fidelibus illustrentur, ut exinde ipsam Missam tum intimis animi sensibus, tum ritibus externis actuose participent ad normam principiorum statutorum a Constitutione de sacra Liturgia [58], quae amplius definita sunt per Instructionem *Inter Oecumenici* diei 26 Septembris 1964, per Instructionem *Musicam sacram* diei 5 Martii 1967 [59], et per Instructionem *Tres abhinc annos* diei 4 Maii 1967.

Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 7: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 100-101. [46] Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*: *A. A. S.* 57 (1965) p. 764. [47] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 56: *A. A. S.* 56 (1964) p. 115. [48] Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio el vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 4: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 995-997. [49] Cfr. ibid., n. 4: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 995-997; cfr. etiam n. 3 huius Instructionis. [50] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de divina Revelatione, *Dei verbum*, n. 21: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 827-828 [LE 3345]. [51] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 14, 26, 30, 38: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 104, 107, 108, 110. [52] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 10: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 14-15; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 2: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 991-993; Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*: *A. A. S.* 57 (1965) p. 761. [53] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 10: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 14-15; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, nn. 2, 3: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 991-993, 997-999. [54] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, nn. 28-29: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 107-108. [55] Cfr. ibid., nn. 48, 106: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 113, 126. [56] Cfr. ibid., n. 55: *A. A. S.* 56 (1964) p. 115. [57] S. Thomas Aq., *Summa Theol.* III, q. 79, a. 7, ad 2. [58] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 26-32: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 107-108 [LE 3141]. [59] Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Musicam sacram*, 5 martii 1967: *A. A. S.* 59 (1967) pp. 300-320

13. *De consectariis celebrationis Eucharistiae in vita cotidiana fidelium.*—Fideles moribus et vita tenere debent quod in celebratione Eucharistiae fide et sacramento perceperunt. Studeant ergo universam suam vitam in fortitudine cibi caelestis gratanter peragere participantes mortem et resurrectionem Domini. Itaque postquam Missam participaverit, unusquisque sit «sollicitus facere bona opera et placere Deo et conversari recte, studiosus Ecclesiae, faciens quod didicit et proficiens in pietate» [60], mundum spiritu christiano imbuere sibi proponens, et etiam «in omnibus, in media quidem humana consortione», Christi testis effici [61]. /
550

Nulla etenim «communitas christiana aedificatur nisi radicem cardinemque habeat in sanctissimae Eucharistiae celebratione, a qua ergo omnis educatio ad spiritum communitatis incipienda est» [62].

14. *De catechesi Missae pueris tradenda.*—Il qui puerorum institutionem religiosam curant, praesertim vero parentes, parochus et magistri, dum eos in cognitionem mysterii salutis gradatim introducunt [63], curent ut debitum tribuant momentum catechesi de Missa. Catechesis circa Eucharistiam puerorum aetati et ingenio sane accommodata eo tendere debet, ut per praecipuos ritus et preces tradatur Missae significatio, etiam ad vitae Ecclesiae participationem quod attinet.

Haec omnia prae oculis habeantur cum agitur peculiari ratione de pueris ad primam communionem praeparandis, ita ut prima communio revera appareat tamquam plena corpori Christi insertio [64].

15. *Catechesis de Missa initium sumat a ritibus et precibus.*—Oecumenica Tridentina Synodus praescribit pastoribus, ut frequenter, «vel per se vel per alios, ex his quae in Missa leguntur aliquid exponant, atque inter cetera, sanctissimi huius Sacrificii mysterium aliquod declarent» [65].

Pastores igitur fideles ad hoc mysterium fidei plene intellegendum idonea catechesi manu ducant, quae a mysteriis anni liturgici et a ritibus precibusque in celebratione occurrentibus initium capiat, ita ut eorum sensum, praesertim magnae precis eucharisticae, illustrent et ad mysterium quod significant et perficiunt intime percipiendum
551 adducant. /

PARS II

De celebratione memorialis Domini

I. Quaedam normae generales de ordinanda celebratione memorialis Domini in communitate fidelium.

16. *Unitas communitatis in celebratione manifestanda.*—Quia propter baptismum «non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina», sed omnes unum sunt in Christo Iesu (cfr. *Gal.* 3, 28), coetus qui Ecclesiae naturam in Eucharistia plenius manifestat, ille est quo fideles cuiusvis generis, aetatis et condicionis simul inter se coniunguntur.

Huius tamen communitatis unitas, quae ex uno pane oritur quem omnes participant (cfr. 1 *Cor.* 10, 17), est hierarchico modo ordinata, eaque de causa exigit ut «quisque, sive minister, sive fidelis, munere suo fungens, solum et totum id agat, quod ad ipsum ex rei natura et normis liturgicis pertinet» [66]

Cuius unitatis praeclarum exstat exemplum «in plenaria et actuosa participatione totius plebis sanctae Dei... in eadem Eucharistia, in una oratione, ad unum altare cui praeest Episcopus a suo presbyterio et ministris circumdatus» [67].

17. *Vitanda dispersio communitatis fidelium eiusque distractio ad diversa.*—In celebrationibus liturgicis vitanda

[LE 3541]. [60] Hippolytus, *Traditio Apostolica*, 21: ed. B. Botte, 1963, pp. 58-59; Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 9, 10: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 101-102; Decr. de apostolatu laicorum, *Apostolicam actuositatem*, n. 3: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 839-840; Decr. de activitate missionali Ecclesiae, *Ad Gentes divinitus*, n. 39: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 986-987; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 5: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 997-999. [61] Cfr. Conc. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et spes*, n. 43: *A. A. S.* 58 (1966) p. 1063. [62] Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 6: *A. A. S.* 58 (1966) p. 1000. [63] Cfr. Conc. Vat. II, Decl. de educatione christiana, *Gravissimum educationis*, n. 2: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 730-731. [64] Cfr. Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 5: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 997-998. [65] Sess. XXII, Decr. de Missa, cap. 8: *Denz.* 946 (1749). [66] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 28: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107. [67] Ibid., n. 41: *A. A. S.* 56 (1964) p. 111; cfr. Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 26: *A. A. S.* 57

est communitatis dispersio et distractio ad diversa. Quare cavendum est, ne in eadem ecclesia duae celebrationes liturgicae simul habeantur, quae attentionem populi ad diversa trahant.

Haec imprimis dicenda sunt de celebratione Eucharistiae. Quare illa dispersio, quae celebrationibus Missarum eodem tempore in eadem ecclesia fieri solet, sedulo vitetur diebus dominicis et festis de praecepto, cum Missa pro populo ce-
552 lebratur. /

Quod quidem etiam aliis diebus, quantum fieri potest, servetur. Optima ratio ad hoc assequendum est, ad normam iuris, concelebratio sacerdotum qui eodem tempore Missam celebrare desiderant [68].

Cavendum est etiam ne in eadem ecclesia eodemque tempore habeatur celebratio divini Officii in choro vel in communi aut sacra contio aut administratio baptismatis aut celebratio matrimonii, et Missa secundum horarium publicum alicuius ecclesiae pro populo celebrata.

18. *Sensus communitatis universalis et localis fovendus.* In celebratione Eucharistiae sensus communitatis ita foveatur ut unusquisque uniri se sentiat cum fratribus in communione Ecclesiae tam localis quam universalis, immo quodammodo cum omnibus hominibus. Nam in sacrificio Missae Christus semetipsum offert pro totius mundi salute; et congregatio fidelium typus et signum est unitatis humani generis in Christo Capite [69].

19. *Peregrini inserendi in celebrationem localem Eucharistiae.*—Fideles, qui Eucharistiae celebrationem extra suam paroeciam participant, sacrae actioni coniungantur ea forma qua communitas illius loci utitur.

Curae autem sit pastoribus, ut fideles ex aliis regionibus advenientes opportunis rationibus iuvent, ut coetui locali valeant se coniungere. Quod praesertim curandum est in ecclesiis magnarum urbium et in locis quo, feriarum causa, fideles plurimi conveniunt.

Ubi vero peregrini alius linguae vel exsules maiore numero versantur, curent pastores ut illis saltem interdum occasio praebeatur Missam participandi, quae iuxta eorum consuetudines celebretur. «Provideatur tamen, ut christifideles etiam lingua latina partes Ordinarii Missae quae ad ipsos spectant possint simul dicere vel cantare» [70].

20. *Attente curandus modus quo celebrant ministri.*—Ad fovendam rectam ordinationem sacrae atque actuosam fidelium participationem, ministri non tantum munus suum
553 recte / expleant, ad normam legum liturgicarum, sed ita se gerant ut eo ipso sensum rerum sacrarum insinuent.

Populus ius habet in Missa nutriri verbi Dei annuntiatione et explicatione. Proinde sacerdotes non solum homiliam quoties praescribitur aut expedit habeant, sed etiam curent ut ea quae tum ipsi quam ministri pro suo munere proferunt ita distincte dicant vel cantent, ut fideles illa clare percipiant et sensum eorum intellegant, immo ad responsionem et participationem sponte adducantur [71]. Ad hoc congruis exercitationibus praeparentur ministri, praesertim in seminario et in domibus religiosis.

21. *Canon Missae.*—*a)* In Missis cum populo etiam non concelebratis, licet sacerdoti celebranti, pro opportunitate, Canonem intellegibili voce proferre. In Missis autem in cantu licet ei illas partes Canonis cantare, quae iuxta «Ritum servandum in concelebratione Missae» cantari possunt, ad normam Instructionis *Tres abhinc annos* diei 4 Maii 1967, n. 10. *b)* In exscribendis verbis consecrationis servetur usus traditus illa imprimendi typis diversis ab universo textu, ut evidentius appareant.

22. *Transmissio Missae ope instrumenti radiophonici et televisifici.*—Ubi, ad mentem n. 20 Constitutionis de sacra Liturgia, Missa ope instrumenti radiophonici et televisifici transmittitur, curent Ordinarii locorum ne oratio et participatio fidelium praesentium exinde turbentur; insuper celebratio tali prudentia et decore fiat, ut exemplar sit celebrationis sacri mysterii secundum leges instaurationis liturgicae [72].

23. *De imaginibus photographicis in celebrationibus eucharisticis.*—Enixe curandum est ne ex more imprimendi imagines photographicas turbentur celebrationes liturgicae, praesertim Missarum. Ubi vero rationabilis causa exsistat,
554 omnia magna cum discretione fiant et ad normas ab Ordinario loci statutas. /

[1965] pp. 31-32. [68] Cfr. n. 47 huius Instructionis. [69] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 3: *A. A. S.* 57 (1965) p. 6. [70] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 54: *A. A. S.* 56 (1964) p. 115. [71] Cfr. ibid., n. 11: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 102-103. [72] Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Musicam sacram*, 5 martii 1967,

24. *Momentum dispositionis ecclesiae ad celebrationem recte ordinandam.*—«Domus orationis in qua sanctissima Eucharistia celebratur et servatur, fidelesque congregantur, et in qua praesentia Filii Dei Salvatoris nostri in ara sacrificali pro nobis oblati, in auxilium atque solatium fidelium colitur, nitida, orationi et sacris sollemnibus apta esse debet» [73].

Sciant itaque pastores ipsam loci sacri congruam dispositionem ad rectam celebrationem atque actuosam fidelium participationem permultum conferre.

Qua de causa ad effectum deducantur regulae et normae per Instructionem *Inter Oecumenici* (nn. 90-99) constitutae: de ecclesiis aedificandis et ad liturgiam instauratam aptandis, de altaribus exstruendis et ornandis, de sedibus pro celebrante et ministris apte locandis, de loco proprio ad sacras lectiones proferendas parando, de locis fidelium et scholae cantorum disponendis.

Imprimis altare maximum ita oportet collocari et exstrui, ut semper appareat signum ipsius Christi, locus in quo salutaria mysteria perficiuntur et congregationis fidelium veluti centrum, cui maxima debetur reverentia.

Cavendum est ne thesauri artis sacrae in aptandis ecclesiis dilapidentur. Si vero, ob instaurationem liturgicam, de iudicio Ordinarii loci, collatis consiliis peritorum et —si casus fert— de consensu eorum ad quos spectat, ii thesauri e locis in quibus nunc sunt removendi censeantur, id cum prudentia fiat, et ita ut etiam in novis locis modo operibus consentaneo et digno disponantur.

Meminerint quoque pastores materiam et formam vestium sacrarum, quae «potius nobilem intendant pulchritudinem quam meram sumptuositatem» [74], ad dignitatem celebrationum liturgicarum valde conferre. /
555

II. Celebratio diebus dominicis et ferialibus.

25. *Celebratio Eucharistiae die dominica.*—Quotiescumque communitas ad Eucharistiam celebrandam congregatur, mortem et resurrectionem Domini, in spe eius adventus gloriosi, annuntiat. Hoc tamen maxime manifestat congregatio diei dominicae, ea scilicet hebdomadae dies qua Dominus a mortuis resurrexit, et qua, ex apostolica traditione, modo peculiari mysterium paschale in Eucharistia celebratur [75].

Ut autem fideles praecepto de sanctificatione diei festi ex animo obtemperent, et rationem intellegant ob quam Ecclesia eos ad Eucharistiam celebrandam qualibet dominica convocat, inde ab initio institutionis christianae ipsis proponatur et inculcetur dies dominica ut primordialis dies festus [76], qua in unum congregati verbum Dei audiant et mysterium paschale participent.

Immo inceptis faveatur, quae eo contendunt ut dies dominica «etiam fiat dies laetitiae et vacationis ab opere» [77].

26. *Celebratio dominicalis circa Episcopum et in paroecia.*—Sensum communitatis ecclesialis, qui speciali modo in communi celebratione Missae diei dominicae nutritur et exprimitur, foveri decet cum circa Episcopum, praesertim in ecclesia cathedrali, tum in coetu paroeciali, cuius pastor vices Episcopi gerit [78].

Praestat autem ut in celebratione dominicali totius populi actuosa participatio, quae cantu exprimitur, sedulo promoveatur, immo praestat ut praeferatur, quantum fieri potest, forma Missae in cantu [79].

Praesertim diebus dominicis et festis celebrationes quae in aliis ecclesiis et oratoriis fiunt, cum celebrationibus ecclesiae paroecialis componi debent, ita ut adiumento sint actioni pastorali. Immo praestat ut / parvae communitates
556 religiosae non clericales aliaeque eiusdem generis, illae praesertim quae in paroecia operam praestant, illis diebus Missam participent in ecclesia paroeciali.

Circa horam et numerum Missarum celebrandarum in paroeciis, utilitas communitatis paroecialis prae oculis habenda est, nec numerus Missarum ita multiplicetur, ut in detrimentum cedat actionis pastoralis vere efficacis. Hoc fieret, exempli gratia, si ex multiplicato numero Missarum,

nn. 6 et 11: *A. A. S.* 59 (1967) pp. 302-303 [LE 3541]. [73] Conc. Vat. II: Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 5, *A. A. S.* 58 (1966) p. 998 [LE 3365]. [74] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 124: *A. A. S.* 56 (1964) p. 131. [75] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 6 et 106: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 100, 126. [76] Cfr. ibid., n. 106: *A. A. S.* 56 (1964) p. 126. [77] Ibidem. [78] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, nn. 41-42: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 111-112; Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 28: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 33-36; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 5: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 997-999. [79] Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Musicam*

CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO JOHN
http://www.obrascatolicas.com

ad singulas Missas solum parvae communitates fidelium convenirent in ecclesias quae multo plures capere possent; aut si, eadem de causa, sacerdotes ita labore obruerentur, ut solum cum magna difficultate ministerium suum explere possent.

27. *Missae pro coetibus particularibus.*—Ut unitas communitatis paroecialis, diebus dominicis et festis, in Eucharistia floreat, Missae pro coetibus particularibus, cuius generis sunt coetus consociationum, diebus potius ferialibus, si fieri potest, habeantur. Quodsi in dies infra hebdomadam transferri nequeant, curandum est ut unitas communitatis paroecialis servetur, eo quod particulares coetus celebrationibus paroecialibus inseruntur.

28. *Missae diei dominicae et festi anticipatae ad vesperam diei antecedentis.*—Sicubi ex concessione Apostolicae Sedis permittitur ut vespere sabbati praecedentis satisfieri possit praecepto de Missa participanda die dominica, pastores sedulo doceant fideles de significatione huius concessionis, et curent ne sensus diei dominicae exinde aliquomodo obscuretur. Haec enim concessio eo tendit ut in hodiernis rerum adiunctis christifideles facilius diem resurrectionis Domini celebrare valeant.

Concessionibus aut consuetudinibus contrariis non obstantibus, haec Missa celebrari potest tantum vespere diei sabbati, horis ab Ordinario loci statuendis.

In his casibus celebretur Missa sicut in calendario pro die dominica assignatur, homilia et oratione fidelium minime exclusis.

Quae omnia dicenda sunt etiam de Missa quae, eadem de causa, ad vesperam pridie diei festi de praecepto alicubi celebrari permittitur.

Missa vespertina Dominicam Pentecostes est hodierna Missa de vigilia cum *Credo*. Pariter Missa vespertina pridie diem Nativitatis Domini est Missa de vigilia celebrata more festivo cum paramentis albis, cum *Alleluia* et praefatione
557 Nativitatis. Missa vero vespertina pri/die Dominicam Resurrectionis non licet inchoari ante crepusculum aut certe non ante solis occasum. Haec Missa est semper Missa Vigiliae paschalis, quae, ratione suae specialis significationis in anno liturgico necnon in tota vita christiana, celebrari debet cum ritibus liturgicis sanctae noctis iuxta ordinem eiusdem Vigiliae.

Fideles qui praedicto modo diem dominicam aut festum de praecepto celebrare incipiunt vespere diei antecedentis, possunt ad sacram communionem accedere etsi mane iam communicaverunt. Qui vero «in Missa Vigiliae paschalis et in Missa in nocte Nativitatis Domini communicaverint, iterum ad communionem accedere possunt in secunda Missa Paschatis et in una ex Missis quae die Nativitatis Domini celebrantur» [80]. Item «fideles qui feria V in Cena Domini, in Missa Chrismatis, sese communicaverint, iterum ad sacram communionem accedere possunt in Missa vespertina eiusdem diei», ad normam Instructionis *Tres abhinc annos* diei 4 Maii 1967, n. 14.

29. *Missae diebus ferialibus celebratae.*—Fideles invitentur, ut diebus quoque ferialibus saepe, immo etiam cotidie, Missam participent.

Id praesertim commendatur quibusdam feriis quas speciali cura expedit celebrari, praesertim in Quadragesima et Adventu, item in festis minoribus Domini, in quibusdam festis beatae Mariae Virginis aut Sanctorum, quae praecipuo in honore sunt in Ecclesia universa aut particulari.

30. *Missae in conventibus ad vitam religiosam alendam.* Valde congruit coetus seu conventus, qui ad fovendam vitam christianam vel apostolatum aut ad studia religiosa promovenda aguntur, itemque exercitia spiritualia varii generis, ita ordinentur, ut in celebratione eucharistica fastigium habeant.

III. Communio fidelium.

31. *Communio fidelium in Missa.*—Fideles sacramentali communione Eucharistiae celebrationem perfectius
558 participant. Valde commendatur ut eam de more sumant in ipsa / Missa et eo puncto temporis ab ipso ritu celebrationis praescripto, id est proxime post communionem sacerdotis celebrantis [81].

Ut autem, etiam per signa, communio melius appareat participatio Sacrificii quod actu celebratur, curandum est ut fideles possint eam recipere hostiis in ipsa Missa consecratis [82].

Est imprimis sacerdotis celebrantis communionem ministrare; neque debet Missam prosequi, nisi fidelium communione expleta. Alii vero sacerdotes vel diaconi, pro opportunitate, sacerdotem celebrantem adiuvent [83].

32. *Communio sub utraque specie.*—Formam ratione signi pleniorem habet sacra communio cum fit sub utraque specie. In ea enim forma (firmis principiis a Concilio Tridentino statutis [84], secundum quae totus et integer Christus ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumitur) signum eucharistici convivii perfectius elucet, et clarius exprimitur voluntas qua novum et aeternum Testamentum in sanguine Domini ratum habetur, necnon ratio inter convivium eucharisticum et convivium eschatologicum in regno Patris (cfr. *Mt.* 26, 27-29).

Quare deinceps, de iudicio Episcoporum, et debita catechesi praemissa, communio calicis permittitur in sequentibus casibus, qui sive iam a iure anteriori [85] sive vi huius Instructionis conceduntur:

1) neophytis adultis in Missa quae baptismum subsequitur; confirmatis adultis in Missa suae confirmationis; baptizatis qui in Ecclesiae communionem recipiuntur;

2) sponsis in Missa sui matrimonii;

3) ordinatis in Missa suae ordinationis;

4) abbatissae in Missa suae benedictionis; virginibus in Missa suae consecrationis; professis in Missa suae primae aut renovatae re/ligiosae professionis, dummodo vota in- 559
tra Missam emittant aut renovent;

5) coadiutoribus missionariis laicis, in Missa qua modo publico mittuntur; necnon aliis, in Missa in qua missionem ecclesiasticam accipiunt;

6) in administratione Viatici, infirmo et omnibus astantibus, cum Missa ad normam iuris in domo infirmi celebratur;

7) diacono, subdiacono et ministrantibus, officium suum in Missa pontificali vel sollemni implentibus;

8) cum concelebratio fit: *a)* omnibus qui in eadem concelebratione vero ministerio liturgico funguntur, etiam laicis, necnon omnibus seminariorum alumnis qui ei intersunt; *b)* in eorum autem ecclesiis, etiam omnibus membris institutorum consilia evangelica profitentium atque aliarum societatum in quibus per religiosa vota aut oblationem aut promissionem Deo se devovent, praeterea omnibus qui in domo sodalium illorum institutorum et societatum die noctuque commorantur;

9) sacerdotibus qui magnis celebrationibus intersunt et celebrare vel concelebrare non possunt;

10) omnibus qui exercitiis spiritualibus vacant, in Missa quae, durantibus his exercitiis, specialiter pro eiusmodi coetu actuose participante celebratur; iis omnibus qui participant conventum alicuius commissionis pastoralis, in Missa quam in communi celebrant;

11) iis qui sub numeris 2 et 4 recensentur, in Missa suorum iubilaeorum;

12) patrino, matrinae, parentibus et coniugi necnon catechistis laicis baptizati adulti in Missa initiationis ipsius;

13) parentibus, familiaribus, necnon insignibus benefactoribus qui Missam neosacerdotis participant.

33. *Communio extra Missam.—a)* Fideles adducendi sunt ut in ipsa celebratione eucharistica communicent. Sacerdotes, vero, id petentibus iusta de causa [86] sacram communionem etiam extra Missam distribuere ne renuant: quod etiam horis / postmeridianis fieri poterit de licentia 560
Episcopi loci, ad normam litterarum Motu Proprio editarum *Pastorale Munus*, n. 4, vel de licentia Supremi Moderatoris Religionis, ad normam Rescripti *Cum admotae*, art. 1, n. 1 [87].

b) Cum communio horis praescriptis extra Missam distribuitur pro opportunitate praemitti potest brevis celebratio verbi Dei ad normam Instructionis *Inter Oecumenici* (nn. 37, 39).

[80] Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 55: *A. A. S.* 56 (1964) p. 115. [81] Cfr. ibid., n. 55: *A. A. S.* 56 (1964) p. 115; *Missale Romanum*, Ritus servandus in celebratione Missae, 27 ian. 1965, n. 7 [LE 3251]. [82] Cfr. S. Congr. Rituum, Rubricae Breviarii et Missalis Romani, 26 iul. 1960, n. 502: *A. A. S.* 52 (1960) p. 680 [LE 2927]. [83] Cfr. Sess. XXI, Decr. de communione eucharistica, cap. 1-3; *Denz.* 930-932 (1726-1729). [84] Cfr. Ritus servandus in distribuenda communione sub utraque specie, 7 martii 1965, n. 1 [LE 3270]. [85] Cfr. Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*: *A. A. S.* 39 (1947) pp. 565-566 [LE 1963]. [86] Cfr. *A. A. S.* 56 (1964) p. 7 [LE 3139]; *A. A. S.* 59 (1967) p. 374 [LE 3230]. [87] Conc. Trid., Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 2: *Denz.* 875 (1638); cfr. etiam Sess. XXII, Decr. de Missa, cap. 1-2: *Denz.* 938 (1740), 940 (1743). [88] Conc. Trid., Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 7: *Denz.* 880 (1646-1647). [89] CIC, can. 856. [90] S. Congr. Concilii, Decr. de quotidiana Ss. Eucharistiae sumptione, 20 dec. 1905, n. 6: *A. S. S.* 38 (1905-1906) pp. 401 s.; Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*: *A. S. S.* 39 (1947) p. 565 [LE 1963]. [91] Cfr. Conc. Trid., Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 8: *Denz.* 881 (1648). [92] Cfr. Pius XII, Encycl. *Mediator Dei*: *A. A. S.* 39 (1947) p. 566. [93] Cfr. CIC, can. 864, 1. [94] Cfr. CIC, can. 865. [95] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 26: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107. [96] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 26: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 31-32. [97] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 41: *A. A. S.* 56 (1964) p. 111. [98] Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 13: *A. A. S.* 58 (1966) p. 1011; cfr. Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 28: *A. A. S.*, 57 (1965) pp. 33-36. [99] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum*

c) Cum, deficiente copia sacerdotum, Missa celebrari nequit et sacra communio distribuitur etiam a ministro, qui ex indulto Apostolicae Sedis hanc facultatem habeat, servetur ritus a competente auctoritate praescriptus.

34. *De modo ad communionem accedendi.—a)* Secundum Ecclesiae consuetudinem, communio dari potest fidelibus vel genuflexis vel stantibus. Unus alterve modus seligatur secundum normas a Conferentia Episcopali statutas, prae oculis habitis variis adiunctis, imprimis dispositione locorum et numero communicantium. Fideles libenter sequantur modum a pastoribus indicatum, ut communio vere sit signum fraternae unitatis inter omnes convivas eiusdem mensae Domini.

b) Cum fideles communicant genuflexi, non exigitur ab eis aliud signum reverentiae erga sanctissimum Sacramentum, quia ipsa genuflexio adorationem exprimit.

Cum autem communicant stantes, enixe commendatur ut, processionaliter accedentes, debitam reverentiam faciant ante susceptionem Sacramenti, loco et tempore opportuno, ne accessus et recessus fidelium perturbetur.

35. *Sacramentum paenitentiae et communio.*—Eucharistia fidelibus proponatur etiam «tamquam antidotum, quo liberemur a culpis cotidianis et a peccatis mortalibus praeservemur» [88] eisque apta ratio ostendatur qua partibus
561 paenitentialibus liturgiae Missae uti valeant. /

«Communicare volenti revocandum est in memoriam... praeceptum: «Probet autem seipsum homo» (*1 Cor.* 11, 28). Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat» [89]. «Quod si urgeat necessitas ac copia confessarii illi desit, actum perfectae contritionis prius eliciat» [90].

Fideles instanter ad eum usum adducantur ut extra Missae celebrationem, praesertim horis statutis, ad sacramentum paenitentiae accedant, ita ut eius administratio cum tranquillitate et ipsorum vera utilitate fiat, neve ipsi ab actuosa Missae participatione impediantur. Qui cotidie aut saepius communicare solent, instruantur ut aequis temporibus, pro singulorum condicione, ad sacramentum paenitentiae accedant.

36. *Communio in quibusdam rerum adiunctis sollemnioribus.*—Valde convenit ut fideles, quandocumque novo modo vel novo vitae statu in vinea Patris operari incipiunt, ad semetipsos Deo iterum devovendos et foedus cum eo renovandum, Sacrificium per communionem sacramentalem participent.

Hoc optime faciunt, exempli gratia: congregatio fidelium quando in nocte paschali vota baptismatis renovat; adulescentes quando pro sua aetate idem coram Ecclesia faciunt; sponsi quando sacramento matrimonii iunguntur; ii qui Deo se devovent quando religiosa vota nuncupant vel oblationem faciunt; fideles quando muneribus apostolatus se dedicant.

37. *Communio frequens et cotidiana.*—Cum «perspicuum sit ex frequenti seu cotidiana sanctissimae Eucharistiae sumptione unionem cum Christo augeri, spiritualem vitam uberius ali, animam virtutibus effusius instrui et aeternae felicitatis pignus vel firmius sumenti donari; idcirco parochi, confessarii et concionatores... christianum populum ad
562 hunc tam pium et tam salutarem usum crebris admonitionibus multoque studio cohortentur» [91]. /

38. *Oratio privata post communionem.*—Ex participatione corporis et sanguinis Domini, donum Spiritus tamquam aqua viva (cfr. *Io.* 7, 37-39) in singulos abundanter derivatur, dummodo et sacramentaliter et spiritualiter sumatur, scilicet fide viva quae per dilectionem operatur [92];

Unio autem cum Christo, ad quem ipsum sacramentum ordinatur, non tantum tempore celebrationis eucharisticae procuranda est, sed ad totam vitam christianam protrahenda, ita ut christifideles, donum receptum continenter fide contemplantes, vitam cotidianam sub ductu Spiritus Sancti in gratiarum actione agant, et fructus uberiores caritatis afferant.

Quo autem facilius in hac gratiarum actione, quae in Missa modo praeclaro Deo exhibetur, permaneant, commendatur singulis qui sacra communione refecti sunt, ut per aliquod temporis spatium in oratione persistant [93].

39. *Viaticum.*—Communio ad modum Viatici suscepta tamquam peculiare signum habenda est participationis mysterii, quod in sacrificio Missae celebratur, mortis scilicet Domini eiusque transitus ad Patrem. In ea, fidelis, in suo transitu ex hac vita, corpore Christi roboratus, pignore resurrectionis munitur.

Quare fideles, in periculo mortis, quavis ex causa illud oritur, sacrae communionis recipiendae praecepto tenentur [94]; pastores vero advigilare debent ne huius Sacramenti ministratio differatur, sed eo fideles adhuc plene sui compotes reficiantur [95].

Etiamsi eadem die fideles sacra communione fuerint refecti, valde tamen suadendum est, ut in vitae discrimine adducti denuo communicent.

40. *Communio eorum qui in ecclesiam convenire non possunt.*—Decet eos qui impediuntur ne celebrationi eucharisticae communitatis intersint, Eucharistia sedulo refici, et hoc modo etiam eidem communitati unitos et fratrum ca-
ritate suffultos se sentiant. / 563

Animarum pastores curent ut infirmis et aetate provectis, licet graviter non aegrotent neque mortis periculum eis immineat, frequenter, immo pro posse cotidie, praesertim tempore paschali, praebeatur copia Eucharistiam sumendi: quod fieri potest qualibet hora.

41. *Communio sub specie vini tantum.*—In casu necessitatis, et de iudicio Episcopi, licet Eucharistiam sub specie tantum vini iis ministrare, qui eam sub specie panis sumere nequeunt.

In hoc casu licet, de iudicio Ordinarii loci, Missam celebrare ad infirmum.

Si vero Missa ad infirmum non celebratur, sanguis Domini in calice debite cooperto et in tabernaculo reposito post Missam servetur; ad infirmum vero ne deferatur, nisi in vasculo ita clauso, ut periculum effusionis omnino vitetur. In administrando autem Sacramento, singulis in casibus, aptior modus eligatur ex iis qui in distribuenda communione sub utraque specie proponuntur. Si, communione data, aliquid pretiosissimi sanguinis remanserit, a ministro sumatur, qui etiam debitas ablutiones perficiendas curet.

IV. Eucharistiae celebratio in vita et ministerio Episcopi et presbyteri

42. *Celebratio Eucharistiae in vita et ministerio Episcopi.*—Eucharistiae celebratio modo peculiari exprimit naturam publicam et socialem actionum liturgicarum Ecclesiae «quae est unitatis sacramentum, scilicet plebs sancta sub Episcopis adunata et ordinata» [96].

Quare «Episcopus, plenitudine sacramenti Ordinis insignitus, est oeconomus gratiae supremi sacerdotii, praesertim in Eucharistia, quam ipse offert vel offerri curat... Omnis autem legitima Eucharistiae celebratio dirigitur ab Episcopo, cui officium commissum est cultum christianae religionis divinae Maiestati deferendi atque administrandi secundum praecepta Domini et Ecclesiae leges, eius particulari iudicio ulterius pro dioecesi determinatas» [97]. In
celebratione Eucharistiae / cui, actuose participante tota 564
plebe sancta Dei, praeest Episcopus suo presbyterio et ministris circumdatus, habetur praecipua manifestatio Ecclesiae [98] hierarchice constitutae.

43. *Consentaneum est ut proprio munere fungentes presbyteri Eucharistiae celebrationem participent.*—In celebratione Eucharistiae etiam presbyteri ob speciale sacramentum, scilicet Ordinem, delegantur ad munus sibi proprium. Nam et ipsi «ut sacrorum ministri, praesertim in sacrificio Missae... personam specialiter gerunt Christi» [99]. Unde consentaneum est, ratione signi, ut, munere suo secundum proprium ordinem fungentes [100], id est Missam celebrantes aut concelebrantes nec tantum laicorum more communicantes, Eucharistiam participent.

Concilium, n. 26: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107. [97] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 26: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 31-32. [98] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 41: *A. A. S.* 56 (1964) p. 111. [99] Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 13: *A. A. S.* 58 (1966) p. 1011; cfr. Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 28: *A. A. S.*, 57 (1965) pp. 33-36. [100] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum*

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

44. *Celebratio cotidiana Missae.*—«In mysterio Sacrificii eucharistici, in quo munus suum praecipuum sacerdotes adimplent, opus nostrae redemptionis continue exercetur, et ideo enixe commendatur eius celebratio cotidiana, quae quidem etiam si praesentia fidelium haberi non possit, actus est Christi et Ecclesiae» [101] in quo sacerdos semper agit pro salute populi.

45. *Normae Ecclesiae fideliter observandae sunt in Missae celebratione.*—Praesertim in Eucharistiae celebratione, praeter supremam Ecclesiae auctoritatem et, ad normam iuris, Episcopum et Conferentias Episcopales, nemini licet, ne sacerdoti quidem, quidquam proprio marte in Liturgia addere, demere aut mutare [102]. Quare presbyteris cordi sit ita Eucharistiae celebrationi praesidere ut fideles sciant
565 se participare / non ritum privata auctoritate statutum [103], sed cultum publicum Ecclesiae cuius moderatio Apostolis eorumque successoribus ab ipso Christo mandata est.

46. *Utilitas pastoralis praeferenda in seligendis variis formis celebrationis.*—«Advigilandum est ut in actione liturgica non solum observentur leges ad validam et licitam celebrationem, sed ut fideles scienter, auctuose et fructuose eandem participent» [104]. Unde sacerdotes, inter celebrationis formas a iure permissas, eas in singulis casibus eligere satagant quae fidelium necessitati vel utilitati eorumque participationi magis consulere videantur.

47. *Concelebratio.*—Per Eucharistiae concelebrationem unitas sacrificii et sacerdotii opportune manifestatur, atque quoties fideles actuose participant, unitas populi Dei singulari modo apparet [105], praesertim si praeest Episcopus [106].

Concelebratio insuper fraterna presbyterorum vincula significat et firmat, quia «vi communis sacrae ordinationis et missionis presbyteri omnes inter se intima fraternitate nectuntur» [107].

Quare, nisi utilitas fidelium (quae sedula pastorali sollicitudine semper consideranda est) hoc impediat, et integra manente cuique sacerdoti facultate Missam singularem celebrandi, praestat sacerdotes illo praeclaro modo Eucharistiam celebrare cum in communitatibus sacerdotum tum
566 in coetibus qui statutis temporibus congregantur aliisque / similibus adiunctis. Qui in communi vivunt vel eidem ecclesiae deserviunt, peregrinos sacerdotes ad concelebrationem suam libenti animo invitent.

Hinc superiores competentes faciliorem reddant, immo foveant concelebrationem, quoties necessitas pastoralis vel alia rationabilis causa aliud non exigit.

Facultas concelebrandi spectat etiam ad Missas principales in ecclesiis et oratoriis publicis ac semipublicis seminariorum, collegiorum et institutorum ecclesiasticorum, necnon religionum ac societatum clericorum in communi viventium sine votis. Ubi tamen magnus habetur numerus sacerdotum, superior competens concedere potest ut concelebratio etiam pluries eodem die fiat, sed temporibus successivis, vel in locis sacris diversis.

48. *Confectio panis ad concelebrationem.*—Si pro concelebratione, ad normam Ritus servandi in concelebratione Missae, n. 17, hostia maioris dimensionis conficitur, curandum est ut, iuxta morem traditum, tali sit forma et aspectu quae tantum mysterium maxime deceant.

PARS III

De cultu sanctissimae Eucharistiae prout est Sacramentum permanens

I. Fines asservationis Eucharistiae et oratio coram sanctissimo Sacramento

49. *Fines asservationis Eucharistiae extra Missam.*—«Abs re non erit in mentem revocare primarium ac primi-

Concilium, n. 28: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107. [101] Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 13: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 1011-1012; cfr. Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*: *A. A. S.* 57 (1965) p. 762 [LE 3316]. [102] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 22, § 3: *A. A. S.* 56 (1964) p. 106. [103] Cfr. S. Thomas Aq., *Summa Theol.* III-III[ae], q. 93, a. 1. [104] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 11: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 102-103; cfr. etiam n. 48, ibid., p. 113. [105] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 57: *A. A. S.* 56 (1964) pp. 115-116; S. Congr. Rituum, Decretum generale *Ecclesiae semper*, 7 martii 1965: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 410-412 [LE 3270]. [106] Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 41: *A. A. S.* 56 (1964) p. 111; Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 28: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 33-36; Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 7: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 1001-1003. [107] Conc. Vat. II, Const. de Ecclesia, *Lumen Gentium*, n. 28: *A. A. S.* 57 (1965) p. 35; cfr. Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 8: *A. A. S.* 58 (1966)

genium finem asservandarum in ecclesia sanctarum Specierum extra Missam esse administrationem Viatici; secundarios vero fines esse communionem diribendam extra Missam atque adorationem Domini nostri Iesu Christi sub eisdem Speciebus delitescentis» [108]. Etenim «sacrarum Specierum conservatio pro infirmis... laudabilem induxit morem adorandi caelestem hanc dapem quae in templis reponitur. Qui quidem adorationis cultus valida firmaque ratione nititur» [109], maxime quia fides in praesentiam realem Domini connaturaliter ad eiusdem fidei externam et publicam manifestationem conducit. 567

50. *Oratio coram sanctissimo Sacramento.*—Fideles vero, cum Christum in Sacramento praesentem colunt, meminerint hanc praesentiam a Sacrificio derivari atque ad communionem sacramentalem simul et spiritualem tendere.

Pietas ergo quae fideles impellit ut ad sanctam Eucharistiam se conferant, eos allicit ut mysterium paschale penitus participent et grato animo respondeant dono ipsius, qui per humanitatem suam continenter vitam divinam in membra Corporis sui infundit [110]. Apud Christum Dominum commorantes intima fruuntur familiaritate eius, atque coram eo cor effundunt pro se suisque omnibus, pro pace ac salute mundi orant. Cum Christo totam suam vitam Patri in Spiritu Sancto offerentes ex illo admirabili commercio hauriunt fidei, spei et caritatis augmentum. Sic ergo illas rectas dispositiones aiunt quibus, qua par est devotione, memoriale Domini celebrare et panem illum nobis a Patre datum frequenter suscipere possint.

Studeant igitur fideles ut iuxta propriam vitae rationem Christum Dominum in Sacramento colant. Pastores vero in hoc eos exemplo ducant et verbis hortentur [111].

51. *Accessus ad ecclesias facilis pateat fidelibus.*—Curent pastores ut omnes ecclesiae et oratoria publica, ubi sanctissima Eucharistia asservatur, saltem per plures horas tum mane tum sero pateant, ut facile coram sanctissimo Sacramento fideles precari valeant.

II. De loco sanctissimae Eucharistiae asservandae

52. *Tabernaculum.*—Ubi sanctissima Eucharistia ad normam iuris asservari potest, continenter seu habitualiter custodiri nequit nisi in uno tantum eiusdem / ecclesiae 568
altari seu loco [112]. Quare, de more, in singulis ecclesiis unicum tabernaculum habeatur. Illud vero solidum et inviolabile esse debet [113].

53. *Sacellum pro asservatione sanctissimi Sacramenti.*—Locus ecclesiae vel oratorii quo Eucharistia in tabernaculo asservatur sit vere praecellens. Convenit ut sit simul idoneus precationi privatae, ita ut fideles facile et fructuose etiam privato cultu Dominum in Sacramento honorare non desinant [114]. Quare commendatur ut tabernaculum, quantum fieri potest, ponatur in sacello a media centrali aula ecclesiae seiuncto, praesertim in illis ecclesiis ubi matrimonia aut funera frequentius occurrunt, et in locis quae a multis ob thesauros artis et historiae invisuntur.

54. *Tabernaculum in medio altaris aut in alia ecclesiae parte.*—«Sanctissima Eucharistia asservetur in tabernaculo solido atque inviolabili in medio altaris maioris vel minoris, sed vere praecellentis, posito, aut, iuxta legitimas consuetudines et in casibus particularibus ab Ordinario loci probandis, etiam in alia ecclesiae parte vere pernobili et rite ornata.

Licet Missam versus populum celebrare etiam si in altari exstat tabernaculum, parvum quidem, sed aptum» [115].

55. *Tabernaculum in altari ubi celebratur Missa cum frequentia populi.*—In celebratione Missae praecipui illi modi quibus Christus adest Ecclesiae suae [116] successive clarescunt, quatenus primo praesens apparet in ipso coetu fidelium, in suo nomine congregato; deinde vero in verbo 569
suo, cum Scriptura legitur et explanatur; necnon in per- /

pp. 1003-1105. [108] S. Congr. de Sacramentis, Instructio *Quam plurimum*, 1 oct. 1949: *A. A. S.* 41 (1949) pp. 509-510 [LE 2082]; cfr. Conc. Trid., Sess. XIII, Decr. de Eucharistia, cap. 6: *Denz.* 879 (1645); S. Pius X, Decr. *Sacra Tridentina Synodus*, 20 dec. 1905: *Denz.* 1981 (3375). [109] Pius XII, Litt. Encycl. *Mediator Dei*: *A. A. S.* 39 (1947) p. 569. [110] Cfr. Conc. Vat. II: Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 5 *A. A. S.* 58 (1966) pp. 997-999. [111] Cfr. ibid., n. 18: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 1018-1019. [112] Cfr. CIC, can. 1268, § 1. [113] Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Inter Oecumenici*, 26 sept. 1964, n. 95: *A. A. S.* 56 (1964) p. 898 [LE 3217]; S. Congr. de Sacramentis, Instructio *Nullo umquam tempore*, 28 mali 1938, n. 4: *A. A. S.* 30 (1938) pp. 199-200 [LE 1435]. [114] Cfr. Conc. Vat. II, Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 18: *A. A. S.* 58 (1966) pp. 1018-1019; Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium Fidei*: *A. A. S.* 57 (1965) p. 772 [LE 3316]. [115] S. Congr. Rituum, *Inter Oecumenici*, 26 sept. 1964, n. 95: *A. A. S.* 56 (1964) p. 898. [116] Cfr. supra n. 9.

rona ministri; demum modo singulari sub speciebus eucharisticis. Unde, ratione signi, magis congruit naturae sacrae celebrationis ut in altari ubi Missa celebratur praesentia eucharistica Christi, quae fructus est consecrationis et ut talis apparere debet, non adsit, quantum fieri potest, iam ab initio Missae per asservationem sanctarum Specierum in tabernaculo.

56. *Tabernaculum in aedificatione novarum ecclesiarum et in accommodatione ecclesiarum et altarium iam exstantium.*—Decet ut principia in numeris 52 et 54 statuta probe prae oculis habeantur in aedificatione ecclesiarum novarum.

Accommodationes vero ecclesiarum aut altarium iam exstantium fieri non debent nisi ad normam n. 24 huius Instructionis.

57. *Modus indicandi praesentiam sanctissimi Sacramenti in tabernaculo.*—Attendendum est ut praesentia sanctissimae Eucharistiae in tabernaculo significetur fidelibus conopaeo vel alio medio apto a competenti auctoritate definito.

Secundum traditam consuetudinem, ut signum honoris qui Domino adhibetur, lampas iuxta tabernaculum perenniter ardeat [117].

III. De piis sacrisque exercitiis eucharisticis

58. Devotio tam privata quam publica erga altaris Sacramentum etiam extra Missam, secundum normas a legitima auctoritate et in praesenti Instructione statutas, enixe ab Ecclesia commendatur, cum Sacrificium eucharisticum totius vitae christianae fons et culmen sit [118].

In huiusmodi piis sacrisque exercitiis ordinandis, attendendae sunt normae a Concilio Vaticano II statutae de ratione servanda inter Liturgiam et alias sacras actiones, quae ad eam non pertinent. Peculiari autem modo attendatur norma quae statuit: «ratione habita temporum liturgicorum, eadem exercitia ordinentur oportet, ut sacrae Liturgiae congruant, ab ea quodammodo deriventur et ad
570 eam populum manuducant, utpote quae natura sua iisdem longe antecellat» [119]. /

IV. De processionibus eucharisticis

59. Populus christianus, in processionibus quibus Eucharistia per vias sollemni ritu cum cantu circumfertur, praesertim in festo Corporis Christi, publicum testimonium fidei et pietatis praebet erga hoc Sacramentum.

Ordinarii tamen loci est iudicare cum de opportunitate, in hodiernis rerum adiunctis, tum de loco et de ordinatione huiusmodi processionum, ut cum dignitate et sine damno reverentiae sanctissimo huic Sacramento debitae peragantur.

V. De sanctissimae Eucharistiae expositione

60. Expositio sanctissimae Eucharistiae, sive cum pyxide sive cum ostensorio, mentem fidelium ad agnoscendam in ea miram Christi praesentiam pertrahit, et ad cordis communionem cum illo invitat. Quare, cultum ipsi in spiritu et veritate debitum, optime fovet.

Attendendum est ut, in huiusmodi expositionibus, cultus sanctissimi Sacramenti in sua ratione, quae cum Missa intercedit, in signis eluceat. Expedit proinde, quando expositio sollemnior est et protrahitur, ut fiat in fine Missae in qua hostia adorationi exponenda consecretur. Ipsa Missa terminetur *Benedicamus Domino*, omissa benedictione. In apparatu expositionis [120] ea omnia sedulo vitentur, quae aliquo modo obscurare possint desiderium Christi, qui sanctissimam Eucharistiam praecipue instituit ut nobis praesto sit in cibum, remedium et levamen [121].

61. *Celebratio Missae coram sanctissimo Sacramento exposito prohibetur.*—Celebratio Missae, perdurante expositione sanctissimi Sacramenti, in eadem aula ecclesiae prohibetur, concessionibus aut traditionibus contrariis hucusque vigentibus non obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Nam, praeter rationes in n. 55 huius Instructionis allatas, celebratio mysterii eucharistici modo perfectiore includit

[117] Cfr. CIC, can. 1271. [118] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 11: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 15-16. [119] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 13: *A. A. S.* 56 (1964) p. 103 [120] Cfr. infra n. 62. [121] Cfr. S. Pius X, Decr. *Sacra Tridentina Synodus*, 20 dec. 1905: *Denz.* 1981 (3375).

illam communionem / internam ad quam expositio intendit fideles adducere, et ideo tali subsidio non indiget. 571

Si expositio sanctissimi Sacramenti per unum vel plures dies subsequentes protrahitur, ipsa intermittenda est durante Missae celebratione, nisi forte in sacello ab aula expositionis separato Missa celebretur et aliqui saltem fideles in adoratione remaneant.

Sicubi ex interruptione antiquae consuetudinis contrariae admiratio fidelium oriatur, Ordinarius loci congruum statuat tempus, attamen non nimis longum, quo fideles doceantur, antequam norma ad usum deducatur.

62. *Quomodo ordinandus sit ritus expositionis.*—Si expositio brevis est, pyxis vel ostensorium ponantur super mensam altaris; si vero per longius tempus protrahitur, thronus adhiberi potest, in eminentiori loco positus; at caveatur ne sit nimis elevatus ac distans.

Durante expositione, omnia componenda sunt ut fideles orationi intenti, Christo Domino vacent.

Ad intimam orationem alendam, admittuntur lectiones ex sacra Scriptura cum homilia, aut breves exhortationes, quae ad meliorem aestimationem mysterii eucharistici inducant. Decet etiam fideles verbo Dei respondere cantando. Expedit ut aptis momentis sacrum silentium habeatur.

In fine expositionis impertitur benedictio cum sanctissimo Sacramento.

Si lingua vulgaris adhibetur, loco hymni *Tantum ergo*, ante benedictionem cantandi, adhiberi potest, de iudicio Conferentiae Episcopalis, alius cantus eucharisticus.

63. *Expositio sollemnior quotannis facta.*—In ecclesiis, in quibus Eucharistia habitualiter asservatur, quotannis fieri potest sollemnis sanctissimi Sacramenti expositio per aliquod tempus protracta, etsi non stricte continua, ut communitas localis hoc mysterium impensius meditetur et adoret.

Huiusmodi tamen expositio fiat tantum si congruus praevidetur fidelium concursus, de consensu Ordinarii loci et iuxta normas statutas. / 572

64. *Expositio protracta.*—Pro gravi autem et generali aliqua necessitate, ab Ordinario loci imperari potest supplicatio coram sanctissimo Sacramento exposito per longius tempus protracta (quae potest esse stricte continua), in iis ecclesiis facienda, ad quas fideles frequentiores occurrunt.

65. *Interruptio expositionis.*—Ubi, deficiente congrua copia adoratorum, expositio sine intermissione fieri nequit, sanctissimum Sacramentum in tabernaculo recondere licet, horis antea statutis et pervulgatis, non tamen saepius quam bis in die, exempli gratia circa meridiem et nocturno tempore.

Haec autem repositio simpliciori modo et sine cantu fieri potest: sacerdos nempe, superpelliceo et stola indutus, post brevem adorationem sanctissimum Sacramentum in tabernaculo reponit. Simili modo, tempore statuto, fit denuo expositio: qua peracta, sacerdos, post brevem adorationem, recedit.

66. *Expositiones breves.*—Etiam breves sanctissimi Sacramenti expositiones, iuxta normas iuris habendae, ita ordinandae sunt ut in eis, ante benedictionem cum sanctissimo Sacramento, pro opportunitate congruum tempus tribuatur lectionibus verbi Dei, canticis, precibus et orationi aliquamdiu in silentio protractae.

Curent Ordinarii locorum ut huiusmodi expositiones sanctissimi Sacramenti semper et ubique debita cum reverentia fiant.

Expositio, quae unice fiat ad benedictionem post Missam impertiendam, prohibetur.

VI. De congressibus eucharisticis

67. In congressibus eucharisticis, christifideles hoc sacrosanctum mysterium variis eius rationibus prae oculis habitis (cfr. n. 3 huius Instructionis), animo penitius cognoscere studeant. Illud autem celebrent secundum normas Concilii Vaticani II, ac venerentur oratione privatim protracta et piis exercitiis, praesertim in sollemniori proces- / 573
sione, ita tamen ut omnes pietatis formae in sollemni celebratione Missae fastigium consequantur.

Perdurante conventu eucharistico totius saltem regionis, convenit ut aliquae ecclesiae adorationi continuae reserventur.

Praesentem Instructionem Summus Pontifex Paulus Pp. VI, in Audientia Emo Arcadio M. Card. Larraona, huius

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

Sacrae Congregationis Praefecto, die 13 Aprilis 1967 concessa, approbavit et auctoritate Sua confirmavit, et publici iuris fieri iussit, pariter statuens ut a die 15 Augusti 1967, festo Assumptionis beatae Mariae Virginis, vigere incipiat. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, die 25 Maii 1967, in festo Corporis Christi.— Iacobus Card. LERCARO, Archiepiscopus Bononiensis, *Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia.* Arcadius M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praef.* Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *S. R. C. a Secr.*

Adn. V. CONTESTABILE in EL 81 (1967) 425-430; A. DE DOMINICIS in Perfice munus 42 (1967) 681-688; S. FAMOSO in Notit. 3 (1967) 280-288; I. LÉCUYER in Notit. 3 (1967) 271-280; L. R. in NrT 89 (1967) 862-868; R. SPIAZZI in ME 93 (1968) 215-221; I. TILLARD in Notit. 3 (1967) 261-270; EL 81 (1967) 381-424.

3563

1967 MAI 29.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

STATUTA UNIONIS SUPERIORUM GENERALIUM

I. *Istituzione e fine*

1. Per promuovere la vita degli Istituti religiosi o di Vita Comune al servizio della Chiesa per una più efficace collaborazione tra loro e per un più fruttuoso contatto con la Santa Sede è costituita l'*Unione dei Superiori Generali*.

II. *Membri*

2. Sono membri di diritto di questa Unione tutti i Superiori Generali degli Istituti Religiosi o di Vita Comune di diritto pontificio. Tra questi Superiori Generali sono da considerarsi anche gli Abati Primate e Presidi delle Congregazioni Monastiche.

3. Possono aderire all'Unione, come membri aggiunti, anche i Superiori Generali degli Istituti di diritto diocesano purché comunichino per iscritto al Consiglio dell'Unione la loro adesione.

III. *Organismi*

4. L'Unione dei Superiori Generali comprende i seguenti organismi: *a)* L'Assemblea Generale. *b)* Il Consiglio. *c)* La Segreteria Generale. *d)* Le Commissioni.

IV. *Assemblea generale*

5. L'Assemblea Generale è costituita da tutti i Superiori Generali membri di diritto dell'Unione. I superiori Generali residenti fuori Roma possono farsi rappresentare abitualmente dai loro Procuratori Generali; quelli in Roma, impossibilitati a partecipare personalmente alle Assemblee, potranno delegare il loro Vicario o un membro del Consiglio Generalizio o il loro Procuratore Generale. Eccezionalmente i Superiori Generali, sia residenti in Roma che fuori Roma, possono farsi rappresentare anche da un altro religioso della stessa Religione, approvato dal Consiglio Generalizio dell'Istituto.

6. Oggetti dell'Assemblea Generale, tra altri, saranno: *a)* Comunicazioni da parte della Santa Sede; *b)* Scambio di informazioni e di idee di comune interesse, nonché il loro studio; *c)* Determinazione del punto di vista dell'Unione su argomenti in cui è necessario od opportuno che l'Unione adotti una presa di posizione collettiva; *d)* Creazione di Commissioni Permanenti; *e)* Elezioni dei delegati dell'Urione al «Synodus Episcoporum» e tutte le altre elezioni che a norma di questi Statuti competano all'Assemblea Generale; *f)* Esame e approvazione del bilancio finanziario annuale presentato dal Consiglio e determinazione del contributo dei membri dell'Unione per le spese dell'Unione stessa.

7. L'Assemblea Generale dovrà essere convocata almeno tre volte all'anno.

V. *Il Presidente*

8. L'Unione ha un Presidente che esercita le sue funzioni a norma degli Statuti.

9. Il Presidente viene eletto dall'Assemblea Generale con votazione segreta per schede e sempre con maggioranza assoluta.

10. Tutti i membri di diritto dell'Assemblea Generale hanno voce attiva, mentre hanno voce passiva soltanto quelli residenti a Roma e dintorni.

11. Il Presidente dura nell'ufficio per tre anni ed è sempre rieleggibile. Cessando però di essere Superiore Generale cessa pure dall'Ufficio di Presidente.

12. Spetta al Presidente: *a)* Rappresentare ufficialmente l'Unione; *b)* Convoca.re e presiedere l'Assemblea Generale e il Consiglio dell'Unione; *c)* Convocare e, direttamente o per mezzo di un suo delegato, presiedere le adunanze elettive dei gruppi previsti dagli Statuti; *d)* Nominare, udito il parere del Consiglio, uno dei membri del medesimo che tratti eventuali questioni di comune interesse, che potessero intercorrere tra l'Unione dei Superiori Generali e quella delle Superiore Generali; *e)* Nominare, udito il parere del Consiglio, rappresentanti o delegati dell'Unione per particolari organizzazioni e circostanze; *f)* Nominare, con il consenso del Consiglio, il Segretario Generale e il Tesoriere dell'Unione e altri eventuali aiutanti permanenti di Segreteria.

VI. *Il Consiglio*

13. Il Consiglio è l'organo esecutivo dell'Unione dei Superiori Generali e deve essere convocato almeno quattro volte nell'anno.

14. E' composto dal Presidente dell'Unione, dal Vice-Presidente e da sette Consiglieri quali rappresentanti di sette gruppi d'Istituti religiosi o di Vita Comune (cioè: Canonici Regolari; Monaci; Ordini Mendicanti; Clerici Regolari; Congregazioni Religiose Clericali; Società di Vita Comune; Congregazioni Religiose Laicali).

15. Il Vice-Presidente è eletto dall'Assemblea Generale con votazione segreta per schede a maggioranza a norma del can. 101.

16. Il Vice-Presidente sostituisce il Presidente assente o impedito temporaneamente e diventa Presidente 'ad complendum triennium' quando l'ufficio di Presidente diventi vacante. In questo caso, ed ogni qualvolta l'ufficio di Vice-Presidente diventa vacante, la successiva Assemblea Generale procede all'elezione di un nuovo Vice-Presidente 'ad complendum triennium'.

17. I Consiglieri sono eletti ciascheduno rispettivamente dai Superiori Generali del gruppo che devono rappresentare con votazione sempre a norma del can. 101.

18. Il Vice-Presidente e i Consiglieri durano nell'Ufficio per il triennio in corso sempre che restino, actu, Superiori Generali. Nella eventuale vacanza di qualche Consigliere il gruppo rispettivo, legittimamente convocato dal Presidente, procede entro tre mesi ad una nuova elezione 'ad complendum triennium'.

19. Sotto la direzione del Presidente il Consiglio ha il compito di organizzare l'attività dell'Unione e in particolare: *a)* Esprimere i pareri o i consensi previsti dagli Statuti; *b)* Preparare le Assemblee Generali; *c)* Curare l'efficienza della Segreteria Generale; *d)* Nominare i membri delle Commissioni permanenti create dall'Assemblea Generale e curarne il funzionamento; *e)* Creare ed organizzare Commissioni temporanee; *f)* Trattare i casi urgenti che non permettano la convocazione dell'Assemblea Generale, con obbligo di riferirne all'Assemblea stessa; *g)* Controllare l'amministrazione finanziaria.

VII. *Segreteria generale*

20. Sotto il controllo del Consiglio funzionerà una Segreteria Generale, composta dal Segretario Generale, dal Tesoriere e da eventuali loro aiutanti.

21. Il Segretario e il Tesoriere debbono essere religiosi ma non necessariamente Superiori Generali.

22. Compiti del Segretario Generale saranno: *a)* Curare l'organizzazione delle Assemblee Generali e delle riunioni del Consiglio e delle Commissioni; *b)* Redigere i verbali delle Assemblee Generali e delle riunioni del Consiglio cui partecipa; *c)* Curare le comunicazioni ufficiali dell'Unione, la corrispondenza e l'Archivio dell'Unione; *d)* Dirigere il lavoro degli eventuali aiutanti.

23. Il compito del Tesoriere è di curare l'amministrazione finanziaria dell'Unione.

VIII. *Delle commissioni*

24. Le Commissioni possono essere permanenti o temporanee.

25. Le Commissioni create dall'Assemblea Generale sono composte da un numero variabile di membri, scelti tra i Superiori Generali, che possono farsi sostituire da un loro delegato. Parimenti, ogni commissione può aggregarsi dei periti.

26. I membri di ogni Commissione permanente designano un Presidente che ne guida l'attività ed un segretario che ne redige gli atti e ne facilita in ogni modo il lavoro.

27. Le Commissioni permanenti trasmetteranno all'Assemblea Generale per mezzo di relazioni scritte o verbali, secondo i casi e le circostanze, i risultati del loro lavoro.

28. Le eventuali Commissioni temporanee nominate dal Consiglio potranno avere membri non Superiori Generali e procederanno secondo le indicazioni del Consiglio stesso.

IX. *Procedura nelle elezioni*

29. Ogni Assemblea Generale nella quale si tengano elezioni deve essere convocata per iscritto e, in quanto possibile, almeno con due mesi di anticipo.

30. Alla Assemblea così convocata i membri di diritto dell'Unione possono partecipare personalmente o per mezzo del loro delegato a norma del n. 5 dei presenti statuti, il quale però in questo caso deve essere munito di delega scritta.

31. Le elezioni si fanno secondo le norme del diritto comune e quanto esplicitamente stabilito dai presenti statuti.

32. Per le elezioni dei delegati al Sinodo dei Vescovi debbono osservarsi le norme sancite dallo speciale regolamento pontificio.

33. L'Assemblea convocata a norma del n. 29 dei presenti statuti può procedere validamente e lecitamente alle elezioni previste senza tener conto degli assenti.

* S. C. de Religiosis haec statuta die 29 mai 1967 probavit. CpR 47 (1968) 68-69. Prima Statuta die 2 Aug. 1962 data fuerunt: LE 3073.

3564

1967 MAI 31.-SC DOCTRINA FIDEI, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR ADDENDI CERTAM SUCCHERI QUANTITATEM AD VINUM PRO SACRIFICIO MISSAE FIRMIUS REDDENDUM

PRECES—At times the grapes are poor in natural sugar so that fermentation may produce a wine with an alcohol content of only 5 to 7 percent, insufficient for the stability of the wine in our [India] climate. Is it allowed to add sugar to the must? An addition of 70 grammes per litre of grape juice would raise the alcohol content of the wine by 4 percent, which seems sufficient for the stability of the wine.

RESCR.—This Sacred Congregation grants the permission asked for, on condition that the quantity of sugar added to the must does not exceed 10 or 12 percent. The sugar must be added before or during the fermentation.

* Prot. N. 849/67: The Clergy Monthly 31 (1967) 309.

3565

1967 MAI 31.-SC STUD., DECR. AAS 59 (1967) 647-648

INSTITUTUM SUPERIUS PASTORALE MATRITI ERIGITUR ET TANQUAM BIENNIUM SPECIALISATIONIS FACULTATI SACRAE THEOLOGIAE PONTIFICIAE UNIVERSITATIS ECCLESIASTICAE SALMANTICENSIS INCLUDITUR

Pastoralia Instituta post Sacrosanctam Vaticanam Synodum Secundam Episcoporum vel Universitatum Ecclesiasticarum cura frequentiora erecta sunt, quibus et sacri administri et omnes Christifideles in iis diligentius «instruantur quae peculiari ratione ad sacrum ministerium spectant, praesertim in catechesi et praedicatione, in cultu liturgico et sacramentorum administratione, in operibus caritatis, in officio occurrendi errantibus et incredulis, et in ceteris pastoralibus muneribus» (*Optatam totius*, 19). Huiusmodi necessitatibus probe obsecuta, Commissio Episcopalis Pontificiae Universitatis Ecclesiasticae Salmanticensis iam die v m. Octobris a. D. MCMLVII Institutum Pastorale Salmanticae condidit, momentoso ei praestituto fine fovendi tum investigationem scientificam altioremque divulga-
648 tionem disciplinarum / theologico-pastoralium tum quamplurimos efformandi sacerdotes, religiosos ac laicos rei pastoralis vere peritos. In decem hactenus transactis annis Institutum, postquam antea breves tantum instruxit Cursus sacerdotibus praesertim instituendis, postremis vero his annis plenum Cursum biennem constituit qui, fundamentali institutione in disciplinis pastoralibus oblata, specialisationem persequitur triplici in sectione, Catechetica nempe, Liturgica ac Laici Apostolatus. Quapropter eiusdem Universitatis Rector praeterito anno a Sacra Congregatione de Seminariis et studiorum Universitatibus instanter petivit ut idem Institutum tamquam Biennium Superius Studiorum Pastoralium approbaretur atque Facultati Theologicae insereretur. Eadem nunc Sacra Congregatio, preces Clar.mi Rectoris benigne suscipiens, potestate ab Augusto Pontifice Paulo Div. Prov. Pp. VI sibi tributa, ad Dei O. M. gloriam Ecclesiaeque decus atque incrementum, memoratum Institutum Pastorale, Matriti vigens, hoc Decreto *Facultati Theologicae Pontificiae Universitatis Ecclesiasticae Salmanticensis includit inclusumque declarat* atque ad dignitatem academicam ita *erigit* ut ad doctoratum S. Theologiae Licentiatos peculiari biennio «specialisationis» perducere valeat, servatis tum in generalibus Universitatis tum in peculiaribus Instituti ad hoc approbatis Statutis praescriptis normis, addita potestate conferendi auditoribus, qui praestitutum praelectionum cursum ad normam peculiarium Statutorum rite frequentaverint, Diploma Magisterii vel Peritiae in Theologia Pastorali aut Testimonium Habilitationis Pastoralis, ceteris omnibus servatis de iure servandis, ad praelectionum celebrationem atque ad examina et scripto et ore superanda in primis quod attinet; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Seminariis studiorumque Universitatibus praepositae, d. XXXI m. Maii, in festo B. M. V. Reginae, a. D. MCMLXVII.— I. Card. PIZZARDO, *Praef.* G. M. GARRONE, Archiep. Turren. in Num., *Pro-Praef.* A. Parisella, *Subsec.*

3566

1967 IUN 1.-SC DOCTRINA FIDEI, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR EXTENDENDI AD REGIONEM COREANAM PRIVILEGIUM PIANUM RETINENDI EX VARIIS ILLAM UXOREM QUAE BAPTISMUM ACCEPTAVERIT

Vide *textum* infra sub die 9 iun. 1967: LE 3569.

* Card. Praefecto S. C. pro Gentium evangelizatione: BiM 31 (1967) 163.

3567

1967 IUN 7.-SC DE PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

INSTRUCTIO PRO CAUSIS MATRIMONIALIBUS, QUAE EX INDULTO IN SINIS SERVATUR, EXTENDITUR AD VIETNAM

7 Junii 19670

Excellence, Par lettre N. 309/67 du 17 mai dernier, Votre Excellence a bien voulu, au nom des Ordinaires du Vietnam, présenter ici une demande tendant à obtenir les facultés suivantes:

1.° d'avoir le tribunal du diocèse de Xuan-Loc comme tribunal d'appel pour les causes matrimoniales de l'archidiocèse de Saigon;

2.° d'avoir le tribunal métropolitain de Saigon, en deuxième instance, composé seulement de trois membres: un juge unique, le défenseur du lien et le notaire;

3.° d'utiliser, en deuxième instance aussi bien qu'en première instance, la procédure simplifiée décrite dans l'Instruction donnée aux Ordinaires de Chine le 18 février 1929 par la S. C. «de Propaganda Fide» [LE 882].

A cet égard, je m'empresse de vous faire savoir que «Propaganda», par la présente, accorde, «ad triennium», les facultés ci-dessus.

Veuillez agréer, Excellence, l'expression de ma considération distinguée et l'assurance de mes sentiments dévoués.—G. P. Card. AGAGIANIAN, *Pref.* E. Pecorelo, *Sous-Secr.*

* Ordinario Saigonensi aliisque Ordinariis in Vietnam, Prot. N. 2485/67: BiM 31 (1967) 165.

3568

1967 IUN 8.-SC DOCTRINA FIDEI, RESPONSUM. PART.*

NULLITAS MATRIMONII EX CANONE 72 CONCILII TRULLANI ORTA POTEST AB ORDINARIO LOCI DECLARARI AD MODUM CASUS EXCEPTI

8 Iunii 1967

Litteris die 22 februarii a. d. datis, Excellentia Tua Revma postulavit facultatem declarandi nullum matrimonium contractum a Greco-orthodoxa Ioanna cum lutherano baptizato Bilbo anno 1942 ob impedimentum disparitatis cultus.

Ad rem Tecum communico hanc S. Congregationem decrevisse: 'Ordinarius procedere poterit, vi can. 72 Concilii Trullani, ad declarationem nullitatis matrimonii, de quo supra, ad normam can. 1990'.

* Ordinario Lafayettensi in Indiana: Jurist 28 (1968) 230.

3569

1967 IUN 9-SC DE PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

NOTIFICATUR EXTENSIO AD REGIONEM COREANAM PRIVILEGII PIANI RETINENDI EX VARIIS ILLAM UXOREM QUAE BAPTISMUM ACCEPTAVERIT

9 Giugno 1967

Excellence, Par lettre du 15 juillet 1966, au nom de la Conférence episcopale de Corée, S. E. Mons. Ro a présenté ici une demande tendant à obtenir la faculté pour tous

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

les Ordinaires de ce pays de permettre aux païens ayant simultanément ou successivement diverses femmes de passer à un autre mariage avec l'une d'elles, qui soit disposée avec eux à recevoir le baptême, sans interpeller la première femme si elle aussi voulait se convertir et quand il résultait très difficile au polygame de se séparer de la femme avec laquelle il entend contracter un nouveau mariage.

A cet égard, je m'empresse de vous faire savoir que la S. C. pour la Doctrine de la Foi le 1 juin courant, a communiqué ici que, dans la Congrégation plénière des Cardinaux du 17 mai dernier il a été décrété ce qui suit: «Attentis peculiaribus adjunctis, conceditur Ordinariis Coreae facultas quae in supra expositis precibus petitur.

Iidem Ordinarii in singulis casibus prae oculis habeant conditionem moralem, socialem, oeconomicam primae uxoris et prolis et curent ut earumdem necessitatibus satis provisum sit juxta normas justitiae, christianae caritatis et naturalis aequitatis.»

Je demande à Votre Excellence de bien vouloir informer de la concession de cette faculté les membres de la Conférence épiscopale de Corée.

Veuillez agréer, Excellence, l'expression de ma considération distinguée et l'assurance de mes sentiments dévoués.—G. P. Card. AGAGIANIAN, *Préf.* E. Pecoraio, *Sous-Secr.*

* Praesidi Conferentiae episcopalis Coreae, Prot. N. 2894/67: BM 31 (1967) 163.

3570

1967 IUN 10.-SC DE PROP. FIDE, NORMAE. PART.*

NECESSITAS ALICUIUS SUPERIORIS ET MAGISTRI NOVITIORUM PRO CONGREGATIONIBUS DIOECESANIS ERIGENDIS

10 Giugno 1967

Excellence Révérendissime, La Sacrée Congrégation «de Propaganda Fide» a bien reçu votre lettre du 16 mars dernier, dans laquelle Vous parliez de la fondation d'une nouvelle Congrégation de Religieuses Congolaises dans votre archidiocèse de Kinshasa.

Comme il était de son devoir, la Sacrée Congrégation a voulu étudier à fond la question et, dans ce but, Elle n'a pas manqué d'en confier l'examen à la Commission chargée de la révision des Constitutions des Instituts religieux.

Or, celle-ci a fait ressortir que, pour qu'un Ordinaire soit autorisé à fonder une Congrégation diocésaine, il faut avant tout qu'il dispose d'une Supérieure et d'une Maîtresse des Novices.

Il est vrai que Vous ne désirez pas faire appel à des Religieuses européennes, cela pour ne pas compromettre l'esprit africain des Soeurs, mais il ne faut pas oublier qu'il existe déjà des Congrégations diocésaines et d'autres de Soeurs Africaines, dirigées par elles-mêmes et qui donc disposent de sujets déjà assez solidement formées pour être capables de se charger de la formation spirituelle et religieuse d'autres.

A ce sujet, je tiens à ajouter que la Propagande sera toujours prête à appuyer auprès des respectives Supérieures Générales l'éventuelle demande d'une Supérieure et d'une Maîtresse des Novices, qui temporairement Vous seraient prêtées.

Veuillez me croire, Excellence Révérendissime, votre tout dévoué en Notre-Seigneur.—G. P. Card. AGAGIANIAN, *Préf.* E. Pecoraio, *Sous-Secr.*

* Ordinario Kinshasano, Prot. N. 1989/67: BIM 31 (1967) 162. Adn. C. G. in CpR 47 (1968) 282-283.

3571

1967 IUN 18.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 59 (1967) 697-704

GENERALES NORMAE DE DIACONATU PERMANENTI IN ECCLESIA LATINA RESTITUENDO FERUNTUR

PAULUS PP. VI

Sacrum diaconatus ordinem iam inde a prisca Apostolorum aetate catholica Ecclesia magno in honore habuit, quemadmodum ipse Gentium Doctor testatur, qui diaconos una cum episcopis nominatim salvere iubet [1] atque Timotheum docet, quaenam virtutes animique dotes ab iisdem sint expetendae, ut suo digni ministerio aestimentur [2].

Porro Oecumenicum Concilium Vaticanum II, perantiquum huiusmodi morem servans, honorificam diaconatus mentionem in Constitutione, a verbis *Lumen Gentium* incipienti, fecit ibique, cum de episcopis et presbyteris egisset, tertium quoque sacri ordinis gradum celebravit, eius dignitatem illustrando atque officia percensendo. Verum hinc probe intellegens *haec munera, ad vitam Ecclesiae summopere | necessaria, in disciplina Ecclesiae latinae hodie vigenti in pluribus regionibus adimpleri difficulter* posse, hinc tantae rei commodius consulere exoptans, sapienter decrevit, ut *diaconatus in futurum tamquam proprius ac permanens gradus hierarchiae restitui* posset [3]. 698

Quamvis enim nonnulla diaconorum munera laicis viris, in terris praesertim missionali opere excolendis, revera committi soleant, eos tamen *iuvat... qui ministerio vere diaconali fungantur... per impositionem manuum inde ab Apostolis traditam corroborari et altari arctius coniungi, ut ministerium suum per gratiam sacramentalem diaconatus efficacius expleant* [4]. Qua profecto ratione optimo quasi in lumine collocabitur propria huiusce Ordinis natura, qui non tamquam merus ad sacerdotium gradus est existimandus, sed indelebili suo charactere ac praecipua sua gratia insignis ita locupletatur, ut qui ad ipsum vocentur, *ii mysteriis Christi et Ecclesiae* stabiliter inservire possint [5].

Cum autem diaconatus permanentis instauratio in universa latina Ecclesia non sit ex necessitate efficienda, siquidem *ad competentes... territoriales Episcoporum coetus, approbante ipso Summo Pontifice, spectat decernere, utrum et ubinam pro cura animarum huiusmodi diaconos institui opportunum sit* [6], arbitramur idcirco non solum oportere, sed etiam necesse esse, ut certae ac definitae hac de re normae edantur ad eam, quae nunc obtinet, disciplinam novis Concilii Oecumenici praeceptis accommodandam et ad aequas condiciones praefiniendas, quibus non solum diaconatus ministerium opportunius ordinetur, sed etiam candidatorum institutio variis horum vitae generibus et communibus officiis et sacrae dignitati aptius respondeat.

Principia igitur quae in Codice Iuris Canonici de diaconorum iuribus et officiis, sive omnium clericorum communibus, sive eorundem propriis, statuuntur, ea omnia, nisi aliter cautum fuerit, confirmamus et in eos etiam valere edicimus, qui stabiliter in diaconatu sunt mansuri. Pro quibus praeterea haec alia, quae sequuntur, statuimus. / 699

I

1. Est officium legitimorum episcopalium Coetuum seu Conferentiarum, Summo Pontifice assentiente, deliberare, utrum et ubinam diaconatus, tamquam proprius ac permanens Hierarchiae gradus, in fidelium bonum sit instituendus, necne.

2. In petenda ab Apostolica Sede approbatione exponendae sunt tum causae, quae novam huiusmodi disciplinam aliqua in regione constituendam suadeant, tum rerum condiciones, quae veram boni eventus spem afferant; itemque describendus erit eiusdem disciplinae modus, utrum videlicet agatur de diaconatu conferendo *iuvenibus idoneis, pro quibus... lex caelibatus firma remanere debet*, an *viris maturioris aetatis, etiam in matrimonio viventibus*, an utrique candidatorum generi.

3. Approbatione ab Apostolica Sede impetrata, uniuscuiusque Ordinarii est in sua sacra dicione candidatos probare et ordinare, nisi agatur de casibus eadem facultate exceptis.

In relatione de statu suae dioecesis conscribenda, Ordinarii de hac etiam instaurata disciplina commemorent.

II

4. Ex Ecclesiae instituto, ipso Oecumenico Concilio comprobante, ii, qui ad diaconatum iuvenes vocantur, lege caelibatus servandi astringuntur.

5. Diaconatus permanens ante quintum et vicesimum expletum annum ne conferatur; grandior tamen aetas ab Episcoporum Conferentiis requiri poterit.

[1] Cfr. *Phil.* 1, 1. [2] Cfr. 1 *Tim.* 3, 8-13. [3] Cfr. n. 29: *A. A. S.* 57 (1965) p. 36. [4] Conc. Vat. II, Decr. *Ad Gentes*, n. 16: *A. A. S.* 58 (1966) p. 967 [LE 3364]. [5] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 41: *A. A. S.* 57 (1965) p. 46 [LE 3232]. [6] *Ibid.* n. 29: *A. A. S.* 57 (1965) p. 36.

6. Iuvenes, ad munus diaconale instituendi, in peculiare recipiantur Collegium, ubi probentur, ad vitam vere evangelicam vivendam informentur, ad propria et sua officia utiliter exsequenda instruantur.

7. Ad huiusmodi Collegium condendum, Episcopi eiusdemve nationis, pro variis locorum adiunctis suam consocient operam. Eidem autem moderando praepositos peridoneos eligant, legesque tum de morum disciplina, tum de studiorum ratione accuratissime faciant, servatis, quae sequuntur, normis. / 700

8. In diaconatus tirocinium ii tantum iuvenes ascribantur, qui naturalem animi inclinationem ad sacrae Hierarchiae et christianae communitatis ministerium ostenderint, quique sat bonam doctrinae copiam, pro suae gentis suique loci consuetudine, sibi comparaverint.

9. Proprium diaconatus tirocinium per tres saltem annos producatur; disciplinarum autem series ita digeratur, ut candidati ad varia diaconatus munera scite salutariterque obeunda ordinatim et gradatim adducantur. Tota praeterea studiorum ratio ita poterit componi, ut extremo anno praecipua tradatur institutio pro diversis muneribus, quae diaconi potissimum exsequentur.

10. Huc insuper addantur usus atque exercitationes edocendi pueros aliosque fideles christianae religionis elementa, cantum sacrum evulgandi et moderandi, divinos Scripturae libros in fidelium coetibus perlegendi, populum alloquendi et adhortandi, Sacramenta, quae ad diaconos spectant, ministrandi, aegrotos invisendi, eaque in universum implendi ministeria, quae ipsis committi possunt.

III

11. Grandioris aetatis viri, sive caelibes sive etiam matrimonio coniuncti, ad diaconatum vocari possunt; hi vero ne admittantur, nisi constet non solum de uxoris consensu, sed de eiusdem etiam christiana morum probitate illisque dotibus, quae viri ministerium nec impediant nec dedecorent.

12. Grandior, de qua agitur, aetas attingitur quinto et tricesimo anno expleto; et tamen ita est intellegenda, ut nemo ad diaconatum vocari possit, quin diuturno vitae vere christianae exemplo, integris moribus et ingenio ad ministrandum proclivi, cleri fideliumque existimationem sibi conciliaverit.

13. Cum de viris matrimonio iunctis agitur, cavendum est, ut ii tantum ad diaconatum provehantur, qui, plures iam annos in matrimonio viventes, se domui suae bene praeesse ostenderint, quippe quibus et uxor et filii sint vitam vere christianam agentes et integra fama praestantes [7].

14. Optandum est, ut tales etiam diaconi haud mediocri sint ornati doctrina, de qua nn. 8, 9, 10 supra diximus, vel illa saltem polleant scientia, quae episcopalis Conferen- 701
tiae iudicio iisdem necessaria erit / ad propria et sua munera implenda. Quam ob rem in peculiare Collegium aliquamdiu admittantur, ubi ea omnia addiscant, quae ad munus diaconale digne exsequendum opus erunt.

15. Quodsi forte id fieri nequit, candidatus educandus tradatur spectatissimo sacerdoti, qui de eo curam agat, eumque doceat, deque eius prudentia ac maturitate testimonium afferre valeat. Semper autem ac sedulo cavendum est, ut tantummodo idonei peritique viri in sacrum ordinem ascribantur.

16. Post ordinem receptum diaconi, grandiore etiam aetate promoti, ex tradita Ecclesiae disciplina ad ineundum matrimonium inhabiles sunt.

17. Caveatur, ne diaconi artem vel professionem exerceant, quae Ordinarii loci iudicio eos dedeceat, vel fructuosam sacri muneris functionem impediat.

IV

18. Quilibet diaconus, qui in aliqua religione non sit professus, alicui dioecesi sit rite ascriptus oportet.

19. Quae normae de congruenti sacerdotum sustentatione accuranda deque socialibus, ut aiunt, cautionibus in eorum commodum spondendis vigent, eae in favorem quoque stabilium diaconorum servandae sunt, habita etiam ratione familiae diaconorum in matrimonio viventium, atque articulo n. 21 harum Litterarum perspecto.

20. Episcopalis Conferentiae erit de honesta sustentatione diaconi eiusque familiae, si matrimonio est iunctus, certas edere normas, pro diversis locorum temporumque adiunctis.

21. Diaconi, qui civilem professionem exercent, ex perceptis inde fructibus sibi suaeque familiae necessitatibus, quantum possunt, consulere debent.

V

22. Secundum memoratam Concilii Vaticani II Constitutionem, diaconi est, quatenus loci Ordinarius haec ipsa expedienda commiserit:

1) inter actiones liturgicas episcopo et presbytero adesse in omnibus, quae rituales varii ordinis libri eidem attribuunt; /

2) baptismum sollemni ritu administrare atque omissas caeremonias super baptizatum sive infantem, sive adultum supplere; 702

3) Eucharistiam asservare, sibi ceterisque distribuere, eam in viaticum morientibus afferre, atque eucharisticam benedictionem, quam dicunt, cum sacra pyxide populo impertire;

4) ubi sacerdos deest, Ecclesiae nomine matrimoniis celebrandis assistere et benedicere ex delegatione episcopi vel parochi, ceteris servatis, quae in C. I. C. iubentur [8] atque firmo manente can. 1098, ubi quae de sacerdote dicuntur, ea de diacono etiam sunt intellegenda;

5) sacramentalia ministrare, funeris ac sepulturae ritibus praeesse;

6) divinos Scripturae libros fidelibus legere, populumque edocere et adhortari;

7) religiosi cultus officiis et supplicationibus praesidere, ubi sacerdos non adest;

8) verbi Dei celebrationes moderari, ubi praesertim sacerdos deest;

9) caritatis et administrationis officiis atque socialis subsidii operibus, Hierarchiae nomine, perfungi;

10) parochi et episcopi nomine, dissitas christianorum communitates legitime regere;

11) apostolica laicorum opera fovere et adiuvare.

23. Quae omnia munera in perfecta cum episcopo eiusque presbyterio communione exsequenda sunt, videlicet sub auctoritate episcopi et presbyteri, qui eo loci fidelium curae praesunt.

24. In Consiliis Pastoralibus diaconi, ut fieri potest, suam partem habeant.

VI

25. Diaconi, utpote qui Christi et Ecclesiae mysteriis inserviant, a quovis pravitatis vitio se abstineant Deoque semper placere studeant, *ad omne opus bonum* pro hominum salute *parati* [9]. Ob receptum ergo ordinem, longe aliis excellant oportet in vitae liturgicae actione, in studio precandi, in divino ministerio, in oboedientia, in caritate, in castitate.

26. Episcopalis Conferentiae erit efficaciores normas statuere ad spi/ritualem vitam alendam diaconorum, tam 703
in caelibatu quam in matrimonio viventium. Curent tamen locorum Ordinarii, ut omnes diaconi:

1) assidue legendo attenteque secum meditando Dei verbo vacent;

2) frequenter, vel etiam cotidie, quantum fieri potest, Missae sacrificio actuosi intersint, SS. Eucharistiae sacramento reficiantur idemque pietatis causa invisant;

3) frequenter Paenitentiae sacramento sui animi maculas abluant, quod ut digne recipiant cotidianam conscientiae suae censuram gerant;

4) Deiparam Virginem Mariam impenso pietatis cultu venerentur ac diligant.

27. Maxime decet stabiles diaconos aliquam saltem divini Officii partem, ab episcopali Conferentia definiendam, cotidie recitare.

28. Diaconi dioecesani saltem tertio quoque anno in pia aliqua religiosave domo, ab Ordinario designata, sacris exercitationibus vacare debent.

29. Doctrinarum, praesertim sacrarum, studia diaconi ne intermittant; divinos Scripturae libros assidue legant; ecclesiasticis disciplinis ita se dedant, ut catholicam doc-

[7] Cfr. 1 *Tim.* 3, 10-12. [8] Cfr. cann. 1095 § 2; et 1096. [9] Cfr. 2 *Tim.* 2,

http://www.obrascatolicas.com

trinam recte ceteris explanare possint, utque in dies magis idonei fiant ad fidelium animos erudiendos et roborandos. Ad id assequendum, diaconi in conventus statis temporibus habendos advocentur, ubi quaestiones de vita et sacro ministerio agantur.

30. Diaconi, ob peculiares commissi sibi ministerii rationes, reverentiam et oboedientiam episcopo profiteri tenentur; episcopi vero hos plebis Dei administros magni faciant in Domino, eosque paterna caritate prosequantur. Si quis autem diaconus extra propriam dioecesim iusta de causa aliquamdiu commoratur, vigilantiae et auctoritati loci Ordinariis in iis, quae ad diaconalis status officia ac munera pertinent, libenter obsecundet [10].

31. Quod ad vestis habitum spectat, loci consuetudo servanda erit secundum normas, ab episcopali Conferentia praestitutas.

VII

32. Diaconatum permanentem constituere apud religiosos ius proprium Sanctae Sedis est, ad quam unice pertinet Capitulorum Generalium hoc de re vota expendere atque probare. /

704 33. Diaconi religiosi ministerium diaconale obeant sub episcopi suorumque antistitum auctoritate, secundum normas, quae in sacerdotes religiosos valent; tenentur quoque legibus, quibus eiusdem religionis sodales astringuntur.

34. Diaconus religiosus, sive stabiliter, sive ad certum tempus commorans in regione, quae diaconatu permanenti caret, munera diaconalia ne exerceat, nisi loci Ordinarii assensu.

35. Quae nn. 32-34 de religiosis dicuntur, eadem de sodalibus ceterorum institutorum, evangelica consilia profitentium, sunt pariter intellegenda.

VIII

36. Quod denique attinet ad ritum servandum in sacro diaconatus Ordine conferendo, et ad Ordines, qui ipsi diaconatui praeponuntur, disciplina adhuc obtinens servetur, donec a Sancta Sede recognoscatur.

Ad extremum, post hasce traditas normas, illud sponte ex animo Nostro veluti profluit votum, ut diaconi, arduo suo munere in nostrae huius aetatis adiunctis perfungentes, praeclara, quae illis ad imitandum proponimus, sequantur exempla S. Stephani protomartyris, qui, ut ait S. Irenaeus, *primus in diaconium ab Apostolis electus est* [11], et S. Laurentii Romani, *qui non solum ministerio sacramentorum, sed etiam dispensatione ecclesiasticae substantiae praeeminebat* [12].

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XVIII mensis Iunii, in festo S. Ephraem Syri, Diaconi, anno MDCCCCLXVII, Pontificatus Nostri quarto.—PAULUS PP. VI.

11. [10] IUS ORIENTAL., *De Personis*, can. 87: *A. A. S.* 49 (1957) p. 462 [LE 2664]. [11] *Adv. Haereses*, IV, 15, 1; *PG* 7, 1013. [12] S. LEO MAGNUS, *Serm.* 85; *PL* 54, 436.

Adn. A. de B. in NRT 90 (1968) 419-421; J. LÉCUYER in ME 92 (1967) 385-386; 93 (1968) 152-161; E. F. REGATILLO in Sal terrae 56 (1968) 457-468; 60 (1972) 145-148 et 149; J. M. RIBAS in Ius can. 9 (1969) 239-258; P. WINNINGER in REDC 25 (1969) 109-124.

3572

1967 IUN 20.-SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM. PART.*

CIRCA ELECTIONEM CUSTODIS CUSTODUM AD CAPITULUM GENERALE SPECIALE MITTENDI

Romae, die 20 Iunii 1967

Reverendissime Pater, Ad dubium a Paternitate Tua Revma propositum: 1. An eligendus sit Custos Custodum, ad Capitulum generale speciale iturus, in altero Capitulo Provinciali si contingat ut, spatio trium annorum antequam Capitulum generale speciale congregetur, duo Capitula Provincialia in eadem Provincia celebranda sint; 2. vel ius conservet partipendi Capitulo generali speciali Custos Custodum, qui in primo Capitulo Provinciali ad hunc finem electus fuerat, haec Sacra Congregatio, omnibus mature perpensis, respondendum censuit prout respondit: ad 1.um: *affirmative*; ad 2.um: *negative*.

5195

Quae dum communico P. T. Revmae, omnia fausta a Domino adprecatus, permaneo. Eidem Paternitati Tuae Reverendissimae addictissimus in Domino.—Io. B. VERDELLI, *Subs.*

* Procuratori Gen. O. F. M. Conv., Prot. N. 16132/67: COFMConv 64 (1967) 377.

3573

1967 IUN 21.-CONSIL. LITURGIAE, LIT. CIRCUL. PART.*

NORMAE ET CRITERIA PROPONUNTUR AD INSTAURATIONEM LITURGICAM APTIUS PROSEQUENDAM

Cité du Vatican, 21 juin 1967 «In natali Papae»

Excellence Révérendissime, Dans sa récente allocution aux membres et aux experts du «Consilium», Sa Sainteté Paul VI disait: «Les premiers résultats de la réforme liturgique sont, sous certains aspects, vraiment réconfortants et riches de promesses». Et il nous invitait à l'optimisme devant «ce qu'offre de plus beau et de plus prometteur notre temps, si énigmatique, si inquiet et si plein de vitalité terrestre». Le Saint Père nous rappelait aussi notre lourde responsabilité: «C'est vous qui êtes appelés, plus que d'autres, à dessiner de la Sainte Liturgie les traits qui en manifestent la vérité, la beauté, la spiritualité, et qui laissent transparaître toujours plus clairement la gloire de Dieu et la régénération spirituelle des foules de notre temps, inattentives mais assoiffées (*Allocution* du 19 avril 1967).

Comme il m'a déjà été agréable de le faire par deux reprises, je voudrais, Excellence, par votre aimable intermédiaire, rejoindre tous les Evêques de votre Conférence. Je voudrais les inviter à rendre grâce au Seigneur avec moi de ces heureux fruits qui mûrissent au soleil de l'Esprit Saint. Je voudrais aussi solliciter leur fraternel appui pour la solution de plusieurs et graves problèmes que comporte aujourd'hui l'élan provoqué par les premiers pas de la reforme liturgique.

1. *Vue d'ensemble du travail accompli et collaboration avec les commissions nationales*

Les trois récentes Instructions de la S. Congrégation des Rites, préparées par le «Consilium» et publiées depuis le début de 1967 (*Musicam sacram* du mars [LE 3541], *Tres abhinc annos* du 4 mai [LE 3555] et *Eucharisticum mysterium* du 25 mai) [LE 3562] marquent des étapes importantes dans la mise en oeuvre de la Constitution conciliaire sur la Liturgie. Les travaux des groupes d'études sur la refonte des libres liturgiques se poursuivent activement; on peut prévoir maintenant une issue pas trop éloignée de cet immense labeur de restauration, qu'attend impatiemment tout le monde catholique.

En vous faisant partager, Excellence, ma satisfaction pour tout ce travail, je voudrais vous rappeler combien le «Consilium» souhaite vivement travailler en liaison étroite avec les Commissions Episcopales nationales de Liturgie. Nous avons besoin de connaître toujours plus précisément les aspirations actuelles les plus légitimes du clergé et du peuple chrétien et, pour cela, nous sommes tributaires de la collaboration des Commissions nationales. C'est elles qui sont le mieux placées, aidées par leurs Instituts spécialisés, pour nous renseigner, nous documenter, nous rendre toujours plus sensibles aux exigences pastorales d'une Liturgie vraiment expressive et féconde pour nos contemporains. Je me permets donc, par votre intermédiaire bienveillant, de solliciter cette collaboration nécessaire, dont les fruits abondants se feront sentir jusque dans les plus petits détails des rituels renouvelés.

2. *Experimentation des nouveaux rituels.*

Depuis un an environ, nous avons mis en expérimentation certains rites restaurés après les travaux des groupes d'études, approuvés par le «Consilium» et autorisés «ad experimentum» par le Souverain Pontife. Il s'agit du Baptême des adultes quand il est uni au catéchuménat, et des Funérailles des adultes; d'autres suivront sous peu, sans doute: Baptême des enfants, Mariage, quelques préfaces propres et trois nouvelles prières eucharistiques.

Ces expérimentations se font «sur des projets longuement préparés, soigneusement critiqués, puis dûment approuvés pour un usage limité et controlé, avec compte-rendus périodiques à l'Autorité supérieure» (*Notitiae*, 2 [1966] 345).

Pour que ces expériences se fassent avec une plus grande garantie dans une direction unique, avec l'aide et le conseil requis, nous avons décidé d'en confier l'exécution non pas à chaque individu, mais aux Commissions Episcopales nationales de Liturgie. Celles-ci auront le soin et la responsabilité de les préparer et de les organiser: elles choisiront les diocèses et les paroisses où une sérieuse action liturgique et pastorale offre les meilleurs espoirs de succès.

Nous l'avons déjà fait pour certains rites, et nous avons l'intention d'étendre graduellement ce système aux autres, à mesure qu'ils seront prêts.

5196

Je voudrais souligner l'un des rôles les plus délicats et les plus importants qui, dans la préparation de ces expériences, sont confiés aux Commissions liturgiques nationales. C'est à elles, en effet, qu'il revient de déterminer, en les adaptant concrètement aux situations locales particulières, quelques points pour lesquels le rite proposé «ad experimentum» laisse le choix aux Conférences épiscopales ou présente plusieurs possibilités. Il est facile de le voir, la façon de poser de tels problèmes joue un rôle de première importance pour le succès de ces expériences et pour l'avenir d'un nouveau rite.

Seront également très importantes les observations et les propositions que voudront bien nous signaler les Commissions liturgiques comme résultats des expériences qu'elles auront dirigées.

3. *Experiences liturgiques arbitraires.*

Mais, à côté de ces expérimentations officielles, il faut parler, pour les déplorer une fois de plus, d'un autre genre d'expériences liturgiques: elles relèvent, celles-ci, de l'initiative privée et de l'arbitraire; elles menacent gravement l'avenir de tout la restauration liturgique. J'en avais déjà parlé dans ma première Lettre aux Présidents des Conférences Episcopales, le 30 juin 1965 (*cfr. Notitiae*, 1 [1965] 259) [LE 3296]. La situation aujourd'hui est beaucoup plus alarmante qu'il y a deux ans, car ces initiatives se sont largement généralisées. Bien des prêtres se permettent de modifier les gestes et même les textes liturgiques, pour suivre leur inclination propre, leurs goûts personnels, les aspirations de tel groupe de fideles. On mutile les traductions dûment approuvées par les Conférence Episcopales et confirmée par le Saint-Siège. On légitime cette manière d'agir en disant qu'il faut bien faire des expériences dans le milieu concret, qu'il faut mettre le plus vite possible en pratique les orientations de simplicité, de véracité, d'intelligibilité données par le Concile. On affirme que tout ne peut pas se faire par les organismes d'autorité, et qu'il faut faire droit aux légitimes aspirations du peuple chétien. On essaie même parfois de trouver dans les autres documents conciliaires des arguments pour insister sur la force créatrice d'une communauté vivante, en matière de liturgie.

En renouvelant récemment sa confiance au «Consilium», si souvent attaqué d'un côté et de l'autre, le Saint-Père nous a fait part de la douleur et de l'appréhension qui l'envahissent aujourd'hui, en face de «ces actes du culte qui assument souvent, de propos délibéré, des formes arbitraires, parfois en total désaccord avec les normes en vigueur dans l'Eglise». Le Souverain Pontifice exprimait son «espoir que l'Episcopat voudra porter son attention sur de tels faits et protéger l'harmonie du culte catholique dans le domaine liturgique et religieux». Il s'adressait aussi aux familles religieuses, au clergé et à tous les fidèles, «pour qu'ils ne se laissent pas emporter par l'attrait de certaines expériences capricieuses, mais cherchent plutôt à donner aux rites prescrits par l'Eglise leur perfection et leur plénitude» (*Allocution* du 19 avril 1967).

Je me permets, Excellence, de compter sur votre zèle pour que, dans les limites de la Conférence Episcopale que vous dirigez, tout le clergé et tous les fidèles répondent, avec une obéissance empressée, totale et filiale, à l'appel du Souverain Pontife: que, chez vous, ne puissent s'implanter, et qu'au besoin disparaissent ces initiatives «dangereuses pour la paix et l'ordre de l'Eglise même» (*id.*). Que tous comprennent bien que la restauration liturgique ne peut se faire dans l'arbitraire, le désordre, la hâte échevelée, mais qu'elle réclame au contraire l'ordre, l'obéissance, la patience.

4. *Adaptations liturgiques.*

Dans ce même discours du 19 avril 1967, Sa Sainteté Paul VI rappelait aussi que l'une des charges de ce «Consilium» était de «diriger avec sagesse chacune des expériences liturgiques dont la conscience de sa charge et ses réflexions lui font juger que l'usage pourrait en être admis». Il y a, en effet, des adaptations souhaitables de la liturgie, pour qu'elle corresponde mieux au génie de tel peuple, de telle civilisation, de tel groupe ethnique. Loin de les réprouver, la Constitution *De Sacra Liturgia* en a accepté le principe dans ses articles 40 à 44, auxquels l'Instruction *Inter Oecumenici* (26 septembre 1964) se réfère (art. 45).

Tous ces textes indiquent clairement le processus à suivre dans la mise au point de ces adaptations: — travail préparatoire des experts en liturgie, en pastorale, en théologie; — approbation par la Conférence Episcopale nationale; — celle-ci en fait la demande au Saint-Siège; — le Saint-Siège fixe les modalités de l'expérimentation; — les expériences sont réalisées «dans certaines assemblées appropriées et pendant un temps limité» (Const. *De Sacra Liturgia*, n. 40, § 2) sous le contrôle de la hiérarchie locale.

C'est de cette manière, et de cette manière seulement, que peuvent naître légitimement des adaptations jugées nécessaires, quant aux rites ou aux textes liturgiques.

Mais il me semble utile de prier instamment les Commissions liturgiques nationales, et les Instituts qu'elles chargent d'entreprendre les études préliminaires à ces adaptations, de bien vouloir attendre, pour certains rites, d'avoir en mains les nouveaux projets en voie d'élaboration au «Consilium». De fait, l'expérience a déjà montré que beaucoup de difficultés créées par les rites actuels sont résolues par les nouveaux textes proposés par le «Consilium», tandis que ceux-ci ont besoin, pour certains détails, d'être complétés par les adaptations laissées aux Conférences Episcopales.

5197

5. *Eglise locale et Eglise universelle.*

Il faut certes se réjouir de ce qu'à notre époque se développe et s'exprime mieux le sens de l'Eglise particulière, surtout diocésaine, autour de l'Evêque, successeur d'Apôtre, à la tête du Peuple de Dieu. On comprend mieux que toute assemblée liturgique, présidée par le prêtre, représentant de l'Evêque, est le signe visible et efficace de l'Eglise et, comme celle-ci, «une, sainte, catholique et apostolique». Mais cette redécouverte ne doit pas porter atteinte au sens, non moins nécessaire, de l'Eglise universelle et de la solidarité qui unit tous les chrétiens dans l'unique Corps du Christ, toutes les assemblées dans l'unique Eglise, «répandue par toute la terre». Au-delà des légitimes adaptations, dûment approuvées et réglées par l'autorité compétente, c'est le même culte «en esprit et en vérité» qu'on doit célébrer dans toutes les assemblées, des cathédrales aux moindres chapelles de mission, des églises paroissiales aux oratoires.

En notre temps, qui ne connait plus les barrières de l'espace, ce sens de la solidarité chrétienne dans le culte doit jouer plus encore que par le passé. Les déplacements sont de plus en plus fréquents d'une région à l'autre, d'un pays à l'autre, d'un continent à l'autre; la presse, la radio, la télévision publient aux quatre coins du monde, avec une merveilleuse rapidité, les événements les plus lointains, et les rendent tout proches dans la fascination de l'image et du son: tout cela nous fait comprendre que la célébration liturgique elle-même, où qu'elle soit, est ouverte aux dimensions du monde et ne peut plus se croire isolée et comme à l'abri.

En acceptant de célébrer le culte tel que l'autorité compétente l'établit, chaque prêtre et chaque fidèle se maintient dans l'unité avec les autres prêtres et les autres fidèles. Chaque Evêque, gardien de la prière comme de la foi, est uni collégialement à tous ses frères du Collège apostolique. Finalement, il s'agit de cette charité, fruit de l'Esprit-Saint, qui nous unit tous dans le culte du même Seigneur, le Christ mort et ressuscité, et, par Lui, avec Lui, en Lui, dans le culte du même Père des cieux.

6. *Commissions mixtes.*

Le 16 octobre 1964, dans ma première Lettre (*cf. Notitiae* 1 [1965] 194-196) [LE 3221], j'ai fait connaître la pensée du «Consilium» au sujet des traductions liturgiques pour divers pays qui parlent la même langue: à savoir «qu'il n'y ait qu'une seule traduction officielle et, si possible, des éditions uniques pour la même langue».

Cette disposition a été reprise par Sa Sainteté Paul VI dans son allocution du 10 novembre 1965 aux participants du Congrès des traducteurs (*cf. Notitiae*, 1 [1965] 380).

Depuis, des efforts très louables ont été faits pour l'unification des traductions liturgiques en français, en anglais, en espagnol, en portugais et en hollandais; plusieurs livres liturgiques ont été édités en commun par des pays de même langue.

A ce sujet, je me permets de préciser les points suivants:

a) L'unité de traduction vaut pour *tous* les pays qui utilisent la même langue vivante dans la liturgie, même en des continents différents.

b) Pour chaque langue parlée en plusieurs pays, il convient d'organiser une *Commission mixte*, qui groupera des Evêques et des experts de chacun des pays concernés.

c) Cette Commission doit organiser le travail d'étude et de préparation de la traduction unique.

d) Lorsque le travail de préparation est achevé, le texte en langue vivante doit être soumis à chaque Conférence Episcopale, à qu'il revient d'approuver toutes les traductions liturgiques en langue vivante (cf. Instruction *Inter Oecumenici*, nn. 23-28) [LE 3217]. Les remarques éventuelles des Evêques seront transmises à la Commision mixte qui présentera, s'il y a lieu, de nouvelles propositions.

e) Les traductions, approuvées par chaque Conférence Episcopale, sont transmises au «Consilium» par chacune, pour ratification. On voudra bien observer rigoureusement les articles 29 et 30 de l'Instruction *Inter Oecumenici* à ce sujet: ils prévoient l'envoi au «Consilium» d'un rapport soigné sur les décisions de la Conférence, avec le résultat de chaque vote émis au scrutin secret.

f) C'est à chaque Conférence Episcopale qu'il revient de décider comment se fera l'édition des livres liturgiques (cf. S. Congr. des Rites, Décret *Cum nostra aetate*, 27 jauvier 1966, n. 3; *Notitiae*, 2 [1966] 173) [LE 3396]. Mais il sera souvent avantageux que l'édition soit unique pour tous les pays qui utilisent la même traduction. Sans rien perdre de leurs droits, que les Conférences Episcopales facilitent cette solution, chaque fois qu'elle sera jugée raisonnablement meilleure.

7. *Traductions du Canon et du Rituel des Ordinations.*

Depuis mars dernier, le Saint-Père a accédé à la demande de nombreux Episcopats pour l'usage de la langue vivante au Canon de la Messe et dans la totalité des rites d'Ordination. Cette concession veut permettre au peuple chrétien de mieux comprendre les richesses spirituelles de ces célébrations et d'en mieux profiter. Cela est conforme aux directives de la Constitution conciliaire *De Sacra Liturgia* [LE 3141], qui n'avait mis aucune restriction de principe à l'utilisation liturgique de la langue vivante.

5198

http://www.obrascatolicas.com

Après la vague de départ (cf. Instruction *Inter Oecumenici*, nn. 57 et 61), et l'extension de la langue vivante à la préface à partir du 27 avril 1965, voici maintenant la dernière étape dans l'extension graduelle de la langue parlée. On appréciera sans doute dans ces célébrations de ne plus avoir à passer trop fréquemment d'une langue à l'autre, et, en particulier la grande prière eucharistique y trouvera un surcroît de dignité.

Qu'on veuille bien noter que pour le Canon le Saint-Siège n'approuve pas les traductions qui se trouvent dans les missels des fidèles et qui ont été permises *ad interim* les années passées. On doit préparer une traduction nouvelle, faite avec soin. En outre, cette traduction doit être *littérale et intégrale*. Il faut prendre les textes tels qu'ils sont, sans les amputer ni les simplifier d'aucune manière. L'adaptation au génie des langues vivantes doit être sobre et discrète. Que les experts acceptent de bou gré cette norme, dont l'application est nécessaire aujourd'hui. Il ne faut pas bousculer les étapes. Quand sera venu le temps de créer, alors, on n'aura pas à se soumettre à la contrainte de la traduction littérale. Mais, pour l'instant, nous en sommes encore au stade qui nous permet de mieux découvrir toutes les richesses du patrimoine liturgique et d'en vivre encore.

Je vous serais reconnaissant, Excellence, de vouloir bien communiquer cette Lettre, le plus tôt possible et de la manière que vous jugerez la plus opportune, aux Evêque de votre Conférence et aux Supérieurs Majeurs religieux de votre pays.

J'exprime mes souhaits les plus fraternels et mes voeux les plus cordiaux envers Votre Excellence, les Evêques, le clergé et tout le peuple de votre pays.

Votre tout dévoué dans le Seigneur.—GIACOMO Card. LERCARO, *Président.*

* Ad Praesides Conferentiarum episcopalium cuiusvis nationis: Notit. 3 (1967) 289-296.

3574

1967 IUN 24.-PAULUS VI, ENC. AAS 59 (1967) 657-697

Litterae Encyclicae ad Episcopos, ad Sacerdotes et Christifideles totius Catholici Orbis:

DE SACERDOTALI CAELIBATU

PAULUS PP. VI

Venerabiles fratres et dilecti filii - Salutem et Apostolicam Benedictionem

1. Sacerdotalis caelibatus, quem Ecclesia quasi quandam nitentem suae coronae gemmam tutatur, in summa laude et aestimatione nostris etiam diebus est, cum sive hominum sensus sive corporearum rerum condiciones sunt fere penitus immutata.

Sed in nova huiuscemodi animorum aestuatione quorundam simul erupit proclivitas vel, ut verius dicamus, significata voluntas Christi Ecclesiam ad id impellendi, ut hoc proprium ac suum institutum recognoscat, cuius conservationem, ut eorum fert opinio, et nostra tempora et nostri mores difficilem vel potius impossibilem efficiant.

2. Quapropter huius generis rerum statu, quo cum nonnullorum sacerdotum et sacerdotii candidatorum conscientia commovetur in diversumque trahitur, tum multorum fidelium animi perturbantur, Nobis veluti adigi ipsi videmur, ut, omni / cunctatione discussa, quod Venerabilibus 658
Patribus Concilii promisimus teneamus, quibus esse Nobis propositum diximus, ut in hac temporum ratione novum decus novamque firmitatem sacerdotali caelibatui adderemus [1]. Quo interim spatio, non solum diu ferventerque Spiritum Paracletum ad necessaria lumina atque auxilia devocavimus, sed consilia etiam flagitationesque ante Dei oculos momentis suis ponderavimus, ad Nos undique, in primis vero a multis Ecclesiae Dei Pastoribus, delata.

3. Equidem fatemur magnam hanc quaestionem, quae in Ecclesia de sacro cleri caelibatu est, longum tempus pro sua amplitudine et gravitate in animo Nostro versatam esse. Etiamne nunc —ita Nobiscum quaerebamus— severa illa et nobilitante sponsione obligentur, qui sacris maioribus ordinibus initiari cupiant? Sitne hodie huic sponsioni et possibilis et consentanea obtemperatio? Tempusne advenisse putemus, cum vinculum dissolvatur, quo in Ecclesia caelibatus cum sacerdotio conectatur? Curnam integrum cuilibet potius non sit arduam hanc legem servare? Fructumne exinde sacerdotale munus capiat, et facilior fiat ad nos incatholicorum aditus? Quodsi praeclara sacri

[1] Cf. Epistula die X mensis Oct. anno MDCCCCLXV ad Eminentissimum virum Eugenium Tisserant Card. data, posteroque die in generali Concilii

caelibatus lex in posterum etiam est servanda, quibusnam hodie rationibus eam esse sanctam et opportunam probemus? Quo posito, quibusnam modis lex eadem colenda, et ex onere in vitae sacerdotalis adiumentum convertenda?

4. Quae omnia dum meditaremur, ea maxime animum Nostrum subibant, quae variis argumentis contra sacri caelibatus custodiam et allata sunt et afferuntur. Etenim tam gravi implicataque materia quasi cogi videmur, ut pro apostolico, quo fungimur, ministerio cum rem ipsam tum in ea insitas quaestiones fideliter perpendamus, et, quemadmodum sive iniunctum officium sive creditum munus a Nobis postulant, eam demissa a Christo luce illustremus; eo nempe spectantes, ut non modo illius voluntati omnino oboediamus et pareamus, qui Nobis has detulit partes, sed ut Nos etiam *servos servorum Dei*, quales ab Ecclesia putamur, reapse praestemus. / 659

5. Scilicet suscipiamus oportet, numquam praeteritis temporibus de ecclesiastico caelibatu vel acrius vel copiosius quam nostris hisce diebus inquisitum esse: ad rationes nimirum vel doctrinae, vel rei historicae, vel rei socialis, vel humani animi pervestigationis, vel pastoralis muneris quod attinet; idque, quamvis aliquando usurpata verba aliud significare viderentur, ut plurimum honestis consiliis factum esse.

Bono igitur animo ea circumspiciamus, quae praecipua adversus legem ecclesiastici caelibatus cum sacerdotio copulati dicuntur.

Itaque prima contradictio, quae ex sanctissimo monumento manare videtur, hoc astruit, in Novo Testamento, quo primum Christi tum Apostolorum doctrina continetur, sacrorum administrorum caelibatum non aperte imperari, sed ut aliquid dumtaxat proponi, quo quis libere aut peculiari Dei vocationi, quam dicunt, aut peculiari Dei dono respondeat [2]. Praeterea neque a Christo Iesu ex caelibatu suspensam esse duodecim Apostolorum electionem, neque ab Apostolis unos fuisse caelibes primis christianorum consortionibus praepositos [3].

6. Ad hoc, arta necessitudo —aiunt nonnulli— qua anteactis temporibus Ecclesiae Patres atque scriptores hinc divinam ad sacerdotium invitationem hinc sacram virginitatem inter se iungi statuunt, partim ab opinationibus partim a rerum momentis proficiscitur, a nostrorum temporum longe diversis. In Patrum enim operibus legimus saepenumero, eos sacerdotibus suadere magis ut a matrimonii usu temperent, quam ut caelibatum retineant. Insuper quae causae ab Ecclesiae Patribus subiciuntur quare sacrorum administri perfectam castitatem colant, ex eo quandoque fluere videntur, quod iidem aut hominis condicione, ad corporis voluptates quod pertinet, aequo deteriorem iudicent, aut, peculiari quadam opinione ducti, puritatem iis necessariam censeant, quibus res sacras contingere detur. Tum etiam autumant nonnulli, expositas a veteribus scriptoribus argumentationes cum rebus socialibus cumque sensibus et consiliis hominum iam non congruere, inter / quos Ecclesia per sacerdotes suos nostra hac aetate 660
operetur necesse est.

7. Alii quidam quoad caelibatum ex eo difficultatem conflari putant, quod, iuxta vigentem legem, donum divinae ad sacerdotium invitationis idem esse atque donum perfectae castitatis cum statu Dei administri coniunctae deliberatum sit. Hanc enim ob causam iidem quaerunt sitne aequum eos a sacerdotio ineundo arcere, qui, quamvis ad vitam caelibem amplectendam non inclinent, tamen ad sacerdotalia munera capessenda propenso sint animo.

8. Asseverant praeterea alii, caelibatum in Ecclesia servatum ibi detrimenta non levia parere, ubi sacerdotum paucitas —quam Concilium Oecumenicum Vaticanum II et agnoscit et gravissime conqueritur—[4] rerum parat condiciones in primis miserandas, cum simul Dei obstet consiliis, ad hominum salutem pertinentibus, simul quandoque impedire possit, quominus ad quosdam homines prima ipsa Christi Iesu nuntiatio perferatur. Nonnulli namque tantam sacerdotum inopiam ex onere caelibatum custodiendi nasci arbitrantur.

9. Neque desunt qui sibi persuasum habeant, si sacerdotes uxores ducant, ansam ad infidelitates, ad perturbationes, ad acerbiora molienda transfugia iam iisdem sacerdotibus non dari, quae Ecclesiam tantopere vulnerent atque excrucient; immo e diverso maiorem exinde Christi

congregatione lecta. [1] Cf. Mt., 19, 11-12. [2] Cf. *1 Tim.*, 3, 2-5; *Tit.*, 1, 5-6. [3] Cf. Decr. *Christus Dominus*, n. 35: *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 690 [LE 3332]; Decr. *Apostolicam Actuositatem*, n. 1, 1: *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 837 [LE 3346]; Decr. *Presbyterorum ordinis*, nn. 10 ss.: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 1007-1008 [LE 3365]; Decr. *Ad Gentes*, nn. 19 et 38: *A. A. S.*,

administris suppeditari facultatem christiana praecepta in ipso domestico convictu tenendi, unde ii ob praesentem suae vitae statum seponi videantur.

10. Sunt etiam qui instanter asserant, sacerdotem propter caelibatum in ea corporis et animi condicione versari, quae non modo sit contra naturam, sed etiam suae ipsius humanae personae aequo temperamento et maturitati officiat; atque ita fieri, ut identidem sacerdos quadam quasi 661
siccitate arescat, eoque / animi ardore sensim careat, per quem commune ceterorum hominum vivendi genus et fortunam participet; atque adeo segregem vitam agere cogatur, unde tot rerum acerbitates totque animi debilitationes atque abiectiones capiat.

Quae omnia —aiunt— nonne ostendunt caelibem sacerdotem iniustam iam in seipsum vim adhibere, iam animi bona, a Creatore Deo data, atque a Christo Redemptore perfecta, pro nihilo putare?

11. Ad extremum, via perspecta, per quam nunc sacrorum alumnus ad tantum caelibatus onus suscipiendum pervenit, quidam opponunt nihil eum, post huiusmodi praeparationem animi, facere posse nisi onus idem ferre et pati, cum tradita disciplina ex altera parte non semper fuerit prorsus expleta, ex altera iustae non satis hominis paruerit libertati. Ex quo colligunt, iuvenes, qui caelibatum amplectantur, id ipsos non omnino vera libertate praeditos agere: propriam enim iuvenum et intellegentiam et liberum decernendi arbitrium et sive animi sive corporis maturitatem ipsi caelibatus oneri eiusque veris incommodis et diuturnitati imparia et incongruentia existimanda esse.

12. Neque profecto Nos latet alia adversus sacrum caelibatum afferri posse. Nam res implicatissima agitur, quae communem vitae sensum praeterquam ad vivum contingit, superna etiam illustrat et complet luce a divina revelatione nata: siquidem infinita quaedam difficultatum series iis non procreari non potest, qui neque *capiunt verbum istud* [5], neque cognoscunt aut obliviscuntur *donum Dei* [6], neque percipiunt quam et excellens ratio, et mira efficacitas, et dives ubertas in novo hoc vitae sensu insit.

13. Porro hic contradictorum veluti concentus non solum perantiqua et grandia testimonia sive Pastorum Ecclesiae, sive magistrorum pietatis opprimere videtur, sed etiam viva in nostrisque oculis haerentia exempla, ab innumerabili cohorte edita sanctorum ac fidelium Dei ad- 662
ministrorum, qui in re vera / sacrum caelibatum demonstrant sibi causam itemque indicium eius fuisse doni, quo se totos laetissimosque Christi mysterio tradiderunt. Quae utique egregia exempla, non minus nostris quam praeteritis temporibus posita, placate constanterque adhuc loquuntur. Quapropter Nos, quibus praesentes res semper curae fuerunt, teneri non possumus, quin nec opinatam hanc mirificamque veritatem animadvertamus, qua docemur nunc etiam in Dei Ecclesia, ubicumque terrarum ea sancta tabernacula statuit, innumeram multitudinem sacrorum administrorum —subdiaconorum, diaconorum, presbyterorum, episcoporum— voluntarium Deoque sacratum caelibatum caste et integre servare. Cum quibus abstinere non possumus, quominus mente coniungamus fere infinitam virorum et virginum Deo devotorum, adulescentium, laicorumque hominum manum, fideliter perfectae castitatis sponsionem colentium: et hoc videlicet, non quod divinum vitae donum iidem parvipendant, sed quod propter amorem caelitus immissum novam vitam, Christi mysterio paschali partam, prosequuntur. Qui nimirum ita vitam caelibem vivunt, ut pariter fortem morum gravitatem et animi laetitiam, pariter perfectam integritatem non sine quadam facilitate praestent. Egregium autem huius generis spectaculum singulari veritate fidem facit, regnum Dei veluti visceribus humanae societatis haerere, in quam id beneficii non lactanter confert, ut *lux mundi* itemque *sal terrae* [7] exsistat. Cuius Nos castissimorum hominum spectaculi magna incedit admiratio, quippe quod sine dubio Christi Spiritus inflammaverit.

14. Legem igitur vigentem sacri caelibatus nunc etiam cum sacerdotali munere esse conectendam censemus; eaque fulciri oportere sacerdotem, cum constituit praeterquam se totum, se in perpetuum, se uni tantummodo summo Christi amori dicare, operam quoque suam Dei religioni, Ecclesiaeque commodis navare. Ea insuper caelibatus lege status et condicio sacerdotis opus est distinguatur, sive ad fidelium sive ad profanorum hominum convictum quod spectat.

15. Concedimus sane, donum supernae invitationis ad sacerdotium, ad cultum Deo adhibendum et ad religiosa

LVIII, 1966, pp. 969 et 984 [LE 3364]. [5] Mt., 10, 11. [6] Io., 4, 10. [7] Cf.

bona / christiano populo ministranda spectans, a dono differre, quo quis ad caelibatum, uti vitae condicionem Deo 663
sacratam, eligendum movetur [8]. Attamen superna, quam diximus, ad sacerdotium invitatione nihil sane efficitur, nihil absolvitur, nisi is illam pericli tatus fuerit et probaverit, penes quem ministerii populi christiani est onus et potestas. Quam ob causam in rationem ecclesiasticae auctoritatis cadit, pro locis et temporibus, decernere quibus reapse numeris et virtutibus eos ornari deceat, quibus opportune animorum et Ecclesiae sint utilitates concredendae.

16. Quocirca fidei spiritu impulsi libenter occasionem, Nobis a providenti Deo oblatam, nanciscimur, ut rationibus cum sensu hominum, qui nunc sunt, congruentibus iustas et magnas sacri caelibatus observandi causas iterum illustremus; nam si quae contra fidem offeruntur, *ad accurationem et altiorem intelligentiam fidei excitare possunt* [9], haud secus de ecclesiastica disciplina fieri opinamur, christianorum vitam regente.

Etenim hac etiam re ad id laetissime permovemur, ut virtutis divitias et pulchritudines Ecclesiae Christi demiremur, quae quandoque hominum oculis non statim ob eas causas aspiciuntur, quod amore divini Ecclesiae Conditoris gignantur, quodque absoluta ea sanctitudine [10] significentur, quae hominum animos admiratione afficit, cuiusque rationes hominum vires non valent explicare.

I

17. Re quidem vera, ut Sacrosanctum Concilium Oecumenicum Vaticanum II edixit, virginitas *non exigitur quidem a sacerdotio suapte natura, uti apparet ex praxi Ecclesiae primaevae et ex traditione Ecclesiarum orientalium* [11]; sed eadem universalis Synodus graviter riteque confirmare non dubitavit, antiquam, sacram, peropportunam, vigentem legem / caelibatus sacerdotalis, causas eodem tempore 664
exponens, quae ei suffragantur, dummodo aliquis cum fidei studio et animi alacritate de divinis muneribus aestimet.

18. Non his tantum temporibus de *multimoda convenientia* [12] caelibatus quoad sacri ordinis ministros disquiritur; quodsi allatae causae variae fuerunt pro vario mentis habitu variisque rerum condicionibus, semper tamen innitebantur in sententiis vere christianis, quibus penitus perspectis ad rationes perveniebatur altiores. Quae causae in pleniore luce possunt collocari, ob eum rerum usum, qui a subtiliore perceptione rerum spiritualium volventibus saeculis manavit [13]; quae fieri contingunt afflante Spiritu Sancto, quem Christus suis promisit ad intellegenda futura [14] et ad provehendam in populo Dei cognitionem mysterii Christi atque Ecclesiae.

19. Sacerdotium christianum, quod novum est, nequit mente comprehendi, nisi affulgente luce novitatis Christi, Pontificis omnium summi et aeterni Sacerdotis, qui sacerdotium suis ministris obeundum instituit, ut veram communicationem unius sui ipsius sacerdotii [15]. Christi igitur administer et dispensator mysteriorum Dei [16], eum etiam habet exemplar, quod proxime imitetur, et perfectissimam vitae suae speciem [17]. Dominus enim Iesus, unigenitus Filius Dei, a Patre missus in mundum, homo factus est, ut hominum genus, peccato et morti obnoxium, renasceretur et novo ortu [18] in regnum caelorum ingrederetur. Quam novam creaturam [19] Iesus, voluntati Patris plane obsecutus [20], ope mysterii paschalis perfecit, in tempora et in mundum novam vitae rationem eamque praecelsam, / divi- 665
nam inducens, qua ipsa condicio humanitatis egregie commutata est [21].

20. Matrimonio etiam, quo e Dei voluntate opus primae creationis continuatur [22], cum sit in universum de humana salute consilium insertum, nova tribuitur vis novumque momentum. Etenim Iesus primigeniam ei restituit dignitatem [23], honorem ei dedit [24], ad gradum sacramenti id evexit et arcani signi unitatis, qua ipse cum Ecclesia conevexit et arcani signi unitatis, qua ipse cum Ecclesia coniungitur [25]. Ita fit, ut coniuges christiani, et amore inter se diligentes, et peculiaria sibi officia implentes, et nitentes ad propriam sibi sanctitatem, una simul ad patriam caelestem progrediantur. Christus vero, *melioris Testamenti*

Mt., 5, 13-14. [8] Cf. supra nn. 5 et 7. [9] Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 62: *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1082 [LE 3366]. [10] Cf. *Eph.*, 3, 25-27. [11] Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 16: *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1015 [LE 3365]. [12] *Ibid.* [13] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Dei Verbum*, n. 8: *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 820 [LE 3343]. [14] Cf. Io., 16, 13. [15] Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 28: *A. A. S.*, LVII, 1965, pp. 33-36; Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 2: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 991-993. [16] Cf. *1 Cor.*, 4, 1. [17] Cf. *1 Cor.*, 11, 1. [18] Cf. Io., 3, 5; *Tit.*, 3, 5. [19] Cf. *2 Cor.*, 5, 17; *Gal.*, 6, 15. [20] Cf. Io., 4, 34; 17, 14. [21] Cf. *Eph.*, 5, 32. [22] Cf. *Gen.*, 2, 18. [23] Cf. Mt., 19, 3-8. [24] Cf. Io., 2, 1-11.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

Mediator [26], novum etiam iter patefecit, in quo positus homo, Deo ipsi penitus adhaerens ac de eo tantum sollicitus et de iis, quae sunt ipsius [27], apertius et plenius manifestat vim illam quam maxime novantem, quae propria est Novi Testamenti.

21. Christus unicus Dei Filius, ob ipsam suam incarnationem, Mediator inter caelum et terram interque Patrem et genus humanum est constitutus. Cui prorsus congruens muneri, Christus per totius vitae cursum in virginitatis condicione est versatus; qua quidem re significatur, eum totum se devovisse Dei hominumque ministerio. Artissimus hic nexus inter virginitatem et sacerdotium, qui in Christo obtinet, ad eos etiam refertur, quibus datum est dignitatem ac munus Mediatoris et Sacerdotis aeterni participare; quae communicatio eo est perfectior, quo sacer administer a vinculis carnis et sanguinis liberior est [28].

22. Iesus, qui primos salutis ministros, a se electos, voluit non solum *nosse mysteria regni caelorum* [29], sed etiam
666 esse singu/lari prorsus nomine adiutores Dei, et pro se legatione fungi [30]; qui eos amicos et fratres appellavit [31]; pro quibus se ipsum sanctificavit, ut essent et ipsi sanctificati in veritate [32], uberrima praemia iis promisit omnibus, qui domum, familiam, uxorem, filios propter regnum Dei reliquissent [33]. Quin immo, verbis usus arcanis et concitantibus exspectationem, perfectiorem etiam suasit rationem [34] qua aliquis, peculiaris muneris ope [35], regno caelorum devoveretur virginitate. Causa cur quis huiusmodi donum persequatur, est regnum caelorum [36]; pariter idem hoc regnum [37], Evangelium [38], et nomen Christi [39] efficiunt, ut Iesus ad arduos subeundos labores apostolicos provocet, cum tot incommodis sponte tolerandis coniunctos, ut sua ipsius sors artius participetur.

23. Qui igitur hoc modo a Iesu vocati sunt, ad virginitatem quasi rem optabilem digne eligendam impelluntur sive mysterio novitatis Christi; sive mysterio earum rerum omnium, quae declarant quis reapse ille sit, quodve eius sit momentum; sive summa earum rerum, quae ut perfectissimae et maxime expetendae in Evangelio et regno proponuntur; sive denique peculiari quadam gratiae significatione, a divini Redemptoris mysterio paschali manante. Quod quidem illi agunt, non solum ut in partem veniant muneris sacerdotalis, quo Christus fungitur, sed etiam ut idem ineant vitae genus.

24. Si quis Deo vocanti obsequitur, amanter respondet amori, quem Christus modo ineffabili nobis exhibuit [40]; quae responsio quasi quodam arcano contegitur propter
667 peculiarem amorem erga hominum animos, quos ad seipsum sequendum Christus / idem est gravissimis verbis adhortatus [41]. Gratia vi quadam divina necessarios usus amplificat amoris, qui, modo sit germanus, omnia complectitur, stabilis est ac perennis, atque invitamento, cui nequit resisti, ad praeclarissima quaeque patranda accendit. Hac de causa caelibatus, quem quis eligit, semper habitus est *lamquam signum et stimulus caritatis* [42]: signum videlicet amoris sine ulla exceptione, et incitamentum caritatis omnibus patentis. Num quisnam in vita, quae aliis tota ob allatas causas devovetur, indicia deprehendat animi angusti, studii propriae utilitatis, cum ea sit et esse debeat exemplum rarum et quam maxime significans vivendi rationis, quae movetur et alitur amore, quo homo, quanta sit sua excelsitas, significat? Num quisnam dubitet vitam quandam non esse moraliter et spiritualiter ad absolutionem perductam, quae tantopere dedita sit, non cuilibet rei, licet eximiae et summopere appetendae, sed Christo eiusque operi, ad hominum genus omnibus locis omnibusque temporibus renovandum pertinenti?

25. Ex hac ergo consideratione, cum a divinis litteris, tum a sacra theologia orta, sacerdotium nostrum ut administrorum sociatur sacerdotio Christi, atque a vita eiusdem, qui plane et unice salvifico muneri suo inserviit, exempla hauriuntur et rationes, quae nos movent, ut formae caritatis et sacrificii Christi Redemptoris similes reddamur: haec quippe consideratio tam alta Nobis esse videtur tamque ferax veritatum in contemplando et agendo positarum, ut non solum vos, Venerabiles Fratres, et doctrinae christianae studiosos, sed etiam pietatis magistros cunctosque sacerdotes, ad munus suum supernaturali lumine percipiendum aptos, moneamus ad pergendum diligenter eam cogitationem expendere et ad reconditas et fecundas,

[26] *Hebr.*, 8, 6. [27] Cf. *1 Cor.*, 7, 33-35. [28] Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 16: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 1015-1017. [29] Mt., 13, 11; Cf. Mc., 4, 11; Lc., 8, 10. [30] Cf. *2 Cor.*, 5, 20. [31] Cf. Io., 15, 15; 20, 17. [32] Cf. *ibid.*, 17, 19. [33] Cf. Lc., 18, 29-30. [34] Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 16: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 1015-1017. [35] Cf. Mt., 19, 11. [36] Cf. *ibid.*, 19, 12. [37] Cf. Lc., 18, 29-30. [38] Mc., 20, 29-30. [39] Mt., 29, 29; Cf. Io., 3, 16; 15, 13. [40] Cf. Mc., 10, 21. [41] Conc. Vat. II, Const. dogm.

quas illa continet, res perscrutandas. Sic fiet, ut magis magisque appareat sacerdotium et caelibatum clarissima ea ratione inter se colligari, quae pariter sit fortissimi animi index, pariter postulet amorem, quo unice et sine exceptione diligatur Christus eiusque Ecclesia. /

26. *Comprehensus a Christo* [43] ab eoque ductus, ut
668 totum pro eo se impendat, sacerdos similior redditur Christo, illo etiam amore, quo Sacerdos aeternus Ecclesiam, Corpus suum, amavit, totum se tradens pro ea, ut eam sibi exhiberet Sponsam gloriosam, sanctam et immaculatam [44]. Virginitas enim Deo devota sacri ordinis administrorum amorem virginalem ostendit, quo Christus diligit Ecclesiam, itemque virginalem et supernaturalem fecunditatem huiusce conubii, quo filii Dei *non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis* [45] nati sunt [46].

27. Cum sacerdos se ministerio Christi eiusque Mystici Corporis dicat, plena fruens libertate, quae etiam facilior redditur, quod ipse totum se offert, vitae suae sacerdotalis unitatem et quasi concentum perfectiore quadam ratione repraesentat [47]. Augetur in eo facultas audiendi verbi Dei et piae faciendae precationis. Verbum enim Dei, ab Ecclesia custoditum, in animo sacerdotis, qui illud cotidie meditetur, illud vivendo exprimat, illud fidelibus nuntiet, vehementissime gravissimeque resonat.

28. Non secus atque Christus, eius administer, iis dumtaxat rebus intentus, quae Dei sunt atque Ecclesiae [48], summumque Sacerdotem imitatus semper viventem ad interpellandum pro nobis coram Deo [49], ex attenta piaque recitatione divini Officii, quo vocem praebet Ecclesiae, preces una cum Christo fundentis [50], continenter gaudium percipit et impulsionem: pariterque animadvertit sibi opus esse assiduitatem precationis producere, quae munus est sacerdotis omnino proprium [51].

29. Ex quo consequitur, ut cetera etiam, quae in sacerdotis vita occurrant, maiorem plenioremque vim et efficientiam, / sanctimoniae potentem, accipiant. Eapropter
669 ad singulare officium sanctimoniam adipiscendi, quo se sacerdos obstringat oportet, nova ratione adigitur ministerio gratiae et ministerio Eucharistiae, in qua *totum bonum spirituale Ecclesiae continetur* [52]. Personam nempe Christi gerens, sacerdos artius cum oblato dono coniungitur, in ara totam vitam suam deponens, quae signa piaculi praefert.

30. At quid aliud exponamus de incrementis, quibus augetur facultas, ministerium, amor, se devovendi studium sacerdotis circa universum populum Dei? Christus de se ipso est in hanc locutus sententiam: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert* [53]; atque Paulus apostolus cotidie mortem obire non dubitavit, ut per fideles haberet gloriam in Christo Iesu [54]. Itaque sacerdos, eo quod sibimetipsi cotidie moritur, et legitimum amorem uxoris et liberorum, propter Christum eiusque regnum, missum facit, gloriam adipiscitur vitae plenissimae ac fecundissimae in Christo; siquidem, ut ipse et in ipso, amat omnes filios Dei seseque iisdem veluti sacrat.

31. Cum autem sacerdos in fidelium sibi concreditorum communitate Christum repraesentet, summopere convenit, illum in omnibus rebus huius exprimere imaginem huiusque exempla singillatim imitari, sive in vita sua intima sive in vita ministerio dedita. Suis enim filiis in Christo sacerdos est veluti signum ac pignus rerum nobilium atque novarum regni Dei, quarum est dispensator quasque ipse perfectius possidet. Ad hoc sacerdos fidem et spem omnium christianorum alit, qui, uti tales, lege castitatis secundum propriam cuiusque condicionem servandae tenentur.

32. Praeterea cum novo nomine eoque praecelso, id est per caelibatum, Christo consecratus sit, sacerdos, quemadmodum liquet, etiam in vitae usu et consuetudine maxima pollet efficacitate optimaque facultate, ad animi sensus et affectus / movendos; ita ut continenter possit perfectam
670 eam caritatem exercere [55], qua modo ampliore magisque definito pro omnibus sese impendat [56], et qua, ut patet, liberior sit et expeditior ad sacrum exsequendum munus [57], ad conversandum, cum navitate et amore, in mundo, quo

Lumen Gentium, n. 42: *A. A. S.*, LVII, 1965, p. 48 [LE 3232]. [42] *Phil.*, 3, 12. [43] Cf. *Eph.*, 5, 25-27. [44] Io., 1, 13. [45] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 42: *A. A. S.*, LVII, 1965, p. 48; Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 16: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 1015-1017. [46] Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 14: *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1013. [47] Cf. Lc., 2, 49; *1 Cor.*, 7, 32-33. [48] Cf. *Hebr.*, 9, 24; 7, 25. [49] Conc. Vaticanum II, Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 13: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pagina 1012. [50] Cf. *Act.*, 6, 4. [51] Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 5: *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 997. [52] Io., 12, 24. [53] *1 Cor.*, 15, 31. [54] Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Optatam totius*, n. 10: *A. A. S.*, VIII, 1966, pp. 719-720. [55] Cf. *2 Cor.*, 12, 15. [56] Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum*

eum Christus misit [58], ut cunctis filiis Dei debitum, quo iis obligatur, veluti ad assem solvat [59].

33. Dei regnum, quod *non est de hoc mundo* [60], occulto involutum mysterio hisce in terris adest, neque in perfecto suo statu consistet, nisi cum Dominus Iesus triumphator advenerit [61]. Huiusce autem regni semen initiumque est Ecclesia, quae, dum gradatim itemque expedite procedit, perfectum regnum affectat omnibusque viribus suo cum Rege coniungi expetit in gloria [62].

Nam populus Dei tamquam viator per rerum humanarum vices ad caelestem suam patriam peregrinatur [63], ubi non solum pleno in lumine apparebit, redemptos homines aeterni Dei esse filios [64], verum etiam divini Agni Sponsae pulchritudo mirum in modum conversa perpetuo fulgebit [65].

34. Dominus noster idemque Magister ait: *In resurrectione... neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in caelo* [66]. Porro in hominum societate, quae magnam sane partem terrenis curis distinetur nimisque saepe carnis cupiditatibus implicatur [67], pretiosum ac prope divinum perfectae continentiae propter regnum caelorum ser-
671 vandae donum revera *est / peculiare signum bonorum caelestium* [68], utpote quod iam adesse in terris, novo quodam exoriente mundo, extrema salutis tempora nuntiet [69], ipsamque quodammodo consummationem regni praeveniat, cuius summa confirmat bona, quae olim in universis Dei filiis elucebunt. Id igitur muneris aperto est testimonio continuati illius laboris, quo Dei populus ad extremum usque terrestris peregrinationis limitem contendit, idemque omnibus est incitamento, ut ad caelestia studiose respiciant, *ubi Christus est in dextera Dei sedens*, atque etiam *vita nostra est abscondita cum Christo in Deo*, donec appareat et ipsa *cum ipso in gloria* [70].

35. Longum sane est, quamvis doctrina uberrimum, ea scripta pervolutare, quae per saeculorum aetates de ecclesiastico caelibatu sunt edita. Sed haec sint satis, quae nunc breviter attingemus. Nam priscis christianorum temporibus Patres Ecclesiaeque scriptores testantur sive in Orientis sive in Occidentis partibus caelibatum sponte passim ac voluntate a sacrorum administris esse servatum [71], quod eum aptissime congruere cum suscepto proposito sese Christo eiusque Ecclesiae devovendi censerent.

36. Quem profecto morem occidentalis Ecclesia quarto iam ineunte saeculo, per varias provinciarum suarum Synodos ipsosque Summos Pontifices, confirmavit, amplificavit ratumque fecit [72]. Opera enim potissimum horum Dei Ecclesiae Pastorum et magistrorum, quippe qui pretiosi fidei thesauri sanctorumque morum christianorum tutores atque interpretes essent, factum est, ut sacri caelibatus usus
672 proveheretur, de/fenderetur et revocaretur insequentibus temporum aetatibus, tum etiam cum ipse sacerdotum ordo lapsique hominum mores virtuti ac fortitudini nullo prorsus modo faverent. Denique lex caelibatus servandi ab Oecumenico Concilio Tridentino sollemniter condita est [73], ac demum in Codicem Iuris Canonici recepta [74].

37. Summi vero Pontifices, qui Nos propius praecesserunt, ardens, quo flagrabant, studium exquisitamque, qua pollebant, doctrinam eo contulerunt, ut sacerdotes eiusmodi institutum edocerent eosque ad retinendum incitarent [75]. Qua de re debitis Nostrae pietatis officiis nolumus deesse erga proximum Decessorem Nostrum, adhuc certe in hominum animis viventem, qui in Romana Synodo, sacro almae Urbis adstante planeque assentiente coetu, haec asseveravit: *Cumprimis moeremus, quod... nonnulli, alluci-*

ordinis, n. 16: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 1015-1017. [58] Cf. Io., 17, 18. [59] Cf. *Rom.*, 1, 14. [60] Io., 18, 30. [61] Cf. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 39: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 1056-1057. [62] Cf. Concilium Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 5: *A. A. S.*, LVII, 1965, pp. 7-8. [63] Cf. *Phil.* 3, 20. [64] Cf. *1 Io.*, 3, 2. [65] Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 48: *A. A. S.*, LVII, 1965, pp. 53-54. [66] Mt., 22, 30. [67] Cf. *1 Io.*, 2, 16. [68] Conc. Vat. II, Decr. *Perfectae caritatis*, n. 12: *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 107 [LE 3333]. [69] Cf. *1 Cor.*, 7, 29-31. [70] *Col.*, 3, 1-4. [71] Cf. Tertullianus, *De exhort. castitatis*, 13: PL. 2, 930; S. Epifanius, *Adv. Haer.* II, 48, 9 et 59, 4: PG. 41, 869, 1025; S. Efrem, *Carmina nisibena*, XVIII, XIX, ed. G. Bickell, Lipsiae, 1866, p. 122; Eusebius Caesar., *Demonstr. evan.*, 1, 9: PG. 22, 81; S. Cyrillus Hierosolym., *Catecheris*, 12, 25: PG. 33, 757; S. Ambrosius, *De officiis ministr.*, 1, 50: PL. 16, 97 ss.; S. Augustinus, *De moribus Eccl. cath.*, 1, 32: PL. 32, 1939; S. Hieronymus, *Adversus Vigilantium*, 2, PL. 23, 340-41; Synesius Episcopus Ptolemaid., *Epist.* 105: PG. 66, 1485. [72] Quod primum factum est a Concilio Eliberitano, anno c. 300, can. 33: Mansi, II, 11. [73] Sess. XXIV, can. 9-10. [74] Can. 132 § 1. [75] Cf. S. Pius X, Adhortatio apost. *Haerent animo*: *A. A. S.*, XLI, 1908, pp. 555-577; Benedictus XV, *Epistula ad Franciscum Kordac, Archiep. Prag.*: *A. A. S.*, XII, 1920, pp. 57-58; *Allocutio consistorialis*, habita die 16 menais Decembris anno 1920: *A. A. S.*, XII, 1920, pp. 585-588; Pius XI, Litt. Encycl. *Ad catholici sacerdotii*: *A. A. S.*, XXVIII, 1936, pp. 24-30 [LE 1302]; Pius XII, Adhortatio apost. *Menti Nostrae*: *A. A. S.*, XLII, 1950, pp. 657-702 [LE 2151]; Litt. Encycl. *Sacra virginitas*: *A. A. S.*, XLVI, 1954, pp. 161-191 [LE 2421]; Ioannes XXIII, Litt. Encycl. *Sa-*

nationi cuidam indulgentes, putant Ecclesiam catholicam velle aut opportunum ducere ab ecclesiastici caelibatus lege desistere, quae per saeculorum decursum fuit et est sacerdotii praeclarum et nitidissimum ornamentum. Sacri caelibatus nempe lex atque impendenda cura, ut ea diligenter servetur, in mentem semper reducunt memoranda gloriosaque certamina eorum temporum, quibus Ecclesia Dei ad aspera proelia vocata fuit et triplicem rettulit triumphum: nam hoc est insigne victoriae Ecclesiae Christi, conniti ut sit libera, casta, universalis [76].

38. Quodsi aliae prorsus leges in orientali Ecclesia de disciplina sacri caelibatus vigent, quas tandem Trullanum Concilium anno DCXCII sanxit [77] quasque nuper Oecumeni-
673 cum Con/cilium Vaticanum II publice agnovit [78], aliis id certe rerum locorumque adiunctis, ad electissimam hanc partem catholicae Ecclesiae pertinentibus, est tribuendum, quibus sane omnibus Sanctum Spiritum provido supernoque auxilio suo praefuisse credimus.

Immo etiam hac uti opportunitate iuvat, ut Nostrae existimationis et observantiae sensus universo orientalium Ecclesiarum clero profiteamur, ea libenter fidelitatis pastoralisque diligentiae exempla animadvertentes, quae eum germana dignum veneratione efficiunt.

39. Verumtamen quod laudis praeconium orientales Patres virginitati detulerunt, Nos erigit atque instimulat, ut in sacri caelibatus disciplina perstemus. In Nostro enim recinit animo —ut aliquod afferamus exemplum— vox quaedam S. Gregorii Nysseni, quae monet *virginalem vitam illius esse imaginem beatitatis, quae nos futuro maneat saeculo* [79]. Neque minus non erigit atque recreat ea, quam assidua nunc etiam cogitatione versamus, praedicatio sacerdotii a S. Ioanne Chrysostomo conscripta, cum inde clarius eluceat quam apta sint comprehensione iugendae et privata altaris administri vita et dignitas illa, qua ipse ad sacra munera obeunda eminet: ... *ita eum, qui ad sacerdotium ascendat, decet esse castum, quasi in caelo habitet* [80].

40. Praetereaque ad illud non erit utilitate vacuum animum attendere, quod et in Oriente caelibes tantummodo sacerdotes in episcoporum ordinem ascribuntur iidemque post initum sacerdotium nuptias facere vetantur. Quod quidem non obscure probat aliquem saltem locum et apud illas venerandas Ecclesias obtinere rationes sacerdotii cum caelibatu coniungendi vel etiam cuiusdam convenientiae cum christiano sacerdotio, cuius summum fastigium ac
674 plenitudo penes episcopos / sint [81].

41. Utcumque res est, occidentalis Ecclesia sese inferiorem in vetusto suo more tenendo praestare nequit; neque eadem putanda est, aut multa per saecula quoddam institisse iter, quod aliquatenus uberiori sanctimoniae ac virtuti sive singulorum animorum sive Dei populi adversaretur potius quam faveret, aut per improbas insolentesque leges impedivisse, ne recondita sive naturae sive gratiae bona libero cursu florescerent.

42. Quapropter ex primaria illa norma, quam ad regimen catholicae Ecclesiae spectantem supra commemoravimus [82], duo hoc loco esse statuenda censemus: hinc legem, quae eos, qui in sacros ordines ascribantur, caelibatum libere ac perpetuo eligere iubet, firmam in suo iure manere; illinc licere peculiares perspicere condiciones sacrorum administrorum, qui iam matrimonio coniuncti sive in ecclesiis sive in christianis communitatibus a catholica communione adhuc distinctis vivunt, si, plena huiusmodi communione frui sacroque postea ministerio fungi exoptantes, ad sacerdotalia officia vocentur; ea tamen ratione quae statutae iam disciplinae sacri caelibatus, a clero servandi, non obsit.

Ceteroqui Ecclesiae primores ab hac utenda potestate minime abstinere ex eo colligitur, quod recens Concilium Oecumenicum sapienter censuit, ut sacer nempe diaconatus ordo provectis etiam aetate viris, in matrimonio viventibus, posset conferri [83].

43. Sed haec omnia neque eam, quae iamdudum viget, disciplinam iam labare ostendunt, neque ita sunt accipienda, veluti si eandem legem tollendam praenuntient. Tali igitur ne obsecundetur opinioni, quae animorum non solum vigorem amoremque extenuat, unde caelibatus firmitas et gaudium consequitur, verum etiam rectam obscurat doctrinam, qua in se ipse consistit maximeque illustratur; sed

cerdotii Nostri primordia: *A. A. S.*, LI, 1959, pp. 554-556. [76] Allocutio secunda, habita die 26 mensis Ianuarii anno 1960: *A. A. S.*, LII, 1960, p. 226. [77] Can. 6, 12, 13, 48: Mansi, XI, 944-948, 965. [78] Cf. Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 16: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 1015-1016. [79] *De Virginitate*, 13: PG. 381-382. [80] *De Sacerdotio*, I, III, 4: *A. A. S.*, LVII, 1965, pp. 24-25; 33-36; 64. [81] Cf. supra, n. 15. [82] Cf. Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 29

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

iis potius pervestigationibus studeatur, quibus nobilissima notio ac virtus eximia virginitatis atque caelibatus a quavis
675 criminatione vindicetur [84]. /

44. Etenim peculiare donum in sacra virginitate est agnoscendum. Attamen universa horum temporum Ecclesia, per suos omnes Pastores, sancti bene conscios officii, legitime praesens eademque, ut diximus, orientalium Ecclesiarum consuetudinis retinens, plane se confidere professa est *in Spiritu donum caelibatus, sacerdotio Novi Testamenti tam congruum, liberaliter a Patre dari, dummodo qui sacerdotium Christi per Sacramentum Ordinis participant, immo et universa Ecclesia, humiliter et enixe illud expetant* [85].

45. Nos ergo in Nostrum veluti conspectum universum Dei populum mente vocamus, ut, suo perfuncturus munere quam plurimas ad sacerdotium voluntates conciliandi [86], Patrem omnium divinumque Ecclesiae Sponsum Sanctumque Spiritum, eiusdem Ecclesiae *animam*, eo obsecret atque obtestetur, ut, Beata Virgine Maria eiusdem Christi et Ecclesiae Matre deprecante, hac potissimum aetate supernum eiusmodi donum dilargiantur, quod nullo sane pacto Pater denegat petenti, utque animi ad recipiendum summa fide impensaque caritate sese componant. Et ita sacerdotes in mundo huius temporis, qui eget gloria Dei [87], ad unius summique Sacerdotis imaginem moribus in dies pressius conformatis, micantis instar fulgoris sint gloria Christi [88], per quos maximis efferatur laudibus *gloria gratiae* Dei in universa terra [89].

46. Revera, venerabiles ac dilectissimi in sacerdotio Fratres, quos omnes *in visceribus Iesu Christi* adamamus [90], praesens hic mundus, qui, grav›licet discrimine ob rerum factas progressiones atque mutationes sollicitetur, de honestis tamen nobilibusque rebus, hominum industria partis, merito gloriatur, is ipse, inquimus, magnopere indiget testimonio eorum, qui sacris praestantissimisque animi bo-
676 nis totos se tradant, / ne luce mirabili paeneque divina humani spiritus ad celsissima quaeque enitentis haec nostra careat aetas.

47. Iesus Dominus noster paucis admodum viris, quos nemo sane et numero et viribus impares non iudicaret, formidandum munus evangelium usque quaque evulgandi concredere non dubitavit. Sed gregi tam pusillo mandavit ne timeret [91], cum per ipsum atque cum ipso, diuturna scilicet praesentissimi auxilii continuatione [92], victoriam de mundo esset adepturus [93]. Idem praeterea monuit, Dei regnum tam interiore ac recondita vi sua pollere, qua et increscere et messem edere, etiam *dum nescit* homo, possit [94]. Huiusce porro regni *messis quidem multa, operarii autem* —nunc ut initio— *pauci*, quin etiam numquam totidem fuerunt, quot humano saltem iudicio sufficere viderentur. Verum caelestis Rex impensas a nobis preces postulat, ut ipse *dominus messis mittat operarios in messem suam* [95]. Qua in re humanae prudentiae consiliis praeponderari nequit arcana sapientia Christi, qui semper in memoria reparatae salutis sive hominum sapientiam sive potentiam sua stultitia suaque infirmitate contempsit [96].

48. Nunc igitur fidei virtute suffulti, quid hac de re sentiat Ecclesia in medium proferimus: quae si alacrius et constantius divinae gratiae obsequatur, si apertius et amplius arcanae eius invictaeque potentiae confidat, si denique Christi mysterium palam pleneque testificetur, pro certo habet se numquam defuturem esse gravissimo illi muneri salutis universo mundo afferendae, quamvis humanae rationes ac falsae rerum species sibi repugnent. Unusquisque se noverit omnia posse in eo, qui solus animos confortat [97], suaeque Ecclesiae incrementum dat [98].

49. Neque vero facile adducimur ut credamus, si ecclesiasticus tollatur caelibatus, continuo ea de causa numerum
677 ad / sacra munia vocatorum valde increbrescere. Nostrorum enim dierum usus Ecclesiarum ceterarumque communitatum religiosarum, quae suos sinunt administros nuptias inire, in contrarium prorsus videtur inclinare. Aliunde sane repetendae sunt causae, cur ad sacerdotium vocati numero decreverint. Nam eae, ut nonnulla exempla subiciamus, in hoc sunt positae, quod apud singulos domesticosque convictus rerum divinarum ac sacrarum sensus amissus ac paene sit exstinctus, quod ab iis minoris nihilique fere aestimetur Ecclesia, quae sui vi muneris homi-

A. A. S., LVII, 1965, p. 36. [84] Cf. *ibid.*, pp. 47-49. [85] Conc. Vat. II. Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 16; *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 1015-1016 [86] Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Optatam totius*, n. 2: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 714-715; Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 11: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 1008-1009. [87] Cf. *Rom.*, 3, 23. [88] Cf. *1 Cor.*, 8, 23. [89] Cf. *Eph.*, 1, 6. [90] *Phil.*, 1, 8. [91] Cf. Lc., 12, 32. [92] Cf. Mt., 28, 20. [93] Cf. Io., 16, 33. [94] Cf. Mc., 4, 26-29. [95] Mt., 9, 37-38. [96] Cf. *1 Cor.*, 1, 20-31. [97] Cf. *Phil.*, 4, 13. [98] Cf. *1 Cor.*, 3, 6?.

num saluti per fidem atque sacramenta prospiciat. Haec igitur quaestio, unde est exorta, ibidem est pervestiganda.

50. Quemadmodum iam affirmavimus [99], Ecclesiam minime latet, ei, qui sacrum caelibatum eligat, graves difficultates quaestionesque parari, quippe cuius vitae commodis multa detrahantur, hominis animum penitus contingentia; quibus potissimum difficultatibus nostrae huius aetatis homines permoveantur. Videatur enim caelibatus haud congruere cum amplo illo ac praeclaro laudis praeconio, quod Ecclesia inter Oecumenicum Concilium Vaticanum II humanitatis bonis tribuit. Sed si res attentius considerator, patet sacerdotes, qui Christi caritate ducti amorem prolcere dicantur, quo ceteri homines coniugio devincti in sua cuiusque familia fruuntur, re vera ad hunc amorem magnum decus conferre. Nam inter omnes constat, hominum munera Deo semper obtulisse, sive iis digna, qui donarent, sive eo, qui eadem susciperet.

51. Ecclesia ceteroqui illud neque potest neque debet ignorare, iuvenem ad caelibatum eligendum —si tamen prudentia atque officii conscientia utatur, cum hominis tum Christi asseclae propriis— caelesti gratia dirigi, quae naturam non destruit nec vim ipsi infert, sed eam potius perficit eidemque supernaturales facultates vigoremque donat. Cum enim sciat Deus, qui hominem creavit atque redemit, quid homini imponat, eidem propterea necessaria praebet auxilia, ut, quae eius Creator ac Redemptor ab
678 ipso postulaverit, ad effectum adducere pos/sit. Alt enim S. Augustinus, hominis naturam in semetipso maxime acriterque expertus: *Da quod iubes, et iube quod vis* [100].

52. Sacerdoti autem valde expedit, immo necesse est, ut veras caelibatus difficultates sincero iudicio cognitas habeat, ut prudens ac sciens animadvertat, quae caelibatus ab ipso requirat, ut veri nominis sit virtus et sibimetipsi ceterisque hominibus prosit; at sincero quoque iudicio opus est, ne hisce difficultatibus maius momentum et pondus tribuatur, quam humanarum vel religiosarum rerum adiunctis, in quibus sacerdotes vitam degere solent, neve tales reputentur, quae omnino dissolvi nequeant.

53. Nam iniquum est, post ea quae a doctrinarum peritis nostra aetate explorata sunt, asseverando [101] pergere, sacrum caelibatum repugnare naturae, quasi legitimis corporis, animi et affectus necessitatibus adversetur, quae compleantur oportet ad hominis naturam omnibus numeris cumulandam atque perficiendam. Homo, qui ad Dei imaginem et similitudinem [102] creatus est, non totus ex carne constat, neque eius appetitus ad sexum pertinens unus omnibus praestat; homo constat etiam, immo maxime constat ex ratione, voluntate libertateque, quarum facultatum vi rerum universitatis est princeps, seque principem existimare debet; nam iisdem usus homo sive corporis sive animi sive affectuum impetus coërcere didicit.

54. Vera et recondita sacri caelibatus causa —ut supra animadvertimus— in eo posita est, ut sacerdotii candidatus seipsum Christi et Ecclesiae mysterio artiore atque absolutiore quodam necessitudinis vinculo iungere, ad universi humani generis utilitatem, praeoptet. Dubium autem non est, quin summa illa hominis bona in huiusmodi electione maximopere explicari queant.

55. Quare sacri caelibatus electio minime postulat, ut appetitus ad sexum pertinens atque diligendi facultas sensusque ignorentur et despiciantur —quod quidem corporis animique / noceret aequabilitati— sed claram rerum intel-
679 legentiam, intentam animi moderationem, sapientemque mentis ad superiora elationem requirit. Hac igitur ratione, cum sacer caelibatus hominem mira dignitate cohonestet, valde reapse confert ad perfectam cumulatamque hominis plenitudinem virtutemque assequendam.

56. Concedimus sane, naturale ac legitimum optatum, quo homo aliquam mulierem diligere ex eaque liberos suscipere cupit, ab eo posthaberi, qui sacri caelibatus lege teneatur; pernegandum tamen est, matrimonium atque familiam unicas esse vitae condiciones, ad integram hominis maturitatem comparandam necessarias. In sacerdotis animo amoris flamma nequaquam restinguitur. Caritas enim, quae e purissimo hauritur fonte [103] atque imitando Deum et Christum servatur, plurimum a sacerdote postulat atque eum ad agendum impellit [104], haud aliter atque verus quilibet amor. Ad hoc caritas campos et fines agendi in immensum veluti diducit; suscepti officii conscientiam, maturioris animi clarum indicium, penitius perpendit et latius extendit; atque in ipso sacerdote plenos et teneros affectus excolit [105], altioris cuiusdam uberioriosque paternitatis si-

[99] Cf. supra, n. 10. [100] *Conf.* X, 29, 40: PL. 32, 796. [101] Cf. supra, n. 10. [102] *Gen.*, 1, 26-27. [103] Cf. *1 Io.*, 4, 8-16. [104] Cf. *ibid.*, 3, 16-18. [105] Cf. *1 Thess.*, 2, 11;

gnum; quibus sane affectibus sacerdos cumulatissime ditatur.

57. Universa Dei plebs Christi mysterium eiusque regnum testari debet; attamen in huiusmodi edendo testimonio alius ab alio differt. Etenim Ecclesia, hinc filiis suis laicis, nuptiarum foedere coniunctis, id muneris committit, ut vitam profiteantur, in matrimonii inque familiae necessitudinibus servandis, christiano nomine fidelissime plenaque dignam; hinc a sacerdotibus postulat, ut talem vitae rationem profiteantur, quae tota in novissimis atque iucundissimis regni Dei rebus meditandis procurandisque posita sit.

Quodsi directo ac per se nequit sacerdos coniugii conditiones experiendo cognoscere, ipse tamen, sive ob acceptam disciplinam initumque sacerdotale munus, sive ob suae condicioni divinitus pollicitam gratiam, vim omnem humanitatis inti/mius etiam perspicere potest; ita ut non modo
680 ad huiusmodi quaestiones in ipso earum fonte intellegenda pervenire, sed etiam suis consiliis coniugibus et christianis familiis validum auxilium ferre queat [106]. Nam sacerdos, ad sacri caelibatus normam magno animo vitam dirigens, christianis coniugibus praeclaro erit indicio, humanum amorem, hoc nomine dignum, spirituali vi et significatione pollere; idemque praeterea, se ipsum devovendo, christianis hominibus, matrimonii vinculo sociatis, germanae coniunctionis gratiam merebitur.

58. Equidem non infitiamur, sacerdotem, propter sacrum caelibatum, solitarium hominem esse. Attamen eius solitudo haud putanda est quiddam vastum vel inane, quandoquidem Deo atque ingentibus eius caelestis regni divitiis completur. Accedit quod ad hanc tolerandam solitudinem, quae interius exteriusque caritate affluat oportet, sacerdos se ipse paravit, si tamen eam cogitate elegit: hoc est, non ut, quodam ductus supercilio, a ceteris hominibus distaret; non ut gravibus muneribus, omnium communibus, exsolveretur; non ut a fratribus se secerneret, aut mundum despicatui duceret. Etenim, a mundo segregatus, sacerdos haudquaquam a populo Dei separatur, quoniam *pro hominibus constituitur* [107], ac totus *consecratur* cum caritati exercendae [108], tum *operi ad quod Dominus* eum *assumpsit* [109].

59. Fieri nonnumquam potest, ut sacerdos solitudine gravetur; hanc tamen ob causam, minime eum paenitebit, huiusmodi vitae rationem magno animo elegisse. Ipse namque Christus, tristissimis in rerum adiunctis, solus fuit, atque vel ab illis derelictus, quos testes ac socios suae vitae sibi asciverat, quosque *in finem* [110] dilexerat, nihilominus ait: *Non sum solus, quia Pater mecum est* [111]. Qui
681 libere optaverit ut totus adhaereat Christo, in eius familiaritate versans atque ex ipso gratiam hau/riens, animum in primis ita confirmabit, ut omnem pellere maestitiam omnemque animi debilitationem abiectionemque vincere valeat; ipsi neque deerunt amantissima Deiparae Virginis tutela maternaque Ecclesiae sollicitudo, cui sese addixit; neque Episcopi providentia, qui Christi gratia patris munere fungitur; neque artum fidae amicitiae vinculum cum ceteris in sacerdotio fratribus; neque denique universi populi Dei caritas, consolationis feracissima. Quodsi quorundam hominum animi vel aversi, vel ad suspiciones proni, vel prorsus alieni solitariam sacerdotis vitam plus aequo interdum taedio affecerint, is sibi conscius erit, se significantissima rei veritate ipsam Iesu Christi sortem participare: cum germani apostoli instar, qui esse nequit *maior eo qui misit illum* [112], tum amici instar, cui divinus Amicus intimos animi sensus, vel doloris vel laetitiae plenos, aperuit; a quo propterea delectus est ut, vitam agens mortis speciem praebentem, arcanos vitae afferret fructus [113].

II

60. Ex huiusmodi, quae exposuimus, cogitatis de sacrae virginitatis nitore, gravitate atque recondita convenientia, ad Christi et Ecclesiae ministros quod attinet, iis, qui Magistri Pastorisque partes in Ecclesia sustinent, praegrave onus oritur, omnibus viribus curandi, ut virginitas reapse colatur iam inde ab illa aetate, qua animus ad tam praeclarum susciplendum donum paratur.

Etenim difficultates atque molestiae, quae nonnullis sacerdotibus sacri caelibatus conservationem vel asperam vel prorsus impossibilem faciunt, haud raro ex impertita sacrorum alumnis institutione afferuntur, quae, ob recentes

1 Cor., 4, 15; *2 Cor.*, 6, 13; *Gal.*, 4, 19; *1 Tim.*, 5, 1-2. [106] Cf. *1 Cor.*, 2, 15. [107] *Hebr.*, 5, 1 [108] Cf. *1 Cor.*, 14, 4 ss. [109] Cf. Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum ordinis* n. 3: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 993-995. [110] Io., 13, 1. [111] *Ibid.*, 16, 32, [112] Cf. *ibid.*, 13, 16; 15, 18. [113] Cf. *ibid.*, 15, 15-16, 20.

rerum conversiones, iam omnino apta haud censenda sit ad *Dei hominem* [114] digne formandum.

61. Qua de re Sacri Concilii Oecumenici Vaticani II Patres iam normas ac praecepta ediderunt sapientissima, non / modo cum progressibus disciplinarum de hominis 682
animo deque adulescentium educatione congruentia, sed etiam cum singulorum hominum et civilis societatis conditionibus convenientia, nostra hac aetate valde immutatis [115]. Volumus propterea, ut quam primum peculiares condantur leges, quibus de hac disciplina late diffuseque, ut par est, agatur, peritis quoque viris ad adiutricem navandam operam arcessitis; ut iis, qui in Ecclesia gravissimum susceperunt munus sacerdotii candidatos instruendi, praesens opportunumque praebeatur subsidium.

62. Sacerdotium est ministerium a Christo Iesu institutum, ad inserviendum eius Mystico Corpori, quod est Ecclesia. Quam ob causam illud ad Ecclesiae Auctoritates spectat, ut eos tantum, quos idoneos iudicaverint, ad sacerdotium admittant, hoc est eos, quibus Deus, praeter cetera sacrae vocationis indicia, etiam sacri caelibatus donum concesserit [116].

Ex huiusmodi dono, canonica lege confirmato, vocatur homo ut libera voluntate plenoque sui devovendi studio invitandi Deo obtemperet, eiusque auctoritati mentem atque conscientiam accommodet. In re vera Deus certum aliquem virum vocat, sui ipsius plane compotem, cuius libertatem caelestis gratia neutiquam intercipit. In sacerdotii ergo candidatis animus ita excolendus est, ut divinum munus in se docili ingenio recipiant, et Deo vocanti praesto sint, atque adeo praecipuum locum supernis subsidiis tribuant.

63. Sed ratio quoque accurate habeatur oportet de corporis animique candidati condicionibus, ut is apte ad celsum sacerdotii fastigium consequendum dirigi atque instituti possit. Quam ob rem ut educatio candidati, cuius verae animi condiciones et facultates iam penitus perspectae sint, reapse id assequatur ad quod spectat, necesse plane est divinae gratiae processum cum naturae processu concinne componat. Quae animi condiciones religiosissima diligentia inspiciendae sunt, ubi primum sacrae vocationis indicia se ostendunt. Cum enim nemini oporteat tumultuario levique iudicio fidem adiungere, ad rem adhi/bendus quoque erit 683
aliquis medicinae vel, ut Graeco verbo utamur, psychologiae peritus, qui huic investigationi adsit auxiliumque ferat. Neque praetereunda erit accurata pervestigatio, quam *anamnesticam* appellant, ut probetur utrum candidatus ad sacerdotium idoneus sit, etiam gravissima illa ratione considerata, quae ad animi corporisque bona a parentibus quasi hereditate accepta pertinet.

64. Ii autem, qui, corporis, animi ac morum ratione habita, minus idonei existimentur, statim a sacerdotio capessendo dehortandi sunt. Quare sciant educatores, se ad hoc faciendum gravissimo officio adigi; ne inani spei aut fiduciae periculorum plenae indulgeant, neve ullo modo sinant, sacrorum alumnos hanc spem fovere, cum magno sui et ipsius Ecclesiae detrimento. Tale enim vitae genus, quale caelebs sacerdos agere debet, cum interius exteriusque tam impense divinis rebus vacare iubeat ac tanta indigeat prudentia, candidatum minime admittit, qui, ad corpus, ad animum, ad mores quod attinet, haud satis se praebeat necessariis dotibus ornatum; neque exspectandum est, hac in re divinam gratiam ea, quae naturae desint, subiecturam esse.

65. Statim atque candidatum idoneum esse constiterit, eidemque facultas facta erit iter, quod ad sacerdotium eum perducet, ingrediendi, sedula cura adhibenda erit, ut ipse plenam personae suae maturitatem gradatim per congruam educationem adipiscatur, quae eius corpus, mentem ac mores attingat, adeo ut nativam indolem, animi sensus atque impetus cohibere ac regere valeat.

66. Quam congruam educationem comprobabit ea animi fortitudo, qua fit ut quis privatam et communem vivendi disciplinam, qualem sacerdotalis vita postulat, ultro amplectatur. Haec disciplina, cuius defectio aut enervatio deplorandae sunt, utpote quae ad gravia pericula adducant, non quasi onus extrinsecus impositum ferri debet, sed, ut ita dicamus, intus in animum excipienda atque inserenda, ut vitae spiritualis pars necessaria habeatur. / 684

67. Ars educandi in eo versari debet, ut iuvenes ad sinceritatis virtutem, sacri Evangelii propriam [117], et ad sponte agendum conformentur; quod eveniet, si quaevis

[114] Cf. *1 Tim.*, 6, 11. [115] Cf. Decr. *Optatam totius*, nn. 3-11: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 713-721 [LE 3334]; Decr. *Perfectae caritatis*, n. 12: *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 721 [LE 3333]. [116] Cf. supra, n. 15. [117] Cf. Mt., 5, 37. [118] Cf.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

bona privata incepta foveantur, eo spectantia, ut iuvenis discat se noscere suasque vires recte aestimare, sua onera scienter suscipere, illudque sui ipsius imperium adipisci, quod summi momenti est in sacerdotali educatione impertienda.

68. Oportet praeterea usus auctoritatis, cuius suprema principia semper firmiter sunt retinenda, non solum sapienti moderatione pastoralique animo fiat, et colloquii instar procedat, sed etiam alumnos per gradus exerceat; adeo ut educator magis magisque iuvenis animum perspicere possit, atque educatio hoc habeat proprium, ut sit praecipue actuosa, idemque iuvenis, ex animi sententia, ad reapse agendum moveatur.

69. Plena ac perfecta sacerdotii candidati educatio eo spectare debet, ut is tranquillo animo, scienter et libere gravia ea munera eligat, quae ipsi aliquando summa religione coram Deo et Ecclesia erunt suscipienda.

Animi ardor atque magnitudo sane mira sunt iuvenum ornamenta, quae, si recte excolantur atque firmentur, eiusmodi sunt, ut non modo caelestia praesidia, verum etiam admirationem et fiduciam Ecclesiae, immo et universorum hominum, ipsis concilient. Iuvenes nulla lateat earum difficultatum, quas huiusmodi vitae genus eligentes in se ipsi aut in hominum societate reapse in posterum experientur, ut sui animi inflammatio ne levis aut inanis evadat; at una cum difficultatibus aequum erit iisdem in sua luce ostendere, non minore veritate et claritate, sublimem electae vitae praestantiam; quae quidem, si hinc personae humanae vacuum quoddam in corpore et in animo parat, hinc nihilominus talem affert spiritualem plenitudinem, quae valeat sacerdotis vitam penitus afficere et ad summum evehere perfectionis fastigium.

70. Iuvenes persuasum habeant, se arduum huiusmodi iter terere non posse, nisi peculiarem asceseos disciplinam
685 am/plectantur, communia officia ceterorum christifidelium exsuperantem atque sacerdotii candidatorum propriam.

Asceticam disciplinam dicimus, severam quidem, non autem animos opprimentem, quae coniunctam habeat consciam assiduamque earum virtutum exercitationem, quae efficiunt, ut sacerdos a ceteris hominibus distinguatur. Hae virtutes sunt: summum se devovendi studium —quae necessaria condicio est, ut quis Christi assecla fiat— [118]; humilitas atque oboedientia, quae interiorem veritatem recteque ordinatam libertatem significant; prudentia et iustitia, fortitudo atque temperantia, sine quibus veri nominis religiosa vita, eaque excellens, haberi nequit; egregia officii conscientia; fidelitas ac probitas in muneribus gerendis; actuosae et contemplativae vitae apta coniunctio; animi a terrestribus rebus abalienatio paupertatisque studium, e quibus suam vim et virtutem accipit evangelica libertas; castitas, numquam intermisso nisu comparata, cum ceteris naturalibus et supernaturalibus virtutibus pulchre conveniens; animi serenitas ac securitas in commercio habendo cum hominibus, quorum causa sacerdotii candidatus Christo eiusque regno sese aliquando devovebit.

Hac via sacrorum alumnus, iuvante Dei gratia, vir evadet aequo, forti ac maturo animo praeditus; in quo scilicet nativae vires cum virtutibus labore partis conspirabunt, omnesque facultates mirum in modum inter se cohaerebunt, cum eas illuminent fides atque coniunctio cum Christo, qui illum elegit, ut sibi famularetur et salutis administer humano generi fieret.

71. Attamen, quo certius constet, iuvenem ad sacerdotium idoneum esse, et deinceps testimoniis probetur eundem humanam ac supernaturalem maturitatem adeptum esse —est enim *difficilius bene conversari cum cura animarum, propter exteriora pericula*— [119] oportet sane sacri caelibatus observantia certis spatiis experimento probetur, antequam per presbyteratus ordinem stabilis ac perpetua
686 evadat [120]. /

72. Cum pro viribus probatum erit, maturitatem sacerdotii candidati satis iam firmitatis habere, tunc ipse profecto poterit grave et suave sacerdotalis castitatis onus suscipere, tamquam plenam sui ipsius donationem Christo eiusque Ecclesiae factam.

Ita enimvero sacrorum alumnus, divina aspirante gratia, caelibatus legem, quae ex voluntate Ecclesiae cum sacerdotali ordine re vera coniungitur, plane conscius ac liber in se suscipiet, non sine tamen, uti patet, prudenti et sapienti probatorum pietatis magistrorum consilio, quorum erit magnam ac liberam optionem factam non iniungere, sed magis consciam reddere. Atque eo gravissimi temporis momento, in quo totius futurae vitae suae cursus vertetur, candidatus non modo externae cuiusdam vexationis onus

Ibid., 16, 24; Io., 12, 25. [119] S. THOMAS, *Summa Theol.*, II, q. 184, a. 8 c. [120] Cf.

non persentiet, sed potius ex optione illa propter Christi amorem peracta magnam hauriet laetitiam.

73. Sacerdos nullo modo existimet, sacra ordinatione suscepta, sibi iam omnia facilia reddi, aut se a quibusvis vitiorum illecebris vel periculis in perpetuum iam tutum fore. Castitas non eiusmodi virtus est, ut quis eam semel in perpetuum adipiscatur; sed magno labore et cotidiana exercitatione comparatur. Nostra haec aetas magnopere germana bona extollit illius amoris, qui ad mutuum utriusque sexus commercium pertinet; sed hac in re, pro dolor, difficultates et pericula etiam multiplicavit. Quapropter, ad castitatis bonum omni diligentia tuendum, atque ad excelsam huius virtutis dignitatem palam testandam, necesse prorsus est, ut sacerdos aperto ac sereno animo suam condicionem consideret, hoc est, se existimet iugi spirituali certamini obnoxium, adversus cupiditatum illecebras, quas in se ipso et in mundo experietur; ac praeterea sine intermissione propositum renovet, magis magisque irrevocabile sui ipsius donum perficiendi, cui fidem plenam ac sinceram reapse praestare debet.

74. Christi sacerdos novam vim novamque laetitiam percipiet, si cotidie precando meditandoque altius donationis suae causas exploraverit atque in dies magis persuasum habuerit, / se optimam partem elegisse. Hanc ob cau- 687
sam sacerdos humiliter et perseveranter fidelitatis gratiam implorabit, iis defuturam numquam, qui illam sincero animo postulaverint, ad id naturalibus et supernaturalibus subsidiis, quae ipsi praesto sunt, simul adhibitis. Ac praesertim sedulo servandas curabit illas asceseos normas, quae in Ecclesia experiendo iam comprobatae sunt, quaeque in praesentibus rerum adiunctis, non minus quam anteacta aetate, necessariae videntur [121].

75. In primis sacerdos, quam maximo potest amore, divina gratia indito, det operam excolendae intimae suae cum Christo coniunctioni, eiusque inexhausto ac beatitudinis pleno mysterio investigando. Studeat praeterea Ecclesiae mysterium praeclarius perspicere, a quo seiuncta sacerdotalis vitae condicio in periculo est, ne vana atque absurda ipsi videatur.

At vero, si pietas sacerdotalis a purissimis divini Verbi et sanctissimae Eucharistiae fontibus alimoniam ducat; si cum actione liturgica vitaliter coniungatur; si denique tenero et conscio cultu fulciatur SS. Virginis, summi et aeterni Sacerdotis Matris eiusdemque Apostolorum Reginae [122], tunc sacerdos scaturigines attinget ipsius germanae spiritualis vitae, quae sola efficit, ut sacrae virginitatis conservatio veluti in firmissimo fundamento consistat.

76. Sacerdos, qui divina gratia atque interiore pace fruatur, forti sane animo vitae suae suique ministerii multiplicia munera tueri valet; nam, dum fide ac religionis studio permotus eadem obeat, novas occasiones nanciscitur testandi, se totum ad Christum pertinere ad eiusque Mysticum Corpus, ut sanctitudinem sibi aliisque hominibus comparet. Caritas Christi, quae eum urget [123], opem et auxilium feret, non ut potissimos animi sui sensus cohibeat, sed ut eosdem sublimiores et altiores reddat; idque efficiet devovendi se studio, sicut Christus, summus sacerdos, qui artissimam vitae communionem cum hominibus habuit, eos dilexit et pro ipsis passus est [124]; / sicut etiam 688
Paulus Apostolus, qui omnium sollicitudines participabat [125], ut in mundo lucem et virtutem Evangelii gratiae Dei testificaretur [126].

77. Sollicitudine actus integrum servandi donum suipsius Christo factum, sacerdos sese tueatur ab iis animi impulsionibus, qui affectus gignunt haud satis eum rationis lumine et moderamine consentaneos, neque necessitates vitae spiritualis vel apostolatus tamquam causas afferat ad excusandas animi propensiones, quae reapse periculorum plenae sunt habendae.

78. Sacerdotalis vita flagrans studium postulat pietatis verae ac sincerae, vi cuius sacri administri Spiritu vivant, Spiritu et ambulent [127]; postulat internam atque externam christianae asceseos disciplinam virili animo vere dignam, quemadmodum eos addecet qui, et peculiari quodam nomine Christo famulentur, et in ipso et propter ipsum *carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis suis* [128], atque adeo minime dubitant ardua ac diuturna inire certamina [129]. Quae si praestiterit, Christi administer apertius mundo ostendere poterit fructus Spiritus, qui sunt: *caritas gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas* [130].

CONC. VAT. II, Decr. *Optatam totius*, n. 12: *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 721. [121] Cf. CONC. VAT. II, Decr. *Presbyterorum ordinis*, nn. 16, 18: *A. A. S.* LVIII, 1966, pp. 1015-1016; 1019. [122] Cf. *ibid.*, n. 18. [123] Cf. *2 Cor.*, 5, 14. [124] Cf. *Hebr.*, 4, 15. [125] Cf. *1 Cor.*, 9, 22; *2 Cor.*, 11, 29. [126] Cf. *Act.*, 20, 24. [127] Cf. *Gal.*, 5, 25. [128] *Ibid.*, 5, 24. [129] Cf. *1 Cor.*, 9, 26-27. [130] *Gal.*, 5, 22-23.

79. Sacerdotalis castitas invalescit, custoditur ac defenditur eo etiam vivendi genere, iis socialibus condicionibus iisque artibus, quae Dei administrorum sunt propriae; quare omnino oportet quam maxime illam foveri *intimam fraternitatem sacramentalem* [131], qua sacerdotes omnes ob sacrum Ordinem susceptum fruuntur. Dominus Iesus docuit urgere novum praeceptum caritatis; idque exemplo suo mirum in modum testatus est, tunc praesertim cum SS. Eucharistiae et catholici sacerdotii sacramenta insti-
689 tuit [132], atque caelestem Patrem roga/vit, ut dilectio, qua ab eo ex omni aeternitate diligeretur, in illis esset, et ipse in illis [133].

80. Perfecta sit igitur inter sacerdotes animorum coniunctio, ac frequens inter eos foveatur precationum, serenae amicitiae et cuiusvis mutuae opis commercium. Nec satis umquam sacerdotibus commendabitur quaedam vitae communis forma, ut sacerdotale munus magis magisque pietate imbuatur; vel frequens conventuum consuetudo, in quibus ipsi fraterno more cogitata, hortamenta et experimenta inter se communicent; vel denique consociationum incrementum, ad sacerdotalem sanctitudinem incitandam spectantium.

81. Sacerdotes diligentissime perpendant Concilii Vaticani II monitum [134], quo invitantur ad mutuam sensuum communionem fovendam, ut penitus sentiant in se sortem recidere suorum in sacerdotio fratrum, qui difficultatibus laborent ac divinum donum, quod in ipsis est, in grave discrimen adduci patiantur. Erga eos caritate flagrent, utpote qui magis quam ceteri amore, benevolentia, precibus et auxiliis prudentibus efficacibusque indigeant, atque iustam habeant causam, cur inexhausta illorum caritate nitantur, qui prae ceteris verissimi ipsorum amici sunt atque esse debent.

82. Denique, ut Nostri huius epistolaris colloquii quoddam quasi complementum et monumentum tradamus, vos, Venerabiles in Episcopatu Fratres, vosque, sacerdotes, altaris administri, hortari velimus, ut unusquisque vestrum quotannis, anniversario die suscepti sacerdotii, aut omnes una simul animo coniuncti feria V in Cena Domini, quo religiosissimo die sacerdotium institutum est, propositum ineatis plenam fidentemque vestram ipsorum donationem olim Christo Domino factam renovandi, nec non conscientiam in vobis excitandi vestrae ad sacra munera electionis, ac denique cum humilitate et animi fortitudine iterum
690 Christo pollicendi, vos unico / eius amori vestraeque castissimae donationi [135] in perpetuum futuros esse fideles.

83. Nunc vero, paterno amore, magna trepidatione ac dolore cogitatio Nostra fertur ad infelices illos Nostros in sacerdotio fratres, sed semper dilectissimos ac desideratissimos, qui, cum in animo impressum gerant sacrum signum per Presbyteratus ordinem collatum, nihilominus ab officiis in sacerdotali consecratione susceptis misere descivерunt.

Quae lugenda illorum condicio, atque damna inde publice privatimque consecuta, in causa sunt cur nonnulli secum quaerant, utrum huiusmodi infelices casus ac prava exempla, quibus populus Dei offenditur, caelibatui ipsi sint quodammodo tribuenda. Immo contra, nihil in sacro caelibatu culpae haeret. Haec omnia in re vera acciderunt, vel quia non semper opportuno tempore de sacerdotii candidati dotibus certum ac prudens iudicium latum est, vel quia sacrorum administrorum vivendi ratio cum officiis vitae suae Deo integre dicatae non omnino concinuit.

84. Ecclesia maxime sollicita est de infelici horum filiorum sorte, atque adeo suum esse ducit, omnem curam adhibere ad praecavenda vel sananda vulnera, quae ex eorum defectione accepit. Vestigiis insistentes, proximorum Decessorum Nostrorum, decernere voluimus, ut in iudiciis ad sacerdotalem ordinationem spectantibus, instituendae investigationes ad alios eosque gravissimos casus et rationes extendantur, in vigenti iure canonico non recensitos [136], cum inde gravia ac vera dubia oriri possint de sacerdotii candidatorum plena libertate et conscientia in oneribus suscipiendis, nec non de eorundem habilitate ad sacerdotalem vitam amplectendam; eo sane consilio, ut ab oneribus eximantur quotquot in legitimo iudicio reapse non idonei declarati sint.

85. Quae dispensationes, uti aiunt, hac in re forte con-
691 cedantur —quae paucissimae profecto putandae sunt si cum / magno numero sacerdotum sanorum ac dignorum comparentur—, simul ex iustitia singulorum spirituali bo-

[131] Cf. CONC. VAT. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 8: *A. A. S.*, LVIII, 1966, p. 1003. [132] Cf. Io., 13, 15 et 34-35. [133] Cf. *ibid.*, 17, 26. [134] Cf. Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 8: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 1003-1005. [135] Cf. Rom., 12, 1. [136] Cf. C. I. C., can. 214.

no prospiciunt, simul Ecclesiae curas ostendunt, ut lex sacri caelibatus firma maneat eademque ab omnibus sacris administris integre fideliterque servetur.

Ecclesia, ita se gerens, semper magno cum maerore procedit, praesertim cum casus occurrunt singulariter dolendi: cum videlicet qui suave Christi iugum digne ferre recusant, iidem hoc faciunt ob fidem in discrimen adductam vel ob corruptos mores, ac propterea scienter saepe nec sine christiani populi offensione.

86. O si scirent hi sacerdotes quantum angoris, quantum dedecoris, quantum trepidationis sanctae Dei Ecclesiae afferunt; o si cogitarent quae fuerunt susceptorum munerum gravitas et praestantia, quaeve pericula in hac vita et in futura adeunt, cautiores utique et prudentiores essent in consiliis capiendis, promptiores in precibus Deo fundendis, atque subtiliores acrioresque in causis praecavendis eiusmodi spiritualis et moralis defectionis.

87. Sed mater Ecclesia peculiari quadam cogitatione se ad eorum casum sacerdotum florentis adhuc aetatis convertit, qui, quamvis magno animi ardore atque sedula industria sacrum ministerium secuti sint, postea tamen in alacri sacri muneris perfunctione nonnihil vel desperationis, vel dubitationis, vel libidinis, vel insaniae sensibus affecti sunt. Quapropter in his praesertim rerum adiunctis putat Ecclesia nihil non esse temptandum, ut vacillans labansque frater persuasione possit ad animi tranquillitatem, ad fiduciam, ad paenitentiam atque ad pristinam resumendam alacritatem revocari. Atque tunc tantum cum visum fuerit fieri non posse ut sacerdos ad bonam frugem compellatur, tum demum infelix Dei minister a sibi concredito munere exsequendo eximetur.

88. Quodsi aliquando fiat ut, quamvis is reduci non possit ad sacerdotii partes rursus sustinendas, sinceram tamen bonamque ostendat voluntatem christianae vitae
692 ducendae, ut / laicum decet, Apostolica Sedes, omnibus diligentissime perpensis, collatisque cum loci Ordinario vel cum Superiore religioso consiliis, potiorem habens amorem quam dolorem, postulatam dispensationem interdum concedit, nonnullis pariter pietatis et expiationis operibus eam ob causam iunctis, ut in filio misero, at semper amato, salutare permaneat signum materni Ecclesiae maeroris, utque in eiusdem animo vividior insideat recordatio, omnibus opus esse divina misericordia.

89. Quae quidem disciplina, severa pariter et misericordiae plena, semperque ad normas iustitiae et veritatis, summae prudentiae et cautionis conformata, procul dubio valde proderit ad probos sacerdotes confirmandos in proposito integre sancteque vivendi; item sacrorum alumnos monebit, ut sapienti educatorum praeceptorumque moderatione ad altare accedant suscipiendi officii plane conscii, sui ipsorum commodi obliti, studioque inflammati divinae gratiae impulsionibus et Christi eiusque Ecclesiae voluntati obtemperandi.

90. Denique facere non possumus, quin ingenti cum laetitia grates Deo eam ob causam persolvamus, quod animadvertimus, nonnullos ex iis, qui pro! aliquamdiu a suscepto onere descivерant, tam diligenter usos esse omnibus subsidiis ad rem idoneis, in primisque supplici precatione, humilitatis exercitatione, tenaci animi contentione, crebro sacrae Paenitentiae lavacro, ut summi Sacerdotis dono ad rectam viam reversi sint iterumque lectissimi eiusdem summi Sacerdotis ministri magno cum omnium gaudio facti.

91. Quo autem dilectissimi Nobis sacerdotes sumpta munia facilius et iucundius tueri possint, iure iidem gaudent officioque adstringuntur, Venerabiles Fratres, summo vestro prorsusque necessario auxilio fruendi. Cum enim vos in sacrorum alumnorum numerum eos asciveritis, ad sacerdotium ineundum instituerit is, eorumque capiti manus imposuerit is, ii propterea sive dignitatis sacerdotalis causa, sive sacri Ordinis vi, quam maxime vobiscum coniunguntur, atque vestram / in christifidelium communitatibus sibi 693
commissis personam gerunt. Quare vobiscum iidem erecto fortique animo sociantur, utpote qui, in suo quisque gradu, partes vestras vestrasque curas in se recipiant [137]. Quoniam vero, sacrum caelibatum eligentes, Praesulum exemplum secuti sunt, iam antiquitus sive in Oriente sive in Occidente vigens, fit idcirco ut nova inde oriatur necessitudinis ratio inter Episcopum et sacerdotem, eademque penitius in vitae traducatur actionem.

92. Perinde ac Iesus dulcissimam caritatem suam erga discipulos tum magis ostendit, cum eos ministros fecit sui veri ac Mystici Corporis [138], ita et vos, *per quos adest in*

[137] Cf. CONC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 28: *A. A. S.*, LVII, 1965, pp. 34-35. [138] Cf. Io., cc. 13-17.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

medio credentium Dominus Iesus Christus, Pontifex Summus [139], vestrum esse haud ignoratis, potissimum amorem praecipuasque sollicitudines ad sacerdotes atque ad sacri ministerii tirones convertere [140]. Numquam profecto opportunius firmam hanc persuasionem vestram patefacietis, quam si, officii conscientia et sincera invictaque caritate ducti, alacrem dederitis operam sacri ordinis alumnis erudiendis atque sacerdotibus omni ope adiuvandis, ut cum divinam vocationem tum sua munera fideliter tueantur.

93. Sacerdotis, uti hominis, solitudinem, quae haud raro causa est cur animi debilitentur atque ad illicita trahantur, vos in primis fraterne atque amice praesentes allevate [141]. Erga vestros igitur sacerdotes, potius quam antistites et iudices, vos magistros, vos patres, vos amicos et fratres praestate, ad bonitatem, ad misericordiam, ad indulgentiam, ad veniam, ad auxilium paratos. Contendite praeterea, ut sacerdotes vobis commissos ad mutuam amicitiam vobis generandam et ad plenam in vobis collocandam fiduciam adducatis, ita tamen ut legitimae oboedientiae vinculum non modo non dissolvatur, sed potius sacri
694 Pastoris caritate firmetur, atque adeo ipsa oboe/dientia libentior, sincerior et securior evadat. Quae officiosa amicitia atque filiorum vobiscum consuetudo procul dubio occasionem facultatemque suppeditabunt, ut animum suum tempestive vobis aperiant suasque difficultates ostendant, certa erecti spe, vos nullo non tempore sibi praesto fore, ut errata, in quae forte inciderint, in vobis deponere possint, sine servili castigationis metu, sed, ut filios decet, cum admonitionis, veniae et subsidii exspectatione, quae simul eos instimulet et accendat ad coeptum iter redintegrata fiducia pergendum.

94. Hoc certe vobis persuasum est, Venerabiles Fratres, quotiescumque cuilibet sacerdoti suscepti muneris gaudium ac studium iterum inicitis vel animi tranquillitatem salutisque spem restituitis, vos pernecessario atque nobilissimo munere fungi, quod summopere prodest ingenti animorum numero. Quodsi aliquando facere non potestis, quin vestra utamini auctoritate atque salutarem adhibeatis severitatem erga eos paucos, qui, vestra reiecta benignitate, malo exemplo populo Dei noceant, curate tamen ut, in quos necessario consulitis, eorum emendationem prae oculis habeatis. Dominum Iesum, *pastorem et episcopum animarum vestrarum* [142], secuti, *harundinem quassatam* ne confringatis et *linum fumigans* ne exstinguatis [143]. Haud secus atque Iesus, plagas sanate [144], salvum facite, quod perierat [145], sedulo amore amissam ovem quaeritate, ut eam ad tepens ovile reducatis [146], atque, sicut ipse fecit, vos quoque ad ultimum nitimini, ut amicum infidelem ad bonam frugem revocetis [147].

95. Pro explorato sane habemus, Venerabiles Fratres, vos pro vestra doctrina et sapientia vestraque pastorali sollicitudine nihil inexpertum esse relicturos, quod sacerdotibus vestris sacri caelibatus sublimem formam assidue
695 proponat, atque / numquam sacerdotum curam esse deposituros, a domo Dei, quae et sua est, digressorum, quicumque eorum tristis iacturae est exitus: perpetuo enim filii vestri manent.

96. Attamen cum sacerdotum virtus bonum sit totius Ecclesiae atque praecellens thesaurus et decor, ad exemplum utilitatemque universi populi Dei pertinens, placet idcirco Nobis, omnes christifideles, Nostros in Christo filios, amanter impenseque hortari, ut in se quoque recidere arbitrentur illorum fratrum virtutis custodiam, qui partes sibi sumserunt iisdem utpote sacerdotes ministrandi in aeterna comparanda salute. Omnes igitur preces Deo admoveant; nitantur eos iuvare, qui divinitus ad sacerdotium sunt vocati; sacerdotibus obsequio et studio, quae filios decent, opitulentur, ac sociam docilemque navent operam, eo permoti consilio, ut solacium iis afferant, eorundem pastoralibus curis libenter respondendo. Ad hoc, iisdem sacris in Christo patribus animum addant ad omne genus difficultates evincendas, quae saepe iis occurrunt credita sibi munia plene fideliterque obeuntibus, ut hominum generi optimo sint exemplo. Omnes denique, fidei et christianae caritatis studio ducti, magnam reverentiam et quandam quasi verecundiam sacerdotibus testentur, eorum maxime condicione perspecta, quae propria est hominis Deo et Ecclesiae omnino addicti.

97. Quae Nostra hortatio potissimum ad eos laicos pertinet, qui diligentius vehementiusque quam ceteri Deum quaerunt atque ad christianorum morum perfectionem in profana vita nituntur, quibusque propterea fas est, observantis sinceraeque amicitiae necessitudine cum illis constituta, sacris administris maximum afferre adiumentum. Laicis enim, quippe qui, quamvis terrestris huius vitae negotiis implicentur, tamen elaborent, ut Baptismi promissis satisfaciant, licet nonnumquam sacerdoti lumen praebere eundemque confirmare, ne, in Christi Ecclesiaeque famulatu, e quibusdam rerum adiunctis atque e pravo turbidoque huius saeculi afflatu, quod attinet ad divinae vocationis suae integritatem, detrimentum capiat. Quibus ex rebus sine dubio consequetur, ut universus Dei populus Domi/num Iesum in iis colat et observet, qui eius gerunt 696
personam, de quibusque ipse ait: *qui recipit vos, me recipit, et qui me recipit, recipit eum qui me misit* [148], certam mercedem se daturum promittens iis, qui evangelii nuntios quovis modo caritate prosequantur iisque operam navent [149].

98. Porro, antequam his Litteris Nostris finem facimus, vos, Venerabiles Fratres Nostri, divini gregis, ubicumque terrarum est, Pastores, vosque dilectissimi sacerdotes, fratres et filii Nostri, Christi amore instincti monemus, ut nova fiducia novaque spe, filiorum propria, oculos et animos in dulcissimam Iesu Christi atque Ecclesiae Matrem intendatis eiusque maternam et potentem deprecationem pro catholico sacerdotio imploretis. Nam populus Dei eam miratur et colit ut formam atque exemplar Ecclesiae Christi, quod attinet ad fidem, ad caritatem atque ad perfectam cum ipso Christo coniunctionem. Beatissima igitur Virgo et Mater Maria impetret Ecclesiae, quae eadem virginis et matris appellatione honestatur [150], ut in eo submisse constanterque gloriari possit, quod sacerdotes excelsum sacrae virginitatis donum integrum servent, utque sacrum caelibatum videat magis magisque florere atque cotidie pluris a quovis hominum coetu haberi; adeo ut in dies eorum numerus crescat, qui divinum *sequuntur Agnum quocumque ierit* [151].

99. Qua de re Ecclesia, Christo confisa, ad egregiam spem erigitur; nam, etsi conscia est quantum sollicitudinis habeat sacerdotum penuria pro spiritualibus omnium gentium necessitatibus, verumtamen infinitis arcanisque divinae gratiae auxiliis innixa, firmiter confidit fore, ut spiritualem sacrorum administrorum excellentiam eorum frequentia consequatur; *omnia enim possibilia sunt apud Deum* [152]./ 697

Quod pro certo habentes plurimumque sperantes, tum vobis, Venerabiles Fratres, tum sacerdotibus ac fidelibus vobis commissis, Apostolicam Benedictionem, caelestium gratiarum auspicem Nostraeque paternae benevolentiae testem, ex animo impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XXIV mensis Iunii, in festo S. Ioannis Baptistae, anno MDCCCCLXVII, Pontificatus Nostri quinto.—PAULUS PP. VI.

[139] Mt., 10, 40. [140] Cf. *ibid.*, 10, 43. [141] Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium*, nn. 63, 64: *A. A. S.*, LVII, 1965, p. 64. [142] *Apoc.*, 14, 4. [143] Mc., 10, 27: cf. Lc., 1, 37.

Adn. A. DEL PORTILLO in **Seminarium** 19 (1967) 711-728; S. GAROFALO in **Seminarium** 19 (1967) 764-773; T. GOFFI in **Seminarium** 21 (1969) 97-113; F. MARCHISANO in **Seminarium** 19 (1967) 729-783; A. MAYER in **Seminarium** 19 (1967) 681-710; G. OLGIATI in **Seminarium** 19 (1967) 807-824; G. THILS in **Seminarium** 19 (1967) 793-806; F. WULF in **Seminarium** 19 (1967) 774-792. Vide notam bibliographicam in **Seminarium** 19 (1967) 825-836.

3575

1967 IUN 26.-SC DE PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

EXTENDITUR AD REGIONEM LAOSIANAM ET CAMBODGIANAM USUS INSTRUCTIONIS CIRCA CAEREMONIAS ANTENATIS TRIBUENDAS

26 Giugno 1967

Excellence, Par lettre du 9 juin courant, au nom de la Conférence épiscopale du Laos et du Cambodge, Votre Excellence a bien voulu présenter ici une demande tendant à obtenir l'extension au Laos et au Cambodge de l'Instruction de la S. C. «de Propaganda Fide» du 8 décembre 1939 [LE 1506], déjà étendue au Vietnam (29 septembre 1964) et à la Thaïlande (15 novembre 1966) [LE 3492].

A cet égard, je m'empresse de vous faire savoir que le Saint Père a daigné étendre au Laos et au Cambodge l'application de l'Instruction de cette S. C. «de Propaganda

[144] Conc. Vat. II, Decr. *Lumen Gentium*, n. 21: *A. A. S.*, 1965, p. 24. [145] Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 7: *A. A. S.*, LVIII, 1966, pp. 1001-1003. [146] Cf. *ibid.* [147] 1 *Pet.*, 2, 25. [148] Cf. Mt., 12, 20. [149] Cf. Lc., 9, 11. [150] Cf. Mt., 18, 11. [151] Cf. Lc., 15, 4 ss. [152] Cf. *ibid.*, 22, 48.

Fide» aux Ordinaires de Chine du 8 décembre 1939 (*A.A.S.* 1940, p. 24-26) [LE 1506].

Je vous demande de bien vouloir porter cette mesure à la connaissance des Ordinaires du Laos et du Cambodge.

Veuillez agréer, Excellence, l'expression de ma considération distinguée et l'assurance de mes sentiments dévoués.
G. P. Card. AGAGIANIAN, *Préf.* E. Pecoraio, *Sous-Secr.*

* Praesidi Conferentiae episcopalis Laosianae et Cambodgianae, Prot. N. 2907/67: BIM 31 (1967) 164.

3576

1967 IUL 1.-SC DOCTRINAE FIDEI, NOTIFICATIO. PART.*

RECOGNOSCUNTUR NORMAE PRO SACERDOTIBUS ET RELIGIOSIS IN REGIONES SUB REGIMINE COMMUNISTARUM CONSTITUTAS ITINERANTIBUS

Madrid, 11 de julio de 1967

Con referencia a mi carta del 6 de mayo último (número 7190), relativa a las normas dictadas por la Sagrada Congregación para la Doctrina de la fe, respecto a sacerdotes que visiten países de régimen comunista [LE 3551], me apresuro a informar a Vuestra Paternidad, con ruego de notificarlo, a su vez a los muy reverendos superiores mayores de los Institutos Religiosos de España, que el susodicho Sagrado Dicasterio, con fecha 1 del corriente mes de julio, ha vuelto a considerar aquellas normas anteriores, estableciendo de nuevo:

1) Se deja a los Ordinarios la facultad de conceder a los propios súbditos maduros y prudentes, el «nihil obstat» para dirigirse a países de régimen comunista.

2) Sin embargo, siempre que se presenten casos importantes, susceptibles de particulares repercusiones, los Ordinarios consultarán a la Sagrada Congregación de Asuntos Eclesiásticos Extraordinarios.

3) En todo caso, ellos tendrán cuidado de recomendar y vigilar que sea excluida de esos viajes toda especulación económica y toda actividad o relación, incluso solamente en apariencia, política.»

Al agradecerle, en nombre de la Sagrada Congregación esta nueva cortesía, me complazco en saludarle y bendecirle afectuosamente.—Ant. Card. RIBERI, *Nuncio Apostólico.*

* Textus datur iuxta notificationem Nuntii Ap. die 11 Iul. 1967 Praesidi Confoederationis religiosorum Hispaniae datam: **Ilustración del clero** 61 (1968) 137.

3577

1967 IUL 11.-SECRET. STATUS, NOTIFICATIO. PART.*

CONSTITUITUR PONTIFICIA COMMISSIO DECRETIS CONCILII VATICANI II INTERPRETANDIS

L' 11 luglio, con lettera n. 99766, l'Em.mo Cardinal Segretario di Stato comunicava la costituzione, da parte del Santo Padre, della Pontificia Commissione per l'interpretazione dei Decreti del Concilio Vaticano II.

* Prot. N. 99766. Textus datur iuxta nuntium vulgatum apud **L'attività della Santa Sede nel 1967**, p. 1570. Adn. V. CARBONE in **ME** 94 (1969) 185.

3578

1967 IUL 11.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR SUPERIORIBUS MAIORIBUS DISPENSANDI A LEGE CLAUSURAE PAPALIS

PRECES—*Beatissime Pater.* Procurator generalis O. F. M. Conv., ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, haec quae sequuntur humillime exponit:

Cum saepe contingat ut Superiores locales vel Rectores Seminariorum dispensationem a lege clausurae, in quibusdam casibus petant, Orator, accedente voto Revmi P. Ministri Generalis, humiliter expostulat ut Superioribus Maioribus Ordinis facultas tribuatur, servatis servandis, dispensandi a lege clausurae in casibus sequentibus: 1. occasione, qua Ordines minores aut maiores in Oratorio Conventus vel Seminarii conferuntur; 2. die qua festum parentum, v.d. «giornata dei genitori, festa della madre» celebratur; 3. si quis novitius vel professus gravissima laborat infirmitate. Et Deus, etc.

RESCR.—Vigore facultatum a SSmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis a Revmo P. Oratore, Revmo P. Ministro Generalis O. F. M. Conv. benigne committit ut pro suo arbitrio et conscientia:

ad I: gratiam, iuxta preces, concedat, cum de ordinatione propriorum subditorum agitur, et ad mentem;

ad II: gratiam, iuxta preces, concedat, non amplius quam bis vel ter in anno, et ad mentem.

Mens est ut dispensatio a clausura vigeat pro tempore stricte necessario quod protrahi nequit post solis occasum et semper exclusis cubiculis seu dormitoriis.

ad III: gratiam pariter, iuxta preces, concedat pro familiaribus proprie dictis et aliquoties durante infirmitate. Attamen si quis sit infirmus provideatur ut e sua cella transferatur — possibiliter — ad «valetudinarium» domus, quod quidem constitui potest extra clausuram.

Praesentibus valituris *ad Quinquennium* et servatis servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, die 11 Iulii A. D. 1967.

* Procuratori Gen. O. F. M. Conv., Prot. N. 16129/67: **COFMConv** 64 (1967) 377-378.

3579

1967 IUL 14.-SC DOCTRINA FIDEI, RESPONSUM. PART.*

MATRIMONIUM IN FAVOREM FIDEI NEQUIT VALIDE SOLVI AB ORDINARIIS LOCORUM, ET BAPTISMUS DUBIUS RETINENDUS EST VALIDUS DONEC CONTRARIUM PROBETUR, AT CONIUGES RELINQUI POSSUNT IN BONA FIDE

Rite pervenerunt ad hanc S. Congregationem acta processus in causa solutionis matrimonii contracti inter baptizatum lutheranum virum et dubie baptizatam mulierem quae postea baptismum suscepit in ecclesia catholica anno 1952.

Tribunal Pinkneyville, ubi processus instructus fuit, putans invalidum esse baptismum a muliere receptum in secta, concessit gratiam solutionis matrimonii in favorem fidei, ita ut ista mulier transire posset ad alias nuptias cum viro catholico.

Evidenter erronee se gessit Ordinarius ex Pinkneyville et proinde concessio gratiae solutionis matrimonii invalida fuit sive quia baptismus dubius retinendus est validus donec contrarium probetur (quae probationes tamen desunt in casu) sive quia solummodo Summus Pontifex, potestate vicaria qua pollet, concedere potest solutionem matrimonii in favorem fidei.

Cum orator et pseuda-sponsa adhuc nihil sciant de invalida solutione prioris matrimonii oratoris, haec S. Congregatio decrevit: 'partes sunt relinquendae in bona fide; ideoque ipsis dicatur non esse opus, in casu, celebrandi quemdam S. Ritum ab eis exquisitum'.»

* Ordinario Chicagiensi: **Jurist** 28 (1968) 213. **Adn. Jurist** 28 (1968) 212-213; C. J. HETTINGER in **Jurist** 29 (1969) 85-90.

3580

1967 IUL 22.-PAULUS VI, LIT. AAS 59 (1967) 953-954

INTERNUNTIATURA APOSTOLICA HOLLANDIAE IN NUNTIATURAM APOSTOLICAM EVEHITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quantum utilitatis e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi intercedunt cum Civitatibus, soleat exsistere, neminem latet estque usu iam dudum comprobatum. Cum igitur in praesenti publica officiorum vincula inter Apostolicam Sedem et Hollandiae Regnum intercedentia postulent ut hodierna Nostra Legatio mutuas necessitudines magis magisque foveat mutuamque concordiam queat firmiorem reddere, in eam mentem venimus loco Internuntiaturae Apostolicae, quae usque adhuc ibi viguit, Nuntiaturam constituere. Quae cum ita sint, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, harum Litterarum vi Nostraque auctoritate, Apostolicam Internuntiaturam apud Hollandiae Regnum in *Nuntiaturam Apostolicam*, sedem etiam in urbe Haga Comitum confirmantes, erigimus et constituimus. Eidem sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc animi Nostri testificationem religioni provehendae esse conductu/ram. Contrariis quibusvis 954
nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Apostolicae Nuntiaturae in Hollandia, sic a Nobis erectae, nunc et in posterum ple-

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

nissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXII mensis Iulii, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3581

1967 IUL 25.-PAULUS, VI, EP. AAS 59 (1967) 852-854

Litterae a Summo Pontifice Paulo VI Athenagorae I Patriarchae Oecumenico Constantinopoli traditae:

DE INITIIS INTER ECCLESIAM OCCIDENTIS ET ECCLESIAM ORIENTIS RATIONIBUS UNITATIS REDINTEGRATIONI FOVENDAE

Anno ineunte, quem a fide appellavimus, quemque ad memoriam martyrii a sanctis Apostolis Petro et Paulo abhinc XIX saecula facti celebrari iussimus, Nos Paulus, Romanae Ecclesiae Episcopus et Catholicae Ecclesiae Caput, cui est statutum in animo suarum esse partium omnia praestare, quae universae sanctaeque Christi Ecclesiae prosint, dilectissimum Fratrem Nostrum Athenagoram, Archiepiscopum orthodoxum Constantinopolitanum eundemque Patriarcham oecumenicum revisentes, incredibili cupiditate exardescimus illud tandem effectum videndi quod Christus supplicando imploravit: «Ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me: ut sint consummati in unum: et cognoscat mundus quia tu me misisti»[1].

Quae profecto cupiditas cum constantissima voluntate Nostra coniungitur ea omnia, quantum poterimus, perficiendi, quae, diem maturare queant, quo inter Ecclesiam Occidentis et Ecclesiam Orientis expleta communio redintegretur: ut omnes nempe christiani in ea unitate recomponantur, ex qua possit Ecclesia significantius testari, Patrem in hasce terras Filium suum eam ob causam misisse, ut universi homines in eodem Christo filii Dei fierent, et
853 fraterno more in caritate et pace viverent. /

Cum persuasissimum sit Nobis: non aliud nomen esse sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri[2] quodque iisdem hominibus tribuere fraternitatem pacemque possit, nuntium propterea pronis auribus audimus, quem Ioannes, discipulus ille carissimus, ab Epheso ad Asiae Ecclesias misit: «Quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum; et societas nostra sit cum Patre et cum Filio eius Iesu Christo»[3].

Quod Apostoli et viderunt, et audierunt et nuntiaverunt nobis, idem nobis Deus permisit ut fide acciperemus. Per Baptismum enim nos unum sumus in Christo Iesu»[4]. Praeterea «vi successionis apostolicae, sacerdotium et Eucharistia nos artius etiam invicem coniungunt»[5]. Etenim tam intima tamque arcana communione inter nos copulamur, ut dona participantes a Deo Ecclesiae suae impertita cum Patre per Filium in Spiritu Sancto societatem habeamus. In Filio reapse filii facti[6], pariter vera miraque ratione aliorum hominum fratres facti sumus.

Quoniamque in qualibet Ecclesia cuiuslibet loci hoc divini amoris efficitur mysterium, nonne exinde locutionem illam tralaticiam profectam esse putemus, ex qua variorum locorum Ecclesiae inter se veluti sorores appellari consueverunt?[7]. Eiusmodi videlicet sororis more nostrae Ecclesiae per ea saecula vixerunt, cum una simul Oecumenica Concilia celebraverunt, quibus pro fidei deposito adversus quamlibet corruptionem propugnatum est.

Sed nunc, post diuturnas utrimque ortas dissensiones variasque voluntates, Dei beneficio fit ut nostrae Ecclesiae se iterum sorores agnoscant, nihil impedientibus difficultatibus superiore tempore inter nos ortis. Christo Iesu nos illuminante, facile animadvertimus quantopere oporteat, his victis difficultatibus, eo pervenire ut communio, quae utramque partem devincit, quaeque iam tam est ferax, cumulata perfectaque evadat. Cum autem utrimque profiteamur «fundamentalia dogmata christianae fidei de Trinitate et de Verbo Dei, ex Maria Virgine incarnato, in Concilii Oecumenicis in Oriente celebratis definita»[8], et vera

[1] *Io.* 17, 22-23. [2] Cfr. *Act.* 4, 12. [3] *1 Io.* 1, 3. [4] Cfr. *Gal.* 3, 28. [5] Cfr. Decr. de oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 15 [LE 3235]. [6] Cfr. *1 Io.* 3, 1-2. [7] Cfr. Decret. de oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 14. [8] Decr.

Sacramenta et Sacerdotium hierarchicum habeamus, in primis / opus est ut, fidei sanctae servientes nostrae, ope- 854
ram fraternam conferamus et curas ut, una simul vis idoneis et progredientibus inventis, in vita Ecclesiarum nostrarum communionem illam, quae, quamvis imperfecta, iam viget, foveamus et efficiamus.

Deinde opus est ut ab utraque parte, per mutua commercia, sive sacerdotum conformationi, sive christiani populi vitae et institutioni excolendae explicatior, altior, aptiorque detur opera. Opus tum est ut per sincera de re theologica colloquia, quae fraterna caritas paraverit, quamvis legitimae maneant diversitates quod attinet ad liturgiam, ad vitam spiritualem, ad disciplinam, ad theologiam, inter nos tamen noscamus et observemus[9], usque ad eum finem, dum in perspicua sinceraque confessione cuiusvis revelatae veritatis consentiamus. Ut autem communio et unitas redintegretur atque servetur, diligentissime cavendum est, ne «quid ultra imponatur... oneris quam haec necessaria»[10].

Itaque simul spe et caritate moti, simul assidua precatione subnixi, simul denique unicum illud necessarium[11] exoptantes, cui cetera omnia subiciantur oportet, iter nostrum non tantum pergemus, sed etiam intendemus, in nomine Domini.

Die XXV m. Iulii anno Domini MCMLXVII.—PAULUS PP. VI.

de oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 14. [9] Cfr. Decr. de oecumenismo *Unitatis redintegratio*, nn. 14-17. [10] Cfr. *Act* 15, 28; Decr. de oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 18. [11] Cfr. *Luc.* 10, 42.

3582

1967 IUL 25.-SC CONS., DECR. AAS 59 (1967) 985-986

DE CONFERENTIA EPISCOPORUM REGIONIS ECCLESIASTICAE LATII

De collationibus ab Episcopis Latii habendis, suburbicariis non exceptis, iam Leo Pp. XIII, Italicam terram in regiones partiens, statuit ut omnes in anum confluerent coetum atque ad communia pertractanda negotia episcopales sedes provinciae ecclesiasticae Latialis unam constituerent regionem.

Temporum mutatis adiunctis Pius Pp. X, s. m., bipartita Latiali regione, duos sancivit Episcoporum coetus, alium pro Latio Superiore, id est pro ea regionis parte quae ad Urbis septentrionem sese extendit, pro Latio Inferiore alterum, pro ea nempe parte quae ad meridiem Urbis patet; suburbicariis autem sedibus recentius una composita est Conferentia, Cardinali Urbis Vicario eidem moderante.

Hac nostra aetate qua mutua rerum necessitudo adeo evolvitur, ut neque magnis interiectis spatiis, nec diversis vitae moribus et consuetudinibus homines praepediantur quominus arctius inter se coniungantur, religiosae rationes in Latio quoque tam consertae videntur quae dioecesanos Episcopos iubeant ut ad pastoralem rationem ordinandam communi studio socia compositaque opera expediantur.

Cum vero consociatae Sacrorum Pastorum operae eorumque concorditer initorum consiliorum praeclara uberioris apostolatus argumenta recens Concilium Oecumenicum Vaticanum II merito recoluerit atque ut Episcoporum coetus novo vigerent robore enixe suaderet, iidem Latii sacrorum Antistites ab Apostolica Sede postulaverunt ut omnes in unam coalescerent regionis Latialis Conferentiam.

Ssmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, ratus id animarum bono profuturum, audito Italicorum Conferentiae Praeside, porrectis precibus benigne annuit ac praesenti Consistoriali Decreto Episcoporum omnium dioecesium regionis ecclesia/sticae Latialis, suburbi- 986
cariis minime exceptis, restitutam Conferentiam ratam habet, tribus exstantibus Episcoporum Coetibus dissolutis.

Huius constitutae Conferentiae Latii, ob eius cum Apostolica Romana Sede peculiarem nexum, Emus Cardinalis Urbis Vicarius Praeses a Summo Pontifice, qui memoratae regionis Latialis Archiepiscopus est et Metropolita, delegatus erit. Vice-Praeses ac Secretarius a Coetu Episcoporum libere et ad tempus eligentur, qui tamen munus adiscentur Summo Pontifice eorum electionem confirmante. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 25 Iulii 1967.—Carolus Card. CONFALONIERI, *Pro-Praef.* Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *Secr.*

3583

1967 AUG 5 -SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR PROROGANDI, ULTRA TEMPUS A IURE COMMUNI CONCESSUM, PROBATIONEM EORUM QUI TRANSEUNT IN ORDINEM CISTERCIENSIUM REFORMATORUM

PRECES—*Beatissime Pater*, Procurator Generalis Ordinis Cisterciensium Reformatorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus sequentia exponit:

In Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457] in quo normae statuuntur ad exsequendum inter alia Decretum *Perfectae Caritatis* [LE 3333] haec habentur: «Experimenta contra ius commune, prudenter quidem facienda, pro opportunitate libenter a Sancta Sede permittentur» (n. 6). Recens Capitulum Generale Ordinis Cisterciensium Reformatorum, quod fuit «speciale» ad normam dicti «Motu Proprio» desiderium expressit ut in Ordine tempus probationis religiosorum, qui ex aliis Institutis ad Ordinem transeunt, prolongari possit ad triennium ultra duos annos qui praevidentur in canone 634 C. I. C.

Ratio huius petitionis est quia experientia docet duos vel tres annos probationis in pluribus casibus non sufficere, ut transeuntes ad vitam cisterciensem satis duram et peculiarem, revera spiritum Ordinis in se reciperent. Gratia per modum experimenti petitur, ut post aliquot annos in revisione Constitutionum res modo magis definitivo statuantur, experientia facta. Et Deus, etc.

RESCR.—Vigore facultatum a SSmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis a Revmo P. Oratore, Revmo P. Abbati Generali O. C. S. O. benigne committit ut pro suo arbitrio et conscientia, gratiam ad experimentum, iuxta preces, concedat; servatis ceteris servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die quinta augusti 1967.—I. B. VERDELLI, *Subsecr.* B. Ransing, *a Studiis.*

* Procuratori Generali Ord. Cist. Reformatorum, Prot. N. 16045/67: e documento originali.

3584

1967 AUG 6.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 59 (1967) 881-884

NONNULLI EPISCOPI DIOECESANI UTI MEMBRA IN SACRAS ROMANAE CURIAE CONGREGATIONES COOPTANTUR

PAULUS PP. VI

Pro comperto sane est quid Concilium Oecumenicum Vaticanum II de Ecclesiae Dei natura etiam visibili docuerit, itemque plane constat quid idem Concilium senserit de necessitate accommodandi nostrae aetatis rationibus ea omnia subsidia atque instrumenta, quibus Ecclesia utitur, ut efficaciore modo salutis opus sibi concreditum valeat inter homines exsequi.

Revera Ecclesia, cui invisibile eius Caput Christus Iesus iugem suam salutaremque assiduitatem praebere non cessat, talem externae suae compaginis amplitudinem assecuta est ut, quamvis non paucae neque exiguae difficultates ei ubique fuerint supervadendae, universas terrarum orbis partes iam attigerit. Quare, si alias umquam, hodie potissimum negotia, quae ad Ecclesiam pertinent, universale momentum habere dicenda sunt, ad eaque rite expedienda
882 opus est animi praeparatione, mentis habitu rerumque usu vere catholicis. /

Iure igitur merito Concilium Oecumenicum, inter normas opportune sancitas per Decretum *Christus Dominus*, votis expetivit ut in Membra Dicasteriorum Romanae Curiae cooptarentur *etiam aliqui Episcopi praesertim dioecesani qui mentem, optata ac necessitates omnium Ecclesiarum Summo Pontifici plenius referre valerent*[1].

Nos vero qui, ex providentis Dei consilio, licet impares, Pastoris Universalis munere fungimur, ac probe conscii sumus gravitatis officii Nobis concrediti, nihil potius habemus quam ut Ecclesiae bonum animorumque salutem magis magisque promoveamus; cumque praeterea studio flagremus ad effectum deducendi normas a Concilio Oecumenico Vaticano II statutas, libenti sane animo operam damus, ut etiam iusta optata ac vota, quae Venerabiles Nostri in Episcopatu Fratres inter idem Concilium significaverunt, efficiantur.

Quamobrem, ut Nostra Romana Curia feliciter obire possit nova eaque gravia munera, quae ex normis votisque Concilii Oecumenici oriuntur, utque ipsi, auctis necessitatibus, praesto sit scientia atque prudentia Nostrorum in Episcopatu Fratrum, sedulo studio vias atque rationes consideravimus, quibus Dicasteria Ecclesiae Universalis regimini praeposita sapienti ipsorum consilio et opera plus plusque uti possent; prorsus enim persuasum habemus, si maioris momenti argumenta coniunctis sententiis, ordinate diligenterque perpendantur, exinde universam vitam catholicam emolumentum reapse percepturam esse, idque prodesse posse non solum ad expedienda graviora Ecclesiae negotia, sed ad ipsas solvendas quaestiones, quae hodie homines sollicitos tenent.

Itaque, rebus omnibus mature perpensis, postquam sententiam rogavimus viros scientia auctoritateque praestantes ac supernum Dei lumen supplicibus precibus invocavimus, motu proprio haec quae sequuntur statuimus ac decernimus: /
883

I. Sacris Romanis Congregationibus, praeter Patres Cardinales, assignantur etiam aliquot Episcopi dioecesani, qui earundem Congregationum pleno iure erunt Membra.

II. Hi Episcopi intersunt tamquam Membra coetibus plenariis, in quibus res maioris momenti et naturam principii generalis habentes sint pertractandae. Ceteri vero coetus ordinarii sacrarum Congregationum procedere pergent iuxta praxim, iisdemque intererunt Patres Cardinales iique Episcopi Membra, qui forte in Urbe adsint.

II. Ad praecavenda autem incommoda, quae Dioecesibus oriri possint ob crebram diuturnamque absentiam sacrorum Pastorum (qua de re in memoriam revocamus normas de Episcoporum residentia iure canonico statutas), decernimus ut coetus plenarii sacrarum Congregationum habeantur, nisi peculiaria adiuncta aliter suadeant, semel in anno, tempore opportune statuendo ab iisdem Congregationibus.

IV. Nominatio Episcoporum Membrorum, quam Nobis reservamus, hoc modo fiat: Cardinales Praefecti singularum Congregationum opportunas instituant percontationes atque investigationes apud Conferentias Episcopales et, si casus ferat, etiam indicem quaerant Episcoporum candidatorum, qui in rebus, de quibus agitur, peculiari peritia polleant; his peractis, eorum nomina proponant, qui a Nobis libere eligantur.

V. Singulis sacris Congregationibus accensentur septem Episcopi Dioecesani, ita seligendi, ut ceteris praeferantur ii qui rerum, de quibus agitur, vere sint periti; congrua etiam ratio habeatur terrarum continentium, quas ipsi incolunt, ita ut Ecclesiam Universalem quodammodo exprimant.

Pro coetibus plenariis sacrae Congregationis de Religiosis, / ratione habita peculiaris muneris huius Dicasterii, no- 884
minabuntur decem Membra, quorum tria eligenda erunt ex indice Superiorum Generalium Ordinum vel Congregationum Clericalium, quem Unio Romana Superiorum Generalium conficiet et Cardinali Praefecto exhibebit.

VI. Ut sacrae Congregationes rerum usu fruantur semper novorum ac valentium Membrorum, eorundem munus ad quinquennium vigebit.

VII. Quod attinet sive ad moderationem S. C. de Propaganda Fide sive ad tempus quo Membra munera sua sustinebunt et ad alia peculiaria praescripta, servandae sunt cum Normae a Nobis impertitae per Litteras *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457] motu proprio die 6 Augusti anno 1966 datas, ad exsequendum Decretum Concilii Oecumenici Vaticani II *Ad Gentes divinitus*[2], tum aliae quoque Normae quae, per Constitutionem Apostolicam de Romana Curia proxime edendam, statuentur [LE 3587].

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VI mensis Augusti, in festo Transfigurationis D. N. I. C., anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.—PAULUS PP. VI.

[1] Cf. Decr. *Ad Gentes divinitus*, n. 15: *A. A. S.* LVIII, 1966, p. 963 [LE 3364].

Adn. E. BERGH in NrT 90 (1968) 288-289.

http://www.obrascatolicas.com

3585

1967 AUG 8.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

NOVA STATUTA PONT. INSTITUTI MATRITENSIS «REGINA VIRGINUM» APPROBATA PROMULGANTUR

Roma, 8 de agosto de 1967

Reverendísimo Padre: Se ha recibido en esta Sagrada Congregación el texto definitivo del Estatuto del Instituto Pontificio «Regina Virginum» que V. R. envió con fecha 20 de julio último.

Examinado el susodicho texto, por el oficio competente, y habida cuenta de la aprobación del mismo por parte de la Junta General de Gobierno de la CONFER, esta Sda. Congregación aprueba con la presente los Estatutos del Instituto Pontificio «Regina Virginum» según el texto presentado en la fecha anteriormente indicada y que se conserva en el archivo de esta Sagrada Congregación.

Aprovecho gustoso la ocasión para renovar a Vuestra Reverencia las expresiones de mi religiosa estima. Affmo. en en el Señor.—Card. ANTONIUTTI, *Pref.*

* Confoederationi religiosorum Hispaniae: Confer 13 (1968-II) 137. Vide textum Statutorum apud Confer 13 (1968-II) 137-148. Statuta vetera data fuerunt die 18 Aug. 1959: LE 2845.

3586

1967 AUG 10.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR PROROGANDI TEMPUS VOTORUM TEMPORARIORUM ULTRA ANNOS A IURE PERMISSOS

PRECES—*Beatissime Pater*, Procurator Generalis Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter implorat facultatem qua Superiores Provinciales cum suo Definitorio possint prorogare tempus votorum temporariorum pro suis subditis ad duos annos ultra tempus a canone 574 C. I. C. statutum, ad experimentum, ad normam *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457]. Et Deus, etc...

RESCR.—Vigore facultatum a SSmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces, servatis ceteris servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 10 Augusti 1967.—I. Card. ANTONIUTTI, *Praef.* P. Aelius Gambari, *Ad. a St.*

* Procuratori Gen. O. C. D., Prot. N. 15715/67: AOCD 12 (1967) 74.

3587

1967 AUG 10.-CONSILIUM LITURGIAE, LIT. CIR. PART.*

NORMAE ET CRITERIA DANTUR CIRCA VERSIONES CANONIS ROMANI IN LINGUAS VERNACULAS

Cité du Vatican, 10 août 1967

Excellence Révérendissime, Aussitôt après que le Saint-Siège eut accordé l'usage de la langue du peuple pour le Canon de la Messe, le «Consilium» a invité les groupes d'étude des Commissions mixtes et des Commissions liturgiques nationales à préparer les traductions nécessaires. Étant donné qu'il s'agit du plus important document liturgique qui touche au coeur même de la Messe, le travail de traduction et de revision exige nécessairement quelque temps.

De plus, le désir du Saint-Siège est de faire en sorte que les diverses traductions du Canon Romain correspondent entre elles, de façon à conserver, autant que possible, au moins pour ce texte si sacré de la célébration eucharistique, une certaine uniformité.

Or, afin que, d'une part, le travail se déroule dans la tranquillité nécessaire et en harmonie avec les directives déjà données, et d'autre part, afin que le clergé n'ait pas trop à attendre pour l'exécution pratique de cette permission universellement désirée, j'ai le plaisir, par suite d'une «Souveraine disposition», de communiquer à Votre Excellence Révérendissime, de la part de Son Eminence le Card. Giacomo Lercaro, Président du «Consilium», et d'accord avec les autres organismes compétents du Saint-Siège, ce qui suit:

1. Que la version qui se prépare, unique s'il s'agit de langue parlée en divers pays, rende fidèlement le texte du Canon Romain, sans variations, ni omissions, ni insertions, qui la rendent différente du texte latin.

2. Que la langue soit celle qui est normalement en usage dans les textes liturgiques en évitant les formes trop classiques ou trop modernes.

3. Que le style présente un certain rythme qui facilite la diction et le chant.

4. Puisqu'on prévoit un temps assez notable pour la révision et l'approbation des versions préparées par les Conférences Episcopales, et puisque on doit pourvoir aussi à l'uniformité nécessaire entre les divers textes, tant qu'il n'y a pas de traduction officielle, les Conférences Episcopales pourront, *ad interim*, approuver et permettre une des traductions qui est déjà en usage, avec la permission de l'Autorité ecclésiastique. La traduction adoptée, bien que provisoire, doit être unique pour chaque nation.

5. C'est le désir du Saint-Père que les Missels, soit quotidiens, soit des Dimanches et Fêtes, en édition intégrale ou partielle, comportent toujours le *texte latin* à côté de la version en langue du peuple sur double colonne ou sur pages correspondantes et non en fascicules ou livres séparés, selon la norme de l'Instruction *Inter Oecumenici* du 26 septembre 1964 nn. 57 et 98 [LE 3217] et du Décret de la Sacrée Congrégation des Rites «de Editionibus librorum liturgicorum» du 27 janvier 1966, n. 5 [LE 3396].

Dans l'espoir que le travail complexe et délicat de préparation et révision des traductions du vénérable Canon Romain serve à une plus parfaite présentation du texte en vue d'une meilleure compréhension et à l'avantage de la piété des fidèles, je suis heureux de redire à Votre Excellence Révérendissime mes sentiments de vénération et d'estime.

Très respectueusement dans le Seigneur.—A. BUGNINI, CM, *Secrétaire.*

* Ad Praesides Conferentiarum episcopalium cuiusvis nationis: Notit. 3 (1967) 326-327. Adn. Notit. 3 (1967) 326.

3588

1967 AUG 15.-PAULUS VI, CONST. AAS 59 (1967) 885-928

CONSTITUTIO APOSTOLICA DE ROMANA CURIA DENUO ORDINANDA

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Regimini Ecclesiae universae Romani Pontifices, Beati Petri Successores [1], pro temporum adiunctis et necessitatibus consulere studuerunt, ascitis viris peritis qui sibi consilio et auxiliatrice opera praesto essent. Ad hoc quod attinet, in primis Presbyterium Urbis et S. R. E. Cardinalium Collegium, quod ex illo volventibus saeculis originem traxit, sunt memoranda. Paulatim etiam, ut notum est, ex Officio quod, ad expediendas Litteras Pontificias pertinens, saeculo IV primum inchoatur, plura manarunt Officia; quibus accessit Auditorium, quod, saeculo XIII verum effectum Tribunal [2], a Ioanne XXII (1316-1334) perfectius est ordinatum [3]. Augescente vero negotiorum magnitudine, Coetus seu Commissiones Purpuratorum Patrum, qui ad peculiares quaestiones pertractandas erant delecti, saeculo XVI Summo Pontifici efficaciore ratione adesse coeperunt; e quibus deinde Romanae Curiae Congregationes sunt ortae. Xysto V, Decessori Nostro, laudi cedit, quod in / Constitutione *Immensa Aeterni Dei* die XXII mensis Ianuarii anno MDLXXXVIII edita [4], eiusmodi Sacra Consilia apto ordine disposuit et Romanae Curiae formam provide descripsit. Progrediente vero aetate factum est, ut quaedam obsolescerent, quaedam essent addenda, quaedam aliter componenda. Quod opus Decessor Noster Sanctus Pius X est aggressus, Constitutionem a verbis *Sapienti consilio* incipientem die XXIX mensis Iunii anno MCMVIII edendo [5]. Cuius ordinationes, sagacis et sollertis illius Ecclesiae Pastoris perenne documentum, in Codicem Iuris Canonici, paucis mutatis, sunt receptae. 886

[1] Cf. Conc. Vatic. I, Sess. IV, Const. dogm. *Pastor aeternus*, cap. 2: Denz. n. 3057; C. I. C., can. 218, § 1; Conc. Vatic. II, Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 18 (A. A. S. LVII [1965], p. 21) [LE 3232]; Decr. *Christus Dominus*, n. 2 (A. A. S. LVIII [1966], p. 673) [LE 3332].

[2] N. Del Re, *La Curia Romana, Lineamenti storico giuridici*, Roma 1952, pp. 217-218.

[3] Cf. Bullarium Romanum, Ed. Romana, T. III, P. II, p. 195-B. Constitutio *Ratio Iuris*, quae sine die nunc datur, in editionibus Romana et Taurinensi Bullarii Romani sub anno 1326 ponitur; attamen, auctores recentiores, uti Michaël Tangl (*Die Päpstlichen Kanzleiordnungen von 1200-1500*, Oeniponte 1894, p. 83) et Emmanuel Cerchiari (*Capellani Papae et Apostolicae Sedis auditores Causarum Sacri Palatii Apostolici seu Sacra Romana Rota ab origine ad diem usque 20 septembris 1870*, III, Romae 1919, pp. 69), qui eam denuo excuderunt e codicibus, sub anno 1331 eamdem ponunt. [4] Cf. Bullarium Romanum, Ed. Taurinensis, T. VIII, pp. 985-999. [5] Cf. *A. A. S.* I (1909), pp. 9-135.

Non est diffitendum Romanae Curiae Officiales, quorum numerus saepe satis parvus fuit, Romanis Pontificibus et universae Ecclesiae egregiam operam navasse, maxime ex quo Concilium Tridentinum christifidelium familiae novum tribuit vigorem.

Profecto non minima ex parte eorum merito contigit, ut auctoritas Apostolicae Sedis et Ecclesiae Catholicae magis in dies augeretur et nomen christianum per hos fere LX annos proxime praeteritos in totum terrarum orbem, praesertim in regionibus missionali opere excolendis, feliciter propagaretur.

Attamen ob celerrimum vitae hodiernae cursum et mutatas temporum nostrorum et ipsius Ecclesiae condiciones, visum est Romanam Curiam, egregia laude dignam propter eius studiosam observantiam, navitatem, industriam, probitatem, apta ratione accommodare, ita ut plane congruens et efficacissimum evadat veluti instrumentum eius, cui supremum magisterii et regiminis munus est creditum. Iamvero non est qui ignoret, in tam veloci humanarum rerum progressione, nuntia huc, quasi ad centrum, incredibili cum celeritate afferri, instrumenta communicationis socialis miris provecta esse incrementis, summam itinerum 887 facilitatem non levi esse Episcopis commodo. /

Ratio etiam, quemadmodum decet, habenda est optati Patrum Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, quod hisce verbis est enuntiatum: «Dicasteria, quae quidem Romano Pontifici atque Ecclesiae Pastoribus eximium praebuerunt auxilium, novae ordinationi, necessitatibus temporum, regionum ac Rituum magis aptatae, subiciantur, praesertim quod spectat ad eorundem numerum, nomen, competentiam propriamque procedendi rationem, atque inter se laborum coordinationem» [6].

Viam autem, qua exoptata Romanae Curiae Nostrae renovatio procedere debeat, non aliam esse putamus quam eam, quae ipsius Institutorum Ecclesiae renovationis propria esse cognoscitur. Etenim, ut alteram Concilii Vaticani Secundi sessionem die XXIX Septembris anno MCMLXII aperientes declaravimus: «renovatio, ad quam Concilium spectat, neque praesentem Ecclesiae vitam subvertere ducenda est, neque eius traditiones interscindere, in iis quae sunt potissima et venerabilia, sed potius his ipsis traditionibus honorem habere, caducis et mendosis formis exutis, atque easdem sinceras feracesque efficere velle» [7].

De necessitate quidem Romanae Curiae nullum dubium potest moveri. Quomodo enim valeret Summus Pontifex, tot tantisque laboribus distentus, ea solus perferre, sine adiutoribus, sine consiliariis, quae cum sollicitudine conecteruntur omnium Ecclesiarum? Pari necessitate illa est servanda quoad primariam suam compagem necnon necessitudinem cum Romano Pontifice, utpote organicum instrumentum quod Ipse adhibet in suprema potestate exercenda, quam «secundum Christi ipsius institutionem... in universam Ecclesiam obtinet» [8]. Ideo, retinendos esse censemus, licet in pluribus renovandos, tres praecipuos Dicasteriorum ordines, nempe Sacra/rum Congregationum, Tribunalium et Officiorum, adiunctis vero Secretariatibus certa ac firma ratione conditis. 888

Sacrorum Dicasteriorum numerus, etsi quibusdam suppressis, augetur institutione Consilii de laicis, Secretariatuum, Generalis Ecclesiae Rationarii seu Officii, ut aiunt, «statisticae», Magni momenti, ex qua optimos exspectamus fructus, inducta est innovatio Apostolicis Litteris *Pro comperto sane* motu proprio die VI mensis Augusti MCMLXVII datis [LE 3583], quibus quidam Episcopi dioecesani, uti Membra, singulis Sacris Congregationibus assignantur; itemque ad mutuas rationes inter Sacras Congregationes ordinandas et fovendas constituere voluimus, ut tum negotia mixtae competentiae, quae dicuntur, communi consilio pertractarentur, tum facta convocatione per Cardinalem Secretarium Status, omnes Cardinales Dicasteriis praepositi munera et opera mutuo ordine nexuque componerent.

Insuper, quo aptius prospiciatur curae rerum Ecclesiae per totum orbem terrarum diffusae, eos, qui Apostolicae Sedi in illa regenda adsint, undique gentium placet advocari, idque ex more institutoque Romanorum Pontificum. Singulares autem animi dotes, quae in eiusdem Curiae administris spectatae virtutis viris priore aetate refulserunt, his et futuris temporibus iisque magis resplendeant oportet: eniteat in iis germana pietas vitaeque integritas; suae utilitatis immemores, uni Ecclesiae ac fidelium bono ardenti studeant amore; eos non inflectat favor; non muneris vel personae corrumpat acceptio; gravitatis rerum sibi mandatarum conscii, recogitent opus suum in christianae communitatis commodum aut detrimentum vertere posse; vi ingenii consilioque praediti, diligentes sint officii et navitate insignes, in doctrina et re pastorali affatim versati, quos investigando vel experiendo collegerint proferant fructus.

Huc accedit, ut Congregationum Praepositi et Membra, sive Cardinales sive Episcopi, et Consultores in posterum nonnisi / ad quinquennium assumentur, licet eiusmodi mu- 889
nus iis possit Summi Pontificis iudicio prorogari.

Eadem de causa expedire visum est ut Cardinales qui Dicasteriis Romanae Curiae praeficiuntur, a munere suo discedant, cum Summus Pontifex morte corripitur; qua lege eximuntur Cardinalis Vicarius Generalis in Urbe, Camerarius, Paenitentiarius Maior, qui ordinaria negotia, ad Summum Pontificem non referenda, pergent expedire; quae autem ad eundem Pontificem referenda essent, Sacro Cardinalium Collegio proponant.

Ad ipsos laicos animum convertentibus valde prodesse visum est Nobis eorum consilio uti, quoties subiecta materia id requirat suadeatque.

Administrandae autem iustitiae ministerio opportunis legibus prospicere statuimus, sive quod pertinet ad Sacram Romanam Rotam, cuius potestatem seu competentiam extendimus in omnes causas ad Sanctam Sedem rite delatas seu deferendas de nullitate matrimonii; sive quod spectat ad Signaturam Apostolicam, cui non modo integrum confirmamus invigilandi munus itemque constituendi, necessitate postulante, nova Tribunalia Regionalia vel Interregionalia, quemadmodum multis iam in regionibus providentissime actum est; verum etiam novam addimus competentiam circa contentiones ortas ex actu potestatis administrativae ecclesiasticae, firmis limitationibus suo loco statutis.

Ad Officia quod attinet, Apostolicam Cancellariam ita ordinare placuit, ut unicum Officium Apostolicis Litteris expediendis efficiatur.

Ob auctas autem recentioribus temporibus necessitates novum condere censuimus Officium quod munus obtineat invigilandi ut bona immobilia et mobilia, quae Apostolica Sedes possidet, prudenter administrentur, necnon partes impleat officii censorii recognoscendis reditibus et sumptibus eiusdem Apostolicae Sedis. Volumus praeterea, ut eidem Officio munus / concredatur invigilandi cunctis Ad- 890
ministrationibus Apostolicae Sedis, non excepta Administratione Praefecturae Civitatis Vaticanae, eas apto nexu componendo et, si casus ferat, recognoscendo.

Itaque, in consilium adhibitis pluribus S. R. E. Cardinalibus aliisque viris peritis, circa Romanam Curiam haec, quae sequuntur, singillatim statuimus atque decernimus.

I. NORMAE GENERALES

CAP. I.—NORMAE CONSTITUTIVAE

1. § 1. Curia Romana, qua Summus Pontifex negotia Ecclesiae universae expedire solet [9], constat Congregationibus, Tribunalibus, Officiis et Secretariatibus.

§ 2. Congregationes sunt inter se iuridice pares.

§ 3. Conflictus competentiae, si qui oriantur, Signaturae Apostolicae subiciuntur.

2. § 1. Congregationes coalescunt ex Cardinalibus, quos Summus Pontifex ascribendos censuerit.

§ 2. Firmis ordinariis coetibus Patrum Cardinalium, ad pertractandas res maioris momenti et naturam principii generalis habentes, Congregationibus Plenariis intersunt, tamquam earumdem Membra, Episcopi dioecesani nominati a Summo Pontifice.

Convocatio Episcoporum fieri debet ad normam Litterarum Apostolicarum *Pro comperto sane* Motu Proprio datarum die 6 Augusti 1967 / [LE 3583]. 891

Quod attinet ad S. Congregationem pro Religiosis servetur praescriptum peculiare in eodem Motu Proprio statutum sub n. V; quod vero ad S. Congregationem pro Gentium Evangelizatione, seu de Propaganda Fide, spectat, valent normae statutae sub n. 83, §§ 2-3 huius Constitutionis.

[6] Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 9 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 676) [LE 3332]. [7] Paulus VI, Alloc. habita in altera Concilii Vaticani II Sessione, 29 sept. 1963 (*A. A. S.* LV [1963], p. 851) [LE 3130]. [8] Conc. Vatic. I, Sess. IV, Const. dogm. *Pastor aeternus*, cap. 2 (Denz. n. 3057).

[9] Can. 7 C. I. C.

http://www.obrascatolicas.com

§ 3. Congregationibus praeest et eas dirigit Cardinalis Praefectus.

§ 4. Cardinali Praefecto adiutricem operam praestant Secretarius, electus a Summo Pontifice, necnon Subsecretarius, etiam a Summo Pontifice nominatus, aliique Officiales.

§ 5. Cardinales, qua Membra Congregationis, itemque Congregationum Secretarii nominantur ad quinquennium et possunt confirmari. Indigent autem confirmatione advenientis novi Summi Pontificis, exactis ab electione tribus mensibus.

Ii vero omnes de quibus in superiore § 2 ad quinquennium nominantur, iuxta praescriptum editum in comm. Motu Proprio diei 6 Augusti 1967 sub n. VI [LE 3583].

3. Officiales seliguntur ex variis gentibus inter eos qui vere periti sint et experientia pastorali praediti.

4. Electi ad aliquod officium non possunt sibi vindicare ius ascendendi ad superius.

5. § 1. In omnibus Dicasteriis adsunt Consultores, a Summo Pontifice ad quinquennium electi ex universo orbe terrarum, tum inter Episcopos residentiales vel titulares, tum inter clericos dioecesanos vel religiosos vere peritos, prudentia et usu rerum comprobatos, necnon, si materia alicui Dicasterio subiecta id suadeat, inter laicos virtute, scientia, experientia praestantes, praesertim ex magistris studiorum Universitatum.

§ 2. Consultores possunt confirmari ad aliud quinquennium.

§ 3. Consultatio haberi potest tum per scripta vota, Romam mittenda, tum in coetibus pro opportunitate co-
892 gendis. /

§ 4. Pro negotiorum varietate praeterea Consultores audiuntur, quorum consilium necessarium vel opportunum visum fuerit.

§ 5. In singulis casibus alii ad consulendum vocari possunt qui, licet in Consultorum numero non relati, peculiari peritia rei pertractandae, commendentur.

6. In quovis Dicasterio colligantur notitiae rationales, transmittendae Generali Ecclesiae Rationario.

7. Quaestiones quae iudicialiter sunt cognoscendae, remitti debent ad competentia tribunalia.

8. Ratio habeatur votorum quae a Coetibus Episcopalibus prolata sunt, atque res seu rationes opportune foveantur cum similibus institutis interdioecesanis vel regionalibus. Episcopis sine mora acceptilatio mittatur quorumvis actorum quae ipsi transmiserint, iisque notificentur, quatenus fieri possit, Dicasteriorum Decreta, quae eorumdem dioeceseos peculiariter intersint, antequam haec promulgentur.

9. § 1. Relationes ab Episcopis aliisve Superiorem non habentibus infra Summum Pontificem, de statu et progressu dioecesium aliorumque institutorum, statutis temporibus confectas, Dicasteria Romanae Curiae, intra limites suae cuiusque competentiae, sedulo et quamprimum perpendant, ut tempestive ea apparentur quae bono Ecclesiae necessaria vel utilia visa fuerint.

§ 2. Hunc in finem quaesita a Generali Ecclesiae Rationario exarentur, brevitate et perspicuitate enitentia, normaeque tradantur ad apte conficiendam relationem, eamque unicam, per partes ordinatam, et ad Sacram Con-
893 gregationem pro Episcopis mittendam singulis quinquenniis. /

10. Romanam Curiam fas est adire, praeterquam officiali latino sermone, etiam linguis hodie late cognitis.

11. § 1. A Dicasteriis competentibus expediantur in forma Bullae tantum graviora negotia, exclusis iis quae attingunt collationem beneficiorum, vel officiorum non consistorialium.

§ 2. In minoribus expediendis negotiis, documenta seu acta redigantur forma simpliciore, i. e. Brevis vel epistolae, vel rescripti pro diversa eorumdem natura, dummodo rite obsignata et authenticitatis praesidiis munita.

§ 3. Expeditioni autem tum Bullarum tum maioris momenti Brevium vacat Cancellaria Apostolica, iuxta edendas normas peculiares.

12. Firmis praescriptis C. I. C. [10], praeter normas superius statutas servandae sunt tum normae communes seu Ordo proxime edendus, tum normae speciales a singulis Dicasteriis, etiam collatis consiliis, ubi oportuerit, quam-

[10] Can. 243, § 2 et can. 244, §§ 1-2.

primum condendae et approbationi Summi Pontificis subiciendae.

Cap. II.—Normae quoad negotia mixta

13. Negotia vel mixta, quae plurium Dicasteriorum competentiam ingrediuntur, vel similia, examinanda sunt collatis consiliis cum Dicasteriis, quorum intersit; quodsi subiecta materia id postulat, res defertur plenario conventui; si vero minora sunt negotia, ratio habeatur praescripti, de quo in proximo n. 16.

14. Ut consilia conferantur, a Cardinali Praefecto, cui res prius delata est, convocetur conventus, aut ex officio, aut / petente alio Dicasterio, aut proprio marte, aut ad 894
instantiam eius, cuius interest.

15. § 1. Conventui praeest Cardinalis, qui eundem coëgit.

§ 2. Hisce in coetibus primum sermonem instituit Cardinalis Relator, si adsit; eo absente, Cardinalis Praefectus qui conventum convocavit.

§ 3. Secretarii munere fungitur Praelatus a Secretis Dicasterii, quod coetum indixit; et eius erit scriptis tradere atque Patrum approbationi, in fine sessionis, subicere formulam resolutionis vel saltem partem dispositivam.

16. In minoribus quaestionibus analoga ratione possunt convenire vel Cardinales Praefecti vel Praelati Secretarii. In altero casu, coetui praeest Secretarius Dicasterii convocantis a Secretis munere fungente iuniore, ad normam canonum [11].

17. Statis temporibus conveniant Cardinales qui praeficiuntur Congregationibus pro Episcopis, pro Clericis, pro Religiosis et pro Institutione catholica, si casus ferat, ad labores coordinandos et quaestiones expendendas clerum universum respicientes.

18. Cardinales qui Dicasteriis praeficiuntur pro opportunitate convocari possunt a Cardinali Secretario Status ad labores omnium coordinandos, ad notitias praebendas et consilia capienda. / 895

II. SECRETARIA STATUS SEU PAPALIS ET SACRUM CONSILIUM PRO PUBLICIS ECCLESIAE NEGOTIIS

Cap. I.—Secretaria Status seu Papalis

19. § 1. Secretaria Status seu Papalis, cui praeest Cardinalis Secretarius, opem ferentibus Substituto et Adsessore, munus obtinet proxime iuvandi Summum Pontificem, tum in cura universae Ecclesiae, tum in rationibus cum Dicasteriis Romanae Curiae.

§ 2. Sede Apostolica vacante, Substitutus moderamen Officii servat, de quo respondet Sacro Collegio Cardinalium.

20. Ipsius Cardinalis Secretarii est convocare statis temporibus, iuxta praescriptum n. 18, Cardinales Dicasteriis Romanae Curiae praepositos, ad labores coordinandos, notitias praebendas, consilia capienda.

21. Ad Secretariam Status seu Papalem pertinet omnia expedire quae Summus Pontifex eidem commiserit; in ea incumbere quae ordinaria negotia attingunt extra competentiam propriam Dicasteriorum Romanae Curiae; rationes cum iisdem fovere, praeterea cum Episcopis, cum Legatis Sanctae Sedis, cum civilibus Gubernis eorumque Legatis, cum privatis personis, salva semper manente competentia S. Consilii pro Publicis Ecclesiae negotiis, et, quatenus opus fuerit, communi cum eodem sententia proce-
896 dendo. /

22. Secretaria Status seu Papalis complectitur quoque:

1.° Officium pro exarandis latina lingua Litteris Apostolicis, epistolis aliisve documentis a Summo Pontifice eidem commissis;

2.° Officium expeditionis Brevium minoris momenti; cuius est etiam conficere et expedire Apostolicas Litteras, a Cardinali Vicario exsecutioni tradendas, pro collatione dignitatum, canonicatuum inferiorumque beneficiorum in Capitulis tum patriarchalibus tum collegialibus Almae Urbis;

3.° Officium pro colligendis nuntiis et ephemeridibus, diariis aliisque eiusdem generis scriptionibus, necnon pro notitiis recipiendis riteque ordinandis.

[11] Can. 106 C. I. C.

23. Secretaria Status seu Papalis, una cum Sacro Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis, invigilat peculiari modo Consilio instrumentis communicationis socialis praepo-
sito [12].

24. Item Secretaria Status invigilat Ecclesiae Rationario, quod «Statistica» vulgo appellatur.

25. Cardinali Secretario Status respondere debet Praefectura (Governatorato) Civitatis Vaticanae.

Cap. II.—Sacrum Consilium pro Publicis Ecclesiae negotiis

26. Licet cum Secretaria Status seu Papali assiduas habere debeat rationes, ab eadem tamen ex nunc distinguitur et seiungitur Congregatio quae hactenus vocabatur pro
897 Negotiis Ec/clesiasticis Extraordinariis et in posterum appellabitur Sacrum Consilium pro Publicis Ecclesiae negotiis.

27. § 1. Sacro Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario.

§ 2. Munera Praefecti S. Consilii pro Publicis Ecclesiae negotiis et Secretarii Status in eandem personam cumulantur.

28. Huius S. Consilii est omnia agere quae cum civilibus Gubernis agenda sunt; insuper in ea negotia incumbere, quae eius examini subiciuntur a Summo Pontifice, praesertim ex illis quae cum legibus civilibus aliquid habent coniunctum; item fovere rationes diplomaticas cum Nationibus; agere quae ad Nuntiaturas, Internuntiaturas, Delegationes Apostolicas attinent, collatis consiliis cum Secretaria Status, quacum insuper arctioribus nexibus iungitur, quoties huius quoque competentiam materia pertractanda ingrediatur.

III. SACRAE CONGREGATIONES

Cap. I.—Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei

29. Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei munus obtinet doctrinam de fide et moribus in universo catholico orbe tutari [13].

30. Ei praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario, Subsecretario et Promotore Iustitiae.

31. Ad eam spectant quaestiones omnes, quae fidei morumque doctrinam attingunt, vel cum ipsa fide conec-
898 tuntur. /

32. Examinat novas doctrinas novasque opiniones, quavis ratione evulgatas, atque studia de hac re promovet, Congressusque virorum doctorum fovet; illas vero reprobat de quibus constat fidei principiis esse oppositas, auditis tamen Episcopis regionum, si eorumdem intersit.

33. Delatos sibi libros diligenter excutit, et eos, si oportuerit, reprobat, audito tamen auctore, eique facta facultate sese, etiam scripto, defendendi, et nonnisi praemonito Ordinario, uti iam cautum est in Constitutione *Sollicita ac provida* Benedicti XIV.

34. Eiusdem pariter est cognoscere in iure aut in facto quae circa privilegium fidei versantur.

35. Eidem competit iudicare de erroribus circa fidem, iuxta processus ordinarii normas.

36. Agit ad sacramenti Paenitentiae dignitatem tutandam, secundum suas emendatas et probatas normas procedens; quae quidem Ordinariis locorum significabuntur, facta reo sese defendendi facultate, eligendive patronum ex iis qui apud Congregationem approbati sunt.

37. Rationes opportunas fovet cum Pontificia Commissione de re biblica.

38. Eidem Congregationi coetus Consultorum adest, qui a Summo Pontifice ex viris doctrina, prudentia, usu praestantibus ex universo terrarum orbe eliguntur.

Consultoribus adiungi possunt, si materia tractanda id
899 exigat, viri periti, praecipue ex magistris Studiorum Universitatum electi. /

39. Congregatio duplici modo procedit: vel administrativo vel iudiciali, pro diversa rerum tractandarum natura.

[12] Cf. Litt. Ap. *In fructibus multis*, Motu Proprio datas die 2 apr. 1964 (*A. A. S.* LVI [1964], pp. 289-292) [LE 3179].
[13] Cf. Litt. Ap. *Integrae servandae*, Motu Proprio datas die 7 dec. 1965 (*A. A. S.* LVII [1965], p. 952) [LE 3359].

40. Regulae ad ordinem internum Congregationis spectantes, peculiari data Instructione, publici iuris fient.

Cap. II.—Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus

41. Quae adhuc appellabatur Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali, in posterum appellabitur Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus.

42. Haec Congregatio, cui praeest Cardinalis Praefectus, adiutricem operam navantibus Secretario et Subsecretario, in numerum Membrorum refert, praeter Cardinales a Summo Pontifice delectos, etiam Patriarchas Ecclesiarum Orientis atque Archiepiscopos Maiores eisdem aequiparatos necnon Cardinalem Praesidem Secretariatus pro Christianorum unitate fovenda, firmo praescripto de quo in Normis generalibus, n. 2, § 2; Consultores insuper asciscit sive inter Orientales diversorum rituum, sive inter Latinos, qui disciplinarum eidem subiectarum vera peritia et usu rerum fuerint comprobati. Inter Consultores semper adnumeratur a Secretis Secretariatus pro unitate Christianorum.

43. Eadem Congregatio tot officia habet quot sunt ritus Ecclesiarum Orientalium communionem habentium cum Sede Apostolica.

44. Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus cognoscit omnia cuiusvis generis negotia, quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive ad ritus Ecclesiarum Orientalium pertinent, etiamsi sint mixta, quae scilicet sive rei sive personarum ratione, Latinos quoque attingant; eidemque uni soli subiicitur territoria in quibus maior christianorum 900
pars ad ritus orientales pertineat; immo in ipsis territoriis latinis sedula cura, etiam per Visitatores, invigilat nucleis nondum ordinatis fidelium Rituum Orientalium eorumque spiritualibus necessitatibus, quoad fieri potest, consulit, per constitutionem quoque propriae hierarchiae, si numerus fidelium et adiuncta id exigant.

45. § 1. Congregatio omnibus facultatibus gaudet, quae aliae Congregationes pro Ecclesiis ritus latini obtinent, remissis tamen ad cetera Dicasteria negotiis ad ipsa spectantibus, incolumi semper iure Paenitentiariae Apostolicae.

§ 2. Quod vero attinet ad Sodales religiosos latini ritus, missionarios in regionibus de quibus in n. 44, haec Congregatio competentiam habet in quidquid eosdem qua missionarios, sive uti singulos sive simul sumptos, tangit; quidquid vero eosdem qua religiosos, sive uti singulos sive simul sumptos, attingit, Congregationi pro Religiosis remittit aut relinquit.

§ 3. Consilia praeterea confert cum Secretariatu pro Christianorum unitate, in iis quae ad Ecclesias Orientales seiunctas pertinent, necnon cum Secretariatu pro non Christianis, praesertim quoad rationes cum religionis islamicae asseclis.

Cap. III.—Sacra Congregatio pro Episcopis

46. Quae hucusque appellata est Sacra Congregatio Consistorialis, in posterum appellabitur Sacra Congregatio pro Episcopis.

47. Congregationi pro Episcopis praeest Cardinalis Praefectus, adiuvantibus Secretario et Subsecretario.

48. Praeter alios, quos Summus Pontifex Congregationi adscribendos censuerit, ad eandem pertinent ex officio Car-
di/nales qui praeficiuntur S. Consilio pro Publicis Ecclesiae 901
negotiis, Congregationibus pro Doctrina Fidei, pro Clericis, pro Institutione catholica. Inter Consultores eiusdem adnumerantur Substitutus Secretariae Status seu Papalis, Secretarii Dicasteriorum pro Publicis Ecclesiae negotiis, pro Doctrina Fidei, pro Clericis, pro Institutione catholica.

49. § 1. Ad Congregationem pro Episcopis spectat, in locis et pro personis non obnoxiis Congregationi pro Ecclesiis Orientalibus vel pro Gentium Evangelizatione, novas dioeceses, provincias, regiones constituere, easdem constitutas dividere, unire, recognoscere, tum Conferentiis Episcopalibus —quarum intersit— proponentibus [14], tum iisdem, si casus ferat, auditis; Vicariatus Castrenses erigere necnon, auditis Conferentiis Episcoporum territorii, Praelaturas ad peculiaria opera pastoralia perficienda pro variis regionibus aut coetibus socialibus speciali adiutorio indigentibus [15]; agit praeterea quae attingunt Episcopos, Ad-

[14] Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, nn. 22-24; 39-40 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 683, sq.; 694) [LE 3332].
[15] Ibid., n. 42; Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 10 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 1007) [LE 3365]; Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae*, diei 6 aug. 1966, I, 4

http://www.obrascatolicas.com

ministratores Apostolicos, Coadiutores et Auxiliares Episcoporum, Vicarios Castrenses ceterosque Vicarios seu Praelatos Iurisdictione personali fruentes, nominandos.

§ 2. Quoties vero de erectione, divisione, provisione dioecesium agendum est cum Civilibus Gubernliis, acta tractantur a S. Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis [16], salva peculiari condicione pro aliqua Civitate [17]; sed in utroque casu Dicasteria pro Episcopis et pro Publicis Ecclesiae negotiis collatis consiliis procedent, regulariter negotium deferendo Coetui mixto Cardinalium, praevia mutua actorum communicatione; firma semper manente norma definiendi concorditer rationes quibus agen/da sint consimilia, quae intra limites suae competentiae cognoscuntur a pluribus Romanae Curiae Dicasteriis. 902

§ 3. Congregationis autem pro Episcopis est, in omnibus casibus, edere decretum erectionis, divisionis, provisionis dioecesium. Congregationis est omnia cognoscere quae respiciunt Episcopos, sive quoad personas, sive quoad munera, sive quoad actionem pastoralem; itemque iisdem a munere cessantibus consulere [18]. Quare ipsa videt ea quae attinent ad statum dioecesium necnon ad mensas episcopales; recipit et perpendit quae ab Episcopis de statu et progressu dioecesium scripto relata sint; communi sententia cum Dicasteriis, quorum interest, indicit visitationes apostolicas easque examinat quae fuerint absolutae, transmissis in utroque casu singulis Dicasteriis iis quae ad ea peculiariter pertinent.

§ 5. Videt praeterea quae respiciunt Primates et Metropolitas; curat quae concessionem sacrorum palliorum respiciunt; parat agenda in Consistoriis.

50. Congregationis pro Episcopis est, collatis consiliis cum Congregatione pro Clericis, et, quatenus opus, cum ceteris Dicasteriis, quorum interest, extra loca quae subsunt Congregationibus pro Ecclesiis Orientalibus et pro Gentium Evangelizatione, ea perpendere quae ad Conciliorum particularium celebrationem et recognitionem atque ad Episcoporum Coetus seu Conferentias attinent [19].

51. Eidem competit normas edere quibus per Conferentias Episcopales, praesertim nationales, concorditer consulatur urgentioribus necessitatibus fidelium; itemque, servato nexu cum aliis Dicasteriis, prospicere directoriis gene- 903
ralibus, in usum / Episcoporum, conficiendis, de cura animarum, ut certae praebeantur ipsis rationes ad munus pastorale facilius obeundum [20].

52. Eidem Congregationi pro Episcopis adnectuntur Consilia et Secretariatus: de Emigratione; de Operibus Apostolatus maris, aëris, nomadum. In hisce casibus procedit concorditer cum Dicasteriis pro Clericis et de Laicis.

53. Ad Cardinalem Praefectum huius Congregationis spectat convocare, ex officio vel ad instantiam eorum, quorum interest, Cardinales Praepositos Congregationibus pro Clericis et pro Religiosis, et, quatenus opus sit, pro Institutione catholica, ad quaestiones perpendendas universum clerum respicientes laboresque coordinandos.

Cap. IV.—Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum

54. Congregatio de disciplina Sacramentorum, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario, videt omnia quae respiciunt disciplinam septem Sacramentorum, incolumi competentia, quoad doctrinam, Congregationis pro Doctrina Fidei; Congregationis Rituum quoad ritus et caeremonias in Sacramentis conficiendis, ministrandis et recipiendis; Signaturae Apostolicae tum circa prorogationes competentiae in iisdem causis, tum circa munus invigilandi ad normam iuris administrationi iustitiae erigendique Tribunalia Regionalia vel Interregionalia; S. Romanae Rotae circa causas nullitatis matrimonii.

55. Ad eandem Congregationem spectant quae decerni concedique solent in disciplina Sacramentorum et in cele- 904
bratione / Sacrificii Eucharistici. Insuper eadem Congregatio largiri valet dispensationes, quae competentiam Episcoporum praetergrediuntur, etiam a ieiunio Eucharistico sive fidelium sive, ratione habita, si oportuerit, S. Congregationis pro Doctrina Fidei, sacerdotum Missam celebrantium.

[16] Pii PP. XI, diei 5 iulii 1925 [LE 661]; cf. etiam Rescriptum ex Audientia SSmi, diei 7 martii 1930, pro Italia. [17] Conc. Vatic. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 21 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 683) [LE 3332]. [18] Ibid., nn. 36-38 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 692); cf. etiam Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae*, diei 6 aug. 1966, I, 41, §§ 1-5 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 773 sq.) [LE 3457]. [19] Ibid., n. 44 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 695).

56. § 1. Ipsa cognoscit quoque et sola de facto inconsummationis matrimonii, etiam inter partem catholicam et acatholicam baptizatam necnon inter partes baptizatas acatholicas, sive pertineant ad ritum latinum sive ad ritum orientalem, necnon de exsistentia causarum ad dispensationem concedendam deque omnibus quae cum his sunt connexa.

§ 2. In causis inconsummationis matrimonii inter coniuges ad orientales ritus pertinentes, acta perpendenda curat per peculiarem Commissariorum coetum rebus orientalibus peritorum.

57. Eodem modo ad ipsam pertinet videre de obligationibus ad ordines maiores adnexis, atque examinare quaestiones de validitate sacrae Ordinationis, aut eas ad Tribunal competens remittere, audita, quatenus opus est, S. Congregatione pro Doctrina Fidei.

Cap. V.—Sacra Congregatio Rituum

58. Sacra Congregatio Rituum competentiam habet in omnia quae cultum divinum directe et proxime respiciunt in Ritu romano ceterisque Ritibus latinis, firma competentia aliorum Dicasteriorum quoad ea quae vel doctrinam vel disciplinam attingunt, vel ordinem iudicialem requirunt.

59. Item ea omnia agit quae ad beatificationem et canonizationem Servorum Dei vel ad sacras reliquias quoquo modo referuntur. / 905

60. Congregatio, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvante Secretario, in duplicem dispescitur sectionem: liturgicam seu de cultu, et iudicialem seu de causis Servorum Dei.

Sectio I

61. § 1. *Sectio cultus*, quae sua habet Membra suosque Consultores, omnia complectitur ad cultum spectantia, tam liturgicum quam non liturgicum, eique immediate praeficitur Subsecretarius.

§ 2. Sectio haec in tria partitur officia:

1.° Per *officium primum*: incumbit in ordinandum cultum divinum liturgicum sub ratione pastorali et rituali.

2.° Per *officium secundum*: ratione fovet cum Conferentiis Episcopalibus et Institutis liturgicis; notitias de vita liturgica in Ecclesia atque scripta de re liturgica edita colligit et perpendit; firmis muneribus, donec instauratio liturgica perficiatur, Consilii ad exsequendam Constitutionem Concilii Vaticani II de sacra Liturgia.

3.° Per *officium tertium*: seu de cultu non liturgico, curat de piis sacrisque populi christiani exercitiis, salva competentia S. Congregationis pro Doctrina Fidei.

§ 3. Haec Sectio iuvatur tum a suo Coetu Consultorum, undique gentium, inter peritissimos re liturgica eligendorum a Summo Pontifice, tum a Commissionibus pro quaestionibus difficilioribus investigandis.

§ 4. In libros liturgicos emendandos et instaurationem liturgicam absolvendam incumbit Consilium ad exsequendam Constitutionem Concilii Vaticani II de sacra Liturgia cuius tamen conclusiones definitivae subiciendae sunt Congregationi Plenariae huius Sectionis [21].

Consultores praeterea huius Consilii eo ipso Periti sunt S. Rituum Congregationis. / 906

Sectio II

62. § 1. *Sectio iudicialis*, seu de causis Servorum Dei, sub Secretarii ductu et Auditoris Generalis immediata directione, ea praestat quae spectant sive ad moderandos processus beatificationis et canonizationis Servorum Dei, etiam ad ritus orientales pertinentium, sive ad sacras reliquias.

§ 2. Sectio haec iudicialis in triplicem subsectionem partitur, assignato unicuique a Summo Pontifice congruo numero Patrum Cardinalium et Consultorum.

1.° *Subsectio prima*: moderante Auditore Generali cognoscit supplices libellos pro causarum introductione; normas tradit ad processus canonicos instruendos; peractae instructionis acta perpendit; supplementa instructoriae, si casus ferat, praecipit; videt —praesertim— de opportunitate introductionis causae, auditis semper saltem tribus Consultoribus, et perpenso voto Promotoris Generalis fidei. Decisio autem ferenda est a coetu Patrum Cardinalium, huic negotio praeposito.

[21] Can. 244 C. I. C.

Eadem subsectio videt quoque de dubiis minoribus, de validitate actorum deque incidentibus.

2.° *Subsectio altera*: quae constat certo Consultorum numero, quasi iudicum munere fungentium, moderante Auditore Generali et praesentibus votumque ferentibus, praeter Consultores praedictos, Praelatis Officialibus, Promotore Generali fidei et Subpromotore, atque Relatore Generali, videt de scriptis Servorum Dei, de eorundem virtutibus in gradu heroico, aut de martyrio, aut de antiquo cultu.

Conventus decisio, rationibus innixa et ab omnibus subscripta, una cum scriptis singulorum suffragiis, animadversionibus Promotoris Generalis fidei et patroni responsionibus, semper ab Auditore Generali transmittenda est ad coetum Patrum Cardinalium, huic subsectioni assignatorum, qui, Praeside Cardinali Praefecto, et adsistente Se- 907
cretario Congregatio/nis, decernit utrum ad ulteriora procedi possit an novam praeparatoriam instruere oporteat, an vero causa sit reponenda.

3.° *Subsectio tertia*: certo Consultorum numero constans, a Consultoribus de quibus sub § 2, 2.° distinctorum, moderante Praelato Secretario Congregationis et praesentibus ac suffragium ferentibus Auditore Generali, Praelatis Officialibus, Promotore et Subpromotore Generali fidei atque Relatore Generali, praehabita medicorum relatione, visis animadversionibus Promotoris Generalis fidei et responsionibus patronorum, cognoscit de miraculis intercessione Servi Dei patratis.

Decisio, iisdem modis in § 2, 2.° statutis, subiicienda est coetui Patrum Cardinalium huius subsectionis.

§ 3. De decisionibus a Patribus Cardinalibus in tribus subsectionibus latis, relatio semper fiat Summo Pontifici, ad normam sacrorum canonum [22].

§ 4. Firmae manent, pro subsectione secunda et tertia, Congregationes generales coram Summo Pontifice de quibus in Codice I. C. [23]; itemque ritus et sollemnitates, in Romana Curia receptae, Beatorum canonizationis, postquam in Consistorio decreta fuerit [24].

§ 5. In sectione iudiciali habetur officium distinctum Promotoris Generalis fidei qui, opem ei ferentibus Subpromotore Generali, aliquibus subpromotoribus deputatis necnon congruo numero officialium, animadversiones proponit circa validitatem actorum, et circa dubia de heroicitate virtutum, de martyrio, de non cultu, de antiquo cultu, de miraculis.

§ 6. Sectio iudicialis suam habet Cancellariam, quae Auditori Generali directe est obnoxia, sub auctoritate tamen Cardinalis Praefecti et Praelati Secretarii.

§ 7. Sectio iudicialis denique albo ditatur tum Advocatorum et Procuratorum, qui dotibus et titulis instructi 908
esse de/bent a iure requisitis [25], tum collegio Medicorum ex peritissimis, quoad scientiam et probitatem, legitime selectorum.

63. Utrique Sectioni, cultus scilicet et iudiciali de causis Servorum Dei, praesto est Officium historico-hagiographicum, quod peculiari statuto regitur de quo in Litteris Apostolicis *Già da qualche tempo*, a Pio PP. XI motu proprio datis die 6 Febr. 1930 [LE 956].

64. In quaestionibus circa Sacras Reliquias vel cultum Sanctorum iuxta doctrinae catholicae normas continendum, utraque Sectio, intacta sua cuiusque competentia, collatis consiliis procedit.

Item utrique Sectioni communia sunt tabularium, bibliotheca, tabulae, administratio seu arca nummaria, et alia quae Congregationi utilia esse possunt.

Cap. VI.—Sacra Congregatio pro Clericis

65. Quo aptius nomen congruat actioni, Sacra Congregatio Concilii, in posterum appellabitur Sacra Congregatio pro Clericis.

66. Congregatio pro Clericis, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario, competens est in iis omnibus quae respiciunt clericos, qui in dioecesi apostolatum exercent, tum quoad personas tum quoad munera et ministerium pastorale.

Congregatio in triplex dispescitur officium.

67. § 1. Per *officium primum*: Congregatio media et subsidia quaerit, proponit et urget quibus sacerdotes ad sanctita/tem assequendam contendant [26]; studia ne inter- 909
mittant [27], adeo ut iidem praesertim in divina revelatione, scientia theologica, artibus liturgicis necnon in humanis disciplinis magis magisque edocti, fructuosius exerceant sacerdotale ministerium; instituta pastoralia promovet; curat erigendas bibliothecas pro clero [28]; instituendos ubique statis temporibus cursus, quos vocant, pro sacerdotibus, praesertim novensilibus, ut iidem pastorales cognitiones et methodum perficiant atque amplificent, experientias apostolicas mutuo communicent, activitates pastorales coordinent [29].

§ 2. Haec omnia, eorum quidem peculiaribus muneribus aptata, etiam pro Diaconibus urgebit.

68. Congregationis, per idem officium, insuper est:

§ 1. In ea omnia incumbere quae ad munera et disciplinam attinent cleri dioecesani, ad Capitula tum cathedralia tum collegialia, ad consilia pastoralia, ad parochos et vicarios paroeciales ceterosque sacerdotes ministerium pastorale exercentes, ad ipsos religiosos, in iis omnibus quae non spectant vitam religiosam [30], ad celebrationem Missae eiusque stipem; ad collationem officiorum vel beneficiorum non consistorialium; ad electiones populares adhuc forte vigentes in eorundem beneficiorum vel officiorum collatione [31]; ad obligationem recitationis Divini Officii pietatisque exercitia;

§ 2. Per peculiare Consilium principia generalia tradere, quibus regatur aptior cleri distributio [32];

§ 3. De obligationibus videre communibus clericorum / 910
et laicorum, apto nexu servato, si oportuerit, cum Consilio de Laicis;

§ 4. Invigilare ne desit in quavis dioecesi Consilium presbyterale atque, collatis consiliis cum Congregatione pro Episcopis, perpendere adiuncta quae suadeant illud, sede Episcopali vacante, confirmari a Vicario Capitulari vel Administratore Apostolico [33];

§ 5. De controversiis circa praecedentiam inter clericos cognoscere, firmo iure Praefecturae Palatii Apostolici, necnon Congregationis pro Religiosis et Institutis saecularibus, quoad praecedentiam inter religiosos; itemque de aliis controversiis via administrativa, inter clericos vel inter clericos et laicos, vel inter clericos dioecesanos et religiosos, firmis tamen n. 13 et ss.

69. Per *secundum officium*: 1.°—maxime adlaborat in iis fovendis quae spectant praedicationem Verbi Dei; opera apostolatus temporum necessitatibus hominumque condicionibus accommodata promovet [34]; normas praebet opportunas, quae servari debent in institutione religiosa tradenda pueris, adolescentibus, iuvenibus, adultis; regulas indicat servandas in scholasticis lectionibus catecheseos, collatis tamen consiliis cum Congregatione pro Institutione catholica et, si casus ferat, cum Congregatione pro Religiosis et Institutis saecularibus; invigilat quibusvis cursibus catecheticis, tum paroecialibus tum scholaribus; curat ne ullibi desint institutiones tum ante tum post matrimonium habendae tum diversis fidelium coetibus aptatae; operam impendit in incrementum et moderamen Officiorum dioecesanorum quae catechesi praeficiuntur; insuper pastoralem sollicitudinem promovet in peregrinantes et quaestiones perpendit conexas cum peregrinationibus relaxationis causa susceptis (vulgo «turismo»), cum fidelium vacationi- 911
bus, / rusticationibus, ludicris exercitationibus [35]. In his omnibus cooperationem quaerit Conferentiarum Episcopalium.

2.° Recognoscit et approbat directoria de catechesi necnon programmata et schemata praedicationis Verbi Dei, in Conferentiis Episcoporum confecta pro diversa fidelium aetate et condicione; congressus catechisticos nationales fovet vel internationales probat aut cogit.

3.° Curat conficienda directoria pastoralia pro peculiaribus fidelium coetibus, collatis consiliis cum Dicasteriis quorum interest, et firmo iure Dicasteriorum quae curare debeant specialia directoria in re suae competentiae.

70. Per *tertium officium*: 1.° Congregatio videt ea omnia quae attingunt conservationem et administrationem bonorum temporalium Ecclesiae, firma competentia cete-

[22] Conc. Vatic. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 15 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 1019). [23] Cf. [1966], p. 1014). [24] Cf. ibid., n. 19 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 1023). [25] Cf. ibid. [26] Conc. Vatic. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 35, 4 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 690). [27] Litt. Ap. *Ecclesiae Sanctae*, Motu Proprio datae die 6 aug 1966, I, n. 18, § 1 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 767). [28] Ibid., I, n. 1 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 759). [29] Cf. ibid., I, 15, §§ 1 et 4 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 766). [30] Conc. Vatic. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 17 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 681) [LE 3332]. [31] Cf. ibid., n. 18 p. 682.

[32] Can. 2111 C. I. C. [33] Can. 2112; 2113; 2123; 2124 C. I. C. [34] Can. 2141 C. I. C. [35] Cap. 2018 C. I. C.

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

rarum Congregationum quoad temporalia bona ab eisdem moderanda.

2.° Ipsius est proinde moderari administrationem quoad pias fundationes, pia legata, pia opera, beneficia, oratoria, ecclesias, sanctuaria, patrimonium artisticum ecclesiasticum, bona immobilia, nisi agatur de bonis religiosorum, arcas nummarias, taxas, tributa, pensiones beneficiorum, alienationes omnes aliaque huiusmodi; curare quae respiciunt massam communem dioecesanam vel regionalem [36], congruam sustentationem clericorum eorumque pensiones etiam reversibiles; societates cautelares vel instituta promovere ad consulendum cleri necessitatibus e senecta, morbo aliove impedimento ortis [37]; invigilare tum institutis dioecesanis, quae fidelium oblationes colligunt [38] tum of-
912 ficiis administrativis dioecesanis, et apta con/silia praebere administratoribus; admittere ad compositionem eos qui occuparunt bona ecclesiastica, etiam pertinentia ad religiosos; permittere ut fideles acquirant bona ecclesiastica quomodocumque usurpata.

Cap. VII.—Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus

71. Sacra Congregatio negotiis religiosorum sodalium praeposita, nomen immutabit in Sacram Congregationem pro Religiosis et Institutis saecularibus.

72. Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvante Secretario, in duplicem dispescitur sectionem, alteram religiosis, alteram saecularibus institutis praepositam, sub immediato ductu proprii Subsecretarii.

73. § 1. Per *primam sectionem*: Congregatio praeponitur negotiis quae ad latini ritus instituta religiosa eorumque sodales pertinent, salva competentia tum S. Congregationis pro Gentium Evangelizatione, tum Tribunalium, quando iudicialiter procedendum sit.

§ 2. Quapropter, ad eam pertinent quae respiciunt institutorum erectionem, moderamen, suppressionem; finis proprii tutelam et prosecutionem, regimen et disciplinam, bona, privilegia, sodalium institutionem eorumque vitam iuxta specialem indolem et constitutiones atque dispensationes a iure communi, incolumi competentia Congregationis de disciplina Sacramentorum circa ieiunium eucharisticum et ratione habita competentiae Congregationis pro Institutione catholica, circa studiorum scientificam seu
913 academicam ordinationem in Ecclesia. /

§ 3. Competens quoque est, eadem ratione, firma competentia S. Congregationis pro Gentium Evangelizatione, in iis quae attingunt sive societates vitae communis, quarum sodales more religiosorum vivunt, sive Tertios Ordines qua tales.

§ 4. In legum generalium applicatione et dispensatione, Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus rationem semper habebit mentis et praxis aliorum Dicasteriorum in iis negotiis quae, natura sua, ad ipsa spectant, iuxta normam statutam sub n. 13.

§ 5. Eiusdem Congregationis est promovere accommodatam renovationem et incrementum vitae religiosae, itemque erigere consilia seu conferentias Superiorum Maiorum, quorum opera, opportuniore modo, uti curabit [39].

74. Per *secundam sectionem* Congregationi competunt eaedem facultates, congrua congruis referendo, circa instituta saecularia, quippe quae, licet non religiosa, veram et completam consiliorum evangelicorum professionem in saeculo ab Ecclesia recognitam profiteantur, consecrationem conferentem [40].

Cap. VIII.—Sacra Congregatio pro Institutione catholica

75. Quae hactenus Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus nuncupata est, nomen sumit Sacrae Congregationis pro Institutione catholica.

76. § 1. Congregatio, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario, competentiam habet circa ea quae respiciunt promovendam clericorum formationem et scientificam institutionem catholicam sive clericorum sive laicorum, firma competentia tum Congre-
914 gationis pro Religiosis et / Institutis saecularibus in iis quae ad religiosos qua tales formandos pertinent, tum Congregationis pro Gentium Evangelizatione.

§ 2. Congregatio in triplex dispescitur officium.

77. Per *primum officium* videt:

1.°—omnia quae spectant ad regimen, disciplinam, temporalem administrationem seminariorum, salva competentia Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quacum concordi consilio et debita rerum coordinatione agendum est;

2.°—ea quae attingunt promovendam educationem cleri dioecesani atque scientificam institutionem religiosorum et institutorum saecularium; peculiariter vero perpendit et approbat seminariorum regionalium vel interregionalium statuta, ab Episcopis quorum interest parata [41].

78. Per *secundum officium* moderatur Universitates vel Facultates, Athenaea, necnon quaevis instituta seu coetus superiorum studiorum, quae catholico nomine rite ornentur, quatenus ab Ecclesiae auctoritate quomodocumque dependeant, haud exclusis iis quae a religiosis reguntur vel a laicis; institutiones et associationes ad studia provehenda fovet et approbat; adnititur ut in Universitatibus catholicis habeantur tum instituta quae primariae investigationi scientificae vel artisticae promovendae inserviunt, tum saltem cathedra sacrae theologiae, in qua lectiones tradantur laicis quoque alumnis accommodatae [42]; normas praebet quoad academias et bibliothecas, praeter Vaticanam; fovet cooperationem mutuumque adiutorium Universitatum catholicarum atque consociationes earum sive nationales sive internationales; adlaborat ut apud Universitates non catholicas erigantur convictus et centra universitaria catholica [43].

79. Per *tertium officium* curat erectionem scholarum paroecialium et dioecesanarum, invigilat omnibus scholis catholicis, cuiusque generis et gradus, infra tamen Universita/tes et Facultates, itemque institutis instructionis seu 915
educationis ab auctoritate Ecclesiae dependentibus, nisi agatur de scholis quae dumtaxat praeparent ad vitam religiosam, firmo tamen praescripto n. 77, 2.°; idcirco ad universum orbem catholicum extenditur eius competentia ad scholas quod attinet, nisi agatur de locis dependentibus a Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus vel a Congregatione pro Gentium Evangelizatione.

80. Praeterea Congregatio quaestiones generales perscrutatur educationem et studia respicientes; cooperationem curat cum Conferentiis Episcopalibus, itemque cum auctoritatibus civilibus coetibusque nationalibus et internationalibus, servata debita coordinatione cum S. Consilio pro Publicis Ecclesiae negotiis; vires coordinat mediaque ad iura et libertatem scholae vindicanda; congressus nationales et internationales approbat, in quibus praefatae quaestiones agitantur.

Cap. IX.—Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide

81. Quae hucusque nuncupata est Sacra Congregatio de Propaganda Fide, in posterum appellabitur Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide.

82. Congregatio pro Gentium Evangelizatione, seu de Propaganda Fide, cui praeest Cardinalis Praefectus, iuvantibus Secretario et Subsecretario, competens est in rebus quae respiciunt omnes Missiones ad regnum Christi ubique diffundendum institutas, ideoque in constituendis et mutandis necessariis ministris, atque circumscriptionibus ecclesiasticis; in proponendis iis qui easdem regant; in efficientiore provehendo clero autochthone, cui pedetemptim maiora attribuantur munera et regimen; in dirigenda et coordinanda tota activitate missionali ubique terrarum, tum quoad ipsos praecones Evangelii, tum quoad coope-
916 rationem missionariam fidelium. /

83. § 1. Huius Congregationis Membra sunt, praeter Patres Cardinales, eidem a Summo Pontifice assignatos, etiam Praesides Secretariatuum: pro Unione Christianorum, pro non Christianis, pro non credentibus.

§ 2. Ad pertractandas autem res maioris momenti et naturam principii generalis habentes, Congregationibus plenariis intersunt, tamquam earundem Membra, etiam cum

[36] Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae*, diei 6 aug. 1966, I, n. 8 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 762) [LE 3457]. [37] Conc. Vatic. II, Decr. *Presbyterorum ordinis*, n. 21 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 1021) [LE 3365]. [38] Ibid., n. 20-21; cf. Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae*, diei 6 aug. 1966, I, n. 8 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 762).
[39] Conc. Vatic. II, Decr. *Perfectae caritatis*, n. 23 (*A. A. S.* LVIII [1936], p. 711) [LE 3333]. [40] Ibid., n. 11, p. 707.

[41] Conc. Vatic. II, Decr. *Optatam totius*, n. 7 (*A. A. S.* LVIII [1966], p. 719) [LE 3334]. [42] Ibid., Declaratio *Gravissimum educationis*, n. 10, p. 736 [LE 3335]. [43] Ibid., n. 10, p. 736.

voto deliberativo, si id Summo Pontifici placuerit, tum Episcopi ex Missionibus ab eodem Romano Pontifice nominati, tum repraesentantes Moderatorum Institutorum et Operum Pontificiorum [44], cauto ne desint qui exponant necessitates Ecclesiarum quae «iuniores» vel «autochthones» vocantur.

§ 3. Quoad numerum eorum de quibus in § 2, aliaque adiuncta, prae oculis habeantur Litterae Apostolicae *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457], motu proprio datae die 6 Aug. 1966, necnon peculiaris instructio a Sacra Congregatione edenda.

84. Haec Congregatio in locis sibi subiectis missionales dat impulsus, promovet vocationem et spiritualitatem missionariam; studium et precationes pro Missionibus, necnon de istis nuntia genuina et adaequata producit [45]; itemque studiose absolvit officium iuventutem educandi atque clericos in Seminariis instituendi; curat quae ad synodorum et conciliorum et coetuum seu Conferentiarum Episcopalium celebrationem spectant, eorumque statuta vel decreta, secundum iuris praescripta, recognoscit; visitationes statis temporibus indicit, quibus magis perspecta habeantur et regionum necessitates et quaestiones graviores.

85. Eiusdem Congregationis est suscitare et, pro variis urgentioribus regionum necessitatibus, distribuere missionarios; incitare et coordinare subsidia, praesertim per Pontificalia Opera Missionalia, eaque assignare iuxta locorum
917 indigentiam [46]. /

86. Huic Congregationi subsunt ratione finis definiti et praevalentis, Instituta religiosa in Missionibus erecta ibique praesertim laborantia; societates ecclesiasticorum et mulierum sine votis ac Seminaria, quae ex statutis dumtaxat fundata sunt ut in eis instituantur missionarii pro exteris missionibus, quod attinet ad eorum regulas, administrationem atque opportunas concessiones ad sacram ordinationem alumnorum requisitas, servatis tamen normis editis a Congregatione pro Religiosis necnon, quoad studia seu institutionem scientificam, a Congregatione pro Institutione catholica.

87. Tenetur autem negotia deferre ad competentes Congregationes quae Fidem attingunt aut sacros ritus aut studia ecclesiastica vel catholicas Universitates, aut dispensationes a matrimonio rato et non consummato; causas matrimoniales insuper aliave negotia ordinem iudicialem requirentia transmittit Sacrae Romanae Rotae.

88. Quod vero spectat ad ceteros sodales religiosos, sive latini sive orientalium rituum, haec Congregatio competentiam habet in ea dumtaxat quae hos qua missionarios, sive uti singulos sive simul sumptos attingunt, firmo iure Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus et remissis ad Congregationem pro Religiosis et Institutis saecularibus quae religiosos qua tales, uti singulos vel simul sumptos, respiciunt, salvo speciali Summi Pontificis praescripto.

89. Ad cooperationem missionalem fovendam habet Consilium Supremum Pontificiis Missionalibus Operibus regendis, a quo dependent Consilia generalia Unionis Missionalis Cleri, Operis a Propagatione Fidei, Operis a S. Petro Apostolo, Operis a S. Infantia.

90. Consultorum coetus in quo partem habent, praeter ceteros viros peritos, etiam Secretarii trium Secretariatuum, Moderatores Institutorum et Operum Pontificalium necnon repraesentantes tum Operum Regionalium pro Missionibus tum Consociationum internationalium laicorum, notiones colligit opportunas cum de condicione locali variarum regionum deque modo cogitandi diversorum hominum
918 coetuum, tum de methodis / evangelizationis adhibendis, atque conclusiones scientifice fundatas, pro opere et cooperatione missionali proponit [47].

91. Officium administrativum curat aerarium Congregationis seu bonorum administrationem sub directione Cardinalis Praefecti, firmo onere reddendi debitam rationem Praefecturae rerum oeconomicarum Sanctae Sedis.

IV. SECRETARIATUS

Cap. I.—Secretariatus ad Christianorum unitatem fovendam

92. § 1. Secretariatum ad Christianorum unitatem fovendam, cuius membra sunt Cardinales et Episcopi a Summo Pontifice nominati, moderatur Cardinalis Praeses, cui auxilium praestant Secretarius et Subsecretarius. Consilia autem iuxta Normas generales, n. 5, praebent Consultores clerici et laici ex universo Orbe advocandi, qui sint in rebus oecumenicis probe versati.

§ 2. Inter Membra Secretariatus adnumerantur ex officio Cardinales Praefecti Sacrarum Congregationum pro Ecclesiis Orientalibus et pro Gentium Evangelizatione, inter Consultores vero semper sunt Secretarii earundem Congregationum.

§ 3. Secretariatus in duplex partitur Officium, sub immediato ductu sui Delegati: alterum pro parte quae dicitur occidentalis, alterum pro parte quae orientalis nuncupatur.

93. Secretariatus competentiam et munus habet fovendi Christianorum unitatem. Ideoque, re prius delata ad Summum Pontificem, rationes curat cum fratribus aliarum communitatum; de recta interpretatione et exsecutione principiorum oecumenismi agit; coetus catholicos cogit vel alit et coordinat, tum nationales tum internationales, unitatem Christianorum / promoventes; colloquia insti- 919
tuit quoad quaestiones et activitates oecumenicas cum Ecclesiis et communitatibus ecclesialibus a Sede Apostolica seiunctis; observatores catholicos deputat pro conventibus christianis; fratrum seiunctorum observatores ad conventus catholicos invitat, quoties id opportunum videtur; decreta conciliaria, quae ad rem oecumenicam attinent, exsecutioni mandat.

94. Competentiam insuper habet in rebus Iudaeos sub aspectu religioso respicientibus.

95. Negotia mixta concorditer tractantur cum Dicasteriis, quorum interest.

Cap. II.—Secretariatus pro non christianis

96. Secretariatus pro non christianis, moderante Cardinali Praeside et auxilium ferentibus Secretario et Subsecretario, eos salubriter attingit, Summo Pontifice probante, qui christianae religionis sunt quidem expertes, sed aliquam religionem profitentur vel sensu religioso potiuntur.

97. Secretariatus Membra, praeter Cardinalem Praefectum S. Congregationis pro Gentium Evangelizatione, sunt ea quae eliguntur a Summo Pontifice, sive e Sacro Collegio Cardinalium, sive proponentibus Conferentiis Episcopalibus locorum Missionum itemque aliis in quorum circumscriptionibus complures non christiani quavis de causa, etiam pro tempore, degant. Consilia autem affert Peritorum coetus, a Summo Pontifice adprobatorum.

98. Intacta competentia Congregationis pro Gentium Evangelizatione, ad finem suum assequendum Secretariatus non modo studia promovet, sed et impensa caritate fovet cum non christianis rationes quibus efficiatur ut mutua augeatur aestimatio.

99. Eiusdem Secretariatus est methodum et vias quaerere ad aptum instituendum dialogum cum non christianis. Curat / igitur ut non christiani rite cognoscantur et iuste 920
aestimentur a christianis, utque vicissim iidem christianam doctrinam et vitam aeque cognoscere et aestimare possint; desideria Ordinariorum excipit et perpendit; formationi consulit eorum qui in dialogum incumbent; incepta proponit, examinat, approbat quae experientia subiecerit.

100. Eidem adnectitur Officium ad rationes fovendas cum Musulmanis.

Cap. III.—Secretariatus pro non credentibus

101. Secretariatus pro non credentibus Praesidem habet S. R. E. Cardinalem, iuvantibus Secretario et Subsecretario, et constat ex quibusdam Cardinalibus et Episcopis a Summo Pontifice nominatis, quibus accedunt Consultores ex toto Orbe electi.

102. Secretariatus, probante Summo Pontifice, in atheismi studium incumbit, ut eius diversas rationes intimius exploret et, quoad fieri possit, colloquium instituat cum ipsis non credentibus, qui collaborationem sincere acceptent.

V. CONSILIUM DE LAICIS ET PONTIFICIA COMMISSIO STUDIORUM A «IUSTITIA ET PACE»

103. Normae valent quae editae sunt in Litteris Apostolicis *Catholicam Christi Ecclesiam* Motu Proprio datis die 6 Ian. 1967 [48]. / 921

[44] *A. A. S.* LIX (1967), pp. 25-28 [LE 351].

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

VI. TRIBUNALIA

Cap. I.—Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae

104. Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae constat ex nonnullis S. R. E. Cardinalibus a Summo Pontifice nominatis, quorum unus, ab eodem delectus, Praefecti munere fungitur, auxilium ferentibus Secretario et Subsecretario. Duplicem habet sectionem.

105. Per *sectionem primam* Tribunal ea cognoscit, aut ex potestate ordinaria aut ex potestate delegata, quae eidem tribuuntur in Codice iuris canonici [49]: competentiam tribunalium, etiam pro causis matrimonialibus constitutorum, prorogat; forum peregrinorum in Urbe, donec aliter provideatur, extendit ad processus nullitatis matrimonii, extraordinariis dumtaxat in adiunctis et gravissimis de causis; ad normam sacrorum canonum invigilat pro munere suo rectae administrationi iustitiae; tribunalium regionalium vel interregionalium erectionem curat; iuribus gaudet, quae eidem tribuuntur in Concordatis inter Sanctam Sedem et varias Nationes.

106. Per *alteram sectionem* Signatura Apostolica contentiones dirimit ortas ex actu potestatis administrativae ecclesiasticae, et ad eam, ob interpositam appellationem seu recursum adversus decisionem competentis Dicasterii, delatas, quoties contendatur actum ipsum legem aliquam violasse. In his casibus videt sive de admissione recursus sive de illegitimitate actus impugnati.

107. Per eandem sectionem iudicat insuper de conflictibus competentiae inter Dicasteria Sedis Apostolicae; cognoscit negotia administrativa a Romanae Curiae Congre-
922 gationibus ipsi / delata; videt de quaestionibus a Summo Pontifice eidem commissis.

108. Signatura Apostolica regitur lege propria.

Cap. II.—Sacra Romana Rota

109. Firmis manentibus praescriptis Codicis iuris canonici [50], competentia Sacrae Romanae Rotae in causis nullitatis matrimonii ad Sedem Apostolicam rite delatis, extenditur etiam ad causas inter partem catholicam et acatholicam, vel inter partes acatholicas, sive ad latinum, sive ad orientales ritus alterutra, vel utraque pars baptizata pertineat, remissis tamen quaestionibus doctrinalibus, Fidem attingentibus, Congregationi pro Doctrina Fidei, ad normam nn. 29 et 31 huius Constitutionis.

110. Sacra Romana Rota suis regitur normis.

Cap. III.—Sacra Paenitentiaria Apostolica

111. Sacrae Paenitentiariae Apostolicae praeficitur Cardinalis Paenitentiarius Maior, qui adiuvatur a Regente aliisque Praelatis, qui eiusdem Paenitentiarii Maioris Consilium efficiunt [51].

112. Huius tribunalis iurisdictio complectitur ea quae forum internum etiam non sacramentale respiciunt; quare hoc tribunal pro foro interno largitur gratias, absolutiones, dispensationes, commutationes, sanationes, condonatio-
923 nes. /

113. Eidem dumtaxat Paenitentiariae insuper demandantur ea quae spectant ad concessionem et usum indulgentiarum, salvo tamen iure Congregationis pro Doctrina Fidei videndi ea quae doctrinam dogmaticam circa easdem indulgentias attingunt.

VII. OFFICIA

Cap. I.—Cancellaria Apostolica

114. Cancellaria Apostolica, cui praeest Cardinalis S. R. E. Cancellarius, iuvante Regente, munere fungitur expediendi tum Litteras Decretales atque Constitutiones apostolicas, tum Litteras apostolicas in forma Bullae vel Brevis maioris momenti, prouti lege statutum est, vel id commissum a Summo Pontifice aut a propriis Romanae Curiae Dicasteriis.

[49] Can. 1603, 1604, 1605 C. I. C.
[50] Can. 1598; 1599; cf. etiam can. 1557, § 2 C. I. C.
[51] Pius XI, Const. *Quae divinitus Nobis*, diei 25 martii 1935, nn. 2-3; cfr. *A. A. S.* XXVIII [1935], p. 97 ss. [LE 1264].

115. Litterae, sive in forma Bullae sive in forma Brevis, ne expediantur, nisi de mandato Summi Pontificis vel cuiusdam Dicasterii, singillatim servatis eiusdem mandati terminis [52].

116. Cancellariae Apostolicae est sigillum plumbeum atque anulum piscatoris summa cura custodire.

Cap. II.—Praefectura rerum oeconomicarum S. Sedis

117. Praefectura rerum oeconomicarum Sanctae Sedis, quam dirigit Commissio trium Cardinalium, quorum unus Praesidis munere fungitur, iuvante Praelato Secretario, coordinat omnes administrationes bonorum Sanctae Sedis eiusque invigilat. /

924

118. Praefecturae adsunt Ratiocinator Generalis aliique Computatores, iuxta necessitates, eidemque consilium praebet Coetus consultorum ex clericis vel laicis vere peritis eligendorum a Summo Pontifice.

119. Commissio Patrum Cardinalium, Praelatus a Secretis et Consultores elapso a nominatione quinquennio indigent confirmatione.

120. Praefectura munera obtinet quae sequuntur:

1.° recipit tum relationem de statu patrimoniali et oeconomico, tum rationem accepti et expensi atque aestimationem sumptuum sive praeviam sive posteriorem exhibitam a bonorum Administratoribus, qui a Sancta Sede pendent, licet quamdam vel etiam plenam libertatem (vulgo: autonomia) habeant, haud exceptis Commissionibus et Administrationibus Pontificiis sive in Urbe sive extra Urbem, salva tamen peculiari ordinatione Instituti Religionis operibus tutandis;

2.° sedulo perpendit rationem et aestimationem, de quibus supra, ut —statuto tempore— per Cardinalem Praesidem exhibere possit approbationi Summi Pontificis generalem computationem (= bilancio) accepti et expensi anni superioris (consuntivo) necnon praeviae aestimationis pro anno subsequente (preventivo);

3.° coordinat omnia nummaria Sanctae Sedis incepta (vulgo investimenti, operazioni importanti) iisque invigilat, ita ut singula ordinatim procedant ad suum assequendum finem;

4.° examinat laborum adumbrationes, tum praevias tum exsecutivas et, si opus fuerit, ipsis laboribus invigilat;

5.° taxat centesimas partes, Administrationi Generali Patrimonii Apostolicae Sedis tradendas, titulo contributionis ad onera levanda;

6.° libros inspicit et documenta, eaque expendit quae ordinariam gestionem excedunt; de quibus relationem scriptam per Cardinalem Praesidem Summo Pontifici tradit.

121. Praefectura cognoscit insuper de iis qui, munus sibi commissum obeuntes, patrimonio Sanctae Sedis damnum quomodocumque intulerint. Actiones poenales autem
925 vel civiles / deferentur Tribunali competenti, aut, si hoc desit, Commissioni specialiter deputandae vel, de Summi Pontificis mandato, Tribunali S. R. Rotae.

Cap. III.—Camera Apostolica

122. Camera Apostolica, cui praeficitur Cardinalis S. R. E. Camerarius, vel, eo impedito, Vice Camerarius, munus servat curandi atque administrandi bona et iura temporalia Sanctae Sedis, quo tempore haec vacat [53].

In his obeundis muneribus adamussim observentur speciales leges iam latae vel edendae.

Cap. IV.—Administratio Patrimonii Apostolicae Sedis

123. Administratio Patrimonii Apostolicae Sedis, cui praeest Cardinalis Praeses, assistente Patrum Cardinalium Consilio, et adiutricem operam praestante Secretario, duplicem sectionem habet: ordinariam et extraordinariam.

124. § 1. *Sectio ordinaria* commissis muneribus administrandi fungitur, Delegato directe moderante.

§ 2. *Sectio extraordinaria*, altero Delegato moderante, munera obtinet a Summo Pontifice ipsi commissa, et suis regitur peculiaribus legibus.

[52] Can. 20 C. I. C. [53] Can. 262 C. I. C. [54] Can. 254 C. I. C.

Cap. V.—Apostolici Palatii Praefectura

125. Praefectura Palatii Apostolici, quam moderatur Praefectus, iuvante Regente, praeest Palatio Apostolico, et Summo Pontifici adest, sive in ipso Palatio, sive quo
926 ille se confert. /

126. § 1. Eiusdem Praefecturae est admissiones coram Summo Pontifice ordinare, et omnia apparare quae respiciunt sacras caeremonias pontificias extra partem stricte liturgicam, reservatis autem Vicario Generali Civitatis Vaticanae omnibus quae ad curam spiritualem spectant eorum qui in eadem Vaticana Civitate commorantur vel laborant, concordi consilio cum iis quorum interest.

§ 2. Item ad Praefecturam pertinet necessaria vel opportuna disponere, quotiescumque Summus Pontifex e Palatio Apostolico in Urbem se confert; opem vero auxiliumque praestare Secretariae Status quoties Summus Pontifex ad peregrinationes apostolicas sese accingit.

127. Praefectura insuper cognoscit de priore loco attribuendo sive Patribus Cardinalibus sive Legatis, quos Nationes ad Sanctam Sedem mittunt [54]; itemque, coniunctim cum Secretaria Status, servat quae servanda sunt, cum iis, qui supremum tenent populorum principatum, vel excelsa dignitate praediti sunt, a Romano Pontifice sollemniter admittuntur coram.

128. Praelatus Palatii Apostolici Praefectus indiget confirmatione novi electi Summi Pontificis.

Cap. VI.—Generale Ecclesiae Rationarium

129. Ecclesiae Rationarium seu Officium Statisticae munus habet notitias colligendi et ordinatim componendi, quae necessariae vel utiles ad Ecclesiae statum melius dignoscendum et ad sacros Pastores adiuvandos videantur.

130. Officium, ut notitiae rite comparentur, opportunis datis normis curat ut in paroeciis, dioecesibus, regionibus, religiosorum institutis necnon in Dicasteriis Romanae Curiae, iisque indicata via et ratione, rationaria seu indices rite conficiantur, quae statis temporibus ad ipsam mittan-
927 tur, ut coordinata / summa earum omnium rerum fiat, quae ad vitam Ecclesiae respiciant.

131. Officium, facta comparando, indices generales exarat et iis quorum interest illustrat, ut accuratissime ostendatur momentum eorum quae observantur, causas indicando atque effectus inde nascentes.

APPENDIX

I)

132. Reverenda Fabrica S. Petri curare perget ea quae ad Basilicam Principis Apostolorum pertinent, iuxta praescriptum Constitutionis *Sapienti Consilio*, diei 29 Iunii 1908, et concorditer agens cum Capitulo eiusdem Basilicae.

133. Permanent in statu quo ante Bibliotheca Apostolica Vaticana, Archivum Secretum Vaticanum, Typographia et Libraria Vaticana, Officium Magistri largitionum Pont. Max. seu Eleemosynaria Apostolica, Consilium pro instrumentis communicationis socialis, ceteriique Coetus permanentes Pontificii, necnon Consilium ad exsequendam Constitutionem Concilii Vaticani II de Sacra Liturgia, donec munus absolvat.

134. Quae autem respiciunt Pontificiam Domum suis regentur normis.

Secretarius vero Brevium ad Principes et Secretarius Epistolarum latinarum muneribus cuiusque propriis fungi pergent, donec aliter provideatur.

II)

135. Huic Constitutioni Apostolicae accedet *Ordo servandus* seu normae communes quibus disciplina et modus tractandi negotia in Dicasteriis Sanctae Sedis praestituitur, firma manente generali norma de qua in tit. I, cap. I,
928 n. 12. /

III)

136. In omnibus autem et singulis recensitis Congregationibus, quemadmodum et in ceteris Dicasteriis, hoc in primis solemne sit, ut nihil grave et extraordinarium agatur, nisi a Moderatoribus eorundem Summo Pontifici fuerit ante significatum.

Insuper decisiones quaevis pontificia approbatione indigent, exceptis iis pro quibus Dicasteriorum Moderatoribus speciales facultates tributae sint, exceptisque sententiis tribunalis S. R. Rotae et Signaturae Apostolicae intra limites suae competentiae latis.

* * *

Decernentes praesentem Constitutionem Apostolicam firmam, validam et efficacem semper esse ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere a Kalendis Ianuariis anni MCMLXVIII et illis ad quos spectat aut quomodolibet spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XV mensis Augusti, in Assumptione B. M. V., anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.—Paulus Pp. VI.

Adn. E. BERGH in NrT 90 (1968) 299-306; I. GORDON in PrM 58 (1969) 59-116; A. GUTIERREZ in CpR 48 (1969) 325-338; G. M. PINNA in Apoll. 43 (1970) 45-57 et in Riv. dioc. Roma 8 (1967) 1029-1040; F. ROMITA in ME 93 (1968) 58-85; J. SANCHEZ in REDC 22 (1966) 461-478; 23 (1967) 85-107, 333-371; J. A. SOUTO in Ius can. 8 (1968) 547-568.

3589

1967 AUG 17.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

Experimenta contra ius commune vel particulare permittuntur quoad recitationem chioralem Officii Divini, quoad habitum religiosum et quoad clausuram

Vigore facultatum a SSmo Domino Nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne adnuit experimentis faciendis contra ius commune, ita ut:

1. *Quoad recitationem divini Officii*: «Omnes Fratres faciant divinum Officium iuxta mandatum Regulae. Ubi Fratres convivunt vel quocumque conveniunt, Officium divinum sit eorum communis oratio et ordinarie communiter peragatur, salva Fratrum laicorum libertate Officium «Pater noster» a Regula praescriptum recitandi. Communis divini Officii celebratio non ad determinatum locum, sed ad fraternitatem pertinet. Ecclesia tamen ordinarie praeferatur, tum quia locus sacer, tum quia in ea efficacius testimonium orationis populo Dei reddi potest.

«Capituli conventualis est, approbante Ministro Provinciali, cum consensu sui Definitorii, determinare tempus ceterasque circumstantias Eucharistiae celebrationis et orationis in communi, sive agatur de divino Officio, sive de Verbi Dei aliisque celebrationibus Ordinis indoli consentaneis, servatis tamen normis a competenti Auctoritate datis. In Ecclesiis Ordinis foveatur cantus Laudum et Vesperarum cum populo.»

2. *Quoad habitum religiosum*: «Habitus communis Fratrum Minorum, iuxta Regulam et traditionalem formam Ordinis, constet tunica cum caputio subnigri seu fulvi coloris, et corda alba.

«Usus tamen habitus circumstantiis peculiaribus accommodari potest; et Fratribus licet uti aliis vestibus a Definitorio provinciali determinatis, servato more ecclesiasticorum in regione. Ubi fieri potest, Fratres sandaliis utantur, nisi rationabilis causa aliud suadeat.»

3. *Quoad clausuram*: «Ad vitam familiae religiosae protegendam, servetur clausura. Superioris maioris est clausurae limites definire aut mutare; immo clausuram ipsam poterit etiam ad tempus tollere, gravi de causa, consentiente Definitorio et audito Discretorio conventuali. Guardianus autem potest limites clausurae mutare et etiam tollere tantum per modum actus et gravi de causa.»

Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, die 17 Augusti A. D. 1967.—I. Card. Antoniutti, *Praef.* Ant. Mauro, *A Secr.*

* Ordini Fratrum Minorum, Prot. N. 8844/67: CpR 48 (1967) 416. Vide Preces apud CpR 48 (1967) 415-416.

3590

1967 AUG 19.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 60 (1968) 10

Nuntiatura Apostolica in Regno Lesothiano erigitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quantum utilitatis e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi cum

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

Civitatibus soleat exsistere, neminem latet estque usu iam dudum comprobatum. Cum igitur commodum visum esse fuerit Apostolicam Sedem et Lesothianum Regnum publicis huiusmodi vinculis inter se coniungi, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi *Apostolicam Nuntiaturam* apud Regnum Lesothianum erigimus et constituimus, eidemque omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi sic per Nos constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIX mensis Augusti, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3591

1967 AUG 22.-SC SACRAMENTORUM, DECRETUM. PART.*

DECRETUM DE ORDINANDIS TRIBUNALIBUS ECCLESIASTICIS PROVINCIALIBUS DITIONIS COLUMBIANAE

Excmus Episcoporum Coetus Columbiae, in America Meridionali, prae oculis habitis:

Iis quae Litteris Apostolicis «Qua cura», die 8 Decembris 1938 Motu Proprio a Pio PP. XI, v. m. datis *(A. A. S.*, XXX, p. 410 ss.) [LE 1457], pro Tribunalibus ecclesiasticis Italiae salubriter provideque statuta fuere;

Decreto S. Congregationis de Disciplina Sacramentorum diei 28 Ianuarii 1946 *(A. A. S.*, XXXVIII, p. 281 pp.) [LE 1850], pro Tribunalibus ecclesiasticis matrimonialibus Ditionis Canadensis ordinandis;

Decreto eiusdem S. Congr. diei 31 Decembris 1956 *(A.A.S.* XXXIX, p. 163 ss.) [LE 2619], pro Tribunalibus ecclesiasticis matrimonialibus Insularum Philippinarum ordinandis;

Decreto eiusdem S. Congr. diei 16 Februarii 1965 pro Tribunalibus Ecclesiasticis Massilien. et Aquen. constituendis, ad causas nullitatis matrimonii octo dioecesium Galliae meridionalis pertractandas [LE 3261];

Decreto eiusdem S. Congreg. diei 17 Februarii 1965 pro Tribunalibus Ecclesiasticis Tolosan. et Ruthenen. constituendis, ad causas null. matrimonii aliarum undecim dioecesium Galliae [LE 3260];

Decreto S. Congregationis Consistorialis diei 18 Maii 1965 *(A. A. S.*, LVII, p. 1006 ss.) [LE 3284], «Tolosanae-Ruthenensis et aliarum. De causis agendis», quo praecedens Decretum extensum fuit ad causas sive contentiosas sive criminales;

Perpensis gravibus difficultatibus, quas idem Coetus, praesertim in praesentiarum, experitur, ob sacerdotum penuriam, qui ad judiciarium laborem incumbant, ad propria ac idonea Tribunalia constituenda, a S. Congregatione de disciplina Sacramentorum postulat ut, prorogata a S. Congr. Consistoriali competentia ad causas sive criminales sive contentiosas et a S. Congreg. de Fide Prop. pro locis Missionum pertractandas, Tribunalia ecclesiastica Ditionis Columbianae prout sequitur, ordinentur:

Constituantur tribunalia provincialia ad causas universas, sive matrimoniales (formales, summarias, coniugum separationis) sive contentiosas sive criminales pertractandas.

Quae Tribunalia provincialia primae instantiae communia sint omnibus dioecesibus uniusculusque provinciae et insimul unicuique *propria*. Tribunalis provincialis praeterea competentia *extendatur* etiam ad territoria christianae fidei propagatoribus commissa;

Constituatur pariter in civitate Bogotensi Tribunal Unicum Appellationis ad pertractandas, in secunda instantia, universas causas Ditionis Columbianae, incolumi semper manente facultate directe appellandi ad Tribunal Sacrae Romanae Rotae iuxta can. 1599 par 1, n. 1 C. J. C.

Quas preces Sacra haec Congregatio de Disciplina Sacramentorum cum rite perpendisset, prorogata petita competentia a Sacris Congregationibus Consistoriali (Litt. die 5 Maii sub N. 521/67 datis) et de Propaganda Fide (Litt. die 5 Maii sub. n. 2069/67 datis), attento etiam favorabili voto Excmi Nuntii Apostolici in Columbia, per infrascriptum Card. Praefectum retulit Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papae VI in Audientia die 17 Junii 1967 eidem benigne concessa.

Sanctitas vero Sua quae sequuntur, *ad quinquennium et ad experimentum*, statuere dignata est, decernens eadem executioni mandanda, contrariis quibuscumque, licet speciali mentione dignis, minime obstantibus:

I. Constituuntur octo Tribunalia Provincialia in sedibus Metropolitanis Bogotensi, Caliensi, Carthaginensi, Manizalensi, Medellensi, Neopampilonensi, Popayanensi et Tunquensi ad definiendas, in prima instantia, causas, sive formales, sive summarias, nullitatis matrimonii, coniugum separationis necnon causas contentiosas et criminales dioecesium suffraganearum, Vicariatuum Praefecturarumque Apostolicarum.

II. In urbe Bogotensi constituitur Tribunal Unicum Appellationis ad definiendas in 2.° jurisdictionis gradu *universas* causas Ditionis Columbianae a Tribunalibus Provincialibus in prima instantia pertractatas, incolumi semper manente jure appellandi ad Tribunal Sacrae Romanae Rotae iuxta can. 1599 par. 1, n. 1.

Tribunal tamen Unicum Appellationis in urbe Bogotensi constitutum sedem propriam habeat, a sede tribunalis primae instantiae omnino distinctam, et Officialem, Vice Officialem, Judices, Promotorem Justitiae, Vinculi Defensorem et alios administros ab iis, qui in tribunalibus provincialibus operam dant, diversos.

III. Officiales, Vice Officiales, Judices, Promotores Justitiae et Vinculi Defensores (necnon, si opus sit, eorum substituti) octo Tribunalium Provincialium ex omnibus dioecesibus et Vicariatibus ac Praefecturis Apostolicis aeque deligi debent; omnes, tamen, constituantur oportet, *ad validitatem*, in Coetibus Provincialibus Episcoporum ad majorem suffragiorum partem.

IV. Officialis, Vice Officialis, Judices, Promotor Justitiae et Vinculi Defensor (necnon, si opus sit, eorum substituti) Tribunalis Unici Appellationis, nominentur, item ad majorem suffragiorum partem, a Conferentia Nationali Episcoporum, approbante Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum.

V. Tribunalium Provincialium primae instantiae et Tribunalis Unici Appellationis iura et Officia, practicam agendi rationem, tempus executionis eorum quae supra statuta sunt normasque temporarias, relate ad causas pendentes, Sacra Congr. de Disciplina Sacramentorum definiet.

Eadem Sacra Congregatio vigilem sedulamque pro suo munere operam dabit ut tum Officiales, tum Judices, tum praesertim Promotores Justitiae et Vinculi Defensores muneribus suis rite naviterque perfungantur iuxta normas ab eadem S. Congregatione editas vel edendas.

VI. Ad provinciarum ecclesiasticarum fines autem constabiliendos, in Ditione Columbiana, ipse Episcoporum Nationalis Coetus jure proprio utatur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 22 Augusti A. D. MCMLXVII. B. Card. ALOISI MASELLA, *Praef.* B. Fagiolo, *Subsecr.*

* REDC 25 (1969) 385-387. Adn. A. TOBON in REDC 25 (1969) 392-402.

3592

1967 AUG 22.-SC SACRAMENTORUM, NORMAE. PART.*

NORMAE PRO EXSEQUENDO DECRETO 22 AUG. 1967 DE ORDINANDIS TRIBUNALIBUS ECCLESIASTICIS PROVINCIALIBUS ET TRIBUNALI UNICO SUPERIORI APPELLATIONIS IN DITIONE COLUMBIANA PRO CAUSIS NULLITATIS MATRIMONII ALIISQUE CONTENTIOSIS ET CRIMINALIBUS IN PRIMO ET SECUNDO JURISDICTIONIS GRADU PERTRACTANDIS

Ut ad effectum deducantur quae per praefatum Decretum diei 17 mensis Iunii 1967 [22 Augusti 1967: LE 3590] praescripta sunt, Sacra haec Congregatio quae sequuntur statuit:

CAP. I.—*De Tribunalium moderatore, judicibus et administris*

Art. 1. *a)* Tribunal provinciale subest auctoritati Archiepiscopi loci in quo ipsum sedem habet, qui proinde, idem regit et moderatur nomine omnium provinciae Episcoporum eidemque omnia iura et officia attribuuntur quae Ordinariis locorum, ad norman sacrorum canonum et Instructionis Sacrae huius Congregationis de Disciplina Sacramentorum diei 15 Augusti 1936 [LE 1347], circa proprium Tribunal competunt, nisi aliter infra cautum sit, vel subiecta materia exigat.

b) Sede Metropolitana Archiepiscopi Moderatoris vacante, tribunal provinciale regatur ad normam juris et Instructionis diei 15 Augusti 1936; nominationes vero vel remotiones personarum fient in Coetu Provinciali Excmorum Ordinariorum, cui praeerit senior Archiepiscopus.

c) Tribunal Unicum Superius Appellationis subest auctoritati Sacrae huius Congregationis, quae repraesentatur per Excmum Nuntium Apostolicum pro tempore, eoque absente, per eum qui Nuntii Apostolici legitime vices gerit.

Art. 2. Judices et administri tribunalis provincialis constituentur in Coetu Provinciali Excmorum Ordinariorum Provinciae.

Nomina eorum qui electi sint ad munera Officialis (necnon, si extent, Vice-Officialium), Judicum, promotoris justitiae, defensoris vinculi (horumque, si adsint, substitutorum), tribunalium provincialium primae instantiae cum Excmo Nuntio Apostolico Ditionis Columbianae quamprimum ab Excmo Praeside Coetus Provincialis communicentur, una cum indicatione aetatis, studiorum, curriculi vitae necnon cum testimonio circa eorum sacerdotales virtutes, hanc etiam ob causam ut eidem Nuntio opportunitas praebeatur significandi utrum cuiusquam electorum nominationi aliquid obstet.

Art. 3. Candidati ad munera Officialis, necnon Vice-officialis, judicum, promotoris Justitiae et defensoris vinculi (ac, si adsint, substitutorum) Tribunalis Unici Superioris Appellationis proponendi sunt ab Excmis Ordinariis Ditionis Columbianae in Coetu Generali, Excmo Nuntio Apostolico praesidente, Sacrae huic Congregationi, quae eos eligat ad munera.

Ceteri vero administri Tribunalis Unici Superioris Appellationis nominabuntur a praedicto Episcoporum Coetu Generali.

Una cum nominibus candidatorum Sacrae huic Congregationi transmittantur pro singulis indicationes aetatis, studiorum curriculi vitae necnon testimonia circa eorum sacerdotales virtutes ut supra in art. 2.

Si id expedire censuerit, Sacra haec Congregatio eligere poterit personas a candidatis propositis diversas.

Art. 4. Curandum erit ut candidati non modo morum integritate praestent et laurea vel saltem licentia in jure canonico sint praediti, sin minus scientia et experientia juridica vere polleant, sed tempus quoque sufficiens impendere valeant muneribus sibi collatis rite obeundis.

Nominationes de quibus supra generatim *ad triennium* fiant, salva facultate eas confirmandi ad successiva triennia.

Art. 5. Omnes qui Tribunal provinciale constituunt aut eidem operam praestant, jusiurandum de officio rite et fideliter implendo coram Archiepiscopo Moderatore Tribunalis Provincialis praestare debent.

Judices et omnes Administri Tribunalis Unici Superioris Appellationis coram Excmo Nuntio Apostolico pro tempore iusiurandum praestabunt.

Art. 6. Officialis, Vice-Officiales, judices, promotor iustitiae et vinculi defensor (necnon, si adsint, eorum substituti) tribunalis provincialis primae instantiae, ab Archiepiscopo sedis tribunalis Provincialis removeri non possunt, durante munere, nisi gravi et urgenti de causa, auditoque Excmo Nuntio Apostolico, qui statim Sacram hanc Congregationem certiorem faciet.

Memorati autem administri Tribunalis Unici Superioris Appellationis tantummodo a Sacra hac Congregatione removeri poterunt.

Art. 7. Nemo judicis munere in causa matrimoniali fungi poterit qui advocati vel procuratoris munus actu exerceat, sive directe sive per interpositam personam, quamvis id etiam apud alia Sanctae Sedis tribunalia agat: idem valet pro justitiae promotore et pro vinculi defensore. Iidem omnes districte vetantur in quaslibet causas matrimoniales extra munus suum se quomodolibet ingerere.

Art. 8. Archiepiscopus Sedis Tribunalis Provincialis, collatis consiliis cum ceteris Excmis Episcopis provinciae, *Album* advocatorum et procuratorum tribunalis conficiendum curet, iuxta artt. 17-53 memoratae Instructionis idemque peragat Excmus Nuntius Apostolicus ad Tribunal Unicum Superioris Appellationis, quod attinet, praehabita aprobatione Sacrae huius Congregationis.

CAP. II.—*De modo procedendi in tractatione causarum matrimonialium*

Art. 9. Ut tuto procedatur in causis matrimonialibus pertractandis apud Tribunalia quae, praefato Decreto diei 17 Junii c. a., in Ditione Columbiana, instituta sunt, adamussim Instructio diei 15-8-1936, supra memorata, servetur, his tantum additis aut immutatis quae infra adnotantur.

Art. 10. Quoad tribunalis provincialis primae instantiae competentiam serventur artt. 1-12 praefatae Instructionis, attento quod tribunal provinciale relate sive ad universas causas matrimoniales et ad causas coniugum separationis sive ad causas contentiosas sive criminales *commune* est ac *proprium* singulae cuiusque dioecesis provinciae necnon singulorum locorum Missionum.

Art. 11. Causae ita inscribantur: primum ponatur nomen tribunalis provincialis, dein dioecesis celebrati matrimonii vel partis conventae, postremo titulus causae, ex gr. «Tribunal Bogotense-Zipaquiren. Nullitatis Matrimonii (N. N.)».

Art. 12. Ad Episcopum domicilii coniugum spectat judicium de existentia adiunctorum ferre, de quibus in art. 38 § 2 et 39, *b)* Instructionis *Provida Mater* [LE 1347] quod tamen judicium antequam ferat, opportune cum Excmo Moderatore Tribunalis aget.

Art. 13. Excmi Moderatoris Tribunalis erit tutorem aut curatorem admittere vel designare ad normam art. 78 memoratae Instructionis, collatis consiliis cum Episcopo partis conventae cui tutor vel curator est constituendus.

Art. 14. *a)* In casibus exceptis, de quibus in cann. 1990-1992, quaelibet petitio remittatur ad Archiepiscopum tribunalis provincialis, qui, praehabito Voto Episcopi domicilii coniugum, de eodem videat, ad normam Tit. XV citatae Instructionis. Officialis vero, de quo in art. 228 Instructionis, est Officialis Tribunalis provincialis.

b) Vinculi Defensor autem facile ne omitat appellationem, de qua in art. 229 Instructionis *Provida Mater*, interponere ad tribunal alterius instantiae, praesentim cum agatur de impedimentis a quibus dispensari solet.

CAP. II.—*De ministrorum tribunalium, advocatorum et procuratorum remuneratione necnon de taxis et judicialibus expensis*

Art. 15. Remunerationes pro Tribunalium Ministris ab Excmorum Episcoporum Coetu definiantur, probe consideratis locorum temporumque adiunctis, sicut et causarum numero, adeo ut iidem congrua mercede donentur.

Art. 16. Idem Excmorum Episcoporum coetus taxarum et expensarum judicialium necnon emolumentorum ad advocatos et procuratores spectantium notulam pro causis nullitatis matrimonii pertractandis definiat.

Notula ipsa vero taxarum, expensarum judicialium (prae oculis habito art. 233 citatae Instructionis) et emolumentorum distincte litigantibus necessario notificetur.

Art. 17. Excmi Ordinarii in suetis Regionalibus Coetibus contributionem statuant singularum dioecesium pro expensis Tribunalium, numero catholicorum vel etiam, si opportunum fuerit, numero causarum singularum dioecesium proportionatam.

Ad gratuitum vel semigratuitum patrocinium quod attinet, quoties idem ad normam juris (c. 1914 ss.; art. 237 ss. Instructionis *Provida Mater)* concessum fuerit, litigantium dioecesi vel dioecesibus onus incumbet expensas solvendi.

Art. 18. Curent Excmi Moderatores, ut collatis consiliis cum ceteris Episcopis Regionis vel Provinciae, in sede Tribunalium sive primae instantiae sive in sede Tribunalis Unici Superioris Appellationis, juridica *Bibliotheca* constituatur ad Ministrorum muneri favendum.

http://www.obrascatolicas.com

CAP. IV.—*Normae temporaneae seu transitoriae*

Quae supra statuta sunt necnon Decretum diei 17 mensis Junii 1967 de ordinandis Tribunalibus Ecclesiasticis in Ditione Columbiana exsecutioni mandentur die 12 Octobris 1967.

Quoad causas quae dicta die pendentes in prima instantia inveniantur in Tribunalibus dioecesanis, ita procedatur:

1) Si libellus iam oblatus est, nec adhuc ad litis contestationem seu dubiorum concordantiam (c. 1727 C. J. C.: art. 88 Instr. *Provida Mater*) deventum sit, libellus ipse ad competens tribunal primae instantiae, iuxta superius Decretum, transmittatur, neque de causa ulterius agat tribunal dioecesanum.

2) Si instructio processus in prima instantia sit tantum initiata per litis contestationem et partes, Vinculi Defensor et Justitiae Promotor, si causae interserit, non obstent, processus deferri potest ad competens Tribunal primae instantiae iuxta superius Decretum.

3) Causa iam conclusa (art. 177 Instr. *Provida Mater*), Tribunal dioecesanum sententiam definitivam edat necesse est.

4) Idem fiat, mutatis mutandis, in causis quae agitentur in gradu appellationis.

SS. D. N. Paulus Divina Providentia Pp. VI, in Audientia Emño huius Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto die 17 Junii 1967 concessa, praefatas Normas benigne confirmare et ratas habere dignatus est.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 22 Augusti 1967.—B. Card. ALOISI MASELLA, *Praef.* B. Fagiolo, *Subsecr.*

* REDC 25 (1969) 387-391. Adn. A. TOBON in REDC 25 (1969) 392-402.

3593

1967 AUG .. -CONS. LITURGIAE, RESPONSUM. PART.*

SOLVUNTUR DUBIA CIRCA ORDINEM MISSAE

1. *Utrum in n.* 29 c) *Instructionis de Musica in sacra Liturgia* [LE 3541] «*Formulae dimissionis*» *quae cantu sunt proferendae includant etiam benedictionem sacerdotis?*—RESP. Iuxta recentiorem instaurationem ritus conclusionis Missae habetur salutatio populi, benedictio, dimissio. Ad normam ergo rubricarum nunc vigentium, quibus cantus benedictionis in fine Missae proprius est solius Episcopi, primum elementum (salutatio) cantu esset proferendum, alterum vero (benedictio) sine cantu, et tertium (dimissio) iterum in cantu.

Nemo est qui non videat quam incongrua sit huiusmodi agendi ratio, iuxta quam elementum maioris momenti, nempe benedictio, minoris evaderet sollemnitatis. Usque adhuc incongruentia minus sentiebatur: nam benedictio posita erat in fine, separata a formula dimissionis per recitationem secreto factam orationis *Placeat*, et ideo manebat quid per se stans. Nunc vero formula benedictionis inseritur inter duas alias formulas cantatas, et transitus a cantu ad recitationem et iterum ad cantum minus aptus videtur.

Proinde, attenta nova elementorum ordinatione in ritu conclusionis Missae, ut uniformitas inter haec elementa servetur, congruum videtur ut etiam formula benedictionis, in Missis in cantu, etiam a sacerdote cantu proferatur.

Duplex melodia pro benedictione finali proponitur, in suo contextu inserta. Etiam partes Episcopo reservatae referuntur. Prima melodia cum tono orationis festivo et feriali aptius ligatur; altera vero cum tono orationis «ad libitum».

2. *Utrum monitio «Oremus» ante antiphonam ad offertorium adhuc proferenda sit?*—RESP. *Negative.* Nam oratio fidelium quae praecedit antiphonam ad offertorium, monitione sacerdotis ad orationem invitantis introducitur. In casu, ergo, adhortatio «Oremus» duplicatum faceret. Hoc Sensu «Variationes in Ordinem Missae inducendae» emendarunt rubricam n. 18 *Ordinis Missae*; quod valet pro omnibus Missis, etiam quando oratio universalis non dicitur, ut uniformitas habeatur.

3. *Utrum diebus dominicis nocturnus cum tribus tantum psalmis et tribus lectionibus dici possit?*—RESP. Dies dominicae sunt I vel II classis. Tamen matutinum unicum habet nocturnum cum novem psalmis et tribus lectionibus. Deinde ortum est dubium utrum etiam in ipsis quis uti posset simplificatione n. 19 *Instructionis alterae*, diei 4 maii 1967 [LE 3555].

Spiritum legis est obviare necessitati sacerdotum, qui diebus dominicis labore pastorali incumbunt et magis obruuntur quam quibusdam aliis festis I vel II classis qui per hebdomadam occurrunt. Ergo etiam in dominicis sacerdotes matutinum ordinare possunt ut constet invitatorio, hymno, tribus ex novem psalmis quae in breviario nunc habentur et tribus lectionibus.

4. *Utrum ablutio digitorum super calicem, attenta facultate quae fit per Instructionem alteram non coniungendi pollices et indices post consecrationem, omitti possit?*—RESP. Facultas, quae fit per *Instructionem alteram* non coniungendi pollices et indices post consecrationem (n. 12) praesupponit ut nullum fragmentum hostiae digitis adhaeserit, aut huiusmodi fragmentum super patenam ponatur per opportunam digitorum abstersionem.

Proinde si haec attente servantur, non videtur esse extra aut contra spiritum legis ut digitorum ablutio super calicem (quae ablutio a sacerdote postea sumenda est) omittatur. Nam his in casibus, deest ratio abluendi digitos, eodem modo ac deest ratio eosdem digitos coniungendi, idest periculum ne aliquod fragmentum hostiae consecratae deperdatur aut profanetur.

Militant pro hac solutione etiam rationes hygienicae, praesertim post distributionem Communionis.

* Notit. 3 (1967) 300-304.

3594

1967 SEP 3.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.*

GRADUALE SIMPLEX IN USUM MINORUM ECCLESIARUM APPROBATUR ET PROMULGATUR

I—DECRETUM

Sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II decretis obtemperans in Constitutione de sacra Liturgia habitis de paranda editione simpliciores gregorianos modos continente, in usum minorum ecclesiarum (art. 117), quo efficacius actuosa totius populi participatio in sacris actionibus in cantu celebrandis obtineretur, Consilium ad praefatam Constitutionem de sacra Liturgia exsequendam deputatum, «Graduale Simplex in usum minorum ecclesiarum» componendum curavit, in quo faciliores cantus ad «Proprium Missae» spectantes continentur, qui in locum ornatiorum melodiarum Gradualis romani permittuntur.

Sacra autem haec Rituum Congregatio, idem «Graduale Simplex» a Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI approbatum, in liberum minorum ecclesiarum usum concedit, idemque adhiberi sinit, nisi aliter in futurum visum fuerit, iuxta normas in ipso «Graduali Simplici» exstantes.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Die 3 sept. 1967.—IACOBUS Card. LERCARO, Archiepiscopus Bononiensis, *Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia.* ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *S. R. C. Praefectus.* Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *S. R. C. a Secretis.*

II—NORMAE GENERALES SEU PRAENOTANDA

I. *De natura huius editionis*

1. Cantum sacrum et actuosam fidelium participationem in sacris celebrationibus in cantu peractis fovere cupiens, Sacrosanctum Oecumenicum Concilium Vaticanum II, in Constitutione de sacra Liturgia edixit ut, praeter typicam gregorianarum melodiarum editionem compiendam, pararetur «editio simpliciores modos continens, in usum minorum ecclesiarum» (art. 117). Cui voto Concilii Patrum obtemperans, a viris peritis haec editio apparata est pro cantibus ad «Proprium Missae» statutis, atque iis ecclesiis destinata est, quibus difficile evadat ornatiores Gradualis romani melodias recte interpretari.

2. Graduale Romanum summo honori Ecclesiae sit ob miros artis pietatisque sensus, quibus abunde praeditus est, et suum integrum valorem servet. Ideo optandum est ut iis in ecclesiis congrue adhibeatur, quae schola cantorum necessaria institutione technica praedita fruuntur, ut ornatiores modos debite assumere valeant.

Immo commendatur ut etiam in minoribus ecclesiis, quae Graduale simplex adhibent, aliquae partes, praesertim vero quae faciliores aut magis in usu apud populum tradito more habentur, e Graduali romano retineantur.

3. Utriusque ergo libri thesaurus non necessario separatim est adhibendus; immo aliqua permixtio formarum ex utroque fonte depromptarum in maiorem et iucundam varietatem cedere potest.

4. Sapienti proinde consilio si adhibeatur, Graduale simplex thesaurum musicum gregorianarum melodiarum nedum pauperiorem reddat, ipsum ditiorem efficit. Et primo quidem ad textuum selectionem quod attinet, cum alios in usum liturgicum inducat, qui usque adhuc in Missali romano non habentur; secundo etiam ad melodias quod spectat, cum aliae non paucae e thesauro authentico fontium gregorianorum accipiantur et proponantur; tertio vero sub respectu quoque pastorali, eo quod facultatem praebeat celebrationes in cantu peragendi etiam in minoribus coetibus.

II. *De criteriis adhibitis*

5. Ut eucharistica celebratio forma nobiliore, idest in cantu, ubique peragi posset, atque in ea fidelium participatio obtineri, necesse omnino erat ut melodiae simplices haberentur.

6. Quae tamen simplices melodiae ex ornatioribus, in Graduali romano exstantibus, derivari non poterant, cum ex

iis notas aliquas aut melismata auferre nullo modo liceret; neque operi consentaneum visum est neogregorianas melodias pro textibus Missalis romani ex novo conficere.

7. Proinde melodiae authenticae, quae fini proposito responderent, exquisitae sunt e thesauro cantus gregoriani, tum e typicis editionibus iam exstantibus, tum e manuscriptis fontibus sive ritus romani sive aliorum rituum latinorum.

8. Sed ex hac nova melodiarum selectione factum est ut textuum quoque nova series oriretur: nam rarissime melodia simplex inventa est cum iisdem verbis in Missali exstantibus connexa. Quoties ergo huiusmodi congruentia haberi non potuit, partes selectae sunt, quae verba praeberent textui Missalis romani similia aut saltem, quoad sensum, propinqua. Saepius tamen textus antiphonae, e psalmo depromptae, quae melodia simplici caret et ideo tamquam antiphona proponi non potuit, in ipso psalmo, post antiphonam decantando, tamquam versus occurrit.

Cum igitur hi novi textus solummodo ex musicalibus rationibus selecti sint, iis sine notis musicis nullo modo uti liceat.

III. *De forma cantuum*

9. Pro cantibus ad introitum, ad offertorium et ad communionem forma adhibetur, quae constat antiphona post psalmi versus resumenda.

10. Pro cantibus inter lectiones occurrentibus invenitur, iuxta diversa anni tempora: *a)* psalmus responsorius, cum responso psalmodico aut alleluiatico; *b)* psalmus absque responsorio qui, tradito nomine, tractus appellatur; *c) Alleluia* cum aliquibus versiculis psalmi, tempore quo canitur *Alleluia*, vel alia acclamatio non alleluiatica ad Evangelium pro tempore a Septuagesima ad Pascha.

IV. *De structura schematum Missarum*

11. In Proprio de Tempore non singulae dominicae propríos cantus habent, sed pro singulis temporibus liturgicis unum vel plura praebentur schemata cum facultate ea per dominicas eiusdem temporis assumendi. Singula tamen festa Domini proprios cantus habent.

12. In Proprio de Sanctis, cantus Missae inveniuntur proprii pro festis quae dominicae occurrenti praevalent.

13. Commune Sanctorum eodem modo ordinatur ac Commune Missalis romani, ea tamen lege ut pro singulis Sanctorum ordinibus unum tantum praebeatur schema, cum pluribus tamen cantibus pro diversis Missae partibus, ita ut liceat unum vel alterum ex ipsis seligere qui Sancto melius congruat.

V. *De personis quae ad cantus Gradualis simplicis exsequendos requiruntur*

14. Attento principio in Constitutione de sacra Liturgia proposito, ut «quisque, sive minister sive fidelis, munere suo fungens, solum et totum id agat, quod ad ipsum ex rei natura et normis liturgicis pertinet» (art. 28), ex structura cantuum Gradualis simplicis: *a) Cantor* antiphonas inchoat, atque versus aliorum psalmorum proponit, populo respondente. Psalmus potest etiam a schola cani. *b) Coetus fidelium* antiphonas, et responsoria ad psalmos inter lectiones occurrentes, cantare debet. Pars fidelium aliquando etiam scholae tribui poterit; convenit tamen ut saltem responsoria ad psalmos inter lectiones occurrentes, attenta eorum natura eorumque facilitate ad cantum, ab universo coetu proferantur.

VI. *De usu Gradualis simplicis*

15. Ad introitum, offertorium et communionem canitur antiphona cum uno vel pluribus versibus psalmi pro opportunitate.

Antiphona resumitur post versus psalmi; versiculi tamen libere seligi possunt, etiam aliquibus ex iis, qui proponuntur, omissis, ita, tamen, ut locutio integra habeatur. Ad introitum et ad communionem in fine dicitur *Gloria Patri* et *Sicut erat*, ex duobus unico versu effecto, prout in tonis communibus notatur.

In canendo psalmo, duo serventur elementa particularia toni psalmodici; nempe: initium, quo finis antiphonae connectitur cum tenore psalmi; et terminatio, qua finis toni psalmi connectitur cum initio antiphonae.

16. Cantus inter lectiones hac ratione ordinatur: *a)* tempore quo dicitur *Alleluia* canitur psalmus cum responso psalmodico et *Alleluia* cum uno saltem versu; aut tantum psalmus cum responso alleluiatico; *b)* tempore quo non dicitur *Alleluia*, canitur psalmus cum responso psalmodico et, ad libitum, antiphona acclamationis ad Evangelium cum uno saltem versu; aut psalmus sine responsorio, id est tractus, et ad libitum antiphona acclamationis, ut supra. *c)* tempore paschali canitur psalmus cum responso alleluiatico, aut *Alleluia* cum suo psalmo.

Quando duo habentur psalmi eiusdem generis, sufficit ut unus eligatur. E psalmo autem quinque saltem versus, ad libitum, si plures proponuntur, seligendi, semper canuntur.

17. Quando plura pro eodem tempore exhibentur schemata, unum vel alterum ad libitum, prout magis opportunum visum fuerit, eligi potest. Immo possunt etiam aliae partes ex uno assumi, aliae ex altero.

18. Ad Communionem cantari potest semper ps. 33 *Benedicam Dominum*, cum Ry. *Alleluia* vel *Gustate.*

* Prot. N. U. 7/966; Notit. 3 (1967) 311-315. Adn. L. AGUSTONI in Notit. 3 (1967) 315-325; C. BRAGA in EL 81 (1967) 478-479; J. CLAIRE in EL 81 (1967) 479-481.

3595

1967 SEP 7.-SC DE PROP. FIDE, FACULTAS. PART.*

FACULTATES SPECIALES CONCEDUNTUR INSTITUTIS RELIGIOSIS MULIERUM IURIS PONTIFICII DEPENDENTIBUS A SACRA CONG. DE PROPAGANDA FIDE

7 Septembris 1967

Révérende Mère, Cette S. C. «de Propaganda Fide» a reçu diverses demandes d'Instituts religieux féminins demandant à pouvoir bénéficier des facultés concédées par la S. C. des Religieux par son Décret *Religionum laicalium* en date du 31 Mai 1966 [LE 3440].

A cet égard, je suis heureux de vous faire savoir que cette S. C. «de Propaganda Fide», après mûr examen et en vue de faciliter le gouvernement intérieur des Instituts religieux féminins qui dépendent d'elle, a décidé ce qui suit:

I.—*Sont accordées aux Superieures Majeures des Congregations feminines de droit pontifical les Facultés suivantes:*

1) Dispenser, avec le consentement de leur Conseil, les postulantes de l'empêchement de naissance illégitime, pourvu que celle-ci n'ait été le fait, ni d'un sacrilège, ni d'un adultère.

2) Permettre, pour un juste motif et avec le consentement de leur Conseil, d'aliéner, mettre en gage, hypothéquer, louer, donner à bail emphytéotique les biens de leur Institut; autoriser les personnes morales de leur Congrégation à contracter des emprunts jusqu'au montant déterminé par la Conférence épiscopale nationale ou régionale et approuvé par le Saint-Siège.

3) Obtenir pour leurs sujettes, qui la demandent, la dispense des voeux temporaires par l'Ordinaire du lieu dont dépend la maison à laquelle la demandeuse est rattachée.

4) Permettre, avec le consentement de leur Conseil, à leurs propres sujettes de résider, pour un juste motif et pas au-delà d'un an, hors d'une maison religieuse. Si cette permission est donnée pour une raison de santé, elle peut être accordée pour tout le temps qui sera nécessaire; si c'est en vue d'une tâche apostolique, elle peut, pour un juste motif, être concedée pour plus d'un an, à condition que cette oeuvre apostolique corresponde aux fins de l'Institut et que soient observées les règles du droit commun et du droit particulier.

Cette faculté peut être subdéléguée par les Supérieures générales, avec le consentement de leur Conseil, aux autres Supérieures Majeures, qui ne pourront en user que si leur propre Conseil y consent.

5) Autoriser, avec le consentement de leur Conseil, leurs professes perpétuelles de voeux simples, qui le demanderont, à renoncer à leurs bien patrimoniaux, pour un juste motif et selon les règles de la prudence.

Cette faculté peut être subdéléguée par les Supérieures générales, avec le consentement de leur Conseil, aux autres Supérieures Majeures, qui ne pourront en user que si leur propre Conseil y consent.

6) Autoriser leurs sujettes à modifier leur testament.

Cette faculté peut être subdéléguée par les Supérieures générales, avec le consentement de leur Conseil, aux Supérieures Majeures de leur Institut.

7) Transférer, avec le consentement de leur Conseil, le noviciat, déjà érigé selon le Droit, dans une autre maison de l'Institut, soit définitivement, soit temporairement, après avis donné à l'Ordinaire du lieu où il se trouvait et en observant les prescriptions du Droit.

8) Confirmer, avec le consentement de leur Conseil, les Supérieures locales pour un troisième triennat, après en avoir conféré avec l'Ordinaire du lieu.

II.—*Quant à l'etendue, à l'usage de ces facultés, et aux personnes qu'elles concernent, il est declaré:*

1) Ces facultés appartiennent aux Instituts religieux féminins de Droit Pontifical.

2) La titulaire de ces facultés est la personne de la Supérieure générale ou la personne qui, à son défaut, assure à sa place le gouvernement en vertu des Constitutions approuvées.

http://www.obrascatolicas.com

3) Si la Supérieure générale est empêchée de remplir sa charge, elle peut subdéléguer ces facultés, en totalité ou en partie, à un membre de son Institut qui la remplace et peut donc en user elle-même et les subdéléguer aussi à d'autres, pour chaque cas, dans les limites et selon les clauses fixées ci-dessus.

4) Ces facultés entrent en vigueur immédiatement et ne requièrent pas de formule exécutoire.

En portant cette question à votre connaissance, je profite bien volontiers de cette occasion pour vous bénir ainsi que toutes les Soeurs de votre communauté.—G. P. Card. Agagianian, *Préf.* S. Pignedoli, *Secr.*

* Institutis religiosis mulierum iuris pontificii. Prot. N. 3830/67: BiM 31 (1967) 159-161. Adn. Anastasius ab Utrecht in Laurentianum 11 (1970) 308-356; C. G. in CpR 47 (1968) 265.

3596

1967 SEP 11.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

Institutum religiosum «Fratres a Caritate», v. d. Fratri Bigi, associatur Provinciae Neapolitanae Ordinis Fratrum Minorum

Fratres a Caritate v. d. «Frati Bigi», quorum domus princeps in hac alma Urbe sita est, per Revmum P. Alaphridum Polidori O. F. M., Visitatorem Apostolicum et Superiorem Instituti, Sacrae Congregationi de Religiosis supplices porrexerunt preces ut se Provinciae Neapolitanae Ordinis Fratrum Minorum associare possent ad vitam religiosam et apostolicam melius renovandam et fovendam ac rite providendum formationi et institutioni suorum sodalium.

Haec Sacra Congregatio, de spirituali et temporali bono ac de profectu praefati Instituti valde sollicita, omnibus ad rem spectantibus mature perpensis, attento consensu Moderatoris generalis Ordinis Fratrum Minorum, quae sequuntur decernere statuit.

Institutum Fratrum a Caritate, praesenti Decreto, Provinciae Neapolitanae Ordinis Fratrum Minorum associatur, ita ut melius consulere possit renovationi vitae religiosae iuxta optata Ecclesiae. Provinciae igitur Neapolitanae O. F. M. magnopere cordi erit ad hunc finem eidem Instituto necessaria praebere auxilia. Quo autem facilius hoc obtineatur et ad effectum opportunius trahatur, Minister pro tempore Provinciae Neapolitanae O. F. M. Visitator Apostolicus et Superior generalis internus Fratrum a Caritate constituitur, ad nutum S. Sedis, qui una cum Consilio generali Instituti, quae sibi opportuna visa fuerint ad rectum regimen eiusdem Instituti, ad normam Constitutionum et iuris communis et ad renovationem vitae religiosae a Concilio Oecumenico Vaticano II statutam, curare et ad effectum deducere debebit.

Idem Visitator Apostolicus ac Superior generalis de statu Congregationis Fratrum a Caritate ad hanc Sacram Congregationem, quotannis, referre ne omittat.

Contrariis quibuslibet non obstantibus. Datum Romae, die 11 Septembris, A. D. 1967.—Ant. Mauro, *a Secr.* I. B. Verdelli, *Subst.*

* Prot. N. 14394/67 - N. 16: AOFM 86 (1967) 514-515.

3597

1967 SEP 20.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur celebrandi Officium Divinum lingua vernacula quoties religiosi laici recitationi interveniunt

Romae, die 20 Septembris 1967

Reverendissime Pater, Haec Sacra Congregatio, ob novissimam Summi Pontificis benevolam dispositionem, facultatem a Paternitate Tua Revma enixe imploratam benigne concedit permittendi ut divinum Officium lingua vernacula in Communitatibus Ordinis tui celebretur, quoties cum religiosis laicis recitetur.

Paternitas Tua tamen curare debebit ut facultatem et usum huius concessionis omnes interpretentur secundum Mentem et Iussum Litterarum diei 6 Iunii 1967, quibus Summus Pontifex Sacrae Congregationi de Religiosis licentiam dedit concedendi usum linguae vernaculae in peculiarissimis circumstantiis; scilicet:

1) «Indultum nullo modo retineri potest quasi abrogatio Instructionis *In ediendis* diei 23 novembris 1965 [LE 3351]; cuius normae omnino congruunt cum praescriptis Concilii Oecumenici Vaticani II, uti firmiter repetiit ipse Summus Pontifex in Litteris *Sacrificium Laudis* diei 15 Augusti 1966» [LE 3458].

2) «Monasteria et Instituta religiosa quae has normas observant et cantum proprium Ecclesiae Romanae percolunt (cf. Const. «*De Sacra Liturgia*», n. 116) valde laudanda et in suo proposito vehementer firmanda sunt».

5251

3) «Quo autem Ecclesiae incolume servetur tam pretiosum liturgicae precis patrimonium, summopere optandum est ut illae Communitates, quae concessionem obtinuerint divinum Officium lingua vernacula recitandi, linguam latinam adhibeant ad idem Officium in cantu gregoriano celebrandum».

4) Paternitas Tua hoc Indultum concecere valet «dummodo ipsae Communitates talem facultatem cupiant voto libero ac secreto omnium sodalium».

Occasionem nactus, Paternitati Tuae Reverendissimae me profiteor addictissimum in Domino.—I. Card. Antoniutti, *Praef.* D. M. Huot, *ad. a st.*

* Ministro Gen. O. F. M. Cap., Prot. N. 15475/67: AOFMCap 83 (1967) 403-404. Adn. L. GUTIERREZ in CpR 47 (1968) 65-66; AOFMCap 83 (1967) 403.

3598

1967 SEP 22.-SC RITUUM, RESPONSUM. PART.*

Norma de unico Nocturno cum tribus Psalmis non coget Moniales vitae contemplativae

Revmus P. Procurator Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium, pro solutione, reverenter proposuit: Utrum N. 19 Instructionis alterae S. Rituum Congregationis, diei 4 Maii 1967 *Tres abhinc annos* [LE 3555] relate ad unicum Nocturnum cum tribus Psalmis et tribus lectionibus diebus I et II classis, valeat etiam pro Monialibus de vita contemplativa.

Sacra porro Rituum Congregatio, omnibus attente perpensis, respondit praefatam dispositionem n. 19 Instructionis alterae diei 4 Maii anni huius *Tres abhinc annos* Sanctimonialibus vitae contemplativae applicari non posse.

Atque ita rescripsit et declaravit, die 22 Septembris 1967.—Arcadius M. Card. Larraona, *S. R. C. Praef.* F. Antonelli, Archiep. Idicren., *S. R. C. a secretis.*

* Ordini Fratrum Praedicatorum. Prot. N. O. 83/967: AOP 38 (1967-68) 304. Adn. L. GUTIERREZ in CpR 47 (1968) 80-81.

3599

1967 SEP 30.-SC RELIGIOSORUM, DECRETUM. PART.*

Unio monasterii Tudertini Tertii Ordinis a S. Francisco de Paula cum secundo Ordine monialium Minimarum, statutis conditionibus, permittitur

Cum Sorores v. d. «Monache Minime Paolane della Rocca di Todi», dioecesis Tudertinae, ab Apostolica Sede petierint facultatem transeundi ad Secundum Ordinem Monialium Minimarum, emittendi vota sollemnia, observandi clausuram papalem et sese aggregandi Foederationi Monialium Minimarum Hispaniae, Sacra Congregatio negotiis religiosorum praeposita, audito voto Excellentissimi Ordinarii Tudertin., et Revmi Correctoris Generalis O. M., reque mature perpensa, statuit ut in posterum in Monasterio Sororum v. d. «Monache Minime Paolane della Rocca» Regula et Constitutiones Monalium Minimarum serventur, itemque ut emittantur vota sollemnia, praemissis votis temporariis ad normam canonis 574 C. J. C., clausura papalis observetur et Statuta Foederationis Monialium Minimarum Hispaniae sequantur.

Hisce concurrentibus adiunctis, Excellentissimus Ordinarius Tudertin., per se vel per delegatum, nomine Sanctae Sedis, professionem votorum sollemnium Superiorissae praefati Monasterii accipiat iuxta Regulam et Constitutiones Monialium Minimarum Secundi Ordinis; Superiorissa autem professionem sollemnem aliarum, quae saltem per triennium iam in votis exstiterint, et simplicem seu temporariam ex parte aliarum.

Committitur demum Eidem Excellentissimo Ordinario ut praesens Decretum, quatenus de adimpletis conditionibus sibi constet, in praefato Monasterio publicare faciat et de peracta publicatione atque executione documentum asservetur in Archivo Monasterii; exemplar eiusdem documenti deinde ad Sacram Congregationem de Religiosis transmittatur. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 30 septembris 1967.—Antonius Mauro, *a Secretis.* P. Isidorus a S. Elia, O. C. D., *Ad. a studiis.*

* Bollettino Ufficiale dell'Ordine dei Minimi 3 (1967) 28-29. Adn. CpR 47 (1968) 170-171.

3600

1967 SEP 30.-SC DE PROP. FIDE, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur Conferentiae Episcopali de Malawi et de Zambia admittendi ad ordines sacros filios adulterinos

30 Settembre 1967

Eccellenza Reverendissima, Gli Ecc.mi Ordinari di Zambia (Arcivescovi Metropoliti di Lusaka e Kasama, Vescovi

5252

di Livingstone, Abercorn, Monze, Ndola, Fort Jameson, Fort Rosebery e Prefetto Apostolico di Solwezi) e di Malawi (Arcivescovo Metropolita di Blantyre, Vescovi di Lilongwe, Zomba, Mzuzu, Dedza e di Chikwawa), riuniti in Conferenza Episcopale, hanno sottoscritto e qui rimesso una petizione con la quale chiedono la facoltà di poter ammettere agli Ordini Sacri, senza dover fare ricorso alla Santa Sede, i figli adulterini.

Al riguardo, mi pregio significare all'Eccellenza Vostra Rev.ma che il Santo Padre, nell'Udienza del 26 c. m., ha concesso «ad quinquennium» quanto è stato richiesto. I medesimi Ecc.mi Ordinari sono pregati di riferire a Propaganda, dopo cinque anni, circa l'uso della suddetta facoltà.

Mentre prego Vostra Eccellenza di comunicare quanto sopra agli Ecc.mi Presuli interessati, profitto dell'occasione per confermarmi con sensi di distinto ossequio dell'Eccellenza Vostra Rev.ma dev.mo nel Signore.—G. P. Card. Agagianian, *Pref.* S. Pignedoli, *Segr.*

* Legato Ap. in Zambia, Prot. N. 4606/67: BiM 31 (1967) 166. Adn. C. GORRICHO in CpR 47 (1968) 268-270.

3601

1967 OCT 7.-SYNODUS EPISCOPORUM, NORMAE. PART.*

Principia quae Codicis iuris canonici recognitionem dirigant a Synodo Episcoporum probata

Principia, quae pro Codicis Iuris Canonici recognitione in praesenti documento proponuntur, fructus sunt assidui studii et attentae considerationis cum Decretorum Concilii Vaticani II tum generalium iuris principiorum, magni legum et iurisprudentiae thesauri, decursu saeculorum in Ecclesia constituti, ratione quoque habita spiritus iuris canonici et sollicitudinis oecumenicae, qua Ecclesia movetur.

Exinde fluunt subsidia quae ad horum principiorum enuntiationem adhibita sunt. Et primo quidem quae ex Scriptura Sacra promanant, dein quae a pervestigationibus in disciplinis iuridicis et in historia iuris canonici, post Codicis Iuris Canonici promulgationem valde auctis, fructuose nobis suppeditantur. Quibus notabili ratione accedunt, uti dictum est, tum spiritus a Concilio Vaticano II renovatus, qui leges et dispositiones Ecclesiae ab ipso datas novo vigore permeat, tum earumdem accommodatio nostri temporis necessitatibus.

Qua de re plurimum iuvarunt observationes a Consultoribus factae secundum mentem et directionem tum Emmorum Sodalium Commissionis, tum Conferentiarum Episcopalium, quae suo tempore interpellatae sunt. Consultores enim in usu redigendorum canonum ad prima eorum schemata praeparanda, frequentissime necessitatem experti sunt quorumdam principiorum ut labores sui celerius atque securius ad finem ducerentur. Recte igitur concludi potest principia nunc enuntiata, in Commissionis labore hucusque peracto bonitatis confirmationem quodammodo obtinuisse.

Prooemium

Agitur de recognoscendo Codice Iuris Canonici post conclusum Concilium Vaticanum II, in quo Ecclesia aggressa est et ad exitum perduxit ingens sane opus semetipsam renovandi. Cuius operis veluti complementum est recognitio Codicis Iuris Canonici. Mutatis enim rerum conditionibus, ius canonicum, quod in Codice piano-benedictino ante annos quinquaginta clausum fuerat, indubie novis adiunctis accommodandum est atque huius temporis necessitatibus aptandum.

Duo sunt quae Beatissimus Pater Paulus VI [1] indicavit huic operi necessaria: «scilicet (ius canonicum) accommodari debet novo mentis habitui, Concilii Oecumenici Vaticani secundi proprio, ex quo curae pastorali plurimum tribuitur, et novis necessitatibus populi Dei». Scite Summus Pontifex animadvertit opus recognitionis «adhibita prudentia» compleri oportere.

Ex quibus summa quaedam principia directiva Beatissimus Pater exprimere voluit. Nam Codex Iuris Canonici, ita Ipse, vigentem, tempore eius conditionis, disciplinam plerumque retinuit (can. 6).

[1] Allocutio Pauli VI ad Em.mos Patres Cardinales et Consultores huius Pontificiae Commissionis, die 20 nov. 1965, in *A. A. S.* 57 (1965) p. 988, [LE 3349].

5253

Nunc tamen quaedam novanda esse videntur. Codex Iuris Canonici veluti ducis munere fungitur et Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum quasi lineamenta praebet operis novi.

1. *De indole iuridica Codicis.*—Quibusdam veluti cardinalibus totum novum opus innitatur necesse est. Imprimis novus Codex indolem iuridicam omnino retineat oportet cum spiritu proprio. *Indolem* dicimus *iuridicam* quam postulat ipsa natura socialis Ecclesiae [2], quae in potestate iurisdictionis, ab ipso Christo hierarchiae tributae, fundatur. Proinde vitandae vel potius sacernendae sunt a Codice novo quaelibet conceptiones vel suggestiones nuper per diversa scripta sparsae secundum quas futurus Codex pro fine principali habere deberet solum regulam fidei et morum proponere. Christifidelis in canonibus ipsi propositis, invenire debet qua ratione in vita religiosa ipse se conducere oporteat, si particeps esse vult bonorum quae Ecclesiae offert, ut salutem aeternam assequatur.

Canonici quoque iuris obiectum praecipuum et essentiale est iura et obligationes uniuscuiusque hominis erga alios et erga societatem definire atque tueri, etsi eatenus fieri possit in Ecclesia quatenus ad Dei cultum et animarum salutem pertineant.

2. *De fori externi et interni positione in iure canonico.*—Confirmare autem oportet et indolem iuridicam nostri Codicis in his quae forum externum respiciunt, et necessitatem fori interni prout in Ecclesia optimo iure per saecula viguit. Normae igitur in recognito Codice tradentur respicientes omnia quae ad forum externum attinent atque etiam, ubi animarum salus id exigat, normae quae pertinent ad provisiones in foro interno elargiendas.

Fori externi et interni optima coordinatio in Codice Iuris Canonici existat oportet, ut quilibet conflictus inter utrumque vel ad minimum reducatur. Quod in iure sacramentali et in iure poenali peculiariter curandum est.

3. *De quibusdam mediis fovendi curam pastoralem in Codice.*—Natura sacra et organice exstructa communitatis ecclesialis manifestat indolem Ecclesiae iuridicam omnesque eius institutiones ad promovendam vitam supernaturalem ordinari. Quare iuridica ordinatio Ecclesiae, leges et praecepta, iura et officia quae exinde consequuntur, fini supernaturali congruere debent. Nam ius in mysterio Ecclesiae habet rationem veluti sacramenti seu signi vitae supernaturalis christifidelium, quam signat et promovet. Equidem non omnes normae iuridicae ad finem supernaturalem vel curam pastoralem fovendam directe proferuntur; eidem tamen fini supernaturali hominum obtinendo apte congruere necesse est. Quare, in legibus Codicis Iuris Canonici elucere debet spiritus caritatis, temperantiae, humanitatis ac moderationis, quae, totidem virtutes supernaturales, nostras leges distinguunt a quocumque iure humano seu profano.

In iure condendo Codex non tantum iustitiam sed etiam sapientem aequitatem colat, quae fructus est benignitatis et caritatis, ad quas virtutes exercendas Codex discretionem atque scientiam Pastorum et iudicum excitare satagat. Ne igitur normae canonicae officia imponant, ubi instructiones, exhortationes, suasiones aliaque subsidia, quibus communio inter fideles foveatur, ad finem Ecclesiae facilius obtinendum sufficientia appareant; neve leges irritantes actus iuridicos vel inhabilitantes personas facile Codex statuat, nisi earum obiectum magni momenti sit, et bono publico ac disciplinae ecclesiasticae vere necessarium.

Relinquatur Pastoribus ac animarum curatoribus congrua discretionalis potestas, qua officia christifidelium stagnantia ac conditionibus singulorum adaequari valeant; uti quaedam libertas Ordinariis concessa, praesertim in determinatis adiunctis prout in missionibus, multum conferre aestimatur ut indoles pastoralis iuris canonici magnopere emergat.

4. *De incorporatione facultatum specialium in ipso Codice.*—Qua de re systema facultatum quae Ordinariis aliisque Superioribus usque modo concedi consueverunt, penitus recognoscendum esse videtur. Imprimis vitari oportet id quod in legibus hodiernis non adeo infrequenter apparet: videlicet dispensationes a legibus generalibus Ecclesiae ab eo tantum pendere videri quod recursus fiat ad Sedem Apostolicam. Nam haec vel umquam dispensationem non concedit, vel facultates uberrimas praebere cogitur ad expeditiorem negotiorum ecclesiasticorum solutionem.

In Codice recognito definiendum est modo positivo offi-

[2] Cfr. Const. dogm. De Ecclesia *Lumen Gentium*, nn. 1 et 8 [LE 3232] necnon Nota praevia explicativa, n. 2 [LE 3231]. Cfr. etiam Allocutio Pauli VI citata p. 988 [LE 3349].

5254

http://www.obrascatolicas.com

cium Episcopi, eiusdem potestatis ambitus iuxta praescripta Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, n. 8, a) [LE 3332]; et causae recensendae sunt quae Supremae potestati aut alii auctoritati reservantur. Insuper, suis locis, determinandae sunt dispensationes in legibus generalibus Ecclesiae, quae Supremae aut alii auctoritati reservantur, quales hodie v. g. in Litteris Apostolicis *De Episcoporum muneribus* [LE 3449] recensentur.

5. *De applicando principio subsidiarietatis in Ecclesia.*—Quae modo dicta sunt ad applicationem *principii subsidiarietatis* in iure canonico indubitanter pertinent. Attamen longe distant a pleniore profundioreque applicatione principii ad legislationem ecclesiasticam. Principium confirmat unitatem legislativam quae in fundamentis et maioribus enunciationibus iuris cuiuslibet societatis completae et in suo genere compactae servari debet. Propugnat vero convenientiam vel necessitatem providendi utilitati praesertim institutionum singularium tum per iura particularia ab iisdem condita tum per sanam autonomiam regiminis potestatis exsecutivae illis recognitam.

«Episcopis, ut Apostolorum successoribus, in dioecesibus ipsis commissis per se omnis competit potestas ordinaria, propria ac immediata, quae ad exercitium eorum muneris pastoralis requiritur, firma semper in omnibus potestate quam, vi muneris sui, Romanus Pontifex habet sibi vel alii Auctoritati causas reservandi» (Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, n. 8, a). Causae reservatae in novo Codice clare apparere debent. Convenit nempe ut potestas suprema, quae exercitium potestatis Episcoporum ultimatim regit, et certis limitibus intuitu utilitatis Ecclesiae et fidelium circumscribere potest, in iis decernendis enucleate procedat. Videtur autem id fieri nequire, saltem convenienter pro hodiernis adiunctis, ad modum cuiusdam indicis. In Codice ipso opportune eae proponantur.

Systema iuris canonici, unum pro tota Ecclesia esse debet in summis principiis, quoad institutiones fundamentales, quoad mediorum Ecclesiae propriorum ad finem suum obtinendum descriptionem, sive denique quoad technicam legislativam, quae omnia congruentius pro bono communi generali modo proponuntur.

Haec iuris canonici conformatio a Concilio Oecumenico in conficiendis Decretis suis disciplinaribus apprime servata est. Per eam unitas legis ecclesiasticae egregie affirmata est, moderata tamen plurimis determinationibus competentiarum apud legislatores particulares.

Alienum autem videtur a mente et spiritu Concilii Vaticani II, salvis disciplinis Ecclesiarum Orientalium propriis, ut in Ecclesia occidentali Statuta peculiaria adsint, quae veluti formam praebeant specificam legibus ecclesiarum nationalium. Attamen id significare non debet in legislationibus particularibus maiorem amplitudinem et autonomiam non desiderari, praesertim in iure a Conciliis nationalibus, regionalibus condendo, adeo ut aspectus peculiares ecclesiarum singularium non apparere non possint. Momentum harum peculiarium legislationum in novo Codice Iuris Canonici accuratius esset describendum praesertim in re administrativa temporali, cum regimen bonorum temporalium iuxta leges propriae nationis magna ex parte ordinari debeat.

Quod ius processuale spectat, gravia dubia orta sunt utrum decentralizatio (quae dicitur) in ea materia, amplior quam in hodierna disciplina, i. e. quae usque ad autonomiam tribunalium regionalium vel nationalium pertingat, admittenda sit necne. Etenim tribunalium ordinationem, eorum gradus, modum procedendi, media probationis in eis adhibita aliaque, in singulis nationibus aut regionibus a regulis proceduralibus locorum multum influxum habere posse neminem latet. Verum enim vero ob primatum Romani Pontificis integrum est cuilibet fideli in toto orbe catholico causam suam in quovis iudicii gradu vel in quovis litis statu cognoscendam ad Sedem Apostolicam deferre. In comperto est ad iustitiae administrationem necessarium esse in diversis gradibus unitariam quamdam organizationem iustitiae servare; sine qua occasio vel ansa daretur incertitudini iudiciorum aut fraudibus aliisque incommodis bene multis aut illorum expeditioni ad Sedem Apostolicam. Putandum idcirco est ius processuale novi Codicis ampliorem atque generaliorem formam induere debere; singulis autem relinquatur auctoritatibus regionalibus facultas Regulas seu normas condendi, in suis tribunalibus servandas, quibus plura definiantur spectantia ad tribunalium constitutionem, ad officium iudicum et aliorum tribunali addictorum, necnon de aptandis Codicis legibus indoli atque stylo earum quae singulis in locis vigent. Qua in re haud raro ius processuale civile exemplo esse posse indubitatum est.

6. *De tutela iurium personarum.*—Quaestio eaque gravis in futuro Codice solvenda proponitur, videlicet, qua ratione iura personarum definienda tuendaque sint.

Sane potestas una est eaque residet in Superiore sive Supremo sive inferiore, nempe in Romano Pontifice et in Episcopis dioecesanis, in respectivo ambitu completa. Quod unicuique, pro communitatis sibi assignatae servitio tota competat, unitatem firmat potestatis, eamque pro pastorali cura subditorum admodum conferre nemo dubitabit.

Verum tamen usus huius potestatis in Ecclesia arbitrarius esse non potest, idque iure naturali prohibente atque iure divino positivo et ipso iure ecclesiastico. Unicuique christifidelium iura agnoscenda ac tuenda sunt, et quae in lege naturali vel divina positiva continentur, et quae ex illis congruenter derivantur ob insitam socialem conditionem quam in Ecclesia acquirunt et possident.

Et quoniam non omnes eamdem functionem in Ecclesia habent, neque idem statutum omnibus convenit, merito proponitur ut in futuro Codice ob radicalem aequalitatem quae inter omnes christifideles vigere debet, tum ob humanam dignitatem tum ob receptum baptisma, *statutum iuridicum* omnibus commune condatur, antequam iura et officia recenseantur quae ad diversas ecclesiasticas functiones pertinent.

7. *De ordinanda procedura ad tuenda iura subiectiva.*—Neque id sufficit ut tutela iurium in iure nostro conveniente vigeat. Agnoscenda enim sunt iura subiectiva vera et propria sine quibus ordinatio iuridica societatis vix concipitur. Proclamari idcirco oportet in iure canonico principium tutelae iuridicae aequo modo applicari superioribus et subditis, ita ut quaelibet arbitrarietatis suspicio in administratione ecclesiastica penitus evanescat.

Haec finalitas obtineri solummodo potest mediantibus recursibus sapienter a iure dispositis ut ius suum quod quis ab inferiore instantia laesum reputet, in superiore restaurari efficaciter possit.

Dum in Codice Iuris Canonici recursus et appellationes iudiciales sufficienter regulatae secundum iustitiae exigentias reputantur, e contra communis opinio canonistarum censet recursus administrativos non parum deficere in ecclesiastica praxi et administratione iustitiae. Exinde necessitas ubique persentitur ordinandi in Ecclesia tribunalia administrativa secundum gradus et species, ita ut defensio iurium in eisdem habeat propriam et canonicam procedurам quae apud auctoritates diversi gradus apte evolvatur. Admisso hoc principio, potestatis ecclesiasticae clare distinguantur diversae functiones, videlicet legislativa, administrativa et iudicialis, atque apte definiatur a quibusdam organis singulae functiones exerceantur.

Nostri Codicis pariter erit statuere quaenam in concreto actiones concedantur apud tribunalia administrativa experiendae, processus administrativi regulas definire, necnon organa stabilia constituere, quae eosdem cognoscere valeant.

Facilius iustitiam administrativam ordinari quoad actus administrativos in comperto est; difficilius vero si recursus concedi debeant et applicari ipsis quoque normis gradus inferioris, si et in quantum superioribus contradicant.

In optatis est ut tamquam regula generalis habeatur quod quilibet processus sit publicus, nisi iudex propter rerum et personarum adiuncta aestimaverit, certis in casibus, secreto esse procedendum. Requiritur autem ut, in processu sive iudiciali sive administrativo, recurrenti vel reo manifestentur omnes rationes quae contra ipsum invocantur.

8. *De ordinatione territoriali in Ecclesia.*—Quaestio ponitur de opportunitate vel minus conservandi exercitium iurisdictionis ecclesiasticae cum stricta praevalentia territorialitatis in ordinatione Ecclesiae. Ex documentis conciliaribus videtur deducendum principium: finem pastoralem dioeceseos et bonum totius Ecclesiae catholicae claram et congruentem circumscriptionem territorialem exigere, ita ut, ex iure ordinario, uniuscuiusque dioecesis unitas organica in tuto ponatur quoad personas, officia, instituta ad instar corporis apte viventis. Videtur ex alia parte, ob exigentias moderni apostolatus, sive in ambitu alicuius nationis vel regionis sive intra ipsum territorium dioecesanum ampliori ratione sanciri posse et forsitan debere, saltem ex iure extraordinario in ipso Codice inscripto, unitates iurisdictionales ad peculiarem curam pastoralem destinatas, quarum exempla exstant plura in

hodierna disciplina. Propugnatur tandem futurum Codicem unitates iurisdictionales de quibus dictum est permittere posse non solum ex speciali apostolico indulto, sed etiam quae a competenti auctoritate territorii vel regionis constitutae fuerint secundum exigentias vel necessitates curae pastoralis Populi Dei.

Cum quaestio aspectus diversos repraesentet, haec principia iuxta doctrinam Concilii Vaticani II proponi posse videntur.

Ecclesiae particulares certocertius hodie definiri nequeunt partes territoriales in Ecclesia constitutae, sed, secundum praescriptum Decreti *Christus Dominus*, n. 11, singulae sunt «Populi Dei portio, quae Episcopo cum cooperatione presbyteri pascenda concreditur...». Cum tamen in determinanda Dei Populi portione, quae Ecclesiam particularem constituit, territorium quod christifideles inhabitant plerumque uti aptior haberi possit ratio, momentum servat territorium, non quidem uti elementum Ecclesiae particularis constitutivum, sed uti elementum determinativum portionis Populi Dei, qua haec Ecclesia definitur. Quare, tamquam regula haberi potest hanc portionem Populi Dei determinari territorio, sed nihil impedit quominus, ubi utilitas id suadeat, aliae rationes, uti fidelium ritus vel natio etc., insimul saltem cum territorio, tamquam criteria communitatis fidelium determinantia admitti possint.

9. *De recognoscendo iure poenali.*—In recognitione iuris poenalis Ecclesiae, principium reducendi poenas in Codice stabilitas, nemo est qui non acceptet. Verum suppressionem omnium poenarum ecclesiasticarum, cum ius coactivum, cuiuslibet societatis perfectae proprium, ab Ecclesia abiudicari nequeat, nemo canonistarum admittere videtur.

Mens est ut poenae generatim sint ferendae sententiae et in solo foro externo irrogentur et remittantur. Quod ad poenas latae sententiae attinet, etsi a non paucis earum abolitio proposita sit, mens est ut illae ad paucos omnino casus reducantur, imo ad paucissima eaque gravissima delicta.

10. *De nova dispositione systematica Codicis Iuris Canonici.*—Deductio in praxim principiorum quae super enucleata sunt, structuram Codicis Iuris Canonici postulare videtur haud leviter novam. Inde sequitur eius ordinem esse innovandum. Fere ab initiis publicationis vigentis Codicis, eius ordo systematicus a praeclarioribus canonistis aestimatus est in aliquibus deficere, praesertim in dispositione librorum secundi et tertii. Nunc vero minus adhuc aptus apparet. Componendus igitur est sive ad mentem et spiritum Decretorum Sacri Concilii sive ad scientificas legislationis canonicae exigentias.

Verum cum nimis arduum videatur ordinem systematicum veluti a priori statuere (ut colligi etiam potest ex diversis conatibus, ceteroquin vere laudabilibus, a variis auctoribus factis), sapientius esse ducitur ordinem redigere quando singularum partium recognitio, quae iam peragitur, sufficienter progressa sit. Aliunde haec docet historia cuiuslibet operis novae codificationis.

* Communicationes 1 (1969) 77-85. Relatio lecta fuit in Synodo Episcoporum die 30 Sept. 1967 et a Patribus die 7 Oct. 1967 probata.

3602

1967 OCT 12.-SC RELIGIOSORUM, DECLARATIO. PART.*

DECLARATUR VALOR ET SENSUS NORMARUM CIRCA RENOVATIONEM POSTULATUS ET NOVITIATUS VULGATARUM

Roma, 12 ottobre 1967

Reverendissima Madre, Sono pervenute a questa Sacra Congregazione domande circa il valore da attribuirsi ai «Nuovi Orientamenti della Sacra Congregazione dei Religiosi sull'aggiornamento del postulato e del noviziato», fatti conoscere in occasione dell'Assemblea Generale dell'U.I.S.G. del marzo scorso [LE 3544].

A tale proposito la Sacra Congregazione ritiene opportuno precisare che le norme comunicate alle Superiore Generali, come risulta dal titolo stesso, avevano un valore orientativo. Il medesimo Sacro Dicastero, com'è ovvio, non intendeva restringere quanto è previsto nel Motu Proprio «Ecclesiae Sanctae» [LE 3457].

Pertanto i Capitoli Generali, secondo i termini del citato Motu Proprio ed entro i limiti ivi indicati, possono adottare altri esperimenti e soluzioni.

La Sacra Congregazione dei Religiosi terrà nella dovuta considerazione quelle proposte contrarie al diritto comune vigente, che sembrassero tuttavia contribuire veramente all'aggiornamento della formazione dei candidati alla vita religiosa.

Profito della circostanza per confermarmi, con sensi di deferente stima di Lei, Rev.ma Madre, dev.mo.—ANTONIO MAURO, *Segr.*

* Praesidi Unionis internationalis Superiorissarum Generalium, Prot. N. S. R. 1483/67: CpR 46 (1967) 412.

3603

1967 OCT 13.-SC STUD., DECR. AAS 59 (1967) 1068-1069

FACULTAS PHILOSOPHICA BRACARAE AUGUSTAE VIGENS PRIMA FACULTAS CONSTITUITUR CATHOLICAE STUDIORUM UNIVERSITATIS LUSITANAE

Lusitanorum nobilissima gens iugiter de sublimioribus ecclesiasticis studiis alendis fovendisque optime meruit, philosophicas theologicasque disciplinas in primis provehendo, in Studiorum Universitatibus praecipue Conimbricensi ac Eborensi, quarum Magistri Ecclesiae Patriaeque decus manent. Postquam autem, iniquis temporibus succedentibus, scientiae sacrae viva testimonia diu interrupta sunt, novae tandem condiciones Lusitanae Ecclesiae laetae affuerunt, quibus suffulti Episcopi Lusitani iam inde a Concilio Plenario a. D. MCMXXVI habito de Catholica Studiorum Universitate instauranda pluries decreverunt. Faustis nunc prostantibus adiunctis, cum Lusitana Natio cardo sit Fatimensis Iubilaei quem universa Ecclesia exsultanter celebrat ac «Annus fidei» a Summo Pontifice Paulo VI indictus per cunctum orbem agatur, tempus advenit quo commune propositum Cleri Populique Lusitani, praeeunte Conferentia Episcopali, civilibusque Magistratibus vehementer faventibus, ad effectum adducatur. Dum igitur mox aperiendae Catholicae Universitatis aedes centrales urbe Ulyssiponensi sollerter adstruuntur ut lectissima magistrorum alumnorumque copia Inibi quam primum 1069
superiora studia inauguret, laudata Episcopalis Conferentia Lusitana, praeside Revmo Domino S. R. E. Cardinali D. Emmanuele Golçalves Cerejeira, Ulyssiponensi Patriarcha, suppliciter postulavit ut Facultas Philosophica eiusdem Catholicae Universitatis in Bracarensi sede metropolitana iam omnibus pateat, quae, anno MCMXLVII ab hac Sacra Congregatione erecta atque Societatis Iesu magistris disciplisque reservata, laudem maximam nacta est inter rei philosophicae peritos omnesque Lusitaniae eruditos viros, quippe quae inclytas traditiones laboresque antiquae Eborensis Universitatis atque Collegii Artium Conimbricensis assumpserit pergenda ac perficienda. Cuius petitioni obsequens, idem Sacrum Dicasterium de tanto negotio certiorem diligentissime fecit Ssmum D. N. Paulum Div. Prov. Pp. VI, qui benigne annuere dignatus est. Quapropter Sacra haec Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus, post perspecta peculiaria Statuta, potestate a Sanctitate Sua sibi specialiter facta, ad gloriam Dei O. M., ad sanctae Catholicae Ecclesiae decus ac incrementum, tamquam primum effectum *Catholicae Studiorum Universitatis Lusitanae* in perpetuum constituit *Facultatem Philosophiae* nunc Bracarae Augustae vigentem Archiepiscopo Bracarensi munifico Patrono seduloque moderantibus sodalibus Societatis Iesu, ita tamen ut ipsa statim efficientiam inchoet Catholicae Universitatis Lusitanae antequam ad centralem sedem Ulyssiponensem quam primum se extendat, ad perennem veritatem docendam quae omnium mentes evehere ad veram tutamque vitam, personae ac societatis, una valet. Agnitis iuribus honoribus privilegiis quae ad huiusmodi Facultates in universo catholico orbe de more pertinent, Sacra Congregatio insuper praecipit ut omnino fideliter compleantur tum peculiaria Facultatis tum generalia Catholicae Universitatis Lusitanae Statuta, praesertim de coetu curatorum ac de moderatoribus necnon de magistrorum et alumnorum officiis. Ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrarum S. R. E. Congregationum, d. XIII m. Octobris a. D. MCMLXVII, exeunte anno quinquagesimo ab apparitione Beatissimae Mariae Virginis Fatimae in Portugallia.—Iosephus Card. PIZZARDO, Ep. tit. Alban., *Praef.* Gabriel M. Card. GARRONE, Archiep. tit. Turrit. in Num., *Pro-Praef.* Iosephus Schröffer, Ep. Eystetten., *a Secr.*

http://www.obrascatolicas.com

3604

1967 OCT 28.-PAULUS VI, DECL. AAS 59 (1967) 1054-1055

DECLARATIO COMMUNIS PAULI PAPAE VI ET ATHENAGORAE I PATRIARCHAE OECUMENICI CIRCA UNITATEM ECCLESIARUM IN FIDE ET CARITATE FOVENDAM

Le Pape Paul VI et le Patriarche Oecuménique Athénagoras I rendent grâce dans l'Esprit Saint à Dieu, auteur et consommateur de toute oeuvre bonne, de ce qu'Il leur a permis de se recontrer encore une fois dans la sainte ville de Rome, afin de prier ensemble avec les Evêques du Synode de l'Eglise catholique romaine et avec le peuple fidèle de cette ville, de se saluer l'un l'autre d'un baiser de paix et de s'entretenir dans un esprit de charité et de franchise fraternelle.

Tout en reconnaissant que dans la marche vers l'unité de tous les chrétiens un long chemin reste encore à parcourir et que, entre l'Eglise catholique romaine et l'Eglise orthodoxe, il existe encore des points à éclaircir et des obstacles à surmonter avant d'arriver à l'unité dans la profession de foi nécessaire au rétablissement de la pleine communion, ils se réjouissent du fait que leur rencontre ait pu contribuer à faire que leurs Eglises se redécouvrent encore davantage comme Eglises soeurs.

Dans les prières qu'ils ont offertes, dans leurs déclarations publiques et dans leur entretien privé, le Pape et le Patriarche ont voulu souligner leur conviction, qu'une contribution essentielle pour la restauration de la pleine communion entre l'Eglise catholique romaine d'une part et l'Eglise orthodoxe d'autre part est à trouver dans le cadre du renouveau de l'Eglise et des chrétiens, dans la fidélité aux traditions des Pères et aux inspirations du Saint-Esprit, qui reste toujours avec l'Eglise.

Ils reconnaissent que le véritable dialogue de la charité qui doit être à la base de toutes leurs relations entre eux-mêmes et entre leurs Eglises doit être enraciné dans une fidélité totale à l'unique Seigneur Jésus-Christ et dans un respect mutuel de leurs propres traditions. Tout élément qui peut renforcer les liens de charité, de communion et activité commune est une cause de joie spirituelle et est à promouvoir; ce qui peut nuire à cette charité, communion et activité commune est à éliminer avec la grâce de Dieu
1055 et la force créatrice de l'Esprit-Saint. /

Le Pape Paul VI et le Patriarche Oecuménique Athénagoras I sont convaincus que le dialogue de la charité entre leurs Eglises doit porter des fruits de collaboration désintéressée sur le plan d'une action commune au niveau pastoral, social et intellectuel, dans un respect mutuel de la fidélité des uns et des autres à leurs propres Eglises. Ils souhaitent que des contacts réguliers et profonds puissent se faire entre pasteurs catholiques et pasteurs orthodoxes pour le bien de leurs fidèles. L'Eglise catholique romaine et le Patriarcat oecuménique sont prêts à étudier les manières concrètes de résoudre les problèmes pastoraux, surtout en ce qui concerne les mariages entre catholiques et orthodoxes. Ils souhaitent une meilleure collaboration dans les oeuvres de charité, pour aider les réfugiés et ceux qui souffrent, et pour promouvoir la justice et la paix dans le monde.

Afin que des contacts fructueux entre l'Eglise catholique romaine et l'Eglise orthodoxe puissent être préparés, le Pape et le Patriarche donnent leur bénédiction et leur appui pastoral à tout effort de collaboration entre professeurs catholiques et orthodoxes dans le domaine de l'étude de l'histoire, des traditions des Eglises, de la patristique, de la liturgie, et d'une présentation de l'Evangile qui corresponde à la fois au message authentique du Seigneur et aux besoins et aux espérances du monde d'aujourd'hui. L'esprit qui doit animer ces efforts est un esprit de loyauté à la vérité et de compéhension mutuelle, dans les désir effectif d'éviter les rancunes du passé et toute espèce de domination spirituelle ou intellectuelle.

Paul VI et Athénagoras I rappellent aux autorités des nations et à tous les peuples du monde la soif de paix et de justice qui se trouve dans le coeur des hommes. Au nom du Seigneur ils les implorent de chercher tout moyen pour promouvoir cette paix et cette justice dans tous les pays du monde.

3605

1967 OCT 28.-SYNODUS EPISCOP., DECLARATIO. PART.

RELATIO COMMISSIONIS SYNODALIS CONSTITUTAE AD EXAMEN ULTERIUS PERAGENDUM CIRCA «OPINIONES PERICULOSAS HODIERNAS NECNON ATHEISMUM»

Ratione habita interventuum Patrum super documento Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, necnon super relationem Eminentissimi Cardinalis Browne, Commissio Synodalis, brevi tempore sibi concesso, iuxta dispositionem Cardinalium Praesidum de munere huius Commissionis, synthesim fidelem parare adlaboravit de eis quae a Patribus in aula Synodi dicta sunt. Notavit imprimis Commissio Patres locutos esse specialiter de difficultatibus quae ipsam Ecclesiae fidei integritatem et praesentationem in hodiernis adiunctis respiciunt; nec multos eorum de problemate atheismi expresse tractavisse, licet de mentalitate quadam atheistica eiusque influxu in mundum hodiernum omnes conscii sint.

Animadversionibus particularibus relictis, tria, praesenti relatione, Venerabilibus Synodi Patribus offerre intendimus. Primo scilicet breviter referentur quae a Patribus dicta sunt de discrimine in quo populus Dei hodie versatur quod ad fidem suam illibatam servandam et explicandam attinet. Secundo proponentur principia quae in praefato discrimine modum se gerendi Pastorum Ecclesiae in primis et theologorum inspirare debent. Tertio vota enuntiabuntur quae ad praesentes difficultates superandas nobis, iuxta sententiam Patrum, aptiora visa sunt.

I. DE PRAESENTI DISCRIMINE FIDEI AC DOCTRINAE CATHOLICAE

Plurimi Patres locuti sunt de difficultatibus quae hodie perturbant vel perturbare possunt fidem populi Dei. Quae difficultates, etiam iuxta eorum dicta, magna ex parte oriuntur e crisi hodierna ipsius civilisationis et humanae culturae.

De hac crisi expresse egit Concilium Vaticanum II, praesertim in Constitutione pastorali *De Ecclesia in mundo huius temporis*, ex qua Patres multa, etiam particularia, rettulerunt. Aliqui verbi gratia notaverunt, dari in vita profana evolutionem structurarum ipsiusque modi cogitandi, atque in dubium vocari traditam imaginem hominis et mundi. Quod quidem accidit partim saltem ob mirum progressum scientiae et civilisationis, quo etiam haud raro fit ut homines in sui laboris condicionibus totaliter immergantur, partim quoque ob conscientiam magis magisque vividam quae acquiritur evolutionis universi, necnon ipsius vitae atque historiae hominis. Quae omnia in anthropologiam quamdam vertuntur, philosophicis etiam systematibus expressam, qua homo sese cum suis responsabilitatibus terrenis ita exaltat ut obnubiletur «dimensio verticalis», qua ipse ad Deum et ad salutem supernaturalem ordinatur; et ita homo facile in atheismum sive practicum sive theoreticum ducitur. Exinde evenit ut non pauci, hac mentalitate imbuti, Ecclesiam vel ipsam religionem reliciant, saltem practice, veluti institutionem quae potius impedimentum quam adiutorium progressui humano affert.

Quidam igitur Patres, citantes verba Ioannis XXIII, dixerunt Ecclesiam in his adiunctis tacere non posse, immo debere veritatem revelatam, quam ipsa semper tradidit, etiam novis formulis, novae visioni rerum adaptatis, eodem utique sensu eademque sententia (cfr. Alloc. S. P. Ioannis XXIII in SS. Conc. inauguratione [LE 3083]; cfr. etiam Conc. Vat. I, Const. *De fid. cath.*, cap. 4) exprimere. Hoc opus est omnino necessarium, quamvis difficile sit et pericula non spernenda secumferat. Illud vero Ecclesiae Pastores inde ab initio Concilii, ductu Summorum Pontificum, valide aggressi sunt.

Ut opus Concilii fructus suos ferret, iam strenue et proficue laboraverunt plurimi theologi, qui magna themata Concilii perscrutantes eorum divitias in lucem protulerunt, praesertim in ambitu theologiae biblicae, dogmaticae et moralis, necnon oecumenismi et liturgiae. Hunc laborem valde commendandum esse, omnes conveniunt Patres. Etiam plurimi sacerdotes curae animarum dediti multum conati sunt veram cognitionem Concilii communicare fidelibus, atque renovationem liturgiae et totius vitae Ecclesiae iuxta Concilium fovere. De diligentia quoque multorum fidelium laicorum utique gaudendum est, ut animad-

verterunt etiam Patres, quippe qui sedulo quaerant cognitionem nuntii christiani, prout continetur in Sacris Litteris et relucet in liturgia Ecclesiae et in eius actione in mundo, in dies augere.

Non videtur mirandum, liceat adnotare, ipsam peropportunam fecundamque renovationem, quam Concilium Vaticanum II in Ecclesiam attulit, et quae multos usus modosque cogitandi qui stabiles videbantur mutavit, et magnum impulsum dedit novae reflexioni novoque incipienti stylo vitae christianae et liturgiae, difficultatem vel etiam incertitudinem suscitare.

Attamen —quod est valde dolendum et a pluribus inter Patres est animadversum— res alicubi eosque processerunt, ut non iam amplius de sana et fructifera inquisitione vel de legitimis tentaminibus adaptandi expositionem traditae doctrinae novis necessitatibus et hodierni cultus humani rationibus, sed de indebitis innovationibus, de falsis opinionibus, immo de erroribus in fide agatur, siquidem false intelliguntur aut explicantur veritates fidei, relicta in progressiva intelligentia doctrinae necessaria eius continuitate. Speciali modo doluerunt Patres quod ab aliquibus revera in dubium revocentur aliquae veritates fidei, inter alias circa Dei cognitionem, personam Christi eiusque resurrectionem, eucharistiam, peccati originalis mysterium, obiectivitatem perdurantem legis moralis necnon perpetuam Beatae Mariae virginitatem.

Hinc status inquietudinis et anxietatis in Ecclesia animadvertitur, cum apud fideles tum apud pastores, quo vita spiritualis populi Dei damnum haud parvum patitur. Id quidem non ubique eodem modo persentitur, neque aequali ratione apud omnes coetus populi Dei. Magis apparet, ut facile intelligitur, apud homines culturae magis evolutae ob peculiares eorum difficultates componendi fidem cum ratione; apud coetus vero operariorum sunt aliquae difficultates et problemata circa fidem et Ecclesiam, quae simili modo ab illis persentiuntur in omnibus mundi partibus. In terris missionum aliisque regionibus quibusdam, ubi primum et maximum problema est annuntiatio fidei vel sufficiens catechetica instructio populi, difficultates restringi videntur ad paucos coetus sacerdotum et laicorum. At notaverunt Patres timendum esse ne falsae opiniones etiam in istis mundi plagis mox evulgentur et succrescant, cum maiore damno et apostolatus Ecclesiae et ipsorum fidelium.

Huius haud felicis rerum status plures causas attulerunt Patres, quae attente considerandae sunt ut apta remedia praeparentur. Inter praecipuas adnumeratae sunt: quaedam diminutio sensus fidei supernaturalis in hominibus, naturalium suarum virium consciis; necnon, apud plurimos, neglectus orationis personalis ad Deum; interdum, iuxta sententiam aliquorum, parcitas ministerii pastoralis in veritate docenda erroribusque arcendis; oblivio vel despectus doctrinae et auctoritatis magisterii, sive episcoporum sive ipsius Romani Pontificis; arbitraria quaedam et falsa interpretatio spiritus Concilii; et non semper bene intellecta distinctio inter ea quae ad doctrinam catholicam pertinent, et illa quae liberae atque legitimae disceptationi theologorum relinquuntur.

Problema speciale nostro tempore habetur ex eo quod ephemerides aliaque media communicationis statim ubique terrarum diffundunt quaecumque nova quovis loco in re religiosa accidunt; quae quidem nova, sive ob deformantem simplificationem qua his mediis aliquando proponuntur, sive ob diversas circumstantias vitae religiosae in diversis regionibus, sive, denique, quia sensus traditae doctrinae non satis attenditur, facilem scandali occasionem praebent. Quandoque ista imprudenter sparguntur ab ipsis sacerdotibus, religiosis, theologis, educatoribus et aliis, quin satis de paedagogia fidei curam habeant.

Quibus fideliter adnotatis, non est cur in hac brevi relatione in particularibus deviationibus immoremur, quod neque Patres fecerunt; sed statim exponemus, ex eorum dictis, cum quadam logica coordinatione, principia pastoralia in his adiunctis servanda.

II.—DE PRINCIPIIS

1. *De necessitate continuae annuntiationis fidei.*—Fide catholica bonum nuntium Dei sese revelantis in Filio suo amplectimur, prout hic nuntius Ecclesiae commissus fideliterque servatus, a vivo eius magisterio credendus proponitur (cfr. Const. dogm. *Dei Verbum*, n. 10) [LE 3345]. Haec quidem fides nostra donum divinum est, per quod credentes in Deum movemur motu obsequii et deditionis,

motu qui salutis initium est; at pendet etiam ab humana annuntiatione iuxta apostolicum verbum: «fides ex auditu» (*Rom.* 10, 17).

Necessarium igitur est —praesertim in hodiernis adiunctis— ut illa fides, qua homo Deo per Christum in Ecclesia loquenti respondet, continuo nisu excolatur et roboretur. Quod opus fidei colendae pertinet prae ceteris ad Episcopos cum suis in presbyterio cooperatoribus, adiuvantibus quoque religiosis, sed et ad laicos evangelizationi et catechesi deditos, immo ad omnes fideles et peculiari ratione ad genitores erga filios suos. Omnes igitur Ecclesiae filii, secundum charisma unicuique tributum, sese responsabiles sentiant necesse est sancti fidei doni hominibus nostri temporis communicandi. Quod libentissime commemorat Synodus in «anno fidei» quem Summus Pontifex instauravit, dum ipse magnum fidei praedicandi munus intrepido zelo implere non desinit.

2. *De magisterio authentico singillatim et collegialiter exercendo.*—Iuxta doctrinam Ecclesiae, munus docendi res fidei et morum authentice, seu ex auctoritate Christi, concreditum est omnibus apostolorum successoribus. Romani Pontificis personaliter docentis et Collegii episcopalis in Concilio oecumenico congregati munus est populi christiani necessitatibus subveniendi assiduo huius magisterii exercitio; sed non unice, nam singuli Ecclesiae Pastores in suis propriis sedibus aut regionibus, pro suo munere, eodem gravissimo tenentur officio. Quod sacrum opus hodie opportunius forma collegiali per Conferentias episcopales exercetur. Ab unaquaque vero earum ita ipsum perfici debet ut ratio habeatur communionis quae in docendo servanda est cum Collegio Episcoporum totius orbis et in primis cum Sede Apostolica. Ita fiet, ut attentis necessitatibus omnium Ecclesiarum, mutuum adiutorium praestetur, perturbationes vitentur, unitas roboretur.

Omnes autem christifideles clare edocendi sunt, modis mentalitati hodiernae adaptatis, de filiali oboedientia et sincera adhaesione quae declarationibus magisterii Ecclesiae praestanda est, ratione utique diversa pro diversarum indole, iuxta doctrinam Concilii Vaticani II (cfr. Const. *Lumen gentium*, II, 25) [LE 3232].

3. *De pastorali ratione agendi in exercitio magisterii.*—In adimplendo munere docendi Episcopi tum de fidei deposito fideliter servando, tum de periculis gregi suo imminentibus arcendis solliciti sint. Sed de more conveniet modus positivus exponendi verum, non tantum modus negativus reprobandi errorem. Semper insistendum erit in eis quae mysterium revelatum exhibent tamquam genuinum verbum salutis problematibus et aspirationibus hominis hodierni respondens. Conscii insuper sint progredientis intelligentiae quae legitima immo et necessaria est in illo deposito servando, ratione habita progressionis scientiarum et culturae, necnon novarum quaestionum quae continuo oriuntur. Ideo antequam in rebus difficilibus et novis fideles suos doceant, attente theologos audiant aliosque peritos necnon prudens consilium exquirant suorum sacerdotum et laicorum (cfr. *Lumen gentium*, IV, 37). Immo «cum Ecclesiae sit cum humana societate, in qua vivit, ad colloquium venire, Episcoporum in primis est officium ut homines adeant et colloquium cum eisdem petant ac promoveant» (Decr. *Christus Dominus*, II, 15) [LE 3332].

Hic modus agendi impedire non debet firmum exercitium auctoritatis ad dirigendam Ecclesiam Dei iuxta mentem Concilii Vaticani II, exclusis abusibus aut deviationibus sive in re doctrinali, sive in re pastorali aut liturgica. Audaciores imprudentesque monendi sunt cum caritate; pertinaces vero a munere amovendi. Ipse Apostolus monet de firmitate exhibenda «cum omni patientia et doctrina» erga eos qui sanam doctrinam non sustinent (cfr. 2 *Tim.* 4, 2 s.).

4. *De theologorum opera et responsabilitate.*—Etsi munus authentice docendi ad theologos non pertinet, nihilominus eorum munus in Ecclesia est insigne et servitium quod eidem praestant indispensabile. Ipsorum est incessanti conatu perfectiorem intelligentiam et expressionem quaerere mysterii revelati atque hac ratione pro viribus responsum afferre quaestionibus —saepe gravis momenti etiam pro ipsa christiana existentia— quae semper novae exsurgunt. Ut autem hoc suum munus rite adimplere valeant, iusta libertas nova inquirendi veteraque perficiendi eis sine dubio tribuenda est. Ipsi autem verbo Dei humiliter fideliterque inservire debent, atque nullatenus eo uti, ut propriis opinionibus fovendis inserviat. Iusta libertas contineri semper debet intra limites verbi Dei prouti constanter servatum est et a vivo magisterio Ecclesiae imprimisque Vicarii Christi docetur et explicatur. Theologi suae

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

responsabilitatis, quae magna est, conscii sint tam in veritatem cum scientifica probitate quaerenda quam in suis conclusionibus ita vulgandis, ut fratribus suis spiritum ingenerent amoris et reverentiae erga Verbum Dei et Ecclesiam Magistram. Episcopi faveant cooperationi theologorum inter se, maxime autem commercio inter theologos et magisterium potissimum ope Commissionum Episcopalium de doctrina.

5. *De evulgatione doctrinae.*—Ab omnibus qui quocumque modo doctrinam evulgant, peculiaris prudentia pastoralis requiritur, praesertim propter celerem universalemque diffusionem per media communicationis socialis. Quod ut in aedificationem fiat et non in destructionem, apta paedagogia servanda est, ut scilicet prius ea quae sunt certa et fundamentalia proponantur tamquam inconcussa basis fidei et vitae christianae; ea vero quae sunt nova ita exhibeantur, ut per aptam expositionem continuitas in fide Ecclesiae manifestetur; hypotheses vero exponantur eo gradu probabilitatis quo reapse gaudent, et ratione habita modi quo intellectum iri praevideri possunt. Ratio utique habenda est de difficultate ex eo proveniente, quod quidem homine inclinant ad exaggerandum, unusquisque in suo sensu, quodvis verbum quod a receptis modis concipiendi vel exprimendi veritatem prima fronte alienum videtur. Sic etiam theologi, qui sentire cum Ecclesia semper curant, quandoque in aestimatione fidelium tamquam imprudentes novatores iniuste haberi possunt.

Episcopi debent providere ut, in mundo de die in diem magis unito, fideles praeparentur ad maturiorem fidem adquirendam, sed et prudenti ac vigilanti caritate curare, speciatim quoad scripta edenda, ne per imperitiam vel imprudentiam aliquorum fides in universa communitate damnum patiatur.

Omnes vero, qui docent, scribunt, praedicant, conscii sint oportet officii quo adstringuntur agendi in communione cum magisterio et secundum eius directionem.

6. *De testimonio vitae cum sermonis testimonio uniendo.*—Oportet ut Episcopi, cooperantibus omnibus christifidelibus et praesertim presbyteris ac religiosis, suae fidei testimonium dent non tantum verbo sed etiam opere, maxime autem genuina caritate, ad imitationem Christi qui nos dilexit. Ubi efferendum omnino est quantopere necesse sit ut Ecclesia opera collectiva suorum pastorum suorumque fidelium, eorum praesertim qui in societate civili maiora munera adimplent, efficaciter studiosa appareat iustitiae et caritatis non tantum privatae, sed socialis quoque et internationalis. Hoc enim magnum iustitiae caritatisque testimonium, aetatis nostrae condicionibus adaptatum, Concilio Vaticano II encyclicisque *Mater et Magistra* [LE 2984], *Pacem in terris* [LE 3110] et *Populorum progressio* [LE 3546] consonum, requiritur ut Ecclesia a tot hominibus qui ubique terrarum communem indigentiam, socialem iniustitiam aut diversi generis discriminationem patiuntur, vere agnosci possit velut signum levatum in nationes (cfr. *Is.* 11, 12).

III.—Vota

Praeter principia generis pastoralis, Commissio synodalis collegit quoque ex dictis Patrum et quodammodo explicavit duo vota Summo Pontifici offerenda.

Primum votum: *De commissione theologica constituenda*

a) Placetne Patribus ut instituatur Commissio theologica composita ex theologis diversarum scholarum, pro definito tempore designatis, sapientia praestantibus, fama-que scientiae gaudentibus, et in diversis partibus Ecclesiae Occidentalis necnon Orientalis degentibus, cuius munus sit, legitima libertate scientifica servata, auxilium suum praestare Sanctae Sedi et peculiariter Sacrae Congregationi pro doctrina fidei, praesertim quoad quaestiones doctrinales maioris momenti?

b) Placetne ut nomina istorum theologorum proponantur Summo Pontifici pro sua discretione eligenda, a Conferentiis episcopalibus, quae apte consultis Universitatibus vel theologicis Facultatibus sui territorii existimant se hos theologos competentes proponere posse?

Alterum votum: *De declaratione circa quaestiones fidei conficienda.*

Placetne Patribus ut conficiatur a Sede Apostolica, auditis Conferentiis episcopalibus declaratio positiva et pastoralis circa quaestiones quae ad hodiernam «problematicam» doctrinalem pertinent, ut fides populi Dei secure dirigatur?

* L'Osservatore romano diei 30-31 Oct. 1967.

3606

1967 OCT 29.-PAULUS VI, EPIST. AAS 59 (1967) 1073-1097

Nuntius scripto datus ad sacram catholicae Ecclesiae in Africa Hierarchiam et ad universos eiusdem terrae populos:

De officiis Ecclesiae in hodierna evolutione africanarum gentium

PAULUS PP. VI

Venerabiles fratres ac dilecti filii - Apostolicam Benedictionem et prosperitatem

1. Africae terrarum quarundam memoria, quas Deo dante non multo ante visimus quam vicaria Christi in terris potestas Nobis permitteretur, grata laetaque etiamnunc in mente Nostra versatur. Tunc enim sensus vivissimi animum Nostrum permoverunt, cum oculis mirantibus paeneque obstupefactis subiit Africae recentioris imago, licuitque Nobis christianae vitae prima initia illis in terris ex propinquo cernere, tum cognoscendi studium, deinde voluntatem se se renovandi, postremo cupiditatem eos expediendi nodos, ex Civitatum recens adepta libertate natos. In primis vero ardens pietatis fervor ac vigor, quibus novae christianorum communitates inflammabantur, planum Nobis fecerunt, Africam Regno Dei iam patere.

Ab illis diebus voces gentium Africanarum, perinde atque verba, quae Sanctus Paulus per somnum audivit, cum in / Troade esset [1], non intermittunt ita in animo Nostro 1074
personare: *Venite, opem ferte, cum tempus instet! Nolite cunctari, quia iam sumus ad vos excipiendos parati* [2].

2. Postquam vero ad Beati Petri Cathedram sumus evecti, inter ceteras apostolatus provincias, quas obtinemus, nunc maxime Africam quasi praecipuam quandam pastoralis ministerii Nostri partem ducimus; dumque ferventiores Deo preces adhibemus, diligentiores item sive ad rerum religiosarum, sive ad civilium processus, qui in ea continenti terra efficiuntur, mentem attendimus.

Hisce igitur animi sensibus permoti, eadem ex Cathedra, unde Decessor Noster imm. rec. Pius XII decem abhinc annos Encyclicas Litteras, a verbis *Fidei donum* incipientes [3], edidit —quod sane documentum novas veluti vias monstravit, quibus Evangelium illi terrae inferretur— hunc qui sequitur nuntium ad Africam mittere optamus, quasi magni illius Pontificis sermonem apta continuatione producamus. Qua ratione cupimus, ut ad universos perveniat Afros testimonium paternae Nostrae caritatis certaeque Nostrae spei, flagrantium denique votorum, quae de futura religiosae civilisque vitae in eorum Nationibus prosperitate concipimus.

I

3. Sed Africam salutaturi, facere non possumus, quin de vetustis et ad gloriam insignibus christianis rebus, quae ibi sunt factae, recogitemus. Convolat scilicet cogitatio Nostra ad christianas in Africa Ecclesias, quarum origo a temporibus apostolicis ducitur, atque, prouti historia traditum est, nomine et doctrina Marci Evangelistae decoratur. Memoriam pariter repetimus innumerae sanctorum virorum, martyrum, confessorum virginumque multitudinis, ad easdem Ecclesias pertinentis. Re namque vera a II ad IV saeculum p. Ch. n. in aquilonis Africae partibus christianorum vita multiplici operum genere enituit, quo- 1075
rum non pauci sive divinarum rerum / doctrina sive orationis colore longe inter aequales praestiterunt.

Continuo enim occurrunt magnorum doctorum scriptorumque nomina: hoc est Origenis, S. Athanasii, S. Cyrilli, scholae videlicet luminum, quae Alexandrina vocatur; in opposita autem superioris africae ora, nomina eminent Tertulliani, S. Cypriani, in primis vero S. Augustini, qui sane christianae gentis clarissima lux est putandus. Commemorare etiam iuvat insignes sanctosque eremitas Paulum, Antonium, Pacomium, primos illius monasticae vitae conditores, quae subinde, eorum praelucente exemplo, per Orientis et Occidentis regiones propagata est. Inter ceteros demum silentio praeterire nolumus S. Frumentium, *Abbatem Salama* appellatum, qui, episcopali dignitate a S. Athanasio auctus, Aethiopiae apostolus exstitit.

[1] Cfr. *Act.* 16, 9. [2] Cfr. *Atti della III Settimana di Studi Missionari*, Milano 1962, pp. 2-12. [3] Cfr. *A. A. S.* 49, 1957, pp. 225-250 [LE 2650].

Porro tum clara virtute homines, tum praestantissimi sanctissimique Summi Pontifices, in Africa orti, id est Victor I, Melchiades et Gelasius I, communi veluti hereditate ab universa possidentur Ecclesia. Auctorum vero christianae Africae scripta maximi momenti nostra etiam aetate sunt, ut quis, sacris Litteris illustratus, rerum gestarum historiam pervestiget, atque cognoscat, quae ad hominum salutem attinent.

4. Attamen, dum veterum Africae christianae laudum redintegramus memoriam, eas impensa prosequi observantia placet Ecclesias, quibuscum haud plena utimur communione: Ecclesiam dicimus Graecam Alexandrini Patriarchatus, Ecclesiam Coptam Aegypti et Ecclesiam Aethiopicam. Ipsae enim communes cum catholica Ecclesia et originem et doctrinam et spiritualem disciplinam hereditarias habent a magnis Patribus sanctisque viris, qui non modo ad earum regiones, sed ad universam etiam Ecclesiam antiquam pertinent. Huc accedit quod tot egregia opera patraverunt durasque acerbitates perpessae sunt, ne umquam per varietatem temporum christianum nomen in Africa restingueretur.

Cum autem inter Oecumenicum Concilium Vaticanum II fraternae cum earundem Patriarchis rationes sint instauratae, votis precibusque susceptis Nos diem festinamus, quo / 1076
Ecclesiae illae cum catholica coniungantur, idque vehementer optamus, ut cum istae tum haec iam nunc incipiant melius inter se cognoscere et intellegere. Hoc enim si primum ponatur, necesse est animorum coniunctio sequatur.

5. Honorificis praeterea verbis omnes homines prosequi cupimus, qui Mahumedanam doctrinam profitentur Africamque incolunt. Quod enim ipsis quaedam cum christiana religione communia sunt, bona inde Nobis spes affertur, ut utrimque fructuosum colloquium seramus. Expetimus interea, ut etiam in vita sociali, in qua una degant unaque operentur Mahumedani et christiani homines, non tantum inter se vereantur, sed etiam operam simul iunctim conferant ad praecipua hominum iura agnoscenda atque servanda.

6. Novas denique Africae res publicas comiter compellamus; quae, quamvis recens constitutae sint, tamen in Summis Consiliis, ex omni Civitate coactis, cum vetustissimis orbis terrarum nationibus consederunt, ut cum iisdem ad pacem populorum tuendam firmandamque operam socient.

Veruntamen in iis rerum adiunctis nunc Africa tota versatur, quae multum prudentiae et cautionis habeant. Nam primo tempore elapso, in quo recentiores nationes libertatem sunt adeptae, aetatem eaedem nunc ingressae sunt, qua res suas et componere et firmare nitantur.

Quod fere ubique, publica disciplina et pace integris, nationes illae suis legibus et iudiciis uti coeperunt, id revera eiusmodi est, ut simul moderatoribus civibusque honori vertatur, qui ad ipsum efficiendum contulerint, simul iubeat bona in posterum sperare. Quod sicubi vero —pro dolori— publicarum rerum status ad optatam firmitatem nondum pervenit, sed vis praeponderavit ac praeponderat, iustum idcirco omnino non est, vel cunctum quendam populum, vel cunctam quandam nationem, vel —quod peius est— cunctam continentem terram una eademque obstringere criminatione.

II

7. Qui semper laetati sumus in investigationibus ac studiis de Africa florentibus, magnam nunc ex hoc voluptatem capimus, quod Africae res sive gestas, sive traditas 1077
videmus / latius latiusque cognosci et vulgari. Id enim, dum recta ratione fiat et ex veritate manet, non potest quin ad hoc viam sternat, ut et praeteritus et praesens Africae status melius intellegatur diligentiusque expendatur.

Ita, ut exemplum supponamus, recentissima veterum Africae gentium indagatio, licet in litteratis monumentis non consistat, multiplex tamen animo occurrit, et propriis utique notis instructa, et usibus ad provinciam rerum sive religiosarum, sive socialium attinentibus; quae omnia peritissimi viri per partes utiliter scrutantur et penitus introspiciunt. Ex quo fit, ut sat multi mores vel ritus, qui olim tantummodo insolentes et rudes visi sint, hac nostra aetate, moribus gentium accuratius investigatis, in nervis inhaerere putentur peculiarium disciplinarum socialium, quas discere et observare aequum sit.

Quas ob causas opportunum Nobis videtur nonnullas rerum notitias generatim percensere, veterum cultiorumque Africae populorum proprias, utpote quarum moralis et religiosa vis haud parum considerationis, Nostra quidem sententia, postulet.

8. Omnibus traditis Africae memoriis, firmi instar fundamenti, semper spiritualis vitae sensus subest. Qui sensus non eum quidem capit intellectum, quem *animisticum* docti viri vocabant, in religionum historia superiore saeculo exeunte tale verbum usurpantes; sed alium, altiorem videlicet, latiorem communioremque, ex quo cuncta creata ipsaque aspectabilis natura cum universitate rerum invisibilium et spiritualium coniuncta putantur. Quod ad hominem proprie pertinet, is neque ut mera materia neque terrestris huius vitae terminis circumscriptus existimatur, sed in eo aliud quiddam spirituale et efficax inesse conceditur, ita ut mortalis eius vita semper cum vita, quae post mortem incipit, conexa censeatur.

Huiusce autem spiritualis sensus gravissima communisque pars est notio Dei, quippe qui tamquam prima et ultima rerum omnium causa habeatur. Talis sane notio, quae verius percepta quam descripte excussa, veriusque in vitae usum traducta quam cogitatione comprehensa putanda est, aliis longe aliter humanae culturae formis exprimitur. Re enim / vera praesens Dei sensus, ut entis superni, persona- 1078
lis, mystici, Afrorum mores penitus imbuit.

Deum igitur ab iis adiri videmus in rerum adiunctis nunc sollemnibus nunc gravissimis, in quibus nimirum ad alium deprecatorem confugere inane opinentur; eundemque praeterea, omni divinae potentiae abiecto timore, Patrem plerumque invocari. Quae vero preces ei vel singulatim vel communiter adhibentur, ingenuae eae sunt animumque audientium nonnumquam permovent; inter sacra autem, ab ipsis factitata, primitiarum sacrificium sua munditia atque significatione praestat.

9. Ex traditis Africae memoriis id etiam efficitur, omnibus illis gentibus proprium et commune esse humanam dignitatem observare.

Fatendum quidem est in Africa consecuta esse errata factosque etiam ritus, quae cum dignitatis humanae observantia pugnare viderentur; sed de erratis agitur, quibus eorum auctores ipsi laboraverunt quaeque summi Dei beneficio, sicut de servitute contigit, vel iam interierunt vel mox interibunt.

Haec, de qua dicimus, hominis observantia colligitur ex rationibus, licet non uno tenore ordinatis, quibus vel pueri instituuntur, vel homines in societatem cooptantur, vel vitam socialem et publicam cum ceteris communicant iuxta traditam disciplinam cuiusvis gentis propriam.

10. Accedit quod ex traditis Africae memoriis peculiaris hisce gentibus sensus familiae est. Ad hoc quod attinet, illud Nostra magni interest, ut illustremus quanta vis virtusque moralis et religiosa insit in amore erga familiam. Hic enim praeclare etiam maiorum veneratione declaratur, quam in multis iisque vulgantissimis religionis caerimoniis testatam videmus.

Unde haud obscure cogitur familiam omnibus Afris reapse sedem esse, ubi homo nascitur et operatur; ubi praesidium et incolumitatem, quae ei opus sunt, invenit; ubi denique tutam et continuam cum maioribus suis coniunctionem nanciscitur, post mortem superstitibus.

11. In familiae autem finibus, insignis singularisque est muneris et auctoritatis patrisfamilias observantia. Id enim officii, etsi dissimile et aliud aliis in continentis terrae re- 1079
gio/nibus exsistit et apparet, ita tamen vulgatum invetera-tumque est, ut iure merito veluti proprium et commune indicium traditarum Africae memoriarum existimetur.

Patria potestas in ipsis societatibus prorsus servatur, in quas matres dominantur, ubi, etiamsi et bonorum possessiones et socialis liberorum condicio in finibus gentis maternae regantur, moralis tamen patris auctoritas in domestica ordinatione nequaquam minuitur.

Eadem de causa fit etiam, ut, in quibusdam Africae coetibus, patrifamilias certum quoddam sacerdotis munus concedatur, propter quod, dum religionis caerimonias vetere more inductas peragit, non modo inter familiam suam et maiores, sed etiam inter familiam suam et Deum se medium gerit.

12. Quod ad consortionis autem vitam attinet, uti ex Africae historia colligitur, ipsa imaginem familiae reddit et auget. Quo in loco facile perspicimus cum inter propinquos, tum in re publica socialis vitae communionem pro officio itemque pro iure cuiusque hominis duci. Sed huius iuris functionem nemo consequi potest, nisi se ad eam comparat certis factis initiamentis, quae eo spectant, ut

http://www.obrascatolicas.com

iuvenum ingenium effingant eosque ad traditos mores consuetudinesque suae societatis instituant.

13. Nostris vero diebus ea Africam pervasit alacritas progrediendi, quae ad nova vitae genera amplectenda, vel a doctis viris vel a technicis inducta, alliciat. Iamvero hoc progrediendi studium nullo modo cum praecipuis momentis traditorum institutorum ad mores religionemve spectantium, quae supra breviter commemoravimus, pugnat. Dixeris enim, ea rerum momenta ad ipsam legem naturae, in omnium animis insitam, aliquatenus pertinere, qua certe quovis tempore omnium hominum ordinata societas continetur.

Hanc ob causam aequum esse opinamur, non solum bona eiusmodi quasi traditam a superioribus aetatibus hereditatem observari et coli, sed eorum etiam sive vim sive significationem redintegrari. Attamen ex iis, quae civilis cultus hac aetate proponit, oportet interdum ut populi *probe eligant: coarguant et abiciant falsa bona, quibus optima forma vitae humanae diminuitur, accipiant vero munera egregia*
1080 *et utilia, / quae una cum rebus praeclaris sibi propriis secundum indolem suam provehere studeant* [4]. Itaque novae huius vitae formae ex bonis sive praeteriti sive volventis temporis manabunt, atque adulescenti hominum stirpi tamquam validum et praesens patrimonium exsistent.

14. Catholica Ecclesia moralia atque religiosa momenta, veterum Africae memoriarum propria, plurimum observat, non modo ob eorundem significationem, sed eam etiam ob causam, quod ea instar providi et peropportuni fundamenti censet, cui sacri Evangelii superfundatur nuntiatio novaque societas, quae Christo innititur, superimponatur, quemadmodum Nosmetipsi explicavimus, cum in sanctorum caelitum numerum Martyres Ugandenses ascripsimus, primos nempe christianae sanctitatis flores in Africa recentiore, e vivo eius historiae veluti caudice natos [5].

Cum enim Christi doctrina et redemptio omnia compleat, renovet et perficiat bona, in traditis hominum moribus insita, Africanus idcirco homo, dum christianis sacris initiatur, non cogitur quidem semetipsum repudiare, sed veteres suae gentis virtutes *in spiritu et veritate* [6] resumit.

III

15. Haec autem tam laudanda ac praestabilis ratio bonorum moralium et religiosorum Africanae vitae consuetudinis, a maioribus acceptae, nihil sane impedit, quominus incommodam etiam minusque probandam rerum condicionem inspiciamus, quam nunc Africa praefert, quaeque animum Nostrum vehementi dolore et sollicitudine afficit. Loquimur scilicet de turbis et caedibus, quibus variae Africae regiones sunt commotae et adhuc commoventur, et e quibus aerumnae et miseriae, maxime inter gentes inermes, operibus suis quiete vacantes, oriuntur. Quid vero dicamus, cum, ut pro! factum est, vis eo pervenerit, ut
1081 paene totius cuiusdam gentis excidium aequet et intra unius eiusdemque Civitatis fines diversas hominum stirpes / inter se confligere lubeat? Neque oblitterare possumus offensiones, cruciatus, mortes, quae passi sunt etiam Episcopi, sacerdotes, religiosi viri et virgines Deo devotae, laici sive catholici sive incatholici, sive Africani sive non Africani, quorum labores alio non pertinebant nisi ad spiritualem utilitatem autochthonum populorum.

Christianorum igitur communitates subito desertae sunt ab aliisque seiunctae, eo quod sacerdotes exsilio erant mulcati, atque adeo in rerum condicione versantur, quae angoris non modici causa est.

Attamen, his perturbationibus neglectis, spes bona praeponderat. Fidentiore propterea animo preces admovemus Deo, Patri nostro, ut iniuste necatis requiem concedat, ignoscat noxiis, omnibus ingerat fastidium violentiae et belli, desiderium pacis confirmet, Moderatorum mentes componat ad legitima populorum optata perspicienda.

16. Quae commoda e libertatis pronuntiatione sunt capta, ea legum latione recte temperata earumque tranquilla exsecutione corroborentur oportet. Non solum ergo necesse est appetionem inferendi vim abicere, sed etiam malum potestatis usum vitare atque repellere [6].

Pacificus vitae cursus atque institutorum stabilitas, hac aetate, in qua novae Africae Civitates versantur, causae prorsus necessariae sunt putandae profectus, cum id efficiant, ut universi cives sollertes ac navi fiant consortes novae societatis constituendae sive in publicis institutis, sive in consociationibus inceptisve privatis.

Haec vero ratio vitae communitatis participandae in praesenti propositis socialibus recte digestis magis amplificatur, quibus considerandis atque efficiendis nunc dedicatae sunt laudabili nisu Auctoritates Africanae. Tali quidem modo, dum res socialis et oeconomica progreditur, priscis et angustis finibus tribuum posthabitis, omnes homines ad civilem illam cogitandi rationem informantur, qua bonum commune privato et illiberali studio antefertur; dummodo tamen in mutua Civitatum necessitudine pax summo servetur studio, quae sane primaria cuiusvis profectus condicio est. /
1082

17. Inter impedimenta, quae plenum recentiorum Africae nationum progressum magis arduum efficere possunt, recensendum etiam est iniquum stirpium discrimen, cuius, pro dolor! significationes, graves ac diversae inter se, in Africa quoque praebentur.

Hoc autem stirpis studium, quemadmodum expressis verbis et iterato, quoad varias suas rationes, ab Oecumenico Concilio Vaticano II est improbatum, utpote cum dignitatem hominis laedat, *a Christi mente alienum* sit [8] et *Dei proposito contrarium* [9], ita a Nobismetipsis reprehensum est in Litteris Encyclicis, quibus index *Populorum progressio*, quippe quod obstet et impediat, *quominus humana societas... aequior efficiatur, eademque firmius pleniusque in mutua universorum hominum necessitudine consistat* [10]. Neque ab re est memorare Episcopos catholicos, etiam recenti aetate, non omisisse quominus, gravibus verbis usi, ubi opus esset, de tuendis iuribus violatis monerent.

Ut notum est, aequalitas inter universos homines in communi origine innititur et in communi fine, ad quem contendunt omnes qui sunt humanae familiae participes: *Cum omnes homines, anima rationali pollentes et ad imaginem Dei creati, eandem naturam eandemque originem habeant, cumque, a Christo redempti, eadem vocatione et destinatione fruantur, fundamentalis aequalitas inter omnes magis magisque agnoscenda est* [11]. Quod exposcit, ut in civili hominum societate primaria cuiusvis iura cotidie magis perspicue agnoscantur. Ex quo consequitur, ut non modo discrimina et munera singulorum propria non auferantur, sed potius teneantur et inter se congruenter componantur. Quapropter legitime homines expetunt, ut iis iuribus frui possint, quae ex sua ipsorum humana dignitate proficiscantur.

18. Oportet magni quidem aestimentur ea, quae amplae communitates, ab aliis continentibus terris profectae, praesertim effecerint in quibusdam Africae regionibus, quas multum / iam tempus tamquam suam patriam censent. 1083
Nam earum opera laetos fructus protulerunt; earum studium et exquisita, qua erant ornatae, doctrina magnas congesserunt divitias et proventuum paraverunt subsidia, unde non paucae utilitates perceptae sunt etiam a gentibus autochthonum. Est tamen fatendum ad hoc opus exsequendum totum populum, diversa quidem ratione, contulisse; qui iure merito poscit, ut ad publicam rem accedat, ut nationis reditus ad iustitiae praecepta distribuantur, ut denique ea agnoscantur iura primaria, quae ordinationibus respuantur, in re oeconomica, sociali, civili et psychologica repagula quaedam consulto servantibus.

Augescentes nunc opes ibidem —ceterum ut ubique terrarum— effecerunt, ut gentes diversae artiore in dies nexu eoque necessario inter se coniungerentur, quasi ostenderent alias aliis ad proficiendum indigere. Haec communis ac sociae operae necessitas aperte monet, ut mutui timoris veluti umbra dispellatur atque via ineatur ad immutandas, sine detrimentosis rei publicae turbinibus, condiciones, quae haud parum iniustitiae, oppressionis, violationis dignitatis humanae secum ferant, et praepediant, ne homines liberalitatis officiis devinciantur volentesque mutuam suam operam ad bonum commune provehendum conferant.

19. Eiusmodi vero rerum status christianos impellit, ut de amore recogitent, quo alios homines prosequantur oportet, Christi verba illa meditantes: *omnes enim vos fratres estis* [12]. Germanus enim rei christianae et in singulis et in societate profectus cum alacriore in dies exercitatione amoris erga proximos una simul procedit, qui christiano cuilibet imperat, ut in rebus, in moribus et in doctrinis fratrum progressiones, prout fieri possit, incitet.

[4] Litt. Encycl. *Populorum progressio*, n. 41: *A. A. S.* 59, 1967, p. 278. [5] Cfr. *A. A. S.* 56, 1964, pp. 907 s. [6] *Io.* 4, 24. [7] Litt. Encycl. *Populorum progressio*, nn. 30-32: *A. A. S.* 59, 1967, pp. 272 ss. [LE 3546]. [8] Conc. Vat. II, Decl. *Nostra aetate*, n. 5: *A. A. S.* 58, 1966, p. 744 [LE 3336]. Cfr. etiam Decr. *Ad gentes divinitus*, n. 15: *A. A. S.* 58, 1966, pp. 963-965 [LE 3364]. [9] Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 29: *A. A. S.* 58, 1966, p. 1049 [LE 3366]. [10] N. 62: *A. A. S.* 59, 1967, p. 287; cfr. ibid. n. 63, p. 288 [LE 3546]. [11] Conc. Vat. II, Const. past.

Quod iter non est sane expeditum, cum plurima exstent impedimenta; sed non licet animum demittere, quo ad celsa quaeque assequenda est opus. Ad hoc quod attinet, arbitramur, omnes utilitatem capere posse, si evangelicum mutuae caritatis nuntium in animis volverint, id agentes,
1084 ut, diffi/dentia ac timore abiectis, alii alios necessitudine attingant et inter se colloquia serant, utque fundamentum solidum et stabile iaciant, quo futura suae patriae fortuna nitatur.

IV

20. Pleraeque Africae Civitates, ad progressionem quod spectat, gravibus difficultatibus laborant. Equidem universos homines haud ita pridem compellavimus, ut integra personae humanae perfectio ab omnibus agnosceretur tamquam quaestio sine cunctatione dissolvenda, quae cunctos maneret populos. In multiplici operum inceptorumque compositione, quam res requirit, magnae sane partes Africae erunt tribuendae. Subsidia necessaria sunt, ut capta progressionis promovendae consilia perficiantur; necessarii sunt homines, qui variarum artium peritia excellant.

Qua super re duae nominatim quaestiones Nobis occurrunt, quippe quae in praesentibus Africae rerum adiunctis summi videatur esse ponderis. Quarum altera in eo vertitur, ut omni studio litterarum ignoratio oppugnetur et pergant nisus ad institutionem, scholis multiplicatis, latius latiusque vulgandam. Eadem enim Nostra compellatione monuimus *primam institutionem, qua litterarum tradantur initia, praecipue ab iis affectari, qui de progressione ineunt consilia. Illa enim veluti fames qua eruditio esuritur, non minus acerba est quam cibi desiderium* [13]. Idque praeterea opus erit, ut quae disciplinae in scholis doceantur, veris Africae necessitatibus, huiusce aetatis propriis, aptius respondeant. Ea propter debitum obtineant locum praecepta ad artes professionesque spectantia, ratione praesertim habita utilitatum vitae rusticanae, in qua maximum inest momentum.

Altera vero quaestio respicit condicionem agriculturae, quae saepe modis et rationibus utitur, iam non cum praesenti rerum statu congruentibus. Ad hanc quaestionem quod attinet, summopere cupimus, ut ea quam primum dissolvatur ad opportunas eas normas, quas antea Deces-
1085 sor Noster fel. rec. / Ioannes XXIII tradidit in Encyclicis Litteris, quibus *Mater et Magistra* initium [14], quasque postea Nosmetipsi, non uno tempore, et iteravimus et scribendo amplificavimus [15].

21. Rerum oeconomicarum in Africa condicio non eo tantum mutavisse putanda est, quod novae Civitates iam suis iuribus uti coeperunt. Ex contrario adepta ab ipsis libertas illarum rationes cum nationibus in re oeconomica prosperioribus quandoque difficiliores effecit; timor enim incessit animos, ne sibi parta libertas et suis legibus vivendi potestas delatis pecuniariis subsidiis et technicorum adiumentis imminuerentur. Nam nationes Africanae, non secus atque aliae Civitates in iisdem condicionibus versantes, suas necessitates non ignorant, sed iure meritoque suae etiam libertatis retinentissimae sunt.

Ad has autem suspiciones et causas, e quibus oriuntur, vincendas, novae coloniarum dicionis nomine appellatas, petivimus ut universale quoddam aerarium constitueretur, quo sociata omnium populorum opera et significaretur et ad effectum adduceretur [16].

Populorum dignitas, quibus subsidia mittuntur, plane servetur oportet. Hi enim, quemadmodum Decessor Noster f. r. Ioannes XXIII affirmavit, *in hoc rei oeconomicae et socialis progressu, sive praecipuas partes sibi tribuendas esse sentiant, sive in se huius efficiendae rei onus potissimum recidere* [17]. Nos autem de iisdem diximus, eos *suae cuiusque fortunae auctores ipsos fieri* [18].

Quodsi aeque huiusmodi voluntas sive suae dignitatis vindicandae, sive suas partes in se recipiendi servetur, sponte consequetur, ut hi populi non solum se gratos ostendant et amicitias renovent, sed praesertim acceptis subsidiis apte utantur ex iisque uberem fructum capiant.

22. Bona spe ducimur fore, ut futura tempora recte
1086 composita in Africa agantur, si simul consuetudines antiquitus / inductas retinuerit, simul novum vigorem ex usu christianae religionis et hodierni cultus humani ceperit. Potissimum confidimus, christianos homines, hoc nomine dignos, modo sint conscii quo honore humanum opus fruatur, quidque bonum omnium commune postulet, praestantissime esse collaturos ad civilem suarum Civitatum statum confirmandum.

Hac de causa volumus cunctis filiis Africanae terrae et omnibus, qui bona praediti voluntate, ibi degunt et operantur, salutem dicere, adhibere hortamenta, eorum erigere animos.

V

23. Imprimis autem ad vos, Venerabiles Fratres, et ad proximos operae vestrae socios, ad sacerdotes, ad religiosos, ad sacras virgines Deo devotas, ad viros feminasque auxiliatores e laicorum ordine Nos convertimus. Vos namque, sacri Praesules, obitis *communitatis ministerium..., loco Dei praesidentes gregi, cuius estis pastores, ut doctrinae magistri, sacri cultus sacerdotes, gubernationis ministri* [19] Ecclesiae. Vestrum igitur est curare, ut inter se christiana res ac veteres Africae consuetudines impense efficienterque occurrant atque adiuvent.

Re enim vera profectus Ecclesiae in Africa magni solacii materiam praebet, cum Ecclesia fere ubique Hierarchiam locorum propriam habeat constitutam. Non enim exspectavit incepta populi autochthonis fautorum, ut Africanos homines ad graviora munera sacerdotii et episcopatus eveheret; sed id iam fecerat, sapientibus ducta normis, praesertim a proximis Decessoribus Nostris editis.

Quodsi hinc animo gratissimo fateri debemus, priores Evangelii praecones eximios suscepisse labores, ut semen spargerent Regni Dei, illinc recognoscamus oportet, terram Africanam ad semen idem accipiendum ad fructusque fundendos idoneam fuisse.

24. Missionalibus praeteritorum temporum id interdum tribuitur, quod bona primaria et germana, quae in moribus ac traditionibus antiquis inessent, non satis intellexerint. Ad hoc quod attinet, aperte confitendum est, missionales, quamvis rationibus altioribus ducerentur et ex iis vim haurirent in / opere suo magnanimo et praestantissimo perpe- 1087
trando, tamen non potuisse quin sentiendi modum, sua aetate vigentem, aliquatenus imbiberent. Nam si anteactis temporibus illis non semper copia data est perspiciendi sensum morum et historiae, litteris non consignatae, gentium, quibus Evangelium annuntiarent, merito tamen multorum ex iis factum est, ut primum scholaris institutio initium caperet, ut primum corporum valetudini disposite consuleretur, ut primum necessitudines cum ceteris partibus hominum familiae coniungerentur, ut primum iura personae humanae defenderentur, ut eae disciplinae inchoarentur et excolerentur, quae hodie ad communem cultum ingenii pertinere putantur. Alii iique multi laudem etiam sibi pepererunt, quod doctrinas anthropologicas studiis novis exquisitisque magnumque habentibus momentum provexerunt. In primis vero concedatur oportet, actionem missionalium semper alienam fuisse a quaestus cupidine, caritate vero evangelica alitam, cum numquam sibi pepercerint, ut prolixe Africanis auxilium ferrent ad implicatas ipsorum regionum quaestiones humanas et sociales dissolvendas.

Quemadmodum supra diximus, missionales in Africa hac una de causa sunt commorati, ut scilicet nuntium pacis et Redemptionis cum Africanis communicare possent, Ecclesiae a Divino eius Auctore creditum. Huius amore incensi, illi patriam et familiam reliquerunt ac permulti in Africae bonum vitam profuderunt.

Eorum profecto laborum eorumque coeptorum vos, Venerabiles Fratres, impigri estis heredes maxime conscii atque pergrati.

25. Sed si multa sunt perfecta, multa tamen supersunt facienda. Non solum enim perseverare oportet et incheata opera ad exitum perducere —quae quidem progressione mirabili augentur et amplificantur— sed etiam gentibus opem ferre, quae et iamnum nuntium Christi exspectant et cognoscere petunt. Profecto in haec ipsa tempora nostra cadunt Salvatoris verba: *Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios* 1088
in messem suam [20]. /

Peculiari modo hortamur vos, Venerabiles Fratres, qui Africae Ecclesiis praeestis, ut, dum in pastoralem christianarum communitatum curam incumbitis, nihil missum fanciatis, ut Christus etiam ab iis plurimis, qui adhuc illum ignorant, cognoscatur [21].

Ac dum operam datis, ut in vestris communitatibus ma-

[12] *Gaudium et spes*, n. 29: *A. A. S.* 58, 1966, pp. 1048-1049. [13] *Mt.* 23, 8. [14] Litt. Encycl. *Populorum progressio*, n. 35: *A. A. S.* 59, 1967, p. 274 [LE 3546]. [14] Cfr. *A. A. S.* 53, 1961, pp. 431-451. [15] Cfr. Litt. Encycl. *Populorum progressio*, n. 29: *A. A. S.* 59, 1967, p. 272. [16] Cfr. Ibid., nn. 51-54: *A. A. S.* 59, pp. 282-284. [17] Litt. Encycl. *Pacem in terris*: *A. A. S.* 55, 1963, pp. 289 s. [LE 3110]. [18] Litt. Encycl. *Populorum progressio*, n. 65: *A. A. S.* 59, 1967, p. 289. [19] Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 20: *A. A. S.* 57, 1065, pp. 23-24. [20] *Mt.* 9, 37-38. [21] Cfr. Conc. Vat. II,

http://www.obrascatolicas.com

gis magisque eorum numerus augeatur, qui sacerdotalem et religiosam vitam amplectantur, simul hoc etiam efficiendum curate, ut eorundem educatio, in pietatis studio firmiter innixa, vere apostolica alacrisque evadat. Eodem tempore cura vestra versetur in laicis hominibus ad apostolatum informandis secundum eiusdem Concilii Oecumenici sapientissima praescripta [22].

26. Ad Nostros quoque vestrosque in Episcopatu Fratres, qui antiquioribus ac florentioribus Ecclesiis ceterarum continentium terrarum sunt praepositi, hortamenta Nostra pertinere cupimus, ut vos generoso animo iuvare pergant. Quas invitationes haec Apostolica Sedes adhibuit, praesertim per Encyclicas Litteras *Fidei donum* [23], ut sacerdotes, religiosi laicique homines se paratos praeberent ad sociam praestandam operam novellis Africae Ecclesiis, easdem Nos vehementiore sollicitudine commoti renovamus. Non enim putandum est, sive coepta iam opera, sive commoda, quae progressus rei technicae induxit, sacrarum Missionum difficultates prorsus abstulisse. Nam missionales, cum tot ardua et aspera perpeti debeant, ope nostra ac benevola laboris sui aestimatione adhuc indigent. Africae Ecclesiae perpetuo liberalique christianorum omnium auxilio adhuc opus habent.

27. Africae condiciones, quae hodie sunt, postulant ut virium omnium conspiratio late foveatur. Prorsus necesse est, ut singulorum nisus inter se apte cohaereant. Quare ordinatio Missionalium Institutorum, quae de Evangelii in Africa propagatione optime merita sunt, adhuc censenda est ratio omnium efficacissima; quamvis agendi rationes
1089 hucusque adhibitae renovandae ac recognoscendae sint, ut eae accommodentur mutatis rerum adiunctis, quae in sacram Hierarchiam et in humanum cultum antiquorum territoriorum sunt inductae. Itaque incepta singularum Ecclesiarum, quae, adiutricis ferendae operae causa, intra fines alicuius paroeciae vel dioecesis ineuntur —cuiusmodi est cura ultro susceptа de peculiari quadam statione missionali—, loci Episcopo parere debent atque, si opus sit, inniti Institutis Missionalibus, ut apostolici laboris aptae conexioni et perpetuitati prospiciatur.

Non sine magno animi solacio compertum habemus, alienigenas sacerdotes Africae Episcopis operam praestare, eosdemque una cum loci sacerdotibus in pastorale opus incumbere. Eos hortamur, ut apostolico muneri sibi demandato generose se devoveant atque, ad novum rerum politicarum et socialium cursum ultro se accommodantes, ministerii sui regionem pro altera patria habeant. Africanis vero sacerdotibus verba commemoramus, quibus Concilium Oecumenicum eos monet, ut seipsos ceterosque fratres sacerdotii participes considerent tamquam *unum... presbyterium* [24] seu corpus sacerdotum, qui, mutua ducti aestimatione, alacriter una simul adlaborent ad Dei populum in unum congregandum.

Probamus praeterea atque opportunam arbitramur sociam plurium Institutorum operam, quae in eodem territorio sunt constituta.

Navitas quoque auxiliatorum laicorum, qui ibidem artem profitentur suam, providus quidam ferendi auxilii modus esse videtur, eademque plenam suam efficacitatem attingit, si sub Episcopi moderamine apte ordinata exerceatur.

28. Optamus praeterea, ut vos, Venerabiles Fratres, vosque maxime catholicis communitatibus ritus orientalis Praepositi, concordiam utilitatis plenam sociamque operam promovere studeatis cum ceteris christianorum communitatibus, ea incepta suscipiendo, quae rerum adiuncta suadeant quaeque in vestra sint potestate: idque *ut scandalum divisionis pro posse tollatur* [25]. Qua de re laetamur, prae-
1090 scriptis Concilii Oecumenici Vaticani II servatis, conventus precandi, investigandi et / agendi causa alicubi habitos esse, atque certos modos coniunctim statutos esse, quibus una simul verbo Dei in vernaculos sermones vertendo atque disseminando opera daretur.

Eadem fere vobis commendamus, quod attinet ad fovendas rationes cum aliarum religionum asseclis cumque omnibus bonae voluntatis hominibus, hanc praesertim ob causam, ut civilis prosperitas ac sociale bonum populorum provehantur, invicem variorum traditorum morum servata reverentia.

VI

29. Cum Concilium Oecumenicum Vaticanum II concluderetur, Patres Conciliares una Nobiscum ad praesentis aetatis homines, atque in primis ad supremos Civitatum Moderatores peculiarem nuntium miserunt. Cuius quidem opportunum ducimus geminos afferre locos, qui sequuntur: *Aperte profitemur, nos auctoritatem vestram vestrumque imperium in honore habere; observantia prosequi vestrum munus; vestras iustas leges agnoscere; earundem cum auctores, tum exsecutores magni aestimare. At sacrosanctum verbum vobis proferre debemus: scilicet unum Deum magnum esse; unum Deum rerum omnium principium esse, eundemque finem; Deum auctoritatis vestrae primam originem esse vestrarumque legum fundamentum.*

Ecclesia a vobis *postulat libertatem profitendi praedicandique suam fidem, libertatem amandi Deum suum eique serviendi, libertatem vivendi et suum vitae nuntium hominibus afferendi. Nihil vobis ab Ecclesia timendum est; eadem imaginem refert Magistri sui, cuius arcana actio nihil detrahit iuribus praecipuis vestris, immo a nativa fragilitate tuetur quidquid humanum est, illud ad altiorem dignitatem evehit, ac spe, veritate, pulchritudine perfundit* [26].

30. Nunc autem, supremi Africae Civitatum Moderatores, vestrum est firmitatem tribuere institutis, quae in vestris nationibus post civilem adeptam libertatem orta sunt. Ad vos pertinet renovare ad nostraeque aetatis rationes accommodare quaecumque bona veteres Africani mores tradiderunt. Per vos / stat, ut leges, quibus in prae- 1091
sens Africae vita moderanda est, condantur, perficiantur, ad effectum adducantur. Qua in re semper vobis propositum fore confidimus, ut veram prosperitatem populis vestris procuretis. Fautores pacis vos exhibete, potiusque ad colloquia et ad pacta ineunda quam ad discidia et ad vim paratos, probe reminiscentes, pactionum faciendarum consuetudinem cum antiquissimis germanisque socialis vitae Africae institutis apprime congruere.

Concordiam gentium fovete, quae territoria vestra incolunt, libertatem religiosam tuentes [27] atque operam dantes, ut componantur, non autem exacerbentur discrimina ac discidia omnia, quae a stirpis diversitate proficiscantur. Nam novarum nationum prosperitas concordiam omniumque virium coniunctionem prorsus requirit.

Nos studiosam voluntatem vestram laudamus et laboribus vestris bene precamur. Vobis id tribuat Deus, ut apte et vere res perspiciatis; ipse faciat, ut in animis vestris agendi alacritas honestis consiliis respondeat, sapientibusque legibus vos ipsos devovendi studium congruat; ipse denique optata exspectationesque vestras ad prosperum adducat effectum.

VII

31. Si alias umquam, hodie potissimum nova Africa progrediendi vim atque incitamentum a filiis suis accipit, ab iis praesertim, qui, crebri iam atque in dies numero augescentes, in scholis et in studiorum Universitatibus docent, vel impigre operantur in iis doctorum coetibus, qui hodiernae Africae animum propriasque virtutes exprimunt.

Quemadmodum iam fecit Decessor Noster f. r. Ioannes XXIII in memoranda admissione data die 1 mensis aprilis, anno MCMLIX [28], ita Nos quoque iuvat scriptores et artifices salutare iisdemque optima quaeque optare, omnes invitando, ne a veritate inquirenda umquam desistant [29]. / 1092

32. Africa indiget vobis, vestris studiis, vestris investigationibus, vestra arte, vestra doctrina; non solum ut praeterita eius aetas debito in honore habeatur, sed etiam ut nova, qua praestat, bonarum artium cultura ex vetusto veluti caudice efflorescat et ad fecundam veri inquisitionem perducatur.

Dum recentiora machinalis rei inventa ac technicorum progressus vestram etiam continentem terram ad novum prorsus rerum cursum adducunt, peculiare vobis officium iniungitur, ut praestantiora bona, quae ad animum mentemque excolenda pertinent, sarta tecta serventur.

Per vos, interpretum quasi partes agentes, novae doctrinae mutataeque rerum condiciones omnibus explicari atque explanari possunt. Quare in vestro obeundo munere sinceros, honestos ac fideles vos gerite.

Ecclesia spem multam collocat in adiutrice vestra opera, ut varii Africae culti mores renovari et praestantiore dignitate donari possint, quod attinet sive ad sacram liturgiam ordinandam sive etiam ad catholicam doctrinam eo modo

[22] n. 15, p. 963. [23] Cfr. *A. A. S.* 58, 1966, pp. 10-11 [LE 3368]. [24] Cfr Conc. Vat. II, Decl. *Dignitatis humanae*, n. 1: *A. A. S.* 58, 1966, p. 930 [LE 3363]. [25] Cfr. *A. A. S.* 51, 1959, pp. 259-260. [26] Cfr. Conc. Vat. II, *Nuntius ad viros doctrinae scientiaeque deditos*, datus die 8 mensis decembris

ac forma exprimendam atque tradendam, quae cum Africanarum gentium ingenio congruat.

VIII

33. Animi culturae rerumque socialium commutationes, quas hac aetate Africa experta est, eiusmodi sunt, ut opiniones de domestico convictu eiusque mores proxime attingant.

Anteactis temporibus vitae socialis compago ita ordinabatur, ut cognationi ac progeniei primas partes tribuerentur, ac matrimonium veluti commune propinquorum omnium negotium haberetur. Quae omnia nunc magnopere commutata sunt. Nam apud quasdam Africae nationes leges latae sunt ad ius de familia renovandum, opportunis mutationibus in nonnulla vitae instituta antiquitus tradita inductis, peculiari modo ad dotem quod spectat, ex qua recentioribus temporibus malae consuetudines oriebantur, quae graviter impediebant, ne familiae naturalis et christianae cursus tranquillus et serenus procederet.

Ipsum polygamiae institutum, pervagatum apud communitates, quae nondum religionem christianam suscepe-
1093 runt vel / procul ab eius virtute fuerunt, iam non inititur, ut superioribus aetatibus, in hodierna socialis vitae structura, nec iam animi inclinationi fortunate respondet, quae apud Africae gentes hodie invaluit. Paucis, ad familiam quod attinet, nostro hoc tempore in Africa cernere est late iam patere campum libertatis et munerum, quae ad coniuges singulos pertineant.

34. Quae omnia ut prorsus probentur, digna sunt. Attamen in libertate agendi confirmanda caveatur oportet, ne a Dei lege discedatur, cum eius vim nullae animi culturae vel vitae socialis mutationes delere possint.

Quare familia semper religiose asserere ac tueri debet notas matrimonii proprias atque praecipuas, hoc est unitatem atque indissolubilitatem. Sacrum item officium est, quarto Dei praecepto sancitum, patri et matri honorem ac reverentiam adhiberi; quamobrem, si legitima quidem est libertas, quam iuvenes, qui matrimonio iunguntur, sibi vindicant coniugem deligendi, non idcirco iidem cognationis suae vincula laxare debent. Quam familiaris vitae communionem habeant tamquam magni pretii hereditatem a maioribus traditam, ac promptos se praebeant ad amanter generoseque ferendam parentibus opem et, si casus postulet, pro suis viribus etiam ceteris propinquis.

35. Praeterea christianis coniugibus fines familiaris societatis amplificantur, cum christifideles omnes familiam Dei efficiant. Eorum coniunctio, dum Deum precantur eique inserviunt, sacrum quiddam efficitur. Ex tradita a Concilio Vaticano II doctrina, *coniuges... parentesque christiani oportet ut propriam viam sequentes, amore fideli, totius vitae decursu se invicem in gratia sustineant et prolem amanter a Deo acceptam christianis doctrinis et evangelicis virtutibus imbuant. Ita enim exemplum indefessi et generosi amoris omnibus praebent, fraternitatem caritatis aedificant, et foecunditatis matris Ecclesiae testes et cooperatores exsistunt, in signum et participationem illius dilectionis, qua Christus Sponsam dilexit seque pro ea tradidit* [30].

Christus Dominus sese praebuit familiae magistrum, in-
1094 stauratorem atque restitutorem. Non solum enim ad primigeniam / formam familiam rettulit [31], sed matrimonium etiam ad sacramenti dignitatem evexit, hoc est caelestis gratiae effecit instrumentum.

Nos valde optamus a Deoque precibus imploramus, ut Africani omnes valeant Divini Magistri doctrinam addiscere, quam postea, ipsius luce perfusi, in suas leges in suaeque vitae actionem traducere velint. Haec namque doctrina in omnes valet, quippe quae in ipsa natura humana altius innitatur, mutuum coniugum amorem evehat, familiam integram eoque idoneam ad rectam filiorum educationem reddat, unde et in humanam societatem et in rempublicam praestantissima beneficia proficiscantur.

IX

36. In domestico autem convictu mulierum locus emi-
net, qui etiam valde mutatus est, cum iis novi navitatis campi pateant, hoc est in scholis, in valetudinariis et in variis humanae alacritatis provinciis, quae praesenti aetate ad administrationem publicae rei pertinent. Cuius quidem novi rerum cursus vera causa fuit doctrina christiana eiusque salutaris vis; quare iure merito *Ecclesia... gloriatur, quod mulieris dignitatem evexit libertatemque vindicavit, et*

anno 1965: *A. A. S.* 58, 1966, p. 12 [LE 3368]. [27] Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 41: *A. A. S.* 57, 1965, p. 47 [LE 3232]. [28] Cfr. *Mt.* 19, 8.

quod saeculorum decursu in sua luce posuit, una cum eius peculiaribus dotibus, naturalem ipsius aequalitatem cum viris [32].

Ab Africana quavis muliere hodie petitur, ut magis magisque conscia fiat sui ipsius, ut personae, dignitatis, materni sui muneris suorumque iurium ad participandam socialem vitam factas progressiones Africae novae promovendas.

Mulier autem Africana in primis postulat, ne umquam pro instrumento vel habeatur vel tractetur; quare ipsius dignitatem libertas tuetur, quae ei utpote personae humanae debetur, sive matrimonio iungatur —et tunc ius ei competit sibi virum eligendi [33]— sive virginitatem servare praeoptet, sese Deo devovens, et operam suam in proximorum bonum impendens. / 1095

In obeundo autem matris munere, quod praecipuum ipsius est, Africana mulier filiis assiduitatem amoris plenam praebere debet, eos ad maturam aetatem perducens eorumque animum ad conscientiam sui adipiscendam et ad futura obeunda officia componens. Praeterea in operis sui professionem et in socialis vitae commercia illum devotionis sui, suavitatis humanitatisque, feminarum proprium, afflatum inicere debet, qui efficit, ut in hominum societate, technicorum consiliis penitus imbuta, integer perstet rerum humanarum sensus earumque recta aestimatio.

Etiam vitae socialis participatio in iis, quae ad res politicas et ad civitatis administrationem attinent, mulierum ius et officium est, quorum exercitatio copiam mulieribus praebet directo conferendi ad societatis instituta renovanda, in primis cum de iis rebus erit agendum, quae ad matrimonium, ad familiam et ad filiorum educationem spectant.

Ecclesia, fideliter perstans in educationis opere sibi demandato, Africae mulieres hortatur, haud secus atque omnium locorum ac temporum mulieres, ut in Deiparae Mariae Virginis exempla intueantur. *Talis enim fuit Maria, ut eius unius vita omnium sit disciplina* [34].

X

37. Nunc autem ad vos iuvenes, futuri temporis spem, animum intendimus. Africa vobis indiget, vestra scilicet praeparatione, vestra doctrina, vestra dedita opera, vestris denique viribus. Quemadmodum omnibus antecellitis in accurate perscrutandis sensu et momento morum vitaeque consuetudinum, quae maiores vobis tradiderunt, ita inter omnes praestatis in earundem renovatione atque mutatione exoptandis. In re namque vera vestrum est discidia componere inter ea, quae elapsae aetatis propria erant, atque novum vivendi modum rerumque ordinem, quos praesens tempus induxit. Cavete tamen, ne vos facile alliciant *materialismi* placita, quae, pro dolor, vos adducere possunt ad fictas vel mutilas humanae vitae cogitationes atque ad Deum ipsum negondum. / 1096

Vos praesertim, christiani iuvenes, conscii sitis oportet dignitatis atque munerum, quae oriuntur a fidei christianae professione. Vitam vestram huic fidei accommodate. Doctrinae ac labori studiosam date operam. Etsi ad grandia pro vestrae gentis prosperitate atque progressu contenditis, modestos tamen vos praestate.

38. Peculiari deinde animi affectu ad vos, academiae scholarumque alumni, cogitationes Nostras convertimus, vos admonentes, doctrinam, qua in scholis ornamini, revera vos instruere debere ad artem apte exercendam, quam elegistis, atque ad munera, quae Africa a vobis sui futuri incrementi causa exspectat. Ne vos fugiat multos etiam nunc circa vos esse, in vestra Africa, quibus facultas non est scholas frequentandi atque litteras addiscendi. Alacri idcirco ac laeto animo date operam, ut scientiae magistri efficiamini atque, magistrorum partes in scholis agentes, fratribus vestris ea afferatis dona, quae vobis impertita sunt.

Vestras igitur voluntates ad vosmetipsos abnegandi et devovendi studium conformate. Iam nunc vestris nationibus summum bonum afferre potestis, vos ipsos parantes ad vestram cuiusque professionem christiana cum caritate vestrique lucri contemptione obeundam.

Eos vero ex vobis, qui studiorum causa in exteris nationibus commorantur, hisce hortamur verbis: patriam vestram diligite atque, postquam opportunam institutionem adepti eritis, ad eam libenter revertimini, vestrisque Civi-

[32] Cfr. Conc. Vat. II, *Nuntius ad mulieres*, datus die 8 mensis decembris anno 1965: *A. A. S.* 58, 1966, p. 13. [33] Cfr. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 29: *A. A. S.* 58, 1966, p. 1049 [LE 3368]. [34] S. Ambrosius, *De Virginibus*, lib. II, c. II, n. 15: *PL* 16, 22.

http://www.obrascatolicas.com

tatibus praesto estote, operam et artem daturi, ut Africae progressibus atque commodis prospiciatis.

XI

39. Quamvis nonnullae praetendantur nubes, quarum supra mentionem fecimus, fore tamen speramus, ut Africa civilia sua instituta stabilire, atque multum in re oeconomica et sociali proficere possit, quin Dei iura et hominis dignitas laedantur.

Antequam vero huic nuntio finem facimus, Nobis temperare non possumus, quominus in omnium memoriam re-
1097 voce/mus, ipsum Filium Dei eiusque Sacram Familiam, vexatam exsilioque affectam, in Africa solum confugisse. Eidem propterea humanae salutis Auctori atque Dei hominumque Mediatori, Christo Iesu, deprecantibus beatissima Virgine Maria atque Sancto Ioseph, firma cum fiducia commendamus futuras Africae res, eius gentis fortunas atque humanum eius iuventutis cultum.

Praeterea magnis huius continentis terrae viris, sanctitatis laurea decoratis —qui, sive in Ecclesiae primordiis ibi floruerunt, sive, ut Martyres Ugandenses, insectatione ceu flores succisi sunt, novo iam vere christiano appetente— ardentes admovemus preces, ut pro suis huius aetatis fratribus deprecari ne desistant atque tempus deproperent, quo toti Africae, non modo in melius mutatae, quod attinet ad externae vitae rationes, sed uberiore etiam Spiritus Sancti gratia ditatae, Iesu Christi lumen affulgeat.

40. Extremum universae Africae amorem existimationemque testari cupimus. Cui, utpote qui in medio populo Dei vices Christi geramus, ab ipso hisce verbis salutem dicimus: Pax vobis. Inter vos uti fratres diligite.

Qua impertita salute votisque factis, in omnes universos lectissima Dei viventis dona et auxilia devocamus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XXIX mensis Octobris, in festo D. N. Iesu Christi Regis, anno MDCCCCLXVII, Pontificatus Nostri quinto.—PAULUS PP. VI.

3607

1967 OCT 31.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 60 (1968) 13-14

NUNTIATURA APOSTOLICA IN GABONENSI REPUBLICA CONSTITUITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Quantum utilitatis e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae huic Sedi intercedunt cum Civitatibus, soleat exsistere, neminem la-
14 tet estque usu iam dudum compro/batum. Cum igitur commodum esse visum fuerit Apostolicam Sedem et Rempublicam Gabonensem publicis huiusmodi vinculis inter se coniungi, harum Litterarum vi, in Republica Gabonensi *Nuntiaturam Apostolicam* erigimus et constituimus, cuius sedem in urbe Liberopoli collocamus. Eidem ergo sic per Nos erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi sic per Nos constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXXI mensis Octobris, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3608

1967 NOV 1.-VICARIATUS URBIS, NORMAE. PART.*

DIES ET CONDITIONES DETERMINANTUR QUIBUS CONCELEBRATIO MISSAE IN SEMINARIIS ET COLLEGIIS ECCLESIASTICIS URBIS PERMITTI POTEST

Normae per la concelebrazione nei Seminari e Collegi ecclesiastici di Roma

Allo scopo di stabilire una norma uniforme per la concelebrazione del Divin Sacrificio nei Seminari, Convitti e Istituti Ecclesiastici di Roma, secondo l'augusto desiderio del Santo Padre, questo Vicariato dispone:

I. Negli Istituti, che ospitano *soltanto sacerdoti*, la concelebrazione potrà aver luogo anche ogni giorno, alle seguenti condizioni:

a) sia preferita e assicurata in primo luogo l'assistenza spirituale ai fedeli della diocesi romana: pertanto, nei giorni festivi, i sacerdoti dei menzionati Istituti, previo accordo dei rispettivi Rettori con questo Vicariato, abbiano a cuore di esplicare il sacro ministero preferibilmente nelle parrocchie e cappellanie della periferia; e, nei giorni feriali, di celebrare la S. Messa nelle parrocchie e chiese della città, o presso le Comunità religose;

b) poiché le S. Messa celebrata dai singoli è la forma normale e più abituale di celebrazione liturgica nella vita pastorale, se ne conservi il significato, la stima e la pratica, provvedendo che i sacerdoti, i quali non partecipano alla concelebrazione, abbiano facoltà e comodità di celebrare ognuno singolarmente;

c) i Rettori curino che gli alunni sacerdoti del loro Istituti, alcune volte alla settimana, concelebrino, o celebrino singolarmente, secondo un turno prestabilito. I Superiori degli Istituti diano l'esempio di entrambi i modi di celebrazione. Nella concelebrazione è opportuno che i sacerdoti si avvicendino nell'ufficio di celebrante principale;

d) nella concelebrazione si osservi con esattezza il *Ritus servandus in concelebratione Missae*; se ne acresca la dignità e l'afflato spirituale impiegando le varie forme consentite di celebrazione, e anche il canto variato di qualche parte dell'Ordinario o del Proprio; non manchi, abitualmente, l'omelia, anche se breve;

e) nelle istruzioni spirituali si illustri di frequente il valore teologico e ascetico della concelebrazione, come manifestazione dell'unità del sacerdozio, e mezzo efficace di raccoglimento e di unione fraterna nella comunità sacerdotale. Si ponga altresì in luce la necessità pastorale della Messa celebrata singolarmente, e insieme il senso teologico e spirituale che essa riveste per mantenere solida e nutrita la pietà del sacerdote.

II. Nei Collegi, o Seminari, che accolgono soltanto, o prevalentemente, candidati al sacerdozio, la Messa si celebri nelle diverse forme, che meglio mostrino i vari compiti della assemblea liturgica e fomentino l'attiva partecipazione di tutti gli alunni; è desiderabile, inoltre, che gli alunni siano guidati e avviati alla celebrazione nelle diverse forme, che un giorno dovranno attuare nel ministero sacerdotale.

Perciò, il Rettore del Seminario avrà cura che la Messa quotidiana, alla quale partecipano gli alunni, sia celebrata, a seconda del giorno liturgico, delle circostanze e occasioni particolari, in tutte le forme consentite: Messa letta, cantata, solenne, pontificale, concelebrata.

III. Negli Istituti, infine, in cui chierici e sacerdoti vivono in una sola comunità, il Rettore si studierà di provvedere nel modo migliore alle esigenze degli uni e degli altri. La concelebrazione potrà essere più frequente, ma non esclusiva: infatti la partecipazione dei chierici alla varie forme di celebrazione deve effettivamente assicurare in questo campo la loro completa formazione sacerdotale.

Le suddette norme andranno in vigore il 1° novembre 1967.—LUIGI, *Card. Vicario.* Guglielmo Giaquinta, *Segretario.*

* Rectoribus Seminariorum et Collegiorum ecclesiasticorum Urbis: Riv. dioc. Roma 8 (1967) 971-973.

3609

1967 NOV 4.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 60 (1968) 14-15

NUNTIATURA APOSTOLICA IN REPUBLICA AFRICAE MEDIAE ERIGITUR

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.—Eo mentem intendentes, res catholica per ecclesiasticos Viros, egregiis animi dotibus ornatos, in Civitatibus, ad quas illos legamus, provehatur, statuimus in Republica Africae Mediae Nuntii Apostolici Sedem erigere; atque adeo probe fore confidimus, ut publicae necessitudinis rationes, quae Sanctae Sedi cum illa Civitate intercedunt, ad communem utilitatem verique nominis profectum magis magisque confirmentur. Itaque, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra *Nuntiaturam Apostolicam* in Republica Mediae Africae constituimus, cuius sedem in urbe Bangula collocamus. Eidem Nuntiaturae sic per Nos erectae omnia et singula deferimus iura, privilegia, indulta quae huiusmodi Legationum propria sunt, certa spe freti hanc animi testificationem religionis proferendis finibus esse conducturam. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac / permanere; suosque ple- 15
nos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Apostolicae Nuntiaturae in Republica Mediae Africae sic a Nobis erectae nunc et in posterum plenissime suffragari;

sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die IV mensis Novembris, anno MCMLXVII, Pontificatus Nostri quinto.—Hamletus I. Card. CICOGNANI, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3610

1967 NOV 21.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR TRANSEUNDI A PROPRIO MONASTERIO SUI IURIS IN ALIUD EIUSDEM ORDINIS ABSQUE BENEPLACITO APOSTOLICO

PRECES—*Beatissime Pater*, Procurator Generalis Ordinis Cisterciensium Reformatorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter implorat facultatem qua religiosi sui Ordinis transire valeant a monasterio sui iuris ad aliud sine beneplacito apostolico, ob rationes allatas. Et Deus, etc.

RESCR.—Vigore facultatum a Ssmo Domino nostro concessarum, Sacra Congregatio Negotiis religiosorum praeposita, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia juxta preces experimenti causa *Ad decennium*, servatis ceteris servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 21 novembris 1967.—Ant. MAURO, *a Secr.* I. Daidone, *Aditor a studiis.*

* Procuratori Generali Ord. Cist. Reformatorum, Prot N. 16045/67: e documento originali.

3611

1967 NOV 23.-SC CONS., DECR. AAS 60 (1968) 226-227

RHEMENSIS - AMBIANENSIS ET ALIARUM

DE TRIBUNALIBUS REGIONALIBUS INSTITUENDIS ET ORDINANDIS PRO CAUSIS CONTENTIOSIS ET CRIMINALIBUS REGIONUM CAMPANIAE ET PICARDIAE IN GALLIA

Cum Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, Decreto diei 22 Decembris 1966 [LE 3507], unicum tribunal pro gallicis regionibus Campaniae et Picardiae, ad causas nullitatis matrimoniorum pertractandas constituisset, Excmi Ordinarii Rhemensis, Ambianensis, Bellovacensis, Catalaunensis, Ebroicensis, Suessionensis, ac Trecensis, quo expeditius iudicandi munus in tribunalibus ecclesiasticis exerceretur, nuper ab Apostolica Sede postulaverunt, ut causae universae, tum contentiosae tum criminales, quae ad eorum competens forum iure communi sint deferendae, posthac a tribunalibus Rhemensi, in primo iurisdictionis gradu, et Ambianensi, in gradu appellationis, cognoscerentur.

Porro Ssmus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Pauli Bertoli, Archiepiscopi titularis Nicomediensis et in Gallia Nuntii Apostolici, ratus huiusmodi petitionem in animarum bonum cessuram, porrectis precibus adnuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, ea quae sequuntur decernit.

1. Tribunal Rhemense iudicabit in prima instantia universas causas, tum contentiosas tum criminales, Ecclesiarum quas supra memoravimus;

2. Ab eiusmodi causis, in prima instantia coram tribunali Rhemensi pertractatis, appellatio fiet ad tribunal Ambianense.

Quibus super rebus hoc editur Consistoriale Decretum, ad decennium, experimenti causa, valiturum.

Ad haec autem exsecutioni mandanda idem Summus Pontifex praefatum Excmum P. D. Paulum Bertoli deputavit, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet
227 virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere / impositio ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi, quam primum, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis, atque revocatis superioribus Rescriptis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 23 Novembris 1967.—Carolus Card. CONFALONIERI, *Pro-Praef.* Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secr.*

3612

1967 NOV .. -SC CONSISTORIALIS, NORMAE. PART.*

NORMAE PRO SACERDOTIBUS IN AMERICAM, ASIAM, INSULAS PHILIPPINAS VEL AUSTRALIAM MIGRANTIBUS

Roma, noviembre 1967

Excelencia Rvdma: Me apresuro a comunicar a V.E. Rvdma los cambios que esta Sagrada Congregación —escuchando las peticiones de muchos Excelentísimos Ordinarios— ha creido oportuno hacer en la disciplina que regula los viajes a ultramar de los sacerdotes:

1. Al Sacerdote que trate de trasladarse a ultramar (América, Asia, Filipinas o Australia) para un periodo de tiempo no superior a los tres meses, será suficiente el permiso de su Ordinario. Estos, sin embargo, darán el permiso solamente después de haber conocido el consentimiento del Obispo de la Diócesis donde pretende residir el Sacerdote.

Si el mismo Sacerdote, por justa causa, debiera quedarse allí más tiempo del consentido, podrá obtener la prórroga del tiempo de permanencia, bien de la Sagrada Congregación Consistorial, bien del Representante Pontificio del lugar donde se encuentra, o, en caso de urgencia, del mismo Ordinario diocesano «*ad quem*». Se entiende que la prórroga deberá limitarse al tiempo razonable.

2. Para el Sacerdote que quiera trasladarse a ultramar para un periodo superior a los tres meses queda en vigor la antigua disciplina, según la cual el interesado podrá dirigirse a V. E. Rvdma (al Sr. Nuncio), quien, como es conocido, está autorizado por esta Sagrada Congregación a conceder el permiso, previo el consentimiento de los Ordinarios «a quo» y «ad quem».

Al dar estos permisos V. E. Revdma podrá exigir una tasa justa, que deberá ser enviada, según los casos, al fin de cada año, a este Sagrado Dicasterio, unida a los nombres de los Sacerdotes a los cuales ha sido concedida la gracia.

Quedan sin cambiar, por ahora, las sanciones establecidas por el decreto *Magni semper negotii* (AAS XI, 43, III, 16) [LE 140], y confirmadas por la Constitución Apostólica *Exsul Familia* [LE 2304] para aquellos que *his legibus non servatis, temere arroganterque demigraverint.*

Quedan también sin cambiar las disposiciones para los Sacerdotes que se trasladen a América Latina para suplir allí la penuria de Clero.

Ruego a V. E. Rvdma quiera informar a ese Excmo Episcopado sobre estas nuevas disposiciones.

Con sentimientos de distinguido obsequio me profeso de V. E. Reverendísima affmo. como hermano.—C. CARD. CONFALONIERI, *Pro-Prefecto.*

* Textus datur iuxta notificationem Nuntii Ap. Ordinariis locorum Hispaniae factam: Ilustración del clero 61 (1968) 138-139.

3613

1967 DEC 4.-SC RELIGIOSORUM, NOTIFICATIO. PART.*

SUSPENDITUR OBLIGATIO MITTENDI RELATIONEM QUINQUENNALEM ET URGETUR DELATIO ACTORUM CAPITULI SPECIALIS DE RENOVATIONE AD S. C. PRO RELIGIOSIS

Roma, 4 Diciembre 1967

Reverendissima Madre, E' ben noto alla Reverenza Vostra con quale impegno gli Istituti Religiosi stiano promuovendo lo studio dei documenti conciliari e post-conciliari riguardanti la vita religiosa, e insieme con quale cura stiano preparando i rispettivi Capitoli Speciali e applicando le deliberazioni in essi prese.

Questo fervore d'iniziative, svolte dai singoli Istituti, che, com'è risaputo, mira ad attuare l'auspicato rinnovamento della vita religiosa, ha tuttavia dimostrato l'esigenza che gli sforzi generosi e gli esperimenti che vengono effettuati allo scopo, siano tempestivamente conosciuti da questo Sacro Dicastero, cui spetta il compito di seguirli e, occorrendo, di sostenerli.

Pertanto, questa Sacra Congregazione, pur mantenendo in vigore quanto indicato nel foglio S. R. 1463-65, del 1° Marzo scorso [LE 3540] circa la sospensione provvisoria dell'invio della Relazione Quinquennale, rivolge alla Presidenza di co-

http://www.obrascatolicas.com

desta Unione la preghiera di voler far sapere a tutte le Superiore Generali degli Istituti di diritto pontificio e di diritto diocesano che, appena terminato il Capitolo Speciale e, se questo si svolgesse in due diverse sessioni distanziate nel tempo, appena terminate le singole sessioni, inviino a questo medesimo Sacro Dicastero, qualora non l'avessero già fatto, copia dei rispettivi Atti.

Ben grato per il nuovo apprezzato servizio, profitto volentieri dell'incontro per confermarmi, con sensi di religioso ossequio di Vostra Reverenza dovotissimo.—I. Card. Antoniutti, *Pref.* Ant. Mauro, *Segr.*

* Praesidi Unionis internationalis Superiorissarum Generalium, Prot. N. A. G. 2553/67: Rivista delle religiose 18 (1968) 117.

3614

1967 DEC 8.-PAULUS VI, EP. AAS 59 (1967) 1097-1102

Nuntius scripto datus ad omnes «bonae voluntatis» homines, quos enixe Summus Pontifex exhortatur, ut calendis ianuariis dies celebretur fovendae paci per totum terrarum orbem dicatus

Ci rivolgiamo a tutti gli uomini di buona volontà per esortali a celebrare «La Giornata della Pace», in tutto il mondo, il primo giorno dell'anno civile, 1.° gennaio 1968. Sarebbe Nostro desiderio che poi ogni anno questa cele-
1098 brazione si ripetesse / come augurio e come promessa, all'inizio del calendario che misura e descrive il cammino della vita umana nel tempo, che sia la Pace con il suo giusto e benefico equilibrio a dominare lo svolgimento della storia avvenire.

Noi pensiamo che la proposta interpreti le aspirazioni dei Popoli, dei loro Governanti, degli Enti internazionali che attendono a conservare la Pace nel mondo, delle Istituzioni religiose tanto interessate alla promozione della Pace, dei Movimenti culturali, politici e sociali, che della Pace fanno il loro ideale, della Gioventù —in cui più viva è la perspicacia delle vie nuove della civiltà, doverosamente orientate verso un suo pacifico sviluppo—, degli uomini saggi che vedono quanto oggi la Pace sia al tempo stesso necessaria e minacciata.

La proposta di dedicare alla Pace il primo giorno dell'anno nuovo non intende perciò qualificarsi come esclusivamente nostra, religiosa, cioè cattolica; essa vorrebbe incontrare l'adesione di tutti i veri amici della Pace, come fosse iniziativa loro propria, ed esprimersi in libere forme, congeniali all'indole particolare di quanti avvertono quanto bella e quanto importante sia la consonanza d'ogni voce nel mondo per l'esaltazione di questo bene primario, che è la Pace, nel vario concerto della moderna umanità.

La Chiesa cattolica, con intenzione di servizio e di esempio, vuole semplicemente «lanciare l'idea», nella speranza ch'essa raccolga non solo il più largo consenso del mondo civile, ma che tale idea trovi dappertutto promotori molteplici, abili e validi a imprimere nella «Giornata della Pace», da celebrarsi alle calende d'ogni anno nuovo, quel sincero e forte carattere d'umanità cosciente e redenta dai suoi tristi e fatali conflitti bellici, che sappia dare alla storia del mondo un più felice svolgimento ordinato e civile.

La Chiesa cattolica provvederà a richiamare i suoi figli al dovere di celebrare la «Giornata della Pace» con le espressioni religiose e morali della fede cristiana; ma ritiene doveroso ricordare a tutti coloro, che vorranno condividere l'opportunità di tale «Giornata», alcuni punti che la devono caratterizzare; e primo fra essi: la necessità di difendere la Pace nei confronti dei pericoli, che sempre la minacciano;
1099 il pericolo della sopravvivenza degli egoismi nei rapporti tra le nazioni; / il pericolo delle violenze, a cui alcune polazioni possono lasciarsi trascinare per la disperazione nel non vedere riconosciuto e rispettato il loro diritto alla vita e alla dignità umana; il pericolo, oggi tremendamente cresciuto, del ricorso ai terribili armamenti sterminatori, di cui alcune Potenze dispongono, impiegandovi enormi mezzi finanziari, il cui dispendio è motivo di penosa riflessione, di fronte alle gravi necessità che angustiano lo sviluppo di tanti altri popoli; il pericolo di credere che le controversie internazionali non siano risolvibili per le vie della ragione, cioè delle trattative fondate sul diritto, la giustizia, l'equità, ma solo per quelle delle forze deterrenti e micidiali.

La Pace si fonda soggettivamente sopra un nuovo spirito, che deve animare la convivenza dei Popoli, una nuova mentalità circa l'uomo ed i suoi doveri ed i suoi destini.

Lungo cammino ancora è necessario per rendere universale ed operante questa mentalità; una nuova pedagogia deve educare le nuove generazioni al reciproco rispetto delle Nazioni, alla fratellanza dei Popoli, alla collaborazione delle genti fra loro, anche in vista del loro progresso e sviluppo. Gli Organismi internazionali, istituiti a questo scopo, devono essere sostenuti da tutti, meglio conosciuti, dotati di autorità e di mezzi, idonei alla loro grande missione. La «Giornata della Pace» deve rendere onore a queste Istituzioni e circondare la loro opera di prestigio, di fiducia e di quel senso di attesa, che deve in esse tenere vigile il senso delle loro gravissime responsabilità e forte la coscienza del mandato loro affidato.

Un'avvertenza sarà da ricordare. La pace non può essere basata su una falsa retorica di parole, bene accette perché rispondenti alle profonde e genuine aspirazioni degli uomini, ma che possono anche servire, ed hanno purtroppo a volte servito, a nascondere il vuoto di vero spirito e di reali intenzioni di pace, se non addirittura a coprire sentimenti ed azioni di sopraffazione o interessi di parte. Né di pace si può legittimamente parlare, ove della pace non si riconoscano e non si rispettino i solidi fondamenti: la sincerità, cioè, la giustizia e l'amore nei rapporti fra gli Stati e, nell'ambito di ciascuna Nazione, fra i cittadini tra di loro e con i loro governanti; la libertà, degli individui e dei popoli, in tutte le sue espressioni, civiche, culturali, morali, religiose: altrimenti, non la pace si / avrà —anche 1100
se, per avventura, l'oppressione sia capace di creare un aspetto esteriore di ordine e di legalità— ma il germinare continuo e insoffocabile di rivolte e di guerre.

È dunque alla pace vera, alla pace giusta ed equilibrata, nel riconoscimento sincero dei diritti della persona umana e dell'indipendenza delle singole Nazioni che Noi invitiamo gli uomini saggi e forti a dedicare questa «Giornata».

Così, da ultimo, sarà da auspicare che la esaltazione dell'ideale della pace non debba favorire l'ignavia di coloro che temono di dover dare la vita al servizio del proprio Paese e dei propri fratelli quando questi sono impegnati nella difesa della giustizia e della libertà, ma cercano solamente la fuga della responsabilità, dei rischi necessari per il compimento di grandi doveri e di imprese generose: Pace non è pacifismo, non nasconde una concezione vile e pigra della vita, ma proclama i più alti ed universali valori della vita: la verità, la giustizia, la libertà, l'amore.

Ed è per la tutela di questi valori che Noi li poniamo sotto il vessillo della Pace, e che invitiamo uomini e Nazioni a innalzare, all'alba dell'anno nuovo, questo vessillo, che deve guidare la nave della civiltà, attraverso le inevitabili tempeste della storia, al porto delle sue più alte mete.

A voi, Venerati Fratelli nell'Episcopato, A voi, figli e fedeli carissimi della nostra Santa Chiesa Cattolica, Rivolgiamo l'invito, di cui sopra abbiamo dato l'annuncio; quello di dedicare ai pensieri ed ai propositi della Pace una particolare celebrazione nel primo giorno dell'anno civile, l'uno gennaio del prossimo anno.

Questa celebrazione non deve alterare il calendario liturgico, che riserva il «Capo d'anno» al culto della divina maternità di Maria ed al nome beatissimo di Gesù; anzi queste sante e soavi memorie religiose devono proiettare la loro luce di bontà, di sapienza e di speranza sopra l'implorazione, la meditazione, la promozione del grande e desiderato dono della Pace, di cui il mondo ha tanto bisogno.

Vi sarete accorti, Fratelli veneratissimi e figli carissimi, / 1101
quanto spesso la Nostra parola ripeta considerazioni ed esortazioni circa il tema della Pace; non lo facciamo per cedere ad una facile abitudine, ovvero per servirCi di argomento di pura attualità; lo facciamo perché pensiamo essere ciò reclamato dal Nostro dovere di Pastore universale; lo facciamo perché vediamo minacciata la Pace in misura grave e con previsioni di avvenimenti terribili, che possono essere catastrofici per nazioni intere e fors'anche per gran parte dell'umanità; lo facciamo perché negli ultimi anni della storia del nostro secolo è finalmente emerso chiarissimo la Pace essere l'unica e vera linea dell'umano progresso (non le tensioni di ambiziosi nazionalismi, non le conquiste violente, non le repressioni apportatrici di falso ordine civile); lo facciamo perché la Pace è nel genio della religione cristiana, poiché per il cristiano proclamare la pace è annunciare Gesù Cristo; «Egli è la nostra pace»[1]; il Suo è «Vangelo di pace»[2]; mediante il Suo sacrificio sulla Croce Egli ha compiuto la riconciliazione universale, e noi,

[1] *Eph.* 2, 14. [2] *Eph.* 6, 15.

Suoi seguaci, siamo chiamati ad essere «operatori della pace»[3]; e solo dal Vangelo, alla fine, può effettivamente scaturire la Pace, non per rendere fiacchi e molli gli uomini, ma per sostituire nei loro animi agli impulsi della violenza e delle sopraffazioni le virili virtù della ragione e del cuore d'un vero umanesimo; lo facciamo infine perché vorremmo che non mai Ci fosse rimproverato da Dio e dalla storia di aver taciuto davanti al pericolo d'una nuova conflagrazione fra i Popoli, la quale, come ognuno sa, potrebbe assumere forme improvvise di apocalittica terribilità.

Occorre sempre parlare di Pace. Occorre educare il mondo ad amare la Pace, a costruirla, a difenderla; e contro le rinascenti premesse della guerra (emulazioni nazionalistiche, armamenti, provocazioni rivoluzionarie, odio di razze, spirito di vendetta, ecc.), e contro le insidie di un pacifismo tattico, che narcotizza l'avversario da abbattere, o disarma negli spiriti il senso della giustizia, del dovere e del sacrificio, occorre suscitare negli uomini del nostro tempo e
1102 delle generazioni venture / il senso e l'amore della pace fondata sulla verità, sulla giustizia, sulla libertà, sull'amore[4].

La grande idea della Pace abbia, specialmente per noi seguaci di Cristo, la sua Giornata solenne, all'inizio dell'anno nuovo 1968.

Noi credenti nel Vangelo possiamo infondere in questa celebrazione un tesoro meraviglioso di idee originali e potenti: come quella dell'intangibile e universale fratellanza di tutti gli uomini, derivante dall'unica, sovrana e amabilissima Paternità di Dio, e proveniente dalla comunione che —*in re vel in spe*— tutti ci unisce a Cristo; ed anche dalla vocazione profetica, che nello Spirito Santo chiama il genere umano all'unità, non solo di coscienza, ma di opere e di destini. Noi possiamo, come nessuno, parlare dell'amore del prossimo. Noi possiamo trarre dall'evangelico precetto del perdono e della misericordia fermenti rigeneratori della società. Noi, soprattutto, Fratelli veneratissimi e figli dilettissimi, possiamo avere un'arma singolare per la Pace, la preghiera, con le sue meravigliose energie di tonificazione morale e di impetrazione di trascendenti fattori divini di innovazioni spirituali e politiche; e con la possibilità ch'essa offre a ciascuno di interrogarsi individualmente e sinceramente circa le radici del rancore e della violenza, che possono eventualmente trovarsi nel cuore di ognuno.

Vediamo allora d'inaugurare l'anno di grazia 1968 (anno della fede che diviene speranza) pregando per la Pace; tutti, possibilmente insieme nelle nostre chiese e nelle nostre case; è ciò che per ora vi chiediamo; non manchi la voce di alcuno nel grande coro della Chiesa e del mondo invocante da Cristo, immolato per noi: *dona nobis pacem*.

Sia con voi tutti la Nostra Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 9 Dicembre 1967.—Paulus Pp. VI.

[3] *Matth.* 5, 9. [4] Cfr. Giovanni XXIII, Enciclica *Pacem in terris* [LE 3110].

3615

1967 DEC 12.-SC RITUUM, DECLARATIO. PART.*

Cum Dominica IV Adventus incidat in Vigiliam Nativitatis Domini, Missa dicitur de Vigilia; Missa vero sabbati ad satisfaciendum praeceptum festivum dicitur de Dominica

Cum Dominica IV Adventus, hoc anno 1967, incidat in Vigiliam Navitatis D. N. I. C., Missa dicitur de Vigilia. Ubi vero ex apostolico indulto horis post-meridianis Sabbati diei 23 decembris 1967 celebratur Missa ad satisfaciendum praeceptum pro dominica sequenti, Sacra Rituum Congregatio declarat Missam vespertinam, in praedicto Sabbato, dicendam esse, non de Vigilia Nativitatis, sed de Dominica IV Adventus.

Die 12 Decembris 1967.—Arcadius M. Card. Larraona, *Praef.* Ferdinandus Antonelli, Archiep. Idicren., *a secretis.*

* Ordinariis omnibus: Notit. 3 (1967) 428.

3616

1967 DEC 30.-SECR. STATUS, RESCR. AAS 60 (1968) 50

Rescriptum de vacatione legis Constitutione Apost. «Regimini Ecclesiae universae» latae

Cum notae causae impediverint ne communes normae, seu ordo servandus, pro Romana Curia perficerentur ac propterea exsecutioni mandarentur die statuta per Apostolicam Constitutionem *Regimini Ecclesiae Universae*, n. 12 [LE 3588], Augustus Pontifex decrevit ut eadem Apostolica Constitutio die 1 mensis Martii, non autem 1 mensis Ianuarii, insequenti anno plene absoluteque vigere incipiat.

Item ea, quae ad Pontificiam Domum renovandam secundum n. 134 eiusdem Constitutionis pertinent, eadem die certum initium capient.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXX mensis Decembris, A. D. 1967. De mandato SSmi.—Hamletus Ioannes Card. Cicognani, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

3617

1967 . . . . -SC DOCT. FIDEI, DECR. AAS 59 (1967) 1058

Formula deinceps adhibenda in casibus in quibus iure praescribitur Professio Fidei, loco formulae Tridentinae et iuramenti antimodernistici

PROFESSIO FIDEI

Ego N. firma fide credo et profiteor ómnia et síngula quae continéntur in Symbolo fidei, vidélicet:

Credo in unum Deum Patrem omnipoténtem, factórem coeli et terrae, visibílium ómnium et invisibílium et in unum Dóminum Iesum Christum, Fílium Dei unigénitum, et ex Patre natum ante ómnia sáecula, Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero, génitum non factum, consubstantiálem Patri per quem ómnia facta sunt, qui propter nos hómines et propter nostram salútem descéndit de coelis, et incarnátus est de Spíritu Sancto, ex María Vírgine, et homo factus est; crucifíxus etiam pro nobis sub Póntio Piláto, passus et sepúltus est; et resurréxit tértia die secúndum Scriptúras, et ascéndit in coelum, sedet ad déxteram Patris, et íterum ventúrus est cum glória iudicáre vivos et mórtuos, cuius regni non erit finis; et in Spíritum Sanctum Dóminum et vivificántem, qui ex Patre Filióque procédit; qui cum Patre et Fílio simul adorátur et conglorificátur qui locútus est per Prophétas; et unam sanctam cathólicam et apostólicam Ecclésiam. Confíteor unum baptísma in remissiónem peccatórum, et expécto resurrectiónem mortuórum, et vitam ventúri sáeculi. Amen.

Firmiter quoque ampléctor et retíneo ómnia et síngula quae circa doctrínam de fide et móribus ab Ecclésia, sive solémni iudício definíta sive ordinário magistério adsérta ac declaráta sunt, prout ab ipsa proponúntur, praesértim ea quae respíciunt mystérium sanctae Ecclesiae Christi, eiúsque Sacraménta et Missae Sacrifícium atque Primátum Románi Pontíficis.

Adn. A. SILVESTRELLI in ME 93 (1968) 833-839. Vide Breviorem professionis fidei formulam pro locis Missionum: LE 3511.

3618

1967 . . . . -S. PAENITENTIARIA, NORMAE. PART.*

Normae pro diebus particularibus proponendis quibus Dioeceses vel Instituta perfectionis Indulgentiam plenariam annectere volunt

Ut haec S. Paenitentiaria decernere queat quibus «tantum peculiaribus diebus», ad normam n. 14 Constitutionis Apostolicae *Indulgentiarum doctrina* [LE 3514], indulgentiae plenariae concedendae sint, velit supremus Moderator (si agatur de Instituto religioso) vel loci Ordinarius (si agatur de pia fidelium Consociatione) elenchum dare aliquorum tantum dierum quibus, prae ceteris diebus, indulgentia plenaria desideratur.

Dies, de quibus supra, recenseantur per ordinem, ponendo prius diem qui subsequenti praefertur.

Animadvertendum est quod haec S. Paenitentiaria intendit iam concedere indulgentiam plenariam diebus qui sequuntur:

I—*Pro Instituto Religioso*

A. Pro *toto Instituto*: 1) die festo Titularis vel Patroni principalis; 2) die festo Sancti vel Beati Fundatoris; 3) occasione Capituli generalis.

B. Pro *singulis domibus*: 1) die festo Patroni principalis domus; 2) diebus festis Sanctorum vel Beatorum, quorum

http://www.obrascatolicas.com

ibidem servatur Corpus vel Reliquia insignis; 3) in fine regularis visitationis.

C. Pro *singulis sodalibus*: 1) die ingressus in novitiatum; 2) die primae professionis; 3) die perpetuae professionis; 4) in anniversario 25°, 50°, 60° et 75° primae professionis.

II—*Pro Pia Fidelium Consociatione:*

1) die festo Titularis vel Patroni principalis; 2) die inscriptionis.

Pro pia fidelium Consociatione significentur praecipua incepta pietatis, culturae religiosae et caritatis ipsius Consociationis.

III—*Pro ecclesiis vel oratoriis*

Ut haec S. Paenitentiaria decernere queat quaenam indulgentiae confirmari vel ex novo concedi possint Ecclesiae vel Oratorio de quo agitur iuxta ultimum comma normae 15 Constitutionis Apostolica *Indulgentiarum doctrina*, responsum detur sequentibus quaestionibus:

1) an Ecclesiae vel Oratorio iam concessae sint indulgentiae et, in casu affirmativo, elenchus earum detur; 2) quinam sit *Titulus* Ecclesiae vel Oratorii; 3) an in Ecclesia vel Oratorio servetur Corpus vel insignis Reliquia alicuius Sancti vel Beati et, in casu affirmativo, an peculiari cultu honoretur; 4) quinam dies festus maiore populi concursu celebretur.

* CpR 47 (1968) 172-173. Adn. I. NAVARRO in CpR 47 (1968) 173-177.

ANNUS 1968

3619

1968 IAN 1.-SC EPISCOPORUM, FACULTATES. PART.*

FACULTATES QUINQUENNALES ORDINARIORUM LOCORUM A SACRIS CONGREGATIONIBUS PRO CLERICIS, PRO RELIGIOSIS ET RITUUM CONCESSAE

I. *Ex S. Congregatione pro Clericis*

Transferendi onera Missarum in dies, ecclesias, vel altaria alia a fundatione statuta, dummodo adsit vera necessitas nec divinus cultus idcirco minuatur aut populi commoditati praeiudicium inferatur; exceptis tamen legatis, quae in certis locis adimpleri facile possunt per eleemosynae augmentum, et cauto ut de translatarum Missarum satisfactione quovis anno Curia dioecesana a singulis celebrantibus edoceatur.

II. *Ex S. Cong. pro Religiosis et Institutis saecularibus*

1. In favorem Institutorum iuris dioecesani: *a)* Concedendi —rogante Superiore Generali de consensu sui Consilii Generalis— sodalibus vota simplicia professis id petentibus, facultatem cedendi sua bona patrimonialia iusta de causa et salvis prudentiae normis. *b)* Concedendi —postulante pariter Superiore Generali— ut religiosus testamentum mutare possit. *c)* Confirmandi —postulante Superiore Generali —ad tertium triennium Superiorem localem.

2. Confirmandi ad tertium triennium Antistitam, legitime postulatam, monasterii monialium Episcopo dioecesano subiecti.

3. Dispensandi —praehabito voto Antistitae— religiosas mulieres monasterii Episcopo dioecesano subiecti, id petentes, a vinculo votorum temporariorum.

III. *Ex S. Congregatione Rituum*

1. Deputandi sacerdotes, si fieri potest in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad altaria immobilia fixa conseceranda, servatis ritu et formula Pontificalis Romani recogniti.

2. Benedicendi sacra olea cum eo presbyterorum et sacrorum ministrorum numero, qui pro loci rerumque adiunctis reperiri poterint, Feria V *in Coena Domini*.

3. Celebrandi Missam *de Requie* IV classis, seu cotidianam, semel in hebdomada ab Ordinario in proprio oratorio, dummodo non occurrat dies liturgicus I vel II classis et excepto toto Adventus et Quadragesimae tempore.

* CpR 49 (1970) 179-180. Adn. J. DENIS in An. can. 14 (1970) 287-290.

3620

1968 IAN 1.-SC EPISCOPORUM, FACULTATES. PART.*

INDEX FACULTATUM NUNTIIS, INTERNUNTIIS ET DELEGATIS APOSTOLICIS TRIBUTARUM

CAPUT I.—Facultates generales

1. Facultas visitandi sive per se sive per ecclesiasticum virum probitate, prudentia ac doctrina praestantem, personas, loca et res de quibus in can. 344, 512, 1382 C. I. C. in casibus tamen particularibus et non per modum generalis visitationis; dummodo visitatio ipsa necessaria et urgens videatur, Ordinarius impeditus sit vel negligens, et tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem.

2. Absolvendi, iniunctis de iure iniungendis, tum in foro conscientiae, tum etiam in foro externo, pro casuum diversitate, ab omnibus censuris a iure sive simpliciter sive speciali modo Romano Pontifici reservatis, aut Ordinario a iure pariter reservatis.

3. Indulgendi, paupertatis causa, iis qui Missarum sive manualium sive fundatarum applicationem omiserint ut, quoad praeteritum tempus, obligationi suae paulatim satisfacere valeant, celebrando per se vel per alium aliquot Missas a concedente, vel, in casibus occultis, a confessario, ad numerum quod spectat, aeque determinandas.

Admoneantur autem commemoratarum omissionum rei ipsis Missarum onera quae adimplenda supersint condonata existimanda, si forte, ante plenam eorundem satisfactionem, pie in Domino obierint, nulla relicta pecuniae summa oneribus sive in toto sive aliqua ex parte implendis, supplente in reliquis Sanctitate Sua de thesauro Ecclesiae.

Item concedendi, si in aliquo casu ob peculiaria omnino rerum adiuncta expedire in Domino videatur, ut ad certum numerum iuxta vires petentis, Missae, quoad praeteritum pariter tempus, reducantur, dummodo ne agatur de recidivis, supplente pariter Sanctitate Sua reliquarum Missarum defectum de Ecclesiae thesauro.

4. Admittendi in foro interno eos, qui, beneficia ecclesiastica etiam cum cura animarum habentes, recitationem horarum canonicarum omiserint ad discretam compositionem, eaque mediante fructus male perceptos condonandi, vel omnes vel in parte, pecuniis exinde redactis in pia opera arbitrio Sedis Apostolicae erogatis.

Pauperibus autem, quorum inopia compositionem non admittit, praedictos fructus condonandi, iniuncta pro eorum viribus eleemosyna, pro suo vel confessarii prudenti iudicio determinanda.

Et haec quidem, sine praeiudicio illorum, quibus distributiones accrescere vel non decrescere debent, sint et censeantur ordinata.

5. Condonandi in foro interno fructus ex beneficio ob simoniam realem invalide obtento indebite perceptos, iuncta congrua poenitentia salutari, cum aliqua eleemosyna iuxta vires poenitentis taxanda, et imposita eiusdem beneficii dimissione. Quatenus vero ob iustas et rationabiles causas beneficium dimitti non expediat, praesertim vero si idem parochiale sit, et non adsint qui parochiis praefici possint, titulum ipsius beneficii convalidandi.

6. Absolvendi vel per se vel per alias idoneas ecclesiasticas personas a se deputandas eos omnes, qui fundos olim ecclesiasticos et a plurimis annis Ecclesiae per civiles leges ablatos nunc possident, vel titulo haereditatis a suis maioribus accepto, vel titulo emptionis seu similis contractus cum tertiis possessoribus initi, eosque singulos habiles reddendi ad praedictos fundos tamquam proprios licite habendos, de iisque tam inter vivos, quam mortis causa libere disponendi, imposita pro una vice tantum congrua eleemosyna iuxta prudens absolventis iudicium, in favorem Ecclesiae vel piae causae ad quam fundi de iure pertinebant, si fieri possit, eroganda.

7. Permittendi clericis et religiosis, uti singulis, ut rationabili de causa, quocumque anni tempore, privata matutini recitatio anticipari possit statim post meridiem.

8. Dispensandi, in casibus urgentibus, a gradibus academicis ad assequendas praebendas canonicales, quae ex lege fundationis ipsos gradus requirant, dummodo nullum praeiudicium aliorum iuribus inferatur.

9. Commutandi, consideratis causis, omnia vota privatim emissa, etiam Apostolicae Sedi reservata, dummodo commutatio ne laedat ius aliis quaesitum.

10. Commutandi ex iuxta causa opus ex quovis iuramento assumptum, dummodo commutatio ne vergat in praeiudicium aliorum.

11. Remittendi seu condonandi, «pro foro conscientiae tantum», delinquentibus pauperibus partem aliquam male ablatorum, aut retentorum, quando domini incerti sunt et casus occulti; ita tamen ut residuum, si quod adsit, vel aliqua alia summa vel pars pro viribus taxanda pauperibus loci vel in pia opera eiusdem loci, si fieri possit, distribuatur.

12. Recipiendi, aut delegandi in singulis casibus idoneum ecclesiasticum virum ut recipiat denunciationes de crimine sollicitationis, servatis in omnibus forma et tenore Instructionis, quae a Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei danda erit.

13. Prorogandi ad breve aliquod tempus facultates et indulta a S. Sede concessa, quae expiraverint, quin tempestive postulatio pro eorum prorogatione ad S. Sedem missa fuerit, facta tamen obligatione statim recurrendi ad eamdem S. Sedem pro gratia aut (si petitio iam facta fuerit) pro responsione obtinenda.

14. Vacante aliqua dioecesi, fas est Nuntio, Internuntio vel Delegato Apostolico, rogante Vicario Capitulari vel Administratore Apostolico dioecesis, quoties res urgeat, singulas singulorum casuum facultates concedere quae sunt in potestate ordinaria Episcopi.

15. Permittendi ut Episcopalis consecratio, rationabili de causa, fieri possit extra dies statutos (can. 1006).

16. Permittendi ut Episcopus consecrari possit atque dioecesis possessionem capiat antequam Apostolicae sub plumbo Litterae pervenerint.

17. Ut Metropolita actus iurisdictionis metropolitanae et ordinis episcopalis ponere possit ante S. Palli impositionem.

18. Quoties urgeat necessitas, evidens sit utilitas et periculum adsit in mora, facultas conceditur permittendi singulis, quorum interest ad normam canonum 534 § 1 et 1532 § 1, n. 2 C. I. C., ut bona ecclesiastica alienari, oppignorari, hypothecae nomine obligari, locari, emphyteusi redimi possint, usque ad duplum illius pecuniae summae, quam nationalis aut regionalis Conferentia Episcoporum proposuerit et Apostolica Sedes adprobaverit.

De peracta alienatione intra annum S. Congregatio competens edoceatur.

19. Prorogandi —expirato trium mensium spatio ab Episcopo dioecesano sacerdotibus ex Europa vel ex mediterraneis oris, ex Insulis Philippinis et ex America centrali ac meridionali exteras transmarinas regiones petentibus concesso —indultum manendi in territorio ubi Pontificius Administer legatione fungitur non ultra terminos praecedentis concessionis, cum onere transmittendi ad S. Congregationem pro Episcopis, in fine cuiuslibet anni, relationem de numero et qualitate gratiarum.

CAPUT II.—Facultates circa indulgentias

20. Impertiendi secundum praescriptam formulam ter in anno et non in eodem loco, diebus a se eligendis, Benedictionem Papalem cum indulgentia plenaria ab iis acquirenda, qui confessi, sacra Communione refecti et ad mentem Summi Pontificis semel *Pater* et *Ave* vel quamlibet aliam orationem pro sua pietate recitantes, eandem Benedictionem accep erint.

21. Concedendi indulgentiam partialem omnibus fidelibus praesentibus sacris functionibus a se peractis.

22. Erigendi pia sodalitia Rosarii, B. M. V. de monte Carmelo et Septem Dolorum, cum potestate communicandi huiusmodi facultatem cum ecclesiasticis viris pro suo prudenti arbitrio; sub lege tamen et conditione ut haec facultas non exerceatur ubi coenobia adsint religiosorum, qui ex apostolica concessione eiusmodi privilegiis gaudent.

Item ecclesiasticis viris concedendi facultatem, sub eadem lege et conditione, benedicendi et imponendi scapularia praedictarum sodalitatum.

CAPUT III.—Facultates circa matrimonium

23. Dispensandi gravi ex causa ab impedimentis consanguinitatis in secundo gradu lineae collateralis tangente primum, necnon criminis de quo in can. 1075, 2 et 3, dummodo delictum ab una vel utraque parte commissum sit *certe occultum*. In casu dubio vel si machinatio unius vel utriusque partis sit publice nota, semper recurrendum est ad Sacram Congregationem de disciplina Sacramentorum.

24. Sanandi in radice matrimonia nulla ob impedimenta, de quibus in numero praecedenti, cum facultate prolem exinde susceptam legitimam decernendi et declarandi, excepta tamen sacrilega et adulterina, ad effectus tantum canonicos, dummodo nullum iuri tertii legitime quaesito praeiudicium inferatur et nullum scandalum proveniat, quando moraliter impossibilis est renovatio consensus etiam privatim coram parocho et duobus testibus confidentibus, dummodo tamen prior maritalis consensus in unoquoque casu perseveret et absit periculum divortii, monita parte impedimenti conscia de sanationis effectu et debita facta adnotatione in libro baptizatorum et matrimoniorum. Rescriptum vero huiusmodi sanationis in Curia Episcopali diligenter custodiatur, quo omni tempore et eventu de matrimonii validitate et de prolis legitimatione constare possit.

CAPUT IV.—Facultates circa cetera Sacramenta et sacros Ritus

25. Deputandi simplices sacerdotes probatae doctrinae ac virtutis pro administrando sacramento Confirmationis, in iis regionibus dumtaxat Americae Meridionalis et in Insulis Philippinis in quibus, ob extraordinaria rerum et personarum adiuncta, servari nequit ius commune, servatis praescriptis can. 781 § 1, 782 § 4 et 784 C. I. C.; idque ad tempus aliquod determinatum.

26. Concedendi, *quoties necessitas urgeat et non suppetat tempus recurrendi ad S. Sedem aut ad proprium Ordinarium potestate praeditum*: *a)* indultum sacerdotibus infirmis, aut aetate devexis, oratorii privati, in quo Missam celebrant, servatis canonicis regulis; *b)* indultum celebrandi extra ecclesiam et oratorium et erigendi altare sub dio; *c)* facultatem, sacerdotibus navigantibus sive in mari sive in fluminibus, Missam in navi celebrandi super altari portatili dummodo locus in quo Missa celebratur nihil indecens aut indecorum praeseferat et periculum absit callis effusionis; *d)* facultatem presbyteris, ex utroque clero, visivae potentiae debilitate laborantibus, vel alia infirmitate detentis, celebrandi diebus I, II et III Classis Missam votivam Deiparae Virginis, aut aliam Missam votivam a S. Sede adprobatam; diebus vero III et IV Classis Missam defunctorum, adhibita, quoties ea indigeant, alterius sacerdotis vel diaconi adsistentia, et firmo permanente onere, si sint parochi, explicandi Evangelium diebus praescriptis servata Instr. S. R. C. diei 15 apr. 1961 [LE 2980]; *e)* eandem facultatem, de qua sub littera *d)*, sacerdotibus omnino caecis, praescripta semper adsistentia alterius sacerdotis, aut diaconi.

27. Indulgendi, ex iusta et gravi causa, ut Sacrosanctum Missae sacrificium peragi possit qualibet diei hora.

28. Indulgendi ad tempus ut in aliqua ecclesia semel in hebdomada, de consensu saltem praesumpto Ordinarii, Missa *de Requie* IV classis seu cotidiana celebretur etiam

http://www.obrascatolicas.com

diebus liturgicis III classis, excepto tamen toto Adventus et Quadragesimae tempore. Indulgendi etiam bis in hebdomada eandem Missam, dummodo, firmis iisdem clausulis, non omittatur Missa officio diei respondens.

29. Indulgendi per modum actus, ut in ecclesiis, in quibus festum alicuius Sancti in *Martyrologio* descripti solemniter celebratur, quod cum officio illius diei minime congruat, dici possint duae Missae de eodem Sancto, tamquam votivae II classis, servatis Rubricis (nn. 341, 343 Cod. Rubric.) [LE 2927].

30. Deputandi in casibus particularibus vel ad tempus, aliquem sacerdotem ad consecranda, iuxta formam in *Pontificali Romano* praescriptam, calices, patenas et altaria portatilia, adhibitis sacris oleis ab Episcopo benedictis.

31. Benedicendi campanas et consecrandi ecclesias, monito tamen loci Ordinario eoque non renuente.

32. Permittendi asservationem Ssmae Eucharistiae in ecclesiis non paroecialibus vel publicis oratoriis, dummodo sacrae aedes sint decenter instructae et suppellectilibus sufficienter praeditae, ibidem sanctum Missae sacrificium semel saltem in hebdomada celebretur, ciborii clavis caute custodiatur, lampas ante Ssmum Sacramentum diu noctuque colluceat, sacrae Species frequenter iuxta Rubricas renoventur, et earundem securae custodiae diligenter provisum sit ad normam Instructionis S. Congregationis de disciplina Sacramentorum editae in festo Ascensionis Domini a. 1938 atque relatae in Commentario Officiali *Acta Apostolicae Sedis* diei 10 iunii eiusdem anni [LE 1435].

33. Permittendi celebrationem trium Missarum Nocte Natali D. N. I. C. in ecclesiis sive paroecialibus sive non paroecialibus ac publicis oratoriis (non autem in privatis oratoriis), dummodo adsit copia Missarum in die Nativitatis.

34. Permittendi, quoties difficilis sit recursus ad Ordinarium loci, sacerdotibus, qui bis vel ter Missam celebrent, ut aliquid, exceptis alcoholicis, per modum potus sumant etsi non intercedat spatium unius horae ante Communionem.

Caput V.—Facultates circa Religiosos

35 Cognoscendi, in casibus extraordinariis et urgente necessitate, super statu alicuius domus Religionis cuiuslibet, conferendo cum Superioribus consilium et operam ut opportuna abusibus remedia adhibeantur, et Religiosi ad sui status perfectionem reducantur, certiore tamen facta quam primum Apostolica Sede, si quid novi in utilitatem claustralium Communitatum decernendum esse videatur.

36. Permittendi transitum ad aliam religionem, servatis servandis (can. 632).

37. Concedendi, consentientibus Superioribus quorum interest, indultum temporarium manendi extra claustra, seu exclaustrationis, non ultra triennium sodalibus Institutorum iuris pontificii (can. 638).

38. Concedendi sodalibus Religionis clericalis exemptae dispensationes a legibus generalibus Ecclesiae quae Litteris Apostolicis Motu proprio datis die 15 iunii 1965 *De Episcoporum muneribus* IX, n. 4 [LE 3449], Romano Pontifici reservatae sunt.

Animadversiones

I. Facultates quae in hoc Indice continentur Nuntio, Internuntio, Delegato Apostolico tribuuntur durante munere et cum potestate easdem subdelegandi digniori administro Pontificiae Missionis, quoties Nuntius, Internuntius et Delegatus Apostolicus quacumque causa a Sede absit.

Subdelegatio vero non extenditur ad facultates recensitas Cap. III neque ad eas quarum exercitium characterem episcopalem requirit.

II. Negotiorum Gestor, qui vacanti Nuntiaturae, Internuntiaturae et Delegationi Apostolicae praeest, facultatibus Indicis uti potest, exceptis quarum exercitium characterem episcopalem requirit; illis autem qui recensentur in Cap. III uti potest tantum in casibus urgentioribus.

III. Indulta quae Pontificius Administer ad tempus largiri potest, ultra quinquennium ne concesserit.

IV. Pontificius Administer facultatibus quae in hoc Indice recensentur nonnisi a receptis Apostolicis Litteris in forma Brevis uti valet.

Caput VI.—Facultates pro ipso Nuntio, Internuntio vel Delegato Apostolico, et, quatenus fas sit, eius familiaribus concedendae

39. Sacellum domus stabilis Nuntii, Internuntii et Delegati Apostolici, ex Indulto Summi Pontificis, qua semipublicum censendum.

40. Administrandi sacramentum Confirmationis in territorio universo sibi assignato, nec non durante maritimo itinere tam in accessu quam in recessu a loco missionis suae.

41. Conferendi sacros ordines extra ecclesiam cathedralem et extra tempora, diebus ferialibus non exceptis, si utilitas pastoralis accedat.

42. Bis Sacrum litandi diebus ferialibus ac festis de praecepto, iusta de causa. Ter etiam Sacrum litandi diebus dominicis ac festis de praecepto, si vera necessitas pastoralis id postulet.

43. Recitandi divinum Officium et Missam celebrandi iuxta kalendarium Romanum pro clero Urbis; idque concedendi sacerdotibus secum commorantibus sibique subiectis.

44. Utendi facultatibus et privilegiis, servato ipsorum ambitu et tenore, quibus Religiones in territorio sibi assignato domum habentes gaudent.

45. Ingrediendi, iusta de causa, intra clausuram pontificiam monasteriorum monialium, quae sita sunt in territorio sibi assignato, et permittendi, iusta et gravi de causa, ut alii in clausuram admittantur, ac moniales ex ipsa egrediantur: ad tempus vere necessarium.

46. Concedendi facultatem sacerdotibus, indulto altaris portatilis fruentibus, ut, iusta et gravi de causa, pro petra sacra adhibere valeant Graecorum antimensium, vel linteum, ab Episcopo benedictum, in cuius angulo dextro sint reconditae reliquiae Sanctorum Martyrum, pariter ab Episcopo recognitae, servatis de cetero servandis iuxta rubricas, praesertim quoad tobaleas et corporale.

47. Concedendi sacerdotibus secum commorantibus facultatem fideles quoslibet absolvendi in actu sacramentalis confessionis in sacello domus suae residentiae ab omnibus censuris, etiam reservatis, exceptis tamen: *a)* censuris ab homine; *b)* censuris specialissimo modo Apostolicae Sedi reservatis; *c)* censuris quae sunt adnexae revelationi specialis secreti pontificii; *d)* excommunicatione qua plectuntur sacerdotes ob attentatum etiam civile tantum matrimonium et actu cum muliere conviventes.

48. Concedendi sacerdotibus, ut, propter penuriam cleri et iusta de causa, Missam bis diebus ferialibus celebrare possint; et etiam ter diebus dominicis aliisque festis de praecepto, si vera necessitas pastoralis id postulet.

49. Permittendi clericis minoribus, religiosis laicis, necnon piis mulieribus ut pallas, corporalia et purificatoria prima quoque ablutione extergere possint.

Normae de taxis

1. Quod spectat ad dispensationes et sanationes matrimoniales concedendas —ex facultatibus sive S. C. pro Doctrina Fidei sive S. C. de Disciplina Sacramentorum— curet Legatus Pontificius, ut nupturientes aliquam oblationem, si fieri potest, iuxta vires persolvant.

2. Relate ad alienationes bonorum ecclesiasticorum, oblatio S. Sedi facienda aliquatenus *congrua*, iudicio Legati Pontificii, obtento emolumento seu utilitati.

3. Taxae pro ceteris indultis —vigore facultatum quae in hoc Indice recensentur— requirantur iuxta praxim legitime inolitam.

4. Pro casuum tamen diversitate, huiusmodi taxae moderandae aut dispensandae erunt ob paupertatem oratorum, aliasve iustas causas, *pro prudenti iudicio ac conscientia* Pontificii Administri.

5. Summam omnium taxarum et oblationum, quas Legatus Pontificius reapse exegerit, quotannis ante Pascha, ad singulas SS. Congregationes directe —ad S. Congregationem pro Doctrina Fidei si agatur de impedimentis mixtae religionis vel disparitatis cultus, ad S. vero Congregationem de Disciplina Sacramentorum si agatur de aliis impedimentis— aut *per tramitem S. C. pro Episcopis*, transmittat, una cum renunciatione, in foliis separatis, ad unamquamque S. Congregationem pro ipsius competentia, numero et specie dispensationum seu indultorum concessorum.

* Typis Poliglottis Vaticanis 1968.

3621

1968 IAN 23.-CONSILIUM LITURGIAE, NORMAE. PART.*

Normae servandae in translatione «Gradualis simplicis» in linguas vernaculas

Instantibus pluribus Conferentiis Episcopalibus, de translatione «Gradualis simplicis» in linguas vernaculas, «Consilium» ea quae sequuntur declarare censuit:

1. Conferentiae Episcopales linguam vernaculam admittere valent pro omnibus vel aliquibus cantibus in «Graduali simplici» exstantibus, atque textum cantui aptum approbare, ad normam art. 38 Constitutionis de sacra Liturgia [LE 3141] et nn. 28-31 et 40 Instructionis *Inter Oecumenici*, diei 26 septembris 1964 [LE 3217].

2. Pro unaquaque formula Missae vel eiusdem parte, retineatur psalmus, antiphona atque forma cantus, quae respondeat indoli actionis liturgicae, ut in «Graduali simplici» describitur (cfr. Instr. *Musicam sacram*, diei 5 mart. 1967, artt. 6 et 9) [LE 3541].

Quoad singula autem: *a)* Pro versiculis psalmorum adhiberi potest interpretatio popularis a competenti auctoritate approbata, quae tamen cantui sit apta, retenta, si casus fert, versuum divisione in ipsa interpretatione adhibita. *b)* Textus antiphonarum, etsi e psalterio sit depromptus, quandoque tamen mutationibus indiget, ut sensum plenum obtineat, qui cum tempore liturgico aut cum speciali festo congruat, a fidelibus intellegatur et necessitatibus rythmicis et vocalibus cantus popularis respondeat (cfr. Instr. *Musicam sacram*, art. 54). *c)* Formae cantus quae habentur in «Graduali simplici» (scil. sive cum antiphona post psalmi versum repetenda, sive cum brevi responso quod unum faciat cum melodia versiculi); aptari possunt genio musicali et chorali diversarum gentium, remota tamen quavis profana ac saeculari modulatione.

3. Quandoque textus antiphonarum, versus psalmi, aut psalmus ipse, uti habentur in «Graduali simplici», difficultates gignere possunt, ita ut praeferendus videatur textus diversimode selectus: aut quia textus versionis selectae difficultates pastorales parit; aut quia opportunum videtur uti collectionibus psalmorum et antiphonarum forte iam in usu exstantium, quae a pluribus cognoscuntur et idoneae iudicantur.

His in casibus, Conferentia Episcopalis alios textus eligere potest ita tamen ut cum principiis in *Praenotanda* «Graduali simplici» praeposita cohaereant [LE 3593].

* Ad Praesides Commissionis liturgicae apud singulas Conferentias episcopales: Notit. 4 (1968) 10.

3622

1968 IAN 31.-SC CLERI, RESCRIPTUM. PART.*

Decretum de constituendis Tribunalibus Provincialibus ecclesiasticis Parisiensi in primo jurisdictionis gradu et Versaliensi in secundo jurisdictionis gradu pro causis nullitatis matrimonii decidendis archidioecesis Parisiensis et dioecesium Versaliensis, Meldensis, Pontisarensis, Corbiliensis, S. Dionysii in Francia, Christoliensis, et Nemptodurensis

Exćmi Ordinarii Parisiensis, Versaliensis, Meldensis, Pontisarensis, Corbiliensis, Sancti Dionysii in Francia, Christoliensis et Nemptodurensis, prae oculis habitis:

Iis quae Litteris Apostolicis «Qua cura», die 8 Decembris 1938 Motu Proprio a Pio Pp. XI, v. m. datis (*A. A. S.*, XXX, p. 410 ss.) [LE 1457] pro Tribunalibus ecclesiasticis Italiae salubriter provideque statuta fuere;

Decreto S. Congr. de Disciplina Sacramentorum diei 28 Januarii 1946 (*A. A. S.*, XXXVIII, p. 281 ss.) [LE 1850], pro Tribunalibus ecclesiasticis matrimonialibus Ditionis Canadensis ordinandis;

Decreto eiusdem S. Congr. diei 31 Decembris 1956 (*A. A. S.*, XXXIX, p. 163 ss.) [LE 2620], pro Tribunalibus ecclesiasticis matrimonialibus Insularum Philippinarum ordinandis;

Decreto eiusdem S. Congr. diei 16 Februarii 1965 pro Tribunalibus Massilien. et Aquen. constituendis, ad causas nullitatis matrimonii octo dioecesium Galliae meridionalis pertractandas [LE 3261];

Decreto eiusdem S. Congr. diei 17 Februarii 1965 pro Tribunalibus ecclesiasticis Tolosan. et Ruthenen. constituendis, ad causas nullitatis matrimonii aliarum undecim dioecesium Galliae meridionalis pertractandas [LE 3260];

Decreto eiusdem S. Congr., diei 22 Decembris 1966, pro Tribunalibus ecclesiasticis Rhemensi et Ambianensi constituendis ad causas nullitatis matrimonii Regionis Pastoralis Septentrionalis Galliae, pro partibus tantum Campaniae et Picardiae, pertractandas [LE 3507];

a Sacra Congregatione postulaverunt ut in Provincia Ecclesiastica Parisiorum constituerentur duo tribunalia matrimonialia, competentia ad pertractandas causas nullitatis matrimonii suarum dioecesium, sive formales sive summarias, sc. Tribunal Parisiense, in primo jurisdictionis gradu, cum sede *Lutetiae Parisiorum*, et Tribunal Versaliense, in secundo jurisdictionis gradu, cum sede *Versaliis*.

Quas preces Sacra haec Congregatio de Disciplina Sacramentorum cum rite perpendisset, attento etiam voto favorabili Nuntii Apostolici in Gallia easdem retulit SSmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papae VI die 10 Februarii 1968. Sanctitas Sua, quae sequuntur, ad decennium et ad experimentum statuere dignata est, decernens eadem executioni mandanda, contrariis quibuscumque, licet speciali mentione dignis, minime obstantibus.

I. Tribunal competens ad pertractandas, in prima instantia, omnes causas nullitatis matrimonii, ritu sive formali sive summario (cc. 1990-92) archidioecesis Parisiensis et dioecesium Versaliensium, Meldensis, Pontisarensis, Corbiliensis, S. Dionysii in Francia, Christoliensis et Nemptodurensis, conditionibus a Codice J. C. necnon Instructionis «Provida Mater» diei 15 Augusti 1936 (*A. A. S.*, XXVIII, p. 313-36) [LE 1347] definitis, sit *Tribunal Parisiense*.

II. Praefatarum causarum Appellatio, incolumi semper manente facultate provocandi ad Tribunal Sacrae Romanae Rotae, iuxta can. 1599, 1, C. J. C., recipitur a Tribunali secundae instantiae *Versaliensi*.

Quae duo Tribunalia primae nempe et secundae instantiaa sint *communia* praefatis archidioecesi et dioecesibus et insimul *propria* unicuique. Officiales autem harum duorum tribunalium sint insimul unusquisque Officialis in propria dioecesi.

III. Officiales, Indices, Promotores Iustitiae et vinculi Defensores (necnon, si opus sit, eorum substituti) eorumdem tribunalium e memorata archidioecesi et ceteris septem dioecesibus aeque deligi possunt: omnes tamen constituantur oportet, *ad validitatem*, in Coetu Provinciali Ordinariorum ad majorem suffragiorum partem.

IV. Quorum Tribunalium Parisiensis et Versaliensis jura et officia, practicam agendi rationem, tempus executionis eorum quae supra statuta sunt normasque temporarias relate ad causas nullitatis matrimonii pendentes, Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum definiet.

V. Eadem Sacra Congregatio vigilem sedulamque pro suo munere operam dabit ut tum Officiales, tum Iudices, tum praesertim Promotores Iustitiae et Vinculi Defensores muneribus suis rite naviterque perfungantur, iuxta normas ab eadem Sacra Congregatione editas.

Romae, 22 Februarii 1968.—J. Card. Brennan, *Praef.* B. Fagiolo, *Subsecr.*

* E documento originali.

3631

1968 FEB 22.-SC SACRAMENTORUM, NORMAE. PART.*

Normae pro exsequendo Decreto diei 10 [22] Februarii 1968 de ordinandis Tribunalibus Provincialibus Ecclesiasticis Parisiensi in primo iurisdictionis gradu et Versaliensi in secundo iurisdictionis gradu, ad decidendas causas nullitatis matrimonii Archidioecesis Parisiensis et Dioecesium Versaliensis, Meldensis, Pontisarensis, Corbiliensis, S. Dionysii in Francia, Christoliensis et Nemptodurensis

Ut ad effectum deducantur quae per praefatum Decretum diei 10 Februarii 1968 [LE 3630] praescripta sunt, Sacra haec Congregatio quae sequuntur statuit:

Cap. I. De Tribunalium Provincialium Parisiensis et Versaliensis moderatore, judicibus et administris

Art. 1. Tribunal Provinciale sive primae *(Parisien.)* sive secundae *(Versalien.)* instantiae subest auctoritati Archiepiscopi vel Episcopi loci ubi tribunal sedem habet, qui proinde idem regit ac moderatur nomine omnium Episcoporum provinciae, eidemque omnia jura et officia attribuuntur quae locorum Ordinariis, ad normam sacrorum canonum C. J. C. et Instructionis «Provida Mater» Sacrae huius Congregationis de Disciplina Sacramentorum diei 15 augusti 1936 (*A. A. S.*, vol. XXVIII, p. 313 ssq.) [LE 1347] circa proprium tribunal competunt, nisi aliter infra cautum sit vel subiecta materia aperte exigat.

Art. 2. Quorum tribunalium Officialis, Judices, Promotor Justitiae et Vinculi Defensor (necnon si opus sit, eorum substituti) constituantur, *ad validitatem*, ut mandat praefatum Decretum sub n. III 2) *in Coetu Episcoporum* earumdem dioecesium pro quibus Tribunal primae vel secundae instantiae constitutum est. Quae nominationes autem ad majorem suffragiorum partem et «ad triennium» generatim fiant, salva facultate eas confirmandi ad successiva triennia.

Quoad constitutionem ceterorum administrorum utriusque Tribunalis Exćmi Moderatores jure communi utantur.

Art. 3. Candidati ad ista munera obeunda morum integritate praestent, et, ad judices quod attinet, laurea vel saltem licentia in jure canonico praediti sint, quod maxime est optandum; secus candidati seligantur scientia diuturnaque experientia juridica vere praecellentes; ipsi autem congruum tempus quidem impendere valeant gravibus muneribus sibi collatis rite obeundis.

Art. 4. Nomina eorum qui electi sint ad munera Officialis, Vice Officialis, judicis, promotoris justitiae, defensoris vinculi (horumque, si adsint, substitutorum) cum Exćmo Nuntio Apostolico in Gallia quamprimum ab eodem Exćmo Praeside Coetus Episcoporum communicentur, una cum indicatione aetatis, studiorum, curriculi vitae necnon cum testimonio circa eorum sacerdotales virtutes, ad «Nihil Obstat» ab hac Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum obtinendum.

Art. 5. Jusiurandum de officio rite fideliterque implendo ac de secreto servando (c. 1623; c. 1625 par. 2) praestari debet coram Exćmo Archiepiscopo Parisiensi inde ab initio suscepti officii, si de ministris Tribunalis primae Instantiae agatur, coram Episcopo Versaliensi, si de Ministris Tribunalis Appellationis.

Art. 6. Officiales, judices, promotores justitiae et vinculi Defensores (necnon, si adsint, eorum substituti) removeri nequeunt durante munere nisi ab Exćmorum Ordinariorum Coetu de quibus in Decreto, excepto gravissimo urgentique casu,

http://www.obrascatolicas.com

quo ab Excmo Moderatore removeri possunt, statim Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum certiore facta. Necessariae substitutioni iuxta Art. 2 harum Normarum provideatur.

Art. 7. Nemo judicis munere in causa matrimoniali fungi poterit qui advocati vel procuratoris munus actu exerceat, sive directe sive per interpositam personam, quamvis id etiam apud alia Sanctae Sedis tribunalia agat: idem valet pro justitiae promotore et pro vinculi defensore. Iidem omnes districte vetantur in quaslibet causas matrimoniales extra munus suum se quomodolibet ingerere.

Art. 8. Excmus Tribunalis Moderator, collatis consiliis cum ceteris Episcopis, Album advocatorum et procuratorum tribunalis conficiendum curet iuxta memoratae Instructionis «Provida Mater» Art. 47-53.

CAP. II. DE MODO PROCEDENDI IN CAUSIS MATRIMONIALIBUS PERTRACTANDIS

Art. 9. Ut tuto procedatur in causis matrimonialibus pertractandis apud Tribunalia quae praefato Decreto instituta sunt, adomussim Instructio diei 15 augusti 1936, supra memorata, servetur, his tantum additis aut immutatis quae infra adnotantur.

Art. 10. *a)* Quoad tribunalis competentiam serventur normae artt. 1-12 praefatae *Instructionis*, attento quod huiusmodi Tribunal, relate ad matrimoniales causas *commune* est ac *proprium* singulae cuiusque dioecesis provinciae.

b) Libellus porrigi potest vel directe Tribunali vel Episcopo dioecesis partis actricis, qui illum cito competenti Tribunali primae instantiae tradere curabit.

c) Causae autem ita inscribantur: primum ponatur nomen tribunalis, iuxta superius Decretum, dein dioecesis celebrati matrimonii vel partis conventae, postremo titulus causae, ex. gr. «*Tribunal primae instantiae Parisien. Melden. Nullitatis Matrimonii (N. N.)*»; si causa vero agitetur in gradu appellationis, ita inscribitur: «*Tribunal Appellationis Versalien. -Melden. Nullitatis Matrimonii (N. N.)*».

Art. 11. Ad Episcopum domicilii coniugum spectat judicium de existentia adiunctorum ferre, de quibus in Artt. 38 § 2 et 39, 6 praefatae Instructionis «Provida Mater»; quod tamen judicium antequam ferat, opportune cum Excmo Archiepiscopo et Moderatore Tribunalis Parisiensis aget.

Art. 12. Excmi Moderatoris Tribunalis erit tutorem aut curatorem admittere vel designare ad normam art. 78 memoratae Instructionis, conlatis consiliis cum Episcopo partis conventae cui tutor vel curator est constituendus.

Art. 13. Partium depositio excipiatur de more in ipsa sede Tribunalis primae instantiae Parisien. vel secundae instantiae Versalien.; quatenus vero necessitas postulet in sede Tribunalis dioecesani a judice Tribunalis Parisiensis vel Versaliensis, adstantibus vinculi Defensore ac Notario.

Art. 14. Testes generatim excutiantur in dioecesi proprii domicilii ab Officiali dioecesano, adstantibus vinculi Defensore ac Notario.

Art. 15. Depositiones in textu originali sive partium sive testium serventur apud dioecesanum tribunal, et eorum authentica exemplaria ad Tribunal Provinciale primae vel secundae instantiae mittantur.

Documenta vero tradantur in textu originali eisdem Tribunalibus Provincialibus primae vel secundae instantiae et authentica exemplaria apud dioecesanum Tribunal serventur.

Art. 16. *a)* In casibus exceptis, de quibus in cann. 1990-92, quaelibet petitio remittatur ad Archiepiscopum Tribunalis Provincialis primae instantiae, qui, praehabito Voto Episcopi domicilii coniugum, de eodem videat, ad normam Tit. XV citatae Instructionis. Officialis vero, de quo in art. 228 Instructionis, est Officialis Tribunalis Provincialis.

b) Vinculi Defensor autem facile ne omittat appellationem, de qua in art. 229 Instructionis «Provida Mater», interponere ad tribunal alterius instantiae, praesertim cum agatur de impedimentis a quibus dispensari solet.

CAP. III. DE MINISTRORUM TRIBUNALIUM, ADVOCATORUM ET PROCURATORUM REMUNERATIONE NECNON DE TAXIS ET JUDICIALIBUS EXPENSIS

Art. 17. Remunerationes pro Tribunalium Ministris ab Excmorum Episcoporum Coetu definiantur, probe considerato locorum temporumque adjunctis, sicut et causarum numero, adeo ut iidem congrua mercede donentur.

Art. 18. Idem Excmorum Episcoporum Coetus taxarum et expensarum judicialium necnon emolumentorum ad advocatos et procuratores spectantium notulam pro causis nullitatis matrimonii pertractandis definiat.

Notula ipsa vero taxarum, expensarum judicialium (praeoculis habito art. 233 citatae Instructionis) et emolumentorum distincte litigantibus necessario notificetur.

Art. 19. Excmi Ordinarii in sueto Coetu Provinciali contributionem statuant singularum dioecesium pro expensis Tribunalium, numero catholicorum vel etiam, si opportunum fuerit, numero causarum singularum dioecesium proportionatam.

Ad gratuitum vel semigratuitum patrocinium quod attinet, quoties idem ad normam juris (c. 1914 ss.; art. 237 ss. Instructionis «Provida Mater») concessum fuerit, litigantium dioecesibus onus incumbet expensas solvendi.

Unaquaeque pariter dioecesis itinerum ministrorum Tribunalium Parisien. et Versalien. expensas praestabit, quae ad se attinent.

Art. 20. Curent Excmi Moderatores, ut, conlatis consiliis cum ceteris Episcopis Provinciae, in sede Tribunalium sive primae sive secundae instantiae juridica *Bibliotheca* constituatur ad ministrorum muneri favendum.

CAP. IV. NORMAE TEMPORARIAE SEU TRANSITORIAE

Quae supra statuta sunt necnon Decretum diei 10 [22] Febr. 1968 de ordinandis tribunalibus ecclesiasticis in Provincia Parisiensi exsecutioni mandentur die...

Quoad causas quae dicta die pendentes in prima instantia inveniantur in Tribunalibus dioecesanis, ita procedatur:

1) Si libellus jam oblatus est, nec adhuc ad litis contestationem seu dubiorum concordantiam (c. 1727 C. J. C.; art. 88 Instr. *Provida Mater*) deventum sit, libellus ipse ad competens tribunal primae instantiae, juxta superius Decretum, transmittatur, neque de causa ulterius agat tribunal dioecesanum.

2) Si instructio processus in prima instantia sit tantum initiata per litis contestationem et partes, Vinculi Defensor et, si causae intersit, Justitiae Promotor, non obstent, processus deferri potest ad competens Tribunal primae instantiae juxta superius Decretum.

3) Causa jam conclusa (art. 177 Instr. *Provida Mater*), Tribunal Dioecesanum sententiam definitivam edat necesse est.

4) Idem fiat, mutatis mutandis, in causis quae agitentur in gradu appellationis.

SSmus D. N. Paulus Divina Providentia Pp. VI, in audientia diei 10 Februarii 1968, praefatas Normas benigne confirmare et ratas habere dignatus est.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum die 22 Febr. 1968.—J. Card. BRENNAN, *Praef.* B. Fagiolo, *Subsecr.*

* E documento originali.

3632

1968 FEB 22.-SC INSTIT., DECL. AAS 60 (1968) 229-230

FACULTAS THEOLOGICA UNIVERSITATIS VRATISLAVIENSIS PERSEVERARE AGNOSCITUR IN STUDIO THEOLOGICO SEMINARII MAIORIS EIUSDEM URBIS

Postquam praelectiones Facultatis Theologicae Universitatis Vratislaviensis a. D. MCMXLV interruptae sunt, Seminarium Maius Archidioecesanum Vratislaviense ita Studium Theologicum restituit ut cathedrae, magistri, integraque scientifica efficientia laudatae Facultatis in ipsum Seminarium plane translata censenda sint. Sedes igitur Apostolica agnoscit studia theologico-philosophica quae hodie in Theologico Studio Vratislaviensi fiunt dignitate academica pollere, utpote quae protrahant prodeantque ea quae in pristina Facultate fiebant tum ad cathedras tum ad examina tum ad scientificam investigationem philologico-historicam quod attinet. Academica ergo institutio et gradus qui nunc conferuntur in memorato Theologico Studio Seminarii / Maioris Vratislaviensis, Instituta in eo vi- 230
gentia tum pastoralis tum doctrinalis eruditionis, ecclesiasticis vel laicis destinata, nihil aliud sunt nisi prosecutio inclytae Facultatis Theologicae celeberrimae Universitatis Vratislaviensis. Omnibus servatis de iure servandis, vehementer optandum est ut Theologicum Vratislaviense Studium, quod nunc naviter operatur cathedris, alumnorum exercitationibus, bibliothecis, librorum editionibus, in posterum plurimos fructus afferat Populo Ecclesiaeque salutiferrimos.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, d. XXII m. februarii, in festo Cathedrae Sancti Petri, d. d. MCMLXVIII.—Gabriel Maria Card. GARRONE, *Praef.* Iosephus Schröffer, Archiep. tit. Volturn., *a Secr.*

3633

1968 FEB 26.-SC GENTIUM EV., INSTRUCTIO. PART.*

DE MEMBRIS ADIUNCTIS ET DE CONSULTORIBUS SACRAE CONGREGATIONIS PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

Cum in Constitutione Apostolica de Romana Curia *Regimini Ecclesiae Universae* [LE 3588], Summus Pontifex Paulus VI mandaverit ut peculiaris Instructio a Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione ederetur quo plenius in praxim deducerentur praescripta Decreti Conciliaris de activitate missionali Ecclesiae *Ad Gentes divinitus* [LE 3364], Litterarum Apostolicarum *Ecclesiae Sanctae* [LE 3457] et *Pro comperto sane* [LE 3584] necnon ipsius praelaudatae Constitutionis Apostolicae, normas sequentes haec Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide statuendas censuit.

I.—*De Membris adiunctis*

1. In moderatione Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, praeter Cardinales quos Summus Pontifex adscribendos decreverit, partem actuosam habebunt viginti quattuor repraesentantes scilicet: duodecim Praelati ex Missionibus, quattuor ex aliis regionibus; quattuor ex Moderatoribus Institutorum; quattuor ex Pontificalibus Operibus Missionalibus.

2. Nominatio horum Membrorum reservata est Summo Pontifici; proponuntur vero a Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis, auditis Conferentiis Episcopalibus necnon Moderatoribus Institutorum et Pontificalium Operum.

3. *a)* Singulae Conferentiae Episcopales Nationales vel Regionales mittant ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione elenchum candidatorum, qui debent esse Episcopi, Vicarii aut Praefecti Apostolici, Abbates nullius aut alii Praelati cum proprio territorio.

Conferentiae Episcopales proponere possunt tum candidatos qui in territorio Conferentiae sedem habent tum ex alia regione.

Candidati qui proponuntur debent esse vere periti in re missionali et idonei ad tractandas res maioris momenti et naturam principii generalis habentes. Propterea indicandae sunt dotes et qualitates quae candidatos speciali modo commendant referendo quoque studia specialia ab ipsis peracta, scripta edita, experientiam in variis generibus apostolatus acquisitam, munera quae habent in Conferentia Episcopali aut in organizationibus nationalibus vel internationalibus etc.

b) Numerus candidatorum non est praefinitus: si Conferentia Episcopalis novit nomina plurium candidatorum, qui vere idonei sint, et plures proponi possunt.

4. Ex candidatis propositis Summus Pontifex seliget duodecim Praelatos qui sedem in Missionibus habent, quattuor qui extra Missiones resident, habita congrua ratione terrarum continentium, ita ut Ecclesia Universalis quodammodo repraesentetur, ac cauto ne desint qui exponant necessitates Ecclesiarum quae «iuniores» vel «autochthones» vocantur.

5. Hi Praelati selecti a Summo Pontifice pleno iure sunt Membra Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione ac proinde intersunt Coetibus Plenariis, in quibus res maioris momenti et naturam principii generalis habentes pertractantur, et, si forte in Urbe adsint, intererunt etiam Coetibus ordinariis.

6. Unio Romana Superiorum Generalium mittat ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione elenchum candidatorum, qui debent esse sacerdotes, moderatores supremi alicuius Instituti clericalis quod partem habet in activitate missionali Ecclesiae, scientia, experientia ac prudentia in quaestionibus missionariis probati, ut supra sub n. 3 *a)* expositum est.

Proponantur saltem duodecim candidati modo sub eodem numero antea indicato.

7. Ex candidatis propositis, Summus Pontifex seliget quattuor repraesentantes, qui intersunt tamquam Membra Coetibus Plenariis Sacrae Congregationis in quibus res maioris momenti et naturam principii generalis habentes pertractantur, quique in deliberationibus eorundem Coetuum eadem iura et officia habent ac Cardinales et Episcopi.

8. *a)* Consilia Superiora Generalia Operum Pontificalium a Propagatione Fidei et a Sancto Petro Apostolo pro Clero Indigena mittant ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione elenchum candidatorum, qui debent esse Directores Nationales, bene meriti erga eadem Pontificalia Opera Missionalia, scientia, experientia ac prudentia conspicui ut supra sub n. 3 *a)* et n. 6 pro aliis Membris Sacrae Congregationis expositum est.

Proponi debent saltem quattuor candidati, modo indicato sub n. 3 *a)*.

b) Idem faciant Consilia Superiora Generalia sive Pontificalis Unionis Cleri pro Missionibus sive Pontificalis Operis Sanctae Infantiae.

9. Ex candidatis propositis, Summus Pontifex seliget quattuor repraesentantes qui intersunt tamquam Membra Coetibus Plenariis Sacrae Congregationis in quibus res maioris momenti et naturam principii generalis habentes pertractantur, quique in deliberationibus eorundem Coetuum eadem iura et officia habent ac Cardinales et Episcopi.

10. Quo aptius Sacra Congregatio rerum usu fruatur novorum ac valentium Membrorum, eorundem munus ad quinquennium vigebit; quinta fere pars, tamen, horum Membrorum singulis annis mutatur.

Expleto quinquennio, possunt confirmari. Omnes autem indigent confirmatione advenientis novi Summi Pontificis, exactis ab electione tribus mensibus.

11. Ut Coetus Plenarii Sacrae Congregationis maximo cum fructu haberi possint, Cardinalis Praefectus ordinarie sex mensibus ante Coetum Plenarium omnibus qui ius habent interveniendi notificabit diem quo ipse Coetus incipiet et in genere argumenta pertractanda.

Quattuor mensibus ante Sessionem repraesentantes vota ad rem pertinentia mittent ad Cardinalem Praefectum.

Duobus mensibus, vero, ante Sessionem, idem Cardinalis Praefectus cum omnibus Membris Sacrae Congregationis communicabit libellum definitivum rerum agendarum.

II.—*De Consultoribus*

1. Consultores eliguntur a Summo Pontifice et constituuntur ad quinquennium; ad aliud quinquennium confirmari possunt.

2. Consultores esse possunt Episcopi residentiales vel titulares, clerici dioecesani vel religiosi et laici, viri aut mulieres; requiritur tamen semper ut sint vere periti in re missionali, prudentia et usu rerum comprobati.

3. Conferentiae Episcopales Nationales vel Regionales, Consilia Generalia Pontificalium Operum Missionalium, Unio Romana Superiorum Generalium, Unio Internationalis Antistitarum Generalium, Opera Regionalia pro Missionibus et Consociationes Internationales laicorum mittant ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione elenchum candidatorum pro coetu Consultorum ipsius Sacrae Congregationis.

4. Non tantum proponi debent nomina candidatorum sed etiam indicandae sunt qualitates speciales quae candidatos commendant ut supra expositum est sub n. I 3*a)*.

5. Consultores a Summo Pontifice electi rogari possunt a Cardinali Praefecto ut vota sua scripto Romam mittant; invitari possunt quoque nonnulli ab eodem Cardinali Praefecto ut Romam vel alibi conveniant ad discutiendum de condicione variarum regionum locali et de modo cogitandi diversorum hominum coetuum necnon ad proponendas Sacrae Congregationi conclusiones scientifice fundatas pro opere et cooperatione missionali.

Votum Consultorum in omnibus his conventibus est consultivum.

Pro negotiorum varietate denique nonnulli Consultores a Cardinali Praefecto ad Coetum Plenarium Sacrae Congregationis convocari possunt, quoties eorum consilium necessarium vel opportunum visum fuerit.

Quas normas ab infrascripto huius sacrae Congregationis pro Gentium evangelizatione Cardinali Praefecto Sanctissimo Domino Nostro Paulo Providentia Divina Papae VI relatas, ipse Summus Pontifex ratas habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die 26 mensis Februarii a. D. 1968.—G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praef.* Sergius Pignedoli, *a Secr.*

* Prot. N. 1477/68: BiM 31 (1967) 169-172. Adn. M. CLEMENTI in BiM 31 (1967) 173-177.

http://www.obrascatolicas.com

3634

1968 MAR 7.-SC INSTITUT., DECR. AAS 60 (1968) 290-291

CANONICE ERIGITUR FACULTAS THEOLOGICA BARCINONENSIS SEU HISPANIAE SEPTENTRIONALIS-ORIENTALIS

In votis semper fuit Ecclesiae Praesulibus presbyteros optimae spei ad id impellere ut theologicis scientiis altius cognoscendis suaque investigatione augendis se totos devoverent, «in aedificationem Corporis Christi quod est Ecclesia». Ad quem assequendum finem, interdum Episcopi alicuius regionis cleri copia insignis ab Apostolica Sede impetrant ut theologica studia in suis clericorum seminariis florentia, nova amplioreque conformatione collatis viribus evecta, academicis honoribus decorentur, una Facultate Theologica constituta ad quam lectissimi affluant magistri auditoresque ex dissitis quoque dioecesibus. Anno igitur rep. sa. MCMLV, post internationalem Congressum Eucharisticum ibi splendidissime celebratum, Archiepiscopus Barcinonensis a competente Dicasterio Romanae Curiae huiusmodi sacrarum scientiarum domicilii erectionem suppliciter postulavit. Re diligenter perpensa, attentisque aliis rogationibus ab Hispaniae Ordinariis deinceps prolatis, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus d. XXV m. ianuarii a. D. MCMLVII ad Emum Cardinalem Archiepiscopum Toletanum, Hispaniae Primatem, litteras dedit quibus Hispanicorum Episcoporum Commissio ad sacra studia promovenda certior fiebat de quibusdam theologicis scholis iis aperiendis omnibus qui, sacra doctrina exquisitius imbuti, academicis S. Theologiae gradibus decorandi essent. Quas inter Facultas Theologica Barcinonensis (seu «Hispaniae septentrionalis-orientalis») praevidebatur apparanda, incluso Theologico Studio Collegii Sancti Francisci Borgia academicis iuribus alumnis Societatis Iesu reservatis fruente, ita ut praeclarorum magistrorum alumnorumque affluentia, bibliothecarum divitiis, aetariorum doctorumque voluminum editione ecclesiasticas scientias uberrime foveret. Omnibus plane compositis inter Episcopos Hispaniae septentrionalis-orientalis et amice collaborantes professores Societatis Iesu atque Cleri Dioecesani, lineamenta concorditer praescripta sunt, et Conferentia Episcopalis Hispanica idem Sacrum Dicasterium certius fecit Hispaniae Praesules commendare ac optare constitutionem «Facultatis Theologicae Hispaniae septentrionalis-orientalis» ex fusione Studii Theologici Patrum Societatis Iesu cum Studiis Theologicis tum Barcinonensi tum aliarum regionis Dioeceseon. Quapropter, benevole annuente Ssmo D. N. Paulo div. Prov. Pp. VI, Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, in Dei O. M. gloriam Ecclesiaeque decus, erigit erectamque declarat «ad quinquennium et experimentum» *Facultatem Theologicam Hispaniae septentrionalis-orientalis* in civitate Barcino/nensi a Sancto Paciano illustrata, cum potestate conferendi baccalaureatus gradus eis qui, post biennium philosophicum, integrum quadriennium theologicum institutionale exercitationibus cursibusque specialibus ampliatum absolverint; licentiam vero eis qui, post examina bene superata de universa theologia, saltem per annum integrum cursibus monographicis atque scientificae investigationi operam dederint, una ampliore dissertatione scripto prolata; doctoratum tandem eis qui, post ulteriorem saltem annum scientificae sub ductu magistrorum investigationis statutis normis satis fecerint, ad dissertationem in primis quod pertinet, quae vere ad scientiae profectum conducat, typis editam. Cum primus nunc annus decurrat novae huius Facultatis, quae nonnisi post futurum quinquennium ad plenitudinem advehenda speratur, «Statuta» ab eadem Sacra Congregatione approbanda quibus singulae regulae ac normae, praesertim quod attinet ad regimen academicum, disciplinare, administrativum, professores cooptandos, alumnos seligendos ac scientifice erudiendos, cathedras et pericula, methodos investigationis, adhuc diligenter parantur. Statim autem cura Facultati erit lectissimos auditores scientiis illis imbuere quas hodie «universitaria» dignitas omnino exposcit, eos probe instituendo exempli gratia philosophia ac psychologia religionis, philosophia ac psychologia sermonis ac symbolismi religiosi, biblicis ac semiticis linguis, archaelogia proximi mediique Orientis, litteratura (ac «folklore») religiosa saltem proprii populi, ethnologia ac anthropologia sub religioso respectu, ipsis absolute aperiendo disciplinas pastorales, catechecticas, liturgicas, funditus indagatas, sociographiam seu statisticam religiosam, oecumenismum cum singularum christianarum denominationum accurata notione, varias formas religionis superstitionis et irreligionis in hodierno mundo grassantes, multaque alia exponenda exquirendaque ad normam Concilii Vaticani II necnon Encyclicarum Litterarum laudati Summi Pontificis fel. regn. *Ecclesiam suam* (*A.A.S.* 56, 1964, pp. 637-654) [LE 3211]. Ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuscumque nullatenus obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. VII Martii, in festo S. Thomae Aquinatis Ecclesiae Doctoris, a. D. MCMLXVIII.—Gabriel Maria Card. GARRONE, *Praef.* Iosephus Schröffer, Archiep. tit. Volturn., *a Secr.*

291

3635

1968 MAR 11.-CONV. c. SALVATORE. AAS 60 (1968) 382-384

CONVENTIO INTER APOSTOLICAM SEDEM ET SALVATORIANAM REMPUBLICAM DE VICARIATU CASTRENSI

Convenio entre la Santa Sede y la República de El Salvador sobre jurisdicción eclesiástica castrense y asistencia religiosa de la Fuerza Armada y Cuerpos de Seguridad

La Santa Sede y el Gobierno de El Salvador, considerando que es necesario proveer de manera conveniente y estable la mejor asistencia religiosa de los miembros militares católicos de la Fuerza Armada y Cuerpos de Seguridad Pública,

Han decidido con este objeto suscribir, y al efecto suscriben el presente Convenio nombrando sus Plenipotenciarios, a saber:

Su Santidad el Sumo Pontífice Paulo VI, a Su Excelencia Monseñor Doctor Bruno Torpigliani,

El Presidente Constitucional de la República de El Salvador, Coronel Fidel Sánchez Hernández, al doctor Alfredo Martínez Moreno,

los cuales, después de haber canjeado sus respectivos plenos poderes y hallándolos en debida forma, han convenido en lo siguiente:

Art. I. La Santa Sede erige en El Salvador un Vicariato Castrense para atender el cuidado espiritual de los miembros militares de la Fuerza Armada, Cuerpos de Seguridad y Cadetes que profesan la Religión Católica.

Art. II. El Vicario Castrense y los Capellanes Militares, que requieran las necesidades del Servicio, ejercerán la asistencia espiritual de las personas mencionadas en el artículo anterior.

Art. III. El nombramiento eclesiástico del Vicario Castrense será expedido por la Santa Sede, previo cambio de información con el Gobierno de El Salvador, para designar una persona idónea, y, como miembro de la Fuerza Armada, por el Poder Ejecutivo en el Ramo de Defensa.

Art. IV. La jurisdicción personal y espiritual del Vicario Castrense se ejerce sobre todas las personas mencionadas en el artículo primero, y se extiende a sus familias, personal doméstico y a todos los religiosos y civiles que de manera estable vivan en los hospitales militares o en otras instituciones o lugares reservados a los militares.

Art. V. El Vicario Castrense presentará al Estado Mayor General de la Fuerza Armada los nombres de los Capellanes Militares para que el Poder Ejecutivo, en el Ramo de Defensa, emita el acuerdo respectivo.

Art. VI. El Capellán Militar que contraviniere a las Leyes, Reglamentos y Disposiciones especiales que rigen la Fuerza Armada, quedará sujeto a lo dispuesto por los mismos.

La Autoridad Militar que imponga la sanción, dará cuenta al Vicario Castrense para su cumplimiento.

Art. VII. El Vicario Castrense podrá suspender o destituir, por causas canónicas, según la norma del Derecho Canónico, a los Capellanes Militares, debiendo comunicar la providencia tomada al Poder Ejecutivo en el Ramo de Defensa, quien, de acuerdo con dicha providencia, los declarará en suspensión de empleo, en el primer caso, o les dará de baja, en el segundo.

Art. VIII. El Vicario Castrense podrá inspeccionar personalmente o por delegación recaída en capellanes militares, la situación del servicio religioso de su dependencia, en el proprio lugar donde se presta tal servicio.

Art. IX. Las funciones puramente militares de los Capellanes, quedarán determinadas de conformidad con lo establecido en las Leyes, Reglamentos y Disposiciones especiales que rigen la Institución.

Un Reglamento especial se elaborará, con la asesoría del Vicario Castrense. /

Art. X. La asistencia espiritual de las personas mencionadas en los artículos primero y cuarto, quedará regulada por las normas eclesiásticas relativas a la materia.

Art. XI. Si surgiere alguna dificultad en la interpretación y aplicación del presente Convenio y de los respectivos Reglamentos, las Altas Partes contratantes procederán de común acuerdo a una amistosa solución.

Art. XII. El presente Convenio será ratificado de conformidad con las normas legales de las Altas Partes contratantes, en el plazo más breve posible, y entrará en vigencia al verificarse el canje de los respectivos instrumentos de ratificación.

Este Convenio estará en vigencia, a menos que una de las Altas Partes contratantes lo denunciare con un año de anticipación.

EN FE DE LO CUAL, los Plenipotenciarios arriba nombrados firman el presente Convenio, en dos ejemplares igualmente auténticos, en la ciudad de San Salvador, a los once días del mes de marzo de mil novecientos sesenta y ocho.—Por la Santa Sede: BRUNO TORPIGLIANI. Por el gobierno de El Salvador: ALFREDO MARTINEZ MORENO.

Conventione inter Apostolicam Sedem atque Salvatorianam Rempublicam rata habita, die II mensis Iulii anni MCMLXVIII Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, scilicet ab eodem nuper memorato die, huiusmodi Conventio, inter Apostolicam Sedem atque Salvatorianam Rempublicam icta, vigere coepit.

Adn. Vide Ratihabitionem sub die 2 iul. 1968: LE 3673.

3636

1968 MAR 23.-SECRETARIA STATUS, NORMAE. PART.*

NORMAE SPECIALES IN SUPREMO TRIBUNALI SIGNATURAE APOSTOLICAE AD EXPERIMENTUM SERVANDAE POST CONST. AP. PAULI VI «REGIMINI ECCLESIAE UNIVERSAE»

I. ADPROBATIO

Summus Pontifex Paulus VI, litteris Secretariae Status die 23 Martii 1968 infrascripto Cardinali Pro Praefecto missis, has Normas Speciales in Supremo Tribunali Signaturae Apostolicae servandas adprobare dignatus est ad experimentum.

25 Martii 1968.—Cardinalis DINUS STAFFA, *Pro Praef.*

II. NORMAE SPECIALES SIGNATURAE APOSTOLICAE

I—DE CONSTITUTIONE ET MUNERIBUS SUPREMI TRIBUNALIS

TIT. I. DE CONSTITUTIONE SUPREMI TRIBUNALIS

Art. 1. § 1. Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae constat duodecim S. R. E. Cardinalibus, a Summo Pontifice nominatis, quorum unus, ab Eodem delectus, Praefecti munere fungitur, auxilium ferentibus Secretario, Promotore Iustitiae, Defensore Vinculi et Subsecretario.

§ 2. Signatura Apostolica constat duabus Sectionibus.

§ 3. Cardinales iudices causas cognoscunt per collegia quinque Membrorum, nisi Praefectus decreverit aliquam quaestionem deferendam esse Plenae Signaturae omnium Cardinalium qui Membra sunt Signaturae Apostolicae.

§ 4. Iudices, quemadmodum Secretarius, Promotor Iustitiae, Defensor Vinculi et Subsecretarius abstinere debent a causa pertractanda in casibus de quibus in can. 1613 § 1.

Art. 2. Praeter Secretarium sunt in Apostolica Signatura Promotor Iustitiae, Defensor Vinculi, Subsecretarius, Praepositus Cancellariae, qui, utpote Officiales maiores, a Summo Pontifice nominantur; praeterea sunt duo saltem Notarii; Custos tabularii et Bibliothecae; Protocollista cum adnexo munere distributoris; Arcarius cum adnexo munere expeditionis litterarum; Scriptores; qui omnes nominantur a Cardinali Praefecto, iuxta normas pro universa Curia Romana statutas.

Custodi tabularii munus adnectitur Ratiocinatoris.

Art. 3. Consultorum locum tenent Votantes et Referendarii, qui nominantur a Summo Pontifice, proponente Cardinali Praefecto.

Art. 4. § 1. Promotor Iustitiae, Defensor Vinculi, Subsecretarius, Votantes praediti sint oportet laurea doctorali in utroque iure; Referendarii ornari debent saltem laurea doctorali in iure canonico; Praepositus Cancellariae, praeter lauream doctoralem in iure canonico, consecutus sit necesse est diploma Advocati S. R. Rotae; omnes autem integritate vitae et iuris peritia eniteant.

§ 2. Sive Votantes sive Referendarii sunt duodecim, in quorum numerum admitti nequeunt Dicasteriorum Curiae Romanae Officiales vel maiores vel minores.

Art. 5. Cursores et custodes Sedis Tribunalis assumuntur laici probatae vitae, qui nominantur iuxta communes normas servandas in Curia Romana.

Art. 6. Causarum patrocinium in utraque sectione suscipere possunt Advocati Sacri Consistorii et Procuratores SS. Palatiorum Apostolicorum; admittuntur praeterea in sectione prima Advocati S. R. Rotae; immo, de peculiari Cardinalis Praefecti decreto, in sectione altera iidem admitti valent, dummodo vere periti in re contentiosa administrativa.

Art. 7. § 1. Promissionem de secreto servando deque munere fideliter obeundo omnes praestare tenentur, initio suscepti officii, praesente Notario, coram Cardinali Praefecto, vel, si de inferioribus ministris agatur, coram Praelato Secretario.

§ 2. Praeter promissionem de qua in § 1, Advocati et Procuratores, occasione admissionis ad patrocinandum in Apostolica Signatura, praestare quoque debent, coram Cardinali Praefecto, iusiurandum de non acceptandis emolumentis legitima honoraria excedentibus.

TIT. II. DE SINGULORUM MUNERIBUS

Art. 8. Cardinalis Praefectus universo Tribunali praeest; cum Secretario, Promotore Iustitiae, Defensore Vinculi quoties interesse debeat, Subsecretario et Cancellariae Praeposito, libellos examinat eosque admittit vel reicit; decernit qua ratione sit quaestio definienda; si casus ferat collegium iudicans constituit, designato Cardinali Ponente seu Relatore; deputat Referendarium ad relationem conficiendam; Votantem ad votum promendum pro rei veritate; itemque scligit Votantem ad extendendam decisionem; subsignat rescripta gratiae vel decreta definitiva extra tramitem stricte iudicialem lata, aliasve provisiones quae eidem reservantur.

Art. 9. Secretarius, sub ductu Cardinalis Praefecti, moderatur universum Tribunal et omnia quae ad causarum expeditionem pertinent; recipit libellos Cancellariae exhibitos, eosque cum Cardinali Praefecto ad normam art. 8 examinat; informationes requirit; formulam dubii coram Subsecretario concordati mutare potest; disputationem oralem admittit; veniam concedit ut acta, defensiones, relationes, votantium scripta typis imprimantur; in horum distributionem invigilat; resolutiones dubiorum cum Notario subsignat; itemque sententiam originalem; exarandas curat, intra constitutum tempus, decisiones ad commissiones pontificias spectantes; rescripta gratiae eum Cardinali Praefecto signat; iubet decisiones publicari per *Acta Apostolicae Sedis*; videt de deponenda pecunia deque expensis; prospicit ut disciplinares normae ab omnibus ministris fideliter serventur.

Art. 10. § 1. Promotor Iustitiae Secretarium impeditum vel absentem supplet; intervenit in omnibus causis criminalibus; in causis contentiosis in quibus publicum bonum in discrimen vocari potest; in causis ad alteram sectionem delatis ad normam Const. *Regimini Ecclesiae Universae*, nn. 106-107 [LE 3588], atque dimicat pro Iustitia et veritate.

§ 2. Defensor Vinculi iura vinculi tuetur et intervenire tenetur in causis in quibus agitur de vinculo matrimoniali vel iudicialiter disceptatur de sacra ordinatione vel de obligationibus inde derivantibus.

§ 3. Tum Promotor Iustitiae tum Defensor Vinculi, si impediantur, substituuntur a Votante, deputando a Cardinali Praefecto.

§ 4. Uterque abstinere debet a muneris exercitio in casibus de quibus in can. 1613 § 1, et firmo can. 1614 § 3 quoad alios Tribunalibus administros.

Art. 11. Subsecretarius in cunctis adiuvat Secretarium; munus explet iudicis instructoris in causis quae a Tribunali instruuntur, ideoque ea praestat quae cum instructione causarum conectuntur, uti partes vel testes citare eosque excutere, dubia concordare, terminos moderari et alia eiusmodi.

Art. 12. § 1. Votantes munus obtinent Consultorum, qui designati in singulis casibus a Cardinali Praefecto, votum promunt pro rei veritate, exhibendum Patribus Cardinalibus; oralem discussionem petere valent, eique assistunt; iubente Cardinali Praefecto, unus ex iis decisionis motiva extendit eamque subscribit.

§ 2. Omnes Votantes a munere cessant septuagesimo quinto aetatis anno.

Art. 13. Referendarii munus obtinent referendi in facto et in iure circa petitiones pro impetrandis commissionibus aliisque rescriptis. Praevia deputatione Praefecti, iidem relationem conficiunt, petere possunt oralem disputationem eique adsistere, suffragium habent consultivum in quaestionum discussione; a munere cessant septuagesimo quinto aetatis anno.

Art. 14. Praepositus Cancellariae moderatur, sub ductu Secretarii, officium Cancellariae, quod unicum est pro utraque Signaturae Apostolicae sectione: ideo recipit libellos et documenta atque curat ut in protocollum referantur, antequam ea transmittat Secretario; custodit sigilla Tribunalis, rescripta, decreta et decisiones eorumque exsecutioni consulit; prospicit

JOHN CARROLL UNIVERSITY LIBRARY CLEVELAND, OHIO

http://www.obrascatolicas.com

ut epistolae et omnia acta, quae nomine Cancellariae expediuntur, rite conficiantur eaque signat; parat mandata solutionis vel exactionis; invigilat notariis ceterisque ministris, protocollo, tabulario, bibliothecae.

Art. 15. Notarii utriusque sectionis Signaturae Apostolicae publicam fidem faciunt de actis coram se gestis; dicunt fidelitatem exemplarium cum autographo; declarationem edunt de statu actorum quo causa invenitur; exsecutioni tradunt decisiones vel decreta; adsistunt excussioni partium vel testium, necnon interrogatoriis peritorum, quorum responsiones integre et fidelissime scripto consignant et perlegunt, atque, mentione facta de iis quae mentione digna sunt, cum iudice subsignant; praesto sunt Secretario in epistolis parandis (vulgo: minuta); sedulo cavent ne mendae in scripturam irrepant; in Kalendario notant diem assignatum actis ponendis; eorum senior nominatione vicem gerit Praepositi Cancellariae ad tempus absentis.

Art. 16. Inferiores ministri munera explent eis propria, iuxta normas communes Curiae Romanae.

II—DE SECTIONE PRIMA

Tit. III. De competentia

Art. 17. § 1. Sectionis primae Supremi Tribunalis est invigilare pro munere suo iustitiae ad normam SS. Canonum administrandae, ideoque rectae iurisprudentiae tuendae.

§ 2. Per eandem sectionem Signatura Apostolica iudicat:

1) De querela nullitatis contra sententiam rotalem, prout indicatur in art. 19; 2) De expostulatione pro restitutione in integrum, servatis quae iuxta art. 20 servanda sunt; 3) De recursibus adversus sententias rotales in causis de statu personarum, quas ad novum examen Sacra Rota admittere renuit; 4) De exceptione suspicionis contra aliquem Sacrae Rotae Auditorem, ad normam art. 21; 5) De violatione secreti, ac de damnis ab Auditoribus Sacrae Rotae illatis eo quod actum nullum vel iniustum posuerint; 6) De recursu contra Advocatos vel Procuratores immodica honoraria exigentes.

Art. 18. Vi potestatis administrativae, forum iudiciale respicientis, ad hanc primam Sectionem etiam pertinet: 1) Cognoscere de iis quae Signaturae Apostolicae per Concordata inter Sanctam Sedem et varias Civitates tribuuntur; 2) Videre de petitionibus per supplices libellos ad Ssmum porrectis ad obtinendam causae commissionem apud Sacram Rotam; 3) Prorogare competentiam tribunalium, etiam pro causis matrimonialibus constitutorum; 4) Extendere forum peregrinorum in Urbe ad processus nullitatis matrimonii, quoties extraordinaria adiuncta et gravissimae causae concurrant; 5) Solvere conflictus competentiae qui enasci contingant apud tribunalia inferiora, ad normam can. 1612 § 2; 6) Erectionem curare tribunalium regionalium vel interregionalium.

Art. 19. § 1. Querela nullitatis contra sententiam rotalem proponi potest in casibus enumeratis in cann. 1892 et 1894, dummodo vitia ibidem recensita manifeste appareant. In dubio, recursus fundamento destitutus habendus est. A limine recursus reicitur, quoties defectus legitimi mandati sanatus est ad normam paragraphi sequentis.

§ 2. Vitium in mandato procuratorio sanatum habetur ob appellationem interpositam ab ipso actore, sive per se sive per Procuratorem, adversus quamlibet sententiam, antequam altera pars nullitatem opposuerit; aut generatim ob actum quemlibet actoris ante querelam nullitatis positum, unde sanatio per ratihabitionem colligatur.

§ 3. Querela nullitatis produci potest non solum contra sententiam definitivam, verum etiam adversus interlocutoriam, a Sacra Rota quomodocumque emissam, dummodo tamen gravamen inde sit oriturum irreparabile per definitivam sententiam, aut ipsa sententia vim habeat definitivae.

§ 4. Quoad tempus intra quod querela proponi potest, serventur can. 1893 et 1895.

§ 5. Si contra eamdem sententiam rotalem querela nullitatis cum appellatione cumuletur, illa coram Signatura, haec coram turno superiori Sacrae Rotae proponenda est. Sed definitio querelae, ut par est, definitionem appellationis praecedere debet.

Art. 20. § 1. Petitio restitutionis in integrum fit intra temporis spatium et propter causas quae in can. 1905 indicantur.

§ 2. Voluntaria exsecutio rei iudicatae post sententiam definitivam ultimi gradus, minime extinguit ius petendi atque obtinendi a Signatura Apostolica restitutionem in integrum.

§ 3. Petitio restitutionis in integrum, sententiae executionem nondum inceptam suspendit. Si tamen suspicio sit ex probabilibus indiciis petitionem factam esse ad moras exsecutioni nectendas, iudex decernere potest ut sententia exsecutioni demandetur, assignata tamen restitutionem petenti idonea cautione ut, si restituatur in integrum, indemnis fiat (can. 1907).

Art. 21. § 1. Suspicionis exceptioni contra aliquem Auditorem S. Romanae Rotae, locum praebent motiva in can. 1613 § 1 recensita.

§ 2. Proposita exceptione de merito causae, admitti nequit exceptio suspicionis contra Auditorem, nisi argumentum suspicionis posterius innotuerit.

Art. 22. Terminus intra quem causa, ad Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal ex commissione Ssmi delata, inchoari potest, est trimestre a die obtentae commissionis.

Pars I: In querela nullitatis et restitutione in integrum

Tit. IV. De iudiciali ratione procedendi

Caput I: *De recursu ac eius admissione vel reiectione.*

Art. 23. Libellus exhibetur Secretario per Cancellariae Praepositum, allegatis exemplari authentico sententiae impugnatae, mandato procuratorio et apocha certae summae in cautionem traditae arcario.

Art. 24. Summa pecuniae de qua in art. 23 cedit aerario Sanctae Sedis, si recursus reiciatur; ab expensis subducitur, si recursus admittatur.

Art. 25. Acceptum libellum eiusque adnexa documenta Cancellariae Praepositus in fasciculum colligit, quem, in appositum librum relatum et numero signatum, ad Secretarium remittit, ut, per decretum adversae parti notificandum terminum is constituat ad animadversiones contra recursum Tribunali subiiciendas; secus contumaciter procedendum.

Art. 26. § 1. Notificationis actus exaratur a Notario, qui post Secretarium signat sigilloque Tribunalis actum communit.

§ 2. Ad validitatem exemplaris, parti vel eius procuratori tradendi, satis est subsignatio Notarii et sigillum Tribunalis.

Art. 27. § 1. Notificationes omnes transmittuntur per cursorem ipsius Supremi Tribunalis vel, si agatur de parte quae extra Urbem commoretur, per litteras commendatas et cum syngrapha receptionis.

§ 2. Cursor fidem facit, in calce ipsius actus, peractae traditionis.

§ 3. Quoties ignoretur locus ubi commoratur persona cui tradendus est actus, Secretarius id fieri iubeat per Curiam dioecesanam aut per alia media quae necessaria vel opportuna in casu videantur.

Art. 28. Elapso termino parti conventae constituto ad iura sua deducenda contra recursum, neque ab ipsa parte conventa productis animadversionibus, Secretarius, nisi censuerit per novum decretum renovari citationem, procedere potest ad ulteriora.

Art. 29. Per Secretarii decretum explanationes, in iure et in facto, pro rei opportunitate exigi possunt, sive ab actore sive a convento; cuius decreti notificatio fieri debet parti a qua deductiones exquiruntur, quin ius sit alteri parti quidquam obiiciendi.

Art. 30. § 1. Praeter deductiones de quibus in art. 29, Secretarius, quo facilius et accuratius recursus naturam et rationes cognoscere valeat, a S. R. Rota acta omnia, quae praecesserunt, requirat.

§ 2. Ipsius Secretarii est, si id censuerit, exquirere insuper votum unius aut plurium Votantium, itemque Promotoris Iustitiae, et, in re matrimoniali, Defensoris Vinculi; vel etiam partibus, per legitimam citationem, diem dicere, ut coram se de recursus rationibus oretenus disputent, indicatis tamen argumentis quibus discussio contineatur.

Art. 31. Utrique vel alterutri parti fas est discussionem oralem, per scriptam instantiam, exposcere a Secretario, qui, decreto inappellabili, iudicabit tum de admissione discussionis tum de eius argumentis in instantia propositis.

Art. 32. Partium rationes in discussione orali ab earumdem Advocatis explicantur, firma tamen facultate Secretarii, praesertim in causis criminalibus, arcendi actorem ipsum vel conventum.

Art. 33. § 1. Oralem disceptationem moderatur Secretarius, praesente huius Sectionis Notario, qui argumenta a partibus prolata fideliter in scriptis refert.

§ 2. Discussioni praeterea interesse possunt, iubente Secretario, unus aut duo Votantes vel etiam Promotor Iustitiae aut Defensor Vinculi, qui, cum omnibus praesentibus et Notario, actum subsignant.

Art. 34. Si qui in orali discussione ab ordine discesserit aut reverentiam debitam Supremo Tribunali non adhibuerit, congruis poenis mulctabitur per Secretarii decretum.

Art. 35. Cardinalis Praefectus, intervenientibus Secretario, Promotore Iustitiae, Subsecretario, Votante, et, si casus ferat, Defensore Vinculi, die constituta decretum edit admissionis vel reiectionis recursus, ad normam iuris a Secretario et Notario notificandum omnibus quorum interest.

Caput II: *De litis contestatione.*

Art. 36. Si recursus admissus fuerit, recepta decreti notificatione, parti diligentiori relinquitur apud Subsecretarium instare, ut dies praefigatur ad litis contestationem et dubia proponere.

Art. 37. Decretum quo Subsecretarius citat partem adversam ad litis contestationem, parti instanti notificatur, itemque Promotori Iustitiae et Defensori Vinculi, si eorum officia id reposcant.

Art. 38. Si partes non comparuerint vel de dubiis proponendis inter se minime conveniant, Subsecretarius vel in alium diem litis contestationem prorogat vel controversiam remittit iudicio Secretarii, qui quaestionem incidentalem promovet, suo decreto dirimendam.

Art. 39. Litis contestationi, praeter Subsecretarium et partes, necnon Promotorem Iustitiae et, si casus ferat, Defensorem Vinculi, interesse debet Notarius, qui omnia fideliter describit atque de iis fidem facit.

Art. 40. § 1. In casu querelae nullitatis vel restitutionis in integrum, dubium unicum concordandum est: *an sit nulla sententia*; aut: *an sit locus restitutioni in integrum.*

§ 2. In aliis causis et recursibus, quae a Signatura Apostolica iudicantur, de diversis dubiis concordandis quaestio esse poterit.

Art. 41. In actu contestationis litis decernitur etiam quae pecuniae summa a partibus solvenda sit, tamquam depositum ad expensarum iudicialium cautionem; itemque terminus praestituitur ad defensiones atque documenta exhibenda.

Art. 42. Dubiorum formula reformari nequit, nisi servata ratione procedendi, de qua in art. 38.

Art. 43. Si agatur de recursu pro restitutione in integrum adversus sententiam quae in rem iudicatam transierit, pars recurrens cogi potest ad integrum depositum pro expensis faciendum. At, causa absoluta, Tribunal constituet quamnam recuniae summam quisquis solvere debeat, et an aliquid decurrenti sit restituendum.

Caput III: *De discussione sive scripta sive orali.*

Art. 44. Praemissa, si casus ferat, causae instructione, per Subsecretarium expedienda, terminus a Secretario praefinitur, ad exhibenda documenta et defensiones itemque Votum emittendum pro rei veritate a Promotore Iustitiae et a Votante, atque insuper ad animadversiones a Defensore Vinculi, si interfuerit, exarandas.

Art. 45. Defensiones et documenta praebenda sunt saltem quadraginta diebus ante defensionem causae; distribuenda autem saltem triginta quinque diebus ante definitionem; responsiones vero exhibendae saltem viginti diebus et distribuendae saltem quindecim diebus ante ipsam causae definitionem.

Art. 46. Defensiones et responsiones nonnisi de licentia scripta Secretarii imprimi possunt.

Art. 47. Documenta deponenda sunt penes Cancellariam Tribunalis, ut ibidem, collecta in fasciculo, indice communito, examinari possint a partibus; quae autem typis sunt imprimenda, in authentico exemplari sunt a Praeposito Cancellariae exquirenda.

Art. 48. Subsecretarius curat ut ad Cardinalem Ponentem seu Relatorem transmittantur acta omnia originalia, quae ad causam referuntur, una simul cum responsionum exemplaribus.

Art. 49. § 1. Secretarii est singulis Patribus Cardinalibus, collegium iudicans constituentibus, saltem quindecim diebus ante causae definitionem, una cum responsionibus transmittere ex officio fasciculum in quo status iuridicus causae exponatur et summaria a partibus adducta compleantur, additis, scilicet, documentis quae necessaria atque opportuna videantur ad causam satius illustrandam.

§ 2. Quod si quis ex Votantibus vel Promotor Iustitiae aut Defensor Vinculi, post editas defensiones et responsiones a partibus, novas animadversiones addere existimaverit, eae in summario additionali ex officio Patribus Cardinalibus transmittantur saltem decem diebus ante causae definitionem.

Art. 50. Responsionum distributione, conclusum in causa reputatur; admitti tamen etiam tunc potest, in casu exceptionali et extraordinario, discussio oralis, a Cardinali Ponente seu Relatore requirenda per scriptam instantiam, rationes explanantem invocati beneficii et singula capita describentem de quibus disceptandum sit.

Art. 51. Decretum Cardinalis Ponentis seu Relatoris, quo discussio oralis, ad normam art. 50, admittitur vel reicitur, est irrevocabile, atque partibus notificatur, adiecta citatione, si discussio fuerit concessa, in diem constitutam et designato disceptationis loco.

Art. 52. Discussio oralis angustiori termino quam quinque diebus ante causae definitionem haberi nequit, eiusque acta sunt a Notario de mandato Secretarii, ad Cardinalem Ponentem seu Relatorem statim transmittenda, cum documentis productis, si quae fuerint.

Art. 53. Omnino prohibentur, non aliter ac informationes orales ad Iudices, scripturae ex gratia legendae atque generatim quaevis distributio defensionum aut responsionum approbatione Secretarii carentium et per tramitem Notarii haud facta.

Caput IV: *De Sententia.*

Art. 54. § 1. Conventus Patrum Cardinalium, nemine alio adstante, causam definit. Haec definitio, quae partem dispositivam sententiae constituit, scripto a Cardinali Ponente seu Relatore redigitur, a singulis Patribus subsignatur et statim Secretario traditur.

§ 2. Decisio Cardinalium Iudicum, tum S. R. Rotae tum partibus notificatur, per actum subsignatum a Secretario et a Praeposito Cancellariae, necnon sigillo Supremi Tribunalis munitum.

Art. 55. § 1. Sententia Supremi Tribunalis vim suam habet, quamvis rationes in facto et in iure non contineat.

§ 2. Nihilominus sive ad instantiam partis sive ex officio, si res postulet, Supremum Tribunal edicere potest ut praedictae rationes a Votante scripto exponantur (cann. 1605; 1894 § 2).

§ 3. Votans qui rationes decidendi exponit vel idem assumitur qui processui interfuit vel alius a Cardinali Praefecto designatur.

§ 4. In quolibet casu decisio, intra triginta dies exaranda, iisdem verbis, quibus a Patribus Cardinalibus concepta fuit, mentem Iudicum fideliter referat, atque adprobationi Cardinalis Ponentis seu Relatoris subiciatur.

Art. 56. Secretarii est curare ut decisio edatur intra tempus in art. 55 § 4 constitutum, quod congrue prorogare, scripto decreto, potest, si nimis grave sit terminos observari.

Art. 57. § 1. Decisio, praeter causae historiam desumptam a statu iuridico de quo in art. 49 § 1, continere debet litis contestationem seu dubia concordata, responsiones, decretum circa expensas et mandatum exsecutivum.

§ 2. De eadem sententia, a Secretario subsignata, fidem facit Cancellariae Praepositus, adiecto sigillo Tribunalis.

§ 3. Quoties decisio sit extendenda a Votante, ab eodem subsignatur necnon a Secretario sub verbo *visa*, atque a Cancellariae Praeposito.

§ 4. Sententia in actis Cancellariae asservatur, atque ex illa Notarii Tribunalis exemplaria in forma authentica, servatis servandis, conficere possunt.

Art. 58. § 1. Sententia intra bimestre a definitione causae publicanda est, ad normam can. 1877 C. I. C.

§ 2. Contra Sententiam Signaturae Apostolicae non est locus appellationi, salvis articulis 77 et 82.

§ 3. Nullitate declarata aut concessa restitutione, nisi Summus Pontifex aliter providerit, causa remittitur ad S. R. Rotam ut, iuxta suas normas, de merito iudicet (can. 1604 § 3).

Art. 59. Lata sententia, arcarius expensarum rationes pro singulis partibus litigantibus expediet, iuxta decretum de quo in art. 57 § 1.

Pars II: In reliquis competentiae capitibus.

Caput I: *In formali examine sententiae.*

Art. 60. Iubente Cardinali Praefecto, ad Secretarium spectat curare ut sententiae latae pro nullitate matrimonii effectus civiles obtineant apud illas Nationes, quae de hac re conventionem cum Sancta Sede inierunt.

Art. 61. Si nihil contra sententiam obiciendum sit, Secretarius decretum parat, quod a Cardinali Praefecto et ab ipso subscriptum, alterutri parti traditur ut, una cum Secretarii litteris, competenti tribunali civili exhibeatur.

Art. 62. Si dubium oriatur circa sententiae, ratione competentiae iudicum, citationis, mandati aut contumaciae partis legitimitatem, quaestio examini alicuius Votantis subicitur et, audito Defensore Vinculi, definitur a Cardinali Praefecto, intervenientibus Secretario, Promotore Iustitiae, Subsecretario, Votante et, si casus ferat, Defensore Vinculi. Si reapse sententia illegitima apparuerit, Cardinalis Praefectus quid faciendum sit decernit.

Art. 63. Cum agitur de dispensatione matrimonii rati et non consummati analoga proceditur ratione.

Caput II: *In iudicio de nova instantia.*

Art. 64. Recursus ad obtinendam novam instantiam post duas sententias conformes in causis de statu personarum, introducitur servatis normis de quibus in art. 23 et sqq.

Art. 65. Intra brevem terminum, a Secretario praestituendum, pars recurrens rationes petitionis in iure et in facto illustrat; Defensor Vinculi animadversiones exarat; Votans scribit pro rei veritate.

Art. 66. Die constituta, Cardinalis Praefectus, intervenientibus Secretario, Defensore Vinculi, Subsecretario et Votante, beneficium novae instantiae, suo decreto, concedit vel denegat.

Art. 67. Decretum, a Secretario et Notario subscriptum et sigillo Tribunalis munitum, partibus notificatur ad normam art. 58, et insuper, si petitum beneficium concessum fuerit, Decano S. R. Rotae per Secretarium significatur.

Caput III: *In exceptione suspicionis et conflictu competentiae inter tribunalia inferiora*

Art. 68. In exceptione suspicionis de qua in can. 1603 § 1, 2.° et in conflictu competentiae de quo in can 1603 § 1, 6.°, sqq.; insuper per Subsecretarium informationes opportunae colliguntur et brevis instructio praemittitur.

Art. 69. Intra terminum decem dierum exhibentur a partibus memorialia; deputatur Referendarius qui relationem paret intra decem dies atque unus vel plures Votantes pro voto edendo intra idem temporis spatium, quod praestituitur quoque Promotori Iustitiae et Defensori Vinculi, si interfuerit.

Art. 70. Cardinalis Praefectus, intervenientibus Secretario, Promotore Iustitiae, Subsecretario et, si casus ferat, etiam Defensore Vinculi atque Votante, rem expeditissime definit.

Art. 71. Decisio a Secretario et Notario subscripta, ac sigillo Tribunalis munita, iubente Cardinali Praefecto, rationes in iure et in facto continere potest, a Votante redigendas.

Art. 72. In exceptione suspicionis, Signatura Apostolica inappellabili sententia definit utrum locus sit necne recusationi Auditoris; decisionem mittit ad S. R. Rotam, ut iuxta suas Normas procedat, Auditore, contra quem exceptio mota fuit, in Turno manente vel excluso.

Art. 73. Decisio notificatur ad normam art. 58.

http://www.obrascatolicas.com

Caput IV: *In causis contra Auditores Rotales.*

Art. 74. In causis contra Auditores Rotales, processus evolvitur iuxta titulum XIX Libri IV Codicis Iuris Canonici.

Art. 75. Interveniunt semper Promotor Iustitiae et Votans, servatis normis in articulis 44-47 quoad documenta et defensiones statutis.

Art. 76. Sententia fertur ad normam art. 1 §§ 2-3 a Collegio Cardinalium Iudicum et publicatur ad normam art. 58.

Art. 77. § 1. In causis contra Auditores Rotales, firmo art. 51, datur facultas appellandi contra sententiam primae instantiae Signaturae Apostolicae.

§ 2. Iudicium autem appellationis obtinetur ab eodem Tribunali Signaturae Apostolicae intra terminum a can. 1881 statutum, et analoga ratione ac in prima instantia evolvitur.

Caput V: *In recursibus contra Advocatos et Procuratores.*

Art. 78. Recursus contra Advocatum et Procuratorem immodica emolumenta exigentem, documentis instructis aliisve mediis probationis saltem descriptis, exhibetur Secretario per Cancellariae Praepositum.

Art. 79. Decreto Secretarii recursus notificatur iis quorum interest, atque assumptis per Subsecretarium informationibus et audito Advocato denuntiato, acta traduntur Promotori Iustitiae, atque deputatur Votans qui votum exaret pro rei veritate.

Art. 80. Quoad defensiones et responsiones normae servantur statutae in articulis 44-47.

Art. 81. Decisio ferenda est ad normam art. 1 § 2, a Collegio Cardinalium Iudicum et publicatur servato art. 58.

Art. 82. Relate ad appellationem, heic etiam viget art. 77.

Caput VI: *De expensis iudicialibus et proventibus Patronorum.*

Art. 83. § 1. Proventus Procuratorum et Advocatorum describuntur in tabellis conficiendis quarto quoque anno.

§ 2. Exceptiones contra Advocatos et Procuratores, immodica exigentes emolumenta, cognoscuntur servatis articulis 78-82.

Art. 84. Inappellabili Secretarii decreto, exsecutiva formula praedito, rata habetur aut imminuitur quaelibet proventuum supputatio.

Art. 85. Expensae pro actis ac decretis reguntur Titulo XVI Libri IV C. I. C.

TIT. V. DE ADMINISTRATIVA RATIONE PROCEDENDI

Caput I: *In impetranda causae commissione vel alia gratia in ordine ad iustitiam administrandam.*

Art. 86. Ad impetrandam causae commissionem apud S. R. Rotam vel aliam gratiam in ordine ad iustitiam administrandam, per Cancellariae Praepositum exhibetur Secretario petitio, in qua etiam rationes petendi exponuntur, atque documenta, si casus ferat, allegantur.

Art. 87. § 1. Petitio notificatur parti adversae et reliquis quorum interest, ut intra tempus in notificatione statuendum, exhibeant, si quae habeant, suas animadversiones et documenta.

§ 2. Subsecretarius, iubente Secretario, petitionem, simul cum receptis documentis, informationibus, deductionibus tradit Referendario, qui scriptam conficit relationem, ubi, praeter speciem facti, exponuntur rationes in iure et in facto hinc inde deductae.

Art. 88. § 1. Cardinalis Praefectus, intervenientibus Secretario, Promotore Iustitiae, Subsecretario, Referendario et, si casus ferat, Defensore Vinculi, decernit utrum petitio deferenda sit Summo Pontifici pro gratiae concessione.

§ 2. Si decisio fuerit affirmativa, idem Cardinalis Praefectus eam subicit Summo Pontifici, qui, audita relatione, gratiam concedit vel denegat, atque, si casus ferat, ipsi Supremo Tribunali exsequendam committit.

Art. 89. § 1. Commissionis concessio vel denegatio, ex audientia Ssmi, decreto Signaturae denuntianda est S. R. Rotae, partibus et iis quorum interest.

§ 2. Inde a subscripta commissione, potestas S. Rotae adquisita est, nec cessat vacante Sede Apostolica, quamvis nondum ad S. Rotam fuerit transmissa.

§ 3. Decretum quo alia gratia conceditur vel denegatur, cum iis quorum interest communicetur.

Art. 90. § 1. Petitione a Signaturae Cardinali Praefecto reiecta utpote fundamento destituta, ille cuius interest potest ad eumdem Cardinalem Praefectum recurrere, novis adductis documentis vel argumentis, ut res in examen iterum revocetur.

§ 2. Audito Votante, qui votum exarat pro rei veritate, necnon Referendario, qui novam exhibet relationem, Cardinalis Praefectus, intervenientibus Secretario, Promotore Iustitiae, Subsecretario, Votante, Referendario et, si casus ferat, Defensore Vinculi, decretum edit quod, si adhuc petitionem reiciat, est definitivum.

Art. 91. Eadem ratio procedendi servatur in casibus de quibus in art. 18, nn. 3.°, 4.°.

Art. 92. § 1. Signaturae Apostolicae est curare ut tribunalia regionalia vel interregionalia erigantur, in locis ubi recta et sollicita administratio Iustitiae id postulet.

§ 2. Si Cardinalis Praefectus, opportunis praehabitis informationibus et intervenientibus Secretario, Promotore Iustitiae, Defensore Vinculi, Subsecretario atque Votante vel Votantibus qui rei studuerunt, decernat tribunalia regionalia vel interregionalia alicubi esse erigenda, iubet parare Decretum erectionis cum relativis normis, ut approbationi subiciatur Summi Pontificis.

Caput II: *De vigilantia rectae administrationi Iustitiae.*

Art. 93. Praevia denuntiatione S. R. Rotae, vel Tribunalis appellationis, vel partis aut testis, vel praevia accusatione a Promotore Iustitiae instituta, fasciculus de quo in art. 25, a Cancellariae Praeposito collectus et in libro relatus atque numero signatus, traditur, per Secretarium, Cardinali Praefecto, qui, praehabito voto Promotoris Iustitiae necnon Votantis, iisque cum Secretario, Defensore Vinculi, si casus ferat, et Subsecretario intervenientibus, decernit opportunas inquisitiones vel in acta, vel, per inspectionem, in ipsa tribunalia eorumque agendi rationem, editas sententias, observantiam legum processualium.

Art. 94. Inspectiones de quibus in superiore art. 93, gravibus de causis, etiam ex officio, seu nulla praevia denuntiatione, iuberi possunt a Cardinali Praefecto, una cum quatuor Patribus Cardinalibus, membris Apostolicae Signaturae.

Art. 95. Cardinalis Praefectus, actis inquisitionis vel inspectionis perpensis, exquisitis votis Promotoris Iustitiae et Votantis, et, si casus ferat, animadversionibus Defensoris Vinculi, rem decidendam remittit Collegio Patrum de quo in art. 94.

III — DE SECTIONE ALTERA

TIT. VI. DE COMPETENTIA SECTIONIS ALTERIUS

Art. 96. Per sectionem alteram Signatura Apostolica cognoscit: 1) contentiones ortas ex actu potestatis administrativae ecclesiasticae, ad eam delatas ob interpositam appellationem seu recursum adversus decisionem competentis Dicasterii, quoties allegetur legis violatio; 2) conflictus competentiae inter Dicasteria Sedis Apostolicae; 3) negotia administrativa ipsi delata a Romanae Curiae Congregationibus; 4) quaestiones eidem commissas a Summo Pontifice.

TIT. VII. DE RATIONE PROCEDENDI IN SECTIONE ALTERA

Caput I: *Normae praeliminares.*

Art. 97. Processus coram sectione altera evolvuntur sub secreto erga omnes, exceptis partibus earumque Patronis, qui possunt acta, post earundem publicationem, inspicere atque notulas sumere, itemque obtinere authentica exemplaria, de licentia Cardinalis Praefecti, et praevia scripta instantia, motivis suffulta, auditoque Secretario et Promotore Iustitiae.

Art. 98. § 1. Huius sectionis decisiones inspicere vel earumdem transcripta exemplaria obtinere possunt partes aliique qui iustam causam ad hoc probent coram Secretario, dummodo ne Cardinalis Praefectus, sive ad instantiam partis sive ex officio, iusserit decisionem sub secreto servandam esse erga tertias personas.

§ 2. Tamen, etiam in hoc casu, facultas decisiones inspiciendi, vel exemplaria obtinendi, ita circumscribitur limitibus ut solus Cardinalis Praefectus eam concedere possit, perpensis motivis ab instante allatis et audito Secretario.

Art. 99. § 1. Partes possunt stare in iudicio solummodo per Patronum.

§ 2. Si pars, quavis de causa, non constituerit sibi patronum a sectione altera Signaturae Apostolicae admissum, Secretarius eam invitat ut aliquem defensorem pro sua ducia nominet, intra tempus taxative ad hoc determinandum.

§ 3. Quod si pars intra statutum terminum invitationi non obtemperaverit, ipse Secretarius ex officio ad nominationem procedit.

§ 4. Patroni, sive a parte sive ex officio constituti, valent ponere et recipere, loco partis in causa, omnes actus processuales qui non sint ex rei natura ipsi parti reservati; at non valent actus ponere qui iuri de quo controvertitur praeiudicium ferant, nisi de speciali ipsius partis mandato.

Art. 100. § 1. Beneficium patrocinii ex toto vel ex parte gratuiti apud sectionem alteram concedit suo decreto Cardinalis Ponens seu Relator, auditis Secretario et Promotore Iustitiae.

§ 2. Decretum de quo in superiore paragrapho, subscribit etiam Secretarius; Notarius autem debet illud, sua signatione munitum, notificare.

Art. 101. § 1. Expensas processus et Patronorum proventus in sectione altera solvit Secretarius, e deposito attingens quod partes apud Cancellariam Signaturae Apostolicae constituere tenentur. Ratam taxam expensarum processualium et proventuum Patronorum singulis in casibus determinat Collegium Iudicans vel, si processus ad decisionem definitivam non pervenerit, Cardinalis Praefectus.

§ 2. Si concessum fuerit beneficium gratuiti patrocinii, expensae processuales et congrua retributio Patronis debita, sumuntur ex pecunia hunc in finem in arcam deferenda (Fondo gratuito patrocinio).

Art. 102. § 1. Termini actis processualibus statuti sunt ordinatorii, nisi expresse peremptorii declarentur.

§ 2. Ius tamen est Cardinali Praefecto, necnon Secretario intra limites eius competentiae, terminos fatales constituere, si id requiratur pro casu expedite solvendo.

§ 3. Contra decisionem Secretarii, datur partibus recursus ad Cardinalem Praefectum.

Art. 103. Nullitas alicuius actus processualis tunc tantum potest declarari, quando in actu ipso ea deficiant, quae ad finem assequendum sunt necessaria, numquam vero si actus reapse finem attigerit ad quem ordinatus est.

Caput II: *Ratio procedendi in recursu adversus actus publicae Administrationis ecclesiasticae.*

Art. 104. Ad obtinendam decisionem alterius sectionis Signaturae Apostolicae in controversiis de quibus agitur in art. 96, n. 1, opus est recursu, secundum communes normas processuales exarando (cfr. can. 1706 ss.).

Art. 105. § 1. Recursus Cancellariae exhibendus est intra terminum peremptorium triginta dierum a die qua decreta vel acta quae impugnantur notificata sunt, vel a die qua constet recurrentem revera illa ad normam iuris novisse; sin minus, intra eundem terminum peremptorium, recursus tradendus est officio publici cursus ut ad Cancellariam transmittatur, ea quidem ratione ut exhibeatur syngrapha authentica receptionis cum certa adnotatione diei.

§ 2. Haec syngrapha ab eo cuius interest actis adnecti debet.

§ 3. Signatura Apostolica generali regula, ad quinquennium valitura, terminos longiores potest statuere pro locis extra Europam, in quibus peculiaris quaedam difficultas praepedit media communicationis; huiusmodi decretum publici iuris fiet insertione in officiali commentario «*Acta Apostolicae Sedis*».

Art. 106. Recursus inscribendus est alteri sectioni Signaturae Apostolicae et referre debet: 1) nomen et praenomen recurrentis, domicilium vel locum residentiae, necnon titulum, si recurrens non nomine proprio, sed qua rapraesentans agit; 2) actum seu decretum administrativum quod impugnatur, et diem acceptae notificationis ad normam iuris; 3) summariam factorum expositionem, rationes quibus nititur recursus, leges quae violatae asseruntur et conclusiones; 4) subscriptionem partis recurrentis, vel Patroni mandato speciali instructi et, in altero casu, eiusdem mandati notas (estremi), nisi ad calcem ipsius recursus mandatum sit collatum.

Art. 107. § 1. Recursus est nullus: 1) si desit susbscriptio requisita articulo praecedenti, n. 4; 2) si absolute incertum maneat de quibusnam personis vel de quonam obiecto in recursu agatur.

§ 2. In ceteris casibus Secretario facultas competit decernendi iterationem recursus intra terminum fatalem, suo decreto praestituendum.

Art. 108. Recursui adnecti potest instantia, allatis motivis gravibus vel documentis quibus innititur, ad obtinendam suspensionem exsecutionis actus impugnati.

Art. 109. Una cum recursu exhiberi debent: 1) tot exemplaria eiusdem recursus quot necessaria sunt ut statim cum omnibus communicetur interesse habentibus; 2) mandatum speciale —si habeatur— subsignatione mandantis munitum, rite recognitum ab auctoritate ecclesiastica et probato Patrono collatum; 3) exemplar impugnati decreti, nisi a recurrente nequeat exhiberi vel quia Administratio publica exemplar concedere recusavit vel tempus utile ad recursum proponendum illud obtineri non sivit; 4) documenta quae recursum fulcire asseruntur; 5) pecuniae summa, in arca deponenda, pro rata quam singulis annis decreverit Cardinalis Praefectus, vel petitio ad obtinendum beneficium gratuiti patrocinii, opportunis documentis munita.

Art. 110. Ut legitime constet Administrationem publicam recusavisse tradere exemplar impugnati decreti, recurrens probare tenetur se illud petiisse per litteras commendatas et cum syngrapha receptionis vel aequipollenti systemate locali, saltem quindecim diebus antequam expirarent fatalia.

Art. 111. Sive Patronus recurrentis aut ipsa pars recurrens sive altera pars, debet pro processu domicilium eligere vel Romae vel in Civitate Vaticana, ad recipiendam notificationem actorum processualium ad se spectantium. Secus notificatio actorum fiet apud Cancellariam Signaturae Apostolicae.

Art. 112. Ubi primum recursus cum documentis necessariis ad Cancellariam pervenerit, Secretarius curet ut communicetur cum Auctoritate ecclesiastica quae decisionem impugnatam tulit, necnon cum aliis quorum interest se opponere; exquirat a competente Auctoritate ecclesiastica ut acta omnia et documenta spectantia ad casum, de quo controvertitur, transmittat intra terminum peremptorium triginta dierum a recepta communicatione; invitet omnes quorum ex adverso interest ad exhibendum eventualem oppositum recursum vel ad deponendas responsiones et ad exhibenda acta et documenta pro sua quisque parte, intra terminum pariter triginta dierum; demum ad deponendam pecuniae summam, similiter ac statutum est art. 109, n. 5.

Art. 113. § 1. Nisi iudicio Cardinalis Praefecti, auditis Secretario, Promotore Iustitiae et Subsecretario, instantia pro suspensione exsecutionis impugnatae decisionis sit a limine reicienda, Secretarius eiusdem instantiae notitiam illico communicet sive cum Auctoritate ecclesiastica quae decisionem tulit, sive cum quovis ex adverso interesse habente, praefixo termino triginta dierum ad constituendum sibi patronum vel ad deductiones aut documenta producenda, quae utilia sibi videantur pro causae definitione.

§ 2. Hoc tempore elapso, Secretarius integram positionem, ex officio confectam, circa instantiam suspensionis tradat Promotori Iustitiae, eumque invitet ut votum suum promat intra ulteriorem terminum decem dierum ab eadem positione accepta.

§ 3. Suspensio exsecutionis decisionis impugnatae concedi vel denegari debet intra et non ultra terminum sexaginta dierum ex quo recursus et adnexa instantia ad Cancellariam pervenerint.

§ 4. Si sectio altera Signaturae Apostolicae censuerit suspendendam esse exsecutionem impugnatae decisionis, decretum suspensionis quam expeditissimo tramite, Secretarius notificet Auctoritati ecclesiasticae competenti, ut, nulla mora interiecta, ad effectum deducatur.

Art. 114. § 1. Si mandatum a recurrente conferatur Patrono post exhibitum penes Cancellariam Signaturae Apostolicae recursum, sed ante elapsum terminum pro exhibitione actorum et documentorum de quibus in art. 112, Patronus impetrare potest a Secretario terminum computandum ab accepto mandato, vel ab eius notitia, si ipsum mandatum directe transmissum fuerit Cancellariae, ut exhibeat tum restrictum defensionalem ad illustrandum vel etiam, si casus ferat, ad emendandum recursum porrectum a parte, tum nova documenta quae forte censeat utilia pro recurrentis defensione.

§ 2. Semper vero fas est recurrenti petere a Secretario facultatem porrigendi ulteriorem scripturam memorialem ad declarandum vel emendandum recursum, licet a Patrono exhibitum vel subsignatum, postquam inspexerit positionem et documenta, sive ex officio sive pro parte, oblata ad normam praecedentis art. 112 ab Auctoritate ecclesiastica et a quovis alio cuius interest se opponere.

§ 3. In huiusmodi scriptura memoriali recurrens potest proponere quoque additas rationes seu motiva recursus, quae quidem deduxerit ex inspectis documentis et actis vel collectis ex officio vel productis a parte et ut supra depositis; itemque instare potest ut facultas ipsi fiat exhibendi ulteriora documenta in sui defensionem, quae necessaria visa sint post deposita acta et documenta, vel ex officio vel pro parte. Haec autem omnia perficienda sunt intra terminum triginta dierum ex quo Cancellaria communicaverit deposita esse acta illa et documenta.

§ 4. Partes resistentes ius habent obiciendi vel proponendi contrarium recursum, necnon exhibendi ulteriora documenta, ad refutanda ea quae recurrens produxit, intra terminum viginti dierum ab accepta notitia novarum deductionum vel documentorum ex parte recurrentis.

Art. 115. § 1. Expiratis terminis ad exhibenda defensiones vel scripta memorialia partium, Secretarius tradit omnia acta processus Promotori Iustitiae, ut hic votum promat pro rei veritate. Quod si ob molem laboris Promotor Iustitiae impar sit voto ferendo intra terminum de quo in sequenti paragrapho, potest Secretarius, petente in scriptis ipso Promotore Iustitiae, munus conferre singulis in casibus alicui ex Votantibus vel ex Referendariis Signaturae Apostolicae.

§ 2. Promotor Iustitiae, sive ordinarius sive ad casum deputatus, votum suum pro rei veritate apud Cancellariam deponere tenetur intra triginta dies ab acceptis actis processus. Quod votum Secretarius suo decreto cito communicet cum partibus in causa, quae respondere possunt intra terminum decem dierum ab accepta communicatione.

Art. 116. Postquam, curante Cancellariae Praeposito, distributae fuerint omnes scripturae de quibus in praecedentibus articulis, Cardinalis Praefectus, intervenientibus Secretario, Promotore Iustitiae et Subsecretario, intra terminum viginti dierum decernit utrum recursus admittendus sit ad disceptationem, an reiciendus quia manifeste ipse caret fundamento.

Contra decretum reiectionis, datur recursus ad Collegium iudicans, intra terminos iure canonico statutos. Decisio Collegii nulli impugnationi est obnoxia.

Art. 117. § 1. Intra terminum triginta dierum ab admissione recursus, Secretarius convocat partes earumve Patronos ad summariam delibationem oralem processus, in qua quidem necessarias declarationes petit, indicat quaestiones quas ex officio colligi posse et opportune tractandas censeat; quaestiones praeiudiciales et fundamentales praefinit et proprios controversiae terminos statuit.

§ 2. Peracta summaria ac praevia delibatione, de qua in superiore paragrapho, si partes inter se consenserint, Secretarius potest iubere ulteriores investigationes administrativas, exquirenda documenta et positiones et, si casus ferat, coram plendam discussionem.

Partibus dissentientibus, videt Collegium iudicans.

§ 3. In peculiaribus casibus Cardinalis Praefectus potest decreto suo requirere votum consultivum alicuius iurisperiti in re administrativa, qui praeseferat optimas notas religionis et probitatis.

Art. 118. Intra terminum triginta dierum a convocatione partium, de qua agit § 1 superioris articuli, —si nimirum nullum statutum sit supplementum instructionis, neque requisitum votum consultivum de quo in § 3 eiusdem articuli—, vel intra terminum triginta dierum ab accepta notificatione de depositis apud Cancellariam suppletis documentis et investigationibus atque voto consultivo de quibus in §§ 2-3, recurrens debet, sua cura et sumptu, apud Cancellariam deponere tot exemplaria summarii processus quot Secretarius

http://www.obrascatolicas.com

constituerit. Ius est partibus intra eumdem terminum deponere restrictum conclusivum in quo contineantur omnia petita, etiam ordinis instructorii, et complete evolvantur rationes, sive in facto sive in iure, quibus ipsa petita nituntur.

Art. 119. Summarium et caetera processus acta, defensiones, scripta demum omnia, prout pars cuius interest maluerit, exarari possunt sive typis, sive dactylographicis aliisve instrumentis, multiplicandis exemplaribus idoneis. Exemplaria autem facilia lectu, nitida et non mendosa esse debent. Secus Notarius ea substituenda curet impensis partis.

Art. 120. § 1. Intra sexaginta dies ab expleto termino de quo in art. 118 habetur conventus Collegii iudicantis.

In huiusmodi conventu Cardinalis Ponens seu Relator refert tenorem impugnatae decisionis et perstringit rationes allatas tum pro recursu tum ex adverso, necnon quaestiones praeiudiciales et de merito praefinitas in convocatione partium de qua agitur in art. 117; quas quidem quaestiones Signatura dirimendas suscepit.

§ 2. Dein Promotor Iustitiae breviter et oretenus circa eas mentem suam pro rei veritate pandit.

Art. 121. His peractis de quibus in art. 120 Collegium iudicans, nemine adstante, decisionem fert, cuius pars dispositiva a Cardinali Ponente seu Relatore scripto redigitur, a singulis Patribus subsignatur et statim Secretario traditur.

Art. 122. § 1. Collegium Cardinalium iudicum, in deliberando de merito, decisionem ferre debet circa omnia proposita petita et respectivas exceptiones. Attamen circa quaedam tantum petita decisionem ferre potest, si haec sola non indigeant ulteriore instructione et eorum sollicita definitio urgens videatur.

§ 2. Decisio vim suam habet quamvis rationes in facto et in iure non contineat.

§ 3. Nihilominus Cardinalis Praefectus, aut Collegium Cardinalium iudicum, edicere potest ut praedictae rationes a Promotore Iustitiae aut a Votante scripto exponantur, servato art. 55 § 4.

Art. 123. § 1. Si controversiam, vel ex toto vel ex parte, non definit, Collegium Cardinalium iudicum potest suo decreto statuere ut testes adducantur, ut inspectiones fiant vel Peritorum examina, caeteraque iubere quae ad veritatis assecutionem conducant.

§ 2. Eodem decreto Collegium iudicans statuit terminos servandos et modos habendos in exsecutione et potest partibus facultatem facere adsistendi et adhibendi Peritos a Signatura Apostolica adprobatos.

§ 3. Ubicumque peragendum est supplementum instructoriae, Collegium iudicum ad illud delegare potest sive Subsecretarium sive Officialem tribunalis ecclesiastici competentis ratione territorii, sive demum aliam personam in auctoritate ecclesiae constitutam.

§ 4. Delegatus a Collegio iudicante instructoriam quamprimum incipiat ac sedula cura perficiat.

Caput III: *Ratio procedendi in recursu pro compositione conflictuum de competentia inter Romanae Curiae Dicasteria.*

Art. 124. In casibus de quibus in art. 96, n. 2, recursus expediatur quam citissime et, congrua congruis referendo, adhibeantur normae processuales de quibus in superioribus articulis 112, 115 et sqq.

Caput IV: *De processibus administrativis et disciplinaribus a Summo Pontifice commissis vel delatis a Dicasteriis Romanae Curiae.*

Art. 125. In casibus de quibus in art. 96, nn. 3 et 4, congrua congruis referendo, servandae sunt normae processuales statutae in articulis 104 et sequentibus.

Caput V: *Normae generales remissionis.*

Art. 126. Quoad ea quae non praevidentur expresse in praesentibus peculiaribus normis, servantur, quatenus applicari possunt, normae processuales statutae in Libro quarto, Parte prima, prima Sectione, Titulus a III ad XIII Codicis Iuris Canonici, ita quidem accommodatae ut quam maxime consulatur peculiari illi brevitati, quam praeseferre debent processus celebrandi coram sectione altera Signaturae Apostolicae.

APPENDIX

FONTES

PIUS VII, M. P. «*Quando per ammirabile*», d. 6 iulii 1816 (*Bullarii Romani continuatio*, VII, P. II, 1268-1297).

GREGORIUS XVI, M. P. «*Elevati appena*», d. 10 novembris 1834 (*Acta Gregorii Papae XVI*, IV, 290-410).

Lex propria... Signaturae Apostolicae, d. 29 iunii 1908 (*A. A. S.* 1, 1909, 29-35).

Regulae servandae in iudiciis apud Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, d. 6 martii 1912 (*A. A. S.* 4, 1912, 187-206).

BENEDICTUS XV, Chirogr. «*Attentis expositis*», d. 28 iunii 1915 (*A. A. S.* 7, 1915, 325).

Appendix ad regulas servandas in iudiciis apud Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, d. 3 novembris 1915 (*C. I. C. Fontes*, VIII, 608-618).

Codicis Iuris Canonici canones.

Normae S. Romanae Rotae Tribunalis, d. 29 iunii 1934 (*A. A. S.* 26, 1934, 449-492) [LE 1233].

PAULUS VI, Const. «*Regimini Ecclesiae Universae*», d. 15 augusti 1967 (*A. A. S.* 59, 1967, 885-928) [LE 3588].

Regolamento Generale della Curia Romana, d. 22 febr. 1968 [LE 3629].

* Card. Pro-Praefecto Supremi Tribunalis Signaturae Ap.: Typis Poliglottis Vaticanis 1968. Adn. I. GORDON in PrM 59 (1970) 75-105; A. RANAUDO in ME 93 (1968) 317-344, 547-566, 701-727; J. A. SOUTO in Ius can. 9 (1969) 521-537.

3637

1968 MAR 25.-SECRETARIA STATUS, NORMAE. PART.*

PRINCIPIA GENERALIA ET STATUTA FOEDERATIONIS MUNDIALIS COMMUNITATUM VITAE CHRISTIANAE, HUCUSQUE CONGREGATIONUM MARIANARUM NUNCUPATARUM

I.—APPROBATIO PONTIFICIA

Du Vatican, le 25 Mars 1968.

Excellence, Après la réunion du Conseil Général de la Fédération Mondiale des Congrégations Mariales, tenue à Rome du 19 au 21 Octobre 1967, le Secrétariat de votre Fédération a envoyé à la Secrétairerie d'État de Sa Sainteté une demande pour obtenir du Saint Père l'approbation des nouveaux Principes Généraux destinés à remplacer les Règles Communes de 1910, et des nouveaux Statuts de la Fédération Mondiale.

Dans le désir du meilleur service de l'Eglise —nous expliquait-on— et pour renouveler leur association selon l'esprit et les normes du II° Concile Oecuménique du Vatican, les membres de la Fédération Mondiale des Congrégations Mariales avaient senti le besoin de proposer à l'approbation du Saint-Siège plusieurs modifications, dont quelques-unes fondamentales, pour que leur association, tout en conservant fidèlement les authentiques richesses de sa tradition, puisse se consacrer avec plus de simplicité et d'efficacité au service de Dieu et des hommes dans le monde d'aujourd'hui. C'était le résultat de délibérations poursuivies pendant plusieurs années.

Quelques-unes de ces propositions touchaient à certaines normes de la Constitution Apostolique *Bis saeculari*, promulguée par le Pape Pie XII le 27 Septembre 1948 (*A.A.S.*, 40 [1948], p. 393 ss.) [LE 2011]. Cette Constitution n'avait pas prévu la fondation de la Fédération Mondiale, qui eut lieu en 1953, ni, par conséquent, les effets juridiques qui en découleraient. Dès lors les structures traditionnelles, confirmées par la Constitution *Bis saeculari*, avaient perdu progressivement leur signification originelle.

Toujours dans le même désir du meilleur service, les participants à la réunion du Conseil Général ont préféré adopter le nouveau nom de «Fédération Mondiale des Communautés de Vie Chrétienne», persuadés que cette dénomination traduisait mieux la réalité et le dynamisme interne de leur association, sans lui enlever aucun de ses éléments spécifiques.

Ces Principes Généraux et ces Status ont été l'objet d'un examen diligent de la part du Saint-Siège. Et maintenant je suis heureux de pouvoir Vous communiquer la confirmation et l'approbation pour trois ans *ad experimentum* par S. S. Le Pape Paul VI de ces documents, conformément aux textes annexés à la presente lettre. Toutes les règles et prescriptions antérieures qui s'opposent aux Principes Généraux et aux nouveaux Statuts, sont par le fait abrogées.

Je me réjouis aussi de pouvoir Vous communiquer cette approbation le jour de l'Annonciation, fête traditionnelle des Congrégations Mariales dans le monde entier et mystère qui résume leur esprit depuis le début, et inspire encore les nouveaux Principes Généraux. Veuille la Sainte Vierge inspirer aux membres de votre Fédération Mondiale une disponibilité toujours plus généreuse, toujours plus prête à écouter et à accepter la Parole de Dieu dans les différentes situations de leur vie.

Veuillez agréer, Excellence, l'assurance de mes sentiments entièrement dévoués en N. S.—A. G. Card. CICOGNANI.

II.—PRINCIPES GENERAUX

PREAMBULE

1. Fidèle à sa promesse, Dieu s'est fait homme, né de Marie, pour pouvoir se donner continuellement à tous les hommes et pour inviter tous les hommes à se donner continuellement à Lui dans et avec le Christ. Ce don de Dieu aux hommes et des hommes à Dieu, sous la motion de l'Esprit, est toujours conditionné par les circonstances de chaque situation. C'est pourquoi nous, membres de la Fédération mondiale des Communautés de Vie Chrétienne, avons composé ces Principes Généraux pour nous aider à nous donner toujours plus généreusement à Dieu, en aimant et servant tous les hommes dans le monde d'aujourd'hui.

2. Puisque notre mouvement est un mode de vie chrétienne, ces principes doivent être interprétés non pas tant selon leur lettre que selon l'esprit de l'Evangile et la loi intérieure de l'amour. Cette loi, que l'Esprit grave en nos coeurs, s'exprime en termes toujours nouveaux dans chaque situation de notre vie quotidienne. Elle respecte le caractère unique de chaque vocation et nous rend capables d'être libres et toujours disponibles à Dieu. Elle nous incite à prendre conscience de nos graves responsabilités; elle nous aide à chercher constamment les réponses aux besoins de notre temps et à travailler ensemble avec tout le Peuple de Dieu, pour le progrès et la paix, la justice et la charité, la liberté et la dignité de tous les hommes.

Première partie: BUT ET CARACTERES ESSENTIELS

3. *Finalité de nos groupes.*—Nos groupes sont des communautés chrétiennes, qui visent à former des hommes et des femmes, des adultes et des jeunes, engagés au service de l'Eglise et du monde, dans tous les secteurs de la vie: familiale, professionnelle, civique, ecclésiale, etc. Pour mieux préparer ses membres à un apostolat efficace, spécialement dans leur milieu de vie, chaque groupe réunit des personnes de qualités semblables et organise sa vie selon leurs besoins. Nos groupes s'adressent à ceux qui ressentent un besoin plus pressant de faire l'unité de leur vie humaine en toutes ses dimensions et de leur foi chrétienne dans sa plénitude, en particulier à ceux qui sont occupés dans les tâches temporelles. Nous cherchons donc cette unité de vie, en réponse à l'appel du Christ, au milieu du monde dans lequel nous vivons.

4. *Sources de notre spiritualité.*—La spiritualité de nos groupes est centrée sur le Christ et sur la participation au mystère pascal; elle est puisée dans la Sainte Ecriture, la Liturgie, le développement doctrinal de l'Eglise, la révélation des vouloirs divins à travers les besoins de notre temps. Nous considérons les Exercices Spirituels de Saint Ignace comme une source spécifique et l'instrument caractéristique de notre spiritualité. Notre vocation nous appelle à cette spiritualité, qui nous apprend à être disponibles à tout ce que Dieu attend de nous dans chaque situation concrète de notre vie quotidienne. Nous reconnaissons en particulier la nécessité de la prière personnelle et de la direction spirituelle, comme indispensables pour chercher et trouver Dieu en toutes choses.

5. *Sens de l'Eglise.*—L'union au Christ nous conduit à l'union avec l'Eglise, dans laquelle le Christ ici et maintenant poursuit sa mission de salut. En nous rendant attentifs aux signes des temps et aux motions de l'Esprit, nous serons plus aptes à rencontrer le Christ en tout homme et en toute situation. Conscients d'être nous-mêmes membres de l'Eglise, nous participons à la Liturgie, méditons l'Ecriture, diffusons la doctrine, collaborons avec les Pasteurs, partageons leur préoccupation concernant les problèmes et le progrès de l'humanité, avec une sensibilité ouverte aux situations où se trouve l'Eglise aujourd'hui. Ce sens de l'Eglise nous pousse à une collaboration personnelle et concrète à l'oeuvre de construction du Royaume de Dieu.

6. *Lien communautaire.*—Le don de nous-mêmes se traduit par l'engagement dans une communauté déterminée et librement choisie. Cette communauté, centrée sur l'Eucharistie, réalise une expérience concrète d'unité dans l'amour et l'action. En effet, chacun de nos groupes est une communauté dans le Christ, une cellule du Corps Mystique, dont les membres sont liés entre eux par le même engagement, la même manière de vivre et l'amour filial envers la Vierge Marie. Notre responsabilité ne s'arrête pas au développement des liens communautaires de notre groupe, mais s'étend à tout le mouvement fédératif, aux communautés ecclésiales dont nous faisons partie (paroisse, diocèse), à toute l'Eglise et à tous les hommes de bonne volonté.

7. *Vie apostolique.*—Nous avons reçu, au sein du Peuple de Dieu, la mission d'être les témoins du Christ dans nos paroles et dans nos actions, parmi les hommes. Nous avons conscience que nous devons nous consacrer par priorité au renouvellement et à la sanctification de l'ordre temporel. Pour y parvenir, le groupe nous aide, en particulier par la pratique de la «revision de vie» en équipe, à donner un sens apostolique aux réalités, même les plus humbles, de la vie quotidienne. Il nous apprend aussi à discerner le plus urgent et le plus universel; il nous pousse ainsi à travailler à la réforme des structures de la société, en participant à l'effort de libération des hommes qui sont victimes de toute espèce de discrimination, et en nous efforçant d'abord de supprimer les différences entre riches et pauvres à l'intérieur de l'Eglise. Notre vie trouve son inspiration permanente dans l'Evangile du Christ pauvre et humilié, de manière à nous faire travailler, dans un esprit de service, pour l'établissement de la justice et de la paix entre les hommes.

8. *L'union avec Marie.*—Notre spiritualité étant centrée sur le Christ, nous voyons le rôle de la Vierge Marie en relation avec Lui: Elle est le modèle de notre collaboration à sa mission. La coopération de Marie avec son Fils commença à son «fiat» dans le mystère de l'Annonciation-Incarnation. Cette coopération continuelle pendant toute sa vie nous inspire de nous donner totalement à Dieu en union avec Marie, qui, en acceptant les desseins de Dieu, devint notre Mère et la Mère de tous les hommes. Ainsi nous confirmons notre mission de service du monde, reçue au Baptême et à la Confirmation. Nous vénérons la Mère de Dieu d'une manière spéciale et nous nous confions en son intercession pour réaliser notre vocation.

Seconde partie: MANIÈRE DE VIVRE

9. L'entrée dans un groupe suppose une vocation personnelle. Une période d'initiation à notre manière de vivre, d'une durée d'au moins un an, permet au candidat et au groupe de vérifier l'authenticité de l'appel. Pour arriver à une décision éclairée, il est recommandé de faire les Exercices Spirituels durant cette période. Sur approbation du groupe, le candidat est admis.

10. L'admission inclut l'engagement de suivre cette manière de vivre et de s'affilier à une communauté déterminée. Pour que les candidats, spécialement les jeunes, aient le temps d'approfondir leur vocation, tous commencent normalement par un engagement temporaire, renouvelable. L'engagement permanent se fait seulement après une période de temps convenable et l'épreuve satisfaisante donnée par le candidat.

11. Cette manière de vivre engage le candidat à poursuivre, avec l'aide du groupe, une continuelle croissance spirituelle, apostolique et humaine. En pratique cela implique: la participation fréquente et même journalière au sacrifice Eucharistique; une vie sacramentelle intense; la pratique quotidienne de la prière personnelle basée surtout sur la Sainte Ecriture; le discernement par la revision quotidienne de sa vie et la direction spirituelle régulière; un renouvellement intérieur annuel en accord avec les sources de notre spiritualité; l'amour de la Mère de Dieu.

De plus, cette manière de vivre demande de chaque membre la simplicité dans tous les aspects de sa vie, pour suivre de plus près le Christ en sa pauvreté et pour conserver la liberté intérieure dans son engagement au monde. Elle demande également à chacun l'engagement apostolique, en particulier pour la rénovation des institutions de la société, et l'effort pour développer ses qualités humaines et ses capacités professionnelles pour devenir de plus en plus compétent et pour rendre son témoignage apostolique plus convainquant.

Finalement, chaque membre prend sur soi la responsabilité de participer aux réunions et aux activités de son groupe, et chacun soutient et anime les autres à réaliser leur vocation, toujours prêt à donner et à recevoir un conseil fraternel et une assistance mutuelle.

12. Selon la tradition, chaque groupe est ordinairement composé de personnes que rapprochent des conditions semblables, telles que l'âge, la profession, l'état de vie, etc. Chaque groupe détermine ses normes d'admission, son programme de formation, son apostolat et l'ordre du jour de ses réunions. Selon la pratique normale, les réunions se

http://www.obrascatolicas.com

tiennent chaque semaine, ou au moins deux fois par mois. Chaque groupe participe régulièrement à une célébration commune de l'Eucharistie. On veillera à ce que les réunions des groupes mixtes s'inspirent des normes suggérées par les vertus de prudence et de vigilance chrétiennes.

13. La responsabilité du gouvernement d'un groupe repose principalement sur une équipe de dirigeants, composée de responsables élus par les membres, et de l'assistant ecclésiastique nommé par l'autorité compétente. Les dirigeants servent dans un esprit d'équipe et d'étroite coopération avec les membres. Le groupe décide de toutes les questions, à l'exception de celles qu'il a déléguées aux responsables. Dans les groupes à effectifs nombreux, l'équipe des responsables constitue un Conseil, qui se réunit régulièrement.

14. Le président est le responsable principal; il préside les réunions et représente le groupe auprès des autres associations. Les autres responsables sont élus selon les besoins.

L'assistant ecclésiastique est surtout responsable de la formation chrétienne du groupe et il aide les membres à découvrir les voies de Dieu. En vertu de la mission qui lui est conférée par la hiérarchie, dont il représente l'autorité, il a aussi une responsabilité spéciale en ce qui touche à la doctrine et à l'harmonie propre à une communauté chrétienne.

15. Après l'engagement permanent, tous demeurent membres de leur groupe à moins qu'ils ne s'en retirent librement. Quiconque manque notablement des qualités requises ou qui s'abstient des réunions et des activités du groupe, devrait être invité à se retirer.

Troisième partie: Normes juridiques

16. *Caractéristiques.*—Tout groupe légitime comporte trois caractéristiques: un lien particulier avec la hiérarchie, l'affiliation à une fédération, l'observation des Principes Généraux.

17. Le lien spécial avec la hiérarchie consiste en l'érection canonique ou toute autre forme d'approbation d'un groupe ou d'une fédération par l'autorité compétente.

18. Chaque groupe devient membre d'une fédération locale et chaque fédération, à son tour, s'affilie à la Fédération mondiale.

19. L'acceptation des Principes Généraux est une condition nécessaire pour l'affiliation à toute fédération. Un groupe qui ne les observerait pas peut être suspendu ou même exclu par la fédération. Une fédération qui n'interviendrait pas quand un groupe n'observe pas les Principes, est passible de suspension ou même d'exclusion des fédérations supérieures.

20. *Autorité compétente.*—L'autorité compétente en matière d'érection canonique ou de toute autre forme d'approbation des groupes est l'Ordinaire du lieu [1]. L'approbation d'une fédération au plan diocésain se fait par l'Évêque; au plan national par la Conférence épiscopale; au plan mondial par le Saint-Siège.

21. L'assistant ecclésiastique participe ordinairement à la vie du groupe et il y assure ce qui intéresse le magistère et la pastorale de l'Eglise. Généralement c'est un prêtre, mais sa fonction peut être déléguée par l'autorité compétente à un diacre. En tout cas il sera nommé par l'autorité qui a érigé ou approuvé le groupe ou fédération. Des religieux, des religieuses et des laïcs peuvent collaborer avec l'assistant ecclésiastique dans l'exécution de ses responsabilités.

22. Les Principes Généraux, approuvés par le Conseil Général et confirmés par l'autorité compétente, sont les normes officielles de ce mouvement. Les propositions d'amendements, qui peuvent être faites par tout membre de la Fédération mondiale, devront être envoyées par écrit au Bureau de la Fédération mondiale au moins six mois avant une réunion du Conseil Général. Pour l'acceptation des amendements, la majorité des deux tiers est requise.

23. Un groupe ou une fédération peuvent rédiger leur propre version des Principes, qui devrait être confirmée par l'autorité compétente et par la Fédération mondiale. Les versions locales retiendront la 1e partie de la version mondiale, mais elles pourront changer certaines expressions, si c'est nécessaire pour une meilleure compréhension. La 2e partie peut être recomposée selon les besoins, pourvu qu'on en sauvegarde la substance. La 3e partie doit être acceptée intégralement, mais elle ne figure pas nécessairement dans les versions locales.

24. Les statuts d'une fédération sont approuvés par ses membres et confirmés par l'autorité compétente et par les fédérations supérieures. Ces statuts doivent être rédigés en harmonie avec ceux de la Fédération mondiale.

25. Les secrétariats, qui existent dans beaucoup de pays, sont au service des groupes et des fédérations qui désirent aide, conseil et appui.

26. *Sections spécialisées et associations plus larges («coetus largiores»).*—Des sections spécialisées d'étude, de formation, de culture, etc., connues traditionnellement sous le nom d'académies, peuvent être instituées soit pour les membres, soit pour d'autres personnes.

27. On peut également former des sections dont les membres s'appliquent à une vie spirituelle plus profonde, basée surtout sur les Exercices Spirituels de Saint Ignace. Mariés ou célibataires, ces membres peuvent s'engager ou non à la pratique des conseils évangéliques. Ces sections peuvent constituer une branche de la Fédération mondiale, ayant ses statuts propres.

28. Peuvent exister aussi, à côté des groupes et des fédérations, des associations dont les membres désirent participer en quelque façon à notre manière de vivre mais ne se sentent pas appelés à un engagement plénier. Ces associations plus larges peuvent être affiliées à un groupe ou constituer entre elles une union sous le patronage d'une de nos fédérations.

III.—STATUTS

Constitution

Art. 1. La Fédération mondiale, qui a son siège à Rome, est l'union des fédérations nationales et des groupes fédérés qui acceptent les Principes Généraux comme principes directeurs de leurs activités.

Art. 2. L'affiliation à la Fédération mondiale n'est ordinairement accordée qu'à une fédération nationale. Il faudrait que les circonstances rendent impossible la formation d'une telle fédération, pour qu'une autre fédération ou un groupe isolé puisse être affilié directement.

La candidature à l'affiliation doit être d'abord acceptée par le Conseil Exécutif. A partir de cette acceptation, la fédération devient sujet de tous les droits et obligations attachés à l'affiliation. Cependant, cette décision devra être confirmée par le Conseil Général.

Art. 3. Bien qu'elle soit unique, la Fédération pourra comprendre des sections, déterminées par des caractéristiques communes ou par des liens géographiques.

Obligations des membres

Art. 4. L'adhésion à la Fédération mondiale inclut l'acceptation: *a)* des Principes Généraux; *b)* des statuts et Règlements de la Fédération; *c)* des résolutions approuvées par le Conseil Général; *d)* de la contribution financière fixée par le Conseil Général.

But et moyens

Art. 5. Le but de la Fédération mondiale est la coordination des membres et leur coopération, sur le plan international, à la mission de l'Eglise.

Art. 6. Les principaux moyens employés sont de: *a)* promouvoir la mise en oeuvre des Principes Généraux; *b)* favoriser la constitution de fédérations, les encourager à s'entraider, promouvoir et coordonner leur participation active aux affaires internationales; *c)* assurer la présence de représentants dans les activités de coopération internationale, partout où cela peut être opportun, en collaboration avec les autres O. I. C.; *d)* favoriser la mise en pratique de l'inseignement de l'Eglise, spécialement celui du second Concile du Vatican et ses développements ultérieurs.

Gouvernement

Art. 7. La Fédération mondiale est gouvernée par un Conseil Général et un Conseil Exécutif.

[1] Pour les groupes établis dans les lieux qui appartiennent à la Compagnie de Jésus ou bien dont la charge lui est confiée, cette autorité est le Préposé Général ou le Vicaire Général de la Compagnie, selon les bulles pontificales.

Art. 8. Le Conseil Général est constitué par le Conseil Exécutif et la délégation de chaque pays affilié. La délégation de chaque pays se compose ordinairement de six délégués, quatre laïcs, un prêtre et un religieux (frère ou soeur) ou un diacre. (Pour les nations bilingues, quatre laïcs et deux prêtres.) Les difficultés qui se présenteront dans la constitution des délégations seront résolues par le Conseil Exécutif.

Le Conseil Général est l'organe suprême de la Fédération mondiale et il délègue la responsabilité des affaires courantes au Conseil Exécutif. Le Conseil Exécutif a droit à un vote en la personne du Président.

Art. 9. Sont membres élus du Conseil Exécutif: le Président, le Vice-Président, le Secrétaire, le Trésorier et les trois Conseillers, tous élus pour cinq ans par le Conseil Général. Ils ne peuvent être réélus qu'une fois pour la même charge. Sont membres mommés du Conseil Exécutif: l'Assistant ecclésiastique, le Vice-Assistant ecclésiastique, qui est le jésuite président du Secrétariat central à Rome, le Secrétaire exécutif. Celui-ci est nommé par le Conseil Exécutif, qui délimite aussi les droits et les responsabilités de la charge.

Art. 10. Les candidatures à toutes les charges électives doivent être adressées au Bureaux de la Fédération mondiale par écrit, au moins quatre mois avant la réunion du Conseil Général durant laquelle auront lieu des élections. Ces candidatures sont présentées par chaque fédération membre ou d'autres groupes affiliés.

Art. 11. Le Conseil Exécutif, respectant la légitime autonomie de ses membres, n'interviendra dans les fédérations qu'au cas où l'article 4 ne serait pas observé. Le droit d'exclusion d'un membre est réservé au Conseil Général.

Réunions

Art. 12. Le Conseil Général se réunit au moins tous les cinq ans. Le dernier projet d'Ordre du Jour doit être proposé aux membres au moins trois mois avant la réunion.

Art. 13. Le Conseil Exécutif se réunit une fois par an. Il informe de ses activités les fédérations membres. Le Président a le pouvoir de convoquer le Conseil Général sur la demande écrite d'un tiers des pays membres.

Art. 14. Dans l'un et l'autre Conseil, les décisions sont prises à la majorité des suffrages du «quorum». Celui-ci consiste en cinq membres pour le Conseil Exécutif et 50 % des membres affiliés à la Fédération mondiale pour le Conseil Général. La procédure du Conseil Général, qui n'est pas déterminée par ces Statuts, le sera par le Règlement additionnel.

Statuts

Art. 15. Les propositions de modification aux Statuts de la Fédération mondiale pourront être faites par écrit au Bureau de la Fédération, au moins six mois avant une réunion du Conseil Général. Le Bureau en communiquera le copie à tous les membres au moins trois mois avant la réunion. Pour l'acceptation de ces modifications, la majorité des deux-tiers est requise.

Relations avec le Saint-Siege

Art. 16. L'Assistant ecclésiastique est nommé par le Saint-Siège.

Art. 17. Une liste de candidats à la présidence sera présentée au Saint-Siège au moins trois mois avant l'élection.

Art. 18. Une fois approuvées par le Conseil Général, les modifications à ces Statuts devront être approuvées par le Saint-Siège.

* Assistenti ecclesiastico Foederationis mundialis Communitatum vitae christianae, Prot. N. 106352: e foliis Romae, 1968, editis.

3638

1968 MAR 25.-SC EPISC., DECR. AAS 60 (1968) 531-533

SALVATORIANAE REIPUBLICAE

Decretum de erectione Vicariatus Castrensis in Republica Salvatoriana

De erigendo Vicariatu Castrensi Reipublicae Salvatoriae inter Apostolicam Sedem et memoratae Reipublicae Magistratus sollemnis nuper inita est pactio eum in finem ut militibus et Christifidelibus ad Exercitum pertinentibus stabili convenientique ratione —quemadmodum catholicae nationis traditio exigit— Religionis solacia praestarentur.

Ad huiusmodi Conventionem perficiendam Summus Pontifex Paulus Divina Providentia Pp. VI, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti S. Congregationis pro Episcopis Decreto, Vicariatum Castrensem Reipublicae Salvatorianae erigit atque constituit eumque, sartis tectisque legibus sollemni pactione statutis, sequentibus quoque instruit normis ad spirituale munus exercendum spectantibus:

1. Vicariatus Castrensis constabit: Vicario Castrensi, Pro-Vicario, Militum Cappellanis, omnibus Catholicam religionem profitentibus qui ad copias armatas Reipublicae, ad legiones a Publica Securitate atque ad «Cadetes» pertinent.

2. Sedes huius Vicariatus Castrensis eiusque Curiae in urbe S. Salvatoris in America erit.

3. Curia ad instar dioecesanae efformabitur atque ad eam pertinebunt: Pro-Vicarius, Cappellani consultores ceterique Administri qui, iudicio Vicarii Castrensis, necessarii videntur.

4. Vicarius Castrensis —conlatis consiliis cum Reipublicae competentibus Magistratibus— ab Apostolica Sede deligetur et per peculiare S. Congregationis pro Episcopis Decretum officio potietur.

5. Vicarius Castrensis iurisdictione pollebit personali, ordinaria tum fori interni tum fori externi, speciali et cumulativa cum iurisdictione Ordinariorum locorum, ad normam Instructionis de Vicariis Ca/strensibus «Sollemne 532
semper» a Sacra Congregatione Consistoriali die 23 mensis Aprilis anno 1951 editae [LE 2208].

In stativis autem castris et in locis militibus reservatis primo et principaliter Vicarius Castrensis iurisdictionem exercebit, secundario, quoties, scilicet, idem Vicarius Castrensis eiusque Cappellani absint vel desint, semper autem iure proprio, Ordinarius loci atque Parochus, initis consiliis —quatenus fas est— cum Curia Vicariatus Castrensis.

6. Iurisdictioni Vicariatus Castrensis obnoxii erunt: *a)* Sacerdotes omnes qui muneri Cappellani militum deputantur; Religiosi sodales qui in nosocomiis aut in quibuslibet locis militibus reservatis stabiliter degunt. *b)* Universi Christifideles qui sub vexillis Reipublicae actu militant, qui ad legiones a publica securitate pertinent et qui, vulgato nomine, «Cadetes» nuncupantur. *c)* Qui eorundem familias constituunt, uxores, scilicet, liberi, parentes, propinqui ac famuli, ceterique ad copias addicti; dummodo omnes in copiarum stationibus aut in hospitalibus vel in aliis locis militibus reservatis stabiliter habitent.

7. Optimi expertique sacerdotes a Vicario Castrensi civilibus Magistratibus praesentantur ut, conlatis consiliis, muneri cappellani militum destinentur seu dicentur. Vicarii Castrensis ordinariae potestati, durante munere, subduntur; quoad ecclesiasticam disciplinam tamen potestati quoque Ordinarii loci, in quo versari contingat, obnoxii erunt. Huic vero, in casibus urgentioribus et quoties Vicarius Castrensis providere non poterit, fas erit in eos animadvertere etiam canonicis sanctionibus, si casus ferat, et monito confestim Vicario Castrensi.

8. Quod ad militum Cappellanos Religiosos attinet, adamussim servetur Instructio de Cappellanis militum Religiosis, a Sacra Congregatione negotiis religiosorum sodalium praeposita, die 2 mensis Februarii anno 1955 edita [LE 2478].

9. Pro-Vicario, si a Vicario Castrensi constitutus fuerit, necessarias et opportunas idem Vicarius Castrensis tribuet facultates.

10. Militum Cappellani animarum sibi commissarum curam gerent muneribus et obligationibus parochorum, ad normam memoratae Instructionis De Vicariis Castrensibus, instructi.

11. In celebratione matrimoniorum subditorum Vicariatus Castrensis, religiose servetur praescriptum canonis 1097, § 2 C. I. C., id est: «pro regula habeatur ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi iusta causa excuset», et accurate expleantur actus qui, ad / normam 533
iuris communis, celebrationem matrimonii praecedere et subsequi debent.

12. Ad causas subditorum Vicariatus Castrensis sive contentiosas inter ipsos, sive criminales, tum in prima tum in altera instantia pertractandas, Vicarius Castrensis tri-

http://www.obrascatolicas.com

bunal quoddam designet atque a Sacra Congregatione pro Episcopis peractae designationis adprobationem obtineat.

13. Vicarius Castrensis relationem de statu Vicariatus singulis quinquenniis exhibebit, respondens iuxta ea quae in «Formula servanda» praescribuntur ab Apostolica Sede edita.

Quinquennia sunt fixa ad normam sacrorum canonum, proinde huiusmodi obligationi satisfaciet anno quo locorum Ordinarii Reipublicae Salvatorianae Relationem de statu dioecesium exhibere tenentur.

Eodem anno quo Relatio est promenda, Vicarius Castrensis ad Urbem, Apostolorum Petri et Pauli sepulchra veneraturus, accedat et Romano Pontifici se sistat.

14. Vacante Vicarii Castrensis officio, nisi aliter ab Apostolica Sede provisum fuerit, regimen Vicariatus Castrensis —usque dum novus Vicarius Castrensis muneris dossessionem ceperit— Pro-Vicarius, si adfuerit, assumet; secus Cappellanus maior in munere antiquior.

Qui autem Vicariatus Castrensis regimen tunc assumpserit facultatibus fruetur et oneribus adstringetur quae ius commune —congrua congruis referendo— Vicario Capitulari tribuit.

Ipsius praesertim erit Sacram Congregationem pro Episcopis de assumpto munere certiorem facere ab eaque instructiones impetrare.

Ad haec exsecutioni mandanda idem Summus Pontifex Excmum P. D. Brunonem Torpigliani, Archiepiscopum titulo Mallianensem et in Republica Salvatoriana et Guatimalensi Nuntium Apostolicum, deputare dignatus est, opportunis et necessariis coniatis facultatibus, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et onere imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis quamprimum mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 25 mensis Martii 1968.—Carolus Card. Confalonieri, *Praef.* Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *Secretarius.*

3639

1968 MAR 26.-COM. INT. CONC., RESP. AAS 60 (1968) 363

De officiis et potestate Diaconi qui ad sacerdotium ascendere velit

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubio, respondendum esse censuerunt ut infra:

D.—Utrum Diaconus, qui in hoc gradu non maneat sed ad Sacerdotium ascendere velit, ea habeat munera quae recensentur sub n. 29 Constitutionis dogmaticae de Ecclesia *Lumen Gentium*, diei 21 Novembris 1964 [LE 3232], et sub n. 22 Litterarum Apostolicarum *Sacrum Diaconatus ordinem*, diei 18 Iunii 1967 [LE 3571].

R.—Affirmative.

SSmus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 26 Martii 1968 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, adprobavit et publicari iussit.—P. Card. Felici, *Praeses.*

Adn. V. Carbone in ME 94 (1969) 196-197; E. F. Regatillo in Sal terrae 57 (1969) 636-640.

3640

1968 MAR 27.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 60 (1968) 256-259

Allocutio die 27 martii 1968 habita christifidelibus in Basilica Vaticana coram admissis, primo exacto anno ab editis Litteris Encyclicis «Populorum progressio»:

De mente Ecclesiae in Encyclica edenda, deque huius recta interpretatione

Diletti figli e figlie, La vostra visita Ci trova occupati da un pensiero, di cui crediamo bene dare conto anche a voi, come padre ai suoi figli. È un anno (l'anniversario esatto cadeva ieri, 26 marzo), è un anno da che Noi abbiamo pubblicato la Lettera Enciclica, che dalle parole iniziali s'intitola *Populorum progressio* [LE 3546], rivolta alla Chiesa e al mondo per impegnare l'attenzione di tutti sopra un fatto caratteristico e capitale del nostro tempo, il risveglio cioè della coscienza dei popoli circa il bisogno di progredire, un risveglio che sembra scoprire una legge generale dell'umanità, quella d'essere di più, d'avere di più, di fruire di più dei beni che la vita ed il mondo mettono a disposizione dell'uomo. Questa idea di progresso non era nuova per le nazioni già civilizzate e sviluppate, tanto da costituire una di quelle formole magiche e mitiche di cui l'uomo moderno si compiaceva e si esaltava, come fosse una religione, una somma concezione dei tempi nuovi. Ma quando l'idea di progresso entrò nella psicologia delle popolazioni stagnanti nelle loro forme primitive, o imperfette di civiltà, prive cioè delle prodigiose risorse economiche e sociali derivanti dalle scoperte scientifiche (pensate, ad esempio, all'elettricità) e dall'applicazione delle risorse della natura alla mac/china, a potenti strumenti cioè ausiliari del la- 257
voro umano fino a moltiplicarne prodigiosamente il rendimento diminuendone in pari tempo la fatica, un'inquietudine enorme sollevò e solleva queste popolazioni, suscitando in esse il desiderio, il bisogno, il diritto a passare dal livello modesto, e spesso miserabile, del loro tenore di vita ad un livello più alto, più ricco, più degno, più umano. Questa aspirazione è tuttora in piena efficienza; essa fermenta nella maggior parte dell'umanità, producendo gli effetti molteplici, che tutti conosciamo: lo sforzo verso l'indipendenza, politica dapprima, economica e culturale poi, mettendo in evidenza condizioni alle volte tristissime di questi popoli nuovi, la fame, la malattia, l'ignoranza, l'incapacità a trasformarsi in meglio con le loro proprie forze; e insofferenti come essi sono d'ogni sfruttamento colonialista, non riconoscono talora nemmeno i vantaggi che l'epoca coloniale loro recò, e misurano così la loro inferiorità al confronto dei popoli progrediti, con sentimenti ribelli ad ogni forma di tutela da parte di popoli ricchi, e ostili a quello stesso benessere che si è fra loro prodotto per opera altrui, e ancor oggi detenuto da pochi, forestieri o indigeni che siano, a loro quasi esclusivo vantaggio.

Lacrime e collera caratterizzano, per lo più, la psicologia di questi popoli giovani, che soffrono d'un male nuovo, prima inavvertito, oggi intollerabile, l'avversione della sperequazione economica e civile, che li separa e li umilia nel confronto dei popoli benestanti.

È un problema cruciale e mondiale. Esso trasferisce la famosa questione sociale dall'interno delle singole società alla dimensione internazionale, alla umanità intera; e se la giustizia sociale —che promuove la trasformazione delle classi componenti una società verso una più equa distribuzione della ricchezza e della cultura, in modo che a nessuno manchi la sufficienza per vivere da uomo, ed a nessuno sia dato un esagerato ed egoistico godimento dei beni temporali quando altri ne siano penosamente privi— si applica sul piano delle relazioni fra nazione e nazione, si comprende la vastità e l'importanza dei problemi suscitati dal progresso moderno, quando oramai ogni popolo ne acquisti la nozione, e con la nozione la pretesa, per tanti versi legittima, d'esserne partecipe.

Può la Chiesa disinteressarsi di questo gigantesco aspetto della vita umana contemporanea? La Chiesa certamente non è fatta per occuparsi della soluzione tecnica di questi problemi; vogliamo dire dei problemi economici e politici che riguardano la ammissione dei popoli in via di sviluppo al livello di sufficienza e di dignità che loro compete; / 258
ma questi stessi problemi derivano la loro forza logica ed umana da una concezione della vita umana, che solo la religione ad essi fornisce. E cioè: è la religione, quella cristiana fra tutte, che vede nel progresso umano una intenzione divina: Dio ha creato l'uomo perché fosse signore della terra, e la terra fosse a beneficio ordinato di tutti. È la religione che offre fondamento di giustizia alle rivendicazioni dei non abbienti, quando ricorda che tutti gli uomini sono figli d'uno stesso Padre celeste, e perciò fratelli. È la religione che sola può ricordare al ricco d'essere amministratore, e non padrone dispotico dei suoi beni, i cui frutti devono in qualche equa misura essere a profitto di chi ne abbisogna. È la religione cattolica, la nostra, che instaura la legge suprema della carità, chiaroveggente dei mali e dei bisogni del prossimo, e cogente, col soave e libero impero dell'amore, al soccorso altrui; ed è la religione di Cristo, della quale è principio e fine in questo mondo l'ordine, l'equilibrio, la concordia degli uomini, che ricorda essere lo sviluppo dei popoli il nome attuale della pace.

Potevamo Noi tacere, se così stanno le cose? Non potevamo. E perciò abbiamo parlato. È sembrato ad alcuni che la Nostra parola fosse aspra e ingiustificata verso quei sistemi economici, che di per sé non tendono a creare condizioni paritarie fra gli uomini, favorendo gli uni e obbligando gli altri a soffrire d'una perpetua condizione d'inferiorità; ma non è certo Nostra intenzione di disconoscere i termini naturali dei processi economici, né d'offendere coloro che ne sono i promotori, quando una visione non parziale, non egoista, ma globale, ma umana inquadri tali processi nelle esigenze del bene comune. Così è sembrato ad altri che, denunciando Noi nel nome di Dio i gravissimi bisogni per cui soffre tanta parte dell'umanità, Noi apriss-simo la via alla così detta teologia della rivoluzione e della violenza: lungi dal Nostro pensiero e dal Nostro linguaggio una simile aberrazione; cosa ben diversa dalla positiva, coraggiosa e energica attività necessaria, in molti casi, per instaurare nuove forme di progresso sociale ed economico. Come pure è sembrato a molti, e fors'anche a voi che Ci ascoltate, che una così complessa e gigantesca questione, qual è quella della retta e decisa promozione del progresso dei popoli, esulasse dall'interesse degli uomini singoli, dalla iniziativa privata e da quella dei corpi intermedi; e ciò è vero; questa è questione di chi governa le sorti della politica generale e delle relazioni internazionali; ma tuttavia essa può e deve interessare l'attenzione di tutti, dev'essere oggetto di opinione pubblica, deve entrare nella mentalità 259
di tutti, dev'essere problema di / coscienza d'ogni cristiano: le moderne comunicazioni hanno fatto nostro prossimo anche i lontanissimi; e dove è la fame, la miseria, l'impotenza a vivere da uomini liberi e degni, ivi è la chiamata alla nostra carità.

Quando voi beneficate le missioni, quando concorrete al soccorso della fame nel mondo, quando sostenete le opere che promuovono l'alfabetizzazione, eccetera, voi rispondete alla vocazione di questa carità universale, che mira al giusto progresso dei popoli.

Abbiamo voluto ricordarvi questo grande tema, a cui la Chiesa è impegnata, ed a cui attende con intelligente e fervorosa attività la Nostra Commissione post-conciliare *Iustitia et Pax* (di cui vediamo qui presenti alcuni valorosi dirigenti), affinché sappiate come oggi palpita il cuore della Chiesa; e se il vostro batte all'unisono col suo, la Nostra Benedizione Apostolica vi è assicurata.

3641

1968 MAR 27.-SECRETARIA STATUS, NORMAE. PART.*

Nova Statuta Apostolatus Orationis approbantur

Ex Aedibus Vaticanis, die 27 Martii 1968.

Reverendissime Pater, Gaudeo te certiorem facere, Augustum Pontificem sedula qua par erat animi attentione perpendisse nova Apostolatus Orationis Statuta, quae a te tuisque sodalibus nuper recognita Ipsius iudicio reverenter proposuisti.

Sanctitati Suae compertum sane erat alacre studium a Societate Iesu in hanc piam sodalitatem fovendam propagandamque assidue collatum. Id autem apertius declaraverunt nova haec Statuta, quae Beatissimo Patri causa sunt, cur maiore aestimatione atque benevolentia prosequatur hanc amplissimam orantium familiam, procul dubio recensendam inter saluberrima instituta, quae in Ecclesia orta sunt et pro Ecclesia operantur.

Post Concilii Oecumenici celebrationem, unde tam dives doctrinae normarumque copia in Ecclesiam Catholicam profecta est, consentaneum erat, ut Apostolatus Orationis ex hoc praestantissimo fonte auctiorem vitae ubertatem hauriret. Hoc revera opportuno sapientique consilio a vobis factum est, qui, nova conficientes Statuta, id spectastis, ut eadem, Concilii doctrina et spiritu renovata, ad hodiernas Ecclesiae condiciones aptius accommodarentur. Id libenter agnoscens, Vicarius Christi non solum has normas auctoritate Sua approbat, sed merita etiam honestare laudeque desiderat te tuosque sodales, qui iis condendis operam dedistis.

Sanctitatem Suam minime effugit momentum, quod nova huiusmodi Statuta habent ad sodalium spiritualem et apostolicam vitam uberius alendam. Quamquam Ipsi in animo non est singula persequi, attamen facere non potest, quin plane aperteque dilaudet arctam cum Sacrificio Eucharistico coniunctionem, quae sodalibus Apostolatus Orationis per cotidianam sui ipsorum spiritualem oblationem efficienda proponitur, ita ut Missae Sacrificium veluti eorum vitae fundamentum et centrum evadat. Haec, quam pulchre congruant cum iis quae Concilium instanter urget, nemo est qui non videat (cfr. Const. *Sacros. Concilium*, 48; Const. *Lumen gentium*, 11, 34; Decr. *Presbyt. Ordinis*, 2, 5) [LE 3141, 3232, 3365].

Nec minus laudandum est, quod Apostolatus Orationis etiam cultui SS. Cordis Iesu multum tribuit, de quo fuse diserteque disseruit Pius XII ven. rec., mirabili doctrina et pietate exaratis Encyclicis Litteris, a verbis incipientibus *Haurietis aquas*, die 15 mensis Maii anno 1956 datis, cum scilicet centesimus exiret annus ex quo liturgicum Festum Sacratissimi Cordis Iesu pro universa Ecclesia institutum est (cfr. *A. A. S.* 48, 1956, pp. 309-353) [LE 2572]. Nam pietas eucharistica, qua tota fidelium vita ad Sacram Liturgiam perfecte participandam formatur atque disponitur, secundum mentem Summi Pontificis in Epistola Apostolica *Investigabiles divitias* (6 Febr. 1965) expressam, ubertim etiam nutritur devotione erga SS. Cor Iesu, seu cognitione, cultu et imitatione amoris Divini Servatoris, «qui suos, qui erant in mundo, in finem dilexit» (Io. 13, 1). Socii insuper —secundum Domini promissum: «Si manseritis in me..., quodcumque volueritis petetis et fiet vobis» (Io. 15, 7)— in cultu SS. Cordis sibi aliisque illas investigabiles divitias «miserationis et gratiae» Christi (Eph. 3, 8; Praefatio de SS. Corde Iesu) aperiunt, quibus precationibus et actionibus apostolicis uberiorem fecunditatem tribuant et «ad renovandas mentes moresque mundi iuxta Concilii Oecumenici Vaticani II hortamenta» efficacissime conferant *(Allocutio Pauli VI ad Patres Congregatos S. J.* 17 Nov. 1966) [LE 3493].

Quo fit, ut Apostolatus Orationis primigenam suam formam retinens sed nostrae aetatis necessitatibus aptiorem reddens, ad solidam verique nominis pietatem asseclas suos dirigat, cum eos doceat totam suam vitam in impetrationem et piamentum convertere. Ad quod quidem satius assequendum, perplacet Beatissimo Patri ea commemorare subsidia, quae a Concilio enixe suadentur: scilicet impensiorem cultum Spiritus Sancti, qui in Ecclesia et in corsibus fidelium tamquam in templo habitat (cfr. 1 *Cor.* 3, 16; 6, 19) in eisque orat et testimonium adoptionis filiorum reddit (cfr. *Gal.* 4, 6; *Rom.* 8, 15-16 et 26); et actuosam Sacrae Liturgiae participationem, per quam Ecclesia ineffabile suum cum Christo et cum Deo colloquium instituit, ac sacra celebrans mysteria, divinarum gratiarum copiam inde haurit ac suae repetit deprecationis efficacitatem.

Quae cum ita sint, augetur laeta spiritualium fructuum spes, quam Augustus Pontifex collocat in hac paene innumera supplicantium multitudine, qui sub Christi Vicarii ductu cum eoque arcte coniuncti, cotidie preces, actus aerumnasque suas pro Ecclesiae necessitatibus Deo offerre non cessant. Sed sollicitudo etiam augetur, qua Ipse piam hanc sodalitatem omnibus cuiusvis condicionis Ecclesiae filiis commendat. Vix enim auxilium tam validum ac tam pervium cuilibet praeberi potest, quo christifideles excolantur atque excitentur ad sentiendum cum Ecclesia, ad assiduum precationis usum, ad studium apostolatus, atque ad illud doctrinae caput semper recolendum, quod in apostolatu obeundo summi momenti est, scilicet «neque qui plantat esse aliquid, neque qui rigat; sed, qui incrementum dat, Deum» (cfr. 1 *Cor.* 3, 7).

Beatissimus Pater, flagrantia vota faciens ut Apostolatus Orationis sodalium numero ac superna virtute succrescat, largam caelestis gratiae copiam enixis precibus a Deo implorat, quae huius sodalitatis incepta prosperet, dum in auspicium divini praesidii Apostolicam Benedictionem moderatoribus et sodalibus omnibus peramenter in Domino impertit.

Haec dum tecum communico, qua par est observantia me profiteor Tibi addictissimum.—H. J. Card. Cicognani.

* Praeposito Gen. S. I., Prot. N. 115475: Acta romana Societatis Iesu 15 (1967-) 203-205. Vide Nova Statuta Apostolatus Orationis apud Acta Romana Societatis Iesu 15 (1967-) 206-211

3642

1968 MAR 28.-PAULUS VI, MOT. P. AAS 60 (1968) 305-315

Pontificalis Domus ordinatio quadamtenus mutatur

PAULUS PP. VI

Pontificalis domus, quae volventibus saeculis per diuturnum, varium, multiplicem rerum usuumque progressum, ad Summum ipsum Pontificem ad eiusque munus attinen-

http://www.obrascatolicas.com

tium, informata est, egregium quoddam corpus, singulari decore et utilitate praeditum, numquam non exstitit, circa eam Petri Cathedram versans, quae simul spirituale catholicae Ecclesiae centrum, simul Christi in terris Vicarii sedes semper fuit.

Iamvero, Summus Pontifex sive qua aspectabile catholicae Ecclesiae Caput, sive qua temporarius civitatis Princeps, ab aliarum nationum civilibus potestatibus publice agnitae, omni tempore cum ab ecclesiasticorum tum a laicorum hominum ordinibus, fideles, idoneos peritosque sibi ascivit viros, quorum opera, non solum sacri ritus digne perficerentur —quibus cumulum in certis sanctae Ecclesiae adiunctis sollemnissimae caeremoniae afferebant— sed etiam multiplicia sustinerentur munera, quae temporaria civitatis administratio postularet.

Attamen, ob palam mutatas recentiore aetate rerum vi-
306 cis/situdines, non pauca de ministeriis Pontificali Domui tributis, quam olim habebant, perfunctionem amiserunt; atque propterea tamquam munera dumtaxat honoraria permanserunt, iam nihil cum nostrae huius veritate vitae congruentia. Ceterum, cum religiosum Romani Pontificatus munus cotidie novas rationes modosque induat, fit idcirco ut —quemadmodum in medio posuimus cum primum Nobilium et Patriciorum ordines coram admisimus— vera rerum reputatione Apostolica Sedes, licet quandoque invita, ex sibi traditis institutis et consuetudinibus ea cogatur secernere et deligere, quae sibi praecipua et summa esse videantur. Huc accedit quod hodie, non modo in tota Ecclesia, praesertim post Concilium Oecumenicum Vaticanum II celebratum, sed in universo insuper terrarum orbe, acris quaedam atque attenta sentiendi facultas increbruit, de iis omnibus quae ad praestantiam rerum spiritualium pertinent, ad iura veritatis, ad publicae disciplinae pretium, ad utilitatis studium, ad observantiam rerum efficacium, suae functioni aptarum et consentanearum, rebus contra posthabitis, quae vel in verbo, vel in ornatu, vel in pompa tantum sint positae.

Quam ob rem opportunum Nobis in praesentia videtur, Nostrae Pontificalis Domus compositionem huiusmodi nostrorum temporum necessitatibus accommodari eandemque ad rerum veritatem referri; ut nempe hinc significetur potissimum Christi in terris Vicarii munus ad animorum salutem attinere, hinc demonstretur ad eundem Summum Pontificem sive in civili populorum societate, sive in omnium gentium necessitudinibus partes spectare singulares.

Quocirca valde cupimus ut Pontificalis Domus membra, quod tum spectat ad *Cappellam*, hoc est coetum dignitatum sacris sollemnibus Pontificis Maximi astantium —quae Summo Pontifici tamquam catholicae religionis Capiti apparent— tum quod ad *Familiam* pertinet, quae eidem Pontifici, tamquam Capiti societatis persona iuridica prae-
307 ditae, praesto est, / quaeque sive a nationibus, sive a compagibus omnium gentium agnoscitur, gaudetque iure mittendi et accipiendi legatos, haec, inquimus, omnia membra cupimus ut, aut in provincia rerum spiritualium, aut in campo rerum temporalium vel munera vel professiones reapse exerceant; ut videlicet veterum verorumque institutorum, unde variae exortae sunt Aulae Pontificiae potestates, ea nunc species et imago praebeatur, quae pariter cum horum dierum necessitatibus conveniat, pariter ab iisdem poscatur.

Ita enimvero vetus Nostra beneque merita Aula —quae posthac primigeno et illustri vocabulo *Pontificalis Domus* tantummodo appellabitur— proprio suo decore splendere perget; quoniam ecclesiasticis et laicis viris constabit, qui praeterquam peculiari peritia et auctoritate ornentur, etiam egregie factis insigniantur, quae in regionibus vel catholici apostolatus, vel litterarum, vel scientiarum, vel variarum professionum, ad animorum utilitatem et ad summi Dei laudem gesserint.

Quas ob causas, adiutorum Nostrorum audita sententia, haec quae sequuntur de Pontificali Domo statuimus atque decernimus.

I

1. § 1. Pontificalis Domus ex viris sive sacri sive laici ordinis componitur, qui hinc Cappellam, de qua diximus, hinc Familiam Pontificiam, vel ecclesiasticam vel laicam, efficiunt.

§ 2. In Cappellam primum asciscuntur viri ad varias Ecclesiae sanctae, id est *Populi Dei*, classes pertinentes —Episcopos dicimus, sacerdotes et laicos— deinde nonnulli viri ex iis delecti, quos Summus Pontifex in amplissimorum

munerum suorum perfunctione sibi auxilii gratia adiunxerit, tum eiusdem Summi Pontificis Familiares.

§ 3. Familiae Pontificiae laici quidam annumerantur, qui / potiores gravioresque partes, quasi aliorum quoque 308
personam sustinentes, Summo Pontifici sive qua Capiti Apostolicae Sedis, sive qua Principi Vaticanae Civitatis, navant. Eidem insuper Familiae et ecclesiastici viri annumerantur, qui in huiusmodi perfunctione muneris Summo Ipsi Pontifici propius assident, et eius Familiares.

2. Pontificali Domui praeest Praefectus Palatii Apostolici, ad quem pertinet: membra eiusdem convocare vel religiosarum vel civilium caeremoniarum causa, de quibus in n. 4; eorundem membrorum ministeria statuere; invigilare tum caeremoniarum, quas diximus, ordini, tum ceteris omnibus, quae ad earum rectum processum spectant, iuxta peculiares normas in n. 5 datas et variarum caeremoniarum usus, collatis cum Secretaria Status consiliis.

3. § 1. Omnia Pontificalis Domus membra, sive ex ecclesiastico ordine ea sunt sive ex laico, a Summo Pontifice nominantur.

§ 2. Quantum temporis ecclesiastici viri, sive Cappellae sive Familiae Pontificiae membra, in officiis suis maneant, et praescriptis declaratur Constitutione Apostolica *Regimini Ecclesiae Universae* (n. 2 § 5) editis [1], et aliis peculiaribus praescriptis vel iam datis, vel dandis. Laici vero homines in officio ad quinquennium manent.

Tempus, quo quis in officio maneat, potest Summus Pontifex prolatare.

§ 3. Vacante Apostolica Sede, omnia Pontificalis Domus ministeria finem capiunt; attamen viri, in eam allecti, pro sua cuiusque parte, praesto esse pergunt, ut sueta Domus negotia atque variae caeremoniae, illis temporis adiunctis agenda, recte et ordine fiant, ad praescriptorum normam, quae Sacrum Purpuratorum Patrum Collegium ediderit. / 309

§ 4. In Pontificali Domo nullum prorsus munus est veluti hereditarium existimandum.

4. § 1. Caeremoniae, quibus viri in Pontificalem Domum allecti intersunt, aut sacrae aut civiles sunt.

§ 2. E sacris caeremoniis aliae censentur sollemnes (ut eae, quae fiunt cum Pontifex Maximus sui muneris insignia suscipit, vel publica habentur Consistoria, vel Eucharistia cum Sacrum adstante Summo Pontifice peragitur, vel Sanctorum caelitum honores Beatis decernuntur), aliae vero ordinariae.

§ 3. Civiles caeremoniae tribuuntur in Admissiones publicas (ut cum Augustus Pontifex vel Reges, vel summos Civitatum Moderatores, vel Administrorum Collegii Praesides, vel Administros ab exteris negotiis, vel Oratores, et Legatos liberis cum mandatis apud Apostolicam Sedem litteras, creditis sibi muneris testes, reddentes coram admittit), et in Admissiones publica nota carentes.

5. Curante Palatii Apostolici Praefecto, opportunae condentur leges, ab Augusto Pontifice approbandae, quibus ratio pontificiarum caeremoniarum sive sacrarum sive civilium definietur, itemque vestes describentur, quas ecclesiastici laicique viri tum ad Cappellam, tum ad Familiam Pontificalis Domus pertinentes in ipsis caeremoniis induant.

II

6. § 1. Cappella Pontificia, praeter ecclesiasticos viros in Pontificiam Familiam allectos eosdemque in n. 7 § 1 descriptos, hos etiam, qui sequuntur, viros complectitur: — Purpuratos Patres e Sacri Collegii ordinibus; — Patriarchas, Archiepiscopos atque Episcopos seu Eparchos Pontificio Solio astantes, sive Latini sive Orientalium Rituum; / — Alterum a Camerario S. R. E.; — Singularum 310
Ss. Congregationum Moderatorem Praelatum, Supremi Tribunalis Apostolicae Signaturae Secretarium, Sacrae Romanae Rotae Decanum; — Sacram Paenitentiariam Apostolicam Regentem; — Apostolicam Cancellariam Regentem; — Moderatores Praelatos trium Secretariatuum: — Praelatum Moderatorem Pontificii Consilii instrumentis Communicationis socialis praepositi; — Abbatem Archicoenobii Montis Casini, simulque Generales Abbates Regularium Canonicorum et Sacrorum Ordinum Monachorum; — Summum Moderatorem vel, eo absente, Generalem Procuratorem Ordinum religiosorum stipem quaeritantium; — Auditores Sacrae Romanae Rotae; — Viros in Supremo Tribunali Apostolicae Signaturae votantes;

[1] Cfr. *A. A. S.* 59 (1967) p. 891 [LE 3388].

— Viros e Canonicorum Collegiis trium Patriarchalium Basilicarum Urbis; — Sacri Consistorii Advocatos; — Parochos Urbis; — Clericos Ministrantes Summo Pontifici sacris operanti (cfr. n. 6 § 5); — Viros sive e Consilio de Laicis sive e Pontificia Commissione a Iustitia et Pace nuncupata; — Summi Pontificis Familiares.

§ 2. Quas modo commemoravimus, Dignitates sacris sollemnibus intersunt, quae vel Summus Pontifex ipse perpetret, vel quae, Ipso adstante, perpetrentur (cfr. n. 4 § 2); ubi singulae quaeque proprium locum tenent, secundum priorum partium legem, peculiaribus normis definiendam.

§ 3. Cum Summus Pontifex sollemniter ad aram incedit, Dignitatibus, secundum priorum partium ordinem § 2
311 statu/tum, comitatus, virorum collegia, plurali numero supra commemorata, binos tantum sodales mittunt, qui eorum partes agant, praeter Urbis Curiones qui eidem pompae numero frequentiores interesse possunt.

§ 4. E Pontificia Cappella eae dehinc tollentur Dignitates, et quoad munus et quoad nomen, quae sequuntur: Apostolici Palatii Patres Cardinales; Antistites Iemnisco ornati; Principes ad Solium astatores; Diaetarchus (vulgo *Maggiordomo*) Sanctitatis Suae; ab internis negotiis Administer; Summus Magister Collegii a Sancto Spiritu; Magistratus Romanus; Magister Sacri Hospitii; Cubicularii honorarii; Cappellani Secreti et Cappellani Secreti honorarii; Clerici Secreti; Pontificiae Familiae a sacris confessionibus; Alcolythi cereos ferentes; Cappellani communes; Magistri Ostiarii a Virga Rubea; Pontificiae Tiarae Custos; Pontificii Accensi (vulgo *Mazzieri*); Cursores Apostolici.

§ 5. Clericorum Summo Pontifici sacris operanti ministrantium officium est, eidem ad aram assistere, moderantibus pontificalium caeremoniarum Magistris. In horum numerum, praeter Clericos Cappellae Pontificiae qui nunc sunt, ii quoque viri ascisci poterunt, qui in collegiis, modo sublatis, operam ad hunc diem navabant, id est: Cappellani Secreti atque Cappellani Secreti honorarii, Clerici Secreti, Acolythi cereos ferentes, Cappellani communes, Magistri Ostiarii a Virga Rubea.

III

7. Pontificiam Familiam constituunt viri, sive ex ecclesiasticorum sive e laicorum ordine delecti.

§ 1. In Pontificiam Familiam ecclesiasticam hi ascribuntur viri, qui sequuntur: — Substitutus Secretariae Status idemque Notarum arcanarum Summi Pontificis Secretarius; — Sacri Consilii pro publicis Ecclesiae negotiis a
312 Secretis; / — Eleemosynarius Sanctitatis Suae; — Vicarius Generalis Sanctitatis Suae pro Civitate Vaticana (cfr. n. 7 § 5); — Pontificiae Academiae Ecclesiasticae Praeses; — Pontificalis Domus Doctor Theologus (cfr. n. 7 § 4); — Secretarius Epistularum Summi Pontificis ad Principes; — Secretarius Litterarum Latinarum Summi Pontificis; — Protonotarii Apostolici; — Praelati Pontificali Aulae addicti (cfr. n. 7 § 11); — Magistri pontificalium caeremoniarum; — Praelati honorarii Sanctitatis Suae (cfr. n. 7 § 6); — Cappellani Sanctitatis Suae (cfr. n. 7 § 6); — Sacer Pontificalis Domus Concionator.

§ 2. Familia Pontificia, quae laicis constat, complectitur: — Astatores ad Solium; — Delegatum Specialem Pontificiae Commissionis pro Civitate Vaticana; — Consiliarium Generalem Civitatis Vaticanae; — Praefectum Cohortis Honorariae Summi Pontificis (cfr. n. 9); — Praefectum Pontificiae Helvetiorum Cohortis; — Praefectum Palatinae Cohortis Honorariae; — Praefectum Pontificiae Cohortis a publica tutela; — Consultores Civitatis Vaticanae; — Praesidem Pontificiae Academiae Scientiarum; — Honoratos viros Summo Pontifici Astantes (vulgo *Gentiluomini di Sua Santità*; cfr. n. 7 § 7); — Curatores Sacri Palatii Apostolici; — Addictos Aulae Pontificiae (cfr. n 7. § 7); — Summi Pontificis Familiares.

§ 3. In Familia Pontificia igitur munera et appellatio-
313 nes tolluntur, quae antea spectabant ad: Cardinales Palatinos, Praelatos Palatinos (hoc est: Diaetarchum Sanctitatis Suae, / Praefectum Cubiculi Secreti Pontificis, Auditorem Ssmi Domini Nostri Papae), Magistrum Sacri Hospitii, Suppellectilis Pontificiae Domus Procuratorem, Praefectum stabuli, Praefectum Tabellariorum, Latores Rosae Aureae, Secretarium Legationum, Nobilis Pontificiae Cohortis Tribunum Exemptum, Cubicularios honorarios, Cubicularios honorarios extra Urbem, Cappellanos Secretos, Cappellanos Secretos honorarios, Cappellanos Secretos honorarios extra Urbem, Clericos Secretos, Cappellanos communes, Familiae Pontificiae a sacris confessionibus, Praegustatorem Secretum.

§ 4. Magister Sacri Palatii Apostolici munera sua servat; appellabitur autem Pontificalis Domus Doctor Theologus.

§ 5. Appellatio tollitur Cubiculariorum Secretorum Participantium. Quod attinet autem ad eos, qui usque adhuc hac appellatione veniebant, haec statuuntur: Eleemosynarius Secretus, et Praefectus Sacrarii Apostolici in suo munere perstant, sed prior Eleemosynarius Sanctitatis Suae, alter vero Vicarius Generalis Sanctitatis Suae pro Civitate Vaticana appellabitur; Secretarius Epistularum ad Principes, et Secretarius Litterarum Latinarum, de quibus agitur in n. 134 Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae Universae* [2], sive officium sive nomen officii sui proprium servant. Officia et nomina praeterea tolluntur Pincernae, Nuntii, et Vestiarii: ministerium, cui in Aula Pontificia hucusque iidem praeerant, peragetur a duobus Praelatis Pontificali Aulae addictis, de quibus in n. 7 § 11. Nomen pariter et officium tollitur Sub-Datarii.

§ 6. Antistites Urbani et Cubicularii Secreti supra numerum cum ad Familiam tum ad Cappellam Pontificiam pertinere pergunt; appellabuntur autem alteri Praelati honorarii Sanctitatis Suae, alteri Cappellani Sanctitatis Suae, iuxta prae/scriptum n. 8. 314

§ 7. In suo item munere permanent, sed mutato nomine: Cubicularii ab ense et lacerna, sive secreti, sive honorarii, qui vocabuntur Honorati Viri Summo Pontifici Astantes; Ostiarii, qui nuncupabuntur Aulae Pontificiae Addicti.

§ 8. Laici viri, Familiae Pontificiae membra, pompae pontificiae et sacris caeremoniis Cappellae non intersunt, etsi iisdem, locus proprius assignetur, inter sacros ritus a Summo Pontifice peractos.

§ 9. Astatores ad Solium operam navant Praefecto Palatii Apostolici; eorum est, sive debita officia Summi Pontificis hospitibus praestare in sollemnioribus caeremoniis non religiosis, de quibus in n. 4 § 3, sive praecipuam conferre operam, ut varia ministeria, quae ad Familiam Pontificiam ex Laicis spectant, recto ordine explicentur.

§ 10. Praefectus Palatii Apostolici, in sollemnioribus civilibus caeremoniis, Consultoribus Civitatis Vaticanae peculiaria ministeria committere poterit.

§ 11. Duo Praelati Pontificali Aulae addicti, cotidie in Pontificali Aula operam ponentes, a Summo Pontifice nominantur, eorumque munus, Apostolica Sede Vacante, finem capit.

8. Tituli honorum ecclesiasticorum posthac tres tantummodo gradus admittent, scilicet Protonotarios Apostolicos (de numero et supra numerum), Praelatos Honorarios Sanctitatis Suae et Cappellanos Sanctitatis Suae. Ceteri gradus tolluntur.

9. Pontificia Nobilium Cohors appellabitur Cohors honoraria Summi Pontificis. Quae posthac sua honoris officia praestabit in publicis civilibusque caeremoniis, de quibus in n. 4 § 3, iuxta peculiares normas a Praefecto Palatii Apostolici edendas. Ea quae ad militum numerum, ad eorum nominationem et ad rationem praestandorum officiorum spectant, ordinationibus huius Cohortis propriis, 315
opportune recognitis, statuuntur. /

10. Officiis honoris, et publicae disciplinae ministeriis in Pontificali Domo praeponuntur Cohortes Pontificiae, quae sequuntur: Cohors Helvetica, Cohors Palatina honoraria, Cohors Pontificia a publica tutela.

Quae quidem suas ipsarum normas opportune recognitas servant.

11. Pro necessitatibus, in Pontificalis Domus variis caeremoniis vel religiosis vel civilibus Addictorum quoque coetus honoris officia et publicae disciplinae ministeria subeunt. Qui Addicti ad quienquennium a Praefecto Palatii Apostolici nominantur, cuius erit peculiaria munera iis tribuere.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXVIII mensis martii, anno MCMLXVIII, Pontificatus Nostri quinto.— PAULUS PP. VI.

[1] Cfr. l. c., p. 927 [LE 3388].

Adn. G. M. PINNA in ME 93 (1968) 279-288.

http://www.obrascatolicas.com

3643

1968 MAR 28.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS-SUPPL. 1958

CORPUS CONSULTORUM CONSTITUITUR PRO RECTO REGIMINE STATUS CIVITATIS VATICANAE

Motu proprio per l'istituzione della Consulta dello Stato della Città del Vaticano

Una struttura particolare, quale le circostanze richiedevano, aveva dato il Nostro Predecessore Pio XI di v. m. allo Stato della Città del Vaticano al momento della sua costituzione, affidandone la direzione ad una personalità laica con la qualifica di Governatore, coadiuvato da un Consiglio Centrale.

Le mutate circostanze, soprattutto nell'imminenza della seconda guerra mondiale, suggerirono al Nostro venerato Predecessore Pio XII di costituire una Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano, con l'incarico di provvedere al governo ed al funzionamento dello Stato medesimo e di assorbire le funzioni fino allora svolte dal Consiglio Centrale.

Con il progresso dei tempi, per altro, anche per lo Stato della Città del Vaticano esigenze nuove si sono create ed il campo delle relative attività specifiche si è notevolmente allargato con il conseguente aumento del numero, dell'importanza e della vastità dei problemi da affrontare e da risolvere.

Abbiamo, pertanto, deliberato, di Nostro *Motu Proprio* e certa scienza, di costituire una Consulta, la quale collabori con la Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano nello studio di determinate questioni, fornendo ad essa quei pareri e suggerimenti che possono esserle utili per il buon governo dello Stato o che dalla medesima possono essere richiesti per la trattazione degli affari più importanti.

Con la pienezza quindi della Nostra autorità abbiamo ordinato ed ordiniamo quanto appresso da osservarsi come Legge dello Stato:

12. Ad hanc planificationem, tum quoad vigentes Facultates in debito gradu (livello) conservandas tum quoad novas condendas, opem conferre debent:

a) *Conferentiae Episcopales:* quae, iis omnibus auditis quorum interest, atque imprimis Facultatum vigentium Moderatoribus, necessitates propriae regionis examinant et aptas solutiones proponunt S. Congregationi pro Institutione Catholica.

b) *Commissio quaedam internationalis:* status iuridicus, munus et modus procedendi huius Commissionis internationalis determinabuntur in Statutis edendis a S. Congregatione una cum Universitatibus et Facultatibus ecclesiasticis. Commissionis sodales eliguntur modo repraesentativo et periodico ab omnibus Institutis academicis; eius est —peritis viris regionum quarum interest auditis— condiciones Facultatum, sive iam vigentium sive novarum quae proponuntur, perpendere et propriam mentem cum S. Congregatione pro Institutione Catholica et iis quorum interest communicare.

c) *S. Congregatio pro Institutione Catholica:* quae, propositionibus consideratis tum Conferentiae Episcopalis tum Commissionis internationalis aliisque notitiis, quae utiles videantur, acceptis vel comparatis, opportunas decisiones profert.

13. Ad quod rite perficiendum, imprimis expedit:

a) accurate considerare omnia regionis adiuncta, quae vigentium Facultatum conservationem vel novarum erectionem suadeant vel dissuadeant;

b) attente perpendere necessaria Facultatum elementa, cuius generis sunt: numerus et valor docentium, status bibliothecae aliorumque subsidiorum scientificorum, auditorum numerus, pecuniae summa exigentiis Facultatum vere sufficiens, etc. Quodsi alicui Facultati vigenti necessaria requisita desint, etiam eius suspensio consideranda erit;

c) prae oculis habere varios modos quibus multiplicibus Ecclesiae necessitatibus provideri possit, veluti: *aa)* meliori institutioni cleri ad normam n. 47 consulere, ita ut sub Facultatis ductu plures sacerdotes diplomata, quibus indigere possint, obtineant; *bb)* sub Facultatis ductu peculiaria instituta promovere, quibus religiosi et laici solidam formationem et etiam diplomata prout in unaquaque natione requirantur ad Religionem docendam vel alia munera obeunda, consequantur, firmo quoad Religiosos art. 73 Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae* [LE 3588], collato cum artt. 13-14 et 76-79. *cc)* Facultatum, praesertim quae loco et indole invicem propinquiores sunt, arctiorem cooperationem et, si opus fuerit, rationalem et organicam coniunctionem procurare.

b) Ad personas et regimen [7]

(Cf. Const. Apost. artt. 13-28; Ordinationes artt. 5-17)

I. *Auctoritates Academicae - Officiales*

(cf. Const. Apost. artt. 13-18; Ordinationes artt. 5-9)

4. Auctoritates academicae, quarum nomina et officia Statutis determinanda sunt, designentur ex viris qui vitae

[4] Quod graduum determinationem, secundum regionum et Universitatum mores varietas quaedam admittenda videtur, sed praescribitur, ut, in unaquaque Facultate (cf. n. 5), studiorum curriculum habeat triplicem successivum processum seu cyclum ad tutandam semper institutionem tum generalem seu substantialem tum scientificam. Requiritur hodie institutio generalis seu substantialis (synthetica) etiam ut praecaveantur pericula praematurae specializationis.

[5] Secundum praescriptum Concilii (cf. *Gravissimum educationis* n. 12) extollitur momentum mutuae cooperationis Universitatum et Facultatum studiorum ecclesiasticorum inter se et cum Universitatibus et Facultatibus civilibus. Scientiae munera efficaciter absolvi nequeunt nisi collaboratione multorum. Sicut in variis campis, v. g. politico, commerciali, etc., hodie progressus promovetur cooperatione multorum hominum, subsidiorum, virium consociatione, operum conspiratione, hominum collaboratione.

Insimul necessarium est hodie commercium scientificum cum Facultatibus et Universitatibus civilibus, ad efficaciorem quoque reddendam praesentiam scientiae ecclesiasticae in mundo altioris culturae profanae, ita ut magis in dies promoveatur necessitudo inter culturam humanam et institutionem christianam atque foveatur educatio ad hominis integrum cultum (cf. *Gaudium et spes* n. 61 s.).

[6] Concilium in n. 10 Declarationis *Gravissimum educationis* monet ut Universitates et Facultates in variis terrae partibus convenienter distribuantur, promoveantur, ita tamen ut non numero, sed doctrinae studio eniteant. Quo melius huic monito Concilii consuli possit, praescribitur sic dicta «planificatio». Criterium huius novae praescriptionis repetendum est ex fine Universitatis et Facultatis, promovendi scilicet scientiam ecclesiasticam et satisfaciendi variorum locorum necessitatibus altioris investigationis. Ideoque novae Universitates et Facultates erigendae non sunt ubi aliae iam numero sufficientes exstant vel quando requisita necessaria ad finem assequendum desunt.

[7] In votis transmissis a Facultatibus et Universitatibus maior collegialitas

universitariae vere periti sint et ordinarie ex alicuius Facultatis professoribus.

Officiales, in proprio munere rite versati, auctoritatibus academicis in adiutorium dentur.

15. Facultas regitur a Consilio, cui praeest Decanus vel Praeses et quod ita constituitur ut, praeter docentes ordinarios, includat delegatos ceterorum docentium cuiusvis gradus (cf. n. 17), non exclusa, pro Facultatis adiunctis, possibilitate includendi omnes docentes.

Statuta determinent casus, in quibus Decanus iuxta locorum consuetudines universi docentium coetus sententiam exquirere debeat. Statuta definiant etiam vim suffragii iuxta ordinem docentium et indolem argumentorum.

Universim, in definienda Consilii Facultatis competentia, in Decani electione vel designatione, in docentium cooptatione et promotione atque in ceteris rebus maioris momenti, Statuta congruam rationem habeant collegialitatis academicae, Decano vel Praesidi necessaria potestate exsecutionis in moderanda Facultate servata.

16. Ubi plures sunt Facultates, Senatus academicus habetur, cui praeest Rector. Senatus academicus constat ex Decanis Facultatum Institutorumque quae sint ad instar Facultatum Directoribus, iusto numero professorum ordinariorum atque aliqua ceterorum docentium repraesentatione. In eligendo vel designando Rectore, in determinandis mutuis relationibus tum inter Rectorem et Senatum academicum, tum inter Senatum et Consilia Facultatum ac cetera Consilia vel Commissiones stabiles, servetur semper principium collegialitatis academicae.

Rector ea auctoritate pollere debet quae officio totius Universitatis moderandae respondeat.

II. *Docentes*

(cf. Const. Apost. artt. 19-22; Ordinationes artt. 10-11)

17. In unaquaque Facultate numerus docentium respondeant ponderi et incremento disciplinarum necnon alumnorum congruenti curae et profectui. [8]

Habeantur diversi gradus docentium, uti sunt ordinarii, extraordinarii, simplices docentes, assistentes, vel alio nomine distincti, opportune ratione habita praxis academicae in loco vigentis.

Ordinarii, seu docentes supremi gradus, sunt qui propter praeclara doctrinae testimonia pleno ac firmo iure in Facultatem sunt cooptati, ideoque in Facultate animanda et provehenda amplíores agunt partes.

18. Ut quis munere docendi fungatur, requiritur ut condiciones serventur, ulterius in Statutis determinandae, quae illum muneri academico parem ostendant, prae oculis habitis iis quae in n. 1 dicuntur.

Docentes cooptantur et promoventur [9] principio collegialitatis servato. Promotio ad varios gradus fit modo et tempore progredientibus, iuxta opera scientifica typis edita et peritiam docendi.

Ut quis inter superiores docentium gradus annumeretur, praecipue ut ordinarius, doctoratu vel aequivalenti titulo academico iuxta regionum exigentias ornatus sit oportet atque, ob eximiam doctrinae copiam certis documentis, imprimis libris vel dissertationibus typis editis comprobatam, ad investigandum et sufficienti magisterii experimento ad docendum idoneus iudicetur.

19. Statuta recognoscenda provideant ut universi docentes, pro suo quisque ordine, efficaciter participent regi-

in ordinanda et dirigenda vita academica desiderabatur. Lamentabantur regimen academicum penes paucas personas esse, nempe Magnum Cancellarium, Rectorem vel Praesidem et Decanos, qui omnes ab una ex Auctoritatibus superioribus eligerentur. Plures animadvertebant talem modum nimis rigidum energiam vitae academicae non leviter debilitare et progressum Universitatis et Facultatis non fovere.

Normae admittunt momentum principii collegialitatis academicae et statuunt in rebus maioris momenti hoc principium observandum esse. Cum vero condiciones sint diversae in variis Facultatibus, etiam ad instituta academica familiis religiosis commissa quod attinet, mensura applicationis principii non indicatur sed relinquitur Statutis, servata quidem — ut aliunde constat — Rectoris vel Praesidis et Decani vera exsecutionis potestate.

[8] Fit expressa mentio de numero docentium, quia sive quoad institutiones (praesertim ad strictae specializationis partes, disciplinas et cursus quod attinet) sive, et maxime, quoad exercitationes, finis academicus frustraretur, nisi singulis alumnis cura et ductu peculiari peporiorum docer..ium frui liceat; quod quidem a congruo tantum docentium numero obtineri potest, computatis sive disciplinarum natura sive alumnorum copia.

[9] Quod ad docentium cooptationem et promotionem attinet, affirmatur ipsas faciendas esse principio collegialitatis internae servato, ad evitandos quoque indebitos influxus Facultati externos.

Notum est quemlibet docentem munere docentis ordinarii fungi non posse nisi in una tantum Facultate.

men et activitatem academicam, ita ut fraternae cooperationi et singulorum responsabilitati plene locus detur.

20. Omnes qui investigant vel docent res ad fidem spectantes vel cum fide connexas, conscii sint oportet se hoc munus inserviendi veritati explere non posse, nisi in plena communione cum Magisterio Ecclesiae.

In docendi munere explendo, imprimis ea tradantur quae ad patrimonium acquisitum Ecclesiae pertinent vel cum eo connectuntur. Ea quae sunt nova ita exhibeantur, ut continuitas in veritate manifestetur.

Opiniones autem, sententiae, hypotheses, quas secumfert alta investigatio, nonnisi ut tales praesententur.

Quae etiam dicenda sunt pro omnibus iis qui quocumque modo fructus propriae investigationis communicant praesertim scriptis edendo, attenta celeri universalique diffusione per hodierna instrumenta communicationis.

21. Docentes ut suo muneri se totos dedant, liberi sint ab aliis muneribus, quae cum ipsorum officio academico investigandi et docendi componi nequeunt.

22. Statuta determinent quibus condicionibus et quando docentes a munere cessent.

III. *Auditores*

(cf. Const. Apost. artt. 23-28; Ordinationes artt. 12-17)

23. Ut quis Facultati ad gradus academicos consequendos adscribi possit, requiritur ut curriculum studiorum mediorum rite absolverit et titulum obtinuerit qui necessarius est ad admissionem assequendam in Universitatem civilem sive propriae nationis sive illius nationis in qua studia peragere intendit. Facultatum est examinare et comprobare an candidatus reapse adimpleverit ea quae in n. 13 Decreti «Optatam totius» continentur.

24. Universitates et Facultates ecclesiasticae pateant, iuxta propria Statuta, etiam laicis utriusque sexus, qui scientias sacras vel cum sacris connexas sincere discere cupiant (cf. Const. «Gaudium et spes», n. 62).

25. Statuta recognoscenda determinent alumnorum vitae universitariae participationem circa ea in quibus ad bonum commune totius Universitatis vel Facultatis ipsi conferre possunt [10].

c) Ad rationem studiorum [11]

(Cf. Const. Apost. artt. 29-34; Ordinationes artt. 18-25)

I. *De methodo generali studiorum, imprimis theologicorum*

(cf. Const. Apost. art. 29; Ordinationes artt. 18, 22)

26. In recognoscendis studiis Facultatum imprimis scientiarum theologicarum, sedulo servanda sunt principia et normae data a Concilio Vaticano II, praesertim ea quae in Declaratione *Gravissimum educationis* nn. 10-12 et Conclusione; in Const. Dogm. *Dei Verbum* nn. 10-12, 23-24; in Const. Past. *Gaudium et spes* nn. 53-62; in Decreto *Optatam totius* nn. 14-17; in Const. *Sacrosanctum Concilium* n. 16; in Decreto *Unitatis redint.* n. 10; in Decreto *Ad gentes* nn. 16, 26, 39; in Decreto *Inter mirifica* n. 15, necnon in Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* enuntiantur, prae oculis habitis exigentiis scientificis studio academico propriis.

27. In universum, Facultates id studeant ut novae inveniendae rationes institutionis academicae respondeant tum profundiori salutis mysterii intelligentiae, quam Ecclesia, seipsam perscrutans, in Concilio Vaticano II adepta est, tum propensionibus et exigentiis, quae in studiis superioribus instaurandis hodie universaliter persentiuntur, quaeque secundum locorum adiuncta opportune ad effectum deducendae sunt.

28. In obiecto cuiusvis diciplinae definiendo, in materiis seligendis, in variis disciplinis coordinandis, in methodis investigationis et expositionis adhibendis semper sedulo

[10] Quam maxime agitatur hodie quaestio de participatione alumnorum in vita universitaria. Non una est sententia hac de re, nec desunt qui in extremas partes inclinent aut nulla aut nimia iura concedendo. Norma proposita ad radicem iuris prospicit, nempe capacitatem alumnorum ad bonum commune Universitatis et Facultatis promovendum, ideoque ad propriam responsabilitatem assumendam.

[11] Ad studiorum recognitionem quod attinet, plura dicenda videbantur; at re mature perpensa, opportunum visum est mentionem documentorum Concilii facere, iuxta quae singulae Facultates recognitionem propriae Rationis studiorum perficiant.

Quaedam autem peculiari modo in his normis recoluntur, v. g. circa necessitatem servandi methodum unicuiqos disciplinae propriam, circa praecipuum momentum tribuendum studiis biblicis, etc.

http://www.obrascatolicas.com

servandae sunt normae atque exigentiae scientificae variis scientiae provinciis propriae, ratione habita eorum quae verus scientiae progressus hodie invehit. Studentes non ea tantum addiscant quae ex investigatione harum scientiarum hucusque acquisita sunt, sed in indolem et praesertim in methodum harum scientiarum introducantur, ita ut ipsi personali modo eas exercere postea valeant.

Disciplinae aperiantur validis acquisitionibus quae oriuntur in campo illarum scientiarum quae «scientiae hominis» et «scientiae naturae» appellantur; ita, mutuo cum beneficio, occurretur quaestionibus quae agitantur de mundo, vita, homine.

29. Institutio theologica ita recognoscatur ut, minime neglecto momento necessariae penetrationis speculativae, tradatur dimensionibus quae ad doctrinae sacrae indolem intrinsece pertinent, nempe: biblica, patristica, historica, liturgica, pastorali, spirituali, missionaria, oecumenica.

30. Curent sacrarum disciplinarum docentes, ex intrinsecis exigentiis proprii uniuscuiusque disciplinae obiecti, mysterium Christi et historiam salutis ita excolere, ut exinde, omni disciplinarum vel methodorum confusione seclusa, unitas totius institutionis theologicae aperte clarescat [12].

31. Cum «Sacrae Paginae studium sit veluti anima sacrae theologiae» (cf. Const. Dogm. «Dei Verbum» n. 24), apte provideatur tum augendo studio disciplinarum et linguarum biblicarum tum ceteris disciplinis Sacra Scriptura magis imbuendis.

32. Secundum mandatum Concilii haec quoque observentur:

— In investigandis et exponendis singulis quaestionibus theologicis probe prae oculis habeatur earum necessitudo cum doctrina et vita Ecclesiarum et Communitatum ecclesialium a Sede Apostolica Romana seiunctarum, necnon cum doctrina et vita Religionum non christianarum.

— Veritas revelata ita quoque investigetur ut eius expositio, seclusa omnis syncretismi et falsi particularismi specie, ingenio indolique uniuscuiusque culturae accommodetur, peculiari ratione habita philosophiae et sapientiae populorum.

33. Rationes Studiorum Facultatum theologicarum, in quibus praebetur etiam institutio ad sacerdotium [13], adamussim servent, prae oculis semper habitis exigentiis studiorum proprie academicorum, ea quae praescribuntur in Decreti «Optatam totius» numeris 14, 15, 16, 17, imprimis ad solidam institutionem philosophicam quod attinet [14]. Quae institutio, ubi habetur Facultas philosophica, curetur consiliis cum eadem initis, servatis semper eiusdem propria autonomia et Ratione studiorum pro alumnis ad gradus in Philosophia contendentibus.

Disciplinae de quibus in n. 19 Decreti «Optatam totius» sermo est, tradendae sunt in ipsa Facultate theologica, ratione habita peculiarium Institutorum pastoralium extra Facultatem vigentium.

Rationes Studiorum singularum Facultatum definiant quomodo ea quae institutionem stricte pastoralem respiciunt, praestanda sint, initis consiliis et conventionibus cum Collegiis, Convictibus, Seminariis, Religiosorum domibus, ex quibus proveniunt alumni ad sacerdotium tendentes.

II. *De disciplinarum et cursuum diversitate et coordinatione*

(cf. Const. Apost. artt. 33-34; Ordinationes artt. 19-20) [15]

34. Disciplinae quae traduntur, quod ad finem Facultatis obtinendum attinet, sunt: —vel *principales*, quae proxime hunc finem respiciunt; —vel *auxiliares*, quae ad principales bene tractandas necessariae sunt.

Cursus, qui ad varias disciplinas pertinere possunt, dividuntur:

a) quoad gradum academicum, in — *requisitos* (necessarios), sine quibus nemo gradum academicum recipere valet et qui tum principales tum auxiliares disciplinas complectuntur; — *optionales* (eligibiles), qui iuxta Statuta eliguntur;

b) quoad modum tradendi et progressum studiorum, in — *generales* (seu institutionales), quae alicuius disciplinae essentialia elementa tradunt; — *speciales*, quae alliquam quaestionem altius indagant.

35. Propter gravem necessitatem, hodiernis rerum adiunctis impositam studiis specializationis diutius vacandi, programma studiorum ita ordinetur, ut —semper in tuto posita institutione generali pro omnibus requisita et attentis condicionibus culturalibus, socialibus et religiosis regionum— cursus optionales (seu eligibiles) sufficienter numerosi offerantur, aliisque adiumentis studii activi alumnorum specializationi faveatur. Ex his cursibus aliqui secundum Statuta ad duos saltem superiores gradus consequendos eligi debent. Suadetur ut habeantur in Facultatibus variae sectiones (vel Instituta) secundum specializationes distinctae (v. g. in Facultate theologica sectiones biblica, patristica, dogmatica, moralis, pastoralis, historica, oecumenica, missiologica, liturgica, spiritualis, etc.). In gradibus a Facultate collatis mentio fieri potest harum sectionum.

36. Ut variae Facultatis disciplinae, potius quam aliae ab aliis seiunctae, in corpus organice compaginatae alumnorum mentibus innotescant utque inutiles vitentur repetitiones, docentes sibi invicem mutuam praestent operam.

Decani vel Praesidis est, ad hunc finem obtinendum, programmata una cum docentibus determinare.

cfr. n. 14 Decreti *Optatam totius*) disciplinae philosophicae et theologicae aptius inter se componantur, ex altera vero parte detur alumnis solida institutio proprie philosophica.

Institutio philosophica renovata ad normam documentorum Concilii et praesertim Decreti *Optatam totius* n. 15 (cum notis), ita tradatur alumnis ut ipsi acquirere possint personalem, solidam et cohaerentem hominis, mundi et Dei cognitionem et ita modo conscio obviam venire novis quaestionibus quae nostra aetate agitantur. Proinde institutio philosophica: *a)* sit vitalis et non merum exercitium intellectus; *b)* Innixa sit patrimonio philosophico perenniter valido, sed in se recipiens omnia vera et bona quae progredientibus aetatibus genuinus progressus philosophicus invehit; *c)* sit aperta scientiarum naturae progressui ac proinde non haerens visioni mundi iam superatae; *d)* tradatur methodo philosophica stricte servata, imprimis illustrata capacitate rationis humanae ens, verum et bonum attingendi; *e)* adiuvet ad percipiendos nexus qui intercedunt inter quaestiones philosophicas et mysteria salutis, melius intellecta insufficientia philosophiae ad dandam visionem completam realitatis humanae.

Institutio circa historiam philosophiae curetur modo valutativo et critico, mente aperta neque ad occidentalem philosophiam limitata, ita ut alumni, dum variorum systematum principia ultima attingunt, ea quae ibi vera probantur teneant, errorum radices detegere eosque refellere valeant.

[13] In comparatione cum Constitutione *Deus scientiarum Dominus* disciplinae magis distinguuntur secundum mores universitarios nostri temporis ut aptius foveatur specializatio. Quo melius autem vitetur deplorata disiunctio, quinimmo quasi oppositio, quae non semel invenitur inter disciplinas eiusdem Facultatis, urgetur assidua et organica operae consortio inter docentes. Ex eo enim quod singulae disciplinae non raro aliae ab aliis segregatae excohuntur, perniciosa pati possunt damna studentes; prae oculis quoque habendo ex quasi «dissociata» scientiae sacrae cognitione eorum mentem, etiam quoad vitam et praxim, non organicam nec integram sed quasi disgregatam ac truncam fieri et quandoque in singulis humanae et christianae vitae functionibus discordem et incohaerentem. Hanc rerum condicionem, quae ex defectu unitatis intrinsecae omnium disciplinarum mana., exempla pauca illustrent: scientia biblica aliquando institutionem dogmaticam quasi ignorare videtur, theologia dogmatica autem exegesim biblicam non sufficienter respicit; item dogmatica institutio a theologia morali nimis aliena est et ideo saepe etiam theologia moralis a dogmatica; exinde fit, ut non raro in praxi fides christiana absque vita christiana et vita christiana absque vera et viva fide habeatur.

Necessaria quoque est mutua collaboratio inter professores variarum Facultatum ad fovendam praesertim novarum scientiarum vivam coniunctionem cum aliis scientiis; exemplo sit sociologia christiana, quae simul a philosophia, a theologia, a iure, a scientiis politicis et oeconomicis pendet; vel paedagogia christiana, quae a philosophia, theologia, psychologia aliisque disciplinis plurima mutuetur oportet.

37. Assidua quoque collaboratio inter docentes diversarum Facultatum requiritur ad unitatem fovendam inter varias disciplinas vel scientias, quae eandem vel affinem materiam tractant. Insuper necesse est promovere omnia quae varias disciplinas vel scientias invicem coniungere possunt: v. g. conficere programmata quae circa idem thema seu argumentum plures scientias connectunt, conferre et congregare disciplinas quarum materia affinis est, relationes instituere inter diversas disciplinas («interdisciplinary approach»), penitius studere disciplinis (v. g. philosophiae idiomatis, hermeneuticae, criticae) quae nexum scientiarum in luce ponunt.

III. *De methodis didacticis*

(cf. Const. Apost. art. 30; Ordinationes artt. 20-25) [16]

38. Institutio ita tradatur ut tendat: —ad profundam acquisitionem materiae simulque ad synthesim personalem singularum disciplinarum; —ad suscitandum in alumnis spiritum investigationis scientificae necnon permanentem scientiae amorem; —ad acquirendam methodum personalem laboris, quae foveat in alumnis capacitatem ulterioris investigationis et assimilationis, necnon capacitatem proprium iudicium recte proferendi.

39. Ad quos fines attingendos praescribuntur:

a) *Praelectiones seu Lectiones magistrales*, ad fundamentalia doctrinae capita vel profundiores quaestiones secundum naturam cursuum explicanda, ad orientationes generales pro alumnorum studio tradendas, ad bibliographiam apte proponendam, ad ostendendum quomodo scientia quam tractant elaboretur;

b) *Exercitationes* (*seminaria*), cum scriptis commentationibus, quibus alumni sub ductu professorum vel assistentium in laborem scientificum introducantur;

c) *Indagationes* peculiares sive singulis sive parvis coetibus commissae, sub professorum vel assistentium ductu;

d) *Studium personale* sub eorundem directione, frequentibus colloquiis habitis;

e) Quorundam librorum *lectio et scripta ponderatio*;

f) *Examina* varii generis.

40. In determinandis numero praelectionum seu lectionum magistralium earumque necessaria frequentatione, Statuta attendant ad methodos in studio individuali et communi adhibitas, ita ut aequa proportio inter eas servetur. Attentis materiis et quaestionibus, aliquae earundem partes privato studio absolvendae relinqui possunt sub ductu professorum, curando semper ut formatio alumnorum efficaciter promoveatur et relationes studentium cum professoribus arctae sint.

41. Unaquaeque Facultas in lectionibus et examinibus linguam eligat ad scientiae communicationem aptiorem.

Uniusculusque Facultatis erit definire qualis notitia linguarum biblicarum, classicarum et modernarum requiratur ad studium in variis curriculis aggrediendum et prosequendum atque ad varios gradus obtinendos, servatis semper iis quae in Decreto «Optatam totius» n. 13 praescribuntur pro institutione sacerdotali, praesertim ad linguae latinae studium quod attinet.

[16] Urgetur momentum exercitationum, seu introductionis alumnorum in personalem laborem scientificum. Hae exercitationes iam Constitutione *Deus scientiarum Dominus* postulabantur. Quia autem ipsae exigunt magistros vere peritos, alumnorum numero congruentes necnon bibliothecas particulares etc., Constitutionis praescriptio nec semper nec ubique sufficienter in prasim deducta est, cum summo detrimento dissertationum ad doctoratum confectarum.

Praescribitur, ut progrediente curriculo, momentum praelectionum decrescat et momentum investigationis scientificae personalis augeatur. Attendendum est praecipue ad investigationem veri adhuc incogniti vel non satis cogniti proprio labore conficiendam circa selecta argumenta apte restricta; cuius investigationis fructus iuxta regulas artis scripto exponendi sunt, ita ut alumnorum capacitas scientifica et quoad substantiam et quoad formam excolatur et comprobetur.

Ut per gradus habeatur introductio in laborem scientificum, quaedam praescribuntur formae activitatis, insistendo ut hae formae ad effectum deducantur semper sub ductu docentium. Fructus enim scientificae formationis eo uberiores maturescunt quo familiarior vita et impensius spiritus commercium coluntur inter magistrum et discipulum. Alumni hodie fere ubique et saepe conqueruntur quod docentes in praelectionibus et in tota institutione nimis abstracte quoad rem et quoad personas se gerant itemque quod raro communicatione cum docentibus ad vivum scientiae amorem et thesaurum attrahantur. Exempla et historia totius scientificae etsi revera demonstrant non soum ex docentium auctoritate scientifica etsi eminenti, ab alumnis agnita plurimique existimata, sed etiam et multo magis exemplo eorum deditionis et vivo commercio cum ipsis discipulos a magistris vere formari et integre institui. Frustra ergo docentes ex mera auctoritate et peritia scientifica munere proprio se fungi arbitrantur, si ipsis desint manifestus amor scientiae, studium se devovendi non fictum, viva communicatio spiritus, quibus suffulti veri educatores efficiuntur.

IV. *De curriculis et de collatione graduum academicorum*

(cf. Const. Apost. artt. 31-32, 35-46; Ordinationes artt. 26-43)

42. Varii sunt in variis nationibus modi secundum quos absolutio partium curriculi studiorum academicorum mensuratur, scilicet aut absolutio per semestre vel annum academicum, aut acquisitio sic dictorum «creditorum» vel «certificationum», aut alius modus [17]. Facultates definiant modum propriae indoli et moribus academicis suae nationis magis accommodatum et statuant ea quae ab alumnis praestari debeant ad absolvendas respectivas curriculi partes. Suadetur ut haec determinatio fiat inito consilio inter Facultates eiusdem regionis et praesertim eiusdem urbis.

43. Statuta Facultatis definiant: *a)* servato semper praescripto n. 23, normas pro alumnorum admissione in Facultatem adhibendas quod attinet sive ad primum sive ad superiores gradus academicos, ita ut apta candidatorum selectio tum ineunte curriculo tum subsequenti tempore fiat; *b)* normas quibus congrua ratio habeatur studiorum, quae alumni alibi iam perfecerint et quorum ope nonnullis Facultatis requisitis iam satisfecerint.

44. In *Facultate Theologica* [18] curriculum studiorum ita ordinetur, ut complectatur vel saltem rationem habeat (si studia philosophica extra Facultatem iam peracta sint) studiorum philosophicorum quae ad studia theologica requiruntur.

a) Ad primum gradum academicum in theologia consequendum (ubi confertur), cursus institutionales seu generales requiruntur saltem per 5 annos vel 10 semestria, si includatur philosophia. Alumni qui ad secundum gradum academicum assequendum selecti non sunt vel quomodocumque ad eum non tendunt, tenentur sexennium perficere vel in Facultate, vel extra, ad normam can. 1365 et Motu Proprio «De Episcoporum Muneribus» 15 Iunii 1966 [*A.A.S.* 58 (1966) 470] [LE 3449].

b) Ad *secundum* gradum academicum in theologia consequendum, requiruntur, post exactos 5 annos de quibus in *a)*, cursus speciales vel profundiores per temporis spatium quod saltem biennium vel 4 semestria includat.

c) Ad *tertium* gradum academicum in theologia consequendum, Statuta Facultatis determinent an, inter peculiaria experimenta requisita, cursus quoque speciales freliaria experimenta requisita, cursus quoque speciales frequentandi sint. Doctoratus conferri non potest nisi post congruum temporis intervallum, utiliter interim aliqua experientia magisterii facta et postquam dissertatio doctoralis, saltem ex parte, typis edita fuerit; omnino semper ser-

[17] Mens normarum est ut «creditorum» vel «certificationum» usus omnino subiciatur criterio annorum in nn. 44, 48, 49 praescriptorum.

[18] Normae praescribunt ampliationem curriculi theologici academici. Statuitur ad Licentiam septennium philosophico-theologicum. Annorum augmentum placuit omnibus Patribus in Congregatione Plenaria praesentibus. Haec ampliatio curriculi omnino requiritur pro omnibus alumnis, ut possit satisfieri duplici fini, pastorali scilicet et scientifico, quem habent studia academica theologica.

In specie, ad alumnos ecclesiasticos quod attinet, Facultatis theologicae est:

a) ipsos instituere ad Sacerdotium suscipiendum et illud in magis arduis apostolatus intellectualis muneribus exercendum;

b) illo gradu scientiae eos ornare ut idonei reddantur ad magisterium theologicum (in Seminariis vel Facultatibus) exercendum necnon ad investigationem scientificam peragendam.

Sat diuturna experientia constat vigenti ordinatione exigentiis dictis apte satisfieri non posse. Quamvis enim Constitutio *Deus scientiarum Dominus* notabilem progressum in scientiam ecclesiasticam induxerit, nostra tamen tempora ostendunt ad plenam scientificam formationem requiri maiores exigentias, quae sine diuturniore curriculi tempore impleri nequeunt.

Quare iili quibus cordi est ut studia ecclesiastica ea scientifica praestantia polleant quam Ecclesiae necessitates hodiernae et ipsum bonum animarum postulant, non sine sollicitudine vident nunc tendi in minorem aestimationem laboris scientifici seu et constantis. Adhuc enim nimius est numerus studentium, qui, sive proprio desiderio sive non raro impulso suorum Superiorum ducti, Doctoratum in Theologia assequi conantur quam citius et minimo labore, non iam respectu habito finium qui huic gradui proprii sunt, sed solummodo utilitatum varii generis.

Ut ergo vitari possit detrimenta quae in vigenti institutione ecclesiastica universitaria animadvertuntur, sive sub aspectu pastorali sive sub aspectu scientifico, opus est in primis ut studiis S. Theologiae tempus diuturnius assignetur.

Altera ex parte can. 1365 et Motu Proprio *De Episcoporum Muneribus* (15 Iunii 1966: *AAS* 58 [1966] 470) ad studia in Seminario explenda statuunt sexennium philosophicum-theologicum. Iniustum certe esset si idem tempus praescriberetur ad accipiendam simul institutionem ad sacerdotium et institutionem scientificam.

Amplatio curriculi expostulatur etiam pro ceteris Facultatibus, ratione habita et multiplicitatis novarum disciplinarum et necessitatis se conformandi exigentiis scientificis optimarum Facultatum civilium.

Circa annos requisitos ad Doctoratum, in converstu plurio Delegatorum et Peritorum, mense novembri 1967 celebrato, fere unanimiter existimatum est difficile esse dissertationem, quae veram investigationem scientificam contineat, breviore tempore quam biennio confici posse.

http://www.obrascatolicas.com

vato praescripto n. 5, ut scilicet dissertatio doctoralis ad scientiae profectum vere conferat.

45. Facultas agnoscere potest studia alibi peracta (cf. n. 43, *b)*; quare qui sexennium philosophico-theologicum in Seminario perfecerit, potest, diligenti inquisitione facta, admitti ad incipiendum biennium requisitum ad secundum gradum academicum.

46. Facultas theologica alia studiorum curricula, in disciplinis quae ad ipsam pertinent, instituere potest ad congrua diplomata universitaria conferenda, v. g. curriculum pro religiosis et laicis ad eorum meliorem formationem vel ad docentes religionis in scholis medio-secundariis parandos.

Insuper Facultas theologica potest in iisdem disciplinis alia curricula instituere ad peculiares gradus academicos conferendos, dummodo id fiat ad mentem nn. 4 et 10 et secundum exigentias proprie academicas seu scientificas, sive quoad methodos et qualitates docentium sive quoad curriculi tempus, etc.

47. Facultas theologica meliori institutioni clericorum ita quoque opem ferre potest, ut scholae quaedam studiorum theologicorum [19], sub continua et efficaci alicuius Facultatis vigilantia circa propriam scientificam qualitatem per affiliationem positae, Baccalaureatum vel diplomata universitaria, seclusis tamen Licentiae et Doctoratus gradibus, conferre valeant, peculiaribus sub conditionibus a S. Congregatione pro Institutione Catholica statutis, cuius est ipsam affiliationem concedere. Ut Facultatis vigilantia vere efficax esse possit, huiusmodi affiliationes ordinarie ne extendantur ultra propriam nationem vel regionem culturalem.

48. In *Facultate Philosophica* curriculum studiorum, ratione autonoma et independenti a Facultate theologica, ordinari debet.

a) Ad *primum* gradum academicum in philosophia consequendum (ubi confertur), cursus institutionales seu generales requiruntur saltem per duos annos vel 4 semestria.

b) Ad *secundum* gradum academicum in philosophia consequendum requiruntur, post expletum biennium de quo in *a)*, cursus speciales vel profundiores per temporis spatium quod saltem biennium vel 4 semestria contineat.

c) Ad *tertium* gradum academicum in philosophia consequendum, Statuta Facultatis determinent an, inter peculiaria experimenta requisita, cursus quoque speciales frequentandi sint. Doctoratus conferri non potest nisi post congruum temporis intervallum, utiliter interim aliqua experientia magisterii facta et postquam dissertatio doctoralis, saltem ex parte, typis edita fuerit; omnino semper servato praescripto n. 5, ut scilicet dissertatio doctoralis ad scientiae profectum vere conferat.

49. In *Facultate Iuris Canonici ceterisque Facultatibus*:

a) Ad *primum* gradum academicum consequendum (ubi confertur), cursus institutionales seu generales requiruntur saltem per duos annos vel 4 semestria.

b) Ad *secundum* gradum academicum consequendum requiruntur, post expletum biennium de quo in *a)*, cursus speciales vel profundiores per temporis spatium quod saltem unum annum vel 2 semestria includat.

c) Ad *tertium* gradum academicum consequendum, Statuta Facultatis determinent an, inter peculiaria experimenta requisita, cursus quoque speciales frequentandi sint. Doctoratus conferri non potest nisi post congruum temporis intervallum, utiliter interim aliqua experientia magisterii facta et postquam dissertatio doctoralis, saltem ex parte, typis edita fuerit; omnino semper servato praescripto n. 5, ut scilicet dissertatio doctoralis ad scientiae profectum vere conferat.

[19] Ut desideriis quarundam Facultatum atque necessitatibus locorum provideatur, Normae sanciunt ut scholae quaedam studiorum theologicorum Facultati theologicae affiliari possint. Huiusmodi scholae possunt esse Seminaria regionalia, Seminaria maiorum dioecesium, Scholasticatus theologici religiosorum etc.

Hac affiliatione duplex obtineri potest finis: primo, ut studiorum qualitas augeatur et, secundo, ut aliquem gradum academicum vel diploma alumni acquirere valeant, in tuto posita semper formatione stricte pastorali de qua in Decreto *Optatam totius*.

Vi affiliationis Institutum affiliatum quoad studiorum rationem, quoad examina, quoad gradum vel diploma conferendum, quoad qualitatem scientificam, Facultati affilianti subicitur. Ut in Instituto affiliato studia revera evehantur et in optata perfectione serventur, Facultas sedulam exercere debet vigilantiam et ductum.

Ad candidatos autem quod attinet, notandum est in his Institutis affiliatis non omnes alumnos necessario et quasi automatice gradum vel diploma consecuturos esse, sed eos tantum qui omnia experimenta, in statutis determinanda, laudabiliter superaverint.

V. *De examinibus*

(cf. Const. Apost. art. 34; Ordinationes artt. 31-34)

50. Ad mentem principii III (cf. supra) et ad normam nn. 38-40, alumni in propria formatione activam partem sumere debent eorumque profectus a Facultate comprobandus est examinibus necnon aliis modis, uti activa participatione in scholis et seminariis, dissertationibus scriptis, etc. Singulae Facultates determinent modum concretum horum experimentorum, ratione habita probatarum traditionum academicarum propriae nationis. Exigentiis et gravitati horum experimentorum semper magna cura provideatur et, si casus ferat, etiam examinatores externi intersint. Nemo ad ullum gradum academicum promoveri potest, nisi experimentis ad eum adipiscendum praescriptis rite satisfecerit.

* * *

Omnia et singula quae his Normis edicta sunt, Summus Pontifex Paulus div. Prov. Pp. VI, in Audientia die 16 elabentis m. maii subsignato Praefecto concessa, rata habuit, confirmavit atque ut ad actum fideliter deducerentur praescripsit, quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Institutione Catholica, die 20 m. Maii, a. D. 1968.—G. Card. GARRONE, *Praef.* J. Schröffer, *a Secr.*

* Prot. N. 113/66/68: Typis Poliglottis Vaticanis 1968, p. 5-31. Adn. J. BALDANZA in **Seminarium** 20 (1968) 740-764 et in **ME** 94 (1969) 26-36; G. CONCETTI in **Pal. clero** 49 (1970) 265-273.

3653

1968 MAI 21.-SECRETARIA STATUS, RESPONSUM. PART.*

DE VALORE ET SANATIONE MATRIMONIORUM QUAE CORAM DIACONIS CELEBRANTUR

21 Maii 1968

Excme ac Revme Domine, Per egregiam epistolam, die IV superioris mensis Ianuarii ad Beatissimum Patrem datam, necessarias expetisti facultates, ut istius archidioecesis Diaconi, modo legitime ordinati apteque dispositi, per aliquod tempus, antequam nempe ad Sacerdotium promoverentur, Diaconatus Ordinem exercere possent, iis utentes potestatibus, quae in priore parte n. 29 Constitutionis Dogmaticae *Lumen Gentium* [LE 3232] recensentur, iure non excluso matrimoniis Ecclesiae nomine adsistendi.

Grato igitur officio fungor Tibi significandi, quaestionem de recta interpretatione prioris partis n. 29 illius conciliaris documenti atque de eiusdem vera ac legitima vi statim ad expendendum esse propositam Pontificio Consilio Decretis Oecumenici Concilii Vaticani II interpretandis; idemque postea Consilium dubio, in hanc formam redacto: «Utrum Diaconus, qui in hoc gradu non maneat, sed ad Sacerdotium ascendere velit, ea habeat munera, quae recensentur sub n. 29 Constitutionis Dogmaticae *Lumen Gentium* et sub n. 22 Litterarum Apostolicarum *Sacrum Diaconatus Ordinem*» [LE 3571], *affirmative* respondisse.

Hoc vero iudicium Summus Pontifex ratum habere dignatus est, Idemque iussit, ut quam primum per Acta Apostolicae Sedis evulgaretur. Quaestio igitur etiam pro futuro tempore persoluta est existimanda.

Quod autem attinet ad matrimonia, quae sive in ista archidioecesi, sive in suffraganea dioecesi Rottenburgensi coram Diaconis inita sunt, antequam Apostolicae Litterae *Sacrum Diaconatus Ordinem* motu proprio die XVIII mensis Iunii, anno MCMLXVII ederentur, eadem ad normam iuris vigentis valida esse habenda videntur, cum legitime in eorum favorem error communis invocari possit.

Attamen Summus Pontifex ita est mente inclinatus, ut ad cautelam concedat, modo ad normam iuris petatur, eorum sanationem in radice, si pro Tua et Excmi Ordinarii Rottenburgensis sententia haec sanatio necessaria videatur.

Quibus relatis, data libenter utor opportunitate, ut me profitear Excellentiae Tuae addictissimum.—H. J. Card. CICOGNANI.

* Ordinario Friburgensi: **AKKR** 137 (1968) 153-154.

3654

1968 MAI 21-SIGNATURA APOST., DECISIO. PART.*

COMPETENTIAE SIGNATURAE APOSTOLICAE SUBSUNT TANTUM RECURSUS CONTENTIOSI ADVERSUS DECISIONES POST DIEM 1 MARTII 1968 DATAS

Facti species.—Sempronius sacerdos, medicinae et chirurgiae doctor, anno 1923 indultum a Sacra Congr. Concilii obtinuit exercendi «medicinam naturalem» remoto tamen scandalo in visitatione mulierum. Anno tamen 1957 Ordinarius indulti exercitium coarctavit. Interposito recursu apud Sacram Congr. Concilii, haec die 27 Iunii 1960, omnibus mature perpensis, respondit et declaravit: *Recursum esse reiciendum, et indultum anno* 1923 *concessum amplius non valere.* Adversus hanc decisionem Sempronius rursus recurrens oppositionem promovit apud eamdem Sacram Congregationem, quae die 25 Octobris 1960 respondit: «*In decisis, ut supra*». Modo Sempronius recursus interposuit apud Signaturam Apostolicam adversus rescriptum Sacrae Congr. Concilii.

Animadversiones.—Novam Signaturae Apostolicae competentiam determinant Const. *Regimini Ecclesiae Universae* [LE 3588], quae a Kalendis Martiis anni 1968 vim obtinuit, et *Normae Speciales* [LE 3636], quas Summus Pontifex die 23 Martii 1968 adprobavit. Ideo ipsa, per Sectionem Alteram cognoscit recursum adversus decisionem competentis Dicasterii Curiae Romanae, quoties decisio lata est post diem 1 Martii 1968, et allegatur legis violatio.

Decisio.—In Congressu diei 21 Maii 1968 decretum est: *Recursus admitti nequit*, cum decisio impugnata pluribus annis antecesserit vigentem competentiam Signaturae Apostolicae circa contentiones ortas ex actu potestatis administrativae ecclesiasticae.

* Apoll. 43 (1970) 465-466.

3655

1968 MAI 21.-SIGNATURA APOST., DECISIO. PART.*

REHABILITATIO POST MORTEM SACERDOTIS EXCOMMUNICATI EXULAT COMPETENTIAM SIGNATURAE APOSTOLICAE

Facti species.—Libello diei 21 Decembris 1967, Valerius sacerdos, dioecesis B., nomine etiam aliorum fidelium, petiit a Signatura Apostolica «rehabilitationem» defuncti sacerdotis X ab excommunicatione contra ipsum a Suprema Congregatione S. Officii die 22 Aprilis 1914 pronunciata.

Decisio.—In Congressu diei 21 Maii 1968 decretum est: *Recursus admitti nequit*, tum ratione materiae, tum ratione temporis. Nequit enim competentia Signaturae Apostolicae ad hanc materiam extendi, neque ad tempus antecedens novam eiusdem competentiam administrativam.

* Apoll. 43 (1970) 466.

3656

1968 MAI 23.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.*

PRECES EUCHARISTICAE ET PRAEFATIONES APPROBANTUR IUXTA CERTAS NORMAS ADHIBENDAE

I.—Decretum approbationis

Prece eucharistica, in peragendis Missarum sollemniis, Ecclesia, ad oboediendum mandato Domini, quo ipse dixit: «Hoc facite in meam commemorationem» (1 *Cor.* 11, 24-25), consuevit id quod Christus fecit in novissima Cena iterare et clementissimo Patri gratiarum actiones referre ob mirabilia ab eo in oeconomia salutis in Christo patrata. Ut hoc abundantius et varius fieri possit, recentioribus temporibus, in votis fuit plurium Episcoporum atque fidelium, necnon rerum liturgicarum cultorum, ut Ecclesia latina, non secus atque aliae Ecclesiae, praeter traditum ac venerabilem Canonem Romanum, in usu sane manentem, alias quoque preces eucharisticas induceret.

Consilium proinde ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia deputatum, de mandato Summi Pontificis, tres novas preces eucharisticas apparavit, quibus addidit ampliorem etiam

praefationum copiam quippe quae, cum sint partes ipsius precis eucharisticae, mysterium salutis per anni circulum evidentius explicant et annuntiant.

Hos autem textus ab eodem Consilio apparatos Sacra haec Rituum Congregatio recognovit, eosdemque Summus Pontifex Paulus PP. VI approbavit atque evulgari permisit, ut in omnibus ecclesiis ritus latini adhiberi possint a die 15 augusti, festo Assumptionis B. V. M.

Interpretationes autem populares eorundem textuum, a Conferentiis Episcopalibus ad normam Constitutionis conciliaris *Sacrosanctum Concilium* (art. 36, §§ 3 et 4) [LE 3141] necnon Instructionis *Inter Oecumenici* (nn. 29 et 30) [LE 3217] approbentur, acta vero ab Apostolica Sede probanda seu confirmanda, una cum iisdem interpretationibus, ad memoratum Consilium de more mittantur. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, die 23 maii 1968, in festo Ascensionis Domini.—BENNO Card. GUT, *S. R. C. Praefectus et «Consilii» Praeses.* FERDINANDUS ANTONELLI, Archiep. tit. Idicrensis, *S. R. C. a Secretis.*

Normae pro adhibendis precibus eucharisticis

PREX EUCHARISTICA I

I. Prex eucharistica prima, seu Canon Romanus, qui semper adhiberi potest, opportunius dicitur diebus, quibus assignantur *Communicántes* propria, aut in Missis, quae *Hanc igitur* propriis ditantur, necnon in festis Apostolorum et Sanctorum, quorum mentio fit in ipsa prece; itemque diebus dominicis, nisi, ob rationes pastorales, praeferatur alia prex eucharistica.

II. In concelebratione et pro cantu serventur normae quae habentur in nn. 35-42 *Ritus servandi in concelebratione Missae* (7 martii 1965) [LE 3270].

PREX EUCHARISTICA II

I. Prex eucharistica secunda, ob peculiares ipsius notas, convenientius sumitur diebus infra hebdomadam, vel in peculiaribus adiunctis.

Quamvis praefatione propria instructa sit, adhiberi potest etiam cum aliis praefationibus, cum iis praesertim quae mysterium salutis compendiose repraesentant, v. g. cum praefationibus de dominicis per annum aut cum praefationibus communibus.

Quando Missa pro aliquo defuncto celebratur, inseri potest peculiaris formula, suo loco, nempe ante *Meménto etiam.*

II. In concelebratione:

1. *Vere sanctus* a solo celebrante principali, extensis manibus, profertur.

2. Ab *Haec ergo dona*, usque ad *Et súpplices* omnes concelebrantes omnia simul proferunt, hoc modo: a) *Haec ergo dona* manibus ad oblata extensis, quas ad finem iungunt; b) *Qui cum passióni* et *Simili modo* manibus iunctis, et caput inclinantes ad verba *grátias agens*; c) Verba Domini, manu dextera, si opportunum videtur, ad panem et ad calicem extensa; ad elevationem autem hostiam et calicem aspicientes ac postea profunde se inclinantes; d) *Mémores igitur* manibus extensis; e) *Et súpplices* profunde inclinati ac manibus iunctis.

3. Intercessiones pro vivis: *Recordáre, Dómine*; et pro defunctis: *Meménto etiam fratrum nostrórum*, uni alterive e concelebrantibus committi possunt, qui solus eas manibus extensis profert.

4. Doxologia in fine precis a solo celebrante principali, aut ab omnibus concelebrantibus una cum celebrante principali profertur.

5. Acclamatio post consecrationem incipitur a celebrante principali per verba: *Mystérium fídei*; populus autem eam prosequitur formula proposita.

III. Huius precis eucharisticae partes, quae sequuntur: *Qui cum passióni, Simili modo, Mémores igitur*, necnon doxologiam finalem cantu proferri licet.

PREX EUCHARISTICA III

I. Prex eucharistica tertia cum qualibet praefatione dici potest. Pariter ac Canonis Romani eius usus praeferatur diebus dominicis et festis.

In hac prece adhiberi potest peculiaris formula pro defuncto, suo loco inserenda, nempe post verba: *Omnes fílios tuos ubique dispérsos, tibi, clemens, miserátus coniúnge.*

II. In concelebratione:

1. *Vere sanctus* a solo celebrante principali, extensis manibus, profertur.

2. A *Súpplices ergo te, Dómine*, usque ad *Réspice, quaesumus*, omnes concelebrantes omnia simul proferunt hoc modo: *a) Súpplices ergo te, Dómine*, manibus ad oblata extensis, quas ad finem iungunt, nempe quando dicunt: *cuius mandáto haec mystéria celebrámus*; *b) Ipse enim in qua nocte tradebátur* et *Simili modo* manibus iunctis, et caput inclinantes ad verba *grátias agens*; *c)* Verba Domini, manu dextera, si opportunum videtur, ad panem et ad calicem extensa; ad elevationem autem hostiam et calicem aspicientes ac postea profunde se inclinantes; *d) Mémores igitur* manibus extensis; *e) Réspice, quaesumus*, profunde inclinati ac manibus iunctis.

3. Intercessiones: *Ipse nos tibi perficiat* et *Haec hostia nostrae reconciliatiónis*, uni alterive e concelebrantibus committi possunt, qui solus has preces manibus extensis profert.

http://www.obrascatolicas.com

4. Doxologia in fine precis a solo celebrante principali aut ab omnibus concelebrantibus una cum celebrante principali profertur.

5. Acclamatio post consecrationem incipitur a celebrante principali per verba: *Mystérium fidei*; populus autem eam prosequitur formula proposita.

III. Huius precis eucharisticae partes, quae sequuntur: *Ipse enim, Simili modo, Mémores igitur*, necnon doxologiam finalem cantu proferri licet.

PRES EUCHARISTICA IV

1. Prex eucharistica quarta praefationem immutabilem habet et compendium plenius historiae salutis praebet. Adhiberi potest quando Missa praefatione propria caret, et oportunius dicitur in coetu fidelium, qui cognitione altiore Sacrae Scripturae pollent.

In hanc precem, ratione structurae, inseri nequit peculiaris formula pro defuncto.

II. In concelebratione:

1. Praefatio et *Confitémur tibi, Pater sancte*, usque ad *omnem sanctificatiónem complérel*, a solo celebrante principali, extensis manibus, proferuntur.

Pergite, igitur, sapientes doctrinaeque studiosi Nobis dilectissimi filii, partes vestras constanti, magno strenuoque animo exsequi; id postulant a vobis supremae Ecclesiae utilitates; immo, in praesentibus temporum adiunctis, Ecclesia renovato et quasi anxio studio hoc urgere videtur.

Nostram autem sinceram laudem, paterna Nostra hortamenta Nostraque flagrantia vota confirmare iuvat Apostolica Benedictione, quam vobis omnibus, hic praesentibus, caelestium gratiarum auspicium, peramanter impertimus.

[1] Prol. in Decretum; M. L. 161, 47-48.

3660

1968 MAI 29.-SC EPISCOPORUM, RESCRIPTUM. PART.*

CIRCA CELEBRATIONEM SYNODI DIOECESANAE CUM INTERVENTU CLERICORUM ET LAICORUM

PRECES.—*Beatissime Pater*, ad thronum Sanctitatis Vestrae me profunde inclinans exponere audeo quae sequuntur.

Concilio Vaticano II.° finito tempus peropportunum visum est ut Synodus dioecesana in Archidioecesi Vindobonensi celebretur.

Ante duos annos commissiones antepraeparatoriae conditae sunt quibus mandatum dedi ut quaestiones in Synodo tractandas investigent. Una cum sacerdotibus etiam laici collaborant praesertim his in rebus in quibus speciali peritia pollebant.

Commissiones istae munus ipsis commissum iam ad maiorem partem perfecerunt. Ita tempus adesse videtur commissiones vere praeparatorias nominare ac deinde Synodum dioecesanam convocare.

Secundum ius Canonicum (C. I. C. can. 358) sacerdotes tantum membra Synodi esse possunt. Sed secundum illud Concilii verbum: «Laicos autem oportet ordinis temporalis instaurationem tamquam proprium munus assumere» inopportunum mihi videtur eorum iudicio et cooperatione in Synodo celebranda carere.

Itaque supplex quae sequuntur exponere audeo: Mihi concessum sit ad Synodum non tantum sacerdotes sed etiam laicos convocare, ita ut isti laici sint vere membra et habeant sedem et votum tam in commissionibus praeparandis quam in ipsius Synodi congregatione et celebratione.

Numerus laicorum non debet esse maior sacerdotum. Insuper, secundum propositionem ab ipsis commissionibus antepraeparatoriis factam, peropportunum mihi videtur, ut sacerdotes, in Archidioecesi Vindobonensi degentes, ex eorum numero illos —secundum normas ab ordinario adprobatas— eligant, qui Synodi participes fieri optant.

Membra Synodi e statu laicorum sequenti modo seligentur: Prima pars a fidelibus —e certo numero candidatorum illis praesentandorum— directe eligetur; altera pars indirecte delegabitur.

Omnes ita electi tam sacerdotes quam laici deinde ab Ordinario ut membra Synodi nominantur. Insuper tertia pars Synodi membrorum tam laicalium quam clericalium ab Ordinario propria auctoritate eligetur et designabitur. Quomodo duae tertii partes a sacerdotibus sive a laicis eligentur atque tertia pars et sacerdotum et laicorum a solo Ordinario designetur.

Ne sit nimis magnus numerus sacerdotum ad Synodum invitandorum melius videtur non omnes parochos civitatis Vindobonensis et decanos foraneos invitare, sicut praevisum est a iure canonico, sed eos tantum qui modo supra exposito electi sunt. Ideo peto dispensationem a praescriptis C. I. C. can. 358, § 1. Et Deus... Vindobonae, die 27 Martii 1958.—F. Card. KÖNIG, *m. p.*

RESCR.—29 Mai 1968. *Ew. Eminenz!* Im Auftrage Sr. Eminenz des hochwürdigsten Herrn Kardinals Carlo Confalonieri, Präfekt der hl. Kongregation für die Bischöfe, beehre ich mich Ew. Eminenz mitzuteilen, dasz der Heilige Stuhl, was Ihr Ansuchen um die Abhaltung der Wiener Diözesansynode betrifft, nachdem er alles gut überlegt hat, nichts einzuwenden hätte, vorausgesetzt,

1. dasz die österreichische Bischofskonferenz konsultiert wird, um eine einheitliche Praxis zu sichern;

2. dasz auf alle Fälle den Priestern *mindestens* die absolute Mehrheit sowohl in den Kommissionem wie auch in den Vollversammlungen gesichert sei;

3. dasz die Laien von einwandfreiem Ruf seien und eine gute Erfahrung im pfarrlichen Leben wie auch in den katholischen Organisationem aufweisen;

4. dasz gewisse Fragen dem Klerus vorbehalten bleiben;

5. dasz man nicht vernachlässige, die Öffentlichkeit darüber klar zu informieren, dasz: «Unicus est in Synodo legislator Episcopus, ceteris votum consultivum habentibus» (can. 362); in der Diözesansynode «de iis tantum agendum quae ad particulares cleri populique dioecesis necessitates vel utilitates referuntur» (can. 356, § 1).

Obiges teile ich Ew. Eminenz in Ihrer doppelten Eigenschaft als Erzbischof von Wien und als Vorsitzendem der Österreichischen Bischofskonferenz mit und verbleibe mit dem Ausdruck verehrungsvoller Hochschätzung als Ew. Eminenz ergebener.—Opilio Rossi, *Apost. Nuntius.*

* Ordinario Vindobonensi, iuxta notificationem a Nuntio Ap. in Austria die 29 maii 1968 factam: AKKR 138 (1969) 172-173.

3661

1968 IUN 2.-CONS. LITURGIAE, LIT. CIRCULAR. PART.*

CRITERIA PASTORALIA PROPONUNTUR AD INDOLEM PRECUM EUCHARISTICARUM RECTE INTELLIGENDAM ET FIDELIBUS APTE PROPONENDAM

Le 2 juin 1968

Excellence Révérendissime, La publication des nouvelles prières eucharistiques pour la Liturgie romaine —vrai chant nouveau que l'Esprit Saint met sur les lèvres de l'Eglise en prière,— m'offre l'occasion d'établir mon premier contact, en ma qualité de Président du «Consilium», avec Votre Excellence, et, par vous, avec tous les pasteurs, le clergé, les religieux les fidèles de votre nation, avec ceux particulièrement qui se dévouent, d'esprit et de coeur, à promouvoir un renouveau liturgique intelligent, ordonné et dynamique, dans l'esprit du Concile et des documents qui on suivi.

Il m'est agréable de vous communiquer, en même temps que le texte des trois nouvelles anaphores et des huit nouvelles préfaces, quelques «indications» qui peuvent être utilisées comme ligne directrice pour faire comprendre au clergé et aux fidèles les motifs de cette nouveauté, son sens, les principes qui l'inspirent, le moyen d'en régler une sage et féconde application.

Cela permettra d'augmenter et d'intensifier la catéchèse de la Messe et en particulier de la prière eucharistique, déjà commencée lors de l'introduction de la langue vivante dans cette partie de la célébration eucharistique. De la présentation catéchétique de ces thèmes riches et variés, l'Eglise attend une célébration plus vivante et plus activement participée, en même temps qu'un approfondissement du mystère eucharistique.

Cette publication des nouvelles prières eucharistiques confirme aussi la volonté du Saint-Siège, à travers la succession des personnes, de continuer la mise en oeuvre de la prescription conciliaire demandant «une restauration générale et sérieuse de la liturgie» (Const. sur la Liturgie, art. 21) [LE 3141].

La décision du Concile devient toujours plus le désir de tous. Les relations en provenance du monde entier, en réponse à l'enquête lancée par le «Consilium» sur les résultats de la réforme liturgique, le témoignage des délégués des Conférences Episcopales au Synode des Evêques, disent le travail fervent effectué, dans tous les pays, pour donner un souffle nouveau «d'esprit et de vérité» à la prière, traduisent la satisfaction, et souvent l'enthousiasme, des fidèles redevenus acteurs vivants et non plus muets des actions sacrées, plus conscients de leur vocation et de leur sacerdoce.

Pour tous ces efforts, comme aussi pour les divers rapports, statistiques, désirs exprimés, pour la bienveillance et l'encouragement maintes et maintes fois manifestés par les Evêques, prêtres, fidèles en particulier ou par les Conférences Episcopales, je tiens à vous formuler les plus vifs remerciements du «Consilium».

Votre Excellence aura l'amabilité d'assurer tous ceux qui oeuvrent pour la pastorale liturgique, que le «Consilium» n'est pas insensible aux difficultés qu'ils rencontrent, qu'il désire les aider, pour donner à la liturgie le caractère d'une «perpétuelle jeunesse», selon le souhait et les indications du Saint-Père lui-même.

Le champ minutieusement préparé par les experts du Consilium», en quatre ans de travail patient et caché, commence à porter ses fruits. Les prières eucharistiques en sont le plus précieux, elles n'en seront pas le dernier. Différents rites sont déjà expérimentés en divers lieux; d'autres suivront, à brève échéance, espérons-le. Ainsi, le «Consilium» pense répondre à la confiance de l'Episcopat et à l'attente légitime des pasteurs et des fidèles en continuant à travailler dans le même esprit et avec les mêmes méthodes que dans les années écoulées.

Il souhaite par dessus tout que continue la réciproque—et si nécessaire—compréhension et collaboration avec la hiérarchie de chaque pays, pour promouvoir un progrès *ordonné*, adapté aux possibilités d'acceptation et au degré de préparation des fidèles. La loi d'un *progrès graduel*, que visait le«Consilium» dès le début de ses travaux, est encore valable, semble-t-il, aujourd'hui.

Ce qui désoriente, ce n'est pas une marche en avant progressive, mais la succession d'expériences insuffisamment étudiées, qui ne s'insèrent pas dans un plan organique de réforme générale de la Liturgie.

C'est pour cela que je me permets de renouveler l'exhortation faite à diverses reprises par mon vénéré prédécesseur, le Cardinal G. Lercaro, d'attendre les rites préparés par le «Consilium», pour étudier sur ces rites mêmes l'opportunité et l'utilité de certaines adaptations.

Que le nouveau don fait à l'Eglise soit garant de ces intentions et de ces désirs!

Je prie Votre Excellence d'exprimer à tous les membres de sa Conférence Episcopale mes fraternelles salutations et mes encouragements à continuer dans la voie, si riche de promesses, ouverte par le Concile.

De Votre Excellence Révérendissime—BENNO Card. GUT, *Président.* A. Bugnini, CM, *Secrétaire.*

* Ad Praesides Conferentiarum episcopalium cuiusvis nationis. Notit. 4 (1968) 146-148.

http://www.obrascatolicas.com

3662

1968 IUN 5.-SIGNATURA APOST., DECRETUM. PART.*

DUO CONSTITUUNTUR TRIBUNALIA: BITURICENSE PRIMI GRADUS ET SENONENSE ALTERIUS IURISDICTIONIS GRADUS AD OMNES CAUSAS SIVE CONTENTIOSAS SIVE CRIMINALES PERTRACTANDAS DIOECESIUM SENONENSIS, TURONENSIS, BLESENSIS, CARTUTENSIS, MOLINENSIS, NIVERNENSIS ET PRAELATI MISSIONIS GALLIAE IN GALLIA

Die 5 Iunii 1968

In Congressu habito coram Emo ac Revmo D. Cardinali Pro-Praefecto, propositis precibus ab Emo ac Revmo D. Cardinali Archiepiscopo Bituricensi, nomine etiam Excmorum Ordinariorum Senonensis, Turonensis, Blesensis, Carnutensis, Molinensis, Nivernensis et Praelati Missionis Galliae in Gallia, die 7 martii 1968 missis et ab Excmo Nuntio Apostolico in Gallia, litteris diei 24 aprilis 1968 (N. 22186/68), commendatis, quibus nempe petit ut in eorum regione duo constituantur tribunalia competentia ad pertractandas omnes causas iudiciarias suarum dioecesium, sive contentiosas (non exclusis causis nullitatis matrimoniorum tam formalibus quam summariis) sive criminales, scilicet Tribunal *Bituricense*, in primo iurisdictionis gradu, cum sede Bituricen. (Bourges); et Tribunal *Senonense*, in secundo iurisdictionis gradu, cum sede Senonis (Sens); quibus tribunalibus dentur, mutatis mutandis, normae datae pro tribunalibus Massiliensi et Aquensi a S. Congregatione de Sacramentis die 16-17 februarii 1965 [LE 3262]; decretum est: Pro gratia iuxta preces ad decennium et ad experimentum.—V. BARTOCCETTI, *a Secr.* I. COSTANTINI, *Not.*

* Prot. N. 226/68 V. T.: e documento originali. Eadem die Signatura Ap. dedit Ordinario Aurelianensi facultatem deferendi proprias causas ad Tribunalia Bituricense et Senonense: Doc. Cath. 66 (1969) 348.

3663

1968 IUN 6.-SC RITUUM, DECR. AAS 60 (1968) 536-539

DECRETUM DE TITULO BASILICAE MINORIS DEQUE EIUSDEM CONDITIONIBUS, OFFICIIS ET PRIVILEGIIS ADNEXIS

Domus Dei decorem et pulchritudinem Sancta Mater Ecclesia iugiter promovere studuit; quamobrem nunquam destitit aptas edere normas, quibus sacrarum aedium dignitas, iuxta temporum, locorum et gentium condiciones, opportune servaretur et incrementum acciperet. Ceterum christianorum fides et pietas plurimum contulerunt, ut templa, saeculorum decursu excitata, pulchriora et digniora fierent. Praeterea Summi Pontifices iis ecclesiis, quae prae aliis excellerent, peculiaria munera largiti sunt, quae inter, iam amplius centum annos, titulus Basilicae Minoris recensetur. Qui quidem titulus nativa ratione intime connexus est cum titulo Basilicae Maioris, a saeculo tantummodo XVIII Basilicis Patriarchalibus tributo.

Basilicae autem Patriarchales, ut omnes norunt, veluti partes Lateranensis Patriarchii habebantur et sunt; nam, Archibasilica SS. Salvatoris, «caput, mater et magistra omnium ecclesiarum» [1], est ecclesia cathedralis Summi Pontificis, Basilicae vero S. Petri, S. Pauli, S. Laurentii extra muros et S. Mariae Maioris, ecclesiae ad Summum Pontificem peculiari modo pertinentes habebantur.

Cum vero cuncta ecclesiastica Instituta ad mentem Concilii Vaticani secundi condicionibus et necessitatibus nostrorum temporum accommodanda sint, Sacra Rituum Congregatio, virorum peritorum votis et consiliis collectis, censuit, omnibus attente matureque perpensis, hunc Basilicae Minoris titulum esse quidem servandum, nova tamen ac ditiore significatione inducta, qua et intimius Petri cathedrae devinciantur, et peculiaris navitatis liturgicae atque pastoralis centrum evadant.

Ad hunc finem assequendum, Sacra Rituum Congregatio condiciones et obligationes ecclesiarum, quae Basilicae Minoris titulo erunt / augendae, necnon concessiones titulo adnexas, accurate recognovit et opportune immutavit. 537

Quae quidem sunt:

I. *Condiciones*

1. Ecclesia congruenti amplitudine et artis decore emineat eiusdemque forma liturgicis legibus adamussim respondeat.

2. Consecrata sit.

3. In universa dioecesi quadam celebritate gaudeat, v. g. quia corpus vel insignis reliquia alicuius Sancti canonizati in ea asservatur, vel celebris imago ibidem peculiari veneratione colitur, vel ipsa ecclesia refertur ad singularem quendam eventum religiosae dioecesis historiae.

4. Vitae religiosae et pastoralis veluti radiationis centrum exsistat; hinc: *a)* sacrae Liturgiae et praesertim Eucharistiae celebratio omnimoda cum dignitate peragatur, quae sit aliis in exemplum, sive ob liturgicarum legum observantiam sive ob actuosam populi participationem; *b) Schola Cantorum* ibi habeatur ac praeterea non desit qui fidelium participationem ducere et sustinere queat [2]; *c)* sacerdotes numero sufficientes ecclesiae addicti et confessarii paenitentium necessitati, statutis horis, praesto sint; *d)* verbi divini praedicatio frequens fiat nec ad homiliam dierum festorum dumtaxat redigatur.

II. *Obligationes*

5. Intra Basilicae fines promoveatur religiosa fidelium institutio, peculiaribus cursibus instructionis, collationum seriebus, ceterisque eiusmodi inceptis.

6. Inter Basilicae opera et incepta plurimum tribuatur studio et vulgationi documentorum, quibus Summi Pontificis mens et magisterium exhibetur.

7. In ipsa Basilica singulari cum solemnitate celebrentur: *a)* festum Cathedrae S. Petri (22 febr.); *b)* festum SS. Apostolorum Petri et Pauli (29 iun.); *c)* anniversarium exaltationis Summi Pontificis. / 538

8. In quavis Basilica, pro opportunitate, diebus praesertim festivis, una alterave Missa, sive lecta sive in cantu, lingua latina celebretur [3]. In eiusmodi Missis cantatis gregorianae melodiae vel sacra polyphonia peculiari cura et studio proferantur.

9. In fronte Basilicae Summi Pontificis vel Apostolicae Sedis insignia collocentur.

III. *Concessiones*

10. Fideles plenariam indulgentiam, suetis condicionibus, acquirere possunt Basilicam diebus infrascriptis visitantes: *a)* in festo SS. Apostolorum Petri et Pauli (29 iun.); *b)* in festo Titularis; *c)* in dedicatione S. Mariae de Portiuncula (2 aug.); *d)* die ad libitum semel in anno electa.

11. In Missis, in quibus habetur participatio alicuius peregrinationis aut magnus populi concursus, dici potest *Credo*.

12. Signum pontificium, idest Claves decussatae, adhiberi poterit in vexillis, in supellectile, in sigillo Basilicae.

13. Rectori Basilicae super rocchetum uti licet mozzetta ex serico nigro cum oris, ocellis et globulis rubini coloris.

14. Ecclesiae, quae titulum Basilicae iam consecutae sunt, condicionibus et obligationibus, de quibus supra in nn. 1-9, pro viribus aptentur.

15. Preces, ad obtinendum titulum Basilicae Minoris pro quavis ecclesia, etiam exempta, a loci Ordinario porrigendae sunt, qui de requisitarum condicionum exsistentia testimonium exhibebit. Ipse Ordinarius in petitione indicabit quot et quae Basilicae in dioecesi iam inveniantur. Precibus demum adnectantur opuscula, libri, imagines luce impressae, ex quibus ecclesiae forma, structura, condicio, sufficienter illustrentur.

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Papa VI, in Audientia die 6 mensis Iunii decurrentis anni infrascripto S. Rituum Congregationis Secretario concessa, praesens approbavit Decretum et auctoritate Sua confirmavit, statuens, ut ecclesiae, quae / titulum Basilicae in posterum obtinebunt, supra recensitas condiciones prae- 539

[1] *Descriptio Lateranentis Ecclesiae*, 2: ed. R. Valentini - G. Zucchetti, *Codice Topografico della Città di Roma*, III, Roma 1946, p. 335; cf. S. Petrus Damiani, *Epistolarum*, lib. II, 1: *PL* 144, coll. 255-256.

[2] Cf. Instr. *Musicam Sacram*, nn. 19-22 [LE 3541]. [3] Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 54 [LE 3141]; Instr. *Inter Oecumenici*, n. 59 [LE 3217]; Instr. *Musicam Sacram*, n. 48 [LE 3541].

seferant, et obligationes inde consequentes adimplere valeant. Quibuslibet contrariis nihil obstantibus.

Ex Aedibus Sacrae Rituum Congregationis, die 6 Iunii 1968.—Benno Card. GUT, *Praef.* F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secr.*

3664

1968 IUN 11.-SIGNATURA APOST., DECISIO. PART.*

FACULTAS ASSUMENDI LAICOS AD MUNUS IUDICIS ECCLESIASTICI, PROMOTORIS IUSTITIAE, DEFENSORIS VINCULI VEL ASSESSORIS IN CAUSIS NULLITATIS MATRIMONII IMPLORARI DEBET A SUMMO PONTIFICE

FACTI SPECIES.—Ordinarius dioecesis F., sive ob numerum causarum semper crescentem sive ob penuriam sacerdotum peritorum, a Signatura Apostolica petiit «ut sibi liceat virum laicum, aptum et idoneum, nominare vel iudicem instructorem, defensorem vinculi, promotorem iustitiae, assessorem consulentem in casibus ubi iudex unicus sibi duos assessores consulentes adsciscere vult».

ANIMADVERSIONES.—In vetere disciplina laici non excludebantur absolute a munere promotoris iustitiae et defensoris vinculi matrimonialis. «Quamvis summopere conveniat, dicit Wernz, ut (promotor iustitiae) sit clericus, tamen laicus ab hoc officio in tribunalibus ecclesiasticis sanctionibus iuris communis non est exclusus; nam promotor non exercet iurisdictionem» (*Ius Decretalium*, V, n. 190). Item «defensor matrimonii, quamvis, si fieri potest, ex coetu clericorum sit nominandus, tamen laicus ab hoc officio non est absolute exclusus, si vir ecclesiasticus haberi non possit. At semper requiritur, ut iuris scientia pariter et vitae probitate praeditus sit» (o. c., n. 194). Sed non ita in nova disciplina, cum can. 1589 § 1 dicat: «Ordinarii est promotorem iustitiae et vinculi defensorem eligere, *qui sint sacerdotes*».

Quoad iudicem vero instructorem et assessores, prae oculis haberi debet petitio facta ab Episcopo Wratislaviensi, qui Sedi Apostolice referebat consuetudinem per annos 170 usitatam, iuxta quam, in tribunalibus dioecesis Wratislaviensis admittebantur iurisperiti laici cum voto deliberativo in causis matrimonialibus et contentiosis, exclusis semper criminalibus. Ideo duo proponebat dubia: 1. An haec consuetudo legitima dici et deinceps tolerari possit; 2. An in futurum laici homines, in iure et in canonibus periti in iudiciis ecclesiasticis admitti possint tamquam Auditores ad causas instruendas, praeter criminales, vel tamquam Assessores cum voto consultivo in iis causis, quae aliquo modo connexae sunt cum legibus civilibus. S. Congr. Concilii die 14 decembris 1918 respondere censuit: *Negative ad utrumque* [LE 136].

Animadvertit enim Sacra Congregatio Concilii, quod Auditor, cui committitur causae instructio, exercitium habet iurisdictionis ecclesiasticae; ideoque laici muneris Auditoris gerendi sunt incapaces. Canones 1573 § 4 et 1574 § 1, exigunt ut omnes iudices sint clerici, immo et sacerdotes.

Nec minus perspicue enuntiatur in Codice principium iuris publici ecclesiastici, quo Ecclesiae vindicatur ius proprium et exclusivum cognoscendi de causis spiritualibus et spiritualibus adnexis (can. 1553), quae proinde sunt decidendae dumtaxat a iudicibus iurisdictione spirituali praeditis, qua laici non sunt capaces.

Quoad Assessores vero, cum eorum munus exercitium iurisdictionis non implicet, tolerari potest consuetudo plus quam centenaria, tametsi Codici contraria (can. 1575), si Ordinarius aestimet eam prudenter submoveri non posse. Nihilominus nemo non videt quot incommoda multis in circumstantiis oriri possint, si laici in consiliarios ab ecclesiastico iudice assumantur. Nam, praeterquam quod non semper laici, etiam in iure canonico periti, principia sana et firma de potestate Ecclesiae habent, obnubilari videtur, si tale consilium ineatur, perfecta independentia Ecclesiae in suis negotiis (AAS, 1919, pp. 128-138) [LE 136].

Plures tamen Ordinarii locorum et canonistae censent quod in Codicis iuris canonici recognitione conditio sacerdotalis non adeo rigorose requiratur, ita ut non modo clerici, verum etiam laici, conditiones in iure descriptas possidentes, possint ad munus iudicis instructoris, promotoris iustitiae, defensoris vinculi et assessoris consulentis nominari, saltem in dioecesibus ubi, ob penuriam clericorum, laicorum adiumentum necessarium est. Attamen ut Ordinarii locorum possint ad munus promotoris iustitiae et defensoris vinculi nominare laicos in iure doctos et vita moribusque probatos, facultas implorari debet a Summo Pontifice, et quidem *in causis dumtaxat matrimonialibus*, exclusis causis contra sacram ordinationem et causis criminalibus clericorum. Ante nominationem tum nomen laicorum tum eorum curriculum vitae Signaturae Apostolicae proponi debent. Quod vero attinet ad Iudices instructores et Assessores consulentes, servetur praescriptum can. 118.

DECISIO.—In Congressu diei 11 Iunii 1968 decretum est: *Facultas peti debet a Summo Pontifice.* Facta autem relatione Ssmo Dño Nostro Paulo Papae VI, in Audientia Cardinali Praefecto concessa die 11 Iulii 1968, Ssmus datam resolutionem benigne adprobavit ac confirmavit.

* Ordinario dioecesano F.: Apoll. 43 (1970) 454-456.

3665

1968 IUN 14.-SECRETARIA STATUS, EPISTULA. PART.*

APOSTOLATUS CELEBRATIONIS LITURGIAE MORE MONASTICO, IN LINGUA LATINA ET CANTO GREGORIANO COMMITTITUR PROPRIUS CUIDAM MONASTERIO CISTERCIENSI

Cité du Vatican, le 14 juin 1968

Révérendissime Père, Par une lettre très déférente en date du 21 mai dernier, vous demandiez au Souverain Pontife «qu'avec une spéciale bénédiction soit confié aux moines d'Hauterive, comme leur tâche apostolique particulière, la célébration de la liturgie en latin et chant grégorien, et cela en conservant à l'Office divin la structure proposée dans la Règle de Saint Benoît et maintenue jusqu'ici dans l'Ordre monastique».

J'ai la joie de vous informer que votre désir a été si agréable au Saint-Père que non seulement Il l'approuve et le loue de grand coeur, mais encore qu'Il le considère particulièrement dignes des fils de Saint Benoît.

Rien ne peut être plus cher à Sa Sainteté que de vous voir assumer comme votre apostolat propre cette tâche qui Lui tient tant à coeur, à savoir le maintien ardent et vital dans l'Eglise du patrimoine inappréciable de la Liturgie monastique légué par nos ancêtres et qui, au cours de tant de siècles, porta des fruits abondants de piété, de beauté dans le Culte et de sainte joie.

Reconnaissant du réconfort que lui apporte votre désir, le Vicaire du Christ vous accorde de grand coeur la Bénédiction Apostolique demandée; qu'elle soit pour vous et pour vos moines le gage de l'abondance des grâces célestes et rende profitable à l'Eglise et fécond en fruits de sainteté votre apostolat par la célébration de la Liturgie en latin et chant grégorien.

En vous communiquant cela, je me dis avec respect Votre très dévoué.—H. J. Card. CICOGNANI.

* Abbati Monasterii S. O. Cist. Hauterive: Doc. Cath. 65 (1968) 1837-1838.

3666

1968 IUN 18.-PAULUS VI, CONST. AAS 60 (1968)369-373

NOVI RITUS APPROBANTUR AD ORDINATIONEM DIACONI, PRESBYTERI ET EPISCOPI

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Pontificalis Romani recognitio non tantum generali modo a Concilio Oecumenico Vaticano II praescribitur [1], sed etiam peculiaribus regitur normis, quibus eadem Sacra Synodus ritus Ordinationum, *sive quoad caeremonias sive quoad textus* [2] dimutari iussit.

Sed ex Ordinationis ritibus illi imprimis considerandi sunt, quibus per Sacramentum Ordinis, vario gradu collatum, sacra Hierarchia constituitur: *sic ministerium ecclesiasticum divinitus institutum diversis ordinibus exerceatur ab illis qui iam ab antiquo Episcopi, Presbyteri, Diaconi vocantur* [3].

In recognitione autem ritus Ordinationum Sacrarum, praeter principia generalia, quibus integra instauratio Liturgiae, iuxta / praescripta Concilii Vaticani II, regi debet, 370
summopere attendendum est ad praeclaram illam doctrinam de natura et effectibus Sacramenti Ordinis, quae in Constitutione de Ecclesia ab eodem Concilio pronuntiata est; quae sane doctrina ipsa Liturgia, modo sibi proprio, exprimenda est, nam *textus et ritus ita ordinari oportet ut sancta, quae significant, clarius exprimant, eaque populus christianus, in quantum fieri potest, facile percipere atque plena, actuosa et communitatis propria celebratione participare possit* [4].

Iamvero eadem sancta Synodus docet: *Episcopali consecratione plenitudinem conferri Sacramenti Ordinis, quae nimirum et liturgica Ecclesiae consuetudine et voce sanctorum Patrum summum sacerdotium, sacri ministerii summa nuncupatur. Episcopalis autem consecratio, cum munere sanctificandi, munera quoque confert docendi et regendi, quae tamen natura sua nonnisi in hierarchica communione cum* [1] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 25: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107 [LE 3142]. [2] Ibid., n. 76: *A. A. S.* 56 (1964) p. 119. [3] Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 28: *A. A. S.* 57 (1965) pp. 33-34 [LE 3232]. [4] Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia.

http://www.obrascatolicas.com

Collegii capite et membris exerceri possunt. Ex traditione enim, quae praesertim liturgicis ritibus et Ecclesiae tum Orientis tum Occidentis usu declaratur, perspicuum est manuum impositione et verbis consecrationis gratiam Spiritus Sancti ita conferri et sacrum characterem ita imprimi, ut Episcopi, eminenti ac adspectabili modo, ipsius Christi Magistri, Pastoris et Pontificis partes sustineant et in Eius persona agant [5].

Quibus verbis addenda sunt plura et praeclara doctrinae capita de Episcoporum apostolica successione necnon de eorum muneribus et officiis, quae, etsi iam in Ordine Consecrationis episcopalis continentur, meliore tamen et accuratione modo exprimenda videntur. Quod ut rectius obtineretur, opportunum visum est e fontibus antiquis arcessere precationem consecratoriam quae in ea invenitur, quae vocatur *Traditio Apostolica Hippolyti Romani*, saeculo tertio ineunte scripta, quaeque, magna ex parte, in liturgia Ordinationis Coptorum et Syrorum occidentalium adhuc servatur. Ita fit ut in ipso Ordinationis actu testi-
371 monium perhibeatur de concordia traditionis cum orientalis tum occidentalis, quoad munus apostolicum Episcoporum.

Quod vero ad Presbyteros attinet, ex Actis Concilii Vaticani secundi haec praesertim recolenda sunt: *Presbyteri, quamvis pontificatus apicem non habeant et in exercenda sua potestate ab Episcopis pendeant, cum eis tamen sacerdotali honore coniuncti sunt et vi sacramenti Ordinis, ad imaginem Christi, summi atque aeterni Sacerdotis* (cf. *Hebr.* 5, 1-10, 7-24; 9, 11-28), *ad Evangelium praedicandum, fidelesque pascendos, et ad divinum cultum celebrandum consecrantur ut veri sacerdotes Novi Testamenti* [6]. Atque alio loco haec leguntur: *Presbyteri enim, sacra Ordinatione atque missione, quam ab Episcopis recipiunt, promoventur ad inserviendum Christo Magistro, Sacerdoti et Regi, cuius participant ministerium quo Ecclesia in populum Dei, Corpus Christi et Templum Spiritus Sancti, hic in terris, indesinenter aedificatur* [7]. In Ordinatione autem presbyterali, prouti in Pontificali Romano habebatur, missio et gratia Presbyteri tamquam adiutoris Ordinis episcopalis clarissime describebatur. Attamen necessarium visum est totum ritum, qui antea in plures partes distribuebatur, ad maiorem unitatem redigere, et mediam Ordinationis partem, hoc est impositionem manuum et precationem consecratoriam in vividiore luce ponere.

Quod tandem ad Diaconos spectat, praeter ea quae in Litteris Apostolicis *Sacrum Diaconatus Ordinem*, Motu proprio a Nobis die XVIII mensis Iunii anno MCMLXVII editis, continentur, haec praecipue commemoranda sunt verba: *In gradu inferiori hierarchiae sistunt Diaconi, quibus «non ad sacerdotium, sed ad ministerium»* (Constitutiones Ecclesiae Aegyptiacae, III, 2), *manus imponuntur. Gratia etenim sacramentali roborati, in diaconia liturgiae, verbi et caritatis Populo Dei, in communione cum Episcopo eiusque presbyterio, inserviunt* [8]. In Ordinatione autem diaconali pauca
372 quaedam mutanda erant, ratione habita sive praeceptionum recens latarum de diaconatu / tamquam gradu proprio et permanenti Hierarchiae in Ecclesia latina, sive maioris simplicitatis et claritatis rituum.

Porro ex ceteris Supremi Magisterii documentis, ad Sacros Ordines pertinentibus, peculiari mentione dignam existimamus Constitutionem Apostolicam *Sacramentum Ordinis*, a Decessore Nostro fel. rec. Pio XII, die XXX mensis Novembris anno MCMXLVII, editam, qua declaratur *Sacrorum Ordinum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus materiam eamque unam esse manuum impositionem: formam vero itemque unam esse verba applicationem huius materiae determinantia, quibus univoce significantur effectus sacramentales—scilicet potestas Ordinis et gratia Spiritus Sancti—quaeque ab Ecclesia qua talia accipiuntur et usurpantur* [9]. Quibus praemissis, idem documentum decernit quaenam manuum impositio et quaenam verba in uniusculusque Ordinis collatione materiam et formam constituant.

Cum vero in recognitione ritus opus fuerit quaedam vel addi, vel deleri, vel mutari, sive ut textus ad fidem textuum antiquiorum restituerentur, sive ut sententiae clariores redderentur, sive ut effectus sacramenti melius exponerentur, necesse esse putamus, ad omnem controversiam tollendam et ad conscientiarum anxietates praecavendas, declarare quaenam in ritu recognito ad naturam rei pertinere dicenda sint. De materia ergo et forma in uniusculusque Ordinis collatione, suprema Nostra Apostolica auctoritate, quae sequuntur decernimus et constituimus.

In Ordinatione Diaconorum materia est Episcopi manuum impositio, quae silentio fit super singulos ordinandos ante precationem consecratoriam; forma autem constat verbis eiusdem precationis consecratoriae, quorum haec ad naturam rei pertinent, atque adeo ut actus valeat exiguntur: *Emitte in eos, Domine, quaesumus, Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii fideliter exsequendi munere septiformis tuae gratiae roborentur.*

In Ordinatione Presbyterorum, item materia est Episcopi manuum impositio, quae silentio super singulos ordinandos fit ante precationem consecratoriam; forma vero constat verbis eiusdem precationis consecratoriae, quorum haec ad
373 naturam / rei pertinent, atque adeo ut actus valeat exigun-
tur: *Da, quaesumus, omnipotens Pater, his famulis tuis Presbyterii dignitatem; innova in visceribus eorum Spiritum sanctitatis; acceptum a te, Deus, secundi meriti munus obtineant, censuramque morum exemplo suae conversationis insinuent.*

Denique in Ordinatione Episcopi, materia est impositio manuum quae ab Episcopis consecrantibus, vel saltem a Consecratore principali, fit silentio super caput Electi ante precationem consecratoriam; forma autem constat verbis eiusdem precationis consecratoriae, quorum haec ad naturam rei pertinent, atque adeo ut actus valeat exiguntur: *Et nunc effunde super hunc Electum eam virtutem, quae a te est, Spiritum principalem, quem dedisti dilecto Filio Tuo Iesu Christo, quem Ipse donavit sanctis Apostolis, qui constituerunt Ecclesiam per singula loca, ut sanctuarium tuum, in gloriam et laudem indeficientem nominis tui.*

Hunc igitur ritum pro collatione Ordinum Sacrorum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus, a Consilio ad exsequendam Constitutionem de s. Liturgia, *peritis adhibitis et Episcopis consultis ex diversis orbis regionibus* [10], recognitum, Nosmet ipsi Apostolica Nostra auctoritate approbamus, ut posthac, pro ritu in Pontificali Romano adhuc exstante, adhibeatur in his Ordinibus conferendis.

Nostra haec statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus sit, Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis a Nostris Decessoribus editis, ceterisque praescriptionibus etiam peculiari mentione et derogatione dignis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XVIII mensis Iunii, anno MCMLXVIII, Pontificatus Nostri quinto.—PAULUS PP. VI.

[10] Cf. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 25: *A. A. S.* 56 (1964) p. 107.

Adn. EL 83 (1969) 10-66; Notit. 4 (1968) 220-223; L. BRANDOLINI in EL 83 (1969) 67-87; C. GORRICHO in CpR 47 (1968) 242-248; J. LECUYER in Notit. 4 (1968) 213-219; A. PISTOIA in EL 83 (1969) 88-98; V. RAFFA in ME 95 (1970) 35-38.

3667

1968 IUN 20.-CONS. LITURGIAE, RESCRIPTUM. PART.*

FACULTAS DATUR UT MULIERES LECTIONES PERLEGERE ET CANTUS DIRIGERE POSSINT IN FUNCTIONIBUS LITURGICIS

De la Ciudad del Vaticano, a 20 de junio de 1968

Excelentísimo señor: A la vista de la carta de 18 de mayo de 1968, por la que, en nombre de los obispos españoles, pedíste que las mujeres pudiesen leer las lecciones y dirigir los cantos en las acciones litúrgicas, en virtud de las facultades concedidas a este Consejo por el Sumo Pontífice Pablo, PP. VI, benignísimamente concedemos a las diócesis de España que, a juicio de los obispos y donde verdadera necesidad lo exija, las mujeres de buena fama y serias por su edad y costumbres, especialísimamente las religiosas, puedan, situadas fuera del presbiterio, leer las lecciones y la epístola en la misma, así como dirigir los cánticos.

Aprovecho la ocasión para testimoniar a su excelencia mi consideración, reiterándome suyo devotísimo.—Benno, Card. GUT. A. Bugnini, C. M.

* Ordinariis locorum Hispaniae: Confer 13 (1968-II) 378-379.

3667

1968 IUN 21.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 60 (1968) 374-377

DE USU INSIGNIUM PONTIFICALIUM RECOGNOSCENDO

PAULUS PP. VI

Pontificalia insignia ideo ab Ecclesia, volventibus saeculis, instituta et accepta sunt, ut sacra Episcoporum dignitas ante oculos fidelium clarius significaretur; quod praesertim evenit, cum eorum traditio sollemnis facta est et ipsi ritui Ordinationis seu Consecrationis inserta, formulis adhibitis, quae novi Episcopi munus pastorale exprimerent, apud gregem sibi commissum agendum. Neque deerunt scriptores qui, praesertim aetate media, de iisdem insignibus lucubrationes componerent, eorum significationes cum pastorales tum spirituales ostendentes. Per ea enim in luce ponuntur dignitas et potestas Episcopi, utpote qui pastor et magister exstet suarum ovium, quas ducere et nutrire iubetur, ipse qui *sacerdos magnus sui gregis habendus est, a quo vita suorum fidelium in Christo quodammodo derivatur et pendet* [1].

Paulatim tamen insignia pontificalia, quae Episcoporum propria pluribus saeculis manserant, etiam aliis ecclesiasticis viris concessa sunt, qui Episcopis adiumentum praestabant in eorum ministerio exercendo aut iis Praelatis qui, veluti Abbates in suis monasteriis aut territoriis, iurisdictione aliqua fruebantur ab Episcopo loci subducta, immo pluribus aliis clericis, sive singulatim sive communiter, in signum dignitatis aut honoris. Unde factum est ut nostris diebus plures sint clerici qui, etsi episcopali dignitate non praediti, insignium tamen pontificalium, diversa quidem ratione atque amplitudine, privilegio fruuntur, ad normam eorum quae statuuntur sive in Codice Iuris Cano-
375 nici, sive in Litteris Apostolicis *Inter multiplices*, / motu proprio a Decessore Nostro S. Pio X die XXI mensis Februarii anno MCMV datis [FCIC n. 665], sive in Constitutione Apostolica *Ad incrementum*, a Decessore Nostro fel. rec. Pio XI, die XV mensis Augusti anno MCMXXXIV data [LE 1240].

Recens vero Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum dignitatem et munera Episcoporum in Ecclesia nova luce illustravit, atque apertius demonstravit distinctionem quae inter ipsos intercedit et secundi ordinis sacerdotes. Idem insuper Concilium, de liturgicis celebrationibus agens, statuit ut *ritus nobili simplicitate fulgeant... sint captui fidelium accommodati, neque generatim multis indigeant explanationibus* [2]. Elementa enim, quae in sacras celebrationes assumuntur, sunt signa per quae res divinae invisibiles demonstrantur [3], quaeque proinde a fidelibus facile et, quantum fieri potest, directo percipi debent, ut exinde ad superna ducantur.

Quam ob rem, inter normas ad sacrae Liturgiae instaurationem spectantes, illa etiam habetur quae congruere edicit, ut *usus pontificalium reservetur illis ecclesiasticis personis, quae aut charactere episcopali aut peculiari aliqua iurisdictione gaudent* [4]. Attentis enim indole et condicionibus nostrae huius aetatis, quae veritatem signorum maximi facit, atque attenta necessitate ut ritus liturgici nobili etiam simplicitate fulgeant, omnino oportet, etiam veritas restituatur circa usum pontificalium insignium, quibus dignitas et munus pascendi populum Dei in lucem profertur.

Itaque ad exsequendam sacrosancti Concilii voluntatem, Auctoritate Nostra Apostolica, motu proprio et certa scientia, haec decernimus:

1. Iuxta ea quae in art. 130 Constitutionis de sacra Liturgia statuuntur, iubemus, ut posthac insignibus pontificalibus utantur, praeter Episcopos, sequentes tantum Praelati, dignitate quidem episcopali carentes, sed vera iurisdictione fruentes, videlicet: *a)* Legati Romani Pontificis; *b)* Abbates et Praelati, qui iurisdictionem habent in
376 ter/ritorium a quavis dioecesi separatum (cfr. C. I. C. can. 319 § 1; can. 325); *c)* Administratores Apostolici, permanenter constituti (can. 315 § 1); *d)* Abbates regulares de regimine, postquam benedictionem acceperunt (can. 625).

2. Iisdem pontificalibus insignibus, exceptis tamen cathedra et baculo, utantur, etsi dignitate episcopali non potiuntur: *a)* Administratores apostolici ad tempus constituti (can. 351, § 2, 2.°; cfr. etiam can. 308); *b)* Vicarii Apostolici et Praefecti Apostolici (can. 308).

3. Praelati, de quibus in nn. 1 et 2, commemoratis iuribus gaudeant tantum in proprio territorio et durante munere. Abbates vero Primates et Abbates generales Congregationum monasticarum durante munere uti possunt insignibus pontificalibus in omnibus Monasteriis sui Ordinis vel suae Congregationis. Alii autem Abbates regulares de regimine eodem iure gaudent in quolibet Monasterio sui Ordinis, de consensu tamen Abbatis vel Prioris conventualis ipsius Monasterii.

4. Abbates regulares de regimine benedicti, postquam regimen amiserunt, et Abbates titulares uti possunt insignibus pontificalibus in quolibet Monasterio sui Ordinis vel Congregationis, de consensu tamen Abbatis vel Prioris conventualis ipsius Monasterii.

5. Alii Praelati, dignitate episcopali carentes, ante has praesentes Litteras Apostolicas nominati, gaudere pergunt privilegiis, ipsis quovis iure concessis sive personaliter sive collegialiter, circa quaedam insignia pontificalia, quibus nunc fruuntur. Haec tamen privilegia sponte dimittere possunt, ad normam iuris.

6. Prae oculis habitis sive iis quae Sacrosanctum Oecu-
menicum Concilium recenter statuit, sive principiis a Nobis enu/cleatis de veritate signi servanda in sacris celebrationi- 377
bus, Praelatis, qui in posterum nominabuntur, iis exceptis de quibus in nn. 1 et 2, facultas non erit insignibus pontificalibus utendi.

7. Quae hic dicuntur de Praelatis valent etiam pro clericis, qui quovis titulo insignibus pontificalibus utuntur.

8. Ea quae his Apostolicis Litteris iubentur, a die VIII mensis Septembris hoc anno, vigere incipient.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Iunii anno MCMLXVIII, Pontificatus Nostri sexto.—PAULUS PP. VI.

Adn. EL 82 (1968) 344-348; S. FAMOSO in Notit. 4 (1968) 307-312; V. RAFFA in ME 95 (1970) 39-41.

3669

1968 IUN 21.-SC RIT., INSTR. AAS 60 (1968) 406-412

INSTRUCTIO DE RITIBUS ET INSIGNIBUS PONTIFICALIBUS SIMPLICIORIBUS REDDENDIS

Pontificales ritus magni habere ac proinde sedula diligentia curare sollemne fuit saeculis vertentibus, quippe qui non honoris tantum praebeant indicium, quo sacra Episcoporum dignitas in Ecclesia est veneranda, sed et ipsius Ecclesiae mysterium ob oculos fidelium aperte pro- 407
ponant. /

Quanta autem observantia ritus ab Episcopo peragendos, etiam recentiore aetate, Ecclesia sit prosecuta, e Caeremoniali Episcoporum dignosci potest, in quod, auctoritate Summorum Pontificum, normae collectae sunt, ad celebrationes pontificales moderandas necessariae.

Huiusmodi tamen liber, qui venerabiles traditiones servat celebrationum antiquiorum in quibus, praeside Episcopo, presbyteri, diaconi et ministri, suum ministerium navant, congregato et praesente populo, obsoleta quoque et cum nostra aetate minus consonantia saepe continet.

Quapropter, liturgica instauratione inchoata, per quam sacri ritus ad nobilem simplicitatem et ad signi veritatem rediguntur, a pluribus Episcopis instantius petitum est ut etiam pontificales celebrationes et pontificalia insignia simpliciora redderentur.

Re igitur attente perpensa, quamvis in omnibus Caeremoniale Episcoporum recognosci nequeat, antequam definitiva Ordinis Missae, Officii divini et Anni liturgici instauratio peracta sit, opportunum tamen visum est quaedam iam nunc statuere, quibus ritus pontificales, eorum dignitate servata, etiam simplicitate fulgeant. Quam ob rem quae sequuntur statim mutanda vel instauranda praecipiuntur.

[1] Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 41: *A. A. S.* 56 (1964) p. 111 [LE 3141]. [2] Ibid., n. 34: *A. A. S.* 56 (1964) p. 109. [3] Cf. Ibid., n. 33: *A. A. S.* 56 (1964) p. 108. [4] Ibid., n. 130: *A. A. S.* 56 (1964) p. 133.

http://www.obrascatolicas.com

I. De presbyteris et ministris circa Episcopum celebrantem

a) *De presbyteris et ministris in Missa concelebrata*

1. Ad praecipuam illam Ecclesiae manifestationem clarius ostendendam, quae in Eucharistia tam aperte exprimitur cum praeest Episcopus suo presbyterio et ministris circumdatus, populo in ea actuose participante, maxime convenit ut, instaurata concelebratione, Episcopo sollemniter celebranti presbyteri adsint cum ipso concelebrantes, iuxta venerabilem Ecclesiae traditionem.

Quo autem maior facultas praebeatur presbyteris praestantioris dignitatis Missam cum Episcopo concelebrandi; *a)* unus e presbyteris concelebrantibus munere presbyteri assistentis fungitur; *b)* deficientibus diaconis, duo e concelebrantibus locum diaconorum assistentium sumere pos-
408 sunt [1]. /

b) *De presbytero et diaconis assistentibus*

2. Presbyteri assistentis est Episcopo legenti adstare. Librum tamen ante Episcopum extra altare minister teneat.

3. Episcopo ad cathedram presbyteri praestantioris dignitatis de more assistant. Licet tamen diacono, aut, pro necessitate, etiam diacono et subdiacono Missae ad cathedram Episcopo assistere et ministeria implere diaconorum assistentium.

c) *De diaconis et subdiaconis*

4. Ut veritas ordinum et ministeriorum in celebranda Eucharistia cui praeest Episcopus aperte manifestetur, praestat, si adsint, ad munus diaconi altaris et subdiaconi in Missa veros diaconos et subdiaconos non excludere.

5. Nihil impedit quominus plures diaconi, si adsint, suis vestibus induti, diversis ministeriis inter se distributis fungantur.

6. Episcopo sine cantu Missam celebranti decet unum saltem diaconum assistere, indutum amictu, alba, cingulo et stola, qui Evangelium legat et altari inserviat [2].

7. Feria V in Cena Domini, in Missa Chrismatis, si nequeant haberi omnes diaconi et subdiaconi a rubricis requisiti, pauciores adesse possunt. Si ne hoc quidem obtineri potest, olea deferant quidam presbyteri concelebrantes.

d) *De canonicis in choro assistentibus*

8. In Missa pontificali Episcopi canonici habitu chorali semper induantur.

e) *De ministris inferioribus*

9. Ministri qui Episcopo ad cathedram inserviunt pluviali ne induantur.

I. De sede seu Cathedra Episcopi

10. Sedes Episcopi venerabili et tradito nomine «cathedra» vocatur. /
409 11. Cathedrae posthac baldachinum non superponatur; attamen sedula cura serventur pretiosa opera a saeculis tradita. Ceterum baldachina exstantia ne removeantur, nisi audita prius Commissione liturgica et de arte sacra.

12. Numerus graduum cathedrae ita, iuxta uniuscuiusque ecclesiae structuram, aptetur ut Episcopus a fidelibus bene conspici possit, et ipse revera universae fidelium communitati praeesse videatur.

13. Unica semper sit cathedra episcopalis; et in ea Episcopus sedeat qui celebrat aut celebrationi pontificali-ter praeest. Ceteris vero Episcopis vel Praelatis forte praesentibus sedes paretur, loco convenienti, quae tamen non sit ad modum cathedrae erecta.

III. De simpliciore usu quarundam vestium et quorundam insignium pontificalium

14. Episcopus qui albam iuxta rubricas induit, non tenetur rochetum sub alba conservare.

15. Ad libitum Episcopus adhibere potest: *a)* caligas et sandalia; *b)* chirothecas, cum facultate, si libuerit, eas coloris semper albi adhibendi; *c)* formale, super pluviale assumendum.

[1] Cf. *Ritus servandus in concelebratione Missae*, nn. 18 et 19 [LE 3270].
[2] Cf. *Ritus servandus in celebratione Missae* [1965], n. 44 [LE 3270].

16. Aboleantur vero: *a)* tunica Episcopi, adhuc sub dalmatica induenda; *b)* gremiale sericum, servato altero gremiali, quando verae utilitati est v. gr. ad unctiones peragendas; *c)* candela, quae cum libro affertur Episcopo ad legendum, nisi quando necessitas adsit; *d)* pulvinar ad genuflexiones obiter faciendas.

17. Dalmaticam, iuxta antiquam traditionem, Episcopus servet, cum sollemniter celebrat; et insuper etiam in Missa lecta: in consecratione Episcopi, in collatione Ordinum, in benedictione Abbatis, in benedictione Abbatissae, in benedictione et consecratione Virginum, in consecratione ecclesiae et altaris. Attamen, ex rationabili causa, a sumenda dalmatica subter planetam abstinere potest. / 410

18. In unaquaque actione liturgica, una tantum mitra Episcopus utatur, quae iuxta rationem celebrationis erit aut simplex aut ornata.

19. Baculo uti potest quivis Episcopus, qui pontificaliter, consentiente Episcopo loci, celebrat.

20. Unica crux deferatur in processione, ad maiorem dignitatem et venerationem crucis procurandam; quae, si adest Archiepiscopus, erit crux archiepiscopalis, in capite tamen processionis deferenda, cum imagine Crucifixi in anteriore parte posita. Crux, in processione delata, postea iuxta altare laudabiliter erigitur, ita ut fiat crux ipsa altaris. Secus reponatur.

IV. De quibusdam immutandis vel abolendis in ritibus episcopalibus

a) *De vestibus induendis vel exuendis*

21. In quavis actione liturgica Episcopus vestes sacras assumit aut deponit in secretario vel, eo deficiente, in sacristia, vel etiam ad cathedram aut, pro opportunitate, ante altare; vestes autem et insignia super altare ne ponantur.

22. Cum Episcopus ante Missam in secretario praeest Horae Officii, quae tempori diei congruit, planetam iam ab initio Horae sumit.

b) *De libro Evangeliorum*

23. Liber Evangeliorum, opportune distinguendus a libro Epistolarum, defertur a subdiacono initio Missae. Postquam autem Episcopus celebrans altare et librum Evangeliorum osculatus fuerit, ipse liber super altare, in medio, relinquitur. A diacono accipitur, dicto *Munda cor meum*, antequam benedictionem ab Episcopo petat ad cantandum Evangelium.

c) *De liturgia verbi in Missa cui Episcopus praeest, quin ipse Missam celebret*

24. Cum Episcopus, ad normam n. 13, Missae praesidet quin ipsam celebret, in liturgia verbi ipse ea omnia peragere potest quae de more celebranti competunt. / 411

d) *De quibusdam abolendis*

25. Episcopus non iam genuflexione, sed inclinatione, ab omnibus salutatur. Item ministri in suo officio praestando ante ipsum stant, nisi ratio utilitatis intercedat.

26. Ad manuum lotionem Episcopi in actionibus liturgicis non iam eius familiares, sed acolythi vel clerici ministrent.

27. Abolentur omnia quae in Caeremoniali Episcoporum praescribuntur sive de circulis coram Episcopo faciendis, sive de certis partibus a binis et binis recitandis.

28. Item abolita habeatur praegustatio panis, vini et aquae, quae praescribebatur in Caeremoniali Episcoporum.

29. Si Episcopus Horae canonicae ante Missam praeest, preces praeparationis ad Missam omittit, quae in Caeremoniali Episcoporum inter psalmodiam praescribebantur.

30. In Missa, cui Episcopus praeest quin ipsam celebret, aquam in calicem ad offertorium infundendam non Episcopus, sed celebrans, benedicit.

31. Licet Episcopo mitra et baculo non uti, cum incedit de loco in locum, si exiguum spatium intercedit.

32. Episcopus mitra non utatur, nisi iam habeat, cum manus lavat et cum thurificationem accipit.

e) *De benedictione episcopali*

33. Aboletur benedictio post homiliam, de qua in Caeremoniali Episcoporum.

34. Quando Episcopus, ad normam iuris, benedictionem papalem impertitur, haec benedictio, cum suis formulis, supplet benedictionem consuetam in fine Missae.

35. Archiepiscopo, cum benedicit, crux non deferatur.

36. Baculum accipiat Episcopus antequam benedictionis formulam inchoet, ne ipsa interrumpatur, omissa itaque hoc in casu elevatione et extensione manuum a *Ritu servando*, n. 87, statuta.

Archiepiscopus insuper mitram accipiat ante ipsam be-
412 nedictionem. /

37. Data benedictione, Episcopus recessurus altare salutat cum mitra et baculo; pallium, si hoc iure gaudeat, non ad altare, sed in secretario deponit.

V. De Praelatis dignitate episcopali non ornatis, de aliis clericis aliisque actionibus liturgicis

38. Ea omnia quae in hac Instructione dicuntur de simplicioribus reddendis quibusdam sacris vestibus, insignibus et ritibus pontificalibus, necnon de quibusdam abolendis commutandisque, congrua congruis referendo, valent etiam pro Praelatis vel clericis dignitate episcopali non ornatis, qui insignibus quibusdam pontificalibus ex iure vel ex privilegio gaudent.

39. Abolitiones et mutationes supra statutae pertinent etiam ad omnes actiones liturgicas ab aliis clericis celebratas.

Hanc Instructionem a Sacra Rituum Congregatione et a Consilio ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia paratam, Summus Pontifex, Paulus PP. VI, die 10 Iunii 1968 benigne approbavit et auctoritate Sua confirmavit et publici iuris fieri iussit, pariter statuens, ut a die 8 mensis Septembris anni 1968, festo Nativitatis B. Mariae Virginis, vigere incipiat.

Romae, die 21 Iunii 1968.—Benno Card. Gut, *Praefectus S. R. C. et «Consilii» Praeses.* Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *a Secr.*

Adn. EL 82 (1968) 349-358; S. FAMOSO in Notit. 4 (1968) 312-324; V. RAFFA in ME 95 (1970) 39-41.

3670

1968 IUN 29.-S. PAENIT., DECR. AAS 60 (1968) 413-419

NOVUM «ENCHIRIDION INDULGENTIARUM» EDITUR, ET NORMAE REFERUNTUR CIRCA INDULGENTIARUM DISCIPLINAM

I.—Decretum

In Constitutione Apostolica *Indulgentiarum doctrina* diei 1 Ianuarii 1967 [LE 3514] legitur: «Ut autem ipse indulgentiarum usus ad maiorem dignitatem et aestimationem provehatur, aliquid innovandum sancta Mater Ecclesia opportunum duxit in earum disciplina, novasque normas tradendas decrevit».

Et in Norma 13 eiusdem Constitutionis statuitur: «Enchiridion indulgentiarum recognoscetur eo consilio ut tantum praecipuae preces et praecipua opera pietatis, caritatis et paenitentiae indulgentiis ditentur».

Obsecuta Summi Pontificis voluntati, quam sive per Constitutionem Apostolicam *Indulgentiarum doctrina* sive per novas dispositiones Ipse significaverat, haec Sacra Paenitentiaria novum *Enchiridion indulgentiarum* sedulo comparandum curavit.

Summus autem Pontifex Paulus VI, infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiore in Audientia diei 14 Iunii vernali tentis anni referente, novum *Enchiridion indulgentiarum*, typis Vaticanis impressum, die 15 eiusdem mensis adprobavit et ut authenticum haberi mandavit, abrogatis generalibus indulgentiarum concessionibus in idem *Enchiridion* non relatis et abrogatis insuper ordinationibus Codicis Iuris Canonici, Litterarum Apostolicarum etiam motu proprio datarum et Decretorum Sanctae Sedis de indulgentiis, quae
414 infra in Normis de indulgentiis non recensentur. /

Contrariis quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae, ex eadem Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 29 Iunii 1968, in festo sanctorum Apostolorum Petri et Pauli.—Iosephus Card. Ferretto, Episcopus tit. Ecclesiae suburb. Sabinensis et Mandelensis, *Paenitentiarius Maior.* Ioannes Sessolo, *Regens.*

Referuntur heic ex Enchiridion indulgentiarum 36 *Normae quae una comprehensione et ordinatim exponunt omnes generales dispositiones quae circa indulgentias in praesenti vigent.*

II.—Normae de indulgentiis

1. Indulgentia est remissio coram Deo poenae temporalis pro peccatis, ad culpam quod attinet, iam deletis, quam christifidelis, apte dispositus et certis ac definitis condicionibus, consequitur ope Ecclesiae quae, ut ministra redemptionis, thesaurum satisfactionum Christi et Sanctorum auctoritative dispensat et applicat.

2. Indulgentia est partialis vel plenaria prout a poena temporali pro peccatis debita liberat ex parte aut ex toto.

3. Nemo indulgentias acquirens potest eas aliis vitam degentibus applicare.

4. Indulgentiae sive partiales sive plenariae possunt semper defunctis applicari in modum suffragii.

5. Indulgentiae partialis concessio his tantum verbis significatur: «indulgentia partialis», nulla addita dierum vel annorum determinatione. / 415

6. Christifideli qui, corde saltem contritus, peragit opus indulgentia partiali ditatum, tribuitur ope Ecclesiae tantadem poenae temporalis remissio, quantam ipse sua actione iam percipit.

7. Divisio indulgentiarum in personales, reales et locales, non amplius adhibetur, quo clarius constet indulgentiis ditari christifidelium actiones, quamvis cum re vel loco interdum coniungantur.

8. Praeter Romanum Pontificem, cui totius spiritualis Ecclesiae thesauri a Christo Domino commissa est dispensatio, ii tantum possunt potestate ordinaria indulgentias elargiri, quibus id expresse a iure concessum est.

9. In Romana Curia, Sacrae dumtaxat Paenitentiariae demandantur ea quae spectant ad concessionem et usum indulgentiarum; salvo tamen iure Congregationis pro Doctrina Fidei videndi ea quae doctrinam dogmaticam circa easdem indulgentias attingunt.

10. Inferiores Romano Pontifice nequeunt: 1.° Facultatem concedendi indulgentias aliis committere, nisi id eis a Sede Apostolica expresse fuerit indultum; 2.° Eidem operi cui iam a Sede Apostolica vel ab alio indulgentia concessa sit, aliam adiungere, nisi novae conditioni adimplendae praescribantur.

11. Episcopi dioecesani aliique in iure ipsis aequiparati, ab inito pastorali munere, ius habent:

§ 1. Concedendi indulgentiam partialem personis vel in locis suae iurisdictionis;

§ 2. Benedictionem Papalem cum indulgentia plena- 416
ria, secundum / praescriptam formulam, impertiendi in sua quisque dioecesi ter in anno, festis sollemnibus ab ipsis designandis, etiamsi iidem Missae sollemni adsistant tantum.

12. Metropolitae possunt indulgentiam partialem in dioecesibus suffraganeis sicut in propria dioecesi concedere.

13. Patriarchae possunt indulgentiam partialem concedere in singulis locis sui patriarchatus, etsi exemptis, in ecclesiis sui ritus extra terminos patriarchatus, et ubique pro fidelibus sui ritus. Idem concedere possunt Archiepiscopi Maiores.

14. Cardinales facultate gaudent concedendi indulgentiam partialem in locis vel institutis ac pro personis suae iurisdictionis vel protectionis; item in aliis locis, sed a praesentibus solummodo, singulis vicibus, acquirendam.

15. § 1. Indulgentiarum libri omnes, libelli, folia, etc., in quibus earum concessiones continentur, ne edantur sine licentia Ordinarii vel Hierarchae loci.

[1] N. 1 *Indulg. doct.* (= Norma 1 Const. *Indulgentiarum doctrina*) [LE 3514].
[2] Cf. can. 930 *C. I. C.* [3] N. 3 *Indulg. doctr.* [4] Cf. N. 4 *Indulg. doctr.* [5] N. 2 *Indulg. doctr.* [6] Cf. can. 911 *C. I. C.* [7] N. 12 *Indulg. doctr.* [8] Can. 911 *C. I. C.* [9] N. 5 *Indulg. doctr.* [10] Cf. Const. Apost. *Regimini Ecclesiae universae*, 15 aug. 1967, n. 213: *A. A. S.*, 59 (1967) p. 923 [LE 3588]. [11] Cf. Can. 913 *C. I. C.* [12] Cf. can. 349, § 2, 2° *C. I. C.*; cf. Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 396, § 2, 2°; can. 364, § 3, 3°; can. 367, § 2, 1° et can. 391: *A. A. S.*, 49 (1957) pp. 541 ss. [LE 2664].
[13] Cf. can. 914 *C. I. C.*; cf. etiam Motu proprio Suburbicariis sedibus, 11 apr. 1962, II, 2: *A. A. S.*, 54 (1962) p. 255 [LE 3058].
[14] Cf. can. 274 *C. I. C.*; cf. Motu proprio *Cleri sanctitati*, can. 319, 6° et can. 320, § 1, 4.° [LE 2664].
[15] Cf. Motu proprio *Cleri sanctitati*, can. 283, 4°; cf. ib d. can. 326, § 1, 10° (can. 319, 6°) et § 2 [LE 2664].
[16] Cf. can. 239 *C. I. C.* et Motu proprio *Cleri sanctitati*, can. 185, § 1, 24°.
[17] Cf. can. 1388 *C. I. C.*

http://www.obrascatolicas.com

§ 2. Requiritur vero expressa licentia Sedis Apostolicae ut typis edere liceat, quovis idiomate, collectionem authenticam precum piorumque operum quibus Sedes Apostolica indulgentias annexuit.

16. Qui a Summo Pontefice impetraverint indulgentiarum concessiones pro omnibus fidelibus, obligatione tenentur, sub poena nullitatis gratiae obtentae, authentica exemplaria earumdem concessionum ad Sacram Paenitentiariam deferendi.

17. Indulgentia, alicui festo adnexa, translata intelligitur in eum diem quo huiusmodi festum vel eiusdem externa sollemnitas legitime transfertur. /

18. Ad lucrandam indulgentiam alicui diei affixam, si visitatio ecclesiae vel oratorii requiratur, haec fieri potest a meridie diei praecedentis usque ad mediam noctem quae statutum diem claudit.

19. Christifidelis qui *pietatis obiecto* (crucifixo vel cruce, corona, scapulari, numismate), a quovis sacerdote rite benedicto, pia utitur mente, consequitur indulgentiam partialem.

Si autem *pietatis obiectum* a Summo Pontifice aut a quolibet Episcopo fuerit benedictum, christifidelis, eodem obiecto pia utens mente, assequi potest etiam indulgentiam plenariam die festo sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, addita tamen, qualibet legitima formula, fidei professione.

20. § 1. Indulgentiae adnexae visitationi ecclesiae non cessant, si ecclesia funditus evertatur rursusque intra quinquaginta annos aedificetur in eodem vel fere eodem loco et sub eodem titulo.

§ 2. Indulgentia adnexa usui *pietatis obiecti* tunc tantum cessat, cum idem obiectum prorsus desinat esse vel vendatur.

21. Pia Mater Ecclesia, de fidelibus defunctis quam maxime sollicita, quolibet privilegio hac de re abrogato, iisdem defunctis amplissime suffragari constituit quovis Missae sacrificio.

22. § 1. Ut quis capax sit sibi lucrandi indulgentias, debet esse baptizatus, non excommunicatus, in statu gratiae saltem in fine operum praescriptorum, subditus concedentis.

§ 2. Ut vero subiectum capax eas revera lucretur, habere debet intentionem saltem generalem eas acquirendi et opera iniuncta implere statuto tempore ac debito modo secundum concessionis tenorem.

23. Nisi aliud ex concessionis tenore appareat, indulgentias ab Episcopo concessas lucrari possunt tum subditi extra territorium, tum peregrini, vagi, omnesque exempti in territorio degentes. /

24. § 1. Indulgentia plenaria semel tantum in die acquiri potest.

§ 2. Christifidelis tamen consequi poterit indulgentiam plenariam *in articulo mortis*, etiamsi eodem die indulgentiam plenariam iam acquisiverit.

§ 3. Partialis vero indulgentia pluries in die acquiri potest, nisi aliud expresse notetur.

25. Opus praescriptum ad acquirendam indulgentiam plenariam ecclesiae vel oratorio adiunctam est eiusdem pia visitatio, in qua recitantur oratio Dominica et fidei symbolum (*Pater* et *Credo*).

26. Ad indulgentiam plenariam assequendam requiruntur exsecutio operis indulgentia ditati et impletio trium condicionum, quae sunt: sacramentalis confessio, communio eucharistica et oratio ad mentem Summi Pontificis. Requiritur insuper ut excludatur omnis affectus erga quodcumque peccatum etiam veniale.

Si plena huiusmodi dispositio desit vel praedictae condiciones, salvis praescriptis N. 34 et N. 35 pro «impeditis», non impleantur, indulgentia erit tantum partialis.

27. Tres condiciones perfici possunt pluribus diebus ante vel post praescripti operis exsecutionem; convenit tamen ut communio et oratio ad mentem Summi Pontificis peragantur ipso die quo instituitur opus.

28. Unica sacramentali confesione plures indulgentiae plenariae acquiri possunt; unica vero communione eucharistica et unica oratione ad mentem Summi Pontificis una tantum indulgentia plenaria acquiritur.

29. Condicio precandi ad mentem Summi Pontificis plane impletur, si recitantur ad Eiusdem mentem semel *Pater* et *Ave*; data tamen facultate singulis fidelibus quamlibet aliam orationem recitandi iuxta uniuscuiusque pietatem et devotionem. / 419

30. Normae de indulgentiis plenariis editae, praesertim ea quae in N. 24, § 1 recensetur, applicantur etiam indulgentiis plenariis, quae «toties quoties» usque adhuc appellari consueverunt.

31. Opere, cui praestando aliquis lege aut praecepto obligatur, nequit indulgentia lucrifieri, nisi in eiusdem concessione aliud expresse dicatur; qui tamen praestat opus sibi in sacramentalem paenitentiam iniunctum et indulgentiis forte ditatum, potest simul et paenitentiae satisfacere et indulgentias lucrari.

32. Indulgentia alicui orationi adnexa acquiri potest quocumque idiomate oratio recitetur, dummodo de fidelitate versionis constet ex declaratione vel Sacrae Paenitentiariae vel unius ex Ordinariis vel Hierarchis locorum ubi vulgaris est lingua in quam versa est oratio.

33. Ad indulgentiarum acquisitionem satis est orationem alternis cum socio recitare, aut mente eam prosequi, dum ab alio recitatur.

34. Confessarii commutare possunt sive opus praescriptum sive condiciones pro iis qui, legitimo detenti impedimento, eadem praestare nequeant.

35. Ordinarii vel Hierarchae locorum possunt insuper concedere fidelibus, in quos ad normam iuris exercent auctoritatem, si in locis versentur ubi nullo modo vel saltem admodum difficile ad confessionem vel communionem accedere possint, ut ipsi queant indulgentiam plenariam consequi absque actuali confessione et communione, dummodo sint corde contriti et ad praedicta sacramenta, cum primum poterunt, accedere proponant.

36. Muti lucrari possunt indulgentias adnexas publicis precibus, si una cum ceteris fidelibus in eodem loco orantibus mentem ac pios sensus ad Deum attollant; et si agatur de privatis orationibus, satis est ut eas mente recolant signisve patefaciant vel tantummodo oculis percurrant. /

[10] N. 10 *Indulg. doctr.* [10] N. 19 *Indulg. doctr.* [11] Can. 932 *C. I. C.* [12] Cf. can. 934 § 2 *C. I. C.* [13] Can. 934 § 3 *C. I. C.* [14] Cf. can. 935 *C. I. C.* [15] Cf. N. 11 *Indulg. doctr.* [16] Can. 936 *C. I. C.*

Adn. C. GORRICHO in CpR 47 (1968) 271-274; E. F. REGATILLO in Sal terrae 58 (1968) 858-858; G. SESSOLO in Doc. Cath. 65 (1968) 1685-1688.

3671

1968 IUN 30.-PAULUS VI, NORM. AAS 60 (1968) 433-445

SOLLEMNIS PROFESSIO FIDEI A PAULO VI PONT. MAX. PRONUNTIATA ANTE BASILICAM PETRIANAM DIE XXX MENSIS IUNII ANNO MCMLXVIII, ANNO A FIDE VOCATO, ET SAEC. XIX A MARTYRIO SS. PETRI ET PAULI APP. COMPLETIS

Venerabiles Fratres ac dilecti Filii,

1. Sollemni hac Liturgia concludimus sive commemorationem saeculi XIX post martyrium a sanctis Petro et Paulo Apostolis factum, sive annum, quem a fide appellavimus. Hunc scilicet annum eo consilio sanctis Apostolis commemorandis dicavimus, non solum, ut constantissimam voluntatem Nostram testaremur incorrupte fidei *depositum custodiendi* [1], quod nobis ipsi tradiderunt, sed etiam ut propositum nostrum confirmaremus eandem fidem ad vitam hoc tempore referendi, cum Ecclesiae in hoc mundo peregrinandum est.

2. In praesenti Nostrum esse putamus iis christifidelibus publicas persolvere gratias, qui invitationibus Nostris respondentes, id effecerunt ut annus a fide nuncupatum summam ubertatem acciperet, tum ad verbum Dei penitius adhaerentes, tum in multis consortionibus professionem fidei renovantes, / tum fidem ipsam perspicuis vitae 434
christianae testimoniis comprobantes. Quare dum praesertim Fratribus Nostris in Episcopatu, omnibusque catholicae Ecclesiae filiis gratissimum declaramus animum Nostrum, ipsis Apostolicam Benedictionem Nostram impertimus.

3. Porro Nostrarum esse partium existimamus manda-

[1] Cfr. 1 *Tim.* 6, 20.

tum conficere a Christo delatum Petro, cuius Nos, licet meritis longe inferiores, successores sumus: ut nempe in fide *confirmemus fratres* [2]. Quam ob rem, etsi exiguitatis Nostrae conscii sumus, maxima tamen animi vi, quam a mandato Nobis tradito ducimus, professionem fidei facturi sumus, atque formulam a verbo *credo* incipientem sumus pronuntiaturi, quae, quamvis definitio dogmatica vere proprieque non sit nominanda, tamen formulam Nicaenam, quoad rerum summam, repetit, nonnullis adhibitis explicationibus, quas spirituales nostrae huius aetatis condiciones postulant: formulam dicimus immortalis traditionis Ecclesiae sanctae Dei.

4. Quod dum facimus, probe novimus quibus perturbationibus, ad fidem quod attinet, nunc temporis quidam hominum coetus commoveantur. Qui quidem affectionem mundi sese penitus mutantis non effugerunt, in quo tot veritates vel prorsus negantur, vel in controversiam vocantur. Immo vel nonnullos catholicos homines videmus aut mutandarum, aut novandarum rerum quadam quasi cupiditate capi. Ecclesia sane ad officium suum pertinere putat, nisus non intermittere, ut arcana Dei mysteria, unde in omnes tot salutis fructus manant, etiam atque etiam perspiciat, pariterque secuturae aetatis hominibus aptiore cotidie ratione proponat. Sed simul maximopere cavendum est ne, dum necessarium investigandi officium usurpatur, christianae doctrinae veritates labefactentur. Quod si fiat —videmusque, pro dolor, hodie id reipsa fieri— perturba- —tionem et dubitationem fidelibus multorum animis afferat./ 435

5. Ad hanc rem quod spectat, summi est momenti animadvertere, praeter id quod observabile est, scientiarumque ope recognitum, intellegentiam a Deo nobis datam *id quod est* attingere posse, non vero tantummodo significationes subiectivas structurarum, quas vocant, et evolutionis humanae conscientiae. Ceterum recolendum est, illud ad interpretationem seu ad hermeneuma pertinere, ut, verbo, quod pronuntiatum est, observato, intellegere et discernere studeamus sensum textui cuidam subiectum, non vero hunc sensum ad coniecturae arbitratum quodammodo novare.

6. Attamen ante omnia Spiritui Sancto firmissime confidimus, qui est *anima Ecclesiae*, et theologicae fidei, in qua Corporis mystici vita nititur. Cum profecto non ignoremus homines verba exspectare Christi Vicarii, propterea sermonibus et homiliis, quas Nobis persaepe habere placet, eorum exspectationem explemus. Sed hodierno die opportunitas Nobis offertur sollemnius verbum proferendi.

7. Itaque hoc die, a Nobis electo ad concludendum annum a fide appellatum, atque in hac celebratione sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, summo Deo viventi obsequium professionis fidei deferre volumus. Atque quemadmodum olim Caesareae Philippi Simon Petrus, duodecim Apostolorum nomine, praeter hominum opiniones, vere Christum Dei viventis Filium professus est, ita hodie tenuis eius Successor, universaeque Ecclesiae Pastor, nomine totius populi Dei, vocem suam intendit, ut firmissimum testimonium divinae Veritati dicat, quae ideo Ecclesiae est credita, ut eam omnibus gentibus nuntiet.

Hanc autem Nostram fidei professionem satis et expletam et expressam esse volumus, ut apta ratione necessitati luminis satisfaciamus, qua tot fideles homines premuntur, lique omnes qui in mundo —ad quemcumque spiritualem coetum pertinent— Veritatem conquirunt.

Ad gloriam igitur omnipotentis Dei et Domini nostri Iesu Christi, fiducia in auxilio Sanctissimae Virginis Mariae et bea/torum Petri et Pauli Apostolorum collocata, ad 436
utilitatem spiritualemque progressionem Ecclesiae, nomine omnium sacrorum Pastorum et christifidelium, plenaque vobiscum, Fratres ac Filii dilectissimi, communione, nunc hanc fidei professionem pronuntiamus.

PROFESSIO FIDEI

8. Credimus in unum Deum, Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, Creatorem rerum visibilium — cuiusmodi est hic mundus ubi nostram brevem degimus vitam — rerumque invisibilium — cuius generis sunt puri spiritus, quos etiam angelos appellamus [3] — itemque Creatorem, in unoquoque homine, animae spiritualis et immortalis [4].

9. Credimus hunc unicum Deum ita absolute unum esse in sua sanctissima essentia, ut in ceteris suis perfectionibus: in sua omnipotentia, in sua scientia infinita, in sua providentia, in sua voluntate et caritate. *Ille est qui est*, ut ipse Moysi revelavit [5], ille est *Amor*, ut nos Ioannes Apostolus docuit [6]: ita ut duo haec nomina, Esse et Amor, ineffabiliter divinam eandem exprimant Illius essentiam, qui seipsum nobis manifestare voluit, quique *lucem inhabitans inaccessibilem* [7] est in seipso super omne nomen, superque omnes res et intellegentias creatas. Deus unus potest nobis suipsius rectam plenamque impertire cognitionem, seipsum revelans uti Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, cuius nos, hisce in terris in obscuritate fidei, et post mortem in sempiterna luce, ad aeternam vitam participandam per gratiam vocamur. Mutua vincula, ex omni / 437
aeternitate Tres Personas constituentia, quarum unaquaeque est unum idemque Esse divinum, sanctissimi Dei sunt intima beataque vita, quae infinite omne id superat, quod nos modo humano intellegere possumus [8]. Gratias tamen divinae bonitati agimus, quod quam plurimi credentes coram hominibus nobiscum Unitatem Dei testari possunt, quamvis mysterium sanctissimae Trinitatis non cognoscant.

10. Credimus igitur in Deum, qui in omni aeternitate generat Filium, credimus in Filium, Verbum Dei, qui ab aeterno gignitur, credimus in Spiritum Sanctum, Personam increatam, qui ex Patre Filioque ut sempiternus eorum Amor procedit. Ita in tribus Personis divinis, quae sunt *coaeternae sibi et coaequales* [9], vita et beatitudo Dei plane unius quam maxime abundant et consummantur, summa cum excellentia et gloria Essentiae increatae propria; atque *semper unitas in Trinitate et Trinitas in unitate veneranda est* [10].

11. Credimus in Dominum nostrum Iesum Christum, Dei Filium. Ipse est Verbum aeternum, natus ex Patre ante omnia saecula et consubstantialis Patri, seu *homoousios to Patri*; per quem omnia facta sunt. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et homo factus est: aequalis ergo *Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem* [11], unus omnino *non confusione* (quae fieri non potest) *substantiae, sed unitate personae* [12].

12. Ipse habitavit in nobis plenus gratiae et veritatis. Annuntiavit et constituit Regnum Dei, in seipso nobis Patrem manifestans. Dedit nobis mandatum suum novum, ut nos invicem diligeremus, sicut ipse dilexit nos. Docuit nos viam Beatitudinum evangelicarum: videlicet esse pauperes in spiritu, et mites, dolores tolerare in patientia, sitire iustitiam, esse mise/ricordes, mundos corde, pacificos, per- 438
secutionem pati propter iustitiam. Passus est sub Pontio Pilato, Agnus Dei, portans peccata mundi, mortuus est pro nobis Cruci affixus, sanguine redemptionis afferens nobis salutem. Sepultus est, et propria virtute resurrexit tertia die, ad consortium vitae divinae, quae est gratia, Resurrectione sua nos evehens. Ascendit in caelum, unde iterum venturus est tunc cum gloria ad iudicandos vivos et mortuos, unumquemque secundum propria merita: qui Amori et Pietati Dei responderint, ibunt in vitam aeternam, qui vero ea usque ad exitum respuerint, igni addicentur interituro numquam.

Et Regni eius non erit finis.

13. Credimus in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur. Qui locutus est per Prophetas; missus est nobis a Christo post eius Resurrectionem et Ascensionem ad Patrem; illuminat, vivificat, tuetur ac regit Ecclesiam, cuius purificat membra, dummodo gratiam ne aversentur. Eius opera, quae ad intimum animum permanat, hominem apertum facit, qui illi Christi praecepto respondeat: *Estote... perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est* [13].

14. Credimus Beatam Mariam, quae semper Virgo permansit, Matrem fuisse Verbi Incarnati, Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi [14], eamque, ob singularem suam electionem, *intuitu meritorum Filii sui sublimiore modo redemptam* [15], *ab omni originalis culpae labe praeservatam immunem fuisse* [16], atque *eximiae gratiae dono omnibus aliis creaturis longe antecellere* [17].

15. Arcto et indissolubili vinculo mysterio Incarnationis et Redemptionis coniuncta [18], Beatissima Virgo Maria, Imma/culata, *expleto terrestris vitae cursu, corpore et anima* 439

[2] Cfr. *Luc.* 22, 32.
[3] Cfr. Conc. Vat. I, Const. dogm. *Dei Filius*, *Ds. Sch.* 3002.
[4] Cfr. Litt. Enc. *Humani Generis*, *A. A. S.* 42 (1950) p. 575 [LE 2147]; Conc. Lateran. V, *Ds. Sch.* 1440-1441.

[5] Cfr. *Ex.* 3, 14. [6] Cfr. 1 *Io.* 4, 8. [7] Cfr. 1 *Tim.* 6, 16. [8] Cfr. Conc. Vat. I, Const. dogm. *Dei Filius*, *Ds. Sch.* 3026. [9] Symbolum Quicumque, *Ds. Sch.* 75. [10] Ibid. [11] Ibid., p. 76. [12] Ibid. [13] Cfr. *Matth.* 5, 48. [14] Cfr. Conc. Ephes., *Ds. Sch.* 251-252. [15] Cfr. Conc. Ephes., *Ds. Sch.* 251-252. [16] Cfr. Conc. Ephes., *Ds. Sch.* 252-252. [17] Cfr. Conc. Var. II, Const. dogm. *Lumen Gentium*, n. 53 [LE 3232]. [18] Cfr. Pius IX, Bulla *Ineffabilis Deus*, *Acta*, pars I, vol. I, p. 616. [17] Cfr. *Lumen Gentium*, n. 53. [18] Cfr. Ibid., nn. 53, 58, 61.

http://www.obrascatolicas.com

ad caelestem gloriam est assumpta [19] et Filio suo, qui resurrexit a mortuis, similis reddita, sortem omnium iustorum in antecessum accepit; credimus Sanctissimam Dei Genetricem, novam Hevam, *Matrem Ecclesiae* [20], *caelitus nunc materno pergere* circa Christi membra *munere fungi, quo ad gignendam augendamque vitam divinam in singulis hominum redemptorum animis opem confert* [21].

16. Credimus omnes in Adam peccavisse; quod significat originalem culpam ab illo commissam effecisse, ut natura humana, universis hominibus communis, in talem laberetur statum in quo illius culpae consequentias patereture. Qui status iam ille non est, in quo natura humana initio in protoparentibus nostris, utpote in sanctitate et iustitia constitutis, inveniebatur, et in quo homo expers erat mali et mortis. Itaque haec humana natura sic lapsa, gratiae munere destituta, quo antea erat ornata, in ipsis suis naturalibus viribus sauciata atque mortis imperio subiecta, omnibus hominibus traditur; qua quidem ratione omnis homo nascitur in peccato. Tenemus igitur, Concilium Tridentinum secuti, peccatum originale, una cum natura humana, transfundi *propagatione, non imitatione*, idque *inesse unicuique proprium* [22].

17. Credimus Dominum Nostrum Iesum Christum Crucis Sacrificio nos redemisse a peccato originali et ab omnibus peccatis personalibus, ab unoquoque nostrum admissis, ita ut vera exstet Apostoli sententia: *Ubi autem abundavit*
440 *delictum, superabundavit gratia* [23]. /

18. Confitemur credentes unum baptisma a Domino Nostro Iesu Christo in remissionem peccatorum institutum. Baptismum etiam *parvulis* esse conferendum, *qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerint*; ita ut gratia supernaturali in ortu privati, renascantur *ex aqua et Spiritu Sancto* ad vitam divinam in Christo Iesu [24].

19. Credimus in unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam, a Iesu Christo super petram, qui est Petrus, aedificatam. Ea est *mysticum Christi Corpus, societas* aspectabilis, *organis hierarchicis instructa* et insimul *communitas spiritualis; Ecclesia terrestris*, Populus Dei hic in terris peregrinans, *et Ecclesia caelestibus bonis ditata; germen et initium Regni Dei*, quo opus et cruciatus Redemptionis per hominum aetates continuantur, et quod totis viribus perfectam consummationem exoptat, post finem temporum in caelesti gloria assequendam [25]. Temporum decursu, Ecclesiam suam Dominus Iesus per Sacramenta, quae ab ipsius plenitudine manant, format [26]. His enim Ecclesia facit, ut membra sua mysterium Mortis et Resurrectionis Iesu Christi participent, per gratiam Spiritus Sancti, qui illam vivificat et movet [27]. Est igitur sancta, licet in sinu suo peccatores complectatur; nam ipsa non alia fruitur vita, quam vita gratiae; hac profecto si alimentur, membra illius sanctificantur, si ab eadem se removent, peccata sordesque animi contrahunt, quae obstant, ne sanctitas eius radians diffundatur. Quare affligitur et paenitentiam agit pro noxis illis, potestatem habens ex his Sanguine Christi et dono Spiritus Sancti filios suos liberandi.

20. Divinarum heres promissionum atque Abrahae filia secundum Spiritum, per illum scilicet Israël, cuius et sacros
414 Libros amanter custodit et Patriarchas Prophetasque pie vene/ratur; super fundamentum Apostolorum aedificata, quorum per saeculorum decursum sive verbum semper vivax sive proprias Pastorum potestates in Petri Successore et in Episcopis, communionem cum ipso servantibus, fideliter tradens; perpetua denique Sancti Spiritus assistentia fruens, Ecclesia munus obtinet illius custodiendae, docendae, exponendae atque diffundendae veritatis, quam per Prophetas quadamtenus adumbratam Deus per Dominum Iesum plene hominibus revelavit. Nos ea omnia credimus, *quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur et ab Ecclesia sive sollemni iudicio sive ordinario et universali magisterio tamquam divinitus revelata credenda proponuntur* [28]. Nos eam credimus infallibilitatem, qua Petri Successor perfruitur, cum omnium christianorum Pastor et Doctor *ex cathedra loquitur* [29], *quaeque in Corpore Episcoporum etiam tunc est quando supremum cum eodem magisterium exercet* [30].

[19] Cfr. Const. Ap. *Munificentissimus Deus*, *A. A. S.* 42 (1950) p. 770 [LE 3158]. [20] *Lumen Gentium*, nn. 53, 56, 61, 63; PAULUS VI, Alloc. in conclusione III Sessionis Concilii Vat. II, *A. A. S.*, 56 (1964) p. 1016 [LE 3236]; Exhort. Apost. *Signum Magnum*, *A. A. S.* 59 (1967) pp. 465 et 467. [21] Cfr. *Lumen Gentium*, n. 62; PAULUS VI, Exhort. Apost. *Signum Magnum*, *A. A. S.* 59 (1967) p. 468. [22] Cfr. Conc. TRID. Sess. V, Decret. *De pecc. orig.*, *Dz. Sch.* 1513. [23] *Rom.* 5, 20. [24] Cfr. Conc. TRID., ibid., *Dz. Sch.* 1514. [25] Cfr. *Lumen Gentium*, nn. 8 et 5. [26] Cfr. CONC. VAT. II ibid., nn. 7, 11. [27] Cfr. Conc. VAT. *II*, const. *Sacrosanctum Concilium*, nn. 5, 6; *Lumen Gentium*, nn. 7, 12, 50. [28] Cfr. Conc. VAT. I, Const. *Dei Filius*, *Dz. Sch.* 3011. [29] Cfr. Ibid., Const. *Pastor Aeternus*; *Dz. Sch.* 3074. [30] Cfr. *Lumen Gentium*, n. 25.

21. Nos credimus Ecclesiam, quam Christus condidit et pro qua preces effudit, unam et fide et cultu et communionis hierarchicae vinculo indeficienter esse [31]. Huiusce in sinu Ecclesiae sive uberrima liturgicorum rituum varietas sive legitima theologici spiritualisque patrimonii pecu-
442 liariumque disciplinarum differentia, nedum eiusdem no*ceant unitati*, eam *potius declarant* [32].

22. Nos item, hinc agnoscentes *extra* Ecclesiae Christi *compaginem elementa plura sanctificationis et veritatis* inveniri, *quae ut dona ipsius Ecclesiae propria, ad unitatem catholicam impellunt* [33], hinc credentes Sancti Spiritus actionem, qui in cunctis Christi discipulis desiderium huiusce unitatis suscitat [34], id fore speramus, ut christiani, qui nondum plena unicae / Ecclesiae communione fruuntur, in 442
uno grege cum uno Pastore tandem uniantur.

23. Nos credimus *Ecclesiam necessariam esse ad salutem. Unus enim Christus est Mediator ac via salutis, qui in Corpore suo, quod est Ecclesia, praesens nobis fit* [35]. Sed divinum propositum salutis universos amplectitur homines: atque illi *qui Evangelium Christi eiusque Ecclesiam sine culpa ignorantes, Deus tamen sincero corde quaerunt, eiusque voluntatem per conscientiae dictamen agnitam, operibus adimplere, sub gratiae influxu conantur*, ii etiam, numero quidem, quem unus Deus novit, *aeternam salutem consequi possunt* [36].

24. Nos credimus Missam, quae a sacerdote in persona Christi, vi potestatis per sacramentum Ordinis receptae, celebratur, quaeque ab eo Christi et membrorum eius mystici Corporis nomine offertur, revera esse Calvariae Sacrificium, quod nostris in altaribus sacramentaliter praesens efficitur. Nos credimus, ut panis et vinum a Domino consecrata in ultima Cena in eius Corpus eiusque Sanguinem conversa fuerunt, quae mox pro nobis in Cruce erant offerenda, ita pariter panem et vinum a sacerdote consecrata converti in Corpus et Sanguinem Christi, in caelis gloriose assidentis; credimusque arcanam Domini praesentiam, sub specie illarum rerum, quae nostris sensibus eodem quo antea modo apparere perseverat, veram, realem ac substantialem esse [37].

25. In hoc igitur Sacramento Christus non aliter praesens fieri potest, quam per conversionem totius substantiae panis in eius Corpus et per conversionem totius substantiae vini in eius Sanguinem, integris manentibus dumtaxat paniset vini proprietatibus, quas nostris sensibus percipimus. Quae arcana conversio convenienter et proprie a sancta Ecclesia *transsubstantiatio* appellatur. Quaevis porro theo-
443 logorum interpretatio, / quae aliquam huiusmodi mysterii intellegentiam quaerit, ut cum catholica fide congruat, id sartum tectum praestare debet, in ipsa rerum natura, a nostro scilicet spiritu disiuncta, panem et vinum, peracta consecratione, esse desiisse, ita ut adorandum Corpus et Sanguis Domini Iesu post ipsam vere coram nobis adsint sub speciebus sacramentalibus panis et vini [38], quemadmodum ipse Dominus voluit, ut sese nobis alimentum praeberet, nosque mystici Corporis sui unitate sociaret [39].

26. Una atque individua Christi Domini in caelis gloriosi exsistentia non multiplicatur, sed Sacramento praesens efficitur variis in terrarum orbis locis, ubi Eucharisticum sacrificium peragitur. Eadem autem exsistentia, post celebratum Sacrificium, praesens manet in Sanctissimo Sacramento, quod, in altaris tabernaculo, veluti vivum cor nostrorum templorum est. Quam ob rem suavissimo sane officio tenemur honore afficiendi atque adorandi in Hostia Sancta, quam oculi nostri intuentur, Verbum ipsum incarnatum, quod iidem intueri non possunt, quodque tamen praesens coram nobis effectum est, quin tamen deseruerit caelos.

27. Confitemur pariter Regnum Dei, quod hic in terris in Christi Ecclesia primordia habuit, *non esse de hoc mundo* [40], *cuius figura praeterit* [41], itemque eius propria incrementa idem existimari non posse atque progressionem humanitatis cultus, vel scientiarum, vel technicarum artium, sed in eo consistere, ut investigabiles divitiae Christi altius usque cognoscantur, ut spes in aeternis bonis constantius usque ponatur, ut Dei caritati flagrantius usque respondeatur, ut denique gratia atque sanctitudo largius usque diffundantur inter homines. At eodem amore Ecclesia impellitur, ut etiam verum hominum bonum / temporale con-
444 tinenter cordi habeat. Dum enim quotquot habet filios

[31] Cfr. Ibid., nn. 8, 18-23. Decret. *Unitatis Redintegratio*, n. 2. [LE 3235]. [32] Cfr. *Lumen Gentium*, n. 23; Decret. *Orientalium Ecclesiarum*, nn. 2, 3, 5, 6 [LE 3233]. [33] Cfr. *Lumen Gentium*, n. 8. [34] Cfr. Ibid., n. 15. [35] Cfr. Ibid., n. 14. [36] Cfr. Ibid. n. 16. [37] Cfr. Conc. TRID., Sess. XIII, Decret. Ibid., n. 14. [38] Cfr. Ibid., *Dz. Sch.* 1642, 1651; PAULUS VI, *De Eucharistia*, *Dz. Sch.*, 1651. [39] Cfr. Ibid., *Dz. Sch.* 1642, 1651; PAULUS VI, Litt. Enc. *Mysterium Fidei*, *A. A. S.* 57 (1965) p. 766 [LE 3316]. [40] Cfr. *S. Th.*, III, 73, 3. [41] Cfr. *Io.*, 18, 36. [42] Cfr. *1 Cor.*, 1, 31.

monere non cessat, eos *non habere hic* in terris *manentem civitatem* [43], eosdem etiam exstimulat ut, pro sua quisque vitae condicione atque subsidiis, propriae humanae civitatis incrementa foveant, iustitiam, pacem atque fraternam concordiam inter homines promoveant, atque fratribus suis, praesertim pauperioribus et infelicioribus, largiantur adiumentum. Quare impensa sollicitudo, qua Ecclesia, Christi Sponsa, hominum necessitates prosequitur, hoc est eorum gaudia et exspectationes, dolores et labores, nihil est nisi studium, quo ipsa vehementer impellitur, ut iis praesens adsit, eo quidem consilio, ut Christi luce homines illuminet, universosque in Illum, qui ipsorum unus Salvator est, congreget, atque coniungat. Nunquam vero haec sollicitudo ita accipienda est, quasi Ecclesia ad res huius mundi se conformet, aut deferveat ardor, quo ipsa Dominum suum Regnumque aeternum exspectat.

28. Credimus vitam aeternam. Credimus animas eorum omnium, qui in gratia Christi moriuntur —sive quae adhuc Purgatorii igne expiandae sunt, sive quae statim ac corpore separatae, sicut Bonus Latro, a Iesu in Paradisum suscipiuntur— Populum Dei constituere post mortem, quae omnino destruetur Resurrectionis die, quo hae animae cum suis corporibus coniungentur.

29. Credimus multitudinem earum animarum, quae cum Iesu et Maria in Paradiso congregantur, Ecclesiam Caelestem efficere, ubi eaedem, aeterna beatitudine fruentes, Deum vident sicuti est [43] atque etiam, gradu quidem modoque diverso, una cum sanctis Angelis partem habent in divina rerum gubernatione, quam Christus glorificatus exercet, cum pro nobis intercedant suaque fraterna solli-
445 citudine infirmitatem nostram plurimum iuvent [44]. /

30. Credimus communionem omnium Christifidelium, scilicet eorum qui in terris peregrinantur, qui vita functi purificantur et qui caelesti beatitudine perfruuntur, universosque in unam Ecclesiam coalescere; ac pariter credimus in hac communione praesto nobis esse misericordem Dei ejusque Sanctorum amorem, qui semper precibus nostris pronas aures praebent, ut Iesu nobis asseveravit: *Petite et accipietis* [45]. Hanc fidem profitentes et hac spe suffulti exspectamus resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi.

Benedictus Deus sanctus, sanctus, sanctus. Amen.

Pronuntiata ante Basilicam Petrianam, die XXX mensis Iunii, anno MCMLXVIII, Pontificatus Nostri sexto.—PAULUS PP. VI.

[43] Cfr. *Hebr.*, 13, 14. [43] *1 Io.*, 3, 2; BENEDICTUS XII, Const. *Benedictus Deus*, *Dz. Sch.* 1000. [44] Cfr. *Lumen Gentium*, n. 49. [45] Cfr. *Luc.*, 10, 9-10; *Io.*, 16, 24.

3672

1968 IUN 30.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 60 (1968) 377-381

DE ATTRIBUTIONE BENEFICIORUM ECCLESIASTICORUM IN URBE

PAULUS PP. VI

Romanae dioecesis regimen postulat ut, primariis principiis a Concilio Oecumenico Vaticano Secundo circa disciplinam beneficiorum ecclesiasticorum pro universa Ecclesia mutatis, etiam in Nostra hac Romana dioecesi eadem disciplina cum Sacrae Universalis Synodi pastoralibus principiis componatur. Quod in primis fiet ad Auctoritatem quod attinet, cuius munus sit huiusmodi beneficia conferre.

Ad hoc tempus, peculiare in Urbe obtinebat ius, iuxta quod variae personae, praeter Romanum Pontificem, pleraque beneficia potestate ordinaria seu vi sui muneris conferre poterant. Nunc vero oportet hoc ius ad sensum eiusdem Concilii ita permutetur, ut, ad Sacri Concilii optata, etiam in Urbe actio Summi Pastoris Romanae Ecclesiae proxime animadvertatur. Has ob causas, facultates hac de re adhuc aliis concessae adimendae videntur, ut posthac
378 Romanus Pontifex unus in / Urbe omnia beneficia conferat, salvis praescriptis, quae in subsequentibus articulis statuuntur.

Quam ob rem his Litteris motu proprio datis Apostolica Nostra auctoritate eas, quae sequuntur, normas decernimus, quae tamdiu valebunt, quoad novus Codex Iuris Canonici promulgabitur.

1. Summus Pontifex, qua Romae Episcopus, libere de beneficiis ecclesiasticis suae dioecesis statuit. Quapropter abrogantur peculiares normae hucusque vigentes circa attributionem beneficiorum in Urbe, salvis tamen praescriptis artt. 2 et 5 huius legis.

2. Attributio igitur omnium beneficiorum fiet directe ab ipso Romano Pontifice. Quod autem attinet ad beneficia paroecialia, quae cum alio beneficio non paroeciali conexa non sint, servetur praescriptum Romanae Synodi (cf. art. 103).

3. In hac lege nomine *beneficiarii* comprehenduntur canonici, mansionarii, et cappellani his aequiparati.

4. Qui beneficium ecclesiasticum non curatum in Urbe consecutus fuerit, non idcirco Romanae dioecesi ascribitur; minime obstante praescripto c. 114 C. I. C. [1]; salvo tamen art. 3, par. 5 Litterarum Apost. *Ecclesiae Sanctae*, motu proprio datarum die VI mensis Augusti a. MCMLXVI [2].

5. Sancta Sedes retinet Conventiones initas cum aliis Civitatibus de attributione quorundam beneficiorum in Urbe.

6. Cardinales Archiepresbyteri pro sua quisque Patriarchali Basilica et Cardinalis Urbis Vicarius pro Basilicis sive Patriarchalibus sive Minoribus sive Collegiatis nomina Summo Pontifici proponere possunt sacerdotum, pastorali studio fidelique Ecclesiae ministerio praestantibus, quibus vacans beneficium ab Ipso attribuatur. / 379

7. Quoties propositum erit beneficium conferre sacerdotibus ex aliena dioecesi provenientibus, requirentur notitiae et consensus scripto datus proprii Ordinarii; salvo praescripto Constitutionis Apostolicae *Etsi Nos* a S. Pio X datae die I mensis Ianuarii a. MCMXII, art. 26 [3].

8. Nemo sibi ius ullum vindicare potest sive beneficium aliquod primo adipiscendi, sive ex beneficio inferiori ascendendi ad beneficium superioris gradus.

9. Vim suam retinent praescripta die XXV mensis Ianuarii anno MCMXXVIII a Sacra Congregatione Concilii edita, atque postea confirmata, quibus statuebatur ne cui liceret canonicatum et beneficium in Capitulis Patriarchalibus aliisque Capitulis Urbis et extra Urbem cumulare super officium ordinarium, vel extraordinarium dummodo stabile, in Dicasteriis Romanae Curiae, in Vicariatu Urbis, nec non in Officiis Coetibusque de quibus in Constitutione Apostolica *Regimini Ecclesiae Universae* nn. 132-133 [4], aliisque quibuslibet, ab officiis Sanctae Sedis bonis administrandis quavis ratione dependentibus. Quocirca ipso facto vacabit beneficium, quo is gaudeat qui officio ordinario, vel extraordinario dummodo stabile, potiatur, de quo supra. Itidem officium amittet clericus, qui beneficium in Urbe aut extra Urbem consecutus fuerit.

10. Qui vero nunc simul beneficium simul officium tenent, ad normam can. 4 C. I. C. utrumque possidere pergent.

11. Quoties gravi de causa derogandum sit normae ad n. 9 statutae, beneficiarius vicenas centesimas partes (20 %) reditus seu praebendae menstrui beneficii minoris cedere debet ad normam proximi n. 12. Haec autem centesima portio augebitur pro ratione auctae praebendae beneficii superioris gradus iuxta Instructionem, quae proxime edetur ab Administratione Patrimonii Sanctae Sedis.

12. Deductiones, factae ex praebendis beneficiariorum, destinantur sacerdotibus egentioribus, qui in Romana dioe- 380
cesi sacrum ministerium exercent. /

13. Ad has deductiones faciliores reddendas administratio competens Sanctae Sedis, acceptis notitiis de singulorum beneficiariorum praebendis, praedictam portionem ab ipsa mercede singulis mensibus solvenda detrahet.

14. Quoad sacerdotes qui olim ad Ordinem vel Congregationem religiosam aut Institutum aliquod pertinuerunt, normae iuris canonici de hac re serventur.

15. Modus procedendi in attributione beneficiorum hic erit:

a) *In Basilicis Patriarchalibus.* Facta a Romano Pontifice nominatione ad beneficium quodlibet, documentum conficiet Secretaria Status idque tradet Cardinali in Urbe Vicario, qui idem exsequatur. Cardinalis Vicarius nominationem Cardinali Archipresbytero nuntiabit et exemplar documenti primigenii ad eum transmittet. Cardinalis Archipresbyteri autem erit per se vel per delegatum in possessionem beneficii electum ad omnes iuris effectus immittere.

[1] Cf. *I Syn. Rom.*, art. 21 b. [2] Cf. *A. A. S.* 58 (1966) p. 760 [LE 3457]. [3] Cf. *A. A. S.* 4 (1912) pp. 10-11. [4] Cf. *A. A. S.* 59 (1967) p. 917 [LE 3548].

http://www.obrascatolicas.com

Is tamen modus procedendi non servatur in Basilica Vaticana, ob peculiarem condicionem in eadem proprii Cardinalis Archiepresbyteri [1]. In hoc enim casu Secretaria Status documentum nominationis beneficiarii tradet Cardinali Archipresbytero, qui per se vel per delegatum immittet beneficiarium in beneficii possessionem.

b) *In Basilicis Minoribus et Collegiatis.* Facta a Romano Pontefice nominatione ad quoddam beneficium, Secretaria Status documentum conficiet idque tradet Cardinali in Urbe Vicario pro opportuna exsecutione. Cardinalis Vicarii erit eandem nominationem notam facere Cardinali titulari Ecclesiae aut eius Vicario, ad quem etiam exemplar documenti primigenii transmittet. Cardinalis autem titularis aut eiusdem Vicarius in possessionem deinceps immittet beneficiarium, idque vel per se vel per delegatum.

16. In quovis Capitulo eligatur, nisi iam exstet, secretarius qui, praeter alias obligationes in propriis constitu-
381 tionibus / definitas, etiam officio devinciatur certiorem faciendi Vicariatum Urbis, simul ac beneficium aliquod quavis de causa vacaverit. Vicariatus Urbis vero Secretariae Status singulis vicibus rem nuntiare debet.

Secretarius vero Capituli Patriarchalis Basilicae Vaticanae nuntium Secretariae Status directo tradet.

17. Omnes beneficiarii obligatione conscientiae tenentur officia choralia in propriis constitutionibus statuta diligenter implendi. Qui sine iusta causa decies continuo vel vicies per intermissiones ab officio chorali abfuerint, praeter amissionem distributionum *inter praesentes*, beneficio privari possunt, postquam iisdem a Praeposito Capituli monitio in scriptis antea facta fuerit. Secretarius Capituli de absentiis illegitimis beneficiariorum in fine cuiusque anni ipsum Capitulum et Cardinalem in Urbe Vicarium certiores facere debet, nisi agatur de Capitulo Patriarchalis Basilicae Vaticanae, cuius Secretarius ipsum Cardinalem Archiepresbyterum de eadem re monebit.

18. Omnes beneficiarii parati sint auxilium praebere quibuslibet apostolatus operibus in ecclesia in qua beneficio fruuntur, praesertim si illi ecclesiae cura animorum est adnexa.

19. Volumus ut hae Litterae ab hoc ipso die, quo datae sunt, valere incipiant.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXX mensis Iunii, anno MCMLXVIII, Pontificatus Nostri sexto.—PAULUS PP. VI.

[1] Cf. Benedicti XIV Const. Ap. *Ad honorandum*, die XXVII mensis martii, anno MDCCLII edita.

3673

1968 IUL 2.-CONV. CUM SALVATORE. AAS 60(1968) 384

RATIHABITIO CONVENTIONIS INTER APOSTOLICAM SEDEM ET SALVATORIANAM REMPUBLICAM DE VICARIATU CASTRENSI

Vide *textum* supra sub die 11 Martii 1968: LE 3635.

3674

1968 IUL 11.-SC DOCTRINA FIDEI, RESPONSUM. PART.*

MANET IN VIGORE OBLIGATIO PRAEMITTENDI SACRAMENTALEM CONFESSIONEM ANTE SACRAM COMMUNIONEM CUM ADEST CONSCIENTIA PECCATI MORTALIS

E' stato prospettato il quesito alla S. Congregazione per la Dottrina della Fede, se debba considerarsi tuttora obbligatoria la disciplina sancita dal Canone 856 C. J. C. relativamente alla assoluzione sacramentale da premettersi alla S. Comunione quando sia stato commesso peccato grave.

La risposta della Superiore Autorità è (n. 740/68 dell'11-7-68) che rimane tassativa la disciplina prescritta dal

menzionato canone, e che pertanto sono da respingersi, come aliene dal *sensus Ecclesiae*, tutte le altre interpretazioni.

* Prot. N. 740/68, iuxta summarium traditum a Perfice munus 44 (1969) 281.

3675

1968 IUL 24.-CONV. c. HELVETIA. AAS 63 (1971) 212-213

CONVENTIO INTER APOSTOLICAM SEDEM ET CONSILIUM FOEDERATARUM HELVETIAE CIVITATUM DE SEPARATIONE ADMINISTRATIONIS APOSTOLICAE TICINENSIS A DIOECESI BASILEENSI EIUSDEMQUE IN DIOECESIM ERECTIONE

Le Saint-Siège et le Conseil Fèdéral Suisse en son propre nom et au nom du Canton du Tessin, désireux de régler la question relative à la séparion de l'Administration Apostolique du Tessin du Diocèse de Bâle, ont décidé de conclure une convention et ont nommé à cet effet pour leurs plénipotentiaires respectifs, savoir:

Le Saint-Siège: Son Excellence Monseigneur Ambrogio Marchioni, Archevêque titulaire de Severiana Nonce Apostolique en Suisse.

Le Conseil Fédéral Suisse: Monsieur l'Ambassadeur Pierre Micheli, Secrétaire général du Département politique fédéral,

lesquels, après avoir échangé leur pleins pouvoirs trouvés en bonne et due forme, sont convenus des dispositions suivantes:

ARTICLE 1

1. Les Hautes Parties Contractantes conviennent de mettre fin au statut relatif à l'Administration apostolique du Tessin prévu par la convention entre le Saint-Siège et le Conseil Fédéral Suisse réglant la situation religieuse du Tessin du 1er Septembre 1884. Elles conviennent de même de mettre fin à la réunion canonique de l'église cathédrale de Saint-Laurent à Lugano avec le Diocèse de Bâle prévue par la convention entre le Saint-Siège et le Conseil Fédéral Suisse pour régler définitivement la situation religieuse des paroisses du Canton du Tessin, du 16 Mars 1888.

2. Les Hautes Parties Contractantes conviennent en conséquence de séparer les deux circonscriptions ecclésiastiques de Bâle et du Tessin. L'Ordinaire de cette dernière portera le titre d'Evêque du Diocèse de Lugano.

3. L'Evêque de Lugano sera nommé par le Saint-Siège et sera choisi parmi les prêtres ressortissants tessinois.

4. L'église de Saint-Laurent à Lugano demeurera l'égli-
213 se cathédrale pour le territoire du Canton du Tessin. /

ARTICLE 2

1. L'Evêque de Lugano aura pleine et entière liberté d'exercer la juridiction spirituelle et épiscopale dans tout le territoire du Canton du Tessin.

2. Les rapports entre l'Eglise catholique et le Canton du Tessin demeurent réglés par la convention conclue entre le Saint-Siège et le Canton du Tessin le 23 Septembre 1884 au sujet de l'Administration Apostolique dans le Canton du Tessin.

3. Le Canton du Tessin et l'Evêque de Lugano peuvent modifier, d'un commun accord, les dispositions financières de l'art. 4 de la convention du 23 Septembre 1884.

ARTICLE 3

Dès l'entrée en vigueur de la présente convention seront abrogées les conventions suivantes: —convention entre le Saint-Siège et le Conseil Fédéral Suisse réglant la situation religieuse du Canton du Tessin, du 1er Septembre 1884; —convention entre le Saint-Siège et le Conseil Fédéral Suisse pour régler définitivement la situation religieuse des paroisses du Canton du Tessin, du 16 Mars 1888.

ARTICLE 4

La présente convention sera ratifiée et les instruments de ratification seront échangés aussitôt que possible à Ber-

ne. Elle entrera en vigueur le jour de l'échange des instruments de ratification.

En foi de quoi, les Plénipotentiaires respectifs ont apposé leur signature au bas de la présente Convention.

Fait à Berne, le 24 juillet 1968, en deux exemplaires originaux en langue française.—Pour le Saint-Siège: AMBROGIO MARCHIONI, Archevêque tit. de Severiana, *Nonce Apostolique en Suisse*. Pour le Conseil Fédéral Suisse: PIERRE MICHELI.

Conventione inter Apostolicam Sedem et Consilium Foederatarum Helvetiae Civitatum rata habita, die XXVI mensis Februarii anno MCMLXXI ratihabitionis instrumentaa accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, i. e. a die XXVI mensis Februarii anno MCMLXXI, huiusmodi Conventio inter Apostolicam Sedem et Consilium Foederatarum Helvetiae Civitatum icta vigere coepit ad normam articuli 5 eiusdem Pactionis.

3676

1968 IUL 25.-PAULUS VI, ENC. AAS 60 (1968)481-503

Litterae Encyclicae ad Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios, pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes, ad Clerum et Christifideles totius Catholici Orbis itemque ad universos bonae voluntatis homines datae:

DE PROPAGATIONE HUMANAE PROLIS RECTE ORDINANDA

PAULUS PP. VI

Venerabiles Fratres et dilecti Filii - Salutem et Apostolicam Benedictionem

1. Humanae vitae tradendae munus gravissimum, ex quo coniuges liberam et consciam Deo Creatori tribuunt operam, magnis semper ipsos affecit gaudiis, quae tamen aliquando non paucae difficultates et angustiae sunt secutae.

Quod munus sustinere si omni tempore coniugum conscientiae arduas facessivit quaestiones, at recens humanae societatis cursus eiusmodi mutationes invexit, ut novae quaestiones sint exortae, quas Ecclesiae ignorare non liceat, utpote quae cum rebus conectantur, tantopere ad hominum vitam et felicitatem pertinentibus.

I

2. Re enim vera inductae mutationes et magni momenti et varii generis sunt. Agitur in primis de aucto celeriter natorum numero, ob quem extimescunt plures, ne
482 mundi homi/num multitudines celerius crescant quam vitae opes, quae praesto sint, admittant, atque adeo tot familiae totque populi, ad progressum nitentes, etiam maioribus incommodis exinde angantur. Qua ex re ita sollicitari publicae Auctoritates facile possint, ut huiusmodi periculum vel acrioribus rationibus propulsare velint. Accedit quod, non tantum operarum et habitationum condiciones, sed etiam increbescentes necessitates sive in re oeconomica sive in erudienda docendaque iuventute id genus vitae statum praestant, in quo saepe onerosum sit hodie grandiori liberorum numero apte consulere.

Id quoque notatur, quodammodo mutatum esse sensum, praeterquam de mulieris persona deque eius munere in hominum societate, etiam de amoris coniugum pretio in matrimonio, deque actibus coniugum iudicandis, si hunc amorem spectemus.

Denique illud praesertim animadvertendum est, hominem tam mirifice profecisse in naturae viribus cum moderandis tum ad rationem scite componendis, ut hanc moderationem ad totam suam vitam proferre conetur; hoc est, ad suum corpus, ad sui animi vires, ad vitam socialem, ad ipsasque leges propagationem vitae regentes.

3. Ex quo rerum statu novae se erumpunt quaestiones. An, ratione habita sive vitae condicionum, quae nunc sunt, sive significationis, quam maritales amplexus quoad consciam mutuamque fidelitatem coniugum habent, normas morales, quae hodie obtinent, recognoscere non conveniat, si praesertim reputetur, eas nonnisi per gravia incommoda, aliquando fortissimis viris digna, servari posse.

An praeterea, principio totalitatis, quod appellant, in hac re adhibito, non liceat arbitrari consilium fecundidatis minus uberis, sed magis rationi consentaneae, posse actum, physice sterilitatem afferentem, in licitam providamque gignendae prolis moderationem vertere. An videlicet fas non sit opinari finem procreandae prolis potius ad totam coniugum vitam, / quam ad singulos quosque eius actus 483
pertinere. Quaerunt insuper num, ob suorum officiorum conscientiam, qua hodie magis homines fruuntur, tempus iam ipsis advenerit, quo tradendae vitae munus potius rationi et voluntati suae, quam certis sui corporis vicibus, sit tribuendum.

4. Cuius certe generis quaestiones ab Ecclesiae Magisterio novam eamque altiorem considerationem postulabant circa principia moralis doctrinae de matrimonio, quae in lege naturali, divina Revelatione illustrata ditataque, nititur.

Nemo sane christifidelium eat infitias, ad Ecclesiae Magisterium interpretationem legis moralis naturalis spectare. Haud namque dubium est —ut saepenumero Decessores Nostri pronuntiaverunt [1]— Christum Iesum, cum Petrum ceterosque Apostolos divinae potestatis suae participavisset, eosque ad omnes gentes praeceptis suis docendas misisset [2], illos ipsos totius de moribus legis certos custodes interpretesque instituisse: hoc est, non solius legis evangelicae, sed etiam naturalis. Nam naturalis quoque lex voluntatem Dei declarat, cuius utique fidelis obtemperatio ad aeternam salutem est hominibus necessaria [3].

Hoc autem mandatum Ecclesia persecuta, omni tempore, sed recentiore aetate copiosius, sive de matrimonii natura, sive de recto coniugum iurium usu, sive de ipsorum officiis congrua dedit documenta [4]. / 484

5. Eiusdem vero muneris conscientia ducti, Coetum, a Decessore Nostro ven. rec. Ioanne XXIII mense Martio anni MDCCCLXIII constitutum, probavimus atque amplificavimus, qui praeter multos viros, disciplinarum ad hanc rem attinentium studiosos, paria etiam coniugum complectebatur. Hic autem Coetus non eo solum spectabat, ut consilia sententiasque exquireret circa quaestiones, vitam coniugalem in primisque rectam progignendae prolis temperationem attingentes, sed exquisita insuper opportune referret, ut Ecclesiae Magisterium exspectationi, qua de hac re et christifideles et ceteri mundi homines tenerentur, apte responderet [5].

Quibus peritorum investigationibus acceptis, atque sententiis consiliisque a non paucis Fratribus Nostris in Episcopatu partim ad Nos sponte missis, partim a Nobis roganis, licuit Nobis omnes multiplicis argumenti partes diligentius perpendere. Quam ob causam universis gratissimum animum Nostrum profitemur.

6. Attamen conclusiones, ad quas Coetus pervenerat, a Nobis tales existimari non poterant, quae vim iudicii certi ac definiti prae se ferrent, quaeque Nos officio liberarent, tam gravis momenti quaestionem per Nosmetipsos consideratione expendendi; his vel etiam de causis, quod in Coetu plena sententiarum consensio de normis moralibus proponendis afuerat, quodque praesertim quaedam quaestionis dissolvendae viae rationesque exstiterant, a doctri-

[1] Cfr. Pii IX, Litt. Enc. *Qui pluribus*: *Pii IX P. M. Acta*, I, pp. 9-10; S. Pii X, Litt. Enc. *Singulari quadam*: *A. A. S.* IV (1912) p. 658; Pii XI, Litt. Enc. *Casti Connubii*: *A. A. S.* XXIII (1930) pp. 579-581 [LE 1005]; Litt. Enc. *Casti Connubii*: *A. A. S.* XXIII (1930) pp. 579-581 [LE 1005]; Pii XII, Alloc. *Magnificate Dominum*, ad Episcopos totius catholici orbis: *A. A. S.* XLVI (1954) pp. 671-672; Ioannis XXIII, Litt. Enc. *Mater et Magistra*: *A. A. S.* LIII (1961) p. 457 [LE 2984].

[2] Cfr. *Matth.* 28, 18-19. [3] Cfr. *Matth.* 7, 21.

[4] Cfr. Catech. Rom. Conc. Trid., p. II, c. VIII; Leonis XIII, Litt. Enc. *Arcanum*: *Acta Leonis XIII*, II (1880) pp. 26-29; Pii XI, Litt. Enc. *Divini Illius Magistri*: *A. A. S.* XXII (1930) pp. 58-61 [LE 939]; Litt. Enc. *Casti Connubii*: *A. A. S.* XXII (1930) pp. 545-546 [LE 1005]; Pii XII, Alloc. ad Societatem Italicam Medico-biologicam a S. Luca: *Discorsi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII*, VI, pp. 191-192; Alloc. iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *A. A. S.* XLIII (1951) pp. 835-854 [LE 2242]; ad Conventum Societatis, quam *Fronte della Famiglia appellant*, et ad Consociationem familiarum fecundarum: *A. A. S.* XLIII (1951) pp. 857-859; ad VII Conventum Societatis inter omnes gentes de Haematologia: *A. A. S.* L (1958) pp. 734-735; Ioannis XXIII, Litt. Enc. *Mater et Magistra*: *A. A. S.* LIII (1961) pp. 446-447 [LE 2984]; Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, nn. 47-52: *A. A. S.* LVIII (1966) pp. 1067-1074 [LE 3366]; *Codex Iuris Canonici*, cc. 1067; 1068, §1; 1076, §§ 1-2.

[5] Ctr. Pauli VI, Alloc. ad sacrum Cardinalium Collegium: *A. A. S.* LVI (1964) p. 588; ad Coetum cognoscentium quaestiones de multitudine, de familia deque nativitate: *A. A. S.* LVII (1965) p. 388; ad Conventum Societatis Italicae de Obstetricia deque Gynecologia: *A. A. S.* LVIII (1966) p. 1168.

http://www.obrascatolicas.com

na morali de matrimonio, a Magisterio Ecclesiae firma constantia proposita, discedentes. /

485 Quare, actis ad Nos missis accurate expensis, re diligentissime mente animoque excussa, assiduisque Deo admotis precibus, vi mandati, Nobis a Christo commissi, nunc gravibus huius generis quaestionibus responsum dare censemus.

II

7. De propaganda prole quaestio, non secus atque quaelibet quaestio humanam vitam attingens, ultra particulares alias eiusdem generis rationes —cuiusmodi eae sunt, quae biologicae aut psychologicae, demographicae aut sociologicae appellantur— ita circumspicienda est, ut totum hominem, totumque, ad quod is vocatus est, munus complectatur, quod non tantum ad naturalia et terrena, sed etiam ad supernaturalia et aeterna pertinet. Quoniamque, qui multi artificiosas vias defendere conantur, quibus liberorum numerus coerceatur, iidem sive coniugalis amoris, sive paternitatis sui officii consciae requisita praetexunt, necesse idcirco est, duo haec gravia vitae matrimonialis elementa accurate definire atque illustrare. Quod sane facturi sumus, ea praecipue in memoriam redigentes, quae recens hac de re Concilium Vaticanum II, Constitutione pastorali edita a verbis *Gaudium et spes* incipiente, summa auctoritate exposuit.

8. Iamvero coniugalis amor tunc nobis maxime veram suam naturam nobilitatemque ostendet, si illum, quasi a supremo quodam fonte, a Deo manare cogitaverimus, qui *Caritas est* [6], quique Pater est, *ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur* [7].

Tantum igitur abest, ut matrimonium e casu quodam vel e caeco naturalium virium cursu nascatur, ut reapse illud sapienter providenterque Creator Deus ea mente instituerit, ut in hominibus suum amoris consilium efficeret.
486 Quocirca per / mutuam sui donationem, quae ipsorum propria est et exclusoria, coniuges illam persequuntur personarum communionem, qua se invicem perficiant, ut ad novorum viventium procreationem et educationem cum Deo operam socient.

Sacro autem baptismate ablutis, matrimonium eiusmodi praeditum est dignitate, ut gratiae sacramentale signum exsistat, cum Christi et Ecclesiae coniunctionem designet.

9. Quibus rebus in sua luce positis, perspicue et notae et necessitates coniugalis amoris propriae patent, quas maximi est ponderis iustis aestimare momentis.

Est ante omnia amor plane *humanus*, hoc est sensibilis et spiritualis. Quare non agitur solum de mero vel naturae vel affectuum impetu, sed etiam ac praesertim de liberae voluntatis actu, eo scilicet tendente, ut per cotidianae vitae gaudia et dolores non modo perseveret, sed praeterea augeatur; ita nimirum ut coniuges veluti cor unum et anima una fiant, suamque humanam perfectionem una simul adipiscantur.

Agitur deinde de amore *pleno*, id est de peculiari illa personalis amicitiae forma, in qua coniuges omnia magno animo inter se partiuntur, neque iniustas exceptiones admittunt, vel suis dumtaxat commodis student. Qui coniugem suum re vera amat, eum profecto non tantum ob id quod ab eo accipit, sed propter eum ipsum amat; idque libens facit, ut eum dono sui ditet.

Ad hoc, coniugalis amor et *fidelis* et *exclusorius* est, usque ad vitae extremum; qualem scilicet sponsus et sponsa eo die cogitatione comprehenderunt, quo liberi planeque conscii matrimoniali se vinculo devinxerunt. Quae coniugum fidelitas etsi interdum habeat difficultates, nemini tamen asseverare licet, eam non esse possibilem, cum contra quovis tempore nobilis sit meritisque uber. Posita enim volventibus saeculis a tot coniugibus exempla non tantum probant, eam esse matrimonii naturae consentaneam, sed insuper ex ea, veluti e fonte, intimam diuturnamque felicitatem fluere.

Hic denique amor *fecundus* est, quippe qui non totus
487 in / coniugum communione contineatur, sed eo etiam spectet ut pergat, novasque exsuscitet vitas. *Matrimonium et amor coniugalis indole sua ad prolem procreandam et educandam ordinantur. Filii sane sunt praestantissimum matrimonii donum, et ad ipsorum parentum bonum maxime conferunt* [8].

10. Quas ob causas amor coniugum ab ipsis exigit, ut

[6] Cfr. *1 Io.* 4, 8. [7] *Eph.* 3, 15.
[8] Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 50: *A. A. S. LVIII* (1966) pp. 1070-1072 [LE 3366]. [9] Cfr. S. Thom., *Sum. Theol.* I-II, q. 94, a. 2.

munus suum probe noverint, paternitatem consciam attingens, quae, cum hodie optimo iure tantopere urgeatur, est idcirco recte intellegenda. Quapropter variis legitimisque rationibus inter se conexis ea consideretur oportet.

Si primum biologicos processus reputamus, paternitas conscia significat cognitionem et observantiam munerum, ad eos attinentium; quoniam humana ratio in facultate vitae procreandae biologicas deprehendit leges, quae ad humanam personam pertinent [9].

Si deinde ad impulsus innatos et ad animi affectus spectamus, paternitas conscia necessariam declarat dominationem, quam ratio et voluntas in eosdem exerceant necesse est.

Si postea ad condiciones physicas, oeconomicas, psychologicas et sociales respicimus, ii paternitate conscia fungi dicendi sunt, qui aut, prudenti consideratione magnoque animo ducti, statuunt numerosiores suscipere liberos, aut, seriis causis moralibusque praeceptis observatis, animum inducunt ut, vel ad certum vel ad incertum tempus, alium filium non gignant.

Porro ea, de qua loquimur, conscia paternitas praecipue aliam eamque intimam secum fert rationem, pertinentem ad ordinem moralem, quem obiectivum vocant, a Deoque statutum, cuius recta conscientia est vera interpres. Quapropter paternitatis consciae munus id postulat, ut coniuges sua officia erga Deum, erga seipsos, erga familiam, erga humanam societatem agnoscant, rerum bonorumque ordine recte servato. /

488 Ex quo fit, ut in tradendae vitae munere iis integrum non sit, se arbitratu suo gerere, quasi ipsis liceat vias honestas, quas sequantur, modo omnino proprio ac libero definire; cum, contra, opera sua ad consilium Dei Creatoris accommodare teneantur, quod hinc ipsa matrimonii eiusque actuum natura exprimit, hinc constans Ecclesiae doctrina declarat [10].

11. Hi actus, quibus coniuges intime et caste copulantur, et per quos vita humana propagatur, quemadmodum recens Concilium admonuit, *honesti ac digni sunt* [11]; iidemque legitimi esse non desinunt, etsi infecundi praevideantur propter causas a coniugum voluntate nequaquam manantes, cum non cesset eorum destinatio ad coniugum coniunctionem significandam roborandamque. Revera, ut usu noscitur, non ex unaquaque coniugali congressione nova exoritur vita. Deus enim naturales leges ac tempora fecunditatis ita sapienter disposuit, ut eadem iam per se ipsa generationes subsequentes intervallent. Verumtamen Ecclesia, dum homines commonet de observandis praeceptis legis naturalis, quam constanti sua doctrina interpretatur, id docet necessarium esse, ut *quilibet matrimonii usus* ad vitam humanam procreandam per se destinatus permaneat [12].

12. Huiusmodi doctrina, quae ab Ecclesiae Magisterio saepe exposita est, in nexu indissolubili nititur, a Deo statuto, quem homini sua sponte infringere non licet, inter significationem unitatis et significationem procreationis, quae ambae in actu coniugali insunt.

Etenim propter intimam suam rationem, coniugii actus, dum maritum et uxorem artissimo sociat vinculo, eos idoneos / etiam facit ad novam vitam gignendam, secundum 489
leges in ipsa viri et mulieris natura inscriptas. Quodsi utraque eiusmodi essentialis ratio, unitatis videlicet et procreationis, servatur, usus matrimonii sensum mutui verique amoris suumque ordinem ad celsissimum paternitatis munus omnino retinet, ad quod homo vocatur. Putamus nostrae aetatis homines aptissimos esse ad perspiciendum, quam haec doctrina sit humanae rationi consentanea.

13. Homines enim merito animadvertunt, usum matrimonii alteri coniugi impositum, nulla ratione habita eius status eiusque iustorum optatorum, non esse verum actum amoris, atque adeo iis adversari rebus, quas circa necessitudines inter coniuges moralis recte postulat ordo. Pariter, si rem considerent, fateantur oportet, actum amoris mutui, qui facultati vitam propagandi detrimento sit, quam Deus omnium Creator secundum peculiares leges in ea insculpsit, refragari tum divino consilio, ad cuius normam coniugium constitutum est, tum voluntati primi vitae humanae Auctoris. Quapropter cum quis dono Dei utitur, tollens, licet solum ex parte, significationem et finem doni ipsius, sive viri sive mulieris naturae repugnat eorumque intimae ne-

[10] Cfr. Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, nn. 50-51: *A. A. S. LVIII* (1966) pp. 1070-1073. [11] Cfr. ibid., n. 49: *A. A. S.* LVIII (1966) p. 1070. [12] Cfr. Pii XI, Litt. Enc. *Casti Connubii*: *A. A. S.* XXII (1930) p. 560 [LE 1005]; Pii XII, Alloc. iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *A. A. S.* XLIII (1951) p. 843 [LE 2242].

cessitudini, ac propterea etiam Dei consilio sanctaeque eius voluntati obnititur. Qui vero amoris coniugalis dono fruitur, leges conservans generationis, is non quidem dominum se confitetur fontium vitae, sed potius ministrum consilii a Creatore initi. Sicut enim homo, in universum, corporis sui non habet infinitam potestatem, ita etiam, et sane peculiari ratione, ne genitalium quidem virium qua talium, quoniam hae suapte natura ad vitam humanam progignendam spectant, cuius Deus principium est. *Etenim hominum vita pro sacra re est omnibus ducenda* —commonebat Decessor Noster f. r. Ioannes XXIII— *quippe quae, inde a*
490 *suo exordio, Creatoris actionem Dei postulet* [13]. /

14. Quare primariis hisce principiis humanae et christianae doctrinae de matrimonio nixi, iterum debemus edicere, omnino respuendam esse, ut legitimum modum numeri liberorum temperandi, directam generationis iam coeptae interruptionem, ac praesertim abortum directum, quamvis curationis causa factum [14].

Pariter, sicut Ecclesiae Magisterium pluries docuit, damnandum est seu viros seu mulieres directo sterilitate, vel perpetuo vel ad tempus, afficere [15].

Item quivis respuendus est actus, qui, cum coniugale commercium vel praevidetur vel efficitur vel ad suos naturales exitus ducit, id tamquam finem obtinendum aut viam adhibendam intendat, ut procreatio impediatur [16].

Neque vero, ad eos coniugales actus comprobandos ex industria fecunditate privatos, haec argumenta ut valida afferre licet: nempe, id malum eligendum esse, quod minus grave videatur; insuper eosdem actus in unum quoddam coalescere cum actibus fecundis iam antea positis vel postea ponendis, atque adeo horum unam atque parem moralem bonitatem participare. Verum enimvero, si malum morale tolerare, quod minus grave sit, interdum licet, ut aliquod
491 malus vitetur ma/lum vel aliquod praestantius bonum promoveatur [17], numquam tamen licet, ne ob gravissimas quidem causas, facere mala ut eveniant bona [18]: videlicet in id voluntatem conferre, quod ex propria natura moralem ordinem transgrediatur, atque idcirco homine indignum sit iudicandum, quamvis eo consilio fiat, ut singulorum hominum, domesticorum convictuum, aut humanae societatis bona defendantur vel provehantur. Quapropter erret omnino, qui arbitretur coniugalem actum, sua fecunditate ex industria destitutum, ideoque intrinsece inhonestum, fecundis totius coniugum vitae congressionibus comprobari posse.

15. Ecclesia autem illas medendi rationes haud illicitas existimat, quae ad morbos corporis curandos necessariae sunt, etiamsi exinde oriatur procreationis impedimentum, licet praevisum, dummodo ne hoc impedimentum ob quamlibet rationem directo intendatur [19].

16. Attamen, contra huiusmodi Ecclesiae doctrinam de coniugii moribus dirigendis, quidam nostris temporibus opponunt, ut supra animadvertimus (n. 3), rationi humanae ius ac munus esse, eas, quas irrationalis natura ipsi praebuerit, vires temperare easque referre ad assequendum finem hominis bono convenientem. Nunc enim nonnulli quaerunt: ad rem quod attinet, nonne rationi consentaneum est, in tot rerum adiunctis prolis generationem artificiose temperare, si hoc agendi modo familiae tranquillitati atque

[13] Litt. Enc. *Mater et Magistra*: *A. A. S.* LIII (1961) p. 447 [LE 2984].
[14] Cfr. *Catech. Rom. Conc. Trid.*, p. II, c. VIII; Pii XI, Litt. *Casti Connubii*: *A. A. S.* XXII (1930) pp. 562-564 [LE 1005]; Pii XII, Alloc. ad Societatem Italicam medico-biologicam a S. Luca: *Discorsi e Radiomessaggi di S. S. Pio XII*, VI, pp. 191-192; iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *A. A. S.* XLIII (1951) pp. 842-843 [LE 2242]; iis qui interfuerunt Conventui Societatis, quam *Fronte della Famiglia* appellant, et ad Consociationem Familiarum Fecundarum: *A. A. S.* XLIII (1961) pp. 857-859; Ioannis XXIII, Litt. Enc. *Pacem in terris*: *A. A. S.* LV (1963) pp. 259-260 [LE 3110]; Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 51: *A. A. S.* LVIII (1966) p. 1072 [LE 3366].
[15] Cfr. Pii XI, Litt. Enc. *Casti Connubii*: *A. A. S.* XXII (1930) p. 565 [LE 1005]; Decr. S. Off. datum die 22 m. Febr. a. 1940: *A. A. S.* XXXII (1940) p. 73 [LE 1519]; Pii XII, Alloc. iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *A. A. S.* XLIII (1951) pp. 843-844 [LE 2242]; ad VII Conventum Societatis inter omnes gentes de Haematologia: *A. A. S.* L (1958) pp. 734-735.
[16] Cfr. Catech. Rom. Conc. Trid., p. II, c. VIII; Pii XI, Litt. Enc. *Casti Connubii*: *A. A. S.* XXII (1930) pp. 559-561 [LE 1005]; Pii XII, Alloc. quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *A. A. S.* XLIII (1951) p. 843 [LE 2242]; ad VII Conventum Societatis inter omnes gentes de Haematologia: *A. A. S.* L (1958) pp. 734-735; Ioannis XXIII, Litt. Enc. *Mater et Magistra*: *A. A. S.* LIII (1961) p. 447 [LE 2984].
[17] Cfr. Pii XII, Alloc. iis qui interfuerunt V Conventui nationali Italico Societatis Iurisconsultorum catholicorum: *A. A. S.* XLV (1953) pp. 798-799. [18] Cfr. *Rom.* 3, 8.
[19] Cfr. Pii XII, Alloc. iis qui interfuerunt XXVI Conventui a Sodalitate Italica de Urologia indicto: *A. A. S.* XLV (1953) pp. 674-675 [LE 2374]; ad VII Conventum Societatis inter omnes gentes de Haematologia: *A. A. S.* L (1958) pp. 734-735.

concordiae melius consulatur, et filiorum, qui iam nati sint, educandorum magis idoneae condiciones parentur? Huic quaestioni clare respondere oportet: scilicet Ecclesiam ante
492 omnes primam esse in / laudando atque commendando humani intellectus usu in opere, quod hominem, ratione praeditum, tam arte cum Creatore suo consociat; at ipsam affirmare, id peragendum esse, servato rerum ordine a Deo statuto.

Si igitur iustae adsint causae generationes subsequentes intervallandi, quae a coniugum corporis vel animi condicionibus, aut ab externis rerum adiunctis proficiscantur, Ecclesia docet, tunc licere coniugibus sequi vices naturales, generandi facultatibus immanentes, in maritali commercio habendo iis dumtaxat temporibus, quae conceptione vacent, atque adeo nasciturae proli ita consulere, ut morum doctrina, quam modo exposuimus, haudquaquam laedatur [20].

Ecclesia sibi suaeque doctrinae constat, sive cum iudicat, coniugibus licere rationem habere temporum, quae fecunditate careant, sive cum usum earum rerum ut semper illicitum improbat, quae conceptioni directo officiant, etiamsi haec altera agendi ratio argumenta repetat, quae honesta et gravia videantur. Etenim hae duae causae inter se maxime discrepant: in priore, coniuges legitime facultate utuntur, sibi a natura data; in altera vero, iidem impediunt, quominus generationis ordo suos habeat naturae processus. Si infitiandum non est, coniuges in utroque casu mutua certaque consensione prolem ob probabiles rationes vitare velle, atque pro explorato habere liberos minime esse nascituros, attamen fatendum pariter est, in priore tantum casu fieri, ut ipsi coniuges se a maritali amplexu temporibus fecunditatem invehentibus abstinere valeant, quoties-cumque ob iustas rationes liberorum procreatio optanda non sit; cum autem tempora conceptibus non apta redierint, fieri ut ipsi utantur commercio ad mutuum testandum amorem atque ad promissam sibi fidem servandam. Iidem sane, haec agentes, vere et omnino recti amoris testimonium praebent. /
493

17. Probi homines satius etiam sibi persuaderi possunt de veritate doctrinae, quam Ecclesia hac in re proponit, si mentem convertant ad ea, quae secutura sunt vias rationesque, ad naturum incrementa artificio coercenda adhibitas. In primis secum recogitent, quam lata et quam facilis via hac agendi ratione patefieri possit, sive ad coniugum infidelitatem, sive ad morum disciplinam passim enervandam. Neque diuturnus rerum usus necessarius est, ut quis compertam habeat humanam infirmitatem, atque intellegat, homines —ac praesertim iuvenes, cupiditatibus tam obnoxios— incitamentis indigere ad moralem legem servandam, ac nefas esse iisdem facilem praebere viam ad legem ipsam violandam. Id etiam reformidandum est, ne viri, hisce usibus conceptioni officientibus iam assueti, mulierum reverentiam obliviscantur, earumque corporis animique aequilibritate posthabita, easdem quoddam reddant instrumentum suae ipsorum cupiditati inserviens, nec iam eas ut consortes existiment, quas observantia et amore prosequi debeant.

Denique diligenter perpendatur, quam periculosa potestas hoc modo iis publicae rei Moderatoribus concedatur, qui de legis moralis praeceptis minime sint solliciti. Numquis reprehendat supremos Civitatis Moderatores, qui ad totius suae Nationis componendas difficultates id usurpent, quod coniugibus tamquam licitum agnoscatur ad quandam familiae difficultatem dissolvendam? Quis profecto, quominus publicae Auctoritates viis concipiendae prolis contrariis faveant, quas efficaciores esse duxerint, immo eas omnibus adhibendas praecipiant, quotiescumque id necessarium reputaverint? Ita sane fiat, ut homines, cum divinae legi insitas difficultates vitare percupiant, quas singuli, vel familiae, vel socialis convictus experiantur, publicarum Auctoritatum arbitrio potestatem permittant, sese in coniugum maxime proprium et intimum munus interponendi.

Quare, nisi velimus ut procreandae vitae officium homi-
494 num / arbitratui concedatur, necessario aliquos fines, quos ultra progredi non liceat, agnoscamus oportet illi potestati, quam homo in proprium corpus in eiusque naturalia munera habere potest; fines, dicimus, quos nemini, sive private sive publica auctoritate praedito, violare licet. Qui limites non aliam ob causam statuuntur, quam ob reverentiam, quae toti humano corpori eiusque naturalibus muneribus debetur, secundum principia, quae supra memora-

[20] Cfr. Pii XII, Alloc. iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *A. A. S.* XLIII (1951) p. 846 [LE 2242].

http://www.obrascatolicas.com

vimus, et rectam intellegentiam principii totalitatis, ut aiunt, quod Decessor Noster v. m. Pius XII illustravit [21].

18. Praevideri potest, non omnes fortasse traditam huiusmodi doctrinam facile accepturos esse, cum nimis multae obstrepant voces, quae, recentioribus divulgationis instrumentis auctae, ab Ecclesiae voce discrepent. Ecclesia autem, cui mirum non est, se, haud secus ac divinum Conditorem suum, positam esse *in signum cui contradicetur* [22], non idcirco iniunctum sibi praetermittit officium, totam legem moralem, cum naturalem tum evangelicam, humiliter ac firmiter praedicandi.

Cum Ecclesia utramque hanc legem non condiderit, eiusdem non arbitra, sed tantummodo custos atque interpres esse potest, eique numquam fas erit licitum declarare, quod revera illicitum est, cum id suapte natura germano hominis bono semper repugnet.

Dum moralem coniugii legem integram servat, Ecclesia probe novit se adiutricem operam conferre ad verum civilem cultum inter homines instaurandum; ac praeterea hominem incitat, ne se officiis suis abdicet, technicis artibus sese committens; quo fit, ut ipsa coniugum dignitatem in tuto ponat. Hac agendi ratione Ecclesia, Divini Salvatoris exemplo et doctrinae inhaerens, ostendit se sincero generosoque amore prosequi homines, / quos inde ab hoc terrestri 495
itinere iuvare contendit, *ut non secus atque filii vitam Dei viventis, omnium hominum Patris, participent* [23].

III

19. Verba autem haec Nostra haud plane Ecclesiae, omnium gentium Matris ac Magistrae, cogitationes et sollicitudines exprimerent, nisi homines, antea ad Dei legem de coniugio servandam colendamque incitatos, in liberorum numero honeste ordinando etiam sustinerent inter ipsas asperas vitae condiciones, quibus domestici convictus ac nationes nostro hoc tempore premuntur. Ecclesia enim erga homines non aliter ac Divinus Redemptor se gerere potest: scilicet eorum infirmitatem cognoscit, miseratur turbas, peccatores excipit; facere autem non potest, quin legem doceat, quae reapse propria est vitae humanae ad suam germanam veritatem restitutae, atque a Dei Spiritu actae [24].

20. Ecclesiae doctrina de liberorum incremento recte ordinando, quae legem divinam ipsam promulgat, sine dubio multis talis videbitur, ut nonnisi difficulter, immo etiam nullo modo servari possit. At revera, sicut bona omnia quae sua nobilitate et utilitate praestant, haec lex a singulis hominibus, a familiis et ab hominum consortione firma proposita multosque labores postulat. Immo eadem servari nequit nisi opitulante Dei gratia, qua bona hominum voluntas fulcitur ac roboratur. Iis autem, qui rem diligenter perpendant, labores illi profecto videbuntur hominum dignitatem augere et humanae societati beneficia conferre.

21. Recta autem et honesta nasciturae prolis ordinatio id primum a coniugibus postulat, ut vera vitae familiaeque bona penitus agnoscant et existiment, itemque sibi ac suis 496
motibus / perfecte moderari consuescant. Nihil profecto est dubii, quin naturae impetibus, rationis liberaeque voluntatis ope, imperare asceseos sit opus, ut nempe amoris significationes, coniugalis vitae propriae, cum recto ordine congruant; quod praesertim ad usum continentiae, certis temporis intervallis servandae, requiritur. Verum huiusmodi disciplina, unde coniugum castimonia elucet, adeo eorum amori non obest, ut maiore eundem humanitatis sensu perfundat. Quodsi huiusmodi disciplina assiduam virium intentionem exigit, salutari tamen eius virtute coniuges seipsos plene excolunt spiritualibusque bonis ditantur: ea enim domestico convictui amplos tranquillitatis ac pacis fructus affert, atque solvendis aliis generis difficultatibus prodest; ea alterius coniugis curam et observantiam erga alterum fovet; coniuges in immodico sui amore depellendo, qui germanae repugnat caritati, adiuvat; eosdemque ad conscientiam munerum exsequendorum erigit. Ea denique parentibus intimam et efficaciorem auctoritatem ad liberos educandos confert, dum pueri et iuvenes, aetate procedentes, vera hominis bona congruenter putant, et mentis sensuumque vires placide et apte exercent.

[21] Cfr. Alloc. iis qui interfuerunt XXVI Conventui a Sodalitate Italica de Urologia indicto: *A. A. S.* XLV (1953) pp. 674-675 [LE 2374]; Moderatoribus ac Sociis Sodalitatis Italicae oblatorum corneae et Unionis Italicae Cascorum: *A. A. S.* XLVIII (1956) pp. 461-462. [22] *Le.* 2, 34.
[23] Cfr. Paulo VI, Litt. Enc. *Populorum progressio*: *A. A. S.* LIX (1967) p. 268 [LE 3546] [24] Cfr. *Rom.* 8.

22. Hanc vero nacti opportunitatem, educatores, eosque omnes, quorum ius et officium est communi humanae consortionis bono prospicere, commonere volumus de necessitate eum rerum statum inducendi, qui colendae castitati faveat, ut scilicet germana libertas licentiam vincat, moralis ordinis normis plane servatis.

Quidquid ergo hodie in socialis, ut aiunt, communicationis instrumentis sensus commovet dissolutosque mores alit, pariterque quaevis scribendi obscenitas turpiumque spectaculorum forma palam atque uno ore iis omnibus improbanda sunt viris, qui tum civilis cultus provehendi, tum praecipuorum animi bonorum tuendorum sollicitudine tenentur. Perperam enim huiusmodi pravitates quis probare conetur, causas / ex artibus doctrinisque quaerens [25], vel 497
argumenta sumens ex libertate, quam forte hac in provincia publicae Auctoritates permittant.

23. Ita igitur Nationum Rectores alloqui placet, quippe quibus potissimum onus boni communis tutandi iniunctum sit, liceatque tantopere ad bonos tuendos mores conferre: ne umquam patiantur honestos corruere mores suorum populorum; prohibeant omnino, ne per leges in familiam, quae primaria est particula Civitatis, il usus incedant, qui naturali et divinae legi adversentur. Alia enim via civilis Auctoritas quaestionem de multitudinis incremento dissolvere et potest et debet: videlicet providas familiis leges ferendo populosque tam sapienter educando, ut sive morum lex sive civium libertas in tuto collocentur.

Equidem probe novimus, quantum haec causa difficultatis afferat publicae rei Moderatoribus, in iis praesertim Civitatibus quae ad progressum nituntur. Atque Nos, iustas, quibus afficiuntur, curas perspicientes, Encyclicas Litteras edidimus, quibus *Populorum Progressio* est index. Sed nunc una cum Decessore Nostro ven. rec. Ioanne XXIII haec verba iteramus: *eas quaestiones... dissolvi oportere, ut neque vias homo neque rationes sequatur, a sua dignitate aversas; quales ii tradere non verentur, qui hominem ipsum eiusque vitam ad materiam omni ex parte referendos esse opinantur. Hanc quaestionem sic tantummodo dissolvi posse censemus, si rerum oeconomicarum et socialium progressiones cum singulorum civium tum universae humanae societatis servent et augeant veri nominis bona* [26]. Neque profecto sine gravi iniuria fiat, si divinae Providentiae id tribuatur, quod, contra, proficisci videtur a minus sapienti reipublicae gubernandae ratione, vel a tenuiore quodam socialis iustitiae sensu, vel a bonorum copia sui commodi causa congesta, vel denique a socordi neglegentia in / laboribus oneribusque suscipiendis, quibus populus om- 498
nesque eius filii ad amplius vivendi genus evehantur [27]. Utinam universae Auctoritates, quas penes res est —quemadmodum earum quaedam tam egregie iam faciunt— incepta ac nisus excitatis viribus renoventi Neque remittat studium mutua communicandi auxilia inter omnes magnae hominum familiae partes: hanc prope infinitam provinciam patere putamus, in qua maxima Instituta, ad plures nationes pertinentia, suam operam ponant.

24. Nunc autem Nostrae cohortationis verbis viros scientiarum studiosos prosequi libet, qui *multum bono matrimonii et familiae, pacique conscientiarum inservire possunt, si collatis studiis diversas condiciones, honestae ordinationi procreationis humanae faventes, penitius elucidare conentur* [28]. Id enim in primis exoptandum est —quod antea fuit Pii XII votum— ut medica ars ad honeste temperandae prolis satis certum fundamentum statuere valeat, quod in perspectis naturalibus vicibus consistat [29]. Ita quidem docti homines, il praesertim qui catholico nomine censentur, sua data opera res plane se habere ostendent, ut Ecclesia docet, nempe *veram contradictionem inter divinas leges vitae transmittendae et germani amoris coniugalis fovendi adesse non posse* [30].

25. Nunc vero Nostra oratio peculiari modo ad filios Nostros convertitur, ad eos praesertim, quos Deus in matrimonii statu ad sibi serviendum vocat. Ecclesia enim, dum inviolabiles divinae legis condiciones tradit, salutem nuntiat viasque gratiae per sacramenta reserat, unde homo nova efficitur creatura, quae in caritate germanaque liber-

[25] Cfr. Conc. Vat. II, Decr. *Inter mirifica*, no. 6-7: *A. A. S.* LVI (1964) p. 147 [LE 3143]. [26] Litt. Enc. *Mater et Magistra*: *A. A. S.* LIII (1961) p. 447 [LE 2984]. [27] Cfr. Litt. Enc. *Populorum progressio*, nn. 48-55: *A. A. S.* LIX (1967) pp. 281-284 [LE 3546].
[28] Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 52: *A. A. S.* LVIII (1966) p. 1074 [LE 3366].
[29] Alloc. ad Conventum Societatis, quam *Fronte della Famiglia* appellant, et ad Consociationem Familiarum Fecundarum: *A. A. S.* XLIII (1951) p. 859.
[30] Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 51: *A. A. S.* LVIII (1966) p. 1072.

tate superno sui Creatoris et / Salvatoris consilio respondeat 499
suaveque etiam Christi iugum sentiat [31].

Eius igitur voci modeste obsecuti, christiani coniuges meminerint, suam vocationem ad vitam christianam, e baptismate exortam, sacramento Matrimonii amplius et explicatam et confirmatam esse. Eodem namque ipsi *roborantur et veluti consecrantur*, ut fideliter munia sua exsequantur, vocationem ad expletam sui formam perficiant, christianumque testimonium, ut eos addecet, coram mundo edant [32]. Tale enim munus Dominus iisdem committit, ut hominibus patefaciant illius legis sanctitatem itemque suavitatem, qua mutuus eorum amor cum adiutrice opera ab ipsis data amori Dei, humanae vitae auctoris, arte coniungitur.

Nullo sane modo hic reticere volumus difficultates, interdum graves, in quas christianorum coniugum vita incurrit: nam iis, ut unicuique nostrum, *angusta porta, et arta via est, quae ducit ad vitam* [33]. Attamen huiusce spe vitae tamquam clarissima luce eorum iter collustretur, dum forti contendunt animo, ut *sobrie et iuste et pie in hoc saeculo* [34], plane noscentes *praeterire figuram huius mundi* [35].

Quapropter coniuges destinatos sibi labores libenter suscipiant, cum fide tum ea spe roborati, quae *non confundit: quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis* [36]; assidua deinde prece divinum auxilium implorent atque praesertim e perenni Eucharistiae fonte gratiam et caritatem hauriant. Si autem peccatis adhuc retineantur, ne concidant animo, sed humiles et constantes ad Dei misericordiam confugiant, quam abunde Paenitentiae sacramentum dilargitur. Huiusmodi profecto ratione ad coniu/galis vitae perfectionem perve- 500
nire poterunt, quam Apostolus his verbis exponit: *Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam (...) Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim umquam carnem suam odio habuit: sed nutrit, et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam (...) Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia. Verumtamen et vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum* [37].

26. Eorum autem fructuum, qui maturescunt si acri animi intentione lex divina custoditur, praestantissimus sane colligitur, cum ipsi coniuges haud raro alios quoque experientiae suae participes facere cupiunt. Inde fit, ut ipsa laicorum vocationis amplitudine novum quoddam ac perinsigne apostolatus genus comprehendatur, quo pares paribus inserviunt: tum enim ipsi coniuges apostolicum pro ceteris coniugibus munus obeunt, quibus sese duces praebent. Quod profecto inter tot christiani apostolatus formas opportunissimum hodie esse videtur [38].

27. Egregiam pariter reverentiam praestamus medicis artisque salutaris ministris, qui, in suo quisque munere exsequendo, ea quae ab ipsis praecipua christianae vocationis ratio postulat, potius quam humanam quamlibet utilitatem, servare student. Constantes igitur perseverent in proposito iis semper consiliis favendi, quae et fidei et rectae rationi adhaerescant, eoque contendant, ut iisdem in peculiari suo coetu assensionem et observantiam concilient. Praetereaque id tamquam proprium artis suae mu- 501
nus habeant, necessariam huiusce difficillioris provinciae doctrinam sibi plane comparare, ut nempe sententiam / exquirentibus coniugibus recta dare consilia iustamque ostendere viam possint, quae iure ac merito ab ipsis postulentur.

28. Vos autem, dilecti Filii sacerdotes, qui pro sacro, quo fungimini, munere sive singulorum hominum sive familiarum consultores ac spirituales duces agitis, magna Nos pleni fiducia compellamus. Vestrum namque praecipuumque officium est —vos praesertim alloquimur, qui moralem theologiam traditis— Ecclesiae de matrimonio doctrinam integre aperteque proponere. Vos primi in ministerio vestro perfungendo exemplum sinceri obsequii edite, quod interius exteriusque ecclesiastico Magisterio tribuendum est. Etenim nostis tali vos obsequio deviciri non potius illis de causis, quae allatae sunt, quam ob Sancti Spiritus lumen, quo praecipue Ecclesiae Pastores in explananda veritate fruuntur [39]. Neque vos fugit, summi esse momenti, ad animorum pacem populique christiani unitatem servandam, ut in re morali ita in re dogmatica, omnes Ecclesiae Magisterio parere eodemque uti sermone. Quamobrem, sollicitiora verba magni Apostoli Pauli usurpantes, toto vos pectore iterum appellamus: *Obsecro... vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi: ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia* [40].

29. Porro si nihil de salutari Christi doctrina demittere praecellens quoddam caritatis erga animos genus est, at idem semper cum tolerantia atque caritate coniungatur oportet, quarum ipse Redemptor, cum hominibus et colloquens et agens, exempla prodidit. Is enim, cum venisset non ad iudicandum, sed ad salvandum mundum [41], acerbe quidem severus in peccata, sed patiens ac misericors in 502
peccatores fuit. /

Suis igitur difficultatibus afflictati, coniuges in sermone et in corde sacerdotis expressam veluti imaginem vocis et amoris nostri Redemptoris inveniant.

Fiduciae autem pleni loquamini, dilecti Filii, pro certo habentes, Sanctum Dei Spiritum, dum adest Magisterio rectam proferenti doctrinam, intus corda fidelium illustrare eosque ad assentiendum invitare. Coniuges vero necessariam precandi viam edocete, apteque instituite, ut saepius magna cum fide ad Eucharistiae et Paenitentiae sacramenta accedant, neque umquam pro sua infirmitate animos demittant.

30. Sed nunc, Encyclicas hasce Litteras concludentes, ad vos, dilecti ac venerabiles in episcopali munere Fratres, quibuscum curas de spirituali bono Populi Dei artius participamus, mentem Nostram reverenter amanterque convertimus. Etenim vos omnes instanti hac petitione invitamus, ut vestris praeeuntes sacerdotibus, sacri ministerii adiutoribus, vestrisque fidelibus, omni studio nullaque mora in matrimonii tutelam in eiusque sanctitudinem asserendam incumbatis, quo magis usque coniugalis vita humanam christianamque sui perfectionem assequatur. Id vero muneris tamquam maximum opus et onus, in praesenti vobis commissum, habetote. Nam, ut plane nostis, idem munus certam pastoralis ministerii ordinationem postulat, quae ad omnes humanae industriae provincias, nempe ad res oeconomicas, bonas doctrinas, socialesque rationes pertinet: quae omnia si magis simulque progredientur, tum non solum tolerabilior, sed et facilior itemque laetior vita parentum ac liberorum in intimo familiarum sinu evadet, atque fraterna uberior caritate veraque pace tutior fiet convictus in hominum societate, sancte servato consilio, quod Deus de mundo mente concepit.

31. Vos, venerabiles Fratres, vos dilectissimi Filii, vosque omnes bonae voluntatis homines, ad grande profecto opus et educationis et progressionis atque caritatis 503
Nos nunc advo/camus, firmissima freti Ecclesiae doctrina, quam Petri Successor, una cum catholici episcopatus Fratribus, fideliter custodit atque interpretatur. Quod magnum revera opus, ut persuasissimum Nobis habemus, tum mundi tum Ecclesiae bono cedit, siquidem homo ad veram felicitatem, quam totis sui animi viribus affectat, pervenire nequit, nisi leges observat, a summo Deo in ipsius natura insculptas, quae sunt prudenter amanterque colendae. Tanto igitur operi, nec non vobis omnibus ac potissimum coniugibus, a Deo sanctissimo et misericordissimo superarum copiam gratiarum imploramus, quarum pignus Apostolicam Nostram Benedictionem libenter vobis impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Iulii, in festo S. Iacobi Apostoli, anno MCMLXVIII, Pontificatus Nostri sexto.—PAULUS PP. VI.

[31] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25: *A. A. S.* LVII (1965) pp. 29-31.
[32] *1 Cor.* 1, 10. [33] Cfr. *Io.* 3, 17.

Adn. L. BARBINI in **Pal. clero** 48 (1969) 1270-1273, 1523-1530; P. BONGIOVANNI in **Pal. clero** 47 (1968) 1291-1301; L. M. CARLI in **Pal. clero** 47 (1968) 1129-1156; E. HAMEL in **PrM** 58 (1969) 243-349; B. HONINGS in **Apoll.** 39 (1966) 28-70; G. LECLERC in **Salesianum** 30 (1968) 750-781; G. MARTELET in **NrT** 90 (1968) 897-917, 1009-1063; R. MOLS in **NrT** 91 (1969) 260-298, 398-417; G. PILLARELLA in **Pal. clero** 48 (1969) 957-971; U. ROCCO in **Perfice munus** 43 (1968) 541-545; G. ROSSINO in **Perfice munus** 43 (1968) 546-552; B. RUSSO in **Pal. clero** 48 (1969) 393-414, 1104-1123, 1185-1186; G. SARAGOI in **Pal. clero** 48 (1969) 58-68; R. SCIBONA in **Pal. clero** 48 (1969) 794-808; M. ZALBA in **PrM** 59 (1970) 371-413. C. LOSO in **The Clergy Monthly** 34 (1970) 84-89.

[34] *Tit.* 2, 12. [35] Cfr. *1 Cor.* 7, 31.
[36] *Rom.* 5, 5. [37] *Eph.* 5, 25, 28-29, 32-33.
[38] Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 33 et 41: *A. A. S.* LVII (1965) pp. 40-45 [LE 3232]; Const. past. *Gaudium et spes*, nn. 48-49: *A. A. S.* LVIII)1966 pp. 1067-1070 [LE 3366]; Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 11: *A. S. S.* LVIII (1966) pp. 847-849 [LE 3346].

http://www.obrascatolicas.com

3677

1968 IUL 25.-SIGNATURA APOST., DECISIO. PART.*

RECURSUS ADVERSUS DECISIONES OFFICIORUM QUAE NON SINT DICASTERIA CURIAE ROMANAE NON CADUNT SUB COMPETENTIA SIGNATURAE APOSTOLICAE

Facti species.—Adalbertus sacerdos die 6 Iunii 1968, recursum interposuit apud Signaturam Apostolicam adversus decisionem Praesidis «de l'Oeuvre Pontificale de la Sainte Infance», qui eum removit a munere Directoris Nationalis dictae Institutionis.

Decisio.—In Congressu diei 25 Iulii 1968 decretum est: *Non spectare.* Non spectat enim ad Signaturam Apostolicam videre de recursibus adversus decisiones Officiorum quae non sint Dicasteria Curiae Romanae.

* Apoll. 43 (1970) 467.

3678

1968 IUL 27.-PAULUS VI, EPIST. APOSTOLICA. PART.*

SUMMUS PONTIFEX LAUDAT OPUS LEGISLATIVUM CONGREGATIONIS GENERALIS SOCIETATIS IESU, UNITATEM INTERNAM COMMENDAT, CRITERIA AC PERICULA INDICAT ACCOMMODATAE RENOVATIONIS INSTITUTORUM PERFECTIONIS

Con filiale deferenza Ella ha voluto far pervenire nelle Nostre mani il volume che raccoglie i Decreti della XXXI^a Congregazione Generale della Compagnia di Gesù, tenutasi a Roma in due periodi nel corso degli anni 1965 e 1966, ed ha unito a questo omaggio il testo di alcuni atti del suo governo, posteriori alla medesima Congregazione Generale, ma aventi stretto riferimento ad essa.

Non abbiamo bisogno di assicurarLe che tale documentazione è stata da Noi accolta con viva soddisfazione.

Infatti, come ben si ricorderà, avevamo dimostrato il Nostro paterno interesse allo svolgimento dell'importante Convegno, accogliendo in udienza i suoi componenti all'inizio dei lavori ed invitando, a chiusura dei medesimi, Lei ed alcuni dei suoi religiosi a partecipare ad una concelebrazione da Noi presieduta nella Cappella Sistina. L'una e l'altra circostanza Ci offrì l'occasione di manifestare pubblicamente, in due discorsi, i Nostri sentimenti di affetto e fiducia nei riguardi dei figli di S. Ignazio. Successivamente davamo la Nostra conferma ed approvazione ad alcuni Decreti della Congregazione Generale riguardanti la povertà religiosa e la gratuità dei ministeri.

Ora, considerando l'insieme dell'ampia opera legislativa portata a compimento, non si può non riconoscere il poderoso lavoro compiuto in tutti i campi esaminati ed il lodevole sforzo di rinnovazione eseguito nello spirito del Concilio Vaticano II. La Nostra attenzione si è fermata con particolare compiacenza sui Decreti concernenti la vita religiosa: preghiera, vita comune e pratica dei voti, ed abbiamo potuto apprezzare la cura con cui si è cercato di dare una nuova formulazione, in vista di una più agevole applicazione e di una maggiore efficacia spirituale ed apostolica, ai principi direttivi che costituiscono la preziosa eredità lasciata da S. Ignazio ai suoi figli.

L'evoluzione rapidissima del mondo moderno, con le sue inevitabili ripercussioni sulla mentalità delle nuove generazioni, impone, nel momento presente, anche nel campo religioso, un ingente sforzo di ripensamento e di adattamento, al quale la Compagnia di Gesù non poteva evidentemente rimanere estranea. Fu l'onore e la grandezza del Concilio percepire l'opportunità di tale «aggiornamento» per l'insieme della Chiesa; così è stata saggia determinazione dei vostri Padri intraprendere con risolutezza l'opera, per quel che concerne l'Istituto dei Gesuiti.

Che tale orientamento sembri ad alcuni dei vostri nuovo, alquanto sconcertante, anzi forse pericoloso, non deve recar meraviglia; ad altri, al contrario, potrà apparire tentativo troppo timido e quasi già insufficiente e superato. In una schiera così numerosa come la vostra Compagnia, che assembra uomini appartenenti a varie generazioni e provenienti da diversissime origini e culture, la diversità delle reazioni è normale e per sé anche segno di sana vitalità.

Una cosa però deve rimanere fuori discussione: i Decreti di una Congregazione Generale —anche quelli che non fossero convalidati da approvazione pontificia— sono pur sempre le deliberazioni legittime della suprema autorità legislativa dell'Ordine e come tali richiederanno adesione sincera della mente e del cuore da parte di ciascuno, nonchè generosa ed uniforme osservanza in tutta la Compagnia. Non vogliamo dubitare che così sarà.

L'unità d'intenti e d'azione è infatti di somma importanza in qualsiasi organismo ecclesiastico; ma è più necessaria ancora nel vostro Ordine che non negli altri, data la sua specialissima indole. L'unità è per voi un bene prezioso fra tutti; è la condizione assolutamente richiesta perchè la Compagnia possa continuare ad essere, in seno alla Chiesa e nelle mani del Papa, quello strumento ideale di apostolato che essa ha voluto e saputo essere finora, e sul quale Egli ha, oggi più che mai, bisogno di poter contare senza riserva.

Quanto agli atti di governo da Lei compiuti dopo la Congregazione Generale ed in riferimento ad essa, Ci sono sembrati —a tenore dei documenti sottoposti— ispirati a prudenza e carità, specie nella necessità di dover opporsi a certe concezioni estranee alle tradizioni sane ed autentiche della Compagnia e dell'esperienza multisecolare della Chiesa. Due criteri pratici sembrano oggi contendersi l'orientamento dei Gesuiti (come, del resto, avviene anche in altre Famiglie religiose): l'uno è quello, tanto sentito ed operante ai giorni nostri, di avvicinare quanto più è possibile l'uomo nella sua attuale, molteplice e mutevole fenomenologia, in modo da condividere al massimo la sua maniera di pensare e di vivere, quasi ricordando l'esempio di San Paolo: «mi faccio tutto a tutti, per poterli salvare in ogni modo in buon numero» [1]. Questo è criterio bene intenzionato, certamente, ed è segno di ardente amore apostolico, quando spinge a vivere meglio *per* gli altri; non sempre è criterio saggio quando spinge a vivere *come* gli altri; è criterio perciò che deve essere temperato da un altro criterio secondo le stesse parole dell'Apostolo, il quale riafferma insieme la sua immutata soggezione alla legge di Cristo [2]; così che l'aspirazione lodevole a meglio comprendere e condividere la realtà concreta della vita del mondo presente da evangelizzare non deve trasformarsi, o deformarsi in un conformismo alle idee e alle usanze correnti, sempre varie e fugaci, né in un relativismo, che si distacca dalla immutabile verità dei dogmi cattolici, ovvero dalla coerenza alle provate e sempre feconde tradizioni. Sarà dunque saggezza del Gesuita di oggi, come di quello di ieri, attenersi sempre fra tale alterno indirizzo del suo stile religioso ed apostolico a quella linea di pensiero e di azione, che il Superiore gli traccia, facendo così di lui il soldato che con pari prontezza combatte ed obbedisce, e che si piega alla ragionevole indulgenza verso il mondo da condurre a salvezza, mentre si attesta libero e franco nei suoi confronti quando lo esigano gli impegni della fede cattolica ed i doveri della professione religiosa. Non sarebbe Gesuita autentico quello, per ipotesi, che contestasse all'autorità del Preposito Generale la facoltà di segnare tale linea di condotta, come quella che il buon Capitano non deve ricusare di indicare con caritatevole fermezza essere preferibile ed obbligante.

I giovani che vogliono oggi arruolarsi nella milizia di S. Ignazio debbono ben capire che le profonde esigenze della santità, del servizio di Dio e del prossimo, restano, nella loro sostanza, immutate nei secoli, come immutato resta il Vangelo. Le grandi realtà della vita religiosa possono certo venir rinnovate in certe loro manifestazioni esteriori, ma non mutate nella loro sostanza e domani come oggi si chiameranno: spirito di fede e di preghiera, amore profondo a Cristo e al suo Vicario, zelo apostolico, spirito di povertà evangelica e distacco dai beni della terra, generosa e vigilante castità, ubbidienza totale ed intelligente nella unione coi Superiori, rappresentanti di Dio. In questa ultima specialmente —l'ubbidienza— deve potersi riconoscere sempre e da tutti la nota distintiva della Compagnia di Gesù, il suo più bel titolo di gloria e il principio della sua vitalità.

D'altra parte coloro che fossero restii ad accettare i necessari e studiati cambiamenti debbono riflettere che siamo tutti invitati dal Concilio ad uno sforzo di rinnovamento interno, anche se ciò può costare qualche sacrificio. All'aggiornamento delle istituzioni e delle strutture deve accompagnarsi quello, assai più importante, degli animi.

A questo riguardo abbiamo apprezzato lo sforzo sincero manifestatosi durante e dopo la Congregazione Generale, da parte dei superiori nella Compagnia, per istituire un saggio e proficuo «dialogo» con i loro confratelli, nello spirito del Vangelo e secondo le direttive del Concilio.

Ci auguriamo pertanto che gli egregi lavori della XXXI^a Congregazione Generale, di cui rende conto e eloquente testimonianza il volume gentilmente offertoCi, portino gli attesi frutti per il bene spirituale di tutti e ciascuno di voi. E nell'imminenza della festa liturgica di S. Ignazio, raccomandiamo di cuore alla potente protezione del vostro mirabile Fondatore la Compagnia da lui fondata, concedendo con paterno affetto ad ognuno dei suoi membri, ed in modo tutto particolare al suo benemerito e zelante Preposito Generale, la Nostra Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, 27 luglio 1968.—PAULUS PP. VI.

[1] Cor. 9, 22. [2] Cfr. ib. 21.

* Praeposito Gen. S. I.: Acta romana Societatis Iesu 15 (1967-) 213-216.

3679

1968 IUL 29.-Cons. ECCL. NEG., DEC. AAS 60 (1968) 578-579

NOVI IMPERTIENDAE CURAE TERMINI PONTIFICIIS LEGATIONIBUS ASSIGNANTUR, QUIBUS AD HUNC DIEM TRIBUTA SUNT INSULAE AC TERRITORIA, QUAE IN DECRETO «MARIS CARIBICI» CONSIDERANTUR, DIE XIV MENSIS IANUARII ANNO MDCCCCLXIII A SACRA CONGREGATIONE PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS DATO

Magna semper sollicitudine Sedes Apostolica insularum regionumque Caribicum Mare adiacentium spirituale bo-

num ac religiosam progressionem prosecuta, postremis his quinquaginta annis saepenumero cavit, ut eadem, prout temporum locorumque adiuncta id fieri sinebant, intentis sedulisque Legatorum suorum curis committerentur.

Revera, in memoratis regionibus solacii plena Ecclesiae incrementa tam laetis processibus ditata sunt, ut superiore anno necesse esset novas instituere ecclesiasticas circumscriptiones: archidioeceses dicimus Regiopolitanam in Iamaica simulque Sancti Petri et Arcis Gallicae, quae, cum olim erecta archidioecesi Portus Hispaniae, atque cum propriis cuiusque suffraganeis Sedibus, Episcoporum Coetum Antillarum constituunt.

Ut autem, ad Oecumenici Concilii Vaticani II praescripta, pastoralis huiusmodi Episcopalis Coetus unitas promoveretur atque firmaretur, itemque quo efficaciore ratione mutuae sacrorum Pastorum necessitudines sive inter se sive cum Pontificiis Legatis fovendae adiuvarentur, visum est commemoratum Decretum a verbis incipiens «Maris Caribici», die XIV mensis Ianuarii anno MDCCCCLXIII datum, ad nova rerum adiuncta esse accommodandum [LE 2413].

Quam ob rem, omnibus quo par erat studio perpensis, Sanctitas Sua, haec quae sequuntur, decrevit atque statuit:

1) Apostolicae Nuntiaturae in Haitiana Republica territoriorum cura committitur, quae ecclesiasticas provincias Portus Hispaniae, Regiopolitanam in Iamaica, Sancti Petri et Arcis Gallicae, earumque proprias suffraganeas dioeceses efficiunt.

Apostolicus ergo Nuntius, in urbe Portus Principis commorans, Apostolici Delegati munere pro iisdem territoriis
529 fungetur. /

2) Territoria, quae ecclesiasticam provinciam Sancti Ioannis Portoricensis, una cum suffraganeis dioecesibus constituunt, Apostolicae Nuntiaturae in Dominiciana Republica dicioni subdi pergent.

3) Insulae, quae praelatura Insularum a Virginibus seu Thomasiana includuntur, utpote Washingtonensis archidioecesis suffraganea, Apostolicae Delegationis in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus dicioni attribuuntur. Contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XXIX mensis Iulii, anno MDCCCCLXVIII.—Hamletus Ioannes Cardinalis CICOGNANI, *Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis Praef.*

3680

1968 IUL 31.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 60 (1968) 527-530

CHRISTIFIDELES CORAM ADMISSOS BEATISSIMUS PATER DIE 31 IULII 1968 DE RECENS EDITIS ENCYCLICIS LITTERIS «HUMANAE VITAE» ALLOQUITUR

Diletti figli e figlie, Le Nostre parole hanno oggi un tema obbligato dalla Enciclica, intitolata *Humanae vitae,* che abbiamo pubblicato in questa settimana circa la regolazione della natalità. Riteniamo che vi sia noto il testo di questo documento pontificio, o almeno il suo contenuto essenziale, che non è soltanto la dichiarazione d'una legge morale negativa, cioè l'esclusione d'ogni azione, che si proponga di rendere impossibile la procreazione (n. 14), ma è soprattutto la presentazione positiva della moralità coniugale in ordine alla sua missione d'amore e di fecondità «nella visione integrale dell'uomo e della sua vocazione, non solo naturale e terrena, ma anche soprannaturale ed eterna» (n. 7). È il chiarimento d'un capitolo fondamentale della vita personale, coniugale, familiare e sociale dell'uomo, ma non è la trattazione completa di quanto riguarda l'essere umano nel campo del matrimonio, della famiglia, dell'onestà dei costumi, campo immenso nel quale il magistero della Chiesa potrà e dovrà forse ritornare con di-
528 segno più ampio, organico e sintetico. Risponde questa Enciclica a questioni, a dubbi, a tendenze, su cui la discussione, come tutti sanno, si è fatta in questi ultimi tempi assai ampia e vivace, e su cui la Nostra funzione dottrinale e pastorale è stata fortemente interes/sata. Non vi parleremo adesso di questo documento, sia per la delicatezza e la gravità del tema, che Ci sembrano trascendere la semplicità popolare del presente settimanale discorso, sia per il fatto che non mancano già e non mancheranno, intorno all'Enciclica, pubblicazioni a disposizione di quanti s'interessano del tema stesso [1].

[1] Cfr. ad esempio: G. Martelet, *Amour conjugal et renouveau conciliaire.*

A voi diremo semplicemente qualche parola non tanto sul documento in questione, quanto su alcuni Nostri sentimenti, che hanno riempito il Nostro animo nel periodo non breve della sua preparazione.

Il primo sentimento è stato quello d'una Nostra gravissima responsabilità. Esso Ci ha introdotto e sostenuto nel vivo della questione durante i quattro anni dovuti allo studio e alla elaborazione di questa Enciclica. Vi confideremo che tale sentimento Ci ha fatto anche non poco soffrire spiritualmente. Non mai abbiamo sentito come in questa congiuntura il peso del Nostro ufficio. Abbiamo studiato, letto, discusso quanto potevamo; e abbiamo anche molto pregato. Alcune circostanze a ciò relative vi sono note: dovevamo rispondere alla Chiesa, all'umanità intera; dovevamo valutare, con l'impegno e insieme con la libertà del Nostro compito apostolico, una tradizione dottrinale, non solo secolare, ma recente, quella dei Nostri tre immediati Predecessori; eravamo obbligati a fare Nostro l'insegnamento del Concilio da Noi stessi promulgato; Ci sentivamo propensi ad accogliere, fin dove Ci sembrava di poterlo fare, le conclusioni, per quanto di carattere consultivo, della Commissione istituita da Papa Giovanni, di venerata memoria, e da Noi stessi ampliata, ma insieme doverosamente prudenti; sapevamo delle discussioni accese, con tanta passione ed anche con tanta autorità, su questo importantissimo tema; sentivamo le voci fragorose dell'opinione pubblica e della stampa; ascoltavamo quelle più tenui, ma assai penetranti nel Nostro cuore di padre e di pastore, di tante persone, di donne rispettabilissime specialmente, angustiate dal difficile problema e dall'ancor più difficile loro esperienza; leggevamo le relazioni scientifiche circa le allarmanti questioni demografiche nel mondo, suffragate spesso da studi di esperti e da programmi governativi; venivano a Noi da varie parti pubblicazioni, ispirate alcune dall'esame di particolari aspetti scientifici del problema, ovvero altre da considerazioni realistiche di molte e gravi condizioni sociologiche, oppure da quelle, oggi tanto imperiose, delle mutazioni irrompenti in ogni
529 settore della vita moderna. /

Quante volte abbiamo avuto l'impressione di essere quasi soverchiati da questo cumulo di documentazioni, e quante volte, umanamente parlando, abbiamo avvertito l'inadeguatezza della Nostra povera persona al formidabile obbligo apostolico di doverCi pronunciare al riguardo; quante volte abbiamo trepidato davanti al dilemma d'una facile condiscendenza alle opinioni correnti, ovvero d'una sentenza male sopportata dall'odierna società, o che fosse arbitrariamente troppo grave per la vita coniugale!

Ci siamo valsi di molte consultazioni particolari di persone di alto valore morale, scientifico e pastorale; e, invocando i lumi dello Spirito Santo, abbiamo messo la Nostra coscienza nella piena e libera disponibilità alla voce della verità, cercando d'interpretare la norma divina che vediamo scaturire dall'intrinseca esigenza dell'autentico amore umano, dalle strutture essenziali dell'istituto matrimoniale, dalla dignità personale degli sposi, dalla loro missione al servizio della vita, non che dalla santità del coniugio cristiano; abbiamo riflesso sopra gli elementi stabili della dottrina tradizionale e vigente della Chiesa, specialmente poi sopra gli insegnamenti del recente Concilio, abbiamo ponderato le conseguenze dell'una o dell'altra decisione; e non abbiamo avuto dubbio sul Nostro dovere di pronunciare la Nostra sentenza nei termini espressi dalla presente Enciclica.

Un altro sentimento, che Ci ha sempre guidato nel Nostro lavoro, è quello della carità, della sensibilità pastorale verso coloro che sono chiamati a integrare nella vita coniugale e nella famiglia la loro singola personalità; e abbiamo volentieri seguito la concezione personalistica, propria della dottrina conciliare, circa la società coniugale, dando così all'amore, che la genera e che la alimenta, il posto preminente che gli conviene nella valutazione soggettiva del matrimonio; abbiamo accolto poi tutti i suggerimenti formulati nel campo della liceità, per agevolare l'osservanza della norma riaffermata. Abbiamo voluto aggiungere all'esposizione dottrinale qualche indicazione pratica di carattere pastorale. Abbiamo onorato la funzione degli uomini di scienza per il proseguimento degli studi sui processi biologici della natalità e per la retta applicazione dei rimedi terapeutici e della norma morale a ciò inerente. Abbiamo riconosciuto ai coniugi la loro responsabilità e quindi la loro libertà, quali ministri del disegno di Dio sulla vita umana, interpretato dal magistero della Chiesa, per il loro bene personale e per quello dei loro figli. E abbiamo accennato all'intento superiore che ispira la dottrina e la
530 pratica della / Chiesa, quello di giovare agli uomini, di

http://www.obrascatolicas.com

difendere la loro dignità, di comprenderli e di sostenerli nelle loro difficoltà, di educarli a vigile senso di responsabilità, a forte e serena padronanza di sé, a coraggiosa concezione dei grandi e comuni doveri della vita e dei sacrifici inerenti alla pratica della virtù e alla costruzione d'un focolare fecondo e felice.

E finalmente un sentimento di speranza ha accompagnato la laboriosa redazione di questo documento; la speranza ch'esso, quasi per virtù propria, per la sua umana verità, sarà bene accolto, nonostante la diversità di opinioni oggi largamente diffusa, e nonostante la difficoltà che la via tracciata può presentare a chi la vuole fedelmente percorrere, ed anche a chi la deve candidamente insegnare, con l'aiuto del Dio della vita, s'intende; la speranza, che gli studiosi specialmente sapranno scoprire nel documento stesso il filo genuino, che lo collega con la concezione cristiana della vita, e che Ci autorizza a far Nostra la parola dell'Apostolo: *Nos autem sensum Christi habemus*, noi poi teniamo il pensiero di Cristo [2]. E la speranza infine che saranno gli sposi cristiani a comprendere come la Nostra parola, per severa ed ardua che possa sembrare, vuol essere interprete dell'autenticità del loro amore, chiamato a trasfigurare se stesso nell'imitazione di quello di Cristo per la sua mistica sposa, la Chiesa; e che essi per primi sapranno dare sviluppo ad ogni pratico movimento inteso ad assistere la famiglia nelle sue necessità, a farla fiorire nella sua integrità, e ad infondere nella famiglia moderna la spiritualità sua propria, fonte di perfezione per i singoli suoi membri e di testimonianza morale nella società [3].

È, come vedete, Figli carissimi, una questione particolare, che considera un aspetto estremamente delicato e grave dell'umana esistenza; e come Noi abbiamo cercato di studiarlo e di esporlo con la verità e con la carità che tale tema voleva dal Nostro magistero e dal Nostro ministero, così a voi tutti, interessati direttamente che voi siate o no alla questione stessa, chiediamo di volerlo considerare col rispetto che merita, nell'ampio e luminoso quadro della vita cristiana.

Con la Nostra Benedizione Apostolica.

[2] *1 Cor.* 2, 16.
[3] Cfr. Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 11 [LE 3346]; Const. Past. *Gaudium et spes*, n. 48 [LE 3366].

3681

1968 AUG 2.-VICARIATUS URBIS, NORMAE. PART.*

NORMAE DANTUR CIRCA FACULTATES AUDIENDI CONFESSIONES FIDELIUM IN URBE

Nell'intento di corrispondere più largamente ad esigenze pastorali, con l'approvazione del Santo Padre, è stabilito quanto segue sulla facoltà di ascoltare le confessioni sacramentali nella diocesi di Roma, con deroga ad alcune norme del Sinodo Diocesano Romano:

1. I sacerdoti di passaggio in Roma, il cui soggiorno nella città non si protragga per oltre tre mesi, muniti di regolare lettera discessoriale del rispettivo Ordinario, hanno la facoltà di confessare, negli stessi termini di quella loro concessa nella diocesi di provenienza, valida in tutto il territorio diocesano, eccettuate le basiliche patriarcali ed esclusa la facoltà per la confessione delle religiose.

2. Per esercitare la facoltà, di cui sopra, si richiede:

ad validitatem: l'assenza di un divieto personale di risiedere o di confessare in Roma; la vidimazione del «celebret» del sacerdote secolare, da parte del Vicariato, non oltre il mese di permanenza in Roma;

ad liceitatem: il consenso del Parroco o del competente Superiore ecclesiastico della chiesa o dell'oratorio o della comunità, in cui dovrà esercitarsi tale ministero.

3. La concessione della facoltà ai sacerdoti stabilmente residenti in Roma è regolata dalle norme in vigore, che rimangono immutate (artt. 63, 64, 69, 70 del Sinodo Diocesano).

Dal Vicariato di Roma, 2 Agosto 1968.—Angelo Card. DELL'ACQUA, *Vicario Generale di Sua Santità.*

* Riv. dioc. Roma 10 (1969) 87-88.

3682

1968 AUG 5.-SC GENTIUM EVANG., RESCRIPT. PART.*

SANANTUR ERECTIONES DOMORUM ET NOVITIATUUM FACTAE IN TERRITORIIS S. C. PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE ABSQUE BENEPLACITO HUIUS SACRAE CONGREGATIONIS

PRECES—*Beatissimo Padre*, Il Procuratore Generale dell'Ordine dei Frati Minori, prostrato ai piedi della Santità Vostra, chiede umilmente la sanazione per l'erezione canonica delle case religiose dell'Ordine, che eventualmente fossero state aperte, nei territori soggetti alla S. Congregazione de Propaganda Fide, senza la licenza di questa stessa S. Congregazione, ma soltanto col Beneplacito Apostolico rilasciato dalla S. Congregazione dei Religiosi o con altre facoltà straordinarie.

Chiede inoltre la sanazione di quanto, in conseguenza di quanto sopra, dovrebbe essere sanato, particolarmente come case di Noviziato o per i Novizi attuali e per le professioni religiose. Che della grazia...

RESCR.—Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, vigore facultatum sibi a SSmo D. N. Paulo Div. Prov. Papa VI tributarum, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 5 mensis Augusti a. D. 1968.—Titianus Scalzotto, *Ad. a Studiis.*

* Procuratori Gen. O. F. M., Prot. N. 4380/68: AOFM 87 (1968) 307-308.

3683

1968 AUG 5.-SC GENTIUM EVANG., RESCRIPT. PART.*

SANANTUR ERECTIONES MONASTERIORUM MONIALIUM IN TERRITORIIS S. C. PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE FACTAE ABSQUE BENEPLACITO HUIUS SACRAE CONGREGATIONIS

PRECES—*Beatissimo Padre*, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit Beneplacitum Apostolicum, ad normam can. 497/1 C. I. C., ut apud Campbelltown, dioecesis Vollongongensis, nova domus religiosa Clarissarum Coletinarum canonice erigi possit.

Cum autem haec domus cum Rescripto a S. Congregatione de Religiosis diei 6 Iulii 1967 (Prot. N. 6733/67) iam aperta fuerit, sine Beneplacito Apostolico ex parte S. Congregationis de Propaganda Fide, etiam sanationem petit, pro tempore elapso, omnium quae sanabilia et sananda sunt, speciatim pro iis monialibus quae actu novitiatum peragunt aut professionem emiserunt.

Praeterea cum forte adhuc et aliae Monialium domus, cuiusque nominis, sint in territoriis S. Congregationi de Propaganda Fide subiectis, quae, tramite Ordinis Fratrum Minorum, defectu Beneplaciti S. Congregationis de Propaganda Fide, invalide erectae sunt, etiam et pro his idem petit Beneplacitum et eamdem sanationem. Et Deus...

RESCR.—Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, vigore facultatum sibi a SSmo D. N. Paulo Div. Prov. Papa VI tributarum, attentis expositis, benigne adnuit pro gratia iuxta preces.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 5 mensis Augusti a. D. 1968.—Titianus Scalzotto, *Ad. a Studiis.*

* Procuratori Gen. O. F. M., Prot. N. 4381/68: AOFM 87 (1968) 308.

3684

1968 AUG 15.-SC RITUUM, DECRETUM. PART.*

EDITIO PARTIS PONTIFICALIS ROMANI «DE ORDINATIONE DIACONI, PRESBYTERI ET EPISCOPI» TYPICA DECLARATUR

Per Constitutionem Apostolicam *Pontificalis Romani recognitio*, die 18 mensis iunii anno 1968 datam [LE 3366], Summus Pontifex Paulus VI novum ritum pro collatione sacrorum Ordinum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus, a Consilio ad exsequendam Constitutionem de S. Liturgia, Peritis adhibitis et Episcopis diversarum orbis regionum consultis, recognitum, approbavit, ut posthac, pro ritu in Pontificali Romano exstante, usurpetur in his Ordinibus conferendis.

Pars igitur Pontificalis Romani, novos hos ritus pro collatione sacrorum Ordinum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus continens, praesenti Decreto ab hac Sacra Rituum Congregatione, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo PP. VI tributarum, evulgatur et uti typica declaratur.

Statuitur insuper ut, usque ad diem 6 mensis aprilis proximi anni 1969, hoc est ad Dominicam Resurrectionis D. N. I. C., aut hi novi ritus, aut ii qui nunc in Pontificali Romano sunt, usurpari ad arbitrium possint; ab eo autem die hi novi dumtaxat ritus adhibeantur. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, die 15 Augusti 1968, in festo Assumptionis B. Mariae Virginis.—BENNO Card. GUT, *Praefectus S. Congr. Rituum et «Consilii» Praeses.* Ferdinandus Antonelli, Archiep. tit. Idicrensis, *S. C. R. a Secretis.*

* EL 83 (1969) 4. Adn. vide sub die 1968 Iun. 18: LE 3666.

3685

1968 AUG 28.-SECR. NON-CRED., INS. AAS 60(1968)692-704

INSTRUCTIO DE NATURA DIALOGI CUM NON CREDENTIBUS AB ALIIS FORMIS COMMERCII INTER CREDENTES ET NON CREDENTES DISTINGUENDI

Documentum quod Secretariatus pro non credentibus nunc publici iuris facit, eo tendit ut, iuxta ipsius Secretariatus indolem *, dialogus inter credentes et non credentes et promoveatur et ad bonum exitum ducatur iuxta naturam propriam dialogi. Proinde considerationes fiunt ad dialogi naturam recte explicandam, quatenus dialogus distinguitur ab aliis formis commercii inter credentes et non credentes, simulque condiciones essentiales dialogi declarantur ac praecipuae normae inde manantes proponuntur.

Quamvis dialogus, prout in hoc documento intelligitur, non necessario prosequatur finem apostolicum, tamen pro christianis testimonium includit propriae fidei, ac perinde ad munus Ecclesiae Evangelium pandendi suo modo pertinet. Insuper aliquomodo fieri potest, ut ex dialogo cum non credentibus, fideles adducantur non solum ad plenioren agnitionem valorum humanorum sed etiam ad meliorem intellegentiam rerum ad religionem spectantium.

Documentum hoc dirigitur primario ad christianos, et sub hoc respectu plura depromit ex documentis ecclesiasticis quae rem nostram tangunt; sed ita quae dialogum spectant exponit, ut a non credentibus et intelligi et recipi queant.

De Dialogo cum non credentibus

INTRODUCTIO

1. Humanae personae dignitatem ac valorem hodierni homines, spectata generali humani cultus et societatis progressione, non obstantibus anxietatibus de hodierna mundi
693 evolutione, penitius in dies agnoscunt. /

Crebriora enim inter homines commercia multum profuerunt, ut homines «pluralismi», ut dicitur, acciperent notitiam eamque veluti nostrae aetatis propriam rationem capesserent. Verus autem «pluralismus» haberi nequit nisi homines et communitates, ingenio et cultura diversi, ineant dialogum [1].

Ut in litteris Encyclicis *Ecclesiam suam* legere est: «(colloquium) profecto exigunt: primum mos, qui tam late maloquium) profecto exigunt: primum mos, qui tam late manavit, hoc modo intelligendi rationes inter sacra et profana; deinde incitatus agendi cursus, qui tantopere humanae societatis faciem, quae aetate nostra est, commutavit; tum plures eiusdem societatis significationes, postremo maturitas, ad quam venit huius nostri temporis homo; qui, sive

* «Secretariatus pro non credentibus Praesidem habet S. R. E. Cardinalem, iuvantibus Praelato Secretario et Subsecretario, et constat ex quibusdam Cardinalibus et Episcopis a Summo Pontifice nominatis, quibus accedunt Consultores ex toto Orbe electi.
Secretariatus, probante Summo Pontifice, in atheismi studium incumbit, ut eius diversas rationes intimius exploret et, quoad fieri possit, colloquium instituat cum ipsis non credentibus, qui collaborationem sincere acceptent» (Const. Apost. *Regimini Ecclesiae universae*, 101, 102) [LE 3358]; Decl. *Gravissimum educationis*, n. 6, 2 [LE 3335]; cfr. etiam Litt. Encycl. *Populorum progressio*, n. 39 [LE 3546].

religionem ipse colat, sive neglegat, civili tamen cultu idoneus factus est ad cogitandum, ad loquendum, ad colloquium cum dignitate serendum» [2].

Itaque dialogus, in quantum innititur in mutua colloquentium relatione, implicat ut unusquisque dignitatem necnon valorem proprium alterius colloquentis, quatenus persona est, agnoscat.

Christifideles autem in hominis supernaturali vocatione uberiorem rationem ad hunc valorem et dignitatem agnoscendam inveniunt; ceterum ob Incarnationis Mysterium, Ecclesiam non latet quantum intersit, immo quantum etiam sui muneris sit, ut ordo rerum temporalium humanior reddatur [3].

Omnes Christifideles proinde ea qua pollent navitate dialogum inter homines cuiusvis gradus promovere satagant oportet, utpote fraterni amoris ad nostram progredientem et adultam aetatem conformatum officium.

«Ecclesia enim —ut Concilium Vaticanum II declarat— vi suae missionis universum orbem nuntio evangelico illuminandi et omnes homines cuiusvis nationis, stirpis vel culturae in unum spiritum coadunandi, signum evadit illius fraternitatis quae sincerum dialogum permittit atque roborat» [4].

Profecto ratio et propositum dialogi non excludit alias communicandi formas, cuius generis sunt inter alias apologetica, comparatio, disceptatio, nec prohibet, quominus iura personae humanae vindicentur. In universum tamen animus apertus et benevolus, qui est velut fundamentum 694
dialogi, pro quolibet sociali convictu requiritur. /

Quae quidem animi propensio exigit, ut quis «urbane agat, et magni aestimet alios, et benevolentiam bonitatemque erga alios declaret» [5]. Quae omnia haberi nequeunt nisi «alter homo» ut «alter» libenter agnoscatur atque accipiatur.

Denique voluntas interserendi dialogi, modus et vis quaedam est illius generalis renovationis in Ecclesia efficiendae, quae etiam ampliorem libertatis aestimationem importat. «Veritas —prout docet Concilium Vaticanum II— inquirenda est modo dignitati humanae personae eiusque naturae sociali proprio, libera scilicet inquisitione, ope magisterii seu institutionis, communicationis atque dialogi, quibus alii allis exponunt veritatem quam invenerunt vel invenisse putant, ut sese invicem in veritate inquirenda adiuvent; veritati autem cognitae firmiter adhaerendum est assensu personali» [6].

2. «Desiderium talis colloquii —uti legitur in Constitutione Pastorali de Ecclesia in Mundo hodierno— quod sola caritate erga veritatem ducatur, servata utique congrua prudentia, ex nostra parte neminem excludit...» [7].

Litterae autem Encyclicae *Ecclesiam suam* tres veluti orbes circumductos maiores minoribus exhibuerunt ad indicanda tria colloquentium genera; videlicet cunctos homines, quorum non pauci nullam religionem colunt, deinde eos qui religiones non christianas profitentur, ac denique fratres christianos non catholicos. Ut autem dialogus cum his tribus generibus interlocutorum instituatur, Paulus VI tres Secretariatus: nempe pro uniendis in fide christianis, pro non christianis, pro non credentibus constituit.

Ad dialogum autem instituendum, praesertim cum non credentibus, peculiares et ex parte saltem novae quaestiones exoriuntur [8]. Item in quibusdam inceptis ac novitatibus ad dialogum promovendum Catholici veritatis et christianae fidei bonorum —qua par est sollertia— studiosi, difficultates aliquas experiri poterunt: qua de causa Secretariatus pro non credentibus cogitata quaedam et horum documentis Magisterii Pontificii et Conciliaris tamenta, innixus, proponere cupit.

De dialogo sub respectu apostolico longe lateque disserit in Litteris Encyclicis *Ecclesiam suam* Paulus VI: per dialogum ita acceptum Ecclesia suum praecipuum officium 695
cunctis hominibus nuntium evan/gelicum pandendi peragit, dum ipsis, reverentiae et amoris plena, donum gratiae et veritatis, quarum a Christo depositaria facta est, praebet.

In Constitutione autem Pastorali *Gaudium et spes*, de dialogo Ecclesiae cum mundo potius sermo fit. Quod colloquium non ad annuntiandum Evangelium proxime spectat; agitur enim de dialogo quem christiani instaurare intenden

* *A. A. S.* LVI (1964) p. 644; cf. etiam Const. past. *Gaudium et spes*, n. 6.
[1] Cf. Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 7 [LE 3346]. [2] Const. past. *Gaudium et spes*, n. 92. [3] Litt. Encycl. *Ecclesiam suam*, n. 46 [LE 3221].
[4] Decl. *Dignitatis humanae*, n. 3 [LE 3363]. [5] Const. past. *Gaudium et spes*, n. 92 [LE 3366]. [6] Const. past. *Gaudium et spes*, n. 19.

http://www.obrascatolicas.com

dunt cum hominibus qui eandem fidem non participant, sive ut veritas in diversis rerum provinciis simul quaeratur, sive ad solvenda per sociam operam urgentiora problemata nostrae aetati propria. De dialogo ita sumpto Ecclesiam inter et mundum, sequentia proponuntur ad expendendum.

I.—De natura et condicionibus dialogi

1. De dialogo in genere

Nomine dialogi hic generaliter intelligitur quaelibet forma conveniendi et communicandi inter personas vel coetus et communitates, eo consilio ut cum spiritu sinceritatis, personarum reverentiae et cuiusdam fiduciae, vel altior veritatis comprehensio vel humaniora commercia attingantur.

Dialogus vero gravioris momenti est ac difficilioris rationis, cum fit inter personas diversarum opinionum, immo aliquando oppositarum, quae mutuas praeiudicatas opiniones dispellere satagunt et consensum, quantum fieri potest, inter se augere, quod attinet tum ad simplex inter homines commercium, cum etiam ad veritatem inquirendam vel ad cooperandum in quolibet rerum agendarum ordine.

Quae quidem elementa omnia, quamvis in singulis dialogi formis praesto sint, tamen, cum unum vel alterum elementum praeponderare possit, tria genera dialogi distinguere fas est, scilicet:

— conventus, humano tantum in commercio instaurandus, cuius sit colloquentes a solitudine et a mutua diffidentia liberare atque rationem verioris «sympathiae» nec non mutuae reverentiae et aestimationis inducere;

— conventus in veritatis provincia instaurandus, cuius sit quaestiones, quae pro ipsis colloquentium personis maximi momenti sint, pertractare et communi conatu ad assequendam melliorem veritatis/ comprehensionem, necnon 696
ad ampliorem rerum cognitionem animum intendere;

— conventus, in actionis provincia instaurandus, cuius sit condiciones ad definitos fines operativos— non obstantibus differentiis doctrinalibus— attingendos statuere.

Quamquam optandum est ut dialogus hisce tribus rationibus simul colatur, tamen singulae formae, utpote quae commercium inter personas instituant, vim propriam servant.

Dialogus quilibet, quatenus colloquentes singillatim dant atque recipiunt, quandam «reciprocitatem» secum fert, quare a docendo differt, cuius est discipulum colloquentem locupletare; attamen dialogus, cum hominum multitudinem beneficio doctrinae prosequi possit, vera quaedam docendi forma dici potest et ipsius veritatis evangelicae implicitus nuntius.

Insuper dialogus, prout hic sumitur, a contentione et controversia differt, quarum est propriam partem defendere et alterius errorem demonstrare.

Praeterea dialogus non in comparatione proprie consistit, nam dialogi est efficere ut alter ad alterum propius accedat et alterum magis intelligat. Denique, etsi unusquisque colloquens legitime optare potest ut alterutri persuadeat de veritate suae partis, tamen dialogus natura sua non ad hunc finem assequendum ordinatur, sed ad mutuam locupletationem.

2. De dialogo doctrinali

1. *De possibilitate et legitimitate istius dialogi*

Saepe de ipsa possibilitate dialogi doctrinalis ambigitur. Quaeritur utrum ad sincerum dialogum habendum postuletur ut omnis veritas absoluta seponatur, et ad hoc ut dialogus sit apertus dispositio animi indefinite quaerendi exposcatur. Item quaeritur utrum admissa veritate absoluta, dialogus componi possit cum persuasione eam possidendi: dispositio enim ad dialogum serendum requirere videtur, ut de veritate absoluta dubitetur.

Praeterea potestne instaurari dialogus si colloquentes duobus differentibus cogitandi systematibus adhaerent? Si quaelibet affirmatio nonnisi in relatione ad integrum systema sensum firmum nanciscitur, daturne verus locus collo- 697
quendi, si ex duobus systematibus diversis fiat disputatio? /

Praeterea, ex analysi notionis veritatis quam hodie multi animo concipiunt, eruitur veritatem homini ipsi immanentem esse et ex homine eiusque libertate pendere, ita ut

dari non possit veritas quae ab ipso homine non oriatur; hinc dialogus doctrinalis fundamento careret, cum christiani, principium immanentiae reicientes, veritatis notionem absolute diversam sibi effingant.

Praeterea, ad dialogum publicum quod attinet, quaeritur an liceat fidem coetus, qui non sufficienter ad controversiam sit praeparatus, periculo exponere.

Quare, sequentibus adnotationibus quasdam inducere cupimus rationes ad has difficultates enodandas.

Dialogus doctrinalis, qui animosa sinceritate et maximo cum libertatis sensu ac reverentiae instauretur oportet, circa quaestiones doctrinales quae quodammodo ipsos disputantes afficiunt versatur, et fit inter colloquentes qui, diversa opinantes, communi conatu ad meliorem mutuam intelligentiam, ad consonantias enucleandas et quantum fieri potest dilatandas contendunt. Quo pacto fit ut colloquentes mutuo ditari possint.

Quare ex una parte proprium est dialogi ut ad indolem personalem adeptionis veritatis attendat; inde condiciones singulorum hominum et adiuncta peculiaria uniuscuiusque colloquentis, necnon termini in quibus singuli colloquentes in capessenda veritate continentur, perpendenda sunt. Intelligentia horum terminorum, qui sive singulos homines sive communitates historicas afficiunt, dilatabit corda ad aliorum sententias et molimina consideranda et ad elementa vera uniuscuiusque sententiae amplectenda.

Altera vero ex parte, quatenus dialogus in requirenda veritate etiam consistit, omni vi caret, nisi colloquentes teneant ipsam humanam mentem, saltem quadam ratione, veritatem obiectivam attingere, eamque aliquam ipsius veritatis partem, etsi fortasse errori admixtam, semper intelligere posse. Demum singuli homines, cum res modo sibi proprio eodemque unico pertingere valeant, auxilium ad veritatem assequendam praebent, ad quod ceteri attendere debent.

Hac de causa, veritatem esse possibilem non tantum est affirmatio dialogo consentanea, sed etiam necessaria eius condicio; in dialogo ergo instituendo non est ambigendum de veritate quasi ipsa dialogo postponi possint sicut quaedam formae irenismi facere videntur. Immo, dialogus oriri debet ex communi officio morali quaerendi in omnibus, ac praesertim quod ad quaestiones religiosas attinet, veritatem. / 698

Praeterea ex eo quod singuli colloquentes putent se possidere veritatem, non sequitur dialogum esse inanem; haec enim persuasio non est contra colloquii naturam. Nam dialogus initur et duobus diversis positionibus, quas reapse dialogus enucleare, ac quantum fieri potest, viciniores reddere ad invicem contendit; sufficit ergo ut singuli colloquentes existiment notitiam veritatis, quam tenent, ex dialogo cum altero crescere posse.

Quae quidem mens a credentibus maxima cum sinceritate suscipienda ac fovenda est. Nam veritates fidei, quatenus a Deo revelatae sunt, in seipsis absolutae sunt ac perfectae, attamen semper imperfecte a fidelibus percipiuntur, qui in iis intelligendis ac meditandis crescere possunt. Ceterum non omnia quae a christianis tenentur, a Revelatione profluunt, et dialogus cum non credentibus eos adiuvare potest ad distinguendum ea, quae ex ipsa procedunt, ab aliis, necnon ad signa temporum sub luce Evangelii perscrutanda.

Insuper fides christiana non eximit credentes a considerandis, rationis ope, fidei praesuppositis rationalibus, immo christianus impellitur ut quidquid ab humana ratione recte postulatur amplectatur, cum ex ipsa fide certus fiat rationem fidei numquam contradicere posse. Denique christianus novit e fide non omnia responsa in qualibet rerum disputatione erui posse, sed ab ea novit quo animo et qua via de iis quaestionibus disceptandum sit, praesertim in rerum temporalium provincia, quae est veluti magna porta ad requirendum aperta [9].

Quod vero ad difficultatem ex systematis interna cohaesione ortam spectat, meminisse oportet haberi dialogum etiam cum singuli disceptantes circa quaedam tantum conveniant, nam si in quodam systemate nonnullae veritates ac bona reperiantur, quae suum sensum ac momentum ab ipso systemate non necessario accipiant et ab eo disiungi possint, sufficit ut haec in sua luce ponantur, ut consensus quidam haberi possit.

[9] «Sane coram immensa diversitate tum rerum status tum culturae humanae formarum in mundo, propositio haec in compluribus suis partibus consulto nonnisi indolem generalem prae se fert: immo, licet doctrinam iam in Ecclesia receptam proferat, cum non raro de rebus incessanti evolutioni subiectis agatur, adhuc prosequenda et ampliandia erit» (Const. past. *Gau-*

Inter homines etiam quos separat maxima opinandi discrepantia, quaedam capita conveniendi et communicandi inveniri possunt. Ratione igitur habita internae cohaesionis systematum, in disputando distinguendi sunt gradus, 699
quibus dialogus fiat, cum contingere possit, / ut dialogus in uno potius gradu quam in alio interseri possit. In specie recolatur, res humanas suam legitimam autonomiam obtinere [10] ac consequenter discrepantias in rebus religiosis non necessario impedire quandam consensionem de rebus temporalibus.

Ceterum negandum non est dialogum difficiliorem evadere posse, eo quod colloquentes diversam veritatis notionem habeant et in ipsis rationis principiis non conveniant. Si hoc accidat, ipsius dialogi erit conari ut ad talem veritatis et principiorum rationis notionem, quam omnes colloquentes probare possint, perveniatur. Quod si fieri nequeat, dialogum validitatem omnem amisisse nondum dicendum est; nam parum non est terminos constituere, ultra quos progredi non possit. Non enim quacumque ratione dialogus instituendus est.

Contestationis vero periculum in humano convictu «pluralistico» nostrae aetatis vix vitari potest; unde oritur necessitas parandi fideles, ut tale periculum inire sciant praesertim in colloquio publico, quod si rite paretur, non paulum fidei maturandae inservit; ceterum in colloquio publico colloquentibus occasio praebetur proponendi suam doctrinam auditoribus, quos alio modo attingere non possent.

Colloquium credentium cum non credentibus, quamquam periculo secum fert, non solum possibile, sed suadendum est. In omnibus enim quae rationi humanae impervia non sunt, exerceri potest, ut in re philosophica, religiosa, morali, historica, politica, sociali, oeconomica, artificiosa et «culturali» in genere. Fidelitas, qua christianus omnibus bonis spiritualibus et corporalibus adhaeret, postulat, ut ipse ubicumque ea inveniat, agnoscat [11]. Dialogus iste vertere etiam potest circa bona, quae pro hominis vita et cultura ex veritatibus ordinis supernaturalis profluere possunt.

2. *De condicionibus dialogi doctrinalis*

Ut autem dialogus fines sibi praestitutos attingere valeat, veritatis ac libertatis normis obtemperare debet: quare veritatem in sinceritate requiret ita ut excludatur colloquium doctrinale, quando, prout vulgo dicunt, «instrumentalizatum» appareat, utpote ad fines politicos contingentes assequendos institutum. Crebriores vero difficultates fiunt quod ad dialogum cum marxistis, qui communismo adhaerent, attinet, ob arctum vinculum, quod ipsi ponunt inter theoriam et praxim; quod quidem secum fert ut difficilius 700
dialogi gradus inter se distin/guantur, et ipse dialogus ad doctrinam pertinens in practicum convertatur.

Ad veritatis cultum postulatur praeterea, ut in declaranda ac mutuo comparanda uniuscuiusque colloquentis sententia, claritas resplendeat, ne per verba, quae eadem sonant, sed non eadem significatione usurpantur a colloquentibus, differentiae occultentur potius quam superentur. Quod quidem requirit, ut clare perspiciatur quo sensu eadem verba ab utrisque adhibeantur, ut qualibet ambiguitate sublata, disputatio recte procedat.

Colloquium doctrinale alacritatem exposcit tum ad propriam uniuscuiusque sententiam sincere pandendam, cum ad veritatem ubique agnoscendam, etiam cum veritas ita devincit colloquentem, ut ipse speculativam et practicam sui positionem recognoscere saltem ex parte cogatur.

Nihil autem proficiet colloquium nisi a vere peritis paretur atque exerceatur, secus beneficia colloquii non aequabunt pericula inde oritura. Denique veritas in dialogo habendo non aliter praevaleat nisi vi ipsius veritatis [12]; ideoque libertas colloquentium tum iure in tuto ponenda, tum reapse reverenda est.

3. De dialogo in rerum agendarum ordine

Colloquium etiam eo spectare potest, ut cooperatio inter homines, inter coetus vel communitates, sententias diversas immo aliquando oppositas profitentes, instituatur.

Animadvertendum est autem aliquando incepta ex sententiis christianae religioni infensis exorta, in eum posse devenire statum, qui amplius cum primordiis non congruat [13], immo, ut supra diximus, discrepantiae quae mutuo opponunt systemata complexive considerata, non impediunt, quominus systemata in quibusdam consentiant; praesertim autem discrepantiae, quae habentur in re religiosa, per se non excludunt consonantias in rebus temporalibus quae, ad sensum Constitutionis *Gaudium et spes*, autonomiam in suo ordine obtinent.

Demum ubi concordes sententiae doctrinales obtineri nequeant, fieri potest, ut consensus circa aliquas res practicas mutuo ineatur. Ut consensus et cooperatio legitime fiant, quaedam condiciones adimpleri debent: videlicet pro- 701
positum dialogi vel sit bonum aliquod vel ad / bonum reduci possit [14]; deinde id in quo colloquentes consentiunt, potiora bona in discrimen ne deducat; huiusmodi sunt integritas doctrinae et iura personae, ut libertas civilis, culturalis et religiosa. Ut autem tales condiciones in colloquio exsequendo haberi probetur, attendendum erit tum ad ea quae colloquentes agenda in praesenti vel in futurum sibi proponunt, cum etiam ad experimenta quae in praeterito facta sunt.

Ex diversis ergo rerum, locorum et temporum adiunctis diiudicanda erit opportunitas talis cooperationis. Quamquam laicorum praesertim erit haec adiuncta perpendere, Hierarchiae tamen munus est, salva semper laicorum legitima libertate ac peritia, invigilare ac intervenire quando ad valores religiosos et morales tutandos exigitur.

II.—Normae practicae

Normae quae inde sequuntur veluti corollaria ex natura et condicionibus colloquii deprompta considerandae sunt, sed necessario potius generales erunt, tum ob diversa singularum regionum adiuncta, cum etiam quia iuxta Pastorum ac Fidelium prudentiam singula praecepta diversis casibus applicabuntur. Exempli causa, distinguendum sane est inter gentes antiquas traditiones christianas servantes, et eas quibus hucusque Evangelium nuntiatum non est, necnon eas quae quamvis malore ex parte christianae, actu a moderatoribus atheis reguntur. Praeterea, experimenta uberiora adhuc sperantur quae in posterum magis opportunas normas suadebunt. Munus est Conferentiae Episcopalis pro singulis nationibus normas tradere generales loci condicionibus adaptatas.

1. Normae ad colloquium promovendum

Praelucente Concilio Vaticano II optandum est, ut publica opinio in Ecclesia persentiat opportunitatem et quidem maximam colloquii instituendi.

1. In clericis instituendis atque formandis necesse est, ut disciplinis philosophicis ac theologicis ita imbuantur, ut «hodiernae aetatis indole recte percepta, ad colloquium cum 702
hominibus nostri temporis / opportune praeparentur» [15], ad non credentes etiam quod attinet; quare futuri sacerdotes de praecipuis formis «non credendi» (praesertim quae in eorum regione serpunt) recte edoceantur, ac rationem fundamentaque philosophica et theologica dialogi condiscant. Quae quidem in Universitatibus et Facultatibus ecclesiasticis uberius latiusque tradenda sunt.

2. In pastorali renovatione clericorum promovenda, quae cursibus, studiorum hebdomadis, conventibus, etc., fit, attendatur opus est ad illas quaestiones de colloquio cum non credentibus explanandas, quae ad concreta adiuncta referuntur, in quibus clerici ministerium pastorale exercebunt.

3. Pariter cursus altioris institutionis religiosae de colloquio cum non credentibus, vel peculiares cursus pro peritis, vel studiorum dies et conventus pro laicis promoveantur, ratione peculiari habita iuvenum et eorum qui in apostolatu christiano partem habeant.

4. Ipsa autem praedicatio et institutio catechetica ad hanc novarum rerum temperationem, ad quam Ecclesia hodie praesertim composita est et prompta, attendere debebunt.

5. Quod vero ad studium atheismi et ad colloquium instaurandum attinet, officia dioecesana et nationalia, cum Secretariatu Romano pro non credentibus quovis vinculo coniuncta, et sub ductu Hierarchiae in loco constitutae, operam navabunt. Haec officia sibi asciscent peritos viros tum ex clero tum ex laicis utriusque sexus ad inquisitiones promovendas, ad studia, ad cursus denique et conventus agendos.

[10] *Gaudium et spes*, n. 91, 2) [LE 3366]. [11] Const. past. *Gaudium et spes*, n. 36 et 59. [12] Const. past. *Gaudium et spes*, n. 57. [13] Decl. *Dignitatis humanae*, n. 1 et 3 [LE 3363]. [14] Litt. Encycl. *Pacem in terris*, n. 160 [LE 3170]. [15] Litt. Encycl. *Ecclesiam suam*, n. 58 [LE 3211]. [16] Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, n. 252 [LE 2984]. [17] Decr. *Optatam totius*, n. 15 [LE 3334].

http://www.obrascatolicas.com

6. Optandum est, ut cooperatio in hac rerum parte vere oecumenica inter catholicos et alios christianos, in ordine tum internationali tum nationali et regionali, instituatur.

7. Sed et inter christianos et sectatores religionum non christianarum, praesertim Iudaeos et Mahomaetanos, optatur talis cooperatio ad dialogum instituendum cum non credentibus.

2. Normae directivae

Imprimis distinguendum est inter colloquium publicum et privatum.

Ad dialogum *privatum*, scilicet ad conventum, sive sponte sive ex accitis consensibus instituendum et quibusdam tantum viris vel coetibus reservandum, nulla peculiaris norma
703 statui potest praeter usum / prudentiae et benevolentiae, quarum est omnes actus vere humanos et christiano nomine dignos regere.

Sequentes tamen suasiones proponendae videntur:

1. Ad colloquium quam maxime fructuosum instituendum opus est ante omnia rem de qua disputandum erit perspecte nosse, non solum quod spectat ad sententiam colloquentis, sed etiam et praesertim quod ad christianam doctrinam pertinet.

2. Si vero christifidelis se non satis paratum esse persentit, peritum adeat, vel ad eum alterum colloquentem mittat.

3. Rursus bene attendatur ad momentum moralis obligationis ne quis facili «irenismo» vel «syncretismo» seductus, suae fidei verum depositum relinquat neve in discrimen fidem suam adducat.

4. Neque minus aestimandum est vitae integrae et fidei congruens testimonium ad efficacem conventum agendum.

Quod vero ad colloquium *publicum* attinet nempe a viris qui communitatem repraesentant (non necessario de mandato communitatis) tum credentium tum etiam aliorum qui doctrinis ac motibus diversis vel etiam oppositis adhaereant, parandum, requiritur plus prudentiae ob vim in publicis opinionibus inde proficiscentem. Huc faciunt quoque sequentia generalia hortamenta:

1. Christifideles, qui huius generis colloquio intersunt sive sacerdotes sive laici, non tantum iis qualitatibus praediti esse debent, quae supra de dialogo privato memoratae sunt, sed excellentioribus dotibus tum quoad doctrinam, in qua debent esse vere periti, tum etiam quoad alias virtutes praestare debent, ut sunt moralis auctoritas, loquendi efficacitas ac praestantia, quemadmodum tale colloquium exposcit.

2. Si —ut hic supponitur— agatur de colloquio publico non officiali (scilicet non de mandato auctoritatis), opportunum esse videtur ad libertatem necessariam tuendam, ne colloquio intersint viri quibus vel publica auctoritas vel officium aut institutum quod repraesentant, implicetur; necesse est autem, ut colloquentes sese fideles praebeant postulatis communitatis, cuius vicem in colloquio gerunt.

3. Colloquium officiale (seu ex mandato) «a priori» nequit excludi; raro autem fit ut condiciones talis dialogi inter christifideles et non credentes habeantur, sive quia non credentes plerumque communitatem aliquam non repraesentant sed seipsos tantum, sive ob defectum homogenei-
704 tatis inter Ecclesiam ex una parte et factionem politicam / vel coetum culturalem ex alia. His in adiunctis curandum est ut in natura et fine dialogi atque in voluntate cooperandi, omnis vitetur aequivocatio.

4. Colloquium instituendum est solummodo si adiuncta v. g. temporum ac locorum, verae colloquii naturae faveant, atque ideo vitanda est nimia celebritas vel hominum ad rem non satis paratorum praesentia, qui possint colloqui serenitatem turbare, idque in rixam vel comitium convertere. Generatim magis in bonum cedunt colloquia inter paucos utrimque peritos. Aliquando statutum et regulae colloquii antea sancienda sunt; denique a colloquio declinandum est, si patet ipsum fore instrumentum alicuius factionis.

5. Identidem ad dissentiones et scandala vitanda aliquando oportebit antea edere declarationem, in qua sensus, finis ac materia dialogi statuantur.

6. Sacerdotes consensum Ordinarii proprii et loci, ubi colloquium habebitur, obtineant; omnes christifideles Auctoritatis Ecclesiasticae praeceptis obtemperabunt. Auctoritas autem legitimam libertatem laicorum in rebus temporalibus studiose servet, necnon condiciones generales in quibus ipsi vitam suam agunt.

5427

Praeter dialogum qui voce fit, scripto quoque dialogus recensendus est, qui inter credentes et non credentes fieri potest mutua cooperatione in ephemeridibus, in libellis statuto tempore vulgandis ac in ceteris foliis.

Hoc autem colloqui publici genus curam maiorem requirit ob famam largioremque diffusionem rerum scriptarum, ac proinde ob maius onus et conscientiae officium fidelium participantium. Altera tamen ex parte melius hic a periculis imperitiae et festinationis caveri potest. In hoc autem dialogo instituendo suadendum est ut ii omnes christifideles quorum interest, sua scripta peritis antea tradant. Ceterum omnes fideles normas canonicas hac de re latas vel ferendas religiose servabunt.

Datum Romae, die 28 Augusti 1968.—Franciscus Card. König, *Praeses*. Vincentius Miano, *a Secr.*

3686

1968 SEP 3.-SC RITUUM, DECR. AAS 60 (1968) 539

Preces pro Italica Republica in Missa conventuali recitandae in ditionibus Italiae ad normam articuli 12 pacti cum Apostolica Sede Concordati

In omnibus Dominicis aliisque festis de praecepto servandis, in cunctis ecclesiis Capitulum et Officium chorale habentibus, in Missa conventuali, Orationi fidelium sequens inseratur deprecatio:

Ut Italiam eiusque Praesidem caelesti favore prosequatur atque conservet, cunctisque Nationis civibus ac moderatoribus vitae prosperitatem salutemque cum pace atque concordia largiatur, Dominum deprecemur.

Perché Dio benedica e protegga l'Italia e il suo Presidente, e doni alla Patria e ai suoi governanti vita, prosperità e salvezza nella pace e nella concordia, preghiamo fratelli.

Ex Secretaria Sacrae Rituum Congregationis, die 3 Septembris 1968.—Benno Card. Gut, *Praef.* F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secretarius.*

3687

1968 SEP 12.-SC RITUUM, INSTR. AAS 60 (1968) 602

De celebrationibus quae in honorem alicuius Sancti vel Beati intra annum a Canonizatione vel Beatificatione peragi solent

1. Ad solemnia, quae in honorem alicuius Sancti vel Beati, *intra annum* a Canonizatione vel Beatificatione celebrari et per triduum peragi solent, requiritur peculiare indultum Sacrae Rituum Congregationis *(Codex Rubricarum*, n. 338 a, 339) [LE 2927].

2. Singulis diebus horum solemnium permittuntur Missae Votivae de novo Sancto vel Beato, omnibus diebus liturgicis, iis tantum exceptis, quae in tabella praecedentiae sub numeris 1-10 recensentur *(Codex Rubricarum*, n. 91); exceptis insuper feriis Quadragesimae et feriis Adventus a die 17 ad diem 23 Decembris.

Hae Missae dicuntur cum *Gloria*, sed sine *Credo*, nisi occurrat dies dominica vel festum de praecepto, aut magnus habeatur populi concursus.

3. Cotidie, tempore horum solemnium, celebrari possunt Vesperae de novo Sancto vel Beato, sine commemorationibus; hae Vesperae valent ad satisfaciendum divini Officii obligationi quoad Vesperas eiusdem diei.

Prohibentur tamen diebus sub nn. 1-10 in tabella praecedentiae recensitis *(Codex Rubricarum*, n. 91), et insuper feriis Quadragesimae et feriis Adventus a die 17 ad diem 23 Decembris.

4. Ultimo harum celebrationum die, laudabiliter solemnia concluduntur hymno *Te Deum* et benedictione cum sanctissimo Sacramento.

5. *Sacra Paenitentiaria Apostolica*, ad venerationem et pietatem in novos Sanctos vel Beatos impensius fovendas, christifidelibus qui, confessi, sacra Synaxi refecti et ad mentem Summi Pontificis *Pater* et *Ave* vel quemlibet aliam orationem recitantes, ecclesias vel publica oratoria, in quibus solemnia in eorum honorem peraguntur, devote visitent ibique *Pater* et *Credo* recitent, *plenariam indulgentiam* semel acquirendam benigne concedit; iis vero, qui saltem corde contrito, eodem temporis spatio, praefatam visitationem pie peragant, *partialem indulgentiam* largitur.

Die 12 Septembris 1968.—Benno Card. Gut, *Praef.* F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren., *Secr.*

5428

3688

1968 OCT 7.-CONVENTIO SOLLEMNIS CUM AUSTRIA. AAS 60 (1968) 782-785

CONVENTIO INTER APOSTOLICAM SEDEM ET AUSTRIACAM REMPUBLICAM DE CONDENDA «FELDKIRCHENSI» DIOECESI

Convenzione tra la Santa Sede e la Repubblica Austriaca per erigere la diocesi di Feldkirch

Fra la Santa Sede, rappresentata dal suo Plenipotenziario Sua Eccellenza Rev.ma Monsignor Opilio Rossi, Arcivescovo tit. di Ancira e Nunzio Apostolico in Austria,

e la Repubblica Austriaca, rappresentata dai suoi Plenipotenziari, Il Signor Dott. Kurt Waldheim, Ministro Federale per gli Affari Esteri, e Il Signor Dott. Theodor Piffl-Percevic, Ministro Federale per l'Istruzione,

viene conclusa la seguente Convenzione.

Articolo I. La Santa Sede e la Repubblica Austriaca hanno convenuto, a norma dell'Articolo III § 1 del Concordato del 5 Giugno 1933 [LE 1170], di erigere nel Vorarlberg la Diocesi di Feldkirch.

Articolo II. La Dioecesi di Feldkirch comprende il territorio del «Land Vorarlberg», per il quale, in conformità all'Articolo I della Convenzione tra la Santa Sede e la Repubblica Austriaca del 7 Luglio 1964 [LE 3203] concernente l'erezione dell'Admministrazione Apostolica di Innsbruck-Feldkirch in diocesi, esiste un Vicariato Generale con sede in Feldkirch.

Articolo III. La Diocesi di Feldkirch viene assegnata alla Provincia Ecclesiastica di Salisburgo.

Articolo IV. La Diocesi, la Sede Vescovile e il Capitolo Cattedrale, qualora venga eretto, hanno personalità giuridica nell'ambito dello Stato e godono dei diritti degli enti di diritto pubblico.

Articolo V. La Diocesi di Innsbruck-Feldkirch ed altri enti ecclesiastici, come pure il «Bund» e il «Land Vorarlberg» saranno liberi di trasferire beni mobili ed immobili alla Diocesi di Feldkirch, alla Sede Vescovile, alla futura Chiesa Cattedrale e al Capitolo Cattedrale, qualora venga eretto, in esenzione di tutte le imposte stabilite dal diritto federale, entro il termine di un anno dall'entrata in vigore dell'erezione nell'ambito statale (Articolo VII capov. 2 e 3).

Articolo VI. (1) La Repubblica Austriaca verserà alla Diocesi di Feldkirch per far fronte alle spese relative alla erezione della diocesi, con i fondi del «Bund», una somma complessiva di 4½ milioni di Scellini, che dovrà essere corrisposta negli anni 1969 e 1970 in due rate uguali entro il 1.° Luglio di detti anni.

(2) La Repubblica Austriaca e la Santa Sede hanno preso atto che il «Land Vorarlberg» mette a disposizione della Diocesi per lo stesso fine una somma di 4½ milioni di Scellini.

Articolo VII. (1) L'erezione della Diocesi di Feldkirch deve aver luogo entro sei mesi dall'entrata in vigore della presente Convenzione.

(2) La Santa Sede trasmetterà al Governo Federale della Repubblica Austriaca una copia della Bolla di erezione. Appena presentata tale Bolla, l'erezione della Diocesi e della Sede Vescovile avrà efficacia nell'ambito statale.

(3) Per l'erezione del Capitolo Cattedrale vale l'Articolo XV § 7 del Concordato del 5 Giugno 1933.

Articolo VIII. La Diocesi di Innsbruck-Feldkirch finora esistente, in seguito all'erezione della Diocesi di Feldkirch conformemente all'Articolo VII di questa Convenzione, prende il nome di «Diocesi di Innsbruck».

Articolo IX. Le divergenze di vedute, che sorgessero eventualmente in futuro circa l'interpretazione del presente Accordo, saranno eliminate d'intesa tra le Alte Parti contraenti a norma dell'Articolo XXII, capov. 2, del Concordato del 5 Giugno 1933.

Articolo X. Questa Convenzione, il cui testo italiano e tedesco è ugualmente autentico, deve essere ratificata e gli Istrumenti di ratificata devono venir scambiati al

5429

Vertrag zwischen dem Heiligen Stuhl und der Republik Österreich betreffend die Errichtung einer Diözese Feldkirch

Zwischen dem Heiligen Stuhl, vertreten durch dessen Bevollmächtigten, S. E. den Herrn Apostolischen Nuntius in Österreich, Titularerzbischof von Ancyra, Msgr. Opilio Rossi,

und der Republik Österreich vertreten durch deren Bevollmächtigte, Herrn Dr. Kurt Waldheim, Bundesminister für Auswärtige Angelegenheiten, und Herrn Dr. Theodor Piffl-Percevic, Bundesminister für Unterricht,

wird nachstehender Vertrag geschlossen:

Artikel I. Der Heilige Stuhl und die Republik Österreich sind gemäss Artikel III § 1 des Konkordates vom 5. Juni 1933 [LE 1170] übereingekommen, dass in Vorarlberg eine Diözese Feldkirch errichtet werden soll.

Artikel II. Die Diözese Feldkirch umfasst das Gebiet des Landes Vorarlberg, für das gemäss Artikel I des Ver- 783
trages zwischen dem Heiligen Stuhl und der / Republik Österreich betreffend die Erhebung der Apostolischen Administratur Innsbruck-Feldkirch zu einer Diözese vom 7. Juli 1964 [LE 3203] ein Generalvikariat mit dem Sitz in Feldkirch besteht.

Artikel III. Die Diözese Feldkirch wird der Salzburger Kirchenprovinz zugeteilt.

Artikel IV. Die Diözese, der Bischöfliche Stuhl und ein allenfalls zu errichtendes Kathedralkapitel haben Rechtspersönlichkeit für den staatlichen Bereich und geniessen die Rechte öffentlich-rechtlicher Körperschaften.

Artikel V. Der Diözese Innsbruck-Feldkirch und anderen kirchlichen Einrichtungen sowie dem Bund und dem Land Vorarlberg steht es frei, bewegliches und unbewegliches Vermögen an die Diözese Feldkirch, an den Bischöflichen Stuhl, an die zukünftige Domkirche und an ein allenfalls zu errichtendes Kathedralkapitel frei von allen bundesrechtlich geregelten Abgaben innerhalb einer Frist von einem Jahr nach Wirksamkeit der Errichtung für den staatlichen Bereich (Artikel VII Absätze 2 und 3) zu übertragen.

Artikel VI. (1) Die Republik Österreich wird der Diö- 784
zese Feldkirch zur Bestreitung der Auslagen, die mit dem Ausbau der Diözese verbunden sind, aus Mitteln des Bundes einen Gesamtbetrag von 4½ Millionen Schilling leisten, der in den Jahren 1969 und 1970 in zwei gleichen Teilbeträgen jeweils bis zum 1. Juli zu erbringen ist.

(2) Die Republik Österreich und der Heilige Stuhl haben davon Kenntnis genommen, dass das Land Vorarlberg der Diözese Fedlkirch für den gleichen Zweck einen Betrag von 4½ Millionen Schilling zur Verfügung stellt

Artikel VII. (1) Die Errichtung der Diözese Feldkirch soll innerhalb von sechs Monaten nach Inkrafttreten dieses Vertrages erfolgen.

(2) Der Heilige Stuhl wird der Bundesregierung der Republik Österreich eine Ausfertigung der Errichtungsbulle übermitteln. Mit dem Einlangen dieser Ausfertigung wird die Errichtung der Diözese und des Bischöflichen Stuhles für den staatlichen Bereich wirksam.

(3) Für die Errichtung eines Kathedralkapitels gilt Artikel XV § 7 des Konkordates vom 5. Juni 1933.

Artikel VIII. Die bisherige Diözese Innsbruck-Feldkirch erhält mit der Errichtung der Diözese Feldkirch gemäss Artikel VII dieses Vertrages den Namen «Diözese Innsbruck».

Artikel IX. Eine in Zukunft etwa entstehende Mei- 785
nungsverschiedenheit über die Auslegung dieses Vertrages wird nach Artikel XXII Absatz 2 des Konkordates vom 5. Juni 1933 im Einverständnis zwischen den Hohen Vertragschliessenden Teilen beigelegt werden.

Artikel X. Dieser Vertrag, dessen italienischer und deutscher Text authentisch ist, soll ratifiziert und die Ratifikationsurkunden sollen so bald wie möglich in Rom

5430

http://www.obrascatolicas.com

più presto in Roma. Essa entra in vigore il giorno dello scambio degli Istrumenti di ratifica.

In fede di che i Plenipotenziari hanno firmato la presente Convenzione in doppio originale.

Fatto a Vienna, il 7 Ottobre 1968. Per la Santa Sede: Für den Heiligen Stuhl: Mons. Opilio Rossi.

ausgetauscht werden. Er tritt mit dem Tag des Austausches der Ratifikationsurkunden in Kraft.

Zu Urkund dessen haben die Bevollmächtigten diesen Vertrag in doppelter Urschrift unterzeichnet.

Geschehen zu Wien, am 7. Oktober 1968. Für die Republik Österreich: Per la Repubblica Austriaca: Dr. Kurt Waldheim. Dr. Theodor Piffl-Percevic.

Conventione inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam rata habita, die VII mensis Decembris anno MCMLXVIII Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, i. e. a die VII mensis Decembris anno MCMLXVIII, huiusmodi Conventio inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam icta vigere coepit ad normam articuli X eiusdem Pactionis

3689

1968 OCT 7.-CONVENTIO SOLLEMNIS CUM BAVARIA. AAS 61 (1969) 163-168

CONVENTIO INTER APOSTOLICAM SEDEM ET BAVARICAM CIVITATEM CIRCA NONNULLAS MUTATIONES INDUCENDAS IN CONCORDATUM DIEI 29 MARTII 1924

Accordo fra la Santa Sede e lo Stato Bavarese con cui si apportano modifiche ed aggiunte agli articoli 5 e 6 del Concordato con la Baviera del 29 marzo 1924

Fra la Santa Sede rappresentata dal suo Plenipotenziario Mons. Dr. Corrado Bafile, Arcivescovo titolare di Antiochia di Pisidia, Nunzio Apostolico in Germania,

e *Lo Stato Bavarese*, rappresentato dal Dr. h. c. Alfons Goppel, Presidente dei Ministri, come pure dal Dr. Ludwig Huber, Ministro per l'Istruzione ed il Culto, e dal Dr. Konrad Pöhner, Ministro delle Finanze,

viene concluso il seguente Accordo.

La nuova situazione determinatasi in campo scolastico ha indotto lo Stato Bavarese ad introdurre nell'ambito della scuola primaria e della formazione dei maestri notevoli riforme, che presuppongono modifiche del Concordato stipulato il 29 Marzo 1924 fra la Santa Sede e lo Stato Bavarese [LE 586].

Il Governo Bavarese, pertanto, prima dell'approvazione delle nuove disposizioni legislative, ha chiesto alla Santa Sede di consentire alla modifica di quegli articoli del Concordato con la Baviera, che vengono toccati dalla divisata legislazione.

La Santa Sede si è dichiarata a ciò disposta.

Nel desiderio di attuare in tal campo un'amichevole collaborazione, la Santa Sede e lo Stato Bavarese hanno deciso di adeguare il Concordato anzidetto alle nuove esigenze. A tale scopo le Alte Parti contraenti hanno convenuto di apportare al Concordato le seguenti modifiche ed aggiunte:

I

Gli articoli 5 e 6 del Concordato ricevono la formulazione seguente:

Articolo 5. § 1. Lo Stato istituirà in ciascuna delle attuali Alte Scuole pedagogiche di Monaco, Augusta, Bamberga, Norimberga, Ratisbona e Würzburg una cattedra di Pedagogia ed un incarico d'insegnamento o una cattedra di Filosofia, da affidarsi a docenti, contro i quali nulla possa eccepirsi dal punto di vista cattolico ed ecclesiastico.

§ 2. In tutte le Alte Scuole pedagogiche attualmente esistenti verranno eretti Istituti con cattedre per l'insegnamento della Teologia cattolica e della Didattica dell'insegnamento religioso. Per la nomina dei rispettivi titolari si applica l'art. 3.

§ 3. Le superiori Autorità ecclesiastiche saranno convenientemente rappresentate nelle Commissioni esaminatrici per l'abilitazione all'insegnamento della Religione nelle scuole primarie. Per impartire l'istruzione religiosa si richiede previamente la *missio canonica* da parte del Vescovo diocesano.

Vertrag zwischen dem Heiligen Stuhl und dem Freistaat Bayern zur Änderung und Ergänzung der Artikel 5 und 6 des Bayerischen Konkordates vom 29. März 1924

Zwischen dem Heiligen Stuhl, vertreten durch dessen Bevollmächtigten, den Apostolischen Nuntius in Deutschland Msgr. Dr. Corrado Bafile, Titularerzbischof von Antiochien in Pisidien,

Und dem Freistaat Bayern, vertreten durch den Ministerpräsidenten Dr. h. c. Alfons Goppel sowie den Bayerischen Staatsminister für Unterricht und Kultus Dr. Ludwig Huber und den Bayerischen Staatsminister der Finanzen Dr. Konrad Pöhner,

wird nachstehender Vertrag geschlossen:

Die neue Entwicklung auf dem Gebiet des Schulwesens hat den Freistaat Bayern veranlasst, weitgehende Reformen des Volksschulwesens und der Lehrerbildung einzuführen, die Änderungen des am 29. März 1924 zwischen dem Heiligen Stuhl und dem Freistaat Bayern abgeschlossenen Konkordates voraussetzen [LE 586].

Die Bayerische Staatsregierung hat deshalb vor Verabschiedung der / neuen Gesetzesbestimmungen den Heiligen 164
Stuhl ersucht, einer Änderung jener Artikel des Bayerischen Konkordates zuzustimmen, die durch die geplante Gesetzgebung berührt werden.

Der Heilige Stuhl hat sich dazu bereit erklärt.

In dem Wunsche, auf diesem Gebiet eine freundschaftliche Zusammenarbeit zu pflegen, haben der Heilige Stuhl und der Freistaat Bayern beschlossen, das oben erwähnte Konkordat den neuen Erfordernissen aunzupassen. Zu diesem Zweck sind die hohen Vertragspartner über folgende Änderungen und Ergänzungen desselben Konkordates übereingekommen:

I

Art. 5 und Art. 6 des Konkordates erhalten folgende Fassung:

Artikel 5. § 1. Der Staat wird an den bisherign Pädagogischen Hochschulen in Mühchen, Augsburg, Bamberg, Nürnberg, Regensburg und Würzburg je eine Professur für Pädagogik und je einen Lehrauftrag oder eine Professur für Philosophie errichten, gegen deren Inhaber hinsichtlich ihres katholisch-kirchlichen Standpunktes keine Erinnerung zu erheben ist.

§ 2. An allen bisherigen Pädagogischen Hochschulen werden Institute mit Lehrstühlen für katholische Theologie und für Didaktik des Relegionsunterrichtes eingerichtet. Auf ihre Inhaber findet Art. 3 Anwendung. / 165

§ 3. In den Prüfungskommissionen, die für die Erteilung der Lehrbefähigung für Religionsunterricht an den Volksschulen zuständig sind, erhalten die kirchlichen Oberbehörden eine angemessene Vertretung. Die Erteilung des Religiosunterrichtes setzt die Missio canonica durch den Diözesanbischof voraus.

§ 4. Lo Stato garantisce l'istituzione ed il funzionamento di una Alta Scuola pedagogica ecclesiastica. Su richiesta dell'ente gestore lo Stato rimborsa (anche per le nuove costruzioni) le spese necessarie, da computarsi alla stregua di quelle per simili Alte Scuole statali. Esso curerà che, nel quadro dell'organizzazione delle Alte Scuole pedagogiche statali, ai professori dell'Alta Scuola pedagogica ecclesiastica vengano riconosciuti diritti pari a quelli dei titolari delle cattedre nelle Alte Scuole pedagogiche statali. Gli studenti formati nell'Alta Scuola pedagogica ecclesiastica verranno ammessi, a tenore delle prescrizioni generali, agli esami di Stato e verranno equiparati nell'impiego agli insegnanti formati nelle Alte Scuole statali.

§ 5. Per l'abilitazione all'insegnamento nelle scuole primarie (propriamente *Volksschulen*), nelle scuole speciali (propriamente *Sonderschulen*), nelle scuole professionali, nelle *Realschulen* e nei Ginnasi, e per la nomina a maestri o maestre non si richiedono per i membri degli Ordini o delle Congregazioni religiose condizioni diverse da quelle richieste per i laici.

Articolo 6. § 1. Il diritto della Chiesa cattolica in Baviera ad un conveniente influsso nell'educazione degli alunni della propria confessione viene garantito, senza pregiudizio del diritto dei genitori.

§ 2. In classi e gruppi di insegnamento nelle scuole primarie, frequentati esclusivamente da alunni di confessione cattolica, l'insegnamento e l'educazione si uniformano agli speciali principi della confessione cattolica.

§ 3. Vengono formate classi e gruppi di insegnamento per alunni di confessione cattolica, quando i genitori o chi per essi vi consentono, e le esigenze della pedagogia e dell'organizzazione scolastica lo permettono. Tale condizione si verifica quando per un corso vengono costituite classi parallele o quando vengono formati gruppi di insegnamento paralleli.

§ 4. In classi, frequentate da alunni di confessione diversa, l'insegnamento e l'educazione, salvo il rispetto dovuto ai sentimenti di alunni di diversa convinzione, si uniformano ai principi comuni delle confessioni cristiane.

§ 5. Nella scelta dei maestri si deve tener conto della confessione cui appartengono gli alunni.

§ 6. I maestri idonei e disposti ad impartire l'insegnamento della Religione cattolica verranno assegnati alle singole scuole possibilmente in maniera tale che l'insegnamento della Religione cattolica, quale materia ordinaria, rimanga assicurato mediante la collaborazione dei maestri.

II

Dopo l'art. 6 viene inserito nel Concordato il seguente:

Art. 6 bis. § 1. Lo Stato Bavarese, nel quadro delle provvidenze in favore delle scuole private, concederà il suo ajuto alle scuole private gestite da enti cattolici. In conformità con le prescrizioni statali, tali scuole vengono riconosciute dallo Stato ed agevolate mediante sovvenzioni come pure mediante facilitazioni nello scambio di maestri.

§ 2. Alle scuole primarie private cattoliche ed alle scuole speciali private cattoliche, gestite da persona giuridica di diritto pubblico o privato, operanti su base di pubblica utilità e rispondenti nella loro impostazione ed articolazione alle prescrizioni vigenti per le scuole pubbliche, lo Stato, su richiesta dell'ente gestore, rimborsa le necessarie spese, da computarsi alla stregua di quelle per le scuole pubbliche.

§ 3. Le spese necessarie per lavori, approvati dall'Autorità scolastica, di costruzione di nuovi edifici di scuole primarie private e di scuole speciali private, come pure di adattamento o ampliamento delle medesime, verranno rimborsate dallo Stato, nel quadro dello stanziamento a tale fine fissato nel bilancio statale. L'importo complessivo per detti lavori verrà fissato in conveniente proporzione alle spese edilizie della pubblica finanza per le scuole pubbliche.

Le anzidette modifiche ed aggiunte sono parte integrante del Concordato del 29 Marzo 1924.

§ 4. Der Staat gewährleistet die Errichtung und den Betrieb einer kirchlichen Pädagogischen Hochschule. Er ersetzt auf Antrag des Trägers (auch für die Neubauten) den notwendigen Aufwand, der sich nach dem vergleichbarer staatlicher Hochschulen bemisst. Er wird dafür Sorge tragen, dass ihren Professoren im Rahmen der Organisation der staatlichen Pädagogischen Hochschulen die gleichen akademischen Rechte eingeräumt werden, wie den Lehrstuhlinhabern staatlicher Pädagogischer Hochschulen. Die an dieser kirchlichen Hochschule ausgebildeten Studenten werden nach Massgabe der allgemeinen Bestimmungen zu den staatlichen Prüfungen zugelassen und in ihrer beruflichen Verwendung den an staatlichen Hochschulen ausgebildeten Lehrern gliechgestellt.

§ 5. Die Erwerbung der Lehrbefähigung für Volksschulen, Sonderschulen, Berufsschulen, Realschulen und Gymnasien sowie die Übertragunt eines Lehramtes werden für die Angehörigen von Orden und religiösen Kongregationen an keine anderen Bedingungen geknüpft als für Laien. / 166

Artikel 6. § 1. Das Recht der katholischen Kirche in Bayern auf einen angemessenen Einfluss bei der Erziehung der Schüler ihres Bekenntnisses wird unbeschadet des Erziehungsrechtes der Eltern gewährleistet.

§ 2. In Klassen und Unterrichtsgruppen an Volksschulen, die ausschliesslich von Schülern des katholischen Bekenntnisses besucht werden, richten sich Unterricht und Erziehung nach den besonderen Grundsätzen des katholischen Bekenntnisses.

§ 3. Klassen und Unterrichtsgruppen für Schüler des katholischen Bekenntnisses werden gebildet, wenn die Erziehungsberechtigten zustimmen und die pädagogischen und schulorganisatorischen Erfordernisse es ermöglichen. Dies trifft zu, wenn für einen Schülerjahrgang Parallelklassen, oder wenn parallele Unterrichtsgruppen gebildet werden.

§ 4. In Klassen, die von Schülern verschiedener Bekenntnisse besucht werden, richten sich Unterricht und Erziehung bei gebührender Rücksichtnahme auf die Empfindungen andersdenkender Schüler nach den gemeinsamen Grundsätzen der christlichen Bekenntnisse.

§ 5. Bei der Auswahl der Lehrkräfte soll auf die Bekenntniszugehörigkeit der Schüler Rücksicht genommen werden.

§ 6. Die zur Erteilung katholischen Religionsunterrichtes bereiten Lehrkräfte werden bei der Zuweisung an die einzelnen Schulen nach Möglichkeit so eingesetzt, dass der 167
katholische Religionsunterricht als ordent/liches Lehrfach an den Schulen durch die Mitwirkung der Lehrer gesichert bleibt.

II

Nach Art. 6 wird folgender Art. 6 bis in das Konkordat eingefügt:

Art. 6 bis. § 1. Der Freistaat Bayern wird im Rahmen der allgemeinen Förderung der Privatschulen den Schulen katholischer Träger seine Hilfe angedeihen lassen. Nach Massgabe der staatlichen Vorschriften werden diese Schulen staatlichen anerkannt und durch Finanzierungshilfen sowie durch Erleichterung im Austausch von Lehrkräften gefördert.

§ 2. Privaten katholischen Volksschulen und Sonderschulen, die von juristischen Personen des öffentlichen oder privaten Rechts betrieben werden, auf gemeinnütziger Grundlage wirken und in Ausbau und Gliederung den für die öffentlichen Schulen geltenden gesetzlichen Vorschriften entsprechen, ersetzt der Staat auf Antrag des Schulträgers den notwendigen Aufwand, der sich nach dem der öffentlichen Schulen bemisst.

§ 3. Die notwendigen Kosten für schulaufsichtlich genehmigte Neu-, Um- und Erweiterungsbauten privater Volksschulen und Sonderschulen werden vom Staat im Rahmen der im Haushalt für diesem Zweck bereitgestellten Gesamtsumme ersetzt. Der Gesamtbetrag für den Bau dieser Schulen wird in einem angemessenen Verhältnis zu 168
den Aufwen/dungen der öffentlichen Hand für den öffentlichen Schulhausbau festgesetzt.

Die vorstehenden Änderungen und Ergänzungen sind integrierender Bestandteil des Konkordates vom 29. März 1924.

http://www.obrascatolicas.com

Questo Accordo, i cui testi italiano e tedesco fanno egualmente fede, dovrà essere ratificato e gli Istrumenti della ratificata dovranno essere scambiati quanto prima in Bad Godesberg.

Esso entra in vigore il giorno dello scambio di detti Istrumenti.

In fede di che il presente Accordo è stato sottoscritto. Fatto in doppio originale.

Monaco, 7 Ottobre 1968.—CORRADO BAFILE, Arcivescovo tit. di Antiochia di Pisidia, *Nunzio Apostolico*.

Dieser Vertrag, dessen italienischer und deutscher Text gleiche Kraft haben, soll ratifiziert und die Ratifikationsurkunden sollen möglichst bald in Bad Godesberg ausgetauscht werden.

Er tritt mit dem Tage des Austausches in Kraft.

Zu Urkund dessen wurde dieser Vertrag unterzeichnet. Geschehen in doppelter Urschrift.

München, den 7. Oktober 1968.—Dr. h. c. ALFONS GOPPEL, *Bayerischer Ministerpräsident*. Dr. LUDWIG HUBER, *Bayerischer Staatsminister für Unterricht und Kultus*. Dr. KONRAD PÖHNER, *Bayerischer Staatsminister der Finanzen*.

Conventione inter Apostolicam Sedem et Bavariam rata habita, die XXX mensis Ianuarii anno MDCCCCLXIX Ratihabitionis Instrumenta accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde, i. e. a die XXX mensis Ianuarii anno MDCCCLXIX, huiusmodi Conventio inter Apostolicam Sedem et Bavariam icta vigere coepit ad normam eiusdem Pactionis.

Adn. J. LAJOLO in ME 94 (1969) 343-368. Vide Ratihabitionem sub die 1969 Ian. 30: LE 3711.

3690

1968 OCT 10.-CONV. c. SAARLAND. AAS 60 (1968) 781

RATIHABITIO CONVENTIONIS INTER APOSTOLICAM SEDEM ET SAARLAND DE INSTITUENDA THEOLOGIAE CATHOLICAE CATHEDRA IN STUDIORUM UNIVERSITATE

Vide *textum* sub die 9 aprilis 1968: LE 3644.

3691

1968 OCT 14.-SYNODUS EPISCOPORUM, NOTIF. PART.*

NOTIFICATUR EXSECUTIO RESOLUTIONUM QUAS SYNODUS EPISCOPORUM ANNI 1967 HABITA APPROBAVIT

E Civitate Vaticana, die 14 Octobris 1968

Venerabilis Frater, primo generali Episcoporum Synodi coetu celebrato necnon tempore ab eius conclusione elapso, munus meum est Te, eiusdem coetus Sodalem, certiorem facere de conclusionibus principalibus Synodi ac de ratione eas ad effectum deducendi —ipso Summo Pontifice iubente— in vita Ecclesiae.

Disceptationibus synodalibus quinque fuerunt argumenta a Beatissimo Patre proposita, quorum primum: *De principiis quae recognitionem Codicis Iuris Canonici dirigunt* [LE 3601]. Pontificia Commissio Codici Iuris Canonici recognoscendo sequitur iam suis in laboribus tum principia a Sodalibus Synodi approbata tum sententias et modos expressos quoad ulteriorem praeparationem novi Codicis necnon quoad partes iam ante Synodi celebrationem elaboratas.

Circa argumentum secundum: *De opinionibus periculosis hodiernis necnon de atheismo* [LE 3605], votis a Sodalibus Synodi expressis annuens Summus Pontifex decrevit *Commissionem Theologicam* constituere a Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei pendentem, quae Commissio non aequanda esset cum coetu Consultorum eiusdem.

Examini nunc subiciuntur quaedam quaestiones «technicae» circa illam Commissionem constituendam prout natura et finis peculiaris istius Commissionis.

Ipsa Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei iam a Coetibus Episcopalibus petivit nomina theologorum qui membra constituendae Commissionis a Summo Pontifice nominari possent.

Ad exprimendam et confirmandam Fidem Ecclesiae Universalis, idem Summus Pontifex *Professionem Fidei* sollemniter die XXX Mensis Iunii MCMLXVIII, Anno a Fide appellato et saec. XIX a martyrio Ss. Petri et Pauli App. expletis, pronuntiavit [LE 3671].

Quod ad argumentum tertium attinet: *De Seminariis*, videlicet, Sacra Congregatio pro Educatione Catholica incumbit nunc in praeparationem novae «*Rationis Institutionis Sacerdotalis*».

Ad illam praeparationem faciliorem efficacioremque reddendam necessariam esse opinatur continuam cum singulis Conferentiis Episcopalibus cooperationem. Proinde oritur, ut conclusio ad usum pertinens seu practica, opportunitas creandi Commissiones Episcopales de Seminariis penes singulas Conferentias Episcopales Nationales et, postea, Commissiones «technicas» ex educatoribus in Seminariis degentibus componendas —ad promovendum colloquium cum ipsa Sacra Congregatione pro Educatione Catholica— tum ut auxilium ei praebeatur in elaboratione *Rationis*, tum, Ratione redacta, ut eadem Congregatio operam sollicitudinemque det praeparationi directae educatorum in Seminariis ope Institutorum specialium vel cursuum per intervalla habendorum.

Quoad ipsam praeparationem novae Rationis Institutionis Sacerdotalis, eadem Sacra Congregatio pro Educatione Catholica iam Coetibus Episcopalibus themata generalia misit quae cunctis Rationibus Institutionis Sacerdotalis inserantur oportet, sicut in Synodo Episcoporum statutum est.

Quoad argumentum *De Matrimoniis Mixtis*, disceptatione synodali considerata, Summus Pontifex specialem Commissionem Patrum Cardinalium instituit cui praeest Em. Card. Praefectus Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, cuius est novam *Instructionem* de matrimoniis mixtis praeparare quae vigebit usque ad promulgationem novi Codicis Iuris Canonici.

Quoad ultimum argumentum synodale: *De Sacra Liturgia*, Consilium ad exsequendum Constitutionem de S. Liturgia suis in laboribus prae oculis habet sententias a Sodalibus Synodi prolatas.

Beatissimus Pater magno cum animo exsecutionem votorum Synodi sequitur necnon faustum ipsius Institutionis, Synodi Episcoporum videlicet, progressum exoptat. Hac de causa Ipse Commissionem instituendam esse decrevit ad recognoscendum *Ordinem Synodi Episcoporum* necnon ad examinandas omnes animadversiones quae usque adhuc ad Secretariam Status vel ad Secretariam Generalem Synodi pervenerunt circa futuros Synodi coetus convocandos.

Quae dum Tecum communico, omnia fausta Tibi a Deo adprecor atque qua par est reverentia me profiteor Tibi add.-mum.—LÁDISLAUM RUBIN, *Secr. Gen.*

* Ad Praesides Conferentiarum episcopalium cuiusvis nationis Prot. N. 238/68.

3692

1968 OCT 15.-COM. CARD., DECL. AAS 60 (1968) 685-691

DECLARATIO COMMISSIONIS CARDINALITIAE DE «NOVO CATECHISMO» (DE NIEUWE KATECHISMUS») NEERLANDIAE

I. Pars historica

Cum in Neerlandia liber cui titulus *Novus Catechismus* («De Nieuwe Katechismus», 1966) editus est, qui ex una parte dotibus haud communibus praestat, ex altera vero parte novis opinionibus suis, ab exordio non paucos christifideles turbavit, Sedes Apostolica, pro suo munere tuendi fidem populi Dei, non potuit in hanc rem animum non adicere. Voluit autem Summus Pontifex ut circa difficultates quas textus Catechismi offerebat, initio instituetur colloquium inter tres theologos a S. Sede tresque theologos ab Episcopatu Neerlandico nominatos.

In hoc colloquio, a die 8 ad diem 10 Aprilis 1967 habito, theologi a S. Sede delecti, iuxta ordinem agendorum auctoritate S. Congregationis Concilii ratum et ad mentem Summi Pontificis, fidenter petierunt ut quaedam in Catechismum inducerentur, quae, magis meditatis verbis, Ecclesiae fidei, rerum veritati et fidelium sensui indubitanter responderent. Attamen colloquio vix aliquid actum est. Neque inductae sunt mutationes circa ea puncta quae ipse Sanctus Pater specíminis causa notaverat: «exempli gratia, quod attinet ad virginalem Iesu Christi ortum, catholicae fidei dogma; ad sententiam, Evangelio et Ecclesiae Traditione innisam, qua angelos esse credimus; atque ad satisfactionis et sacrificii genus, quae Christus Summo Parenti obtulit

ad peccata nostra delenda hominesque Patri reconciliandos».

Cognito huius colloquii exitu, in primis ex relatione facta per consociatam operam tum theologorum quos S. Sedes elegerat, tum theologorum Episcopatus Neerlandici, Summus Pontifex mandavit Commissioni Patrum Cardinalium (Frings, Lefèbvre, Jaeger, Florit, Browne et Journet) ut
688 rem examini subiceret ac de ea sententiam ferret. / Atque Commissio illa diebus 27 et 28 mensis iunii 1967 prima vice congregata, adstantibus theologis lingua neerlandica peritis, statuit Novum Catechismum sedulo recognoscendum esse, antequam novae editiones translationesque fierent. Praeterea alterum elegit coetum theologorum ad septem nationes pertinentium, qui eiusdem Catechismi textum inspiceret suamque mentem significaret.

Praeter ipsum Catechismum, coetui illi data est praefata relatio de primo theologorum colloquio. Ad quam relationem mense septembri accessit series emendationum ab auctoribus Catechismi interea oblata. Post accuratum laborem, coetus theologorum animadversiones suas confecit tum circa textum Catechismi, tum circa oblatam seriem emendationum, quarum pleraeque visae sunt nondum sufficere. Singulae autem et integrae coetus animadversiones, unanimi astantium consensu approbatae sunt.

Deinde acceptis, inter alia documenta, animadversionibus coetus theologorum, Patres Cardinales iterum convenerunt a die 12 ad 14 decembris 1967. Post colloquium habitum de singulis illis animadversionibus, definite statuerunt, per suffragia de eisdem data, quae et qua ratione emendanda essent in textu Catechismi; provideruntque ut parva Commissio, Eminentissimo Cardinali Alfrink adiuvante comparata, duorum delegatorum suorum duorumque Episcopatus Neerlandici rem denique executioni mandarent. Opus huius Commissionis mense februarii anni 1968 confectum, Sanctae Sedi, Patribus Cardinalibus et Episcopatui Neerlandico oblatum est.

Sed iam antea, praeter voluntatem Episcopatus Neerlandici et absque debita emendatione, edita est Novi Catechismi anglica translatio; ac simili ratione recens edita est translatio germanica deindeque translatio gallica. Praeterea documenta reservata atque natura sua secreta, ad hoc negotium pertinentia, nuper in publicum relata sunt, inter quae epistola quaedam ipsius Summi Pontificis; quod tum in ephemeride neerlandica factum est, tum in libro qui in Italia editus est.

In libro autem modo commemorato, editis documentis additae sunt amplae notae et enarrationes, quibus non modo tribuuntur theologis a Sancta Sede demandatis sententiae ab eis alienae, sed etiam puncta Catechismi quae correctione indigent, variis artibus continuo extenuantur specieque innocua, sed a veritate disiuncta, induuntur. Haud raro citantur enuntiata bona, quae tamen non sufficiunt ad corrigendas explicationes oppositas, eo vel magis quod eae pluries consonant cum sententiis ab auctoribus Catechismi expositis in aliis scriptis. Ad futuras editiones Catechismi praeparandas, proponuntur solutiones adversae eis quae Commissio Cardinalium, approbante Sancta Sede, statuit, et suggeritur ut eae tantum Catechismi emenda-
637 tiones aliquo modo con/cedantur, quarum Summus Pontifex expressam mentionem fecit, etsi, ut ex verbis Papae supra allatis constat, ipse exempla tantum indicare voluerat enucleationum quas expectabat.

In eodem libro abusive adhibentur opiniones nonnullorum exegetarum hodiernorum circa rationem qua S. Matthaeus et S. Lucas facta principalia ad ortum et infantiam Domini Nostri pertinentia, praesentare et explicare voluerunt. Dum enim singuli theologi et auctores ad quos liber alludit, tenent conceptionem virginalem Iesu numerandam esse inter eventus principales quos Evangelia infantiae Domini omnino ut reales proponunt, liber ipse concludere audet, non sine laesione fidei catholicae, permittendum esse christifidelibus ut iam non credant mysterium conceptionis virginalis Iesu in eius realitate simul spirituali et corporali, sed tantum in eius significatione quadam symbolica.

Iis editis scriptis, variis modis contenditur adversus consilium Sedis Apostolicae resolvendi rem non levis momenti in bonum plebis Dei et communi animo cum Episcopatu Neerlandico. Hac de causa et quia Catechismus non emendatus iam in quattuor linguis divulgatur, necessarium esse visum est, antequam Catechismi emendatae editiones translationesque tandem ederentur, in praesenti Declaratione iam compendium proponere iudiciorum Commissionis Cardinalium. Sic fiet ut christifidelibus pateat qua ratione cum Ecclesia Christi Sedeque Petri sentientes, de bono nuntio salutis sine discrimine cogitare et testificari queant.

II. Pars doctrinalis

1. *Res quaedam de Deo creatore.*—Catechismus doceat necesse est Deum, praeter mundum sensibilem in quo vitam nostram degemus, creavisse quoque regnum purorum spirituum, quos angelos nominamus (cf. v. g. Conc. Vat. I, *Dei Filius*, cap. 1; Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, n. 49, 50) [LE 3232] Praeterea explicetur animas singulorum hominum, quippe quae spirituales sint (cf. Conc. Vat. II, Const. *Gaudium et spes*, n. 14) [LE 3366] immediate creari a Deo (cf. v. g. Encycl. *Humani generis*, *A.A.S.*, XLII [1950], p. 575) [LE 2147].

§ 2. *De hominibus in Adamo lapsis* (cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, n. 2).—Etsi quaestiones de origine humani generis et de lento eius progressu efficiant ut dogma peccati originalis novas hodie difficultates afferat, nihilominus in Novo Catechismo fideliter proponenda est Ecclesiae doctrina de homine, qui ab exordio historiae adversus Deum se erexit (cf. Conc. Vat. II, Const. *Gaudium et spes*, / nn. 13 688
et 22), ita ut sibi universaeque progeniei sanctitatem et iustitiam perderet in qua fuerat constitutus, verumque peccati statum omnibus transmitteret per humanae naturae propagationem. Il certe sermones vitentur, qui significare possunt peccatum originale a singulis novis humanae familiae membris inde tantum contrahi quod ab eorum ortu influxui communitatis hominum, ubi peccatum regnat, intus submittuntur et ita in via peccati initialiter versantur.

3. *De profitenda Iesu conceptione ex Maria Virgine.*—Petitum est a Commissione Cardinalium ut Catechismus aperte profiteretur Beatam Verbi Incarnati Matrem virginali semper floruisse honore et ut clare doceret factum ipsum virginalis conceptionis Iesu, quod cum mysterio Incarnationis maxime congruit; proindeque ut nullam ansam deinceps daret ad hoc factum —contra Ecclesiae Traditionem in Sacris Litteris fundatam— derelinquendum, servata tantum aliqua eius significatione symbolica, verbi gratia de summa gratuitate doni quod Deus nobis in Filio suo largitus est.

4. *De satisfactione Domini nostri Iesu Christi.*—Sine ambiguitate proponenda sunt elementa doctrinae de satisfactione Christi, quae ad nostram fidem pertinent. Deus ita homines peccatores dilexit, ut Filium suum mitteret in «Iam mundum ad eos sibi reconciliandos (cf. 2 *Cor.* 5, 19). nos diligenti [Deo] —ut dicit S. Augustinus— reconciliati sumus... cum quo propter peccata inimicitias habebamus» *(In Ioannis Evangelium*, tr. CX, n. 6). Iesus igitur, tamquam primogenitus in multis fratribus (cf. *Rom.* 8, 29), pro peccatis nostris mortuus est (cf. 1 *Cor.* 15, 3). Sanctus, innocens, immaculatus (cf. *Hebr.* 7, 26), nullam profecto poenam subiit quam Deus ipsi inflixisset, sed libere et cum filiali amore Patri suo oboediens (cf. *Phil.* 2, 8), pro fratribus suis peccatoribus et ut eorum mediator (cf. 1 *Tim.* 2, 5), mortem suscepit, quae eius stipendium peccati est (cf. *Rom.* 6, 23; Conc. Vat. II, Const. *Gaudium et spes*, n. 18). Hac sua sanctissima morte, quae ante oculos Dei abundantissime compensavit peccata mundi, effecit ut gratia divina humano generi redderetur, velut bonum quod in divino Capite suo meruerat (cf. v. gr. *Hebr.* 10, 5-10; Conc. Trid., sess. VI, Decr. *De iustificatione*, cap. 3 et 7, can. 10).

5. *De sacrificio crucis et sacrificio missae.*—Perspicue dicendum est Iesum se Patri suo obtulisse ad resarcienda nostra delicta, tamquam victimam sanctam in qua Deus sibi complacuit. Christus enim «dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis, oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis» *(Eph.* 5, 2).

Sacrificium autem crucis in Ecclesia Dei perpetuatur 639
sacrificio / eucharistico (cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 47). In celebratione enim eucharistica Iesus ut sacerdos principalis se Deo offert per consecrationem quam conficiunt sacerdotes et cui fideles se coniungunt. Celebratio autem illa est sacrificium atque convivium. Oblatio sacrificalis completur communione, qua victima Deo oblata velut cibus sumitur, ut christifideles sibi uniat eosque inter se caritate coniungat (cf. 1 *Cor.* 10, 17).

6. *De praesentia et conversione eucharistica.*—Necesse est ut in textu Catechismi indubie significetur post panis et vini consecrationem ipsum corpus et sanguinem Christi adesse in altari, atque in sacra communione sacramentaliter sumi, ut qui digne ad divinam hanc mensam accedant, spiritualiter Christo Domino reficiantur. Praeterea explicandum est panem et vinum, quoad suam realitatem profundam (non phaenomenalem), prolatis verbis consecrationis, converti in corpus et sanguinem Christi; atque sic fieri

http://www.obrascatolicas.com

ut, ubi manent panis et vini apparentiae, seu realitas phaenomenalis, modo mysterii pleno ipsa Christi humanitas lateat coniuncta cum divina eius persona.

Peracta illa mirabili conversione, quae in Ecclesia nomen suscepit transsubstantiationis, apparentiae panis et vini, cum ipsum Christum, fontem gratiae caritatisque per sacram synaxim communicandae, re ipsa contineant et designent, consequuntur utique novam significationem novumque finem. Sed ideo novam illam significationem finemque induunt, quia facta est transsubstantiatio (cf. Encycl. Pauli VI, *Mysterium fidei, A. A. S.*, LVII [1965], p. 766 [LE 3316]; Schreiben der deutschen Bischöfe an alle, die von der Kirche mit der Glaubensverkündigung beauftragt sind, n. 43-47).

7. *De infallibilitate Ecclesiae et de mysteriorum revelatorum cognitione.*—Dilucide significetur in Catechismo infallibilitatem Ecclesiae non praebere ei tantum cursum non devium perpetuae inquisitionis, sed veritatem in doctrina fidei servanda in eaque eodem semper sensu explicanda (cf. Conc. Vat. I, Const. *Dei Filius*, cap. 4, et Conc. Vat. II, Const. *Dei Verbum*, cap. 2) [LE 3345]. «Fides non solum est inquisitio, sed imprimis certitudo» (Paulus VI, Alloc. ad Ep. Syn., *A. A. S.*, LIX [1967], p. 966). Nec sinatur ut lectores Catechismi putent intellectum humanum haerere in solis expressionibus verbalibus aut conceptualibus mysterii revelati. Curetur potius ut animadvertant intellectum humanum valere suis conceptibus «per speculum in aenigmate» atque «ex parte», ut dicit S. Paulus (*1 Cor.* 13, 12), modo tamen prorsus vero, mysteria revelata significare et
690 attingere. /

8. *De sacerdotio ministeriali seu hierarchico et de potestate docendi regendique in Ecclesia.*—Cavendum est ne minui videatur excellentia sacerdotii ministerialis, quod a sacerdotio communi fidelium in participando de sacerdotio Christi non gradu tantum sed essentia differt (cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, n. 10 [LE 3232]; *Instructio de cultu mysterii eucharistici, A. A. S.*, LIX [1967] n. 11, p. 548) [LE 3562]. Curetur ut in ministerio sacerdotum describendo mediatio inter Deum et homines, quam exercent, non modo in verbi Dei praedicatione, in communitate christiana efformanda et in sacramentorum administratione, sed etiam et praecipue in offerendo totius Ecclesiae nomine sacrificio eucharistico, plenius exhibeatur (cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, n. 28 [LE 3232], et Decr. *Presbyterorum ordinis*, nn. 2 et 13) [LE 3365].

Praeterea, visum est oportere ut Novus Catechismus perspicue agnoscat potestatem docendi et regendi in Ecclesia directe datam esse Summo Pontifici eique communione hierarchica coniunctis Episcopis, non autem prius Populo Dei veluti medio. Munus igitur Episcoporum non est mandatum a Populo Dei eis communicatum, sed mandatum a Deo acceptum in beneficium totius communitatis fidelium.

Manifestius appareat Summum Pontificem et Episcopos in munere suo docendi non tantum colligere et sancire ea quae tota communitas fidelium credit. Populus enim Dei ita Spiritu veritatis excitatur et sustentatur, ut sub ductu Magisterii, cuius est depositum fidei authentice custodire, explicare et defendere, verbo Dei indefectibiliter adhaereat. Sic fit ut in tradita fide mente comprehendenda, ore protenda opereque manifestanda singularis fiat Antistitum et fidelium conspiratio (cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, n. 11 [LE 3232], et *Dei Verbum*, n. 10) [LE 3345]. Sacra autem Traditio Sacraque Scriptura —quae unum verbi Dei sacrum depositum constituunt— atque Ecclesiae Magisterium, ita inter se connectuntur, ut unum sine alio non consistat (cf. Conc. Vat. II, Const. *Dei Verbum*, n. 10).

Denique potestas qua Summus Pontifex Ecclesiam dirigit, clare proponenda est ut regendi plena, suprema et universalis potestas quam totius Ecclesiae Pastor semper libere exercere valet (cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, n. 22).

9. *Variae res de theologia dogmatica.*—Aptius loquendum est de Sanctissima Trinitate personarum in Deo, quam christiani oculis fidei rite contemplantur filialique amore prosequuntur non unice prout in eventibus oeconomiae salutis exhibetur, sed etiam qualis in sua vita intima, cuius visionem expectamus, ex aeternitate est. De sacramentorum efficacia aliquando exactius loquendum est. Cavendum
691 est ne Catechismus dicere videatur miracula ita tantum divinitus fieri posse, ut non / discedant a cursu effectuum quos vires mundi creati producere valent. Sermo demum aperte fiat de iustorum animis quae, sufficienter purgatae, iam gaudent visione immediata Dei, dum Ecclesia peregrinans adhuc expectat adventum gloriosum Domini finalemque resurrectionem (cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, nn. 49 et 51).

10. *De quibusdam rebus moralibus.*—Obscuritatem ne afferat textus Catechismi exsistentiae legum moralium quas ita cognoscere et exprimere valemus, ut conscientiam nostram semper et in omnibus adiunctis ligent. Vitentur solutiones casuum conscientiae quae non satis rationem habent indissolubilitatis matrimonii. Iure tribuitur magnum momentum profundae habitudini morali personae, sed cavendum est ne ea habitudo nimis ab actibus independens proponatur. Expositio de morali coniugali fidelius reddat integram Concilii Vaticanii II Sedisque Apostolicae doctrinam.

* * *

Praefatae animadversiones, etsi nec paucae nec leves, intactam relinquunt maiorem prorsus Novi Catechismi partem, cum laudanda eius indole pastorali, liturgica et biblica. Neque adversantur auctorum Catechismi laudabili proposito aeternum Christi bonum nuntium proponendi modo accommodato rationi cogitandi hominum huius temporis. Ipsae magnae dotes quibus opus insignitur postulant ut doctrinam Ecclesiae semper reddat nulla umbra obscuratam.—Ioseph Card. Frings. Ioseph Card. Lefebvre. Laurentius Card. Jaeger. Hermenegildus Card. Florit. Michaël Card. Browne. Carolus Card. Journet.

Die 15 Octobris 1968.—Petrus Palazzini, *a Secr.*

Adn. ME 94 (1969) 23-25.

3693

1968 OCT 18.-SC RITUUM, DECLARATIO. PART.*

